32 ¶†Duodecimo , quia licet de iure communi delictum patris non noceat filio.l.adoptiuum.ff.de in ius vocan. l. emancipata.& l.filiam.ff.de ſenato.cum ſimili.de iure tamen conſuetudinario & feudorum delictum & culpa patris nocet filio in feudo,vnde ſi pater delinquat priuatur ipſe & filius ſuus indiſtincte feudo,ut in c.ſi vaſallus culpam,ſi de feu.fue.contro.in c.j.ſi vaſal.feu.pri.licet glo.in l.mancipia, & in d.l.adopti.dixit contrarium,de quo tamen vide latius per Bart. in l.3. C.de interdi.& reie.& Cy.in l.2.C.de lib.& eo.libe.in 5.col. & Dy.in c. nondum.de reg iur.& Bal.in l.fin de libe.cau. & in c.j.§.j.ſi vaſal.feu.pri.in Spec.de feu.§.nunc dicamus.verſ.j. & per Hoſt.in ſum.de feu.ver.qui.mo.feu.amit.in fin. & per Pet. de Anch.in repeti.c.eum qui de reg.iur.lib.6.

33 ¶†Decimotertio,quia licet de iure ciuili vna citatio poſſit fieri pro tribus peremptoriæ. l. & conſentaneum. C. quomodo & quando iud.l.nonnũquam.ff.de iudi. & no.in cle.j.de dolo. & contu.tñ in feudis hoc fieri non poteſt. gl.eſt ſingu.in c.j.de mili.vaſal.q ꝓtu.eſt& ibi Bal.de quo dic,vt ibi per eũ, & Doc.

34 ¶†Decimoquarto differunt, quia licet coram iudice ordinario citatus non ſit ſub eius iuriſdictione tamen de iure ciuili debet comparere,vt ſolum cognoſcatur an ſit ſub eius iuriſdictione.l.ſi quis ex aliena. ff.de iudi.l.2.ff.ſi quis in ius voc. non ierit. tamen hoc non eſt in iudice feudali , qui eſt iudex inter paucos.gl.eſt ſing.in c.j.in uer.non poteſt trahere.de inueſti.in mari.fac.de quo ibi vide plene per Bar.& Doc.

35 ¶†Decimoquinto, quia licet in cauſis ciuilibus partes poſſint prorogare iuriſdictionem in iudicem non ſuum. l.j. & 2.ff.de iudi.& in c.p.& g.de offic.deleg. tamen in feudis vaſal. hoc nõ põt ſm Bal.in c.imperialem.§.ſi.de prohi.feu.alie.per Federic. verſic.quæro an vaſalli de quo vide ibi latiſſime.

36 ¶†Decimoſexto,quia in cauſa ciuili ſemper eſt iurandum de calumnia ex parte actoris,& rei l.2.de iura.calum.Sed in cauſa feudali nec vaſallus tenetur iurare de calumnia nec dominus.caſus eſt in c.ſacramentum.§.in quibuſdam. & ibi glo.& Bal.j.de conſue.recti feu.

37 ¶†Decimoſeptimo , quia licet ratio inſtrumenti de iure ciuili non præſumatur ſolennitas.l.j.& ibi no. C.de uſu.l.ſciendũ. de verb.obli.& in l.Theopompus.de dot.præleg.cum ſimil. tñ in materia feudorũ ꝑſumitur ſolennitas.ſ.ſeruatis ſeruãdis. ratio eſt,quia auctoritas domini inueſtientis habet vim decreti pro quo præſumitur.glo.eſt notabilis in l.j.C.de fide inſtr.& iure haſtę fiſca.lib.10.& ibi no.& in l.actor.rem ratam hab. iſte eſt caſus in c.j.in prin.ibi ſolenniter fieri debet.j. quid ſit inueſti.& ibi hoc tenet Bal.in princ.vlt.col.

38 ¶†Decimooctauo,quia eſt ſpeciale ī feudis,vt teſtes de domo aduerſarii produci poſſint,ut pares curtis.i.cum vaſallis ipſius vaſalli , qui recognoſcunt feudum ab eodem domino, vt in c.2.princip.& ibi Bald.ſi de inueſti.inter do.& vaſal.lis oriatur. & in c.j.poſt prin.de conſue recti feu. quod non eſt de iure ciuili,ut l.parentes.l.etiam.& l.omnibus.C.de teſta.cum ſim.

39 ¶†Decimonono, quia & ſi diſtingui ſolet in venditione cui acquiratur alluuio.l.Iul.§.ſi Titius.ff.de act.emp. tamen in feudis quando dominus reſeruauit ſibi aliquid in curte indiſtincte acquiritur domino & non uaſallo.ita no.dicit Bal. in c.j.§. ſi quis de manſo.de controuer.inueſti.in ver.oppo. & videtur diſtinguendum. & ibi allegat iſtam rationem quia.§. ſi Titius loquitur in contractibus in quibus transfertur totum ius tradentis,ſed non eſt ita in feudo , quia penes dominum concedentem remanet directũ dñium quod debet aliquid operari.

40 **Vigeſimo,** quia poſſeſſio in materia†feudorum nunquam inducit probationem pro vaſallo niſi poſſedit pacifice per annum domino ſciente, & non contradicente.caſus eſt ſin.in c.2. in fi.ſi de inue. inter do.& vaſal. lis oria.Sed ibi Ia.Alua.allegat ſimilem in c.ſi Titius.in fi.ſi de feud.fue. contro. Sed certe ille tex.non multum facit,quia loquitur in alio.ſ.quando aliquis vendidit,& ſic ibi cõcurrebãt venditio,titulus,& poſſeſſio, & patientia domini . Sed in caſu ca.eccleſia,ſolum concurrebat patientia cum poſ. ego autem addo tex.meliorem in c.ſi.de conſue.rec.feu.cum expoſitione Bal.ibi ſuper ver.longa.vt exponas.ſ.per annum , alias autem de iu.ciuili ſimplex ſola poſſeſſio inducit præſumptionẽ.l.is q deſtinauit.de rei vendica. & inſtitu. de interdi.§.cõmodũ cũ ſi.

41 ¶†Vigeſimoprimo,quia regulariter ex ſola poſſeſſione prę ſumitur titulus niſi ex præſtatione longo tempore conſueta.no. in l.cũ de in rem verſo.ff.de vſur. & l. ſi certis annis. C.de pac. & no.glo.inſtitu.de act.§.prę iudicialis.in gl.3.in fi.tamẽ in feudis iſtud eſt ſpeciale,vt ex poſ. vnius anni domino ſciente , & non contradicente præſumatur titu. inueſtiturę factus a domino tex.eſt no.in d.c.2.ad fi.ſi de inueſti.int.do.& vaſ.lis oria. & ibi hoc no.Bal.

42 ¶†Vigeſimoſecundo differunt,quia de iure cõmuni diuidundo & fami. ercif. præſcri. ſpacio.30. anno.no. per glo.& Doc. in l.j.ff.fami.ercif.tamen iudicium communi diuidũdo,quod datur feudatario contra feudatarium non finitur niſi ſpacio 40.anno.& eſt ſpeciale in feudis. tex.eſt nota. in l.ſciendum in titulo de no.feud.& ibi hoc not.Pet.de Corne. & Bald.

43 ¶†Vigeſimotertio,quia quamuis præſcriptio longi.temporis regulariter dicatur odioſa, quia tantum in odium non petentis fuit introducta.no.glo.& Doc.in l.fin. in fi. C. de edi.diui.& Bar.& Doc.in l.fin.ff.de eo per quẽ fac.erit. & no.in l.motę lit. C.de rei ven.tamen in feudis dicit Bal. q putat talem præſcriptionem fauorabiliorem vel ſaltem nõ odioſam. ita dicit ſin. in c.j.§.ſi quis de manſo.de controuer.inueſtituræ.ad finem.2. col.quod eſt ſingulare valde ſi eſt tutum,ſed ego dubito.

44 ¶Vigeſimoquarto , quia traditur regula per Doc. in l.ſi certis annis . C. de pac. & in l.cum de in rem verſo.de vſu.quod vbi conſtat de cauſa vera niſi allegetur alius titulus,ex tempore etiam largo modo titulus non præſumitur ſeu probatur.hęc regula fallit in feudis.caſus eſt in c. fi. & ibi Bal. omnino.vide de feu.da.in vicem.l.commiſ.

45 ¶†Vigeſimoquinto,quia ſi feudatarius vel emphyteuta ſeu liuellarius,qui habent vtile dominium expellatur de poſſeſſione,dominus habens proprietatem volens etiam recuperare ab expulſore non poterit dummodo recognoſcatur & dominium directum ab ipſo expulſore. ſecus eſt in ipſo uſufructuario expulſo , quia tunc expellens de iure tertij.ſ.vſufructuarij excipere non poteſt domino directo , quia non excluſiuum iuris agentis in totum.glo.eſt fin. in l. indebiti §.ſed ſi nummi. in ver.cum re mea.& ibi ſing.hoc no.Bar.in vlt.col.& Pau. de Caſt.& Doc.ff.de condi indebi.

46 ¶†Vigeſimoſexto,quia quamuis quis non poſſit meliorare rẽ alienam inuito domino,vt no.in l.mulieris.de uer.ſig.nec uſufructuarius poteſt.l.hactenus.§.fin.& l.ęquiſſimum.§.j.& l.ſed & ſi quis.§.peti. ff.de uſufru.tamen uaſallus poteſt hoc facere. caſus eſt no.in ca.j.§.a contrario. & ibi Bal j.de inueſti. de reb. alie.fac.& eſt ratio,quia eſt quaſi dominus.tamẽ iſta ratio haberet locum in uſufructuario.l.3.ff.de uſufru. & in l.directa dicimus.& ibi glo.ff.de uer.ſig. unde melior ratio poteſt eſſe, ꝙa feudatarius habet ius perpetuum, ut dixi ſ.in 3.regula, ſed nõ uſufructuarius,quia morte eius uſufr.finitur. inſt.de uſufr. & l. corruptionẽ.C.de uſufr.& pro hoc facit gl. in d.§.ſed ſi nñum.

47 ¶†Vigeſimoſeptimo,quia licet in cauſis ciuilibus regulariter in poſ.non poſſit appellari, ut habetur in l.j. C.ſi de momen. poſſ.fue.appel.tamen in feudalibus in poſſeſſorio feudi poteſt appellari,quia iſto caſu nõ eſt proprie appellatio, ſed quidam recurſus ad officium iudicis miſericorditer imploratum . ita Bal.in ult.ca.quo temp.mil.inueſti.petere debeat .

48 ¶†Vigeſimooctauo,quia licet quis poſſit legare maxime pro anima,ut in toto titu.C.& ff.de leg.3.cum ſim. & l.illud.& l.id quod pauperibus,& l.nulli.C.de epiſc.& cleri.tamen quis hoc nõ poteſt facere in feudis in quibus nõ ualet legatum pro anima,non tamen debent dari feuda. caſus eſt no. in c.j.§.donare. & ibi Doc. qualiter olim feu.poſſ.alie.& Bal.no.in conclu. ſuis eodem titulo .

49 ¶†Vigeſimonono differt,quia licet omnia bona committentis crimen lęſę maie.confiſcentur.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt. tamen feudum non confiſcatur,ſm Bal.in 3. conclu.in tit.de prohi.feu.alie.per Fede. per illum tex. in princ.& per tex. in l.j. C.de bo.lib.& uide Bal.ſingulariter. & Doc.& Spec.in titu.de feu.§.quoniam.uer.4.& uide Bart.late in l. ſi finita. §. de uectigalibus in 2.col.uer.quęrit glo.quid in feudis. ff.de dam.infec & ibi etiã ponit quid de emphyteuſi in uer.2.& Pe.de Ancha. in repe.c.ea quæ.de reg.iur.in 6.& uide no.in clem. paſtora. de re iudi.& Pau.de Caſt. in duobus conſiliis in uer. & ſi confiſ.

50 **Trigeſimo quia licet** †paciſcendo alteri per alterum acquiri non poſſit ex natura contractus de iure ciuili.l.ſtipulatio iſta in §. alteri.ff.de uer.obl.& Inſti. de inuti.ſtip.§.alteri.tamen hoc fallit in feudo,& per hoc operatur beneficium domini,ut in c.j. §.cum uero Corradus . uer.cum autem unus ibi niſi hoc nominatim.ſ.de his qui feu.da.poſſ.ita Odof. in ſua ſum. adiciẽs

ꝙ non

Source : BIU Cujas

quòd non expedit apponere in conceſſione feudi illa verba inflexa.videlicet conceſſit tali recipienti nomine, & vice talis tanquam geſtorio nomine illius, ſed ſufficit dicere conceſſit tali caſtrum,ita quod ipſe & frater ſuus habeat in feudum. ita dicunt Bal.& alij.in l.ſi.C.tes inter alios acta.

51 ¶††Trigeſimoprimo, quia quando cauſa appellationis vertitur coram principe illi, qui tulerunt ſententiam debent adeſſe. & hoc eſt ſpeciale in feudis magnis.tex.eſt in cap.fina.quo tempore mili.inueſti.pet.debe.ſecus eſt in aliis cauſis, quia tũc ſufficit miſiſſe Apoſtolos. durum enim eſſet factum, quod iudex deberet dimittere propria tribunalia,& ſe transferre ad lites inſequendas, ita Bald.in d.cap.fi.ver. ſed quæro nunquid iſtud tempus. facit quod no.Innoc.in ca.noſtra.de procura. & ibi per Doc. in cap. cum ſpeciali.de procurato.& multas alias differentias poſſem adducere quas omitto gratia breuitatis. Sed adde duas, quæ colliguntur ex.10. & 11. regula. & aliam quæ colligitur ex 3.concordan.& alias quæ colliguntur ex diferentiis, quas ponam inter ius feudale & emphyteuticum in 7.par.prin.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de feudo ad emphyteuſim quomodo procedat.*
2 *Incrementum quale efficiatur feudatario aut emphyteutæ.*
3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non tranſit ad extraneos hæredes, & quid de feudo.*
4 *Feudum vtrum conſiſtere poſſit in pecunia.*
5 *Emphyteuſis ſine conſenſu domini eſt inalienabilis.*
6 *Emphyteuſis ſimpliciter pro ſe recepta includit filios.*
7 *Filius non ſuccedit in emphyteuſi, niſi hæreditatem patris acceptet.*
8 *Emphyteuſis in quibus differat a feudo vſque ad ſi.*
9 *Emphyteuta ad quid teneatur & quanto tempore cadat a iure ſuo.*
10 *Procurator nunquid poſſit interuenire in emphyteuſi perpetua.*
11 *Emphyteuta tenens a fiſco poteſt alienare ſalua penſionis ratione.*
Et quid in feudatario.
Emphyteuta poteſt pignorare, vaſallus non.
12 *Feudi priuatio propter vaſalli delictum quomodo conſideretur.*
13 *Emphyteuta alienans quanto tempore poſſit recuperare.*
Emphyteuta teſtari poteſt de iure emphyteutico.
14 *Fœmina in emphyteuſi ſuccedit.*
Feudum in dotem dari non poteſt, ſed bene res emphyteutica.
15 *Muti & ſurdi in emphyteuſi ſuccedunt, ſecus in feudo.*

Articulus 7.

VEnio nunc ad ſeptimum & vltimum princi. videlicet ad quaſdam regulas. Ex quibus colligitur an & quando ſit bonum argumentum de feudo ad emphyteuſim, & econtra. concordantias & differentias ipſorum. & primo ad primum, quia iſte regulæ de argumentatione feudi ad emphyteuſim & econtra melius cadunt in quibuſdam concordantiis & differentiis, ideo ibi poſui.

2 ¶††Primo vide vnam regulam ſingularem & infallabilem quam poſui.s.in 30. regula iuris feudalis. Secundã in 30. Tertiam in 32.Quartam ponam in 10.differentia iuris feudalis & emphytheutici.Quintam in 15.differentia,de qua materiã an & quando ſit bonum ar.de feudo ad emphyteuſim, & econtra,vide Spec.de feu.§.quoniam.ver.4.Io. de Imo. in c.potuit. de loca.vbi tenet quod ſic,per Alua.in ca.j qui.mo.feu.conſti. poteſt.Latius in c.j.an agna.vel filij.per Bart.in l.vt iuriſiuran. §.ſi liberi.de ope.libe.& in l.quod dicitur.ff.de ver. ob.per Bal. in auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.ecc. adde vnam regulam notabilem, quod dominus concedendo feudum vaſallo, & nihil ſibi retinendo in curia videtur omne incrementum etiã latens, & non latens concedere, ſecus ſi aliquid ſibi reſeruauit in curia,quia tunc nullum incrementum videtur concedere.caſus eſt ſecundum iſtum intellectum. Pe. de Cor.& Bal. ibi in c.j.§. ſi quis de manſo. de contro. inueſti. quod ſecus eſt
2 in vſufr.†quia indiſtincte ſolum incrementum latens efficitur ipſius vſufru. Et nunquam incrementum non latens.l.item ſi fundus.§.j.de vſufr.& dixi in 18. differentia. s.& ratio eſt ſecundum Bald.in d.§.j.ſi quis de manſo.quia plus iuris habet feudatarius, qui habet vtile dominium quam vſufructuarius qui non habet.& ideo Bald. ibi refert quod cum ibi emphyteuta habeat etiam vtile dominium.l.j.ff.ſi ager vect. vel emph.pet. & habetur per glo.in l.ſi vt certo in §.ſi duobus.ff.commo.Et per glo.in cap.cum Bertoldus.de re iud. idem erit in eo quod eſt in feudatario.ex quo nota quia Bal. ſentit vnam regulam, quod in his,quę cauſantur & procedunt reſpectu vtilis dominij quod etiam habet ipſe vaſallus ſit idem dictum in ipſo emphytheuta, quia etiam ipſe habet vtile dominium, & ſic in his erit bonum argu.de uaſallo ad emphyteutam, quando aliquid ſtatuitur in emphyteuta reſpectu vtilis dominij, quæ regula eſt notabilis, & veriſſima & uullus tangit, quod bene
3 no.†Idem crederem omni caſu quo feudum, & emphyteuſis æquiparantur, quia id quod ſtatuitur in vno caſu indiuiduo per quem ſit equiparatio habet locum in alio. argu. l.ſi quis ſeruo,cum glo.fin.C.de fur.coniuncta. l.vt tamen.§.j.ff.de ſer. corru. Pone unum caſum exempli gratia.emphytheuſis eccleſia non tranſit ad extraneos hæredes in Auth. de non alie.§. emphy.& habetur in l.etiam.ff.ſolu.mat.& in ca.preſentia.de proba.ita etiam feudum regulariter,ut in c.j.§.cum uero Corradus.de his qui feu.dare poſ. Modo illud quod ſtatueretur in emphyteuſi, ut publicatis bonis emphytheutæ non publicetur emphytheuſis eccleſia.ex eo, quia non tranſit ad extraneos, quia eſt eandem omnimoda ratio prohibendi, ita Bartol.in §.ſi de vectigalibus. ff.de dam. infec. & dixi ſupra in 29 differentia quod ſingulariter tenementi. & adde quod dicam infra in decima differentia in fine.

Concordiæ Feudi & Emphyteuſis.

1 VEnio ad concor. feu. & emphyteuſis quarum prima eſt,quia † feudum regulariter non conſiſtit in rebus immobilibus. c.ſi. j.e. In pecunia autem regulariter non conſiſtit. de quo omnino, vide per gloſ.in uerſ. in feudatario in cap.j. ſi uaſal. ab aliquo feu. interpel. etiam in emphyteuſi, quia non datur niſi in re immobili.l.2. C.de iure emphy. & l.j.cum ſeq. ff.ſi ager vecti. vel emphy.pe.& inſti.loca.§ adeo.

¶ Secunda eſt,quia in feudo fit duplex inueſtitura.ſ.propria, & impropria, propria eſt quæ incipit a traditione poſſe. & tituli inueſtituræ.impropria eſt, quæ fit mediante aliquo ſigno puta enſe,baculo,haſta vel annulo poſito in manu ipſius vaſalli nomine inueſtituræ. & hoc modo utuntur principes. caſus eſt in c.j. quid ſit inueſtitu. ſicque omni caſu probatur per iura tradentis ad hoc apta ſunt neceſſaria, nec enim nuda traditio ad hoc ſufficeret, ut in c.j. quib. mo. feu. conſ. poteſt, & argu.l.nunquam nuda. ff.de acqui.re.do. immo quod plus eſt quo ad plenum ius acquirendi feudum non ſufficit niſi ſequatur realis traditio poſ. Ad quam traditionem compellendus eſt dominus pręciſe nec liberatur uolendo præſtare intereſſe. c.ſi facta ſi de feu.fue.contr.& in c.j.in fi.de no.for.fide. & no. in c.j.de controuer.inueſti.& hoc videtur conuenire cum contractu emphy.vt l.ſi.C.de iur.emphy.

5 ¶††Tertia concordan. eſt, quod ſicut feudum non poteſt annullari ſine conſenſu domini,ut in cap.j.de prohi. feu.alie.per Federi.ita nec emphyteuſis.l.ſi.C.de iu. emphy.

¶ Quarta concordan.nam iura feudalia, quę volunt quod id quod dicitur,quod ſi uaſallus alienat feudum cadat a iure ſuo & vadat ad dominum, habent locum in uaſallo ſi alienat ſciens,ſecus ſi ignoranter.caſus eſt no.in c.j.in fi.de contro.int. do.& emphy.feu.& in cap.ſi uaſallus feudum, ſi de feudo fue. contr.habent prędicta iura etiam locum in emphyteuta alienante,ut diſtinguatur,an fuerit ſciens an ignorans,ſecundum Bal.in d.c.j.per illum tex.& in d.c.uaſallus. & ibi hoc tenet Ia. de Alua.& eſt caſus in d.c.j.in fi.ubi idem in omnibus alienationibus.ſimilis diſtinctio fit in l.ſi.in fi. in §.fi.de leg.2. ſed aduerte, quia quod dixi de ignorantia debet intelligi.ſ.facti, puta,quia neſciebat rem eſſe emphyteuticam,ſecus ſi erraſſet in iure,puta,quia bene ſciebat eam eſſe emphy. ſed neſciebat an ſibi eſſet licitum alienare,quo caſu alienãs bene priuatur iure ſuo,ſecundum gloſ.& Doctor.in dicto c.j.de conten.inter do. & emp.feu.etiam ſi eſſet miles uel fœmina,quę ignoraret iſto caſu ſecundum Bal. hic,quod bene no. adde quod idem forte eſſet in ruſtico.argu.eorum quę dicuntur.in l.iuris ignorantia. C.qui admit.cum ſimilibus.

6 ¶† Quinto, quia feudum ſimpliciter receptum intelligitur pro ſe, & filiis ſuis maſculis, licet in inueſtitura de nullo hærede ſit facta mentio.text.eſt in capit.primo, de duob. fra.prõ capi.inueſti.& eſt gloſ.no.in capit.pri. quibus mo. feu.conſtit. poteſt. & dixi in prima concordan. iuris ciuilis & feudalis. idem dictum eſt in emphy.ſecundum Bald.in d.cap.j.quod tenementi perpetuo. idem eſt regulariter de iure communi.l.ſi pactum.C.de proba.

¶ Sexto, quia ſicut filius regulariter non poteſt in feudo ſuccedere niſi acceptet hæreditatem patris. text. eſt in cap.j. & ibi Iac.Alua.infra.an agna. uel filius.ita etiam filius emphy. non ſuccedit in emphyteuſi niſi acceptet hæreditatem patris in Auth.de non alie.in §.emphyteuſim, ita dicit etiam Bart.in l. ut iuſiurandi.§.ſi liber.ff.de ope.lib.de quo etiam per Barto.& Bal.in auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.eccl. & Alua.in d.c.j. uer.quęro cum glo.

7 ¶††Septimo ſecundum Specu. in titu.de emp.& uendi.§.nunc dictum.

Source : BIU Cujas

dictum. versicu. quod de concessione, quia nec in feudo nec in emphyteusi habet locum dispositio. l. j. C. de rescinden. vend. aliqui tamen dicunt quod in hoc discordat feudum ab emphyteusi. quia d. l. non habet locum in feudo, & est casus singularis iuncta glo. in c. nostram. de reb. eccle. non alienan. secundum Lu. Ro. in l. si quis cum aliter. ff. de ver. obl. sed aliter dixi s̃. in 11. differentia iuris ciuilis & feu. die vt ibi, sed bene habet locum in emphyteusi, vt in d. c. ad nostram. arg. de feudo ad emphyteusim. ita etiam tenet Spec. in titu. de loca. §. nūc aliqua. ver. 9. & sic fuit sibi contrarius in eo quod dixit in titu. de emp. & vend. & ita etiam tenet Paul. de Cast. in d. l. 2. in antepe col. vers. est dubium de contractu emphy. & Roma. in d. l. si quis cum aliter. 8. col. in princ.

Differentiæ Feudi, & Emphyteusis.

NVnc videamus differentias inter ius feudale & emphyteuticum.

¶Prima est, quia contractus feudalis est de iure consuetu. vt in titu. de his qui feu. da. pos. contractus vero emphy. est de iure ciuili. no. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur.

8 ¶† Secunda differentia est, quia feudum datur communiter gratis & libere ob reuerentiam quantum ad præstationem pecuniæ, vt in c. j. in fi. de feu. da. in vicem. l. commis. & in c. j. in prin. qui. mo. feu. amit. & in cap. j. de no. for. fide. In emphyteusi vero plerunque certa præstatio & pensio interuenit pecunię, vel alterius quantitatis ponderalis, vel mensuralis, vt in l. 2. C. de iur. emp. & in c. potuit. de loca. cum si. ita tenet Spec. in ver. de loca. §. nunc aliqua. ver. quæritur. in fi.

¶Tertia, quia vasallus iurat & se obligat ad multa quæ narrātur in c. j. de forma fidelita. & in c. j. de no. for. fi. In emphyteusi vero secus.

¶Quarta, quia vasallus tenetur ad homagium, & fidelitatem, in d. c. j. de no. for. fi. & in d. l. j. de no. for. fi. emphyteuta vero tenetur ad solutionem mercedis, insti. loca. in §. adeo. & l. 2. & l. seq. ff. si ager vect. vel emph. pe. & in l. 2. C. de iu. emphy.

9 ¶†Quinta, qa emphyteuta cadit a iure suo si nō soluit p̄ triennium laico. d. l. 2. vel per biennium circa. d. c. ponunt. sed vasallus non soluens non cadit si ex feudo debet aliquid solui, vt quia est conditionatum, ut soluatur aliquid. ita Specu. in ver. de loca. §. nunc aliqua. vers. 35. sufficit etiam vasallo offerre se quando est necesse, & vtile, ut in d. c. j. de for. fi. immo si staret per decennium & ultra non offerendo seruitia domino non per hoc priuaretur iure suo. debet enim a domino interpellari. quod si pecunia esset prę̄standa omni anno non debet expectare quod interpelletur a domino. arg. l. magnum. C. de cō trahen. & commit. stip. & d. l. j. C. de iure emphy. Tamen si nō soluer̄et non deberet priuari feudo. Nec obst. d. l. 2. quia loquitur in emphyteusi, quæ est rigorosa, ergo non habet locum in feudo. ex quo non reperitur expressum per ea quę singulariter dixi s̃. in 30. regula iuris feudalis vbi. Et quod dicā in infra in 10. diffinitione. Sed in contrarium quod priuetur facit ca. j. §. sed nec alia. j̃. quæ fuit prima causa bene. amit. vbi dicitur q̄ nulla causa est iustior perdendi feudum quam si non seruatur causa propter quam fuit datum. Solu. ibi loquitur quando ex illa causa tantum datur secus si permittratur fidelitas. & ultra hoc pensio, quia tunc non datur propter pensionem, sed est tanquam causa impulsiua. ita dixit notabiliter Card. Zaba. in d. cap. potuit. de loca. & ita dicit sępe consuluisse. & ego sępe interrogatus, ita respondi, & vidi obseruari in practica, & sic intellige quod no. Host. in sum. de feu. in §. quibus in vers. quid si opus. & uide glo. no. in c. constitutus. de reli. do. cum ibi no.

20 ¶†Sexta, quia per procuratorem specialem potest fieri inuestitura feudalis, & per consequens missio in pos. ipsius rei in feudum datæ, no. in c. j. §. fi. per quos fiat inuesti. quod fieri nō potest in emphyteusi perpetua. In qua debet solus dominus nec per procuratorem mittere potest, casus est notabilis. in l. fi. C. de iure emphy.

¶Septimo differunt secundum aliquos, quia si uasallus feudū antiquum uel paternum alienet domino irrequisito vel prohibente, tunc feudum reuertitur ad agnatos domino excluso tam de iure ueteri quam de nouo, ut plene per glo. Iac. de Bel. & Doc. in c. j. §. hoc quoque. de suc. feu. res autem emphyteutica taliter alienata reuertitur ad dominum aliis exclusis. l. fin. C. de iu. emphy. sed quantum ad primum de feudo multi dicunt contrarium & ego cum istis videlicet, quod feudum antiquum alienatum transeat ad dominum exclusis agnatis, & sic secundum istam opi. concordat cum emphy.

11 ¶†Octauo, nam feudatarius non potest feudum donare indistincte. §. donare. j̃. qualiter olim feu. alie. potest, sed emphyteuta, qui tenet rem in emphyteusim, & a fisco potest rem aliena re salua ratione pēsionis fisco. l. j. C. de reb. pat. libr. 10. ita dicit glo. in d. §. donare. quam Bal. videtur ibi seq. & in c. j. §. denique. quæ fuerit prima causa bene. amit. ita tenet glo. in l. fin. C. de iu. emphy. & ita communiter seruatur, licet ibi Bald. videatur tenere contrarium. de quo vide Bal. Ang. Rap. & Imo. in l. si domus. §. fi. de leg. j. & etiam Bald. & Sal. in d. l. fina. C. de iure emphy.

¶Nono, quia emphyteuta potest pignorare. l. fi. C. de iu. emph. insti. loca. §. adeo. & l. tutor. §. fi. cum l. se. ff. de pig. act. & l. vecti. de pig. sed uasallus non pōt, ut in c. j. de prohi. feu. alie. per Fed.

12 ¶†Decimo, quia quando vasallus delinquit in dominum ipse priuatur feudo & descendentes in infinitum. & collaterales agnati usq; ad quartum gradum, & alij vlteriores admittuntur. tex. est & ibi Bal. in c. j. si uasal. feu. pri. cui de feu. & in c. si vasal. culpa. si de feu. fuerit contro. & dixi. in 6. differentia iuris communis & feudalis, & hęc distinctio cōfundit ordinem successori cum successio ista incipiat a posteriori, quod est singulare & contra regulas iuris ciuilis. & ideo non est trahendū ad emphyteusim. l. quod uero. ff. de legi. ita dicit Bal. in d. c. j. si vasal. feu. pri. ex quo not. regulam argumentabilem de feudo ad emphyteusim negatiue, quod vbicunque aliquid disponit in feudo quod sit contra ius ciuile illud nunquam est trahendum ad emphyteusim nisi in iure reperiatur expressum. facit quod dixi. s̃. in 5. differentia vbi vide, & facit quod singulariter dixi. s̃. in 5. parte prin. in 31. regu.

¶Vndecimo, quia ex multis causis uasallus amittit feudum de quibus in toto tit. quibus mo. feu. amit. & in ca. j. hic potest esse titu. quibus mo. & etiam in c. j. per totum quæ fuit prima cā benefi. amit. in quibus omnibus emphyteuta non amittit.

13 ¶†Duodecimo, quia si vasallus feudum alienat & recuperat ipsum incontinenti, ipsum perdit, ut in ca. j. quid iuris si vasal. post alie. feu. & ibi glos. in fine. hodie vero secus est cum statim post alienationem sit domino acquisitum. cap. j. §. hoc de succes. feu. & ibi Iac. de Alua. licet teneat contrarium, & male in c. i. quid iuris si vasal. & nisi remisisset de consensu domini, secus in emphyteusi si intra duos menses recuperat. potuit. de loca. & ibi Doc. & Io. An. in nouel. & Bal. in conclusionibus feu. in titu. prohi. feu. alie. per Fede.

¶Decimotertio, quia emphyteuta potest in suo testamento disponere de iure emphyteutico. l. in conuentionalibus. ff. de verb. obl. sed uasal. d. suo feudo non, vt in c. j. de suc. feud. hoc etiam tenet Iac. de Alua. in c. j. in 4. col. an agna. vel filius. & dixi in 17. regula iuris ciuilis. s̃.

14 ¶†Decimoquarto, quia fœmina non succedit in feudum nisi in inuestitura dictum sit. cap. j. §. hoc autem notandum est de his qui feu. dare poss. & in ca. j. l. filia. de succes. feu. uel nisi a domino redemit precio vel gratia, ut in c. j. quemad. feu. ad fil. perti. sed in emphyteusi, uel liuello succedunt indistincte, ut in c. 2. & ibi Bal. si de feu. fuer. contro. & in Auth. de non alie. in §. emphy. immo etiam hęredes extranei succedunt. l. 2. C. de iure emphy. & in l. viam naturalis. C. loca. & melius in l. etiam. ff. sol. mat. & in c. præsentia. de proba.

¶Decimoquinto, quia licet res emphyteutica possit dari in dotem tamen feudum dari non potest. ita Spec. in tit. de loca. in §. nunc aliqua. vers. 292. & in c. j. §. donare. quaer olim feu.

15 ¶Decimosexto, & ultimo differunt, quia mutus, & surdus, & aliter imperfectus regulariter non succedunt in feudo & maxime nouo, quia domino seruire non ualēt, ut in ca. j. an mutus, uel aliter imperfectus, sed in emphyteusi bene succedunt, quia tantum tenetur ad seruitia domino, de quo per Lud. de Ro. in fin. 170. quod incipit hodie fęmina, sed tenetur ad quēdam censum puta pecuniarum, uel frumentum uel ad unum par caponum uel aliquid simile. ita Bal. in titu. de pa. constan. in 16. col. versic. & adde quod Specul. ubi in hoc Baldus dicit contra Specul. quod sit differentia inter feudum & emphyteusim licet Specul. dixerit contrarium, scilicet non esse differentiam in effectu, sed in nomine sic, dic vt ibi quia Bald. videtur melius dicere. Ex quo nota vnam regulam argumentabilem de feudo ad emphy. quod ubicunque statuitur aliquid in feudo propter seruitia, quę ipse vasallus præstat puta quando in seruitio esset electa industria personæ, vel quid simile, tunc illud non habet locum in emphy. in qua illud non præstatur seruitium, quod not. & adde dicta. s̃. in princip. huius. 7. partis, in prima regula. de aliis differentiis, uide Iac. Aluar. in prælu. feu. in vlt. q. & Bal. in l. j. C. de iur. emphy. & per Docto. in cap. potuit. de loca.

FINIS.

TRA-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS
DE PRIMOGENITVRA
DOMINI MARTINI GARRATI LAVDEN. legum ſplendidiſſimi Doctoris.

QVAESTIO PRIMA.

IN Chriſti nomine, & glorioſę Virginis amen. Incipit opuſculū de Primogenitura.& licet in iure noſtro,ſecundum vulgi ſententiam omnis diffinitio periculoſa ſit,tamen latine eloquētiæ optimo teſte Cicerone, vt intelligatur quid ſit id de quo agitur omnis de re aliqua inſtitutio, debet a diffinitione proficiſci. inueſtigandum eſt igitur quid ſit primogenitura. Reſpon. ſecundum Archid.7.q.j. quam periculoſum.eſt dignitas ſiue præeminentia quam omnes primogeniti habēt in cognationibus,alias congregationibus ſuis vſq; ad Aaron.

QVAESTIO II.

Vt bene explanem hanc diſtinctionem quotuplicia ſunt iura primogenituræ quæramus. Reſpon.in primis primogenitus in feſtis præ aliis ſacrificium petebat. Secundo, ſedebat ad dexteram patris. Tertio,duplicatos cibos ſuſcipiebat.hęc tria ponit gl.in d.c.quam periculoſum. Quarto,veſtem peculiarē, alias ſpeciem & inſignem tantum in oblationibus habebat. Quinto,in conuiuiis & celebrationibus iunioribus benedicebat. Sexto, in fine benedictionem paternam obtinebat. hæc alia tria ponit Archid.in d.c.quam periculoſum.Septimo,duplicatam partem in diuiſione obtinebat,ſecundum Io.An.in cap.licet.de vot.vltimo primogenita pecorum ſuſcipiebat, ut no.in d.c.quam periculoſum. hæc quidem olim, ſed moderno iure videamus quid iuris.nam in j.& 2. iure idem iuris puto hodie, quoniam dignior debet pręponi & ad dexteram ſedere.l.fi.ff.de alb.ſcrib.& glo.& in terminis noſtris Bald.in l.de armi.C.de ſacroſan.eccle.ſed maior natu eſt dignior.l.j.in fin. de iur.immu.cum ſimil.Tertio iure puto non idem hodie, qa ęquales cibos & ęqualia alimenta pater præſtare debet.l.ſi qs a liberis.in uer. liberi. ff.de libe. agn. In quarto,non puto eſſe idem iuris hodie, quia appellatione alimentorum veniunt veſtes.l.legatis.ff.de ali.& cib.leg.& Bart.in tract. de alimen.ergo idem prout dixi in cibariis & alimentis.In quinto puto hodie etiam eſſe idem iuris, quoniam dignior debet opponi,ut ſupra retuli. Sexto in benedictione actiua filius primogenitus præponendus eſt.hinc eſt quod cum moris ſit in Lombardia, vt in vigilia Domini noſtri Ieſu Chriſti domus ſpargatur benedictione paſſiua, non puto hodie actuandum eſſe idem iuris,quoniam ęqualitatem obſeruare debet inter liberos quo ad benedictionem & bona. §.illud. in Auth.de trien. & ſemiſ.& no.in auth.ex teſtamento.C.de colla.Ex quo infertur q̄ non eſt idem iuris moderni.7. q.8. quoniam inter filios debet fieri ęqua lancę diuiſio hęreditaria, & rerum l. inter filios.C.fa.erciſ.ibi ęquo iure.l.ſi maior.in fi. C.commu.diui.

QVAESTIO III.

Rurſus quærendum eſt,an illud prouerbium vulgare ſit verum quod primogenitus diuiſionē faciat, minor ætate optionem habeat. Bal.in l. ſuis quoque.ff.de hære. inſtit.firmat hoc veterum prouerbium.Io.An.poſt Hoſt.in ca.j.de paroch.ſunt in contrario,q̄ non maior natu,ſed qui longiori tempore bona adminiſtrauit diuidat, alter vero electionem ſuſcipiat.Idē dicunt in ſcholaribus diuidentibus ſocietatem, vt non maior natu, ſed qui longiori tempore ſtuduit. ego in hoc puto cū reuerentia neq; Bal.neq; Hoſt.ſtandū & Io.An.ſequor,quinimo aut licitatione aut ſorte res dirimitur, fretus in primis auctoritate Bar.in l.j. C.de his qui.ſe refe.lib.10.& Bald. qui fuit ſibimet contrarius in l.ſi maior.C.commu.diui.& Ang.qui ait cō ſuetudine,ita obſeruari in l.ſancimus.C.de don. Secundo moueor per tex.in d.l.ſi maior.in fi. & bene facit.l.ad officium.C. eo.titu.nec obſt.d.l.j. quia reſpondetur ſingulariter ius eſt in fiſco,ergo in contrarium eſt ius commune. l. ius ſingulare.ff.de legi.cum uulgaribus.nec obſtat.c.j.allegatum,quia non loquitur in maiori natu nec in diuiſione hæreditaria.

QVAESTIO IIII.

Rurſus queritur an primogenitus habeat præeminentiam, ut in diuiſione hæreditaria inſtrumenta cōmunia remaneant penes eum.Reſpondeo quod ſic. tex. eſt in l.fi.de fid.inſtrumē. Quid in Regnis, Ducatibus, Comitatibus & de patrociniis, videbuntur in ſequenti lectione.

QVAESTIO V.

Sed operęprecium eſt quærere quo iure inductū ſit primo ius primogenituræ.Reſpondeo iuriſgentium.fretus auctorita-te Bart.in l.interdum.ff.de condi.inde.in rub. ff.de acqui. hære. nam dicit ibi Bar.q̄ teſtamenti factio & hæreditas inuentione eſt iuriſgentium.Et quoniam maiores noſtri in veteri teſtamento utebantur teſtamenti factione actiua & paſſiua. ſed attenta hac ratione ius primogenituræ eſt iuriſgentium,quia repertum teſtō veteri.& Gene.31.c.ſed plerique moderni ſequuti fuerant opi.lac.de Are. q̄ immo teſtamenti factio & hæreditas ſit inuētione & forma creatura mera iuris ciuilis,mouētur in primis, quia non concurrit iuſgentium diſponere de dominio eo tempore quo deſijt eſſe dominus, quia nemo dat quod non habet.l.traditio.de acqui.re.do. cum vulg. ſed teſtator diſpoſuit poſt mortem ſuam quo tempore deſijt eſſe dominus. & paria ſunt non dominum diſponere, vel dominiū conferre in tempus quo deſijt eſſe dominus. l. in tempus, & glo.in l.illa inſtitutio.ff.de hæred. inſti. ergo teſtamentum aduerſatur præceptis iuriſgentium. Secūdo moueor, deportatus retinet acquiſitionē iuriſgentium, & abdicat quæſtus iuris ciuilis.l.quidam.ff.de pęni.cum vulga.ſed deportatus non habet teſtamenti factionem actiuam neque paſſiuam. l. eius qui.ff. de teſta. & plene in l.j. de hær. inſti. C. Tertio,vide caſum eſſe rotundum in l.j.cum dua.ſeq. ff.de pet. hære. vbi ſucceſſiones aut veteri,aut nouo iure deferuntur. veterum quidem ius eſt. 12.tab. Aliæ vero leges cenſentur nouę. tex. eſt iunct. no. in l. vnica.ff.de condi. ex leg. Quarto videtur eſſe caſus in l.verbis. leg.12. tabu. lata.& l.obuenire.de verb.ſign. Ad idem bo.tex. in ca.ius quiritum.j.diſt. ibi legitimis hęreditatibus.poſtremo videtur glo.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iu. Ego ſequor ſnīam Bart.& Ang.in l.interdum.& in d.rub.quam communem appellat Fulg.in d.l.ex hoc iure.merito in primis per tex. in d.ca. ius naturę.ibi ſucceſſio.j.diſt.Secundo moueor per tex.l.quidā in iure §.fi.ibi aduerſus mores & iuſgentium. ff.de dona. Item milites utuntur iuregentium neque in teſtamentis ſolennitate iuris ciuilis obligantur.l.j. & l. Lucius ff. de teſta.mili.& per Bald.plene in l.milites. C.eo.titu. Præterea miles inſtituere deportatum poteſt.l.neque. §. deportati. ff. de teſt. mil.ad idem facit.nam & ante.l.inuēta erat teſtamēti factio actiua & paſſiua.probatur, nam prudētes Romani leges.12.tab.a Græcis ſuſceperunt.vt no.in l.9.ff.de orig.iuris. ergo ante.l.12.tabul.erat ſucceſſio & teſtamēti factio.& bene facit. l.cum ratio.in prin. ff.de bo.dam.l.reſcripto.vnde lib.cum ſimil. Rurſus nonne ſecundum communem ſententiam ex teſtamento etiam minꝰ ſolenni perdita eſt naturalis obligatio quæ progreditur ex fonte iuriſgentium. not.in l.j. ff.de condi.inde. in l.cum quis.C.de iu.& fac.ign.Nec ob.primum argu.videlicet quia non cōgruit iurigentium &c. Quia reſpondeo, quia nemo dat q̄ non hēt actualiter vel virtualiter.d.l.traditio. & l. non eſt nouum.ff.de acqui.re.do.& l.j.& not.C.ſi aduer.cred. nam creditor non habet dominium pignoris, & tamen transfert dominium alienando,quia virtualiter vt iuribus iam allegatis, ſic & defunctus transfert dominium poſt mortem, quod actualiter tunc non habet ſed virtualiter. Vel aliter & ſecundo,iuriſgentium hæres efficitur dominus per occupationem bonorum,ut not. Bart.in d.rubr.de acquir.hæred. ſed de iure ciuili ſola aditione hæreditatis ſine bonorum apprehenſione efficitur dominus ſed non poſſeſſor.l.cum hęredes. in prin.ff.de acqui.poſ. & per Innoc.& canoniſtas in c.in pręſentia.de proba. & per Bal.in l. fin.C.de edic.di.Adri.tol.Non obſt.de deportat. quia rfideo vt dixi in fundamentis p̄ d.l.neque.§.deportatis. & ita ſoluit Bar. in d.l.interdictum.Non obſt.3.4. & 5.de legibus allegatis.quia loquuntur approbatiue non inductiue ſiue originaliter, ſed punctus eſt noſter an originaliter teſtamenti factio inuentione ſit iuriſgentium.Non ob.vltimum.d. l.ex hoc iure.quia reſpondeo,ut dicit Fulg.in d.l.ex hoc iure. nam ſm cōem ſententiam teſtamentum quo ad formam eſt iuris ciuilis,& ita loqtur glo.in d.l.ex hoc iure. ſed inuentione eſt iuriſgentium.

QVAESTIO VI.

Et hęc diſcrepatio eſt vtilis ad illam queſtionem,an valeat teſtamentum Romani conditum apud hoſtes Romani imperij in pręſentia duorum teſtium. In quo articulo Bal. cōſuluit ualere teſtamentum in quodam mercatore Anconitano,qui cum duobus teſtibus in terris Soldani Babylonię condiderat teſtamentum. mouetur ut ipſe Bald.refert in l.2. quemad.teſt. aperi & quia teſtamentum inuentione eſt iuriſgētiū, & de iuregentium ſufficiunt duo teſtes.l.Lucius. ff.de mil.teſt.l.vbi numerus.ff.de teſt. Secundo,quia magis imitari debemus ius canonicum quam cinile quod nititur diuino iuri, in ore duorū vel trium ſtat omne uerbum.ca.nouit. de iudi. ergo ſufficiunt duo teſtes.c.cum eſſes.& c.relatio.de teſta.Et hanc ſententiam Bal.ſequitur Fulg.in d.l.ex hoc iure.mihi videtur quod Barto. & Ange.in l.qui a latronibus.ff.de teſt.aduerſentur opi.Bal.& Fulgo. nam concludunt q̄ immo opus ſit ciuem Romanum apud hoſtes condere teſtamentum, ſecundum formam iuris ciuilis, ita vt requirantur ſeptem teſtes.l.ſi vnus. C. de teſtam. cum vulg.& quanq̄ opi.Bal.& Fulg.ſit ęquior vt ſuſtineamus

notam

Source : BIU Cujas

notam testamentariam. § disponat. in auth. de nup. tamen in fructa conscientia iuris verior censetur sententia Bart, & Angel. pro quibus videtur esse casus in terminis in l. non speciali. C. de testa. Secundo, quia vbicunque cessant statuta & consuetudines locorum in terris imperij stamus dispositioni iuris cōis ciuilis, vt nota. Ioan. And. in c. 2. de reg. iur. in 6. & Ang. in repe. l. j. C. de iudi. sed omnes concordant in hoc puncto q̄ cō suetudines & statuta rebellium Imperij Romani non valent secundum Bar. & Ang. in d. l. qui a latronibus. & secundū Bal. in d. l. 2. ergo circumscriptis statutis, & consuetudinibus rebellū stabimus iuri communi Romano disponenti septem esse rogatos in testamentis. d. l. si vnus. Nec ob. primum arg. fal. in d. l. ex hoc iure. quia fateor quod de iure gentium tale statutū valeret, sed non iure ciuili oritur, & naturalis tantum obligatio non ciuilis, vt plene scribitur in l. j. ff. de condi. inde. in l. cū quis. C. de iu. & fac. ign. Non ob. secundum & vltimum ar. Bal. in d. l. 2 quia rñdeo q̄ c. relatum. & c. cum esses allegatum. non habet locum in terris imperij nisi in pijs causis secundum Io. Andr. in d. c. cum esses. ex qua solutione sequitur magnus fructus, vt dictum Bal. sit verissimum quando conditum sit testamentum in piam causam, & apud hostes Romani imperij, & hoc modo potest saluari opi. Bal. & Fulg.

QVAESTIO VII.

Rursus allegaui Bal. in rub. ff. de acqui. her. & īferebat ex dictis Bart. ibi Bal. q̄. de iure canonico hæres non conficiens inuentarium tenetur vltra vires hereditarias. quam opi. comprobauit Angel. in l. vniuersis. C. de legi. sed continuo improbaui hanc opi. nam etiam de iure canonico nedum ciuil. hæres nō conficiens inuentarium tenetur vltra vires hereditarias. gl. est communiter approbata in c. j. de testa. & Host. & Io. An. in catua nos. de vsu. & est tex. in c. Raynaldus. in verbo inuentariū. de testa. & facit ratio, quia postq̄ non reperitur iure canonum tactum cessare beneficium inuentarii, procul dubio stabimꝰ decisioni imperiali. l. fi. C. de iu. delib. arg. c. j. de ope. no. nun. & no. in c. super literis. de rescrip. non obst. fundamentum Bal. de dictis Bar. quia respondeo Bar. in d. rub. ff. de acqui. hæred. non dicere q̄ de iure canonico cesset beneficium inuentarii, sed bene. dicit vnum notabile q̄ in foro conscientiæ & pœnitentia li hæres etiam non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hereditarias. Ex prædictis surgit per consequens, qđ in foro pœnitentiali hæres non conficiens inuentarium non teneatur vltra vires hereditarias nisi in piis causis, secundum Bal. in repet. l. j. C. de sacrosanct. eccle.

QVAESTIO VIII.

Quæro an ius primogenituræ habeat locum in regnis. Pro cuius articuli altiori indagine in primis inuestigandum est illud, an regna deferantur successione, vel electione, videtur q̄ electione. 8. q. j. c. Moyses. Arch. q̄ de iure scripto regna deferū tur electione, sed iure consuetudinario successione. & hanc opi. Arch. sensit Domi. de San. Geminia. in c. grandi. de suppl. negl. prela. lib. 6. sed And. de Iser. cuius opi. placet in c. j. de sen. March. Fede. distinctionis concordat in d. §. præterea ducatus. qui aduersatur. ca. j. in fi. de feu. alie. nam aliquando marchio, dux, vel comes creatur, ut habeat solam administrationem in regno, ducatu comitatu &c. & tunc electione non successione defertur, quia officia non deferuntur successione cum eligatur industria. l. cuius bonis. ff. de cura. fur. & facit l. pen. & fi. ff. de tute. exemplum quando Papa creat marchionē in marchia vel ducem in ducatu, vt administret merum & mixtum imperium & omnē iurisdictionem, sicut præses prouinciæ. l. illicitas. d. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsid. & isto modo intelligatur tex. in d. c. j. de alie. feu. aliquando non creatur dux marchio, vt non solum administrationem habeat, sed etiam proprietatem in iurisdictione, & tunc successione deferuntur regna. & ita intelligatur text. in d. §. præterea ducatus. Hinc est quod regnum Franciæ, Hispanię, & similia regna de consuetudine generali deferuntur successione, & ꝙ̄ter respondeo quæstioni formatæ, q̄ primogenitus de consuetudine generali succedit in regno secundum Host. in d. c. licet. de voto. & secundum Bal. in d. l. ex hoc iure. qui ait nunquam fuit, nunquā erit quin primogenitus succedat in regnis nisi in imperatore, & Papa qui tenent monarchiam, quia defertur electione imperium, & papatus. c venerabilem. de elect. fundamenta. lib. 6. & plene examinat Bal. in extrauag. de pa. constan.

QVAESTIO IX.

Quæro an propter inobedientiam filius qui non exequitur voluntatem paternam testamentariam priuetur iure primogenituræ. Bal. in proœ. decret. respondet filium regis vel principis non obseruantem voluntatem paternam priuari regno & principatu d. c. licet. de voto. sed Bald. sibimet contrarius est in auth. hoc amplius. C. de fideicom. dixit esse speciale in d. c. licet propter præceptum voti vltramarini. Propterea infert ibi Bal. q̄ si filius in alio præcepto paterno sit inobediens, puta, quia non soluit legata certe non priuabitur iure primogenituræ; nisi regnum vel ducatus deferantur iure hereditario, argu. c. j. an agna, vel fil. sed hæc ultima opin. Bal. non est vera vt sit speciale in voto vltramarino. licet gl. senserit in secunda solutiō. in d. c. licet. quoniam omnes Doc. maxime Host. & Ioan. An. in c. si hæredes. de test. intelligunt generaliter in quolibet voto. d. c. licet. Secundo moueor contra Bar. per rationem tex. in d. cap. licet. quæ colligit in verbo ne si onus iniunctum, quæ ratio est generalis in quolibet voto, nec est bona solutio. 2. glos. ibi per rationes præmissas. Præterea glo. ibi non sequitur illam solutionem secundam. Rursus dum Bald. dixit iure hæreditario &c. vt dixi s. est contra tex. in d. c. licet. ad fin. vbi pena non adimplentis votum paternum nedū est in hæreditate qua priuatur filius, sed etiam in priuatione regni, vt probat tex. in d. ca. licet. in ver. successione. & in verbo hæreditatis, & in verbo regnum. Præterea placet præcedens opi. Bal. in proœ decreta. videlicet vt filius nō implens votum paternum priuetur principatur, & iure primogenituræ, dummodo addamus vnum granum salis Bald. videlicet vt filius fuerit admonitus a superiore, ut adimpleat votum intra annum. d. auth. hoc amplius. Nec ob. si studiosus dixerit, imo minus temporis anni ponitur in d. c. licet. quia respondeo secundum Host. & Ioan. And. in d. c. licet. in verbo, ad festum. quod minus tempus anno potest assignari, quando filius promisit patri adimplere voluntatem paternam sine dilatione, vt promisit filius in d. c. licet. quę solutio est notabilis ad limitationem auth. amplius. Et notate vnum verbum, quod licet pater benedicat filium, certe ex hac benedictione non dicitur filius institutus a patre, & eodē modo si pater maledicat, non dicitur filius exhæredari, secūdum Bal. in proœ. decret. & est tex. per Bal. in d. c. licet vbi sub interminatione maledictionis paternæ, pater præcepit filio votum impleri, & tamen non dicitur filius exhæredatus, quinimo ad hoc ut priuetur filius hereditate uel regno, requiritur admonitio superioris, ergo sola admonitio paterna non est sufficiens ad priuandum filium. Ex prędictis liquet, q̄ filius non adimplens hereditatem paternam monitus a superiore priuatur iure primogenituræ, & hereditate contra Bal. in d. authen. hoc amplius.

QVAESTIO X.

Alius est articulus nunquid filius qui non fuit obsequutus votum paternum possit dicere in iure primogenituræ, ego volo retinere legitimam mihi debitam iure naturę in regno, vel ducatu, videtur q̄ sic, per. d. auth. hoc amplius. & §. ii quis vero non plures. in Auth. de hęre. & fal. vbi propter inobedientiam filius non priuatur legitima. In contrarium est ueritas, quia regnum est quid indiuisibile, ut no. Cy. in l. si viua. C. de bo. mat. & dixi in superioribus, ergo filius inobediens non poterit detrahere legitimam de regno uel ducatu. & ita tenent glos. & Doc. in d. c. licet. in glo. ulti. Ex prędictis infertur ergo limitatio d. auth. hoc amplius. quod in regno, & aliis dignitatibus indiuisibilibus filius inobediens priuatur, & legitima, quam glos. sane intelligite quo ad regnum, ducatum, & similes dignitates. Sed de aliis bonis patrimonialibus Paganicis filius in obediens bene posset detrahere legitimam. auth. hoc amplius. & a cessante ratione, quia bona & hereditates sunt diuisibiles. l. j. C. si cert. pet. l. pro hereditarijs. C. de hęre. act. cum similibus.

QVAESTIO XI.

Quęro, nunquid fœmina primogenita succedat in iure primogenituræ. Abb. sic. in c. dilecti. de arbi. concludit, aut loquimur in rebus feudalibus, & non succedit. c. j. de su c. feu. c. j. §. cū uero Corradus. qui feu. da. pos. & ibi in glo. not. aut loquimur in rebus non feudalibus, & tunc aut in regno, ducatu, & his similibus dignitatibus, & tunc cessante linea masculina succedit primogenita in iure ptimogenituræ. c. significauit. de rescr. ubi soror in comitatu succedit fratri. ca. dilecti. de arb. Aut loquimur in aliis rebus, non autem in dignitatibus, & tūc equa li lance succedunt masculi, & fœminę l. fi. C. de lib. pręter. Ex prędictis patet Abb. concludere, q̄ in iure primogenituræ deficientibus masculis succedit primogenita. sed hęc conclusio mihi cum reuerentia non uidetur uera. moueor auctoritate glo. & Arch. in c. cum deuotissima. 13. q. 2. vbi gl. dicit, q̄ de iure fœmina non succedit in regno, si consuetudo sit in ꝙ̄rium. igitur tenent Doc. maxime Vincen. in d. c. significauit. idē affir. D. de S. Gemi. referendo Inn. ita tenere in d. c. grandi. de suppl. negl. prel. lib. 6. & tangit Albe. in proœ. fforum. Secundo moueor, qm̄ officia publica sunt interdicta fœminis propter honestatē. l. fœminę. ff. de reg. iur. sed esse Reginā, Ducissam &c. Cum oī iurisdictione regali est habere officium publicū. l. j. §. ius publicum. ff. de iust. & iu. ergo fœmina non succedit in regno, neque ducatu. Nec ob. d. c. significauit. quia rñdeo, qa ibi soror succedit fratri in comitatu non rōne iuris, sed ex cōsuetudine Gallicanę patrię. ſm Doc. in d. c. significauit. Non ob. d. c. dilecti. quia ille tex. probat ꝙ̄rium, nam dicit ibi ille tex. qđ de iure publico officia iurisdictionis sunt interdicta fœminis, nisi consuetudine approbetur ꝙ̄riū, ut ī patria Gallicana. ecce

tex.

tex.probat fœminam non ſuccedere de iure in regno,& eodē mō rñdet ad tex.d.c.cum deuotiſſimam.vt ibi dicit gl.Ex prędictis infero ꝯcluſionē ꝙ Nic.ꝙ ſiue exñtibus maſculis ſiue non filia primogenita non ſuccedat in regno, neq; in iure primogenituræ,niſi priuilegio,vel conſuetudine probet cōtrarium.

QVAESTIO. XII.

Quæro,an valeat ꝯſuetudo,qđ primogenitus ſuccedat? Rñ deo,aut loqmur in regno,vel principatu,aut patrimonio,vel hñditate.Primo,caſu oēs concludūt valere conſuetudinē maxime Alb.in proœ.fforū.& Bal.in l ex hoc iure.ff.de iuſt. & iu. & eſt rō,ꝙa humanū gen' appetit pacē,& quietē.l.vnica.& ibi no.ſup prin.C.de cad.toll.& no.in c.fundamēta.de elec.lib.vi. ſed pax,& quies populi magis procreat ab vno principante ꝙ a pluribus,ꝙa multitudo principantiū nulla,ſeniorū princeps vnus ſm Phil.xij.metaphy.& probat.vij.q. in apibus.nam reipublicę melius conſulitur per vnū.l.ij.§.ſed quia difficile. ff.de orig.iu.& alias rōnes ponit frater Aegid.in tract.de regi. princ. Secundo,caſu principali ſi in hæreditate pleriq; dubitarūt an valeat ꝯſuetudo primogenituræ,vt Alb.in d.proœ. quia tollit alimenta,& legitimam alijs filijs, quæ oīa debent iure naturæ in d.c.ius naturale.l.cum ratio.de bo.dam. Sed contraria ſnīa eſt vera,ꝙa imo valet cōſuetudo primogenituræ, tex.eſt,& ibi Bal.in c.mulier.ſi de feu.fue.contro.& vī ſequi Io.And. in mercu.ſuper regula ſine culpa.Non ob.arg.de alimentis, & legitimę,quia rñdeo,ꝙ loco alimentorum,& legitima primogenitus prędabit omnia neceſſaria confratribus ſuis ſm qualitatē perſonarum patrimonij quantitatis ſm Hoſt. & Io.And.in d. c. licet. Ex prædictis liquet concluſio etiam in hæreditate, & patrimonio valere conſuetudinem de primogenitura.

QVAESTIO. XIII.

Quęro,an rex poſſit diuidere regna,vel baronias ĩter filios, vel an filij conſentiente patre rege poſſint diuidere regna, vel baronias inter filios,vel an filij cōſentiente patre rege poſſint diuidere regna inter ſe?arguitur,ꝙ non per c.j.§.pe.de prohib. feu.alie.per Fed. Secundo, quia non valet contractus inter patrem,& filiū in poteſtate,vel inter cōfratres exiſtētes in patria poteſtate. l. ij.C.de inoffi.do.& no.in l.frater a fratre.ff.de condi.inde.In contrarium eſt veritas,quia imo valet diuiſio. c.j.§. pen.quib.mo.feu.amit.& ita determinat Old.conſi.cc.ſm ordinem meum,& ſequitur Bal.in auth.hoc amplius. C. de ædific. & c.j.§.item ſacramenta.de pa.iur.fir.in vſi.feu.Non ob.primū arg.quia loquitur,vt vnicum regnum,vel vnicus ducatus non poſſit diuidi,nos autem loquimur quando vnum in regnum aſſignatur vni filio,& aliud regnum integrum aſſignatur alteri filio, vt fuit de facto in rege maioricarum, & rege Aragonum,vt refert Oldr.in d.conſi.

QVAESTIO. XIIII.

7 naturalem æquitatem est valida. † Et ideo dicit gl. notabilis. in c. ius naturale. j. dist. quod pro bono pacis, vel publico quandoque rigor introducitur in naturalem æquitatem, de quo ibi latius vide per Fely. post Domini. Adde etiam eundem Fely. latissime in capit. ecclesia. de constitu. extra. colum. viii. & seq. vbi multa signanda cumulat. Et pro hoc adduco tex. forsan de iure meliorem in l. j. ff. de incen. rui. & naufra. vbi pulcherrime dicit iureconsultus Vlpianus. Euidens, & sanctissima censetur sęueritas per quam vtilitati publicę consulitur. Et ideo dicit gl. no. in Auth. vt sine prohibi. ma. & c. in verbo æstimamus, qđ iniquum est non fallere regulam vbi iustitia suadet, de qua gl. meminit Panor. in c. intelleximus. col. ij. de iudi. extra. Tamen aliquem difficultatis scrupulum relinquere videtur Bal. in §. pen. col. antepe. in tit. de his qui feud. da. possunt in vsi. feu. vbi
8 post Odofre. dicit singulariter, ꝙ † æquitates non habent in se pondus, nisi legibus, vel consuetudine præscripta sint roboratę. etiam in materia feudo. ¶ Sed fouendo hanc opinio. hoc dictum Bal. non obstaret, quia hęc gratificatio videtur esse legalis, & iuridica, vt patet ex. s. allegatis.

QVAESTIO. XI. PRIMI LIBRI.

EXaminatis his quatuor principalibus opinionibus potuisset hęc grauis questio distinctionis fędere terminari. Sed qm̃ distinctio, & subdistinctio sępius iterata, vt plurimum confusionem parit, vt ipsis rerum experimentis cognouimus, vt cũ diuo Marco Imperatore loquar in l. ij. C. vt in possessorio. Resoluendi modus a copiosissimo iuris interprete Fel. in arduis præsertim materijs vsitatus plurimum mihi placuit per conclusiones, scilicet procedendo, quibus dilucide, vt credo, huius enigmatis veritas innotescet.

SVMMARIVM.

1 *Masculus robustior, an præferendus robusto.*
2 *Vulnerantium sese neuter minime tenetur si de insultu non appareat.*
3 *Masculus presumitur viuacior fœmina.*
4 *Tempus quando necessario probandum.*
5 *Probatio vera quæ sit, & eius appellatione quid veniat. 6.*
6 *Præsumptiones quotuplices sint. 7.*
7 *Probationes per præsumptiones a iure inducte dicuntur liquidissimę. Probationes iuris, an sufficiant ad conuincendum.*
8 *Actus præsumptus a iure quomodo probetur.*
9 *Iudex comparatur medico.*
10 *Lex quando iudiciis contenta sit.*
11 *Præsumptio iuris bimembris est.*
12 *Lex an possit extendi ex coniecturata ratione.*
13 *Probationes in contrarium contra præsumptiones iuris, an & quando admittantur.*

PRIMA CONCLVSIO. QVAEST. I.

MIn geminis est qualitatũ naturalium disparitatis, is in iure primogenituræ præferendus est, cui vberius natura prouidit, vel q
1 est pregnantiori qualitate natura dotatus. ¶ † Huius conclusionis iustificatio duobus exemplis patebit. ¶ Primum, Si alter ex geminis masculis est fortior, & robustior altero, tunc ille pp illam pregnantiorem qualitatem naturalem fortitudinis præferendus est, quia presumit̃ citius exiuisse de carcere materni vteri, vt dicit Bal. in §. itaq; in j. consti. ff. vete. col. ij. arg. l. si fuerit. §. j. in fi. ff. de rebus dubijs, de quo supra fecimus mentionẽ. Et ideo dicit Florianus. de s. Petro in l. j. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fecisse dica. quod si in casu illius tex. non apparet, quod animal aggressum fuerit aliud, si vnum est robustius altero præsumitur ab hoc robustiori inchoatum fuisse cõgressum & sic forte Bal. in l. j. xij. q. C. vnde vi. & l. vt vim ad finem. ff de iusti. & iu. & Io. de Ana. in c. significasti. col. xiii. in fi. de homici.
2 extra dum dicunt, quod si † duo pariter se vulneraverunt neuter tenetur, nisi appareat de insultu per dictum. §. cum arietes. Potest limitari ex præcedentibus nisi sit præsumptio prouocationis contra vnũ ex eis, qa robustior est altero, vel animosior.

Secundum exemplum erit, quando vnus geminorũ est masculus, & alter fœminini sexus, quia tũc propter illam prægnã tiorem qualitatem, & cõditionem sexus masculini, masculus præsumitur citius exiisse de claustro materni vteri, & sic primo
3 genitus, quia † maior est in eo vis quam in fœmina. Et de hoc est text. rotundus in d. l. si fuerit. in fi. ff. de rebus dubijs, vbi ita no. Bar. & ita expresse, & in individuo tenet gl. in d. l. Idem erit in verbo. quo ad prin. ad hoc vide etiam bonum tex. in l. qui duos. §. si maritus. ff. de rebus dubijs, vbi habetur, quod si maritus, & vxor mutuo fecerunt pactum, quod superstites dotem lucraretur si simul moriuntur, stipulatio de dote hæredibus mariti competit nisi probetur illam superstitem viro suo fuisse, quia præsumitur maritus superuixisse propter maiorem vim, & fortitudinem sexus masculini, & de hoc vide Fely. in capit. capitulum sanctæ Crucis, colum. xv. versicu. de duobus natis, de rescrip. extra.

Sed obijciet aliquis, & videtur, quod per has prę̃sumptiones non debeat sic alter geminorum priuari, & excludi a iure pri-
4 mogenituræ. † Nam regula est iuris, quod quando tempus est fundamentum alicuius intentionis, illud debet precise probari alias probatio est inualida. tex. est iuncta glo. & ibi nota. Bar. & Doct. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. oper. nuncia. tex. & ibi no. Bal. & Salice. in l. fi. C. ne seruus ex facto suo. glo. not. in c. venerabilibus, de senten. excom. in sexto. Vide Socin. in consi. xlii. col. iii. ibi tunc succedit regu. & consi. cclxxxiii. col. iii. versi. prę̃terea ad hoc, & c. Modo sic est, quod iste geminorũ qui prę̃tendit se primogenitum nititur temporis prę̃rogatiua,
5 quia prioritas in hoc cõsistit. ergo, & c. † Sed probando ex qualitatibus præsumptiuis de quibus supra, quod non precisę de temporis prioritate ostendat, probatur, quoniam illa dicitur vera, & propria probatio per quam non argumentis, non prę̃sumptionibus, sed clare intentio agentis deducitur. Fely. hanc regulam ponit in rub. de probationi. extra ad prin. per c. forus. §. causa. j̃. de verbor. signi. & adducit inter cætera Ludo. de Ro. in l. j. C. de testamen. mili. vbi dicit. quod probatio per præsumptionem, seu coniecturas non dicitur vera, & propria probatio, per. l. j. in versicu. proprie. ff. si tabu. testamen. extabunt. Sed dicit Fely. quod melius facit text. in l. Lucius. ff. de conditio. & demonstra. vbi Bart. & Inno. & ita not. pro confirmatione adducentes diuersitatem esse inter titulum de præsumpt. vt videmus. Item, & per illum tex. vt dicit Bald. in c. j. in princi. si de inuestitu. inter domi. & vasallis oria. in vsib. feud. vbi probatur,
6 quod † appellatione probationis plena probatio continetur. Et ita ergo videtur, quod ratione huius præsumptionis surgentis ex illis qualitatibus naturalibus etiam prę̃gnantibus non sit sic ius primogenituręalteri geminorum adiudicandum. ¶ Sed licet hæc obiectio videatur prorsus destruere hanc conclusionem primam, tamen credo, quod faciliter responderi poterit incorrupta, & illæsa conclusione nostra. ¶ Aduertendum est enim, quod præsumptiones sunt in duplici differentia principaliter, quædam hominis, quædam iuris. Bald. in rubri. de probatio. C. And. Barba. in rubri. de proba. extra colum. xj. In præsumptione hominis transeant allegata in hac obiectione, licet tamen in prę̃sumptione hominis non sit sine dubio, maxime quando præsumptio est violenta, vt c. affertę, de præsump. vbi Docto. de quo vide Panor. in c. is qui de spon. ad finem. &
7 ibidem in addi. ad ipsum in verbo, sentẽtiam. † Sed in præsumptionibus iuris non est dubium, quod inducitur per tales præsumptiones probatio etiam plena, vt est glo. reputa. singu. in l. si tutor. C. de pericu. tutor & curato. in verbo, ostenderis, vbi dicit in fi. quod probationes legum liquidissimæ sunt. Et ideo dicit Bal. quod quando ad victoriam reportandam requiruntur liquidissimę probationes sufficit probare per prę̃sumptiones a iure introductas, quia dicuntur liquidissimę, vt in criminalibus. l. fina. C. de probatio. l. absentem. in princip. ff de pœn. quibus iure cauetur crimina liquidissime probanda esse, & tamen ad conuincendum aliquem sufficiunt præsumptiones iuris. l. si quis adulter. C de adulter. & idem in simi. Adde Barba. in rubri. de probatio. extra colum. xj. vbi pro hac prædicta glo. in l. si tutor. adducit tex. in l. j. in verbo, liquidis. C. de testamen.
8 mili. subiungens generaliter, quod † actus præsumptus a iure probatur eoipso, quod non probatur contrarium, per glo. in l. si creditor. C. de pignor. actio. & glo. in l. ij. C. de erro. calcu. & in l. ij. de peti. hæredi. l. siue possidetis. C. de proba. l. in testamento. C. de testa. mili. & in l. j. C. de fide instru. & iu. hastæ fisca. lib. x. Et ideo dicit ipse hoc casu non est frustrandus, aut onerandus quis superfluis probationibus per tex. in capit. sicut de proba. extra. & glo. in l. super seruis. C. qui milit. non possunt. libr. xij. Adducit postea alias glo. in iure canoni. & inuehit in legistas, & canonistas quibus incognitę fuerunt. Adde eundem Barba.
9 in d. capitu. significantibus. eod. titu. de probatio. extra. † hinc dicit Bald. in rubri. de proba. C. colum. ij. quod iudex est comparandus medico qui ex tactu, vita præcedenti, & vrina iudicat de infirmitate. & ita non semper habet liquidam causam infirmitatis, sed aliquando prę̃sumptiuam. ¶ Et ideo Fely. in dicta rubri. de proba. colum. ij. versicu. secunda conclusio, dicit,

quod

quod probans intentionem ſuam per præſumptiones vel cõiecturas a iure approbatas perinde iuuatur ac ſi vere & ꝓprie intentionem ſuam deduxiſſet, & pro hoc adducit text. in l. ſi quis locuplex in fi.ff.de manu.vindicta.& l.dolum.C.de dolo. & c.2.de renun.in 6.& c.j.& ibi Panor. de cleri. non reſiden. &
10 extra cum pluribus allegatis per eum. † Dicit tamen hoc præſertim procedere quando ſumus in materia quæ certitudinaliter probari non poteſt, quia tunc lex contentatur indicijs. Et quia Felyn.nihil ad hoc allega. vide duo notanda conſilia Alexan.vnum.166.col.2.in fi. in 2. vol. Alterum eſt 121. in 3. volu. quod eſt vltimum conſilium illius vol. col.penul.in fin. ibi benefacit.vbi poſt Bal. in l.de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori. ff.de noui.oper.nun.in 8.q. & l.ſi quis ex argentariis.§.penult. ff.de eden dicit quod in his in quibus eſt difficilis probatio lex contenta eſt probatione per indicia & coniecturas, per l.non omnis. §.a Barbaris.ff de re mili.cum aliis allega. per eum. Et ſubiungit Fely. loco ſupra allegato,quod hoc etiam procedit in ſtatutis, in quibus probatio etiam per præſumptiones æqui pollet probationi verę,ſecundum Fulgo.in l.j.C.de teſta.mili. ¶Sed ſuboritur difficultas,an admittetur probatio in contrarium,& videtur dicendum, quod non ex quo eſt præſumptio
11 iuris per dictum c j.is qui de ſponſa.extra. ¶ †Reſpondendum eſt,quod præſumptio iuris duplex eſt, quædam ſimplex, quædam duplex. Prima iuris tantum. Altera iuris. & de iure ſecũdum Panor.in dicto c.is qui ad finem,dicentem vocabula iſta eſſe magiſtralia & iure non cauta. Præſumptio iuris ſimplex eſt cum ius in aliquo facto dubio præſumit, ſed non fingit intantum quod pedes ſtatuat ſuper facto præſumpto ſicut ſuper vero,& contra talem pręſumptionem admittitur probatio in contrarium,vt c.continebatur de ſponſa.impube.extra.c.propoſuiſti de probatio.extra. Pręſumpio autem duplex,ideſt iuris & iure eſt quando ius vltra præſumptionem procedit ad ſtatuendum ac ſi ex facto præſumpto vere conſtaret,& contra illam præſumptionem non admittitur probatio in contrarium, vt eſt tex.in dicto ca.ius qui.& cle.literis.de probatio. & illud eſt quod vult gl oin capi.ferrum. l.diſtinct. dicens, quod contra omnem præſumptionem iuris admittitur probatio in contrarium, niſi ius ſtatuat ſuper illa præſumptione Nunc ſic eſt quod in propoſito noſtro ius ſuper præſumptione illa, quod maſculus prius egreſſus fuerit quam fœmina expreſſe ſtatuit,vt eſt text.ad literam in d l.ſi fuerit.ff.de rebus dubiis in fine. Et ita quantum ad caſum illum vbi inter geminos eſſet diuerſus ſexus nõ videretur admittenda probatio in ꝙriũ.Vbi aũt gemini ſunt eiuſdem ſexus & vnus eſt robuſtior altero.ꝓſumptio illa qđ vnus prior egreſſus fuerit iure nõ cauetur exꝓſſio.Et ideo in hoc caſu videretur admittenda probatio in ꝙrium,immo quod ſit potius pręſumprio hominis quam iuris, niſi dicatur quod ſatis exprimitur ex coniectura ratione illius.l.ſi fuerit iuncta gloſ. in l.qui duos.§.ſi maritus.ff.de rebus dub.in verbo, locum,quæ dat rationem quare maſculus præſumitur citius exiiſſe quam fœmina, quia maſculus eſt robu-
12 ſtior,& fęmina debilior nec alia ponitur. † Modo theorica eſt in iure vulgata, quod vbi vna ſolum ratio reddi poteſt ex illa coniecturata poſſumus legem perinde extendere, ac ſi eſſet in l.expreſſa.Felyn.hanc theoricam ponit in cap. translato.de conſtitutio.extra.col.fi.in fi.poſt Bal.in l.maximum vitium.in 6.col.C.de libe. præteri. cum aliis allega. per eum, & vltra eum vide quæ late cumulantur per Domi. Iaſo. in §.omnium inſti.de actio.col.9.circa medium,adducens pro hoc glo.reputatam ſing.in l.quamuis.C.de fideicom.liberta.vbi etiam Bal. nota. Plura etiam alia allegat quæ non curo tranſplantare. inter cætera dicit quod glo. illa in d.l.quamuis non videtur ſibi illud probare,adducens aliam glo. expreſſiorem in clem.j. in verbo,eligatur cum nota. ibi per Pau. de Leaza.de electio. in clem. Modo in propoſito, licet ergo textus ille de præſumptione inter maſculos non loquatur, tamen ex ratione coniecturali poteſt ita intelligi, quia vt dicit Bal.in d.l.quamuis. tunc non dicitur interpretatio extenſiua, ſed intellectiua,tamen ſecurius credo quod ex quo iure expreſſo de hac præſumptione nihil eſt ſtatutum æſtimare debemus hoc caſu præſumptionem eſſe iuris ſimpliciter & non iuris & de iure. Ita quod admittatur probatio in contrarium per prædi. ¶Imo inquantum ſupradictum eſt quod vbi eſt præſumptio iuris, & de iure non debet admitti probatio in contrarium limitandum eſt, niſi pars cui fauet contrarium fateretur, puta maſculum fœmina prius genitum, vt voluit Cy. & communiter Doctor. ſequuntur in auth.ſed iam neceſſe. C.de dona. ante nup.& ita tenet Panor.in d.c.is qui.col.j.verſic.2. quæritur adducens glo. in auth.de æqualita.do.§.j.vnde ſumi.d.auth. ſed iam neceſſe. Adducit etiam Innoc. in c. quia plerique de immuni.eccle.ex-
13 tra. † Vbi ſingulariter dicit,quod licet ſententia tranſiuerit in rem iudica. tamen ſi pars pro qua lata ſententia fatetur eam iniuſtam debet illa ſententia tractari, quod plurimum ſignat ibr Panor. & ad extenſionem illius dicti, vide in addi.ad Panormi.in verbo, retractari.& vltra ibi allega. Ad de Alexan.in conſi.299.col.2.in fi.Ibi ſi ergo.in 2.vol. & eundem Alex.conſi.219.col.fi.ibi bene facit vbi ponit aliam limitationem ad propoſitum noſtrum quod contra præſumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium, niſi parte non reſiſtente factæ fuerint probationes in contrarium, ſecundum Inno.in c.fraternitatis.de frigidi. & malefici.extra. Nota hos caſus quia non parum eſt excludere partem a facultate probandi.Sed aduerte quod iſte limitationes paſſim non procederent, vbi enim ageretur de rebus priuatorum, ſatis poſſent habere locum quando ex eorum facto reſpublica non lęderetur,ſecus autem vbi eſſet quæſtio de regno & principatu,quia etiam ex confeſſione partis cui fauet duplex iuris præſumptio nõ admitteretur probatio in contrarium,vt not. voluit Panor.in d.c.is qui fidem. de ſpon. extra.col.j.vbi dicit, quod contra præſumptionem illius ca. pars in cuius fauorem ius præſumit non tollit preſumptionem per ſuam confeſſionem, vt matrimonio. ergo a fortiori in iſtis principatibus in quibus magis eſt occultare reipubli. detrimentum, & hæc de prima conclu.

SVMMARIVM.

11 *Primogenitus vterque geminorum quando habendus.*
12 *Res indiuiſibiles quæ ſint.*
13 *Feuda indiuidua quæ ſint. Et quando dicenda diuiſibilia.4.*
5 *Sociorum vnus in diuiſione bonorum, an & quando ſufficiat prouocaſſe.*
6 *Feudum regulariter eſt diuiſibile.*
127 *Primogenituræ ius, an ſeruetur in feudis diuiſibilibus.*
8 *Inſtantiam reſpondenti, an ſufficiat dare.*
Ius patronatus, an ſit diuiſibile.
9 *Incorporalia quando ſint diuiſibilia.*
Canonica an poſſit diuidi.
10 *Feudis per filios cui conceſſa fuerunt diuiſis, an cenſeatur inuidictio diuiſa.*
11 *Iudex materiam diuiſibilem qualiter diuidere debeat.*

SECVNDA CONCLVSIO. QVAEST. XI.

1 BI in † geminis eſt qualitatum naturalium paritas vterque in diuiſibilibus rebus ratione primogenituręcompetentibus primogenitus eſt cenſendus. Notanter dico vbi eſt qualitatum naturalium paritas, quia vbi eſt imparitas ſatis ſuperiori concluſione diximus. Secundo notanter dico, in diuiſibilibus rebus, quia ſecus in indiuiſibilibus, vt ſequenti concluſione.
2 ¶ †Sed quæritur quę dicuntur res diuiſibiles? Reſponde quod omnis ſubſtantia patrisfamilias cenſetur eſſe diuiſibilis inter filios etiam ſi ſit feudalis regulariter.Spec.in tit.de feu.ver.33. queritur vbi ponit generaliter hanc reſolutionem, quod feuda quæ iure hereditario proueniunt diuiſibilia ſunt. Ad idem vide Bald.in l.ſi plures. C.de condi.inſer.col.2.verſ. Item nota. vbi dicit formaliter quod feuda omnia regulariter ſunt diuidua inter heredes qui ſunt de ſanguine, & omnes debent facere fidelitatem qui feudum tenent, ſubiungit quod fallit in feudo franco & feudo regali. De quo ſequenti concluſione
3 dicemus. ¶ †Sed aduerte quod contra hoc videtur eſſe tex.formalis in titu de prohita feud. aliena.per Fede. §.prętерea. vbi dicitur, quod ducatus, marchionatus, comitatus, & cætera feuda principatuum non diuiduntur, & ita generalitas Spec. & Bald.videtur reſtringenda per d.§.prętерea. Et ideo Bart. in l.& ideo.ff.de condi. furti.dicebat quod feuda diuidi non poſſunt,niſi in caſibus.d.§.prętерea. Et ita ſenſit ipſemet Specul. quęſt.34.eod.titu.de feud.Adde Gaſparem filium Ioan.Calde. in titu.de feud.conſi.12.vel melius conſi.3.quia aliqua conſilia poſita in illo titu.ſunt aliorum Doctorum.dicit ibi Gaſpar quod feuda de ſui natura ſunt diuiſibilia,dummodo non ſint ea.l.data vt non diuidantur,quia tunc contractus conuentione partium legem accipiunt capi.contractus, de regulis iuris. in 6.vel ſi ſit tale feudum, quod de ſui natura non ſit diuiſibile,ideſt commode diuidi non poſſit.argu.§.quod ſi commode de officio iudi.inſti.vt eſt regnum,ducatus, vel marchionatus, & reliqua alia feuda quæ per conſtitutionem Fede.prohiben. diuidi. vt d.§.prętерea. Adde Alexan.conſi.30.in j.volu.col.6. Quod conſilium etiam ponitur in 5.vol.col 2. vbi dicit Alex.
4 quod † feuda omnia diuiſibilia ſunt niſi ſit annexa dignitas. Adde Panormit.conſi.82.col.penult.in j.vol.conſil. vbi etiam concludit,quod feudum regulariter diuidi poteſt per dictũ §. prętерea.Hoc tamen dummodo omnes vaſalli concordent, alias nõ per tex. quem dicit ad hoc ſingula. in d.§.prętерea.ibi ſi conſortes volucrint.Et pro hoc adducit tex.iuncta gl.in cle.
5 ſępe.de uerb.ſig.in fi. † Et ita dicit quod licet alias in diuiſione

Source : BIU Cujas

bonorum ſufficiat vnum ex ſociis prouo. vt toto titu. C. com muni diuidun. tamen hoc fallit in feu. quod dictum eſt multũ ſingula. Sed vide Alex. in conſi. 7. in 5. vol. vbi formaliter con trarium concludit. ſ. quod ſufficit vnius prouoca. quod nota. Adde etiam ad prædicta Panor. in 2. vol. conſil. 3. col. 3. vbi de diuiſibilitate, vel indiuiſibilitate feudi loquitur. Adde etiam Soci. in j. vol. cõſi. 67. col. 7. vbi etiam ponit hãc regulam quod feudum regulariter eſt diuiſibile per tex. in ca. omnes filij. ſi de feu. fue. contro. in vſi. feudo. Ita quod ſolum fallit in feudis expreſſis in d. §. præterea. quem tamen. §. decem pulcherrimis declarationibus modificat, vt videre poteris per eum ad quem omnino in hac materia recurre, quia copioſiſſime loquitur, vide D. Iaſo. in prælu. feu. col. antepen. verſ. vltra diuiſiones Bal. & nouiſſime dominum Franciſcum de Curte in ſuo tractatu de feud. in quarta parte q. 30. col. 5. verſic. 2. principalis regula,
6 vbi idem concludit vt ſupra. ¶Ecce ex præcedentibus † ergo colligere debemus quod feudum omne regulariter eſt diuiſibile & ita inferendum eſt, quod in caſu noſtro in feudis vterque geminorum habebit partem. In feudo debetur primogenito ratione iuris primogenituræ, & ita dictante conſuetudine Pariſienſi quod primogenitus habeat certam prærogatiuam in fendis vltra alios filios illa, prærogatiua diuidenda erit in caſu noſtro inter iſtos geminos. ¶†Ex quo inferendum eſt, quod non ſemper eſt vera regula quam ponit Soci. conſ. 252. in 2. volu. col. 18. quod in feudis diuiſibilibus non ſeruatur ius primogenituræ, & eandem regulam ponit etiam conſi. 278. & conſil. 67. col. 7. in primo volu. & ante eum Oldra. conſi. 237. col. j. Alexan. conſi. 60. in j. col. in 3. vol. & idem Alex. conſil. 7. in 5. vol. col. j. Nam videmus ex precedentibus quod eſt dabilis caſus in quo feuda ſunt indiuiſibilia, & tamen ſeruatur ius primogenituræ puta inter iſtos duos geminos de quibus in propoſito, qui prærogatiuam iure primogenituræ competentem propter dubium prioritatis, vel poſterioritatis in naſcendo inter ſe partiri debent. Et ſi dicatur quomodo poterit fieri hæc diuiſio eius quod prouenit ex prærogatiua primogenituræ. Nam ius primogenituræ eſt indiuiſibile, vt certum eſt, ergo & res quę competit ratione iuris primogenituræ eſt indiuiſibilis,
8 †quia acceſſorium ſequitur naturam principalis. l. cum princi palis. ff. de regu. iur. c. acceſſorium. de regu. in 6. ¶Reſpondendum eſt quod regula illa eſt brocardica. Item quod ſufficit reſpondenti dare inſtantiam glo. reputata ſingula. in c. ſicut vrgeri. j. q. j. Do inſtantiã. Nam ius patronatus eſt indiuiſibile in ſubſtantia, & tamen in fructu eſt diuiſibile, puta in poteſtate præſentandi. ca. j. de iure patrona. in clem. plures. eo. titu. col. 3. per illum tex. adducens ſimile in iuriſdictione quæ poteſt eſſe apud plures inſolidum, ſed exercitium ſiue fructus iuriſdictionis pro parte in qualibet eſt diuidendus. de hoc vide Rochum de Curte in ſuo tractatu de iure patrona. §. ius. col. 7. ver. 6. quę ro. & ita in propoſito quãdo res competens ratione iuris primogenituræ eſt diuiſibilis erit ius primogenituræ pęnes ambos inſolidũ, ſed prærogatiua iuris primogenituræ apud quẽlibet eorum pro parte. Nam prærogatiua diuiſibilis eſt argu. l. Nam ſatis. §. ſi ergo. ff. quemadmo. ſerui. amitta. l. qui aliena. §.
9 fi. ff. de nego. geſt. l. Lucio. ff. de aqua quotidi. & eſtiua. † Incorporalia enim licet non diuidantur per ſe, tamen in conſequẽtiam rei corporalis bene diuiduntur. l. arbor. §. aquarum iter. ff. communi diuidũdo. & ita voluit Bal. in d. § præterea. col. 2. ad prin. & in eadem col. circa finem. dicit quod ſecundum canoniſtas canonia non poteſt diuidi, nec intenſiue nec extenſiue, quia nõ habet partẽ de poſt partem ſi vno canonico mortuo duo eligantur vice illius non fit diuiſio, ſed dualitas in prębenda, de quo per Doc. in c. maioribus. & c. dilectus. de prębẽ.
10 extra. ¶†Ad prędicta faciunt no. per Bartol. in l. inter tuto. ff. de adminiſtra. tutorum. vbi vult quod ſi conceſſum ſit a principe comiti feudum plurium caſtrorum & filii eius poſtea diuiſerunt caſtra non dicitur propterea diuiſa iuriſdictio ratione feu. competẽs, ſed ſolum intelligitur diuiſa adminiſtra. Accedat etiam quod dicit Alber. de Roſa. in ſuo dictionario in verbo, feudum. col. 2. verſic. his qui premiſſis, quod licet feuda dignitatum ſint indiuiſibilia, tamen bona temporalia eorum poſſunt diuidi. ſubiungens quod in quadam queſtione quam ibi refert Ray. de foroliuio & plures alij Docto. ita conſuluerunt, de quo dicto Alber. vide Fran. de Curte in ſuo tractatu. de feu. in quarta parte. q. 30. col. 4. verſ. 10. pro limitatione vbi ita ſimpliciter tranſit. de hoc vide Alex. de Imo. conſ. 60. col. j. & conſi. 7. in 5. vol. col. 2. verſi. 4. probatur. vide etiam Soci. 67. in j. vol. col. 8. verſ. 2. principaliter. vbi plura adducit quę vide-
11 re poteris per eum. ¶†Ex prędictis ergo habemus quod iſti gemini diuidunt inter ſe prerogatiuam competentem ratione iuris primogenituræ. Et pro confirmatione huius concluſionis accedat maturum illud conſilium Petr. de Anchar. 306. vbi dicit quod quãdo in aliqua materia ſunt opiniones hinc inde probabiles, laudatur iudex qui per medium diuidit materiam diuiſibilem. quod dictum Petr. extollit Fely. in c. j. de cõſtitu. extra. col. penul. & ita ergo vbi prerogatiua eſt diuiſibilis vterque geminorum ſemiſſem prerogatiuę conſequetur.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus in rebus indiuiſibilibus qualiter præferendus.*
2 *Gloſſæ opinio in cumulo multarum quæ prævalere debeat.*
3 *Opinio legis aut ſtatuti quando ſunt plures quæ approbanda.*
4 *Argumenta in fine validiora fiunt.*
5 *Gloſſæ opinio in dubiis iudicium ad ſe trahere debet.*
6 *Præſumptio quando pro poſſeſſore ſit.*
7 *Poſſeſſor in iudicio diuiſionis præſumitur dominus.*
Poſſeſſio ab onere probandi releuat.
8 *Feudum indiuiſibile duobus conceſſum vno ſine hærede decedente ad quẽ deuoluatur.*
9 *Feuda indiuiſibilia quando poſſint diuidi. 10. 18.*
11 *Conſuetudo nunquid habeat vires ſuper quæſibilibus per priuilegium.*
12 *Contra inuerecundè dicta aliorum ſibi arrogantes.*
13 *Ius diuinum conſuetudine non poteſt abrogari.*
14 *Dignitates defluunt a principe tanquam a fonte.*
15 *Corona regia quid deſignet.*
16 *Regimen breue non parcit ſubditis.*
17 *Galliæ regnum aliquando diuiſum.*
18 *Sequeſtratio quando prohibita.*
19 *Regnum qualiter dicatur diuiſum.*
20 *Diuiſio dignitatis regię conſuetudine introduci, an poſſit.*
Feuda in regno Franciæ ſunt redacta ad inſtar reliquorum patrimoniorum.
21 *Viris de conſuetudine atteſtantibus quomodo credendum.*

TERTIA CONCLVSIO. QVAEST. XI.

1 IN geminis circa † res indiuiſibiles prẽferendus eſt in iure primogenituręis cui ſuffragatur poſſeſſio. Pro hac concluſione habes glo. nota. in l. idem erit. ff. de ſtatu. homi. in verbo, queſtio in fi. vbi ita reſidet gl. ſimilem faciens queſtionem, hoc modo tamen declarando, quia glo. ibi plures ponit ſolutiones, hanc autem vltimam ponit, & ſic approbare eam voluit, hanc autem vltimam ponit, & ſic approbare eam voluit, ſecundum quod ipſemet Accurſius aſſerit in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad
2 Treb. in glo. fi. † vbi vult quod quando plures opi. referuntur ſine ſpecifica approbatione vnius cenſeatur vltima approbata, quod dictum etiam Doctor. communiter ſequuntur. de quo vide Ioan. Andr. in ca. j. de ſenten. excommun. in 6. & ca. j. de pœnis. in 6. in nouel. Cy. in l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. Barto. in l. bona fides. per illum text. ff. depoſiti. Bal. in authen. ex teſt. col. 2. C. de collatio. Ioann. de Imol. in cap. fina. col. penult. de prębeſcri. Lud. de Ro. conſil. 83. & ad hoc etiam infinitę doct. deciſiones cumulari poſſent. Sed quoniam inuehit glo. ſingu. in l. ſed licet. ff. de offic. prębſid. contra eos, qui defectu legum, vel ignorantia probationem gloſ. inducunt. Ideo pro prędicta gl. in dicto §. Sabinus adduco tres text. vnus eſt in l. ſi idem cum eodem. §. ſi vna actio. ff. de iuriſ. omni. iudi. vbi ex illo tex. colli-
3 git Bald. Ange. & Domi. Iaſo. quod † vbi in l. vel ſtatuto referuntur plures opi. in dubio vlti. cenſetur approbata, quod dicit Domi. Iaſo. notandum quando vel gloſ. vel Innocen. vel Specu. referunt pluralitatem opinionum, & nullam firmant. alius eſt tex. in cap. appellanus. de ferijs in verbo, poſteriori ſententia, vbi ita not. Doct. communiter alius & tertius ſatis peregrinus allegari poteſt in ca. liquido de conſecra. diſtin. 2. vbi dicitur quod Chriſtus quo firmius commendaret myſterij altitudinem ſacramenti euchariſtię vltimum hoc voluit infigere cordibus & memorię diſcipulorum, a quibus erat ad paſ-
4 ſionem digreſſurus, & per illum tex. glo. ibi infert quod † pacta nouiſſima validiora ſunt per l. pacta. C. de pactis, ſicut alias inquit Tulli. in Rheto. argumenta validiora in fine fiunt, & quod nouiſſime fit inſpicitur. l. ſi quis ante. ff. de acquiren. poſſeſſio. ¶Ex prędictis habes firmatum quod Accurſius voluit in hac opinione reſidere, quod ſit inſpicienda commoditas poſſeſſionis. quod nota. quia non parum eſt habere opinionem gloſſatoris pro ſe, quia preſumitur cęteris melius intelle-
5 xiſſe, vt inquit Barto. in conſi. incipien. Andriolus, †ideo dicit Iaco. Butr. in l. j. C. qui pro ſua iuriſdictione, quod in dubio iudicandum ſecundum opinionem gloſ. hinc etiam dicit Andr. Barba. in rubric. de teſtamen. extra in repe. col. 41. quod ſicut agnus coram tondente auctoritati gloſ. acquieſcit, & idem Barba. in cap. cum M. Ferra. de conſti. extra col. 14. inuehit contra eos qui detrahunt opi. glo. per illud quod habetur Canticorum. 5. c. percuſſerunt me, vulnerauerunt me, tulerũt palliũ meũ cuſtodes murorum. Nam iuriſperiti debent, dicit ipſe, ſeruare honorem & auctoritatem gl. De auctoritate aũt gl. ſi vis

cumu-

Source : BIU Cujas

cumulationem, uide dominum meum Do. Iaſ. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iure. Mattheum Matheſilanū in ſuo tract. de eligen. imper. Anto. Corſe. in fine repertorij ad Panor. §. de auctori-
6 tate glo. ¶†Sed pro ampliori corroboratione huius concluſionis vltra auctoritatem glo. ordinariæ adde Bal. in c. capitulum ſanctæ crucis. de reſcrip. extra. vbi dicit quod ſi duo impetrauerunt poteſtariam Bononiæ, ſi vnus eſt in poſſeſſione alter non, præſumitur pro poſſeſſore, quia ex eo quod poſſidet plus iuris habet eo qui nō poſſidet. ar. l. fi. ff. vti poſſide. & poſſeſſoris cauſa melior eſt dicit Spec. in titu. de lega. verſi. quid ſi actor. & idem in tit. de loca. §. 6. verſ. 6. quæritur, vbi dicit quod poſſeſſor habet plus iuris in retinendo quam actor in agen-
7 do. †Hinc dicit Ang. in l. & ideo. ff. de condi. furti. quod poſſeſſor præſumitur dominus in iudicio diuiſionis, adde etiā Soci. conſi. 178. col. penult. verſic. præterea licet, vbi dicit quod quādo non apparet de prioritate præfertur qui eſt in poſſeſſione, ſecundum Bart. in l. j. §. j. ff. de bono. poſſeſſio. Illa enim eſt natura poſſeſſionis quod releuat ab onere probandi. Soci. conſilio 181. col. 2. verſic. his tamen non obſtantibus, & conſi. 217. col. j. in 2. vol. & ſic ſatis ergo erit firmata hæc concluſio noſtra. ¶Sed quia hęc concluſio ponitur in rebus indiuiſibilib. Quæro quæ ſint res indiuiſibiles. Solu. huius quæſtionis pēdet ex his quę diximus in quæſtione præcedenti quod feuda dignitatum dicuntur res indiuiſibiles per ea quæ ibi diximus
8 †quibus adde quod tāta eſt indiuiſibilitas in illis feudis quod ſi tale feudum duobus eſſet conceſſum vno decedente ſine hærede, licet regulariter non haberet locum ius accreſcendi, tamen alteri, ſcilicet ſuperſtiti, accreſceret propter naturalem indiuiduitatem ipſius feudi. Alex. de Imo. conſi. 2. in 5. volumine ſecundum Iaco. de Belui. Andr. de Iſer. & Bal. in c. de duobus fratribus de nouo beneficio inueſti. idem Alex. conſi. 6. in eodem volu. vbi dicit quod quamuis alias in facti contingentia requiſitus conſuluerit feudum ſimplex poſſe diuidi, etiam ſi vnus ex vaſallis habentibus feudum commune contradicat tamen in feudo comitatus, ducatus, vel marchionatus, dicit nunquam ſe conſuluiſſe quod inuitus vaſallus poſſit ad diuiſionem faciendam a ſocio compelli propter tex. apertum in d. §. præterea. & glo. fi. in c. licet de voto extra. & glo. ſi. in l. communi diuidun. in princ. ff. communi diuidun. adde etiam eundem Alex. in 5. vol. conſi. 7. vbi poſt And. de Iſer. in c. j. §. item ſi duo in titu. quibus modis feud. amitti. dicit quod feudum inter hęredes eſt diuiſibile ſicut alia hęreditas patrisfamilias diuiſione nedum voluntaria, ſed & neceſſaria per prouocationem, ſcilicet vt toto titu. ff. & C. famil. erciſ. niſi in feudo marchiæ, comitatus, & aliis de quibus in d. §. pręterea. quod latius
9 declarat, vt videre poteris per eum. ¶†Sed aduerte quod licet de iure hęc omnia feuda dignitatum videantur eſſe indiuiſibilia, tamen de conſuetudine ſecus ſecundum Io. An. in addit. ad Specu. ſub rubr. de fen. col. pen. verſ. non omittam, vbi dicit quod communiter in Italia & certis partibus Alemanię dignitates præter regales diuiduntur. ſ. Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & ſimiles per prædictam conſtit. Fride. & ſubiungit quod defenditur hęc conſuetudo, quia imperatoribus ſcitibus eſt introducta quod neceſſarium eſt ad introducendam conſuetudinem legi contrariam, argu. l. de quibus. ff. de lega. & pro hac conſuetudine quæ facit feuda iſta dignitatum diuiſibilia inducuntur leges iſtę. ff. de contrahen. empt. l. ſi in emptione. §. omnium. ff. de mune. & hono. & l. munerum. §. iuxta verſ. ſed ea quæ. & ff. communia prędio. l. venditor. §. ſi conſtat ei. de aqua pluuia. arcend. l. j. in feu. & de aqua quoti. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. De hac conſuetudine meminit Oldr. conſi. 237. col. i. in fine. meminit Alexan. conſi. 60. in j. col. in 3. volum. conſi. dicens quod hęc conſuetudo præſertim ſeruatur in Lombardia ſecundum Andr. de Iſer. in c. omnes filij. in tit. ſi de feudo fuerit contro. inter do. & agna. & in d. §. prærerea, de hac etiam conſuetudine meminit Alexan. in conſi. 6. 5. vol.
10 †vbi dicit quod ad iſtam conſuetudinem introducendam nō ſufficeret probare quod ſeruatum fuerit de conſuetudine quod talia feuda a ſponte volentibus aut conſentientibus fuerint diuiſa, quia talis conſuetudo non derogaret iuri communi quantum ad hoc vt vno vaſallo contradicente poſſit procedi inter eos ad diuiſionem neceſſariam, & pro hoc addūcit Oldra. conſilio ſupra allega. De hac conſuetudine quod ſcilicet diuidantur feuda dignitatum. vide Soci. conſi. 67. col. 7. vbi pro corroboranda validitate huius conſuetudinis facit hoc
11 fundamentum. †Nam ea quę ſunt quæſibilia per priuilegium poſſunt induci per conſuetudinem. Innocen. in c. nouit extra. de iudi. Oldra. conſi. 46. etiam ſi ſolus princeps poſſit concedere. l. j. C. noua vectiga. & l. non quidem. & ibi Cy. C. eo. tit. c. ſuper quibuſdam de verb. ſigni. extra. Sed talis diuiſio feudorum dignitatum poteſt permitti a principe, ſecūdum And. de Iſer. & Iac. Aluaro. in d. §. pręterea. ergo poteſt conſuetudo induci. de hac conſuetudine, vide Fran. de Cur. in ſuo tracta feu. in 4.
12 parte. q. 30. col. 2. verſ. 2. limitatur, & poſt Fran. vide †quendam neotericum Bartholomæum de Chaſſaneo in commento ad conſuetudines Burgundiæ, in rubric. de feud. §. 6. vbi inuerecundæ nimis dicta ipſius Fran. tranſplantat non citato autore, & ſic tanquam informis cornicula alienis floribus ſe adornat, vt inquit Hiero. in pręfatione trāslationis Didimi, & poſt ipſum refert Ioan. An. in nouel. ſuper decre. ad prin. col. 2. ¶Et licet aliqui Docto. excipiant ab hac conſuetudine dignitatem regalem, tamen Bald. in d. §. præterea generaliter loquitur de quibuslibet dignitatibus, & idem apertius dicit in c. j. de feudo marchię quod in regalibus quantum ad ſucceſſionem feudi ſeruanda eſt conſuetudo per ca. j. de aliena. feu. in fin. quod dicit corde tenendum, quia frequens eſt mors regum & dominorum, & ita nullum diſcrimen facit inter regna & dominia inferiora.

13 ¶†Sed quo ad regnum iſtud nunquam mihi placuit, quoniā hoc eſt cōtra ius diuinum regni ſectionem expreſſe prohibēs per illud, omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & ita conſuetudo ad abrogationem illius iuris diuini induci nō poteſt per nota. in c. fi. de conſuetu. extra. ¶Secundo improbo ſupradictam generalitatem Bal. per id quod ipſemet Bal. dicit in l. ſi plures. C. de conditio. inſer. col. 2. vbi ponit regulam, quod omnia feuda regulariter diuiſibilia ſunt & ſubiungit, fallit in feudo regali dignitatis per dictam auctoritatem euangelicā, omne regnum &c. dicens quod illa eſt natura feudi illius quā aſſumit ab origine omni extranea coniunctione conſcripta. ſunt verba Bald. & ita ſonat ſpecialitatem ineſſe debere in regno. eſt enim non dignitas tantummodo, ſed potius dignita-
14 tum culmen, †quia omnes dignitates a principe tanquam a fonte defluunt, ut inquit Bal. in cap. j. ad prin. quis dica. dux vel co. in vſib. feu. & ideo dignum eſt regnum ſpeciali nota, & ſignaculo, ut in ſimili dicit glo. in c. 2. depręben. in 6. in verbo, dignitatum per l. item apud Labeonē. §. hoc dictum. ff. de iniu. c. quia periculoſum de ſenten. excom. in 6. cum ſimil. ¶Tertio ad deſignandam inſeparabilitatem regię dignitatis adduco quod ipſemet Bal. dicit in auth. hoc amplius. C. de fideicō. col. 2. verſic. oppo. vbi dicit quod corona datur regi quæ non diuiditur, & rex ſignificatur per corpus illud ſphericum corone, cuius figura deſtrueretur ſi diuideretur in partes. & ideo dicit Boe. libr. 4. de Philoſophica conſolatione. Noſti ne igitur omne quod eſt tam diu manere quam diu unum ſit, ſed interire atque diſſolui pariter atque unum eſſe deſierit. & ita ergo non ualeret talis conſuetudo quę induceret diuiſionem tanquam contra ſubſtantiam rei, ut eſt glo. ſi. nota. in ca. non putamus de conſue. in 6. †Alię rationes poſſent cumulari pro indi
15 uiduitate huius dignitatis regię, de quibus Latius dicetur lib. 2. in q. an filius primogenitus ſuccedat in regno & quare. Et ad confirmationem præcedentium aperte quod Ioā. And. Oldr. & alij qui de conſuetudine prędicta locuti ſunt, ſemper cum myſterio exceperunt dignitatem regiam. ¶Nec mihi placet quod aliqui volunt, ut fiat diuiſio intellectualis tantummodo, vel interpretatiua, ita quod alternis annis potiantur ſic diuidatur adminiſtratio & non regnum, quia indubie maxime inde ſequi poſſet reipublicæ pernicies. Nam pro eo tempore quo vnus adminiſtraret adeo populi ſanguinem exhauriret, vt vix precarium relinqueret ſpiritum, vt eleganter inqt Andr. Barba. in repeti. rubr. de teſta. col. 6. circa medium. & c. j.
16 col. 11. de conſti. extra. †Et ideo alibi dicitur non parcit populis regimen breue. de quo vide glo. nota. & expreſſam in cap. hinc eſt. 16. q. 1. in verbo, detrimenti. vbi per illud dicit quod ſolēt abbates in epiſcopos electi diſpergere res eccleſię ſuę cum ſe receſſuros ſperant. Et hoc vt aiunt, adamuſſim practicant gubernatores principum. quandiu etenim grati ſunt incredibilem numorum congeriem cumulant rerum inſtabilitati prouidentes, ne forſan, vel principis morte, uel aulica ſuggeſtione extruſi inopes abeant, nouit deus norunt & homines, ſed angeronam effingere ſatius. Verendum eſt etenim ne dum cœlum cuſtoditur terra amittatur, ut belliſſime inquiebat Demades ille Philoſophus. Veritas. n. odium parit, inquit Teren. quem refert Fely. in c. ſi quando de reſcrip. extra ſubiūgens oportere eum ambulare inter Laudem & Placentiam non uerſus Veronam qui uult placere principibus ſecundum Pium ſummum Pontificem in epiſtola ad Berſium. Ecce ergo nullo modo mihi placet hęc diuiſibilitas in regno ut ſatis
17 patet ex prędictis. ¶† Sed fortiſſime obiiciet aliquis, legitur in gallica hyſtoria regnum Frācię in quatuor filios Clodouei regis diuiſum. Theodoricus etenim Mediomatricos, ſiue Metenſes habuit. Clodomirus Genabum, ſiue Aurelianenſes. Clotarius Sueſſonienſes. Childebertus Pariſios. Et ne dicas quod una hirundo non facit uer, legitur etiam filios Clotarii apud quem reliquorum fratrum portiones hęreditario iure obuenerant iterato regnum Francię quadrifariam diuiſiſſe. Aribertus enim, quia primogenitus Pariſienſibus. Gontranus Aurelianenſibus. Sigibertus Mettenſibus Chilpericus. Sueſſionenſibus dominatus eſt, quod & in aliis accidit ut

Source : BIU Cujas

apertiꝰ norũt hyſtoriographi, & ita vꝝ qđ regnũ ſit diuiſibile.
18 ¶ † Cogita ſi dici poteſt quod inter tales fratres fuerit facta diuiſio propter ſuſpicionem rixe, vel ſcandali inter fratres iuxta ea quæ pulcherrime dicit Alex. de Imo. in conſ. 7. 5. vol. col. 2. in fin. uerſ. 6. probatur, vbi expreſſe quaſi in his terminis dicit quod feuda quæ de ſui natura non poſſunt ſcindi, vel diuidi propter ſubſiſtentiam cauſæ poſſunt diuidi, argumen. c. vacante iuncto. c. maioribus de preben. extra iuncta glo. fi. in c. ſi hæredes de teſta. extra. quæ feuda dignitatum & beneficia æquiparat, & pro confirmatione adducit Alexan. vbi ſupra dictum Bal. in l. ordinarij. C. de rei vẽdi. 4. col. & l. j. C. de prohi. ſequeſtr. vbi tenet quod licet regula ſit quod ſequeſtratio ſit prohibita, fallit vbi partes contendentes de poſſeſſione eſſent in procintu armo. quia tunc deberet iudex procedere ad ſequeſtrationem per l. fi. ff. de offi. procu. ceſa. & l. ſi cuius. §. ſi inter duos cũ l. æquiſſimum in prin. ff. de vſufr. no. Innoc. in ca. præſentia de proba. & Specu. in titu. de ſequeſtra. poſ. & fru. §. j. verſi. j. ¶ Pro hac prima reſponſione. vide Soci. conſi. 68. in j. vol. col. 10. vbi idem ſentit quod Alex. vbi ſupra, licet eum non referat, vide etiam Franciſ. de Curte in quarta parte tracta. ſaper feudis. q. 30. col. 3. ver. 7. Fallit principaliter, & hæc prima reſponſio ſatis congruit diſpoſitioni illius temporis. Facile etenim tunc erat in ſeditiones proruere facinoroſas contempta iuſtitia vt plane tempeſtatis illius geſta demonſtrant.
19 ¶ † Secundo dici poteſt quod vnus tantum erat rex, aliis autẽ erant terræ aſſignatę dependentes a regia dignitate pro victu, quod videtur eſſe permiſſum a iure ſecundum Soci. in conſilio 62. in prima parte. col. 8. ver. 4. reſpondetur quod proſequi poſſumus vt per eum, alias. n. non poterat regnũ diuidi inter eos quantuncunque ex voluntate eorum fieret, ut per Franc. de Curte vbi ſupra. qõ. 30. col. j. ad princip. in ampliatione primæ regulæ ſecundum iſtam ſolutionem videmus adhuc hodie ſeruari quod filijs regum alijs a primogenito datur certi ducatus, & comitatus in appanagio. Durum enim eſſet quod primogenito in dignitate regia triumphante reliqui mendicarent. de quo Latius dicetur. j. 2. lib.
¶ Tertio poteſt dici quod illa regna tunc erant diuerſa, & ideo is qui dominabatur apud Sueſſionenſes Rex Sueſſionenſium dicebatur, & cæteri reſpectiue ad ſuos principatus, quia erant regna diſcreta & partitione inter filios non ſequebatur regni ſectio. Hæc ſint obiter dicta & in tranſcurſu, cogites tuipſe. Quicquid ſit non poſſum mihi perſuadere quod diuiſio dignitatis regiæ conſuetudine introduci poſſit, vt ſupra diximus, in reliquis autem dignitatibus inferioribus ſatis aſſentio. Hinc eſt quod in regno Franciæ feuda ſunt redacta ad inſtar patrimoniorum de conſuetudine de quo vide tres viros eruditiſſimos practicos ita aſſerentes. Ioan. Fab. in proœ. inſti. & in titu. de rerum diui. ad prin. & In tit. de legi. agna. tutela ad fi. & in titu. de emp. & vendi. ad princip. & §. item ſeruiana de actio. inſti. & in auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. ¶ Secundo vide Petr. Iaco. in ſua practica. in mate. feu. ¶ Tertio vide Guido Papæ in ſuis ſingulari. 483. in fi. Item in conſilijs ſuis in prima parte conſi. 18. col. 3. verſi. ſed cum hodie de conſuetudine, & in tertia parte conſi. 176. col. 4. vbi dicit hanc cõſuetudinem procedere, & in ſucceſſio. & in alienationibus, vide etiã
20 eundem Gui. in ſuis deci. deci. 59. & 297. † Quibus viris de conſue. atteſtantibus credendum eſt, vt notabiliter dicit quidam Ioan. Lupi. de palatiis rubeis in repe. rub. de dona. inter vir. & vxo. col. 34. adducens gloſ. in auth. æqualitas. C. de pact. inter emp. vbi Accurſius teſtificatur de conſuetudine, & maxime, quia iſti boni viri de conſuetudine ſuæ prouincię atteſtantur, noſtrates etenim fuerunt, de hoc vide per dictum Io. Lupi. late, vbi ſ. poſt Bar. in l. de quibus. ff. de legibus. col. 11.

SVMMARIVM.

1 *Gratificationi nunquid locus ſit ſi neuter geminorum eſt in poſſeſſione rerum indiuiſibilium, vbi de primogenitura agitur.*
1 *Fortuna ex ſententia Chilonis quid ſit.*
3 *Sortes nonnunquam fraudi adminiculantur.*
4 *Gratificatio quas conſideret qualitates. 5. 8.*
6 *Auctoritas eſt de maioribus imperii.*
7 *Forritudo in militia potius attendenda quam origo.*
9 *Gratificatio ad quem ſpectet.*
10 *Populus eſt docendus non autem ſequendus.*
11 *Via quæ potior eligenda.*

QVARTA CONCLVSIO, QVAEST. XI.

1 SI in geminis neuter eſt in poſſeſſione rerum indiuiſibilium, locus eſt gratificationi. Alterum etenim iſto caſu de duobus eſt neceſſarium, vel quod ſequamur iudicium ſortis, vel recurramus ad gratificationem. Hoc autem ſortis iudicium nunquam placuit viris probis, ſignanter vbi de ſalute, vel iactura reipublicæ agitur. Nam vt inquit Tul. lib. j de diuina. Sic enim profecto res habet, vt nunquam perfectę veritatem caſus imitetur. Non ſolum etenim, vt idem in amicitia inquit ipſa fortuna cęca eſt, ſed etiam eos plerunque cęcos efficit quos com
2 plexa eſt. † Idcirco interrogatus Chilo quid eſſet fortuna, reſpondit Ignarus medicus multos excęcans. hinc Seneca tragedia. 8. Cęca eſt ait temeritas quæ petit caſum ducem. Salu. de fortuna loquens, ea res inquit cunctas ex libidine magis quã ex vero celebrat obſcuratque. Tul. in para. Cui ſpes omnis & ratio & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil certi eſſe poteſt. hinc dicebat Pallades Græcus. Non rationem, non legem nouit fortuna. Ecce vides quam periculoſa ſit principis a ſor-
3 te creatio † & maxime, quia in ſortis iudicio ſępiſſime fraus adminiculatur, vt de Dario legitur apud Iuſti. in libr. j. qui fraudulo ſo primarij æqui hinnitus auſpicio, Perſarum regnum ſibi vendicauit. Eligibilius eſt ergo iudicium quod a gratificatione pendet geminorum. Nam vt inquit Tul. lib. 2. de diuina. formas eſſe ſimiles vitam plerunque diſparem videmus. Ideo vt congruentius deligi poſſit reipublicæ aptior idoneiorque, ad gratificationis iudicium tutius recurretur quam fortunæ. vbi enim teſte Ariſto. plurimus intellectus & ratio ibi minima fortuna. Plura quippe ſcrutanda in eligendo principe aut alteri gratificando. In primis dignioribus perpendenda eſt.
4 † quoniam dignioribus dignior locus debetur. 8. q. j. cap. iſtud. 63. diſt. cap. metropolitano. c. dilecti. de elec. extra in verbo, digniores. c. cum olim de conſue. l. atqui origi. §. ſi præſes. ff. de mune. & hono. in auth. de conſue. §. fi. in verbo, dignos cum ſimil. & ideo dicit Philoſo. 2. Rheto. quod dignum eſt dignos principari. ¶ Item conſiderans peritior in arte militari, ideo Ioan. de Platea. l. j. C. de condi. in horreo publico. notabiliter per illam. l. inferebat quod in electione officialium conſiderãda eſt artis peritia. Hinc Tul. in oratione pro Pompeio inquit. In primis in Imperatore deligendo ſcientia rei militaris requiritur, quod etiam teſtatur Vegeti. in proœmio de re mili. dicens, quod nullus quem oporteat, vel plura, vel meliora ſcire quam principem cuius doctrina debet omnibus prodeſſe ſubiectis, ſi enim, vt inquit idem Veget. lib. 4. doctrina ceſſet armorum, nihil paganus diſtat a milite.
5 ¶ †† Item conſiderandum eſt quis uirtuoſior. preferendi enim ſunt quos commendat ingentior excellentia meritorum. cle. vno in princip. de reliquiis & veneratio. ſancto. l. vnumque ad prin. C. de proſcri. ſacro. ſcrini. lib. 12. cap. vulteranę. 12. q. 2. virtutum & premia tribui merentibus conuenit. l. & virtutum. C. de ſtatutis & imagini. hic dicit Hiero. in ca. omnes. §. ex his. 28. diſt. quod virtutibus Romani promeruerunt imperium, p quo facit elegantiſſimum dictum Cice. i. oratione pro Murena ſic inquientis. Reipublicæ virtus præſtat cæteris omnibus, hæc nomen popu. Roma. hæc huic vrbi eternam gloriam peperit, hæc orbem terrarum huic imperio coegit, omnes vrbanæ res, hæc noſtra preclara ſtudia, hæc forenſis laus & indu-
6 ſtria latent in tutela ac præſidio bellicæ virtutis. † Item perpenda eſt vtriuſque auctoritas, ideo dicit Franciſ. Petrar. in epiſtola ad Luchinum quod inter alia quæ requiruntur in Imperatore debet eſſe auctoritas, vbi enim eſt auctoritas ibi nec timor hoſtium, nec ſubditorum, & intellige auctoritatem pro quadam reputatione, ſiue æſtimatione, argu. l. cognitionum. §. j. in verbo, æſtimatio. ff. de variis & extraordi. cog. ¶ Item cõſideranda eſt felicitas, & ideo dicit Veget. lib. 3. de re mili. Rem militarem virtute ſola vel certa felicitate creditur contineri. Hinc dicit Titius Liuius libr. j. quod Marcus Furius Camillus ob continuam felicitatem contra Veientes dictator erectus, de quo etiam per Tul. in oratione pro Pompeio, & in aliis locis ſi diſcurrere liceret. ¶ Item fortitudo dimittenda eſt. hinc referente Plutar. dicere ſolebat Chabrias quod formidabilius eſt ceruornm agmen ductu leonis quam leonum ceruo du-
7 ce. † Hinc dicit Angel. in l. ſi duobus. ff. de teſta. mili. quod in militia potius eſt attendenda fortitudo quam origo. Intelligo tamen de fortitudine iuſte qualificata, ſecundum tex. in auth. vt omnes obediant iudi. prouinciæ circa prin. ¶ Item conſideranda eſt pulchritudo iuxta illud Prosphyrij. Species Priami digna eſt Imperio. hinc Virg. Gratior & pulchro veniens in corpore uirtus. Accedat aureum dictum Fran. Barbari in libello quem de re uxoria edidit. ubi inquit. Formoſos cuncti diligunt, dignos credunt imperio, eis facilius obſequuntur. & dicit Buridanus. j. Politi. q. 9. quod ille inter cæteros eligendus cuius aſpectus argumentare poteſt amorem in ſubditos, & ti-
8 morem hoſtibus inducere. ¶ †† Plures etiam aliæ qualitates exactiſſime inquirendæ ſunt in eligendo ſibi principe, de quibus cumulatius quã alibi uidere poteris per Bartholomęum Cœpolam in ſuo tractatu de imperatore eligendo. Quæ omnia ſi adamuſim electores imperij perpendiſſent, Chriſtianiſſimum & reliquorum principum conſummatiſſimum Franciſcum Frãcorum regẽ meritiſſimũ in nouiſſima imperij uacatione

dubio

Source : BIU Cujas

dubio procul elegiſſent, ſed caro & ſanguis aurique ſacra fames Germanica, vt inquit Herodianus Angelo politiano interprete neglecta publica priuatam, vt aiunt vtilitatem perſuaſit. ¶Ecce ergo ex prædictis luculentiſſime conſtat quod ſatius ſit gratificationis iudicium ſequi quo facile eſt optimũ principem imperare, quam ſortis aut fortuitum, quo vix euenire poteſt, vt probus & reipublicæ accommodus pręficiatur.

9 ¶† Ad quem autẽ ſpectet gratificatio aliquid diximus ſupra, quando opinionem Franc.de Are.retulimus, qui volebat gratificationem ad patrem ſpectare, vt videbis per eum in l. ex duobus.ff.de vulga. & pupil.& idem tenuit Prępoſi.in ca.per venerabilem.§.quod autẽ.col.3 3.qui filij ſint leg. extra. ¶Sed certe plus mihi placet opinio Bald.in l.ex hoc iure.ff.de iuſti. & iure vbi tenet in 2.col. quod hoc caſu electio aut gratificatio debeat fieri per regnicolas.ſ.per magnates, & populos regni. & ita etiam tenuit Pet. Iaco. in ſua practica in titu. de arbore ſucceſſionis regni Franciæ, de quo ſupra meminimus, & hæc profecto via eſt longe tutior quam gratificatio ſolius patris. Integrum etenim eſt iudicium quod plurimorum ſententiis confirmatur.ca.prudentiam. §.j. de officio & poteſta.iudi. deleg. extra, & per ampliores homines perfectiſſima veritas reuelatur, libr.vlti.C.de fideicom. cum ſimil.¶Aduertendum eſt tamen quod nollem ſic preciſe intelligere q̃ omnes & ſinguli de populo euocentur, quia ſcio quod tanta vniuerſitas non facile congregatur, vt eſt tex.in l.2.§.deinde quod difficile.ff.de orig.iud.

10 †Item quia populus eſt docendus non ſequẽdus.c.docẽdus.61.diſt.c.miramur.l.decurionum. C.de pę.hinc quod non poteſt habere ius eligendi. c.Oſius de ele.&c.vbi gl. rationem adducit in verbo, populi quia ſæpe aut gratia hoc faciunt aut precium inde recipiunt ca.ſi ergo.8.q.j.Et ideo dic quod debent principaliores ex omnibus ciuitatibus ſimul cõparere, vt hic in Francia quando fit congregatio quatuor ſtatuum regni. Minus etenim præſumitur pro toto populo quã pro aliquibus prudentibus de populo dicit formaliter Panor. d.c.Oſius.col.2.rationem aſſignans, quia in toto populo reperiuntur multi viles non habentes rectum iudicium rationis, ſed corruptibiles, ita ad verbum dicit Panor. quod not.perpetuo. ¶Ex prædictis habes igitur ordinatiſſime determinationẽ huius ſubtilis.q.nondum vſque ad hęc ſecula plane extricatę, ex qua fit concordia inter diuerſas Doctorum opi. ſupra relatas.

11 †Mediam etenim quandam viam eligimus iuxta conſiliũ imperatoris in auth.de conſue.§.poſt prædictam. & in Auth. de trien.& ſemiſ. §.hoc a nobis, vbi gloſ. adducit illud rebus enim mediis gratia maior ineſt.& ideo dicebat Naſo.in Meta. inter vtrunque vola, medio tutiſſimus ibis. ad quod vide Spe. in titu.de aduo.§.5. verſi.cum autem.Hãc igitur viam tanquã reliquis tutiorem delegimus.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus regis nunquid dicendus natus ante regnum adeptum.*
2 *Regnum auitum quid ſit, quid & paternum.*
3 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, an excludat ſecundogenitum legitimum.*
4 *Accidentia quid operentur.*
5 *Filius ſacerdotis an dicendus aatus ante ſacerdotium paternum. Item de aliis. Et quid de patre nobili poſtea facto.6.*
7 *Inimicitia quando, & inter quos præſumenda.*
8 *Chronicæ an probent in allegationibus.*
9 *Imperator electus ante coronationem, an dicendus imperator.*
10 *Natus ante coronationem patris, an dicendus filius regis.*
11 *Copulatiua, ex ſua natura copulat diuerſa.*
12 *Factum patris in fauorabilibus prodeſt omnibus filiis.*
13 *Primogenitus cur potius ſuccedat.*
14 *Ratio dictum facit intelligi, quæ eſt vt natura, verbum autem vt corpus.*
15 *Argumentum ab abſurdo, an validum.*
16 *Ars naturæ eſt ſimia.*
17 *Ratio naturalis eſt clipeus legis.*
18 *Induſtria nihil operatur reluctante natura.*
19 *Exemplis non eſt iudicandum. Xerxes cur e regno fratrem excluſit.*
20 *Rationes multiplicatæ plus afficiunt.*

QVAEST. XII. PRI. LIB.

VTrum natus ante regnum adeptum vel natus poſt cenſeri debeat primogenitus regis. ¶Hęc quæſtio eſt ardua & multũ notabilis

1 † quia ſæpiſſimæ occurrere poteſt, plenius attingenda, vt inquit Paulus iureconſultus in l.legaui.ff.de libe.leg.ibi, & plenius rogo quæ ad hæc ſpectant attingas, quotidiana enim sũt. Et ibi glo.in verbo, quotidiana dicit. Et ideo tractanda & fauorabilius admittenda, per l.iuſto.in princ.ff.de vſu.& nedum publicarum, ſed & priuatarum diſceptationum rectificatrix eſſe poterit. ¶Super hac.q. ſcribentium diuerſitas obnubilationem quandam cauſat. quanto etenim præcedens quęſtio rara & abſcondita videbatur, tanto hęc trita & vulgaris. Sed ad id examinationem noſtram pro futuram ſpero, quod hactenus non tam clare, non tam lucide explanata fuerit, ut patebit ex diſcurſu. ¶In hac ergo.q.dic quatuor fuiſſe principa-

2 les opi.¶† Prima eſt opin. vt diſtinguatur inter regnum auitũ, & regnum paternum ſiue aduentitium. Auitum appello qđ auorum prouenit ſucceſſione. Paternum autem quod a patre cepit horum filiorum inter quos deſucceſſione agitur, vt ſi regnum patri donatum fuerit, vel ad id electione aſſumptus fuerit aut alia ex cauſa de nouo aduenerit. Nam ſecundum huius opi. aſſertores ſi ſit regnum auitum, natus ante regnũ adeptũ dr̃ primogenitus. Si vero ſit paternum natus tantummodo poſt regnum adeptum, dicitur filius primogenitus regis. Huius opi.fuit Cy.in l.imperialis. C.de nup.in fi.per l.moris.§. ſed iſte.ff.de pę.& ponit Cyn. Caſum de rege Carolo qui dum erat comes prouinciæ procurauit filium, poſtea debellato & conuicto Manfredo factus eſt Rex Siciliæ per eccleſiam hoc acto, vt primogenitus eius eſſet Rex ipſo defuncto & ab humanis ſublato. Poſt regnum ſic adeptum in præmium victoriæ ſuæ, quoniam eccleſiam a dira dicti Manfredi tyrannide Carolus iſte liberauerat vltra filios quos ante regnum habuerat alios ſuſcepit. Vnde orta fuit quæſtio quis filiorum ipſo Carolo decedente deberet ſuccedere in ipſo regno Siciliæ, vtrum primogenitus natus ante regnum adeptum, vel primogenitus natus poſt adeptionem tegni, & dicit q̃ videtur tex.in eadẽ.l.imperialis, vbi probatur quod natus poſt regnum adeptum debeat obtinere, quia dignitas annexa regno non tranſit ad filios quęſitos ante regni adeptionem, quia non poteſt dici filius regis qui natus eſt antequam pater eſſet rex, vt ibi etiam per glo. & in hoc caſu, quia ſecus ſi dignitas regia ipſi Carolo competebat ex auito genere, & non ex cauſa aduentitia, quia tunc natus etiam antequam pater eſſet rex prefferri deberet & diceretur verus primogenitus regis ex quo patri regnum ex genere obueniſſet. ¶Hanc etiam opi.tenuit Pet.de Bellapertica ante Cy.in eadem.l.imperia.in fin.& quaſi in eiſdem verbis. Et ideo cum Petrum tacuerit in hoc non videtur fuiſſe fidelis relator Petri. Hanc diſtinctionem Petri & Cy.tenuit Iaco. Rebuffus de ipſis tacens in l.ſi ſenator, in fine. C.de

3 digni.lib.12.vbi fortius vult, quod † ſuppoſito q̃ primogenitus ſuccedat in regno ſi alias habuit filium ex concubina cum qua poſtea contrahat matrimonium, & contracto matrimonio ſibi ſucceſſione regnum obueniat, etiam ſi poſtea alios ſuſcipiat liberos natus tamen ante matrimonium per matrimonium legitimatus, eſto q̃ ſit ante regnum adeptum, erit & cenſebitur primogenitus regis & mouetur duplici ratione. Prima, quia cum ſuſcepit filium ex concubina erat ſibi ſpes ſuccedẽdi in regno, & ſolum deficiebat adminiſtratio.arg.l.in ſuis.ff.de libe. & poſth. de quo latius dicebatur. j̃.eo. lib. Secunda ratio, quia quæ in dubio ſunt ſi exiſtant trahuntur retro ac ſi ab initio fuiſſent.argu.l.potior. ff.qui potiores in pign.habe. cum ſimi.allega. per eum. Huius opi. & ſententiæ fuit Anto. Corſe. in ſuo tracta de poteſtate & excellentia regia.q.26. vbi ſatis ample tractat de hac.q. Et tandem dicit, quod ſibi placet hæc opi.quam dicit communem quod.ſ.natus poſt regnum adeptum debeat dici primogenitus regis niſi regnũ ſit auitũ.

4 †Et pro hac opi. facit hoc fundamentum notabile quod appellat rationem inconuincibilem, accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quid eſt, teſte Philoſopho, & qualitas aduenies enti qualificat & diuerſificat illud ens. c.licet canon iuncto.c.ſtatutum.de elect.in 6.de quo vide Bar. in c.ſi quando.de reſcri.extra col.2. ibi no.ibi qualitatem. Cũ ergo qualitas regalis aduenias enti puta patri poſt eſſe completum ipſius filij, ergo non debet denominari primogenitus regis. ¶Secunda opi. eſt q̃ omnino excludatur natus ante adeptum regnum. & pro hac opin. ſolent allegari duæ glo.j.in d.l. imperialis.§.illud.C.de nup. vbi expreſſe per illum tex. innuit.

5 glo.in verbo illud q̃ † non eſt dicendus ſacerdotis filius vel regis qui antequam eſſet pater ſacerdos uel rex natus eſt, ſicut in illo.§.probatur, quod filius ſcenicę nõ eſt qui natus eſt qñ̃ mater deſinit eſſe ſcenica. Altera eſt glo. in c.iam itaque.j.q.3. in verbo, rerum.quæ dicit quod ſi quis habet filium & poſtea creatur decurio, iſte non dicitur filius decurionis, ſed illi tantum qui poſtea geniti ſunt, per l. vlti. C. de decu. vbi dicit bonus text. ſed primogeniti filij antequam ad fiſci patronatum peruenerint in conditione priſtina remaneant. Adducit etiam text.in l.2.§.in filiis. ff.eo.titu. Et licet illa gloſ.in indiuiduo non loqualur de.q.noſtra. Prępoſitus ibidem ſuper illa glo. infert expreſſe, q̃ natus antequam pater ſit rex non dicitur filius regis, nec regis primogenitus, ſed qui natus eſt poſtq̃ pater eſt rex effectus, & pro hoc adducit Bar.in d.l.2.§.in filiis.

6 vbi dicit Bart.q̃ † filius plebei nõ dicitur nobilis, eſto q̃ pr̃ eius

Source : BIU Cujas

poſt natiuitatem ſuam efficiatur miles & nobilis. Sed adde quod Bal. formaliter, & in indiuiduo tenuit hãc ſecundã opi. in l. cum ſatis. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & eundem Bart. in d. l. imperialis. vbi ita tranſit cum glo. & dicit quod facit ad quæſtionem quę tunc de proximo occurrerat de ſuccedendo in regno Franciæ, quia ibi erat vnus filius Philippi natus anteq̃ pater eſſet rex, alter natus fuit poſtea, & ideo contendebatur quis ſuccederet. neſcio de quo Philippo regis Franciæ ſentiat, niſi de Philippo Valeſio qui obiit Anno Domini. M. CCCL. Bart. enim florebat. M. CCCLXXIIII. vt habetur in faſciculo temporum neoterico. Hic etenim Philippus duos filios habuit. ſ. Ioannem & Philippum, & vnam filiam. ſ. Mariam. Ioãnes adeptus fuetat regnum, quia primogenitus, vtrum Ioãnes iſte natus fuerit ante regnum adeptum vel non, & vtrum fuerit contentio necne inter fratres non reperio hiſtoriis gallicis cautum. Siue etiam intelligas de Philippo pulchro, qui tres habuit filios. ſ. Ludouicum Hutinum primogenitum, Philippum & Carolum, veriſimilius ramẽ de Philippo Valeſio, maxime, quia de eo proxime acciderat refert Bart. ſed inter Philippum pulchrum & Valeſium fuerunt tres reges prędicti filij pulchri filij ſucceſſiue. Tum etiam quia Bart. non fuit multum longęuus. vixit etenim tantum duobus & quinquaginta annis, vt refert And. Barb. in c. per tuas, de proba. col. 3. de quocunque ergo iſtorum regum huius nominis intelligas non reperio de hac contentione, & credo etiam nec tunc temporis fuerit & ideo quod poteſt dici, quod fama tẽporis illius Bart. fefellit. ita quod poteſt dici Bart. quod alias dicebat Oui. in Metamor. libr. 9. Fama loquax peruenit ad aures Deianira tuas, Quæ veris addere falſa gaudet, & e minimo ſua per veſtigia creſcit. Alibi dicit Bar. Zaba. in clem. j. de priuile. Fama repleta malis velocibus euolat alis. Fama boni lente volat inuidia retinente, & ibi contra detractores pulcherrime loquitur. ¶ Albericus de Roſa. in quæſtionibus ſtatutariis hanc quæſtionem tãgit in indiuiduo in j. par. q. 157. & primo arguit, quod natus ante regnum adeptum tanquam primogenitus ſuccedere debeat per tex. in l. ſenatoris filium. ff. de ſenato. Tamen dicit, ꝙ contrariam opinionem tenuit Dy. in l. 2. §. filiis. ff. de decu. per l. ſenator. C. de digni. & pro opin. Dy. adducit tex. in l. fi. §. j. C. de decu. li. 10. & in l. neminẽ cũ aliis. e. tit. dicit ẽt ibidẽ Alb. ꝙ hãc opi. tenuit Iac de Rauen. in d. l. ſenatoris filium, & Andr. Piſa. qui reſpondit ad l. ſenatoris filium, quod loquitur quo ad dignitatem, ſed prælegata iura loquuntur quo ad ſucceſſionẽ priuilegiatam quarendam, & ſe remittit ad dicta per eum in d. l. imperialis. Hanc quæſtionem etiam reaſſumit idem Albe. in d. l. ſenatoris filinm & ſimpliciter ſe remittit ad d. l. imperialis. In dicta autem l. imperialis concludit pro hac opi. ꝙ natus ante adeptum regnum non dicitur primogenitus regis quo ad illuſtrem dignitatem, ſed bene quo ad clariſſimam, puta euitatione pœnæ. vt l. ſenator. C. de digni. lib. 12. & ſecundum nota. in l. quicunque. C. de prin. agen. in rebus. & l. diuo. C. de quæſtionibus. Et ita dicit debere modificari. l. moris. ff. de pe. quæ per aliquos contra hanc partem allegatur. de quo videbimus infra. ¶ Hanc opi. ſecundam tenuit Ioan. de Ana. in ca. 2. de iudæis. col. 2. ad fi. Fely. in c. inter cęteras. de reſcri. in princ. & in c. prudentiam. de offi. deleg. col. 3. in princ. vbi ad c. ad extirpandam de filiis presby. extra, vbi dicitur, quod genitus ante ſacerdotium dicitur filius ſacerdotis, reſpondet quod bene fatetur, ꝙ filius natus ante regnum adeptum dicitur filius regis, ſed non primogenitus regis, quia ab eo non fuit genitus tanq̃ a rege, ſed tanquam a priuato. Franciſcus cremenſis in ſingularibus ſuis ſingulari. l. hanc etiam opi. tenuit, vbi dicit hanc concluſionem diſputatam fuiſſe ſemel in menſa ducis Mediolanen. pro ducatu Mediolanenſi vbi viget conſuetudo fauens primogenito filio, & refert ſe tunc dixiſſe, quod ſecundogenitus primo genitus poſt adeptum regnum deberet ſuccedere, non primo natus ante ducatum adeptum. Vltimo pro hac parte vide Lucam de penna. in d. l. ſi ſenator. C. de digna. li. 12. in fi. vbi refert hiſtoriam Iuſtini, in 2. li. vbi cauetur, quod Xerxes licet quintus filius Darij regis Perſarum, quia tamen ſuſceptus fuerat poſtquam Darius rex fuit regnum adeptus, excluſit Arthemenem filium Darij primogenitum eo quod natus fuerat eo tempore quo rex non erat pater ipſius. ¶ De hac cõtrouerſia, quia plurimum facit ad rhombum huius difficultatis, iuuabit verba Iuſtini hoc loco ad literam tranſcribere. Interea Darius cum libellum reſtitueret, in ipſo apparatu decedit relictis multis filiis & regno & ante regnum ſuſceptis. Ex his Arthemenes maximus natu ætatis priuilegio regnum ſibi vendicabat, quod ius & ordo naſcendi & natura ipſa gentib. dedit. Porro Xerxes controuerſiam non de ordine ſed de naſcendi fęlicitate referebat. Nam ꝙ Arthemenem primum qui dem Dario ſed priuato proueniſſe ſe regi, primum natum. Fratres itaque ſuos qui ante geniti eſſent priuato priuatum patrimonium ꝙ eo tempore Darius habuiſſet, non regnum ſibi vendicare poſſe, ſe eſſe primum quem in regnũ rex pater ſuſtulerit. Et paulo poſt ſubiungit. Hoc certamẽ cõcordi animo ad patruũ ſuum Anapharnem veluti ad domeſticum iudicẽ deferunt qui cognita cauſa Xerxem prępoſuit, adeoque frater na contentio fuit, vt nec victor inſultauerit nec victus indoluerit. ipſoq; litis tempore munera miſerunt, & iucũda quoq; inter ſe non ſolum credula cõuiuia habuerunt iudiciũ quoq; ipſum ſine arbitris ſine conuitio fuerit. Tanto modetatius tũ fratres inter ſe regna maxima diuidebant, quãto nunc exigua patrimonia partiuntur. Quæ verba aureis literis digniſſima ſunt, & ad apertam confirmationem huius opi. quia ſi iniquũ exiſtimaſſet iudiciũ illud Arthemenes non continuiſſet, quia
7 †nemo præſumitur iactare ſuum. l. cum de indebito, de ꝓbat. extra. maxime, quia grauis eſt caſus e regno in ſeruitium, ut ſupra prędecenti. q. diximus. Et ideo dicit Senec. quiſquam ne regno gaudet. Tum etiam ad deſignandam tempeſtatis huius infelicitatem, quia vbi hodie eſt de ſtatu, vel de bonis contentio eſt inter homines, præſumuntur eſſe inimici graui & capitali inimicitia, vt eſt gl. in c. cum oporteat in verbo, inimicos. de accuſa. extra. & ibi Io. de Ana. col. fi. ver. qualis debeat &c. imo videmus homines hominibns nedum lite mota, ſed & vbi eſt mouenda ſpes, ita mutuo accendi vt aduerſarij nomine cenſeantur, vt inquit Barba. in c. cæterum. col. 2. de teſcr. extra. ver. no. ibi aduerſarius. ꝓ quo adducit tex. in c. fi. de iur cal. in 6. in c. hi qui. vt lite penden. in 6. in §. omnem. in auth. de. litigio. cum aliis. Ecce ergo ex hyſtoria illa auth. euidens ſequi
8 tur huius opi. confirmatio, †maxime, quia chronicę aut hyſtoriographorum ſcripta probant, ut eſt text. & ibi no. Bald. ff. de officio quæſto. gl. in c. in nomine dñi, in ver. trapezitas. 23. diſt. in c. inter dilectos. in verbo, magis. de fide inſtru. & in c. venerabilem, in uerbo tranſtulit. de ele. extra. Bart. in l. j. ff. ſi cer. pet. & ibi D. Iaſo. Archi. in proœ. ſexti. Lud. de Ro. conſi. 524. Egidius. deci. 70. ¶ Tertia eſt opi. principalis, ꝙ ille qui natus eſt poſt coronationem & vnctionem regis cẽſeri debeat primogenitus regis, non natus ante. Et ita voluit Bal. in l. imperialis. §. his illud. C. de impe. Et ſic ergo innuit, ꝙ non dr̃ rex ante coronationem, pro quo dicto ſolet allegari tex. in l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcrip. in fine. ibi ante infulas. & ibi ita per illũ tex. tenent Bart. & Sali. &c. Item quia tempore coronationis regis uel imperatoris dr̃ tunc eſſe ortus imperij aut regię dignitatis, de hoc eſt tex. iuncta glo. in l. omnes. ff. de feriis. ibi, vel ortus imperij protulerunt. Ad hoc poſſent plura cumulari, de quibus ſtatim cumulatiſſimam remiſſionem dabimus.

9 Sed in contrarium adducoꝛ tex. in c. venerabilem. de electi. vbi imperator ſola electione dicitur rex Romanorũ, immo adminiſtrat perinde ac ſi eſſet coronatus, vt eſt glo. in cle. j. de iureiuran. & glo. in c. legimus. 93. diſt. glo. in c. auaritię. de reſcri. in 6. glo. in c. indemnitatibus. de elec. in 6. glo. in data ſexti. & ita tenent cõmuniter legiſtę in d. l. bene a Zenone. Iac. de Are. Cy. Albe. & alij. inter cæteros ibi Alberi. refert vnam conſtitu. imperialem quę declarat electum habere adminiſtrationem plenam. Ita ẽt cõiter tenent canoniſtæ. in d. c. venerabilẽ. ſignanter Io. An. ad hoc vide extrauagantem imperialis. de pace conſtan. & ibi Bal. in titu. de priuile. conſi. 7. Ita videmus in rege Francię ſeruari. de hoc poſſent hic plura cumulari, ne autem a principali propoſito euagemur, recurre omnino ſuper hoc puncto ad Pręp. in c. per venerabilem. §. ꝙ aũt. qui filij ſint legit. ver. quæro quarto principali, vbi inter cætera. in quarta parte illius qõnis, dicit, ꝙ uolenti ꝙriam partem tenere dici põt, ꝙ erubeſcat, quia ſine. l. loqueretur. arg. §. conſiderandũ. in auth. de trien. & ſemiſ. & ad allega. pro parte oppoſita ample rñdet. eius dicta longum eſſet tranſcribere. Iõ videas tuipſe. vide ẽt Fely. in c. eã te. col. 4. & ſeq. de reſcr. ¶ Ex prædictis vides. ꝙ Bal. dum anſam ſoluere uoluit nodum ligauit, ut dicit tex. in cap. cum olim. de verb. ſig. volens etenim euitare charibdim huius qõnis noſtræ ingreditur in illud ſcylle pręcipitium, an quis dicatur rex ante regnum adeptum, & ſic legitime adminiſtret ante coronationem, hęc ergo opi. Bal plus intricat quam extricet, plus inuoluit q̃ ſubleuet, ideo de hac non curo. ¶ Quarta, & ultima eſt opin. quod dicatur filius primogenitus regis etiam natus regi anteq̃ pater eſſet rex. Hnius opi. videtur fuiſſe Alber. de Roſa. in prima parte qõnum ſtatu. q. 157. in fi. Et ita eum citat Andr. Barb. in addi. ad Panot. in c. inter cæteras. in verbo, ꝙ ſit filius, & Fely. ẽt in d. c. inter cæteras. col. j. de reſcrip. extra, tñ ut s̃. dixi. non videtur preciſe ſe reſoluere ibi, ſed potius ſe remittit ad
10 l. imperialis. C. de nup. † Hanc autem opi. tenuit Saly. expreſſe in dicta l. imperialis non facta diſtinctione inter regnum auitum, vel paternum, vel aduentitium, & mouetur per text. in l. ſenatoris filium. ff. de ſenato. & l. ſecunda. §. in filiis. ff. de decu. & rationem aſſignat, de filiationis ſubſtantia, & eius proprietas habetur a patris ſubſtantia, non a qualitate patri cohęrenti, quia qualitas patris non generat, ſed tantum generatum & natum ab ea cognominatur, quod ample exemplificat, & tandem inducit in indiuiduo ad concluſionem

noſtram

nostram concludendo, quod primogenitus regis dicatur, etiam natus antequam pater esset rex, non facta distinctione an regnum sit auitum vel aduentitium. Alias enim sequeretur absurditas dicit ipse quod si iste rex non habuisset filium post regnum adeptum, quod ille natus ante non fuisset successurus in regno, ꝙ non est dicēdū, arg.l.in ambigua.& l. benignius.ff.de legi.Nec obst.tex.in d.l.imperialis.quia respondet, ꝙ hæc macula propria filiarum obsistebat priuilegio. In casu autem nostro nihil inerat personę primi nati, ꝙ ei obstaret.Item ibi de priuilegio,hic de beneficio.& l.regni interpretanda & declaranda.¶Hanc opinionem tenuit Io. Fab.in d.l. imperialis. per l. si ancillæ. ff.de conditio. & demonstratio.Ita etiam tenuit Pet.Iacob.in sua practica. in titu. de arbo.successio.feu.col.3. in fi. vbi in indiuiduo hanc quæstionem format & se resoluit pro hac parte.& ad l.senator.& alia iura.s.alleg. in contrarium, respondet ꝙ talia iura procedunt in dignitate senatoria, quæ iure hæreditario non transfertur,secus in proposito.& ibi facit eadem fundamenta quæ Saly. vbi supra, tamen ipsum non citat.¶Ecce vides opi.conflictum.circa hanc quæstionem quæ quotidie occurrere potest.Certe credo hanc
11 vltimam opinionem & iuri & rationi magis consonam.†& pro hac opi.adduco tex.in cap.inter cæteras.de rescript. extra, ibi,quod si talis sit filius sacerdotis & in sacerdotio genitus pō derando dictionem, Et, quæ sua natura copulat diuersa.glos. in rub.ff.de iu.& fac.igno.& sic ibi probatur,quod aliquis dicitur filius sacerdotis, licet non fuerit in sacerdotio genitus.& ita ibi no.Doc.signanter Panor.explicans in eo qui est natus antequam pater promoueretur ad sacerdotium, ut contingit in personam Io.An.Nam pater suus erat magister grammaticę,& genuit eum quando erat laicus, postmodum fuit ꝓmotus in sacerdotem, ut refert insemet Ioan. An. ample in addi. ad Specul.in titu.de filiis presbytero. & hoc ad excusationem suam,quia impingebant sibi aliqui quod erat spurius filius sacerdotis, Hæc ergo ibi retulit contra tales iniquissimos & diabolicos imposteres,ut dicit Andr. Barba. in d.ca.inter cæteras. col.2. Ecce probatur optime per illum tex. ꝙ dicitur filius sacerdotis etiam natus antequam pater promoueretur ad sacerdotium. ergo in simili videtur dictum.quod dictus sit filius regis natus antequam pater sit rex.in cap.ad extirpandas.de filiis presbyterorum,ibi siue geniti sunt in sacerdotio siue non.Nec satisfacere videtur Fely.in c.prudentiam.col.4. de offic.delega. quando dicit, ꝙ talis sit filius regis,sed non primogenitus, q̄a ab eo non fuit genitus tanquam a rege, sed tanq̄ a priuato, quia hoc nihil facit,vt supra dicebat Saly.in d.l.imperialis,nā est persona ipsa patris quę generat non autem qualitas vel re
12 gis uel priuati.¶†Secundo confirmatur hæc concluio, quia factum patris in fauorabilibus indistincte prodest tam filiis natis quam nascituris,ut not.dicit Bal.in l.2.in fi.C.de liber.& eorum liber.ver.Item no.vbi dicit, ꝙ dispositio illius legis quę distinguit inter natos & nascituros procedit in odiosis, quia delicta parentum non nocent filiis iam natis, sed nascituris, quia contrahunt rubiginem a linea iam infecta, vt dicit idem Bal.in eadem.l.col j.ad prin.sed in fauorabilibus, secus secundum Cy.in d.l.imperialis.ex quo infert,quod recepto patre ad ciuilitatem vel æstimum ciuium omnes filii gaudent ciuilitate vel æstimo, & nati ante & nascituri postea,per l.2. qui ęta. lib.10.quod dicit menti tenendum.cum ergo in proposito de fauore agatur,ergo qualitas ista quæ patri etiam iure aduenti
13 tio obueniret deberet extendi ad filium natum ante.¶†Tertio pro confirmatione consideranda est ratio quare primogenitus succedat in maiori prærogatiua quę est secundū Old. consi.94.col.4.quia natura dedit huic, ut senior sit,alii autem iuniores,& honestum est iunioribus ministrare,& senioribus obedire secundum Philosophum.7.lib.Politicorum.de quo latius infra sequenti libro dicetur. hæc ratio ergo militat pro nato ante regnum adeptum, quia est antiquior. Constitutio autem & statutum regulandum est ad milites rationis. l. cum pater. §.duleissimis. ff.de lega.2.l.adigere. §.quamuis.ff.de iure patro. Do.Iaſ.in l.qui quadraginta. ff.ad Trebel. Et ideo dicit Bald.in l.fuum.in fi. C.de iure delibe. ꝙ ratio facit intelligi dictum, & ratio potius est consideranda quam verba. Bart.in l. contra.ff.de legi.Bald.in l.si quis seruo. C.de ser. fugiti.col.2.in fi.vbi dicit. quod ratio est sicut natura, verbum sicut corpus.
14 †Et ideo magis attendi debet ratio quam vocabulum. Idem dicit D.Iaſo.in d.l.quadraginta. ¶Fortificatur hoc fundamentū a definitione primogeniti de quo supra diximus, quia iste natus ante regnum adeptum primus aperuit vuluam, & primo egressus. ergo &c. ¶Item si aliter diceremus sequeretur quædam iniquitas & inhumanitas.Nam patris felicitas deberet venire in vtilitatem, & emolumentum filij nati. si autem id verum esset veniret in odium & iacturam maximam ipsius primogeniti, cui iam naturali dote ius primogenituræ quæsitum fuerat, ꝙ non est dictum. maior.n. dignitas nulli debet circa prioris dignitatis seu militiæ priuilegia præiudicium facere, ut dicit formalis tex.in l.maior.C.de digni.lib. 12. Intel lectus autem ex quo resultare potest inhumanitas, est prorsus
15 explodendus.l.furti.§.pactum.ff.de his qui notan.infa.¶†Item id damnandum est, quod absurditatem parere posset.ca.cum satis absurdum.de officio archi.c.solitę. de maio.& obe. & ibi Pan.in 4.not.& idem in ca.in genesi. de elec.col.2. & cap.iniustum. ad princ. de rerum permuta. vbi dicit Panor. quod vacet argum.ab absurdo, licet etiam auctoritas non allegetur. in proposito si ab hac ulti. opi. recederemus esset ocularis absurditas.Nam eadem ratione sequeretur, ꝙ [illegible]us patersamilias acquisiuisset aliquod prædium post natiuitatem primi filij,genitus post acquisitionem illam diceretur primogenitus quo ad eam, & in ea ius primogenituræ consequeretur,cum idem sit iudicium de parte quo ad partem sicut de toto quo ad totum.l.quę de tota.ff.de rei vendica.c.pastoralis. §.quod si
16 in totum. de officio delega. extra. ¶†Item vna eademque res non debet diuerso iure censeri.c.cum in tua. de deci.extra.ca. cognouimus.12.quæst.2. cum simil.& sic ridiculum videretur quod iste post genitus esset primogenitus, & non primogenitus respectiue ad eundem genitorem.¶Item & nouissime, q̄a ars imitatur naturam quantum potest.Aristo.in 2.Phys.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa. hinc est, quod legislator nō potest venire contra dispositionem naturalem, immo ipse eā sequitur Barb.in rub. de probatio. col.2.ad fin. per l. adoptio. non iure facta. ff. de adopt.adducens illud Dātis Poetæ. Che larte nostra seque quella quanto puote.& illud Tul.libr.de Senectu.in hoc sumus sapientes,quod naturam tanquam Deū, ducemque sequimur.& de hoc vide eundem Barba.in c.nonnulli.§.sunt,& alij.colum.12.de rescript.extra.& adde pro hoc esse bonum tex.in §.minor natu. instit. de adopt. & ideo dicit Tul.lib.2.de legibus.Natura norma legis est. & Aristo. lib.16.
17 de animali. Natura est sicut rectificator & rector. †Et ideo dicit Bal.in l.j.§.j.in 2.nota.C.de cadu.tollen.quod ratio naturalis est optimus clypeus legis. Modo certum est quod naturæ repugnat, ut qui postea genitus est dicatur primogenitus prius nati,sicut in simili dicitur.in d.§.minorem.pro monstro est, quod maior sit filius quam pater. Ideo sicut non minor potest maiorem adoptare, sic non debet minor ætate maiorem suum secundogenitum appellare aut dicere. Idcirco belissime inquiebat Senec. ad Lucillum. Tenenda est via quam natura prescripsit, nec ab illa declinandum. illam sequentibus omnia facilia, & expedita sunt, contra illam viuentibus non alia vita est quam contra aquam nauigantibus. Omne enim,quod facit natura est secundum ordinem,dicit Aristo. lib.16.de animalibus.Et idem libr.8. Natura dat vnicuique ꝙ conueniens est. Hinc Tul.lib.j. Tuscul.q.teneamus,nihil censeamus esse malum quod sit a natura datum hominibus. Natura enim nihil irrationabiliter, vel frustra facit. Aristo. libr.2.de cœlo & mundo.lib.j. & lib.3.de anima.Et libr.de se-
18 paratione & expiratione.¶†Item iura naturalia sunt immutabilia. §. sed & naturalia. Instit.de iure natu. gen. & ciui. §.fi. 6.distin.cum simil. Ideo dicit Cassiod. quod repugnante natura quelibet cedit industria, sed esse primum vel secundum in genitura, est de iure naturali. Et ideo dicit Boe.lib.3. prosa.11. de philo.consola.iam vero quanta est naturę diligentia,vt cū cta semine multiplicato propagentur. quæ omnia non modo ad tempus manendi, verum generatum quoque quasi in perpetuum permanendi,veluti quasdam machinas esse quis nesciat. Et ideo Zeno refert, ut Tul. lib.2. de natura Deorum dicebat,naturam ignem esse artificiosum ad gingendum progrediente via. ¶Sed superest respondere ad historiam illam Iustini supra relatam, vbi Xerxes qui post regum translatum in patrem suum natus, regnum est adeptus excluso Artheme
19 ne nato ante. ¶†Dic primo,quod exemplis iudicandum non est l.nemo.C.de senten.& interlo.om.iudi. per quem tex.dicit glos.4.in c.si quando.de rescript.extra, quod quando per consultationem rescribit imperator. non vult suam responsionem sequendam esse si quis non recte responsum putauerit. ¶Secundo respondeo, quod pro Xerse plures faciebant rationes quam pro Arthemene, & ideo dicebat Iustinus loco supra citato, huc accedere quod Arthemenes non patre tantum, sed & matre priuatę adhuc fortunę,auo quoque materno priuato creatus sit, se uero Xerxem, scilicet,& matre regina natum,& patrem non nisi regem vidisse,auum quoq; maternum Cyrum regem habuisse non hęredem, sed conditorem regni. Itaque, & si æquo iure utrunque pater reliquisset, materno se tamen & auito vincere,hęc Iustinus.Ecce videmus ergo ꝙ Xerxes fuit duplici aut triplici ratione prelatus Arthemeni.Primo,quia natus post regnum adeptum.& quia hæc ratio fragilis, & dubia uidebatur duabus aliis intentionē suam firmabat,quia auum maternum Cyrum regem habuerat, & matrem reginam prædicti Cyri filiam. & ideo dicit idem Iustinus in fine primi libri, quod cum Cyro defuncto Darius assumptus fuisset in regem principio regni Cyri regis

Source : BIU Cujas

filiam regalibus nuptiis regnum firmaturus in matrimoniū recipit, ut non tam in extraneum translatum q̄ in familiam Cyri reuersum videretur. hęc Iustinus. Pro Arthemenæ autē tantum faciebat, q̄ primo natus esset. & ita cum quęstio illa dubia videretur an nato ante vel nato post deberetur, tutius inclinabat in patrem Xerxis. quia sublata illa ratione & cā, quia natus post regnum adeptum adhuc alię militabant. & licet excluſiſſet Arthemenem hac de cā, alios tamen excludebat, argū. ca. tuarum. de usu, & aucto. palij. §. affinitatis. insti. de
20 nup. Panor. in c. ad aures. col. 3. de reſcri. extra. ¶ †Item duę vel plures rationes vincunt vnam. Spec. in titu. de feu. §. ij. ver. 16. Bal. in l. j. verſ. ſed cōtra. C. de legi. hære. Panor. in c. ſuggeſtum, in fi. de iurepatr. D. Iaſ. in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. Et per hæc ſatis mihi videtur firmata hæc quarta opinio quam ēt cōſuetudo amplectit quæ eſt optima iuris interpres vulgatis iurib.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per reſcriptum an dicendus primogenitus.*
2 *Diſputatio veritatem elicit.*
3 *Clauſula haberi pro tali an importet fictionem.*
4 *Illegitimatio eſt nubecula quæ ſpurietas dicitur, & tollitur per legitimationem.*
Spurium eſſe quid ſit.
5 *Adoptio an faciat vere legitimum.*
Legitimatio an potentior & fauorabilior adoptione. ∴
6 *Argumentum a fortiori militat.*
Dictio nihil, eſt vniuerſalis negatiua.
7 *Legitimatis quid competat, vt legitimis.*
8 *Statutum de legitimis loquens an comprehendat legitimatos.*
Agnatio etiam per legitimatos conſeruatur.
9 *Legitimatus excludit ſubſtitutum.*
10 *Cauſa naturalis præponderat accidentali.* ∴
11 *Emphyteuſis accepta pro ſe, & filiis an includat legitimatos.*
Legitimatio fictioni innititur.
12 *Adoptiuus legitimato æquiparatur.*
Legitimatio eſt ſimilis Alchimiæ. ∴
13 *Legitimati quibus æquiparentur.* 14.
14 *Legitimati ſunt infames infamia facti.*
15 *Donatio facta propter defectum filiorum an reuocetur per legitimationem ſpurii.*
16 *Legitimatus dicitur quaſi legitimus. Et de materia legitimatorum.*
Dictio quaſi, eſt nota improprietatis.
17 *Legitimi qui dicendi.*
18 *Conſuetudo regni præferens primogenitum in ſucceſſone an habeat locum in legitimato.* 19.
20 *Legitimatio an retrotrahatur.*
21 *Præſumptio non poteſt mutari per principem niſi in fictione.*
22 *Deus quid facere nequeat.*
23 *Spurii an poſſint legitimari & qualiter.*
Legitimatus dicitur filius abuſiuus.
24 *Bonorum ſucceſſio diuiditur in bona allodialia & feudalia.*
25 *Mulier prætextu ſtatuti præferentis maſculos fęminis an excludatur per legitimatos.* 26.
27 *Legitimatus an & qualiter cū legitimis ſuccedat & an efficiatur nobilis.*
28 *Legitimati debent legitimis honorem deferre.*
29 *Princeps an poſſit naturalem quo ad ſucceſſionem legitimare extantibus legitimis.*
30 *Legitimatio an poſſit infringi ex ſuperuenientia legitimorum.*
31 *Princeps legitimans naturalem extantibus legitimis cui comparetur.*
Nuptię immortalitatem humano generi præſtant.

QVAEST. XIII. PRI. LIB.

2 NVnc ſuccedit † ardua qō & notabilis. Aliquis pater hēt filium primo natum naturalem & illegitimum, alios ēt naturales & illegitimos. impetrat iſte pater legitimationem primo nati a principe, vtrum cenſetur iſtæ ſic legitimatus vere primogenitus, ita q̄ in illa qualitate excludat ſecundogenitum legitimæ natū in iure primogenituræ. ¶Hęc quæſtio in facti contingentia ſępe occurrere poteſt, & audiuimus a paucis annis, q̄ agitanda erat in regno Aragoniæ pro ſucceſſione regni, ſed falſus fuit rumor vt exitus docuit, tamē facile contingere poteſt. ¶Et vt Clarius hæc quæſtio determinetur, arguemus in partes. Potentes enim ad vtranque partē dubitare in ſingulis ſpeculabimur verum & falſum, ut inquit Philoſo. in j. Topico. & idem 3. Meta. dicens, quod veritatem inquirentes ſine dubitatione ſimiles ſunt neſciētibus quo ire
2 debeant, † diſputando enim veritas eruitur. l. 2. §. his legibus. ff. de origi. iu. l. cum quidem. ff. de lib. & poſthu. vbi no. Dom. Iaſ. Primo ergo videtur dictum, q̄ iſte legitimatus conſequi debeat ius primogenituræ, ac ſi ab initio legitimus fuiſſet, ſiue ex legitimo matrimonio procreatus. ¶Primo, quia regula eſt quam nota. voluit Bart. q̄ l. diſponens ſuper his quæ ſunt iuris etiam per verba importantia fictionem, dicatur vere facere, & non per fictionem. Hanc regulam ponit Bart. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuc. ex hoc inferens q̄ ſi. l. uult legitimum facere, quia illud eſt iuris. Nam eſſe legitimum vel illegitimū non eſt ab ipſa natura introductum, ut eſt tex. in §. uatura. §. ſi quis igitur. & §. liceat. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. Et ita l. facit illud non fm fictionem, ſed fm puram veritatem, ita q̄ extimabitur vere legitimus. Ad hoc etiam vide Barto. in l. ſi maritus.
3 la 2. §. legis Iulię. ff. ad l. Iuliam. de adult. vbi dicit, q̄ †in his quę ſunt iuris idem eſt eſſe talem vel haberi pro tali, licet alias iſta verba haberi pro tali importent fictionem. l. iudicis appellatione iuncta glo. ff. de verbo. ſign. Hanc theoricam Bart. tenet Bal. in l. nuper. C. de natu. li. Paul. de Caſtr. in conſi. 223. q̄ incipit ſuper eo q̄ primo. Anto. de Butr. conſil. 20. q̄ incipit æquitas valde ſuggerit. vbi dicit, q̄ l. fingendo vel per verba fictionis loquendo in actu pendente a poteſtate legis, vere facit, & non ficte. vide ad hæc Do. Iaſ. in d. l. ſi is qui pro emptore. col. mihi. 60. vbi plurimum extollit hanc theoricam Bart. & eam perpetuo tenendam cordi dicit in eo q̄ ſingulariter probat, & vult q̄ legitimatio eſt veritas, & non fictio q̄ dicit eſſe vtiliſſimum verbum ad ſtatuta loquentia de filiis legitimis, q̄ venient legitimati. & frequenter allegatur in practica, ut ipſe aſſerit. Modo ſic eſt, quod ſi lex inanimata diſponens circa ea quę ſunt iuris veritatem inducit, & non fictionem, ut eſt tex. in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis facit tex. in l. prædiis. & l. eo iure. ibi pignora eſſe creduntur. ff. in qui. cau. pignus tacite contrahatur. iuncta l. 2. ff. eo. quę iura alleg. Do. Iaſ. vbi
4 ſ. ergo † lex animata puta princeps. §. fi. in auth. de conſulibus. glo. in l. & quia. ff. de iuriſdictione omnium iudi. in legitimatione alicuius, idem faciet, ita arguit & ſequitur Ioan. de Imo. in j. vol. conſiliorum conſi. 2. col. mihi. 5. ver. cum probatur. Et ita ergo clare probatur quod legitimatus a principe vere ſit cenſendus legitimus, & ex conſequenti quando competat ei ius primogenituræ, ac ſi vere legitimus eſſet cum primo natus fuerit. & ſic nihil obſtet. ¶Et ideo dicebat Bal. q̄ imperator legitimando remouet nubeculam quę dicebatur ſpurietas. ita not. dicit l. manumiſſiones. in 2. oppoſitione. ff. de iuſti. & iur. hinc dicit etiam idem Bald. in l. ſi te parens. C. de ſuis & legitimis. q̄ eſſe ſpurium eſt quoddam velamen quo quis impeditur ſuccedere vt filius, & illud velamen legitimatione ſubmouetur per tex. in l. imperialis. C. de nuptiis. ibi omni macula. per quem tex. dicit ibi Bal. q̄ per legitimatione tollitur omnis infamia ſpurietatis, ita q̄ amplius ſpurius dici non debet aut nū cupari. de quo videbis duo conſi. Bal. conſ. 146. j. uol. q̄ incipit, titulus principis Achaiæ, vlti. col. & conſi. 27. 5. vol. q̄ incipit re
5 ſpondendo ad dubia. ¶ † Secundo pro hac parte facit, quia etiam per adoptionem filius efficitur vere legitimus. inſtit. de adop. in prin. & ibi gl. cum ſimi. Si ergo per adoptionem quis cenſeatur uere legitimus, a fortiori ergo per legitimationem, quia legitimatio eſt potentior & efficacior quam adopt. §. tribus. ibi ſi veſtri. n. patris. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. ¶Item legitimatio eſt fauorabilior quam adoptio. Bald. in l. neque abſens ad fi. de adopt. ff. ¶Item quia legitimatus habet naturalia primordia quæ non habet adoptatus. Bald. in l. ſi te parens. C. de ſuis & legi. Ad hęc vide cōſi. Soci. 226. col. pe. ver. p̄terea, vbi expreſſē dicit legitimationē fortiorē eſſe adoptione p̄ tex. ī §.
6 adoptionis. in auth. qui. mo. natu. effi. ſui. † Cum ergo adoptatus cenſeatur vere legitimus, ergo a fortiori legitimatus. auc. multo magis. C. de ſacroſanct. eccleſ. ca. ſuper eo. de uſu. extra. ¶Tertio pro hac parte faciunt tex. qui videntur hanc q. prorſus determinare. tex. in §. liceat. in auth. qui mo. na. effi. leg. vbi formaliter habetur, quod legitimati nihil a legitimis differunt. Ponderanda eſt dictio nihil, quæ eſt vniuerſalis negatiua. l. is qui. §. verum. ff. de reb. dub. cum ſimil. & ita tex. ille vult quod nulla penitus ſit facienda differentia inter legitimos & legitimatos. ad idem eſt tex. in §. ſi quis igitur filios legitimos. & in §. quoniam varię. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. hinc text. in §. j. inſti. de hære. quę ab inteſta. deferuntur legitimatos ſuos
7 hæredes appellat quemadmodum & vere legitimos. † hinc dicit Bald. in d. l. ſi te parens, q̄ legitimati ſuccedunt ab inteſtato, ſicut legitimi. ¶Item legitima eis debetur ſicut vere legitimis, vt late videre potes per Dom. Iaſ. in rub. ff. de lib. & poſthu. itē legitimatus poteſt mouere querelam inoffic. teſtam. ſi ſit iniuſte exhæredatus quemadmodum, & legitimus. Baldum in l. cum in adoptiuis. tertia colum. C. de adoptio. Hinc eſt etiam quod legitimati indiſtincte ſuccedunt agnatis, & cognatis. text. in §. quapropter. in authen. quibus modis natura. efficiuntur ſui. & in §. filium. eodem. vbi Angel. expreſſe, ita nota. & etiam eundem Angel. conſilio 71. quod incipit arbiter, &
8 arbitrator. vbi tenet quod † ſtatutum loquēs de legitimis habeat locum in legitimatis. Ad hæc vide Iac. de Bel. in diſputatione quam ponit in auth. quibus mo. na. effic. ſui. & Panormi. conſil. 77. incipiente, in quæſt. quæ vertitur. & pro hoc vide Bald.

in

in l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.vbi tenet ꝙ ſtatutum dicẽs ꝙ extantib. maſculis filia non ſuccedat, habet locum nedum in legitimis filiis,ſed ẽt in legitimatis. & rõ eſt ex his quę dicit Alex.in d.conſ.2.1.volu.col.v.ad fi. vbi dicit ꝙ per legitimatos conſeruatur agnatio quemadmodum per legitimos , & in eodem conſi. ꝙcludit & determinat poſt longam diſcuſſionẽ
9 ꝙ†legitimatus filius excludit ſubſtitutum, qñ ſubſtitutio eſt facta ſub ꝙditione ſi deceſſerit ſine filiis legitimis, quia idem eſt in legitimatis,& pro hoc ibidem refert plures Doct. & in magno numero tenentes hanc concluſionem. ita vt communẽ eſſe opi. aſſerat. ponderat tamen vnum tex.nunquam forſan antea ad hoc inductum in c.ſtatuimus.extra de maio.& obed. vbi formaliter dicit tex.in fi.quia maior eſt ordine ẽt ſi poſtea ſit receptus, & in portione percipienda potiorem eſſe volumus ac minores facere ſeruitia ꝙſueta. modo ſic eſt ꝙ primogenitus maior eſt ordine geniturę, ergo ſeqtur ꝙ licet poſtea ſit receptus per legitimationẽ ſcilicet,tñ potior eſſe dẽt in portione hęreditaria & aliis prærogatiuis maioricatus. Et hæc ſufficiant pro comprobatione huius opi. ex quib.clariſſime probatum eſſe videtur legitimatum ſuccedere debere in iure primogenituræ.

Sed pro contraria parte ſcilicet quod legitimatus ī iure pri-
10 mogenituræ ſuccedere non dẽat.¶†Primo nam magis attendenda eſt cã naturalis & origo quam cauſa accidentalis ſuperueniẽs.l.tutor.ff.de fideiuſ.l.iiii. C.ad Macedo.l.quicquid.§.i.ff. de dona.ergo præferri debent filii legitimi legitimatis.Pro quo facit bonus tex.ī l.fi.C.de his qui veniam ętatis impetra.vbi dr̃ ꝙ verba debẽt intelligi potius in ſenſu nãli quam in ficto.vbi
11 per illum tex.Bald.no. †ſi quis recipit emphyteuſim pro ſe & ſuis filiis legitimis, non intelligitur pro legitimatis , quia non ſunt naturaliter legitimati, ſed ex priuilegio & fictione. idem dicit Bal.in addi.ad Spec.in tit.de ſucceſ.ab inteſt.ad fi.vbi dicit ꝙ legitimatio innititur fictioni.idem Bal. in l.Gallus.§.eius.ff. de libe.& poſthu. vbi dicit ꝙ legitimatus fictione iuris dr̃ legitime natus.Ad hęc accedat tex.in l.fideicom. ff.de ꝙd.& dem. tex.in l.ſi ita quis.§.is cui.ff.de leg.ii. vbi probatur quod ſi Titi⁹ grauatus fuerit fideicommiſſo ſub conditione , ſi deceſſerit ſine liberis,quamuis reliquerit filium adoptiuum vel alio iure
12 artificioſo procreatum,non euaneſcit fideicommiſſum,† ſed filius adoptiuus & legitimatus ęquiparantur.l. cum adoptiuus filius.ad fin. C.de adoptio. & ibi Doct.l. filios.C.de municipa. & orig.lib.x.de hoc eſt gl.in l.i.ff.ad munici.in gl.magna. ergo optime probatur ibi ex æquipollentibus ꝙ filius legitimatus nõ æquiparatur filio legitime nato.& ita Bal.tenet formaliter in d.l.ſi ita qs.§.is cui.Et ſic patet ꝙ legitimatus p̃ fictionẽ dicatur,& ideo eleganter dicit Bald.in ca.i.de conſt. ꝙ legitimatio eſt ſimilis alchimię quæ facit apparere illud ꝙ nõ eſt, tñ transmutare vnam ſpeciem in alteram non poteſt,ſed legitimatus figuram legitimi gerit,non hẽt tamen eandem ſubſtãtiam,& ideo in ſimili dicebat Saly.in l.etiam.C.de appe. per illum tex.
13 quod imago repreſentata , prout eſt in legitimatione non eſt eſſentialiter ipſa res,& ideo dicit ibidem Bal.quod legitimatus eſt ſimilis ei qui accipit vſum togę, argum. tex.in l. ſed ſi acceptо.ff.de iure fiſci . Et ad hoc aſſignare potes hanc rationem. Nam per fictionem viæ veritatis non delentur.in l.rebus.C.de iu.do. & ueritas naturalis non poteſt auctoritate legis mutari. l.ii.ff.de vſufr.earum rerum quę vſu conſumuntur.facta enim pro infectis haberi nequeunt. l.in bello.§. facti.ff.de captiu.&
14 poſtli.reuer.§.j.ver.quæ igitur.in authen. de æquali.do.¶†Et iõ ſingulariter dicebat Bald.ī c.fin. col.ii.de transl.pręla. qđ legitimatus aſſimilatur homini medicato morbo , remanẽte tñ alia cicatrice. Et ita ergo cum legitimatus ficte ſit legitimus, non dẽt ęquiparari veris legitimis,argum.tex.in l.ex ea.§.inſulam.ff.de ue.obl.l.Titius.§.Cornelio.ff.de iure fiſc.c.ſuſceptum. de reſcrip.cum ſi.

Secundo arguitur pro hac parte, quia lata eſt differẽtia inter legitimum & legitimatum plurib. mediis.Nam legitimati ſunt īfames infamia facti , vt no. dicit Azo in ſum.tit.ex q.cau.infa.irro.C.& hoc ſequũtur communiter Doc.vt not.dicit Alex.de Imo.conſil. xxv. iii.col.in i.vol.
15 hæc autem infamia non eſt in legitimis. ¶†Item de iure donatio bonorum vel maioris partis facta per patrem carentem filiis natiuitate legitimorum filiorum reuocatur. C.de reuo.do. ſi vnquam.& tñ non reuocatur propter ſpurium poſtea legitimatum,vt no.dicit Bal. in c.innotuit.col. 4.de elec.extra.idem Bal.in l.2.in fin.C.ſi quid in fraudem patro.Saly.in l.ſi totas.C. de reuo.do.Ex iis & ſimilibus quæ cumulari poſſent aperta eſt differentia inter legitimũ & legitimatum,& hoc etiam ſatis ꝙ ſtat ex diuerſa nuncupatione. fruſtra.n. fierent nomina niſi & diuerſitas eſſet in effectibus harum nuncupationum.l.ſi idem
16 C.de codic.no. Pan.in c.ad audientiam.de deci. † & ideo dicit glo.in d.c.innotuit.de ele. ꝙ legitimatus non dr̃ legitimus, ſed quaſi legitimus.Certum eſt ꝙ dictio quaſi,eſt nota impropric tatis.l.meminimus.C.de leg.hær.cum ſi. vide etiam glo. in l.cũ legitime.ff.de ſta.hom.Et ita cũ ſit differentia inter legitimum & legitimatum clarum eſt priuilegium conceſſum legitimis tranſire.Ex diuerſis enim non fit bona illatio. l. fi.ff.de calum. l.naturaliter.ff.de acq.poſ.cum ſi.

17 **Tertio & vltimo** pro hac parte m oueor,† quia legitimi dicuntur ex iuſtis nuptiis procreati.§.legitimi.in auth.qui.mo.na.effi.ſui.l.filium.ff. de his quibus, vt indig. Legitimatus non eſt huiuſmodi, ergo &c.Et ideo dicit tex.in filium.in auth.qui.mo.na.effi.ſui.quod legitimatus eſt quadam machinatione cognatus. Et ita clare innuit ille text.quod non ſit talis cenſendus legitimatus tãquã non naturali artificio,ſed quadam machinatione accidentali & fictitia inter legitimos computetur, hinc dicit tex.in c.naturales.tit.ſi de feu.fuc.ꝙtro. inter dom.& agna.quod filii naturales licet poſtea ſint legitimati, tñ nõ admittuntur ad ſucceſſio
18 nem feudi. & ſpãlius ī indiuiduo quod †ꝙſuetudo regni p̃ferẽs in ſucceſſione filium primogenitum non habeat locum in legitimato.tenuit Iacob.de Bel.in §.tribus,in auth.quibus mod. natu.effi.legitimi ſui.Ange.& Imol.in l.his verbis.§.interdum ff.de hære.inſti.Imol.in l.ſi alienum.§.extraneis.ff.eo.Bal.& Saly.Paul.de Caſt.& nouiſſime Do. Iaſ. ita determinat in l.quoties.col.xi.C.de re.vendi.vbi dicit poſt Ia.de But. quod ille tex. facit quæſtionem quod in præſenti mouemus, & determinat quod ſecundogenitus ſuccedere debet ex quo eſt ex legitimo matrimonio procreatus . & ita in eo concurrit vtrunque vinculum,naturale.ſ.& ciuile, & ex quibus duobus ius ſuccedendi quæritur. Adde Albericum in l.cum quis. C.de natur.liber. Flor.de S.Petr.in diſputatione incipiente.Baro quidam de nobili ſtirpe progenitus.Ang.in diſputatione ſua quæ incipit,nobilis quidam genere.¶Ecce ex prædictis ſatis erit pro nunc diſputata hæc quæſtio.

Nunc videamus in quam partem inclinare debeamus.Alex. in quadam diſputatione quæ incipit , Sigiſmundus rex Romanorum.hanc quęſtionem tangit,ſed nihil determinat. decidit Bald.in l.eam
19 quam.C.de fideicom.dicens† quod quando naturalis filius eſſet legitimatus poſt natiuitatem naturalis & legitimi filii,tunc ſecundogenitus legitimus eſt præferendus,ſecus autem ſi ante natiuitatẽ ſecundogeniti iam legitimatus erat, quia tunc legitimatus ad conſequendum ius primogenituę præfertur.idem vult Bald.in tract.ſtatutorum.in ver.primogenitus.idem Bald. in d.l.quoties.ii. col.& poſt Bal. & Saly.ibidem.d.Iaſ.col.x.ubi dicit quod legitimus ſecundogenitus excludit naturalem legitimatum niſi naturalis fuiſſet iam legitimatus ante natiuitatẽ ſecundogeniti.Et dicit ꝙ iſta deciſio eſt communis, & pro ea corroboranda adducit. Nã non poſſumus dicere qđ legitimatus debeat p̃ferri ſecundogenito niſi legitimatio retrotrahere
20 tur. †Sed legitimatio non retrotrahitur qñ fieret præiudiciũ legitimo.§.& licet.in auth.qui.mo.na. effi.legi.Bart.& alii in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſt. cum aliis allega. ibidem per D.Iaſ.Fely.abſolute tenet in legitimato per reſcr.ꝙ non excludit ſecundogenitum legitime natum in c. prudentiam. col.3.de officio delega.extra. Benedic. de Plumbin.in diſputatione,quæ incipit . Statuto Piſano. diſtinguit. Aut quærimus , an legitimatus ſit vere legitimus originaria legitimitate inſpecta quæ ex matrimonio efficaci procedit,& tũc demũ eſt ꝙ non,& ſic procedat tex.in d.l.filium.& in l.qua in prouincia.§.diuus.ff.de ritu nupt.cum ſi. Aut q̃rimus de alia p̃ legitimitate in gñe ſumpta,& tũc aut obſtaculũ in ltĩmatione procedit a iure ciuili, vt quia erat impedimentum de quo loquiẽti.C.de interd.mr̃imo.& l.i.C.ſi rector prouincię. cum ſi.& tũc princeps legitimando confert veram legitimationem,& tunc princeps legitimãdo dr̃ vere legitimum facere. Aut obſtaculũ illegitimitatis eſt introductum de iure canonico,& tunc legitimationem principis tpalis non efficeretur vere legitimus, ſed requiritur legitimatio apoſtolica. Et ita ex his īnuere vr̃ quod legitimatus a principe quo ad ſucceſſionem efficiatur vere legitimus,ita ꝙ ſtatutum taxans legitimam filiorum habeat locum in vere legitimatis.¶Ludouicus de Sardis in tract.de legitimatione.§.7.videndum eſt.ver.3.quæritur.circa hanc qõnem dicit ꝙſideranda eſſe duo tempora ante legitimationem,& habito reſpectu ad illud tp̃s reputatur ficte legitimus,cum illa dictio diſponat ſuper pręterito, quia fingit illum fuiſſe legitimũ
21 qui fuit vere illegitimus.† Non.n.poteſt princeps mutare præſumptionem niſi in fictione. ff.de capt. & poſtli.reuer.l.in bello. §. factę.& hoc ſolo dicit ipſe priuatur Deus, quia non põt facere præterita non fuiſſe.allegatur.l.ii.ff.de probat. Credo ꝙ voluerit allegare gl.in l.vnica. C.de raptu virginum.vbi refert dictum beati Augu.ita ſentientis, ſed abutitur.gl.vbi dicit not. Do.Iaſ.in l.i.§.ſi vir & vxori.ff.de acquiren.poſ. col. 1. vbi dicit quod de prædicta gl.eſt tex.diui Hierony. in c.ſi Paulus.32.q.v. Et ibidẽ dicit ꝙ fuit dictum Agathonis philoſophi, & ad hoc allegat in l.fi.vlt.col.C.de leg.vbi dicit ꝙ Deus hoc ſolo priua

tus

tur facere quæ produxit, allegando Arist. in vi. Ethicorum, & ad idem allegat Bar. in l. non dubium. 4. col. C. de leg. vbi dicit q̄ illud q̄ vere factum est nedum. l. nō pōt facere q̄n sit factū, sednec ēt Deus potest, & idem voluit Bal. in l. ex his verbis, ad finem. C. de testam. milit. rationem assignans notabilem secun
22 dum Theologos, †quia Deus nō potest facere ea quæ īplicant ꝯdictionem. Bal. in l. eam quam. vers. circa autem quintum genus. C. de fideicom. ergo non poterit facta infecta reddere, q̄a illud implicaret ꝯdictionem, factum. s. & non factum. ¶ Adde quod eandem rationem ponit Cardina. de Zaba. & Ioan. de Imo. in c. i. de summ. Tri. & fi. catho. ad princi. col. vj. vbi etiam aliam ponit ꝑm beatum Hierony. quia Deus non potest facere iniusta, quia ipse est summa iustitia, & non posse mentiri magna est Dei potētia. aduerte tñ ne fallaris, q̄si s. alle. Car. & Io. de Imo. quod eadem est prorsus lectura in his duobus Doctoribus, nec deficit vnum Iota a princip. decreta. vsque ad tit. de const. in quo est multum culpandus. vel quidā Ioan. Thierry. vel quidam de Gradibus qui prædictorum doctorum recognitores fuerūt. Ad propositum redeundo. Cum ergo id Deus ipse non possit a fortiori nec poterit princeps per rescriptum suum. Et ita in indiuiduo tenuit Iaco. Butr. in proe. C. & in cō-
23 si. incip. thema tale proponitur, vbi dicit quod † nec comes Palatinus, nec etiam princeps p̄ñt spurios facere legitimos, sed bene possunt exequare legitimis, & facere eos loco legitimorum haberi. Et ideo dicit Bal. in l. Pau. ff. de sta. homi. q̄ filius legitimatus dī filius abusiuus. Et idem Bal. in c. i. de consti. q̄ licet gerat naturam legitimi, non tñ idem erit in substantia. & idem Bal. in l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. comparat legitimatum baptizato, quia per baptismum non sumus in illa prima paritate in qua creatus fuit Adam. ¶ Secundum tps est post legitimationem, & tunc distinguitur. Aut confert omnia iura legitimorum, quia restituit personam antiquis natalibus & tunc ex hoc tempore incipit esse vere legitimus. Aut cōfert princeps quędam solum iura, puta quod succedat patri vel matri, & tunc non dī vere legitimus. Et ita statuto de legitimis loquente non comprehenderetur, & hæc distinctio satis consonat distinctioni Bal. s. relatę. Hanc quæstionem tangit Ant. de Ros. in suo tract. legitimationum. lib. ii. tit. vlti. col. antepe. ibi vlterius quæro, sed nihil determinat, & simpliciter se remittit ad notata per eum lib. i. prædi. trac. ubi tāgit de primogenito legitimato per subsequens matrimonium. de quo dicere poteri-
24 mus in sequenti quæstione. ¶ †Signorellus de Homodeis hāc q. æquipollenter tractat in consi. ccxx. vbi concludit q̄ bonorum successio diuiditur in bona allodialia & feudalia. In allodialibus succedet legitimatus in iure primogenituręe tāquam legitimus, sed in feudis secus est, quia successio feudorum est singularis & separata a successione aliorum bonorum de iure communi, vt c. vnico, de natur. succes. feud. & qui feud. da. pos. Et ita discreta & specialis dēt esse concessio. quia gñali concessione non continetur illud q̄ requirit specialem. l. 2. ff. de testa. mili. l. apud Labeonem. §. hoc quod dictum. ff. de iniuriis. cum si. quod ipse latius deducit, vt potes ad eum recurrere. De dña inter feudalia & allodialia, vide per Soci. consi. 3. in nouis. per Pet. de Anch. consi. ccxviii. ꝑ Oldr. consi. ccxlvii. vbi dicit quod licet de iure communi Romano legitimatio valida esset, etiā quo ad feuda, de consuetudine tñ redacta in scriptis in feudū ñ succedit legitimatus, vt c. naturales, si de feud. fue. contro. in vsib. feudorum. vide de hoc Ale. consi. lx. col. i. & per totum illud consi. & eundem consi. 2. & xciiii.

25 Nouissime reperio quendam † Albertū Brunum astensem hanc quæstionem tractantem a simili in suo tracta. de statutis fœminas & cognatorum lineam a successionibus excludentibus art. xii. principali col. vi. ver. 4. Quęro ubi quęrit an mulier prætextu statuti præferentis masculos fœminis excludatur per legitimatos. Et late. Doct. in vtranque partem refert in opinionibus diuersificantes, tādem concludit. Et quod statutum illud habeat locum in masculis legitimatis indistincte, etiam in legitimatis per rescriptum principis seu per comitem Palatinum, puta si dicat extantibus filiis vel agnatis vel masculis, prout dicebat Fulgo. in d. l. fi. ff. de iusti. & iur. Et pro hoc adducit Ant. de Ros. in trac. legitimationum. i. lib. ver. vlt. est videndum de ipsa causa fin. col. viii. & Præpositum. in c. ꝑ venerabilem. extra qui filii sint legitimi. col. xxxvi. in quibus locis tenent isti Docto. secundum eum q̄ si statutum vel consuetudo simpliciter vocet primogenitum ad successionem naturalis primogenitus postea legitimatus excludet sequentes legitimę natos, non obstante inhabilitate medii temporis per l. non oporteret. ff. de legi. ii. Ita dicens in quæstione ibi per eum assumpta. & hanc conclusio-
26 nem sex modis limitat, & duobus principaliter. †Primo si statutum diceret quod legitimi filii ac legitime nati fœminas excludent, quia tunc non comprehenderētur legitimati ꝑm Lu. de Ro. col. xiiii. in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. cū aliis plurib. alega. per eam. Secundo limitat nisi resisteret, vel mēs statuti vel communis vsus loquendi pro quo plura adducit quæ breuitatis causa omitto.

¶ Sed meo iudicio siue sit legitimatus ante secundogenitum natum siue post bonis debitis ratione iuris primogenituręe siue allodialia sunt siue feudalia, credo, q̄ extantibus legitimis legitimatus nullatenus gaudere debeat iure primogenituręe. Et pro hac conclusione sine mendicatis suffragiis adduco text. rotundum in auth. quib. mo. na. effi. sui. §. Et quoniam ibi, ita tñ ut non amplius habeat vno horum qui ab initio legitimi sunt inter oēs minus habente. Et ita optime probat illę tex. & clarissime q̄ non pōt rōne legitimationis legitimatus quāuis primogenitus prætendere iura primogenituręe, ex quibus reliquis maiorem habeat prærogatiuam quam minor ex filiis. Pro hoc vide Alex. de Imo. in l. necessariis. ff. de acqui. hæredit.
27 vbi dicit q̄ † filius legitimatus succedat patri vna cū aliis filiis sui patris naturalibus & legitimis & filia non dotata, quæ ex statuto potest succedere non poterit plus consequi quam habuerit talis filia dotata. Vide ēt Bal. in c. per tuas. ver. Quæro in honoribus quis debeat anteferri, an legitimę natus an legitimatus. Et dicit q̄ legitimati non sunt de stirpe, nec toti stirpi attinent, ut no. in §. filium uero. in auth. qui. mo. na. effi. sui. Et ita dicit ipsę non sunt nobiles neque eis potest relinqui nisi quantum vni legitimorū, per tex. in d. §. Et q̄m. quem ad hoc dicit esse vnicum in iure. Et ex hoc infert quod priuilegium imperatoris quo cauetur q̄ succedant legitimati vna cum legitimis sic dēt intelligi Et idem si statuto cauetur q̄ filia non succedat nisi in vnica, tunc fœmina limitat istum masculum legitimatum. q̄ dicit esse notandum ↄ legitimatum si legitimatus pro-
28 ducit priuilegium vel legitimationem. & †in fine infert q̄ oēs legitimati debeant reuerentiam legitimæ natis & non debēt sedere ad vnam mensam. & sic licet non expresse determinet per Bal. hæc quęstio de iure primogenituręe, tñ satis eam tacite innuit attentis prærogatiuis primogenituræe de quibus. ꝯ. dicetur. Nunquam ergo obliuiscaris illius text. quia nunquam repperi ad hoc ponderatum, & sic per illum text. satis aperte sunt sublata fundamenta quæ in partem cōtrariam fiunt. Imo dicebat An. de Iser. in c. naturales. tit. si de feudo fuerit contro. inter domi. & agna. q̄ aliqui asserunt & non malę secundum eum, q̄ princeps non potest naturalem legitimare quantum ad successionem ubi extant filii legitimi, quia auferret ius legitimis debitum, & daret illegitimis quibus non deberetur, &
29 quia legitimi habent a iure diuino, nō autem, illegitimi, †quoniam filius legitimus est ex matrimonio instituto in Paradiso a Deo, dum dixit. Quos Deus coniunxit hō non separet. Item dicit non erit hīs filius ancillę cum filio liberę, de quo habet. xxxii. q. ii. c. dicat aliquis & q. ii. c. nō omnis. xxxv. q. vii. c. quidē est. Sed si est q̄ princeps non potest tollere ius diuinum. c. cum inferior. de maio. & obedien. c. sunt quidem. xxv. q. i. not. in ca. q̄ in ecclesiarum. de consti cum si. Et de hoc dicto And. de Ise meminit Alex. consi. clxxxvii. col. ii. in v. volum. vbi fortius dicit q̄ si ipse legitimationis non extabant filii legitimi & natu-
30 rales, sed ex postfacto superuenerunt, debet infringi legitimatio, q̄ res deuenit ad eum casum a quo incipere non potest vt iatur actus l. vranius. §. sed cum Deo. ff. de fideiusso. l. plurib. §. & si placet. ff. de verbo. obli. ideo dicebat Dyn in l. ex facto. in princip. ff. de vul. & pupilla. substi. per illum tex. q̄ si habens filios naturales tantum fecit eos legitimari ut possint succedere deinde habuit filios legitimos & naturales vitiatur legitimatio de quo ibi latius vide per Doct. Aduerte tamen q̄ licet prīceps naturalem filium legitimare non possit extantibus legitimis & naturalibus, tñ hoc intelligitur de potestate ordinaria, secus si faceret de potentia absoluta & ex certa scientia, quia tunc posset pp supremam potestatem, vt no. voluit glo. in d. c. naturales, & ibi Aluaro. ii. col. Subiūgens tñ quod licet possit princeps facere de plenitudine potestatis, tamen non consueuit ī præiudicium aliorum, nisi Perraro & ex causa. l. nec auus. C. de emancipa. liberorum. l. 2. in fi. ff. de nata. resti. Bal. in l. nā ita diuus. ff. de adoptio. adde eundem Bal. in c. filii nati. tit. si de
31 feudo fuerit cōtrouer. iter domi. & agnat. † vbi dicit q̄ licet imꝑator possit legitimare filios spurios existēte filio legitimo & naturali, ita q̄ succedat pro virili cum legitimo, tamen imperator qui hoc facit videtur esse vnum pecus, & nō habere præ oculis iustitiam publice honestatis. Nam considerare debet q̄ per solas nuptias conseruatur elegans genus humanum, ut in auth. de nuptiis in principio, vbi dicitur quod nuptię præstant immortalitatem humano generi. ad hoc facit tex. in l. i. ff. sol. matrimonio, & ita not. Bald. de prædicto Bal. meminit Domi. Iason. in l. Gallus. §. quid si tantum. col. xvii. ff. de libe. & posthu. vbi dicit. Caue quia non negat. Bal. quin imperator hoc possit sed inconsiderate facit. Et certe Bal. satis inhoneste de principe loquitur, ut in simili dicit Panor. in c. fi. extra ne clerici vel monachi. col. penul. Hæc autem quæstio vtrum possit, altiorem requireret indaginem, ista pro nunc sufficiant, recurre ad D. Iason. in d. §. Et quid si tātum. vbi quam plurima aurea in propositio

positio cumulat quæ per ocium videre poteris occurrēte materia.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus per subsequens matrimonium an excludat secundogenitum. 3 13.19.20.*
2 *Legitimatio per matrimonium est quauis alia pinguior.*
3 *Nati ex concubina postea vxore an possint promoueri.*
4 *Successoris qualitas quando consideranda.*
5 *Matrimonium præcedentia impedimenta purgat.*
6 *Restitutus non recuperat ius alteri quæsitum.11.*
7 *Successionis spes non curanda.*
8 *Testatore viuente nullus habet in successione ius formatum.*
9 *Restitutio concessa per viam iustitiæ pinguius succurrit quam gratiosa.*
10 *Donatio propter defectum legitimorum an reuocetur per legitimationem ex matrimonio.*
12 *Legitimatus an debeat in feudum succedere.*
14 *Electio illegitimi an teneat per legitimationem subsequentis matrimonii.15.*
16 *Lex quando inducat fictionem.*
17 *Interpretationem consuetudinariam sequi debemus.*
18 *Princeps debet esse castitatis amator.*
21 *Filius viuente patre non dicitur habere ius considerabile. Et an possit legitimam petere.22.*
23 *Filius post patris mortē feudi ius in uita quæsitum capit.*
24 *Filius familias cur sic appelletur.*
25 *Filius regis uiuo patre rex dicitur.*
26 *Æstimum patris æstimum filii dicitur.*
27 *Primogenituræ ius inter legitimatos matrimonio an & quando debeatur.*
28 *Legitimatus an plus possit habere de bonis patris quam legitimatus.*

QVAESTIO XIIII. PRIMI LIBRI.

IOannes Andreæ in regula sine culpa, in mercu. q. ij. de regu. iu. in vj. expresse mouet hanc qōnem. Et concludit indubitanter ꝙ legitimatus ꝓ rescriptū non excludit secūdogenitum legitimum.† Et idem in legitimato per subsequens matrimonium, de quo tamen dicit se tremulenter loqui. ¶ Fely. post Ioā. An. hanc quæstionem mouet in c. prudentiam. col. iij. ver. Primogenitus legitimatus. de offi. dele. extra. Et dicit ꝙ de hac quæstione est solennis disputatio. Dom. Floria. de sanc. Pet. quæ incipit, Baro. quidam de nobili stirpe primogenitus. in iiij. car. vbi concludit, quod imo talis legitimatus per subsequens matrimonium excludit secundogenitum legitimę natum. Et hanc opi. contra Io. An. credit. Fely. veriorem per c. tāta. qui fil. sint legi. per quem tex. dicit ibi. Host. in fi. ꝙ naturales ex post facto legitimi cū suis naturalibus & legitimis omnimodo concurrunt.¶† Ad hoc facit ꝙ etiam dicit Bal. in ca. per tuas. de maio. & obe. extra vbi dicit, ꝙ legitimatio per matrimonium pinguior est quā quæuis alia legitimatio. Ad hoc vide etiam Alex. consi. ccxlvj. col. fi. vbi dicit, quod multa conceduntur legitimatis per subsequens matrimonium quæ non conceduntur legitimatis per rescrip. principis, ſm no. in c. tanta. & c. per venerabilem. qui fil. sint legi. Et eundem Alexan. in v. volu. consi. clxxxvij. col. ij. vbi dicit, quando tempore legitimationis extarent filij legitimi & naturales, non videtur ꝙ possit per rescriptum principis fieri legitimatio ad exclusionē vel præiudicium legitimorum, & licet aliud sit in legitimatione quæ fieret per oblationem curiæ vel per subsequens matrimonium, per tex. in auth. quib. mo. nat. effi. sui. §. illud. cum. §. seq. & auth. qui. mo. nat. effi. legi. §. si vero solūmodo. not. Bar. in auth. Itē si quis. C. de natu. lib. Anto. de Ros. ī trac. suo legitimationum. lib. j. §. vlt. est videndum de ipsa causa fi. seu effectiua. col. iij. ver. Restat modo finaliter vnam nobilem & singularem quæstionem examinare. Expresse & in terminis hanc qōnem mouet arguendo in partes, dicens ꝙ oīb. aliis q̄stionib. materiæ legitimationis † hæc qō difficilior est, & ꝙ propter diuersitatem disputantium vult omnibus aliis prolixius scribere. Et certe multum prolixe scribit amplificando hanc quæstionem per. xj. col. Nostrum autem erit, ꝙ diffusissime & ab ipso & a Doctoribus circa hanc quæstionem cumulatur, breuioribus perstringere.¶ Sciendum est ergo, ꝙ circa hanc quæstionem fuerunt Doc. in opinionū conflictu & colluctatione. Aliqui tenuerunt ꝙ talis primogenitus succedere debeat in iure primogenituręę. Et huius opinionis fuit vltra supra relatos Guil. de Cu. Ricar. malum. quos refert p̄dictus Anto. de Rosel. loco. s̄. alleg. col. vj. Et mouentur prædicti Doc. & sequaces pluribus rationibus & fundamētis, quorum aliqua de principalibus referemus, vt possimus deliberare arduitatē materiæ.¶† Primo ergo pro hac parte facit, quia nati ex concubina postea vxore possunt ad sacros ordines promoueri, iuxta not. in c. cum in cunctis. in c. innotuit, de ele. extra. in ca. tanta. qui fil. sint. legi. cum si. Et tamen ante matrimonium isti non poterant promoueri, vt in toto tit. de filiis præsby. Si ergo per matrimonium subsecutum efficiuntur habiles tanquā vere legitimi ad actus & officia ecclesiastica, a fortiori per matrimonium subsecutum efficientur habiles ad res tēporales, arg. c. per venerabilem. qui fil. sint legi. maxime. cum vbi est maius periculum cautius sit agendum, vt est tex. in c. vbi periculum. de elec. in vj. cum concordan. alleg. in glo. ¶ Secundo, quia sicut in iure primogenituræ consideratur ordo primogeniti, ita in successionibus abintestato inspicitur ordo proximiorum. l. ij. §. j. ff. de suis & legi. Sed hoc secundo casu hæc proximitas consideranda est quando agitur de delatione successionis. l. j. §. j. ff vnde cogna. l. non debet. ff. de legi. vbi habetur quod tunc de successoris qualitate tractandum est† cum defertur hæreditas. & ad idem est tex. in l. non intelligitur. §. quando. ff. de iure fisci. Et ita licet a principio legitimus non sit sufficit quod tempore mortis patris quo defertur hæreditas sit legitimus. Nam qualitas adiecta verbo, qualificatur secundum tēpus verbi. l. Titius. ff. de mili. test. Bar. in l. ex facto. ff. de vulg. & pup. Si ergo dicitur primogenitus legitimus succedere debet, hæc dictio, primogenitus, & dictio, legitimus, referuntur ad verbum, succedere, & ita determinari debent ſm tempus quo locum habet successio-¶ Tertio & vltimo probatur hęc pars. Nam legitimati excludunt agnatos qui alias sine legitimatione succesſiuri erant, vbi secus si legitimatus non esset. §. si quis autē defunctus. in auth. qui. mo. na. effi. sui. Notat Bar. in l. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de lib. & posthu. Si ergo legitimatus iste excludat agnatos, vt prædiximus, ergo primogenitus legitimatus excludet secundogenitum qui alias succesſiur⁹ esset, maxime quia tanta est vis matrimonii, vt qui antea sunt geniti post contractum matrimonium legitimi habeantur, vt formaliter dicit tex. in c. tanta. qui filii sint legiti.† ibi glo. dicit in versi. legitimi. quod matrimonium omnia præcedentia impedimenta purgat. Si ergo iste est primogenitus non est dubiū qđ est legitimus etiam indubitanter. Et ita sublata causa illegitimatis vī sublatus, effectu. s. obstaculū in succedēdo. Si ergo in parte succedere potest, ita & in toto iure sibi competenti ratione primogenituræ, quia idem est iuris de toto quo ad totum, sicut de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vē. cum simi. quod principaliter adducunt fouentes partem contrariam qđ sic prę̄iudicaretur alteri iuri quæsito. s. secundogenito quod non est dicendū, quia restitutus non recuperat ius alteri quę̄situm, ut no. gl. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Sed hanc opinionem tenendo respondere potes.

Primo quod ius competens, †secundogenito legitimo est tantum in spe, quę spes non curatur, vt est tex. in l. post emancipatum. ff. de lib. leg. Et ibi Barto. bon. tex. in l. j. §. qui mortis. ff. ad Tert. vbi seruus pœnę̄ successionē sibi delatam perdit quam non recuperat nisi restituatur a principe & tñ in spe erat alterius quę̄situm cum sequenti proximiori esset hęreditas deuoluta, pro hoc facit ꝙ nota. dicunt Ang. & Imo. in l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hęr. insti. ꝙ si pater instituit simpliciter filium spurium & postea facit eum legitimari viuente ipso patre, ꝙ institutio reconualescat & legitimatio trahitur retro. Rationem assignant, quia† viuente testatore nullus habet ius formatum in hęreditate. l. i. §. qui superstitis. ff. de acquiren. hæred. l. i. §. si impubere. ff. de colla. bon. Idem tenet Bal. in l. certum. C. vnde leg. Et ita ergo ad hoc ꝙ legitimatio non noceret secundogenito filio legitimo opus esset ius esse incommutabiliter formatum in persona ipsius secundogeniti. argum. l. fi. ff. de natali. resti. nō sic in proposito, ergo nō est mirum si legitimatus primogenitus prę̄feratur secundogenito legitimo. ¶ Item secundo fortius respondet quod per legitimationem vel restitutionem non prę̄iudicatur iuri quæsito, procedit & limitatur secundum. Dom. Iaso. post Rapha. comensem. in d. §. & quid si tantum qñ esset restitutio vel legitimatio facta per viam gratię̄, sec⁹ autem si p̄ viam iustitiæ fiat, argum. l. i. §. fi. ff. de quæstio. † Nam restitutio concessa per viā iustitiæ pinguius succurrit quā gratiosa. l. ꝙ si minor. §. Scęuola. ff. de minor. l. i. §. Item ex diuerso. ff. eo. tit. Idem tenuit Nellus. de S. Gemi. in tract. bannitorum. in i. parte. q. xi. in fin. ergo in proposito cum legitimatio quæ fit per matrimonium sit p̄ viam iustitiæ sine alio rescripto, aut gratia principis dato ꝙ esset secundogenito ius quæsitum non tamen concesso, adhuc legitimatio præiudicare posset ipsi secundogenito in fauorem primogeniti legitimati. Ad hoc facit ꝙ not. & singulariter dicit Bal. in c. innotuit. 4. col. de elec. extra quod † donatio facta alicui per carentem liberis legitimis & naturalibus non reuocatur per legitimationem factam de spurio ex quo iam est acquisitum ius donatario, nisi esset legitimatus per subsequens matrimonium, quia tunc reuocatur donatio quantuncūque

esset

Source : BIU Cujas

essent ius quæsitum alteri sicut reuocaretur per natiuitatem filiorum legitimorum.l.si vnquam.C.de reuocand.dona.cum si.de quo dic.meminit.Domi.Iaſ.in d.§. & quid si tantum, col.
11 xxii.dicens se alibi non legisse.¶†Item tertio respõderi potest, quia vbi aliquid deperditur iuris dispositione & non facto hominis restitutus vigore restitutiõis ad illud restituitur, esto qđ esset iã alteri q̃sitũ.l. siue patronus,ĩ prin.ff.de iurepa.vbi hĩ,q̃ patron⁹,qui ipso iure ius patronatus amiserat per restitutionẽ illud recuperat, esto q̃ iam fuisset alteri quæsitum . Ita tenent Docto.signanter Alexã.& Aret.in d.§. & quid si tantum.facit tex.in l.fin.in prin. ff. de sententiam passis.text. in l.i.§.filius.& ibi Barto.ff.ad Tertul.Paul. de Cast. in l.intercidit. ff.de condi. & demon.Pet.de Ancha.in c.quamuis.col.ii.de refcri.in vj.Panor.in consi.cxii.incip. in quæstione hæredum. v.colum.Et ita per hæc vĩ firmata opinio hæc prima q̃.s.legitimatus per subsequens matrimonium prẹiudicet secundogenito legitimo, & in iure primogenituręprẹferatur.Adde quod ita voluit Hostien.in c.lator.qui fil.sint legi.Anto.de Butr.in c.per venerabilem.eo.ti.q.vlt.corrigit dicta sua,in c.tanta.eod. tit. vbi contrarium tenuerat,& ita pp auctoritatem Ant.tenuit Pau.de Cas. in suis consi.antiquis ccxxiii. alias clxxii. q̃ incipit super eo q̃ primo loco,& idem Pau.in l.fi.C.de his qui veniam ẹtatis impetrauerunt.Panor.ita voluit in d.c.tanta.col.i. in iii.nota.ubi reprehendit Anto.de But.contrarium tenentem & rationem assignat.Panor.quia sunt auctoritate iuris legitimi.Nec obstat text. volens q̃ habeantur pro legitimis, quia idem importat ac si dictum fuit sint legitimi,argum.c.ex parte. de spon.extra.
12 † sicut paria sunt esse ciues siue haberi pro ciuibus , nota.in l.si is qui pro emptore. ff.de vsucap.& idem Panor.vbi s̃.super glo.quæ singulariter vult,quod legitimatus per subsequẽs matrimonium quoad omnia habeatur pro legitimo,ĩfert ad qõnem. An debeat legitimatus in feudum succedere, & dicit licet videatur velle tex.in c.naturales.in tit.si de feud. fue.contr. in vsibus feud.Sed contrarium ipse tenet post Iacob. de Bel.& Host.dicens,q̃ ille tex.in d.c.naturales debet intelligi in legitimato per rescriptum principis, quia talis legitimatio est stricti
13 iuris,argu.c.quod dilectio.de consanguini.& affinit.†Sed matrimonium tanquam fauorabile purgat omnia præcedentia. Item quia glo.in d.c.naturales.vult, quod per rescriptum principis succedere possit in feudum , ergo a fortiori est inferendum in legitimato per matrimonium. Et ideo licet Bal.in d.c. naturales. distinguat vtrum in concessione feudi sit dictum vt transferatur ad posteros ex se legitime descendentes vel non, tamen Panor. ibi dicit quod indistincte isti legitimati per subsequẽs matrimonium succedere debent etiam in feudo.¶Altera est opinio contraria, q̃. s.filius primogenitus legitimatus per subsequens matrimonium non præiudicet secundogenito legitimo,& pro hac opi.facit.
14 Primo,†qa quãdo verba legis cõcludunt aliquid debere fieri certo tempore nõ sufficit illud posteriori tempore celebrare,tex.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff. de acquiren.hære.vbi habetur,quod quãdo lex requirit mandatum vel iussum non sufficit consensus post factum adhibitus, ad idem est text.in l. obligari.§.tutor.ff.de aucto.tuto.sed sic est quod lex vel cõsuetudo requirit ad consequenda iura primogenituræ aliquem esse primogenitum legitimum , quæ verba respiciunt tempus generationis.Et ita non sufficit & postea primogenitus accidẽ taliter efficiatur legitimus.

Secundo, Nam illegitimus eligatur non valet electio eius etiam si statim post electionem matrimonio subsecuto legitimetur.c.innotuit.de elect.& ibi no.Doct. Si ergo ita est in electione, ergo idem erit in consequendo iure primogenituræ.
15 quia sicut per electionem quis consequitur dignitatem, ita & per ius primogenituræ.vii.q.i. c.quam periculosum. de quo.ĵ. 2.lib.latius videbimus.

Tertio quia nõ dr̃ legitimatus per matrimonium legitim⁹, nisi quia lex ita fingit. Modo sic est quod lex nunquam intendit fingere,vt noceat pariter priuilegiato.l.j.§.accedit. C. de rei vxo.actio.iuncta.l.fi. C.qui potio.in pigno.habeantur , vbi hĩ q̃ fictio stipulationis de dote non verificatur in detrimẽtum
16 primæ dotis ne noceat rei pariter priuilegiatæ.† Et nunquàm inducit lex fictionem nisi vbi suadet æquitas.l. postliminii.ff.đ captiuis & postl.reuer. Modo sic est,q̃ pro illo qui nascitur legitimus est maior æquitas & maior causa priuilegii,ex quo in instanti suæ natiuitatis legitimitatem secum trahit,argumẽ.l. quoties.C.de rei vendic.& l.potior.ff.qui potio.in pign.habeãtur.cum si.ergo &c. Anto.de Rosel. loco.s̃.alleg.dicit q̃ multi tenuerunt hanc opi.vt And.de Iser.in d.c.naturales. si de feud. fue.contro.in vsib.feud.Iaco.de Bel. in auth.quibus mod. nat. effi.sui.§.tribus.Ioan.An. in dicta regula, sine culpa.in mercuria.Et pro hac parte dicit multos Doctores concludsiue, tandẽ post longã discussionẽ huius materiæ se resoluit per hanc dist.
17 †Aut statutum siue consuetudo hẽt interpretationem ab ipsa consuetudine,& tunc illam interpretationem sequi debemus l.de quibus.l.de interpretatione.ff.de legibus. Aut consuetudo vel statutum nullam habet interpretationem a loci consuetudine, & tunc dicit inspicienda esse verba statuti aut consuetudinis.Nam si dicunt,primogenitus succedat, & tunc quandocunque erit iste primogenitus legitimatus & ante mortẽ eius de cuius successione agitur succedet.Aut verba consuetudinis dicunt primogenitus legitimus &c.Tunc secundogenitus legitimus succedit & præfertur primogenito , licet demum legitimato, quia statutum dicendo primogenitus legitimus requirit concursum ambarum qualitatum. Adde quod ita prorsus determinat & concludit Præpo.in c. per venerabilem. extra qui filii sint legi.§.q̃ autem.col.xxxii.post longam discussionẽ huius materiæ,& vide eundem ibidem . coll.xxii.circa finem, vbi tres dat rationes quare primogenitus succedat in regno.Secundo quare potius primogenitus quã secundogenitus,& de his rationibus suo loco dicemus . ĵ. Tertio in proposito quare legitimus & naturalis legitimatus, vt.s. reprimantur &
18 euitent principis cõcupiscentiæ,†qa debet esse princeps amator castitatis.Ad hoc vide tex.in auth.de lenoni.Item qa princeps debet se conformare iuri diuino quo cauetur, non erit hæres filius ancillę cum filio liberę.Gene.xxi.c.& c occurrit. xxxii.q. 15.& in auth.qui.mod.natu.ef.legi.§.illud.Sed forsan apertius hanc materiam duabus cõclusionibus, aut tribus dissoluem⁹.
19 †Prima conclusio,legitimatus per subsequens matrimonium præfertur secundogenito legitime nato post matrimonium, vnde secuta est legitimatio.probatur hæc conclusio,quia tempore natiuitatis secundogeniti iam habebat ille primogenit⁹ vtrãque qualitatem & primogenituræ & legitimitatis, ut probatur per.c. tanta.qui fil.sint legi.extra.vbi dicit tex.qui satis ñ potest repeti in hac quæstione. Tanta est vis matrimonii,vt q̃ antea sint geniti post contractum matrimonium legitimi habeantur. Et sic non obstabunt fundamenta in contrarium allegata cum iste priori tempore quam quiuis alius vtranque qualitatem adeptus sit,& tempore legitimationis nulli fit præiudicium cum tunc temporis nullus esset legitimus.
20 ¶Secunda conclusio.legitimatus primogenitus per subsequẽs matrimonium iam extantibus legitimis ante hanc legitimationem non prẹiudicat in iure primogenituræ ipsi legitimo prius nato. Nã sic legitimatio esset in prẹiudicium iuris alteri quẹsiti , & ita cũ retrotrahi non potest secundum no.in d.l. Gallus.§.& q̃d si tñ.pro hoc est bonus tex.in §.liceat.in auth. quib.mo.na.effi.legiti.ibi, & suos deceẹtero,& ibi,& hoc facto exinde filios per quem text.ita ponderat ibi Ang. Ad hoc est etiã text.in d.§. illud.in fin.in auth.quib. mod.natu.effi.sui.i bi quo facto ex hoc filios frui. & glo. exponit ex hoc s.tempore. & per hæc iura vide dominum Iaso. ita formaliter tenentem in d.§.& quid sit tantum.col.xvi.ad principium adducẽs etiam tex.in d.c.tanta per quem tex.dicit probari , quod legitimatio quæ fit per subsebsequens matrimonium non trahatur retro. Nam dicit ibi text.tanta est vis matrimonii, vt qui antea sunt geniti post contractum matrimonium legitimi habeantur, pondera dictionem post ergo non ante matrimonium legitimi habentur , & sic non præiudtcant legitimę natis ante ipsum matrimoniũ . Et ita clare p̃ illũ tex.determinatur prẹsẽs quæstio sine mendicatis suffragiis. Et si dicatur , imo videtur q̃ retrotrahi debeat,ne per hoc fiat præiudicium filiis legitimis ante legitimationem natis cum iam nullum haberent i⁹
21 in hẹreditate paterna.†Et ideo dicebat Dom. Iaſ.in l.in suis.ff. de lib.& posth.col.4.circa princip.quod licet filius dicatur habere spem succedendi post mortem patris. l.nec ei.§. prẹterea. ff.de adoptio.tñ filius ĩ uita patris non dr̃ habere ius considerabile.etiam spe legitimæ nec habere ius causatum in hẹreditate vel bonis patris,per text.not.in l.i.§.si impubere.ff.de Carboniano ẹdicto.l.pretia rerum.ĩ princip. ad legem Falcidiam. ff.ita tenet Bar.in l.post emancipationem.§.i. ff.de liberatione legata.& in l.fi.ff.de libe.agno.Hinc dicit Bar.in d.§.si implere, q̃ filius viuente patre non potest petere legitimam.Et ideo respondet.Dom. Iaſ.ad illud euangelicum. Luce. xv.vbi dicebat filius prodigus patri . Da mihi portionem substantię vel bonorum quæ me contingit, & pater sibi dedit. Dicit q̃ id factũ
22 est volente patre, aliast̃enim de bonis viuente patre nihil debetur filio prẹter alimenta.l.cum oportet.§. cum autem.C.de bonis quæ liberis.auth.si qua mulier.C.de sacrosan.eccle.Respondesecũdum Præpositum in d.c.per venerabilem.§. quod autem.col.xxx. in fin.quod nedum in spe hẽt,immo ĩ effectu ius primogenituręita quod non potest pater sibi circa illud p̃iudicare,de quo videbimus infra latissime.¶Dicendum est ergo , quod imo filii in vita patris dicuntur habere spem multum prẹgnantem in bonis paternis plurimum considerabilẽ. Nam in eos dr̃ continuari dominium alias continuatio esse
23 non potest.†Et ideo dicebat glo.notabilis post tex.in c.fi.in fine.de feudi cognitione,quod filii post mortem patris non acquirunt feudum patri succedendo ,sed in vita iam acquisitum capiunt cum liberiori administratione. quam glo. multum

extollit

extollit Bal. dicens menti tenendum illum pulchrum & ſapidum modum loquendi. Hinc dicit ibidem Bald. in c. i. in vltim. col. 3. titu. An mutus ſurdus vel aliter imperfectus, ꝙ ſuus hæres viuente patre dñ feudatarius. argum. l. ſi is qui duos. ff. de lib. lega. Et ideo poſt mortem patris non dñ ſuccedere ĩ feudo, ſed illud retinere potius, ad hoc facit bo. text. in l. licet. §. patronos libertos noſtros libertos dicere poſſum⁹, hinc dicit ipſemet D.
24 Iaſ. in d. l. in ſuis in j. col. † quod ſicut pr̃ appellatur pr̃ familias id eſt dñs ſubſtãtitiæ vel bonorum ita appellatur fili⁹familias quia ſimiliter eſt dominus ſubſtantiæ & facultatis paternæ. Et ponitur differentia in nomine, vt vnus pater alter filius appelletur, vt diſcernatur genitus a genito, & ſic cã a cauſato.

Ad hæc accedat gl. no. & ſingu. in c. fi. 24. q. i. quæ dicit, quod filii comitum viuente patre debent vocari comites, iam enim domini ſunt & eis ſola adminiſtratio deeſt. per quam glo. dicebat no. Abba. Panor. ꝙ ex conſuetudine a. l. inducta filii Comitum appellantur Comites etiã in vita parentum. Ita dicit Ab. in c. tanta. 3. col. qui filii ſint legitim. Ad idem vide Bal. in d. l. in
25 ſuis. circa fi. vbi dicit per hanc gl. ꝙ †filius Regis dicatur rex viuo patre & habere dignitatem Regiã licet tamen ſine adminiſtratione ꝓp Ariſto. dicentem in v. Politicorum. Nõ principiãtur alicui pater & filius ſimul, nec maior & minor. Ad hęc accedat etiam glo. ii. in c. Adrianus per illum tex. lxiii. diſtin. vbi, vult, ꝙ filii Imperatoris dicantur Auguſti & Cæſares eis viuis
26 †Accedat etiam glo. in l. ii. C. qui ætate. lib. x. C. vbi vult ꝙ æſtimum patris dñ æſtimum filii, de qua gl. meminit Fely. in i. col. ij. de magiſtris. extra vbi dat rationem ad illam glo. quia etiam viuente patre vr̃ filius habere in habitu dominium patrimonii, & pro hac plura adducit ſignanter. d. l. in ſuis. & in fine dicit, ꝙ licet pr̃ & filius cenſeantur eadem perſona, & ficte tñ patrimonium patris dñ patrimonium filii ſine fictione. Per hæc ergo aperte ſatis probatur quod fieret prẽiudicium, retrotrahẽdo effectuum legitimationis filiis legitimis ante legitimationem natis. Ioan. de Imo. & Gemi. in c. grandi. de ſupplen. negli. præla. Ad hæc etiam vide conſi. Socin. conſi. ccli. col. x. in fi. vbi vr̃ approbare in legitimatione per matrimonium facta ꝙ tenuit Ioan. An. in d. regu. ſine culpa, vt ſ. legitimatio illa non habeat auferre ſpẽ ſucceſſionis. Et eundẽ Soci. vide in cõſ. ccxlvi. col. v. in prin. Nec ob. etiam ſi dicatur quod licet ſit ius queſitũ aliis filiis, tñ per legitimationem ſiue reſtitutionem prẽiudicetur ex quo iſta eſt reſtitutio iuſtitiæ & nõ gratię, ꝙa ſatis illud poſſet procedere in eo ꝙ reſtituitur ad ius ꝙ aliquando habuerat, ſed non ſic in propoſito. Et ratio differentiæ eſt. Nam vnaqueque res de facili reuertitur ad naturam ſuam. l. ſi vnus ex argentariis. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ca. ab exordio. xxxv. diſt. & pro hoc vide dicta Fely. in c. cum omnes. de conſti. col. iii. extra. de qua regula communi vide extenſionem & cumulationem poſitam per Dom. Iaſ. in d. §. pactus ne peteret. Non ob. tertio ꝙ ſupradictum eſt, ꝙ vbi aliquid eſt deperditum ipo iure ſine facto hominis ad illud reſtituitur quis eſto ꝙ alteri ſit ius quæſitum, quia licet aliqui tenuerint hanc concluſionem, tñ a pluribus reprehenditur. ideo Dom. Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum. col. xv. dicit hanc deciſionem eſſe duram. Et ideo cõtrarium tenuit Bald. in illo. §. & quid ſi tantum. col. pe. Referẽs etiam cõtrarium fuiſſe dererminatum per legatum Bononiæ, quia ius quæſitum tertio non poteſt ab eo auferri, pro quo adducit Dom. Iaſ. duo conſil. Alex. quæ dicit ſibi contrariari, cõſilium trecenteſimum triceſimum, quĩquageſimumſeptimũ, incipiens nec arguendi. in vj. col. ad fi. Et ita remanebit defen-
27 ſata vtraque concluſio ſupradicta. ¶†Tertiam concluſionem etiam facere poſſumus, ꝙ inter naturales matrimonio legitimatos nullis aliis legitimis extantibus ętate maiori ius primogenituręe debetur, per d. c. tanta quia cenſendi ſunt legitimi. Et ideo licet Anto. de Roſ. in ſuo tract. de legitimatione contrarium tenuerit in §. vlt. eſt videndum de cauſa fi. col. penul. in fi. dicens quod ſtatutum quo cauetur, quod primogenitus legitimus ſuccedat iſto caſu locum non habet, quia omnes concurrere debent tanquam non comprehenſa. l. ſtatuto, & ſic remanet in diſpoſitione iuris communis. l. ſi cum dotem. ff. ſol. mat. c. ſuſceptum. de reg. in vi. cum ſi. Tamen Prępoſitus in d. c. per venerabilem. §. ꝙ autem. col. xxxii. ver. Sed dubium poſſet &c. dicit hoc ratione carere, alias enim non haberentur ac ſi legitimi eſſent & ſic eſſet ꝛ. d. c. tanta. pro hoc eſt text. in §. & quo-
28 niam. in auth. quib. mod. na. effi. ſui. vbi dicit tex. †ꝙ legitimat⁹ non amplius habeat vno horum qui ab initio legitimi ſunt, ergo tantum debent habere quantum hi qui ab initio ſunt legitimi. Sed ſi inter eos qui ab initio ſunt legitimi fuiſſet hæc ꝓrogatiua primogenituręe, ergo & in iſtis legitimatis eſſe debet, maxime quia hic agitur de legitimatis per ſubſequens matrimonium qui ſunt longe fauorabiliores quam legitimati per reſcriptum principis, vt patet ex ſupradictis.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio per curiæ oblationem a quo introducta fuit.*
2 *Oblatio ad legitimandum naturalem cui curiæ fieri debeat.*
3 *Decuriones qui ſint, & an legitiment.*
4 *Legitimatio per oblationem curiæ an hodie ſeruetur.*
5 *Dictio nihil eſt ſignum vniuerſale negatiuum.*
6 *Legitimati per oblationem curiæ an differant a legitimis.*

QVAESTIO XV. PRIMI. LIBRI.

ALia conſequenter mouetur qõ de primogenito qui legitimatus fuit per oblationem factam curiæ, an talis habeat excludere ſecundogenitum legitimum quoad ius primogenituræ conſequendum.

1 † Circa quam quæſtionem ſciendum eſt, ꝙ huiuſmodi ſpecies legitimationis introducta fuit a Theodoſio principe, vt in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. ꝙ vero ver. Primus itaque modus, vt in §ſeq. ſi quis igitur. vbi habetur, quod ſi pr̃ filium naturalem curiæ obtulerit per talem oblationem filius naturalis efficitur legitimus, ſiue habeat naturales legitimos ſiue nõ. Alias enim vbi filius ſeipſum offerret per legitimationem ta-
2 lem non fieret prẽiudicium aliis legitimis. † Cui autem curiæ debeat fieri oblatio ibidem determinat tex. in §. ſi quis igitur hr̃ quod oblatio debet fieri curię ciuitatis illius ex qua vel cui⁹ vico pater oriundus eſt. argum. l. communem. C. de natu. libe. vel alio modo, vt amplius continetur in d. §. ſi quis igitur. ii. & per hanc ſpeciem legitimationis dicebat Ludo. de Sardis ĩ ſuo tract. de legitimatione §. ſuper eſt huius legitimationis modũ. ver. Primo quæritur, ꝙ ſemel cuidam dicebat ex cõſiliariis ci-
3 uitatis Florentię, ꝙ oẽs de conſilio ciuitatis † qui ad regimen ciuitatis aſſumuntur vocantur decuriones ſiue curiales, vt l. pup. ff. de verb. ſig. & l. curiales C. de decurio. l. i. iuncta gl. in rub. C. de tir. Per hoc ſubiungebat prędictus Lud. de Sardis. ꝙ ſi in eorum matriculam acceptarent aliquem naturalem efficeretur legitimus & in eius perſona locum habebunt ea quæ iura de oblatione facta curię dicunt. Et idem in ſimili de decurionib. ciuitatis Pariſienſis aut alterius dicendum eſſet.

4 †Hanc queſtionem breuiſſime expediam cum hodiernis tẽporibus hęc forma legitimationis non teneatur, vt not. dicit Anto. de Roſel. in ſuo tract. legitimationum. lib. iii. in princip. Et breuiter ergo arguitur ſic, vr̃ dicẽdũ ꝙ illud ius primogenituręe competat huic primogenito ſic legitimato per tex. no. in auth. quib. mod. na. effi. ſui. §. ꝙ vero. in fi. ubi dicit text. ꝙ iſti ſic legitimati per oblationem facta curię accedunt ad ius legitimatorum, & ꝙ idem ſunt cum legitimis. Et ideo dicit ibidem tex. in §. & quoniam formaliter. Si quis igitur naturalis ſecundum hęc ſcena, id eſt oblationis fiat curialis erit patri & abinteſtato ſucceſſor, & ex voluntate nihil diſſimilis legitimis. Pondera dictionem nihil, quia eſt ſignum vniuerſale negatiuum
5 vt eſt tex. in l. ſi is qui §. vrrum. ff. de reb. dub. Et ita dicendo diſſimilis vr̃ velle eandem prerogatiuam eſſe, & idem ius in iſtis legitimatis per oblationem curię ſicut vere legitimis. ¶Sed in contrarium breuiter tene quod talis legitimatus dr̃ ficte legitimus. Et ideo ſtatutis aut conſuetudinib. de legitimis loquẽtib. non comprehenderetur, vt nota. vult Lud. de Sard. in d. §. ſuper eſt. ver. v. quęritur.

9 Secundo ſine mendicatis ſuffragiis tex. eſt rotundus in d. §. Et quoniam. vbi poſtquam dicit tex. ꝙ tales legitimati per oblationem curiæ nihil a legitimis differunt. Subiungit ita tñ vt non amplius habeat vno horum qui ab initio legitimi ſunt, & inter oẽs minus habente. Et ita clare probatur eſto ꝙ eſſet primogenitus non poteſt conſequi ius primogenituręe cum ſic ratione talis iuris hereditaria ſua pars eſſet pinguior. De iſtis legitimis per oblationem factam curię, vide Paul. de Caſt. conſi. ccxxv. incip. in Chriſti nomine. iiii. col. vide Alexã. conſ. cxxxix. in j. vol. col. in fi. Soc. conſi. lxxv. col. ii. ver. Confirmatur. Signorellum de Homodeis. conſi. ccxliiii.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quod ſtatuit. maſculis fœminæ non ſuccedant an habeat locum in iudæis.* 10.
2 *Iudæi ſunt de corpore ciuitatis.*
3 *Iudæi in quib. cum ciuib. chriſtianis communicent.* 6.
4 *Iudæi ſunt infames & odioſi & de alio grege.*
5 *Primogenitura eſt dignitas.*
Bannitus ciuitatem perdere quo ad quid dicatur. †
7 *Medicina a iudæo medico nunquid recipienda.*
Iudæi ad ſucceſſionem quo iure vocentur.
8 *Succeſſio inter liberos an æqualis.*
9 *Iudęi poſt aduentum Chriſti an perdiderint priuilegia ſua.*
11 *Limitatio ad l. iudæi. C. de iudæis.*
12 *Iura noſtra omnib. ante aduentum Chriſti erant communia.*
13 *Lege Moſayca deficiente ad quod ius recurrendum.*
14 *Conſuetudini hæbreorum in teſtamentis anſtandum.*

Iura

Source : BIU Cujas

15 *Iuramentum in supplementum probationis iudæo an deferendum.*
16 *Iudæi sub protectione quorum sint.*
17 *Iudæi inter iudæos honorem gerere possunt.*

QVAESTIO XVI. PRIMI LIBRI.

QVæritur stante consuetudine ꝙ primogenitus succedat in regno, vel aliã prærogatiuam in hæreditate patris habeat statuto municipali, aut consuetudine, an extendetur talis consuetudo aut statutum ad iudæos ibi cõmorantes, de hac q̃stione aliquid tetigit Alex. in consi. ccciiii. in ij. volu. in fi. sed nihil resoluere videtur & credo ꝙ sit diminutum. ¶ †Ioan. de Ana. in c. iudei. ij. de iudæis. in antiq. videtur 1 quasi a simili decidere hanc. q. Dicit enim ꝙ statuta quæ communiter sunt per Italiam ꝙ extantibus masculis fœminę nõ succedant habent locũ in iudęis habitantibus in loco in quo talia sunt statuta, maxime quia per hoc reponuntur iudęi in dispositione legis Mosaycæ, qua idem cauetur vt habetur nu. xxvij. c. vbi habetur, Homo cum mortuus fuerit absque filio ad filiam eius transibit hæreditas. omnis enim redditus ad legem antiquam est commẽdabilis, vt l. lege. C. de legi. hære. Ad quod facit regula. in l. vnus ex argentariis. §. pactus ne peteret. de pactis. ff. vbi dicitur ꝙ vnaqueque res de facili reuertitur ad 2 propriam naturam. † Secundo mouetur, quia iudęi dicuntur esse de eodem populo & corpore ciuitatis quamuis non sint de corpore spirituali, vt l. Christianis. C. de Pagan. Tertio sunt de massa ciuitatis, & ipsam redunt populosiorem, iuxta illud quod habetur in Auth. de quæstore. circa prin. c. colla. vj. ibi, ciuitas nostra populosa turbis diuersorũ hominum. facit quod dicit Bal. in tit. de forma fideli. §. dominus vero. vbi dicit ꝙ vẽturis ad patriam alienam bene potest interdici ingressus, arg. ff. de serui. rustic. prædio. l. hæres. ff. de vsufruct. legat. & l. sicuti. §. arist. ff. si serui. vindic. Postquam autem venerunt & ingressi sunt, sicut reliquus populus. & licet Io. de Ana. ibi. s. loquatur de statuto prouidente conformiter ad legem Mosaycam, sic potest dici in proposito, considerata origine iuris, imo fortius ibidem Fely. tenet idem esse generaliter in quibuscunque statutis municipalibus in materia in Dei proportionabili per ea quæ dicuntur per Bald. in l. spadonem. §. iam autem ff. de excu 3 sa. tuto. vbi per illum text. tenet quod † immunitas cõcessa habitatoribus alicuius loci extẽdit ad iudęos, ad hoc facit quod dicit Ange. in l. vtimur. ff. de sepulchro viola. vbi tenet ꝙ securitas concessa sociis mercatoribus prosit iudęo socio dicens itꝝ fuisse iudicatũ Perusij, & ita tenet Fely. in c. sedes. de rescri. extra. col. fi. licet Bar. in l. j. ff. ad legem Iul. maiesta. hãc quæstionem moueat & non decidat, de hoc vide Soci. in consi. lxx. colum. j. vbi dicit ꝙ dispositio generaliter loquens comprehendit etiam iudęos quoniam iudęi simul cum Christianis legibus subiiciuntur, & statutis loci vbi habitãt ꝑ tex. in c. fi. xii. di stin. cum aliis plurimis allegatis per eum ad quem recurre breuitatis causa, ita tenuit Ludo. Roma. consi. cliiii. D. Iaso. in l. qui se patris. col. vj. ad principium.

4 †Sed hæc conclusio non est sine dubio, quia iudęi sunt de alio grege, & nihil ad nos de his quæ foris sunt. ca. gaudemus. de diuer. extra, cum simi. Ergo videtur ꝙ statuentes non cogitauerint de ipsis ex quo non sunt de grege nostro. ¶ Secundo arguitur, quia in beneficiis generaliter concessis non videntur comprehẽdi personę odiosæ. l. Lucius. §. Lucius titius de leg. ff. ij. vbi ita no. Bar. post Iac. de Arena. Sed sic est ꝙ iudęus. est persona odiosa & infamis c. cum nimis. extra, de iudeæis cap. nulla. liiii. distinc. c. constituit. xvij. q. iii. Soci. in prædicto consi. lxx. col. j. & in consi. lxij. col. v. ad finem. vbi simile facit fundamentum ad probandum ꝙ iudęi non gaudeant priuilegio statuti, & col. seq. concludit hoc esse verum, nisi caueatur ꝙ iudęi debent tractari vt ciues, & gaudere omnibus statutis & priuilegiis aliorum ciuium.

5 Tertio probatur, quia primogenitura est dignitas, vt no. D. Iaso. in l. is. potest. ff. de acquiren. hæredi. de quo. j. sequenti libro latius videbimus. Sed sic est quod iudęi a dignitatibus & honoribus excludũtur. l. fi. C. de iudęis & cœlicolis. maxime vbi esset dignitas vtilis & honorabilis, vt notan. dicit Bar. in l. omnes. C. de decurio. lib. j. vbi dicit ꝙ iudęus potest habere decurionatum, inquantum est onus, sed inquantum est honor, non. sicut alias in simili dicit gl. in l. ij. §. nemo. ff. de capitis diminu. Quod bannitus desinit esse ciuis verum est, quo ad vtilitatem, secus quo ad onus. de hoc vide Dominum Iaso. ample, in rubrica, de iudi. & iure. col. ij. ad finem. cum sequenti, vbi hoc multis mo 6 dis confirmat, quod. s. †iudei in odiosis pro ciuibus habeantur & non in fauorabilibus, & ibidem. col. j. dicit post Bart. in l. fi. C. de postulando. quod iudęus non potest esse potestas vel rector, rex vel imperator, pro quo adducit tex. in c. venerabilẽ. de elect. extra, in versi. hæreticum vel paganum. & cle. Romana. in prin. vbi no. Card. de iureiu. dicit etiam ibidem quod nõ potest in aliqua sciẽtia iudęus fieri Doctor ſm Bart. in d. l. omnes. C. de decurio. lib. xii. vbi dicit se ita consuluisse de duobus iudęis qui erant sufficientes in medicina, & in ea volebant doctori. Ad quod plura alia similia adducit, ideo ad eum recur- 7 re † & adde quod frustra id fieret cũ ab eis non debemus medicinas recipere xxvii. q. j. c nullus.

Pro resolutione huius quæstionis dic, quod pendet ab illa. vtrum iudæi succedant parentibus suis secundum legem Mosaycam, vel secundum ius commune. ¶ Pulchra est quęstio, quia in aliquibus aduersari vr̃ ius commune legi Mosaycæ, p̃sertim in iure succedendi. Vidimus enim ꝙ in dispositione legis ciuilis fęminæ cum masculis æqualiter succedũt, vt est tex. in l. maximum vitium. C. de liber. prete. vel exhered. Et tñ per legem Mosaycam masculi excludũt fœminas, vt habetur nu. 8 xxvi. c. † Et reducendo ad præpositum principale dispositione iuris communis ęqualis est successio inter liberos, nec aliqua de iure prerogatiua primogenituræ, sed lege diuina & Mosayca secus est. Et ideo hæc quęstio est multum necessaria pro clarificatione quæstionis præassumptæ. Calde. in consi. xxx. sub ti. de testamen. tenet quod succedant secundum legem Mosaycam, & non secundum ius commune. Et mouetur quia & Papa & imperator tolerant eos in lege sua, & ita inter eos secundum eorum legem iudicandum esse. ad quod adducit tex. in l. iudæos. C. de iudæis. in fi. ibi, admissuri hactenus permissa si ab illicitis nõ obstineant. Et ita datur intelligi illum tex. quod lex sua ĩter eos debet seruari, nisi in his q̃ sunt prohibita. Item mouetur, quia lex Mosayca est specialis iudæorum, lex communis generalis omnium. † Generi autem per speciem derogatur 9 c. generi. de regu. iur. in vi. Et ad hoc adducit illud Euangelicũ, Nos legem habemus, & secundum legem dẽt mori. Sed Ioan. de Ana. in d. c. iudæi & l. ii. de iudęis. contra hanc opinionẽ videtur tenere duobus fundamentis. Primo quia quę scripta sũt in veteri testamento non ligant in nouo, nec aliter seruanda, nisi in nouo sint repetita, ut not. in §. his ita respondetur. vi. di. Secundo mouetur, quia iudæi post aduentum Christi perdiderũt omnia priulegia, & oẽs immunitates. l. Iussio. C. de iudęis.

Sed his non obstantibus tenet conclusionem Calde. in prædicto consi. xii. Felyn. ibi, dicens qđ 10 veritas † est ꝙ debet seruare legem suam, quia per illum derogatur legi communi, sicut statutum ciuium. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. l. de quibus. ff. de legibus. Et dicit ꝙ Dom. Flor. in d. l. maximum vitium. refert se ita consuluisse in facti contingẽtia cum Pet. de Ancha. Rapha. Fulgo. & Gaspa. de Calde. ĩ quadam causa triginta milium ducatorum. Subiungit quod rationes Io. de Ana. nõ sunt vrgentes, sed ad ipsas nõ respondet. Ad hęc etiam vide Alex. de Imo. in l. i. ff. si cer. pe. viii. col. vbi refert Calde. in prędicto consi. & simpliciter transit cum eo. Adde ẽt Fely. in c. i. de consti. extra, col. ii. ubi etiam dicit ꝙ in successionibus iudæi vtuntur veteri testamento, & pro hoc plura addu 11 cit, vt vide per eum. tandem ad l. iudęi. C. de iudæis. dicit † ꝙ limitatur nisi lex eorum repugnet l. ciuili, quia tunc potius seruanda erit lex eorum, & vide per eum. Sed ad fundamenta Ioan. de Ana. nullibi respondet. sed ĩ. respondebimus. Pro hac opi. vide Ludo. Roma. consi. ccliiii. incipiente, permissum laudum Dom. Iaso. in d. l. qui se patris. in col. vi. ad prin. Ioan. de Cãpe. in suo tract. de dote. q. vltima. totius tract. vbi pro hac opin. adducit, quia lex imperatoris non est vltra legem diuinam. x. distin. c. lex est imperatorum. Item quia dr̃ nume. xvii. ꝙ lex iudęorum debet esse perpetua quo ad ipsos. Item ius permittit 12 eos in suis synagogis c. consueuit c. iudęi. de iudęis. † Item ꝙ ante aduentum Christi iura nostra erant omnibus cõia, licet nõdum compilata ſm gl. in l. Titia. §. Scia. ff. de auro & argen. leg. & l. pridie. ff. de feriis. & tamen in passione Christi dicebatur a Pilato, Accipite eum vos, & ſm legem vestram iudicate eum. Et ita satis innuit ꝙ lex specialis iudęorum erat inter eos seruanda, ergo & Mosayca & non communis aliorum, siue positiua, siue municipalis, & ita dicit seruatum fuisse Mantuæ in ardua qõ. anno. M. cccclxj. hanc opi. tenendo. vide tamen eundẽ in vltima parte dicti tract. q. lvj. ¶ Ad primum fundamẽtũ Io. de Ana. respondet, ꝙ hoc procederet in christianis qui amplectuntur nouum testamentum, non autem inter iudęos qui respuunt, ut etiam satis ipsemet Io. de Ana. fatetur. Et ad l. iussio. respondet quod procedit illæ tex. de immunitatibus concessis in prędiudicium ipsius principis, non autem in prærogatiuis quarum principis nullum est interesse. Et ideo dicit ibi text. curialium munerum dabatur immunitas, vbi autem fit mentio de muneribus satis constat quod de oneribus publicis loqtur, vt l. munerum. ff. de mune. & hono. cum si. de quibus muneribus vide ad saturitatem per Panor. in c. cũ nimis. de immuni. eccle. immo per illum tex. contrarium potius probaretur. Nam ex quo immunitatem curialium munerum tãtummodo reuocat, vr̃ iudęos in cęteris prærogatiuis legis Mosayce re 13 linquere, † ꝙ a qui de vno negat de aliis affirmat & cõcedit. l. p

tor.

Source : BIU Cujas

37 in ver. infigere dicit post Tullium in Rheto. quod † validiora arg.in fi.ponenda sunt. Ideo pro corroboratione eorum quæ in precedentibus diximus inter cætera hoc vnum considera per quod lucide probatur clericos in primogenituræ consequi debere etiam dispositione iuris diuini. Nam in veteri testamento legimus quod primogeniti sacerdotes erant, & in sacris ministrabant. iuxta illud quod habetur Exo.13. sanctifica mihi omnem primogenitum quod aperit vuluam in filijs Israel.& Exo.22.ad fi.vbi dicitur Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.& Exo.34.Omne quod aperit vuluam generis masculini, meum erit, & hoc in lege naturæ vsque ad Aaron. Quo tempore desierunt primogeniti esse sacerdotes, & successerunt loco eorum Leuitę. vt habetur Nume.3. Ego tuli leuitas a filijs Israel pro cunctis primogenitis filiorum Israel, tradidique eos dono Aaron, & filij eius de medio populi vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis,& orēt. Et hodie pro Leuitis successerunt nobis illi quos presbyteros appellamus.vt est tex.in ca.cleros.21.dist. §.presbyter vnde de-
38 clarat vnde dicti sunt presbyteri.† Et deinde subiūgit ꝙ presbyteri leuitę ex nomine autoris sunt vocati. De leui enim leuitę exorti sunt, a quibus in templo Dei mystici sacri mysteria explebantur. Subiungens ꝙ ad diaconos recte istud referri potest vtcunque sit siue per leuitas presbyteros siue diaconos intelligamus, hoc tamen est indubitatum quod personæ ecclesiasticæ successerunt in locum leuitarū ita quod decimæ quæ tempore veteris testamenti leuitis soluebantur, viri ecclesiastici hodie accipiunt, vt habetur in cap.j. de deci. vbi dicit Abb. Panor. in 3. not. quod hoc interest inter veterem illam l. & l. gratiæ, quia illo tempore soli illi admittebantur ad mysteriū ecclesiasticum siue clericatum qui erant de tribu.leui. Sed hodie vnusquisque admittitur etiam si primo fuerit iudæus. vt c. eam te.de rescriptis extra. ¶ Nunc subsumamus, sed sic est qđ primogeniti tempore veteris testamēti etiam sub.l.naturæ habeant iura primogenituræ & eis gaudebant iuxta illud quod habetur Gen.25. Vende mihi primogenita.vbi exponūt Doc. de iuribus primogenituræ. Ad idē est tex.Gen.42.ibi.sed erunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua &c.cum sim. ergo clerici iuribus primogenituræ vti debent sicut & illi pri-
39 mogeniti qui sacerdotes erant vtebantur, † quia subrogatum debet sapere naturam eius cuius loco subrogatur. l.si eum.§. iniuriarum.ff.si quis cautio.c.ecclesia,extra vt lit.penden.c.statutum.§.in nullo de rescript. in 6.cle. vnica. de supplen. negli. præla.maxime quia illa est natura primordialis & accidentalis. quo casu non est dubium subrogatum sapere naturā eius cuius loco subrogatur, vt no. dicit Anto.de Butr.in d.c.ecclesia,vt lit.penden.Fely.in c.si pro debilitate.col.2.de offic.deleg. extra. Cogita an ne hæc ratio sola persuadeat ius primogenituræ clericis primogenitis adiudicandum, maxime si teneam' ꝙ iura primogenituræ quæ hodie in vsu sunt originē habeāt, & primordiale initium a iure diuino illo veteris testamenti. de quo s. diximus. Ex abundanti considerandum est et quod no.dicit Roch.de Cur.in tract.de consue.11.q.col.9.ver. Vndecimo limita vbi dicit quod conclusio communis.s.consuetudines laicorum non ligare clericos, limitatur in feudis secundum Host.Anto.de Butr.& Panor. in c.quod clerici.de fo.cōpeten.pro quo adducit tex.in c.cæterum.c.verum. & c.ex trāsmissa.de iudi.extra. Sed ius primogenituræ, vt plurimum consistit in rebus feudalibus.vt j. videbimus. Et ita non est mirum si tales consuetudines etiam ligent clericos.

40 Hinc ad euidentiam precedentium & subsequētium oportunæ occurrit quæstio. ¶ † Vtrum clericus succedere possit in feudo. Quæstio est profecto ardua, & no.Circa quam Doc. quamplurimi insudarunt. inter cæteros autem videas Fran.in libr.feu. in tertia parte versiculo 10.principaliter.vbi per 8. col.hanc.q.prosequitur dicens in princip.ꝙ hęc quæstio alias fuit in facto in persona reuerendi domini Delphini de Lapargola tūc episcopi Parmen. & ibidem refert Doc.qui hanc.q.latissime determinauerunt. Quos ego non referam ea de causa. Et vt ad rem deueniatur. Considera ꝙ ipse ordinatissime procedit duas principales opin. ponendo circa hanc.q.vnam affirmatiuam alteram negatiuam, & sequaces vtriusque opi.laboriosissime cumulat fundamenta superadiciens ad vtranque opin. Tandem se resoluit dicens,ꝙ difficultas ab alia dependet.s.an clericus vasallus possit domino seruire per substitutum.quàm.q.negatiue determinat & mouet tribus fundamentis. Primo, quia quamprimum aliquis est effectus clericus, ipso iure & incontinenti feudum amittit per tex.in c.qui clericus si de feudo fuerit controuersia in vsibus feudorum.quod fundamen. similiter facit Andr.Barb.in rub. de feu.col.1. inducens hoc modo. si vasallus propter clericatū priuatur feudo per illum tex.a fortiori impedietur per clerica-
41 tum feudum acquirere, † quia turpius ejicitur quam non admittitur hospes.ca.quemadmodum de iureiur.cum simi. ¶ Secundo,mouetur per c.j.de milite vasallo qui arma bellica deposuit,vbi habetur quod conuersus amittit feudum,ergo multofortius clericus quia conuersus non est in aliquo ordine sacro & de iure reputatur persona laica.c.ex eo in fi.de cle.in 6. ¶ Tertio, mouetur per ca.j.de beneficio fe. vbi habetur quod clericus in beneficio feūdi paterni nullo modo succedere potest. Sed negatiua denotans impotentiam significat impossibilitatem & necessitatem precisam. l.non potest.ff.de furtis.l.nemo.ff.de leg.j.Bar.& oēs in l.Gallus in prin.ff.de lib.& posthu. Ad hoc vide glos.in c.j.de reg.iur.in 6.in vēr.non potest. Et ita concludit ꝙ non potest clericus per se vel per substitutum seruire & per consequens feudum habere. Quam tamen conclusionem nouem modis limitat. Sed contrariam partem fouentes mouentur aliquibus fundamentis & his inter cætera precipuis. ¶ Primo,quia clerici succedere debent vt laici.l.Deo nobis,& auth.presbyteros.C.de epi.& cler.iuncto.§.& quia vidimus.c.vnico qui feu.da.pos.vbi habetur ꝙ omnes masculi descendentes vsque in infinitum succedere debent in feudo. er-
42 go † & clerici cum non debeant esse deterioris conditionis. vt supra declarauimus. Alias quis retraheretur a suscipiendo clericatu, quod est contra text.in §.sed hoc præsenti,in auth. de san. epis. ¶ Secundo principaliter, quia non sint audiendi quorum non interest.l.j.ff.de appel.recipien. Sed domini feudalis non interest, dummodo ipse clericus per substitutum seruiat, quia vasallus per substitutum seruire potest.tex.in ca si ignoti,si de feu.fue contro.& in c.j.§.firmiter.& ibi Andr.d Iser.de prohi. feu. alie. imo hoc vtilius erit ipsi domino feudi cum clericus sit expers exercitij bellici si substituat aliquem qui aptior sit ad rem bellicam. argu. l. semel. C.de re mili.12. Plꝰ etenim ualet in armis paucitas docta quam multitudo indocta,ut inquit Vege. de re mili. Et per hęc duo fundamenta continentur sex quę solent fieri pro subtentatione huius partis affirmatiuę.de quibus videas per ipsum Fran.loco superius alleg.col.2.ubi dicit opi. negatiuam communiorem esse & ꝙ ea concludit,& ad hęc fundamenta opi. aduersę respondet,ut per eum ibidem. col.5. Nouissime pro expeditione huius q. reperi quendam neotericum Bartholomęum de Chassaneū, qui amplo stilo consuetudines Burgundię interpretatus est sub tit.de feu.§.5.uer.incipien.Excepte les re legieux.ubi hanc. q.pulchre examinat & quasi de uerbo ad uerbum dicta prędicti Do. Fran.refert tacito tñ autore,quod in tanto uiro plurimum uituperandum est, quia aucupari uoluit indutus plumis alienis ut utar uerbis Fely.in c.ex parte col.3. circa mediū
43 de reseri.extra Benignum etenim est † & plenum ingenui pudoris est fateri per quos profeceris, & obnoxij profecto animi & infelicis ingenij deprehendi in furto malle qua mutuū reddere ut pulcherrima inquit Ioan.An. in princi. nouellę ad sex.post Plinium secundum ad Vespesianum. Et uisis scriptis suis comperies nihil suum esse nisi in ultima limitatione,qa Fran.nouem tantummodo limitationes ponit ipse autem decem. Et ultima limitatio est multum no.s.non habeat locum hęc conclusio communis ubi esset consuetudo in contrariū in aliquo loco,quia illa consuetudo specialis derogaret generali consuetudini feudorum, quia generi per speciem derogatur.c.Aibertus de feudi amissione prout est dicit ipse in regno Francię,quia de consuetudine regni clerici succedunt in feudis,ut refert Ioan.Fab.insti.de leg.agna.tutel.in prin. Sed limitatio de se satis colligi poterat ex dictis ipsius Fran. loco s.alle. col.6. ubi formaliter dicit, quod stante consuetudine ꝙ clericus succederet clericus prout in terminis determinat Andr.de Iser.in c.j.in prin.de cle. qui inuestituram fecit de reliquis limitationibus uide per Do.Fran.loco supra allegato. Et de hac.q. hęc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex primogenito an præferendus patruo in iure primogenituræ.3.8. 15.28.*
2 *Baldus subtilißimus iuris interpres.*
4 *Priuilegium personale ad hæredes an poßit transmitti.22.*
Omnia esse principis qualiter dicantur.
5 *Differentia ætatis in successionibus feudorum olim non erat.*
6 *Patruicium qui sentit vocandus est.*

Nepos

7 *Nepos quando succedat in locum patris sui.*
9 *Regnum Siciliæ quando, & a quo donatum fuit. Et an sit ecclesiæ feudum. Bonifacius. 6. Decretalem edidit in quo nullus error inuentus.*
10 *Princeps de facto proprio potest iudicare.*
11 *Nomina maiorum tacere est reprehensionis nota. Quasi caduca non transmittuntur.*
12 *Rex Robertus fuit secundus Salomon.*
13 *Primogenitura in filio regis est dignitas prima post regem.*
14 *Filios ex ordine charitatis prius admittendus.*
16 *Nepos quando filiorum appellatione non veniat. 17. 19. Aetatum qualitas est intransmissibilis vd hæredes.*
18 *Subiectorum commodum in successione dignitatum potius attendendum quam vtilitas successorum.*
20 *Patris vox an censenda filii.*
21 *Primogenituræ ius æquiparatur iuri accrescendi.*
22 *Primogenita viuente patre an possint cedi vendi, & donari.*
23 *Pater cur plus filium diligat quam econtra. Et an, & in quo a filio distinguatur. 24.*
25 *Affectio hominum gemina.*
26 *Constitutio alicui prouidens videtur, & suis prouidere.*
27 *Filius eadem caro cum patre censetur.*
29 *Intellectus l. vnicæ. § sui autem. C. de cadu. tollen.*
30 *Opinio vltimo relata videtur approbata.*
31 *Pater in filii procuratione præbet formam, & mater materiam. 32.*
33 *Primogenitum esse quæ qualitas sit.*
34 *Feudum filius vasalli an dicatur acquirere.*
35 *Statutum, vel testator loquens de filio an habeat locum in nepote.*
36 *Priuilegium alicui concessum an possit extendi ad eius filios.*
37 *Consuetudo, vt improbabilia, & incerta duello decidantur an valeat.*
38 *Duellum qualiter, & in quibus assimiletur iudicio, & habeat illius formam. 40.*
39 *Duellum an, & quo iure prohibitum. Duellum non exercetur in Francia.*
41 *Interpretatio præscripta dicitur esse legis textus.*

QVAESTIO. XXV. PRIMI LIBRI.

VEtus fuit quæstio, vt inquit Vlpia. iurisconsultus in l. vetus. ff. de vsufru. Et dubio procul indifficilis, vt vtar verbo iurisconsulti Sequolę in l. Gallus. §. fi. ff. de lib. & posthu. An in regno præferatur iure primogenituræ nepos ex primogenito patruo, vel
1 econtra patruus filio primogeniti. ¶† Circa quam quæstionē Doct. pro plena extricatione totis, vt aiunt pedibus manibusq; insudarunt, vsq; adeo tñ indigesta est, vt & hodiernis temporibus adhuc refricanda veniat hic quæstio nisi vbi consuetudine specialiter prouisum est, & hoc propter Doctorum authoritates vtrinq; contendentium, quod etiam ex veteribus annalibus liquido constare poterit. ¶ Otho imperator inter patruū & filium primogeniti litem hanc casu gladiatorio dirimendam esse iudicauit, quod actum est, & nepos siue filius primogeniti victoriam reportauit refert do. Ias. in l. maximum vitiū. C. de libe. præte. vel exhæredatis. col. ij. idem Do. Ias. post Bertachinum aduocatum consistorialem in repe. in l. is potest. ff. de acq. hære. col. v. de hoc est gl. pragmatica. in titulo de numero, & qualitate Cardinalium in ver. fratres. ¶ Grauitatem etiam. q. huius testatur, ꝙ de rege Roberto Siciliæ narratur, qui cōtra regem Vngariæ obtinuit, quamuis ipse Robertus rex secundo genitus, esset, & rex Vngariæ filius primogeniti. Et tñ ipsemet rex Robertus in casus cōtingentia vbi hæc ventilarēt quæstio, de comitatu sancti Seuerini super iure primogenituræ sententiauit, & pronuntiauit Auenioni pñtibus Cardinalibus sanctę Mariæ in aquino. & i. Theodorij pro nepote filio primogeniti contra patruum secūdogenitum, vt refert latissime Io. de Lanuino in allegatione. s̄. hac discordia quam recollegit. Cuius recollectionem correxit, & recognouit Old. de Laude. & ho-
2 die inferitur inter Old. consi. ccxxiiii. ¶†† Tanta est etiam huius materiæ arduitas, vt Bal. qui vt satis compertum est, subtilissimus iuris interpres fuit in hac. q. oculos se nicticoracis gerere asserat in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. col. ij. ver. vj. quæritur. Tamen in pluribus locis hanc. q. attigit. vt j̄. deducemus.

Hanc. q. tetigit Ale. de Imo. etiam in filio Iudei. consi. cccliii. in ij. vol. in fi. sed nihil resoluit, & credo, ꝙ consilium illud sit diminutum. Hanc etiam tangit Marti. de Laude. in suo epitomate de primogenitura sed non satis ample iudicio meo pro grauitate, & magnitudine materiæ, & ideo profundius rē actu tangēdo in discussione huius. q. ram arduę omnes Doct. qui de hac. q. vsq; ad hęc secula scripserunt, saltem qui mihi occurrerunt scribēdo hoc ordine solatij gratia referemus captato exē plari a schola Socraticorum in qua, vt inquit Hyer. contra Pelagianos solitum erat in dubijs omnia quæ dici possent vtrinque adducere, vt perspicacius veritas eliceretur. In primis ergo eos qui partes filij secundogeniti contra nepotem ex filio primogeniti tutati sunt. Secundo, econtra referemus Docto. qui partes filij nati ex primogenito contra secūdogenitum defenderunt. Tertio, & vltimo quid pro resolutione huius. q. sit dicendum ꝯcludemus.

Primo ergo sciendum est plures

3 † profundissimos Doc. vtriusque iuris tenuisse secundogenitū prę ferendum esse filio primogeniti. In primis hanc partem tenuit quidam Gui. de sancto Gemi. vtriusq; iuris Doc. & in Ro. curia aduocatus, vt refertur in præalle. consilio Old. Et mouetur, quia filij in capita ex filio nepotes in stirpem succedunt, vt est tex. in § in Auth. de hęre. quæ ab inte. deferuntur. colla. ix. & de iure anti. C. soror in secundo gradu fratrum filijs prę ferebatur illa ratione prętensa, quod soror fratri defuncto attinebat in secundo gradu, & defuncti filij fratris defuncti de cuius hęreditate agitur, sunt in gradu tertio constituti. C. de legi. hęre. l. consanguinitatis. Et ita non mirum est si per rationem illius. l. secundogenitus qui est in gradu prior p̄ferat filio primogeniti cum tempore mortis aui patruus nepotis ætate maior, & sic primogenitus, & gradu ꝓximior reperiatur, maxime, quia ius primogenituræ est priuilegium personale, ꝙ non potest ad hę redem transmitti per l. licet. ff. de reg. iur. Et hoc sic est verū dicebat etiam si a principe in cōtrarium fuisset priuilegium obtentum, quia præsumendum est, ꝙ per obreptionem obtentū
4 fuerit, † quia non est præsumendum, ꝙ princeps per rescriptū velit alicui ius suum auferre. l. ij. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. adde bo. text. in c. quamuis. & c. si propter tua debita de rescriptis in vj. & in c. si postquam. de præb. in vj. & licet omnia censeantur principis esse hoc est quo ad protectionem, non autem, ꝙ in mei codicis, aut alterius rei vendi. mihi sit rationabiliter præferendus ꝫm gl. in l. bene a Zenone. C. de quadriennij præscriptione. de quo. j̄. latius dicetur vlt. li. Secūdo, quidem. R. planterij. ll. Doc. & in Ro. curia aduocatus hanc partem patrui sustinuit his rationibus. Primo, quia filius primogeniti in iure primogenituræ patrem representare non potest. Nam si quis habens filium, & ex eo nepotem filium exhæredet, & extraneum sub conditione instituat si pendente conditione post mortem eius de cuius hęreditate agitur moriat nepos volens rumpere testū̄, quasi præteritus non auditur, qđ esset si patrui sui personam repręsentaret, aut locum per text. in l. si quis filio exhęredato. ff. de iniu. rup. & irri. test. Secundo, quia vbi liberti filius moritur superstite patroni filio in illo iure patro. nepotem excludit. l. si libertus. §. j. ff. de bo. liber. sic in proposito vbi de iure primogenituræ tractatur filius tempore mortis eius de cuius hęreditate agitur primogenitus nepotem
5 excludet. ¶†† Item, quia vbicunque cessat ratio legis, cessat, & lex ipsa. Modo sic est, ꝙ antiquitus non erat differentia ætatis in feudorum successionibus, sed sexus tantummodo. vt in c. j. de natu. successio. feu. Consuetudo autem, aut ordinatio præferre voluit primogenitum. Hæc causa cessat in proposito, qa iste nepos tempore mortis huius aui primogenitus nō est imo potius iste secundogenitus, cessante ergo hac ratione legis cessare debet lex. ¶ Tertius, huius opinio. & sententię assertor fuit. R. rossilus, & mouetur, quia iura corrigentia, & odiosa sunt restringenda, & non amplianda nisi in casu quo loquuntur expresse. l. cum quidem. ff. de libe. & posthum. Sed sic est, quod constitutio de prę rogatiua primogeniti loquens naturę differentiam introducit, & sic odiosa est per. l. maximum vitium, C. de lib. præte. & exhæredatis, ergo de solo primogenito intelligenda erit, & non extendenda ad filium primogeniti. Item quia ius quod non competit non transmittitur ad liberos. l. vnica. §. pro seruo. C. de cadu. tollen. Sed dicta successio ratione iuris primogenituręnondum erat acquisita patri primogenito huius filij tempore mortis suæ, ergo successionem illam cum illo iure ad filium transmittere non potuit, quod est verum, etiam, ꝙ si princeps in cōtrarium priuilegium
6 præbuisset, † quia is cuius factum tangitur siue cui præiudicatur vocatus non fuit, nec consensit. Et ideo non valet in eius iacturam & præiudicium. arg. l. fi. C. de pac. adde melior̄ tex. in l. nam ita di. ff. de adop. Isti tres boni patres vnanimiter ꝙ patruo concluserunt & allegauerunt, vt s̄. in dicta causa comitatus. s. Seue.

Quartus huius opin. astipulator

Rich. Malum. qui in studio Paduæ legebat per. l. si vina. C. de bo. mater. vbi habetur ꝙ deteriores esse nepotibus filij non sinantur. i. non debent esse deterioris conditionis, dicens recte pro hoc iudicatum fuisse pro domino rege Roberto qui fuit secundus filius regis Caroli contra regem Vngariæ qui fuit filius regis Caroli Martelli primogeniti eiusdem regis Caroli, quia adhuc viuente rege Carolo, Carolus martellus ab hac vita decessit relicto filio suo Rege Vngarię. ¶ Cū hac opi. quinto tenuit Cy. in d. l. si vina. expresse illum tex. inducens ad decisionem huius quæstionis quemadmodum ipse Rich. prę alleg.

de

Source : BIU Cujas

de quo etiam ibidem meminit Cy.& ad auth.post fratres.s.ad orfici : vbi probatur quod nepos repræsentat personā patris, sed respondet dicens quod illud habet locum in hæreditate diuisibili,secus autem in indiuisibili,vt est regnum,quia tunc filius nepoti præfertur ne sit deterioris conditionis quam nepos contra d.l.si viua.¶Sexto,cum hac opi.tenuit Bar.in auth. post fratres.C.de legi.hæredi. vbi etiam pro eodē rege Roberto patruo determinauit contra nepotem. † Et mouetur,quia nepos succedit in locum patris sui, solummodo quando tractatur de successione patrui vel aui, secus qñ tractatur de successione aliorum,vt est tex.in d.Auth.Sed regnum Siciliæ est feudum ecclesię.c.ad apostolicæ. de re iudi.in 6.& sic non habet in iure successionis,sed ex concessione potius dominica & iure feudi. Et ideo cum non tractatur de successione aui vel patrui ideo nepos non assumit locum patris, subiungens quod ista est sua ratio, quia alij Doc.non faciunt, sed cōsidera duo. Primo,quod ipsemet Bar.sibi videtur contrariari in l.is potest. col.3.in fi.ff.de acquir.hæred.quod examinatur ibi per Doc.signanter per Do.Ias.Secundo considera quod Bart.tacite ergo tenet,& qđ in his quę sunt iure successionis veniunt nepos ex primogenito patruo præferendus veniret.Et sic regna cū sint successibilia generali consuetudine nepos excluderet patruū. Et expressius contrariam opi.tenere videtur Bar.in l.liberorū. ff.de ver.sig.quam ideo pro q̄ria opi. allegauit Soci.consi.252. col.5.& col.10.circa princi. vbi dicit q̄ q̄ria pars prævalet pp authoritatē Io.An.& Bar. sed ex opposito vide Fran. de Aret. consi.264.col.5.vbi ponderat verba Bal.in auth.cessante.C.de suis & legi.& ex ponderatione elicit Barto.ibi velle quod filiꝰ primo geniti excludat patruum,& ideo ad hæc aduerte, quia communiter Bart. allegatur pro hac opi.j. pro patruo contra
8 nepotem.¶†Septimo,cum hac opi.tenuit Oldr.consil.suo 94. col.5.in fi.vbi dicit quod hæc opin.præstantior est de veritate iuris,arg.l.cum ita.§.in fideicommisso.ff.de leg.2.& C.quando dies lega.ced.l.agrum. & de bo. mater.l.3. §.in nepotibus.cum simi.sed ipse Oldr.in alio consilio contrarium tenuit,vt j̄.deducemus. ¶Octauo hāc partem tenuit Bal. licet ipse in uariis locis uario modo senſit in l.liberti.col.5.circa prin. C.de oper. lib.vbi refert Nico.de Matheſi. qui hanc q.fędere distinctionis determinabat hoc modo.Aut constat de consuetudine regionis,aut constitutione principis præferentis filium primogeniti patruo,& tunc seruanda erit. Aut non constat de consuetudine aut constitutione principis, & tunc aut res de qua agitur est feudalis & iure feudi concessa,& tunc talis res ad nepotem pertinere debet,quia sic est in quolibet feudo vt nepos succedat auo in locum sui patris,ut in usi.feu.ca.j.in princ.de gradi. succ.in feu.Aut res non est feudalis, & tunc magis ad patruū quam ad nepotem pertinere debet argu.eius quod dicitur de iure pa.in l.si Libertus. §.j. ff.de bo mater.& l.duobus.de ope. libe.& l.tutela.§.ii duo.ff.de legiti.hære.quia talia non iure successionis siue hæreditatis veniunt, sed ex proximitate liberorum.sed Bal.hanc distin. Nico.de Matheſi. reprehendit duob. exemplis.Primum de regno Siciliæ adiudicato patruo contra filium primogeniti, vt est determinatum in cle.pastoralis. de re iudic. Secundum per id quod determinatum fuit de regno Anglię.Nam ex persona filij debetur tantus honor nepoti.nā primogenitus viuo regę erat quodammodo rex, & sedere de-
9 bet ad dexteram patris,ut no.7.q.j.c.quam periculosum.†Subiungit quod ista rō hēt etiam locum in feudo,& nescit an Papa Bonifacius determinauerit veritatem in d. cle. pastoralis. quia ibi sunt quædam dicta quæ sapiūt veritatem iuris,& quædam non.Et Papa ibi fuit magis partialis quam apostolicus, sunt verba forma.Bald.& ita videtur ibi concludere Bald.pro nepote.Sed ipsemet Bal.in l.cum antiquiorib.C.de iur.delibe. col.6.7.& 8.latius reassumit hanc.q.declarans in princ. qualiter regnum Siciliæ datum fuit a Clemente Papa primo anno sui pontificatus Anno Domini 365. Carolo comiti Andegauensi filio felicis memoriæ Domini Ludouici octaui regis Frā corum fratris Sancti Ludoui. pro ipso & hæredibus suis. Et iō cum Carolus iste Andegauen. comes masculos habuisset inter filium primogeniti præmortui, & secundogenitum Caroli patruum illius filij,orta est contentio quis eorum in regno succedere deberet. Et hanc dici quæstionem videri prima facie nullam continere difficultatem propter decisio. Romani ponti.Bonifacij octaui in cle. pastoralis. de re iudi. vbi per patruo determinatur contra filium primogeniti, maxime cum Bonifacius ille ediderit auream compilationem.6.lib. decre-
10 talium in qua nullus error inuentus est cum etiam †princeps potest de facto proprio iudicare.l.proximæ.ff.de his quę in testam. Cum hoc possit facere ex summa potestate in qua fungitur vice Dei.si ergo ita determinauit sedes apostolica ridiculum est,& quasi hæreticum disputare, quia iniuriam facit iudicio reuerendissimę synodi &c.vt l.nemo. C. de sum.Trinita. facit bonus text. in l.sacrilegij. C.de crimi.sacrile.Tamen ipse Bald. pro decisione huius qōnis arguit in vtranque partem & decem facit fundamenta multum vrgentia pro qualibet parte, tandem dicit, q̄ propter opinio. Doctorum pro & contra circa hanc quæstionem ad necessariam & probabilem interpretationem principis recurrendum est,vt l.j.C.de legi.Iō dicit ipse,soluat Apollo,ut in simili dicit glo.in l.2.ff.ad leg. Aquil. Et ita salua reuerentia Panor.male allegabat in c. licet de uo. to.extra Bal.in d.l.cum antiquioribus.tenentē pro nepote cōtra patruum,quia ibi neutram partem tenet vt diximus. Fundamenta Bal. non refero, sed vbi aliquis ex referendis.j̄.assument eius fundamenta. eo tacito illorum taciturnitatem supplebimus reddendo ingenio tanti viri honorem debitum in maximum plumis alienis aucupantium dedecus,vt vtar eleganti ver.Fely.in c.2.de rescri.extra col.3. pro quo adduco bonum tex.& formalem.in l.2.ff.quæ oīa.C.de vete.iur.enucleā. vbi dicit tex.tanta aūt a nobis antiquitati est habita reuerētia, vt nomina prudentum taciturnitati tradere non patiamur.
11 ¶†Et ideo dicit formaliter Andr.Barb.in c.ecclesia.de constit. extra col.5. in fi. Reprehensione dignum est maiorum tacere nomina, & eorum sibi appropriare ingenia. dicant noua si sciant aliter referant antiquos qui nobis pondere numero & mensura longe superiores fuerunt. ¶ Sed ipsemet Bald. in l.vt intestato. C.de suis & legi. hanc eandem quæstionem reassumit dicens q̄ plene tractauit in d.l.cum antiquioribus. & ibi determinat quęstionem hanc concludens q̄ patruus debeat nepoti præferri & nepos filius primogeniti post patruum geni tus succumbere debeat quia licet filius primogeniti sit imago patris nō tamen est primogenitus, quia aliud est imago,aliud veritas.l.2.C.de iur.annu.aur.tamen dicit q̄ maximum est discrimen quibus verbis vtatur consuetudo.Nam si per hæc verba filius primogenitus &c. & tunc patruus præferendus est. Si vero vtatur his verbis primogenitus &c.non dicendo filius,& tunc præfertur nepos iure primogenituræ non iure alicuius transmissionis,quia filius qui decessit viuo patre nihil trāsmisit ad filium suum,quia quasi caduca & incerta non transmittuntur.l.vnica.§.pro secundo. C.de cad.toll.Et pro hac distinctione adducit text.in l.2. §.hoc autem cum constitutionibus. ff.de excusa.tuto.Tamen subiungit q̄ in dubio si non apparet de verbis consuetudinis præferendus est patruus nepoti,quia natura plus influit in filio quam in nepote per l.sed & si.§.nepotes.ff.de hære.insti.l.si diua. C.de bo. mater.cum simil.& ita dicit seruatum fuisse in rege Roberto, qui prælatus fuit filio fratris primogeniti in successione regni. sed alia etiam fuit rō,
12 dicit ipse quia talis erat publica utilitas regni †propter immensam sapientiam regis Roberti qui fuit secundus Salomon.Itē quia sufficiebat regi Vngariæ regnum Vngariæ, & indecens erat quod in ecclesia Dei duplex esset.vide etiam eūdem Bal. pro patruo formaliter determinantem in l. tutella.§.si duo.ff. de legi.tuto.per illum text. & l.si viua. C.de bo.mater.quia regnum defertur naturali ordine non autem sm interpretatiuū ordinem iuris ciuilis. Nam quod nepos representet patrē suū illa est quædam fictio non habens in se naturalem veritatem. vide eundem Bal. consi.275.tamen ipsemet Bal. in c.vno in fi. per illum tex.de fil.na.ex matri.ad morga. contrac.ponit unū casum in quo non succedet in regno secūdogenitus mortuo primogenito puta in regno Siciliæ, quia ex pacto inuestituræ defertur primogenito quo casu secundogenitus non succederet, etiam primogenito mortuo sine hærede, quia de primogenito loquitur pactum, & non de secundogenito, & sic ad Papam hoc casu libere redit dispositio regni quod est multū signandum. sed in aliis regnis non de pacto inuestitis adhuc contrarium uidetur tenere quando dicit sine hærede. Et quia Bal.ita in opin.sua varius est, ideo dicit Soci. in consi.252.col. 14.q̄ non potest eius opi.pro aliqua parte allegari.Tamen cō sidera q̄ Bal. videtur se resoluere in d. l.ex hoc iure.col.2.ff.de iusti. & iur. vbi dicit se tentasse sæpius decidere per multas rōnes & leges,sed tandem sibi uidetur quod in regno quod non
13 disposuit semper est pro nepote iudicandum, quia †primogenitura in filio regis est prima dignitas post regem iure inseparabili ipsius sanguinis prouenicns. Et ideo eo mortuo ille qui succedit in sanguine naturaliter succedit in regno cum naturam imitetur & ab ea separari non potest. arg. l.in quibus.C. de secun.nup.& l.si qus prioris.eo.titu. secus autem quādo per pactum,ut in regno Apuliæ debetur,quia tunc verba considerada essent ipsius pacti aut contractus,ut l. ad probationem. C.de probatio. ibi.n.dicit text. quippe cum horum lectio non recitantem, sed quem tenor scripturæ designat & adiuuat.

Nono hanc opi. tenuit Salyc.in d. l. si viua.C.de bo.mater. per illum tex. ne.s.filius reperiatur deterioris cōditionis quam nepos, & ad auth. post fratres.C.de legi.hęre.respondet,ut per Bar.quem supra retulimus,& ita simpliciter transit. ¶Decimo hanc partem pro patruo contra nepotem tenuit And.de Iser.qui in materia feudali principatum obtinuisse dicitur in c.j.col.7. ad fi.in titu.de natu.succes.feu.& in c.j.de succes.feu.& in c.j.de eo qui fibi vel

hęre.

hære. suis. & in c. j. § præterea in 2. col. de prohi. feu. alie. per Federi. ¶ Vndecimo hanc opi. tenere videtur Arch. in c. fi. 24. q. j. vbi dicit q̄ filij regum vocantur reges spe, sed non re. argu. a simili. 25. q. 5. c. fi. & c. quia. 5. q. 5. & §. ex his. 18. q. j. ¶ Duodecimo hanc opi. tenet Pet. de Anch. consi. 82. vbi pro confirma-
14 tione huius opi. aliquibus mediis mouetur. Primo † quia ordo charitatis est vt prius filius quam nepos admittatur, vt no. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. & in l. cum pater. ff. de leg. 2. & in l. hæredes. mei. §. fi. ff. ad Treb. Secūdo mouetur quod quis succedat in iure primogenituræ hac ratione ætatis, & non filiationis tantum procedit. & ita cum patruus sit ætate maior q̄d ipsi patruo debetur ratione ętatis alteri concedi debet per l. si filius. §. cum filius. ff. de bo. libe. ver. & sine dubio. Tertio, quia quod non est cessibile non est transmissibile. l. ex pluribus. ff. de admi. tut. sed ætas veluti res personalissima extinguitur cū persona sicut alia quæ inhæret ossibus vt insti. de vsufru. §. fi. & c. priuilegium. de reg. iur. lib. 6. Nemo enim sana mentis dixerit ætatem filij ætatē esse patris. l. si pater. §. fi. ff. de adopt. Quarto, verba sunt intelligēda secundum ordinem debitum, & naturaliter & non secundum iuris fictionem. l. filio quem pater. ff. de iniust. testa. ibi ne imagine naturæ veritas obumbretur, sed quod ætas patris representetur in filio illud est secundum iuris fictionem per præcedentem rationem. Quinto, quia non potest quis venire per alium quando ille alio medio tempore est extinctus vel inhabilitatus. l. diuo Marco. C. de quæstio. Et primogenitus interpretari debet de illo qui superuixerit tempore mortis eius de cuius bonis agitur. l. cum ita legatur. §. fi. ff. de leg. 2. l. ī substitutione filij. ff. de vul. & pup. substi. Sexto, nam in tutela legitima vel fiduciaria prius defertur filio quā filio filij. ff. de legi. tuto. l. 3. §. si duo. ff. de oper. libe. l. si duobus. cum simi. Septimo, quia illustres legum patres, ita tenuerunt, vt Cy. post Richar. & Bar. ¶ Hæc fundamenta retuli, tum quia multum vrgent pro hac opi tamen etiam vt perpēdat studiosus quod ista sint propria fundamenta Bal. in d. l. cū antiquioribus. col. 7. & mirum est quod tantus vir hæc sibi accommo-
15 det non citato Bal. ¶ † Decimotertio, hanc opi. tenet Ioan. de Imo. in c. grandi. de sup. negl. præl. in 6. vbi dicit, quod de iuris rigore prefertur prior in gradu, vt est tex. insti. de legi. agna. succes. in prin sed de æquitate statutum est contrarium in successione ascendētium & collateralium in filiis fratrum, vt est tex. insti. de hære. quæ ab intest defe. §. cum filius. & auth. post fratres. C. de legi. hære. Cum autem ęquitas illa solum sit scripta quando agitur vt æqualiter succedatur cum patruo non vt ei præferatur, secus erit dicendum vbi prędictorum alteri præferendus esset, vt est in hæreditatibus indiuisibilibus, quia tunc non viget eadem ęquitas, immo potius videtur quod si oportet alterum præferri, & alterum excludi, potius nepos excludi debet per rationem d. l. 3. C. de bo. quę lib. Credo quod voluerit allegare. l. 3. C. de bo. mater. ¶ Decimoquarto, hanc opin. tenuit etiam in c. grādi. de suppl. negl. præla. Do. de S. Gemi. in fi. vbi dicit quod aut nepos vult venire virtute consuetudinis regni, & nō potest, quia illa disponit de primogenito, sed primogenitus est patruus, arg. c. nam & ego. extra de ver. sig. Aut vult venire de iure communi, & tunc non potest etiam in successione regni aut hęreditatis indiuisibilis, quia solum cū patruo venire potest adhuc ex ęquitate iuris quando ęqualis sit hęreditatis diuisio ut iuribus proxime alleg. per Io. de Imo. ¶ Decimoquinto, ita tenet Philip. Fran. in d. c. grandi. col. j. quia dicit q̄ si filius primogenitus mortuus non acquisierat iam regnū tempore mortis suæ, tunc si moritur rex superstite nepote ex filio primogenito præmortuo & superstite filio secundogenito, preferendus est filius secundogenitus nepoti, vt videtur sentire Bal. in l. liberti. C. de ope. liber. Alias si filius primogenitus fuit adeptus regnum, & postea decedat, & tunc eius filius, & sic nepos sine dubio prę ferat patruo per tex. in illo. c. grandi. & in c. licet. de voto. & ita clare assentit huic opi.

Decimosexto hanc opi. tenet Alex. de Imol. in 4. volu. consiliorum suorum consi. 4.
19 Et mouetur inter cętera † quia licet appellatione filij non veniant nepotes. l. filij. & l. iusta. ff. de verbo. sign. & l. filium habe. ff. ad Maced. tamen quando filij vocantur cum quadam qualitate quę non est in nepote, nunquam appellatione filij nepos continetur per l. fi. C. de natu. lib. not. Bart. in l. liberorum. col. 3. & 5. de uerb. sign. Secundo mouetur, quia qualitas ętatū non est transmissibilis ad hęredes. l. petendę. C. de tempo. in in integ. resti. & l. Aemilius largianus. ff. de mino. subiūgens p hoc esse decisionem in indiuiduo per Bald. in l. 3. C. de suis & legi. Plura alia adducit de quibus per eum. & subiungit q̄ hāc opi. semper secutus fuit tanquam melioribus rationibus comprobatam. Ad idem vide eundem Alex. consil. 129. in 5. vol. in materia emphyteusis concludit quod si data est res in emphyteusim alicui & pro se & filijs, & nepotibus, quod emphyteusis primo erit pro se, secundo pro filiis post mortem ipsius, tertio pro nepotibus deficiētibus filiis, ut sic proximior in gradu, & ordine, videatur primo vocatus per ea quę habētur in l. Gallus. §. quidem recte. vbi no. Bartol. & alij. ff. de lib. & posthu. Plura alia alleg. ad eum recurres. Idem tenuit Alexan. in consi. suo 123. in 1. vol. col. 2. Sed ipse Alex. in l. is potest. ff. de acquir. hære. col. 2. concludit secundum Bal. in l. 2. C. de suis & legi. distinguendo hoc modo. Aut nepos, & sic filius primogeniti natus est post patruum, & tunc excludi debet nepos a successione in regno, quia non potest dici nepotem esse primogenitum, nec in eum translatum ius primogenituręcum natus sit post patruum. Aut nepos est natus ante patruum suum. Et tunc aduerte aut verba statuti vel consuetudinis dicunt q̄ filiꝰ primogenitus in regno succedat, tunc etiam excluditur nepos
17 a successione regni & admittitur patruus, † quia appellatione filij proprie non venit nepos. l. filij appellatione. ff. de verb. sig. Aut statutum dicit q̄ primogenitus succedat in regno, & tūc si nepos sit natus ante patruum admittetur ad successionem excluso patruo. & dicit tunc q̄ illa videtur sibi vera cōclusio. Credo quod cōsilia quę supra retulimus postea edita fuerunt.

Lucas de Penna, in l. j. C. de priuile. eorum qui sac. pala. mili. lib. 12. C. hanc q. diffuse examinat arguens in vtranque partē, tandem pro patruo concludit contra nepotem. Nam cū intuitantur aliqui de genere uel de familia vidētur nisi obstet aliud inuitari per gradum, vt primo filij, & qui inter filios est primogenitus, secundo nepotes & qui inter nepotes est primogenitus, & sic de singulis. l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. & l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 3. l. pater. §. j. ff. ad Treb. l. hęredes. §. vlt. Et subiungit hęc uera in feudis & Baroniis modicis, secus vbi esset regnū, principatus, ducatus, marchionatus, comitatus, &
18 huiusmodi. † in quorum successione magis attenditur cōmodum subiectorum quam gradus, & vtilitas successorum, quia tunc dicit non attendi prerogatiuam ętatis, sed meritorum pariter & uirtutum se remittens ad ea quę scripsit plane in l. vlti. C. de tyro. vbi etiam latissime de hac q. tangit plura pro dignitate regia signanda cumulando.

Martinus Lauden. in suo tract. de primogenitura satis ample, vt diximus arguendo in partes hanc q. prosequitur, tādem hoc modo se resoluit dicens se velle fędere distinctionis maiores nostros concordare. Cuius distinctio talis est. Aut cōstat de consuetudine quod nepos excludat patruum vel econtra, & tunc standum est consuetudini. l. minime. ff. de leg. Aut non constat de aliqua consuetudine, & tunc si constat de mente cōcedentis ex verbis uel aliter, quod nepos excludat patruum vel econtra, stamus verbis uel menti. c. fi papa de priuile. in 6. Aut non constat de mente, & tunc aut verba consuetudinis vel constitutionis loquuntur de potiori in gradu, & tunc potior in gradu solus succedet in regno, scilicet patruus qui est in gradu potior. auth. post fratres. C. de legi. hære. Aut verba consuetudinis loquuntur de iure primogenituræ puta quod primogenitus succedat in regno, & tunc si primo natus fuerit patruus quam nepos patruus excludet nepotem, si econtra nepos fuerit prius natus quam patruus, tunc nepos excludet patruū ratio quia tunc est primogenitus per c. Ioseph. de uerbo. sign. & h. d. esse de mente Bal. in l. ut intestato. C. de suis & legi. Aut non constat quis prior ætate sit, uel patruus uel nepos, & tunc putat utrunque succedere, secundum no. per Bal. in auth. ex testamento in vlt. col. C. de colla. Si tamen vnus decederet altero superuiuente, tunc ad superuiuētem prorsus spectaret totum regnum, secundum Bal. in l. vnica. col. ulti. C. qñ non pet. par. accres. Et subiungit quod prędicta omnia sunt vera, nisi regnum iam esset deuolutum ad patrem istius nepotis, quia tunc nepos excluderet patruum succedendo patri suo regi, per tex. in d. c. licet. & c. grādi. ¶ Dominus Iason. in d. l. is potest. col. 4. ad fin. plurima confusę de hac materia cumulat, & pro
19 hac opi. scilicet pro patruo facit tria fundamenta. † Primo, q̄ a de nepote nūquam iudicatur prout de filio quando filius vocatur eum aliqua qualitate quę non erat in nepote. l. fi. de nat. lib. cum aliis allegat. per eum, sed pater nepotis vocaretur ad successionem regni cum illa qualitate, scilicet primogenituręquę non est in nepote igitur &c. sed ista ratio non militaret quando nepos esset natus ante patruum vt ipsemet fatetur. Secundo mouetur, quia licet nepos succedat in locum patris, ut ibidem vult Bar. tamē succedit ex persona propria, & non ex persona patris defuncti, & sic qualitas quæ cohęrebat personę patris non est ad nepotem transmissibilis iuxta no. per Bart. in l. j. §. si sit nepos. per illum tex. ff. de colla. dot. cū aliis alleg. per eum. Tertio mouetur, quia quod nepos censeatur primogenitus ex persona patris defuncti est per fictionē, ſm Bal. in auth. cessante. vlti. col. C. de suis & legi. cum sit contra naturales terminos veritatis, sed ista consuetudo uel statutum non debet habere locum in casu ficto. l. 3. §. hęc verba. ff. de neg. gest. Bal. in specie. in l. quoties. C. de rei ven. Tandem pro decisione huius quęstionis nihil determinat, sed tantummodo refert distinctionem Bald. in l. 3. C. de suis. & legi. sed propter arduitatem materię & dubietatem nihil resoluit.

Source : BIU Cujas

Hi ſunt qui hanc opi. pro patruo contra ne potẽ tutati ſunt. Nunc in contrariam partem referam Doct. partes nepotis ideſt filij ex primogenito fouentes.

In primis reperio Io.de Laud. iuris ciuilis profeſſorem hãc partem ſuſtinuiſſe, ẽt ſi nepos minor ſit ætate quam patruus, quia ſufficit ꝙ pater ſuus primogenitus eſſet, cum pater & filius cenſeantur eſſe eadem perſona, & vbi vnus ſtat vel eſt, alter ſtat vel eſſe videtur. l. cum ſatis. C. de agri. & cenſi. lib. 11. &
20 vox vnius cẽſetur vox eſſe alterius. §. hi qui inſti. de inuti. ſtipu. & ideo nepotem a ſua ætate conſiderare non debemus ſed ab ætate patris primogeniti, & pro hoc adducit tex. in l. j. §. pactiones. ff. de colla. bo. & l. j. §. ſi filius. ff. de coniung. cũ emanc. libe. vbi probatur quod emancipatus nepos repreſentat perſonam patris ſui conſtituti in poteſtate, cuius gratia aliquid ſibi confertur. Secundo mouetur, quia vbi ad ſucceſſionem defuncti fratris concurrunt fratres vterini & conſanguinei ex vna parte, vel conſanguinei tãtum vel vterini tantum ex alia. Conſanguinei & vterini conſanguineis tantum & vterinis tãtum præferãtur. l. itaque. C. cõmu. de ſucceſ. auth. poſt fratres. C. de legi. hęre. Ponamus. n. quod. quidam habens fratrem cõſanguineum tantum, & vterinum tantum, & nepotes ex defuncto fratre conſanguineo & vterino ab inteſt. ſine liberis eſt defunctus, modo quæritur quis admittetur ad ſucceſſionem defuncti. Si conſideremus defuncti fratris conſanguinei & vterini liberos & ſeipſos, cum nec conſanguinei nec vterini defuncti de cuius ſucceſſione agitur, non excluderent conſanguineum tantum vel vterinum tantum eius de cuius hęreditate agitur, ſed propter omnimodam repreſentationem perſonæ patris paternum ius obtinet iſte natus ex conſanguineo & vterino, & patruum conſanguineum tantum vel vterinum tantum excludit rationabiliter & de iure. vt in Auth. de hęre. quę ab inteſta. defe. §. ſi igitur defunctus. colla. 9. Et ita tolluntur contraria per quę alij dicebant filium primogeniti non admittendum, quia in eo ſit ętatis maior minoritas quam in patruo, cum non ex perſona ſua, ſed ex ptris veniat. ad hoc facit bonus tex. in l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter vir. & vxo. vbi donatio quæ alias non valeret propter repreſentationem eſt valida. Tertio quia ille qui in loco alterius ponitur eum in cuius loco ponitur per omnia repreſentat. l. itẽ eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſq; vniuer.
21 nomi. l. apertiſſime. C. de iudi. cum ſi. † Quarto quia ius primogenituræ æqparatur iuri accreſcendi, ſed ius accreſcendi nondum acquiſitum aut competens ad hęredes ſuos tranſmittit. l. ſi pluribus. ff. de ſuis & legi. ſicut in ſimili dicitur de iur. delib. vt in l. cum antiquioribus. C. de iu. delib. Nec obſtat ſi dicatur quod ius non delatum nec quęſitum non tranſmittitur, vt l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu. tol. quia reſpondendum eſt, quod tex. ille loquitur in his quæ non erant debita vel quaſi, & poterant ſimplici uoluntate eius de cuius hęreditate agebatur tolli, cum ambulatoria ſit uoluntas vltima uſque ad extremum vitę exitum. l. cum hic ſta. §. ait Horat. ff. de dona. in
ter uir. & uxo. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg 3. cum ſimil. hoc autem ius primogenituræ ſic eſt primogenito debitum ex beneficio vel conſtitutionis quod & ſi patris hęres nõ ſit, habet nihilominus feudum iure primogenituræ, ar. l. ſi operarum actum. ff. de ope. liber. & l. quodcunque. §. ſi quis ita. ff. de verb. obli. Quod tamen an ſit verum. j̃. poterimus latius di-
22 ſcutere. † Nec obſt. quod ius primogenituræ eſt perſonalę, & quod propterea non tranſmittitur. reſpondendum eſt quod priuilegia perſonalia tranſeunt etiam in filios hęredes, vt ff. ſolu. matr. l. etiam. & C. de do. promiſ. l. j. immo fortius. Priuilegium quantumcunque mere perſonale tranſit ad filiũ. l. ſordidorum. C. de excuſa. mune. lib. 10. Adde tex. in l. ſciendum. §. legati. ff. de leg. vbi habetur quod poteſt filius exercere legationem commiſſam patri. & per illum tex. not. dicebat Ludo. de Ro. in l. j. ff. de in ius vocan. quod vbi eſt electa induſtria perſonæ poteſt quis expedire per filium, quia cenſetur eſſe eadem perſona cum patre. Ad quod vide tex. in l. nullus. C. de decur. lib. 10. Et quod filius cenſeatur eadem perſona cum patre, vide Soci. conſi. 31. in j. parte conſi. uerſic. circa. 3. q. Licet tamen Fely. in c. fi. §. his autem. col. 4. de offi. deleg. contrarium teneat quem videre poteris. Ad alia plura quę obſtare videntur reſpondet idem Ioan. de Laud. cuius dicta non refero ne nimis immorer.

Secundus huius opi. fuit Oldra. de Laude, licet ſupra contrarium viſus ſit tenere in prędalleg. conſi. 94. Primo conſiderans circa ius primogenituræ. l. diuinam & ius naturę. Secundo iura ciuilia. Tertio conſtitutiones de hac materia tractantes. In primis dicebat primogenitum in indiuiſibilibus, vt comitatibus & regnis ſecundogenito iure miſtico præferri. Nam in Gene. legit quod Iacob abſtulit ius primogenituręEſau Iſaac communi eorum patre adhuc viuente. vnde, dicit Eſau de Iacob. Primogenita mea ante tulit. Item quia viuente patre poſſunt primo genita cedi, vendi & donari. vt habetur in c. quam periculosũ. 7. q. j. Si poteſt vendere ius primogenituræ viuente patre, ergo fortius ad hęredem tranſmittere, maxime ad filium. arg. l. qui-
23 dem. ff. de acqui. re. domi. † Item conſiderabat ius naturę. nam ratio quare plus diligit pater filium quam filius patrem eſt, ſecundum naturales, quia pater in filio partem ſui retinet ſeu habet. Nunc ſic non proprie, ergo nec omnino dicitur mortuus pater primogenitus huius nepotis, quia ex modico falſitatis tota oratio falſa redditur. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. ſed ſic eſt ꝙ cum filius viuat qui eſt qui eſt pars patris, non debet dici pater omnino mortuus. arg. tex. in l. ſi cum vſu fruct. inſulę. ff. de uſufr. & l. domum. §. ſi vero quantacunque. ff. de contrah. emp. & uẽdi. Tertio per iura communia hoc mõ probabat, nam iure communi idem iudicium eſt de toto quo ad totum ſicut de parte quo ad patem. l. quæ de tota. ff. de rei vẽnd. cum ſim. ſed ubi agitur de admittendo ad partem in ſucceſſione cum patruo filius primogeniti repreſentat perſonam patris auth. ceſſante. & auth. poſt fratres prędallega. §. vbi ergo agitur de re diuiſibili repreſentat perſonam patris in accipienda parte aut pactione q̃ habuiſſet pater, ergo in re indiuiſibili totum ius prędationis habebit in eo toto perſonam patris repręſentando, cum pater ſi viueret indubie patruum hunc ſecundogenitum excluderet. & pro hoc adducit bonum tex. in l. dedit dotem auus. & in l. ſi nepotes. ff. de col. bo. & in l. ſed & ſi in conditione. §. nepotes. ff. de hęre. inſti. in quibus dicitur ꝙ auus propter filij perſonam debet nepoti dare dotem ſicut & filio. Nam tãta eſt filij & patris identitas quod a patre in filiũ videtur eſſe quędam continuatio dominij, ut etiam uiuo patre filij quodammodo domini rerum & iurium paternorum
24 eſſe cenſeatur, † immo uec diſtinguitur pater a filio niſi nota per quã diſtinguitur genitor ab eo qui eſt genitus, ut l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. Quarto pro hoc facit, quia beneficium conſtitutionis uel conſuetudinis, ꝙ ſic debet intelligi vt filius primogeniti prędferatur, nam viuente eo de cuius primogenitura agitur, primogenitus moriens ad poſteros traſmittit quaſi ius ſuum & reſpectu teſtatoris alienum, ut ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus. §. ſi qui impuberes. l. j. §. ſi impuberi. ff. de colla. bo. & in quantum aliqui contrarium arguunt ꝙ priuilegia perſonalia debent cum perſona finiri, dicebat Oldra. ꝙ alias audiuerat a magiſtro ſuo domino Dy. illud procedere quando perſona eſt cauſa immediata beneficij perſonalis, ſecus autem ſi perſona non eſt cauſa proxima & immediata, ſed mediata tantũ modo, ut in propoſito noſtro, nam cauſa huius priuilegij perſonalis non eſt perſona patris, ſed eſt ætas ſeu primogenitura quę erat in patre. Et ita non mirum eſt ſi hoc caſu priuilegiũ iſtud cum perſona non extinguatur, arg. l. non ſolum. ff. de mi
25 no. & l. hęredes. ff. ad munici. probat exeplo iſto. † Poteſt enim quis pietatis gratia affectionem habere unam communem, q̃ homo homin debet ſecundum generalem cognationem quę inter homines eſt. l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Aliam quę vocatur pietas quę inter patrem & filium eſt. Et ſic eſt hic, diligit etenim filius patrem, quia homo eſt, ſecundo quia pater. l. 3. §. ſed cum quis retineat. ff. de libe. homi. cum alijs alleg. per eum Nunc ſic. Cauſa priuilegij non eſt in filio primogenito, quia eſt filius talis, & ſic talis perſona. nam & hęc ratio in ſecundo genito militat, ſed vera ratio, quia filius & primogenitus & iſta qualitas primogenituręeſt tranſmiſſibilis ad hęredẽ hoc ſenſu ꝙ ius competens ratione illius primogenituræ trãſmiſſibile eſt cum perſona non ſit cauſa immediata, ut ſuperius dictum eſt. Ad alia obiecta latius reſpondet Oldr. ad quem recurres cauſa breuitatis.

Tertio hanc opi. amplexus eſt dominus Armãdus de Narcezio auditor ſacri cri palatij alias vt dicunt Rotæ. Et mouetur, quia ꝙ poſſunt contrahentes poteſt lex. ff. de pac. l. non impoſſibile. Sed certũ eſt ꝙ contrahentis conuentione poteſt introduci ut filius primogeniti ſuccedat in locum patris in iure primogenituræ, ar. §. ex conditionali. inſti. de verbo. obli. ergo & conſtitutione ſiue ſtatuto, ſiue cõſuetudine illud introduci poteſt. Item quia cum idem operetur prouiſio legis quod hominis, ut ſ. dictum eſt ſicut ubi ab homine ſibi prouidetur, videtur & ſuis prouide-
26 re. l. ſi. ff. de proba. † Ita vbi conſtitutio vult alicui prouidere vel conſuetudo videtur velle etiam & ſuis prouidere, & pro hoc adducit tex. quẽ dicit eſſe quaſi caſum in l. operarũ actũ. ff. de ope. lib. vbi ſi patronus ratione iuris patronatus contra libertum egit licet patruus deceſſerit, tamen tranſmittit & ius patronatus & iudicium ad filios & ſi hæredes non ſint. Item quando duo manumiſerunt & in manumiſſione promittuntur operę, ſi alter iſtorum manumittentium decedat relicto filio poterit petere operas filius ſicut pater poterat. l. a duobus. ff. de ope. liber. Item quarto, quia quando alicuius rei deficientis ſuperſunt reliquiæ non ſuccedit ex ordine qui alias foret ſucceſſurus, nam deficiente tutela teſtamentaria ſuccedit legitima,

Source : BIU Cujas

¶Sed quæritur cui competit electio de volatu caponis, aut iugero terrę, an ipſi primogenito, vel reliquis hęredib.? Et vī, q̄
18 hęredum ſit electio, aut optio, † quia in alternatiuis electio eſt debitoris.c.in alternatiuis.de re.iu.in vj.l.in eo, q̄ ff.eo.ti.de re. iu. Cum ergo hæredes habeant pati, vt primogenitus hanc ſumat prærogatiuam,& ſic quaſi in debitores ſint, ergo &c.¶In contrarium facit bonus tex.in l.plane.§.pen.ff.de leg.j.& l.Lucio.ff.de leg.ii.vbi deciditur, q̄ ſi alicui legatus eſt fundus, aut ſeruus, aut vſusfructus rei eſt in optione eius cui legatur. Ita ergo vī in propoſito. ¶Dic bī, q̄ iſta pars ſecunda eſt verior in propoſito cum verba conſuetudinis in primogenitum dirigā tur, vt s̄.diximus in verbo manſionem. Item hoc eſt formaliter determinatum in duobus articulis ſeq. Sed certe hęc quæſtio eſt paruę vtilitatis, niſi pro pertinacibus qui ex optione libera exiſtiment ſe lucrari ſi res eorum arbitrio fiat vtcunq; accidat, ꝑm no.gl.fi.in l.cum ſeruus.ff.de condi.cau.da.cā non ſequuta. Stultiſſimus enim eſt qui omiſſa via qua ſibi certo prouidetur ſe ad difficultatem perducit, vt tex.in §.certum.inſtitu. q̄ cum eo.& ibi gl.no.adducens illa carmina Triuialia. Qui videt vti-
19 lius,& ſumit &c.† Incert⁹ eſt.n.caponis uolatus,& ita ſumeret incertum, ar.l.ſubſignatum.§.fi.ff.de uer. ſig. Teneat ergo certum,& relinquat incertum.c.ſi ſcirem.dę pe. di. 7. Pro incertis enim non eſt recedendum a certis.§.ult.30.q.6.cogi.§. ſi pater. ff.ad Treb.l.adoptiuus.§.fi.ff.de ri.nup.

Volatum caponis.

Fuit communis antiquorū locutio, de qua non poteſt dari certa cauſa, quia eſt de dependentibus a ſola uoluntate, arg.l.non omnium.ff.de legi. pro quo uide gl. in cle. nolentes. de here.in uerbo.xl.no.Doc.in c.ſi qñ.de reſcrip.extra. niſi forſan dicas, q̄ diſtinguit uolatum caponis a uolatu galli, cum ſit uirtus fortior in gallo,& ideo capo gallus gallinacens appellatur, ut potes uidere per Luc.de Pe.in l.iudices.C.de dignit. lib. xij.col.5.ubi ponit uarias appellationes mali principis, aut re-
20 gis.† Inter cęteras dicit, q̄ princeps malus gallus gallinacens.i. capo eſt appellandus, quia gallinę modum habet. Sicut.n.gallina non cantat, nec horas annunciat, ſic malus princeps, nec iuſtitiam prædicat, nec pacem annunciat. Item ſicut capo non generat, ſic malus princeps,& iudex utiles fructus tranquilitatis non educunt iuſtitiæ obſeruationes ſubiectis,& ſicut gallus

gallina-

Source : BIU Cujas

gallinaceus non pugnat pro gallinis,ita nec princeps luxurio sus,aut iudex ignauus pro subditis pugnat,xl. dist.c. si rector. Item sicut capo se solum impugnat,sic princeps vel iudex cupidi nullo iustitię zelo aut charitatis ardore feruentes solum propriis delectationibus studeant,& sic seipsos ponunt in ignē inferni.c.ecclesiæ.xxxvi.di. Hæc Luc. de pœn.

SVMMARIVM.

1 *Dictio prædium quid importet.*
2 *Nobilitas etiam in beneficialibus in consideratione habenda.*
3 *Nobilitas quibus casibus regulas iuris communis cessare facit.*
4 *Nobili potius credendum.*
5 *Custos castri qui illud in nobilli proditori commisit,an absoluendus.*
6 *Nibilis accusatus,an incarcerandus.*
7 *Nobilitati in pęnis defertur.*
8 *Nobiles ciuitates regere debent.*
9 *Nobiles nostri temporis taxantur.*
10 *Nobilitas absque virtute esse nequit.*
11 *Mores boni plusquam diuitię operantur.*
12 *Nobilitas,& scientia æquiparantur.*13
14 *Nobilitas vt sit perfecta tria requirit.*
15 *Nobilitas est triplex.*
16 *Renunciare hæreditati paternæ quo iure introductum.*
17 *Legitimatus an possit esse hæres matris, & non patris.*
18 *Primogenitus, qui elegit,an variare possit.*
19 *Patronus ecclesiasticus,an variare possit.item laicus, & quantum.*
Panormitanus, & Lodouicus Romanus Consiliarii Basilien. fuerunt fautores.
20 *Arbitrandi potestas,an tantum de prima vice intelligatur.Et quid de prorogatione.* 22.
21 *Hæreditas variis modis potest diuidi.*
23 *Procurator datus ad appellandum, an & quando possit secundo appellare.*
24 *Primogenitus an habeat ius eligendi mansionem,vbi est æqualitas.*
Legatum optionis in rebus conformibus,an valeat.
25 *Lucrari dicitur, qui suę voluntati satisfacit.*
26 *Dictio alter,quid importet. Et quid de dictione alius.*

ARTICVLVS II. DE PRIMOGENITVRA loquens suo numero ix.

§. Cum pater, & mater habentes

feuda & prædia nobiliter possessa e viuis decedunt relictis duobus liberis venientibus ad eorum successionem dūtaxat, filio primogenito pro suo iure primogenituræ competit iure præcipui, in qualibet dictarum successionum tam patris q̄ matris,domus vna feudalis qualem vult deligere pro māsione principali, cum duobus trientibus dictorum feudorum, & prædiorum nobilium. Alteri prædictorum liberorum cōpetit alius triens, & reliquus dictorum feudorum,& prædiorum nobilium prædictarum successionum.

Pater & mater. Et sic prouidet tā successione patris quā matris, vt latius postea & apertius tangit.

Habentes feuda. Hoc dicit ad denotādum, ꝙ de aliis prædiis non feudalib. non curatur in assignanda prerogatiua primogenito,de quo s. artic. præcedenti diximus in verbo possessio feudaliter.

1 **Prædia.** †Prædia dixi, idem enim importat, ꝙ verbum Barbarum Heritagia. verbum etenim prędiū est generale, ita ꝙ comprehendit fundum, agrum & possessiones. l.q.ff.de ver.sig.Item quia prædij nomen immobilia tā tum continet.Bar.Cępo. in tract.de seruituti.c.ij.col.x.per iura per eum allegata.& de prædiis tam vrbanis, quam rusticis vide ample eundem Cępollam, & certe hoc verbum res prædictas bene comprehendit, quia feudum potest tantum ī immobilibus consistere,vt s. declarauimus in arti.precedenti in verbo,possessio feudaliter.

Possessa nobiliter. Aduertendum est,an referatur hęc qualificatio nobiliter ad personas,vel ad feuda,& videtur,ꝙ ad personas,& pro hoc adduco,quæ pulchre & ī indiuiduo dicit Io.Fab.consuetudinum Gallicarum fidelis,vt asseritur relator in §.preiu diciales.in fi.Insti.de act.vbi formaliter sic inquit de consuetudine regni Frāciæ succedunt alio modo nobiles, quam ignobiles,subiungens, ꝙ per consuetudinem Franciæ nō debetur
2 anagiū,seu ius primogenituræ nisi nobili. † Et profecto istud discrimen inter nobiles, & ignobiles iuridicum potest habere fundamentum,quia de iure nobilitas haberi debet in consideratione etiam in beneficialibus,ita ꝙ beneficium dicitur incompetens nobili,ꝙ esse ignobili competens. gl.in c.cum adeo.de rescri.extra.gl.in c.conquerente. de cle.non resid.extra.bonus tex.in c.de multa.de præb.extra.per quem tex.dicit Inn.in c.dudum.ii.in fi.de elec.extra.ꝙ sola nobilitas absq; literatura est iusta causa dispensandi, ꝙ dictum multum extollit Fely.in d.c.cum adeo.col.pen. in verbo nobiltas,dicens,ꝙ venit ad magnam declarationem.d.c.de multa.de præbē. extra.vbi dicit tex.sublimes & literatas,& ita dictio &, est resoluenda in dictione,vel,propter istud dictum Inno. & pro hoc est bona gl.in c.cōstitutis in verbo potentia.de ap. Sed adhuc in temporalibus nobilitas magis est in consideratione,ꝙ probatur per gl.sing.in c.quoniam vetus.xxiii. q. j. vbi dicitur,ꝙ cum quidam electores papæ reprehensi fuissent ex eo,ꝙ elegissent ignobilem. Responderunt, Petro successorem quæsiuimus nō Augusto, quasi innueretur quod in temporalibus consideranda sit nobilitas,& non in spiritualibus. & ideo cū ageretur apud Romanos de eligendo magistratu solebant ac clamare.datę hoc parenti,datę hoc generi bene de republica merito,vt refert Platina in suo dialogo de vera nobilitate.in aliis etiam pluribus casibus nobilitas est in consideratione, & distinguuntur nobiles ab ignobilibus & plebeis. ita vt di-
3 cat Fely.post Moder.in c.pasto.in prin.de of.dele.extra.†quod rumpuntur regulę iuris communis fauore nobilitatis,ꝙ vide re est in pluribus,signanter in his,quæ mihi in transcursu occurrerunt. ¶ In primis, quia nobilibus magis est dandum, q̄ ignobilibus.c.non satis.lxxxvi.di. & ibi Card.de turrę Cremata. ¶Secundo, quia nobilis aliter admittitur ad præstandum fidelitatem,seu mauis homagium, quam ignobilis etiam habens feudum nobile.Nam nobilis recipitur ad osculū, ignobilis non.Spe.in ti.de homagiis, & fidelitatibus.col.xxxii.ver. Porro ī regno Francię.¶Tertio, nobilis succedit homini suo morienti sine legitimo hærede.Bal.in l.j.C.de hęred.decurio. vbi rationē assignat,vt cuius ipsi sunt eius omnia sua esse cognoscant,ar.C.in quibus cau.colo.censi.domi. accu.possunt. l.fi.lib.xii.strictius enim sunt obligati domino quam collegiati collegio & libertus patro. de quibus idem disponitur in illa.l.j.Hoc tamen restringit Bal.ibidem nisi ignobilis vellet de propriis bonis testari, nisi aliter se haberet consuetudo iuxta no.in d.l.fi.¶Quarto,immunitas conceditur nobilibus, quæ non ignobilibus.l.non tantum.§.Illiensibus.ff.de excusa. tut. Cum restrictione tamen.l.nobiliores.C.de commer. & mer.
4 ¶†Quinto,nobili magis creditur.§.item testium.iiii.q.iii.Spe. in ti.de nuncio.§.j.¶Sexto, licet qualitas extrinseca non præsumatur gl.magistralis in c.si forte.de ele.in vj.no.in c.si.de p̄sump.extra.tamen secus in nobili,quia pro eo prę sumitur ēt in extrinsecis in his,quæ concernunt nobilitatem. gl. reputata singu.in c.illud.xl.di.pro quo vide Ludo.de Ro.singu.646. ad hoc vide Barb.c.sedes.de rescript.extra.col.ii.vbi dicitur,ꝙ in dubio præsumitur nobilis donare, quia donare procedit, a nobilitate.capit.primo. de donationib.extra.Nobilis prę sumitur liberalis.Auaritia enim odiosos,claros largitas facit secundum Boe.lib.ij.de philo.consola.& nihil vt inquit Tul.in j.officiorum tam angusti,tanquam parui animi,quam amare diuitias.Et ideo dicit Barb.se sustinuisse quandam donationem factam a quodam principe cuidam quæ impugnabatur ex eo,ꝙ merita donatarii non correspondebant, secundū gl. sing.in c.si quos.xii.q.ij.Nam respondebat ipse Barb. ꝙ merita satis erant respectiue ad principis libertatem, & plura ibi effundit inuehens in principes auaros, & miseros.de qualitate autem intrinseca,puta ingenuitate animi non est dubium, ꝙ præsumitur.hinc dicit Io.An.in addi.Spe.in ti.de loca.circa
5 prin.†fuisse agitatum de turrę Rom. de quodam custode fortalitij qui ex causa impeditus accomodauit illud cuidam nobili viro qui tradidit hostibus,tamē absolutus fuit custos, q̄a non erat præsumendum,ꝙ nobilis ille habuisset animū, ita degenerem,de quo meminit And Barb.in c.accedens.ij.vt li. nō conte.extra col.ii.multum extollens dictum illud pro excellentia nobilium.Septimo,nobilis habet priuilegium.l. ad egregias.ff.de iure.quando sine verecundia exire non potest. Ita voluit Lud.de Ro.sing.clxxii.dicens,ꝙ domini sui,credo, ꝙ sentiat de dominis Rotę,ita determinauerunt per gl.in c.si quis testium.de testi.extra.Sed D.Ias.in d.l.ad egregias dicit,ꝙ istud dictum sibi non placet, quia priuilegium.l.ad egregias, datur propter dignitatem ob excellentiam personarū & nō propter paupertatem aut vereçūdiam. Item,quia illud est generale in quocunq; qui ita allegatur, vt sine dedecore in publico apparere nō possit vt excusetur a iudiciali comparitione.tex.in l.in eadem causa.in fin. ff.ex quib.cau.maio.¶Octauo,nobilibus in pęnis compatimur,mitius enim puniuntur, quam ignobiles.l.quoties.C.de digni.lib.xii. per quem tex.di-
6 cit ibi Lucas de Penna aliquos tenere, ꝙ † nobilis accusatus non est incarcerandus.col.iii.Licet tñ Arch.teneat contrariū. ij.q.viii.c.quisquis. Sed dicit ibi prædictus Luc. de Pen. ꝙ hoc durum vī,quod s.nobilis saltem genere non carceretur prætextu.d.l.quoties.Loquitur enim in illustibus. hodie autē nobiles abiecto nobilitatis debito vt plurimum sunt magis scelerati,quam inferiores.videmus sępius seruari, ꝙ nobiles accusati

Source : BIU Cujas

cusati non traduntur in carcerem communem, sed in domũ cuiusdam hostiarii parlamenti, qui eos ibidem asseruat diligenter, ſm doc. Ang. in l. qui in carcerem. ff. quod me. cau. & sic non tollitur carceratio, sed mitigatur, & modificatur. & ideo dicit gl. in l. desertorem. ff. de re mil. quod nobiles non suspenduntur, sed decapitantur, quasi honestius, & leuius sit tormenti genus, quam gl. ibi Bar. multum no. dicens eam seruari in Italia, sed in Frãcia secus, quia non ita vr̃ dura mors per suspensionem apud Francos, sicut apud Italos. sed certe quicquid dicat Bar. qui ex auditu, vt credo retulit, cõmuniter seruatur p̃rium apud nos Francos, imo ẽt apud plebeios diuites ſm qd̃ ipse Bart. dicit in l. capitaliũ. §. ſerui. ff. de pœ. audiui tñ quod in Parisien. furcis patibularibus distinctę sunt, furcę superiores ab inferioribus ex personis nobilibus, & ignobilib. ad id̃ supplicij genus damnatis, obseruari tñ nusquam nostra ętate vidimus. at potius p̃rium in plebeio quodam qui aliqñ se armis addixerat, cui non crucis, sed decapitationis pęna imposita fuit, quia miles erat conformiter ad d. l. desertorem. §. nemo militum. & l. j. §. si quis rusticus. de pace tenẽ. & ibi Bal neſcio tñ si de illiusmodi militibus iura prædicta intelligebã
7 tur. † Ecce hoc certum est de iure, q̃ in pœnis defertur dignitati, & nobilitati, pro hoc vide gl. in c. fi. de pœ. extra. in verbo nobilitatem. & cle. multorum. de pœ. in verbo inferiorum. & c. cum bea. xlv. di. & c. qui ꝯ pacem. xxiiii. q. j. de quibus glo. meminit Fely. in c. pasto. de of. del. extra. in prin. vbi ñdet ad duo obiecta, quæ fieri possent in p̃rium. & primo, quia non habẽda est acceptio personarum in iudiciis. c. nouit. de iu. Secũdo, quia sic pœna non corresponderet delicto ꝯ c. nõ afferamus. xxiiii. q. j. omne. n. animi vitium tanto cõspectius in se crimẽ het, quanto maior is, qui peccat hr̃. pro quo est gl. in c. cũ quidam. de iureiu. extra. ad primum ñdet, q̃ acceptio personarũ est prohibita quo ad administrandã iustitiam, secus in coher cionibus & pœnis, quia non tollitur iustitia ſm Io. And. in c. ij. de of. dele. in vj. ad ſm ñdet, quod pœna, quæ esset parua ĩ minore est multo maior in maiore, gl. in c. j. de cle. vena. gl. in d. c. ij. de of. dele. in vj. hoc tñ, q̃ detrahatur pœnę p̃ nobilitatem Fely. in d. c. pasto. col. ij. nouem modis notabilibus. ad cũ recurre breuitatis cã. ¶ Nono nobilis nubens plebeio põt accipere dotem in compensationem nobilitatis. gl. & Doc. in l. si voluntate. C. de do. promiſ. Pano. in c. gemma. de sponsa. extra. col. vj. & vxorem. & c. j. ad fi. de adul. extra. Legistæ signãt. Ale. ff. de ver. sig. ¶ Decimo, nobiles ad obsequia dignitatum admitti debent seclusis ignobilibus, nisi sit nobilium penuria
8 ſm Bar. in l. j. ff. de excu. tu. ¶ † Vndecimo, quia in ciuitate nobiles debent hr̃e regimina, & gubernationes. de hoc est tex. in Auth. de defenso. ciui. §. j. ibi ciuitatũ habitatores. & ibi Ang. per illum tex. arguit ꝯ statuta Florentiæ excludentia nobiles a regimine, & includentia plebeios. de hoc meminit Barb. in c. accedens. ij. col. x. de li. nõ contr. extra. quod dictum est summę notandum pro Italis, vbi oẽs nobiles in vrbibus, & ciuitatibus commorantur. In istis autem partib. rari admodum vrbes incolunt, rusticantur etenim communiter omnes, & vrbes in colere ludibrio habent. ¶ Videmus ergo ex præcedentibus qualiter in pluribus sit discrimen inter nobiles, & ignobiles. Nouissime post has p̃rogatiuas nobilitatis recollectas reperi Luc. de Penna in l. mulieres. col. v. vj. & vii. amplissime cumulantem. xxxvi. prærogatiuas nobilitatis. & vii. casus in quibus sunt deterioris conditionis nobiles. ad quem recurre causa breuitatis. Et ita ergo videretur multum rõnabile, q̃ verbũ nobiliter positum in hoc artic. determinaret personas. & ita etiam pluribus cõsuetudinib. Gallicanis expresse cauetur, q̃ aliter succedunt nobiles, q̃ ignobiles, vt consuetudine Trecẽ. art. xiiii. & xvj. Item consuetudine Caluimontis art. viii. & x. imo ẽt cauetur vtraq; consuetudine supradicta, quod nobilis põt acquirere, & tenere feuda nobilia, esto, q̃ nobiliter viuat, sed persona ignobilis non. Item consuetudine Vitriaca distinguuntur nobiles ab ignobilib. art. lv. & xlvj. vbi declarat̃ qualiter ignobiles possint feuda tenere. Idem vr̃ cõsue. Turnonẽ. in ti. de suc. feu. inter nobiles, iuncto arti. de succes. ignobi. Idẽ Cenomanensi art. cclii. & cclxxvii. Idẽ Andegauensi art. cclix. & seq. Idem Pictauen. art. xxi. Idem Borbonen. art. xii. in ti. de succes. Idem consuetudine Aluerniæ arti. lj. alię aũt sunt consuetudines, q̃ non distinguunt nobiles ab ignobilib. & harũ aliquæ expresse disponũt, q̃ primogenitus inter ẽt ignobiles gaudet iure primogenituræ, vt Melden. art. clxix. & Meldunẽ. clxvj. aliæ autem consuetudines non distinguẽdo nobiles ab ignobilib. vt Senonen. art. cxc. & Ambianen. art. xxxix. Mon-
9 strolii art. iii. Carnoten. art. iii. Aurelianen. art. xxvj. ¶ † Sed forsan ita est ex industria introductum consuetudine Parisiensi, & aliis. s. dictis, quia vt dicit Bal. in l. per adoptionẽ. ff. de adop. in j. lec. nobiles pro maiori parte hodie superbi, & inimici populariũ gulosi & luxurioſi plusq̃ populares, & nihil auliud sciunt, nisi comedere bibere, & superbire. sunt verba Bald. & ideo dicit Soc. consi. ccxlvi. incip. eleganter. ver. Prima rõ. in ii. par. consiliorum hodie prout astra disponũt, rustici oẽs ob diuitias nobilitantur, & vt nobiles regnant in vicis. nobiles vero prouen iunt ad paupertatem, & viles artes exercent. Hinc dicebat Quintus Cice. scribẽs ad Marcum fratrem de petitione consulatus cum de Antonio & Catilina verba faceret. Ne quaq̃ inquit hi sunt tam genere insignes, q̃ vitiis nobiles. quare in nobiles nostri tp̃is inuehens Policraticus sic aiebat lib. j. c. v. ad fi. Nunc vero nobilium in eo sapientia declaratur si venaticam nõuerint, si in alea fuerint dãnabilius instituti, si naturæ robur effeminate vocis articulis fregerĩt, si modis, & musicis instrumentis virtutis immemores obliuiscantur, qd̃ nati sint & idcirco Diogenes Cynicus huius tp̃is nobilitatem malitiæ, & ignauię velamen esse dicebat, & Hos. nobilitatem nobile stercus appellabat, in c. venerabilis. de præb. extra. dicens, q̃ vere sanguinis nobilitas non est alia, q̃ stercoris, & fętoris, & idem Hos. in c. tua. de consan. & af. col. ii. q̃ qui superbit de nobilitate aut nobiliori sangu ine, & nobiliori stercore intumescit. non etenim dicit ipse est vis in genere cum de inferioribus fiant reges ascendendo, & de regibus fiunt comites descendendo, sic fiunt de rusticis milites, & ex militibus rustici, & ita nihil aliud est mundana nobilit as nisi Rota. Ideo dicit l. q̃ euenientes fortunę p̃rios euentus sæpius operanr̃ in Authen. de nup. §. quia vero hactenus. col. iiii. & omnis status nõ ster sub perpetuo motu consistit in Auht. de non ali. rebus ec. §. vt aũt. col. ii. & ex potentib. processerunt inanes, & ex diuitibus pauperes, & econuerso in Auth. vt oẽs obe. iud. prouin. §.
10 j. col. vij. hæc Host. ¶ † Et certe verum dicit Host. quod nobilitas stercus est, nisi habeat virtutis cõcomitantiam. Et per hoc vr̃ male dixisse Lud Rom. singu. xxxvii. quod nobilitas est ius sanguinis, q̃ est incommutabile. & ideo dicebat Socra. nullã esse dr̃iã inter Baiulũ, & Alcibiadẽ summo loco natũ, si virtus abesset. Hinc Ouid. Naso inquit. Nam genus, & proauos & quæ nõ fecimus ipsi, Vix ea nostra voco. & Satyricus. Stemmata, quid faciunt, quid prodest pontice longo Sanguine cẽseri, pictosq; ostendere vultus Maiorum, & stantes in currib. Emilianos. & subiungit paulopost. Tota licet veteres exornẽt vndiq; cere Atria, Nobilitas sola est atq; vnica virtus. Idcirco Platina in suo dialogo de vera nobilitate inquiebat, Frustra nituntur, qui omissa nobilitate hæreditarium munus a maioribus expetunt. & postea paulo inferius subnectit. Gloriari quidem possumus nos a claris maiorib. sanguinem artus viscera accepisse, nobilitatem vero nequaquã, quę tota ex animis nostris pendet, & nõ aliunde venit, ne ignarum vlgus sequamur qui persæpe ĩ maximos errores delabitur, cuius opi. raro cum sapientia conuenit. & tandem in fi. prædicti dialogi concludit hoc modo. Solos illos nobiles existimo qui aliqua singulari virtute præditi sunt, non autem illos qui bene loti, & pexi & sericati coxinati ve accipitrem circunferunt in ipsa ignauia non in solertia, vt par esset nobilitatem collocãtes. hactenus Platina. non ergo de maiorum virtute aut diuitiis nobiles denominandi sunt, vt volebat Arist. in li. de repu. diuitię etenim non nobilitant. & ideo Socra. hoiem ignarũ
11 diuitiis affluentem oui inaurati velleris comparat. † Facit illud, boni mores plusq̃ diuitiæ operantur. l. scire. §. j. ff. de tu. & cur. da. ab his. gl. in prooe. insti. in verbo ostendite. facit bonus tex. in c. gloria epi. §. crates. xii. q. ii. Sit̃, q̃ nec genus ipsum nobilitat, vt s̃. deduximus probatur, quia non curabat Christus vnde nascerẽt. c. dñs. lvi. dist. vbi dicit tex. dñs noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis commixtionibus, sed ẽt de adulterinis nasci, nobis magnam fiduciam præstãs, vt qualicunq; mõ nascimur &c. Et ad idẽ est tex. eadẽ di. c. nasci. c. vñ cunq;. c. sponsus. c. Ismael. cum sim. & pro hoc est bonus tex. in l. si quid bello captum est. ff. de capti. & postlim. iuncta glo. in verbo erat, q̃ dicit, q̃ magis est meum, q̃ virtute mihi quærit̃, q̃ q̃ per anteceſſores meos. pro quo est tex. in l. iiii. ff. de inter. & releg. Ideo dicit Ouid. de Ponto. l. j. xvii. elegia. ix. Si modo non census, nec clarum nomen auorũ. Sed probitas magnos
12 ingeniumq; facit. † Hinc Barb. in c. postulasti. de rescrip. extra. col. ii. dicit, q̃ nobilitas, & scientia æquiparantur quo ad promouendos. & idem Barb. in c. accedet ij. vt li. non cõte. extra. col. ii. & etiam pro hoc facit bonus tex. in l. societas. ff. pro so. iuncta gl. in verbo societas. ii. quæ dicit arg. pro bene literatis, ita vt nobiles recipiantur in canonicos, q̃ optime facit p̃ statuto Lugdunensis ecclesię quo cauetur, vt soli nobiles admittantur in canonicos, q̃ tñ statutum non vr̃ esse validum perid, q̃ determinat Pan. in c. venerabilis. de præb. extra. in iii. no. licet secus velit Lud. Rom. sing. cccclxxxvii. vbi q̃rit, an possit eps̃ ꝯ tale statutum dispẽsare. vide ẽt eũdem Lud. in sing. 646. vbi dicit q̃ nobilis scĩa præfertur nobili genere, quia primũ est a natura, ſm ab accidenti ſm Cy. in l. quisquis. C. de postu. sed certe vbi nobilis genere cẽt, ita virtuosus sicut nobilis sciẽtia præferendus esset ſm Bal. in l. nemini. C. de aduo. diuer. iu. & Doc. ĩ c. venerabilis. hoc tñ intellige ſm Barb. in c. ad aures. col. iii. de rescri. extra. vbi dicit, q̃ istud dictum Bal. dẽt intelligi

Source : BIU Cujas

gi de nobili nobilitate politica, & ciuili dicens debere ſic in-
13 telligi dictum †illud vulgare, q̃ ſcia nobilitat nobilitate.ſ.naturali non ciuili,& politica,& non mirum ſi iſte nobilis vtraque nobilitate ſit præferendus nobili nobilitate altera tm̃ pp concurrentiam duorum vinculorum,& adhoc vide eundem Barb.in c.prudẽtis.col.ii.de do.ad hoc vide Bal.in l. ſed & milites.ff.de excu.tut. vbi per illm̃ tex.dicit Bal.quod Marchio, & Comes præferendus eſt ei,qui eſt Marchio duntaxat, quod dicit Barb. ibi eſſe multum notãdum pro eo,qui eſt miles, & doctor in vtroq; iure doctus tñ, & ita ergo appellatione nobilium veniunt literati & virtuoſi,& pro hoc facit tex.in l.ii. ff. de excu.tu.§.iiii. vbi Vlpianus appellatur nobilis,& tñ genere nobilis non fuit,de quo vide Barb.in d. c.prudentis.col.ii.in.ſi. vbi dicit, q̃ debet ītelligi in fauorabilibus, & ideo ſi ex forma ſtatuti imponitur collecta nobilibus, nobilis ſcia aut morib. non tenebitur ad collectam,quia illam nobilitatem acquirit quo ad fauores,ar.l.q̃ fauore.C.de leg.cũ vulga.& dicit Barb.
14 ibidem paulo ante†q̃ ad perfectam nobilitatem tria requirũtur, q̃ quis ſit nobilis genere,virtuoſus,& diues per tex.quem mirabilem ad hoc appellat.l.nobiliores.C.de comme.& merca.Idem Barb.in c.accedens.ii.col.j.extra.vt li.non cõte. vbi taxat Bar.q̃ non citauerit illum tex.in l.j.C.de digni.li.xii.vbi ponit tractatum de nobilitate. Cum ergo ſit hodierna nobilitas mutila,& manca,& virtute deſtituta inter nobiles, & ignobiles ſublatum eſt diſcrimen vt videmus, & ita conſuetudo vr̃ ẽt operari quo ad acquiſitionem feudorum per ignobiles, vt ſefficiantur ignobiles capaces,& hoc ex tolerantia principis, qui hanc conſuetudinem ſcit,& tolerat.Hoc tñ verum eſt, q̃ in hoc regno quilibet rex in initio ſui regni accipit aliquã pecuniæ ſummam ab ignobilibus feuda tenentibus, quaſi illius pecuniæ interuẽtu tollatur illa incapacitas.& de hoc hẽs ordinationes regias,quę feudorum Francorum,& nouorũ acque
15 ſtuum denominantur.¶†Adde ẽt, q̃ nobilitas eſt triplex ſm Bar.in l.j.C.de digni.& Bar.in c.prudentis.col.ii.de do.extra.ſupernaturalis. de qua hr̃ j.Regum.c.ii. quicunq; honorificabit me ego honorificabo eum.qui aũt contemp ſerint me erunt, ignobiles.ſecunda nobilitas naturalis.tertia politica,qua diſtĩguitur nobilis a plebeio, iſto mõ communiter accipitur ſm Bar.vbi ſ.& Soci.conſi.ccxlvi.in ij.vo.& ibi inter cætera adducit Pau.de Ca.conſi.ccxxviii.alias xxix.vbi dicit, q̃ ſi quis habeat a priucipe ptãtem legitimandi filios nobilium intelligir̃ de nobilitate,vt vulgariter accipitur,ar.c. ex literis.de ſponſa. de quo D.Pau.meminit Barb.in d.c.accedens.ii.col. ii.in prin. & ipſum reprehẽdit dicens, q̃ cum repeteret ſacram cũſtõnẽ ẽditam a Fede.III.incip.volentes in regno opulentiſſimo Siciliæ,dabat hanc regulam,q̃ verba prolata a iur.conſul.ſunt intelligenda ſm communem modum loquendi ipſorum iurisconſultorum,per gl.q̃ dicit ſing.iu l.quod ſi nepotes.ff.de teſt. tute.facit gl.in l.j.C.de vſu.cum ergo dicit ipſe princeps ſit monarcha iuriſconſultorum.verba ergo dẽt capi ſm q̃ principẽ decet.Et ita, q̃ dẽt intelligi ptãs iſta conceſſa in ea acceptione nobilium,de qua in d.l. nobiliores. Hæc rõ in hoc regno non concluderet per id quod no.dicit Bal.in l.nemo.C.de ſentẽ.& interlo.om.iu.Item cõſidera in propoſito, puta vbi agitur de interpretatione cõſuetudinis Pariſien. q̃ hæc verba nobiliter debent intelligi ſm vulgarem acceptionem, maxime,quia a vulgaribus conſuetudo introducitur,de qno vide,quæ dicuntur per Fely.in ſaluta.in iii.iiii.& col.v.

E viuis decedunt. Fatali die functi ſunt.l.ſi. C. ſi reus vel accu.mor.fue. fati munus implent.l.ea demum.C.de col. vitę ſortem derelinquunt.C.de teſt.mili.l. milites in fata collapſi ſunt.l.ex morte. C.de pac.cõuen.cum ſi.& vide xxvi. concordatias quas ponit Albe.in l.pactum quod dotali.C.de pac.

Relictis duobus liberis. Hoc dr̃ ad differẽtiã q̃ñ ſunt plures vt videbimus in art.ſeq.vbi deducemus,quæ conſuetudines in hoc concordant vel diſcordant cum Pariſien.

Venientibus ad eorum ſucceſsio
16 nẽ.†Hoc dr̃ ad excluſionẽ eorũ, qui nõ venitũ vel renũciatione q̃ liberũ renunciare eſt hr̃dib.iure ſuo toto ti.ff.de acq.vel ami.hæ. ¶Vtrũ hoc renũciare a iure ſit ītroductũ ciuili,vel p̃torio tractatur in l.licet.C.de iu.deli.vbi eſt communis cõcluſio,quod eſt introductum de iure prętorio.Nam ius ciuile reddebat filios neceſſarios hæredes.§.ſui.in fi.de hære.qual.& dif. & hoc quia dabat ptãtem patribus in filios vitę, & necis.l.in ſuis.in fi.ff.de lib. & poſthu.ius autem p̃torium fuit mitius, vt eo.§.ſui.ver.ſicut his prætor permittit volentibus abſtinere,& ius ciuile,q̃ poſtea ſubſecutum eſt,iſtud ius prætorium approbauit,ranq̃ æquius & iuſtius,vt l.ſi filius.ff.de vulg. & l.fi.C.de iu.delib.De hoc vide D.Iaſ.in d.l.licet.C.de iu.delib. & de hoc ẽt eſt expreſſa conſuetudo Pariſien.art.cxxx.& licet iura excipiant vnum caſum puta in legitimato per oblationem curiæ, vt §.& quem in ti.qui.mo.na.eſſi.ſui.tñ credo indiſtincte renũciationem cuilibet permiſſam,iſta quippe ſpecies legitimationis receſſit ab aula,vt ſ.diximus lib.j. Item pro hac conſuetudine poteſt poni exemplum in religioſis, qui parentibus ſuis non ſuccedunt,& ſic non veniunt ad eorum ſucceſſionẽ,nec monaſterium pro eis,vt hr̃ eadem conſuetudine Pariſien.art. clii.& ita in hoc vr̃ aduerſari conſuetudo noſtra iuri, vt auth. ingreſſi.C.de ſacroſan.ec.& l. Deo nobis.§.hoc ẽt cognitũ. C. de epi.& cle.& c.in præſentia.de proba. & ita ergo vbi duo eſſent liberi,quorum vnus, vel renunciaſſet vel eſſet religioſus, profeſſus,idem eſſet ac ſi vnus tantum eſſet ſecundum Bal. in l.ſi quis prioris.§.talem.C. de ſecun.nup.

Iure præcipui. Vtrum autem hoc ius præcipuũ æquipolleat prælegato dicemus, j.quando tractabimus vtrum ex eo, quia filius hẽt maiorem partem hæreditatis teneatur ad maiora debita,& ad maius æs alienum perſoluendum, vbi etiam videbimus vtrum hæc verba iure precipui referantur ad principalem manſionem tantum,vel etiam ad duos trientes feudorum, & an alię conſuetudines concordent vel diſcordent.

In qualibet dictarum ſucceſsio-
num tam patris,q̃ matris.Dictio qualibet diſtribuit,omnis autem colligit.†gl.in l.ſi pluribus.ff.de leg.ii.& ita Bar.col.j.l. nõ diſtinguemus.§.cum in plures.ff.de arbi. cum ſi.Idem quo ad hoc conſuetudine Meldenſi art.cc.vbi declarat aperte, q̃ accipit vnam manſionem in qualibet ſucceſſione patris, & mr̃is, & rõ iſtarum conſuetudinum potuit eſſe ne filius ad imparia iudicetur ex parte patris,& matris,ex quibus eſt eadem cã ſuccedendi.l.ſcripto.§.fi.ff.vnde lib. & pro hoc facit gl.ſingu.in c. cum inhibitio.de clande.deſpon.in prin. in verbo ſi ambo parentes.vbi dicit, q̃ monſtrum eſſet, q̃ quis eſſet legitimus ex parte matris,& non ex parte patris & econtra, ſed hęc ratio non vr̃ concludens, qnia imo põt quis legitimatus fieri hęres matris,& non patris voluntate patris requirentis legitimationem,& econuerſo.Ita voluit Ant.de But. in c.per venerabilẽ. qui fil.ſint le.col.xxx.ver.ſed dubium an pater.& ibi Car.Ale. ampliſſime.Spe.in ti.de ſucce.ab inte.§.fi.Pau.de Ca.in l.ſolet. ff.de iur.om.iu.Ale.conſi.xxv.in j.col.& conſi.xxx.in iiii.vo.& idem Ale.ample in l.pactum.C.de col.& ibi D.Iaſ.col.ii. & iõ aliquę ſunt conſuetudines,quæ ꝺrium innuere videntur gñali earum locutione,puta aliquę dicũt habeat talem prærogatiuam tam in hæreditate patris,quam matris,ſed non dr̃ diſtributiue in qualibet.alię dicunt habeat talem prærogatiuam in linea directa non exprimendo, an vna pro vtraq; ſucceſſione,vel duas pro duab.ſucceſſionibus.inter has conſuetudines ſunt Senonen.exc.art.Trecen.xiiii.Caluimontis art.viii.Vitriaca.lv.Monſtrolii.art.iii.Ambiauen.xxxix.Carnoten.art.iii.Aurelanen.xxv.Turonen.art.iii.de ſucceſ.nobilium.Cenomanẽ. ccxxviii.& xxxix.Andegauen.cxxii.Pictauen. ccxxi. Borbonẽ. in ti.de ſucceſ.art.xii. Aluerniæ art.lj.hoc aũtem caſu quando ſic loquitur conſuetudo generaliter vtrum poterit primogenitus in qualibet ſucceſſione petere prerogatiuam,dicemus j. latius in q.j.ſingulariter diſcutienda.ſpecialem enim, & peculiarem requirit indaginem, vt videbimus ex diſcurſu.

Qualem deligere voluerit. Nota, quia venit ad declarationem precedentis art.& tollit, q̃ erat aliqualiter dubiũ ex gñaliter prędicti art. Concord. huius conſuetudini in hoc Meldunen.art.clvi.Trecen.xiiii.Vitriaca art.lv. Cenomanenſi art.ccxxxviii.Andegauen.cxxii.Pictauen ccxxi.Borbonen.xii. in ti.de ſucceſ. reliquę conſuetudines iam in ſcriptis redactæ, niſi fallor gñaliter, & ſine expreſſione electionis loquuntur.
18 ¶†Sed bona poteſt eſſe qõ,an ne primogenito,qui vnam mãſionem elegit pro principali variare licet.Et hęc qõ eſt notabilis,& ſepiſſime occurrere põt,& vt clarius alterius partisvarietas eliciatur arguo in partes.¶ Primo, q̃ pñt variare, probat̃, quia patronus laicus variare poteſt.c. cum aũt.de iure patr. & ibi dicit Pano. ẽt idem eſſe in patrono eccleſiaſtico dummõ iure patrimonii ſibi competat ius patronatus,& ita ergo vult q̃ in patrimonialib.licita eſt variatio, q̃ñ alicui competit electio,quia preſentatio vim hẽt electionis, vt ibidem dicit Pan. item cui competit optio, ſi optauit acetum põt iterum optare vinum.l.ii.ff.de opti leg.Item pro hoc facit regula, q̃ ponit Ab.Pan.in c.bonę.ij.de poſtu.prę.extra.col.iiii.vbi dicit, q̃ q̃ñ alicui competit electio põt variare ſępe,antequam ius ſit alteri quæſitum,& ita vult gl.in c.mutare.de reg. iu. in vi.imo vr̃, q̃ poſſit variare, toties quoties ſibi placuerit.per gl.ſin.in cle. plures.de iu.pa.in verbo plures.vbi vult, q̃ patronus laicus poteſt variare, & qnotquot ſibi placuerit preſentare.¶ Sed in cõtrarium,quod variare non poſſit,probatur per regulam in iu
19 re vulgatam.† Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt c.quod ſemel.de reg.iu. in vj.c.in iſtis.iiii.diſt.c. per tuas.de proba.extra.l.Pomponius.ii. ff.de neg.cum ſi. & ſpecialiter in electoribus.

Source : BIU Cujas

electoribus probatur in c. publicato. de ele. extra. c. nulli: eo. ti. de ele. in vi. l. pe. ff. de decu. cum ſi. ita quia ſimplex ſermo verificatur in prima vice. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſig. vbi hoc ſermone, dum nupta erit, primę nuptię intelliguntur. & ideo dicit Bal. ī c. præſentata. iiii. col. de teſti. ꝙ facultas data patribus conſilii generalis de eligendo locum conſilio, intelligitur de prima electi. ita ꝙ variare nō poſſunt, & ita tenuit Ab. Pan. qui fuit vnus ex fautoribus conſilii Baſilienſis cum Lud. de Rom. vt ſingulariter refert Fely. in c. nonnulli. de reſcri. ex. col. iiii. in ſermone habito Baſileę in conſilio, & incip. ille ſermo Maximum. & col. xxiiii. facit, quod dicit Bal. in l. ſi vt ꝓpo
20 nis. j. ad ſi. C. qſuo & qñ iud. ꝙ †ſi eſt data poteſtas arbitrandi intelligitur pro prima vice, & ſemel tantum. Item ſecuritas data bannito veniendi intelligitur pro prima vice. Bar. & communiter Doc. in l. j. ff. ad l. Iul. maieſta. Ang. in l. vtimur. ff. de ſepul. vio. Pano. in c. ii. de treu. & pace. vbi ample. ad hæc vide Felyn. vide etiam Roc. de Cur. in ſuo trac. de iure pa. in verbo honorificum in x. q. princi. vbi concludit, ꝙ licet patronus laicus variare poſſit iuxta diſpoſitionem iuris, tñ tm̄ ſemel variare poteſt, adducens Bal. ita volentem in authē. habita. C. ne fil. pro patre col. vi. dicentem, quod vbi licita eſt variatio intelligitur tm̄ ſemel, ponderate vbi licita, innuit ergo, ꝙ non eſt licita, ni ſi iure caueatur. & per hoc dictū Bal. & plura in ſimili adducta reprehendit Roch. de Cur. prædictam gl. in cle. ii. de iu. pa. Itē & vltimo, quia variatio eſt ſpecialiter a iure prohibita nedum in perſonis eccleſiaſticis, ſed etiam in laicis, vt eſt tex. iuncta gl. cle. j. de renun. iuncta gl. in verbo, maxime.

21 Pro reſolutione cogitate ſi hoc modo dici poſſit.† Aliquādo diuiditur hęreditas tantum auctoritate tantum priuata inter filios, & aliquando auctoritate iudicis. Primo caſu. ſ. quando auctoritate priuata, & tunc aut electio fuit acceptata ab aliis fratribus, puta, quia dixerit primogenitus ſe elegiſſe tale, vel tale caſtrum pro manſione principali, & alii fratres acceptauerint, & tunc nō licebit primogenito reſilire. aut nō fuit acceptata, & tunc ſecus eſt. pro hoc adduco pulcherrimā doctrinam dñorum de Rota, de præb. in antiquis, vbi dicunt, ꝙ ſi ep̄s, aut alius prælatus habeat ius nominandi, vnum in prima ſui creatione, qui recipiatur in canonicum, ſi nominatio acceptata fuerit ſortita eſt effectum, ita ꝙ non poteſt alium nominare, ēt ſi renunciet ille nominatus poſtea. Aut diuiſio hæreditatis fit auctoritate iudicis. & tunc fuit electio facta per primogenitum præſentata ſuperiori, aut non, primo caſu nō pōt de nouo eligere, arg. c. bonę. ii. de poſtu. præl. extra, ver. nec nocebat, vbi determinatur, quod poſtulantes poſt præſentatā poſtulationem Roma. Pontifici, imo ēt cuilibet alii ſuperiori ex identitate rationis, ſm Pano. ibi col. iiii. non licet poſtulantibus reſilire, ne viderentur illudere ſuperiori ex arbitrio eorum, & ideo dicit Bal. in rub. de poſtu. præla. extra. quod poſtq̄ poſtulatio ītrauit ſecretum pricipis facta eſt ſua, & hoc niſi ip ſi iudici placeret, ſicut & varie poſtulantes, qñ ſuperiori patet, vt colligit Paul. in d. c. bonæ. xi. no. nihil enim aliis deperit cum per illam ſolam electionem nō videatur eis aliquod ius quæſitum, & ſic ſumus in caſu theoricæ. s̄. alleg. hæc autē duo membra diſtinctionis procederent, niſi electio de manſione fuiſſet inutilis, puta ſi manſio ilia fuiſſet euicta ab hæreditate, licet. n. accepta, vel iudici p̄ſentata, tñ poteſt reſilire, & de no-
22 uo eligere, & †pro hoc facit notabile dictum Bald. in c. olim. col. ii. de reſcrip. extra vbi dicit, ꝙ ſi datur ptās arbitrio prorogādi, neq; aliud adiicitur intelligitur de prima prorogatione, & hoc ſi prima prorogatio valuit, ſed ſi nō valuit, & fuit inutilis, intelligitur de prima, quæ valebit per l. hæc conditio. j. ff. de cond. & dem. & l. qui per ſalutem. ff. de iureiu. pro hoc facit ꝙ dicit idem Bal. in l. fideicom. §. ſi quis decem. ff. de le. iii. ꝙ ſtatutum loquens de compromiſſis propinquorum, ſic dēt intelligi, ꝙ ſi non ſit ſatisfactiuum ſtatuto per primum cōpromiſſum dēt iterato compromitti, cum adhuc vendicet locum rō ſtatuti, quæ eſt vt lites finiantur, & ita rñdet ad d. §. hoc ſermone. ad idem vide eundem Bal. in l. inuitus. in fi. C. de procu. vbi dicit, ꝙ verbū quod, poteſt referri ad plures actus, tunc dēt referri ad primum actum, qñ primus actus conſumit effectum, ſm intentionem loquentis. ſed qñ non eſt, ita tunc ipſa verba intelliguntur de actu vlteriori per d. l. hæc conditio. ex quo in
23 fert, ꝙ †procurator datus ad appellandum pōt, & ſecundo appellare, ſi per primam appellationem ſatis prouiſum non eſt. pro hoc vide ēt Lud. Ro. in l. prætor. §. hoc aūt interdictum. ff. de dam. infe. & conſi. 504. Soc. conſi. 191. in ii. par. conſi. vbi diſtinguit, an quis teneatur facere compromiſſum ex diſpoſitione iuris, vel ex diſpoſitione hominis. primo caſu tenetur itera re compromiſſum, ſi primum non eſt ſortitum effectum, aut ſecundo caſu non tenetur iterare. Pro his vide Fely. in c. inno uamus. de treug. & pa. extra. col. ii. & iii. verſi. fallit. v. & adde ad hoc tex. formalem in c. ſi elec. de ele. in vi. vbi materia electionis permittitur noua etiam in ſpiritualibus ex quo prima reperitur inualida. & pro hoc facit tex. in c. conſideraūimus. de elect. extra. & ibi Pan. in iii. nota. facit c. nulli licere. de elec. in vi. vbi poteſt eligens variare, vbi aliquid latentis vitii, vel defectus peruenit ad notitiam, de ele. ꝙ veroſimiliter tempore electionis ignorabatur, ita in propoſito vbi in re electa aliquid erat, ꝙ veriſimiliter ignorabatur, & bona eſt ratio, ꝙa ex quo errabat non videbatur conſenſum præſtare, nec vere eligere, ar. l. ſi per errorem. ff. de iur. om. iud. hæc mihi videntur dicenda circa hāc q. quam nuſquam antea vidi motam, aut examinatam, poteſt tamen ſępiſſime occurrere.

24 †Sed quæritur, ponamus, ꝙ inter māſiones ſit qualitas redditus & frugalitatis, an ne primogenitus haberet ius eligendi? Iſta quæſtio eſt etiam ſatis in iure abſcondita, & vr̄ dicēdum, quod electio, aut optio ſibi nō competat. & pro hoc adduco tex. no. iuncta gl. in l. cum aurum. ver. ſed ſi argenti. ff. de auro, & arg. leg. cum gl. in verbo optio. in fi. quæ dicit, ꝙ tunc nō eſt optioni locus, qñ parum expedit eligere, ꝙ ēt ibi colligit Bar. & ꝓ hoc vide Lud. Ro. ſingu. 489. vbi dicit legat teſtator optionem ex tribus rebus omnino conformibus, & in nihilum differentibus, an tale legatum optionis valeat. Rñdet, ꝙ non, & pro hoc dicit eſſe caſum ſingularem in d. l. cum aurum. §. ſi argenti. & per hoc dicit ſe decidiſſe qōnem vnius canonicatus eccleſiæ Brachino. vbi eſt ſtatutum, ꝙ antiquior poteſt optare eccleſiam vacaturam, ar. c. fi. de conſue. in vi. deceſſerunt duo canonici habentes præbendas omnino conformes vnus optauit vnam, alius, qui habebat potius ius optandi volebat eandem optare. dicit Lud. ſe decidiſſe, ꝙ nō poterat per prædictū tex. & ꝙ hoc caſu non habebat locum diſpoſitio ſtatuti illius ex quo dicit etiam ſe lucratum pluſquam xl. ducatos. certe deciſio eſt multum ſingu. ſed neſcio ſi leuaretur, quia illud non probat, ſed gl. id tm̄ dicit pro rōne tex. & nihil. alle. nec ēt Bar. & ita non eſt credendum, iuxta no. in l. illam. C. de col. cum ſi.
25 & pro parte altera, ꝙ† optare poſſit facit gñalitas diſponens, ex quo enim gñaliter loquitur gñaliter eſt intelligenda, & indiſtincte. l. pretio. & ibi ampla glo. ff. de pub. in rem act. c. ad audientiam. de deci. extra. item quia conceſſum mihi a iure beneficium nullus tollere poteſt. c. indultum. de reg. iu. in vi. vbi bona gl. declarās de duplicis iuris beneficio, & hoc intelligēs ab homine, & ſine cā, vt latius ibi per eū. Item quia non eſt dabilis caſus ī quo ſit oīmō paritas, quia ſola affectio primogeniti ad vnam manſionem diſparitatem cauſat. lucrari enim dicitur, qui ſuę ſatisfacit voluntati. glo. ſing. in l. cum ſeruus. in verbo, facit. ff. de condi. cau. da. cauſa non ſecu. Cogita tamen quoniam nuſquam reperi iſtud dubium tactum.

Cum duobus trientibus. Et ſic vult, qđ ex quo ſunt tā tum duo filii primogenitus conſequatur pro iure primogeniturę duos trientes totius aſſis feudalis, & ſic beſſem, ſiue octo vncias, de iſtis terminis. vide tex. in §. hæreditas. Inſti. de hæ. inſt. Creſcente autem numero creſcit, & portio aliorum filiorum & decreſcit portio primogenito competens, ſm ꝙ videbim⁹ in artic. ſeq. vbi etiam de ratione dicemus. huic conſuetudini omnino concordat Carnoten. art. iii. Aurelianen. art. xxvi. Reliquę aūt conſuetudines diſcordant diuerſimode tñ. Meldun. enim extra manſionem principalem reliqua feuda diuiduntur ęqualiter, excepto, quod tm̄ accipit vnus maſculus quantum duæ filię, & exceptis ēt Baroniis, q̄ nō diuiduntur, ſed primogenito competunt recompēſando fratres, & ſorores. hęc art. clx. diſcordat etiam eodem modo cōſuetudo Trecen. art. xliiii. diſcordat Meldunen. art. clvi. vbi hr̄, ꝙ primogenitus habet mediam partem omnium feudotum, & reliqui filii alterā dimidiam non diſtinguendo, an ſint duo tantum, vel tres, vel plures, quia propter ea non augetur, nec diminuitur pars primogenito competens. Item diſcordat noſtræ cōſuetudini Senonen. arti. cxc. quia extra manſionem principalem partiuntur ęqualiter. Item diſcordat conſuetudo Caluimontis, quia fit ęqualis partitio extra manſionem diſtinguēdo tamen maſculos a fœminis, vt s̄. art. viii. de aliis conſuetudinibus dicetur in arti. vel §. ſequen.

Alteri ſcilicet ſecundogenito. Alter
26 †enim de duobus dicitur l. qui duas. ff. de re. dub. & l. non nunquam. ff. de iudi. l. ſi duobus. & ibi glo. ff. de bono. poſ. contrab. aliquando vero de tribus dicitur. l. quicunque. & ibi gloſ. ff. de hæredibus inſtit. l. ancillæ. C. de fur. & ibi no. ſignanter per Bar vbi declarat, an ſit ſignum diſtributiuum, vel non.

Alius triens. Et hoc ſatis erat dicere ſine adiectione illa dictorum feudorum, & quia dictio alius, denotat ſimilitudinem, facit, & poſitionem eiuſdem qualitatis. de hoc eſt gloſſa, & ibi Panormit. no. in fine. in capitu. ſedes, de reſcriptis. extra. gloſ. in l. ſi fugitiui. C. de ſeruis fugitiuis. de hoc vide copioſius remiſſiones per Felynum in dicto capitu. ſedes. columna fina. & per Andr. Barba. conſil. vii. & xxiii. ii. vo. Alex. conſ. 34. j. vol. & conſi. cvii. in ii. vol. Lud. Roma. conſi. cccl xxxv.

S V M

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Termini antiqui quando mutati præſumantur.*
2 *Fines terrarum, an ſint impreſcriptibiles.*
3 *As feudalis quid ſit.*

ART. III. SVO NVM. IIII.

§. Cum pater & mater habentes

feuda & prędia poſſeſſa nobiliter decedunt relictis pluribus liberis duorum nu merum excedentibus vſque ad tres, aut ma iorem numerum venientibus ad eorum ſucceſſionem, filio primogenito iure prędipui pro ſuo iure primogenituręcompetit in qualibet dictarum ſucceſſionum tā patris quam matris, domus vna poſſeſſa feudaliter qualē deligere voluerit ꝑ manſione principali ſecundum terminos antiquos, cum ſemiſſe omnium aliorum prædiorum poſſeſſorum feudaliter & omnibus aliis liberis ſimul altera dimidia ſiue ſemis dictorum feudorum & prędiorum poſſeſſorum notabiliter.

Nihil differt aut parum articulus iſte a prędedē ti niſi in numero liberorum, ex cuius augmento ſequitur iuris primogenituręipſius primogeniti excrementum, & ideo ego breuiter expediam.

Duorum numerum excedentib. Quia in prædcedenti articu. diſpoſuerat quando tantum duo ſunt venientes ad ſucceſſionem, ergo diſponitur quando plures duobus, quia hoc caſu alia ratio militat ne primogenitus tanta prędrogatiua gaudeat. vt ſ. deducemus, & de hac conſuetudine quæ diſcriminat duos a pluribus vide Io. Fab. in indiui duo. §. ex non ſcripto. inſti. de iur. nat. gen. & ci. col. 3. & §. prędiudiciales. in fi. inſti. de actio. quę autem conſuetudines regni cōcordant vel diſcordant in hoc dicemus inferius.

Aut maiorem numerum Et ita ſi. 4. ſi. 10. ſi. 20. ſi. 40. liberi gaudebit ſemper primogenitus prærogatiua de qua in hoc artic. nec aliquid prorſus ſibi diminuetur de iuribus & ſe miſſe hæreditatis feudalis. & ſic non ſemper augetur portio liberorum minorum primogenito ad excreſcentiam numeri liberorū, alias. n. opus eſſet ꝑ quolibet excremēto diuerſimode ſtatuere, & tādē redderetur inutilis prōgatiua primogeniti.

Secundum terminos antiquos. Hoc dicit, quia ſtandum eſt terminis antiquis niſi noui euidē
1 ter probentur, † quanto enim termini ſunt antiquiores tanto ſunt efficaciores. l. 2. & ibi ita no. C. finium regun. mutati termini antiqui non præſumuntur niſi probetur. l. fi. ff. fi. regun. aut ſaltem contractu aut priuilegio alij contineantur, ſecundum Bal. in l. j. C. eo. titu. inferens ꝙ ſi papa concedat alicui caſtrum & deſignet terminos alios quam ſint antiqui tenendi erunt iſti termini, quia licuit in re ſua ita terminos immutare.
2 †& hoc nota quia alias termini dicuntur impreſcriptibiles. c. ſuper eo. de parochiis extra. & licet ibi determinetur de terminis parochiarum, tamen Hoſti. ibi id in terminis dignitatum ſecularium, puta Ducatuum, Comitatuum, Marchionatuū, Baroniarum, per l. agros. C. de fundis limitrophis. lib. 11. & l. in noīe dñi. circa medium. C. de offi. præfec. præto. affri. l. imperialis. §. præterea. de prohi. feu. alie. in vſi. feu. ꝙ tamen dicit ipſe Hoſt. male obſeruant dñi & principes ſeculares, quia quotidie occupant aliorum territoria cū graui prędiudicio animarū ſuarū dicentes. Cęli cęlorū terrā aūt dedit filiis hoīnū. de quo ēt vide Pan. in c. c. ſuper eo. vbi ſimpliciter refert & ſequitur Hoſt.

3 **Cum ſemiſſe.** Id eſt dimidia parte aſſis †feudalis. §. hæreditas. inſti. de hære. inſt. & ſic ergo qñ ſunt plures filij duobus, puta tres, aut quatuor, aut plures habet primogenitus tñ ſemiſſem aſſis feudalis & altera dimidia competit reliquis filiis. bona eſt profecto rō & iuri conſona per tex. in auth. de triente & ſemiſſe. circa prin. verſ. hęc nos mouerunt. vbi dicit tex. quod ſi ſint tres aut quatuor liberi legitima erit triens, ſi plures ſemis, vt clarius hī in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt. & excreſcente numero excreſcit & portio legitime, ita in propoſito. item pro hoc adduco bonū tex. in c. cum M. Ferrarien. de cōſti. extra per quem tex. ibi colligebat Ant. de Bu. in repe. illius. c. vol. 5. ad princ. ibi in verbo, pauciorum ꝙ ad augmentationem concurrentium ad partes partium ſequi debet augmentatio ſicut ad diminutionem dōctorum concurrentium ſequitur augmentatio numeri ſcholarium, ad diminutionem comeſtorum ſequitur augmentatio ępularum, & ad diminutionem virtuoſorū, ſequitur augmentatio honoris. c. j. de priu. extra. ita formaliter Ant. de Bu. vbi ſ. & ita iuſtius fuit creſcēte numero liberorum vltra duos prouidere eis de maiori portione. Tamen aduerte ꝙ aliquæ diſcordantes. Concordant tñ vt diximus in art. prædcedenti cō ſuetudo Carnotenſis art. 3. & Aurelianen. art. 25. & ſeq. diſcordant aūt reliquę conſuetudines, de Meldenſi, Trecenſi, Meldunenſi, Senonenſi, & Caluimonteſi diximus ſ. ſupereſt de aliis exponere, diſcordat ergo Vitriaca ar. 55. & 56. quia quilibet filiorum accipit caſtrum ſi tot ſunt caſtra, & ꝙ reliquum eſt diuiditur inter filios & filias ęqualiter, excepto ꝙ tñ accipit filius vnus quantum duæ filiæ. Diſcordat etiam Ambianenſis conſuetudo arti. 39. vbi prōgatiua primogeniti lōge amplior eſt ſine diſtinctione numeri liberorum. Nam primogenitus conſequitur in feudis quidē quatuor partes oīum feudorum, & alij filij omnes quintam partem adhuc ſub noīe vſufructꝰ. ita ꝙ quolibet eorum decedente conſolidatur eius portio cū partibus primogeniti dura profecto eſt conſuetudo. Huic cōſuetudini Ambianenſi concordat cōſuetudo Monſtrolij, quātum ad hoc ꝙ reliqui filij habeant tñ quintam partē feudorū, ſed diſcordat inquantum mitigauit duriciem conſuetudinis Ambianen. quia vult hęc conſuetudo Monſtrolij ꝙ illa quinta pars ſit hr̄ditaria reliquis filiis, ita ꝙ tranſit proprietas in iſtos filios nec tenent noīe vſufructus ſiue ad vitam eorum duntaxat. vbi videas artic. 3. diſcordat ēt conſuetudini noſtræ conſuetudo Turonenſis in tit. de ſucceſ. feu. art. 3. vbi dr̄ ſine diſcrimine numeri liberorū ꝙ inter nobiles primogenitus hēt oīa mobilia & duas partes oīum rerū ſucceſſionis directe cū manſione principali, vt ſ. diximus. diſcordat etiam conſuetudo Cenomanen. nam primogenito vltra manſionem principalem aſſignat duos triētes ſucceſſionis paternæ & materneę, reliqui filij ſine diſtinctione numeri alterum trientem habent cum mirabili diſcrimine inter filios & filias, quia filię habent portiones ſuas in proprietate, filij autem in vſufructu. de hoc tñ diſcrimine nihil adhuc eſt deciſum. Interim tñ vult cōſuetudo ita ſeruari arti. 238. Item eadem eſt diſcordia conſuetudine Andegauenſi art. 123. diſcordat etiam conſuetudo Pictauēſis art. 221. quia per illam primogenitus vltra māſionem principalem habet duos trientes oīum terrarum nobiliū, reliqui filij & filię ſine diſcrimine numeri habent reliquum trientē. conſuetudo aūt Borbonēſis & Aluerniæ vltra māſionē principalē cū pertinentiis aliquibus nullā vr̄ prędrogatiuā dare primogenito, vt Borbo. art. 12. in tit. de ſucceſ. & Aluernię art. 51.

SVMMARIVM.

1 *Verba ad ſubiectam materiam adaptanda.*
2 *Conſtitutio interpretans in terminis iuris interpretati intelligenda.*
3 *Prædium vrbanum quid ſit, item & ruſticum.*
4 *Liberalitas papæ erga impetrantes.*
5 *Iugerum quod datur loco manſionis, an debeat eſſe feudale.*

ART. IIII. SVO NVM. XI.

Quando in feudo competente

duobus aut pluribus liberis ex ſucceſſione patris aut matris deeſt manſio principalis, nec aliquid eſt vltra prædia ruſtica ſiue arabilia, primogenitus poteſt accipere iugerū terræ in eo loco quem deligere voluerit iure prędipui vice dictę māſionis.

Nunc prouidet qñ nulla eſt principalis manſio in feudis ſucceſſionis paternæ aut maternæ, ita ꝙ prærogatiua ſ. ſcripta ſeruar; non poteſt in forma ſpecifica.

Duobus aut pluribus liberis. hoc dicit, ꝙa quantum ad hoc non intereſt an duo, vel plures ſint liberi, quia vtroq; caſu datur ſimpl'r primogenito māſio principalis.

Patris aut matris. Hoc dicit, quia in qualibet ſucceſſione & patris & matris competit primogenito vna manſio principalis hac cōſuetudine, vt ſ. vidimus.

Nec aliquid eſt. Hoc eſt nulla eſt māſio feudalis, quia & ſi eſſet aliqua man-
1 ſio non feudalis non tū eam conſequeretur. †Verba enim debent intelligi ſm materiam ſubiectam. l. ſi cui. ff. loca. cum ſi. primogenitus autem non habet prærogatiuam niſi in feudalibus & prædiis poſſeſſis nobiliter. vt ſ. vidimus, ergo &c. ¶ Itē quia quæ in præcedentibus. d. ſunt in ſequentibus repetita intelliguntur. l. Titia. §. j. ff. de ver. ob. & talia ſunt ſubiecta qualia permittunt eorum prędicata & c. bona eſt gl. in c. dudum. in fi. de deci. extra. vbi probatur ꝙ talis præſumitur libellus qualis
2 eſt ſnīa &c. pro quo facit tex. in l. ſi preſes. ff. de pe. ¶†Itē quia conſtitutio interpretans debet intelligi in terminis iuris interpretati. Ang. de Are. in §. 3. col. 2. inſt. de l. Aquil. per l. nihil. ff. de coniungen. cum emancip. liberis, ſed adde meliorem tex. de iure in §. fi. in auth. de filiis natis ante dotalia inſtr̄a colla. 3. vbi formaliter dicit text. Tertia vero conſtitutione nō adiecimus aliquid de temporibus cum omnibus manifeſtum ſit oportere ea quæ adiecta ſunt per interpretationem in illis valere in quibus & in interpretatis legibus ſit locus. pro hoc facit gl. in c. is qui. & c. ſi poſtquam. de elec. in 6. vide Gem. in c. auaritię. col. 3. & c. vt circa. §. edi. de ele. in 6.

Source : BIU Cujas

Vltra prędia ruſtica ſeu arabilia.

3 Quia vbi eſt ædificium appellamus in iure prædium vrbanū, vbi ſimplex area prædium ruſticum. vt l.j. ff.commu.prædio. & l.j.ff.de ſerui.vrba.prædio.in gl.j.& vlti.

Iugerum terræ. Mirabilis commutatio & longe profecto diſſimilis illa Diomedis cum Glauco, de quo meminit gl. in proœmio ſ'orū.in verbo, permutantes.& certe conſuetudo iſta videtur fuiſſe liberalis ea liberalitate qua eſt Papa impetrantibus quibus dat plum-
4 bum pro auro, †de qua liberalitate meminit Io.An.in c.ſedes. de reſcr.& cōiter ibi Doc.ſignanter autem Barba. col.2.vbi dicit ꝙ iſtud eſt iocoſe dictum, ¦quia non debemus inſpicere plūbum ſeu literas plumbeas, ſed illud qđ cōtinetur in literis.ar.l. qui chyrographum.ff.de leg.3. Sic in propoſito non debemus inſpicere tantum ipſum iugerum terræ, quia certum eſt ꝙ nullam habet proportionem cum manſione quę tutiſſimum eſt refugium & receptaculum. l. plerique.ff.de in ius voc. ſed hoc voluit conſuetudo vt ſemper aliquid retineret ipſe primogenitus ſignificatiuum maioritatis, & credo adhuc ꝙ nullam re
5 peries conſuetudinem in hoc cōcordantem. ¶ †Sed quæritur, an debeat eſſe iſtud iugerum quod datur loco manſionis feudale. dic breuiter quod ſic, quia ſubrogatum debet ſapere naturam eius cui ſubrogatur. c. eccleſia. vt lite pendente. cle.j. de ſupplen.negli.prę.l.ſi cum.§.qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio. cum alijs concor.poſitis. per Fel.in c.ſi pro debilitate. de officio delega.extra. Item quia in non feudalibus omnino debet eſſe ęqualis diuiſio, vt ſupra deduximus.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura, an habeat locum inter filias maſculis non extantibus.*
2 *Præſumptum ſilet adueniente expreſſo.*
3 *Maſculinum, an concipiat fœmininum in ſacrę ſcripturæ interpretatione. Et quid in pęnalibus. 4. Et differentibus ratione. 5.*
Priuilegium filiis, an competat filiabus.
4 *Statutum puniens euntem de nocte abſque lumine, an comprehendat fęminam.*
6 *Priuilegium legitimandi filios, an filias etiam intelligat.*

ART. V. SVO NVM. XII.

§. Inter filias quando nullus eſt

maſculus veniens ad ſucceſſionem patris, aut matris iuri primogenituræ non eſt locus. & veniunt omnes & diuidūt ęqualiter bona dictarum ſucceſſionū dicti patris & matris tam in feudis & prędiis poſſeſſis nobiliter quam in aliis.

1 **Nunc tangit,** †an ius primogenituræ habeat locū inter filias, nullis exiſtentibus maſculis, & determinat ꝙ non, & idem vult eadem conſuetudo. art. 26. imo cum ampliatione ſine in linea directa ſiue collaterali. Idem etiam artic. 126. & certe bona eſt ratio. vt ſ. lib.j. ample oſtendimus. & pro hoc in indiuiduo vide Bal. in l. in multis. ad princ. ff. de ſtatu. homi. vbi expreſſe dicit quod conſuetudo regni quod primogenitus ſuccedat non intelligitur in fœminis. & de hoc d. Bal. meminit Phil. deci. in regula fœminæ. ff. de reg. iur. col. pe. verſi. 4. quæritur. vbi ample plura cumulat de materia iſta, an maſculinum comprehendat fœmininum. vide etiam diffuſe per Dom. Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. om. iud. Sed vnum eſt in propoſito noſtro notandum ꝙ ſpecialiter hic de filiabus tractatur, & ita diſcretiue & ſeparatim fit mentio de maſculis & fœminis, & ſic maſculinum indubie non comprehendit fœmininum, ſecundum Bal. in d.l. in
2 multis. in j. lectu. ad finem rationem aſſignando, quia †expreſſum facit ceſſare præſumptum. l. ſi ita. ff. de lib. & poſthu. l. clemens. ff. de hæredi. inſti. Spec. in tit. de procu. §. j. poſt princ. Soc. in ſuo tracta. de reg. iur. in regula, maſculinum. per l. fi. in prin. C. ad tertul. cum hac conſuetudine concordat Melden. art. 45. & art. 163. Item Meldunen. art. 141. Idem Trecen. arti. 14. Idem Senonen. arti. 195. Idem Carnoten. artic. 5. Idem Aurelianen. arti. 25. Idem cōſuetudine Aluerniæ. arti. 52. in tit. de ſucceſſio. Aliæ autem ſunt conſuetudines diſcordantes, & hæc diuerſimode. nam aliquæ dant prręrogatiuam fœminæ primogenitę inter filias qualem haberet primogenitus inter filios vt cōſuetudine Ambianen. art. 39. Monſtrolij. arti. 3. ſ. Riquerij art. j. Idem conſuetudine Cenomanen. arti. 238. 233. & 252. & huic omnino concordat Andegauen. arti. 122. cōſuetudine autem Turonen. habet principalem manſionem & omnia mobilia ſoluendo debita perſonalia in artic. 14. & arti. 20. conſuetudine Pictauen. habet manſionem principalem cum pertinētiis & nihil aliud. 227. arti. conſuetudine autem Caluimontis habet ſolum nomen & arma & aliam prærogatiuam non conſequitur. arti. 8. aliæ ſunt conſuetudines quæ tacere videntur, & nihil circa hoc expreſſe diſponunt. vt Vitriaca, & Borbonē. ſi bene memini, & hoc ſtante. ¶ Quæro quid dicendum? videt quod primogenita gaudere debeat ſicut primogenitus gau-
3 det, quia † maſculinum concipit fœmininum etiam in ſacrę ſcripturæ interpretatione. c. maiores. in prin. & ibi Panor. in 2. col. extra de baptiſmo. & maxime in fauorabilibus. vt eſt tex. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de lega. 3. Lud. ¦Rom. conſi. 98. immo etiā in priuilegijs, ſm Bal. in c. ad audientiam. j. col. verſi. quæro nūquid. de reſcr. Gem. in c. generali. col. 3. verſ. 3. caſu. de elect. in 6. vbi dicit, ꝙ priuilegium immunitatis conceſſum filijs competit etiam filiabus, ꝓ quo facit tex. in l.j. §. fi. ff. de iure immuni. ad hoc facit ꝙ voluit Alex. conſi. 110. in 2. vol. incip. circa dubitationem in 4. col. vbi dicit ꝙ ſi ſtatuto caueatur ꝙ coniuncti ex linea parerna præferantur alijs vſque ad quartum gradum ſub hoc verbo, coniuncti etiam fœminæ comprehendū
4 tur de ꝓprio ſignificatu. quid plura, videmus enim ꝙ † etiam in pœnalibus maſculinum fœmininum comprehendit. l. ſi qs id ꝙ ff. de iuriſd. om. iud. Et ideo dicit Bar. in l. iura. ff. de legi. ꝙ ſi ſtatutum prohibeat aliquem ire de nocte ſine lumine ſub pœna comprehendit etiam fœminam. poſſent & hic plura cumulari de quibus per Doct. in d.l. ſi quis id ꝙ. ſi ergo etiam in odioſis maſculinum comprehendat fœmininum ergo a fortiori in hac materia quę eſt fauorabilis, iuxta illud ꝙ pulchre dicit Hoſti. in c. ſi. ne cleri. vel mona. in fin. vbi dicit. Rogo te ne odioſum, ſed fauorabilem inueniant te fauores. ¶ Sed ꝓfecto his non obſtantibus crederem partem contrariam eſſe
5 veriorem, †quia caſus omiſſus debet remanere in diſpoſitione iuris communis. l. ſi cum dotem. ff. ſol. ma. & per ſubauditos intellectus non eſt inducenda iurium correctio, ſed potius concordia procuranda. glo. ſing. in c. cupientes. §. quod ſi per 20. in verbo, petere. in fi. de elec. in 6. cum ergo inter filias de hoc iure primogenituræ non caueatur, ergo &c. item in his quæ differunt ratione, vel cauſa finali maſculinum non concipit fœmininum. Soci. in predicta regula, maſculinum fallentia. 6. Do. Iaſ. in d. l. ſi quis id quod. col. 2. ff. de iuriſdi. om. iudi. vbi ad
6 hoc plura adducit. †ideo dicebat Signorelus de Homedeis cōſil. 180. ꝙ priuilegium legitimandi filios non comprehendit filias, quod poteſt eſſe verum ex diuerſa ratione, quicquid dicat Phil. deci. in d. regula, fœminę. col. pe. ff. de reg. iur. de diuerſa ratione inter maſculos & fœminas diximus ſuperiori libro abunde, ibi recurre. q. 20.

ART. VI. SVO ORDINE XX.

§. Eadem conſuetudine in linea

collaterali non eſt ius primogenituræ.

In prędecentibus de iure primogenituręe in linea directa vidimus. Nunc tractatur quid in linea collaterali. ¶ In tex. ibi eadem conſuetudine Pariſienſi ſcilicet.

In linea collaterali. Eſt autem linea collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens & numeros diſtinguēs. de hoc vide pulchre per Io. An. in declaratione arboris conſanguinitatis col. j. vbi etiā dicit lineam eſſe in triplici differētia. Quædam aſcendentium, quędam deſcendentium, & quædam collateralium.

Sic ergo mortuo Roberto ſine liberis Ioannes & Theodoricus fratres æqualiter ſuccederent ipſi Roberto ſine prærogatiua primogenituræ, quia collateraliter ſe attingunt, & cogitalicet de ratione taceatur ſi ratio quare inter iſtos collaterales non habet ius primogenituræ locum poteſt hęc aſſignari, quia primogenitura dicitur reſpectiue ad genitorem, frater autem fratrem non generat, & ideo frater reſpectiue ad fratrem ius primogenituręe conſequi nō poteſt. cum hac conſuetudine concordat Melden. artic. 164. Meldu. artic. 140. Trecen. artic. 15. Senonen. arti. 194. Caluimontis artic. 9. Vitriaca. 59. Carnoten. 94. Aurelianen. artic. 46. Aluernię art. 52. diſcordat autem conſuetudo Ambianen. artic. 40. Monſtrolij. art. 6. Turonen. artic. 11. in titu. de ſucceſ. feu. Cenomanen. 224. Andegauen. 224. arti. Pictauen. artic. 221.

SVMMARIVM.

1 *Nepotum appellatione qui veniant.*
2 *Nepos ex fratre, an veniat in emphyteuſis pro ſe & nepotibus.*
Item in ſtatuto excludente ſororem nepote exiſtente.
3 *Filius fratris, an veniat nepotis appellatione.*
4 *Loquendi vſus communis ſignificationi proprie præiudicat.*
5 *Intellectus vulgi auribus diſſonus, an extraneus.*
6 *Repreſentatio quare tantum in linea directa locum habeat.*
7 *Nepotes cum patruis ſuccedentes an qualiter vocentur. Item & inter ſe. 14. 16.*

Regula

Source : BIU Cujas

8 *Regula proximior in gradu &c. limitatur.*
9 *Nepos succedens auo, an ex suo vel patris veniat capite.*
10 *Succedendi varii modi.*
11 *Consuetudo de repræsentatione tractans quomodo intelligenda.*
12 *Hæres an possit in infinitum onerari soluere fideicommissum. Infinitas est canonibus inimica, & nihil habet honesti.*
13 *Numerus binarius quibus casibus resoluat in se indeterminatum numerũ.*
15 *Correctio iurium a contrario sensu non inducenda.*
17 *Pars æquior in dubiis amplectenda.*
18 *Successiones sunt potius ampliandæ quam restringendæ.*

ART. VII. SVO NVM. CXXXIIII.

§. Eadem consuetudine quando est filius ex filio primogenito superstes patri suo, succedendo auo vel auię, repręsentat dictum patrem primogenitum in iure primogenitureę. si vero sint filiæ duntaxat repręsentãt dictũ patrem omnes simul pro vno capite & partiũtur cum patruis & auunculis nullo primogenituræ filiabus competente.

Nunc agitur de repręsentatione in iure primogenitureę, & duas habet partes. In prima tractat de filiis primogenitorum. In secunda de filiabus ipsorum primogenitorum, & vtrunque respectu successionis aui, aut auię, vel aliorum ascendentium, secunda ibi, si vero.

Filius ex filio. †Et iste filius ex filio de iure appellatur nepos. l. iurisconsultus. §. nepos grad. ff. de gradi. affi. & hoc ostendit Etymologia vocabuli, ꝛm Sali. in l. si auię. C. de succes. edi. vbi dicit, ꝙ nepos dr̃ quasi natus post patrem. ¶ Hoc facit ad qõnem notabilem & a plurib agitatam, an appellatione nepotis veniat filius ex filio, vel filius fratris, & vr̃ ꝙ non veniat filius fratris, sed tantum filius filij per prędicta. imo dicit Barto. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoff. testa. ꝙ nullibi in iure reperitur ꝙ filius fratris dicatur nepos. & ita dicit Rapha. Fulg. in d. l. si auiæ. ꝙ non meminit se legisse in iure, & ideo dicit Bal. in l. si dotali. ff. sol. matr. ꝙ si aliquis acquisiuit emphytensim pro se & nepotibꝫ non veniunt nepotes ex fratre, & dicit Dyn. ita consuluisse. est
2 consilium 18. †Item consuluisse Fed. consi. 39. vbi decidit & determinat ꝙ si statutum excludat sororem existẽte nepote nõ debet intelligi de nepote ex fratre. ¶ In contrarium ꝙ imo veniat filius fratris probatur per tex. in c. tua. de consanguini. & affini. extra. vbi per illum tex. ita colligit Panor. in j. nota. dicens ꝙ non recordatur se vidisse tex. de iure canonico, ita clare probãtem, cum text. ipse ita exponat. sed vltra adducta ibi per eum vide tex. in ca. quod super e. tit. de consanguini. & affi. c. non sine. de arb. extra. c. dilecto. de præben. c. per tuas. in fi. de probatio. c. duo pueri. de sponsal. c. fęlicis. §. cæterum. de pœnis. in 6. c. j. de schismati. eo. libr. & hęc pro iure canonico. de iure ciuili tex. est in c. j. §. similiter. in verbo, nepos. qui feudum dare possunt. quem tex. dicit ibi Bal. se non reperisse alibi in iure ciuili. & ibi Iaco. de Belui. inducit pro priuilegio concesso alicui & nepotibus. vide glo. in iure ciuili in primis gl. in d. l. si auiæ. glo. j. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. gl. in l. auũculo. ff. de do. cau. mor. vide Io. And. & ibi post eum Gemin. &
3 Phili. Fran. in c. fundamenta. de elect. in 6. ¶ †Pro solutione huius qõ. varij dixerunt, ita vt D. Iason. in d. l. si auię. post Alex. & cõiter Doct. de materia tractantes ibi referat quinque opi. Sed tãdem concludit ꝙ proprie appone nepotis nõ venit filius fratris, & ponit tres fallẽtias, quarum vltima est nobilior cæteris, nisi cõis vsus loquendi esset ꝙ nepos sumeretur pro filio fratris, quia dicit ipse post Bal. & cõiter oẽs ibidem filij filiorum apud oẽs ablatici appellãtur, filij aũt fratrum nepotes. & sumpta occasione plura inserit de cõi vsu loqnendi & quanta sit eius vis. & vltra eũ adde quæ amplissime cumulantur per Fel. in salutatione Gregorianæ compilationis, vbi copiosissime de hac materia vsus loquendi disserit, & inter cætera in indiui duo col. 2. dicit de nepote ꝙ ex propria significatione significat filium filij. sed secus est de communi vsu loquendi secundum quem accipitur pro filio fratris. Ita ẽt concludit Panor. post Anton. de Butr. ibidem. & hoc ẽt si materia sit odiosa cõtra Fede. de Se. consi. 38. Et pro hoc vide eundem Panor. in ca. tua. de consanguini. & affini. vbi inducit ad quæstionem ꝓ statutis & concludit, ꝙ sic deberent intelligi statuta de nepotib.
4 facientia mentionem. †quia dicit ipse cõis vsus loquendi præiudicat proprie significationi, vt per Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & Inno. in c. olim. de verb. signi. & gl. in c. nonnulli. extra. de rescr. Adde duo signanda dicta. Vnum Iac. But. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. vbi dicit quod cõis vsus loquendi dat verbis proprium significatum. Alterũ Bal. in titu. de pace constantiæ. §. sententiæ. vbi dicit ꝙ omnis intellectus qui non consonat auribus vulgi est extraneus, ar. c. ex literis de spon. & de his dictis vide Andr. Barb. in d. c. nonnulli. de rescript. extra. col. 7. vbi plura ẽt in hac materia effundit, & inter cætera quod refert Francis. de Rampo. in quodam consi. incip. statuto cauetur ꝙ ponitur inter consi. Io. Cald. Ficens. ꝙ verba etiam prolata a iurisperito licet communiter intelligantur ꝛm iuris dispositionem, vt est tex. in l. si dictum. ibi nõ ita, ut vulgus opinatur. ff. de euict. gl. in l. quoties. ff. fa. ercis.
5 & l. quid si nepotes. ff. de testa. tutel. † tamen hoc fallit si aliter se haberet communis vsus loquendi. de quo vide Fely. in salutatione decretalium. col. 4. Redeundo ad propositum dicendum est ergo ꝙ vbi consuetudo aut ordinatio regia in hoc regno faceret mentionem de nepotibus, deberemus intelligere de filiis fratrum, quia ita est communis vsus loquendi etiam apud sensatos & graues, filios etenim filiorum non nepotes, sed paruos filios appellamus.

Succedendo auo vel auiæ. Hoc dicit notanter respectiue ad ascendentes & non ad collaterales, & ratio assignanda est hęc, quia in linea directa tantum hẽt locum repræsentatio & sic in successione ascendentium. secus in linea collaterali vt ẽt eadem consuetudine Parisiensi cauetur. artic. 149. & rationem rationis assignare potes, secundum Nico. de Neapo. in §. j. inst. de leg. agna succes. & Io. Fab. in §. cęterum. eo. tit. quia ius quod habet succedendi transuersalibus non est ita po
6 tens sicut ius succedendi ascendentibus, † quia non ita debeẽ successio transuersalium siue collateralium sicut ascendentium. & hanc rationem refert, & sequitur D. Iason. in §. cum filius. insti. de hæredi. quæ ab intesta. defe. in addi. ad Christoph. Porcum, & idem D. Iason. in l. si auiæ. col. 2. C. de succes. edic. cum hac consuetudine Parisiensi concordat Aurelianen. arti. 248. cum hac modificatione nisi de consensu partium quarum interest ita permittatur. discordat autem Trecen. nam etiam in linea collaterali admittit repręsentationem vsq; ad filios fratrum inclusiue arti. 92. & huic consuetudini Trecen. sunt similes Caluimontis arti. 79. & Vitriaca arti. 66. Itẽ discordat a Parisiensi Turoneu. artic. 24. in titu. de succes. feudo. Quatuor alię sunt consuetudines apertius quam cæterę Parisiensi contrariãtes, quia dant repręsentationem in omnibus successionibus, & ascendentium & collateralium donec aliquis de genere reperiatur. Cenomanen. 241. art. Andegauen. arti. 225. Pictauen. 212. Lugdunen. arti. 10. in titu. de succes. Nouissime discordat etiam Carnoten. quæ repræsentationem concedit etiam in linea collaterali, secundum iuris dispositionem artic. 16. ꝙ vt intelligas aduerte, ꝙ nouissima iuris communis dispositione in linea collaterali habet locum repræsentatio quando tractatur de hæreditate patrui, vel auũculi seu auunculæ, vel materterę, quia tũc filius, vel nepos succedit loco patris, & simul & semel cum aliis patruis. tex. in auth. cessante. & in corpore vnde sumitur. C. de legi. hæredi. in aliis autem transuersalibus secus, quia filius, vel nepos tunc non succedunt in locum patris præmortui. immo excluduntur per patruos qui viuũt. tex. in auth. post fratres. C. de legi. hæredi. & ibi Bar. hanc declarationem ponit Cy. in d. auth. cessante. Bal. in l. 3. C. eo. ti. Io. Fab. in d. §. cum filius. & ibi Ang. adducens tex. in l. auunculo. C. cõmunia de succes. & ita consuetudo nostra secuta est antiquã iuris prudentiam quæ omnino collateralibus negabat repræsentationem, vt dicit Do. Iason. in addi. ad Porcum, in d. §. cum filius. per §. si plures insti. de legi. agna. succes. sed cõsuetudo Carnoten. est secuta nouissimã iuris prudentiam de qua s. aduerte
7 etiam quod † quando succedunt nepotes cum patruis succedunt tantum in stirpes & non in capita. vt est tex. in d. §. cum filius. vbi Io. de Pla. hoc modo declarans in stirpes. i. in locum suę stirpis. i. sui patris. omnes enim habent tãtam partem quãtam habuissent si viueret.

Repræsentat. Filius ergo primogeniti repręsentat patrem suum in iure primogenitureę. Ratio assignari potest, quia succedens alicui censetur eiusdem qualitatis cuius est ille cui succedit. l. in his. §. non debet. ff. de regu. iur. Et sic quantũ ad nos est sopita illa quæstio de qua superiore libro amplissime diserui. an nepos pferatur patruo in successione aui. & pro ista repræsentatione est tex. in §. cum fi
8 lius. insti. de hære. quæ ab intesta. deferuntur. † per quem tex. dicit Io. de Pla. ibi esse limitationem regulæ dicentis quod proximior est in successione. vt instit. de serui. cogn. §. toties. & § si plures. de legi. agnato. successio. quia regula illa procedit nisi vlterior in gradu succedat in locum alicuius propinquorum, quia tunc non venit ex persona sua, sed ex persona eius in cuius locum succedit. ita formaliter dicit prædictus Io. de Pla. & sic sentit ꝙ succedit vt pater & non vt filius, ꝙ reprehendit Dom. Iason. in d. l. si auiæ. C. de succes. edi. dicens ꝙ text. ille in §. cum filius. qui vult, ꝙ nepos succedat in locum patris debet intelligi. i. in gradum, ac si esset in eo. gradu in quo erat pater, sed non ex persona patris, & ita succedit, vt nepos & non vt pater. & hęc declaratio prius fuit Bartol. in l. j. §. si sit nepos. in pri. colum. ff. de collatio. do. & l. j. §. si filius. ff. de coniugen. cum emancip. liber. & l. 2. ff. de liber. & posthum. & l. si auus. in fin. C. de liber. pręter. Bald. in l. fin. C. de pact. ita Alexand. voluit

Source : BIU Cujas

consi.20.j.vol.& consi.4.quarti vol. & sic vult,ꝙ nepos succedens auo non succedit ex repræsentatione patris sui,sed ex capite proprio.Certe quæstio ista est subtilis. & pro hac parte
9 est,quia †nepos prætetitus in testō aui rumpat testm̄.l.si auus. C.de libe.præte.si autem venire,ex capite patris non rumperet quia pater fuit institutus Bart.in l. Gallus. §.& quid si tm̄.ff.de libe.& posthu.col.pen. tenet quod ex persona patris filius succedat & non ex persona sua nisi representando patrem, vt dicebat s.Io.de Pla.& Io.Fab.in d.§.cum filius.Et ita vult nostra consuetudo,& hoc est certe rōnabile, quia licet ex capite suo concurreret in successione cum patruis,tm̄ non in iure primo genituræ cum ipse primogenitus nō si, & est verisimile quod patrui sunt primogeniti, necesse est ergo ꝙ illam qualitatem successionis in primogenitura habeat representatiue & ex capite patris.& ita pro resolutione potes dicere, ſm Bal.in d.l.si auus.& Sali.& Doc.post eum,aliqm̄ quis succedit alteri remotine siue priuatiue,idest remoto eo qui erat prior in gradu,& tunc ille qui succedit non succedit ex persona primi.sed ex persona sua.& sic procedat tex.in d. l.si auus . & pro hoc adducit Bal.simile per id quod in c.fi.ne præla.vices suas.extra. vbi dr̄, ꝙ remoto vno canonico , vel morte, vel depositione aut aliter succedit alius,ille alius nō ibi ex persona primi, & ideo nō
10 tenetur ad debita primi . † Aliqm̄ quis succedit loco alterius p transmissionem , quia primus transmittit in ſm successorem suum,& tunc necesse est, ꝙ ex persona primi.l.qui in alterius. de reg.iu.l.Gaius. ff.de manu. Et sic ergo cum istud ius primogenituræ competat huic filio primogeniti sola transmissione ipsius primogeniti cum ex hoc capite suo non habeat. vt di, ctum est s̄.& ideo non mirum si representatiue dicatur tantū obtinere ius primogenituræ.¶Sed aduerte quod huic consuetudini aliquę concordant in totum aliquę discordāt in totū , aliquę in parte concordant & in parte discordant.Concordāt in primis Trecen. consuetudo art.92. Calui montis art.79.Vitria.arti.66.Carnoten.artic.92.Aurelianen.art.243.& 249.Turonen.artic.3.de successio.feudo.Borbonen.artic.12. in titu.de successio. discordat autem consuetudo Melden. artic.91. Ambianen.artic.37.nisi fuerit literis aut facto specialiter concessa. Item consuetudo Belliquercus artic.16.aliæ autem consuetudines mixtę videntur respectiue ad prædictas. Melden.arti.41. qua cauetur quod quando sunt patrui aut auunculi succedit filius primogeniti sine iure primogenituræ.Cenomanensis autem consuetudo etiam ius primogenituræ concedit , sed non totaliter, quia non dat sibi mansionem principalem cum pertinentiis,sed tantummō habet duos trientes feudorum quos haberet etiam suus pater cum māsione principali,vt habetur artic.240.& huic Cenomanen. consuetudini cōcordat Andegauen.vt ēt cōiter in alijs in primogenitura statutis arti.223.

11 †Sed quæritur,an cōsuetudo nostra de repræsentatione tractans sit intelligenda tm̄ in hoc filio nepote & suo filio primogeniti,an vero æque intelligēda sit in pronepote abnepote & aliis inferioribus.& vr̄ primo dicendū ꝙ extendatur ad quoslibet descendentes,quia qm̄ non pōt coniecturari nisi vna ratio debet fieri extensio ſm rōnem coniecturatam. Cy.in l.nō dubium. C.de legi. Bald.in l.maximum vitium. C.de liber.præte. Panor.in c.cum inter.2.col.de elec.extra.Fely. ample in c.trāslato. in fi. de consti.extra. sed tm̄ hæc vnica rō coniectari pōt de qua s̄.diximus,quia succedens alicui censeri debet eiusdem qualitatis cuius est is cui succedit, ergo ex idētitate rationis ad oēs descendentes extendi debet. Item pro hoc adduco gl.insti tu.de successio.liberto.in §.nullum.in verbo,ad quintum gradum vbi dicit gl. ꝙ omnes descendentes sui patris loco succedunt per tex.in d.§.cum filius.& in auth.eo.tit.§.j.¶Sed in contrarium facit bonus tex.in §.huiusmodi.in auth.de hæredi.ab intesta.venientibus,vbi dr̄ ꝙ representatio non extenditur extra personas nepotum . & per illum tex.dixit Io.Fab. in d.§.cū filius.quod ille.§.loquitur in filiis filiorum,vel filiarū,sed non in pronepotibus.& pro hoc adducit Spec. ita tenentem. in tit. de succes.ab intesta.vers.quid si aliquid.¶Pro resolutione dic, quod sequendo iuris cōis dispositionem vsque ad pronepotē debet habere locum representatio & non vlterius per tex.in §.fi.insti.de hęre.quæ ab intesta.per quem tex.ita tenet Io.Fab. Ita etiam tenet Ang.de Are.in d.§.cum filius.in 3.notabili.per illum tex.ibi pronepotes in locū patris succedere. ex quo colligit,quod ergo vsque ad pronepotem quis succedit in locum patris & sic vlterius non vr̄ permitti per l.auunculo. C. cōmunia de successio. & Bar.in l.j. §.si quis non. ff.de suis & legi.Ita ēt ibi tenet.D.Ias.in addi. ad Christoph.porcum. Nec obstāt. s̄. adducta,quia non est identitas rōnis in aliis,quia sic esset pro-
12 cessus in infinitum.infinitas autem est vitanda. †Pro hoc facit bonus tex.in c.2.de rescr.in 6.iun.gl.ibi in verbo,nullis.ad hoc colligit concordantes,quarū aliquę bñ proposito congruunt. signanter inquantum dicit qd̄ hæres non oneratur in infinitū fideicommissum soluere.ff de lega.3.l.fideicommissa.§.si quis decem.immo ēt in materia fauorabilissima puta in relictis ꝑ redemptione captiuorum.l.vt inter diuinū.C.de sacrosecc.& rō ibi assignatur in fi. prædictę gl. quia hæc infinitas nihil hēt honesti in auth.de referenda. ad fi.coll.2. & est canonibus inimica.c.qm̄ intm̄.de præben.extra.& de infinitate vitanda.vide Bar.in l.qui bona.§.fi.ff.de dam.infec.Bal. & cōiter Doct.in l.i. in prin.C.de senten.pro eo quod interest. ¶Pro cōfirmatione huius conclusionis , ꝙ scilicet vsque ad pronepotes tm̄ & sic vsq; ad duos gradus fiat representatio . adde in simili Ang. in l.si finita.in prin.ff.de dam.infec.vbi dicit, quod si quis tenetur aliquem iudici repręsentare toties quoties voluerit non tenet̄ vltra bis.Item dicit idem Ang.in l.2. §.quod dicimus. ff.si quis cautio.ꝙ volens probare impedimentum per iusm̄ nō potest nisi bis p tex.singu.in l.fi.ff.de bonis authoritate iudi.possiden.
13 †Item clausula,ꝙ toties quoties aliquid contrafactum fuerit committatur pœna, intelligitur vsque ad bis & non vltra.Bar. in l.si duo.§.semel. ff.de arbi. item iudex reuocare pōt interlocutoriam sed non nisi bis.Bart.in l. quod iussit.ff.de re iudica. Item legatum per annos intelligitur per duos.l.libertis. §.fi.ff. de manu. testa. item testes non reprobantur nisi bis cap.licet. de testi.item probatio per testes post publicatū processum pōt tm̄ fieri bis.Bal.in c.iurauit.de probatio. Exceptio excōicationis non opponitur nisi bis.ca.pia. de exceptio.in 6.Sic ergo in proposito hæc repręsentatio concedi debet tantum bis idest vsque ad ſm gradum descendentium. & ideo dicit Ange.in d. §.cum filius.quod glos.insti. de succes. liberto.s̄.allegata est sic moderanda vsque ad pronepotes. Nec ob.tex.in d.§.hmōi.qa Io.Fab.in d.§.fi.insti.de hæredi.quæ ab intesta. defe.respondet, ꝙ dispositio illius.§.corrigitur.per tex.illum insti. vel secundo ꝙ procedit quando pronepotes vellent venire ad successionē pātruorum cum ascendentibus. Secus vbi agitur de successione ascendentis vt in proposito.Et ita etiam dicit Ang. in d.§. cum filius.post Doc.in auth.cessante. C.de legi. hæredi.

Si vero sint filiæ.

In hac secunda parte huius articuli disponit de filiabus vtrum in his repręsentatio locum habeat.

Repręsentant dictum patrem.

Et sic vult consuetudo quod quicquid habent nepotes ex successione aui habeant repręsentando patrem suum, non autē ex persona sua.de quo supra diximus.

Omnes simul pro vno capite.

14 Et partiuntur cum patruis. †& hoc est conforme dispositioni iuris,quo cauetur ꝙ nepotes succedunt cum patruis in stirpes & non in capita.de quo est tex.in d.§.cum filius.insti. de hæreq uæ ab intesta.defer.ratio ibi duplex assignatur per Christoph. porcum. Prima nam cum admittantur vna cum patruis eo quia succedunt in locum patris non plus sunt habituri quam eorum pater si viueret.arg.l.si viua mater. C. de bonis mater. Secunda ratio,quia cum admittantur ex æquitate contra pūcta iuris debet intelligi & moderari hæc equitas ne lædat ius tertij.l.2.§.merito.& §.si quis a principe.ff.ne quid in loco publico. Tertiam rōnem assignare possumus & naturalem.nam in causato non potest esse plus virtutis quam procedat ab influenti potentia causæ , vt inquit Philosophus . pro quo facit bo.tex.in c.j.§.hoc aūt notandum.qui feu.da. pos.in vsib.feud. Bal.in l.j.ff.de senato.& ita ergo non possunt filij ex primogenito plus habere quā eorum pr̄,adhuc filiæ minus,vt dicetur, & sic ergo succedunt in stirpes cum patruis . ¶Sed quid si sint tm̄ nepotes ex patruis,an succedant in stirpes vel in capita ipsi nepotes inter se.in capita appello prout iura volunt & exponunt.i.ſm nepotū numerū. vt est tex.formalis in auth.de hær. ab intesta.§.si vero neque fratres. & de hoc maxima est cōcertatio inter Doct.qui hanc.q.examinant communiter in auth. cessante. C.de legi.hære. Et vt de hac.q.aliqd obiter delibem̄.

Aduerte quod duæ fuerunt opin.prin in hac materia.Vna fuit Azo.qui tenuit ꝙ veniunt capita,in auth. de hære. ab intesta.venien.§.si autem defuncto.Hanc opi. videtur sequi glo.in d.auth.cessante.& glo.insti.de legi.agna. succes.§.hoc ēt.Hanc opi.tenuit Iac.But.in d.auth.cessante. per tex. in l.lege.12. tab. C.de legi.hære.& l.2.§.hereditas.de suis & legi.ff.in quibus est casus quod de iure ciui. C. & ff. debent venire in capita. Hanc etiam opi.Azo.tenet Sali.in d.auth.cessant. col.j.in fi.vbi dicit qd̄ opin. Azo. videtur sibi fortioribus argu. fundata, quia de iure fforum.& C.succedunt inter se per capita , nec reperitur ius corrigens expresse,ergo nec corrigere debemus,& idem tenet in auth.post fratres eo.titu.Et ita etiam tenet Ang.de Are. in d.§.cum filius col.3.vbi dicit quod credit hanc opin.de iure
15 veriorem,& mouetur,vt Sali.s̄.adducens illud, quod †ex tacito intellectu & subaudito nunq̄ a contrario sensu debent leges corrigi per glo.singu.in c.cupiētes.§.quod si per 20. de ele. in 6.pro qua glo.dicit se solitum alleg.tex.in l.fi.§.filius autem. C.de bo.quę libe.iuncta.l.pen.& fi. C.qui testa.face.pos.& mouētur oēs tenentes hanc opi.principr̄,quia hoc specialiter determinatur

Source : BIU Cujas

terminatur qñ ſuccedunt cum patruis, vt ſuccedant in ſtirpes. in §.cum filius. ergo ſecus ſi ſint inter ſe filij fratrum ſine patruis & bona eſt rō diſſerentię, quia qñ ſunt patrui qui ſunt ꝓximiores in gradu nepotibus deberent nepotes excludere, ſed ius eis ex priuilegio concedit quod ſuccedant in ſtirpes loco parentum, hęc rō ceſſat qū nulli ſunt patrui, quia tunc ipſi ſuccedunt & non in locum patris, & ita vī numero ſucceſſio diuidenda. Hanc rationem refert Barto. in loco allegādo infra. & Bal. in titu. de ſucceſſ. feu. col. 2. & certe optime probatur in d.§.cum filius. ¶Secunda fuit opi. quod nō in capita, ſed in ſtirpes, & hanc opi. tenuit gl. Accur. in §. ſi aūt deſuncto. in auth. de hære. ab inteſta. venien. per tex. in §. ſi vero. eo. ti. & idem in l. j. in fi. ſi pars hære. petatur. ff. in verbo hæreditatis, vbi tī nihil allegat. ſed in verbo, vendicationem allegat innuens iura ānri qua. C. & ff. correcta per illud aut. vt ponderat ex illa gl. Barto. in l. poſt cōſanguineos. § hæreditas. ſſ. de ſuis & legi. Iac. de Bel. in d.§. ſi vero. idem tenet per illum tex. iuncto illo. §. illud. eo. ti. vbi dī quod filij fratrum ſuccedentes ſunt loco parentum ſuorum, & ita ergo dñt ſuccedere in ſtirpes ſm diuerſos parentes. Item quia tex. in auth. poſt fratres. C. de legi. hære. dicit poſt fratres fratrumq; filios ceteri vocantur in capita, ergo fratrum filij in ſtirpes ſunt vocādi. Ita tenuit Dy. & Cy. in d. auth. ceſſan.

16 ¶††Hanc opi. tenuit Bar. in d. l. poſt cōſanguineos. §. hæreditas. ſſ. de ſuis. & legi. vbi dicit quod cum de facto hoc qō occurriſſet non diſceſſit ab opi. gl. immo dicit eam tenuiſſe tanq̄ verā, & ita conſuluiſſe in ciuitate Aſſiſij, & eius conſilium, vt dicit Alex in addi. ad Bart. incipit ſuper hæreditate dñi Nico. & c. mouetur primo per tex. in d.§. ſi vero neq; fratres. Scdo per tex. in d.§. illud inductum. vt ſ. per Iac. de Bel. Tertio, quia alias ſequeretur hoc inconueniens quod ſcilicet ēt ſi ſit unus patruus cū eo habeant nepotes ſuccedere in ſtirpes, & tī inter nepotes fieret diuiſio in capita. quod falſum eſt, quia quilibet eſt euocandus pro ea parte quam pater haberet ſi viueret. ¶Cū hac opi. tenuit Bal. in titu. de ſucceſſio. feudo. col. 2. dicens quod nepotes ſuccedunt loco patruum ſuorum, nec diſtinguitur, an ſoli, an cū patruis, ergo nec nos diſtinguere debemus. l. fi. §. ſi aūt. C. de cadu. tollen. pro hoc eſt tex. in l. de precio. ff. de pub. in rē acti. & extra. c. ad audientiam. de decimis. Hanc etiā opi. tenuit idem Bald. in c. j. de natu. ſuc. feu. & c. i. §. pñt. & c j. de gradi. ſucceſſio. in feu. & l. 2. C. de ſuis. & legiti. Hanc opi. tenuit ēt Fran. de Rampo. in d. auth. ceſſante. & Matthę. Matthęſi. in tracta. de ſucceſſio. ab inteſta. in verſ. 2. dubitatur. vbi appellat hanc opi. cōem. & hos refert Ang. de Are. in d.§. cum filius. in fi. C ū hac opi. reſidere vī Io. Fab. in §. cæterum. inſti. de legi. agna. ſucceſſ. dicens eam eſſe cōem. ¶Quid dicendum. certe credo quod prima pars ſit de iure verior. Tum primo, quia vitanda eſt iurīū

17 correctio. ar. c. cum expediat. de elec. in 6. & ††promptum eſt iura iuribus concordare. l. j. C. de inoff. dotibus. Item ſecundo, qa in dubiis pars æquior eſt amplectenda. l. quod ſi Epheſi. in fi. de eo quod certo loco, pro hoc adduco tex. elegantē Pauli. in l. & Attilicinius. ff. de ſerui. ruſti. prædio. vbi dicit. quorum mihi poſtulatio cum non iniqua viſa eſt ſuccurrendum diſputaui, qđ hæc pars ſit æquior adduco Sali. formaliter dicentē in d. auth. ceſſante. col. 2. vbi licet in probabilitate opi. teneri poſſit ꝑ ſecundā opi. tī ad finem ſubiungit quod prima ſi bene ponderetur eſt æquior, pone. n. dicit ipſe quod ex vno fratre ſit vnicus filius, ex alio quinque non. n. eſt ęquum illum vnum tī habere quantum alios quinque, cum oēs ſint deſuncto pariter cōiuncti & in pari gradu. & ideo ſingulariter & nō ſine ratione dicit Sali. in l. 2. C. de ſen. quæ ſine certa quātitate proferuntur, quod qui neſcit æquitare teneat ſe ſuper arzonē. ¶Item facit optime tex. in d.§. cum filius. vbi tex. dicit. & quia placuit nepotes neptes ve. Item pronepotes proneptes ve in patris ſui locū ſuccedere cum patruis. ſ. vt ſ. erat determinatum, ſubiūgit tex. conueniens viſum eſt non in capita ſed in ſtirpes hæreditatem diuidi. ſ. qui in vno grauatur in alio releuetur, ſic qñ nullus eſt in gradu ceſſat hęc ratio, ergo ceſſare debet diſpoſitio. ca. cum

18 ceſſante. de appel. l. quod dictum. ff. de pact. ¶Item, quia ſucceſſiones ſunt ampliandæ potius quam conſtringendæ. glo. multum ſingularis in auth. de hære. ab inteſt. venien. §. iſti vero neque. in verbo, ſi vero. in fi. & ſine mēdicatis ſuffragiis dico eſſe tex. apertiſſimum. & in groſſis literis in eo. auth. §. ſi autem plurimi. vbi dicit tex. ſi autem plurimi eiuſdem gradus inueniantur ſm perſonarum numerum inter eos diuidatur hæreditas, quod in capita noſtrę leges appellant. Ita formaliter dicit ille tex. qui calumniari non poteſt, & ſi quis velit rem obſcurare ex his quę habentur paulo ante illum. §. ſi autem. Reſponde vt Iac. Butr. & Sal. poſt eum in d. auth. ceſſante. & Ang. & Are. in d.§. cum filius. col. 2. Tamen audiui ſecus ſeruari de conſuetudine in his partibus, miror tī quia nō capite patrum, ſed ex ſuo ꝓprio venit hoc caſu quilibet nepotū & in ęqtate gradus.

Sine iure primogenitureę. Et ſic hac conſuetudine filia primogeniti non ſuccedit auo patrem repreſentando in iure primogenituræ. Et pro hac conſuetudine vide in indiuiduo Io. Fab. in §. cæterum. inſti. de legi. agna. ſucceſſ. in fi. vbi dicit ita communiter ſeruari in hoc regno, & hoc dicit iuri conſonū. Concordat huic Pariſi. Melden. arti. 41. Caluimontis artic. 69. Trecenſis art. 92. vult tamen illa conſuetudo ꝙ habeat tātum quantum quilibet patruorum licet alias eadem conſuetudine duæ filiæ non accipiant niſi tantum quantum vnus filius, & idem prorſus habet conſuetudo Vitriaca artic. 66. Sed huic conſuetudini diſcordare videntur Aurelianen. arti. 149. Cenomanenſis. 240. arti. Andegauenſis artic. 222. & 223. Turonēſis artic. 315. & 16. in titu. de ſucceſſ. Pictauenſis arti. 127. Et ita ſm conſuetudinem Pariſienſem multum fauetur ſexui maſculino & fęminino detrahitur. rōnē elicere potes ex dictis in j. li. q. 20. ¶Hi ſunt articuli qui noſtra Pariſienſi cōſuetudine de primogenitura verba faciunt. Cæterum rogo & ſupplex obſecro lectores, ut ſi in conſuetudinum diuerſarum relatione quicquid forſan minus terſum elaboratumque extiterit benigna fronte recognoſcant, hoc quippe commune eſt omnibus humanæ fragilitatis malum nonnunquam cęcutirę. l. tanta. §. quid autē. C. de vete. iure enucle. gl. in c. niſi cum pridem. de renun. extra in verbo, pauci. perſpicacior tutiorque eſt, vt aiunt plurium cenſura & acies quam ſcribentis ſolius & ſingularis.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus, an teneatur ad ſolutionem debitorum pro rata portionis.*
2 *Conſtitutio ad compendium inducens ad diſpendium non pro trahenda.*
3 *Indiuiſibile per contractum eſt etiam per delictum.*
4 *Intellectus. l. 1. C. de reb. cred.*
5 *Prælegata differunt ab hæreditate. Et an debita filio paternam hæreditatem repudianti.*
6 *Verbum poteſt, negatiue poſitum quid importet.*
7 *Executio iuris iniuriam non habet.*

QVAESTIO V. SECVNDI LIBRI.

VTrum filius primogenitus habens maiorem portionem in hereditate patris aut matris ratione primogenituræ teneatur corū creditoribus maiorem partem debitorum exoluere? ¶Hęc qō pulchra eſt, quotidie occurrere poteſt prout nouiſſime eam in facti contingentia vidimus, & quoniam eam nuſquam antea tractatam reperimus breuibus expediemus arguendo in partes, vt altioribus poſthac ingeniis altius perſcrutandi detur

1 occaſio. ¶††In primis ergo videtur dicendum quod non teneatur primogenitus ad maiorem partem debitorum exoluendam per l. j. C. ſi cer. peta. quę videtur quaſi in hac quæſtione ſecurim ad radicē ponere ibi enim probat tex. quod ſi quis hęredum vltra portionem hęreditariam habet aliquod prælegatum, non tamen tenetur ad maiorem partem debitorum, hęc enim ſunt verba tex. neque ęquam neque vſitatam rē deſideras, vt ęs alienum patris tui non pro portionibus hęreditariis exoluatis tu & frater tuus coheres, ſed pro ęſtimatione rerum prelegatarum, cum ſit explorati iuris, hęreditaria onera ad ſcriptos heredes pro portionibus, hęreditariis non pro modo emolumēti pertinere &c. & ita ergo licet vnus ex filiis aut donatione teſtatoris aut conſuetudine maius habeat emolumentum, non tamen eſt inferendum quod ad maiorem portionem ęris alieni teneatur, quia non pro modo emolumeu-

2 ti & vti in textu. ſupra. ¶††Item ſecundo, quia quod ad compendium conſtitutio introduxit non debet ad diſpendiū pertrahi. c. quod nonnullis. de priuileg. extra & c. fi. eo. titu. c. quod ob gratiam. de regu. iu. in 6. & ideo dicit tex. in l. quod fauore. C. de legi quod fauore quorundam conſtitutum eſt quibus in caſibus ad ıęſionem eorum nolumus inuentum videri & maxime qñ fauor. l. ſiue cōſuetudine introducitur, iuuari etenim nos beneficio legis oportet non decipi. ca. vno. de commoda. extra. ¶In ꝺriū agitur per l. ſi merces. §. vis maior. ff. loca. vbi dicit tex. in verſ. alioquin. alioquin modicum damnum ęquo anīo ferre debet cui modicum locum non auſertur. Cū ergo ꝓp debita patris non diminuatur primogenito prerogatiua ſibi conſuetudine competens non debet igitur modicum damnum reſpuere, nec enim ferendum eſt is qui lucrum amplectitur & onus etiam annexum ſubire recuſat. l. j. § pro ſecundo. C. de cadu. tollen. ¶Item quia duplicato emolumento duplicandum eſt onus. arg. l. j. §. ſi coheredes. ff. ad l. Falcidiam. per quem tex. dicit And. Barba. in addi. ad Bal. in titu. de prohi. feu. alie. per Fed. in vſi. feu. §. prēterea ducatus. in verbo, in nouella. quod ſi ſint duo filij ſimul & inſolidum comites in vno comitatu, & vnus eorum efficiatur proditor regis, alteri totus

3 comitatus accedet, †quia quod non poteſt diuidi per contractum non poteſt diuidi per delictum. argumen. ff. de iudi. lege omnem. ſed feudum iſtud comitatus non debet emi

Source : BIU Cujas

præſertim a principe, quia non debet eſſe auarus aut venalis, & ita hoc tñ erit quod alter cui altera pars accreſcit tenebit ad maius ſeruitium, per d.§.ſi cohęredes. vt ex duplicato emolumento ſequatur oneris duplicatio, ſic vł in propoſito nro. Item quia pro portionibus hæreditariis debent debita exolui. l.pro hæreditariis.C.de hæredi.vel actio.vendi. ſed ſic eſt quod illud quod habet filius primogenitus vltra alios hēt iure hæreditario, quod ſatis probat conſuetudo inquantum.ſ. exprimendo prerogatiuam primogeniti loquitur de venientibus ad ſucceſſionem & ſic in qualitate hæredis id habent primogeniti, cum ſi hęredes non eſſent eam non conſequerētur prærogatiuam.¶Pro reſolutione. Credo quod pars hæc ſecunda ſit verior ſaluo tamen meliori iudicio, & ꝓ hac parte adduco tex.quaſi formalem in l.j.C.de anno.& tribu.lib.10. vbi ad literam dicit tex. ęs quidem alienum pro portionibus, ex qua quiſque defuncto hæres extiterit præſtare oportet, & per illū tex.dicit ibi Bar.quod onus æris alieni eſt perſonale, & ita inter
4 hæredes pro portionibus hæreditariis diuidi debet. ¶†Item ēt ſi nullus eſſet tex. iuris ſatis pro hac parte concluderet rō naturalis quod qui in vno grauatur in alio releuari debet. pro qua eſt tex.& ibi glo.in l.eum qui.in verbo. proband. ff.de iureiur.cum alleg.ibi in glo.ex quo etenim filij natiuitate poſteriores grauantur prærogatiua conceſſa primogenito, humaniſſimum eſt & iuſtiſſimum, vt in alio releuentur, puta in ſolutione æris alieni.¶Nec obſtant ſupra in partem contrariam adducta.Primo non obſtat.l.j.C.de rebus credi. per quam audiui quoſdam antiquos ſupremæ curiæ patronatus caſu in cō ſultationem relato contrariam partem tenuiſſe, quia ſi bene conſideretur ille tex.nihil facit, immo potius firmaret ſecūdā partem textus.n. ille loquitur qñ aliquis ex hęredibus vltra hę reditariam portionem haberet aliquod prelegatum prout de iure habere poteſt, quia tunc dicit ille tex.ratione prælegati in plus teneri non debet pro perſoluendo ęre alieno, hic autem non ſimilis caſus, quia quod habet primogenitus non iure
5 prælegati, ſed iure hæreditario cōſequitur, vt ſ.diximus.†Multum aūt intereſt aliquid habere iure hæreditario, vel iure præ legati, nam prælegata accipiuntur etiam hęreditate non adita.Bart.in l.ſi patroni.§.ſed nec illud.ff.ad Trebellia.per l.qui filiabus.§.filio.ff.de lega.j.Item prælegatum ſi euincatur non tenetur hæres l.cum pater.§.euictis.ff.de leg.2.Item vbi hęres eſt indignus & tenetur fiſco reſtituere hæreditatem, tamen non tenetur prælegata reſtituere.tex. ad hoc reputatus ſing. in l.eū qui.§.pro parte.ff.de his quibus vt indi. Ita formaliter Bal.in l. cum virum.2.col.verſi.quæro nūquid prælegata. C.de fideiuſ. Item repudianti filio hæreditatem paternam, tamen prelegata debentur.l.filio pater. ff.de leg.j.etiam ſi ſit emancipatus filius.l.nam nec emancipatus. ff.eo.tit. & ita ergo videmus plurimū differre aliquid habere iure prælegati aut hæreditario. & ita ille tex.l.j. nihil prorſus faceret in propoſito. Item, quia conſuetudo volens nihil poſſe relinqui iure prælegati, ſed tantum iure hęreditario ſpecialem fecit articulum, in titu.de ſucceſſio.arti.2.vbi expreſſe dicit quod non poteſt quis eſſe hęres & prelegatarius, & ita ergo quod habet primogenitus, ex quo formaliter reſiſtit conſuetudo non poteſt conſequi iure præle
6 gati, non poteſt quidem & ſic impoſſibile eſt, †quia dictio poteſt negatiue poſita neceſſitatem importat.glo. in reg.j.de reg. iur.in 6.in verbo, non poteſt. Item & quod id quod habet filiꝰ primogenitus iure hęreditario ſibi competat tenuit Oldr. cōſilio 93. & Albe.poſt eum in proœ. fforum. vbi expreſſe vult, ꝙ non poteſt filius primogenitus regis repudiare hæreditatē paternam, & amplecti regnum quod ſibi debetur iure primogeniturę.ad hoc vide Marti. de Carraziis in ſuo Epithomatę de primogenitura ad fi.vbi dicit & reſpondet obiecto aliquorum dicentium, ꝙ iſtud ius primogenitury competit ex prouidentia ſuperioris vel ex conſuetudine, ergo non defertur iure hęreditario.Reſpondet dando inſtantiam, nam feudum de iure debetur ex prouidentia ſuperioris.c.j.§.cū vero. qui feud. da.poſ.& tamen defertur iure hęreditario.ca.j.de ſucceſ.feu.& de hoc dicemus.ĵ. lib.3.q.2. & ſic igitur cum prærogatiua iuris primogenitury competat iure hæreditario ſequitur infallibiliter, ergo filius primogenitus tenetur ad maiorem partem æris alieni, alias non fieret diuiſio pro portionibus hæreditariis Nec ob.quod id quod eſt introductum ad fauorem nō debet in læſionem retorqueri. Reſponde quod per hoc nulla ſequit læſio, & nulla iniuria ipſi primogenito fit, qui etenim iure pu
7 blico vtitur non videtur iniurię faciendę cauſa hoc facere.†iuris enim executio non habet iniuriam.l.iniuriarum.in princi. ff.de iniur.nec mirandum eſt ſi quis quęrat quod ſuum eſt.canoſſe.63.diſt.cum ergo de iure ita ſit quod ſcilicet pro hęreditariis portionibus debeat ęs alienum perſolui ideo conqueri non poteſt primogenitus.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura, an ſe extendat ad vtroſque parentes.*
2 *Facultas ſimpliciter conceſſa quibus vicibus videatur conceſſa.*
3 *Fructus agri dare promittens, an liberetur ſemel pręſtans etiam ſi bis fructificet.*
4 *Priuilegium prędiudicans poſterioribus quomodo intelligendum.*
5 *Reſcripta & principum priuilegia quę duo ſpecialia contineant, nō valēt.*
6 *Priuilegium equipollet naturę, nec abſurda interpretandum.*
7 *Priuilegium ſingulariter conceſſum, an & quando ad alium extendatur. Regula correlatiuorum eſt regula parium.*
8 *Verba generalia medium habile debent habere, vt generaliter operentur.*

QVAESTIO VI. SECVNDI LIBRI.

VTrum circumſcripta conſuetudine primogenitus conſequi debeat ius primogenitury in hęreditate patris & matris.¶Circa ius primogenitury diuerſę ſunt conſuetudines, vt ſupra diximus. Aliquæ hoc ius dant in hęreditate patris & matris, aliq̄ in hęreditate tantum patris, aliqua nihil prorſus determināt, ſed tantum dicunt primogenito ius primogenitury competere, & tunc hoc caſu quando ſic generalis eſt conſuetudo circa ius primogenitury, an debeat competere in ſucceſſione tātū patris, vel in ſucceſſione patris & matris. bona eſt queſtio. ¶Hanc queſtionem non vidi per aliquem motam, & ideo ꝓ elucidatione eius opponam ſolito de more meo in partes.
1 ¶†In primis videtur quod in ſucceſſione alterius tantum conſequi debeat, probatur quia ſimplex ſermo puta quod primogenitus habeat talem prerogatiuam debet intelligi pro prima vice & pro vna ſucceſſione & non pro duabus, pro hoc videtur eſſe bonus text.in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo. ſigni. vbi habetur quod ſi alicui mulieri legentur centum dū nupta erit intelligitur de primis nuptiis & non de duabus, ſi contingeret hanc mulierem ſecundo nubere. hinc dicit Bal. in c.preſentata.col.4.de teſti. quod facultas data patribus conſilij generalis de eligendo locū conſilio intelligitur de prima
2 electione. †Item facultas alicui conceſſa intrandi religionem monialium expirat per vnum actum ſiue per primū ingreſſum. Alb.in 2. parte ſtatu.q.181. Item poteſtas arbitrandi conceſſa intelligitur pro prima vice. Bal.in l. ſi vt proponis.j.ad ſi. C.quomo.& quam.iudi. vbi alleg. Inno.in c.veniēs.de iureiu. & idem de poteſtate data arbitris de prorogando terminum. Spec.in titu.de arbi. §.excipitur. verſ. ſed quid ſi fuerit actum. Bal.in c.fi.10.col.de conſue.& c.olim.de reſcrip. Item ſi fuerit poteſtas alicui ſubdiacono data contrahendi matrimonium contemplatione certæ mulieris, & tunc ille non poterit contrahere niſi cum illa & non cum alia, ſecundum Phili.Franc. in ca.j.de filijs presby.in 6.adducens text.in l.matrimonij.ff.de
3 ritu nup. †Item promittens dare fructus alicuius fundi liberatur ſoluendo primum fructum etiam ſi fundus bis fructificet. Bal.in l.diuortio.§.quod in anno. ff.ſol.ma. vbi dicit ita fuiſſe diſputatum circa montes, & ita ibi ſequitur Imo. per dictum. §.hoc ſermone.immo dicit Domi.poſt Arch.in c.ſi propter 8. col.de reſcri. quod ſi primi fructus ſint fere inutiles tamen primos fructus ſoluendo liberabit.& ita videtur in propoſito qđ primogenitus accipiendo ius primogenituræ in altera ſucceſſione debeat eſſe contentus, eſto quod prima ſucceſſio ſit minus prągnans q̄ ſecunda per prędicta. & de his conſimilibus, vide Fely.late in c.innouamus.de treug. & pa.extra. & Rochū de curte, in ſuo tract.de iure patro.in verbo, honorificū.q.10. vbi tractat, an patronus laicus pluries variare poſſit, & ibi tandem concludit quod tantum ſemel variare poteſt, contra glo. in clemen.ſi pluries.de iure patron.ſic ergo in propoſito videtur dicendum.
11 ibi allegatis. ¶†Tertio & vltimo mouetur , quia actiones ita adhęrent oſſibus creditoris quod ab eius perſona euelli non poſſunt.l.quis ergo caſus.ff. pro ſocio.Et ita concludit Alexã. quod ad ipſum fiſcum loci habitationis ſpectat ex actio huiꝰ nominis etiam debitoris exiſtentis in alio territorio.Et ad allegata vnam tantum facit reſponſionem, quod hæc procederẽt quando iſte defunctus habebat diuerſa patrimonia in diuerſis locis & ita in alio loco habebat nedum nomen debitoris, ſed etiam immobilia, quo caſu cenſetur vterque fiſcus hęres l.tutoris.C.ad l.Iulia. de vi publi.& ideo hoc caſu ad diuerſos trãſeunt actiones actiue & paſſiue , quia diuidi debent ſicut fit inter hæredes.l.pro hæreditariis.C.de hæredi. vel actio.vendita.cum vulg. Et dicit quod Guil.de Cuneo, ita reſpondet ad hanc.l.quæritur.§.poteſt. ff. de pœnis. & d.l.ſi certarum.Et ita ergo vī velle Ale.qđ iſta nomina debitorũ alteriusloci cenſeri debeãt eiuſdem naturę cuius ſunt aliæ res q̃ ſunt in loco in quo defunctus obijt.Et ſic primogenitus in diuiſione noĩa ẽt exiſtentia extra territorium vbi defunctus habitabat habebit prærogatiuam etiam ſecundũ conſuetudinem illius loci non loci vbi debitor. Ex prædictis vide Sali. & Alexan.in opi.conformes,Lappum autem diſſentientem. Amplectere quã partem volueris. Credo pro nunc quod opi.Sali.& Alexan.ſit verior,& quod ſeruaret in practica.Et ad confirmationem accedat quod dicit Bal.in c.i.de cõſti.extra col.pen.vbi quærit vtrũ princeps mundi poſſit dotare filias ſpurias, & arguit qđ non quia legibus viuere debet.l.princeps. ff.de leg. In contrarium
12 facit†quia ſufficit pro ratione voluntas in principe.l.j.ff. de cõſti.princ.& ideo vt refert dixit imperatori quædã mulier cuius amplexꝰ imperator dicebat illicitos, date ſi lubet licet, ex quo

infert-

Source : BIU Cujas

infert qđ ſi dominus Barnabas habuiſſet in Mediolano plenitudinē poteſtatis potuiſſet donare amaſijs ſuis bona exiſtentia in territorio Mediolanen. vel nomina debitorum Medio. quia iura ibi videntur poſſideri vbi eſt domicilium vel vbi reꝰ ſortitur forum, qua propter etiā ſeipſum obligare potuit. l. fideicommiſ. §. tractatum. l. quæro. ff. de ſolu. l. j. C. vbi fideicom. peti poteſt, ſunt verba Bal. facit quod no. dicit Panor. in c. ex inſinuatione. de iurepatro. quod ſi primogenitus ſuccedat in hę reditate, prout eſt de conſuetudine Anglię ſuccedet ipſe primogenitus in iure patrona. indiſtincte. Et adde quod idem tenuit Soci. conſi. 36. in j. volum. colum. 4. in fi. & ſeq. poſt Salic. vbi ſ. concludit quod dos inſtrumentarie debita cenſetur nomen & actio. ita quod reputatur de bonis exiſtentibus ī loco vbi morabatur illa cui debebaī. facit quod voluit Flo. ī l. Proculus. verſi. Item videtur hæc lex fame. ff. de vſufruc. † vbi dicit
13 quod appellatione pecunię veniunt nomina debitorum. Vel dicamus ſecundū ſupradictū in prædicto ſuo tractatu, quod nomina debitorum dñt cenſeri ſecundum ea pro quibus dantur, quia ſi ad mobilia ſortiantur naturam mobilium, ſi ad immobilia naturam immobilium, pro hoc ſequiturī annuis redditibus quod dicendum ſit, colligitur ſecundum Bald. in l. iubemus. la grande in prin. per illum tex. C. de ſacroſanct. eccl. cum aliis allegatis per eum, quia annui redditus inter immobilia computantur, cle. exiui. §. cunque annui redditus. de ver. ſignifica. in clem.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo iuris primogenituræ an trahatur ad forenſes. 5.*
Doctor inter ſcholares forenſes quomodo habeat iudicare.
2 *Conſuetudo cohabitantes unanimiter ligare an debeat.*
3 *Statutum habilitans perſona an liget forenſem. 4.*
6 *Conſuetudo eſt tantum localis, & ſubditos ſolum ligat.*
7 *Forenſes an ligentur ſtatutis.*
8 *Statuti vis extrema habilia conſiderat.*
9 *Statutum de inſtrumentis guarentigiatis an trahatur ac forenſes.*
10 *Ciuis nouellus æquiparatur forenſi.*
Reconciliatus nouiter non differt ab inimico.
11 *Effectus limitatus inſurgit ex cauſa limitata.*
12 *Ciuis adoptiuus quis dicatur.*
Priuilegium æquipollet naturę.
13 *Ciuitas & patria idem important.*

QVAESTIO. X. SECVNDI LIBRI.

VTrum conſuetudo iuris primogenituręvnius territorii extendatur ad forenſes. ¶ Quæritur vlterius † ſuppoſita conſuetudine
1 quod primogenitus in totum vel in bonam partem hæreditatis paternæ ſuccedat, an filius primogenitus forenſis ibi decedentis gaudebit hac prærogatiua. ¶ Et primo vī dicendum qđ non, quia præceptum imperatoris non ligat niſi ſubditos. l. 1. C. de ſumma Tri. ergo nec ſtatutum. Et pro hoc facit glo. not. in c. quæ contra. 8. diſtinctio. ubi habetur quod forenſes & peregrini non ligantur conſuetudinib. loci vbi, viuunt, ſed ſoli ꝑ petuo habitantes. Et ideo dicit ibi Archi. poſt Albe. Papienſem & Ioan. Baldui. quod Doctor inter ſcholares forenſes non iudicabit ſecundum conſuetudinem ciuitatis, ſed ſecundum iura communia. facit quod in ſimi. dicit glo. in l. j. C. de ſumma Trini. quod ſi. Bononien. conueniatur Mantuæ non debet iudicari ſecundum ſtatuta Mantuæ quibus non ſubeſt, & ibi idē dicit in ſcholarib. bonus pater Odoffredus, & ad hoc vide Fel.
2 in c. quod clericus. de foro compe. ¶ † In contrarium facit, qa quilibet tenetur viuere ſecundum conſuetudinem illorum inter quos conuerſatur. c. illa. 12. diſtinctio. ibi Cardi. Alex. adducit illud vulgatum. cum fueris Romæ Romano viuito more. fa. tex. in clem. dignum. de celebra. miſſa. & ibi no. Card. de Zaba. & Ioan. de Imo. quod vnuſquiſque debet ſe coaptare moribus eorum cum quibus cōuerſatur. Et hoc inducunt ad eos qui vadunt Cathaloniam, nam non peccant ibi comedendo carnes. Et idem de Papienſibus & aliis qui comedunt carnes Mediolani vſque ad primam dominicam quadrageſimæ, de quo per Chriſtoforum porcum. inſti. de iure natura. gen. & ciui. in §. reſponſa prudentum, alias in §. ſed quod principi placuit, de hoc aliquid ſ. vidimus. ¶ Hanc quęſtionem tangit Pet. de Bellapertica gallorum iuriſconſultorum princeps. in d. l. j. C. de ſumma Tri. & eum ſuo more fideliter ibidem refert Cy. col. 3. qui arguit in partes, & deinde diſtinguit poſt Pet. ponēs amplam diſtinctionem comprehendētem materiam delictorum & cōtractuū quem per te videas. ¶ Albe. de Roſa. ibidē tangit col. 7. in fi. Et refert aliquos ſimpliciter dicētes quod ſic. Sed dicit ipſe, in contrarium facit illa. l. j. C. de ſumma Trinita. & l. debitor. in fine. de pigno. ff. & nihil aliud dicit. Sed vide latius eundem Albe. in j. parte ſtatutorum. q. xlvj. & in ij. parte.
3 q. 9. ¶ † Hanc etiam quæſtionem tangit Bar. in l. cunctos populos, vbi diſtinguit dicens quod ſi verba conſuetudinis dirigun tur in perſonam non habebit locum cōſuetudo ſn bonis iſtiꝰ forenſis, ſed ſuccedunt filii equaliter. Ratio, quia vbi ſtatutum loquitur perſonam habilitando vel inhabilitando non ligat forenſem. l. j. in fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Secus autem ſi loquatur conſuetudo per uerba quæ in rem diriguntur, tunc ligaretur forenſis quo ad bona, quia ſtatutum poteſt bona ligare. l. reſcriptum. §. fi. ff. de muneri. & honori. l. an in totum C. de ędificiis priuatis. no. in c. fi. de conſuetudine. Et ita in ſimili diſtinguit in l. aut qui aliter. §. fi. ff. quod vi aut clam. ¶ Bald. autem, licet ſublatioribus, & diffuſioribus verbis, idem videtur tenere in d. l. cūctos populos. col. 8. 9. & 10. pſertim ibi, vlterius
4 quæro, vbi concludit. † quod ſtatutum non poteſt habilitare perſonas non ſibi ſubditas, nec circa perſonam aliquid diſponere, dicens quod. l. j. C. de emancipac. libe. non ob. quia ibi potius ſtatutum diſponet circa modum formę quam circa ius perſonæ, vel aliter dicit quod quędam eſt habilitatio in qua cooperatur conſenſus, ut eſt prorogatio iuriſdictionis & tunc poteſt, & ſic procedat illa l. j. quædam eſt habilitatio quæ non pōt procedere ꝑ conſenſum hominis, & tunc ſecus, & de hac habilitatione loquitur in propoſito. ¶ Sali. in ea. l. j. col. 4. & v. tangit de hac quæſtione ſignanter ibi, quia proxime dicta loquuntur, vbi diſtinguit poſt relatam opi. Bar. Aut ſtatutum eſt permiſſiuū aut prohibitiuū. Si pmiſſiuum. Aut eius quod iure cōi cōceditur, & tunc non eſt dubium, quia ſi non valet iure ſpeciali valebit ſaltē iure cōi. Aut eſt permiſſiuum prohibiti a iure cōi, vt qđ filiusfamilias teſtet uel incapax inſtitui poſſit, & tunc talis forēſis agens virtute ſtatuti nihil agit ꝑ rationes ibi per eū aſſignatas. Aut eſt prohibitiuum eius quod eſt permiſſiuum iure communi, & tunc aut reſpicicit rem, aut ꝑſonam, vt diſtinguit Bart. & Bal. Quando reſpicit perſonā, aut ſtatutum continet rem odioſam aut fauorabilem, puta ne vir poſſit legare vxori ſuæ vltra certam quantitatem, quod inductum fuit ne mutuo amore ſe ſpolient. ff. de do. inter virum & vxor. in princ. & tunc forenſes aſtringuntur. Aut ſtatutū continet rem odioſam, & non porrigitur extra territorium. l. ex ea. ff. de poſtu. Ex quo infert ſi ſtatuto caueatur quod fœminę non ſuccedunt cum maſculis, tale ſtatutum forenſes non ligaret, & hæc diſtinctio fuit Barthol. & Bald. prius ibi-
5 dem ſub longe amplioribus & diffuſioribus verbis. ¶ † Vide de hac quæſtione in indiuiduo Ioan. de Imol. in capitu. cum olim. de cleric. coniuga. in fine. vbi dicit. Et conſuetudo in aliquibus partibus quod primogenitus ſuccedat in totum, an trahatur ad forenſem exiſtentem in loco. & cōcludit ꝑ ſi conſuetudo vel ſtatutum habeat ꝑ res moriētis deueniāt ad primogenitum, tunc ſi ibi forenſis moriatur relictis rebus aliquibus & filiis habebit locum in talibus rebus, quia ſtatutū dirigitur ad res quæ ſunt ſubiectę ſtatuenti, ſecus ſi diceret primogenitus ſuccedat, quia tunc nō comprehenditur forenſis, quia non eſt ſubiectus ſtatuēti. & ita reddit ad di. Barto. & Bal. ſ. relatam. ¶ Dñs Iaſ. de Mayno in lec. d. l. j. colum. ix. & in repe. eiuſdem. l. col. xxj. ver. ii. dubium eſt. Refert in hoc pūcto diuerſitatem opi & dicit ꝑ Ia. de Are. in quadam ſua diſputatio tenuit ꝑ forenſes non comprehenduntur ſtatutis & conſuetudinibus locorum, & idem tenet Old. conſ. ccxlviii. vbi facit mētionem de cōſuetudine ciuitatis Pariſien. qua habetur ꝑ marito prędmoriente dimidia pars lucri per maritum acquiſiti durante matrimonio applicatur vxori ſuperſtiti. & ibi concludit ꝑ forenſis exiſtens in vrbe. Pariſien. non ligaretur illa conſuetudine, quia conſuetudo eſt localis. & non ligat niſi ſubditos. C. quæ ſit lon. conſue. l. ii. ff. commu. prædio. l. venditor. §. ſi conſtat. & expreſſe di. xii. ca. illud. Sed D. Iaſ. ibidē dicit ꝑ Barb. Ful. & Saly. contrarium tenent, & proſequitur de validitate teſtamēti illius loci an ſit validum, de qua qōne vide dicta per eū,
6 † quia nihil ad propoſitum & ad l. j. de eman. libe. dicit ꝑ licet nullus aduertat tñ nō probat quāuis per Bal. & cōiter Doc. ad hoc inducatur quod forenſes ligantur conſuetudine alterius ciuitatis, quia ibi tex. expreſſam facit mentionem de forenſib. nos autem loquimur qñ nulla fit mentio. Sed ſuſtinendo Bar. dicit ꝑ rñdendum eſt ſic, & fatetur ſe aliter rñdere non poſſe, ꝑ licet tex. faciat mentionem de forēſibus, hoc nihil eſt, quia non poteſt in forenſes aliena cōſuetudo ſtatuere, ſed ibi determinatur quod in his quæ ſunt volūtarię iuriſdictionis ligātur forēſes vt eſt emancipatio. ſecus in his q̄ ſunt iuriſdictionis cōtentioſæ, puta quæ in inuitum redduntur, vt l. ii. & ibi gl. ff. de offi. procu. & lega. vt ſumus in propoſito. & ad alia fundamenta. Bar. rñdet. vide per eum. ¶ Reperio Pan. in c. ꝑ clericis. in vj. col. de fo. comp. vbi tenet cum Bar. vbi ſ. ex quo formaliter infert ꝑ ſi ſtatuto aut cōſuetudine caueatur quod primogenitꝰ ſuccedat in certa parte non ligabitur forenſis, ſecus ſi dicat bona defuncti ad primogenitum ꝓ tali parte deferātur, & ibidem conſ. lxxv. ¶ Alex. de Imo. hanc. q. tangit in v. col. conſil.

Source : BIU Cujas

xliiii.vbi cõcludit in facti contingentia, de qua ibi ꝙ ſtatutũ Ferra.nec ligat nec ligare poteſt forenſem inducens expreſſe ad quæſtionem hanc de primogenito,& ad confirmationem adducit Cal.conſil.33.de teſtam. & eius dicta refert tanquam Cal.tamen vere illud fuit conſ.Fran.de Rãpo.vt patet ex prin. & ſubſcriptione illius conſi.vltra iſtud conſi.Alex. vbi.s̃.plura ſcripta Doctorum adducit ſignanter Cy.in l.j. vlt. q. C. quę ſit
7 lon.conſue.†vbi tenet ꝙ ſi ſtatutũ ſit Imo.vt nullus poſſit bla da extrahere ꝙ Bonon. non tenebuntur ſtare illi ſtatuto. Nec ob.l.ſi pendentes.§.ſi quid calocarij. ff.de vſufruc.quia ibi non dicitur ꝙ eſſet forẽſis. Item pro hoc adducit Guid.dę Suza.in q.ſtatutorum,quæ incipit,ſed pone quęſtionem,& aliam quę ſtione incipiẽte,qõ talis eſt Bonon.conuentus,vbi in vtraque dicit quod forenſes non ligantur ſtatutis, quia cum non com prehendantur quo ad hoc vt nocere eis poſſint, nec comprehendentur quo ad hoc vt prodeſſe poſſint.argumen. l.fi.C.de fruc.& litium expen. & l.j.C. communia diui. & l.in ſacris.C. de proxi. ſcri.& iniquum eſſet vt haberet emolumentum ex ſtatuto ex quo læſionem habere non compellitur.argum. l.j. §.pro ij.in C.de cadu.tol.pro quo vide Alber.in ij.per ſtatum. q.9.¶ Adde etiam conſi. Soci.254.vbi per hanc eandem ratio nem,ita voluit,& ibi in fi.adducit Bart.in tracta. repreſaliarũ in v.q.princ.col.j.vbi dicit ꝙ forenſes qui non ligantur ſtatutis non gaudent beneficiis ſtatutorum , vt etiam voluit Paul. de Caſt.in l.omnes populi.ad fin.ff.de iuſt.& iur.vbi dicit ſe ſemel rñdiſſe Bononię,vbi erat ſtatutum quod villa teneatur de dã. dato ſi ignoratur a quo datum fuit ꝙ forenſis cui datũ erat damnum non gauderet beneficio illius ſtatuti. Adde etiam ad prædicta.conſi.241.col.5.in fi.vbi idem dicit,vt s̃.& allegat. Ang.conſi.73.incip.in ſtatuto Florentino,& Rom.conſi. 433.
8 & Pau. de Caſt.conſi.343.† Hęc igitur bene faciant ad confirmationem eorum quæ dicuntur per Alexan.vbi.s̃.& ideo pro fecto Alb.ibidẽ col.v.ver.ex hac ratione recte dicebat ꝙ Bar. nõ ſomniauit ponendo differentiam vbi verba ſtatuti dirigũ tur in perſonam vel in rem,immo fortius dicit Alex. vbi.s̃.ꝙ quamuis is de cuius ſucceſſione agitur non ſit forenſis,tamen hoc ſatis eſt,vt perſonę quæ ſuccedunt ſint forenſes,quoniam ad hoc,vt ſequatur ligamẽ ſtatuti aut conſuetudinis opus eſt vt vtrunque extremum ſit habile. ¶ Nouiſſime pro ampliori explanatione huius quæſtione reperio.Rochum de Curte. in repe.c.fi. de conſue.q.xii.princ.mouentem queſtionem. vbi ẽt concludit quod conſuetudo non ligat forenſes rationem aſſi gnans,vt unaquaque prouincia ſuo ſenſu abundat.c.certifica ri.de ſepul.& hoc ſatis late examinat, & tandem col.5.limitat quando conſuetudo diſponit circa perſonas,ſecus autem ſi di ſponeret circa res ſecundum Bar.s̃.alle.per quam limitationẽ expreſſe infert quod ſi ſtatutum diſponat quod bona decedẽ tis deferantur ad primogenitum,tunc tale ſtatutum comprehenderet forenſem decedentem qui ibi haberet bona , & pro hac reſolutione communi adducit multos Doct. hãc opinio. firmantes,& ſignanter Soci.conſi.231. ubi conſuluit quod ſi ſtatuto aut conſuetudine caueatur ꝙ inſtrumentum habeat executionem paratam non habebit locum in forẽſi, quia nõ
9 vtetur priuilegio illius ſtatuti.† Nec ob. ſi dicatur quod mod⁹ exequendi concernit proceſſum & ordinem procedendi , & ita quod ſint ſeruanda ſtatuta loci,iuxta not.per Bal.etiam in materia executionis in d.l.j.C.de ſumma Trinit.verſic.viſo.de iure perſonæ,& eundem Bal.in d.l.j.C.de confeſ.& Bal. etiam in pluribus aliis conſiliis citat.& pro hoc alleg.text. in l.miſſi opinatores.C.de exac.tri.lib.x.quia reſpondet Soci. vbi s̃.ꝙ in concernentibus proceſſum vbi datur aliquod beneficium vo luntarium non extenditur ad forenſes,nec forenſis poteſt vti eo ſecundum Pau de Ca.conſi. 243.vbi formaliter dicit quod ſi ſtatutum inducit certum modum ex priuilegio ſeruandum in iudiciis,forenſis non debet eo vti ſicut nec ſubit onera cõmunitatis.argum.l.ſi vnus.§.ſi vnus.ff.pro ſoc.& ad hoc addu cit Lud.Rom.conſi.ccxxii.alias. ccxiii.& Ange.conſi.68. alʒ 73.vbi inter cætera duobus iuribus mouetur. ſ. per l.j.in fin.ff. de tu.& cura.da.ab his.& c.eccleſia.ſ.Ma.de cõſti.extra. Aduer te ꝙ cõſi.Soc.de quo. s̃.fecimus mentionem nouiſſime repe tatur ꝙſi.cxx.nec diſcriminis reperies vnum iota.& adde aliud conſi.ccxcii.ad princ.de quo tamen ſtatim faciemus mentionem. ¶ Sed redeamus ad dicta Rochi de Curt. quem.s̃.retulimus.dicebat ergo Rochus vbi.s̃. ꝙ primogenitus forenſis gau deret prærogatiua ſtatuti aut conſuetudinis quando ſtatutum aut cõſuetudo eſt ſcripta in rem, ſecus ſi in perſonam.ex quo inferabat Pet. de Anch.male dixiſſe in c.canonum.xii.ver.iux ta prædicta.de conſti. extra ꝙ communis eſt reſolutio contra Bar.& Bald.quia vt ex præcedentibus videmus aliter eſt, & iõ concluſio eſt communis cum Barto.& Bald. quicquid dicat. Pet.& hanc conclu.communem dicit eſſe veram. Rochus ẽt
10 in ciue nouello,quia †ꝙ dicitur de forenſi habet locum in ci ue nouello.l.qui cum vno fi.ff.de re mil.quam ad hoc facit ſin gularem Ludo.Roma.in 73.vbi adducit Bald. in l. data. C.de accu.pro hoc etiam adducit Roch.Barb.in d.c.canonum. col. 14.& Dom.Iaſo.in d.l.j.C.de ſumma Trinita.col.16.Aduerte tamen ꝙ quicquid dicat Roch.s̃.Ludo. d.l. qui cum vno. §.fi. non facit ſing.immo reprehendit eos qui ſingularem illam faciunt,quia pro hoc dicit eſſe tex.in ſimi.in l. qui commeat' ad fin.ff.eo.tit.de re milit.& ultra eum adde bonum tex.in ca. accuſatoris.3.qu.5. ibi nudiuſteritius ei inimici fuerunt, vbi probatur,ꝙ paria ſunt,eſſe inimicum & nouiter reconciliatũ & hunc tex.multum extollit Ioan.de Ana.& Felyn.in ca.cum oporteat de accu.ſic intelligens & reſtringens.§.item propter inimicitias.inſti.de excu.tut. & l.athlete. §.remiſſionum. ff.de excu.tuto.ſic ergo in ſimili paria ſunt, eſſe forenſem vel c iuẽ nouellum.¶ Ex prędictis igitur vides reſolutionem eſſe communem,quod regulariter ſtatuta & conſuetudines locorum non ligant forenſes qñ ſunt ſcripta in rem,ſecus ſi in perſonã. Amplia.hãc concluſio.vt procedat ſiue in fauorabilibus ſiue in odioſis.Albe.in ij.part.ſtat.q.9 Alex.conſi.xliiii.de hoc ample.s̃.diximus.

¶ Limita tripliciter. Primo quando conſuetudo eſſet limitata expreſſe ad ciues & perſonas ciuitatis in qua eſt cõſuetudo,quia eſto ꝙ primo verba ſtatuti aut conſuetudinis eſsẽt ſcripta in rem,tamen debẽt intelligi & modificari ex limitatione ſubſequente.argumen. l.fi. C.de teſtam.& l.in agris ff.de
11 acqui.re.dom.† limitata. enim cauſa limitatum debet producere effectum,ut no.in l.age cum Gem. C.de tranſactio. l.i.ff. de ſer.expo.& ibi Bal.l.cum ſeruo.ff. de contrahend. empt.Secundo limita niſi conſuetudo aut ſtatutum reſpiceret vtilitatem communem,quia tunc eſto ꝙ eſſet ſcripta in perſonam ligaret forenſes , vt quod nullus vendat piſces mortuos.argumẽ.l.j.§.cura carnis.ff.de of. pręfec.ut ita notabiliter dicit Cy. in l.j.C.de ſumma Trinita.col.4.poſt Iaco. de Rampo. Conſidera ꝑ hanc limit.ſi ſtatutum de primogenito poſſet extendi ad forenſes quaſi verſetur vtilitas publica in defenſionem iuris primogenituræ.aliqui voluerunt dicere ꝙ ſic , certe non video publicam vtilitatem reſultantem, immo potius dijudi carẽ incentium iacturę & ſeminarium diſcordiarum, vt j̃.deducemus. Tertio limi.niſi forenſis in loco ſtatuti aut conſuetudinis haberet domicilium.tunc.enim ratione domicilii vti poſſet beneficio ſtatuti aut conſuetudinis, ad hoc vide Socin. conſ.331.col.5.per l.j.ff ad mu.& conſi. 241.col. 5. in fi.expreſſius & in indiuiduo eundem Soci.conſi.ccxcii.vbi in partes arguit,ſed tandem hanc partem firmat & multis corroborat,vt videbis per eum,intelligens tamen & declarans hoc verum quantum ad bona ſita in territorio illius ſtatuti aut conſuetudinis,quia quantum ad bona alibi ſita ſeruandæ erunt cõſuedines aliorum locorum , vt s̃. etiam ample deduximus. Pro hac limita.videatur Roch.de Cur.vbi s̃.col.6. verſi. 4. limita. vbi inter cætera adducit Pet.de Anch.in c.canonum.s̃. alleg. de conſti.extra.vbi dicit ꝙ iſta eſt communis ſententia. alleg. etiam Pau.de Caſt.conſil.377.adducit etiam Iacob.But. Albe. Bald.Saly.in l.j.C.de ſumma Trinit. Ioan.de Ana.cõſi.3.¶ Certe in hoc non video magnam difficultatem , quia iſtud videtur mihi textualiter deciſum per l.j.in fi.ff.de excuſat. tu.& cura. da. ab his .vbi dicit tex. eis tantum permittitur qui ſunt eius prouinciæ vel domicilium habent & ita text. æquiparat eos qui ſunt alicuius prouinciæ & eos qui ibi domicilium ha
12 bent.¶†Sed adde fortius quod idem ſit in eo qui eſt in ciuem receptus qui appellatur ciuis adoptiuus C.de appellat.& Raph.a.comen.& Bar.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.Cyn. expreſſe in l.j.C.de his qui veniam eta.impet. vbi dicit ꝙ ſi ſta tutum vult quod omnes ciues habeant tale priuilegium forenſis receptus in ciuem habebit , vt originarius per text. in l. ſed ſi hac.§.ſed & ſi ius annullorum.ff. de in ius vocand. Bald. in l.3.§.hæc verba.ff.de nego.ge.vbi dicit quod ſi ſtatutum punit offendentem ciuem certa pœna punit etiam offendentẽ receptum in ciuem,quia priuilegium equipollet naturæ ſecundum Ioan.And.in c.fi.de conſue.in 6.in nouel. & hoc in fauorabilibus ſecundum Bald.in l.ciues. C.de incolis.lib. x.licet ipſemet Bald.etiam in odioſis,ita tenuerit. De hoc vide ample per Dom.Iaſ.in d l.ſi is qui pro emptore col.68.vbi inter cætera refert Ang.in l.adoptiuum.§.patronum. ff. de in ius vocãd.
13 vbi dicit ꝙ illum tex.ꝙ †beneficia conceſſa ciuibus continentia honeſtatem extenduntur ad alios qui ſunt recepti in ciues & dictis Iaſ.adde.Bar.& Bal.in l.3.C.de natu.lib. vbi colligunt ꝙ ciuilitas & patria idem ſignificãt & important, adde etiam tex.in l.ſi in patria.ibi no.Bar.C.de inco.li.x. & per hæc erit ad ſaturitatem examinata hæc.q.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus laicus vtrum conſuetudinaria prerogatiua ĩ paciudicium ſe cundogeniti clerici gaudeat, aut religioſi.9.12.*
2 *Statuta generaliter loquentia qualiter admittant clericos .*
3 *Vaſallus propter clericatum an debeat admittere feudum .*

4 *Lex*

Source : BIU Cujas

4 *Lex ſubditos tantummodo ligat.*
5 *Conſuetudo grauoſa eccleſiis an liget clericos & eccleſias & minores.* 14.
6 *Statutum per preteritum perfectum quid ſignificet.*
7 *Incluſus excludit excludendum.*
8 *Clericatus ſuperuenientiam an & quando cauſam prius inchoatam coram ſeculari impediat.*
10 *Statutum quod agnati excludãt feminas an præiudicet monachæ tempore ſtatuti facte.*
11 *Statutum de maſculis feminas excludentib. an vocet clericos.*
13 *Eccleſia quid & quando pro ſe acceptare poteſt & contra ſe non tenetur.*

QVAESTIO. XI. SECVNDI LIBRI.

1 SEd quæritur quid ſi ſecundogenitus † ſit clericus & primogenitus laicus vtrum primogenitus conſequetur iura primogenituræ conſuetudinaria in præiudicium ſecũdogeniti? & profecto hæc queſtio clariſſimum habet diſcrimen a quæſtione illa de qua ſuperiore libro diximus. Vtrum clericus iure primogenituræ gaudere debeat. Nam ibi agitur de fauore clericorum & lucro captando hic de præiudicio ipſorum. Idcirco longe maior vī eſſe vt ibi comprehendantur in fauoribus quam hic in odioſis. Odia enim conuenit reſtringi & fauores ampliari vulgatis iuribus. & ideo not. dicit Hoſtiẽ. in c.fi.ne cle. vel mo. in fi. Quæſo non odioſum, ſed fauorabi-
2 lem inuenient te fauorem. † Hic dicit Bald. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & cath. 9. col. ꝙ ſtatuta generaliter loquentia includunt clericos incluſione fauorabili, ſed non odioſa. & ideo parcãt mihi quidam qui in ſuis interpretationibus alleg. Ioan. And. in reg. ſine culpa in mercu. promiſcue ad vtranque quæſtionem, quia inaduertenter profecto alleg. Nã vt oculari fide conſtare poteſt in prædicta reg col. pe. ver. quia in præceden. art. nõn illam mouet quæſtionem, ſed hanc de qua in præſenti agitur, quando. ſ. ſecundogenitus eſt clericus. Vtrum conſuetudo iuris primogenituræ ſibi præiudicet, longe enim diuerſa eſt ratio. & ibi Io. An. arguit in partes ex cuius dictis aliqua hic inferemus pro ampliori elucidatione huius quæſtionis. ¶ Et primo ꝙ præiudicet conſuetudo de primoge-
3 nitura loquẽs de clerico ſecundogenito arguit, † quia propter clericatum vaſallus feudum perdit, vt eſt tex. iuncta glo in cvnico. de vaſal. mil. qui ar. belli. depo. c. vnico, an mutus, vel alias imper. cum aliis ſimi. tex. ¶ Idem ſecundo. ex quo clerici conſuetudines pro ſe recipiunt ergo etiam debẽt recipere cõtra ſe. c. fi. de vita. & hone. cleri. Et præcipue dicit Ioann. Andr. quia conſuetudo talis eſt ſuper ęquitate fundata. ſ. ne patrimonia annihilentur ſe remittẽs ad ea quæ ſcripſit in c. licet de voto. extra. & plura etiã ad corroborationem refert de quib. vide per eum.

¶ Tertio, quia quorũ eſt eadẽ origo eadẽ eſt rõ. c. j. de cleri. peregri. c. ex parte. de deci. cum ſimi. Io. ſed oẽs. naſcimur nudi & laici. c. ſicut xliiii. diſtinctio. nec quis naturaliter clericus eſt, immo nec infanti confertur ordo. c. fi. de tempo. ordi. in vi. ergo ęque legabit ipſos clericos, quia clericatus nihil addit vel aufert quo ad ius alterius, ſicut nec baptiſmus. ¶ In contrarium arguit, quia fit ęquiparatio legis ad conſuetudinem. l. de quib. ff. de leg. cũ ſimi. Sed lex non ligat niſi ſubditos. l. fin. ff. de iuriſ. om. iud. c. fi. de cõſt. in 6. ergo &c. quod clerici nõ ſunt ſubditi probatur in c. ſi diligenti. de fo. compe. cum ſimi. nam diuiſum imperium cum loue Cęſar habet. c. nouit. de iud cum ſi. ¶ Secundo ſtatuta minorum non ligant maiores. c. cum inferior. de maior. & obedien. ſed clerici maiores ſunt laicis. l. iii. C. de ſumma Trini. & ideo antiquitus plebiſcita non ligabãt. nobiles. l. ij. §. demum. ff. de ori. iur. §. plebiſcitum. inſti. de iu. natura. gen. & ciui. & hæc duo fundamenta in effectu prius fuerunt Cy. in l. ii. ad fin. C. quæ fit lon. conſue. ¶ Tertio, quia conſuetudo eſt grauoſa eccleſiis, & ita nec eccleſias nec clericos ligat c. eccleſia. ſ. Marię de ꝓſti. aut caſſa. c. de ſacroſanct. eccle. cũ
5 ſimi. c. j. de cõſue. extra. † Item quia iſta cõſuetudo eſt irrationabilis, quia aufert ius alterius, & ideo reprobanda. c. pe. de conſue. ¶ Sed poſt hæc argumenta concludit Ioan. And. ꝙ certe hęc conſuetudo ligat clericos etiam in præiudicium eorum ꝑ alle. in j. parte, alias ſæpius poſſet fieri fraus primogenito, quia alius promoueretur ad ordines, vt affectam notabilem fratris primogeniti quotam hæreditatis impediret, quas fraudes iura abhorrent. c. quanto. de diuortiis. l. in fundo. ff. de rei vẽdicat. Subiungit quod opi. Hoſt. & ſequacium qui contrariam partem fouent procederet quando iam ante ſtatutum, vel cõſuetudinem erat clericus, & ita vult quod ſi tempore conſuetudinis introductę quis iam fuiſſet clericus non ligaretur. ¶ Adde Prepo. in c. per venerabilem qui fi. ſi. legi. extra. §. ꝙ autẽ coll. xxii. ver. vlterius ex conſequentia prædictorum, vbi ſimpliciter tranſit cum hac reſolu. Io. An. & ſe remittit ad ea quæ refert ſe magiſtraliter dixiſſe in c. quod clericis. de fo. competen. ¶ Hanc. q. tangit Fran. de Are. in d. c. ꝙ clericis. vbi dicit quod prædictam diſtinct. Hoſt. ponit Bar. in l. fi. ff. de pac. & Bald. in l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cle. vbi voluit ꝙ ſi ſtatutum exclu
6 dit filium religioſum a ſucceſſione, & quæritur vtrum valebat diſtinguendum eſt. † Aut ſtatutum loquitur per verbum præteriti perfecti, & ſignificat actum conſumatum. l. j. & ij. ff. ꝙ quiſque iu. non ualet ſtatutum, quia diſponit in eum qui eſt iam eccleſiaſticus, quod facere non poteſt. xcvi. d. c. bene qdem. Aut excludit ingredientem per verbum imperfectum, & tunc valet ſtatutum, quia iniicit vinculum excluſiuum ante religionem. Nam ingrediens non eſt adhuc ingreſſus. l. arboribus. §. j. in glo. & l. qui. duo. ff. de manu. teſtam. ¶ Sed dicit Frã. quod iſta diſtinctio eſt multum dubia. Primo, ſi qualitas legis vel ſtatuti, aut conſuetudinis quæ debeat excludere attẽditur, inſpiciendum eſt tempus quo defertur ſucceſ. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. ſed eo tempore eſt clericus, ergo &c. & ideo fruſtra diſtinctio ſit. Aut ſtatutum iniecit vinculum, ante clericatum, quia excluſio non videtur fieri, niſi quo tempore defertur hæreditas ſicut nec repudiatio. l. qui ſuperſtiti. ff. de acquir.
7 hæred. † Ratio quia propter incluſum excluditur excludendũ Bar. in l. ij. §. videndum. ff. ad Tertul. Sed primogenitus non poteſt dici incluſus antequam deferretur ſibi ſucceſſio niſi ſpe & deſtinatione, quę ſpes & deſtinatio nõ habet cauſam de ꝑterito ſecundum Bar. in l. his poteſt. ff. de acquirend. hæred. & ſic dicit quod de ſubtilitate non videtur procedere hæc opinio, tamen in fi. dicit tenendam eſſe opi. Ioan. And. quia communior eſt. vide Ioan. de Imo. conſi. 35. colum. j. vbi per Ioan. An ĩ d. reg. dicit ꝙ ciuis originarius Ferra. licet poſtea factus ſit ciuis Venetus non gaudebit priuilegio Venetorum in debitis ꝓ̃ctis tpe ciuilitatis Fer. Per illam deci. Io. An. vide etiam Felyn. in c. eccleſia. de conſti. col. xxxvi. Ibi. xv. quæro. dicens quod ibidẽ. Ant. Imo. & Panor. hãc deciſio. Io. An. ſequuntur & ſubiungit ſcđm Panormit. in d. c. ꝙ clericis. col. xii. ꝙ vbi ius agendi cauſaretur ex facto clerici vel quaſi, ut quia cum eo fuit cõtractum vel ante clericatum, tunc ex quo ius agendi eſt ortũ ante clericatum iudicabitur in vtroque foro, ſecundum ius ciuile per text. in c. conſtitutus. de in integ. reſt. & ad hoc adducit etiam Ioan. And. & Domi. Anto. in c. j. de obl. ad ratiocinia Barto. ĩ l. j. ff. de pe. Bald. officialis. C. de epiſc. & cle. vbi volunt
8 prædicti Doct. ꝙ † ſuperuenientia clericatus non impedit cauſam prius inchoatã coram ſeculari. Sed dictã deciſio. Io. And. limitat ſecundum Cald. in diſpu. inci. ſtatuto ciuitatis, vbi dicit quod dicta deciſio procedit in his quę ſortiuntur virtutem ſuam ante clericatum, vt eſt in primogenitura, quia vt dicit ipſe, ius primogenituræ eſt inchoatum immo integraliter acquiſitum etiam ante mortem patris ſecundum. D. Io And. vbi. ſ. ſecus in his q̃ habuerũt initiũ añ clericatũ & ꝙſumãtur poſtea, vt ſi ſtatutũ prohibet probari ſolutionem debiti ꝑ teſtes, & laicus poſt ſolutionem factus clericus velit probare per teſtes, poterit, quia non ligatur tali ſtatuto, & actus probationis imminet tempore clericatus. & ita tenet Pet. de Ancha. in regula, ea quæ. de regu. iur. in vj. & dicit Fely. ꝙ iſta declaratio eſt multũ neceſſaria, alias multa abſurda ſeq̃rẽtur, & de modo cognoſcendi effectum vinculi iniecti ante clericatum ſe remittit ad diſpu. Ant. quæ incipit, ſtãte ſtatuto municipali. ¶ Add de ẽt Soci. conſi. ccxli. ii. col. in indiuiduo poſt Io. An. in d. reg. ſine culpa. vbi dicit ꝙ ſtante cõſuetudine quod primogenitus ſuccedat in regno, ſi tpe quo inducitur talis cõſuetudo, vel ſtatutum ſecundogenitus eſt perſona religioſa non afficitur talis ſecundogenitus, pro quo adducit Lap. in alleg. ſua centeſima.
9 † Plures et alios citat ita tenentes de quibus ad ipſum recurre ſignanter. in vj. col. vbi iterato illud dictum Ioã. And. de primogenito reperit rõem aſſignans, quia ſtatutum ligauerat ſecundogenitum ad non ſuccedendu m, & detulerat ius primogenituręprimogenito, quo iure primogenituræ ſibi debebantur bona etiam a patre intuito, vnde ſubſequente clericatu non potuit auferre ius quæſitum primogenito & pro hoc adducit Pau. de Ca. qui hanc rationem latius explanata cõſ. 325. & ſubiungit quod licet talis ſpes ſuccedendi viuente parte nõ videatur eſſe conſiderabilis, tamen immo eſt. Nam vt dicit Pau. de Caſt. in prædi. conſ. Filii habent ẽt viuentibus patribus probabilem ſpem ſuccedendi, vt not. Bar. in l. j. §. pater. ff. de acqui. hære. ergo non poteſt talis potentia ẽt viuentibus parentibus auferri & ſub aliqua conditione alteri cõcedi. ar. l. Statius florus. §. Cornelio ſęlici. ff. de iure fiſ. & peto. §. ꝑdiũ. ff. de leg.
10 2. ¶ † Ad prædicta vide etiam Ioã. de Imo. in c. quod cler. de fo. compe. extra nu. ix. vbi dicit quod ſtatutũ diſponẽs quod agnati excludant fœminas non præiudica. fœminæ quæ tempore ſtatuti erat facta monacha, & ita tenet Sali. in d. auc. caſſa. col. pe. & vlt. vbi dicit ꝙ in facti contingentia determinatum fuit in perſona epiſcopi Imo. ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ extantibus agnatis vſque ad certum gradum cognati non ſuccedant, cleri

cus

cus in ſacris conſtitutus cognatus non ſit excluſus ſi ex tunc clericus erat ante ſtatutum conditum, vide Do. Iaſ. in l. placet. C. de ſacroſan. eccle. vbi late de hoc. & latius quam alibi, vide in indiuiduo Alb. brunum in ſuo trac. de ſtatutis fœminas & cognatorum lineam &c. arti. vi. ii. q. ſignanter. col. iiii. ad fi. vbi
11 tenet quod† ſtatutum quo cauetur quod extantibus maſculis fœmine non ſuccedant cõprehendit clericos, & ſubiungit maxime hoc procedere in eo quod dicitur de primogenito, quãdo ex ſtatuto, vel conſuetudine in ſucceſſione præfertur vt excludat ſecundogenitũ etiam clericum ſecundum magis communem opi. & hoc generaliter procedit ſecundum eum non facta differentia. An ſtatutum ſit ſcriptum in rem vel in perſonam vt diſtinguebat Bald. & poſt Bal. Bap. de ſ. Seueri. in d. l. cũctos populos. circa fin. & diffuſiſſime proſequitur vt videre poteris per eum. ¶Sed vide Gem. & Præp. in c. j. x. diſtinct. vbi dicunt quod ſi ſtatutum, vel conſuetudo eſt indifferens, quia poteſt ſe habere ad damnum & commodum, tunc ligat clericos & eccleſias ſecundũ Bar. in l. cunctos populos. C. de ſum. Tri. & fi. cath. tunc. n. non dicitur pœnalis Pan. in c. j. de oper. no. nun. in 4. no. ſic eſt in propoſito, quia ſi clericus ſit primogenitus gaudebit iuribus primogenituræ, ſi ſecundogenitus, primogenitus in eius præiudicium iurib. primogenituræ, gaudebit. Licet Bal. contra hanc doctri. tenere videatur in authẽ. caſſa & irrita. C. de ſacroſanct. eccl. Ant. de But. in c. fi. de vit. &
12 honeſta. cleri.† ſubiungit ibidem Præpo. quod Ioan. An. diſtinguit *in dicta reg.* ſine culpa, quod an conſuetudo vel ſtatutũ iniecerit vinculum ante clericatum vel non, quod tamen dicit eſſe verum ſecundum Hoſt. in ſim. in titu. de conſue. §. quę cui. ver. ſed pone. niſi conſuetudo communiter eſſet obſeruata tam inter clericos quam inter laicos, quia tũc etiam ad clericos talis conſuetudo extẽderetur per c. cum veniſſent. de eo qui mit. in poſ. & c. cum cauſa de re iu.

Ex prædictis ergo vides reſoluionem eſſe communem quod ſtatuta laicorum clericum ſecundogenitum ligant. & licet videantur velle communiter Doct. vt procedat hęc concluſio in his qui tempore conſuetudinis introductę clerici nondum erant, tamen credo q̃ vbi clerici conſuetudine laicorum etiam introducta poſt clericatum vti vellẽt pro ſe, quod tenentur etiam cõtra ſe recipere, pro quo vide glo. multum ſingularem. in c. placuit. 16. qõ. 3. quæ vult qđ eccleſia non poteſt acceptare pro ſe. l. bene a Zenone, quia nõ acceptauit contra ſe. de hoc vide Rochum de Cur. in ſuo trac. de conſuetudine. q. xi. col. 5. ad fin. vbi dicit quod licet quando conſuetudo eſt fauorabilis clericis cõprehendat clericos, hoc verum eſt dummodo clericus volens vti ſtatuto pro ſe etiam acceptet contra ſe, vide etiam Rochum eadem q. col. 9. vbi ad
13 hoc plura cumulat. ¶†Tamen obſtare videtur glo. in c. nouit de iud. in ver. quicunque. vbi eccleſia poteſt pro ſe legem acceptare, & contra ſe acceptare non tenetur, vt ibi per illam glo. etiam no. Panor. & ita ibi communiter Doct. Item quod non eſt ad ſui poſtulationem conceſſum poteſt quis pro ſe acceptare, ſed contra ſe non tenetur. gl. fin. & ibi Panormit. in ca. ij. de mutuis petitio. gl. in auth. quas actio. C. de ſacroſan. eccle. in ver. excluduntur. ¶Sed reſpondere potes q̃ prædicta procederent in his quæ ſimpliciter ſunt conceſſa eccleſiis in priuilegium, quia non tenentur contra ſe acceptare, vt ſ. ſed nos hic loquimur qñ non in priuilegiũ ſimplex, ſed cõi cõſuetudine aliquid ſtatuitur, quo caſu vel omnino repudiare, vł oĩno amplecti ſtatus clericalis debet. argumen. eorum quæ habentur in rubro, & nigro. ff. quod quiſque iur. & pro hoc vide in indiuiduo quendam in repertorio Fely. in c. 4. verſ. ſtatutum quod diſponitur. & ratio ibi aſſignatur, quia ſtatutum iſtud ſe habet ad commodum & incommodum clericorum. & ad hoc adducitur Panor. quia ita tenet. in c. conſtitutus. de in integ. reſti. & d. c. j. de no. ope. nun. & vltra ibi alleg. vide Soci. conſi. xlv. colum. ij. *in nouis.* vbi Soci. adducit Panor. conſi. 72. & in his terminis *procedit* quod dicit Ioã. de Imo. in c. cæterum. de dona.
14 colum. j.† quod conſuetudo terrę ſeu loci ligat eccleſiam ſicut etiam & minores. Hodie autem apud noſtrates vł eſſe ſublata hęc qõ, cum ꝙſuetudines nſræ in earum publicatione ab eccleſiaſtico ſtatu receptæ ſint. Ita quod promiſcue ſe hñt ad clericos & laicos, & ſic dubium nõ eſt clericos ligari, iuxta ea q̃ dicit Prępo. in canone. i. in fi. x. di. poſt Hoſt. in ſum. de conſue. ff. quæ cui. ver. ſed pone. ad hoc vide Rochum de Cur. in prædicta quæſtio. 11. colum. 4. verſic. *1.* igitur. vbi aliqua cumulat q̃ ex te ipſo videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituræ ius an competat filio imperatoris primogenito.*
2 *Dignitates an debeantur per electionem plurib. de eadem ſtirpe.*
3 *Imperium olim ſucceſſione quærebatur. & quid hodie.* 34.
4 *Filii imperatorum dicuntur Auguſti.*
5 *Imperii origo, & de multiplicitate eius.* 67.
Veneti habent bullam exemptionis ab imperio.
8 *Rex primus qui fuerit, & a quo electus.*
9 *Imperium quomodo & quando electiuum factum eſt, & de eius translatione.* 10. 11.
12 *Italia quot annis fuit ſine imperio.*
14 *Actus a principio eſt denominandus non a fine.*
15 *Imperium an ſit translatum a Grecis in Gallos.* 16 27. 20. 22. 25.
28 *Imperii transferendi. n Gallos cauſa.*
29 *Donatio facta prælato eccleſiæ ab extraneo intuitu cuius facta videatur.*
Præſumptio habetur pro charta liquida.
22 *Galli ab imperio ſunt exempti.*
Rex Franciæ an dicendus imperator.
23 *Poſſeſſionem continuam probare volens quid probare teneatur.*
Imperium quanto tempore fuerit apud Gallos.
24 *Inſtantiam dare ſufficit reſpondenti.*
26 *Electiores imperii qui ſint. & an electionis poteſtas in Germanos ſit trãſlata.* 27. 33.
28 *Generis appellatione an veniant nati ex fęminis.*
29 *Mobilitas ex genere materno non procedit.*
30 *Mulier eſt familie ſuæ caput & finis.*
31 *Imperii translatio in Germanos an valida fuerit.*
32 *Donatio remuneratoria per ingratitudinem & reuocari an poſſit.*
33 *Imperii prima natura qualis.*
34 *Epiſcopi ante conſecrationem an dicendi epiſcopi.*
Doctor ante birretum an dicendus Doctor.
35 *Imperator proprie vngitur, improprie conſecratur.*
36 *Imperator ante coronationem adminiſtrat.*
37 *Electionib. imperii an ſit præfixum tempus eligẽdi. & an poßint vnum ex ſe eligere.*
38 *Electus an computandus in eligentium numero.*

QVAESTIO XII. SECVNDI LIBRI.

Sed quæritur vtrum ius
1 †primogenituræ competat filio primogenito imperatoris, ita q̃ imperialis dignitas eo iure ſibi debeatur patre imperatore defuncto. & breuiter hodie dicendum eſt quod non, quia imperium electione & non ſucceſſione quęritur, vt eſt tex. apertus & famoſus. in c. venerabilem. §. cos. de elect. extra. Vbi ita no. Docto. ſignanter. Cardi. Zaba. in 3. nota. ad hoc adducens dictum Valerii. lib. 4. ca. j. vbi refert de Fabio Maximo quod cum ipſe quinques & pater auꝰ & proauus & maiores conſulatum geſſiſſent, impediuit ne filius conſularem gereret dignitatem non diffidens de ipſius viribus, quia illuſtris erat, ſed ne tandiu in vna familia cõtinuaretur imperium. Pet. de Ancha. in prædicto. c. venerabilem. in ij. no. fortius dicit multum ſingulariter q̃ nedum imperium non debetur per ſucceſſionem, imo fortius nec per electionẽ
2 pluribus de eadem ſtirpe,† quod dicit verum generaliter in dignitatibus ne videantur dignitates hæreditarie contra. c. pe. extra de præben. huiuſmodi etenim electio videretur eſſe quędã hęreditaria ſucceſſio quod no. contra catholicum regem Hiſpaniæ nuper in regẽ Romanorum electum, licet nepos eſſet nouiſſime regis Rom. ¶Ad hoc vide Panormit. in c. venerabilem. col. v. vbi dicit q̃ dignitas quæ defertur per electionẽ non debet ſucceſſione deferri pluribus de eadem domo, ne potius videatur dignitas delata ex ſucceſſione quam ex electione, & ſubiungit, quod ad hoc non aduertunt nonnulli imperiti, & laici, qui ſæpe numero inſtãt, vt beneficium aliquod nõ exeat familiam eorum, allegantes antiquitatem pro cauſa, dicentes quod iãdiu beneficium illum ſemper fuit collatum alicui de domo eorum. Nam dicit ipſe, hæc ſola allegatio potius debet eſſe ſufficiens ad impediendum collationem alicui de domo fiendam, nam ſi iſtud debet ſeruari in dignitatibus ſecularib. fortius in eccleſiaſticis. argum. c. ad extipandas. extra de fi. pręſ. Hæc ſunt verba formalia Panor. aureis literis dig.
3 ¶†Notanter. ſ. diximus hodie electione tranferri imperium & ſic non deberi iure primogenituræ ipſi primogenito. Nam antiquitus ſucceſſione quærebatur ſecũdum Azo. in ſumma ſua. C. ad l. Iulia. de adul. pro hoc eſt tex. in Canone. Adria. 1. lxiii. diſtinctio. ibi & ad filios eius Cõſtantinum Leonem Auguſtos Conſtantinopolim direxit iuncta glo. in verbo, Auguſtos, quę dicit quod
4 †etiam filii Imperatorum dicuntur Aug. quia ſperabatur quod eſſent futuri imperatores, & quod ſicut imperator dicitur Auguſtus, quia illius propoſiti debet eſſe vt augeat, ſic & filius imperatoris poteſt dici Auguſtus, quia & hoc propoſitum debet habere cum habebit imperium, & ita ibi poſt glo. expreſſe no. Præpo. dicens q̃ filius imperatoris antequam per electionem aſſumeretur ſuccedebat. c. in apibus 7. q. 1. ¶Pro hoc vide Albe. de Ro. in l. ſi mortis. C. ad l. Falc vbi expreſſe dicit q̃ imperium antiquitus procedebat per ſucceſſionem

Source : BIU Cujas

ceſſionem adducens aliqua iura id probãtia & ſignanter pro Iuſtiniano Imperatore qui ſucceſſit Iuſtino adducit tex. in §. eſt & aliud iſti. de dona. de Aenea de q ſucceſſit patri ſuo. Aeneæ, alle. tex. in auth. vt præponatur nomẽ imperatoris ad prĩcipium. Idem etiam oſtendit de Pipino rege Fran. & filio ſuo Carolo, & Lud. filio Caro. & alii qui omnes fuerunt ſucceſſiue imperatores Ro. vt habetur ĩ Lombarda tit. de epiſ. & cler. l. de iniuſtis Tholomeis. & l. in eccleſijs. & can. ij. canonica. 23. q. vlt. & per hoc videtur male dixiſſe Old. in rub. de officio comitis rerũ priuatarum. C. vbi volebat quod imperium, nec ſit, nec fuerit vnquam per ſucceſſionem adeptum, de quo dicto meminit Albe. in l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcri. colum. j. Sed pro ampliori examinatione huius materiæ, vt lucu lenter dignoſcamus qualiter imperium originem habuit & quomodo & quando de hæreditario factum eſt electiuum.

5 ¶†Sciendum eſt primo quod ardua fuit inter antiquos diſceptatio de imperii origine & initio monarchiæ terreſtis, vt refert Card. de Zaba. in c. venerabilem. §. verum. de ele. extra. col. ij. & ſeq. vbi pulchra admodum diſſerit de materia imperii & cætera, quo ad propoſitum dicit quod nulla poteſt eẽ diſputatio minus vtilis, quoniam imperium partim acquiſitum fuit Roma. armorum vi. & idem dicit de Monarchia Aſſyriorũ ſiue Babylonica. idem de Macedonica, quæ floruit ſub Alex. idem de Cartagienſi ſub Hannibale ſe remittens ad Titum Liuium. ij. de bello punico. & ſubiungit q licet appellantur Monarchię tamen nulla harum dominationum fuit vniuerſalis, quia dicit ipſe ſe nunquam legiſſe quod Rom. totum orbem habuerint ¶Alb. de Roſa. in l. j. C. de ſumma Trini. & fi. catho. colum. v. idem etiam de origine imperii ſentire videtur dices quod Romu. imperium habuit a violentia & non a iuſtitia initium, ſubiungit tamen Paulopoſto per longiſſimum conſenſum pronunciarum & popularum qui voluntarie ſub fuerunt imperio vitium violentiæ purgatum fuiſſe in conſenſum. argumen. l. ii. & iiij. C. de his quæ vi metus ve &c. hoc cõſiderato, dicit ipſe, imperium iuſtum cenſeri poteſt, ita quod omnes nationes debent imperatori obedire niſi exemptionẽ habeant vt Francigenę pro, quibus tex. in c. per venerabilem. qui fi. ſi. legit. extra. & idem dicit de Venetis, de quibus atteſtatur Albe. vbi. s. ſe vidiſſe bullam auream priuilegium exẽptionis conceſſum Duci & ciuitati Venetiarum continentem de

6 aliis exemptis, vide eũdem Alb. ibidem. ¶†Pet. Bertrandi Car. Eduẽſis in ſuo tract. de origi. iuriſdictionum. q. j. ample de hac materia tangit, & ibi dicit pagi. 3. & ſi aduertimus proceſſum ſacrę ſcripturę inueniemus & clare, quod poteſtas iuriſdictio. temporalis ſeu ſecularis tanquam ad quatuor imperia, videli cet Aſſyriorum & Caldeorum quantum ad primum. Medorum & Peſarum quantum ad ij. Grecorum quantum ad tertium. Roma. quantum ad quartum. non fuerunt a principio legitime introducta, ſed per violentiam vſurpata. De primo imperio probat per illud quo hĩ Geneſis. x. De ſecuundo probat per id quod habetur Danieli. v. De tertio per id quod habetur in princ. j. lib. Macha. de quarto puta Roma. imperio dico hoc patere ex Chronicis imperii a violentia, hæc quatuor imperia oſtenſa ſunt Danieli in viſione ſub ſimilitudine non hominum, ſed beſtiarum, quia non inſurrexerunt per uiam rationis ſed impetu ſenſualitatis quantum ad primam, ſui origi nem. Si autem proceſſu temporis hæc regna aut imperia reducta ſunt ad ſtatum legitimum oportet quod hoc fuerit accedẽ te conſenſu populi expreſſo, vel interpretatiuo. & ita reincidit cum opi. Alb. ¶Iaco. de Alua. in ſua lectura ſuper feudis in tit. qui dicatur Dux, Comes, vel Marchio. col. 3. & ſeq. plura elegãtiſſime ſcripſit. differens de multiplici imperio, vt s. diximus

7 †Sed vbi agitur de initio imperii tacuit, dicens tantum quod a ſolo Deo dependet per tex. in l. j. C de vete. iure enuc. in prin. & c. quæſitum. xxiiij. q. 4. cum aliis allega. per eum, ſubiungens hoc eſſe verum ſecundum determinationem matris eccleſiæ ante aduentum Chriſti, quia poſt aduentum eius imperium fuit apud Chriſtum & eius vicarium. ſ. Papam, ita q non depẽdet immediate ab ipſo Deo cum transferatur per Papam in principem ſecularem. d. c. venerabilem. extra de elect. ¶Sed aduerte quod inquantum vult imperium habuiſſe initiũ a Deo hoc eſt indubitatum, quia certum eſt quod nõ eſt poteſtas niſi a Deo. ad Rom. 13. c. canonum. quum culpatur xxii. q. 7. ſed dicendum eſt ſecundum prædictum Pet. Bertran. loco. s. alleg. pag. j. quod poteſtas & dominium regẽdi populum eſt a Deo quantum ad initium, non autem ſemper quantum ad acquiſitionem vel vſum, videlicet quando male acquiſitum, vel poſt acquiſitionem homo male utitur quod amplius proſequitur, vt videre poteris per eum dicẽs, ſic intelligi illud Oſeę. 8. c. ipſi regnauerũt & non ex me. Principes extiterunt & non

8 cognoui. † Dicit etiam aliud verbum notabile, quod quamuis a prin. quo Deus hominem creauit dederit ei, vt præeſſet piſcibus maris & volatiſſimus mundi & beſtiis terrę, ut dicitur Gene. j. tamen nulli hominum commiſit ſpecialiter dominiũ ſuper alios homines, nec de hoc fecit ſpeciale prȩceptum, n ſpecialiter ordinauit, & ita infert q non aliter auctoritas iuriſdictionis ſecularis inter homines eſt a Deo, niſi in aliquib. de quibus Deus ſpecialiter ordinauit, & mãdauit q prȩeſſent gẽti, ut de regno Iſraelitico, & ideo dicitur habuiſſe legitimũ initium eo quod Saul primus rex fuit electus auc̃to. domini & ex conſenſu populi, & eo reprobato propter inobedientiã Dauid electus fuit a Deo & vnctus per Samuelem, vt habetur Reg. 16. capit. Filii etiam Dauidis ei in regnum ſucceſſerunt ex ordinatione Dei. & dicit Bertrandus ubi. s. quod ſicut priui legia paucorum nõ faciunt legem communem, ita nec illud initium legitimum in regno Iſraelitico facit, vt & cætera regna & imperia dicantur habere exordium legitimum. & ita ergo concludendum eſt quod auctoritas imperandi ab exordio vſurpata eſt, ſed populi conſenſu, vt volunt prædicti Doct. facta eſt legitima & pro hoc vide Panormit. in c. venerabilem colum. vi. de electio. extra vbi dicit quod illud q habetur. 24. q. i. §. i. Romani virtutibus quęſierunt imperium, eſt intelligen

9 dum de virtutibus politicis non theologicis. ¶†In quãtum autem Iacob. de Alua. s. dicit quod poſt. aduentum Chriſti imperium non dependit immediate ab ipſo Deo, vetus eſt problema & antiqua, vt aiunt, Rota ſiue ꝓtentio inter eos q partes Rom. pontifi. & eos qui imperatorię celſitudinis fautores fuerunt, & maxime tempore Ioan. Papę. 22. & ſucceſſoris ſui Benedi. xii. inter eos, & Domi. Ludouic. de Baua. electum in imperatorem, qui dicebat & cõſtanter aſſerebat dignitatem imperialẽ nõ ſubeſſe pontificię, ita vt ille vidẽs Roma. ponti. plures edidiſſe cõſtitutiones arrogãtes ſibiipſis ſuperioritatem in imperatores, econtra prędictus Ludouic. de Baua. elegantem cõſtitutionem edidit papalibus conſtitutionibus cõtrariam, per quam ſtatuit de conſenſu ſuorum procerum, qđ impeperialis dignitas & poteſtas eſt immediate a ſolo Deo ita quod nec Papę nec ſedis apoſtolicę, aut alius alterius approbatione, confirmatione, auctorita. indiget uel conſenſu, ita quod contra præſumptores aut prȩſſumptiue aſſerentes ꝓrium omnib. feudis quę ab imperio detinet & oĩb. gratis iuriſdictionib. priuilegiis, & ĩmunitatib. ab ipſo & p̃deceſſoribus ſuis ipſo iure & facto decreuit eſſe priuatos & crimen leſæ maieſtatis incurriſſe pleniſque illius criminis ſubiacere. de qua conſtitutione Ludoui. vide Alberi. de Roſa. in d. l. bene a Zenone. colum. vii. in fi. vbi prædictam conſtitutionem de verbo ad verbum refert, & de prædicta conſtitutione Lud. meminit poſt Albe. Phi. dec. ĩ c. nouit. col. v. in fi. de iud. extra non eſt præſentis ſpeculationis nunc in illum nodoſę difficultatis labyrintum incidere, ſed breuitatis gratias recurre ad Alber. & Legiſtas Doc. in d. l. bene a Zenone. & ad cano. in d. ca. nouit. vbi cumulatiſſime comperies.

10 Viſo de initio & origine imperii †quia. s. dictum eſt aliquando hæreditarium fuiſſe nunc oſtendendum eſt qualiter de hæreditario factum eſt electiuum. Circa quod in primis de tranſlatione imperii diſcutiẽdum eſt quum ex ea tandem factum eſt electiuum vt inferius deducetur. Aduertendum eſt igitur, quod dicit glo. in d. c. venerabilem. quod cum eccleſia Ro. opprimeretur ab Ayſtulpho rege Longobardorum petiit auxiliu m a Conſtantino & eius filio imperatoribus, & cum nollent eccleſiæ patrocinari, Stephanus Papa ſecundus natione Ro. trãſtulit imperium in Caro. magnum filium Pipini quem Zacharias Papa prædeceſſor eius ſubſtituerat Hylderico regi Francorum depoſito, vt habetur. xv. q. vi. c. alius. & tranſlatio illa imperrii ad Caro. magnum fuit anno domini. 775. & ſubiungit gl. q hic Caro. coronatus eſt a Leone Papa. iii. elapſis poſt hoc decem & quĩque an. ita expreſſe vult prædicta gl. in verbo, tranſtulit. Quã omnino ibi ſequitur Hoſt. col. j. in fi. ſed Io. An. dicit factam tranſlationem anno domini. lxxiiii. Alua. in titu. quis dicatur, Dux, Comes, vel Marchio. in vſibus feu. dicit prædictam tranſlationem factam fuiſſe anno domini. dcclvi. & coronationem a Leone. iiii. anno domini. dcccii. dicens hãc eſſe veritatem, vt patet ex annalibus Ro. põtificum. de hac opi. meminit Io. de Imo. in d. c. venerabilem. in verbo, tranſtuli. in

11 glo. licet Alua. non citet. †Ob hanc diuerſitatem Platinam inſpeximus qui pontificum hiſtoriam eleganter ſingulari terque differit, & hic profecto nullo temporis facto diſcrimine inter tranſlationem & coronationem ſic inquit. in vita Leonis. iii. Pontifex Carolo optime de eccleſia Dei merito aliquam gratiam relaturus, cũ videret imperatores Conſtantinopolitanos egre id nomen tueri, & ob eam rem vrbem & Italiã ipſam magnas calamitates paſſam, in baſilica Petri poſt ſolenni ſacra populi Ro. ſcito ac precibus ipſum Carolum magna voce imperatorem decernit, ac diademate donat ter acclamante populo Ro. Caro. Auguſto a Deo coronato magno & pacifico imperatori vita & victoria. & paulopoſt ſubiungit Pontifex item hominem inũxit &c. &

ita

Source : BIU Cujas

ita vult Platina translationem factam fuisse sub Leone III. & eodem tempore inunctionem & consecrationem.

Cui plane astipulatur Sabel. Aeneadis oct. lib. viij. pag. cuius verba tum pro legentiū subleuatione, tū quia grauis sunt pōderis ad literam referre non pigebit. Sic inquit. Leo Pontifex inter sacrorum solennia scito rogatuque Comano populo qui officij causa circumstabat in Vaticano templo Geronię Roma. Imperato. consecrauit & inunxit. Consecratio illa facta est ad altare Basilicæ, vbi loci accepit Carolus Imperij insignia. Mox illis instructus ad aram maximam templi est innunctus anno quo Carolus regnare cœperat tertio &
12 trigesimo † cum Italia iam annos ccc. & xxx. sine imperij nomine fuisset. Mansit mos idem in cæteris, vt qui Augusti nomen legitime reciperēt a Roma. Pontifice inungerentur, acclamatum ter ab vniuersa multitudine, Carolo Augusto & pacifico vita & victoria. & deinde subiungit creditum iam inde imperij arbitrium Apostol. sedis esse, quoniam antea e cœlo dari crederetur. hæc Sabel. Sic igitur aperte vides factam tantummodo translationem sub Leone III. quicquid velit glossa supra allegata cum sequacibus. sed cogita si dici potest pro concordia, quod sub Stephano secundo huius nominis Papa prima transferendi Imperij in Carolum causa extiterit. Nam Cōstantinus Imperator Aystulpho Longobardorum Rege Romanā ecclesiam Pontificemque Stephanum Secundum vexante tanquam iniuria ad se non pertineret auxiliari neglexit, idcirco Pipinus Caroli pater ad ecclesiæ patrocinium euocatus de Aystulpho victoriosissime triumphauit, quo defuncto Aystulpho ei successit Desiderius, nouas in dies ecclesiæ Romanæ oppressiones infligens. Quare Adrianus Papa primus huius nominis approbante consilio decreuit & statuit vt rex Pipini filius optime de ecclesia & Italia meritus Roma. Patriciatus dignitate fungeretur, creandique Roma. Pontifi. quod magnum est, tunc
13 temporis potestas ei concessa est, † de quo est tex. in indiuiduo in cano. Adria. 63. distinctio. & de hoc vide Sabel. Aeneadis. octau. libro octa. pagi. ad fin. Mortuo Constantin. Imperat. elephantica spurcitiæ seu manis lepra. adhuc sedente Adriano, qui quatuor & decem annis minus duobus mensibus pōtificatum gesserat, ita vt tandiu quandiu Petr. in pontificia cathedra sedisse diceretur, successit ei filius Leo. hic, quia sacrilega rapina caput exornauerat carbunculi apostemata iustas sui sceleris pœnas luens interijt relicto Constantino filio adhuc puero, cui Mater Hirene Imperij gubernacula prudentissime moderata est donec pubes factus esset, quo pubere matre administratione deiecta vsque adeo impię inhumaniterque in eam populumque sęuiebat, vt sub matris manu redactus luminibus priuatus conniuente populo in carcerem detrusus sit decedente Adrian. successit Leo. III. & vbi hæc de Imperatore Constantinop. ei nunciata fuissent videns se Caroli strenuitate in sedem Apostolicam tranquille restitutum imperium quasi imperatore destitutum, in Carolum acclamante populo transtulit, vt supra retulimus, & ita vera & realis imperij translatio sub Leone III. extitit. Sed saluari potest glos. superius allegata considerata origine quando cœpit Carolus bene de ecclesia mereri, vt deduximus. & pro hoc potest adduci bonus textus in cap. literis. de rescript. extra. vbi pro-
14 batur, & per illum textum colligit Panormitan. quod † actus debet denominari a principio non a fine, licet principium non sit necessitatiuum, sed exhortatiuum solummodo, & ita male dixit Augustinus de Anchona in suo tracta. de ecclesiastica potestate. quęstio. xxxvij. articu. iiij. vbi dicebat quod tempore Adriani translatum fuit imperium in Carolum per dictum capitulum Adrian. quia aliud est patriciatus, de quo ibi, & aliud imperium, & eo tempore adhuc erat imperium apud Græcos, vt supra deduximus.

Super hac translatione duo sunt

consideranda. primo quod huiusmodi translatio fortissimū argumentum pro opp. Aluar. supra allegati, quoniam volebat imperium post aduentum Christi non a Deo immediate sed a Romano Pont. dependere, alias vana huiusmodi trāslatio fuisset, & Carolus Magnus in quem primo est translatū imperium & reliqui successores eius, & hi qui hodie imperiū moderarentur, vsurpatores essent, quoniam omnes a Romanis Pontificibus imperandi rationem acceperunt. & hoc fundamentum facit Præpositus in capitu. cum ad verum. xcvj. vbi ample de illa ardua materia superioritatis differit, & hanc ponderationem facit Panormitanum in dicto capitulo venerabilem. columna tertia. Secundo considerandum est. An hæc translatio fuerit facta in persona Caroli magni, ita ꝙ penes Gallos ex ꝑsona ipsius trāslatū fuerit, vel penes Germa
15 ni. † Cū vt asseritur Caro. origine Germa. fuerit. Circa quod reperio Doctores canonic. de hac materia tractantes in opini. diuersos. quidam in dicto capitulo venerabilem. de electione. propter illum textum in verbo. in germa. dicunt quod imperiū in persona Caroli fuit translatum in Germa. vt sic post ipsius mortem ad solos Germanos deueniret, vt sonat ille tex. & hanc opinionem firmans Bald. ibidem infert columna secunda, quod sic imperium fuit translatum in Ger. i. Theutonicos qđ de aliis nationibus nō possunt reges Ro. eligi, nisi reges Franciæ, quia Caro. tante familiæ princeps fuit de Alemania, & sic eius posteri sunt Alemani, sunt verba Bald. ¶ Sed cum reuerentia Bald. dixerim videtur aberrasse, quia licet Carol. natione Germa. fuisset, non tamen sequitur regum Franciæ posteritatem vsque ad sua tempora German. fuisse, quoniam Caro. magni posteritas in Ludouico filio Lotarii defecit. Nā eo sine liberis defuncto regnandi authoritas ab Hug. Capeto vsurpata fuit, & ideo Hostien. in capitu. nouit. de iudi. columna quinta in fine, in verbo. noscitur descendisse, reprehendit Papam ex eo, quia ibi dicebat quod Philippus rex Francię de quo ibi agebatur descendebat ee stirpe Caroli Magni, quia id alienum esse a veritate probat referendo genealogiam. Nam dicit ipse Caro. Magni genus in Lud. vt prædiximus defecit. postea factus est rex Hugo Capeti qui genuit Robertum, Rober. Henricum, Henricus Philippum, Philippus Ludouicum, Ludouicus Philippum, famosissimum, & ita Philippus, de quo ibi fuit 6. rex de genere dicti Hugo. & non de genere Caro. Ta-
16 men † dicit, quod vt refertur Hugo duxit in vxorem quandam de genere Caroli Magni, & sic posset saluari tex. dict. cap. nouit. & dictum Baldi supra relatum. Nam Christus eadem ratione de stirpe Dauid dicitur descendisse, vt habetur Matth. j. cap. ¶ Reperio quendam historiographum, qui mare hystoriarum opus suum appellat, opus quidem exactissime elaboratum, licet vulgari idiomate descriptum, hic in historia regis Franciæ Philipp. Deodati refert, quod per hunc Philippum vsque ad hodierna tempora Caroli Magni prosapia in regibus Franciæ continuatur, quia hic Philippus duxit in vxorem quā dam Isabellam quæ longa origine ex emergente filia Caroli simplicis descenderat, ita vt hac ratione hodiernos reges Francorum a Germano genere denominat. & sic eadem ratione nititur, & Hostien. supra. Sed an hę saluationes sint legitimæ. ꝯ. ne res intricetur, deducemus. ¶ Sed in contrarium quod scilicet non sita Græcis translatum immediate imperium in Germanos, sed potius in Francos, aut Gallos tenuit Cardinal. Zabarel. in dicto capitulo venerabilem. §. verum. in quinto nota. dicens quod inquantum textus dixit Germ. melius dixit Francos, quia Carolus fuit rex Franciæ, & fuit Imperator, ipse & successores reges Francorum per annos centum. & tres & ad textum ibidem in verbo, germanos. dicit quod habuit respectum ad principium translationis. & ita ibi videtur tenere Io. Imol. certe credo quod Cardinalis, verum dixerit quicquid astruere voluerit quidam Hieronimus Gebuilerius, suo volens eblandiri principi, in tractatulo qui libertas Germaniæ nuncupatur, vbi Germanos Gallis, neminem vero Gallum a Christiano natali Germanis imperasse certissimis classicorū scriptorum testimonijs probare tentauit. Tētauit quidem sed vanis inutilibusque suadelis, vt statim luculentissime ostendemus. Verendumque sibi erit, ne dum Germanos in libertatem proclamare voluit ascribeudę ipsis post hac seruitutis telam texuerit.

17 Vt ad rem descendamus † probo in primis conclusionem nostram supra positam quod a Græcis in Gallos fuerit translatum imperium non autem in Germanos. per textum formalem. in capitulo ego Ludouicus lxiij. distinctio. in fine. vbi vel ad nostros successores reges Francorum, & ibi per illum textum formaliter infert gloss. quod imperium prius Francorum fuit, sed postea Theutonici virtutibus promeruerunt imperium, vt xxxij. quæstio. pri. §. ex his in quos, dicit, hodie est translatum imperium. extra de electio. cap. venerabilem. & pondera quod glo. Germanus fuit, & ideo Cardinal Zabarel. in dicto cap. venerabilem. §. verum. in 5. not. in fi. refert genealogiam Germanorum quare Germani dicātur & dicit ꝙ Ioan. glo. in cap. j. xxxij. dist. exponit, quod dicuntur Germani quasi verum germen, quia sunt veri nobiles. Sed dicit Car. Io. gl. suspectum in hac laude, quia Germanus erat. hoc ēt elici potest ex dicta glo. in d. ca. ego Lud. quæ dicit Germani virtutibus promeruerunt imperium per d. §. ex his. vbi tamen text. de Romanis, & non de Germanis loquitur, & sic ergo glos. licet amica patria fuit, vt naturale est. l. fina. & ibi Bald. C. si seruus expor. venerit. Barto. in l. prima, in §. fin. ff. de iusti. & iur. & omnium charitatis vna patria, scilicet complexa est, vt dicit Tullius in officiis, tamen magis ipsi hæc amica fuit veritas, & ita habes Germanum hanc conclusionem nostram firmantem, cuius authoritas sine comparatione
28 maior est, quam istius grammatici aut poetæ. ¶ † Item secundo considerandā est causa translationis, quæ fuit, vt omnes Hystoriographi fatentur ingenue, & nemo etiam infi-

Source : BIU Cujas

habitur, quia erant Galli de ecclesia benemeriti ob frequentia Romanę ecclesię subsidia impetita, vt vniuersalis ecclesia huic populo congratulari desiderans supra scripta suadente ratione in eorum principem & regem imperium transtulerit, & ita non tam in Carolum, quam in gentem gallicam facta est translatio. quid enim potuisset Carolus quantuncunque magnanimus, nisi gallicis copiis adiutus? nihil profecto. & ideo dicit Aug. contra Faustum. c.xxij. auctoritas belli est penes principem, ministerium exequendi est penes milites. Hinc dicit Vegetius de re milit. qui desiderat pacem præparet bellum, qui victoriam cupit milites imbuat diligenter. & sic ista donatio facta censetur principaliter patrię.s. & gentis Gallicę intuitu. & pro hoc est tex. in l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurato. vbi inducit glos. contra ambasia. Mediola. qui volebant consequi ipsis donatum ab imperatore Constantinopo. tanquam personis suis, ad idem text. & glos. in l. sed si plures. §. in arrogato. in verbo, beneficio. ff. de vulgari & pupillari facit quod dicit Iacobus de Rauenna, quem refert Cynus in l. manifestissimi. in fine. C. de furtis, quòd donatum presumitur intuitu donatum ciuitatis, vt in epistola liquet. in fine. C. de summa Trinitate. Item quia præsumendum est quod de militibus & populo Gallico fecerit mentionem Imperator in translatione, quia presumitur factum quod prius erat faciendum l. & qui duas. & ibi Flor. ff. de seruitute vrban. prædio. quo casu quando fit commemoratio ciuitatis, vel populi non acquiritur solum ei cui donatur, sed etiam ipsi toti ciuitati, secundum Angelum in dicto §. in arrogato. argumen-
19 l. cum aliquis. C. de iure deliberandi. †Item quia donatio facta prelato ecclesię ab extraneo presumitur facta intuitu ecclesię, & non prelati tantum. tex. in capitulo requisisti. de testamentis. extra & ibi Barbatius columna decima, vbi dicit quod ex quo non probatur contrarium standum est huiusmodi præsumptioni secundũ glossam in lege prima & lege in testamento. C. de testamento milit. cum aliis alle. per eum. Adde quod præsumptio habetur pro charta liquida. lege quicũque C. de apochis publicis, libro decimo l. prima. C. de pen. Baldus in l. prima. §. primo, in fine. C. de rei vxoriæ actione, immo dicitur plene probare in his quę sunt consona veritati. idem Baldus in l. secunda, columna secunda. ff. de excusatione tutorum. ¶Tertia, quia esto, quòd Caro. fuit Germanus non sequitur tamen quod successores sui fuerint Germani. Nam filius Caroli magni qui ei in imperio succesit, puta Ludouicus pius natus fuit in Gallia aquitanica, & ideo cum puer adhuc esset Aquitaniæ principatum iussu patris obtinuit, vt in eius historia videre est. natus ergo fuit in Gallia, ergo Gallus, & non Germa. per textum formalem in l. qui ex vico. ff. ad muni. vbi dicit text. qui ex vico ortus est eam patriam intelligitur habere, cui reipublicę vicus ille respondet, facit bonus textus in l. prima. ff. eodem titulo l. ciues. C. de incolis. libro decimo. & idem de aliis regibus Franciæ imperatoribus potest ostendi. & ideo dicam cum text. in l. assumptio. ff. ad municip. Assumptio originis quę non est veritatem naturę non permittit, errore enim veritas originis non amittitur, nec mendacio dicentis esse, vnde non sic de ponitur, neque recusando patriam ex qua oriundus est, idest ortus, vt ibi exponit glos. neque recusando patriam ex qua oriundus est, idest ortus, vt ibi exponit glos. neque mentiendo de ea quam non habeat, veritatem mutare potest. sunt verba formalia tex. in dicta l. adoptio. quæ contra istum bellum suasorem optime congruunt,
20 †& certe ita est ergo mera veritas quod Gallicus fuit, alias enim si sequeremur patriam generis auiti, sequeretur quod omnes essemus Damasceni, quia Adam pater primus natus fuit in campo Damasceno. hoc inconueniens infert glo. in dicta l. assumptio. §. filius. in glos. magna. vbi glo. propterea vult, quod licet aliquando filius sequatur originem patris, non tamen aui, & ita inutile est prorsus argumentũ prædicti Hieron. quo non sine magno labore ostendere voluit, illos reges Frãciæ qui imperarũt, descendisse de sanguine Germa. quod & si verum esset, non tamen sequitur ipsos Germa. esse, & non Gallos, alias si primordialis illa origo inspiceretur nos non Galli, sed Troiani ex communi Gallorum origine appellandi essemus, & ipsi etiam Germani, nec Germanicum forsan nomen obtinerent, ideo maxima fuit dicto Hiero. temporis iactura cum oleum operamque, vt aiunt, perdiderit, quod etiã inferius clarius ostendemus in responsione ad argumenta in partem contrariam. ¶Item quarto, quod imperium fuerit penes Gallos retorqueo in prædictum Hie. dictum Aneę syluij in Europa sua ab eo citati cum inquit. Carolus, quamuis Galliæ potiretur imperio Germa. tamen fuit, erat ergo imperium Gallicum, sicut prius Constantinopolitanum fuerat. & si dicatur saluando allegationem suam quod Aeneas loquitur de imperio Gallico, non quod imperium esset penes Gallos, sed
21 est sensus potiebatur imperio Gallico, quia †galli sunt exempti ab imperio, & nullum recognoscunt c. per venerabilem. extra qui filij sint legi. Dic quod hæc saluatio non valet per dictum aureum Bal. in titu. de prohi. feu. alie. per Feder. §. fina. colum. penult. in fi. vbi dicit quod licet dominus rex Francię sit super omnes reges & quo ad suos subditos sit in regno suo tanquam corporalis Deus non tamen dicit ipse, est alter imperator, quia vnum est imperium, vt ff. de ori. iur. l. 2. §. proinde cum esset, ibi dum dicit & necesse reipublicę per vnum consuli. ponit exemplum in simili, si Deus vnum Angel. extimeret a sua potestate, supposito quod hoc posset, non tamen Ang. ille esset Deus. & de hoc dicto Bal. meminit Felyn. in cap. nouit. de iud. extra. colum. iij. in princip. & ira ergo necesse est ne corrumpamus verba arg. c. intelligentia. de verbor. signifi. l. non aliter. ff. de legat. iij. intellige prout iacent verba Aeneæ syluij, & aperte probant de directo contra prædictum Hiero. quod imperium fuit apud Gallos. Sic ergo succedit illud Sapien. 11. per quæ quis peccat, per hoc & torquetur & noxiæ par pœna est, vt in suo vitio quisque plectatur. vt inquit Tullius libro secundo, de legi. Dicique potest ei, quod Comicus inquiebat, quas fecit compedes ipse gestauit. ¶Item quinto, & vltimo, quia quo pacto persuaderi potest, vt in Ger-
22 ma. tunc imperium translatum fuisset, †cum plures Germanicę nationis in fide Christiana vacillarent? & tunc bona Germaniæ pars in Caro. ipsum rebellasset, vt illius temporis historia abunde testatur, & ita illa fidei persecutio ab ipsis Germanis, aut eorum progenitoribus, potius disiuasisset imperij trãslationem per dictum capitulum venerabilem. ibi quam primogenitores eius, per quem text. dicitur ibi quod vna causa propter quam repellebatur Phil. coelectus Othonis, de quo ibi, erat, quia progenitores sui aduersati fuerant ecclesiæ, & fidei Christianę, & ita per hęc fundamenta satis aperte probatur supra dicta conclusio quod scilicet fuerit facta a Græcis translatio in Francos, & non in Germanos, & quod Galli imperarunt.

Nec obstant quæ supra in contra-

rium adducta fuerunt, & primo non ob. tex. in d.c. venerabilem. vbi est fundamentum primę opi. quod fundamentum lõge magis vrgere videtur, quam illud prefati Hie. Quia ad hoc primo posset dici, quod Papa male retulit historiam, vt in simili dicebat Host. in ca. nouit. in verbo, descendisse. de iudi. extra. de quo supra fecimus mentionem. Sed certe nollem sic inhoneste, & inuerecundæ de Roma. Ponti. loqui, quia est presumendum quod ea quæ emanant ab eo sint bene digesta & magna maturitate decocta, vt dicit gl. in c. ad audientiam. circa med. de rescript. extra nec præsumendum est, quod ignorauerit historiam hanc in tam arduis. Ideo secundo solue aliter quod hic tantum volebat Roma. Ponti. ostendere qualiter de uenerat imperium ad germanos & ponit prin. & fi. translationis, ac si dixisset de grecis translatum fuit in personam Caroli Magni, & succesores suos Gallos, & ab eis in Germanos, & sic tantum ad probandam continuationem translationis. &
23 pro †hac expositione adduco gl. signandam in c. volumus. in verbo, in concussam. 16. qõ. 4. quę dicit quod ad probandam possessionem continuatam sufficit probare extrema, & sequitur Anto. in ca. accedentibus. in col. pen. extra de priui. Panor. in c. cum ecclesia. in 5. col. de caus. poss. & proprie. Io. de Imol. in proœ. decret. col. 4. Fely. in c. licet. de proba. col. 5. in fi. & ibi rationem assignat, quia per extrema infertur presumptio medij per glo. iij. in c. quia sunt xxvj. distinctio. & glo. fi. in c. in die. de consecr. dist. 5. & glo. ij. in c. accedens. de conuer. coniu. Adducit etiam de teste dicente quod Titius possedit post Gaium non tamen per hoc sequitur quod immediate post secundũ Do. in c. j. circa prin. de constit. in 6. per glo. in c. cum vintoniẽsis. de elec. in verbo, sed tertiæ. Similiter in proposito, licet dicatur quod a Carolo fuerit translatum in germanos, non tamen sequitur immediate, quia multi Galli medij fuerunt Imperatores, & diutius fuit imperium apud Gallos, puta centũ, & tres, vel ut alij volunt, centum & decem annos. Comproba tur iste intellectus, vt vitetur iurium correctio, argum. l. j. C. de inoffi. do. aliter etenim esset contra. d. cap. ego Ludo. s. allega. Nec obstat quod Doct. aliqui interpretati fuerunt quod post mortem Carol. imperium venit ad Germanos, vt supra diximus, quia est falsum, vt supra deduximus, quia filius Caroli Gallus fuit. & ideo forsan Panormita. in dicto capitu. venerabilem. non stat in hac opinio, sed tantum dicit quod certissimum est, Imperium datum fuisse Germanis per illum textum & text. in capitu. in die. de consecratione, distinctione quinta, quod non negamus. Et ita debent intelligi alij Doctores, sed non dicant quod priusquam ad Germanos deueniisset non fuit possessum a Francis aut Gallis. ¶Nec obstat argumento Hieron. quod omnino tractatum suum totum complectitur sic arguere voluit, Carol. & sui successores qui imperium moderati fuerunt descendunt de sanguine Germano ergo nemo vnquam Gallus imperauit. Certe iste Hieronym. fuit ma-

lus

Source : BIU Cujas

lus logicus neſcio quo nam pacto ita fuit obcæcatus,ut exiſti-
24 maret hanc cõclu. validam.† Ecce ſufficit rñdenti dare inſtantiam gl.fi.in c.ſicut vrgeri.11.q.1.do.tibi non vnam tm̃,ſed plures inſtantias.Primo,actio eſt ciuilis,& tamen deſcendit de ꝑ-ctu qui eſt de iuregentium.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.Item contractus eſt facti.ff.de cura.furio.& conſilio.in fi.& tamen ex eo deſcendit obligatio quæ eſt iuris,inſti.de obli.in prin.Itẽ vſucapio eſt iuris ciuilis, & tamen per eam acquiritur dñium, quod eſt de iuregentium,ergo in ſimili nõ ſequitur,iſti deſcendunt de ſanguine Germano.ergo Germani ſunt. Bene tamen eſt fatendum, quod licet iſtud ar.non valeat quo ad ea quæ reſpiciunt originem alicuius, tamen benè valet ar.iſtud quoad ea quæ reſpiciunt effectum, puta iſte deſcendit de ſanguine Germano,ergo capax eſt prærogatiuæ quæ Germanis competere poteſt.& pro hoc vide omnino Bar. in l.conſtitutionibus. ff.ad muni.vbi ita diſtinguit in ſimili, vt poteris videre per eũ. Item alias ſequeretur abſurdum,quod nos omnes Damaſceni dici deberemus,vt nos s̃.deduximus.Sed an pauca reſpicientes, vt inquit Philoſophus, de facili parologizant, debuit iſte bonus poeta poetici illius reminiſci,Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam Viribus & verſate diu,qd̃ ferre recuſant. Quid valeant humeri.& ſic prius vires ſuas cum eo quod ſubditurus erat onere metiri,per text.in c.non eſt putanda.11.q.1.iuncta gl. in verbo, prius quæ poeticum illud refert: Melius ergo fuiſſet
15 ei ſi loquutus non fuiſſet homo, ille lupus etenim,vt adagialiter vſurpatur, circum puteum choream egit. † Ecce ex prædictis vides quod prima tranſlatio fuit de Grẽcis in Francos. 28
Secunda autem fuit de Francis in Germanos,& hæc tranſlationis cauſa fuit, vt refert Car.s̃.alle.quia cum eccleſia oppugnaretur a Berengario tyranno,& impetraret auxilium ab Arnulpho Rege Franciæ. Arnulpho nolente ſuccurrere vocauit eccleſia in ſubſidium Othonem, Ducem Saxoniæ, vel ſecundum alios Germaniæ Regem.& hac rõne tranſlatum fuit imperium in Germanos a Leone 8.vel ſecundum alios a Io.13. & ita ſentire videtur Platina in vita Io.13.dicit tamen quod illa tempora vſqueadeo confuſa fuerunt,& perturbata ſcriptorum negligentia, & incuria, vt vix poſſit a litera pars certa de legi.Sed Aug.de Anco.in ſuo trac.de pote.ecc.q.305.art.4.dicit hanc translationem factam fuiſſe deficiente genere Caroli,& ſic tpe Lud.vel Lotharij eius patris,in quibus deficit genus Caroli magni in corona Franciæ. Alij dicunt tempore Lud.3. filij Arnulphi druiſum fuiſſe imperium, & deinde confuſum imperantibus.Corrado & Berengario,ecce vtrunque ſit,tranſlatum fuit imperium in Germanos in perſonam Othonis anno.1475. & tunc temporis adhuc erat imperium hæreditariũ vſque ad tempora Gre.V qui ſanctionem edidit de Imperatore eligendo.& quod ad Germa.huiuſmodi electio ſpectaret,vt
26 legere potes apud Platinam in vita Greg.V.† & tunc dati primo fuere ſex electores, tres eccleſiaſtici.s.archiepiſcopus Magũtinus,archiepiſcopus Treuerenſis,archiepiſcopus Colonenſis,& deinde tres ſeculares principes, Marchio Brandeburgenſis electi Camerarius, Comes Palatinus dapifer, & Dux Saxoniæ qui enſem ferret. Aliqui dicunt quod hac eadem inſtitutione fuit ſuperadditus ſeptimus.s.Rex Boęmiæ qui pincernæ officio fungeretur, & his additus ad tollendam diſcordiã, vbi reliqui in electione diſcordare:ntideodicit glo.in c.ad apoſtolicæ.de re iu.in 6.in verbo, illi autem.quod aliqui aſſerunt regẽ Boœmiæ non eſſe de neceſſitate vocandum,ſed tantum cum alij inter ſe diſcordant, nec iſtud ius electionis habuit ab antiquo,& quod de facto tantum tenet,de quo per Platinam in d. vita Greg.V.per Hoſt.in d.c.vener.col.1.Certe ſiue primordiali inſtitutione, ſiue præſcripta conſuetudo id habeat Rex Bohemius,hoc laudo.arg.in l.item ſi vnus.§.principaliter.ff.de arbi. vbi iuriſconſultus improbat compromiſſa,quæ fiunt inter aliquos in numero pari,alias res ferè ſine exitu futura eſt propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem.Habes igitur qualiter imperium factum eſt electiuum.

Sed hic bona ſuboritur difficultas

vtrum poteſtas electionis ſit translata in Germanos nedũ actiuè,vt ſ eligere poſſint, ſed etiam paſſiuè. Ita quod nullus 30
poſſit eligi niſi ſit de ſanguine Germano. circa quam difficultatem reperio diuerſas ſententias Doc.Bal.in d.c.venera.tenet quod paſſiue.Ita quod dicit ipſe,de alijs nationibus nullus Rex poteſt eligi in regem Rom.niſi Rex Franciæ, qa omnes reges Franciæ cenſendi ſunt Alemani,ex quo Carolus eorum præ-
27 deceſſor Alemanus fuit. † Cum hac opi.tenuit Panor.in eo.c. venera.ſuper verbum tranſtulit, hoc modo inducendo illum tex.Nam ipſe Caro.promotus fuit in imperatorem, nõ autem fuit ſibi data poteſtas eligendi,ergo tm̃ paſſiue fuit translatum imperiũ in germanos,alias tex.non bene diceret Nam dixiſſet qd̃ in ꝑſonas illorũ principatũ fuit imperiũ translatum in Germa.& hanc dicit conſiderationẽ multũ notandã, nec eſt,dicit ipſe,indecens,vt de certa gente, ſeu genere ꝑſonarum dẽat eli gi ꝑſidens,qa hoc ſeruatur in dignitatib.eccleſiaſticis,tã ex priuilegio, quã ex conſuetudine, vt probatur in c.cũ dilectus de conſuetudine.& cap.Abbate.de ver.ſig.& ſubiungit quod Papa hoc potuit facere ex magna cauſa cum poſſit facere quicquid Deus poteſt, alias Chriſtus non fuiſſet diligens paterfamilias ſi non dimiſiſſet in terra aliquem loco ſui qui expedientibus cauſis poſſit omnia facere quæ ipſe Chriſtus.& hanc rationem prius fuiſſe dicit Innocen.in cap.ad apoſtolicę, vel in c. ſuper his de voto, & vlterius proſequitur de poteſtate Papæ. Card.de Zaba.quem refert Panormita.ibidem tenet quod eſt translata poteſtas actiuè, ſed non paſſiuè.& ita alij de alijs nationibus eligi poſſunt licet ab olim nullus fuerit de alia natione. Certe iſta materia eſt problematica, tamen credo quod melius eſſet cum hac opi. Cardi.tenere, quia ex quo agitur de pręficiendo Imperatore non debemus cõſiderare nationem, & ideo dicit text.in capi.cum deputati.de iud.extra dum quis laudabiliter exequatur officium ſui ordinis ex ſuperabundanti requiritur ſuæ notio nationis, & concordan.bonus text.in cap.ad decorem.de inſti.extra.& ideo refert Iuſti.lib.12.quod cum Alexan.parentes, & amici viderent eum ad mortem declinare,petierunt ab eo quem vellet Imperij relinquere hæredem, & reſpondit Alex.digniſſimum,& ſic non filiali amore, non patria charitate obcęcatus,cum tantum præfici voluit qui huic moderamini aptior foret.

Sed adhuc ſtante opi.aliorum qui dicunt quod in Germanos paſſiue eſt translatum imperium,dico, quod Rex Franciæ capax eſſet,quia deſcendit de ſanguine Caroli, † vt formaliter tenuit Bald.in d.cap.venerabilem.quem ſupra retulimus, ſed nos ſupra oſtendimus quod dictum Bald.non poteſt ſaluari niſi dicamus qꝙ deſcendant reges Franciæ ex latere fœminino,quo ſtante res non eſt ſine dubio.& videtur quod hæc ſaluatio non valeat, quia appellatione generis, & poſteritatis non comprehenduntur nati ex fœminis.l.11.in fin.ff.de iu.immu.vbi habetur quòd priuilegium datum generi & poſteris alicuius non comprehendit natos ex fœminis, & ita ibi nota. Barto.& ad idem eſt text.in capit.vbicunque.in fin.de pœnis. in 6.Ita tenet Bart.in l.quia tale.ff.ſolu.matr.& ita tenuit And. Barba.in d.c.nouit.col.8.rationem aſſignans, quia filij denominantur ex agnatione patris.l.exemplo.C.de decurio.lib.10. ſe remittens ad no.per eum in capi.Raynutius de teſti.vbi ipſe in col.3.dicit quod ille Raynutius declara ex aliqua ſpeciali ratione denominabatur a matre, quia contrarium eſt de iure. Nam debet filius a patre, & non a matre denominari.capitu. Raynaldus eo.tit.de teſta.& hoc ideo quia filius ſequitur familiam,& agnationem patris,& non matris, c.2.de conuer.inſi. inſti.de legi.agna.tute.§.11.Pro hoc facit tex.in l.cum legitime. ff.de ſtat hom.& l.filia.& l.liberos.ff.de ſenato.per quem text
29 dicit ibi Bal.quod † nobilitas ex genere mr̃no non ꝓcedit, ſed ex paterno,& idẽ voluit Bal.in l.fi.C.de ſer.fu.Pet.de Anch.in conſ.309.immo voluit Bar.in d.l.exemplo,qd̃ conſuetudo,vel ſtatutum non poteſt contrarium operari,licet contrarium tenuit Bal.in repe.d.c Raynutius.de quo meminit Barb. in eo.c. 4.ad prin.vbi refert alios caſus ſing.& ſpeciales in quibus filius ſequitur originem matris, de hoc vide Felyn.in c.nouit.col.1. vbi etiam de hac materia tangit inter cętera referens quendã Nico.de Vbald.in tract.de ſucceſ.ab inteſtato fo.15.vbi reſpondet ad d.c.nouit.quod ibi ille Rex dicebatur de deſcendentibus ab ipſo Carolo,ſed non de genere. Fely.ibi multa ponit in vtranque partem,& nihil præciſe reſoluit, videtur tamen magis inclinare in hanc partem, vt per ipſum videre poteris.de hoc vide Philip.Dec.in d.c.nouit,vbi etiam oppoſitionem iſtã ꝙ ſaluationem Hoſt.ſupra dictam facit adducens pro corroboratione quod generatio ſolum conſideranda eſt ex perſona viri agentis ſecundum Fede.de Senis.conſi.301.incip.magiſter,quem refert Abb.Panor.in c.fraternitati.de eo qui cogno. conſan.vxo.ſuę.ꝓ hoc facit quod ſcribit Diodo. de more Aegyptorum,qui etiam ex ſerua empta genitum ingenuum dicebant,& non ſpurium,dummodo pater ingenuus eſſet, quia patrem ſolum generis autorem exiſtimabant, matrem autem & nutrimentum, & lac filio tantum præbere.& pro ampliori
30 corroboratione huius opi.facit etiam, quia † mulier eſt familiæ ſuæ caput & finis.l.pronuntiatio.& l.familiæ.ff.de verb.ſig. vbi etiam habetur quod qui naſcuntur patris, & non matris familiam ſequuntur,& per hæc videtur ergo quod nullatenus poſſint hodierni reges Franciæ dici deſcendere a genere Germano,ſeu Alemano.

Sed in cõtrariũ cum ſaluatione

prædicta,Hoſt.tenuit Anto.de Butr in d.c.nouit,vbi per illum tex.colligit quod deſcendentes per lineam fẽmineam dicũtur eſſe de genere illius a quo originem ducit ipſa mulier, & ita etiam colligit Ioan.de Imol.col.2.quod idem eſt dicere de genere quod de deſcendentibus ex perſona matris,& ſic ꝙ prædictum Nico.de Vbal.relatum ſupra poſt Fely.& idem tenet idẽ

Source : BIU Cujas

Ioan.de Imo.in conſi.62.Panormit.in prædicto capitu.nouit. Franciſ.de Aret.ibidem collat.ſecunda. ibi.x.not. vbi colligit quod per matrem ille rex Franciæ de quo ibi agebatur erat de genere Caroli magni,& quod ille dicitur eſſe de genere alicuius qui deſcẽdit ab eo,etiam per lineam maternam adducens nota.in l.1.ff.de prob.vbi eſt bona gl.& c.vbicunque.de pẽnis. in 6.& l.1.C.de cõdi.inſer.nouiſſime reperio Philip.Deci.in d. e.nouit.col.3.ita tenentem.& adducit Paul.de Caſt.in d.l.1.C. de condi.inſer.col.1.dicentem ſe pro iſta parte conſuluiſſe,& quod eſt ipſa veritas,& de hoc eſt conſilium Pau.313.quòd incip.ſupra dictus dominus conſultor,& alios refert hanc opi.tenentes,vt videre poteris per eum,& ad adducta pro parte contraria reſpondet primo.ad l.1.ff.de iu.immu.quod ibi loquitur text.de priuile.immu.quod rempublicam offendit,quam ſolutionem prius dederat Paul.in d.l.quia tale.ff.ſol.mat.c.vbicunque. Reſpondet quod procedit in materia pœnali.ad l.1.C.de condi.inſer.reſponde ſecundum Pau.in eadem.l.ad l.pronunciatio.reſponde, vt ibi per gl.& ita ergo rex Franciæ in regem
31 Romanorum eligi poteſt.† Immò forſan quicquid ſupra dixit Panor.de hac tranſlatione in Germanos dubitari poſſet,& videtur quod non valeat,quia vt dicunt aliqui, Grego.V.hoc fecit qui erat Saxo,& Germanis principibus affinis quibus procurantibus ad dignitatem Pontificiam aſſumptus fuerat, vt per Platinam in vita Greg.V.in prin.& poteſt dici ſicut dicit lo.Ma.in c.fundamenta.qui fauebat Romanis, quod caro & ſanguis reuelauerat huic Greg.vt ſic transferret hanc poteſtatem eligendi in Germanos. Item quia Imperator & alij Principes non poſſunt deponi niſi ex maximis cauſis ſecundũ Inn.in c.ad apoſtolicæ.de re iu.in 6.quem refert Panor.in c.venerabilem.col.4.ver.non ibi ſacrilegium.& rationem adducit, quia iſtę depoſitiones non poſſunt fieri niſi magnis periculis, ar.c.latores.de cle.excom.miniſt.& ſic militat gl. in c.ſi Papa. 40.diſt.vbi vult gl.quod pro quocunq; delicto poſſit Imperator remoueri ſi ſit incorrigibilis. Or videte ſi id fuerit cauſa cũ qñ interpellabatur rex Franciæ de præſtãdo ſubſidio Sedi apoſtoli.proprijs negotijs contra aduerſarios ſuos detinebatur.videtur quod rectè præferebat res ſuas cum charitas benè ordinata a ſeipſo incipiat.l.præſes.C.de ſer.& aqua.cum ſimilibus.

32 †Item quia tranſlatio,ſeu donatio Imperij facta Carolo Magno,& Fran.fuit ob benemerita Francorum,vt ſupra diximus, & nemo negabit,modo eſt regula iuris.quod etiam ob ingratitudinẽ non reuocaretur donatio remuneratoria.l.dona iunct. l.ſi pater.l.1.ff.de donatio.Alex.conſ.42.in 4.par.nec etiam ob cauſam.l.metum.§.ſed licet.ff.quòd me.cau.ergo licet etiam rex Franciæ illius temporis ingratus fuiſſet quod non ratione ſupra dicta,tamen ab eo abdicari imperiũ & in alium tranferri non potuit. Ecce ergo quid profuit Germaniæ ſupra ſcriptus Hieronymus,quia nedum in re,de qua ſcripſit perperam locutus,eſt ſed cauſam præſtat,vt de Germanica poteſtate poſſit difficultas oboriri,& ita,vt lupus circa puteum choream egiſſe,videtur, vt ſupra diximus,niſi dicas quod nedum ius electionis de iure habent Germani,ſed cõſuetudine præſcripta,vt eſt tex. formalis in d.c.venera.Quicquid ſit ego multum laudo,vt via electionis ad huiuſmodi dignitatẽ procedatur,ſanctior enim iuſtiorq; via eſt,vt in quæſtione ſpeciali infra deducemus. Itẽ quia vnaquęq; res de facili reuertitur ad ſuam primam naturã. l.ſi quis ex argentarijs.§.pactum ne peteret.ff.de pact cum ſim.

23 †Prima autem natura fuit imperij, vt aſſumeretur imperator via electionis,& pro hoc vide Pet.Bertandi Cardinalem Eduenſem in ſuo trac.de origi.iur.c.1.vbi ſic dicit: Modus perueniendi per hæreditariam ſucceſſionem non poteſt eſſe primus,qui enim ſuccedit alij non eſt primus,quia ille alius prędecedit.igitur primus modus perueniendi debitè ad auctoritatem regiminis,eſt per electionem Dei,vel hominum.ita formaliter dicit.& pro hoc vide etiam Sabellicum Aeneadis primæ,lib.1. vbi dicit ſiue igitur natura, ſiue quod magis credo neceſſitate, id monſtrante regem ſibi conſtituerunt illi qui in vnum conuenerunt.Id enim fuit ab initio imperij nomine huic moderatio,& innocentia nõ ambitus,& diuitiæ a principio ſuffragari, quo maior erat virtus pluribusq; notior eo maiore conſenſu ad id faſtigium promouebatur. & pro hoc facit text. in c.legimus.93.diſt.vide Præpo.in c.in ſynodo.diſt.63.vbi dicit quod olim Imperator per exercitum eligebatur,& populus obediendo admittebatur.ſed Panor.in c.venera.col.4.in prin.contrarium innuere videtur in illa quæſtione.vtrum Electores imperij eligant, vt ſinguli, an vt collegium.vbi tenet quod vt collegium trib.fundamentis, quorum primum quia ſubrogatio ſapere debet naturam eius cuius loco ſubrogatur,ſed iſti electores ſucceſſerunt in loco populi Roma.qui vt vniuerſitas eligebat ſibi imperatorem.& hoc arg.prius fuerat Leopaldi qui ſcripſit de iurib.regni & imperij Romanorum.c.6.quem refert Card.in d.c.venera.§.verum.col.4.vtcunq; ſit fuit prius electium ex prædictis hẽs qualiter Imperialis dignitas amplius nõ eſt hęreditaria, & ſic ius primogenituræ in ea locum non hẽt,

34 ſed via electionis ad eã ꝓcedit. † Aduerte tñ quod ẽt dignitas imperialis, nec electione ꝓpriè vr̃ q̃ri. Nã poſt electione factã ab electoribus priuſquam electus dici dẽat imperator requirit triplex coronatio,ferrea,argentea,& aurea,vt no.refert glo.in d.cle.vnica.de iureiu.in ver.veſtigijs q̃ pulchrè oſtendit qd deſignant iſtę tres coronæ.Antequam aũt vltimã receperit tñm rex Romanorum appellatur.text.eſt in d.c.venera.ibi electum in regem,& ita ex illo tex.colligunt Do.ſignanter Panor.col. 3.in eo.verbo, vbi pro hoc adducit ẽt tex.in d.cle.Romani.de iureiu.& ſimile adducit de archiepo,& epo qui ante conſecrationẽ non dr̃ epi aut archiepi.c.niſi.de vſu.& auto. palli.gl.in c.1.de relig.do.gl.in cle.2.de cele.Miſ.& pro hoc vide Fely.in c. eam te.col.1.de reſcrip.extra.vbi adducit Ange.in l.bene a Zenone.C.dequad ri.præſcrip.per illum tex.ibi ex quo infulas Imperiales ſuſcepimus,& in ſimili adducit Bal.poſt Old.in l.athletę.in prin.ff.de exc.tu.vbi dicit quod ante Birretum Doctorale quis non dicitur Doctor, licet ſit licentiatus per illum text.ibi ſacris certaminibus coronati, & vide quæ cumulantur ibi per Fely.& ita ergo cõiter appellatur rex Romanorum ante coronationem.vide tñ Alb.in d.l.bene a Zenone.vbi refert conſtitutionem Lud.de Bauaria.de qua ſupra mentionem facimus.

35 † in qua ſtetit quod non expectata vnctione aliqua & coronatione dicendus eſt imperator,ſtatim poſt electionem.no.dixi vnctione.quia non propriè conſecratur, vt dicit Panor.& cõmuniter Doct.in d.c.venera.& ideo reprehendit gl.in c.Valentinianus.63.diſt.aliquos dicentes imperatorem habere ordinẽ Subdiaconatus & male.Sed aduertendum eſt quod ante coronationem poteſt adminiſtrare,ſicut poſt coronationem. vnde dicit Panor.in d.c.venera.in fi.quod licet fuerint opiniones diuerſæ,receptum eſt tñ conſuetudine vt adminiſtret.& ita dicit Bal.in tit.de pace Cõſtan. §.hæc quod nos vbi refert Hoſt.in c. ſuper quibuſdam.de ver.ſign.dicentem ſe vidiſſe in Alemania per Principes iudicari & teneri quod rex Romanorũ poſt electionem concordem habeat omnem poteſtatem quam imperator, nec vnctio aliquid addat.Ipſe tamẽ Hoſt.dicebat cõtrarium verius,ſed dicit ibi Bal.quod quicquid dicat ibi Hoſtien. 1.opi.ſeruatur,& eſt ipſa veritas,& quod opi.Hoſti. poſſit habere locum quando ſunt electi in diſcordia.Sed glo.eſt multum not.& magiſtra.in d.cle.vnica.de iureiur.in verbo, Reges,vbi dicit gl.ſe vidiſſe ex regiſtris Innocentij Tertij,quod inconcuſſa conſuetudo imperij eſt per patiẽtiam Sedis Apoſto. tolerata,& per tolerantiam approbata,quod duobus electis in diſcordia vterq; adminiſtrat vt Rex, & omnem imperij iuriſdictionem exerceat,donec alterius electio per Papam fuerit approba-

36 ta,vel reprobata.& † hoc no.vt dicit Abb. Panormi. in d.c.venerabilem.col.7.ſuper ver.fauere.vbi electores Imperij diſcordent in numero,nec ſit acceſſus, ita quod poſſit maior pars haberi,poteſt Papa vnum ex illis eligere, prout ſibi libuerit, ſicut contingit in patronis diſcordantibus.in c.quod autem.extra de iure patro.& ita ergo ex prædictis patet quod non ſola electione quæritur dignitas Imperialis,nec per electionem ſimplicem dicitur Imperator, ſed tantummodò Rex Romanorum, vt eſt tex.rotundus in d.c.venerabilem.

De iſta electione

Imperatoris poſſent plura cumulari, quæ omitto, quia ſunt extra principale propoſitum.Sed qm̃ hæc materia eſt grauis & ſępe occurrere poteſt,ideo faciemus aliquas remiſſiones quæ plurimum animos volentium plenius in hac materia inſtrui ſubleuabunt.in primis videas ergo Cardi.de Zaba.in d.c. venerabilem §.verum.col.3.vbi quinque q.mouet circa Imperatoris electionem.de quibus dicit ſe fuiſſe interrogatum & reſpondiſſe,vt ibi inſerit.Prima eſt q¦Quo iure Principes Alemaniæ habeant eligere,de qua ſupra diximus.Secunda,de forma electionis.Tertia,ſi diſcordent in electione,vel ſi nõ interſunt omnes quot ſufficiunt ad electionem.Quarta,quam poteſtatem habet electus ante coronæ ſuſceptionẽ a Papa, de qua ẽt ſupra tetigimus. Quinta,vtrũ imperatore viuente poſſit deponi ab electoribus,& an qui conſenſit in vnum,poſſit mutare ſententiam,& poſtea alium eligere.vbi concludit quòd ſic, quia tales electores æquiparantur patronis laicis.

37 †Alia quæſtio ẽt ſing.poteſt moueri.vtrum ſit electoribus tempus præfixum ad eligendum, ita quod ipſis negligentibus Roma.Põtifex plenariè prouidere poſſit. de qua q vide gl.no. & expreſſam.in d.c.ad apoſtolicæ.de re iud.in 6.in glo.fi.vbi formaliter dicit glo.quod non ſtatuitur a iure certum tempus principibus ad Imperatorem eligendum. Hinc eſt quòd Papa non poteſt eligere,niſi illos prius admoneat.dicto cap.venerabilem.quod non eſt in eccleſijs, vt proſequitur glo. Ad idem vide Panor.in dicto capitulo venerabilem.colu.4.verſi.noto. ibi ſi principes admoniti. Item alia quæſtio moueri poteſt vtrum electores poſſint vnum ex ſe eligere? de qua breuiter dic quod ſic, & ad hoc vide in indiuiduo Bald.in l.planè.in fi. lec.ff.quod cuiuſque vniuer.in fine.vbi dicit quod electionarii Imperatoris poſſint eligere vnum ex ſeipſis in Imperatorem

torem. Subiungens quod ita fecerunt in Imperatore qui erat ſuo tempore,& in auo ipſius.de quo dicto.Bald.meminit Ioã. de Ana.in capit. eccleſia veſtra quod eſt.capit.fin.de ſortile.extra. colla.iiii.ad princ. ¶ Sed an perſona electa computabitur in numero eligentium.ita quod dicatur hr̃e maiorem numerũ electorum† vide Panor.pulchre in c.cum ī iure. de electio. extra.col.2. de hac dignitate imperiali. vide Albe. de Roſa. ampliſſime in l.bene a Zenone.de quadri.preſcriptio.vbi multa notãda cumulat.& in l.cunctos populos.C. de ſum.Tri.Vide pulchre,& eleganter Alua.in ti.quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio.col.3.& ſeq.vbi pulcherrime de hac mã diſſerit. Nec vidi apertius quam per Card.vbi.s̃.& Alua. hoc loco.vide tñ Augu.de Anco.in ſuo tract.de pote.ec.q.35. vbi mouet circa hanc dignitatem imperialem octo. q.no.Prima.vtrũ Papa per ſeipſum poſſit Imperatorẽ eligere. Secũda.vtrũ electores debeant eſſe de Alemania. Tertia.vtrum Papa poſſit prædictos electores mutare. Quarta,an Papa poſſit electores de alia natione q̃ Germana ordinare. Quĩta, an poſſit alteri parti fauere Papa duobus electis in diſcordia. Sexta,an poſſit Imperium facere hereditarium. Septima,vtrũ melius eſſet ſi imperium eſſe hr̃ditariũ. Octaua,vtrum melius eſſet plures eſſe imperatores quam vnum. plures alias qõ. proſequitur vſque ad 35.vſque ad xlvj.prin.in quibus 40.alias quæſtiones not.p-ſequitur,quas videas per teipſum.Hęc pro nunc in trãſitu ſufficiant ad oſtendendũ dignitatem imperialem non eſſe hr̃ditariã,ſed eligibilem tantum,& ſic in ea ius primogenituræ locũ non habere.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituræ ius an poſſit in regnis aut principatibus cadere.*
2 *Dignitates ſunt publici iuris.*
3 *Reges Chriſtiani quot ſint.*

QVAEST. XIII. SECVNDI LIBRI.

1 NVunc ſuccedit alia † qõ, an ius primogenituræ cadere poſſit in principatibus aut regnis.Hãc. q.mouet Marti.de Carra.in ſuo empitomate de primoge.pag.4.in fin. dicens quod pendet hæc quæſtio ab illa. An regna deferantur ſucceſſione,vel electione. Et quod electione deferantur addu cit.8.q.1.Moyſes,vbi dicit probari q̃ de iure ſcripto regna deferuntur electione,& non ſucceſſione,quia principatus in populo vt dicit ibi tex.non ſanguini deferendum eſt ſed vitę. Ad idem facit bo.tex.in c.legimus.xii.di.Fatetur tñ q̃ iure conſuetudinario ſucceſſione quæritur.Sed quia duo iura videntur inter ſe aduerſari.ſ.in c.unico.in fi.de alie.feu.& in cap.vnico.de prohi.feu.alie.per Fed.§. præterea ducatus. ideo pro cõcordia diſtinguebat poſt And.de Iſer.in c.j.de feu.Marchiæ. Aliquando principatus creatur vt habeat ſolam adminiſtrationem,& tunc electione & non ſucceſſione defertur, quia officia nõ deferuntur ſucceſſione cum eligat̃ induſtria perſonæ.l.cuius bonis.ff.de cura.fur.l.pe.& fi.ff.de tutel.exẽplificat q̃ñ Papa creat Marchionem ī Marchia,Ducem in Ducatu eccleſiæ. Exẽplũ ẽt poteſt poni in Duce Venetorum,& pluribus ſimilib.Et ita põt intelligi tex.in c.vnico. de alie.feu.Aliq̃ñ creatur dux, vel Marchio, vel Rex,non ſolum vt hẽat adminiſtrationem ſed ẽt proprietatem in iuriſdictione.& tunc tales principatus ſucceſſione deferuntur,ſic procedat text.in d. §.præterea ducatus. Hinc fit,vt regnum Franciæ,Hiſpaniæ,& conſimilia ſucceſſione transferãtur.Et ita tranſit Marti.vbi s̃.adde gl.not.poſt text. in c.denique.7.q.1. in ver.rege ſuo. qui expreſſe infert q̃ filii regum de iure dẽnt eſſe Reges. Et ita vult q̃ non conſuetudine tñ̃,ſed ẽt iuris diſpoſitione regna transferantur. Et pro hoc fac t bon.tex.in c.licet.de voto extra.Sed Aluaro.in tit.de feudo marchię.col.ij.expreſſe dicit. Nota q̃ ſecundum rectam iuſtitiam,& iuris diſpoſitionem dignitates regales non ſunt perpetuę & ſucceſſibiles,ſed temporales & ad vitam poſſidentis. Et rõ per eum aſſignatur,quia acquiruntur electione,& non ſucceſſione per illum text.& l.j.ff.ad l.Iul. de ambi.ratio rationis
2 aſſignatur,quia † iſte dignitates ſunt iuris publici.§.obtinet. in auth.de exhib.reis.& ita vr̃ q̃ non poſſint perpetuo abdicari, & ſeparari ab ipſo iure publico ꝑ tex.in §.cogitatur.ut ī auth. vt iud.ſine quoquo ſuffra. adducit per Inno. in c. venerabilis. extra.de reli.dom.& l.ſancimus.C.de ſacroſanc. eccle.per glo. & Cy. Et ſubiungit q̃ hodie ſuperuacuum eſt de hoc diſputare,cum ī prædictis dignitatibus habeat locum ſucceſſio ex hodierna ꝯria conſuetudine approbata prout ipſemet etiam dicit in tit.de alie.feu.§.fi.& in tit.de his qui feu.da.poſ. Sed Ant. Corſetus in ſuo tract.de pote.& excel.regia. q.9. dicit conſuetudinem iſtam iure comprobari per d.c.licet. Et ita non eſſet ꝯ iuris apices.vt ſentit Aluaro. ¶ Cogita ſi dici poteſt cõſiderãda eſſe tria tempora poſt vſurpatam regnandi ptãtem a caſu. vt dicit beatus Aug.in lib.de ciui.Dei li.xv. Quid autem ſi omnes de domo regali ſunt mortui,& ita deficit ſucceſſio,hoc caſu quid agendum? Panor.in d.c.venerabilem.de electio.extra. vbi ſe remittit ad no.per Pet.in c. licet ex ſuſcepto. de-fo.com. extra ad hoc per parenteſim a ver.quid aũt. ¶ Primo.n.regna ſucceſſiue trãſferẽbãtur & ideo dicit tex.in d. c. Moyſes.Moyſes amicus Dei cui facie ad faciem locutus eſt Deus,potuit vtique ſucceſſores principatus filios ſuos facere & poſteris propriam relinquere dignitatem. Ad hoc facit quod dicit Anto. Corſ.in prædic.ſuo tract.de pot.& excel.regia q.j.vbi dicit, q̃ Noe primus Rex hominum fuit. Archę gubernationem habuit durante diluuio.Et poſt diluuium ſucceſſerũt ei in principatu filij ut potes videre in lib.Gene.¶ Secundum tps fuit quo erant regna electiua & non ſucceſſibilia. Et ideo dicit gl.in d. c.Moyſes.in ver.potuit.q̃ qñ Moyſes in ſucceſſores principat⁹ ſui filios fecit non adhuc erat prohibitum. & ita ſentit illa gl. q̃ poſtea ꝓhibitũ fuit.pro hoc vide Panor.in d.c venera.in pe no. ibi dicit q̃ imperium non defertur ex ſucceſſione ſed electione, & olim idem obſeruabatur in regnis particularibus ꝑ d.c.Moyſes. ¶ Tertium tps quo regna effecta ſunt ceſſibilia ẽt iuris diſpoſitione vt d.c.licet.& certe hæc diſpoſitio vltima traxit fundamen.ex conſuetudine præſcripta ꝯ ea quæ erant cõ-
3 ſtituta in ſecundo tpe.† qñ vnaquæque res de facili reuertitur ad propriã naturam, vt no.in l.ſi vnus ex argentariis.§. pactus ne peteret.ff.de pac. Et ita hodiernis temporibus ſeruatur.Sic poteſt fieri concordia inter ea quę ſuperius relata ſunt quæ videntur inter ſe aduerſari. Ad hæc adde Alua.in ti.quis dicatur Dux,Comes.col.7.vbi refert omnes reges chriſtianos qui ſunt in numero 27.ſ.Rex Hieroſolymitanus,rex Francorum,rex Sicilię,Rex Caſtellę,ſiue Hiſpanię,rex Legionis,rex Portugalię, Rex Aragonũ,rex Nauarrę,rex Dacię, rex Boemiæ,rex Vngarię,rex Armeniç,rex Cordubæ,rex Cypri,rex Sardinię,rex Cõmarchię,rex Numiamię,rex Vleonię,rex Catholicus, rex Nauarchiæ, rex Collonen.rex Mamyæ rex Voraganiæ, rex Maioricarum,rex Minoricarum,rex Scotiæ,rex Polonię. Et inter iſtos reges duo eſſe dicit, vnum in quo ſunt conſiſtes. Aliud ī quo ſunt diſimiles.In coronatione enim & vnctione rex Hieroſolymitanus,rex Frãcorum,& rex Sicilię ab aliis diſtinguũtur,reliqui dicit ipſe reges nec coronat̃ nec vnguũtur.In alio ſunt cõſimiles quia omnes iſti Reges ſortiuntur eorum regna ex ſucceſſione vt dicit Romæ eſſe declaratum & deſcriptum, & de aliis pluribus regibus mentionem facit quos diſtinguit ſecundum tres mundi partes in partibus Aſiæ,regnum Catho ri.regnum Tarſiæ, regnum Turqueſcę, regnum Coriſtinę.regnum Comaniæ,regnum Indiæ,regnum Perſarum, regnum Medę,regnũ Parthię.regnũ Georgię regnũ Chaldęorũ,regnũ Meſopotamię,regnum Torquię, regnum Syrię, regnum Capadotię, regnum Bithynię. In partibus vero Africę diuerſa ſunt regna ex diuerſis regionibus quæ ſunt. Ethiopia, Libya, Aegyptus.Arabia,Iudęa,Cilicia.In partib.Europæ.Theſſalia, Macedonia, Thracia, Scithia, Mauritania, Numidia, & dicit Aluarotus hæc recolligiſſe ex Solino de mirabilib.mundi & lib. deſcriptionis imperii Tartarorum quę retuliſſe iuuabit. quoniam horum lect.aliquando oblectat.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus Regis an ſuccedat in regno.*
2 *Dignitates intranſmiſſibiles ſunt indiuiſibiles.*
3 *Rex an ex criminoſo fieri poſſit.*
4 *Reſpublica an rectius per vnum quam per plures regatur.*
6 *Primogenitus cur in regno præferendus.*
7 *Primogenito nihil carius in hæredibus eſt.*
8 *Legislatores etiam quæ bis accidunt contemnunt.*
9 *Nominati primo præferendi.*
10 *Ordo naturalis an præferendus accidentali.*
11 *Dignitatis priuilegia quot.*

QVAEST. XIIII. SECVNDI LIBRI.

1 EGenerali † conſuetudine primogenitus regi ſuccedit in regno, vt nota. vult Hoſt.& communiter Docto.in capit. licet de voto extra. Qualiter autem iſta conſuetudo introducta ſit,vide Albe.de Roſa. in l.j. C. quę ſit longa cõſuetudo. col.x.& ſequent.Ratio autem quare ſic ad primogenitum deferatur aſſignatur duplex per Panormit.in d.capitu.licet ſuper glo.fin. ¶ Prima,propter bonum publicum ne diminueretur dignitas. ¶ Secunda,quia ſi plures ſuccederent inſolidum, reſpublica lęderetur, quia ſecundum Ppiloſophum multitudo principatuum noxia eſt. Hinc eſt quod ordine nature unus debet eſſe princeps. vii.quęſtio. prima. capit.in apibus. Adde Bald. in titul.de prohibitione. feud. alie. per Federic. §. prętera ducatus. in primo. notabili vbi dicit quod feuda prin

Source : BIU Cujas

cipatum nō debent diuidi. ratio assignatur per eum per illud Euang. Omne regnum in se diuisum desolabitur. & per Arist. 12. Metaph. in fi. vbi vult pluralitatem principatuū malā esse, dignitas. n. non dēt minui, sed ingenio augeri. l. obseruatum. ff. de offi. præsi. Item ꝙa dicit tex. quod nihil est tā magnum qđ perfectionē non fiat paruum, in auth. de trien. & semis. ad prī. colla. 3. Ad hoc facit tex. in c. maioribus. de præbend. extra.

2 ¶†Itē ꝙa istę dignitates de rigore iuris non transmittuntur ergo nec diuiduntur. Sed hoc tamen se remittit ad no. in c. vene rabilē. de ele. in d. c. licet. Aliam rationem sentit Bal. in authē. hæc amplius. C. de fideicom. col. ii. ver. Oppono. & videtur ibi dicit ꝙ corona non pōt diuidi. Et rex significatur per corpus sphericum ipsius coronę, cuius figura destrueretur, si diuideretur in partes. ¶Item quia regnum est quid perfectum, sed perfectū non pōt ipse esse nisi vnum, & ita est indiuisibile. Alias, rationes ponit de quibus s̄. dictum est. idem Bal. in l. fi. in j. lectu. ff. de rerum diuisio. Aliam rationem assignat, ꝙa donatio non dēt hr̄e tot capita. Esset. n. mōstrū ꝙ in vno corpore essēt duo capita. pro quo adducit. l. j. ff. de offic. præfec. præto. & pro hoc inferebat Bal. ꝟm Guil. ꝙ Romulus & Remus non erant ambo Reges, sed solus Romulus rex erat ꝙa forte maior nat. Et si dicatur ꝙ Romulus fuerit fratricida quomodo ergo potuerit esse Rex. Rñ. ꝙ non priuato gladio, sed publico eum interemit ꝓp vitandam seditionem, immo iustitia interemit ipsum non frater per l. palam. §. fi. ff. de ritu nup. hinc dicit glos. not. in l. cum probatio. ff. de prob. Delictum tuum punit te nō

3 ego. †Item quia criminosus pōt esse Rex tam ex successione. ff. fami. ercis. l. his conseq̄nter. §. j. quam populi electione. l. Barbarius Philip. ff. de offi. prēto. Et hanc rationem vltimam Bal. ponit Alua. in ti. de alie. feu. §. fi. col. j. adducens text. in c. qñ. de offi. ord. extra. & no. in l. j. ff. de offi. metro. beri. lib. xi. Item quia duo insolidum eandem rem hr̄e non possunt. l. ii ut certo. §. si duobus. ff. commodati. Et de aliis rōnib. vide eundem Alu. in d. §. p̄terea ducatus, & hoc dicit limitandum nisi ex sp̄eciali priuilegio principis dignitates aut principatus facti essent diuisibiles, vel ex consuetudine inducta scientibus, & videntibus Imperatoribus, ita ꝙ ex certa scīa eorum diuidantur ꝟm And. de Iser. & Bal. per l. in quib. in fi. ff. de legi. ad hoc facit ꝙ not. dicit Mart. de Carra. in titu. de feud. marchiæ in prin. secundum Alber. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. ꝙ in istis partib. citramontanis regulariter iurisd. & feud. possunt alienari & diuidi ex consuetudine de quo. s̄. diximus. in lib. i. ¶Adde ad præcedentia Petr. de Anc. in consi. 339. ꝙ incipit. pro maiori intelligentia. vbi elegā ter de exordio regnorum disser it in prin. Plures subiiciens rō nes quare ad vnum, & non ad plures filios regnum deferatur

4 inter cæteras istas adducit, quia †per vnum rectius quā p plures reipubl. consulitur. l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. Item quia iura imitantur naturam. institit. de adop. §. minorem. Sed sic est ꝙ regulariter in membri pluralitate est vnum caput, ita ꝙ si plura in corpore capita reperientur monstruosum esset. l. nō sunt liberi ff. de statu. hom. Sic ecclesia vna quæ est in multitudine latius incremento fęcunditatis extenditur quomodo multi radii solis sunt, sed vnum lumen licet atomi multi sunt, & robur vnum tenaci radice fundatum & de fonte vno plurimi riuuli defluunt. Vnit as tñ seruatur in origine. sunt verba text. in c. loquimur. 24. q. j. hinc dicit dñs per Ezech. Seruus meus Dauid rex super eos erit, & pastor vnus erit oīum illorū. & segnius expediunt commissa negotia plures, vt hr̄ in l. si plures ff. de adm. tu. & qđ cōe est negligitur. l. j. qñ & quib. quarta pars dētur. li. x. C. Subiūgit qđ in ꝯsideratione ib. boni publici & cōis visum est oībus fore vtilius & sanctius regnū per successionē in plures non diuidi, sed ad pacem nutriendam, inducendam & conseruandā per unū reipub. ꝯsuli per quem ipsa multitudo dirigatur, iuxta illud Prouer. xi. Vbi nō est gubernator corruit populus. Vnde legitur in Salust. Catilina. quod Ro. binos imperatores fecerunt hoc mō arbitrantes melius q̄ per vnum reipub. consuli. Sed oppositum euenit dū eorū quisq; magis se extollere & amicitias q̄rere cogitabat. Ideo ī breui reuocauerunt prout hr̄ post prin. d. lib. ad hæc vide Soc. in 2. parte ꝯsiliorū cosi. clxv. vbi de hac materia late differit signāter coll. 7. ver. Scđo hæc conclusio probat̄, & ne nimis immoremur, vide ēt Fely. in c. quæ in ecclesiarum col. 29. ad fi. ibi hanc declarationem limitat, vbi inter cætęra adducit bon. tex. in c. ꝙ aūt

5 24. q. 7. vbi dicit tex. †ꝙ omnis ptās impatiens ꝯsortis est, iuxta illud Senecæ tragę. 2. Non capit regnū duos. & elegantius Tragę. 8. vbi dicit nec socium ferre nec tedæ sciūt. Adde ēt Aegi. ī trac. de Regi. principū in 2. parte. 3. lib. vbi plurib. rōnib. ostendit melius esse ciuitatem & regnū regni vno q̄ plurib. & hoc ī c. 3. p̄di. 2. partis. & in c. 4. vbi refert ar quæ in partem ꝓriam fieri possunt & ea soluit, & hęc est cōis resolutio. Licet Frā. patricius in suo trac. de insti. reipub. c. 1. primi libri videatur Aristocratiam monarchiæ præferre ꝙ forsan patrii moris Senensis, s. dulcendiæ allectus dixit, iuxta illud Cato. Pugna. pro patria. de quo est glo. post tex. in l. veluti ff. de iusti. & iu. Ex prędeten-

tibus ample satis visum est quare in regno vnus filiorum succedat aliis exclusis. Sed hoc non satis est quia de consuetudine generali, de qua. s̄. facta est mentio.

Vlterius dicitur quod ille vnus qui succedit est primogenitus ideo discutiendum est. Quare sic primogenitus reliquis præferendus. Reperio Old. cons. xciiii. col. iii. in fi. & seq. pulchrime declarantem quod vni filiorum est assignandum regnum exclusiue ad cętteros pluribus rōnibus quæ satis in prædictis comprehēduntur. Sed quare ad primogenitum potuisquam ad reliquos duplicē

6 rōnem assignant. ¶† Primo quia rex viuens præsentiens alterum ex filiis suis regnaturum debet plus curare de ampliatione & vtilitate regni sui. Quæ ratio parum vrget nisi dicamus quod ętate proiectior præsumatur sapientior, vt patet ex his quæ. s̄. diximus. & ita ꝙ sapientius & tutius regnum gubernaretur. ¶Secunda ratio per eum assignatur quia pluribus existētibus filiis rōnabile fuit statuere ꝙ primogenitus in regem succedat. Nam natura dedit eidē generi aliquos. s. subiici, aliquos principari. nec indignari debet iuuenis si seniori ꝟm ętatem subiectus sit, honestum est. n. iuuenibus ministrare & senioribus obedire, vt ait Philosophus. vij. Politi. ad ꝙ facit. l. fi. ff. de fi. instr. Subiungit Oldr. ꝙ aliud ēt itidem suadere vī. s. dilectio quam pater cōiter habet ad filium primogenitum. Et istas rationes refert & sequitur Alb. de Rosa. in proe. fforum. §. discipuli igitur. col. iiii. circa princ. Has rōnes credo habuit Old. licet taceat ab Egi. Ro. in trac. de regi princ. in ii. parte. iii. lib. c. v. col. pe. vbi dicit. Oportet ante talem dignitatem magis transferre ad masculos q̄ ad fœminas, quia masculus est fęmina ratione præstantior, corde animosior, passionum minus insecutor. Inter autem masculos oportet talem dignitatem tribuere magis primogenito q̄ aliis subiungens rōnes s̄. scriptas. ¶ Adde ad hanc vltimam rōnem quod hr̄ Esa. xii. Dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti, quasi innuat ille tex. ꝙ maior est luctus in morte primogeniti, & sic maior di-

7 lectio. †Ideo beatus Aug. in sermone de x. præceptis dicit ꝙ nihil est in hęredibus charius primogenito. Ita refert Luc. de pēna in tit. de tyronib. C. l. iii. li. xii. col. 1. Hinc ēt inter cętteras plagas quibus fuerunt afflicti Aegyptii, in terra Aegypti hæc nouissima tanquam asperior cæteris fuit ꝟm Aug. vbi s̄. ꝙ oīa primogenita percussa fuerunt & mortua, per illud ꝙ hr̄ Exo. xj. morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum. & xii. c. percutiamque oē primogenitum in terra. Aegypti. & sequitur in text. Factum est aūt in noctis medio percussit dominus oē primogenitum in terra Aegypti, ꝓp quam plagam concessit Pharao vt egrederetur populus Israel. & de hac plaga tā quam mirabili facta est mentio in p̄lib. locis. Psal. lxxvii. Psal. ciiii. Psal. xxx. Psal. xxv. & pluribus aliis locis de quibus in euoluendo sacro volumine Bibliæ videre poteris. Ex his facile perpendit quāta sit in primogenitis prędilectio. Nec ob. ꝟm Aegidium Roma. in d. c. v. s̄. alleg. ꝙ contingit aliqñ magis diligere minores filios quam primogenitum, quia rñdet ꝙ facta humana & gesta particularia omnino sub recta regula & sub certa ratione non cadunt. Ad hoc facit tex. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iu. Sufficit ergo dicit Aegid. in talibus trālire probabiliter & ll. statuere quæ vt in pluribus cōtinent veritatem

8 †quæ etenim semel aut bis vt ait Theophrastus accidunt, contemnunt legislatores. l. nam ad ea. ff. de legi. cum duabus legibus præcedentibus vbi dicit Pomponius iurisc̄on. ꝙ iura constitui oportet vt ait Theophra. in his quæ entonima. i. frequenter accidunt. & deinde Celsus confirmans inquit. Ex his quæ forte vno aliquo casu accidere possunt iura non constituuntur. Dicit tñ Aegid. Roma. in c. v. in fi. ꝙ ex hoc quod solus primogenitus regnare debet non de eo solo cura diligens habeatur. Ignoratur. n. quid diuina prouidētia statuit & nescitur cui filiorum succedat regnum. Ideo ne periclitetur bonū cōe de omnibus liberis cura diligens est habenda ꝙ not. ¶Et ad prædictas rationes adde Pet. de Anch. in prædicto consi. cxlix. col. j. in fi. & in princ. seq. vbi vnam tñmō rationem assignat dicēs ꝙ rationabile visum fuit ad primogenitum potius hoc ius deriuari quam ad alios ꝓp ętatem, quia primogenito iuniores reuerētiam exhibere debent. c. statuimus. de maio. & obe. extra. ¶Vltra aūt præcedentes rōnes corroborare possumus præcedentia triplici ratione. ¶Primo, quia iure diuino ita cauetur vt habetur Paralipo. ii. c. xxi. ad prin. vbi dicitur. Dormiuit aūt Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cū eis in ciuitate Dauid, regnauitq; Ioręm filius eius pro eo. & paulo post sub

9 iūgit. Regnum tradidit Ioram eo ꝙ esset primogenitus. ¶† Itē secundo ratione iuridica probatur, quia qui prior est tpe potior est iure, ut est vulgata regula, maxime quando res est indiuisibilis, vt est in proposito. & ad hoc facit bon. text. in l. quoties. de vsufr. vbi determinatur ꝙ si lego vsumfructum Titio & Męuio & nō possit p̄stari ambobus præfertur Titius ꝙa primo noīatus. ad idem est bo. tex. in l. gñaliter. §. si quidē. ff. de fideicom. li. vbi determinat̄ ꝙ si testator noīauit aliquos seruos

manu-

Source : BIU Cujas

manumittendos ex pretio hæredi relicto & pretiũ ſufficit ad oẽs,tunc præferendus eſt primo nominatus.Ad hoc facit tex. in c.pe.de elect.in vi.& in ca. mandato.de prębẽ. & digni. in j. Ad hæc vide Bal.in auth.hoc amplius de fideicom.col.pe.ver. not.dicit glo.vbi dicit ꝙ in dubio non debet prætermitti ordo & de p̃rogatiua ordi.aliqua ſubiungit de quibus per ipſum.vi de Fely.late in c.cum dilecta.col.3.ver. Ordo ſcripturę de reſc. extra.& in rub.de ma. & obe.Si ergo illud in ordine nominationis dr̃ ergo a fortiori in ordine nãli prioritatis vel poſterioritatis naſcẽdi,cũ ars imitetur nãm. §.minorem.inſti.de adop. imò nãlia præualent accidentalib.l.3.§.ff.de tut.& ibi Bart.l.1. §.beſtias.ff.de poſtulando.gloſ.inſti.de re.diui.§.pauonũ.Bart. in l.ſi.ff.de of.procon.Bar.& Ale.in l.ſi quis poſthumus.ff.de li
10 ꝑe.& poſtu.cum ſi.†Ergo nãlis iſte ordo naſcendi præponendus eſt ordini ex nominatione cauſato cum accedẽtalis ſit,cũ ergo in ordine accidentali id ſtatuaṫ a fortiori, ergo in ordine nãli id ſtatuendum erit. Ad ꝙ facit bo.tex.in l j. §.licet quãuis ibi, vt ordinũ dignitas. ff. de ventre inſpi. vbi pulcherrime dicit tex.Publice.n.ĩtereſt partus nõ ſubiici vt ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit.Et ideo hr̃ Exo.28.ꝙ nomina filiorũ Iſrael præcepit Deus ſcribi in veſte Aron iuxta ordinem natiuitatis.¶Item tertio quia in dandis officiis ſecularib.ponderatur dignitas no.Domi.de.ſ.Gemi.in c.grandi.in prin.de ſuppl. negli.præla.in vi.& fauorem præſtare dẽt auctoritas dignitatis in auth.de monachis.§.ordinationem. & ibi gl.in c.miramur. ĩ ver.inordinatum. vbi dicit ꝙ præferẽdus eſt is qui eſt in maiori ordine conſtitutus.c.vult.75.di.gl.& tex.c.quia tua.l.diſtin. Hinc dicit gl.no.in l.j.§.ſi vnicus ff.de aqua plu.arc.in ver.ſeruitutem.ꝙ homo inferioris dignitatis maiori perſonæ dẽt reuerentiã exhibere.Ad ꝙ facit tex.in l.potioris. C.de oſt.rec.,puin.& in l.3. ff.de alie.iud.mutan.cã facta.c.ſtatuimus. de mai. & obe. extra. & ibi gl.cum infinitis ſi. de quibus vide ampliſſimam cumulationem per Bartho. cep. in ſuo tract.de impera.
11 militum eligendo in §.rõne dignitatis†vbi.30.dignitatis priui legia cumulat.inter cætera ꝙ dignior digniorem locum hr̃e, dẽt,dignior in electione,prę̃ferri dẽt.Dignior in reuerentiæ exhibitione,in vtilitate,in adminiſtratione prę̃ferendus eſt vt iuribus alleg. per eum ad quem recurre. modo ſic eſt ꝙ primogenitus dignior eſt cæteris fratribus,ut ample ſatis.ſ.declaratũ eſt. Iõ non eſt mirum vbi agitur de regno & ſic de re indiuiſibili ſi præferatur primogenitus.Et forſan iſte rationes auctoritate vltra has rationes aſſumptum probo.& ꝑ hoc vide eleganter Patricium li.ix.de regno.tit.22. vbi dicit ius naturę exigit & gentium conſuetudo ꝙfirmat,ut maximus natu ex filiis mortuo regi ſuccedat. Diuiſio. n. inter plures, vt in priuatis patrimoniis ſolet regnũ ĩfirmius reddi, & ſępe parricidii cãm præbet.qui.n.contenti non ſunt portionibus ſuis alienas ſemper inuadere conantur.Hoc Alexandri exemplo docet, videre poteris per eum. & idem eo. tit.pagi.ſequenti ſic inquit.At qui ſi rex decedens filios imperio dignos habebit, maiorem natu regem inſtituat naturę ius ac gentium imitatus,hic naturæ conſuetudiniſque ordo ne vtique prætiaricandum eſt niſi monſtrum aliquod alereṫur.& Paulopoſto exemplo edocet Philippi regis Macedonum qui ad Perſei filii ſuggeſtionem Demetrium natu maiorem capite damnauit, ſicque Perſeus natu minor in regno ſucceſſit qui tandem a Romanis cõprehenſus Macedonici regni finem præſcripſit. & ſubiungit ꝙ ſi naturę ius non violaſſet Philipphus & Demetrium hęredem inſtituiſſet, diuturnum reddidiſſet imperium.Ex his ergo clariſſime conſtat quare potius ad primogenitum filium quam ad alium regnum transferatur.

SVMMARIVM.

1 *Principem aſſumere per electionem an melius ſit,an per ſucceſſionem.* 11.
2 *Veritas per multos homines fit ſplendidior.*
3 *Electio eſt ſedatiua rixarum.*
4 *Filius ſacerdotis cur non debeat promoueri.*
5 *Amicus filio nullus maior quam pater.*
6 *Pater cur ſit de filio plus ſollicitus quam de ſeipſo.*
Subueniendum in pari neceſſitate cui potius,patri an filio. †
7 *Pater tyrannus quis dicendus.*
8 *Nouitas diſcordias generat.*
9 *Ambitioſi taxantur.*
10 *Conſuetudo ꝙ mortuus ſyſinat viuum eſt ciuiliſſima.*
Beneficii diuturna vocatio eſt periculoſa.
12 *Filii regum cur olim in regno non ſuccedebant.* †
13 *Pauperes effecti diuites de facili tyrannizant.*
Regimina ex conſuetudine fiunt quaſi naturalia.
14 *Periculoſiora magis timenda.*
Rex inſipiens eſt denarius æreus.
15 *Papa an melius faciat ordinando imperium per electionem quam per ſucceſſionem.*
16 *Cauſa naturalis potentior eſt accidentali.*
17 *Bellum eſt reipublicę pernicies.Et de belli incommodis.*
Diuiſio in ciuitate eſt vermis in caſeo.
18 *Conſuetudo interpretatur dubia.*
19 *Puer vnde deriuetur.* †
20 *Electionis requiſita,& de virib.eius.*
21 *Dignitates quib.conferendæ.*
22 *Inferiores a ſummis regulandi.*
23 *Arguendum exemplis an ſit.* †
Conſuetudo habet vim iuſtitiæ.
24 *Papatus cur non tranſferatur ſucceſſione.*
Cupiditas eſt charitatis toxicum.
25 *Filii clericorum ad ſacra officia non erigendi.*



Via ſupra vidimus principes, reges, & Imperatores,aliqñ per ſucceſſionem, aliqñ per electionem aſſumi, occurrit hæc quęſtio pulcherrima & mihi aliqñ ꝓpoſita. ¶Circa quam aliqua liter inſiſtere decreui, quia a iuriſperitis communiter omiſſa,& pauci eam tangunt quos referemus. Et mirũ eſt de iuriſperitis ꝙ ſciẽtia noſtra iuridica morali Philoſophię ſupponatur quæ diuiditur in Ethicam,Economicam,& Politicam vt no.dicit Chriſto.por.in lectu.inſti.ciuilium in princ. col.2.& ad idem vide Panor.in procę.decre.col. v.ver.4.glo.in prin.quęrit.& licet a iuriſperitis rariſſime tracta ſit, ab illis tñ qui de politia ſcripſerunt ampliſſime eſt agitata quorum dicta iurib.illuſtrata referimus. ¶Circa hanc ergo.q. Io.buridanus poſt Ariſto.in li.3.politi.q.xxii.hãc dubietatem examinat in partes arguens.Primo,quod melius ſit aſſumere principem
1 per electionem mouetur†quadruplici fundamẽto. In primis. Nam melius eſt per illam viam principem aſſumi per quam contingit meliorem accipi, Sed per electionem id contingit quia electio fit cum conſilio ratione & deliberatione,ita ꝙ in electione maius bonum præfertur minori bono. & pro hoc bo.tex.in c.licet.8.q.1.& in c.Metropolitano. 23. diſtinctio.& §.ordinatione.in auth.de monachis.col.j.lxi.diſtinctio.c cum miramur.cum ſimi.vbi probatur ꝙ melior & iuſtior ſit eligẽdus.De hoc vide tex.& ibi gl.no.in c.ii.de offi.cuſto.in ver.ſanctiores.in c.cum dilectis.in ver.digniores.de elec.extra.

¶ Secundo mouetur,quia periculoſum eſt maxima bona fortunę vni ſoli committere,maxime quia non eſt neceſſariũ immo contingens ꝙ ex bono patre naſcatur bonus filius. ¶Pro primo dicto adde elegantem comparationem Ariſt. in poli.li.3.capitu.11.vbi dicit ꝙ ut conuiuium ad quos plures conferunt melius q̃ ſit una atque ſimplex menſa. Sic iudicia multorum ſępe meliora ſunt quã vniuſcuiuſque. & ſubiũgit ꝙ multitudo minus ſubiacet corruptioni quemadmodum aque magna congeries,ſic ẽt plures quam pauci incorruptibiliores ſunt.At cum vnus iudicat ſi ira vel alia hmõi perturbatio vincat neceſſarium eſt iudicium corrumpi,ſed in multitudine difficile foret omnes ira ſci atque deuiare.verba Ariſt.vbi ſ.& pro hoc facit bo.tex.in l.vlt. C. de fideicom. vbi dicit text.
2 †ꝙ per ampliores homines perfectiſſima veritas reſeruatur. Hinc dicit text.in ca.de quibus 20.di.ꝙ facilius inuenitur ꝙ a plurib.exquiritur.& tex.in ca.prudentiã.de of.dele.extra,ꝙ iudicium eſt integrum ꝙ plurimorum ſententiis confirmatur. ¶ Pro ſcõ dicto adde ꝙ dicit Patricius lib.9.de regno tit.xxii. Cernimus nonnunquã ex optimis parentibus deterrimos filios naſci qualis fuit Commodus qui cũ patrem Antonin ũ haberet Romanorũ principũ ſanctiſſimum, ipſe in ſe oĩum dedecorum ac ſcelerum colluuionem ꝯxit. Tertio, mouetur ꝙa melius eſt principem eligi per illã viam quę nunq̃ deficit a nr̃a ptãte.Electio autem nunquã deficit ſucceſſio aliqñ, quia non ſp contingit Regem filiũ hr̃e, ita hęc via ſucceſſionis incerta eſt,electionis autem certa, & per ꝯũs ſtultum vr̃, immo ſtultiſſimum,vt vtar verbis tex.in §. ceterum inſti.quod cum eo quiĩ alie.poteſt viã hanc ſucceſſionis deligere & prę̃ferre vię electionis.Et iõ dicit aureus.tex.ĩ aut.qui.mod. nat.effi.ſui ad principiũ ĩueniendũ eſt ꝯ vndiqs.ꝙ melius eſt.¶Quarto mouetur,ꝙa melius eſt regem aſſumere per illã viam per q̃ cedũt
3 rixę & diſſenſiones in ciuitate,ſed per viã electionis id fit.†Nã ſi pr̃ tyrannicę ſe habuit,ſequeṫ filius mores paternos.Si autẽ per electionem aliqs aſſumetur habebit diuerſos mores ab eo q̃ tyrannice viuebat, regebat, aut imperabat. ¶Pro primo dicto adde bo.tex.in l.ęquiſſimum.ff.de vſuf.vbi dr̃ ꝙ duob.ꝙten dẽtib.de poſſeſſione ęquiſſimũ eſt,vt prętor illã viã adhibeat, per q̃ partes ad arma & rixas non procedant. ad hoc faciunt ꝯcordantię ibi allegatę in gl.in ver.iuriſdõne ſua. ¶Pro ſecundo adde bo.tex.in l ꝙ ſi noluit.§.qui mancipia. ff. de ædil. ædi. vbi dixit tex. Prę̃ſumptũ eſt etenim quoſdã ſeruos bonos eſſe quia nationis ſunt nõ infamatę,quoſdam malos videri, quia ea natione ſunt quæ magis infamis eſt. & per illum tex.gl.ibi in verſic.non infamatę alle. illud vulgatum. Sępe ſolet filius ſimilis eſſe patri.& illud. Non poteſt mala arbor fructum bonum facere.ad hoc facit bon.text.in l.quiſqus. C.ad leg.Iuli a. maie. §.filii vero. vbi dicitur ꝙ paterno debent filii peri-

Source : BIU Cujas

re ſupplico in quib. paterni hoc eſt hereditarii criminis exem pla metuũtur, iuncta glo. in verſ. quibus. Et ita ibi probatur q̃ pp fortẽ præſumptionem q̃ filius imitator ſit ſcelerum & cõ ditionis paternæ punitur ex delicto patris ad hoc eſt text. & gl. ĩ c. venerabilem. de elect. extra, ibi quam progenitores ei⁹ vbi per illum tex. adducit Panor. d. l. quiſquis canonizatam. §. verũ ver. ſi quis cum militibus. vj. q. j. & glo. in c. ij. de filiis presby. in
4 vi. quæ dicit illam eſſe rationem † quare prohibetur ne filius p̃ sbyteri promoueatur ad ordines, quia pręſumptio eſt quod ſe quetur patris incontinentiam. ¶ Sed pro parte altera. ſ. q̃ me lius eſt regem, vel principem aſſumere per ſucceſſionem quã per electionem, arguit quadruplici fundamento. ¶ Primo, qa pater pręuidens filium poſt ſe ſucceſſurũ in regno, diligentius inſtruit filium & vehementius regnum cõſeruat quam ſi ali⁹ ſub incerta electione ſibi ſucceſſurus ſit. Pro hoc adde bo. tex. in l. iſti quidem. ff. de eo q̃ me. ca. per tex. dicit Bald. in j. lect. §. hæc quæ diximus q̃ pater eſt ſolicitus de ſalute filij & honore eius. pro quo adducit tex. in l. cum pater. §. mando. ff. de lega. 2. Hinc dicit Specu. in ti. de tuto. §. fi. ver. Item excipitur cõtra tu torem q̃ pater tenetur benefacere filio & lex multum confi dit de eo. Ex voto. n. ſuo omnia quæ habet parat filiis. l. ſcripto. ff. vnde liberi. l. patrem. & l. debitorem. ff. de his quæ in fraud. credi. Spe. in ti. de loca. §. vi. qui, incipit nunc aliqua de iure em phiteutico. q. clvi. Et pręſumitur pater velle prouidere filio ſi cut ſibi per l. ſi pactum. ff. de proba. Spec. in titu. de feu. §. ij. ver.
5 quæritur. Hinc dicit Bal. in c. per tuas. de prob. q̃ † pater eſt me lior amicus quam habeat filius, immo tãta eſt dilectio patris erga filium q̃ magis terretur in filio qua in ſe ipſo vt eſt tex. in d. l. iſti quidam. in fi. & ibi glo. no. per illum tex. inferens quod pater plus diligit filium quam ſeipſum. Immo dicit text. in l. q rei. §. videri. & ibi not. ff. de bonis eorum qui ſibi mortem con ſciuerunt, q̃ pater pręſumitur ſe odiſſe pro filio, tamen dice bat Iac. de Aret. in d. l. iſti quidem in fi. id non eſſe verum quia charitas bene ordinata incipit a ſemetipſo ſed bene dicit eſſe concedendum q̃ magis timeat pater periculum filij quam in ſeipſo, quia forte tanquam ſagacior & prudentior melius ſci ret vitare pericula. Ita refet Albe. de Roſa. ĩ d. l. iſti quidẽ, dicẽs ſe audiuiſſe de facto contigiſſe, q̃ cum pater & filius inculpa rentur de quodam delicto & præcedentibus indiciis torquen di eſſent, Tortus primo pater nihil dixit, deĩde torquebatur fi lius p̃ſite patre, & non valens pater ferre filii torturam confeſ ſus eſt crimen. Ex quo infert Alber. q̃ vbi torquendi eſſent pa ter, & filius non eſſet ineptum a filio inchoare ratione præ dicta. & ad hoc adducit tex. iſti. de noxa. §. fi. Et minor q̃ tacue rit tex. ad hoc formalẽ. in l. vnius facinoris. in prin. ff. de q. quo ſ. mentionem facimus vbi de priuilegiis primogeniti agebat.

6 **Quare autem plus** timeat periculum filii quã ſuijpſius, † & quare p̃ plus diligit filium quam filius patrem, vide glo. in l. iſti quidem. in fi. & poſt gl. Albe. de Roſa. adducentem duas rationes, vnam ſecundum philoſophum. 8. Eth. dicentem q̃ patres plus diligunt filios quam econuerſo, quia pater habet de ſuo in filio & non econtra. Sanguis etenim patris ſanguis eſt filii. l. 4. ff. de inoffi. teſtam. Aliam rationem adducit Chryſoſto. hoc modo comparatiue loquente q̃ ſicut humor arborum tranſit in ra mos & folia & fructus ex radice & non econuerſo. Sic amor aſcendentium in deſcẽdẽtes, quia filius magis recipit filiũ ſuũ quã patrẽ, q̃ facit ad q. ¶ Vtrũ ĩ pari neceſſitate pater patri ſuo potius quã filio ſubuenire debeat. de q. vide p̃ Doct. in d. l. iſti q̃dẽ p̃ Alb. ĩ l. 3. C. de patrib. qui filios diſtraxerunt. vide Præpo ſitũ ĩ c. cum haberet. de eo qui duxit matrimoniũ quã polluit per adulterium. & per eundem in arbore conſang. & affinit. col. 6. & ita per hæc reſultat fundamẽtum. ſ. pro hac parte am pliſſime formatum q̃. ſ. vbi pater præuidens filium ſucceſſorẽ in regno ſedulius & vehementius curabit de conſeruatione regni. Pater etenim non pręſumitur velle decipere filios. l. ſi ſu perſtite. in fi. C. de dolo. Pau. de Caſt. conſi. 307. quia potius ex paterna pietate conſilium pro filio caperet ar. text. in l. nec in ea. §. fin. ff. ad leg. Iulia. de adult. alias pater filios negligens ſibi
7 ipſi ſtudens † ſibijpſique viuens tantum in liberos familiamq; ſuam tyrannus eſt. ita pulchre inquit Patricius. lib. 1. de regno tit. 3. in fin. Sic econtra quando præuideret pater regnum non eſſe ſibi proprium, ſed reipublicę ſegniter ageret in conſerua tione & augmentatione ipſius regni. Naturale quippe uitiũ eſt negligi q̃ communiter poſſidetur, vt q̃ ſe habere nihil qui nõ totũ habeat arbitretur, vt dicit aureus tex. in l. 2. poſt prin. C. quando & quibus quarta pars debetur lib. 10. non enim par cit populis regimen breue. vt eſt gl. ſing. in c. habet etiam. 16. q. 1. Secundo mouetur pro hac parte Burida. Nam vbi regnũ ſucceſſione transfertur, tunc ſequitur pronior ſubiectorum o bedientia. Nam ſubiecti conſueti obedire alicui facilius di riguntur ad obedientiam præſtandam filiis illius & parenti bus qui ſuccederent in regno. Diuturna. n. conſuetudo ſecun dum Philoſophum facit obedientiã, pro quo adde bon. tex. in c. cum non liceat de præſcri. extra. Conſuetudinis. n. nõ parua eſt auctoritas, vt eſt tex. in l. 2. C. quæ ſit conſuet. longa. c. cum conſuetudinis. extra, cum ſim. Hinc dicit Ariſt. in j. li. rhe. q̃ cõ ſuetum eſt velut innatum eſt, quia conſuetudo ſimilis eſt na turæ & conſueta omnes ſeruant. Hinc dicit Sene. Trag. vi. de diſcit animus ſero q̃ didicit diu. & Tuli. li. 4. Rhe. nouorum op tima viuendi ratio eſt eligenda quam iocundam conſuetu do reddet. Hinc Catul. elect. j. Difficile eſt longum ſubito depo nere amorem. Difficile eſt, verum q̃ lubet efficies. & ideo di cit no. in l. 2. de conſt. prin. ff. in rebus nouis conſtituendis cui dens eſſe vtilitas debet ut recedatur ab eo iure quod diu ęquũ
8 viſum eſt. † nam nouitas vt plurimum diſcordias gñat. d. c. cum conſuetudinis. extra de conſuetudine. & ideo dicit Spec. in tit. de feud. §. 2. nouitates inducendas non eſſe, mutationes. enim periculoſę ſunt vt dicit Gof. & poſt eum Card. in c. conſuetudi nis. in 2. no. ¶ Tertio mouetur Burida. qa ex electione ſequun tur diſſenſiones, quia pendet ex voluntate plurium inter quos naturalis ineſt ad diſſentiendum facilitas & eligentium iudicium fauore & odio peruerit poteſt, ita vt æque cito ma lum principem ſicut bonum eligerent. pro quo adde bo. text. in c. quatuor modis humanum peruertitur iudicium. xi. q. 3. & tex. in c. j. de ſent. & re iudica. in 6. ad princ. cum concordantiis vtrobique alle. hinc ſæpe videmus eligentium vota plus offe rẽtibus venalia opponi, iuxta illud Naſonis. Dat cenſus hono res. q̃ certe reipublice pernicioſiſſimum eſt. Male. enim res ſe hẽt, vt inquit Tul. in offi. cum qđ virtute effici debet id tenta tur pecunia. Hinc Vale. li. 4. inquit. Nihil eorum quę virtuti de bẽtur emere pecunia licet, pro quo facit bo. text. in l. ſi quam C. de epiſco. & in auth. iudices. ſine quoquo ſuffragio. ad princ. facit tit. ff. & C. ad l. Iul. de ambitu. Hinc dicit aureus tex. in l. contra publicam. C. de re mil. lib. xii. q̃ non ambitione, ſed labore ad honorem conuenit peruenire de quo dicto memi
9 nit gl. in c. fi. in gl. fi. de ſimo. extra. dicens † q̃ talibus ambitioſis honor potius eſt auferendus. c. in ſcripturis. 8. q. 1. & 1. q. 1. ca. ſi cut his. Hinc dicit Aug. lib. v. de ciui. Dei. Rerum gentium na tionumque Imperium pœnes reges erãt, quos ad faſtigium honoris non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos mo deratio prouehebat. Et ideo Euripides ambitionem execra batur vt peſſimum in ciuitate numen vt refert Patricius de re gno li. 4. ti. 20. ubi idem ipſe Patricius in folio illius tituli dicit, Tollit ambitio virtutis præmium & deteriores meliorib. præ ſert, ſed iſte practicæ licet ſint improbatæ a iure tñ de facto ſeruantur, ut inquit Ioan. de Imo. in c. per inquiſitionem. in 5. not. de ele. extra, quo fit vt inquit Salu. in Catillinario. Gloriã & honorem & Imperim bonus & ignauus æque ſibi exoptãt. Si bonus vera via nititur, ſi ignauus quia bonę artes deſunt, dolis atque falaciis contendit. Quare hodie proh. dolor maxi ma ſequitur rerũ puplicarũ pernicies & durior iactura. Id cir co dicebat idẽ Salu. ĩ Catil. Vbi diuitiæ honori ſunt & eas glo ria Imperium potentia ſequitur, hebeſcere virtus, paupertas probro haberi, innocẽtia pro maleuolẽtia duci incipit. Hinc Plautus ĩ Amphy. virtute dixit victores viuere Iupiter nõ am bitu neque perfidia, qui minus eadem ſit lex hyſtrioni quæ ſummo viro & hoc inter cętera ſummę pręcauendum in mu neribus iudicialibus. ſi ſecus actitatum fuerint audiant princi pes quid elegantiſſime ſcribit Vale. vbi de cenſoria nota diſſe rit. Expugnentur licet vrbes corripiantur gentes, regnis manus inijciantur niſi foro & curię officium ſua verecundia conſtite rit, partarum rerum cumulus cęlo æquatus ſedem ſtabilẽ non
10 habebit, hoc ſit obiter dictum. ¶ † Quarto mouetur Burida. quia quando per ſucceſſionem generis transfertur regnum immediate filius poſt obitum patris efficitur rex. Quando ve ro per electionem contingit ſæpe regnum longo tempore va care in detrimentum reipublicę. ¶ Pro primo adde conſuetu dinem vulgatam in his partibus quia cauetur q̃ mortuus ſeſi nat viuum. de qua conſuetudine vide Ioan. Fab. in §. i. inſtit. de interdi. & in §. fin. eodem. de hęre. qualitate & diffe. & in §. al teri. inſti. de inuti. ſtipul. In pluribus etiam aliis locis de hac cõ ſuetudine mentionem facit, vide Guid. Papæ deciſ. 552. & eſt q̃ dicit Bal. in l. fi. C. communia de manumiſſionib. vbi dicit q̃ ille tex. facit ad prouerbium quo cauetur q̃ mortuus aperit oculos viuentis, & hanc poſſeſſionem ſic continuatam de pa tre in filium appellat ciuiliſſimã. Idẽ Bal. in l. fi. C. de ſacroſan. eccl. pro quo facit bo. tex. in l. ſiue poſſidetis. C. de p̃ba. & in l. in ſuis ff. de lib. & poſthu. cum ſimi. ¶ Pro ſecundo facit quia diuturna vocatio beneficii periculoſa eſt ut tex. in cap. ne pro defectu. de elect. extra. vbi dicit Ioan. de Imo. q̃ ex defectu præ lati aut paſtoris ſæpe occurrunt pericula animarum ſubditis inſtigatione dęmonis. Sępe ẽt eccleſia patitur detrimentum in facultatib. vt in ſimili eſt tex. in c. qa ſępe. de ele. in vi. ita in republica carẽte principe dicendum eſt. Et ideo Ozea prophe ta, inter miſerias quas iudęis futuras prognoſticat hãc interſe ruit. Dies multos ſedebũt filii Iſrael ſine rege & ſine principe, vt habetur Ozeę. c. 3.

Ex

Source : BIU Cujas

11 Ex prædictis argumentis † in vtranque partem deductis & iuridicis aliis allegationibus noſtris fortificatis Burida. vbi ſ̃.infert duas concluſiones,quarum prima eſt.Melius eſt regem,vel principem aſſumi per electionem quam per generis ſucceſſionem.Secunda concluſio. Melius eſt propter accidens & aliquas circunſtantias principem aſſumi per ſucceſſionem generis q̃ per electionem,& ita in effectu concludit ꝙ regulariter melius eſt electum q̃ hæreditarium regem habere. Quod exiſtimat limitandum qñ accidens aliquod contrarium ſuaderet, puta qñ eſſet conſuetudo in contrarium legitime præſcripta.de qua ſ̃.latius.¶Sed reperio Aegidium Ro.in ſuo trac.de regi.prin.lib.4.c.5. vbi iudicio meo videtur loqui ſine ſtabilitate.Nam primo dicit ꝙ abſolute loquenpo melius eſſet principem conſtituendum eſſe per electionem q̃ per hæreditatem. Nam quando per hæreditatem tunc exponitur regnum caſui & fortunę, ex quo inceptum eſt qualis debeat eſſe filius ad quem ſpectabat regnum. Sed conſideratis geſtis & conditionibus hominum quas experimentaliter videmus vr̃ eſſe cenſendum dicit magis expedire regno vel ciuitati vt dñs præficiatur per hęreditatem quam per electionem,ꝙ triplici ratione nititur oſtendere. Prima,ex parte ipſius regis regẽtis populum. Secunda,ex parte filij qui debet in hæreditatem ſuccedere.Tertia ex parte populi,qui debet per tale regimen gubernari. ¶Primam viam ſic deducit, quia inenarrabile eſt quantam dilectionem habeat pater erga filium, & quantum differat putare aliquid proprium, ſm Philoſophum 2.poli. Ex quo infert ꝙ omni cura qua poterit mouebitur pater ad procurãdum bonum ſtatum regni ſi cogitet ipſum peruenire ad dominium filiorum. Iſtud fundamẽtum ſatis ſ̃.declarauimus quia ſ̃.ſimilem facit Burida.& ad di-
12 ctum Philoſophi in 3. politi. dicentis eſſe difficile † vt patres poſſint tradere regimen regni propriis filiis, quaſi innuens illud virtutis eſſe diuinæ & excedere humanum modum. Sed reſpondet quod hoc ideo dicebat Philoſoph⁹ quia antiquitus vt plurimum reges conuertebantur in tyrãnos & non diu durabant.Et ita non admittebantur filij ad ſucceſſionem regni.

Ad hoc non incongrue adduci poteſt illa ſatyrici ſententia. Ad generum Cæreris ſine cede & vulnere pauci Deſcendunt reges & ſicca morte tyranni.Ideo cum Tales Mileſius ſapientum primarius interrogaretur a quodam familiari ſuo quidnam in omni vita difficilime vidiſſet, tyrãnum inquit ſenem. Ad hæc vide Fran.Patri.in ſuo tract.de inſti.reipu.li.j.tit.j.¶Secunda via qua nitebatur Aegidius Ro. eſt. Nam ſicut mores nuper dictatorum vt plurimum priores ſunt minoribus eorũ qui fuerunt diuites ab antiquo.Sic mores nuper potentum & de nuper eleuatorum per adeptionem ciuilis potẽtię peiores ſunt moribus aliorum,pro quo adduco aureum tex. in ca.negotiatorem clericum 88.diſt.vbi dicit tex. Negotiatorem clericum & ex inope diuitem,& ex ignobili glorioſum,quaſi quãdam peſtem fuge. & iſta eſt vna de.12.abuſionib. ſeculi quas refert gl.poſt Cyprianum in cle. nem agro.§.quin vero,in verbo,curias principum de ſtatu regu. Et ſubiungit Aegidius neſciunt enim tales fortunas ferre, nuper enim eſſe exaltatum
13 in regem eſt quaſi quædam ineruditia regię dignitatis. †Tales quidem vt plurimum tyranni ſunt & inflati corde inerudito, regnant,ꝙ non contingit in filiis ſuccedentibus in regno tanq̃ in hæreditate patrimoniali.Et ideo dicebat Patricius loco nuper allegato raro admodum accidere principem eo animo regnare quo imperium accipit.Ex tãta.n.ac pęnæ infinita Cæſarum ſerie qui omnes imperio deteriores facti ſunt.Veſpaſianus ſolus omnium ante ſe principum in melius mutauit, vt inquit Cornelius Tacitus. Et ait Flauius Siracuſanus Dioclecianum dicere ſolitum nihil difficilius eſſe quam bene imperare, initia.n.principatus faciliora ſunt quoad populi fauorẽ ſibi conciliant.Sed poſtquam potiti rerum ſunt ſegnitia ac libidine oĩa peſſundant,nullus Dei metus, nulla religio eos arcet & tam diu inſaniunt,donec a populis opprimuntur.¶Tertia via nititur concluſionem ſuam verificare Aegidius ex parte populi, quia conſuetudo eſt altera nã, ꝑꝑ ꝙ regimina ex conſuetudine efficiuntur quaſi naturalia.Populus enim ſi per diuturnam conſuetudinem obediuit patribus filiis, & filiorũ filiis quaſi naturaliter inclinant vt voluntarie obediant, & ita cum omne voluntarium ſit minus oneroſum & difficile regem aſſumere hæreditarie melius eſt q̃ electiue,cũ in electione abſit hęc conſuetudo obediẽdi.immo per electionem potius diſſenſiones orirentur. Circa iſtud fundamentum non inſiſto,quod ſ̃.facit Burida. circa ꝙ inſtitimus. Nõ obſtat dicit Aegidius quod ſic per ſucceſſionem regnum ſorte deferretur cum ignoretur qualis ſit filius futurus, quia reſpondet quod
14 †vix aliqua ſunt geſta humana quæ aliqua ex parte non exponantur periculis, ita tñ magis cauenda ſunt quæ pluribus periculis exponuntur.pro quo facit bo.tex.13.diſ. in c.duo mala licet pmnino cautiſſime ſint præcauenda,tñ ſi periculi neceſſitas vnum ex his perpetrare compulerit id debemus reſoluere ꝙ minori nexu noſcitur obligari.Ex prædictis infert Aegidius Ro.quod expedit regno filium ſuccedere in regimine patris, & ſi aliquis defectus eſſet in filio regio ad quem deberet regia cura peruenire ſuppleri poterit per ſapientes & bonos quos tanq̃ manus & oculos debet ſibi rex in ſocietatem coniungere.ſapientibus enim gubernationes competere debẽt.80.diſt. c.porro.rex enim ſine ſapientia eſt ſicut denarius æneus in cõputo mercatorum,vt no. dicit Alber. in ſuo Dictionario poſt Aegid.Rom.in ſuo trac.lib.2.c.7. Ideo dicitur ꝙ princeps oĩa iura habet in ſcrinio pectoris per ſapientes.ſ.regni ſui. ¶Hæc pars cum qua reſidet Aegid.Ro.vr̃ meram continere veritatẽ quę aliquibus iuridicis regulis corroborari poteſt. primo pro hac opi.Aegid.vide Præpo.in c. Moyſes.8. q.j.vbi poſt quendã Guidonem epiſcopum Eluenſem ponit duas concluſiones, & illas duas cõcluſiones poſuerat ante Car. de turræ cremata ibidem,qui ita tranſit vbi reſpondet ad ca.Moyſes. vbi dicitur probari regna eſſe deferenda ſucceſſione ꝙ contra illud.c.eſt conſuetudine contraria præſcriptum patientibus & ſcientib. his quorum intereſt & hos duos ſolos Doc.cano.ſcilicet Cardinal.de turræ crema & Præp.reperio hanc q. tetigiſſe, & pro corroboratione opi.Eegid. adde Aug.de Ancona in tracta.de
15 po.ecc.q.35.art.7.vbi quærit. † Vtrum Papa melius faciat ordinando imperium per electionem q̃ per hęreditariam ſucceſſionem & arguit in partes, tamen concludit quod conſideratis geſtis & conditionibus hominum quas experimentabiliter videmus, inde putat quod eccleſia melius faceret ordinando imperium per ſucceſſionẽ q̃ per electionem hinc ad Ephe.4. Solliciti ſeruate vnitatem ſpiritus in vinculo pacis, ſed magis ſeruarentur in pace fideles ſi imperium ordinaretur per eccleſiam hęreditarie q̃ per ſucceſſionem,ſicut quotidie videmus in regnis quæ hęreditario & perpetuo dominio reguntur, ergo & ſunt verba Aug.de Anco.& pro hoc adducit tres rationes politicas quas refert Aegid.& prędicti Doc.Nullum tamẽ citat. & ad adducta in illam partem contrarium reſpondet, & maxime ad illud diui Aug.dicentis omnia mala procedere ex amore male inflammante & ex timore male humiliante. Nam ex amore priuati boni, vel ex timore perdẽdi huiuſmodi priuatum bonum imperator dñiium non recognoſceret ab eccleſia, ex quo ex hæreditaria ſucceſſione & ex antiqua conſuetudine eſſet ſibi quaſi in naturam conuerſum.¶Reſpõdet, ꝙ ſermones morales ſicut affirmatiue ligant ſic negatiue ſoluuntur.ex amore nãque inflammãte, & ex timore bene humiliante procedunt oĩa bona, magis aũt ſm rectam rationẽ arbitrãdum eſt ꝙ imperator bene deberet inflammari ex bono ſuo.ex quo videret ipſum perpetuari in filiis q̃ male & magis deberet bene humiliari & timere ne priuaretur ĩ filiis ſuis tali bono q̃ ſi priuarentur in ſe tñ.Et pro hac opi.Aegid.facit ꝙ dicit Patri.lib.9.de regno tit.21.qui talis eſt.rex qui cum virtute vixit demum de ſucceſſore cogitare debet. & ibidem ver. pri.dicit.Optabit igitur rex ſobolem ex ſegenitam ſimilem ſibi eſſe non effigie verum virtute ac moribus,vt rex nõ deceſ-
16 ſiſſe ſed iunior factus videatur. ¶†Secundo probo cõcluſionẽ ſ̃.dictam rationibus. Primo, quia cauſa naturalis potẽtior eſt q̃ cauſa accidentalis.l.3.§.j.ff.de teſta.tut.Bart.in l.procon.quæ eſt ſi.l.ff.de offi.procon. & leg. Per electionem accidentali cã quis regnum ſortiretur.Pər ſucceſſionem aũt naturali ideo videtur melior regni translatio ſucceſſione q̃ electione. ¶Secũdo, quia fruſtra fit per plura ꝙ põt fieri per pauciora. inſti. ꝙ cum eo qui in alie.po.ad princ. Per pauciora.n.proceditur ad aſſecutionem regni ſucceſſione, ergo fruſtra procederetur ad electionem cum in ea longe plura requirerentur vt certũ eſt. ¶Tertio,quia in dubiis eſt eligendum ꝙ certius eſt.ca.iuuenis de ſpon.extra cum cõcordantiis ibi allegatis in gl. Per ſucceſſionem aũt certior eſt via q̃ per electionẽ, quia neſcimus quo aĩo & qua voluntate ducantur electores. Quod etenim pendet a voluntate hominis incertitudinẽ cõtinet. Variæ etenim ſunt hominum voluntates.l.quia poterat.ff.ad Treb.c.quia diuerſitatem.de conceſ.præb.gl.no.in l.pe.ff.de offi.præto. in ver. multo magis.quę adducit illud vulgatum. Mille hominũ ſpecies & rerum diſcolor vſus,Velle ſuum cuique eſt nec voto viuitur vno.¶Item quarto, quia inſpiciendum eſt ꝙ euenire poteſt.l.ſi idem cum eodem.ff.de iuriſd.om. iud.ad fi.l.in quantitate.§.magna.ff.ad l.Falc.l.ſi quis domum. ff. loc. Sed vbi ſucceſſione ad regnum peruenitur,inde nulla diſſentio exoritur, ſed ſecus vbi per electionem ꝑꝑ naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem, vt l. item ſi vnus.§.principaliter.ff.de
17 arbi. Vota.n.ſępe in plures diſtribui poſſunt, † & ſic quilibet electorum volet adminiſtrare,ſm glo. quæ de duobus imperatoribus loquitur in cle.vnica.in ver.reges in fi. de iureiu. & ita ſequuntur bella & ex conſequenti reipu.pernicies,vt no.dicit Bal.in l.i.C.de ſer.fug.col.2. verſ. opponitur vbi dicit ꝙ primę hominem calamitates cęperunt a bellis. Pro hoc etiã eſt tex. no.in l.vnica.C.de cadu.tol.ad prin. vbi ſingulariter dicit gl.j. ꝙ bella calamitatem inducunt,maxime inteſtina, puta ciuiũ

contra

contra ciues q̄ vbi diuisio simile est vt in arbore si scinderetur in medium,vel præscinderentur eius rami, quia cito deficcantur , in tali enim morbo ascinduntur nerui ciuitatis.i.magni ciues.Vnde ciuitati aduenit spasmus & plerunque inducitur ad necessitatem tyrannidis sicut experientia docet, quia imperium & ignobile vulgus non diu sustinet pressuras. & ideo refert quendam sapientem Ianuēsem solitum dicere q̄ diuisio in ciuitate est vermis ingressus ī caseo.Magna vt inquit Iulius Celsus de gestis Alex.lib.7. ex dissensionibus incommoda oriri solent.Concordia etenim paruæ res crescunt, discordia aūt maximæ dilabuntur.vt inquit Salu.in iugur.Et omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas,vel domus diuisa contra se non stabit.Matt.5. ¶Quarto & vltimo,quia cōmunis consuetudo hunc modum transmittendi regni approbat,vt nos s̄.deduximus. Ergo vī hæc pars longe qualicunque
18 tutior † cum sit consuetudo optima dubiorum interpres.c.cū dilectus de consuetudine . extra.cum si.maxime, quia iure cō probatur.c.licet.de voto extra.

Sed pro parte contraria cum qua resident Burida. nunc arguo q̄.s.melius sit regnū electione q̄ successione trāsferri.Primo exēplis.Secundo rationibus iuridicis.Primo exēplo Alexand.Magn.probatur,qui licet haberet filium Herculem indolis per egregiæ ac iudæum fratrem iuuenem ingenii cogitate eximium & Roxanem coniugem grauidam,nullum alium nuncupauit hæredem nisi dignissimum,oblitus posteritatis suę & omnium necessitudinem atque aliarum affinitatum suarum,vt inquit Patricius lib.ix.de regno.2 2.vbi subiungit,q̄ cum iam prędicta voce fari nequiret incerto sermone altercatio ītер principes oriretur exempto digito annulū Per dice dedit,vt quem voce hæredem ac successorem non nuncupauerat tacito indicio elegisse cerneretur. Refert etiam idē Patri.e. titu.in fi.q̄ Masinissa rex cum centesimum annū ageret iā que longo senio deficeret testō super regno suo facto oīa senatu Roma. pmisit & Aemilium scipionem, auctorē, tutorē,curatorēq; filiorum nepotūq; suorū esse voluit.¶Secū do rationibus probo hanc opi Primo quia si secus sequeret regni pernicies.q̄ probatur sic.Cōtingere etenim potest sic regnum ad puerum & infantē deferri,quia certum est talem capacem successionis paternæ.Dī autē Ecc.j.Ve terrę cuius princeps puer,est. Indecorum.enim est hūc aliorum regimen assūmere qui seipsum regere nequit.c.indecorum de ęta.& quali.
19 extra.†Sed forsan dici poterit q̄ ibi puer dicitur a morum prauitate vt in simili sumitur ad Corin.xiiii. Nolite fieri pueri sē su.de quo vide Ioan.de Ana.in rub.de delictis puerorum.col. 2.Pro quo accedat q̄ refert Patri.loco nuper allegato,vbi dicit q̄ Phrahates rex Persarū cum decederet plures filios habebat , omnes tñ prēteriit quia illos per ętatē min⁹ vtiles regno futuros duceret, & Mitridatem fratrem virum fortem ætate ī tegra & rerum susceptus dignissimum instituit,vt ostēderet regem longe pluris imperii dignitatem quam paternam indulgentiam facere.¶Item & secundo,quia vbi & per electionem proceditur necesse est plura efficere , ex quibus quasi necessario sequitur ingenui viri,& strenui assumptio.Ad hoc etenim vt electio valeat quinque requiruntur, vt inquit Bart. post gl. in l.serui.electione.ff.de leg.j.Primo cā valida , habilitas eligētis aut eligētium, deliberatio,habilitas electi,& actus eligēdi. ex quibus obseruatis resultat strenuissimum virum assumi & capacem siue habilem tanti administrandi regiminis.Electio. enim de inhabili non potest fieri per habentem arbitrium eli
20 gendi Bar.in l.quamquam.ff.de ritu nup.¶†Item tertio , quia in electione officialium consideranda est artis peritia . Ioā.de Plat.in l.j. C. de conditis in horreis publicis lib.x. & ita voluit Tul.in ora.pro Pompeio.& Vege.de re milit.in prin. vbi dicit Nullus est quem oporteat vel plura,vel meliora scire quā prīcipem,cuius doctrina debet omnibus prodesse subiectis.Ideo dicit idem ipse Vege.lib.4.de re mil.si doctrina cesset armorū nihil paganus distat a milite. In electionem etiam officialium consideranda est eligentium experientia,vt not.Ioan.de Plat. vbi s̄.ad summum plurima sunt perpendenda in eligendo imperatore,principe vel rege,vt late videre potes Bar.cęp.in suo copioso tract.de imperatore eligendo,quæ rarissime comperies in eo ad quem successione regnū deferretur.¶Item quarto ,quia esset virtuosis viam præcludere contra omnem iuris dispositionem. Post.enim palmā laboris emeriti principatus honore remunerandi sunt.l.j. C.de prin.agen.in rebus lib. 12.inbemus ibi, lōgi temporis sudore quæsiuit.C. de proximis sacro, scrinio.eod.lib. C. de Castren. & ministra.vbi dicit tex. Prioribus discendentibus insequentes ad locum pro merito laborum stipendiorum succedant,& ad idem est tex.in l. fi.C. de tyronib.eo.lib.vbi dicit tex.Quemquam altiorem gradum obtinere rite non patimur nisi cui & laborum assiduitas & stipendiorum prolixitas suffragetur . Hinc dicit imperator in l.ī nomine domini.C.de of.prætecti.Africę,Semper prouidemus vnumquemque secundum labores suos etiam maiores grad⁹ & meliores dignitates producere. Ad hæc facit bo.tex.in aut. de monachis.§.ordinatione. vbi dicitur q̄ qui optimus inter cæteros apparuerit tamquam præsulatu dignus eligendus est.
21 Secūdum.†enim maius mertium dignitates cōferendę sunt.c. vulteranæ.xii.q.2.c.vnico.in prin.de reliquiis & vene.sanctorū in princ.Virtutum etenim præmia tribui merentibus conuenit.l.vt virtutum.C.de.ita.& imag.cle.cupientes.de pę. & rem. ad prin.c.non loca.xl.distinctio.alias etenim nisi sequatur virtutis remuneratio rari essimos virtutis palestritas esse cōtingeret,iuxta illud Iuuenalis. Quis enim virtutem amplectitur ipsam,præmia si tollas?Et ita ergo longe melius est principem per electionem assumi,per quam sequitur virtuosos remunerari,quam per successionem ex qua vt plurimum contrariū euenit.¶Quinto,cōfirmatur hęc pars,quia ubi via electionis proceditur post electionem sequi debet confirmatio aut saltem quædam approbatio a superiore.c. venerabilem. de elec. extra.Et ita iterum nouum est examen electis,ita q̄ is cui cōpetit confirmatio,vel approbatio potest reprobare & annulla re electionē factam & de alio prouidere,vt in d.c.venerabilē. ¶Sexto,confirmari potest ex his quæ in superioribus dignitatibus videmus,puta in dignitate papali & īperatoria ad quas
22 per viam electionis proceditur.†Cum ergo ita sit in superioribus dignitatibus , ergo idem erit dicendum in aliis inferiorib. principatibus, & regnis secundum quod voluit pulcherrime Paul .de Castr.in consilio.nouis consilio clxv. vbi dicit q̄ consuetudo disponens de successione regni debet seruari etiā in aliis successionibus aliarum dignitatum vbi aliud non statuitur.& hoc quia non decet a capite membra discedere cap. cum non deceat.de præscri.facit bon.tex.in c.nouit.cum concor.alle.in glo.in ver.non decet de his quæ fiunt a præla.si.cōse.c.Et subiungit Pau. q̄ ea quæ deciduntur a iure scripto vel non scripto,puta consuetudine,extendi debent a simili secundum glo.in l.non possunt.ff.de legi. & tex.in l.j.C.quæ sit lon. consue.bon.est tex.in l.aliud.ff.ad l.Aquiliā.Sed ratio quæ militat in eligendo imperatore militat & in aliis dignitatibus,ergo &c.¶Cū ergo papatus & imperatoria dignitas dispositione iuris communis electione transferātur, ergo idem erit di-
23 cendum in iltis inferioribus dignitatibus, & licet exemplis arguendū non sit.l.nemo.C.desen.& iuterlo.om.iud.Tū a rōne naturali quę est exempli causatiua arguere licet sic ut de frangenis erga leges imperiales dicit Bal.in d.l.nemo.

Ecce vides rem vtrinque agitatam auctoritatibus, & rationibus ita,vt problematica merito cēseatur.delige ergo q̄ partē volueris,sed q̄ magis expediat successione transferri principatus quam electione plures doctorum auctoritates rationesque suadere videntur. Et ita amplectenda videtur hæc opi.per ea quę ample dicuntur per Fely.in c.j.col.antepe.de consti. extra.maxime quia consuetudine fulcitur cuius non est leuis auctoritas,vt s̄.diximus. & ideo dicit Bald.q̄ hēt vim iustitię.Bald.in ca.j.in prin.2.col.qui feuda. pos. ita q̄ ex quo aliquid est consuetum iam non est arbitrarium sed necessarium.Bald.in l.quicunque.col.4. versi scias autē. C. de ser.fug.ac pl.sæcularii.ff.ð extraor.cri.no. in l.quid ac ergo .§.pęna grauior .ff.de his qui no.infa.alias quis videretur rationem excedere glo.in l.hodie.ff.de pe.& ideo dicit Bal. consi.85.in 1.volum.q̄ id q̄ est consuetum,& ita videtur innatum q̄ illi sicut matri adhibenda est reuerentia , qua ęquiparatur iuri naturali q̄ est immutabile vt latius ibi per eum.

¶Sed queritur eo stante q̄ principatus cōgruētius transferretur successione quam electione.†Quare ergo dignitas Papalis non transfertur successione cum rationes prędictę ęque militare videantur, potissime quia est introducta ad vitanda bella,& contentiones.Materia autem litis, & discordię maxime inter viros ecclesiasticos est vitanda, quia seruos Dei non oportet litigare sed mansuetos esse ad omnes, vt habetur. 2. ad Timo. 2.facit tex.in cap. 1.& 2.de postulando extra.& arma clericorum sunt lachrymę.cap.vltim.36.distinctio.capi. communior.23.q.8.Item quia electionis via proceditur ibi, vt plurimum cupiditas & ambitio vt s̄.deduximus.Sed regimen ecclesiasticum potissime debet esse remotum a tyrannide & cupiditate, quia venenū charitatis est cupiditas secundum Aug. Et ideo dicit Ambr.lib.officiorum quādo augere opes, aggregare pecuniam,occupare terras,possessionibus cupimus, prę stare diuitiis, iustitię formam exuimus,beneficientiam communem amittimus , immo fortius cupiditas omnium malorum radix est.j.ad Timoth.c.6.

¶Hęc duo fundamēta facit Aug.de Anco.ī suo tra.de pot. eccle.q.2.artic.3.vbi mouet quęstio. An sit magis conueniens assumere Papam per electionem , & vltra ipla fundamenta alia facit arguendo in partes , sed tandem concludi t quòd
25 melius est per electionem assumere,†quia clericorum filii ad sacra officia admittendi.non sunt. 56.distinctio. & toto tit. de filijs presby.¶Item quia officium ecclesiasticum nō debetur carni sāguini sed vitę meritis.ca.Moyses.8.q.1. & ex quatuor

etiam

Source : BIU Cujas

etiam aliis probat signanter propter Christi sacerdotii vniuersitatem. Nam sacerdotium Leuiticum institutum fuit per rectam lineam. Nam solum Aaron & filij eius ab eo successiue descendentes ad sacerdotium assumebantur, & non nisi de tribu Leui. q̃uis enim summus sacerdos sorte eligeretur, non tñ nisi de certa & determinata tribu, sed sacerdotium Christi est vniuersale, quia in eo non acceptus, neque græcus, neq; latinus, oēs enim vnum sunt in Christo vt scribitur ad Galat. 3. ¶Vnde hac de cā saluator noster non de tribu Leui sed de tribu Iuda ortus est, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est, vt dicit Apost. ad Hebræ. 7. Si ergo Papę fieret per successionem fieret de certa & determinata parentela & ex determinato genere. & sic non posset indifferenter eligi Græcus, vel Latinus, vel pauper ex quo non haberet vtilitatem ita formaliter dicit Aug. vbi supra pro quibus vide Pan. in ca. 1. de deci. extra. & certe hoc vr̃ verissimum cū omnis Christi actio nostra debeat esse instructio. c. significasti. de elec. extra cū si. Alias rōnes adducit Aug. de Anco. de quibus ad ipsum recurre. ¶Ex prędictis habes quod licet expedientius sit principat' temporales, vel electione, vel successione deferri non id expedit in spiritualibus & ecclesiasticis, sed potius electione, vel collatione superioris. & sic non habeant ius a prædecessore. tex. in c. 1. de præben. extra. & ibi no. Doc. signanter Panor.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus an possit succedere in tota hereditate.*
Præscriptor malæ fidei an teneatur de restitutione.
2 *Occidens adulterum aut bannitum auctoritate iuris aut statuti, an sit tutus in foro animæ*
Decipere se an permissum contrahentibus.
3 *Prælatus an debeat rem vltra valorem suum vendere.*
Præsumptio in foro animæ cedit veritati.
4 *Forus conscientię est tribunal veritatis.*
5 *Debitor liberatus tempore an tutus quo ad animum.*
6 *Ius potest ex causa rem vnius alteri concedere.*
7 *Legitima an possit filius consuetudine priuari.*
8 *Statuta in foro conscientię an seruanda. 9.*
10 *Consuetudinis vires & effectus.*
11 *Æqualitas inter fratres & socios seruanda.*
12 *Consuetudo iniqua est lex mortis.*
13 *Gabellam illicitam fraudans an teneatur saltem quo ad Deum.*
Conscientia non ligat quos natura non obligat.
14 *Papa iniquam consuetudinem secularium obrogat.*

QVAESTIO XV. SECVNDI LIBRI.

VTrum primogenitus prætextu consuetudinis possit succedere sine scrupulo conscientiæ in tota hereditate paterna. ¶Pulcherrima est qō. ¶†Reperio quod hāc q. tangit Alb. de Rosa. in loco satis peregrino, scilicet in l. Barb. Philippus. ff. de offic. præto. col. 7. ad fi. vbi refert Ia. de Rauen. dicentem dominum suum quæsiuisse a multis religiosis de hac q. 1 consuetudo est vltra montes q̃ primogenitus succedat in totum. Aliquis primogenitus erat magnus iurisperitus & sciebat q̃ talis consuetudo erat ꝯ ius scriptum. & de hoc habebat conscientiam læsam an eum excusset consuetudo vt possit omnia bona paterna retinere, vel teneatur dare fratribus partem eorum. Quidā dicebant q̃ sic, quidam quod non. Tñ plures in hoc concordabant q̃ ex quo sciebat consuetudinem iniq̃, & habebat conscientiam læsam tenebatur dare fratribus partem eorum, & magis sequi conscientiam q̃ consuetudinem. Ad hoc adducebant quod no. Io. An. in nouella in regu. possessor. ver. 5. erat vbi tenet q̃ præscribens mala fide tenetur ad restitutionem, vt est tex. in eo. ca. & c. fi. de præscrip. extra. & tñ præscriptio est inducta de iure. vt C. de præscrip. 30. ann. Adducit etiam Albe. 2 no. per se in l. Gracchus. C. de adul. vbi dicit† q̃ occidens adulterum vel bannitum virtute statuti aut iuris, non est tutus in foro conscientiæ. pro quo videre glo. no. in c. inter 30. q. 2. ¶Cy. hanc opin. tenuit in l. rescripta. C. de preci. impe. off. col. 3. in fi. vbi expresse dicit ſm Pe. q̃ licet iudex secundum consuetudinem ita iudicans nō peccet, tñ ipse primogenitus capiens peccat, quia facit ꝯ illud Apostoli. Filius ergo hæres. pro quo tex. in auth. de iudicibus. §. omnes. col. 6. ¶Ad hoc pro confirmatione prædictorum potes adducere q̃ licet ꝯhentibus licitum sit se inuicem decipere citra dimidium iusti precij. l. idem si precio. §. quemadmodum. ff. loc. & l. in causæ. ff. de mino. c. pen. extra de emp. & ven. Tñ in foro conscientiæ secus est, ſm D. Anto. de But. in d. c. pen. ita q̃ apud confessorem debet fieri conscientia prout tenuit beatus Tho. de Aqui. 2. 2. q. 76. arti. 1. Idem tenuit Bal. in auth. ad hæc col. 8. vers. insuper quęritur de vsuris. & idem Bal. c. cum cām. extra de testi. vbi dicit quod cō-

scientia idem est quod bonus vir per gl. sing. in l. semper in cō iunctionibus. ff. de re. iur. modo sic est q̃ bono viro non cōuenit alium decipere, ergo &c. Subiungit, quo ergo ibit anima mercatoris. ad hęc vide D. Ias. in §. sed iste col. 28. insti. de actio. vbi pro hoc adducit glos. in ca. hocius porrectum. 10. q. 2. quæ 3 vult q̃ prælatus ecclesiæ sciens iustum precium rei non debet maiori precio vendere q̃ valeat res propter cōscientiam. ¶Ad de etiam ad hoc q̃ dicit Abb. Pan. in c. quia pleriq;. de immu. ecc. extra col. 8. post Inn. q̃ si aliquis habuerit sñiam pro se in foro contentioso, q̃ tñ scit iniustam, non debet in foro cōsciētiæ facere exequi, quia teneretur ad restitutionem. Peccatum enim non dimittitur nisi restituatur alienum, licet alias res iudicata pro veritate habeatur iuris præsumptione. vbi enim de veritate constat, lex positiua super præsumptione se fundans non habet locum de iure ciuili, quia in foro animæ præsumptio cedit veritati. 8. dist. Ioan. And. in ca. 2. de vsu. in 6. no. in c. tua. & in c. is qui fidem. de sponsa. extra.

Ad hoc vide dictum elegans Bald. in l. vnica in 3. colum. C. 4 de cōfes. vbi dicit† forus cōscīæ est forus boni & ęqui, & tribunal veritatis & non fictionis, nec in eo apices excusant. & dicit Panor. vbi s̃. post Inno. q̃ ille qui est obligatus sub spe futurę numerationis, tamen in veritate nihil accepit licet de iure lapso biennio effectualiter teneatur. l. in cōtractibus. C. de nō nume. pecu. Secus in foro conscientię. ¶Adde etiam dicit Pe. Iaco. in sua practi. aurea sub titu. de successione regni Francię vbi facit mentionem de acquisitis ab ecclesia. & dicit q̃ licet rex Franciæ pro nouiter acquisitis ab ecclesijs exigat financiam siue summam pecunię pro amortizatione vt dicunt, tamen in foro conscientię & confessionis tenetur illam restituere & damna resarcire. pro quo etiam in foro exteriori & contentioso videtur esse tex. ad literam & in indiuiduoin cap. 1. de immu. eccl. in vj. nisi dicamus quod abrogata sit illa decreta. per cle. quóniam de immuni. eccle. per quam etiam sublata est decre. 3. de immuni. ecele. in 6. ex eo quia conditor illi⁹ decre. 3. plurimum fuit infectus regni Francię & potius ex fomitę odij quam ex zelo iustititię procedat. Tamen de hac materia si vis ad plenum videre recurre ad dictum Petrum Iaco. in loco s̃. alleg. vbi de hac meteria multa nota. recolligit.

Adde etiam q̃ dicit Bal. in tit. si de feu. fue. contro. §. si quis 5 per 30. col. 3. vbi dicit† q̃ si statuto aut ordinatione caueretur q̃ si creditor non petat sibi debitum intra certum tempus, put quadam ordinatione regia cauetur. Licet ille debitor sit tutus in foro contentioso post lapsum tempus indictum statuo aut ordinatione, tñ in foro conscientiæ secus ex quo scit se debere, immo etiam in foro contentioso ecclesiastico non liberatur & potest per viam denunciationis contra eum procedi, de quo tamen infra latius dicemus.

Nunc redeo ad dicta Alb. de Rosa. vbi s̃. Alb. postq̃ per ea quæ superius dicta sunt firmauit opinio. prędictam, q̃ si in foro conscientiæ primogenitus non potest retinere etiam virtute consuetudinis totam hereditatem paternā, in oppositū dicit ipse facit quia dēt informare conscientiam suam secundum consuetudinem, & non debet esse. l. clementior vt est tex. in auth. de iud. §. oportet. collatio. 6. Pro quo adducit q̃ dicunt Doc. in c. fi. de præscript. q̃ qui præscripsit potest cum bona cōscientia retinere prędictum, ēt licet post prędictionem cognoscat rem non esse suam, vt no. determinat Bal. in auth. ad hæc. C. de vsu. col. 5. post Innoc. in c. cura. extra de iure patro. Idem Bal. in c. causis. 6. col. de off. deleg. extra. Licet Ant. de Butr. in d. c. quia pleriſque contrariū tenuerit cuius opi. ibi reprehendit Abba. Pan. col. 8. vbi cōclu- 6 dit, q̃ immo tutus est in foro conscientiæ propter† iuris dispositionem quæ potest ex causa rem vnius dare alteri. vt l. item si verberatum. ff. de rei ven. & l. Anti. ff. de priui. cred. cum simili. ¶Sed ipsemet Alb. de Rosa. in proę. ff. veteris. §. discipuli. col. 3. dicit q̃ multi tenent prędictam consuetudinem de primogenito non valere, quia sit contra ius naturæ & sanguinis q̃ est immutabile. vt §. sed & naturale. instit. de iu. nat. gen. & ciui. & de hoc dicit se notasse in l. quoties. C. de preci. impe. off. & in rub. C. quæ sit longa consue. Sed dicit tandem distinguendum esse inter successiones regni, Comitatus, Ducatus, Marchionatus, & aliarum dignitatum, & successionem aliorum patrimonialium bonorum quia in primo casu quando per vnum melior fit administratio q̃ per plures. l. ij. §. sed quia difficile. ff. de ori. iur. tolerari potest consuetudo. Sed in secundo casu dicit non videre q̃ possit talis consuetudo defendi. ¶Martinus Laudensis in suo epitomatæ de primogenitura. hanc quæstionem mouet & refert Albe. solum in prooemio fforum. vbi nunc retulimus dicit tamen q̃ quicquid dicat Albericus etiam in hæreditatibus non regalibus, nec dignitatem in se habentibus, valet consuetudo. Pro hoc alleg. tex. & ibi Bal. c. mulier. si fue. de feu. contr. in vsibus feudo. Alleg. etiam Io. An. in regula sine culpa in mercurialibus. Et ad argumentum de alimentis respondet q̃ loco alimentorū & legitimę primogenitus præ-

stabit

ſtabit oĩa neceſſaria confratribus ſuis ſm qualitatem perſonarum & patrimonij quantitatem ſm Hoſti. & Ioan. And. in ca. licet. de voto. ita reſidet Martin⁹. ¶Reperio Guid. Papæ in ſuis conſi. par. 3. conſiliorum. conſil. 131. col. 5. vbi quaſi ad verbũ & ad literam refert hanc opinionem Martini Lauden. dicẽs, ꝙ hanc opinionem tenuit quidam Dñ. Raymun. de Sabanaco in l. conſuetudinis. C. quæ ſit long. conſue. in quæſtione quę
7 incipit. † Quorum conſenſus. & quod per conſuetudinem põt pater filium legitima primare, vt idem de Sabanaco tenet in repe. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſta. ad princ. Similiter poteſt per ſtatuta dici legitimã tolli, quia illa debetur iure ciuili non ratione naturali & iure gentium ꝙ eſt immutabile l. ius agnationis. ff. de pac. ita tenet Dy. in c. indultum. de reg. iu. in 6. Io. An. in ea. reg. in mercuriali. Cy. in l. ſancimus. C. de nup. Bal. in l. j. ff. de iuſt. & iu. dicens eſſe caſum in c. Raynu. de teſta. de quo ſequenti. q. latius. ¶Ad hęc vide eundem Guid. Papæ. in j. par. conſiliorum conſ. 65. & conſi. 140. col. 5. vide D. Iaſ. in l. quoties. de rei ven. col. 12. vbi expreſſe colligit valere iſtam conſuetudinem de iure. Ex quo infert ꝙ licet Ia. de Are. Cyn. & Alb. in l. Barbarius. ff. de off. præto. dubitant an valeat in foro conſcientiæ, tamen indubitanter dicendum eſt, ꝙ immo talis conſuetudo in foro conſcientiæ ſit licita. Pro hac opin. Adde etiam ꝙ dicit Bal. in c. in oĩ. de teſta. ꝙ qui a l. humana excuſatur non peccat niſi ſit contraria legi diuinæ. & ideo in foro conſcientiæ ſeruandæ ſunt leges. Alias ſequeretur ꝙ oĩs legum forma & ſubtilitas duceret nos ad inferos, & ſcientia legum magis eſſet damnata q̃ maleficiorũ. de quo dicto Bal. meminit Fely. in c. j. col. 13. de conſti. plura alia ex hoc dicto inferens de quibus per eum videre poteris. Adde etiam ꝙ no. in
8 l. vnica. in 3. col. C. de confeſ. vbi † vult ꝙ ſtatuta etiam in foro conſcientiæ ſeruanda ſunt. pro quo dicto eſt gl. no. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. extra. & ibi Bal. in j. col. ita no. dicens alibi non reperiri. Pro hoc vide D. Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem. de iu. & fac. igno. C. col. 3. vbi plura notan. in materia conſcientiæ. cumulat & eundem D. Iaſ. in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. in 2. lec. col. 18. ver. Similiter ſtatuta laicorum vbi dicit ſe ſm prædictã gl. conſuluiſſe. ¶Ad hæc vide Andr. de Iſer. in c. j. §. j. ante ſi. de pace iur. fir. in vſib. feu. & Bal. conſi. 285. 3. vol. vbi tenet ꝙ qñ. l. ciuilis aliquid ſtatuit tale ſtatutum etiam in foro pœnitentiali & animæ ſeruandum eſt. alioquin ſi ſecus diceremus eẽt dicendum, ꝙ leges ciuiles eſſent vitioſæ & multorum animæ eſſent illaqueatę & damnatę, ꝙ nullatenus eſt dicendum cũ leges ciuiles excuſent potius conſcientiam a peccato, vt ibi p eũ. de hoc dicto Bal. & pluribus aliis ad ſaturitatem cumulatis, vide per Do. Iaſ. in 2. lect. d. l. nemo. col. 17. & 18. Ad hæc faciat gl. reputata ſing. in l. adigere. §. q̃uis. ff. de iu. pat. quæ dicit ꝙ ſtatutum quod ad ſubditos illius loci viget habet vim apoſtolici. quaſi velit ꝙ ſtatutum illud eximat quẽcunq; ſubditũ a peccato in foro etiam conſcientiæ. & pro declaratione prædictę gl. vide omnino. D. Iaſ. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. col. pen. & licet conſuetudo aut ſtatutum videatur eſſe dũrum, tamen ſeruandum eſt. vt no. dicit. D. Iaſ. in l. filio pater. col. 2. ff. de leg. j. poſt Bal. in l. acceptũ. C. de vſur. alias
9 etenim ſtatuta eſſent inutilia † quæ tamen de vento ſeruire nõ debent, vt no. dicit D. Iaſ. in l. ſi conſtãte. ff. ſol. matri. poſt Ang. conſi. 62. quod incipit, Titius de Florentia. & per hæc videtur ſatis eſſe firmata prædicta conſuetudo.

Sed conſidera quod opinio Alber. in proœ. fforum. eſt multum ęqua, iuxtã illud ꝙ refert Panor. in d. c. licet de voto. col. 3. in fi. vbi dicit ꝙ beatus Bernardus conſultus ſuper diuiſione hæreditatis paternæ belliſſime ita reſpondit. ſi ſunt nobiles quandoque eſt melior filiorum diſperſio quam hæreditatis diuiſio, ſi aũt ſint laboratores, faciant vt velint. Si mercatores, tutior eſt diuiſio quam cõmunio. Et ita per hoc dictum Bernardi inter nobiles ſatis toleranda eſt conſuetudo prædicta prout etiam ſentit Alber. loco s̃. alleg. Nobiles intellige. ſ. exiſtentes in dignitate propter feudum dignitatis. alias autem talis conſuetudo videretur potius corruptela. ¶Primo, quia ex quo filij videnr fratrem ſuum primogenitum diuitẽ, & ipſos quaſi mendicãtes ſuo reſpectu per hoc appetunt mortem fratris primogeniti vt plurimũ. Et ita propter propinquitatem ad peccandum hæc conſuetudo tolerari non debet, vt no. dicit Abb. Panor. in c. j. 3. col. de fer. extra. Ad hęc facit tex. in l. 3. ad fi. C. de indi. vidui. tol. vbi per illũ tex. colligit ibi Bal.
10 in 6. no. † ꝙ lex vel ſtatutum non debet aperire viam malitiis hominum ꝙ facit ꝙ ſtatutum terrarum quæ frequenter inuitant, vt ipſe dicit. ¶Item quia conſuetudo iniqua non excuſat in peccatis. glo. no. c. denique. 3. diſt. tex. in c. quanto. de conſuetudine. extra q̃ pro prędicta glo. ibi reputat ſing. And. Barba. col. 6. & in c. cum venerabilibus. de conſue. col. 4. vbi etiam no. dicit ꝙ conſuetudo quæ non habet veſtimentum rationis dr̃ frigida & nuda per c. ſecundum de proba. vbi etiam no. Bal. & ſubiungit ꝙ ſi ſit frigida & nuda qũo poterit excuſare delinquentem ſecundum illam. ¶Item quia non debet aliquid per ſonis honorabilius exhiberi, vnde alij ſcrupuloſo corde mouerentur, ſed ſint omnia communia. ca. j. 16. q. 7. Per hoc vide Soci. conſi. 4. vbi dicit in j. par. conſi. pulcherrime quod æqualitas eſt ſeruanda inter fratres quæ eſt inductiua, nutritiua, confirmatiua, & conſolidatiua concordiæ & fraternæ charitatis, & affectionis. & per contrarium inęqualitas eſt nutritiua diſcordię per l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. in princ. & in §. ſin autem. Ita formaliter inquit Soci. in conſi. de quo meminim⁹ s̃. in 2. q. 3. prerogatiua, ſed in hoc, quia ſuper de rhombo hui⁹
11 materię † decies repetita placebunt. Adde etiam Soci. cõſi. 160. col. 3. ad prin. vbi dicit ꝙ tunc ad extremum malorum peruenitur cum inde damna perueniunt, vnde auxilium ſperatur arg. l. meminit. C. vnde vi. ſed a fratre non damna ſed lucra & auxilia prouenire debẽt. l. Ancelinus. §. Titius teſtõ. ff. de au. & arg. leg. ergo non debet ex primogenitura vnius fratris alteri fieri prędiudicium. & ſubiungit ibi Soci. ꝙ non debet vnus fratrũ alterum defraudare ſiue ſpoliare, ſed æquanimiter & miſericorditer ſibi dare. ar. l. vtrum. in princ. ff. pro ſoc. quia ęqualitas inter fratres ſeruanda eſt. ar. l. fi. C. de fruc. & litium expen. ¶Item adde eundem Soci. conſi 291. col. 6. verſ. prętera. vbi dicit quod æqualis debet eſſe determinatio in fratre & ſocio p l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. l. ſi legitime. §. j. cum ibi no. p Doc. ff. de lega 3. ſed inter ſocios partes debent eſſe ęquales. l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio. alias. n. non fraterna ſed leonina eſſet ſocietas. & ibi dicit tex. formaliter. iniquiſſimum autem genus eſt ſocietatis ex qua quis damnum non etiam lucrum ſpectet. ꝙ eſſet ſi hęc conſuetudo ſeruaretur, & maxime cum ſint fratres ſocij omnium bonorum debet diuidi hæreditas inter eos. vt eſt tex. in l. 3. ff. pro ſocio. §. j. immo non valeret pactum in contrarium, ſm Soci. d. conſi. 291. col. 4. ver. 2 no.

12 Nec obſtat ſi dicatur † quod conſuetudo eſt vetuſta, quia tanto grauiora ſunt peccata quanto diutius infęlicem detinent animam, immo dicit ipſe praua & iniqua conſuetudo eſt. l. mortis. quia eſt inductiua peccati. ꝙ proſequere vt per eum. ¶Et ſi dicatur ſic ſtatutum vel conſuetudo friuola erit. Reſpoude quod ſtatutum debet potius intelligi, vt ſit ſuperfluum & nihil operetur quam quis ex eo indebite damnum patiatur. glo. reputata ſin. in l. ſi. §. in computatione. C. de iu. delib. de qua ibi multum exclamat Bart. & ibidem vide Dñ. Io. ſatis ſe extendẽtem. & eundem D. Iaſ. in l. non dubium. C. de legi. 8. col. & per hoc vr̃ inferendum ꝙ cum talis conſuetudo ſit iniqua licitũ ſit eam fraudare cum bona conſcientia, ſm Pet. de Anchara. & Andr. Barb. in c. j. de conſue. extra. col. pen. poſt Innoc. in ca. quia plerique. de immu. ec. accedat ad hoc dictum Bart. in l. ve ctigalia. ff. de publ. vbi dicit, ꝙ fraudãs illicitam gabellam, nec tenetur Deo, nec mundo. Idem voluit Bald. in l. ij. C. de iu. aureo. annul. & ad hęc facit bo. tex. in l. cum pater. §. Titio fratri.
13 ff. de leg. ij. † vbi hr̃ ꝙ non dr̃ fraudem facere qui fraudem excludit, pro quo eſt glo. no. in c. cupientes ad prin. in verbo malignantium. de elec. in 6. accedat ad hæc ꝙ pulcherrime vult, Bal. in l. ij. C. de vect. & cõmiſ. vbi dicit in fi. quod conſcientia non ligat quos natura non obligat per gl. in c. fraternitas. 12. q. 2. iure autem naturali certum eſt quod non ſolum primogenitus, ſed omnes filij in omnibus patri ſuccedunt cum natura omnes ſexus vel ætatis diſcretione non habita parentũ faciat ſucceſſores, vt l. ſcripto. ff. vnde liberi. & l. cum rõ. ff. de bonis damna. cum ſim. Sunt enim ęqualiter filij & pars parẽtis, & ideo naturali iure pariter ſuccedere debent. quod neceſſe eſt fateri dicit Albe. in proœmio fforum. §. diſcipuli. col. iij.
14 Imo tenendo hanc opin. Alber. † ſi princeps ſecularis non vellet talem conſuetudinem abrogare. ex quo tale ſtatutum eſt iniquum recurri poteſt ad ſubſidiũ eccleſię vel Papę, ſm no. Doc. quam ponit Bal. in l. fi. §. in computatione. col. 4. in fin. C. de iur. delib. de qua doctri. meminit Abb. Panor. in d. l. nemo. in ij. lec. col. 11. circa med. nec exiſtimes aliqd nouũ eſſe vt cõſuetudines approbenr̃ vel reprobenr̃. rõne iuridica aut dicta mine iuris prudentię vt late videre potes per Io. An. in rub. de conſuet. vbi infinita fere iura citat in quibus conſuetudines aliquando approbantur, aliquando reprobãtur. & eadem ibi refert Barb. 2. colum. circa quæ non curo inſiſtere quoniam vt ibi ipſemet fatetur id potius laborioſum eſt quam ſubtile. Teneas tamen vtram harum partium volueris, ſed bonarũ mentium eſt timere culpam vbi culpa non eſt. c. ij. de obſer. ieiu. & in foro conſcientiæ ſecurior via tenenda eſt. gloſ. not. in cap. vnico. de ſcru. extra cum ſimil.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus in totum ſuccedens an teneatur fratribus ſuis ſubuenire.*
2 *Statutum tollens legitimam in totum an valeat. 7.*
3 *Apanagium poſt genitorum quid ſit. 10.*
4 *Legitima de bonis regni an detrabenda.*

Alimenta

Source : BIU Cujas

5 *Alimenta post patris mertem an filijs debeantur.*
Alimenta spurij debentur.
6 *Statutum ad impossibile non trahendum.*
8 *Alimentorum petitio legitima per statutum sublata an fieri possit.*
9 *Leges quæ dicantur crudeles super legitima.*
10 *Apanagium in quo differat a legitima. Et quando ius apanagii locum habeat.*

QVAESTIO XVI. SECVNDI LIBRI.

SVbsequitur hæc quæstio ad præcedẽtem, suppositio enim q̃ valeret consuetudo quæ excluderet reliquos filios a primogenito successione patris & matris, an ne reliqui filij mendicabunt? Et vt brevius absoluamus, videtur dicendum, quòd sic, quia ex quo est filius primogenitus virtute consuetudinis fundatus in tota successione, nihil ergo reliqui filij vẽdicare possunt in ea cũ nihil eis
1 debeat. † & lex q̃uis dura seruanda est. ff. qui & a qui. manu. lib. non fiant. nec dicitur primogenitus eis iniuriam facere apprehendendo totam hæreditatem ex quo suo iure vtitur. l. iniuriam. ff. de iniu. vbi formaliter sic dicit tex. is qui iure publico vtitur non videtur iniuriæ faciendæ causa hoc facere, iuris enim executio non habet iniuriam. & ideo dicit tex. in cano. nosse. 63. dist. quærentibus singulis ea quæ sunt mirandum nõ est, immo licet mihi cum incommodo alterius consulere rebus meis & vtilitati meæ. l. i. § denique. ff. de aqua plu. arcen. ex quo principaliter non facio, vt noceam, sed vt vtar iure meo. vt no. dicit Panor. in ca. nisi. in fi. de aucto. & vsu pal. text. gloss. & Doc. in c. cum ecclesia vulterana. de elec. extra, & ideo si ali quid defalcaretur pro filijs ætate minoribus videretur fieri iniuria ipsi primogenito, quia indultum a iure beneficium nemini est auferendum.

2 † Confirmatur hæc pars per ea quæ latè dicuntur per Franciscum de Curte consil. 10. post trac. de feu. column. 4. vbi tenet quod valet statutum in totum tollens legitimam subsistente causa, per ea quæ no. per Bald. in l. cum lege. C. de epis. & cle. & Panor. in c. Raynu. de testam. & eundem Panor. in consil. 150. Paul. de Castr. in l. Titia centum. §. Titio. versi. circa tertium. ff. de condi. & demonstr. & vide eundem Pau. in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. & consi. 86. & consi. 118. & ita plures etiam tenuerunt quos brevitatis causa non refero. Si ergo consuetudo aut statutum potest in totum legitimam tollere, ergo eadem ratione si consuetudo faciat primogenitum hæredem vniuersalẽ bonorũ patris non poterunt cõqueri filij ætate minores, nec aliquid petere in prædicta hæreditate.

Sed his non obstan. contrarium est de iure verius, & ita in indiuiduo dicunt Hosti. Ioan. Andr. & Pano. in c. licet. de vot. extra vbi formaliter tenent, quòd licet regnum ad primogenitum debeat pertinere, tamen alij filij mendicare non debẽt, sed debet certa portio eis assignari pro alimentis & honesta sustentatione, salua tamen integritate principatus. alias dicit ibi Pan. colum. 2. ad fi. consuetudo esset irrationabilis.

† Hinc uidemus in hoc regno quòd vbi aliquis rex plures
3 habet filios primogenitus regnum obtinet. & reliquis filijs ætate minoribus dantur aliquæ terræ pro honesta eorum sustentatione in apanagium. Ad hæc vide Ioan. Andr. in regula, sine culpa. de regu. iur. in mercuria. & Præpo. in c. per venerabilem qui fil. sint legit. §. quod autem. colum. 33. ad princip. Fely. in c. prudentiam. de offic. deleg. colum. 2. in fi. adducentem consil. Cardin. 137. incip. ad quendam qui est in carcere. & Petr. de Anch. consil. 339. incip. pro maiori intelligentia. & Oldr. con-
4 sil. 94. & 224. & subiungit Fely. vbi supra. † quod tamen de bonis regni non debet detrahi legitima ne regnum diuidatur, secundum Panorm. consil. 12. incip. magnificus dominus, in 1. volum. colum. 6. Pro quo vide D. Ias. in prælud. feud. colum. 39 vbi ad hoc adducit glo. & Doc. in c. licet. de vot. extra. Sed licet legitima detrahi non debeat, tamen aliquid pro alimentis detrahendum est, alias consuetudo talis iniqua esset, secundum Bald. ita in indiuiduo determinantem in l. cuncto populos. C. de sum. trini. & fi. catho. colum. 10. versi. deinde quæro. vbi dicit valere statutum & consuetudinem, vt primogenitus succedat alijs exclusis duntamen postea geniti habeant alimẽta, quia alimenta propriè veniunt de iure naturæ. & ita dicit seruãdum consuetudinem prædictam, maxime in iurisdictionalibus in quibus diuisio diminueret dignitatem potestatis.

Sed Martinus de Carra. in suo epitomate de primogenitura idem etiam decidit in quibuscunque patrimonijs priuatorum in quæstione incipiente an valeat consuetudo &c. Ad hoc vide etiam Andr. Barb. in d. c. Raynu. de testa. extra. colũ. 37. Nec obstãt allegata in partem contrariam, quia immo primogenitus qui non relinqueret aliquid fratribus pro alimentis & sustẽtatione eorum faceret ipsis iniuriam. sicut enim alimentatio filiorum debet iure naturæ fieri a patre ipso viuen-
5 te, vt l. 1. hinc descendit. ff. de iusti. & iur. † Ita etiam post mortẽ patris alimentatio debet procedere ex bonis ipsius patris. § 1. & §. prohibemus. in aut. de trien. & semis. & ita cum debeantur alimenta filijs iure naturæ. Sequitur ergo quod hoc consuetudine mutari non potest: iura etenim naturalia sunt immutabilia. §. sed naturalia insti. de iur. nat. gent. & ciui. l. ius sanguinis. ff. de reg. iur.

Item quia iura naturalia sunt fortiora accidentalib. l. 3. ff. de test. tut. cum si. Cum ergo ius filiorum ætate minorum in consequendis alimentis sit naturale, & ius primogeniti ad exclusionem omnimodam aliorum accidentale prout ex consuetudine vel statuto introducitur, ergo fortius erit ius filiorum ætate minorum quam ius primogeniti hoc respectu. & maxime quia filij ætate minores agunt de damno vitando, primogenitus autem de lucro captando. & ita etiam hac de causa fauorabiliores essent filij ætate minores quam ipse primogenitus. Item confirmari istud potest æquitate canonica qua introductum est quod filijs etiam spurijs debentur alimenta. c. cum haberet. extra de eo qui duxit in matri. si ergo ita statuatur in filijs illegitimis a fortiori id erit statuendum in filijs legitimis.

6 Nec obstat quod consuetudo † exclusiua filiorum ætate minorum generaliter loquatur, quia regula est iuris menti tenenda, quod verba statuti aut consuetudinis non adaptantur ad impossibilia ipsi statuenti. Bald. in l. fi. §. in computatione. in fi. C. de iur. delib. idem Bald. in l. fi. in 5. colum. C. de sacros. eccl. & l. sacrosanctæ. C. de epis. & cle. & c. cum non ab homine. c. clerici. de iudi. extra. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. post Bartol. in l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. Quod dictum fuit originaliter Ioan. Mona. in c. vt animarum. de constitu. in 6. Et pro hoc dicto est bo. tex. in c. a nobis. de sent. excommuni. extra. & ibi Pa. & in c. quod clericis. extra de fo. compe. & ibi Panor. & in c. tua. de deci. extra vbi itidem per illum tex. colligit Anto. de But. Modo sic, quod impossibile erat statuenti, aut introducentibus consuetudinem tollere ius alimentorum filijs, ergo verba statuti vel consuetudinis quantumcunque generalia in fauendo primogenitis & excludendo postea genitos non debent ad ius alimentorum referri.

7 † Nec ob. quod de legitima supra dictum est, quia licet docto. supra allegati fuerint opinionis vt in totum possit tolli legitima consuetudine vel statuto, tamen resolutio est communis quòd in totum non possit tolli legitima, sed in parte tantum minui per tex. in c. Ray. de testa. extra, ita dicit Alb. de Rosa. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. colũ. 4. Bald. in l. fi. §. ipsum autem. C. de bo. quæ lib. vbi determinat q̃ statutum vel consuetudo non potest in tantum legitimam filiorũ diminuere vt non habeant alimenta. & ideo ipse idem Bal. in l. cum lege. C. de epis. & cleri. circa sublationem legitimæ sic distinguit, aut subest causa & tũc potest auferri & tolli legitima, aut non subest causa. & tunc subdistinguit, aut est quædam ratio positiua quæ illud suadet, puta quod excludentur fœminæ existentibus masculis propter conseruationem domus, & tũc non potest legitima auferri, sed tantum limitari. Dicit tamen consuetudo seruat contrarium per totam Italiam & dicit eã valere sicut valebat lex 12. tabul. quæ excludebat matrem & deferebat agnatis, & sicut valebat media iuris prudentia quæ filias ad certam quantitatem coarctabat. l. maximum vitium.
8 C. de lib. præte. † Ita tamen licet tollatur legitima, non tamen tollitur petitio alimentorum, vt aut. licet. C. de natu. libe. aut tale statutum habet in se rationem prælationis, sed est omnino irrationabile vt si diceret quòd succedat primogenitus & non secundogenitus, tunc dicit Bald. tale statutum prorsus tollens legitimam non valere, sed si in totum non tolleret, sed limitaret, tunc putat valere nisi limitaret in fraudem alimentorum. & rationem assignat, quia meta quæ imponitur portioni est de iure natu. Vnde non potest in totum tolli, sed distingui iuxta no. in simili. C. si contra ius vel vti. pub. l. 1. ita no. voluit Bal. & pro hac opi. quod. s. legitima in totum tolli non possit, vide Pau. de Castr quasi seipsum corrigentem in locis alleg consi. 121. & Lud. de Ro. in rub. C. qui admit. col. pe. Sal. in aut. nouissima. C de inof. test. col. 5. & seq. Soci. amplè consi. 3. in j. par. consil. vbi refert quòd circa hanc materiam legitimè tres fuerunt opi. principales. Nam aliqui tenuerunt quòd tolli non possit, alij contrarium, tertij mediã viam eligentes tenuerunt q̃ non in totum, sed pro parte tolli possit. & dicit quòd hæc vltima opin. humanior est & benignior & latius deducit vt potes videre per eum. Et eandem quæstionem reassumit Soci. consi. 150. vbi dicit quod in aula principum a ducentis annis citra per maiores nostros de hac quæstione pugnatum est, sed dicit communem opinio. quod licet minui possit, non tamen in totum tolli potest. Et p̃ hoc facit hanc notabilem suasionem per text. in auth. de trien. & semis. in prin. vbi dicit imperator quod frequenter miratus est quomodo beniuolis & legitimis filijs pro quibus gratias Deo parentes agũt & quibus quod relinquitur iam erat debitum,

solum

Source : BIU Cujas

solum quarta pars seu triens deberetur. vnde contingebat sæpe filios qui patre viuente erant idonei & opulenti mortuo patre remanere pauperes, cum necessario dicta quarta deberent esse contenti, & ideo tales leges veteres statuentes quartam partem tantum pro legitima crudeles appellat imperator, vt in ti. de trien. semis. §. prohibemus. & § hæc nos. & ideo imperator volens filijs & naturæ competenter prouidere auxit legitimam secundum numerum liberorum, vt in d. auth. de trien. & semis. & in auth. inde sumpta, quæ incipit, nouissima. C. de inoffic. testa. Nunc dicebat Soci. quòd si iura statuentia quartam pro legitima iudicantur crudelia & inhumana, multo fortius statuta municipalia, siue consuetudines prorsus auferentes legitimam filijs, quam ponderationem Soci. nota perpetuo. & pro hac parte adde etiam Andr. Barba. in d. cap. Rayn. col. 36. & seq. Alexand. de Imo. consil. 55. incip. viso tit. quæstionis in 2. vol. vbi dicit cano. ita residere. & nouissime. vide D. Iaso. in d. Auth. nouissima. col. pen. vbi hãc dicit cõem esse opin. Sed fortius quando ẽt per statutum, aut consuetudinẽ tolli posset in totum legitima, non tamen sequeretur quod alimenta tolli possent, nec ea quæ pro congrua sustentatione destinanda sunt. & pro hoc vide Cyn. in l. sancimus. C. de nup. vbi dicit quòd si legitima accipiatur pro alimentis sicut alimẽta tolli non possunt consuetudine aut statuto, sic nec etiam legitima tolli posset. declarat tamen in fine differentiam esse apertam inter legitimam & alimenta. & ita formaliter voluit etiam Bald. in d. l. cum lege.

10 Ex prædictis habes inferre † quòd si rex plures habeat filios si primogenitus succedat in regno reliquis filijs aliquid dandum est in apanagium vt etiam communiter videmus obseruari. & hoc bona ratione, quia vt dicit quidam Guil. de Montefer. in quodam tracta. de successione regum Franciæ in quarto dubio, Apanagium succedit loco alimentorum. quod ostendit sic, quia consuetudo regni de Apanagio filij regis prouidendo loquitur duntaxat per modum prouisionis, & non per modum diuisionis vl alienationis cum diuisio sit alienatio. l. inter omnes. C. de prę. mi. & l. si pupillorum. ff. de reb. eo qui sunt sub tut. vel cura. & ita dicit quod Apanagium quòd datur filijs regum est indiuisibile & inalienabile. Ex quo infert ibidem. 3. colum. quod est differentia inter legitimam & Apanagium, quia ius Apanagij est inalienabile & impræscriptibile, ita ius agendi ad supplementum Apanagij. Secus autem in iure agendi ad supplemẽtum legitimæ, quod ipse latius prosequitur vt videre est per ipsum. Sed miror de tanto viro quòd circa hanc differentiam
11 Apanagij & legitimę institerit, cum vbi agitur de regno † indubitanter habeat locum ius Apanagij & ius legitimæ neutiquam. vt est glo. no. in c. licet. de vot. extra, & de hoc supra dixi mus. Item etiam ex præcedentibus videmus inter filios priuatorum hominum stante prædicta consuetudine sic fauente primogenito excluſiue ad postea genitos qualiter postea genitis prouidẽdum sit, quod no. quia pluries audiuimus huiusmodi consuetudines vigere & in Normannia & Britannia.

LIBER TERTIVS
DE PRIMOGENITVRA
D. IO. LECIRIER PARISIEN.

INDEX QVAESTIONVM LIBRI TERTII.

1. q. *Vtrum ius primogenituræ sit transmissibile in alium.*
2. q. *An regnum ad primogenitum iure sanguinis vel hæreditario trãsferatur.*
3. q. *Vtrum posset pater ius primogenituræ trãsferre in secundogenitum filiũ.*
4. q. *Vtrum ius primogenituræ ad secundogenitum propter furorem primogeniti transferatur.*
5. q. *Vtrum primogenito furioso filius eius sanæ mentis excludat secundogenitum primogeniti fratrem.*
6. q. *Vtrum possit pater filium suum primogenitum priuare iure primogenituræ propter inobedientiam.*
7. q. *Vtrum possit Papa vel imperator primogenitum priuare iure primogenituræ.*
8. q. *Vtrum ius primogenituræ vendi possit.*
9. q. *Vtrum ius primogenituræ possit prescribi.*

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus vtrum ius suum alij possit cedere. 11.*
2 *Priuilegium personale non transit ad hęredem.*
Priuilegium patris aut matris an prosit filio aut filiæ.
3 *Priuilegium in dubio quale censendum.*
4 *Priuilegium iuri diuisio derogans est strictis sime interpretandum.*
Cessibile non est quod personæ cohæret.
5 *Priuilegium potest cedi, & cessum transit.*
6 *Causa priuatorum an æquæ fauorabilis vt fisci.*
Priuilegia & beneficia quæ personalia sint.
Iudicis officium cedi potest.
7 *Pactum personale emptori prodest.*
Transmissibile ad hæredes cedi potest.
8 *Iura extraiudicialia cedi possunt.*
9 *Priuilegium est duplex.*
10 *Præbenda theologalis theologum non excedit.*
Priuilegium personalissimum quod sit.

QVAESTIO I. TERTII LIBRI.



Via hoc libro de trãslatione iuris primogenituræ dicturi sumus. Prima hæc q̃stio æquissime in primis discutienda venit. † Vtrum ius primogenituræ cedi possit in alium per ipsum primogenitum. Et primo videtur dicendum quod
1 non cum istud ius primogenituræ sit priuilegium personale: & ita videtur adhærere personæ inseparabiliter sicut lepra leproso, per regu. priuilegium. de regu. iur. in 6. cum vulga. concordantijs, maxime, quia vt dicit ibi Dyn. vbi persona est proxima & immediata causa beneficij personalis extinguitur cũ persona, vt l. maritum. & seq. ff. solut. matri. cum alijs alleg. per eum. Hinc dicit Bartol. in l. cum patronus. ff. de leg. 2. † quod
2 priuilegium personale non transit ad hæredem. Idem Bartol. in l. j. ff. de const. prin. & l. vnica. in j. q. de priuil. dot. vbi fortius dicit Cy. quod priuilegia personalia non transeunt in cessionarium etiam si expresse id agatur per rex. in auth. vt exact. instan. dot. in princ. Hinc dicit Barto. in l. fi. & l. fi. & l. ex plurib. ff. de admin. tut. quod priuilegium datum pupillo non potest pupillus alteri cedere, immo priuilegium concessum patri non extenditur ad filium. glo. in l. 2. §. fi. ff. sol. matri. & priuilegium
3 matris non prodest filiæ. l. imperialis. §. illud. C. de nup. † & licet in dubio priuilegium censeatur reale, vt est glo. in l. forma. §. quamquam. ff. de censi. gl. in summa. 25. q. 2. Tamen Bald. in addi. ad Specul. sub titul. de instru. edi. versic. priuilegium, dicit quod hoc est verum si priuilegium est datum loco, secus si personæ. & idem voluit Bald. in l. vectigalia. C. de vectiga. & commissita declarans gloss. in cap. cum venissent. in versi. donec. de insti. extra. Modo sic est quod ius primogenituræ est radicatum in persona primogeniti. & ita videtur quod a persona euelli non possit, maxime cum illud effet contrarium dispositioni diuinę & cuicunque introductiuæ huius iuris. Et ideo succedet theorica Docto. in ca. licet. in princi. de regula.
4 † vbi dicunt quod priuilegium per quod iuri diuino seu dispositioni diuinæ præiudicaretur est strictissime interpretandum, vnde non debemus intelligere etiam, vt aliquid operetur si operari non potest sine derogatione iuris diuini. Item priuilegium concessum certo generi personarum non debet personas illas excedere. l. 1. & l. immunitatis. ff. de iur. immuni. & quod cohæret personæ non est cessibile. l. qui hæredem. in prin. ff. de condi. & demonstratio. l. Stichum. §. vsumfru. de solut. cum similibus. Et ita videtur quod ille in quem esset translatum vti non possit. l. vna. C. qui mu. excu. lib. 10. Ad hęc facit bonus tex. in l. sordidorum. C. de excus. mu. lib. 10. vbi eleganter dicit tex. Sordidorum munerum excusatio delata personis ad hæredem successionis transire nõ potest. & subiũgit. Neque enim potest esse perpetuum quod non rebus, sed personis contemplatione dignitatis atque militiæ indulsisse nos constat, & ibi est glo. no.

In contrarium quod immo cedi possit, probatur, quia etiã priuilegium † potest cedi & cessum transit in cessionarium, vt
5 est text. in l. fi. C. de priuil. fis. facit. l. semper. § conductorem. ff.
6 de iur. immu. † Modo sic est quod causa priuatorum videtur æque aut plus fauorabilis quam fisci, vt est text. in l. non puto. ff. de iur. fis. vbi dicit tex. Non puto delinquere eum qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facile respondet.

Item quia beneficium restitutionis in integ. est personale, vt deducit Dyn. in d. cap. priuilegium. de re. iu. in 6. & tamen non extinguitur cum persona, sed transit ad successores. l. in integ. ff. de in integ resti. cum simil. Similiter priuilegium siue beneficium senatusconsulti velleiani ad hæredes transit. l. hæredes. C. ad Velleia.

Item officium iudicis potest cedi. l. si minorum. ff. de admi. tut. Item interdicta competunt ratione personæ. l. 2. ff. de interdi. & tamen cedi possunt. l. 2. §. idem Nerua. iun. gloss. ff. ne quid in loco publ.

7 † Item quia pactum personale prodest emptori. l. si tibi. §. pactum. C. de pac.

Item quod est transmissibile ad hęredes potest cedi. l. 3. ff. de iur. fisci. Ang. in l. si eius pupilli. ff. ad Trebel. l. ex pluribus. ff. de admin. tut. l. si mulier. § ex asse. & ibi Bart. ff. de iur. do. Sed ius primogenituræ est transmissibile vt vidimus supra de filio primogeniti ergo.

Item ius capiendi alium auctoritate propria est ius personale, quod cedi potest. l. i. C. si manci. ita fue. alie. vbi potest as inijciendi manus in libertam venditam cum hoc modo ne prostituatur potest cedi & de captura est glo. in l. 1. in ver. ab his. C. vbi quis decur. vel cohor. & l. cum fundum. ff. de vi & vi arma.

facit

Source : BIU Cujas

facit bonus tex.in ca.j. §.ſi quis vero. de pa.iura.fir.in vſi.feud.
8 ¶†Item pro hac parte facit bonus tex. in l.j. §.vſufructuarius ff.de no.ope.nunc.per quem tex.ibi dicit no.Bartol.quod iura extraiudicialia cedi poſſunt. pro quo dicit ſe neſcire meliorem tex. in mundo. & per illum etiam tex. & dictum Bart.ibi Ludouic.de Ro.col.penult. improbat dictum Ang. poſt Petr. in l.ad officium. C.communi diu. vbi volebat Ang.quod ius redimendi quod ius trac. dicimus competens proximo intra annum non poteſtcedi. de quo tamen.ꝯ.dicetur.

Pro deciſione hulus quæſtionis,

vide Alex.de Imo.in l.poſt dotem.col.pen. ff.ſol.mat.vbi mouet quęſtionem.Vtrū priuilegia perſonalia cōpetētia cedenti tranſeunt in ceſſionarium,& ſic an actio de dote quæ competit patri ſit ita priuilegiata ſicut illa quæ exercetur per fillum, quam quæſtionem ſatis dicit eſſe difficilem, & venenoſam. Circa quam quæſtionem diſtinguebat Bar.vtrum ceſſionarius vult vti priuilegio viuente perſona priuilegiata cedente, & tunc poteſt,aut mortua ſecus. Vel diſtinguendum eſt. Vtrum ceſſio fiat ex cauſa neceſſaria vel non. Alij diſtinguunt. Vtrū ceſſionarius agat directa actione nomine cedentis,vel vtili no
9 mine ſuo. Et de his omnibus vide quæ late per Alex. in dicto loco.& Franciſ.de Cur.in addi.ad ipſum. ¶†Sed ne extra propoſitum nimis euagemur,poſſumus dicere ex doctrina Bart. in l.per diuerſas.C.manda.col.fi.ver.xvij. quæro quod aliquod eſt priuilegium quod cohæret iuri ceſſo, vt quod iſte ceſſionarius habeat maiorem portionem hæreditatis vltra alios ratione primogenituræ,& tunc hoc cedi poteſt ſaltem quæſito illo iure. Aliud eſt priuilegium perſonale quod debetur ratione qualitatis a perſona inſeparabilis. & hoc caſu & reſpectu nō poteſt cedi ius primogenituręe, puta quod primus offerat,primus ſedeat, & ſic de ſimilibus perſonalibus prærogatiuis. Et pro hoc vide in indiuiduo Paul. de Caſtr.cōſil.165.in 3.lib. conſil.col.9. vbi formaliter dicit quod quædam ſunt præeminentiæ perſonales in primogenitis, & tales non tranſimittuntur per l.quia perſonale.ff.ſolu.matr. aliæ autem quę non, ita cohęrent perſonę,tales trāſmiſſibiles & ceſſibiles ſunt.ad hoc facit quod in ſimili dicit Io. Fab. in §. fuerat.inſti.de act.col.ij. & ſeq. quod ſi ſtatuto municipali concedatur aut conſuetudine ꝙ proximior de genere habeat poteſtatem retrahēdi rem venditam per vnum de genere, proximior ius illud alteri cedere non poterit, quia priuilegium tale perſonale eſt. Et ad idem vide eundem Io.Fab.in §.cętera.in fi.de acqui.per arrog. inſt.quod dictum prius fuit Pet.Cy.Bal.& Pau.in d.l.ad officiū C.communi.diui.ita tenent Moder.in l.j.§.fi.de oper.no.nun. Tamen ea ſola ratione mouentur ne ſic res iret extra familiam, & ita non ponderant perſonalitatem beneficij ſicut Io.
10 Fab. vbi ſupra. † Accedat quod in ſimili dicitur de præbenda theologali quæ ſic eſt affecta Theologo,quod alius non eo modo qualificatus eam habere non poteſt, de quo vide late conſi.Baſilien.in tit.de colla.§.& quoties. in ver.alie.Et notanter appellauimus aliqua ex priuilegiis primogenituræ perſonalia,quia nulla perſonaliſſima ſunt vt vtar theorica Bal.in l. vnica.C.de priuileg. do.col.3. & ſeq. vbi dicit quod priuilegiū perſonaliſſimum eſt illud quod non poteſt transferri a patre in filium,vt l.non ſolum.§.ſi puella.ff.de rit.nup. Poteſt etiam exemplificari in priuilegio conceſſo patri de interficiendo adultero per l.Gracchus.C.ad leg.Iul.de adult.quod non tranſit in filium nec tranſmittitur, vt no.tenet Bald.& Ludouic.de
11 de Ro. in l.ſi quis in graui.§.j.ff.ad Sylla. †Hoc autem priuilegium aut beneficium primogenituræ non eſt huiuſmodi, quia tranſmiſſibile eſt de patre in filium, vt eſt videre in filio primogeniti qui præfertur patruo in ſucceſſione aui, vt ſupra latiſſime deduximus. ¶Quantum autem ad fundamentum Bald. ſupra relatum pro Gebellinis dic, quòd regula aſſumpta ab eo intelligi debet quando illa qualitas præeminentię non eſt ceſſibilis, quia in illis terminis loquitur Bald. vel dic,ſecundum Albe.de Roſa. in prooemio digeſtorum.§.diſcipuli. col.4. quod perſonalia beneficia extinguuntur cum perſona quando perſona eſt cauſa immediata priuilegij, ſed quā do non eſt immediata, ſed alia puta ętas vt primogenitura, ſecus.& vide ibi eum in indiuiduo.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus an ſuccedat in regno iure ſanguinis an hæreditario.5.*
2 *Obligationis nouæ introductio antiquæ actionis an ſit extinctio.*
3 *Diſpoſitio excluſiua non eſt iuris noui introductiua.*
4 *Filius poſt mortem patris retinet ante quæſita etiam ſi hæreditatem repudiet.*
6 *Fiſcus in ſucceſſione vltra decimum gradum an admittatur.*
7 *Feudum prouidentia ſuperioris debetur.*
Regulæ communes quando declinandæ.
8 *Dignius atrahit ad ſe minus dignum.*

QVAESTIO II. TERTII LIBRI.

QVæritur vtrū filius primo-
1 genitus † ſuccedat in regno iure ſanguinis vel hæreditario hanc quæſtionem tangit Oldr. conſi.94. licet non in diuiduo, tamē quid ſentiat ex dictis clariſſime eli ci poteſt,ibi enim quærit. Vtrum ſententia contra patrem lata præiudicet filio primogenito, quod ſi ſit hæres certum eſt quod ſic,quia hęres tenetur de factis prędeceſſoris, ſi iure ſanguinis tantum ſecus, & Oldr. vbi ſupra tenet quod veniat ad regnum iure hęreditario,& hoc diſcutit.col.iij.& tribus ſequē tibus,& eius conſilium ad verbum refert Alberic. de Roſa. in proœmio,digeſtorum.§.diſcipuli.col.5. & ſeq. Et repetit idem Albe.in l.fi.C.de doaa.inter.vir.& vxo. Ex dictis igitur Oldra. faciemus ſex fundamenta ad oſtendendum quod regnum iu-
2 re hęreditatio transferatur ad primogenitum.¶†Primum,qa quoties lex noua obligationem introducit ſuper eo facto ſuper quo vetus actio competebat niſi nominatim caueatur, vt ea ſola actione vtatur etiam veteres competunt actiones. l.quoties.ff.de actio. & obli. nec iuri in aliquo derogatur, vt l. fi.C.de ſepul.vio.Modo ſic in propoſito licet iure conſuetudinario detur prærogatiua primogeniro, vt excludat cęteros filios non tamen tollitur ratio naturalis, quia filius vocatur ad hęreditatem patris,vt l.cum ratio. ff.de bo.dam.& l.ſcripto.ff. vnde libe.in auth.de trien.& ſemiſ.§.hoc nos.l.fin. C.quorum bo.cum ſim.cum ſit ius naturale immutabile.§.ſed & naturalia.inſti.de iu.natu.gen.& ciui. Et ita iuri filiationis non debet nocere ius primogenituræ ſibi additū. argum.l.j.§.fin.ff.ſi quis fue.a paren.manu.ſemper enim illud ius ſuccedendi quod debetur præceſſit ius conſuetudinarium, & ita tolli non dicitur
3 per regulam prędaſſumptam.¶†Secundo,quia diſpoſitio iuris inducta ad aliquorum excluſionem iusis noui collationē nō operatur.l.ex facto.ff.de hęre.inſti.l.legata.ff.de leg.j.l.cum tan tę.§.fi.ff.de condi. & demon. Ttalis enim excluſio fit vt quando certę perſonę dignitate aliqua excluduntur ſicut in ſimili habetur in l.vt gradatim. §. & ſi lege. & l.reſcripto.in princ.ff. de mune.& hono. non enim magis alicui nouum ius confertur,pro quo eſt tex.in l.ſi quis ita hęres inſtituatur.ff.de hęred. inſti.vbi habetur quod ſi teſtator in ſuo teſtamento dicat,ſi talis nolit eſſe hęres,tu hęres eſto,quamuis legitimus hæres virtute horum verborum inſtitutum excludere poſſit,non tamē ipſe legitimus admittiť virtute teſtamēti, ſed ex iure primęuo ſibi competenti ab inteſtato.ad hoc in ſimili text. l.Lucius. ff. de hære.inſtit.cum pluribus ſi.Ex hoc infertur ꝙ filius primogenitus eſt hæres patris iure primeuo. Non autem ex iure ſub ſequenti conſuetudinario.ſ.excludente alios filios. ¶Tertio, quia eum tantum in vlti.voluntate grauare poſſum qui ex ea ſentit commodum. C.de fideicom.l.ab eo.l.j.§.ſciendum.ff.de lega.3. Sed filius primogenitus poteſt a patre grauari adeo ꝙ niſi onus ſibi iniunctum adimpleat poteſt regno priuari & ad filium minorem tranſire.cap.licet.extra. de vot.ergo ſequitur
4 quod iure hæreditario regnum ad ipſum peruenit.¶†Quarto, quia ea quæ filio viuente patre querūtur retinet filius poſt mortem patris etiam ſi eius hæreditatem repudiet.l.ſi qs prioris.C.de ſecun.nup.no.in l. fi. §.in cōputatione. C.de iur.delib. ſed certum eſt,ꝙ ſi mortuo patre rege primogenitus repudiaret hæreditatem patris mox regnum deuolueretur ad ſecundogēitum.l.j.§.aſſignare.l.3.§.i.cum duabus legibus ſequ.ff.de aſſig.li.in tit.an fil.vel agna.defunc.c.j. in vſi. feu. & l.j.§.qui ſimilem.ff.de ſucceſ.edic.ergo pertinebat regnum ad filium,qa eſt hæres patris alias repudiata hæreditate adhuc admitteret. ¶Quinto,quia ſi primogenitus caperet regnum ſiue alias poſſeſſiones iure primonituręe vt omnino ęs alienum ſibi debitū a patre & eo modo quo filius capit materna vt quidam ſentiebant, pater non poſſet ex cauſa primogenitum regno priuare, & ſecundogenitum præferre. Tamen hoc eſt falſum ex his quæ habentur Gene.xliiij. & i.Paralipo.c.v.vbi Ruben. quia violauit thorū patris priuatus fuit iure primogenituręe. Habetur etiam. iij. Reg. i. quod Dauid prætulit Salomonem Adonie filio ſuo primogenito, de quo, infra latius dicemus. ¶Sexto & vltimo,quia ſi iure ſanguinis, & non filiationis deberetur regnum primogenito eadem ratione vnuſquiſque de genere admitteretur quod eſſet abſurdiſſimum. cauſa ergo quare admittatur primogenitus eſt, quia filius & primogenitus,ſic non a ſanguine aut genere illud habet, ſed a filiatione & iure hæreditario quæ ſunt immediata cauſa ad tranſmiſſionem regni. Nec obſtat l.iij. ff.de interdic.& releg. quia potius pro hac parte faceret. Ibi enim dicitur quod prouenientia a patre adimuntur liberis per amiſſionem ciuitatis. Quæ vero a genere tribuuntur non adimuntur, ius autem iſtud primogenituręe quo hæreditas patris ad eum prouenit,a patre iure filionis prouenit, vt dictum eſt,& ita per hæc concludit Oldra. vbi, ſupra quod ſi feratur ſententia contra patrem primoge-

niti

Source : BIU Cujas

niti per quam fieret regni diminutio tenetur filius ei acquiescere si & pater acquieuit.

5 **In contrariam partem,** Quod immo † iure sanguinis & generis videtur tenuisse Bal. in tit. de feu. Mar. col. fi. in vsi. feu. Et ita aliquando audiui allegari Bal. per aduocatos regios in curia parlamenti in quadam causa, quæ agebatur inter comitē Niuernensem D. Franc. de clesues, & Regem, pro summa quadam pecuniæ donata patri eius a rege Ludo. xij. dicebant aduocati regij Christianissimum hunc Regem Francisc um non teneri, quia regnum non peruenerat ad ipsum iure hæreditario tantum, sed iure sanguinis & ita non tenetur ad debita prædecessoris regis, plures alias rationes assignabant de quib. nihil ad rem & ideo non curo referre. Sed iudicio meo non fuit intentionis Bal. id dicere si bene attendantur eius verba. Dicit enim ibi Bal. quod si moreretur tota regia domus & extaret vnus de sanguine antiquo, puta de domo Borbone q̄ forsan tunc tēporis erat a corona satis remota, & non esset alius proximior esto ꝙ esset in millesimo gradu, tamen iure sanguinis succederet in regno Francorum, & hoc est inductum non obstante ꝙ in aliis successionibus post decimum gradum admittatur fiscus de iure communi, tamen in regno non potest succedere fiscus, sed ipse sanguis qui perpetuus est. Ecce sunt verba formalia Bal. nunc videat vnusquisque an Bal. velit quod iure sanguinis tantummodo, & non iure hæreditario transmittatur ad aliquem regnum, certe immo tacite cōtrarium innuit Bal. qui vult in effectu quod licet in successionibus vltra decimum gradum admittatur fiscus quasi nullus sit legitimus hęres nisi fiscus, tamen in successione regni secus est, immo etiam in successione feudi per glo. in d. titu. de feu. Mar. cum aliis alleg. per eundem Bal. & ita non negat Bal. immo concedit potius quod transmittatur iure hæreditario qđ
6 probatur ex prædictis. d. Bal. nunc relatis, maxime † quia exceptio debet esse de regula. l. nam quod liquide. ff. de pe. leg. glo. est no. in ti. de regu. iu. in vi. super rub. & ita ergo vult Bal. quod trāsmittatur successio talis iure sanguinis quod etiam fatetur Old. vbi. s̄. Pet. de anch. in ca. licet. de vot. extra hanc. q. mouet in indiuiduo, & cōcludit post Oldr. vbi. s̄. quod regnum ad primogenitū iure hr̄ditario & non sanguinis tantum siue iure proprio defer̄t, & mouetur fundamētis Old. nihil prorsus addēdo. Marti. Lauden. in suo epitomate de primogenitura hāc. q. mouet, & resoluit cum Old. & Albe. vbi. s̄. Et si dicatur ius primogenitur̄ defertur ex prudentia superioris vel ex cōsuetudine, ergo non iure hæreditario. Respondet hanc consequē
7 tiam non esse bonam, quod sic probat. † Nam feudum debetur ex prouidentia superioris. cap. j. §. cum vero Corra. qui feuda. pos̄, & tamen feudum defertur iure hæreditario. c. j. de gradi. succes̄. c. j. de succes̄. feu. E ita clare constat consequentiam non esse bonam. ¶ Nouissime reperio Panor. in ij. volu. consi. iij. specialiter & in indiuiduo mouentem hanc. q. de comitatu Bigorr̄ vbi refert Oldr. cons̄. xciiij. de quo. s̄. mentionem fecimus, & quod succedat iure hæreditario. facit hoc fundamentum. Nam non debemus recedere a communibus regulis nisi quatenus reperiretur promissum. l. sancimus. in fi. C. de appel. Sed non reperimus recessum a communibus regulis nisi vt dignitas debeat̄ primogenito, vt in. ca. licet de voto. ergo in aliis debemus stare communibus regulis vt recipiatur iure hæreditario, & non proprio, & certe hæc pars est magis amica veritatis nisi dicamus ꝙ transferatur vtroque iure & hæreditario & sanguinis, & quod iste duę qualitates concurrant in translatione, & ita quod translatio debeat denominari a iure sangui
8 nis tanquam a potentiori, argu. l. quæritur. ff. de sta. ho. & † sic maius dignum trahet ad se minus dignum. c. quod in dubiis. ff. de conse. eccle. vel alta. extra cum concor. alleg. per Fely. in rub. de offi. deleg. extra, circa prin. Sed tamen cogita, quia ardua est difficultas quam nunc terminare nō intendo, nec forsan expediret, & melius est pie dubitare quam temere diffinire glo. singu. in c. penul. xxxij. q. vj.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus an posśit iure suo per patrem priuari.*
2 *Dauid quos filios ex diuersis mulieribus habuerit.*
3 *Testamentum vetus an possit in causarum decisionibus allegari.*
4 *Testamentum domini in feudo iurisdictionali an valeat.*
Dignitas hereditati hærens nunquid diuisionem repellat.
5 *Priuationem indudere nequit, qut priuate non potest.*
6 *Arguendum ab exemplis in iudicando an sit.*
7 *Iunior ex filiis an & quando cęteri: præferendus.*

QVAESTIO. III. TERTII LIBRI.

Sed quæritur An possit pater filium primogenitum iure primogenitur̄ priuare & transferre in secundogenitum.
1 ¶ † Et proclariori euidentia huius quęstionis opono, & videtur dicendum quod sic per id quod habetur Gene. xxv. vbi Iacob secundogenitus habuit iura primogenitur̄ excluso Esau primogenito. ¶ Item Gene. xlviij. vbi Iacob Ioseph iura primogenitur̄ dedit cum nō esset primogenitus. dicit ibi text. quod loquebatur Iacob ad Ioseph, do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrei, in gladio & arcu meo. Et tamen Ruben primogenitus erat, vt habetur Gene. xlix. cap. ad princi. vbi dicitur Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principiū doloris mei, prior in bonis maior in imperio. Et ideo dicebat Nico. de Lyra super illo passu Gene. xxv. c. vende mihi primogenita, quod Ioseph esto quod non esset primogenitus, extra fratres suos duas sortes habuit. ¶ Item facit quod habetur Gene. xlviij. vbi cauet̄ ꝙ dextera manus quæ primogenito Ioseph. s. Manasse debebatur data fuit secundogenito. s. Effraim. & ibi moralizat Nico. de Lira illum passum, dicens quod propter maiorem etatem nō est aliquis ponendus in regimine seculari vel ecclesiastico nisi conditiones aliæ requisitę ad regendum concurrant. Et pro hoc ponit exemplum de Petro qui dedit ecclesiam regēdam
2 beato Clementi licet essent plures eo seniores. ¶ † Item probatur ex historia Dauidis. Dauid enim plures habuit filios, ex Achinoę primus & primogenitus fuit Amon, secūdus ex Abigail Daniel, tertius Absalon ex Meaca, quartus ex Agith Adonias, quintus Sapharias ex Abital. sextus Ietram ex Egla. Hos liberos suscepit in Ebron vbi regnauit septem annis & sex mē sib. xxx. autē & trib. annis regnauit in Hierusalem, in qua absque liberis concubinarum ex Bersabea filij quatuor nati sunt ei, Sciammaa Saban Nathan & Salomon. Modo videmus qđ Salomon minimus fuit filiorum Dauid & tamen successit in regno ac si primogenitus ex dispōne Dauidis patris, quasi hoc penderet ex arbitrio patris, vt habetur. iij. Regum. i. ca. vbi dicebat Bersabea ad Dauidem. Veruntamen domine mi rex in te oculi respiciunt totius Israel, vt indices eis qui sedere debeat in solio tuo, domine mi rex post te, quasi cōfisteret illud ī voluntate ipsius regis. Et ideo dicit Philo, in breuiario temporū. c. 2. Siquidem orta lite inter filios Dauid quos ex Bersabea genuerat quis regno præcederet. Dauid edicto statuit a iuniorib. inchoari, vt & alteri succederet vbi posteritas naturalis deficeret. Itaque a Salomone minimo cęptum est &c. sunt verba Philonis, & ita videtur clare ex his innui quod possit pater transferre ius primogenitur̄ in secundogenitum immo in vltimo genitum. Et de. s̄. dicta genealogia filiorum Dauid vide fratrē Io. Ennium viterbi. vbi eleganter ad dictum Philonem com-
3 mentaria edidit. ¶ † Ex prædictis vides ergo qualiter iuris diuini dispositione ius quod primogenito debebatur ad secundogenitum translatum fuit ex arbitrio patrum, ergo ita videtur dicendum hodiernis temporibus cum auctoritates vet. testamenti possint in dubiorum decisione allegari. vt est tex. in ca. per venerabilem. qui fil. sint legi. Et ibi no. expresse Abba. Panor. & in c. ij. de præscript. extra in c. cum apostolis. de censi. cū si. Et de hoc vide duas glo. no. etiam de iure ciuili, vna est, in auc. vt iudi. sine quoquo suffr. §. cogitatio. in ver. eloquia. & gl. in l. illud. ff. ad leg. aquil. ¶ Item ad confirmationem præcedē tium, facit quod notabiliter dicit Bald. in proœmio, decreta col. ij. vbi vult quod rex in vita sua potest determinare, an primogenitus erit rex post se, & adducit ad hoc Archid. in §. item obiicitur. xxij. q. vij. Nā rex potest omnia libere in regno suo, secundum no. in c. peruenit. de immu. eccle. in nouel. & Innoc. in c. olim. de verb. sig. ¶ Item facit quod no. vult Pau. de Castr.
4 consi. 160. incip. in causa quam magnificus. col. 4. vbi dicit † qđ in feudo iurisdictionali castrorum seu ciuitatū valet testamentum domini, in quo præsidet causa vniuersalis, licet in extraneis, secus per c. j. de succes̄. feu. ¶ Item quia videmus ꝙ pater potest grauare filium onere quod si filius non adimpleat a iure primogenitur̄ priuatur, vt c. licet. de vot. si potest indirecte priuare. Ergo & potestas priuandi & transferendi ad secundogenitum ex arbitrio suo pendere videtur.

Sed his non obstantibus in contrarium est ipsa veritas, quod. s. non sit in arbitrio primogenitum priuare iure primogenitur̄, pro hoc in indiuiduo, vide Fely. in c. prudentiam. col. ij. in fi. vbi dicit quod vbi in hæreditate est dignitas nulla prorsus cadit diuisio, sed primogenitus omnes excludit & nulla fit diuisio, & hoc secundum Panor. ibidem, & per tex. in c. licet. extra de voto. & c. si hæredes. de testa. extra. quod dictum ampliat ibi Fely. ad quod pater in suo testamento aliter. disponere non potest secundum Io. an. in d. c. licet. per. l. nemo potest. ff. de le. j. & ita etiam tenuit Abb. in. ca. intellecto. de iureiu. in ij. col. vbi dicit quod reges non possunt priuare consanguineos ex linea paterna descendentes secundum Inno. in c. grandi. de supplen. negli. præla. in 6. quod tamen limitat Fely. nisi is ad quem pertinere deberet esset stultus vel furiosus secūdum Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. de quo. j. dicemus. ¶ Ad hoc accedat quod not. dicit Io.

de

de Imo.& Gem.in d.c.grandi. vbi dicit quod dicta Bart.in §.& quid si tñ.in l.Gallus.ff.de libe.& posthu. procederent qñ pōt pater aliquis bonis suis consanguineos priuare.Et iō inferunt qđ si rege decedente sine filiis cōtingat deferri successionem ꝑsanguineo nō pōt filius regis naturalis sine illius ꝑsanguinei consensu legitimari.Et idem vult Fran.de Are.cons.xvi.ad hęc vide Albe.Bru.in suo trac.de statu.fœm.& cogna.lineam a suc
5 ces.excluden.art.xii.in 4.principali.q.in fi.†vbi facit hoc fundamentum ad prædicta , qa q nō pōt priuare nō dēt facere cui? prætextu per legem vel per ꝯctum indicatur priuatio ſm not. per Bal.in l.hac edictali.C.de secun.nup.& in l.ea lege.versi.3. quæro.C.de con.ob cau.cum aliis alle.per eum.¶ Adde ēt D. Iaso.in l.nemo pōt.ff.de leg.j.co.j. vbi dicit in indiuiduo quod cum lege diuina consuetudinaria & canonica si statutū quod primogenitus succedat in regno rex nō posset auferre primogenito illud ius & dare secundogenito per rōnē illius text.qa nemo pōt facere quin leges ī suo testō locum habeant,& pro hoc adducit Ioan.An.in d.c.licet.& Panor.cons.100.quem tñ non reperio.& idem ergo erit dicendum quo ad alios inferiores respectu eorum qui dērentur sibi iure primogenituræ dispōne consuetudinaria.de hoc vide prępositum in c.per venerab.qui fil.sint legi.extra vbi illud prius dixerat,quod & Do.Iaso.s.relatus dicebat,& hoc in §. quod autem.col.33.Vbi multa notanda in materia iuris primogenituræ subiungit. Et pro hoc est tex.in indiuiduo Deu. 21. Ibi si habuerit homo duas vxores vnam dilectam & alteram odiosam,genueritq;. ex eis liberos & fuerit filius odiosæ primogenitus volueritq;. substātiam suam inter filios diuidere non poterit filium dilectę facere primogenitum & prędferre filio odiosę,filium odiosę agnoscet primogenitum dabitque ei de his quę habuerit cūcta duplicia, iste.enim est principium liberorum eius & huic debentur primogenita.

Nec obstāt allegata in contrariū.Primo non obstant ea quæ.s.allega.
6 quia sunt exempla tantummodo. †Ab exemplis autem in iudicando arguendum non est,vt est tex.in l.nemo. C. de sentē. & interlo.om.iudi.vel dic quod ita factum fuit in omnibus casibus.s.dictis instinctu Spiritussancti, qui non subiacet legi, vt est tex.in c.licet.de regu.extra.Et de Iacob & Esau.vide tex.22. q.2.in c.quæritur. §. item opponitur. & hoc late declarabitur. j. vbi de venditione iuris primogenit. dicetur. Item quod Ioseph fuit prępositus Ruben. & data fuerunt primogenita ipsi Ioseph hoc fuit,quia Ruben ascenderat cubile patris & violauerat tuorum suum, vt habetur Gene. xlix. Et dicit Iacob ad Ruben.Non crescas,quia ascendisti cubile patris tui & maculasti stratum eius , ita dicit Oldr.consil.xciiij.col.pe. & hoc est satis iuridicum cum sit causa sufficiens exhęredationis. §. causas.in auth.vt cum de appel.cogno.gl.in c. Quintauallis.de iureiu. ¶ Item quod Iacob prætulerit Effraim iuniorem Manasse primogenito & ex spiritu prophetico fecerit pater ex eo quod habetur.d.c.Gene. xlviij.in fi.vbi cum dixisset Ioseph patri suo Iacob quod non ita fieri deberet,quia Manasse primogenitus erat dixit Iacob. Scio fili mi scio iste quippe erit in populos & multiplicabitur,sed frater eius minor maior erit illo & semen eius crescet in gentes. ¶ Ad hoc vide Præpositum in d.c.per venerabilem. §.quod autem.col. 33. vbi dicit quod
7 de hoc non potest reddi ratio,quia sic Deo placuit. ¶†Item de Dauide qđ prętulit præstinctu Spiritussancti Salomonē ꝓbat in d.c.j.3.Regum dicit.n.Dauid ad Bersabeā.Viuat dñs qui eruit aīam meam de oī angustia,qa sicut iuraui tibi per dñm Deū Israel dicens. Salomon filius tuus regnabit post me & ipse sedebit supra soliū meū pro me, sic faciam hodie. Per hæc verba ꝓ dñm ostendit qñ non amore carnali,sed diuina iussione istud gestum est,ita ponderat frater Io.Ennius in commento prędicto Philonis pagi.2.in fin.Et per hoc adducit text. clarius probantē Paralipomenon.cap. xxvii. Qñ moriturus dixit principibus, dñs elegit,Salomonem filiū meū vt sederet super soliū meum & dixit mihi. Ego firmabo regnū eius in ęternū si ꝓseuerauerit custodire legem meā. Et ita ergo ex his non est arguendum,argum.cap.gaudemus , de diuor.extra.in fin.cum concordan.allegat.in glo.Et ad dictum Bald. in prooemio decret.dic quod verum non est dictum Bald.nisi concedas.quādo ex causa fuit,vt per Præpositum vbi supra.& infra latius dicetur. Et ad id quod dicitur in d.capi.licet.de voto.dicemus in sequent.quæstione.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituræ ius propter primogeniti furorem ad secundogenitum an transferatur.7. 14.*
2 *Inhabilis impedimentum non præstat.*
3 *Fauor publicus quid operetur.*
Constitutio ad habiles an referatur & eos includat.8.
4 *Statuti verba generalia ad inhabiles an & quando trahantur.*
5 *Priuilegium libertatis morbo laboranti non minuitur.*
6 *Primogenituræ ius nunquid competat dementi vel furioso.*
Demens in allodialibus succedit. Et quid si sit fœmina.
7 *Primogenitus quo iure succedat.*
9 *Filia non obstante statuto quod extantibus masculis non succedat quando vocetur.*
10 *Familiæ dignitas ex bonorum conseruatione floret.*
11 *Pater in feudo antiquo filiis præiudicare an possit.*
Donatio causa mortis qualiter reguletur.
12 *Interpretata non sunt mutanda.*
13 *Regnum more feudi non regitur.*
15 *Monachus iure primogenituræ an gaudeat.*
16 *Argumentum a verisimili quando non procedat.*
17 *Respondenti sufficit dare instantiam.*

QVAESTIO IIII. TERTII LIBRI.

QVæstionis est. quidam pater habebat duos filios,s.Sēpronium & Titium ,
1 Sēpronius primo natus fuit,sed furiosus est.†Vtrū đp furorem Sempronij Titius sit censendus primogenitus & excludere debeat in iuribus primogenituræ Semproniū. Bal.in auth.hoc amplius.vī velle quod sic,in 2.col.C. de fideicom. Exemplum in rege Dauide. Nam consuetudo regni de præferendo primogenitum non debet interpretari ꝯ vtilitatē totius regni;arg.l.quod fauore.ff.de legi.¶ Ad hoc vide eundē Bal.in prooemio Greg.3.col.in fi.vbi ita dicit limitandum tex. vulg.in c.grandi.de sup.negl.pręla.Ad hoc vide etiam Bal.in l. si quis.§.talem.C.de secund.nup.vbi refert quod determinatū fuit in regno Apuliæ quod.b.Lud.erat primogenitus & dēbat succedere in regno ,tñ quia factus fuit fr minor non fuit ꝓputatus in numero liberorum,quia erat inhabilis †nec habitus
2 pro primogenito,quia nō obst.aliis qui omnino inhabilis est. l.si post mortem.§. si liber. ff.de bo.pos.ꝯtab.vide ēt eundem. Bal.in tit.de suc.feu.in prin.col. 4. vbi hanc. q.mouet vtrum si primogenitus sit demens regetur regnū per curatorem,vel an secundogenitus erit rex,& ꝓcludit distinguendo quod si vitiū est naturale & perpetuum secundogenitus erit rex,quia consuetudo dēt,intelligi,de eo qui naturaliter nascitur habilis , si autem ex accidenti efficitur demens,tunc dabitur curator, qa in persona sua radicatū est ius regię ptātis, & sic procedat tex. in d.c.grandi.& quod not.Archi.in §.item obiicitur.22.quæst. 2.Io.An.in c. cū iter.de elec.Ad hoc vide Ant.Cors.in suo tra. de ptā.& excel.regia.§.quæro.x.vbi vltra prædicta adducit Iac. Alua.in §.mutus.circa fi.ver.quęro quid si statutum.in tit.epi. vel Abb.in vsi.feu.adducit etiam gl. & Doc. in c.imperialem. §.prętera ducatus.de prohi.feu.alie.Calde.cons.xcix.incip.elegant er circa negocium.

Sed aduerte considerandā esse duo iudicio meo.
3 ¶†Primum fauor publicus, qa si ex eo quia trāsferē regnū ad secundogenitum sequeretur scandalum, tunc melius esset relinquere primogenitum adhibito curatore ſm.d.c.grandi.Nā licet regulariter constō debeat ad habiles referri,vt l.vt grada tim.§. & si lege. ff. de mune. & hono.cum si.Tñ vbi tractatur de fauore publico verba gñalia quantuncunque comprehendunt & habiles & inhabiles,per text.no. in l.si quis in graui §. vtrum.ver.id quoque.ff.ad Sylla.per quem tex.ibi Bart.& Bal. determinant quod stante statuto,quod quicunque cęperit talem malefactorem consequatur domum talem.Si forensis q alias immobilia acqrere nō poterat talem malefactorem capiat consequetur domum illam,quia propter fauorem publicū verba illa generalia in eis qui alias inhabiles essent verificarētur,specialius in proposito adduco Guiliel.de Cu.Albe.Bal. in lect.antiqua Saly.Ludo.Rom.& Alex.de Imo.in l.si filiussia
4 milias.ff.si cer.pet.†vbi dicunt quod si fiat proclama publicū, ꝙ quicunque cęperit talem rebellem consequatur feudum,si ille qui cęperit alias inhabilis esset ad feudum, puta quia surd' mutus,claudus,vel imperfectus.Tamē fauore publico ad feudum admittetur,& sic dicūt limitandum titulum.An mutus, vel surdus,vel aliter imperfectus,& ita ergo in proposito videtur dicendum.Et pro hoc accedat bonus text. in capit.Iulia.xi. quæstio. 3. vbi probat ꝙ Iulianus apostata imperator fuit ab ecclesia toleratus,& sibi obediebatur ne scilicet,vt ibi dicit gl. suscitaret scandalum aduersus christianos.¶Secundo aduertē dum est quod aliud videtur esse in regno vel principatu propter maximum interesse reipub. propter ꝙ præfertur vtilitati priuatę publica.l.vtilita.C.de primipi.lib.xii.cum si.& ita videtur loq ꝓdictę allegat. Doc.sed in feudo particulari vel alio iure primogenituræ secus videtur dicendum,arg.l.ex agentib.
5 C.de prin.agentib.in reb.libro xii. & ibi Bart.dicit † ꝙ priuilegia præsertim libertatis nō minuunt morbo laborantib. Mō

Source : BIU Cujas

sic est ꝙ primogenitura ęquiparatur ingenuitati. Bald. in l. antiquioribus. 6. col. C. de iur. delib. versic. 3. argu. Ergo primogenitur̨ priuilegium ꝓp morbum alicui auferendum non est. Nam afflicto non est danda afflictio. Et ideo dicit text. in l. diuus. ff. de offic. pręsi. quod furiosus satis suo furore affligitur, pulchrior tex. in l. tam dementis. C. de epis. audi. vbi dicit tex. in fi. quod hominum infortunium detrimẽto prægrauari nõ debet, sed in istis feudis inspicienda primordialis origo concessionis, iuxta auream discussionem & latissimam quam ponit Bal. in tit. an mutus vel imperfect. feu. reti. in vsi. feu. col. pe. Ecce quid obiter de hac quæstione mihi visum fuerat.

Sed occurrit mihi tandem consi. Soci. 47. in vlti. vol. vbi de materia late tangit, & ibi in indiuiduo format qõnẽ vtrum ius maioratus vel primogenituræ competat dementi,
6 vel furioso. †Et dicit quod quantum ad regnum quod maiori competit hoc est expeditum & distinguit, ꝑm Bal. in c. j. col. quarta in fi. in titu. de succes. feu. & idem in succes. feudi dicit, sed tamen quod difficultas maior est in bonis non feudalib. quæ appellantur allodialia, & dicit quod non reperit quæstionem in specie decisam. Sed pro elucidatione arguit, & videt̃ dicendum quod competat tale ius primogenito etiam demẽti, quia demens in allodialibus succedit. l. fina. §. tali. C. de cura. fur. & per totum titu. de bo. poss. furio. infan. dela. subiungens quod licet secus sit in feudis hoc nihil est, quia non est bona consequentia de feudis ad allodialia, quia in feudis fœmina non succedit c. j. de succes. feu. sed in allodialibus, secus secundum Inno. & Domi. in d. c. grandi. de suppl. negl. præla. in 6. gl. & Archi. in c. deuotissimam. 12. q. 2. Vincent. in ca. significauerunt. de rescrip. Panor. in c. dilecti. de arbi. & expressius Bald. in l. omnes populi. col. 4. ff. de iusti. & iur. vbi dicit quod si sit statutum quod primogenitus succędat in feudis non habet locũ
7 in non feudalibus ergo. ¶ †Item quia primogenitus succedit iure hæredi. Et sibi ius primogenituræ defertur secundũ Oldr. consi. 64. & Albe. de Rosa. in procemio digestorum. ¶Adde eũ dem Bal. in l. si donaturus. C. de dona. inter vir. & vxo. ergo si in iure primogenituræ iure hæreditario succedatur succedit in hoc patri sicut & in aliis reb. vt in d. §. tali.

Sed his non obstantibus dicit contrariam opi. veriorẽ & probabiliorem de iure quod. s. primogenitus demens non habebit ius primogenitur̨ etiam in istis bonis & mouet̃ tribus fundamentis. ¶Primo quia olim primogeniti plures prærogatiuas habebant quarum adhuc aliquæ hodie eis cõpetunt. s. quod in festis præ aliis offerant, quod sedeant ad dexteram patris & similes de quibus. s. diximus. Modo est omnino in verisimile quod constituẽs maioricatum vel ius primo genitur̨ voluerit hoc concedere carenti vsu rationis & de relicto conditione natur̨ & penitus inutili cui superiora etiam iura adaptari non possunt, & sic succedit ratio Bald. vt s. in regnis & feudis. Et si Bal. de hoc interrogatus fuisset ita respondisset per tex. cum glo. & ibi Doct. in l. tale pactum. in fin. ff. de
8 pact. maxime † quia dispositio generalis non includit inhabiles personas. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hono. l. in principali. §. fi. iũcta. l. de pupillo. ff. de no. oper. nun. in prin. Bartol. in l. j. §. nunciatio. ff. eo. titu. potuit allegare text. de iure expressiorem, in l. j. iuncta gl. C. de sacros. eccl. vbi loquitur tex. etiam per signum vniuersale quod notandum est, pro hoc ad de Bal. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. col. 9. ver. Est & aliud exemplum vbi in specie dicit quod statutũ vt primogenitus succedat intelligendum est si sit habilis, quia beneficia legum capacibus scripta sunt. ar. l. Lucius. §. Titius Lucius. ff. de leg. 2. Et ita simpliciter sequitur Baptista de S. Seueri. in repe. d. l. omnes populi. col. 74. facit ad hoc quod notabiliter voluit Bar. in l. j. §. quidem filium. per illum tex. ff. de bo. poss. cõtratab. quod
9 †stante statuto vt non possit succedere filia existente masculo si masculus supersit, sed frater minor, seu cordiger succedit filia non obstante masculo, ꝓp huius masculi in capacitatem, & idem voluit in l. j. §. si pater in potestate. ff. de eman. libe. idẽ dicit Bal. in l. fratres. ad fi. C. de inoffi. testa. & in l. si quis. C. eod. tit. in vlti. q. & in auth. ingressi. C. de sacros. eccl. ad fi. & l. in substitutionis. ff. de vulg. & pup. & l. si matre. C. de suis & legiti. & l. Gallus. §. & quid si tñ. ff. de libe. & posthu. vide consi. Fulg. 102. in 2. col. incip. præsuppositio. Ro. consi. 398. 3. col. quod incipit, vt pręsens. Francis. de Are. consi. 161. vlti. col. & incipit in præsenti. ¶Secundo mouetur, quia cã introductiua maioricatus aut primogenituræ est ne diuisiõe res siue patrimonia destruãtur, & sic ratio ista sicut in regnis locum hẽt ita ẽt in aliis reb⁹ vt experientia docet, quę est rerum magistra. vt c. quam sit. de elec. in 6. & pro hoc adducit no. in c. maioribus de prẽb. in c. ex
10 literis. de pign. no. in l. j. §. ne in plures. ff. de exerci. †Nam ex cõseruatione bonorum conseruantur dignitates familiarum, vt late declarat Io. An. post Iaco. de Are. in addi. ad Spec. in rubr. de succes. abintest. ¶Adde illud Horatij. Et genus & virtus nisi cum re vilior alga est. hic no. & eleganter dicit idem Soci. consil. 241. inci. eleganter & subtiliter. ver. j. rõ in 2. par. car. 129. qđ prout astra disponunt rustici oẽs ob diuitias nobilitanter & vt nobiles regnant in vitiis, & nobiles peruenientes ad paupertatem viles artes, & ignobiles exercent. Subiungit deinde Soc. consi. quo. s. quod dignitas familiæ seruari debet in primogenito, iuxta no. in c. quã periculosum. 7. q. j. & c. licet. Modo primogenitus demens est inhabilis ad hanc conseruationem, ergo &c. ¶Tertio mouetur, quia talis maioricatus siue primogenitura pro maiori parte accedit ad naturam feudi. Nã sicut feudum aliqñ defertur ad primogenitum. c. j. §. pręterea ducatus. de prohi. feud. alie. per Fede. ita vr̃ dicendum in iure maioricatus siue primogenituræ, & hoc ius ęquiparari vr̃ feudis re-
11 galibus in d. §. præterea. hinc est † quod sicut in feudo paterno & antiquo pater non potest filio præiudicare, vt c. j. de succes. feud. & ita in iure primogenituræ ꝑm Hosti. & Ioan. Andr. in c. licet. de vot. & ita ergo in succedendo debet ius maioricatus siue primogenituræ regulari ꝑm naturã feudi. & pro hoc adducit simile. Nam donatio causa mortis participat de natura ☞ctus & vltimæ voluntatis & in eo in quo participat de natura ☞ctus debet iudicari ꝑm nã ☞ctus, & in eo in quo participat de nã voluntatis vltimę regulatur ꝑm iura vltimarum voluntatũ, vt no. concludunt Bal. Ange. Innoc. & oẽs Moder. in l. 2. ff. de leg. j. Et concludunt quod cum de nã feudi dementes nõ succedant, ita etiam de nã huius iuris primogenituræ quantũ ad alia bona dicendum erit, & ita concludit cum hac limitatione nisi cõstõnes iuris primogenituræ aliter in loco fuissent
12 interpretatę, †quia minime essent mutãdæ. l. minime. ff. de leg. c. cum dilectus. de consue. extra. c. si mulier. si de feu. sue. contr. ita quiescit ingenium subtile huius famosissimi viri dñi Soci. ¶Sed ☞ hoc vide in indiuiduo doctissimum & perspicacem dñm igneum Aurelianensem Doctorem in q. illa ardua, an Rex Franciæ recognoscat imperatorem. col. 28. vbi dicit quod rr̃a quod primogenitus succedat in feudo rr̃ recipit interpretationem de habilitate per c. fi. de contr. inuesti. coll. 9. tñ in regno non hẽt locum, quia regnum debetur cã agnationis, vñ ꝓp furorem non aufertur a primogenito, & pro hoc adducit tex. in l. ꝓ hærede. §. si quis tñ. ff. de acquir. hæredi. l. si operariũ. ff. de ope. lib. l. si qs. §. plerunq;. ff. de relig. & sump. fune. quia ius licet furiosus sit q̃rit̃ illi, & tunc dabitur sibi coadiutor, ꝑm gl.
13 in c. alius. xv. q. 6. per c. q̃uis. & c. petisti. 7. q. j. †Et subiũgit quod regnũ nõ regit̃ more feudi, qa non est feudũ sed ab ipso feuda ꝓueniũt sicut ad mare oĩa fluũt flumina ꝑm Bal. in c. fi. de pa. cõstan. ĩ Impera. aũt secus esset ꝓp. c. venerabilẽ. de elec. extra.

Saiua reuerentia tantorum virorum. Credo de iure commodius hoc mõ distingui inter ea. s. quæ sunt iuris primogenitur̨. Nam quędã sunt iura q̃ transeunt ẽt in furiosum, quædã non, ea quę cõpetunt vt bona administrationem non hñtia, in furiosum transferuntur, & q̃tum ad illa bona primogenitus hẽt intentionẽ suã fundatã stante cõsuetudine dãte sibi prerogatiuã cum debeat succedere, & ꝓp furorẽ non minus transferuntur res hr̃ditariæ ad ipsum, vt est tex. in d. l. fi. §. tali. C. de cur. furio. clarior & expressior tex. in proposito in §. sui. insti. de hęred. q̃ abintesta. defer. vbi dicit forma. tex. sui aũt hr̃des sunt ẽt ignorantes, & licet furiosi sint hr̃des pñt esse quibus ex causis nobis ignorantibus acquiritur, & statim mor te parentis quasi continuatur dñium &c. Et ita optime proba tur quod qñ sunt sui hr̃des succedent in iure primogenituræ oĩno. Et q̃tum ad bona ista ẽt ꝑm portionem quã vult cõsuetudo ex hr̃ditate primogenito assignari, quia nemo põt facere quin leges in testõ locũ habeant. l. nemo. ff. de leg. j. cum si.
14 † Et ita si consuetudine hẽt primogenitus duas vncias, tres, vel quatuor vltra alios hoc iure primogenituræ gaudebit primogenitus & transferret ad suos maxime cum consuetudine nr̃a nulla sit necessaria aditio, sed mortuus sesinat vinum, secus vr̃ iure cõi, saltem in successione extranea, vt d. §. tali. vbi requiritur aditio quę non põt fieri per ipsum si furiosus moriatur, secus in legatis, vt ibi. ¶ Aut q̃rimus de aliis iuribus primogenitur̨ quæ sunt honoris & administrationis, & tunc satis assentirẽ opi. ipsius Soci. Ex quo si prodiret iste plus esset in dedecus familiæ quam in excellentiã, iõ hoc casu melius est, vt transeant hmõi bona ad secundogenitũ pręsertim si primogenitus est naturaliter furiosus ꝑm dist. s. scriptã, quia id exercere non põt, & iõ dẽt in aliũ transire nõ põt quidẽ cõmode, & id nõ possumus, qđ cõmode non possumus. l. nepos Procu-
15 lo. ff. de verb. sign. ¶†Hinc est quod monachus ẽt primogenitus hmõi iuribus non gaudebit cũ debeat in claustro reclusus esse. c. placuit. cum si. 16. q. j. Ad hoc vide Bald. in d. l. data opa. col. 9. in fi. C. qui accu. non pos. & eundẽ Bal. in l. Deo nobis. §. hoc ẽt. C. de epis. & cleri. col. j. vbi dicit quod monachus succedit in bonis prr̃is, nisi ad illa q̃ in ipsum monachũ transire nõ pñt, sed debẽt remanere penes hęredes sanguinis, vt est regnũ, ducatus, baronia. Et ponit exemplum de beato Lud. licet etiã fuerit alia rõ ꝓp ordinem minorũ qui nõ est capax, de quo vide cũdẽ Bal. in l. si quis. §. talẽ. C. de secun. nup. immo Bal. in d. l. data. idẽ dicit in canonico regulari. & de hoc est gl. melior &

expressior

expreſſior de iure in ca.ſcripſit nobis.xvij. q.ij.ſic poſſumus in propoſito diſtinguere,vt ſupra.

Nec obſtant alleg.per Soci.¶Ad primum dic inq̃ tũ facit argñ a veriſimili, dic quod argumentum illud claudicat qñ probatur tale quid per quod hmõi præſumptio vel veriſimilitudo tollatur, hanc ſolonem in ſimili poſuit Præpoſitus in c.Conſtantinus.xcvj.diſt.vbi per hoc ſoluit.multa fundamenta Laurentij valle.impugnãtis do
16 nationem Conſtantini factam eccleſiæ,† quia argumenta ipſius procedunt a veriſimili quod non procedit vbi eſt probatio fortior.In ꝓrium arg.eorum quę no.in c.tranſmiſſę.qui ſi. ſint legi.& c.Michael.& ibi glo.de fil.præsby cum ſi.Modo in propoſito videmus tex. formaliter faciẽtem quo ad bona iſta pro furioſo,ideo illa veriſimilitudo non habet tollere tam clara iuris diſpoſitionem, & ſic tollitur illud quod generalitas reſtringi debet, quia ſatis eſt idoneus quantum ad hæc bona. ¶Nec obſtat ſecundo quod patrimonia familiæ magis conſeruantur quam ſi per furioſum conſeruabuntur,quia ſibi datur curator,prout de iure diſponitur in titu.de cur.fur.ff.& C. ¶Non ob.tertia rõ q̃ iſtud ius primogenituræ debet regulari ſm naturam feudi,quia vt dixi.ſ. nõ ſemper feuda propter furorẽ alicuius tranſferuntur in alium,ſed vt dixi.ſ. inſpiciendũ eſt primordiale initium feudi.¶ Itẽ quia licet eſſet ſine dubio illud q̃ in feudo dicit,tñ adhuc longe diuerſa eſt rõ,qa reſiſtæ æqualiter transferuntur ad maſculos, & fœminas quod non eſt in feudis,vt ti.de ſucceſ.feu.Plures aliæ dr̃ię poſſent aſſigna-
17 ri,†ſed ſufficit rñdenti dare inſtantiam,pro hoc gl.ſing.in c. ſicut vrgeri.i.q.j.& pro hoc vide oĩno eundem Soci.conſi.cclij. in ij.par.col.pen. vbi ſatis clare innuit ꝙ illud quod dixit ĩ alio conſilio quod. ſ.in allodialibus æqualiter ſucceditur quod dicit non procedit in feudis, niſi ſint feuda quæ ſapiunt naturã allodialium,puta ex quibus non teneantur ad ſeruitia vaſſallitia,aliter ſecus, furioſus enim non põt facere ea quæ tenenẽ vaſalli facere, puta cuſtodire dñm in prędio & ſimilia.Si enim repellatur mulier ꝓp incapacitatem perſonę,vt.j.ergo fortius idem in iſto furioſo in his bonis, ſecus autem in aliis bonis.

SVMMARIVM.

1 *Primogeniti furioſi filius ſanę mentis an excludat patruum ſecundogenitũ*
2 *Excludi a ſucceſſione & non eſſe an parificentur.*

QVAESTIO. V. TERTII LIBRI.

1 Vrgit nunc alia queſtio † an i feudis & aliis rebus in quibus habet locum ius primogenituræ ſi non ſuccedat pater tanquam primogenitus ꝓp furorem ſaltem ſuccedant filij ſui. ¶Hanc quæſtionẽ tangit Soci.in d.conſi.xlviii.col.v. verſ.ſup queſtione propoſita an filii &c.vbi breuiter cõcludit quod ſic ſm no.per Bal.in rubri.an mut.vel fur.vbi determinat quod ſi is ad quem pertinere debeat feudum ſit inhabilis quia mutus vel imperfectus, tñ tale feudum ad filios ſuos tranſibit ſi quos habeat.alleg.Cy.in l.j.C.qui admit.vbi ita cõcludit Cy.& hoc maxime procedit in iſto caſu, quia licet And.de Iſer.in §.mutus in cap.Epiſcopum vel Abbatem. diſtinguat inter feudum antiquum & nouum,hoc nihil facit in ꝓpoſito,quia ius pri-
2 mogenituræ eſt antiquum.¶†Secundo confirmat,quia mortuo patre filius primogeniti præfertur patruo ſm Ioã. And.in rubri.de feud.in additio.ad Specu.quam opi.ſemper Soci.dicit ſe tenuiſſe,ergo in propoſito ita dicẽdum,quia licet prædicta deciſio loquatur patre mortuo, tñ idem eſt omnino incapaci, quia paria ſunt non eſſe in rerum natura & eſſe & excludi a ſucceſſione.l.ſi nec.§.ſi deportatus.ff.de bo.li.l.j.§ fi.ff. de bo. poſ.contratab.Item quia quis tenetur poſt mortem reſtituere ſi in vita efficiatur inhabilis,tenetur ſtatim reſtituere ſm no. per Ioã.And.poſt Ricar.malum.in rub.de nup.Cuius dicta referunt.& ſequuntur Pau.de Caſt.& Moder. C.de inſti. & ſubſti.ſub condi.fac.& ita cõcludit Soci.¶Certe hæc queſtio pendet ab his quæ in illa qõne diſcuſſimus.Vtrum filius primogeniti prędrendus ſit patruo ſecundognito,de qua ad ſeruitutẽ. ſ.diximus.Ideo relatis dictis Soci.contẽti erimus,nec vlterius proſequemur.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus regis voluntatem patris non ſeruans an per patrem regno priuari poſſit.4.17.*
Doctoris dictum qualiter intelligendum.
2 *Filius priuari an poſſit propter non ſeruatam teſtatoris voluntatem.*
3 *Hæreticorum iactura, & quibus priuentur priuilegiis.*
Ingratitudinis & inobedientiæ mala.9.10.
5 *Copulatiua vtriuſque partis copulate concurſum requirit.*
6 *Argumentum ab identitate rationis in odioſis an valeat.*
7 *Fidei fauor eſt magnus.*
8 *Simoniæ crimen cur cæteris grauius.*
10 *Inobediens patri quando non dicendus ingratus.*
11 *Filius an priuandus legitima propter patris non adimpletum teſtamentũ.*
Filio potius fauendum quam piæ cauſæ.
12 *Pars benignior in dubiis tenenda.*
Priuationis pęna quando a iudice imponenda.
13 *Legitima quando priuetur filius Et an lucri appellatione veniat.*
14 *Filius in legitima vero creditori æquiparatur.*
15 *Legatum libertatis an fauorabilius legato alimentorum.*
Lucri appellatione an veniat hæreditas.
16 *Votum paternum filius quando perſonaliter adimplere teneatur,& cogi poſsit.*

QVAESTIO VI. TERTII LIBRI.

MArtinus de Carraſijs in ſuo tract. de primogenitura pagi.5. format hanc queſtionem,& refert Bald.ſibiipſi aduerſantem, quia
1 in proœmio decret.dicit generaliter †quod filius regis primogenitus non ſeruans volũtatem paternam poteſt per patrem priuari regno.Sed Bal.in auth.hoc amplius.C. de fideicom.2. col. dicit ſpeciale eſſe in voto vltramarino, ſecus dicit ipſe in alia voluntate,puta de legatis ſoluendis. certe quicquid dicat Bal.ſibi contrarius non eſt, quia non vult ſimpliciter in dicto proœmio,quod non propter ſeruatam voluntatem, ſed dicit ipſe ibi authoritate.d.c.licet. & ita nos incidimus in illã theoricam Bar.in l.non ſolum.§.liberationem.ff.de lib. leg.vbi dicit quod dictum Doct. debet intelligi ſecundum tex.quem allegat,de quo dicto Bart. meminit Barba.in ca.officii.de teſta. col.25.vbi dicit dictum Innoc.intelligendum ſecũdum decre. quam alleg ita in propoſito.Sed ipſe Marti. tenet contrarium quod ſcilicet generaliter ꝓp non ſeruatam voluntatem teſtatoris poſſit filius priuari.Et mouetur primo,quia Hoſt.& Ioã. And.in c.ſi heredes.de teſta. intelligunt generaliter.d.c.licet in
2 omni voto.¶†Secundo per rationẽ illius.c.licet ibi ne ſi onus iniunctum.Et ita concludit Marti.quod dicit verum cum grano ſalis.ſ.dummodo fuerit monitus a ſuperiore,vt adimpleat votum intra annum ſecundum text. in d.auth. hoc amplius. Nec obſtat.ca.licet vbi minus tempus apponitur,quia hoc eſt ꝓp voluntatem filij ſe obligantis ad minus tempus. Et licet gl. ibi referat aliam opi.eam tamen nõ ſequitur, nec facit dr̃iam an illa veniant ad filium iure hereditario vel alio iure. Et pro hac concluſione Martini poteſt adduci,quia inobedientia equiparatur hereſi.c.ſciendum.viii.q.i.in ſumma. ſed hereticus perdit ea quę ſunt gratię & fauoris. Et ideo dicit Bald.in rubri.de priui.dot.quod hęretica mulier non habet priuilegium dotis. & Archi.in c.i.iiii.q.i.vbi dicit hęreticam legis priuari auxilio, & dicit Spec.in titu.de reſcr.pręſentatio.ver.item quod hæreticus nihil impetrare poteſt.¶Item turpius eiicitur quam non
3 admittitur hoſpes.c.quemadmodũ.de iureiu. † Sed hęreticus bonis & prerogatiuis conceſſis ipſo iure priuatur. c. cum ſm. de hęreti.in fi.in 6.Bart.in l.imperator.in fi.ff.de iur.fiſci.¶Secundo principaliter pro hac opi.poteſt adduci,quia inobediẽs equiparatur ingrato.Bal.in l.i.7.oppoſitione. C. de his quę penomi.ſed ingratitudo eſt ſufficiens cauſa exhęredationis.§ ceterum.in auth.vt cum de app.cogno.& per Spec.in tit.de feud. §.ii.verſ.ſeptimo.tex.in auth.licet. C.de libe.preter.vel exhęredatis. & ad hęc accedat glo.no.in l.i.§.fi.vbi habetur quod ingratitudo eſt cauſa degradandi filium a militia, ergo in ꝓpoſito videtur quod ſit ſufficiens cauſa vt primogenitus iure & prerogatiua primogenituręe priuetur.

Sed aduerte quod licet iſta opi.Marti.his rationib. colorata videatur verior,tamen ego ꝙ eam teneo,& ſequor Bal.in d.auth. hoc amplius, quia nullo iure inducitur priuatio iuris primogenituręe, niſi per ca. licet. quod vt ibi dicit Bal.loquitur in caſu ſpeciali, nec debet trahi
4 ad conſequentiam alterius precepti.†Et certe non poſſum nõ ſatis mirari de prędicto Martino,quia ſi conſideremus & ponderemus verba ſatis clara illius tex. nullus ſani capitis diceret opi. dicti Martini probari in illo c. ibi.n.agitur de quodam rege qui votum vltramarinum commiſit exequẽdum filio ſuo primogenito.Sed aduerte ſubiungit tex.& in aſſumpto crucis ſignaculo te adimpleturum ſine dilatione promiſiſti. Et ſic clare & oculariter vides quod non fuit ſolum pręceptum patris,immo filius acceptauit, & per promiſſionem propriã ad hoc ſe obligauit, & ſic non virtute ſolius precepti. Et ideo vide tex.in deciſione vbi qñ ſummus põtifex mandat eũ aſtringi ad iſtud votum exequẽdum ſub pœna priuationis iuris primogenituręe dicit ibi tex. formaliter ne ſi onus tibi a patre in-
5 iunctum, & a te ſponte ſuſceptum,†pondera dictionem, &.q̃ copulat, & ad veritatẽ copulatiue requirit vtriuſq; partis copulatę cõcurſus.l.ſi qs ita ſtipulatus fuerit decẽ. ff.de ver.ob.& ita clare innuit ſum.pon.qđ ex ſolo ꝑcepto nõ fuiſſet priuatus iure primogenituręe, ſed hoc eſt ꝓp acceptationẽ ſuã & ꝓpriã obliga-

Source : BIU Cujas

obligatione m,& ille eſt verus intellectus nunquam antea datus,& ſic optima fiet relatio ad ea quæ in præfatione illius.c. dicuntur ſecũdum regulam quæ in præfationibus dicunt &c. vt eſt tex.in l.Titia.§.j.ff.de verb.oblig. Nam in priuatione ponitur,licet vniuerſis liberum ſit arbitrium in vouendo vſque adeo, tamẽ ſolutio eſt neceſſaria poſt votum,vt ſine proprio ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire quod principium ad filium recte videtur referendum cum dirigatur hæc decre. ipſi filio qui acceptauerat, & ideo in deciſione dicit debitum acceptę crucis exoluens propoſitum iter arripias &c. Et ita Sole clarius probatur ex tex. fere per totum.ca. ponderato,& non tantum conſideratur præceptum paternum quemadmodum accepta.& ita non probatur quod inobedientia ſit ſufficiens cauſa priuationis iuris primogeniti .

Nec obſtat quod Ioan.Andr.& Hoſt.in d.c.ſi hæredes. teneant generaliter.c.licet procedere in omni voto,quia hoc poſito non conceſſo eſt intelligendum in omni voto acceptato . ¶Nec obſtat quod ratio generalis eſt in d.c.licet ibi ne ſibi onus , & quia vt diximus illa ratio copulatiue loquitur, quæ copulata locutio nihil facit pro opi.ipſius Martini .

6 †Item quando eſſet illa ratio ſine adiectione copulæ certe non militaret,quia quod priuet iure primogenituræ eſt odioſiſſimum argumentum autem ab identitate rationis in odioſis non valet vt certum eſt etiam ſi omnimoda ſimilitudo eſſet.Io.Andr.in regula,odioſa.ff de reg.iu. & ita Anto. de Butr. in c.ſi.de conſuet.& Gemi.in c.j. de tempo.ordi.in 6.col.4. circa principium ibi rationem aſſignat, quia iſta eſt extenſio hominis non habentis poteſtatem legis condendę.arg.c.quę a iure.de reg.iur.in 6. & adducit etiam tex. in c.conſtitutionem.de reg.iur.in 6.vbi conſtitutio loquens de prędicatoribus minoribus non extenditur ad alios mendicantes,licet ſubeſſet eadẽ ratio,& non voluit text.hanc prorogationem expreſſe facere, & vide Philip.Fran.ibi poſt Gemi.adducentem tex. in c.ſtatutum. de elec.in 6.ergo in ꝓpoſito ex identitate rationis nõ debet fieri extenſio, & hoc maxime in aliis caſibus vbi non eſt rationis identitas, ibi enim agitur de fauore fidei, quia vouerat ille rex domino Hieroſolymitanam prouinciam in forti
7 manu humili corde viſitare. †fauor fidei autem magnus eſt, vt per Panor. in ca.2.de diuor.in fi. bonus text. in c.in fidei fauorem. de hæret. in 6. Nec etiam obſtant fundamenta quæ.ſ. fecimus pro coloratione opinio.Martini.

Primo non obſt. quod inobedientia æquiparatur hæreſi.c. ſciendum.in fi.8.q.j.vbi dicit tex. ſola obedientia eſt quæ fidei meritum poſſidet ſine qua quiſque in fidelis conuincitur etiã ſi videatur fidelis Quia dic,ſecundum Gemi.ibi poſt gl. quod non procedit in omni obedientia,& certe proprie debet intelligi,vt dicit glo.in cap.abſit.11.q.j.†inobedientia quæ cauſaret ſchiſma in eccleſia , & pro hac expoſitione adduco quod notabiliter voluit Abb.Panor.in c.ſicut ſimoniaca. & in ca.licet hely col.pe.de ſimo vbi dicit tex. quod crimen ſimonię eſt gra
8 uius cæteris criminibus,†ita quod cætera crimina ad eius comparationem pro nihilo reputantur, quod verum dicit Panor. quando ſimonia habet annexam hæreſim , vt quia quis vẽdit gratiam ſpirituſſancti,& credit vendi poſſe,tunc enim talis eſt deterior hæretico,ſimiliter quando inobedientia haberet annexum ſchiſma,tunc bene ęquiparatur hæreſi.

Item quia tex.in d.cap.abſit.dicit quod hodie ſpirituali animaduerſione plectuntur inobedientes,& ſic non temporali, vt perdant ius temporale ſaltem iſtud.

Item non ob.quod talis non obdiens dicitur ingratus,& ingratitudo eſt cã ſufficiens exhæredationis, ad quod facit bon⁹ tex.in auth.de nup.§.ſi quis enim ex eis ingratus. vbi dicit tex. ꝙ tales liberi ingrati ſunt parẽtum infortunium, & dicit Bal. in l.fideicom.C.de fideicom.quod non definit quis eſſe hæres propter ingratitudinem , ſed efficitur indignus poſſeſſor, ita quod ſuccedit fiſcus ſm regulam gñalem, de qua in l.claudi⁹, & l.mulieres.ff.de his quib.vt indig.Vnde ſm ea quæ no.dicũ-
9 tur per Bart.in l.fratres.col.2.C.de inof.teſt.in his †quæ veniũt ex lucro ingratitudo repellit.In his vero quæ iure hæreditario ſecus. dicens ibidem non obſtare.l.ſi.§.cum patronus.ff.de iurepatr.quia dicit ipſe facilius tolluntur iurapatr.quam iura ſanguinis.arg.l.ius agnationis. ff.de pac.c.iura ſanguinis.de reg.iu. & ſubiungit paulopoſt illud quod cõpetit iure ſanguinis non ceſſat ꝓp ingratitudinem , quia eſt ius inſeparabile , & ita per hoc eſſet expeditum quod in regno quod transfertur iure hæreditatis & ſanguinis, vt ſ.diximus ingratitudo non priuaret.

Item etiam dicendum eſt quod non omnis ingratitudo priuat,& ideo dicit Bal.in d.l.fratres.col.2.in 4.notabi.Nota ergo ingratos reputari turpes & viles perſonas quod dicit eſſe verũ de ingratitudine libertatis aſſecutę, non autem de qualibet ingratitudine.

Item etiam quia licet ingratitudo aliquando excludit a ſucceſſione, hoc verum quando fuit conditum teſtũ, ſecus autẽ abinteſtato.Io.de Imo.in c.ſi.in fi.de poſtu.extra ꝯglo.ibidem. immo fortius dicit quod hæres non poteſt de ingratitudine hæredi obiicere , ex quo teſtator non exhęredauit,ſed tacuit. arg.l.ſi. C.de reuoc.do. & ita tenuerunt licet non allegat Guil. de Cu.Bar.Bal.& Ange.in d.l.fratres per l.cognatis.ff.vñ cogn.
10 †Item poteſt reſponderi quod non inobediens patri eſt ingratus,alias enim eſſet pro voluntate patris exhæredare, & filiũ priuare hoc iure primogenituræ quando vellet, pręcipiendo rem arduam & ſibi multum inuiſam. & pro hoc eſt bon.text. in l.ſi quis ſub conditione.& l.conditiones.j. & 2. & l.filius.cũ ſimil.ff.de condi.inſtit.& ita ergo tene ꝙ per ſolam inobediẽtiam non poteſt pater priuare filium ſuo iure primogenituræ, erubeſcit enim iuriſta ſine iure loqui. §.cõſideremus.in auth. de trien.& ſemiſ. & ita iſti Martino credi non debet , niſi alleget tex.probantem opin.ſuam iuxta no. in l.illam. C.de colla. allegata autem per eum non probant,ergo &c.

Sed forſan inſtabit aliquis de. c. ſi hęredes.de teſta.in antiquis.& d.c.ſilueſter.11.q.2. Sed Bal.in d.auth.hoc amplius. reſpondet dicens quod aliqui dicũt ꝙ ibi eſt ſpeciale in relictis ad pias cauſa, ſed hoc dicit falſum, quia legitima eſt potentior quam quicunque legatarius etiam ad pias cauſas , & ideo vera eſt ſolutio ſm cum quod dicta iura procedunt ſalua legitima, quia reſpectu legitimę non poteſt eſſe in mora. Nam non videtur eſſe legatum ꝙ iure naturæ
11 detrahitur,no.in l.quoniam.C.de inoffic.teſta. †& pœna non debet excedere delictum. l.reſcriptum.ff.de his quib. vt indig. Cardin.de Zabarel.in c. ſi hæredes tenet cum hac opin.ſcilicet ꝙ non ſit priuãdus filius legitima ꝓp non adimpletum teſtm̃ patris , quia legitima debetur aliunde q̃ ex teſtamento.c.Raynaldus.de teſt.extraiu.

Item per tex.in §.fi. quis autem non implens.in auth.de hæredi.& fal.vbi tex.priuat hæredem oĩbus relictis,& ita nõ vult ꝙ priuetur ſibi debitis ex diſpoſitione iuris , vt eſt legitima.Io. de Imo.ibidem dicit opi.iſtam eſſe de iure veriorem, quia magis fauendum eſt filio q̃ pię cauſę.c.quicunque. xvij. q.4.Abb. Panor.vĩ etiam aſſentire huic opinioni ſub dubio tamẽ vltra rõnes prædictas dicens,ꝙ negari non poteſt quin res ſit dubia
12 &†in dubiis benigniorẽ partem tenere debemus.l.benignius. ff.de legi.Tamẽ dicit And.Barb. in d.c.ſi hęredes.col.9. ꝙ cõis opi.eſt cum Hoſt.poſt gl.ibi, ꝙ ibi ſit ſpeciale in filio nõ adimplente voluntatem paternam in relictis ad pias cauſas,ꝙ ſcilicet priuetur ſucceſſione . Sed ipſe Andr. Barba.pro ſubtili ſuo ingenio arguit in vtranq; partẽ. Primo contra opinio.Hoſtiẽ. & gl.quę dr eſſe cõis.¶Primo per tex.forma.in d.auth.hoc amplius vbi facta fuerunt relicta ad pias cauſas & non pias, & tñ filio monito & per annum negligenti reſeruatur legitima, ergo multo fortius debet reſeruari qñ fuit tñ pręceptum de legatis ad pias cauſas ſoluendis.arg.c.j.de tregu.& pac.& authen. itaque.C.com.de ſucceſ.¶Item ſecundo quia pœna priuationis nunq̃ eſt a iudice imponenda niſi reperiatur expreſſum in iure per gl.ſing.in c.ſi.de iurepatr.adde late not.per Fely.in c.2. de reſcr.extra.in prin.& maxime dicit Barba.in legitima,quia
13 †filius nunq̃ priuatur legitima niſi ſpecialiter fiat mentio de legitima.l.ſi qñ.§.gñaliter.C.de inof.teſt.Cum ergo nullo iure caueatur ꝙ filius negligens adimplere piam voluntatẽ patris priuetur legitima. ergo &c. ¶Sed in contrarium pro illa opi. immo in ꝙ piiscauſis priuari debeat dicit eſſe caſum in indiuiduo,in auth.de eccle.ti.§.ſi autem,ibi implere diſtulerint iubemus eos omne lucrũ relictum eis ab eo, qui pręcepit amittere.Sed nũc dicit ipſe eſt difficultas vtrum legitima veniat appellatione lucri.Et primo arguit ꝙ non per l.ſi.§.j.in verſ.debita perdere.C.de codicil.& l.j.C.de imponen. lucra.deſcr.li.10. cum aliis alleg.per eum.adducit gl. quam appellat ſolennẽ in
14 l.ſi quis legatũ.§.fi.ff.de fal.quæ dicit ꝙ †filius in legitima æquiparatur vero creditori pro qua eſt text.in l.fi.§.j.C.de cura.fur. ibi quaſi debita hęreditas in d. auth. hoc amplius. vbi hæreditas appellatur debitum naturale.

Sed in contrarium arguit quod imo potius veniat appellatione lucri,& potius ſit lucrum q̃ debitum, & adducit gl.q̃ dicit vnicã & meliorem de corpore iuris.in l.3.C.de iur.& fac.igno. quæ vult ꝙ hr̃ditas potius participet de natura lucri q̃ debiti, & ibi eam ſequitur Bar. hic & aliis locis per eũ citatis.cum ergo tex.in auth. de eccl.ti.priuet filium non obedientem oĩ lucro,ergo &c. Et pro hoc dicit eſſe caſum quem nemo vidit vſq; ad ſua ſecula in l.ſi.§.j. ff.que in frau.credi.iuncta.l.ſi.C.de do.promiſ.& l.qui liberos.ff.de rit.nup.per quæ dicit cõem opi.quę ponitur ĩ d.c.ſi hæredes poſſe defenſari. Sed ipſe And.Barb.tenet tñ ꝙ non ſit ſpeciale in piis cauſis , & ita ꝙ ꝓp non adimpletam voluntatẽ priuetur ſucceſſione dicẽs, ꝙ Bernard. gloſſator nimis voluit ampliare.d.§.ſi quis aũt . & dicit ꝙ ſi ponderetur ille. §. & etiam præcedens non reperies, ꝙ ibi imperator de inſtitutione loquatur , ꝙ probat ẽt ex glo. in d.§.quæ allegat aliqua iura quæ iura loquũtur in legatario
15 nõ in filio hr̃de inſtituto.¶†Itẽ pro iſta cõclone quã nũc dico

communem

Source : BIU Cujas

communem, facit hoc fundamẽtum, quia fauorabilius eſt legatum libertatis q̃ alimẽtorum. l. ſi a primo. ff. quæ in frau. creditorum. & iõ dicit Bart. in l. proxime. de his quæ in teſt. delen. ff. ꝙ fauor datus legato libertatis extẽditur ad alia legata pia. l. illud. C. de ſacroſ. eccleſ. Modo ſic eſt quod per legatum libertatis a filio non adimpletum non priuatur filius legitima, vt eſt tex. in d. auth. hoc amplius. ergo &c. Et ad hæc eſt tex. in l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. teſt. per quem tex. colligit ibi Angel. ꝙ ꝑꝑ paupertatem diminuitur lętitia filij, ſed ꝑꝑ non adimpletum non priuatur legitima, & ita etiã tenet Saly. in d. auth. hoc amplius. Nec eſt verum quod appellatione lucri veniat proprie hæreditas, vt ibidem per Saly. qui in vno loco male loquutus eſt, vt ibidem glo. quia poſtea limitat in regno indiuiſibili vel alia dignitate, quia dicit priuaretur per d. c. licet. de voto. ꝙ non eſt verum, vt patet ex prędictis, & ita ſentire videtur Bal. in l. vnica. §. ne aũt in 2. col. C. de cadu. tollen. vbi tenet, ꝙ
16 †filius non tenetur perſonaliter adimplere votum paternum pro recuperanda terra ſancta, niſi filius ſe obligauerit ad executionem voti. & ideo licet Innocen. in d. c. licet tenuerit ꝙ ẽt ſi filius ſe non obligaſſet ad executionem voti, tñ potuiſſet cogi per priuationem hęreditatis. Immo dicit ibi Ant. de But. & Panor. quod etiam per cenſuram eccleſiaſticam poteſt cogi, quia adeundo hæreditatem ꝯhit ſm no. in l. more. ff. de acqui. hære. & hos ſequitur Anto. Corſe. in ſuo tracta. de poteſta. & excel. regia. q. 70. adducens text. in l. quæſitum. j. reſponſo. ff. de acquir. hæred. vbi dicit tex. qui iudicium patientis oppugnauerit non dẽt quicq̃ ex eius hæreditate conſequi tñ hoc non credo, vt ſ. dixi ſaltem in primogenito regis. & pro hac opinione vide Floria. in l. ſi ſeru'. ff. ad leg. Aquil. Ant. Corſe. in prædicto ſuo tract. q. 71. in fi. vbi tñ dicit ꝙ ſpeciale eſt in regibus, quod ſcilicet reges non ꝓſt ſola voluntate priuare filios regno, licet Papa vel alius ſuperior poſſit, de quo j. dicemus. Sed vt nos ſ. ocularitер oſtendimus non eſt intentio illius tex. & ad hæc vide gl. in d. c. Sylueſter. quæ in principio bene dicit, ſed in fine
17 male quia dicit lex corrigi per dictum ca. licet. quia †promptũ eſt iura iuribus concordare. C. de inoffic. do. & expedit etiam, vt c. cum expediat. de elec. in 6. Ideo vitando correctionẽ melius intelligemus. d. c. licet. vt diximus. & ita erit expedita hæc grauis difficultas quę ſępe occurrere poteſt, quę ſi ſic non decideretur facile eſſet patribus filios priuare legitima & iure primogenituræ quod non eſſet ſine ſcandalo.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus an poſſit a Papa vel Imperatore iure ſuo priuari.* 18.
2 *Principes ex leui cauſa ſuo iure non priuandi.*
3 *Vicinitas nonnunquam detrimentum parit.*
Princeps an poſſit ſine cauſa rem alicui auferre, maxime gratis. numero 13.
Papa an poſſit deponere epiſcopom ſine cauſa. 15.
4 *Papa poteſt immunitatem præſtare vni eccleſiæ contra aliam.*
5 *Principis omnia eſſe qualiter intelligendum.* 13.
6 *Reges inutiles poſſunt per Papam deponi.*
7 *Imperium origine anteit papatum ſed non dignitate.* 11.
8 *Imperialis dignitas quo iure introducta, & an imperator per papam deponi poſſit.*
Epiſcopus quilibet eſt ſui regis iudex ordinarius, & maior eſt imperatore.
9 *Imperator iuramentum fidelitatis papæ præſtat.*
10 *Electores imperii an poſſint deponere quemadmodum eligere.*
Imperium an teneatur in feudum a Romana eccleſia.
12 *Papa an poſſit diſponere de bonis patrimonialibus clericorum.*
Clericus in patrimonialibus cenſetur laicus.
Ciuitas in priuati agro foſſam aut vallum faciens an refundere debeat precium agri domino.
14 *Poteſtatis plenitudo in quibus Papæ inſit.*
15 *Beneficia omnia an ſint Romano Pontifici manualia.*
16 *Papa conſumens res eccleſiaſticas quando mortaliter peccet.*
17 *Papa an poſſit de papatu in alium diſponere.*
19 *Iura quædam contra principis voluntatem acquiri poſſunt.*

QVAEST. VII. TERTII LIBRI.

1 MArtinus Laudenſis †in ſuo ępitomate de primogenitura mouet hãc quæſtionem, ſeptima pagina. in fin. vbi ſe breuiter abſoluit dicens ꝙ non ſine cauſa. per tex. & Bal. ita volentem in ca. j. de natura feudo. in vſib. feudo. Nam licet ſint ſubiectæ leges principibus, nõ tamen ſubiecti ſunt ꝯctus nec laudabiles conſuetudines, argu. l. digna vox. C. de legi facit bonus text. in ca. j. de proba. ſubiungit dictus Martinus ꝙ nec Papa vel Imperator poteſt priuare primogenitum in omnibus cauſis in quibus vaſallus priuat, vt toto titu. qui. mo. feu. amitta. per ca. apoſtolicæ. de regul. iur.
2 in 6. & per Bal. ia l. fi. C. de legi. vbi dicit ꝙ princeps †non debẽt priuari principatu ex leui cauſa, immo ex magna & euidenti cauſa propter pericula imminentia, & ita tranſit prædictus Martinus. ¶ Quæſtio profecto iſta requirit altiorem indaginẽ. Et ideo oppono ꝙ immo princeps poſſit pro arbitrio tollere vnicuique ius primogenituræ, & res ſuas etiam ſine cauſa, per tex. in l. item ſi verberatum. ff. de rei ven. vbi princeps auferat alicui agrum ſuum pro remuneratione militum, quia militibus congruebat iuxta illud, Mantua ve miſerę nimium vicina Cremonæ. de quo dicto meminit Cardi. Zabarel. in c. cleri-
3 cis. de exceſ. pręla. quia glo. ibi dicit, in verſi. quinque. ꝙ †ꝓpter peccatum contra naturam perierunt quinque ciuitates, ſcilicet Sodoma, Gomora, Febrin, Segor, & Oleale, quarum duæ perierunt ex vicinitate, tres ex proprio delicto. Ad propoſitũ, ergo per tex. in d. l. item ſi verberatum. probatur ꝙ poteſt princeps alicui pro voluntate ſua rem ſuam auferre, & ita per illũ tex. infert expreſſe Ang. ꝙ imperator de plenitudine poteſtatis poteſt auferre dominium rei alicui nulla ſubſiſtente cã, ſubiũ gens arroganter nimis ꝙ dicens ſ̃rium mentitur, per l. bene a Zenone. C. de quadrien. præſc. & per hoc dicit ꝙ Papa conceſſiones factas de bonis quorundam Peruſinorum poteſt reuocare ſine cauſa. Et idem tenet Angel. in l. 3. §. ſi is pro quo. ff. ꝙ quiſque iur. & in l. omnes. C. de quadrien. præſc. Idem Ange. in l. Anthiochenſium. ff. de priui. credi. & in l. Lucius. ff. de euic. ꝙ imperator poteſt ſine cauſa rem acquiſitam ex præſcriptione vel vſucapione alicui auferre. ad hęc facit ꝙ refert Pau. de Ca. in l. cum hæredes. ff. de acquir. poſſ. vbi dicit ſe conſuluiſſe, ꝙ põt princeps ſine cauſa legitimando ſpurium, vel aliter auferre hæreditatem illi qui per aditionem ab inteſtato eam acqſiuit, & idem tenuit in l. 3. ff. de teſta. ¶ Item pro hac parte facit glo. reputara ſing. in c. per principalem. 9. qõ. 3. quæ dicit quod Papa poteſt ſine cauſa deponere epm. Tamen oẽs deponere non debet, quia eſſet turbare vniuerſalem eccleſiam, & hanc glo. ſequitur ibi Gemin. & in c. in iſtis. 3. diſt. & in ca. j. 3. col. 10.
4 diſt. & in c. ſi gratioſæ. de reſc. in 6. †Facit etiam quod dicit glo. in c. conqueſtus. eadem cauſa & quæſtio, quæ dicit ꝙ Papa poteſt pręſtare immunitatem vni eccleſię contra aliam. Et ita voluit Archid. in c. reſeruatis. 25. q. 2. & Hoſti. in c. fi. de confir. vtil. vel inuti. idem in c. ad ſupplicationem. in vlti. no. de renun. extra. Car. de Zaba. in cle. j. in vlti. no. vt lit. pen. & in conſi. 85. inc. Venerabilis vir. Panor. in c. translato. de conſti.

In contrarium pro opinione Martini, ꝙ ſcilicet non poſſit ſine cauſa princeps ius primogenituræ alicui offerre. Arguitur per id quod no. dicit Arch. & Gemi. in c. ius ciuile. j. diſt. vbi ponunt hanc regulam, quod ſi imperator vł alius princeps ſtatueret ſine cauſa ꝙ certo caſu dominium de vno ad alium transferetur, nec in foro ciuili ſeruanda eſſet talis conſtitutio. Et idem voluit Geminia. in c. j. 3. col. de ſumma Trini. in 6. Idem Gemi. in c. auctoritate. de priui. in 6. quod dictum fuit prius Innoc. in c. quia plerique. ad finem, extra de immunitate eccleſia. & de his vide Cardin. conſi. 147. incipiente, Dominus noſter Papa. quod etiam videt procedere, ſm Innoc. in c. quod ſuper his. extra de voto. in bonis infidelium. ad hoc facit bona glo. in l. Barbarius Philip. ff. de off. pręto. in gl. pen. vbi dr̃ quod princeps põt alicui rẽ ſuam
5 auferre cum cauſa, ſed non ſine cauſa. †Nec obſtat dicit quod oĩa ſunt principis, quia verum eſt quo ad protectionem, & nõ alias. & ſic procedat. l. fi. C. de quadrien. pręſcr. de quo j. dicẽt. Et ad prædicta vide etiã Petr. de Anch. in c. ſi propter tua debita. de reſcr. in 6. in 2. & 3. oppoſitione. vbi dicit quod ſi princeps per reſcriptum ſuum concederet rem meam ſine cauſa alteri non tenerer in foro conſcientię obedire. ad idem vide Bart. in prœmio ff orum. 2. col. & pro hoc dicit eſſe tex. melio rem de mundo in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cõia prędio. Idem Bart. tenet in l. iubemus nullum. in prin. C. de ſacr. eccl. & in l. j. in fi. ff. de conſtit. prin. glo. & Bart. in l. venia. C. de in ius vocan. Bal. in l. ſi teſtm̃. C. de teſtam. & in l. reſcripta. ver. nota ergo hic aliqua de princ. poteſtate. & notanter dr̃ ſine cauſa, quia cum cauſa Papa poſſet deponere, & ideo dicit Albe. in ſuo dictionario in verbo, Papa. quod vbi ſunt reges inutiles poſſunt deponi, per Papam. 17. q. 4. c. ſi quis deinceps. 2. q. j. ca. nullus. & 32.
6 q. 5. c. præceptum vnde †Zacharias depoſuit Ludouicum regẽ Francorum. de quo eſt tex. in c. alius. 15. q. 6. & Inn. Otthonen. in c. venerabilem. de elec. & Innoc. quartus Feder. in c. ad apoſtolicæ de re iudic. in 6. & Ioan. 12. Ludo. de Baua. vt in ſuis extrauagan. quod totum dicit Alber. puto eſſe vſurpatũ, niſi vbi eſſent hęretici, licet pie Ludouicus in multis exceſſerit cõtra eccleſiam Romanam forte prouocatus. de iſto Lud. de Bauaria vide eundem Albe. in l. glorioſiſſimo. alias incipit inter claras. C. de ſacroſ. eccleſiis. ad principium. vbi dicit quod de mandato domini fuit translata ſedes apoſtolica de Antiochia Romam, de quo in c. rogamus. 24. q. j. & cap. fundamenta. de elec. in ſexto. tamen de facto fuit translata per Clementem quintum citra montes & vacauit longo tempore. ideo Ludouicus

de Bauaria ſe pro imperatore gerens q̃ proceſſus Romanæ ec cleſiæ ſegẽ fecit, quod non liceret transferre ſedem de Roma. & ibidem tangit late Albe. vtrum imperator ſit maior vel eq̃.
7 Et concludit † Papam maiorem pp ſubiectum dignius, quia præeſt ſpiritualibus, tamen dicit imperium origine prius fuiſſe quam papatum. Et ita hoc reſpectu dignior vr̃ imperator, argu. §. ſingulorum. inſti. de rerum diuiſio. & ff. de acquir. rerũ domi. c. nimis. de exceſſib. prælato. cum ſimil. Sed de hoc vide Fely. in c. cum non liceat. de reſcrip. extra. col. fi. vbi diſtinguit imperium Romanum ab imperio renouato per Chriſtum. Adde ad propoſitum eundem Albe. in ſuo dictionario, in ver. elec. vbi dicit quod paſtores mittentes falcem in meſſem alienam fecerunt de dignitate imperatoris tres decretales. Vnam de elec. Imperatoris quę incipit, venerabilem. de electione, extra. Aliam ſuper depoſitione Imperatoris Fede. in c. ad apoſtolicæ. de re iudica. lib. 6. aliam ſuper diſcordia & ſententia orta cõis leſę maieſtatis q̃ imperatorem Henricum. cle. paſtoralis. de re iudica. aliam in cle. j. de iureiur. quod imperator tenea tur præſtare ſacramentum fidelitatis Papæ, quæ decretales an ſint iuſtę nouit Deus. nullã. n. dicit, ſaluo meliori iudicio, credo iuri conſonam, immo eas credo q̃ iura proditas & libertates imperij, vt puto poteſtates diſtinctas a Deo proceſſiſſe. sũt verba Alberici, & ſe remittit ad no. per ſe. in l. j. C. de ſum. Tri.
8 & fide catho. † vbi pulcherrime tangit, vtrum ſit de iure diuino vel poſitiuo, & qũo ſit introducta imperialis dignitas, de quo s̃. diximus, & vide Fel. in d. c. cum non liceat. de præſcripţ. in fine. Ex prędictis ergo vides q̃ Alber. ſentire vr̃ quod non poſſi. ſummus Pontifex Imperatorem deponere & certe ſem per vt plurimum fauit dignitati imperiali. Tamen certe eſt cõ cluſio indubitata q̃ immo poteſt Papa deponere ſuadẽte legi tima cã vt rõne peccati per capitulum, ad apoſtolicæ. de re iudica in 6. Immo etiam ſi imperator vel alius rex nimis grauaret ſubditos poteſt priuari a ſummo Pontifice, vt tenet ipſe Albe. in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præſc. col. 4. in princ. poſt Innoc. in c. quod ſuper his. de voto. Et ibidem refert quod Ambroſius excommunicauit Imperatorem de delicto in ſua dioeceſi commiſſo per c. j. de rap. extra. & q̃ quilibet epiſcopus maior eſt imperatore. c. Valentinianus. & ibi gloſ. 63. diſt. cum aliis alleg. per eum. Et ſubiungit q̃ quilibet etiam ep̃us eſt iudex ordinarius regis Franciæ & aliorum regum, maxime hi in quibus domicilium habent per. c. omnes. de maio. & obedi ẽ. Arch. in c. quicunque. de ſenten. excommu. in 6. & q̃ Papa habeat ſuperioritatem. s̃. imperatorem probat etiam ex eo, quia
9 imperator ipſe † pręſtat iuramentum fidelitatis ipſi Papæ. 63. diſt. c. tibi dño. de forma illius iuramenti ſe remittit ad Roſtre. in titu. de ſac. fid. quem præſtat imperator Papę, vbi dicit ſe vidiſſe Federicum imperatorem præſtare Honorio Papæ, anno Milleſimo ccxx. & de illo iuramento facit remiſſiones. vide p eum. Hęc obiter dicta ſunt pro temporis qualitate.

Adde ad præcedentia quod dicit Bal. in c. pri. de natura feud. q̃ ſi rex Franciæ crearet aliquem ducem, aut marchionem nõ poteſt eum pro libito diſueſtire, ſed tñ pp culpam. Et ibidem dicit q̃ Papa non poteſt ſupprimere dignitatem donec ſupereſſet perſona quæ præeſt dignitati niſi ex magna cã. Et ſubiũgit quod Io. And. dicebat quod Celeſtinus primus frater Petr. de Murone de mane faciebat gratiam, & ſero auferebat, & alij conferebat. vnde Cardinales, licet ſcirent quod renunciaret per fatuitatem papatui, tñ quia erat vnum pecus libenter acceptarunt refutationem & creauerũt Boniſacium Octauũ, qui depingitur vulpes in ĩtroitu, Leo in accubitu, & canis in occaſu ſuo. & de prędicta renunciatione Celeſtini, vide text. in c. j. de renunciatio. lib. 6. ¶ Adde etiam ad prædicta Præpoſi tum in c. ſi Papa 40. diſt. vbi dicit col. 5. quod imperator vbi eſt inutilis poteſt deponi, tñ non debet deponi, niſi ex magna cã, ſm Bal. in l. fi. de legib. & in ca. ad apoſtolicæ. de re iudi. in 6. & ſubiungit q̃ non requiritur incorrigibilitas ipſius ſed ſatis eſt quod probetur criminoſus magno crimine, ſm Bellameram.
10 nec fiet priuatio & depoſitio per electores imperij † quia poſtquam elegerunt functi ſunt officio & ſolum habuerũt a Gre gorio poteſtatem eligendi non deponendi, ita voluit Bal. in d. l. Barbarius Philip. & Aluaro. in ca. j. quis dicatur dux vel marchio. Immo nec a populo ex quo ſemel tranſtulit omnem po teſtatem in ipſum Imperatorem a ſe abdicando, ſm legiſtas communiter poſt gl. in l. non ambigitur. ff. de legi. Io. Fab. in §. ſed quod principi. inſt. de iur. na. gẽtium & ciui. & pro hoc plu ra ponit Prępoſitus, vbi s̃. Et tandem ſubiungit quod imperator ſm Bellameram habet in feudum imperium a Romana eccleſia, maxime poſt translationem factam de imperio a Græcis in Germanos per c. tibi domino. iuncta gl. j. 63. diſt. tandem etiam dicit q̃ ergo poterit Papa ſolus ſine conuocatione concilij imperatoris depoſitionem expedire, licet laudabilius faciat cum auctoritate concilij, vt fecit Inno. in c. ad apoſtolicæ. ¶ Adde etiam ad prædicta Ant. Cor. in ſuo tractatu de poteſta. & excellen. regia. q. 43. vbi dicit poſt Matthe ſil. & Car. q̃ ſi imperator accuſetur a principibus poterit deponi a Papa
11 vel a principibus de volũtate Papæ, † quia Papa maior eſt eo. 96. diſt. c. duo. & vide eundem Ant. Cor. in prædicto tract. q. 79. vbi dicit quod Rex Chriſtianus factus hęreticus vel paganus perdit regnum & efficitur occupantis, ſm Bal. in l. j. in 13. col. in repe. C. de emancip. libe. vt legitur in chronicis de quodam rege Caſtellę dño Pet. qui depoſitus fuit a ſummo Pontifice, & loco ſuo ſuffectus quidam Henricus frater dicti dñi Petri, illegitimus licet eſſet, vt habes de comite Tholoſano qui depoſitus fuit & datus fuit comitatus regi Franciæ. de quo tangunt Doc. Io. Andr. ſignanter, poſt eum Abb. & Car. & Io. de Ana. in ca. excõicamus. de hære. §. moneantur. vbi tractant an debeat rõne dicti comitatus rex Francię regem Aragonum re cognoſcere ſicut ille qui prius erat comes recognoſcebat. Et quicquid dicat Abb. antiq. tenet Io. And. q̃ non, quia Gallicis occupantibus comitatum illum rex Aragoniæ auxiliatus eſt depoſito a ſummo pontifice, & ita ſimpliciter tranſit Ioan. de Ana. ibidem. Poſſumus in multis aliis exemplis diſcurrere ſed timeo nimis euagari, redeundo ergo ad propoſitum principa le dicendum vr̃ ex præcedentibus q̃ ex cauſa poſſit ſuperior aliquem priuare re ſua. Et ideo licet dicat Innoc. in ca. inquiſitionem. de ſent. excom. q̃ Papa non põt diſponere de temporalibus laicorum. Immo extendit Panor. poſt Anto. de But. in c. conſtitutus. de relig. do. ad bona patrimonialia clericorum
12 dicẽs ſe alibi non legiſſe, † quia in patrimonialtbus cenſetur clericus laicus. c. cum dilectus. de iurepa. Tñ procederet niſi ex cauſa id faceret. & notãter dico ex cã, qa ſine cã nõ vt patet ex diſcurſu. s̃. poſito. Immo vr̃ q̃ ſi eſſet aliquis vel pp hæreſim, aut aliam cauſam priuatus ceſſante dicta cã reſtitui debeat, ſm Inno. in c. quia plerique. de immu. eccleſia. D. Ant. & Inn. in c. quę in eccleſiarum. de conſtit. dicentes q̃ in foro contentioſo, & in foro conſcientię ceſſante cã actus non tenere, de hoc vide tria conſilia no. Lud. 444. 17. 459. Soci. conſil. 144. q̃ incipit, viſa bulla Bonifacij. verſi. videmus. in 2. par. conſiliorũ. ¶ Et tenendo hanc opinio. volo reſpondere ad allegata p̃ par te oppoſita. Primo ad l. item ſi verberatum. dic ibi erat ratio, & cã & ita expreſſe ibi intelligit Albe. in §. ſi quis rem. ad principium dicens q̃ ibi fuit iuſta cauſa & fauor reipublicæ. ¶ Itẽ ibi arguitur de paruo prędiudicio, quia licet auferatur alicui res ſua, tñ datur ſibi ęſtimatio rei ſuę, ſm Archi. in c. per principa lem. poſt prin. 9. q. 3. per l. vltimam. C. pro qui. cau. fer. pro prę. libe. eſſi. certe gl. ibi ſatis facit pro hoc dicto, & formalius probatur in l. ſerui. C. eo. tit. Et ad idem vide Ang. de Are. in l. fi. 2. col. ff. de appel. recip. per l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commu. prędio. & late in d. l. ſerui. vbi dicit, q̃ ſi ciuitas vult facere vnã foſſatam per agrum meũ dẽt mihi ſoluere precium agri mei. Similiter dicit ſi reſpublica pp delictum vnius cõſortis deſtruat cõem domũ ſocio inſonte dẽt ſolui precium partis ſuę per l. mulier in opus ſalinarum. de capti. ff. fa. l. j. C. de deſerto. lib. 12.
13 Et ita dicit Bal. licet poſſit † princeps priuare aliquem re ſua, non tñ gratis. de quo vide Fely. in d. c. quę in eccleſiarñ. col. 13. vbi ad hoc plures adducit concordan. hoc nota. Et ita erit intelligenda. d. l. item ſi verberatum. & quicquid dixerit Ange. s̃. relatus nimis faſtuoſe de quo videas per Fely. in d. c. quę in eccleſiarum col. 12. ad principium. dicens hanc eſſe opinionem cõem & rõnabilem, ſm Rapha. Fulg. in l. fi. C. ſi q̃ ius vel vtili. public. dicentem ſe ita conſuluiſſe. Et adde prędictum conſil. Soci. 140. vbi refert Ang. s̃. & eum clariſſime reprobat, & hoc maxime, quia Ange. mouetur tñ per dictã. l. bene a Zenone. quę non probat, quia qñ ibi dr̃ oĩa ſunt principis, eſt intelligendũ quo ad protectionem, vt intelligebat Bulgarinus, licet Martinus gloſſator q̃riũ ſenſiſſet vel timore, vel amore, vt glo. dicit in d. l. bene a Zenone. in verſi. oĩa principis. Vel dicendum eſt, q̃ oĩa ſunt principis quo ad iuriſdictionem, vel oĩa ſunt principis, ſcilicet fiſcalia. Et de his ſolutionibus, vide Fely. vbi s̃. col. 9. vide Ludo. Roma. vltra alleg. per Fely. in ſuo ſingulari. 9. & 74. Et pro ampliori declaratione. d. l. bene a Zenone. vide Fely. in d. c. quę in eccleſiarum. col. 2. Nec obſtat dictum Paul. de Caſt. s̃. quia credo q̃ non ſit ſimpliciter verum de quo. q̃. di-
14 cetur. Non obſtat ẽt glo. in d. c. per principalem. † quia primo poteſt dici q̃ locum habet in beneficialibus in quibus ſumm⁹ pontifex habet plenitudinem poteſtatis. cap. 2. de pręb. in 6. in clem. j. ad fi. vt lite penden. Et ideo dicit Ant. de But. in c. conſtitutus. de religio. do. quod de rebus eccleſiaſticis poteſt diſponere Papa, vt vult, & pro hoc vide Archid. in ſuo tract. de hęreſi. incipiente, Sanctiſſimo in Chriſto patri. carta. 15. verſi. Et quia tanta eſt pręeminentia, vt vult, quod licet regulariter non poſſit Papa quem priuare re ſua ſine cauſa, fallit in beneficia libus, quia pro libito poteſt. de quo dicto Archidiac. meminit Felyn. in dicto cap. quę in eccleſiarum. col. 12. ad finem. & ibidem Pau. de Caſtr. conſil. 281. vbi dicit quod dominium rerũ eccleſiaſticarum non eſt pœnes aliquam eccleſiam particularem ſed apud Chriſtum ſecundum Inno. in c. cum ſuper. de cã poſſeſ.

Source : BIU Cujas

posſeſ.& proprio.Cuius Papa eſt vicarius cum omnimoda po teſtate in terris. vnde cum aufert alicui particulari eccleſię rē ſuam dicitur potius auferre adminiſtrationem,quam dñium. ar.c.ii.de don.cum dominium ſit potius penes Papam, qui eſt vicarius Chriſti.c.loquitur.xxiiii.q.j. facit gl.& quod no. Doc. in dicto c.c[illegible]itutus.de religio.domi.Ad hoc vide Socin.con ſilio clvj.incip.

Pro fundamento deciſionis.

ver.qui-bus præ miſſis.in ii.par.conſiliorum.¶Secundo poteſt dici,ꝙ gl.in d.c. per principalem.non ſit vera.Et ꝙ non ſit vera, vide tria loca.

15 Ex quibus abunde,& ad ſaturitatem tibi erit clariſſimum,†ꝙ nec poſſit Papa pro arbitrio aliquem deſtituere.vide Lud.Ro. conſi.cccxlv.incip.omnipotentis.vbi inter cætera reprehendit dictum Bal.in l.reſcripta.C.de preci.impe.offer.vbi tenuit Bal. ꝙ oīa beneficia mundi ſunt manualia reſpectu ſummi pon tificis,& ſic ad nutum ſuum reuocabilia,quia non ꝓcedit hoc indiſtincte,ſed cum cauſa,quod late deducit,vt videre poteris per eum,vide ēt Card.Zab.conſi.clxi.incipiente, Sanctiſſimus dominus.vbi dicit, quod licet diſpoſitio plenaria beneficiorū ſpectet ad papam,tamen hoc eſt ſic intelligendum , quod nō fiat alicui iniuſtitia.¶Tertio vide Pan.in q incipien.Eps & qui dam rector.xiiii.col.vbi ſe ſatis extendit recurre ad eum. Et iō dicit Inn.in c.niſi cum pridem.de renū.extra. ꝙ ſi papa aufert vni eꝑo eꝑatum debet ſibi prouidere de alio bono cambio. alibi dicit Bal. in c.j.ad hæc.in ver. non poteſt. de pace iur.fir. quod ſi papa auferret alicui beneficium ſibi debet prouidere de alio conſimili per gl.illā.¶Item dicit Arch.in c.non liceat. xii.q.ii.licet dicatur habere dominium in rebus eccleſiaſticis,

16 †tū papa peccat mortaliter ſi vult res eccleſiaſticas conſume-rę in turpes vſus,vel dare cōſanguineis,vt eos ditiores aliis fa ciat,vel vt ędificent palatia.de hoc vide Fely.in c.quæ in eccle ſiarum.col.xiiii.ad princ.Et ibi vide quendam in additione ad Fel.qui dicit de papa Alexan.qui voluit filium ſuum Valenti-num facere Regem Italiæ.& ideo malę ſucceſſit vtriq;. Et eūdem Fel.in c.ad audientiam.de præſcri.extra. referentem Bal. hoc dictum multum commendantem in l.cum multa. ad fi. C.de bon quæ libe.& ideo dicit Io.de Lign.quem refert Fel.in c.ad audientiam.col. ii. quod in præſentia Vrbani Papæ V. & Cardinalium tenuit,quod Papa poteſt viuere de redditib. ec-cleſiæ,ſed non impugnare nepotes.Et fuit vna replicatio, qa dixerat ſibi prius papa,quod faceret eum Cardinalem, ſi non eſſet coniugatus.Et reſpondit Io.de Lign.quod nolet eſſe Car dinalis,quia nō volebat bibere ſanguinem Martyrum, ſed ſu-dorem manuum ſuarum.Papa reſpondit,quod poterat viue-re de redditibus eccleſiæ ſi haberet patrimonium , ſecundum Inno.in c.epiſcopus.de præb.extra.Et ſubiungit Fely. quod de iſtis verbis,& nutibus Papæ ſuper Cardinalatu multi ſe extol luntinani iactantia, quia eo facilius loquitur Papa de aliquo palliando,ex quo videt eum indiſpoſitum,& incapacem, ſed erga capaces,& bene diſpoſitos eis dat verba generalia.Et qñ moritur aliquis prælatus digniſſimus galero rubro affirmat Papa cauſa incitandi alios ad virtutem,quod conceperat om nino eum promouere , ſi acerba mors non præueniſſet , ita refert Felyn.vbi ſupra.

17 †Adde Præpoſitum in c.nunc autem.xxi.diſtin.vbi dicit, li-cet Papa habeat plenitudinem poteſtatis , non tamen poteſt de Papatu in alium diſponere. Immo nec Imperator de Im-perio.ideo dicit notan.Abb.Panor.in c.cum veniſſent.iiii.col. de iudic.quod ſi Papa in dando terras eccleſiæ eſſet incorrigi-bilis poſſet deponi,quia ſic ſequeretur ſcādalum eccleſiæ , ad quod facit glo.in c.ſi Papa.xl.diſt.& licet Pan.ibi dicat,ꝙ in du bio Papę præſumitur ex cauſa facere,quia vt dicit Fely. in d.c. ad audientiam.columna ii.ad princip. illud potius dixit cauſa blandiendi Papæ.

Nunc quæro quid dicēdum pro

reſolutione cogita ſi poteſt hoc modo diſtingui , aut aſſumi-tur ius primogenituręꝑ iure, quod alicui ineſt naturaliter, vt quia prior natus,a reliquis fratribus debeantur ſibi aliqua iura reuerentialia,de quibus ſupra diximus. Et tunc credo nō poſſit Papa,vel Imperator alicui tollere ſine cauſa, & ita con cludunt communiter omnes Docto.in c.quæ in eccleſiarum. de conſt.extra ſignanter Fel.colum.xvii.ad fi.ibi,tertia conclu

18 ſio,vbi ratio aſſignatur, quia †ius naturale eſt immutabile. §. ſed & naturalia.Inſti.de iure natu.gen. & ciui. & v.diſt.per to-tum,& dicit Panor.in d.c.quæ.in eccleſiarum.hanc eſſe com munem reſolutionem Legiſtarum,& canoniſtarum per hāc rationem,quia vbi certum eſt cauſam non ſubeſſe, nō poteſt princeps ſtatuere in damnum priuati,in his,quæ ſunt de iure naturali.clem.paſto.de re iudi. Aut volumus accipere ius pri-mogenituræ pro rebus temporalibus, & poſſeſſionibus , quæ cōpetunt ratione iuris primogenituræ. Et tunc ſubdiſtinguen dum eſt. Aut quærimus in rebus temporalibus tam acquiſitis aut in quęrendis.ſi de rebus quæſitis,& tunc dico , ꝙ non pōt ſine cauſa,quia ex quo dñium iam quęſitum eſt iam res effe-cta eſt mea,quodam iure naturali per l.ex hoc iure.ff. de iuſti. & iur.& ibi Bar.in j.col.& ita voluit Bal.in l.ii.ver. ſed ō prædi cta.C.de iur.& facti gno.& in c.dñō.in ii.colu.in ti. hic finitur lex Corra.cum aliis locis ad hoc cumulatis,late per Fely.in d. c.quæ in eccleſiarum.col.xvi.Aut quærimus de rebus quęren dis auxilio legis,vel conſuetudinis,& tunc poteſt princeps ſi-ne cauſa pro voluntate ſua,cuicunq; præiudicare rumpendo leges,vel conſuetudines , vt puta ſi tollit venientibus ab inte-ſtato ius adeundi,quod eſt de iure ciuili.l.obueniunt.ff.de ver. ſig.Si tolleret conſuetudines, ꝙ primogenitus amplius nō ha beat maiorem partem in hæreditate patris,& ſic procedat di-ctum Pau.de quo in prin.huius quæſtionis diximus.

19 ¶ † Hæc diſtinctio ſaluo meliori iudicio poteſt eſſe multū iuridica,& ſumpta eſt pro parte ex apparatu Fel.in d.c. quę in eccleſiarum. col.xv. & ſequen.licet nihil de propoſito noſtro loquatur.Credo ꝙ ſatis cōgrua ex præcedentibus erit hęc ada ptatio,& hæc diſtinctio ſatis congruit doctrinę Bal.quam po-nit in l.fi.in pen.col.ver.ſed immediate oppono.C. ſen.reſcin. non poſ.vbi dicit, ꝙ quædam ſunt iura,quę quis poteſt acqui rere etiam contra principis voluntatem,quæ acquirunt̄ de iu re naturali vel gentium, & hęc non poſſunt auferri ſine cau-ſa a principe.aliqua quæ acquiruntur mediante auxilio legis, vel conſuetudinis,quę eſt pars legis,vt no.in l. omnes populi. ff.de iuſti.& iure. & tunc in ſtis potentior eſt auctoritas princi pis,quod dictum videtur moderandum in quęrendis per præ dicta,& ſi vis te extendere,vide Fel.in loco ſ.citato.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituræ ius an poſſit vendi,aut diſtrahi.2.18.22.*
Canones priuſquam leges ſunt allegandi.
3 *Vexationem ſuam in ſpiritualibus pecunia redimere an licitum.*
4 *Poſſeſſio eccleſiaſticæ rei,an poſit emi.*
5 *Fraudis propulſator fraudem facere non dicitur.*
6 *Gula in vilibus conſiſtit,vt in precioſis.*
7 *Simonia,quid ſit.*
8 *Regula correlatiuorum eadem eſt diſciplina,limitatur.*
9 *Conſuetudo ſuper translatione rei notabilis emptę qualis.*
10 *Figuralia ſunt in duplici differentia.*
11 *Ratio finalium ex fine ſumitur.*
12 *Loca non ſanctificiant homines.*
13 *Papę facta excuſantur.*
14 *Venditio Eſau de primogenitura,an ſit excuſabilis.*
15 *Hiſtoria in ſignificatione vocum nunquam deficit,& in quibus aliis.*
16 *Iacob ad primogenituram prædeſtinatus erat.*
17 *Figurata locutio,quibus præceptis neceſſaria.*
18 *Ius ſingulare in conſequentiam non eſt trahendum.*
19 *Authentica ſacramenta pubcrum , a iure diuino an ſumat fundamentum.*
Pactum negatiuum de non ſuccedendo , an ſemper teneat , & in quibus fallat.
20 *Pactum facilius tollitur,quam ius commune.*
21 *Ratio de ſecretis Dei non reddenda.*

QVAESTIO VIII. TERTII LIBRI.

1 ARdua eſt quæſtio.† vtrum ius primogenituræ poſſit diſtrahi.Et ex conſequē ti vtrū valuerit venditio facta huius iuris ab Eſau fratri ſuo Iacob.Et quia hęc qō nō paruam conti net difficultatem nedum a canoniſtis , imo a dñis Theologis diffuſiſſime examinatam.Qm̄ vt inquit Ioā. de Ana.poſt Pet. de Ancha.in c.fi.de col.detegen.col.pen. ad fi. Non dēt iuriſta ita ruditer pertrāſire , quod ignoret prorſus rationes diuino nutu compoſitas.Ideo hoc ordine in huius explanatione qō-nis procedimus. ¶Primo referam dicta dñorū Theologorū quę mihi in inueſtigatione huius qōnis occurrerunt , qm̄ eis recte in ordine deferēdum eſt ꝓp eorū ſcīę ſubiectum cęteris dignius,vt no.Pan.ī c.clericis.de iud. Et ideo ī ſimili dicit Ab. Pan.in c.inter alia.de immu.ec.quod vbi eſt concurrentia alle gationum canonum, & legum a canonib.incipiendū eſt,pro pterea,quia Canoniſtarum ſubiectū dignius eſt.Sic in ꝓpoſi-2 to iō a dñis Thologis incipientes.† Quod vēditio primogeni-turæ non valuerit opponit Poſtillator Gen.xxv.c.ver.vēde mi hi primogenita tua.& primo,quia tpe legis naturę, quæ tunc currebat primogeniti erant ſacerdotes.Et ſacerdotiū ſemper fuit reputatum quid ſacrum, vt patet ex etymologia vocabu li.c.clericos,xxi.di.iō vī ſimonia commiſſa in illo ꝺctu,& per ꝓns,ꝙ ꝺctus eſt nullus.pro hoc facit bo.tex.in l.ſi q̄q̄.C.de epi. & clericis. & ibi Barto. facit.c.penul.de electio.extra , & totus ti.de ſimon.ſignanter in ca. Mattheus.ubi uide Ioan.de.Ana.

Source : BIU Cujas

¶Secundo opponitur, quia primogenitus de iure primogeniturę debebat habere duplicē partem in bonis paternis respectu aliorum, ꝓ quod Ioseph, cui Iacob dedit primogenituram inter alios fratres habuit duas sortes, & duas tribus inter alios filios Israel, s. Tribum Effraim, & Tribū Manasse, & sic vr., ꝙ Iacob non recte habuerit ius primogenituræ ab Esau cū vendiderit pro Esu pulmēti, ꝙ modicum erat, & munus exiguum respectu tantorum bonorum. Et ita magnam fraudem, & deceptionem vr fratri fecisse, & sic ex consequenti restitui poterat ad ius primogenituræ. Ad quod accedat, quod hr in l. rem minoris. C. de rescin. ven. ¶Ad primum ar. rndet glo. quod ius primogenituræ erat ipsi⁹ Iacob de iure, quia ex determinatione diuina id actū fuit, vt minor pferretur maiori, iuxta illud quod hr Malac. j. dicit dns, Iacob dilexi. Esau aūt odio habui. Hinc Apos. ad Ro. ix. dicit, ꝙ hoc dictum fuerat de ipsis anteq̄ nati fuissent ex diuina electione, quod fuit a matre eorum reuelatum. Esau aūt de facto ius primogenituræ possidebat. Et iō licitum erat Iacob p̄dictum ius ad se trahere caute, qđ ipse fecit, quia vendidit ipsi Esau lasso venienti de agro, qui timebat maori, ꝓ quod minus appreciabatur tunc ius primogenituræ ab Esau. Et ideo qñ a fratre Iacob fuit de vēditione iuris primogenituræ requisitus dixit Esau, En morior, quid mi-
3 hi proderunt primogenita. † Et sic cum videret Iacob tps congruum sibi recte per modum emptionis retrahere ad se, potebat, ꝙ & fecit, nec hoc peccauit, quia non intēdebat emere rē sacram sed redimere vexationem suam, qđ est licitum, & iuri conforme, vt in c. dilectus. de sim. vbi p illū tex. gñaliter infert Pan. ꝙ datio pecunię pro iure spūali q̄sito conseruando, ꝓtra molestationē indebitam nō inducit simoniā, vel turpitudinē. & notanter pro iure q̄sito ꝓseruando, quia secus ꝓ iure q̄rēdo d. c. Mattheus. de sim. ita ergo in ꝓposito, quia dispōne diuina ius erat q̄situm ipsi Iacob. Et ad hoc facit dictū Ang. in l. athletas. §. fi. ff. de insa. vbi dicit, ꝙ redimere vexationem non est cō tra bonos mores. Ad hoc vide Saly. in l. serui. C. de adult.

Tamen attendite, quia istud non est sine dubio, quia Iacob nunquam fuerat in possessione ip-
4 sius iuris, & nedū est simoniac ū emere ius spūale. † Imo possessionem, ꝛm ea, q̄ no. per Doct. in c. ad aures. de sim. p̄sertim. Ab. Pan. in fi. vbi dicit, ꝙ licet possessio nō sit quid spūale, tñ est connexa, & coniuncta spūalib. quia per eam consequitur quis exercitium spūalium, facit c. si quis obiecerit. j. q. iii. glo. est in c. decimas. xvi. q. vii. Sed rnde ex doctrina Pan. in d. c. dilect⁹. ꝙ imo, & pro possessione licet dare pecuniam, vel aliam rem tpalem ꝓ potentiam aduersarii, vel impotentiam volentis adipisci. iuxta id, quod dicit Io. And. in d. c. ad aures. Et ad hoc Fely. adducit Nicolaum fratrem in summa Pisana, in verbo, simonia. in ver. vtrum tpalia. licet ipse videatur, dicit, loqui in possessione semel habita. Sed Io. de Ana. vr velle cū aduersarii potentia concurrat innocentia volentis possidere ꝛm dictum Bar. ita tenentis in l. serui ob violatum. C. de adul. per tex. in l. j. ver. aduersarii potentiam. C. qñ impe. inter vid. & pu. vtcunq; sit, siue alterum sufficiat. s. potentia aduersarii, siue non vtrūq; in proposito locum hēt, tum ꝓ potentiam, & malitiā Esau, tum ꝓ simpliciratem Iacob, vt statim videbitur. ¶Et si dicatur, imo vr malitiosus Iacob, quia considerauit opportunita-
5 tem, vt melius deciperet Esau. † Rnde, ꝙ non dr fraudem facere, qui fraudem excludit. l. cum pater. §. Titio. ff. de lega. ii. gl. est no. & expressa in c. cupientes. ad prin. in ver. malignātium. de ele. in vi. & ibi no. dicit Phil. Fran. Host. Io. An. ꝙ hoc procedit ēt in foro cōscientiæ. & adhoc facit dictum Inn. in c. cū olim. s. de rest. spo. vbi dicit, ꝙ si tu habes rem meam, quam recuperare non possum, vel ꝓ potentiam tuam, vel fraudem, vel qa mihi deficiunt probationes, vel aliter, tunc licet in foro conscīæ eam furari, vel alio quocunq; & secreto modo recuperare. & facit, ꝙ ibidem dicit Pet. de Ancha. quod si tu mutuasti mihi decem præsentibus testibus, quæ postea tibi restitui sine testibus, & deinde a me repetis, & velis stare sacro, possum iurare nō mutuatum ex quo habeo ius in principali. de quo ibi vide Gemi. ¶Redeo nunc ad Postillatorem. & subiungit Postillator vbi s. ꝙ Esau peccauit non solum peccatum gulę inordinate cibum appetendo, sed ēt peccato simonię rem sacrā vendere intendendo. inquantum dicit, ꝙ Esau peccauit ꝓpter duo, primo cibum inordinatę appetendo, secundo rem sacrā
6 vendere intendendo. ¶† Quantum ad primum accedat tex. in c. delitię. & in c. quisquis. xlii. di. vbi hr, quod in vilibus gula attenditur, vt in prcciosis. & pro hoc facit pulcherrimus text. in c. quinq; . de conse. di. v. vbi ponuntur quinq; species gulę, quarum quinta in fine ibi, nonnunq̄ & abiectius est quod desiderat, & tñ in ipso Esu immensi desiderii deterius peccat. Et ita ergo clarissime ostenditur, ꝙ vilitas cibi, q̄ habuit Esau nō eum excusat a peccato gulæ. Non etenim vsus sed concupiscētia reprehendenda est. Hinc Augu. in gl. super illud. Ad Rom. xiii. Noli ꝓ escam destruere opus Dei, non propter pretium, sed ꝓ pomum mortē primus homo inuenit. Et Esau primatum suum non propter gallinam, sed ꝓ lenticulam perdidit. ¶Secundo dicit, quod peccauit Esau rem sacram vendere intendendo, a voluntate enim procedit causa vitii, atq; virtutis. lvi. di. c. nasci. & c. sciendum. viii. q. j. hinc dicit tex. in ca. non est. xvi. q. j. Nemo tenetur ad culpam, nisi propria volūtate de flexerit. & in c. displicet. circa medium. Nemo damnatur, nisi me
7 rito malę voluntatis. † Voluntas enim, & propositum distinguunt maleficium, vt l. verum. ff. de fur. l. qui iniurię. e. ti. c. cum voluntas. de sent. excom. Hinc dicit Isido. Soliloquiorum lib. lib. ii. cap. x. Tale erit opus tuum, qnantum fuerit intentio tua. Et in indiuiduo de simonia dicit gl. in rub. in ti. de simo. Et siu diosa voluntas, vel cupiditas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel sponsali annexum. De diffinitione tamē simoniæ vide Ioā. de Ana. in rub de simo. vbi dicit, ꝙ talis diffinitio est diffinitio simoniæ mentalis, quia in vera simonia esset super addendum cum opere subiecto. in propositum non est curādum, quia non fuit ex parte Esau simonia mentalis, & sic nō sumus in casu. c. fi. de simo. sed fuit vera simonia, quia fuit sub secutum opus. Et quantum potuit ipse Esau, & per eum non stetit, quo minus non fuerit simoniacus contractus ex parte vtriusque.

Sed dicet aliquis, quod correlatinorum eadem est disciplina, si peccauit venditor, ergo peccauit emptor, vt l. j. C. de cupre. lib. xi. vbi no. Bart. ꝙ pœna, quæ habet locum in venditore. ad idem est tex. in c. fi. ff. de iudę. extra. vbi no. Fely. dicens, ꝙ hoc est verum etiam cum materia est odiosa. per gl. in c. ii. de confes. in vj. & in c. cupientes. §. pe. in ver. de veteris. de ele. in vi. vbi no. Gem
8 † Pro solu. dic, ꝙ regula illa aliquas hēt limitationes, vt per Fely. in d. c. vlt. vbi ponit quatuor. Et eundem in procē. decret. vbi limitat principaliter, qñ non est eadem rō in vtroq; correlatiuo. & ad hoc allegat Saly. ita dicentem in l. properandum. §. j. super gl. in ver. euacuabitur. C. de iud. Et ita ibi Cy. & Ang. dicentes, ꝙ pœna, quæ ponitur in actore non habet locum ī reo propter diuersitatem rationis. & ad hoc facit gl. & Panor. in c. j. de loca. vbi dicit, ꝙ pœna, quæ imponitur locatori non extenditur ad conductorem. & facit, quod dicit Io. de Ana. in c. super. de vsur. iii. col. & seq. vbi dicit, licet dare, & recuperare sint correlatiua, tamen aliquando licet dans peccet recipiens tamen non peccat, vt puta, quia necessitatur. Et ad hoc vide Io. de Ana. in d. c. fi. de iureiu. vbi dicit, no. ꝙ pœna venditoris non ligat emptorem, quando ipse emptor non deliquit per c. quia clerici. cum glo. de iure pa. vbi clarissime illud ostenditur sic in proposito ad l. j. de cupres. & similes. Respondet, vt per Fely. in procē. decre. col. iii. ibi, & ad l. j.

Ad secundum arg. respondet Postillator, ꝙ ex quo erat suū ius primogenituræ de iure poterat ꝓ nihilo accipere, & ideo in modico pretio nulla fuit deceptio a parte eius, sed quia nō est verosimile, ꝙ homo prudens pro tam modico pretio rem
9 tanti valoris vendi peteret, nisi alius vellet vendere. † Sed Hebræi aliter soluunt dicentes, ꝙ cibus iste de quo agitur datus per Iacob Esau fratri suo non fuit pretium emptionis primogenitnræ, sed vltra pretium datum fuit a Iacob per modū cō suetudinis curialis, quia in translatione rei notabilis recipiens vel emens rem vltra precium soluit vinum, & aliquando prādium. Et licet spiritualia, & sacra vendi non debeant, ex curialitate tamen, & laudabili consuetudine datum non inducit simoniam ca. & si quæstiones. de simo. sed hic, & ratione ipsius datæ pecuniæ principalis, & ratione curialis consuetudinis cō mitteretur simonia, & ita quod datur repeti. potest, quia hic non est turpitudo ex parte vtriusq;, sed ex parte dantis tm̄, honeste enim dat, sed alter honeste non recipit per l. iiii. §. quoties. ff. de condi. ob tur. cau. cum si. ita Pan. & Io. ade Ana. in d. c. dilectus. de simo. Nec ob. l. j. ff. de condi. inde. quia hic indebitum est solutum ex necessitate pro reprimenda vexatione.

Paulus Burgen. In additio. ad Postillatorem in prædicto loco voluit ad prædicta argumenta aliter respondere dicens, ꝙ de prædicta venditione non est quęrenda ratio, quia historię veteris testamenti figuratiuę fuerunt, iuxta illud, Omnia in figura contingebant illis, vt habetur j. ad Corinth. x. figuralia autem sunt in dupli ci differentia.

10 † Primo, quando illud, ꝙ secundum historiam cōtingebat tradebatur in scriptura iuxta literam ad aliquam doctrinam exemplarem inde sumendam, licet vlterius aliquid aliud præ figuraret in melius, sicut de immolatione Isaac, vt hr Gene. xxii. c. q̄ quidem immolatio ꝛm literam fuit virtuosa, & valde exemplaris cū ꝓ eam ad literā insinuatur excellentia obediētię, & timoris Dei in ipso Abraam, quæ cedit in exemplū salutiferum aliorū, licet passio Christi ꝓ eā longe ꝓfecto amplius figurata sit, & in talib. historiis figuratiuis p̄ter rōnē figuralē requirenda est rō literalis. ¶Secundo mō illa, quæ ꝛm historiā

contingebant

Source : BIU Cujas

contingebant traduntur in ſcriptura ſolum ad figurãdum futura, vt de Eſaia legitur Eſa.xx.ca.q̃ incedebat trib. annis nudus,& diſcalceatus,vt p̃figuraret ruinã Egyptiorũ & Ethiopum futurã,Similiter Oſeę.j.legitur,q̃ propheta accepit vxorem fornicariam,& fecit filios fornicationum,vt p̃figuraret q̃ terra fornicatura eſſet a domino. & in talibus Hiſtoriis tota ratio hiſtorię accipitur a re figurata, nec oportet quęrere aliam rationem naturalem, finis totalis talium hiſtoriarũ eſt non id,q̃ ſunt,ſed q̃ figuratur. Ratio autem eorum, quę ſunt ad finem,ſm Philo.aſſumenda eſt ab ipſo fine. Non enim q̃rẽdum eſt,an honeſte ſe habuerit Eſaias nudus longis temporibus incedendo,aut ſi licite ſe habuerit Ozeas filios fornicationum faciendo, quia illa iuſſu diuino facta fuerunt ſolum ad
11 figurandum.† Vnde dicit in propoſito. Si geſta Iacob cũ Eſau in ipſius primordiis attendantur,manifeſtum eſt,quod fuerũt inſtinctu diuino facta ſolum ad figurandum. Quod enim colidebantur in vtero matris paruuli non fuit ſm naturam, neq; illud ſcriptum fuit,vt inde aliqua doctrina ſumeretur, ſed ſolum diuino inſtinctu factum fuit,& in ſcriptura traditum, ad figurandum,quod duę gentes, ſeu duo populi diuiderentur. ¶Item,q̃ minor frater egrediens ex vtero plantam fratris maioris teneret in manu,ſolũ fuit factum, & in ſcriptura narratum,vt figuret,q̃ Iacob ſupplantaturus erat fratri primatum, vnde geſta iſtorum fratrum adinuicem vbi inter eos de venditione tractatum fuit,fuerunt conformia his,de quibus.s̃.cum eſſent in vtero,vel cum ex vtero egrederentur non, vt cederẽt in exemplum,ſed ad figuram ſimpliciter tãtummodo. ¶Subiungit ſi'r dicendum eſſe de quibuſdam,quæ contingerunt in eorum conuerſatione adinuicem,tam in primogenituræ emptione,quam in receptione benedictionis,quæ omnia figuralia ſunt tantummodo. Ideo alia rõ literalis quęrenda non eſt, & ideo non propterea videtur fuiſſe doloſus Iacob,quia non faciebat p̃p ipſum Iacob,ſed ad figurandum tantum. Erat.n. Iacob vir ſimplex, & habitabat in tabernaculis, vt hĩ Gene. xxv.c.& ibi gl.interlinearis exponit ſimplex.i.ſine dolo, & iõ
12 abſit dicere,q̃ fuerit doloſa emptio eius,qui enim† fuit bonus vel malus ſemper præſumitur eſſe talis,niſi s̃ probetur.gl. no. in c.ſemel.de reg.iu.in vi.per tex.in c.miramur.lxi.di.cum aliis alleg.per gl.nolo tñ dicerę, q̃ bonitas eius ſufficienter probẽ ex illa habitatione tabernaculorum, quia non loca ſanctificant homines.c.non loca.& c.fi.xl.di.& non ſatis eſt Hieroſolymis fuiſſe,ſed Hieroſolymis bene vixiſſe.c.gloria epi.xii.q.ii. & non ſufficit diu ſtuduiſſe niſi bene,vt eſt gl.in l.vnicuiq;. C. de proxi.ſacro.ſcrin.lib.ii.¶Item in propoſito alia facit rõ per tex.in c.licet de reg.vbi dĩ,quod quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt ſub.l.quia lex nõ eſt poſita iuſto.ad idem eſt tex. in c.duæ ſunt.xix.q.ii.hinc diuina inſpiratione excuſantur Iſraelitę a futuro.c.dixit dñs.xiiii.q.v.Sanſon ab homicidio.xxiii.q.v.c.ſi nõ licet.& q.viii.& occidit. & in indiuiduo de ipſo Iacob a mẽdacio cum ſe Eſau eſſe dixiſſet excuſetur.tex.ĩ c.item. §. ponitur. xxii.q.ii.De his omnibus,vide tex.ĩ c.gaudemus.de diuor. vbi ẽt dicit tex.q̃ ſancti patres excuſantur a pluribus ductis vxoribus,vt ibi videas,vide etiam in ſpecie Præp. in c.venerabilem. qui filii ſint leg.§.quod autem.col.xxxiii.circa med.Hinc dicit gl.no.in c.non nos.xl.di.q̃ facta papæ excuſantur, ſicut Sanſo
13 nis & aliorum,† q̃ tam dicit eſſe verum qñ cõſtaret, quod papa idem faceret ex reuelatione diuina,ſicut fuit in aliis ſanctis patribus,ſed ſi hoc non oſtenderet non p̃ſumeretur, pro factis ſuis,ex quo eſſent de genere malorum. per tex in c. cũ ex iniuncto.de hęret.ver.quid ſi forte.vbi vult tex.& no.Pano. q̃ non eſt credendum aſſerenti ſe miſſum a Deo,vel ab eo inſpiratum,niſi hoc oſtendat per operarionem miraculi, vel p̃ teſtimonium ſcripturæ, aut aliud ſpirituale. ad hoc etiam facit tex.in c.niſi cum pridem.de renun.

Et ad confirmationem p̃dictorum adducit Burgen.dictum beati Tho.in ii.ii.q.cii.art.ii.in reſponſione ad ſm arg.vbi dicit, q̃ ſi cęrimonialia præcepta veteris legis eſſent data ſolum ad figurandum futura non haberent aliam cãm,ſeu rõnem præter figuralem.ad hoc facit tex. & gl.in c.fi.§.his itaq;.vi.di.vbi dĩ,q̃ moralia veteris teſtamenti adhuc ſeruantur,ſed figuralia, & cęrimonialia non,aliqua interſerit Burg.de hiſtoriis figuratiuis poſt Iſido.de quibus nõ curo,quia propoſito non congruunt. ¶Et ſi dicatur hoc vĩ eſſe s̃ Apoſt.ad Hebræ.xii. vbi Apoſt. Eſau prophanum vocat, quia p̃p vnam eſcam vendidit primogenita. Et tñ vĩ, q̃ venditio ſua excuſabilis ſit cum figuratiua ſit tñmodo, vt patet ex
14 prædictis rñdet.Pau.Burgen.q̃† venditio Eſau licet ſit figuratiua,proceſſit tñ ex praua intentione.ſ.ex contemptu doni ſpiritualis diuini.ſ.primogenituræ, quod donum habuit a Deo ĩ ſua uatiuitate,iuxta illud,quod hĩ Gen.c.xxv.in fi. abiit parui pendens, q̃ primogenita vendidiſſet,& ſic ex parte ipſius Eſau actus redditur vitioſus, & vituperandus ex quo non ſeruauit promiſſa,ita quod ẽt hoc datum reuocari poterat.c.fi.de ſim.

Ex parte autem Iacob ſecus, quia bona videbatur rõne motus,vt ex præcedentibus, & id potius faciebat ad redimendam vexationem,reprehendit ẽt Pau.Burg. in addi.vii.aliam ſolutionem in qua dĩ ſm Hebræos, q̃ illa eſca non fuit in pretii quãtitatem iuris primogenituræ,ſed ſolum cã motiua ad tractandum de venditione,& quadam curiali cõſuetudine, quę ſolet eſſe inter vendentes & ementes,quia ſi hoc eſſet verum Apoſtolus malę,& immerito Eſau prohanum appellaſſet p̃p illam eſcam,quam accepit cum illa datio eſcę, aut prandii inter prudentes viros ſæpe cõtingat. Ad quod facit gl. in l.dolũ. C.de do.circũſcripta tñ fraude,de qua poſt Aldericum memi nit ibi gl.Ideo hanc ſolutionem reiicit ſimplr adherendo ver bis Apoſtoli.¶Matthias Thorini ſuper eo paſſu.ſ.in d.ca. xxv. ponit rempu.ꝺdictoriam s̃ dictum Pau.Burg.dicens, q̃ ſi conſiderantur ea,quæ dicta ſunt per ipſum Burg. ĩ rñſione ad vii. arg.ſui prologi apparebit eum fruſtra laboraſſe in propoſito, ibi enim in expoſitione cuiuſdam,dicti beati Gregorii in moralibus,videlicet cum ordo hiſtoriæ deficit ſeſe nobis intellectus myſticus quaſi apertis iam foribus oſtendit.dicit ibi Burg.
15 † q̃ hiſtoriam deficere ſm ſignificationem vocum contingit multipliciter in parabolicis locutionibus, ſicut cũ dĩ de Dei digito brachio,& cæteris,quæ in Deo non ſunt prout termini communiter ſignificant. ¶ Item qñ ſignificatio non inducit in moribus aliquam vtilitatem neq; honeſtatẽ conſeruationis.Hinc Aug.inquit, q̃ deficiente hiſtoria recurrẽdum eſt ad ſenſum ſpũalem, quia tunc pro literali accipi dẽt. Ad id idem eſt bea.Aug.xi.ſuper Gene.in prin.dicens,ſi in verbis Dei, vel cuiuſcũq; perſonæ in officium propheticum aſſumptæ dĩ aliquid q̃ non ſit abſurde ad literã,poteſt intelligi proculdubio figuratiue eſſe dictum ob aliam ſignificationẽ accipi dẽt. ita dicit Aug.dans ergo intelligere,q̃ vbi eſt rationabile, neq; abſurdum,primum oĩum committendum eſt literæ ante recurſum ad allegoriam ſuſtinuit Matthias poſtea.Nunc autem in ſancto Iacob.de quo ſermo,nihil eſt abſurdum,nec irrationabile, imo ſi aliquid videatur illicite commiſſum in facto Poſtillator per dubiorum motorum ſolutionem ad intentionẽ ſanctorum Doc.elucidat,& abſoluit. Quare dicit ipſe non eſt hic paſſus ſolum figuralis vt vult Bur.ſed ẽt doctrinalis. docemur enim donum Dei diſpoſitione collatum nobis, vel promiſſum negligere non debere, ſed omni conatu ad ipſum tẽdere, & habito bene vti ſicut Iacob primogenitura ad quam per Deum prædeſtinatus,& electus antequam natus eſſet, vt
ex clericis de vi.& hone.cle.iunct. gl.mitior enim est hæc opinio.quod potius,ita intelligatur, & ideo in materia pęnali est amplectenda,vt in reg.in pęnis de regu.iur.in 6.vbi glo.not.& voluit Butr.in d.c.si diligenti de fo.comp.vbi dicit ꝙ in dubio intelligi dēt canon ferendę sententiæ, & non latę. facit quod scribit Gemi.in c.j.in fin.de elec.in 6.facit quod no.Bal in l.si qua.C.de secū.nup.vbi vult,quod in materia pęnali in dubio intelligatur canon ferendę sententię, nisi adiecta sint illa verba ipso iure &c. Et quamuis prædictis obst.quod no.Bal.in l.i. C.de secun.nup.vbi dicit quod si lex vtatur verbo sit,pone qđ dicat talis si,bannitus,sit infamis,sit excommunicatus &c. qđ intelligitur ipso iure pęna inferri absque iudicis ministerio,nihilominus verior est opinio supra scripta,& contra Bal.videtur tex.iuncta.glo.in c.si qs ex clericis de vita & honesta.cleric. prædictis accedat.l.vectigali.ff.de pignor. vbi sententia requiri vī,quamquam ibi de resolutione contractus agatur, licet aliqui rñdeant illi tex. quod loquatur in sententia declaratoria quæ etiam requiritur, vbi est canon latę sententię, vt voluit Bal.in d.c.j.§.j.quib.mod.feu.amit.cui.tex.ita respondet Iaso. in d.l.2.col.v.C.de iure emph.vlterius facit bonus tex.iuncta. glo.in l. vniuersa.C.de precib.imper.off.& quod ibi not. Bart. & in l.j.ff.de testament. Aduertas tamen quod si lex requirat aliquam solennitatem adhiberi, & si non adhibeatur subiungit quod actus nō valeat, tunc intelligitur,quod ipso iure actº non valeat glo.no.in l.si quis mihi bona. §. communia.ff. de acquir.hæred.vbi Bald.Et hoc procedit in prædicto casu non ex virtute dictorum verborum, vt non valeat,sed ex eo,quia dicta dispositio collata est sub conditione si ipsa solēnitas observetur, nam conditione deficiente deficit ipso iure omnis dispositio,tam inter viuos,quam ī vltima voluntate. l.Meuiº, & l.qui hæredi.§.fin.ff.de condi.& demonstratio.& l.si rem.§. omnis.ff. de pigno.actio.facit l.Iulianus.§.offerre.& l.qui pendentem.ff.de actio.empt.quę omnia notanda & ponderanda sunt pro intellectu dictorum iurium,nam prædicta procedūt qñ dispositiue dicta verba proferuntur,quia tunc ipso iure pęna anullationis actus non infertur, sed per sententiam per quam prius constet de delicto.l.eius.qui ff.de iur. fisc. facit.d.l. vniuersa cum sua glo.Ex quib.firma conclusio vī,quod dicta verba non valeant adiecta dispositioni prefectæ non vitiant actum ipso iure, secus si sub conditione dispositio concepta sit,fa.ciunt quæ scribit Ang.cons.35.Vtrū aūt annullatio actº sit proprie pœna remitto ad no.per Ioā.And.in reg.hodie de reg.iur.lib.6.in c.dispēdia de rescr.e.lib.& in c.fin.de elect.e.li. Paul. de Elea.in prooemio clemētinarum in verbo de cætero Bal.in l.nō dubium col.pen.C.de leg. Imo. in l.si uero.§.de viro.ff.solut.matrimo.Si vero lex vtatur verbo futuri temporis, tunc ipso iure pœna non infertur,nec necessaria est sententia & est omnium doctorum communis conclusio in d.l.in criminali,& in d.§.fine,glo.in d.c.si diligenti, & in c.inolita.xi.q. 1.& in reg.in pęnis de reg.iu.in vi.nisi adiiciantur illa verba ipso facto,tex. est iuncta gl.in clem.si.n. fin.de vita & honestate. cleri.idem si diceret hoc ipso glos.in c. quam sit graue in verbo electus.de elec.lib.vj.Idem si diceret omnino,quoniam importat,idem ꝙ ipso iure secundum glo.in l.j.§.si pecuniam.ff. depositi.in verbo omni quam glo.reputat singula.Rom. sing. j.facit tex in d.l.2.quem ad hoc ibi ponderat Ias.C.de iur.emp. idem si dicet modis omnibus secundum glo. in authen.vt defunct.seu fune. eorum §.Sancimus in verbo modis omnibus. Idem si adsit verbum penitus, tex.est iuncta gl.in verbo arceātur in l.si qui aduocatorum.C.de postu.in ca. clerici. de excess. prælato.in c.ex literis.de offi.dele.cap.fi.de pœ.c. olim.de iure. cum ex iniūcto de ope.no.nunc.Barbat.late in d.c.si diligenti. & in consi.24.col.j.volum.j.vel nisi per aliam legem declarētur ꝙ ipso iure pœna inferatur casus est in c. j.de prohi. feud.alie. per Lotha. iuncta.l imperialem. de prohi. feu.ali. per Fede.nā tex.in d.c.j.loquitur per verba futuri temporis ibi se cariturū agnoscat in d.l.autem imperialem.verba sunt dispositiua prę sentis temporis cassamus & irritum deducimus &c. & ibi loquitur de alienationibus iam factis, & præteritis,& futuris,vt ipso iure nullę sint,cum eadem sit ratio in vtraque alienatione,idem & fortius dicendum est,si per verba sequentia eiusdē legis constat mentem eius fuisse, quod verba præcedentia futuri temporis importēt canonem latę sententiæ,& quod ipso iure fiat,probatur, & not.in c.dispendia de rescrip. lib.6.idem dicendum est si adijciatur verbum remouens temporis interuallum inter delictum, & pœnè appositionem,vt vult gl.fin. in c.quam sit.in fi.de elect.lib.6.idem voluit gl.in verbo innodetur.in ca. 2.de hære. lib.6.idem si addiiciatur verbum statim glo.in c.excommunicato. 11. q.3.idem de verbo protinus, & prorsus secundum Host.in c.in quibusdam de pœnis,idem in verbo funditus,vt not.glo.in l. decernimus.§.1.C.de sacrosan. eccl.no. Gem.in d.ca.quā sit in fi.ex quibus remanet discussus presens articulus vltra quam Doc.prosequātur.¶ Remanet ēt firma conclusio quod in casu proposito vasallus non faciens debitam recognitionem intra annum,& diem,non priuatur ipso iure feudo,sed necessaria est ſnīa & ad allegata in ꝙrium pro alia parte,patet rñsio ex.s. scriptis, maxime ad c.1.in prin. quę sit.j.causa bene.amit.nam licet tex.ibi vtatur verbo presētis temporis indicatiui modi,tñ intelligitur non ipso iure sed per sententiam, quia eadem lege declaratur, quod per sententiam priuari debet,dum subiicit.j.statim sē cariturum &c. vt s.dixi,quia per alias ll.ita declaratum est,videlicet per.ca.r. quo temp.mil.& c.fin.co.ti.& capi. j.de feu.sine cul.non amit. & s.tetigi ex quibus patet reuerenter loquendo non procedere id quod d.Bal.in d.c.quę in ecclesiarum,dum dixit,quod statim feudum est apertum domino quo ad dominium, & possessionem.Nam nō est verum,quo ad dominium, vt patet ex prædictis & cōtrarium ipsemet dixit,in d.c.j.§.j. quibus modis feu.amit.& in d.§.calidi,quo autem ad possessionem etiā non procedit,& contra eum est tex.in c.fin.quo temp.mil inuestit.

2 vbi ad literam.d.†quod nemo eiiciatur de possessione sui beneficii nisi conuicta culpa,quæ laudanda sit per iudicium pariū,not.verbum conuictus positum in c.i. de feu.sine culpa non amit.ex quibus verbis percipitur,quod non ipso iure qui priuetur, sed mediante sententia, eo quia factum hominis requiritur,vt quisquis cōuincatur,requirūntur enim testes, vt dicatur aliquis conuictus.l.fin.C.de compen.vel ipsius confessio,l qui sententiam.C.de pœnis, vel quod sit condēnatus.l.4. C.quorum appella.non recipian.l.fi.C.de execu.rei iud.& no. Cyn.in l.si quis.C.ad l.Iulia.maiesta.Et ideo tex.in d.c.fi.de cōuicta culpa laudanda per pares, &c.ex quibus aperte constat, ꝙ vasallus ob dictam culpam,quę per dominum asseritur nō priuatur statim ipso iure dominio vtili, & possessione beneficii,sed per sententiam factis prius probationibus super ea.Nō tamen nego,quod dominus prætendens vasallum cecidisse a iure feudi propter non factam recognitionem intra tempus debitum non possit in prejudicium ipsius domini procedere ad inuestiendum alium de feudo,nam de re aliena fieri potest inuestitura,nec est de substantia inuestiturę,quod dominium beneficii sit apud ipsum inuestientem, vt patet in tit.de inuesti.de re alie.fact.non tamen in præiudicium ipsius vasalli possidentis verum ipsa inuestitura de nouo facta confirmabitur, cum dominium vtile consolidatum fuerit cum directo apud ipsum dominium secuta sententia, & laudamēto parium,iuxta ea,quæ leguntur in l. si a Titio. ff.de rei vendicatio.plene p Bart.in l.cum vir.ff.de vsuca.& l.rem aliena.ff.de pigno actio. & ad hoc vide Roma.consi. 27. q in super.d.Bal.in d.c.quæ in ecclesiarum quod extincto rit. euanescit possessio.Respondequod titulus non euanescit ipso iure, sed demum cōuicta culpa & lata sententia igitur.&c. Præterea secuta sententia non euanescit possessio,quatenus facti est, sed ipsius institificatio, & quamquam remaneat iniusta, tamen nō extinguitur. immo in ea prædo tuendus est c.in literis de restitu.spo.l. j.§ deiicitur. ff.de vi & vi arma.l.meminerint. C. si per vim vel alio modo. Iustitia itaque possessionis dependet a titu.possessio. vero minime,facit quod in simili not.Sali.in l.2.de iure emphi. in ver. modo quarto quæro,nec obst.l.quæro.§.inter.ff.loca. quia ibi loquitur in colono,qui est simplex detentor qui non sibi, sed domino possidet.l.male agitur.C.de prescrip. 30.anno.& hāc partem respectu possessionis sequitur expresse Iser.in d.§. calidis.circa fin.& in d.c.j.quo tempo.mil.in verbo damnetur.Nō obst.etiam quod dictum est de emphiteuta per d. l. 2. quia ex prædictis patet responsio quod ibi illud est,quoniam ex verbis ipsius.l.colligitur esse canonem latę sententiæ secus ī casu nostro,præterea illud,quod traditur in d.l.2.exorbitat a reg. communi omnium contractuum nominatorum,quorum regula est quod vno adimplēte pro parte sua alio vero morante, qđ is qui adimpleuit agit ad implementum contractus & interesse.l.in ciuili.C.de rei vendicatio. non autem potest rem traditam recuperare.igitur trahi ad consequentiam minime debet.l.ius singulare.ff.de legi.maxime cum similibus in pœnalibus in quibus non debet fieri extensio ad alium casum qui.a expressum.c.statutum de elect.lib.6.faciunt quæ tradit Alexā. in l.diuortio.§.si fundum.ff.solut.matrimo. & idem consi. cvi. viso themate col.pen.volum.3.vbi concludit tenere argumē. de emphiteuta ad vasallum,& econtra in casibus tantum nō exorbitantibus a iure communi, quod sequuntur Moder.Papi.in suo tract.feu.q.4. prin.col. 3. in i.parte.Ex his patet quod nō licebit domino propria authoritate vasallum de possessione beneficii expellere quando intra tempus debitum non fecit debitam recognitionem.sed pro complemēto huius difficultatis quæro generaliter,qñ liceat dño ppria auctoritate expellere emphiteutam, vel vasallum de possessione beneficij sui.glo.& Doc.tangunt in d.l.2. C.de iure emphi. Inno.tetigit in cap.si propter extra locat.Spec.in titu.de locato. §.nunc aliqua,ver.xlviij..Imol.& alii in d.ca.potuit extra locat.Dicerem pro opi.concordia,quod aut emphiteuta vel vasallus priuare vult aut turbat dominum de sua ciuili possessione recusans,

forte

Source : BIU Cujas

forte ſoluere canonem allegando rem eſſe propriam & allodialem, vel quod res non eſt feudalis, & quod ob hoc dominum recognoſcere non tenetur, & tunc licitum ſit domino pro defenſione ſuæ ciuilis poſſeſſionis propia auctoritate expellere, quoniam vim propulſare debet. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. l. ſciam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. nam hoc caſu dicitur potius ſuam retinere, quam alienam inuadere, adduco ad hoc text. no. in l. ſeruus tuus. C. quod cum eo. & quod ſcripſit Bar. in l. j. §. hoc interdictum. ff. vti poſſide. & quod legitur in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infect. & in l. cum creditor. ff. de fur. & quod no. Inn. in c. j. de immu. eccc. Aut dominus non inquietatur in ſua ciuili poſſeſſione, quoniam forte emphiteuta, vel vaſſalus fatetur, vtiq; rem eſſe emphiteuticam, vel feudalem, & eam tenere ab ipſo domino, ſed fortaſſe allegat ſe non teneri ad ſolutionem, vel quod non tenetur recognitionem feudi facere, vel quod minime recognouit iuſta aliqua cauſa impeditus. & tunc non videtur, quod non liceat propria auctoritate ſibi ius dicere, & illum de poſſeſſione expellere, vt in tit. ne quis in ſua cauſa. l. colonus. ff. de vi & vi ar. & l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. immo prius conuicendus in via iudiciaria, vt eſt tex. in d. c. ſi. quo temp. mil. inueſt. accip. deb. hoc etenim caſu dici non poteſt, quod dominus, tunc faciat pro defenſione ſuę ciuilis poſſeſſionis. immo tunc emphiteutam, vel vaſallum turbaret in ſua naturali poſſeſſione, ſecundum Inn. in d. c. propter, bene facit. c. cum ſecundum. de hære. lib. vi. & c. licet. el ij. de præben. & quod no. Bar. in l. eius qui. ff. de iure fiſ. ex ſola enim ceſſatione debiti canonis non dicitur dominus turbari in ſua ciuili poſſeſſione. alias enim non expectato biennio, vel triennio, licet domino illum expellere, vt ſe tueretur in ſua ciuili poſſeſſione ſi emphiteuta etiam ante biennium, vel triennium eum turbaret in ſua ciuili, ſi forte prætenderet ſe non teneri ſoluere canonem primi anni, eo ꝙ aſſeram rem eſſe propriam & allodialem, quod no. pro intellectu eorum, quæ traduntur in d. l. ii. & pro prędictis bene facit, quod nota Bar. in l. creditori. C. de pigno. in verſi. iiii. in prin. quæritur, vbi omnino videas, & Bal. in l. ii. C. de ſerui. & aqua. col. viii. quod tamen intellige quãdo incontinenti dominus turbatus in ſua ciuili, vult propria auctoritate poſſe. ingredi, ſeq. ſi ex interuallo, ſecundum prædictos Doct. vel ſi iam de hoc inchoatũ ſit iudicium, ſecundum Bal. in d. c. quæ in eccleſiarum. & in d. l. ii. Si autem inueſtitura finita foret tempore vel ſucceſſione, & foret clarum, tunc dominus propria auctoritate poteſt poſſeſſionem rei accipere, & hoc caſu procedit, & ſecundum hoc temperamentum debet intelligi, quod dixit Bald. in capitulo primo. de controuer. inter dominum & fidel. & adde quæ no tantur per eundem in l. prima. col. iii. ca. vnde vi, & in cap. j. in fi. de pac. iur. fir. & Sal. & alios in d. l. ii. & Spe. in ti. deu. §. apquoniam. verſicu. xviii.

SVMMARIVM.

1 *Tertius non poteſt opponere indigno, quod ſibi vt indigno hæreditas venit auferenda.*

AN TERTIVS VASALLO OPPONERE POSSIT, DE RECOGNITIONE NON facta in tempore. Quæſtio xxiiij.

EX prædictis infertur, quod ſi vaſallus vendicare voluerit ab aliquo feudum, quia dicat ad ſe pertinere iure feudi prout poteſt. c. j. §. rei autem. de inueſt. de re ali. facta non poterit ſibi tertius opponere, quod ceciderit a feudo ob non factã recognitionem domino tempore debito, quoniam nondum eneruatum eſt ius vaſalli, niſi conſtet de domini volũtate volentis illum cadere, etiam niſi conuincatur, vt ſ. dictum eſt, faciunt no. per gl. in l. ii. ff. ſi ager. vect. vel emphi. pet. facit text. no. in l. his conſequenter. §. j. ff. de his quib. vt in indi. iuncta gl. vbi tertius non poteſt opponere indigno, quod hęreditas ab
1 eo, vt indigno veniat auferenda, quod ſuadetur ex quo enim priuatio feudi, & ſic vtilis dominii eſt, quid pęnale, vt dixi ſ. oportet, quod de iſta domini voluntate clare conſtet, ſecundum Abba. in conſilio clxxiiii. in vlti. colum. in princ. faciunt, quæ tradit Iaſ. in d. l. ii. col. ii. ver. ex hoc dicit Barto. facit, quod dicit Bal. in l. fi. C. de reuo dona. vbi fortius dicit, quod in omnibus caſibus in quibus feudum, vel emphiteuſis ipſo iure perditur, neceſſe eſt, quod dominus declaret voluntatem ſuam, quoniam intelligitur ſi dominus voluerit, & allegat gloſſ. in dicta l. ſecunda. facit, quod tradit Alexand. conſilio lxxix. columna fina. volumine primo. Baldus conſilio cccj. in prima parte.

VTRVM VASALLVS QVI IN DEBITO TEMPORE NON RECOGNOVIT COGI POSSIT a domino, vt eum recognoſcat. Quæſt. xxv.

INfert pręterea ex quo vaſallus, ita demum amittit ius ſuum, ſi dominus voluerit propter nõ factam recognitionem, qđ ſi dominus voluerit illum perſeuerare in fidelitate poterit agere contra illum, vt eum in dominum recognoſcat ne ex ſua malitia &c. l. placet. §. fi. ff. de interdic. & releg. l. ſi cui. ff. ex quib. cau. maio. c. ex tenore. extra de reſcrip. no. Spe. in tit. de feu. §. quoniam. verſi. xxvii. Rapha. Cuma. conſil. cclii. inter conſilia Fulgo. facit, quod dicit Bald. in c. qui clericus. ſi de feudo fuer. controuer.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio fidelitatis, ac iuramentum continet in ſe ſpeciem ſeruitutis.*

AN FIDELIS INVITO DOMINO FEVDVM refutare poſſit. Quæſtio xxvj.

SEd tunc quæro, quid ſi vaſallus vellet refutare feudum, an domino inuito hoc facere poſſet? Et in hac qſtione videtur apertus tex. in c. j. de vaſal. qui contra conſti. Loth. feudum aliena. ꝙ poſſit refutare feudum inuito domino, glo. plene diſputat in c. fi. de cap. qui cur. vendi. & diſtinguit, quod aut feudum eſt conceſſum ad certum ſeruitium, aut incertum. primo caſu non poteſt renunciare inuito domino, ſecũdo vero caſu ſic quaſi tunc nondum ſit purificata obligatio, ex quo infertur, quod ſi purificata foret, eo quod per dominum declaratũ, & indictum foret ſeruitium ſpecifice vaſallo, puta vt ſecum proficiſcatur in exercitu, tunc etiam refutare minime poſſet, arg. eorum, quę traduntur in l. incola. el. ii. ff. ad munici. de quo late inſiſtit. Rom. in d. l. is cum quo. & voluit Bal. in p̃lud. feud. col. vi. & Feli. loco j̃. allegando, hanc opi. proſequi vr̃ Dy. & Iac. de Are. in l. prætor. §. hoc edictum. ff. de dam. infect. Bar. & Pau. de Caſt. in l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcẽ. & glo. in c. j. §. calidis. vbi Bal. de prohi. feu. ali. per Fed. & d. Io. de Imo. in c. quæ in eccleſiarum. extra de conſti. quod hæc opi. ſeruare tur in practica, & dicit Alua. in d. c. fi. col. antepe. quod omnes Doct. illam ſequuntur. & Fel. in d. c. quę in eccleſiarum. nu. 78. dicit, ꝙ ita communiter tenent, & ſequuntur Iſer. Car. & omnes in d. c. fi. Mod. Pap. in ſuo tracta. in iiii. parte. in 31. & vlt. q. primæ regulæ prin. & Rom. conſi. xxvii. viſo themate Zab. conſi. 23. col. iii. Capel. deciſ. ccccliii. & deciſ. Neapo. ccv. verſi. xi. & cccvii. Bald. in procœ. feud. col. vi. ver. ſed ſtatim diſtinxit. ꝙ aut contractus feudalis fuit celebratus ſimpliciter, aut per ſtipulationem, vel etiam iuramenti, eo ꝙ vaſallus non tantum iurauit fidelitatem, ſed etiam iurauit obſeruare promiſſa. primo caſu procedat diſtinctio glo. in d. c. fi. ſecundo caſu, quãdo per ſtipulationem, tunc renũciare poteſt feudo, ſed tenetur ad intereſſe, eo autem caſu quo iurauit, tunc iurãs præciſe cogi poteſt ad præſtandum ſecundum gl. no. in l. ſi pecuniam. ff. de cõdi. ob cau. in verbo, quia iuraſti ſeruitium, & ſequitur Iaco. de S. Geor. in inueſti. ſua ver. qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis. col. vii. ver. nam ſi quęritur. hæres autem eius præciſe cogi non poteſt, quoniam non iurauit, ſed ad intereſſe tantum tenetur. nam vinculum præciſum, & ſpeciale iurãmenti eſt perſonalę ex parte iurantis, ſecundum Inn. in c. curatis. extra de iureiu. ſecundum Bald. ſed aduerte, quoniam contra id, quod dixit Inn. quod iuramẽtum eſt perſonalę &c. But. in c. cum contingat. de iureiuran. tenet, quod hæres teneatur ſeruare iuramentum per defunctum præſtitum. Ne eius contrafactione periclitetur anima defuncti, allegat c. fi. de ſepul. cap. in literis. de rapto. Mihi autem placet eius dictum, ſed non eius ratio, quoniam ſecundum eum ſequeretur, ꝙ foret in poteſtate hæredis aggrauare animam defuncti, quod non eſt dicendum, anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur, & pater non portabit iniquitatem filii. l. j. C. ne filius pro pat. vnde conſiderari poteſt, quod iuramentum habet duo vincula, primum reſpectu periurii, & iſtud dicitur perſonale. & ad hæredem non tranſit, adeo quod reſpectu iuramenti hæres iurantis non aſtringitur foro iudicis eccleſiaſtici, ſecundum Ioan. An. in c. fi. de foro compe. & no. Bal in authen. ſacramẽta puberum. C. ſi aduer. vendic. plenius in l. ii. col. xv. C. de reſc. vendic. Aliud eſt vinculum circa obſeruantiam contentorũ in ipſo iuramento, ſeu eorum ſuper quibus præſtat, & hoc quidem tranſit in hæredem, vt teneatur obſeruare ea, ad quæ defunctus erat obligatus, & vt̃ non poſſit contrauenire facto de

functi

Source : BIU Cujas

functi,nam vt d.Angel.in l.qui superstitis.ff.de acqui.hæ. istud vinculum transit,ita in hæredem, sicut reliquæ obligationes personales,vt §.j.in Auth.de iureiu.a mor.præst.col.facit. l. nã & postea.§.fin.cum l.seq.& l.si duo patroni. §.idem iudicium. ff.de iureiu.l.cum quis.§.codicillis.ff.de leg.iii. & quod legitur in d.auth.sacramenta puberum.ex quibus infero, quod differentia quam facit Bal.inter iurantem,& eius hæredem,quam sequit Feli.in d. c.quæ in ecclesiarum.nu.76.non videtur iure procedere, quia eius hęres sicut iurans, tenetur ad obseruantiam contentorum.benefacit,quod no.Ioan.de Lign. in d.ca. veritatis.Item aduerte,quoniam differẽtia,quam faciunt Docto.vt dixi s̃.videlicet, an contractus feudalis fiat simpliciter, an per stipulationem &c.non videtur vera, quia quamuis nõ interuenerit stipulatio,tamen inuestitura simpliciter facta cũ ense,baculo,birreto, aut alia re corporea est efficax ad agendum,& producit ex se obligationem,& ius agendi, vt patet ĩ c.inuestitura.de noua form.fideli.& c.j.§. si autem controuersia.de controuer.inuest.& in c.j quid sit inuesti.Præterea distinctio illa,quæ fit per gl.in d.c.fi.de cap.qui cur. vendi.non videtur efficacem habere rationem diuersitatis, videlicet, an feudum datum sit ad certum seruitium,vel incertum, cum ita efficaciter ex consuetudine feudi agi possit ad incertum seruitium præstandum sicut ad certum, vt dixi late inprelud.& cõtra eam videtur tex.in d.c.j.de vasal.qui contra consti. Lotha. qui indistincte loquitur,& consequenter indistincte intelligẽdus videtur. Quapropter mihi videretur vltra omnes,quod alia foret habenda consideratio,nam quandoque fit nuda,& simplex inuestitura,vt puta, quia dominus dicit inuestio te de tali re,quæ absens est,nec interuenit traditio ensis, & baculi, & hoc casu nullum ius oritur ex ea, nec dominus, nec vasallus adstringi potest ad illius obseruationem, eo quod est simplex dictum,ex quo nulla actio oritur, nec ad rem agi potest. l.sciendum.§.dictum.ff.de ędi. edi. quando fit solennis & efficax inuestitura,& sic quando inuestitura non stat solum in finibus verborum,sed dominus procedit ad vlteriora,videlicet porrigendo in manibus vasalli annullum,vel ensem, vel aliquod corporeum,quæ vigore consuetudinis feudorum habẽt vim ficte traditionis,& ipsum simplex dictum vestiunt,& roborant quemadmodum interuentum literarum corroborat illam simplicem confessionem factam extra iudicium,confiteor me recepisse a te decem,ex causa mutui,quę non obligat quia est simplex dictum.d.§.dictum insti.de literarum ob.glo. in l.ii.§.appellata.ff si cer. pet. vel si dominus tradiderit ipsam rem vere,& tunc an liceat alicui ipsarum partium resilire ab ea. Si recte considero tex.in hac materia loquentes,videtur constituẽda differentia inter dominum & vasallum,nam dominus non potest recedere ab ea sine consensu vasalli.sed totaliter cogitur ad ipsius obseruationem.d.ca.inuestitura.d.§.si autem controuersia.& c.j.de inuest.de re alie.fac. Vasallus vero non cogitur ad ipsius implementum, si rem feudalem habere non vult,probatur aperte in ca.j. §.est & alia,quę fuer.j. causa benefi.ami.imo si semel acceptauerit,& rem ipsam feudalem assecutus fuerit,potest eam dimittere, ac refutare,vt in d.c.j.de vassal.qui contra consti.Lotha.suadetur ratione,nam aut talis renunciatio fit iure permittente,& hoc casu vasallus licite facit,aut iniuria hoc facit, & tamen abstinet de facto a præstatione seruitii, & tunc de iure alia sufficere pęna non potest quam feudi priuatio, vt d.cap. j. §.sed nec est alia,non mirumigitur si admittitur ad refutandum,quia dominus hac via celerius assequitur,quicquid assequi posset alia via, & frustra fit per plura,quod per pauciora fieri potest.l.dominus testamento.ff.de condi.indeb.& dici potest, quod hoc fiat fauo
1 re libertatis,†nam fidelitatis promissio, ac iuramentum continet in se speciẽ seruitutis,vt no.in l.si cuius.in prin. ff. de vsufruct.& in c.cæterum.extra de iudi.libertas enim est amica legibus.l.libertas.ff.de reg. iur. seruitus autem est odiosa.l.intercidit.ff.de condi.& demon.faciunt quæ d.Bal.in d.c.quæ in ecclesiarum.col.iii.de consti.Præterea feudum vt plurimum cõceditur gratuite, vt dixi in prelud. Item seruitium per vasallũ non præstatur omni anno,sed interpollatis temporibus,secũdum casuum exigentiam,& communiter res feudalis, longe maioris est pretii, quam sit pretium ipsius seruitii,cedendo ergo ipsi rei plus facit,quam si seruitium præstaret,igitur admittendus videtur,facit l.illud. in prin.ff.de tributo.l.item si res. §. potest. eo.ti.hanc rationem tradit Bart.in d.l.is cum quo.ff.de aqua plu.arcen.quam multum gusto,eo quod nunquam,aut raro continget, quod dominus potius non caripendeat habere rem feudalem,quam vasalli obligationem,& quamquam aliquando contrarium comperiatur,illud erit de raro contingentibus.l.nam ad ea.ff.de legibus. & licet hanc rationem impugnare videatur Imo.in c.ad audientiam.in fi.de reb.ec.non alie.vbi sequitur glo.& Dy.& in d.c.potuit post gl.in d.l. is cũ quo.& Io.An.in addi.Spe.in ti.de locato.§.nunc aliqua. versi. cxxviii.& Archi.in c.de forma.xxii.q.v.tamen vt dixi superior opinio.de iuris subtilitate videtur verior, non omitto tamen quod Cardin.in dicto capi.fina.columna secunda.citat quosdam tenuisse, quod de iure canonico propter bonam fidem seruandam inter dom.& vasal. non possit vasallus renunciare feudo etiam recto,& simplici quod pro notando referunt Papien.loco allegato.

SVMMARIVM.

1 *Dominium translatum in aliquem absq; facto suo non potest auferri.*
2 *An & quando admittatur purgatio moræ vbi dies,& certa pęna adiecta non est.*
3 *Non debemus esse clementiores lege.*
4 *Contractus feudi est stricti iuris.*
5 *Clausula in medio posita debet intelligi secundum sua extrema.*

VTRVM VASALLVS QVI INTRA ANNVM ET DIEM INVESTITVRAM NON petiit moram purgare possit Quęst.xxvij.

QVæritur præterea an fidelis qui intra annum, & diem inuestituram non petijt moram purgare possit? Tenendo opi. quod ipso iure ceciderit a feudo concludendum, videtur quod non, nam executio iam a lege facta foret,& dominiũ vtile translatum, esset in dñm cum lex talis ipso iure pœnã imponens executoria dicatur, vt c.licet canon,de ele.in vi.cõsequenter mora purgari haud posset. l.si is cui.j. respon.ff.de lega.ii.facit,quod no.Dyn.in l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb. ob. & est ratio, quoniam postquam dominium translatum
1 est in dominum, †absque facto illius auferri non debet.l. fin. ff.de pact.l.id quod nostrum.ff. de reg.iu.benefacit.l.qui ob rẽ. ff.de condi.indeb.l.iam tamen.ii.respon.ff.iudi.solui.item vbi pœna moræ est iuris alterius in alterum translatiua non admittitur purgatio moræ.l.si.§.sed & si quis.C.commu.delega. & l.i.l.ii.& fi.C.qui admit.ad bono. pos.possunt, & hanc partem firmat Bal.in c.i.quo temp.mil.inuest.pet.facit,quod no. glo.in c.cupientes.§.quod si per xx.super verbo,expectare, de elect.lib.vi. Tenendo autem quod ipso iure non priuetur, vt superius concluſum est,cessaret dicta ratio, nec per eam concludi posset moram purgari non posse.sed alia ratio tangitur per Bal.in d.c.j. quoniam contra statutum legis non admittitur purgatio moræ.item quia iste contractus habet in se temporalitem quandam, s. quousq; vasallus obtemperet statutis per legem,& ideo non prorogatur,ar.l. epistola.§.fi.ff.de pac. l.quæro.§.inter.ff.loca.facit præterea,quoniam vbi dies,& pę-
2 na adiecta est,† non admittitur purgatio moræ. l.traiectitię.§. de illo.ff.de actio.& oblig.l.magnam.C.de contrahen.& com mitten.stipu.Bar.in iii.& iiii. oppo. & omnes scriben.in l.si insulam.ff.de ver.ob.sed hoc loco dies & pœna certa est, & a lege expressa,igitur &c. obtinet enim locum etiam prædicta regu.quando dies & pœna a lege imponitur, vt no. scriben. in d.l.si insulam.suadetur ratione. nam vbi de resolutione actus agitur durius agitur cum lege, quam cum homine. l. si libertus.ff.de iure patro.Bar.in d.l.si insulam.col.viii. Accedat tex. in c.j.in prin.quid insit si vassal.post alie.feu.illud recupe.in l.j. §.si rem.ff.depo si.no.per gl.in l.imperialem.in ii.gl.in prin. de prohi.feu.alie.per Fed.quam Docto.communiter ibi sequuntur,vbi vasallus qui semel feudũ alienauit,quo sane casu culpam commisit. Redimendo feudum illam culpam purgare non potest.d.c.j.facit tex.in c.j.§.ex hoc,de feudo fœminæ, vbi is,qui propter clericatum assumptum feudum perdidit, deponendo habitum ius feudi recuperare non potest, quum pœnitentia nocens quis esse minime desinat. l. quis sit fugitiuus. in prin.ff.de ædil.edi.Pro hac etiam opi.mouetur. nam hic fidelis inuestituram facere cessans,intra annum,& diem dominum contemnere videtur, qđ probo. paria enim esse videntur,cp vasallus feudum alienet, vel moram committat in nõ petendo inuestituram in tempore debito,hoc probatur in c. potuit.in ver. emphiteuta quoque,extra locati. Sed vasallus alienando feudum dominum contemnere dicitur.c.j.§.fi.quę sit pri.cau.bene.amit.item igitur in moram faciente, & quod hic negligens inuestituram petere contemptor dicatur, probat tex.iuncta gl.in verbo,contempserit.in c.cupientes. §. qđ si per xx.de ele.lib.vi.itẽ appellatur ingratus.c.j. in princ.quæ sit pri.cau.benefi.amit. quæ ingratitudo nil aliud videtur,quã quidam contemptus domini,facit tex.in c.causa. in Authẽ.vt cum de appel.cogn.Et ideo dixit pulchre Bal.post Odof. in c. j.col.pen.ver.& potest poni exemplum,quando in dominum deliquit,si vasal.prop.feud.priuetur.quod ex quo vasallus nõ petens in tempore inuestituram delinquit in personam domini,sicut si vxorem eius cucurbitaret,feudum reuertitur ad dominum

dominū excluſis omnibus deſcendentibus & agnatis,vt iniu rię ſuę vltionem habeat quem refert, & ſequitur in alio pulchro Soci. conſi.lxvj.col.pen.verſ.v.confirmatur iſta concluſio volu.iii. vbi concludit, quod querela quæ proponitur aduerſus vaſallum ceſſantem petere inueſtituram tempore debito,ſi mota non fuerit viuente vaſallo, illo mortuo moueri nō poteſt aduerſus filios & hæredes, quoniam in tali actione agitur de vindicta iniurię illatę domino & ſic eſt quaſi actio iniuriarum, quę tendit ad vindictam, quę non competit hꝛdi,nec aduerſus hæredē, ſi in vita intentata non fuerit. l.cū emancipata.§.ſi emācipatus filius.ff.de colla.bon. faciūt not. per glo.in l.ſi,ille. C.de decur.li.x.in l.omnimodo.C.de inof.te ſta.imo dixit Pau.de Ca.in l. adoptiuum.§. patronum inquit. ff. de in ius vocan. quod ex quo vaſallus non petens renouationem inueſtituræ intra tempus debitum delinquit in perſo nam domini, feudum reueritur ad dominum etiam in præiudicium agnatorum ſequitur Alex.conſ.x.col. ij.in fi.vol.iij. ex quibus ſatis probatum videtur, quod vaſallo negligēte in ueſtituram petere dominus cōtemnitur ac iniuriatur. Tūc ar guo ſic,ex iuramēto nouę formę fidelitatis, vaſallus tenetur non facere quicquam in præiudicium honoris,& perſonę domini, imo tenetur procurare ne dominus aliquem honorem amittat.c.j.de noua for. fidel. ergo vaſallus ex prædicto iuramento intra annum & diem inueſtituram petere tenetur, qa alias nō petēdo iniuriā domino infert, & pro hoc facit quod ſubtiliter tradit Areti.in cō ſ.xiiij.col.ij.circa princi.vbi inquit, ꝙ vaſallus tenetur ex iuꝛo.d. nouę formę fide.nō alienare feudum,qm̄ alienando dominus contēnitur.d.ca.j. §.fi.ſed ſi hoc verum eſt,quod iurata ſit talis promiſſio,ſequitur neceſſario, quod moram committens purgari nō poteſt l.ſi quis maior, vbi Doc.no.C.de trāſac.Barto. ind.l.ſi inſulam in q.v. vbi omnes alij.ff.de verb.obli.Bar.in l.ij.& ſi poſt tres in lec.col.fi.ff.ſi quis cautio.Alex.conſ.cvj.Magnificè prætor col.iij.volu.iij.Et ideo dixit not.idem Ale.conſ.lxxxv.& conſ.cxxvj. vol.j.quod emphiteuta ſi iurauerit ſoluere canonē,ſi non ſoluerit ꝓpter periurium priuatur iure emphiteutico, nec expectatur lapſus bienniꝝvel triēnij,quem ſequitur Iaſ.in d. l. ſi quis maior col. iij.ver.no.bene.Et hanc opi.de iure veriorem eſſe.d. Bal.in d.c. j.in fi.prin.quę ſit.i.cauſa benefi.amit.qm̄ contrarium lege nō
3 probari videtur, † igitur clementiores nos lege minime eſſe dēmus.§.oportet Auth.de iud.hanc partem ſequitur Io.And. in reg.mora.& Sali.in d.l.ij.q.iij.circa fi.C. de iur.emph. Andr. Iſer.in d.c.j.verſ.quādo dies ponitur a.l.quo temp. mil.inueſt. pe.deb.Alb.in d.c.j.col.vj.quæ ſit.i.cauſa be.am.& ibi etiā præpo.col.ij.& iii.idem Alua.in d.c.j.col.x.ver. quæro cum glo.ſi. quo temp.mi.inueſt.pet.deb.& hanc opi.communem præſupponit Iac.de.ſ.Geor.in trac.feu.verſ. qui quidem inueſtiti præſtiterunt iurm̄ fidelitatis.col.ix.ver.nunc eſt videndum,& Moder.Neapo.in d.c.j. colum.v.in ii.nota.quo tem.mil.& in c.i.§. nulla col.iii.ver.dico tibi vnum,per quos fiat inueſt.Ex aduerſu autem, quod imo mora purgari poſſit, dicendum videtur, quia vbi dies eſt terminus,& pęna a lege adiicitur, admittitur purgatio morę, ſiue dies adiecta ſit ab homine.l. ſi ita quis.§. Seia.ff.de ver.obli.ſiue a lege,prout eſt in caſu noſtro.l.ſi cum dies.§.fi. & l.Celſus.ff.de arbitris,itē pro hac opi.videtur caſus in d.c. potuit extra locati, vbi poſt commiſſam morā per lapſum temporis a lege ſtatuti potuit emphiteuta celeri ſatisfactione ſibi conſulere, & conſequenter moram purgare, vlterius purgatio morę inducta eſt ex æquitate.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.obli. Aequitas autem expoſtulare videtur,vt ſaltem celeri petitione inueſtiturę morā purgare poſſit, ſicut in emphiteuta dictum eſt præſertim cum ea, quæ incontinenti fiant,actui ineſſe videantur.l.lecta.ff ſi cer.pet.faciunt not.per Bal.in rub.quid iuris ſit ſi vaſ.poſt alie.feu. illud recuper. confirmatur,qm̄ vt dixi in iiii.q. hic contractus feudi,videtur bonęfidei,igitur licet dies & pœna certa a lege præfixa ſit,tamen purgatio morę admitti debet. l. Lucius vbi Pau. de Caſt.ff.de actio.emp.a contrario ſenſu,& fuit dictum Bal. in l.cum allegas.col.pen in vi.oppo.C.de vſu. quod ſumme cōmendat Iaſ. in d.l.ſi inſulam. vt licet illud dictum plerique impugnent, vt per Iaſ.ibi & in l.& ſi poſt tres col.fi.ff.ſi quis cautio .tamen illud defenditur per Moder.hiſpa. in §. actionum col.ii.inſti.de actio.præterea ſuadetur per id quod dicit Bal.in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pactis vbi inquit quod quando dies & pœna legalis eſt,vt hic admittitur purgatio morę,vt no.in d.c.potuit, ſed vbi pœna, & dies ab homine adiecta eſt, non admittitur purgatio moræ. l.magnam. C.de contrahen.& commi.ſtipu. hæc difficultas pendet ab his quæ leguntur in d.l.ſi inſulam.ff. de verbo.ob.Bar.Ang.Imo.Alex.& omnes cōiter concludūt quod vbi dies,& pœna prefixa eſt, quod non admittatur purgatio morę,ſed vt iam dictum eſt,dies & pœna ſtatuta eſt a lege.d.c.i.quæ ſit.j.cau.benefi.amit.d.c.i.quo tem mi. cum ſi.Igitur prima opi. videtur, quam ſuſtinendo ad contraria facilis patet reſponſio,& primo ad tex.in d.§.Seia,quod ibi pęna nō erat expreſſa,licet dies expreſſus eſſet, vt d. Bar. in d.l.ſi inſulā in vi.oppo.ad tex.in d.l.ſi cum dies.§. fi. dic quod ibi dies erat tacita,quę a iudicis arbitrio pēdebat ad tex.in d.c.potuit Multifariā Doct.rndēt,& primo quod illud eſt ſpeciale in emphiteuta eccleſiæ cū qua mitius agitur,quoniam pęnas abhorrere ſolet,vt no.in c.ſuam extra de pęnis in c.fraternitas. xii.q.ii. Hoſt.in ſum.tit.de arbitris.§.qualiter conſtituatur ver.ſed nūquid religioſi, item canon procedit vlterius motus forte allegata ratione,& ideo nō idem erit in emphiteuta priuato, nec ēt vaſallo, quoniā hoc iure cautum non reperitur,nec eſt eadē ratio,imo tex.in d.l.ii.C. de iur.emph.vtitur verbis pręciſis omnimodo &c.& fuit ſolutio Ang.& Imo.in d.l. ſi inſul am. & Imo.in d.c.potuit,& fuit de mente Bar. in d.l. ſi inſulam.in iiii.oppo.primę partis circa fi.dū allegat.d.l.ii. & pręſupponit quod non inducatur purgatio moræ.quem ad hoc ponderat Alex.in conſi.cvi.magnifice prætor col. iii.volu. iii.& eam ſequitur Iaſ.in d.l.ii.colu.xxvi. nu.lxxvi.vel aliter dici poteſt ſm Ang.quod.d.c.potuit ſeruetur in terris eccleſiæ,& rebus eccleſiaſticis,& d.l.ii.in terris imperii facit quod in ſimili no.glo.in c.ii.de arbi.lib.vi.aliter & ſubtilius reſpondet Saly. in d.l.ii.inquit enim quod ille text.non.d.quod nolente,& inuito creditore emphiteuta admittatur ad moræ purgationem, ſed bene concedit,quod ſi eam purgauit,eo quod celeri ſatisfactione ſibi conſuluit,& ſic dm̄ contentum fecit dm̄ſque recipit ipſam ſatisfactionem abſque vlla proteſtatione, tunc vendicat locum.d.potuit, quia dominus non poterit expellere emphiteutam, eo quod ceſſauiſſet prius in ſolutione, nam propter ceſſationem ſolutionis canonis res ad dm̄ reuertitur ita demum,ſi dominus voluerit,recipiendo autem dictam ſatisfactionem ſine vlla proteſtatione quod ſaluum ſibi foret ius quæſitum ex dicta ceſſatione ſolutionis, videtur declarare ſe noluiſſe, quod emphiteuta a iure ſuo ceciderit vt voluit glo. in d.l.ii.quia tunc mora purgata videtur.l.ii.in princ. ff.ſi quis cau.l.vectigalia.§.fin.ff.de publi.l.fi.de eo,quod cer.loco & firmant omnes in d.l.ii.& tangemus inf.pro quo intellectu pondero.d.c.potuit dum.d.clerici ſatisfactione,noto quoniam vtitur verbo ſatisfactione,cuius verbi natura eſt, vt īportet omnem formam, per quam contentum fecerit dominum nedū per ſolutionem canonis retenti,ſed etiam per aliam quācunque formam.l.ſi rem.§. omnes.ff.de pign.actio.puta accipiendo alium terminum ad ſoluendum, vel dando fideiuſſorem, vel pignora vel alia forma,qua dominus fiat contentus,& ſic cum domini voluntate moram emphiteuta purgauit,ſi autē contra domini voluntatem voluiſſet Pontifex ſtatuere in d.c. potuit.quod emphiteuta potuiſſet moram purgare, certe nō vſus fuiſſet illo verbo generali ſatisfactionis, ſed vſus fuiſſet verbo celeri ſolutione, eo quod per ſolam formam ſolutionis canonis debiti purgari mora poterat,non autem per aliā ſatisfactionem inſt.quib.mo.tol.ob.in prin.& niſi ſoluat non ſatisfacit,vt patet ex tex.ī d.l.ii.& apertius in c.propter in fi.extra locati. ſed re vera hic vltimus intellectus non videtur verus,qm̄ tex.in d.c.potuit,& in d.c.ꝓ in fine ponderant celerē ſatisfactionem,qđ ſi loqueretur de ſolutione facta domino illius voluntate profecto etiam ſi poſt longum tempus fieret, ſemper cenſeretur remiſſa caducitas, niſi proteſtatio fieret per ea,quę no.gl.in d. l. ii. quam omnes ibi ſequūtur.maxime Iaſ.col.xliiii. Primus igitur intellectus magis arridet nō obſt. etiam,quod ęquitas ſuadere videatur celeri ſatisfactione moram purgare poſſe,quoniam imo dico æquitatem contrariū ſuggerere,ex quo ſciebat diem a lege præſtitutum,& nullum impedimentum habebat, poteratque facile inueſtituram petere,in odium ſuę contumaciæ moram purgare non poſſe,vt dicunt Doct.in d.l.ſi in ſulā,non obſt.quod cōtractus feudi ſit
4 bonęfidei,ex quo videtur,†quod mora purgari poſſit,quoniā vtrunque præſuppoſitum eſt contra communes cōcluſiones, quoniam imo contractus feudi eſt ſtricti iuris vt concludit Soci.conſi.clxv.viſis inueſtituris col.iiii.ad fin.vol.j. Bal.& Alua. in c.i.de feud.cog.& dixi.ſ. q.iiii. præterea conceſſo quod eſſet bonęfidei,non eſt verum.quod in cōtractibus bonęfidei, vbi pęna & dies adiecta eſt,quod mora purgari poſſit,vt concludit late Iaſ.in d.l.ſi inſulam,& in l.& ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio & Alex.in d.conſ.cvi.Magnifice prętor,col.ii. ver. adducicitur vol.iii.qui optime reſpondent.d.l.Lucius, vt ibi per eos. Et friuolæ ſatiſque ineptæ videtur rationes quas Mod. hiſpani adducunt in contrarium, quibus in præſentia non accidit reſpondere,tum quoniam ex adductis per Doct.in d.l.ſi in ſulam ad ea clara pateat reſponſio,tum quia vel quiſque etiā mediocriter eruditus per ſe ſatis reſpondere poterit.

¶Mihi placet imo vaſallum moram purgare poſſe, pro hoc illud adduco,quod Bal.tradit in d.l.imperialem in prin.col.ii. vbi concludit,quod vaſallus qui feudum alienauit, licet poſtea illud redemerit,antequam dominus inchoauerit iudiciū non poteſt moram purgare, quoniam in ipſo momēto quo alienauit,res redierit ad dominum,allegat ad idem. c. i.de benefi.

Source : BIU Cujas

nefi.tęmi. & ſic ipſo iure excluſus eſt,ſecus dicit Bal.ſi non ipſo iure,ſed per ſententiam ad dominum reuerti deberet,quoniam ante moram purgare poteſt,allegat nota.in §.item mixta inſti.de actionibus cum autem vt.s̄.diximus,fidelis moram committens in non petendo inueſtituram in tempore cadat mediante ſententia,non autem ipſo iure,videtur omnino cōcludendum, quod antequam dominus de eo querelam proponat, moram purgare poſſit,cui ſententiæ accedit Iaco. Ardizo.in ſum.in titu.quib.mod.feud.amit.ſub rubricella,ex iuſta cauſa vaſallus excuſatur per tex.in d.c. potuit & in c.ſi qs præsbyterorum extra de reb.eccle.non alie.in l.ex hoc.§.ſi qs ff.de alie.iud.mut.cauſa fac.concludit enim vaſallum moram purgare poſſe,dummodo vaſallus celeri ſatisfactione ſibi cōſulere ſtuderit.celeriter autem prouiſum diceretur ſecūdum Hoſti.in titu.de locato.§.potuit & §. quod ſit de natura verſi. quod veri. & ſequen. quando prouidet antequam in iudicio vocetur,quam etiam opinio.ſequitur Guido Papę.deciſione. clxvi.& clxiiii.Tenendo hanc opi.ꝓtrariis reſpondetur, & nō obſt.rationes Bal.prima , quia contra ſtatutum legis moram purgare non poſſumus,quia illud fateor , vbi lex præciſe loqueretur,vt in caſu.d.c.cupiētes. §.inſuper de electio.libro. vj. Et in aliis caſibus, vbi ipſo iure.lex exequitur, quoniam tunc ex quo ſtatim ius alteri quæſitum eſt non poteſt abſque facto illius tolli.d.l.id quod noſtrum, facit tex.in c.qui clericus,ſi de feu.fue.contro inter do. & agn. vbi.Bal. & ita procedat quod nō.glo.in d.l.imperialem, vbi alii Doc.dum dicunt quod vaſallus alienans feudum illud redimendo non recuperat. item quod legitur in l.rogo.ff.de fideicomm.lib. Et quod no.Guiliel.in l.iii.§.item ſi locum.ff.de alie.iud.mut.cauſa fac. & in l. ſi qs libellos. C.de app.& Bar.in l.ſequitur.§.item Labeo.ff.de vſucap.faciunt quę tradit.Ang.conſi.ibi loquens de hærede ꝓ hibito alienare. Non ob.etiam ſecūda ratio Bal.quod hic cō tractus habeat in ſe quādam temporalitatem nā, ut dixi hoc tempus non eſt præciſe reſolutiuum contractus, niſi interueniente conſenſu domini & iudicis ſententia , ſecus ſi ex ſolo lapſu temporis contractus reſcinderetur , vt in venditione facta cum pacto legis commiſſoriæ, vt dicitur in l.traiectitiæ in fi.ff.de act.& ob.nec tex.in d.l.epiſtola. §. fi.quicquā facit quoniam loquitur, vbi quis tractat de nouo iure acquirendo per prorogationē temporis,nos vero loquimur de iure acquiſito conſeruando per purgationem moræ, quæ ex æquitate concedenda videtur.d.l.ſi ſeruum.§. ſequitur facit tex.in l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel aliæ.iur. Non etiam ob.d.l.q̄ro. §.interlocatorem,quoniam loquitur in tpe p̄ciſo,item loquitur in ſimplici colono,qui nullū habet ius in re, qui ſtatim ēt expelli poſſet non facta ſolutione penſionis nullo interueniē te pacto de non expellēdo, vt Bar. ibi declarat, & Iaſ.in auth. qui rem eccl.C.de ſac.ſan.ecc.nos vero loquimur in tempore non præciſo,& in vaſallo,qui tractat de vtili quęſito dominio conſeruando.Non ob.reg.quam Doc.tradunt in d. l.ſi inſulā. ſ.quod vbi dies & pœna adiecta eſt, non habet locum purgatio morę,quoniam primū reſpondere poſſum,hanc ſane reg. plures pati difficultates,redditur.n.dubia per.Repeten.ibi ſecū do dici poteſt,quod ꝓcedat, vbi dies & pœna impoſita ab homine ſecus ſi a lege,quum mitius cum lege quam cum homine agatur.l.Celſus.§.fi.ff.de arbi.glo.in l.ſi quis rem.§.voto.ff. de pollici.Bar.in l.amplius non peti.col.ij.ff.rem.rat. hab. niſi forte dicatur,quod in d. §. fi. dies impoſitus fuit ab homine, pœna vero a lege,vt intelligit Bar.in d.l.ſi inſulam.in viii. oppo.vbi etiam ſequun tur alii.

¶ Tertio & melius dici poteſt quod ea reg.procedit,vbi lex ipſo iure executionem facit, & ſic quando pęna ſtatim commit titur , nec pendet ab arbitrio partis vel iudicis , & ita procedit tex.in §.ne illo,& in c.licet canon.§.is etiam.d.c.cupientes.§.in ſuper de elec.lib.vj.cum c.vt s̄.dixi, ſed vbi pœna pendet a partis.& iudicis arbitrio, vt hic ante inchoatum iudicium mora purgari poterit,vt voluit Guido Pap.deciſ.clxvj.s̄.allegata, vel ante latam ſententiam iudicis ſm Bal. in d.l.imperialem col. ii.quod puto verius,hæc enim pœna nō ex ſolo arbitrio ac voluntate partis pendet.i.domini,ſed etiam iudicis.d.c.j.quo tēp. mil.& dixi in p̄ced.quæſtione.ergo ante pœnam indictā mora purgari poteſt . bene facit quod ſcribit Cępol. cautel. 182. tu ſcis.vbi.d.cautellam eſſe ad hoc , vt emphiteuta q̄ ceſſauit in ſolutione canonis moram purgare non poſſit,quod dominus ſtatim elapſo biennio etiam abſente emphiteuta proteſtetur,quod nō intendit eum habere amplius pro libellario , alias non facta tali ptoteſtatione moram purgare poterit , & ſic in d.c.potuit mora purgatur ante domini voluntatē declaratoriā, quia domini voluntas declarantis exigitur & fuit reſponſio Imo.in d.c.potuit col.xx.& Ale.& cęterorum in d.l.ſi inſulam.ſic idem in terminis noſtris,quoniam iudicis ſententia exigitur, ante illius ſententiam mora purgari poterit non ob etiam tex.in d.c.j.quid iuris ſit ſi vaſal.poſt alie.feu.illud recu.quoniam loquitur in alienatione feudi, qua facta ipſo iure feudum perditur,vt dicunt Bal.& alii.in d.l.imperialem. dicit ræterperea poteſt quod imo alienans feudum dummodo illud ante motam quæſtionem a domino recuperet , non cadat,vt declarat Alua. in d.c.j.col.iii.& præceptor Cur. in trac. feu.in iiii.par.in xiii.q.primę regulæ, in ii.limitatione, eodem modo reſpōdetur,prout ſtatim dixi ad d.§.ex hoc.de feud.fœmi.& in d.c.ſi quis clericus.ſi de feu.fue.controuer.inter dom. & agna.non obſt.quod vltimo loco nos deducebamus, quoniam negari poteſt per talem negligentiam petendi inueſtituram contemni perſonam domini,vt no.in c.ſi decreta.xx.diſ. nec obſt.tex.in d.c.j.§.fi.quæ ſit pri.cau.benefi. amit. quoniam loquitur in alienante feudum , non vero in negligente , ac moram committente in petendo inueſtituram in quos longa eſt differētia,plus etenim delinquit ille faciendo, cuius animus aperte coniicitur,quam hic non faciendo.facit gl.in l.ſemel mora.in prin.cum ſi.ff.ſo.mat.in l.qui autem.in prin.ff.de his,quę in fraud.credit.& ideo diximus.s̄.alienantem feudum ipſo iure cadere,hunc autem morantem petere minime. nō obſt.tex.in d.c.potuit,vbi æquiparari videtur alienans, & morans ſoluere,quia dico,quod ſi recte perpendatur ille tex.non probat,quoniam illa verba,niſi celeri ſatisfatione ſibi conſulere ſtuduiſſet , ſalua ratione recti ſermonis ad caſum alienationis referri commode non poſſunt , vt ibi declarat Imol. & Iaſ.in l.fi.C.de emphi.& facit,quoniam verba immediate præ
5 cedentia,& ſequentia loquuntur de morante ſoluere , † ergo illa clauſula media intelligi debet,ſecundum ſua extrema, ar gu.l.iii.§.filius inter medias.de lib.& poſthu.& licet hic negligens petere inueſtituram ingratus dicatur, hęc tamen ingrati tudo non afficit perſonam,& honorem domini , imo potius vaſalli, qui tale aſſecutus eſt beneficium , nec illud vult recognoſcere,& ideo dicebat Bal.in l.fratres.C. de inoffi. teſtamē. quod ingratus turpis,& vilis eſt pſona,plura enim ſunt ingratitudinis genera,quędam enim afficiunt honorem,& perſonā domini,vt ſi cucurbitauerit dominum, vel concubuerit cum filia,vel ei venenum miniſtrauerit,vt in ca.j.§. rurſus.§.porro. quæ ſit pri.cau.bene.ami.c.j.§.j.quibus mo.feu.amit.Quædam vero minime,vt hæc ingratitudo,& ſimiles,immo dici poteſt quod alienans feudum , licet dominum cōtemnere videatur, vt in d.c.j.§.fi. tamen non dicitur delinquere in perſonam , & honorem domini,quicquid dixerit Bal.in d.c.j. ſi vaſal. prop. feu.priui.& Are.in d.conſi.xiiii.probatur , quoniam delinqēs in perſonam domini amittit feudum , reuertiturq; ad dominum excluſis omnibus deſcendentibus & agnatis , vt iniuriæ ſuæ vltionem habeat.d.ca.j.§.deniq;.vbi Alua.in prima, & ſecunda concluſione,quæ ſit prima cau.benefi.amit. non habita differētia inter feudum nouum,& antiquum , & tamen in vaſallo feudum alienante habetur conſideratio,an ſit nouū, vel antiquum feudum,vt per Barto.in l.iii. ff.de interdict.& re leg.Bald.in c.primo.quibus modis feu.amit.in c.primo.§. porro.qualiter olim feud.alien. poter. in c.primo.§.hoc quoque. de ſucceſ.feud.Aluar.in dicto §. denique. in xvii.& xviii. concluſione.Iaco.de ſancto Georg.in tract.feud.in verbo,& cum pacto de non alienando.colum.viii.ver. ſed quæro de pulchra quæſtione . idem dicemus in vaſallo non petente iuueſtituram in tempore,vt concludit Aluar.poſt Iſer.in dicto cap.primo.quo tempo.mili.col.xii.& idem Alua.in dicto §.denique. concluſione xx. Et latius tangam inferius, qō.lxxxvii. Ex quibus videtur inferendum non eſſe verum alienatem feudum, nec differentem petere inueſtituram intra annum,& idem delinquere in perſonam domini,quicquid etiam ſenſerit glo.in c.primo.l.ſi fuerit.quibus modis feud.amitti.quam ibi Prępo. ſequitur conſequenter , nec verum eſſe , quod in iuramento nouæ formæ fidelitatis comprehendatur alienationis prohibitio , ac petitionis inueſtituræ in tempore debito , quicquid Areti.in dicto conſil.ſenſerit . ¶ Ex prædictis remanet defenſa concluſio,quod vaſallus moram purgare poſſit , & ſi forte non tibi arridet data ſolutio ad dicto §. fina. potes diſtinguere,an negligentia in non petendo inueſtituram tranſiuerit in contemptum,necne,vt cōſideraui in dicta quæſtione lxxxvii. Et ideo dicebat Andre.de Iſer.in dicto cap.primo.quo tempore mili. quod in regno conſueuere remitti huiuſcemodi pœnæ,dummodo non ex contemptu non petierint , & dicit Afflict,deciſione cclxv. quod ſolet obſeruare curia regni , quod vaſallus propter inueſtituram non petitam intra annum , & diem de benignitate non priuetur , ſed admittatur ad compoſitionem,vt patet in declaratoriis Regis Roberti , quarum vna incipit,ſignificamus vobis Marino de Diano . Alia incipit ſupplicat P. de Stella charta xxxv. idem tradit in d.c.j. col. iiii.in prin.quo tempo.mil.

V M M A R I V M.

1 *Illud quod tacite ineſt habetur pro expreſſo.*

Si

Siv vasallus qui in debito tempore non recognouit decedat ante motam quæstionem a domino, an moueri possit aduersus illius hæredem. Quæstio. xxviij.

2 non poſſit,† nã quẽ debeo ab alio defendere offendere minime poſſum.l.frater a fratre.ff.de cõdi.ind.c.j.de nat.ex lib.vẽt. c.conquerente.extra de reſtit.ſpol. l vendicante.ff.de euictio. bene facit argum.l.ex conducto in princ. ff. locati. bene facit, quod dicit Ange. conſulendo in quadam additione, quam facit ad ſuum conſilium, qđ eſt mihi.clxj.alʒ 178.verſ.ſuper quĩto, vbi inquit, quod ceſſare non dĩ qui nunquam poſſedit, q a nunquam fuit in mora, idem Ange.conſi.321.incip.Illuſtri.& magnificus pro hac parte ẽt optime facit text.iunct.glo.in d. c.j.§.j.quæ ſit prima cau.benefi.am. vbi patet quod ſi domin⁹ poſſidet rem de qua alium verbo inueſtiuit, non currit tempus anni & diei vaſallo ad præſtandum ſacramentum fidelitatis, niſi prius pro parte domini fuerit legitime interpellatus, & ſi ita ſtatuitur ĩ vaſallo qui verbo tantum inueſtitus, fuit multo magis in eo, qui realem inueſtituram receperat, cũ habeat ius potentius per ea quæ dixit glo.in d.cap.j.§.i.& ſic opus eſt, quod dominus offerat vaſallo rei reſtitutionem, & eius poſſeſſionis, & ipſum interpellet ad faciẽdum ei recognitionem, & ſi hæc non fiant, non vĩ currere tempus vllum dicto vaſallo. eſt quidem verum quod cõtrarium conſuluiſſe vĩ Ange.ꝯſ. 316.vbi conſuluit, quod ſi fidelis ſui negligentia, & incuria cecidit a poſſeſſione rei feudalis, quę peruenit ad dominum, ſi ĩterim dominus moriatur, vel vaſallus, & intra annum & diẽ recognitio non fiat, cadit vaſallus a iure ſuo, ita quod domin⁹ pöt alium inueſtire per tex.in d.c.j.quo temp.mil. Licet enim vaſallus non teneretur pro tempore quo dominus poſſidet feudum præſtare pro eo ſeruitium tenetur tñ dictam recognitionem, & iuramẽtum fidelitatis præſtare cum per neutrum eorum grauetur. item qa ex negligẽtia ipſius vaſalli poſſeſſio ad dominum reuerſa eſt, ſed dici poteſt opinionem Ange. Falſam eſſe, quia nec iure, nec ꝺcludẽti ratione fouetur, aut forte dictum Ang. procedit in caſu ſuo. ¶Quemadmodum autẽ vaſallus agere debeat, qui cecidit a poſſeſſione, quæ rediuit ad dominum. Recurre ad glo.Bal.& cæteros in c.ſi facta ſi de feu. fue.cõtr.inter dom.& agna. Sed ſi dominus non poſſideat feudum, nec ipſe vaſallus, ſed tertia perſona. Tunc aut illa tertia perſona habet de ipſo feudo inueſtituram a domino, aut nõ, primo caſu tunc ſi eſt quæſtio inter dominum & vaſallum, q nõ poſſidet, non poteſt dominus obiicere vaſallo, quod recognitionem nõ fecerit, ei, ſufficit.n.quod per alium dicta recognitio ei facta fuerit, argum.l.forma.§.ſi cum ego.ff.de cenſibus.l.quæ quiſque.ff.de acqui.re.domi.l.2.C.pro ſocio, & qđ ibi no.Salice.dicens argum. illius legis quod dominus prædij emphiteutici non poteſt refricare quæſtionem canonis non ſoluti ab eo, qui eſt verus emphiteuta, dũmodo fuerit ei a poſſeſſore ſolutum, ſi vero eſt quæſtio inter vaſallum, & dictam tertiam perſonam poſſidẽtem, tunc ſi dicta tertia perſona eſt inueſtita, poteſt obiicere ipſi vaſallo de recognitione non facta domino infra tempus debitum. argum.no.in l.2.ff.ſi ager. vec.vel emph.petatur. quod intellige de tempore curſo, quandiu ipſe vaſallus, qui nunc vult excludi poſſedit, pro eo.n.tempore, quo non poſſedit non currit ei dictum tempus. vt ſupra dixi, & ideo quemadmodum dominus non poſſet ei obijcere de dicta præſcriptione, ita nec iſte aliter vaſallus prætendens habere cauſam ab ipſo domino. iuxta tradita per Dyn. in regula ſi quis in ius de regu.iur.lib.6.& in l.j.C.de actio.& ob.& in l.apud Celſum.§.ſed cum legitima.ff. de doli exceptio. Si vero dicta tertia perſona inueſtita non foret, non poſſet exceptionẽ dictę præſcriptionis opponere quoniam eſt ius tertii a quo ipſe opponens nullam cauſam habet, vt no.in l. 2.& in l.cum ſeruum. C.de ſeruis fug. Sed an dominus poſſet contra ipſum vaſallum opponere de preſcriptione dictæ recognitionis non factę pro tempore quo dicta tertia perſona poſſedit? Doct.ſimpliciter videntur ſentire quod non, quia requiri vĩ poſſeſſio ipſius vaſalli ad hoc, vt tempus currat, vt probatur in c.j.in prin. per quos fiat inueſti. vbi loquitur de faciente recognitionem, & tamẽ loquitur in poſſidente, quod ibi ſentit And.Iſer. item in l.Imperialem. §.præterea ſi quis infeudatus de prohi. feud. alie. per Feder. quæ etiam loquitur in poſſidente, quibus ſane iuribus ad hoc tenendum inclinat. And.Iſer. in c. j.in prin.colum.j.in fi.de cap.Conr. vbi idem concludere vĩ Bal. dum dicit hoc tẽpus non currere filio, vel hæredi, qui ſe non immiſcuit, vel hæreditatem non adiuit, cum in poſſeſſione nõ ſit,& Iſer. in c.ſciendum de feu.cog. idem Bal. Salice.& Fulgo.in d.l.ſolẽnibus. Aluaro colum.antepenulti.& Præpo. colum.fi.in d.c.j. in princ. quæ ſit pri.cauſa benefi.amiſ. Car.Flo.in c.2.q.7. extra de feud. Pet.de Ancha. conſi. clxxiij. dominus Lazarius. Alex. conſi.lxxi.in fin.lib.j. Pau.de Caſt.conſ.clviij.viſo & examinato puncto,& Soci. conſi.lxvj.columna antepenul.circa.fi.volum.3. Guido.Papę deciſ.clxv. Iacob.de ſanct Georg. in tracta. feud.in verbo qui quidem inueſtiti prięſtiterunt iuramentum fidelitatis, columna 8.verſi.ſed pone quod vaſallus non poſſidens. Deci.conſi.clxiiij.colum.2.in prin. volum.j. Curt.iunior. in tract.feud.in 4.par.in 23.cauſa priuationis feudi. verſic.limitanda. Tu autem aduerte, quoniam aut vaſallus potuit cõſequi ius ſuum contra tertiam perſonam poſſidentem, & non fecit ſicque negligens fuit, & tunc ſibi imputari poteſt per dominum, ſi in tempore minime recognouerit, quamquam vaſallus ipſe minime poſſederit, quoniam eſt in mora,& per ei⁹ moram poſſet domino preiudiciũ afferri, qui vt ſic dixerim cuſtodiam rei vaſallo commiſſerat. Aut non potuit conſequi ius ſuum,& tunc non eſt quod ei imputetur, quod confirmat Imol.in d.capit.j.in prin extra de feud.& Pau.de Caſt.in d.conſil.

Source : BIU Cujas

fil. clviij. viſo, & examinato. col. 2. & conſil. 213. vbi in emphiteuta loquitur. Prepo. in d. c. j. col. 2. verſi. ſed quid ſi hæres ſeu datarij quo tempo. mil. vbi etiam Afflict. in j. no. col. 4. verſ. ſolutio aut error, & facit quod ſcribit Inn. in c. j. extra de feudis, vbi d. quod quãdo vaſallus poteſt rem recuperare ab alio nõ
3 excuſatur, †videtur. n. poſſidere vaſallus ex quo ſua negligentia, & mora operatur, vt minime poſſideat argu. l. ſed & ſi per prætorem. §. j. verſi. licet nec eos. ff. ex quibus cau. maio. not. in l. j. C. de natu. lib. l. Papien. exuli. ff. de minor. c. his quibus, vbi
4 not. extra de electio. †facit quod not. Bald. in l. j. in fin. extra de præſcriptio. vbi dicit quod currit præſcriptio aduerſus excommunicatum etiam iniuſte, ſi fuerit in mora petẽdi abſolutionem, quoniam ſatis poſſe dr, qui facit vt non poſſit, v probat ĩ iuribus ſtatim allegatis, ſicut nolle dicitur qui ſuo facto impeditus eſt velle ſecundũ Bal. in c. j. de feud. ſine culp. non am. facit glo. in clem. vt hi, de ætate & qual. in verbo impedimento, ſuadetur quoniam vaſallus eo, quod dominium vtile habet, dr procurator in rem ſuam factus, ad eum pertinet cuſtodia rei feudalis ac eius ſolicitudo, vt inſimili dr de vſufructuario in l. j. in fin ff. de oper. no. nun. & l. j. in fin. ff. vſuf. quem ad caue. & ibi no. Alber. ita quod ſi non habet curã & diligentiã in conſeruatione ipſius rei, poſſet dominus ad manus ſuas accipere rem ipſam neglectã. l. ſi hominem. ff. de ſolu. l. ſi ex duobus. §. fi. ff. ſi ex noxal. cau. agat. & in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus: ff. de dam. infect. & §. item. ¶ Quia & forſan negligentia biennalis ſufficit. l. qni agros. C. de omni agro deſer. li. xi. quod tenet Specu. in tit. de locato. §. nunc aliqua verſ. lxxxix. & ſi alter dicat concederetur aperte vaſallo materia malignandi & priuandi dominum effectu directi dominij pp deteriorationem, ita quod nullum de cætero pro ipſa re poſſet inuenire vaſallum, quod foret abſurdum. ¶ Debent enim hi vti re arbitrio boni viri, bene facit. l. videamus. §. item hoc ff. locati. l. locum. §. placet. ff. de vſufru. & l. ſi cuius. §. denique. & tanquam in re propria verſari debet. l. j. §. fi. ff. vſufr. quemad. caue. bene facit. l. hactenus. §. fin. & l. item ſi feudum in prin. l. ſed cum vſufructuario eo. tit. facit. l. merces. §. conductor. ff. locati. facit etiam quod no. Bal. in l. quibus diebus in princ. ff. de condi. & demon. bene facit tex. & quod ibi not. Bar. in l. qui commeatus. ff. de re milita. accedat quod no. Bar. in l. penu. ff. ad l. Iulia. de adul. & Imo. in clem. 2. de æta. & quali. Alex. conſi. 49. inſpectis & conſideratis lib 2. quod not. ſcrib. in c. ex ratione. extrã de appel. conſidera etiam circa hanc materiam dici poſſe habendam eſſe conſiderationem. An ſi vaſallus ſua culpa & negligentia a poſſeſſione feudi ceciderit, & tunc ſibi noceat nõ facta recognitio in tempore ob incuriam ſuam, quamuis nõ poſſederit, an vero aliquo caſu abſque facto eius & culpa & tunc minime, & hanc diſtinctionem vr ſenſiſſe Ang. in d. cõ ſil. 216. ¶ Faciunt quę ſcribit Imo. in l. is qui reus ĩ vlti. char. ff. de pub. iud. vbi ponit an reus carceratus citatus ſi procuratorem non miſerit ad comparendum puniri poſſit tanquam contumax, & diſtinguit, an carceratus fuerit detruſus in carcerem ſua culpa, & hoc caſu punitur ſi procuratorem non miſerit, vt voluit Bar. in d. l. is q col. fi. Aut ſine ſui culpa, & tũc minime, facit tex. in l. ſi vt certo. §. ſed interdum. l. in rebus. §. j. ff. commod. reg. imputari, de reg. iu. li. vj. tex. & ibi nota. in c. j. in prin. de no. feud. l. ſi merces. §. culpę. ff. locati. & huic ſententię ſuffragatur Præpo. in d. c. j. col. 5. verſic. & faciunt, quę dixi, faciunt quæ tradit Rom. conſi. 392. & conſ. 74. & plura in poſito congerit Fely. in c. ex tranſ. col. j extra de preſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet iuſta cauſa impediens excuſat vaſallum.*
2 *Si vaſallus poni fecit fratrem ſuum conuaſallum in carcere, poteſt priuari feudo.*

Detentus in carcere non petens renouationem in tempore an excuſetur.. Quæſt. lxxvij.

AN detẽtus in carcere excuſari debeat, ſi recognitionem debito tempore nõ fecerit? & dic qd ſic, exigitur. n. hoc loco, vt in vaſallo ob eam cauſam cadat dolus. c. fi. de prohib. feud. alie. per Lothar. vel contumacia in non petẽdo. d. cap. j. quo tempo, mil. Bal. in l. ſolennibus in fin. C. de rei vendica. Soci. conſi. lxvj. col. antepe. circa fin. volu. 3. ſed in carcerato dolus neque contumacia eſſe poteſt, cum non ſit in ſua poteſtate, quia a iudice impeditus eſt argum. l. contumacia. §. pęnam. ff. de re iud. l. de vno quo. §. ſed & ſi per prętorem in princip. eo. tit. faciunt quę tradit Bar. in l. 2. in fin. ff. de in ius vocand. & in conſ. 228. circa fi. faciunt quæ ſcribuntur per. D. Ma. Soci. in rub. de dilatio. in 10. charta. col. 4. per Iaſo. in d. l. 2. verſ. vii. no. & in authen. res quæ colum. 6. ver ſic. adde tu. j. C. communia delega. faciunt not. per ſcrib. in d. l. 2. §. ſi quis in iudicio, maxime per Paul. Caſt. & Alex. ff. ſi quis cautio. ¶ Accedunt quæ nota. Butri. in c. ſignificãte in iiii. no. extra de pigno. vbi determinat, quod emphiteuta detentus in carcere, qui biennio, vel triennio ob illlud impedimentum canonem non ſoluit non poteſt expelli vigore. l. 2. C. de iur. emph. & c. potuit extra loca
1 ti, tanquam legitime impeditus, quem refert & ſequitur Iaſo. in d. l. 2. col. 19. quæro & Decius conſ. cxlvi. col. j. † quælibet. n. iuſta cauſa impediens excuſat vaſallum, vt inquit text. in c. fin. de proh. feud. alie. per Lotha. facit quod ſcribit Socin. conſi. 80. in qõe, col. fin. lib. 3. Hippol. de Marſi. in practica ſua in §. ſequitur nu. 31. ſuadetur ẽt quoniam ſicut per mortem ſuperuenientem excuſatur vaſallus, vt ſupra concluſum eſt, ita etiam per carcerationem, ꝙ quæ morti aliquando ęquipara tur, vt no. Bal. in c. j. §. denique, quę ſit j. ca u. benefi. amit. vbi cõcludit quod dr parricida non tantum qui procurat mortem,
2 ſed etiam malam captionem. ¶ †Et ideo ſi vaſallus fecerit capi fratrem ſuum conuaſallum, & poni in carcere tyrannico, poterit priuari feudo, ſicut ſi illius mortem procuraſſet, ſequitur Ioan. de Ana. in rub. de his qui filios occidere. Hippoli. in l. in criminibus in prin. num. xxix. ff. de quęſtio. ¶ Putarem tamen hoc loco ipſo iure currere tempus anni & diei, ſed beneficio reſtitutionis in integrum ſibi ſuccurri, quoniam tale impedimentum eſt facti, vt ſępe dictum eſt, & vr caſus in l. ii. C. ex quibus cau. maio. vbi Bal. no. ¶ Nunquid autem teneatur procuratorem mittere Bar. in d. l. is qui reus col. fin. ff. de pub. iud. ſentit quod ſic, contrarium ipſemet ſentit Barto. in l. ii. ff. de in ius vocand. dic vt dixi. q. xlvii. ¶ Ampliatur iſta concluſio etiam ſi carceratus fuerit ſua culpa, nam ſi recognitionẽ non fecerit excuſatur, quoniam illud impedimentum carceris, licet ſecutum ſit ſua culpa, tamen culpa non inferebat ad hoc, ſed ad aliud per not. per glo. in reg. imputari de reg. iur. lib. 6. & tex. in l. 2. §. fin. vbi Bar. & alij. ff. ſi quis cautio. Panor. in c. cum inter. extra de excep. bene faciunt quæ. d. Felyn. in c. ex tranſmiſſa col. fin. verſic. & nota extra de preſcriptio. bene faciunt quę ſcribit Alb. Brunus conſi. 45. col. 2. Et Prępoſitus in d. cap. j. col. 2. verſicu. quod intelligite verum, quo tempo. miles inueſtitu. pete. deb.

Vtrum pactum factuu quod ob recognitionem in tempore non factam vaſallus non cadat valeat, ac vaſallum minime petentem inueſtituram excuſet. Quæſ. lxxviij.

PActum factum quod ob recognitionem in tempore debito non factam vaſallus non cadat a feudo, excuſat ipſum, ſi intra annum & diem non recognouerit, valet. n. tale pactum argum. l. j. §. ſi conuenerit. ff. depoſ. facit regula. l. ſi qs in conſcribendo. C. de pactis, bene facit tex. in c. j. §. eſt & alia, quæ ſit prima cau. benefi. amit & c. j. de feu. non haben. propr. natu. feu. attenditur. n. tenor inueſtituræ. c. j. de duob. fratri. capi. inueſt. ¶ Et dicit Bal. conſi. 70. volum. j. quod potius inſpicitur tenor inueſtituræ feudi quam natura feudi, natura. n. feudi eſt genus, inueſtitura autem eſt ſpecies, quæ derogat generi, merito tenor inueſtiturę derogat omni naturæ feudorum ſecundum Bal. in d. c. j. de duob. fratribus. Afflict. deciſio. 165. verſic. 26. Curt. iunior. conſi. j. in prin. inter conſi. poſita poſt tract. feud. & ita diſputauit & concluſit Mar. Sillima. prout refert Ioan. An. in addi. Specu. in tit. de feudis in ver. extant quæſtiones domini mei. ¶ Aduerte tamen quod per tale pactum nõ intelligitur actum quod non teneatur vaſallus requiſitus dictam recognitionem facere, probatur in l. quarta. C. de. feud. patrimo. libro. 12.

SVMMARIVM.

1 *Terminus legalis non currit impedito facto aduerſarii.*
2 *Filius abſtinens ſe ab hæreditate paterna deſinit eſſe hæres ipſo iure.*
3 *Non eſt veriſimile quod filius velit ſe abſtinere ab hæreditate patris opulenta.*

Annus & dies an currant tantum ab adita hæredi. Quæſt. lxxix.

SEd vtrum ad hoc vt currat tẽpus anni & diei neceſſe ſit, ꝙ ſucceſſor domini eius hæreditatem adiuerit, vel ſucceſſor vaſalli adiuerit eius hareditatẽ, vel ſi eſt filius, quod ſe immiſcuerit paternæ

Source : BIU Cujas

ternæ hæreditati, ita quod prius non currat dictum tempus? considera primo respectu successoris domini feudi morientis, quod si ipse successor in feudo non succedat dño, nisi hæres eius, tunc si hęres extraneus est, & non suus, certum est, qđ nisi hŕditatem domini adiuerit non faciendam prius ei recognitionem, & ideo nisi a die aditę hŕditatis non currit vasallo
1 dictum tempus, cum per eum vasallum non stet. ¶ †Terminus.n.legalis facto aduersarii impedito non currit, Bal.in l.intra vtile in 4.no. per illum tex.ff.de mino.tradit Old.consi.73. item damus circa fin.facit bonus tex.in l.2.§.in omnibus.ff.de iudi.quem ad hoc allegat in notabili casu.Aret. consil.10.in cā Georg.in prin.Si vero est de suis hæredibus, vt quia filius est in ptāte de quo in §.sui.inst.de hæredum qual. & diff.tunc est dubium, an ad propositum nostrum hæres dici possit, ante quam paternæ hæreditati se immiscuerit, cum beneficiū abstinendi habeat, & vŕ quod non, quoniam per tale beneficiū concessum filio per prætorem, vŕ redactus ad instar emācipati.l.nam nec emancipatus. ff. de leg.i.l.cum qui l.cum qui bonis.ff.de acquiren.hęred.bene facit.c.3.extra de pigno.pro hac parte vŕ glo.in l.cum dotem.§.transgrediatur.ff.sol.matrim.
¶Et bene facit quod.d.glo.in l.necessariis. ff.de acquir.hæred. & quod ibi not.Barto.Bald.Ange. & alij qui in effectu cōcludunt, quod filius tanquam hæres patris ante immixtionem p eum factam non potest a creditoribus hęreditariis cōueniri, quamquam ipso iure hęres sit, quoniam ista obligatio sparatur nouari si se obstineat, & iō interim hæres censeri nō pōt l.pecuniam.ff. si cert.peta. & ob id concludunt, quod interim male agitur, & inconsulte per ipsos creditores contra filium, nisi prius constet ipsum fore hæredem potissimum secundū Bal.hodie eo quia per ius ciuile datur filio beneficium abstinendi a paterna hæreditate allegat ad hoc text.pro sing. in l. fin.§.si vero postquam versi. & hæc quidem ibi ex pñtis legis
2 auctoritate.C.de iur.deli.¶†Ex quo filius abstinens se a paterna hæreditate ipso iure esse hæres definit, idem voluit in l.si paternam.C.de his quæ in frau.cre.& in l.j. C. de his qui ante aper.tab.quod tetigit Ang. in sua repe l. qui se patris. C.vnde liberti, sed hoc pro nunc non prosequor. Bal. etiam in l.j.C.si vt se ab hære.absti.cōcludit inutiliter agi cōtra filium, anteq̄ se immiscuerit, sed aduerte quoniam hæc opi.non vŕ, vera, & primo obst.tex.in l.necessariis. ff. de acquir. hæred. vbi aperte dr̄, quod filius tenetur creditoribus hæreditariis verum in eū non datur actio, si velit hæreditatem derelinquere, & sic filiꝰ nisi expresse dicat se velle abstinere tenetur, ac creditorum in tētio fundata est, & facit quoniam re vera est hæres vt ibi tex. ꝓbat & in §.sui instit.de hær.qual.& diff.& ī eo oēs effectus, q̄ sequi ex aditione solent effectum hñt, nam transmittit hæreditatem patris tanquam aditā, vt l.si quis filium.§. j. ff.de acq. hæred. tabulæ pupillares confirmantur, & cætera de quibus ī l.si filius qui patri.ff.de vulg.& pupil. transmittit tñ cum eo beneficio abstinendi quod sibi competebat, vt d.§. j. & argum.l. cum antiquioribus.C.de iur.delib.cum itaque hæres sit dicendum est creditores recte egisse, & habere eorum intentionē fundatam, quia verum est dicere, quod ipso iure hæres est nisi expresse se abstineat, & cum omni alio respectu censeatur hæres.ergo etiam respectu creditorum, cum eadem in eis sit ratio, & si dicatur, immo diuersa est ratio in eis, quod respectu ipsorum tractatur de incommodo filii, videlicet vt eis obligetur, facit d.l.si filius qui patri, respōdeo quod istud pro venit ex natura & consequētia ipsius suitatis, & immixtionis & representationis, quam facit filius de patre & continuationis dñij, vŕ l.ī suis.ff.de lib.& posth. & ideo tenetur.d.l.necessariis, valet ergo sententia condemnatoria in filium prolata fauore creditorum, quamquā nō probauerint filium expresse se immiscuisse, verum si filius simpliciter comparuit in iudicio non asserens non etiam negans se hęredem patris esse, poterit illusoriam reddere sententiam ꝯ ipsum prolatam abstinēdo se nunc post prolationem sententię a paterna hęreditate nam per ipsam sententiam nequaquam perdidit beneficium abstinendi, casus est in l.ex pactu.ff.de re iud. vbi aperte probatur, quod valuit condemnatio cōtra pupillam, valet etiam abstensio, quæ fit postea ab hæreditate paterna per tutorem filię, nec intelligi potest, quod ibi filia fuerit immixta, immo si fuisset immixta non posset postea abstinere beneficio prętoris mortui. Dicere autem quod ibi se abstinuit beneficio prętoris viui est diuinare, & ista est vera medulla, & intrinsecus intellectus illius legis facit etiam text. in l.defendente.ff.de auct.tuto.cuius.intellectus verus ex prędictis declaratur, quam quam glo.ibi & in d. l. ex contractu. destruant & vaticinētur circa illa iura, benefacit ad prędicta tex.in ca.j.extra de solut. Imputent autē sibi creditores si cautius non egerunt, & in limine iudicij interrogari non fecerunt per iudicem filium an effectualiter sit hęres patris, & si eius hæreditati se immiscuerit iuxta l.j.& ij.& l.si filius.ff.de interrogat.actio.& quod in simili dicitur in l.si a te.§.j.ff.de excep. rei iudic.nec obst. d.l.si pecuniam.ff.si cert. pet. quoniam eiectus conditionis ibi non dependebat a voluntate partium, aut alterius earum, hic autē sic,& si recte perpēderis facit potius pro hac opi. Quod autem teneat lata sententia ꝯ filium non probata immixtione tenet Bald.in l.j.C.communia de lega. Ange.in d.l. eum dotem.§.transgrediatur.ff.sol.matrim.& facit, quod pulchre dicit Bal.in l.cum hęreditas.C.depositi, vbi dicit quod stāte suo hęrede nunquā dici potest hęreditatem vacare, & ideo dari curator non potest hęreditati tanquam vacanti, ex his infero quod cum filius re vera hæres patris sit, etiam si per mille annos staret ad immiscendum se paternę hęreditati, non potest dici quod tempore aut vlla præscriptione priuetur quin hęres patris sit, & quominus dicatur immixtus hęreditati paternę, & sic illud dubium, quo quęritur in l. licet. C. de re iu.deli, an iuri adeundi præscribi possit cessat in filio, hoc voluit glo. not.in l.j.C. quando non peten.par. licet Ange.ibi nitatur eā impugnare, quoniam prędicta ei incognita fuere ex quibus a sua impugnatione optime glo. defenditur.

¶ Sed an a bonis paternis prescriptione excludi possit recurre ad d.l.licet, & quę traduntur in l.3.ff.de acquiren.hęred. Vtrum autem tempore aut prescriptione filius excludi possit a iure abstinendi se ab hęreditate paterna, nō prosequor modo, quoniam est nimium extrauagans, videre tñ poteris not. per scrib.in l.ventre.ff. de acquir. hęred. Ad propositum nostrum nūc redeundo dico, quod si mortuo domino feudi supstite filio in potestate, & ad quem vt hęredem patris spectat ipsum feudum, vasallus non facit debitam recognitionem ītra annum & diem cadit a iure suo.d.c.j.quo tempo.mil.cum simi.quod clarius procedit, quando hęreditas domini est opulenta, aut locuples, prout in dubio presumitur, secundum gl.
3 not.in l.si duo.ff.de acquir.hęred. ¶ †Nam non est verisimile quod filius velit se abstinere ab illa, argum. l.cum de indebito in fin.ff.de probatio. Si vero agimus de successore vasalli, tūc si est agnatus aut extraneus, qui vocantur ad feudum, quāuis non sit hęredes vasalli defuncti, quod quādo sit dicam alibi.qō.xiiii.principali nr̄i tractatus vniuersalis feudi, dñt intra annum & diem numerandum a die scientię mortis defuncti vasalli quod feudum ad eos pertineat, facere debitā recognitionem.d.c.i.quo tempo.miles, & c.j.quæ sit prima causa benefi.amit.etiam si ad eos hęreditas, defuncti vasalli spectaret nec expectabitur, vel considerabitur, quod hęreditatē adeant cum ad feudum non veniant tanquam hęredes per text.not. in lege an vitium.§.ex facto.ff.de diuer.& tempor.prescriptio. Si vero ad feudum venire non possint, nisi sint hęredes vasalli tunc cum istud dependeat ab eorum mera voluntate, vŕ dicendum ne ius domini diutius stet in suspenso, quod habita sciētia mortis debeant infra annum & diem fecisse dictam recognitionem per prædicta iura, idem multo fortius dicendum est in filio ipsius vasalli nam vt supra dixi statim mortuo ipso vasallo, filius ipso iure hæres est. Igitur recognoscere debet, & quoniam hæres est cum beneficio abstinendi, si postea se abstinebit, etiam hoc respectu feudum non assequetur, ꝑ tex in c.j.an agna.vel filius defunct.Bal.tñ in c.j.de capi.Conr.voluit contrarium, & quod dictum tempus incipiat currere a die immixtionis per illum tex.statuit terminum hæredi, nō dicitur autem hæres quoad onera, nisi prius facta immixtione.l.nam nec emancipatus.ff.de lega.j. sequitur Aluar. in d.c.j.in princ.col.fin.quæ sit prim.cau.benefi. amit. Guido. Pap.decisio.175.Alexan.consi.79.in fin.volum.1.Iaco. de san. Geor.in suo tract.feud. ver.qui quidem inuestiti præstiterunt, iuramentum fidelitatis.col. ix.versic.aduerte tamen vbi dicit, quod ita obtinuit in quæstione facti.Affict.in d.c.j.col.ii.post alios, quo temp.mil.Curt.in tract. feud.in 4.par.in 24.cā priuationis feudi, sed hoc mihi non placet per.s. d. quia re vera est hæres absque immixtione, & hæres censetur etiā respectu onerum hęreditariorum, vt dixi, & in eo verba legis verificantur, ergo & ipsa lex & eius mens.l.j.§.si is nauem.ff.de exercito.l.pōtor ait.§.si quis cum sim.ff.de vi bono.rapto. quamquam habeat beneficium abstinendi, quo si postea vti voluerit, & ex hoc capite ad feudum non admittetur per d.c.primum in tit. an agna. vel filius.¶Benefacit ad prædicta, quoniam filius qui se abstinuit, comprehenditur appellatione hæredis etiā in materia statutorum secundum Bar. Imol. & alios in d.l.si filius q̄ patri, & per consequens, multo magis is filius qui non abstinuit, sed abstinere potest.Præterea quāuis filius nō possit hŕe feudum, nisi habeat paternā hæreditatem, vt d.c.j. an agna.vŕ filius, tamen illud feudum non habet iure hęreditario, & tanquam hæres secundum glo.no.in d.c.j.sed ex prouisione legis. ergo illud beneficium abstinendi, quod ei datur tanquam hæredi, attendi non debet per tex.no.in d.l.an vitium.§. ex facto. ff.de diuers. & tempo.prescrip.demum pro hac parte videtur casus a contrario sensu in d.l.licet. C. de iur.delib. vbi filius se non immiscuerat bonis paternis, & tamen contra scientem currit præscriptio, nec procedit gl.super verbo ignorantes dū

subaudit

ſubaudit verbum maxime quoniam illa ſubaudi tio deſtruit illum text. & longa eſſe differẽtia vī inter filium ſcientem & ignorantem iuxta tradita in d.l. 3. ff. de acquirend .hæredita. cogita tamen ſuper præmiſſis.

Si dominus poſt elapſum annum & diem obſequium a vaſallo recipiat, an ingratitudinem vaſallo remiſiſſe videatur. Quæſt. lxxx.

EXcuſat ẽt vaſallum ipſum, ſi poſt annũ, & diem elapſum abſque vlla facta domino recognitione, vaſallus ſeruitium dño exhibuerit, quod & ipſe dñs acceperit, vī ſi renouationem inueſtituræ petierit, quam dñs vltro fecerit, hoc etenim loco moram, & ingratitudinis cauſam dñs remiſiſſe vī, facit. l. Celſus, vbi gl. ff. de arb. l. ſi. ī fi. ff. de eo quod cer. loco. l. poſt diem. ff. de l. commiſ. l. 2. §. non male. ff. de excep. doli. l. qui. in futurum. ff. de pact. cum ſim. de quibus per glo. in d. c. j. quo temp. mi. quæ ſequitur hãc opi. cum qua ibi trãſeũt Iſer. Bal. Alua. Præpo. & Moder. in j. no. & in gl. vii. & omnes ſcrib. & in c. i. in prin. qnæ ſit prima cau. benefi. amit. Iaco. de ſ. Geor. in trac. feu. in verb. qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis. col. x. verſi. ſed iuxta prædicta dubitatur Imo. in c. 2. extra de feu. Alex. conſi. 14. num. 15. volu. 2. & cõſ. 79. col. fi. vol. j. & conſi. 40. viſo thematæ num. x. lib. 6. & conſi. lx. col. 3. verſi. & non dico volum. 3. Spe. in tit. de locato. §. nũc aliqua ver. 23. Rota deciſ. 233. Bal. in l. in ipſius. C. fami. hær. & in rub. C. de preci. imper. off. ¶ Faciunt quę ſcrib. idem Bald. in c. quæ in eccleſiarum. extra de conſti. & in ſimili in l. ii. C. de reb. alie. non alie. vbi dicit quod qui exceptionem omittit vī eam remitte re. l. qui procuratori dat. §. j. ff. de procu. & qui remittit vī donare. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouati. ¶ Facit qđ d. idem Bal. in l. commiſſoriæ. C. de pac. inter. empto. & vend. vbi creditor recipiendo poſt diem ſibi præiudicat, facit quod ſcribit Iſer. in c. j. de feu. ſin. cul. non am. Alb. Bru. conſi. cvii.

SVMMARIVM.

1 *An ualeat proteſtatio facta abſente parte, vel debeat intimari.*
2 *Proteſtatio reſpondentis libello animo non conteſtandi litem impedit litis conteſtationem.*

Quid ſi dominus recipiens ſeruitutem de iure ſuo proteſtatus ſit. Quæſt. lxxxi.

LImitatur præcedens concluſio, quãdo dñs ſeruitium recipiens, vel faciens renouationem inueſtituræ proteſtaretur, quod tale ſeruitium, vel fidelitatẽ recipiebat ſaluo iure ſuo, quo tunc caſu talis proteſtatio conſeruat ipſi dño ius expellẽdi ipſum vaſallum a feu. l. fi. C. de iur. dom. impe. l. 2. poſt prin. ff. de eo quod cer. loco. c. diaconi. 18. diſt. ¶ Faciunt not. per gl. Bar. & Bal. in l. 2. C. iur. emph. vbi tenẽt quod ſi emphiteu. qui per ceſſationem triennii a ſolutione canonis expelli poteſt a dño. d. l. ii. ſoluerit poſtmodum penſionem, quam ipſe dominus receperit, non põt ampliꝰ a dño expelli, niſi dñs recipiẽdo penſionem futuri temporis reſeruauerit per proteſtationem ius expellẽdi ipſum emphiteutam. ¶ Facit in ſimili quod tradit Bal. in tit. de pace. conſtan. verſ. liuellariæ, & Iaco. Alua. in c. j. in prin. col. antepe. de proh. feu. alie. per Fede. vbi volunt, quod ſi vaſallus alienans feudum cadat ipſo iure. d. l. imperialem, vbi Doct. tñ ſi alienat ſaluo iure domini ſui talis proteſtatio reſeruat, vt non cadat, idem Bald. in c. j. §. donare col. fi. qualiter olim feu. alie. pote. idẽ Bal. loquens in emphiteuſi in l. fi. C. de iure emphi. facit quod idem Bald. dicit in c. j. §. hoc quo-
1 que de ſucceſ. feu. ¶ †Et cum talis proteſtatio ſit tñ declaratoria voluntatis, & conſeruatoria iuris proteſtantis dñi etiam vaſallo abſente fieri poterit neque alia ītimatio ei fieri oportebit, per not. per Bart. in l. non ſolum. §. morte, in materia ꝓteſtationis declaratoriæ. ff. de oper. no. nun. Bart. in l. Pomponius ſcribit ſi negocium. ff. de neg. geſt. Docto. in l. alimenta p illum text. C. de neg. geſt. ſcrib. in c. cum M. Ferrarien. extra de conſti. & ita determinat Præpoſi. in d. c. j. col iii. & cum hac limitatione tranſeunt omnes in d. c. j. & Bald. in c. quæ in eccleſiarum. extra de conſt. & Iaco. de ſ. Georg. in loco allegato. Ego autem putarem hãc fallentiam minime veram eſſe, qñ talis præſtatio eſt omnino contraria actui. ſ. receptioni ſeruitij, & confirmationi inueſtituræ, merito talis proteſtatio non debet iuuare ipſum dñm proteſtantem. iuxta not. in d. §. morte, & in d. c. cum. M. facit optime quod ſcribit Socin. conſi. iiii. col. vj. lib. 3. vbi inquit quod ſi vaſallus iurans fidelitatem alicui domino proteſtetur, quod non facit animo recognoſcẽdi eum dñm, quod talis proteſtatio 5dicente dño non iuuat, ſi hoc locum obtinet pariter in dño ar. in c. i. qual. do. prop. feu. priu. c. j. ī fi. de for. fidel. ¶ Accedat qđ volunt Car. But. & Imo. in c. potuit. extra locati, vbi determinant ꝺ Bart. in d. l. ii. qđ ſi dñs receperit penſionem ab emphite. lapſo triennio pro futuro tpe, qđ videatur remittere ius expellendi eum, etiam qđ recipiendo proteſtatus ſit de iure ſuo, qñ inquiunt, quod talis ꝓteſtatio eſt ꝺria facto ſequitur Iaſo. in d. l. 2. col. 14. n. 126. idem in alienãte feudum cum reſeruatione cõſenſus dñi ſm Decium cõſil. clx. col. 3. ver. præterea dato volum. j. vbi d. eſſe communem, & vltra eum Ro. ſing. dxiii. quod ſi vaſallus. Fel. in c. cũ contingat. col. 4. de offi. deleg. Berta. in tracta. de gabella, in j. par. q. xiiii. Cœpolla cautella. xlv. præterea hoc loco nõ dẽt prodeſſet proteſtatio aduerſus confirmationem inueſtiturę & præſtationem ſeruitutis in quo facto interuenit volũtas dñi & vaſalli, qñ proteſtatio ꝺtraria facto in dependẽtib. a cõſenſu duorum, non valet non accedente conſenſu alterius, vt ꝓbat Panor. & alii in d. c. cum M. & Docto. in d. §. morte, nõ obſt. iura in ꝺriũ allegata, nã loquunt, vbi actus ſunt ꝺpatibiles, & qñ dependent a ſolius voluntate, hic autem ſunt incõpatibiles, nec pendent, a ſolius voluntate nec eſt verum. qđ d. Bar. in d. l. 2. vt dixi minus verũ credimus, qđ dictũ eſt de vaſallo alienante feudum cum proteſtatione iuris dñi, qñ illa non releuat a caducitate, vt dixi, & voluit Bal. in c. i. §. fi. col. fi. verſi. ſed pone pī, quę ſit prim. cau. benefi. amitt. & in l. j. col. pe. ver. quęro qđ ſi prohibita. C. de his q̃ pœnæ nomine relin quũ. Abb. in c. ii. circa fi. extra de feu. Hoſt. Ioan. An. Car. Ant. Imo. in c. eam te. extra de iureiu. late per Fel. in c. quę in eccleſiam nu. 75. extra de conſti. & prædicta faciunt no. per Bart. in l. ſi quis extraneus in prin. per illum tex. ff. de acq. hęr. nullo ẽt pacto admitti puto quod Præpo. ſuperius determinauit, talẽ ſ. proteſtationem vaſallo minime intimandam eſſe, qñ imò intimandam dicimus tum quia aggrauat illum, vt tradit Bar. & alii in d. §. morte, tum ẽt quia hoc non pendet a ſola volũtate ipſius dñi, vt vaſallus excludatur, ſed hoc iudicis ſnīa cauſa cognita terminandum eſt, vt ſ. tradidi igitur ipſi vaſallo ītimari debet, q̃ veniet forte ad iudicem iuſtam cauſam excuſationis allegaturus. ¶ Superiorem tñ limitationem ſcribentiũ haud dubie eſſe veram puto, ſi vaſallus ei proteſtationem cõ ſentiret, vt eſt tex. vbi Bar. in l. fi. §. item ſi prędixerit. ff. nat. cau. ſtabul. vt recep. reſt. conſidera tñ ſi hęc limitatio ſaluari poſſit in eo caſu, qñ vaſallus pręſtat aliquod ſeruitium conſuetum dño puta comitari illum apud principem vel ſimile, nam talia ſeruitia pręſtari pñt a vaſallo dño contemplatione feudi, prout præſtare conſueuerat, & in dubio ita cõiter interp̃taretur, poſſent ẽt huiuſmodi ſeruitutes & opę ab amico gratuite præſtari vel mediante mercede, prout cõiter fieri videmus, ſic igitur cum tale factum ſit multis modis intelligibile ſequitur pulchra concluſio, quod proteſtatio ꝺria facto multipliciter intelligibili, valet & operatur quod factum intelligatur ſm
2 ſenſũ proteſtationis. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. l. ſed & ſi quis §. plerique. ff. de relig. & ſum. fu. ¶ †Et ideo dñt Docto. quod ꝓteſtatio rñdentis libello aīo non litem conteſtandi ſe rñdere, impedit litis conteſtationem, quę ex rñſione alias inducta fuiſſet, tollit enim talis proteſtatio cõem intellectum a facto & operatur, quod ſm alium intellectum factum interpretetur, & ſic rñſio potius facta videbitur, aīo inſtruendi iudicem q̃litẽ ꝓteſtandi, ita determinat Pan. & alii poſt Inno. in d. c. cum M. Ferrarien. Bar. & alii. in l. j. C. de litis conte. & in c. i. extra eo. ti. Matheſi. notab. ſuo. lxiii. nota cautelam. Hippol. de Marſil. in l. extraneo quoque. §. cuſtodię nu. 34. ff. de qõnib. in propoſito iõ nõ talis ꝓteſtatio opabit, vt intelligat receptũ ſeruitiũ ñ reſpũ feudi, ſed eo mõ quo aliter īterpretari poterit cogita tñ.

SVMMARIVM.

1 *Dominus recipiens penſionem ab emphi. qui ceciderat ab emphiteuſi non præiudicat ſibi quin poſſit eum expellere, ſic iuſte ignorabat ipſum ceciſſe, alias ſic.*
2 *Si dominus recipiat ſeruitium ab uno ex hæredib. tantum, nunquid poterit aufferre alii qui non ſeruiuit.*

Quid autẽ ſi in iuſta ignorãtia fuerit. Quæſt. lxxxi.

LImitatur ſecundo prædicta ꝺcluſio, vbi dñs per iuſtam ignorantiam talẽ ſeruitutẽ, & fidelitatem recipiſſet, & ꝺfirmaſſet vaſallũ, qñ nemo iuri, quod ignorat renunciare vī. l. mater decedens. ff. de inoffi. teſta. l. nec ignorans. C. de dona. l. ex maleficiis. §. lõge. ff. de actio. & obli. l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. plene. no. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligatio. l. fin. §. idẽ quæſiuit. ff. de condi. inde. hoc tñ intellige in iuſta ignorãtia & nõ ſupina, & dī habere filiꝰ ſuccedẽs, vel alius dño mortuo ſatis

Source : BIU Cujas

tis iuſtam ignorantiam, quod vaſallus ceciderit argum. l. qui
1 in alterius. ff.de regu. iur. ¶†Et pro hac limitatione faciunt, quæ traduntur per Dinum,Bar.Bal.& Imo.in l.Mæuius.§.duobus.ff.de lega.ii. vbi diſtinguunt in domino recipiente penſionem ab emphyteuta, qui ceciderat ab emphyteuſi inter ſcientem,& ignorantem, & inter ignorantiam craſſam & iuſtam poſt Cyn.in l.ii.q.iiii.C.de iur. emph. Hippo. de Marſi. in l.qui falſam monetam,num. xcii. ff.ad l. Cornel. de falſ. & in l. qui ignorans num. xlii.eo. titu. ¶Aduerte tamen circa prædicta, quoniam Moder.Neapo in d.c.i.col.iiii.quo tempo.mil.ſentit dominum poſſe remittere dictam culpam & moram vaſallo quando feudum eſt applicandum ipſi domino, ſecus ſi agnato proximiori in cuius præiudiciū hoc poſſe facere minime videtur,quod antea ſenſit Præpoſi.in c.i.col.ii.de vaſal.decrep. ętat.quod tamen nos falſum exiſtimamus, quoniam nullum prorſus habent ius agnati, niſi ſecuta voluntate domini volē tis eum priuare feudo, vt ſuperius dixi. ¶Sed iuxta præmiſſa quæro,quando dominus remittit dictam moram, an dicatur nouum feudum, ita quod deſinat eſſe antiquum, vel maneat in antiqua ſua natura? dic quod remaneat in eadam natura maxime ſi remiſſio facta ſit ante priuatiuam ſententiam, ita concludunt Iſer.& alij ſcribent.in c.j. de vaſal.decrep.ęta.& in d.c.j.quo temp.mil.facit quod not. gloſ.in l. quod dicitur.ff.de impen.in reb.dot.fact.facit.l.ſi vnus.§.pactus verſi.quod ſi pactum.ff.de pactis Pau.de Caſtr.conſi. cliiii.quod iſtud feudum Bal.in l.imperialem.§.inſuper de prohib.feu.alie. per Feder.& ideo hoc loco non eſt neceſſe petere inueſtituram infra annū & diem poſt remiſſionem, niſi iam domino incorporatum fuiſſet feudum,vt voluit Iſer.in c.j. §.ſed & res,vbi Afflict.col. xiiii. per quos fiat inueſt. & confirmantur prædicta per Alex. conſil.xxix.col.fi.lib.v.referendo Bar.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.ob.& Bal.in l.vnica.C. quando nō peten.partes, & idem Bal.in l.j.q.xxv.ff de rer.diu.Albe.de ro.in l. quod dicitur.ff.de ver.ob præceptor meus honorandus dominus Ludo.Gonza.
2 conſi. lxxxiiij. colum. j. verſi.iiij.¶† Quid autem ſi domiuus accepiſſet ab vno ex hæredibus ſeruitium,& ab alio non, nūquid poſſit dominus auferre ei, qui non ſeruit? vide per Bald. conſi.trecenteſimoprimo in prima parte.

SVMMARIVM.

1 *Vltra potentiam nil poſſumus.*

An quælibet iuſta cauſa impeditiua excuſet vaſallum nō petētem inueſtituram infra annum & diem. Quæſt. lxxxiij.

CONcluſiue dicendum eſt, quamlibet iuſtam cauſam impediētem excuſare vaſſallum, ſi infra annum & diem inueſtituram non petierit,per tex.in.d.c. fi.de proh. feu. alie.per Lotha.vbi tex.requirit.quod doloſe ceſſet a faciendo dictam recognitionem, & q̄q̄ tex.in d.c.j.quo tēp. mil. explicet tantum quaſdam iuſtas cauſa,tamen illa exēpla non reſtringūt illam clauſulam generalem antea poſitam,niſi iuſta cauſa interuenerit,quare non petierit.l.damni infecti la. ij.§.fi.ff.de dam.infec.l. quæſitum.§ ſi quis fundum.ff.de fund. inſtr.eo maxime,quoniam tex.in d. c.fi.generaliter loquit̄ de quauis iuſta cauſa impediente,facit tex.in l.ſi vehenda.§.idem iuris. ff.ad l.rod.de iactu.ſicut etiā dicimus, qđ vaſſallus tenet̄ prēſtare ſeruitium, poteſt illud præſtare,alias excuſat̄, vt not. And.iſer.in c.j.§.ſed nec eſt alia,& in §.ſed qui delator,quæ ſit pri.cā.benef.am.& in c.j.in fin. An ille qui interfecit fratrē dñii ſui.¶† Quoniā vltra potentiam nihil poſſumus,nā neceſſitas legem non habet.l.i.C.de oper.lib. c.quāto.extra de cōſuę. ca. cōſilium de obſeru.ieiu.c.remiſſionem.i. q.j. lex enim excuſat neceſſitate inſurgente,vt d.glo.in l.j.ff.de offi.cōſ.& facit licitū illicitum.c.mutationes.vij.q.j.Et ideo dici ſolet,quod qui fecit quod potuit, legem adimpleuit. tradit Luc. de pen.in l.curiales.C.de decurio.lib.x.Mod. neapo.in c.ſi quis miles in quinto nota.de feu.ſin.culp. non am.¶Illud tamen non omitto talē iuſtam cauſam impedientem,ita demum excuſare, ſi effectu aliter ipſum vaſſallum impediat,quominus petere renouationem inueſtituręnon poſſit, nā ſi facile tale impedimentū reparari poſſet, ei vaſſallo imputādum foret, per ea quæ tradūt Bart.& Bald.in l.quibus diebus in prin. ff.de condi. & demon. Imo.in clē.ij. de eta.& quā.bene facit tex.& quod ibi no. Bar. in l.qui commeatus. ff.de re mili. & adde q̄ dixi ſupra in quæſtio.xxvj.circa ſi Debet etiam tale eſſe impedimentum, vt excuſet continuo toto tempore anni & diei, abſorbere enim debet totum illud tempus, alioquin ſi poſtea adhuc durante tempore perendi renouationem inueſtituręceſſaret illud impedimentum, deberet vaſſallus adire dominum petendo inueſtituram fidelitatē pollicendo,ſinautem lapſo tempore expelli poſſe,per ea quæ no.Butr.Abba.Imo.& alii in c. ex rōne extra de appel.Gemi.poſt.Ioan.And.in c.cupientes.§.ſi per viginti de elect.lib.vj.Cyn.in auct. ei qui.C.de temp. appel. Ange.areti.in l.i.§.dies col.v.ff.quando appel.ſit.Ang.conſi.cccix. in propoſita queſtione, & in conſi. cxxxvi. quidam Matth. Doct.in d.c.j.maxime Præpo.col.v.quo temp.miles.

Vtrum iuſta cauſa impediens ex poſt facto, ideſt poſt ceptum curſum anni & diei interueniens excuſet. Quæſtio.lxxxiiij.

QVæro an quemadmodū iuſta cauſa impediens vaſſallū exiſtens in principio curſus anni & diei excuſat ipſum vaſſallum,ita etiam ſi aliquod iuſtum impedimentum ſuperueniat ex poſt facto poſt ceptum curſum anni & diei excuſet? pone poſt lapſum decimum menſem ſuperueniſſe peſtē in loco, vel aliā cauſam excuſationis,& concludendum eſt,quod ſic pro tempore,quo durat ipſum impedimentum per not.per Bal. in extrāuaganti pacis conſtantie,in verſi. vaſſalli noſtri. per Marti. lauden.in ca.j.de vaſal.qui contr.conſt.Loth.feu.alie. Albe.in lege præſens.C.de appellatio.Cardi.conſi.cxxviij. & ex mente omnium ſcriben.in d.ca.j.maxime Prępoſi. colum.v.quo tempore miles inueſt.pet ¶An autem ceſſante tali impedimento iterum ſibi concedatur integrum tempusanni & diei,An vero fiat reſtititutio tantum pro rata tēporis, vide quæ dixi quæſtio. quadrageſimanona.

SVMMARIVM.

1 *Si vaſſallus non tulit opem domino perituro omnino,excuſatur.*
2 *Mendacium quod non nocet non eſt punibile.*
3 *Fruſtra fit,quod factum non releuat.*
4 *Excuſatur reus qui non comparuit die feriata,quia actor non intererat.*

An impedito vaſſallo facere in tempore recognitionem ſufficiat allegare impedimentum, vel docere debeat de eius diligentia. Quæſt. lxxxv.

VTrum impedito vaſſallo facere recognitionem in tempore ob iuſtam cauſam, ſi conueniatur a domino tanquam ingratus,ſufficiat tantum allegare iuſtum impedimētum, quo detentus fuit pro ſui excuſatione? Docto. communiter cōcludunt quod non,niſi etiam probet de eius diligentia, ita quod con are debet, quod ipſe erat in procinctu petendi inueſtituram,& quod omnino petiturus erat niſi impeditus fuiſſet,ita tradit Inno.& omnes in c.ex tranſmiſſa. extra de præſcriptio. glo.in c.cupientes.§.quod ſi per.xx. in verbo propoſita de ele. lib.vj.& vī.tex.in l.qui commeatus,& ibi no.Bar.ff.de re mili. Bar.in l.præſes.C.de appel.Bart.& alij ſcrib. in l.ii.§.quod diximus.ff.ſi quis cautio.bene facit tex.in l.ſed & ſi per prætorem. §.ſi feriæ.ff.ex quib.cau.maio.ibi hi dies reſtituuntur, quibus agere voluit & impeditus eſt. Alex.conſil.xlix.inſpectis & pō deratis.lib.ii.Ant.de But.in c.non liceat.col.6. extra de præſcr. not.Doct.in l.quibus diebus in prin.maxime Bal. ff. de condi. & demon.Panor.in c.ſciſcitaturos,& in c.plerunque extra de reſcriptis cum alliis concordan.adductis per Fel.in d.c ex trāſmiſſa,& Iaſ.in d.l.ii.§.quod diximus,& ſcrib.maxime Præpoſ. in d.c.i.col.v.verſ.aliud inſuper requiritur,quo tempo.mil.ſua detur per deciſionem And.Iſer.in d.c.j. qui voluit quod ſi dñs feudi communiter reputatur mortuus quod & ipſe vaſallus credebat,qui tamē recognitionem non fecit infra annum & diem ſucceſſori domini, quod ſi dominus reuertatur, qui re vera non erat mortuus, quod tamen per hoc non excuſatur vaſallus quin feudum amittat. Ecce ergo quod licet illa recognitio nullius effectus fuiſſet exiſtente domino viuo tamen conſiderata illius negligentia venit condemnandus. pariter dicamus nos quod & ſi talis conatus vaſalli nullius effectus propter impedimentum fuiſſet, tamen ſi non fecerit ratione contemptus & negligentiæ excludendus a feudo videatur. ¶Accedat quod determinat Bal.in c.j.in prin.quibus mo.feu. amit. vbi concludit quod ſi vaſallus deſeruerit dominum in prælio qui nullum exinde damnum paſſus eſt, immo victor extitit quod feudo priuabitur,non etenim cōſideratur, quod ſecutum eſt,ſed eius tantum negligentia.facit in argu.tex.in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit.C.de furtis,& no per Doc. in l.i.§.i.ff. ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fue.cum igitur hæc negligentia ſibi noceat non obſtante exiſtentia & ſuperuenientia impedimenti, debebit vaſallus probare, ac docere de illius diligentia,vt excuſetur.In contrariū quod immo & ſi fidelis talē diligentiam nō adhibuerit interueniēte iuſto ipedimento qđ excuſet̄, & ꝓ̄ſ non eſſe neceſſarium probare de diligentia, ſed ſufficere allegare iuſtum impedimentum ſuperueniſſe in tēpore petēdi

Source : BIU Cujas

inueſtituram,facit primo quod tradit Bal. in l. ſi quis in graui.
1 ff.ad ſenatuſcon.ſilleia. vbi concludit, quod † ſi vaſallus non tulerit opem domino omnino perituro quod excuſatur per tex.in l.ſi alius.§.eſt autem alia ibi edibus perituris. ff. quod vi aut clam.confirmatur, per id quod tradit Petrus de Anchar. conſil .xxxiii. vbi dixit dolum & falſitatem non nocentē non
2 puniri, †facit quod ſcribit Bald.in ſi. ff.quod falſo.autho.Bar. & communiter ſcrib. per illū tex. in l. damus. C. ad l.Cornel. de falſ. vbi concludunt quod mendacium,quod alicui nō nocet non eſt punibile,facit præterea optimus tex. in l.ſi.§.ſi.ff.qs ordi.in bono.poſſ.ſer.ibi,ſed quid noceat non petitam bonorum poſſeſſionem, quæ ſi petita fuiſſet non tamen acquireretur,vbi tantummodo conſideratur effectus per quem text.ita tenuit Pau.Caſtr.in l.ii.§.quod diximus.ff.ſi quis cautio.cui ſane tex.non ſatisfacit ſolutio Alex. in dicto §. quod diximus,vt recte conſiderat Philip. Decius in c. ex ratione col. xj.extra de appellat. ¶Facit tex.in l.ſi.§.primo. ff.ad l. Rodiam, de ac. vbi nauta qui tranſtulit merces in nauem deteriorem contra voluntatem domini, non tenetur, ſi vtraque nauis periit,& ſic patet quod nauta excuſatur,propter caſum ſuperuenientem, licet culpa eius præceſſerit. per quem text. ita etiā determinat Fulg.in dicto §.quod diximus,cui nec etiam congruit reſponſio Alex. ibi vt animaduertit Decius, loco prædicto.¶Accedat quod tradit gloſ.in c.j. in prin. quibus modis feu. amit.vbi inquit quod ſi vaſallus inhabilis, puta qui habet abſciſſa brachia non præſtiterit opem domino in bello, ſed fugerit,quod non priuatur feudo, quoniam non intererat domini vaſallū amplius ſtetiſſe poſteaquam adiuuare non poterat.l.ſi plures. C.depoſiti.¶Sic etiam dixit Aluaro. in ca.j. §item ſi dominū quæ ſit prima cauſa beneſi. amit. quod vbi non eſt poſſibile, quod vaſallus poſſit adiuuare dominum, non punietur vaſallus ſi non prēſtitit adiutorium.poſt Iaco. Ardiz.in l.omne delictum.ff.de re mili.In propoſito igitur noſtro non videtur intereſſe domini etiam ſi non adhibuerit diligentiam in petendo renouationem,quæ & ſi facta foret nihil operatur.¶Optime facit.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt lega.no.caue.l.non cogē dum. §.Sabinus cum ſimilibus. ff. de procurato.vbi fruſtra fit quod factūm haud releuat, & in terminis noſtris innuit tex. in dicto c.ſi.de prohi.feu.alie. per Loth. ibi. ¶Dolus enim abeſſe videtur ſi iuſta cauſa impediēte ſteterit, pondera verbum ſteterit,quod innuit,quod & ſi nullum actum diligentiæ feceri-
3 t,ſed tantum ſteterit non petendo, quod excuſatur.¶†Bene facit tex.in l.ſecunda.in ſi.ff.ſi quis in ius voc.non ierit,vbi excuſatus fuit reus qui citatus pro die feriata non comparuit, quoniam actor non interfuit, & ſic ibi negligentia non conſideratur,ex quo diligentia non profuiſſet. ¶Optime facit, qđ ſcribit Barto.in d.l.ſecunda in ſi.& in l ſi.§.ſed & ſi ſtipulator, el primo.ff.de eo per quem factum erit dum vult quod ſi reus non comparuit in die citationis, quia actor illa die fuit impeditus,excuſatur reus, & ſic non attenditur illius negligentia, quando etiam diligens nihil feciſſet. ¶Facit etiam quod dicit Barto.in l.ſecunda in prin.col.quarta.ff.qui pet.tuto.dum vult quod quis non tenetur facere, quod factum nihil releuat. ¶Hanc controuerſiam ſic terminandam puto. Aut hoc impedimentum conſtabat ab initio antequam inciperet currere annus & dies,& hoc loco diſtinguo, aut vaſallus ſciebat hoc impedimentum ſubeſſe, & tunc etiam ſi diligentiam non fecerit,non eſt quod ſibi imputetur,ad quid enim perditio hęc? & facit tex.in d.l.ſi.§.ſi.quis ord. in bono.poſſeſſ.ſer.ſecundum Alex.in d.§.quod diximus,aut ignorabat,& tunc dico,quod ſi permittat labi annum & diem, quod poterit excludi,quoniā non petiit immediate propter impedimentum, ſed ſtetit propter negligentiam ſuam, quoniam quoad ipſum vaſallū non extabat illud impedimentum, quod ignorabat ſubeſſe, & ad hoc,vt vaſallus exeuſetur,neceſſe eſt quod impedimentum ſit cauſa immediata,quare non petierit,probat tex.in d.c.ſi. & in dicto capit.primo ibi niſi iuſta cauſa interuenerit, quare non petierit, quo tempo. miles, facit bonus tex. in l.antepe. ff. ex quib. cau. maio. vbi abſens cauſa Reipub.ſolum reſtitutionē habet pro damno,quod paſſus fuit propter abſentiam immediate,& non pro illo damno, quod etiam non obſtante abſentia habuiſſet. Aut hoc impedimentum cepit interuenire ex poſt facto, ideſt poſt ceptum curſum anni, & diei, & tunc diſtingue,aut vaſallus potuit prævidere hoc impedimentum, aut non.primo caſu ſubdiſtingue, aut vaſallus commode recognitionem ante impedimentum ſuperueniens facere potuit,& ſic occurrere ipſi impedimento, & illo caſu ſi non fecerit,non videtur excuſandus per text. in d.l.ſecunda. §. quod diximus.verſ.ſi quis tamen cum poſſet. Aut non poterat commode facere hanc recognitionem, & tunc aut ſe adeo reſtrinxit in fine anni & diei, ita q̄ etiam abſque impedimento implere non potuiſſet debitam fidelitatem, & tunc non excuſatur,vt eſt caſus in dicta.l.qui commeatus.ſecundum verum intellectum,aut minime,& tunc excuſatur,quia non eſt quod ſibi imputetur.ſecundo caſu quando non potuit prævidere impedimentum, & tunc etiam puto, quod niſi conſtet de illius diligentia,quod non excuſabitur, quia dato,quod impedimē tum ineſſet,ob quod non facere poſſet recognitionem etiam ſi vellet, tamen ex quo hoc loco illius negligentia eſt cauſa immediata, vt dixi in primo caſu non excuſatur. Attenditur enim animus vaſalli,bene faciūt quæ ſcribit Andr. Iſer.in d. cap.primo cum aliis ſupra deductis,& quæ ſcribit Philip.dec. in dicto.c.ex ratione.quem omnino vide.

SVMMARIVM.

1 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
2 *Impedimentum peſtis & guerrę an excuſet impeditum, qui non fuit proteſtatus.*
3 *Omiſsio ſolennitatis inductę ex conſuetudine annullat actum.*

Impeditus facere recognitionem an teneatur proteſtari. Quæſtio.lxxxvi.



Primo igitur quęro, An liber feudorum ſit authenticus,& inter iuris ciuilis libros connumeretur,ita q̃ & in ſcholis,legi, & in iudiciis,ad deciſiones cauſarum allegari poſſit? Magna eſt contentio inter Doctores.Pro cuius quæſtionis reſolutione, ſciendum eſt, q̃ liber iſte conſtat partim ex conſtitutionib. imperialibus,Cõradi,Lotharii,Federici & aliorum,& has, legis auctoritatem habere, nemo ſanę mẽtis reclamauerit: quod enim Principi placuit,legis habet vigorem,inquit tex. in §. ſed quod Principi placuit,Inſti. de iure nat. gen.& ciui. Partim autem conſtat ex variis conſuetudinibus, Mediolanenſium,Cremonenſium,Placentinorum,Regni,& aliorũ locorum:Partim etiam eſt compoſitus ex nonuullis Oberi de Orto,Gerardi Capagiſti,& aliorum ſapientum, ac iuris peritorum reſponſis;Et in his conſuetudinibus & reſponſis tota conſiſtit difficultas.Reperio,q̃ Hoſt.in titu.de immun. eccle.§.inquantum.ver.ſi vero paternum voluit, Reſponſa Doctorum non eſſe neceſſaria, ſed probabilia.Idem de conſuetudinibus exiſtimauit,dicens, eas in ijs tantummodo locis,vires obtinere,in quibus vel vſu, vel lege municipali,receptæ ſunt,quod etiam ſenſiſſe videtur Iſern. hic in prælud. quæſtio.prima.dum vltimo loco pro hac opinione adducit nonnulla argumenta, iuxta dictum glo.in l.3.§.Neratius.ff. de acqui.poſ.& in hac claſſe fuerunt alii,quos recenſet Bal. & Iaſ.Pro qua opinione facit (quo ad reſponſa Doctorum attinet) Quia licet olim reſponſa prudentum, & Iuriſconſultorum,etiam ſine Principis licentia, vim legum obtinuerint,iuxta tex.in l.ii.§.poſt hunc.ff.de orig.iu. tamen tempore diui Auguſti conſtitutum fuit,vt ex Principis auctoritate Iureconſulti reſponderent,nec eorum reſponſa ſine hac auctoritate vim legum obtinerent.d.l.ii.§.primus. de origi.iur. ſed ſic eſt, quod in hoc libro, nuſquam deprehendi poteſt, quod illi Doctores compilauerint has deciſiones ex auctoritate Imperatorum, nam Principis auctoritas in reſpondendo non preſumitur, ſed probari debet per publica documẽta.l.vnica.C.de mand.Princi.c.cum in iure.extra de offi.delega.in fi.etiam ſi curſus longiſſimi temporis intereſſerit.l.fi. ff.de vſucap.pro empto.quem ad hoc allegat Bal.in l.j.C.de reb.eccle.non alienan.& in l.ii.C.ſi ex fal.inſtrumen.ergo ſequitur quod iſtæ deciſiones non ſunt neceſſariæ,ſed probabiles tantum,ſicut deciſio Bartoli,aut alterius cuiuslibet excellentis Doctoris,iuxta glo.in l.j.ff.de legib. Quo autem ad conſuetudines ſpectat, facit, quia feuda fuerunt recepta ex conſuetudinibus variarum gentium, ſed conſuetudines nõ obligant extra locum,vbi vigent, l.an in totum.C.de ædific. priua.l.fi.C.de teſtamen.l.fi.ff.de iuriſdi.omnium iud. Ratio eſſe poteſt, quia quælibet ciuitas abundat ſuo ſenſu.c. vtinã. Ixxvi.diſtinc. merito videtur dicendum,tales conſuetudines pro generalibus non debere obſeruari,niſi in ijs locis.in quibus receptę ſunt,quod & Aegi.Bellame. de facto conſultus reſpondit,conſi.ſuo 95.

Sed iſtis rationibus neutiquam obſtantibus, in contrariã ſententiam iuerunt Bar.Aluarot.Cardin.Alexandr.Aquen. Iaſ.Affli.& plerique omnes,tam hic,quam in cap.primo.de his,qui feud.da.poſ.dicentes,librum eſſe authenticum,& in ſcholis legi,& in iudiciis allegari poſſe.Mouentur tam ex tacita, quam ex expreſſa Imperatorum confirmatione,ex tacita probatur. Primo,quia regulam habemus quod actus factus a tanto tempore,quod eius initii memoria nõ extat, habet vim conſtitutionis, & priuilegii, etiam in reſeruatis Principi,c.ſuper quibuſdam.§.pręterea. extra de verb. ſigni. l.hoc iure.§.aquę ductus.ff.de aqua quoti.& eſti. cum ſimilibus.ſed liber feudorum lectus, & allegatus fuit pro authetico in omnib. Gymnaſiis, per tantum temporis ſpatium, q̃ eius initii memoria non extat,ergo debet haberi pro authẽtico.Minor probatur: Nam extant commentaria vetuſtiſſimorum Doctorum.ſ.Bal.Iſer.Iac.de Bel.& aliorum: immo vero extant gl.vtriuſq; iuris,quę allegant tex.huius libri tanquam authenticos.Conſequentia probatur per doctri.Pan. in c.ii.de reſcri.quo loci dixit,decretum Gratiani eſſe authẽticum,quia in ſcholis publice legitur, & allegatur.qua rõne fretus tenet Bal.q̃ conſtõ extrauagans poſita in tit. de pace cõſtan.ſit authentica,quia recepta.Secundo probatur, quia habemus aliam regulam,q̃ qñ aliquis ſciens ꝯdicendo,põt impedire actum,& non impedit,ſed tacet,habetur pro conſentiente.l.ſępe.§.ſcientib.ff.de re iudi.gl.in l.fideiuſ.§. pater. in verbo,manifeſtum.ff.de pign.ſed Imperator optime ſcit, q̃ iſte liber legitur in ſcholis, & allegatur in iudiciis. eius.n quod publice fit,nemo ignorantiam allegare poteſt.l.ſed & ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſti.act. Ego non improbãdo vĩ approbare.quam conſequentiam facit glo.communiter approbata,in l.quo enim.ff.rem ra.hab.Tertio probatur ex eo q̃ Imperatores modo addiderũt,modo detraxerunt iſtis conſuetudinibus & reſponſis:ergo ſi non improbando,censentur approbare, multo magis dicendum eſt eos approbaſſe addendo,vel detrahendo,argu.l.cum prętor.ff.de iudi.Aſſumptum probatur,nam olim feudum poterat ad medietatem alienari.c.j.qual.olim feud.aliena.poter.in aliquibus autem locis,non tantum ad medietatem, ſed etiam plene, & irrequiſito domino.c.j.quid iu.ſi poſt aliena. quę omnia poſtea a Lothario, & Federico Imperatoribus fuerunt correcta,c.j.de prohi.feu.aliena.per Lothar.& c.j.de prohib.feud. aliena.per Federi. ergo cętera omnia confirmaſſe videntur. Prętera feuda olim præſcribebantur contra dominum. c.j. §.ſi quis per triginta.ſi de feu.defun.contr.ſit inter domin & agn.c.j.qualit.olim feud.pote.aliena.ac Conradus & Lotharius Imperatores prohibuerunt,ne id in futurum fieret, c.j. §.pręterea.de capitu.Conra.c.j.de prohi.feud.aliena.per Lothar. Poſtea ſucceſſit Federicus,qui non ſolum futuras,ſed etiam pręteritas præſcriptiones aboleuit.c.j. de prohibi. feu. aliena.per Federi.ergo ſequitur,q̃ reliqua omnia confirmauerint.Quarto ſuadetur,quoniam videmus cauſas feudales in curia Cęſaris terminari,ac decidi,ſecundum iſtas deciſiones:ergo dicendum eſt, perinde approbatas eſſe,ac ſi per priuilegium expreſſe comprobatę forent, quoniam ſententia Principis lata de conſilio procerum habet vim priuilegii inclusi in corpore iuris,auth.qua in prouincia.C.vbi de crim. agi opor.iuncta glo.quam ibi valde commendat Ange. Ad hoc etiam facit,quod Cur.Senior a iuniore relatus,pro hac opinione adducebat, quoniam videmus infinita priuilegia ab Imperatoribus conceſſa Comitibus Palatinis, in quibus expreſſe mentionem faciunt de hoc libro, derogando ſpãliter c.natrales.ſi de feu.fue.contrque.ergo ſi non expreſſe, ſaltem pluſquam tacite cenſetur approbatus, arg.l.quidam conſulebat.ff.de re iud.vbi ſi Princeps minori cõceſſerit magiſtratum,cętera omnia etiam conceſſiſſe vĩ.Facit quod no. glo.in c.cum autem.43.diſtinct.dum vult, q̃ ſi Pontifex ſciẽter aliquem ſpurium promoueat ad epiſcopatum, vĩ etiam illum famę reſtituere, quod ſequitur Bal.in l Imperalis.§.ſimiles.C.de nupt. per illum tex.quo loci mulieres ex dignitatis conceſſione famę reſtituuntur.intellige tamen tu, quando Princeps aliquid facit diſpoſitiue,vt declarat Soc.in conſi.99.in 3.vol.vbi ait, quod ſi Papa ſcribit alicui inſtabili,nõ cenſetur illum diſpenſare,niſi ſcribat diſpoſitiue. & ideo didicit etiam gl.in c.j.93.diſt.q̃ ſi Papa communicaret excommunicato,intendendo eum abſoluere, etiam ſi non verbo, habendus eſt pro abſoluto.quod tamen verum exiſtimo, ſi ſciat Pontifex excommunicationem:ſi enim ignorat,haud quaquam per talem communicationem fieret abſolutio.c. ſi aliquando. de ſen.excommu. nimirum ergo ſi dixit Bald. in c.j.de natu.feud. q̃ princeps aliquem inueſtiens de feudo videtur ſemper ſecundum naturã feudi contrahere, de qua habetur in hoc libro noſtro. Poſtremo,etiam ſi predictę rationes non vrgerent,tñ neceſſariis demonſtrationib. oſtẽdi poſſet,hunc librũ eſſe authenticum, & in numerũ librorũ iuris ciuilis referẽdũ.Nã Bal.Alua.& Iaſ.hic dñt,Odof,excellentiſ.Iuriſconſ.in auth.caſſa.C.de ſacroſan.ecc. ſcripſiſſe,q̃ Imperator Fede.iunior,cũ in Italiã veniſſet,conſtõ.feud.Bononiã miſit,ſeu Papiã,vt p Doc.ſub ꝯgruentib.titulis collocarent,qđ factũ fuit,licet infœliciter, ſi ita dicere phas eſt. Quare cũ Imperator eas exp̃ſſe approbauerit, nõ debemus amplius dubitare,quin ſint authẽticæ,cũ oĩa prudentiũ Rñſa auctoritate Principis reddita,legis vigorẽ habeãt.l.ii.§.pe. de ori.iu.Et ſi qs opponẽdo allegaret,Feder.fuiſſe excõcatũ, & priuatũ ab Inn.IIII.vt eſt tex.in c.ad apoſtolicę.de re iud.ĩ vi. & p ꝓñs illius facta & geſta nullius eſſe auctoritatis auth.gazaros.C.de hęre.l.qſqs.C.ad l.Iul.maie.cũ ſi Ego omiſſa rñſione Car.Zab.in c.ii.de feu.extra, rñdebo cũ Syl. in trac. de feu.recog.q.1.q̃ geſta p eũ ante condẽnationẽ non irritantẽ, ſed valent,& tenẽt;ſicut valida ſunt inſtr̃a,q̃ ante cõdẽnationẽ fuerunt ſolẽniter celebrata,iuxta gl.in Auth. de tabe.ĩ fi. prin.in ver.documẽtis.ea rõne mouet, qa ſemel cõſtiterũt, & amiſſio officii reſpicit futurũ.Quinimo(quo ad inſtr̃orũ publicationẽ attinet) voluerũt Doc.notariũ ẽt poſt condẽnationẽ poſſe illa publicare,q̃ facta fuerunt ante condẽnationẽ.ita Pau.de Ca.& Ale.in l.p̃tor.§.ſed ſi dñs.ff. de edẽ. & in l.ſi arbitriũ.C.de ſen.p̃ſumit.n.aliqd factũ tpe licito, l.nõ ſolũ.§.ſciẽdũ.ff.de op.no.nũ.& ibi Bar.Doc.no.iõ dicit Bal.ĩ fi.com.de pa.cõſtã.q̃ acceptationi illi⁹ libelli p populos facte

ctę debemus acquieſcère,,quia veriſimile eſt,quod fuerit ac ceptatus tempore,quo Federicus illius auctor nondum fue rat depoſitus:& hanc partem tenendo, adductis in contrarium faciliter poſſumus reſpondere.Ad primum,dum dicebatur, Iuriſprudentes non habere poteſtatem legis conden dæ ſine auctoritate & licentia Principis,fateor aſſumptum, ſed dum dicebatur,hic non probari talem auctoritatem,ne go:quia cum probauimus,& tacitam,& expreſſam,tacitā ex patientia,quæ pro ratihabitione habetur: idem autē ope ratur ratihabitio,quod mādatum,c.fi.de iureiu.in vi.expreſ ſam confirmauimus teſtimonio Odof.in d.auth.caſſa. ergo ſatis apparet de auctoritate iſtarum conſtitutionum, cum non debeat attendi is qui compilauit, ſed qui approbauit, vt dicunt Doct.in l.more.ff.de iuriſ.om.iud. Ad ſecundum, dum dicebatur, conſuetudinem vnius prouinciæ aliam nō ligare:reſpondeo,veram eſſe propoſitionē,quando illa con ſuetudo non eſt approbata a ſuperiore in vim legis generalis,vt no.in c.cum acceſſiſſent. de conſti. ſed iſte conſuetudines fuerunt approbatę ab Imperatore, non tantum in vna prouincia,ſed generaliter in omnibus, nimirum ſi tanquā generales,& vniuerſales debent vbique obſeruari.Facit tex. in ca. in nonnullis.extra de iudæ.vbi exemplo quarundam prouinciarum,mandat Inn.III.ſummus Ponti.quod in om ni Chriſtiana prouincia Iudei a Chriſtianis habitu diſtinguantur.Facit adhuc tex.in c.fi.de clande. deſpon. vbi idem Inno.ſummus Pont.quorundam locorum conſuetudinem prorogando ſtatuit,matrimonia contrahenda publicari de bere per presbyteros in eccleſiis,quod etiam deciſum fuit in ſacroſancto Cōcilio Tridentino,ſeſſione xxiiii.cum annullatione matrimonii,ſi omittatur publicatio,niſi ordinarius expedire iudicauerit,vt prædicta denunciatio remittatur.
Nec inconuenit,quod a principio cōſuetudines iſtę fuerint locales,& deinde poſtea factæ fuerint generales,quia etiam iura Roma.a loco particulari originem habuerunt.§.& nō ineleganter.Inſti.de iure natu.gen.& ciu.& tamen ſunt iura communia omnibus ſcripta.Ideo concludunt Docto.quod iſtę conſuetudines,& deciſiones,ſunt allegabiles, non ſolū in ſcholis,ſed etiam in foro:nonſolum con xentioſo,verum etiam in foro conſcientiæ,quia lex ciuilis eſt pars legis diuinę,vt no.in c.ſuper.extra,ne cleri. vel mona.cum aliis addu ctis per Bal.hic,nu. vi. Quinimo auſim affirmare poſt Petr. Loriot.hic,Imperatorem ipſum,non tantum approbaſſe li brum hunc feudorum,verum etiam compilaſſe. Coniecturam hanc ſuam probat,per tex.in ti.de allodi.infra,ibi, Statuimus tam in Italia,quam in Alemania.quę verba non cō ueniunt Doctoribus,ſeu Iurisperitis,qui non habent aucto ritatem leges condendi, Adiuuat hanc ſuam coniecturam tex.in titu.de cleri.qui inueſtitu.fac.quo loci prohibetur Ar chiepiſcopum Mediolanenſem dare feuda.facit etiam text. in tit.quo tempo.mil.inueſtitu.accipie.deb.vbi Princeps prę cipit, vaſallos venire ad ſuam præſentiam. ex quibus licet coniecturam facere,quod Imperator fuerit auctor huius libri:quandoquidem iſta verba non poſſint proferri ab alio. Confirmo ego hanc Lorioti ſententiam optimo ſimili: videmus enim,quod pręſumitur decretalis, quæ inter decretales reperitur,vt no.Archi.in c.ordinarii.de offi. ordi.in vi. & pręſumitur ſtatutum, quod in volumine ſtatutorum reperitur,maxime ſi conſtet tale ſtatutum fuiſſe diutius obſeruatum,ſecundum Bar.in extrauag.ad reprimendum.in verbo data.propterea credendum eſt etiam,hunc feudorum librū non ſolum eſſe authenticum, verum etiam ab Imperatoribus fuiſſe compilatum.Ex concluſione ſupra firmata ſequitur,has conſuetudines & deciſiones, eos omnes ligare, qui ſunt Rom.Imperio ſubiecti.ita concludunt Docto. omnes, præcipue Car.Ale.num.x.Iaſ.numero iiii.per tex.in c. vnico. in prin.de pac.tenen.& iuramen.firman. Ratio eſt,quia cū liber fit authenticus,neceſſe eſt q̄ liget omnes.qui alioquin legibus communibus ligantur.

Sed maior inſurgit difficultas,an ligent omnes Reges & populos,qui vel de iure,vel de facto, non recognoſcunt Imperatorem:Iſer.hic,in ſecunda quęſtione.multa dicit, & nil clare firmat;adducit enim argumenta, quę ſunt extra materiam feudalem, ſed potius pertinent ad illam quæſtionem. An de iure omnes Principes ſint ſubditi Imperio? de qua late apud Docto.in l.cunctos populos. C. de ſuma Trinitate, & fide catholica.Ego autem,vt breuius me expediam,omiſſo multiloquio,credo omnes obligari his conſuetudinibus & reſponſis,perinde atque aliis legibus, ſecundum gloſſ. in dicto capitu. vnico. de pace.tenen. & iuramen.firman. Et ideo omnes Reges & populi, ſicut ligantur, aut non ligantur, aut ſe non ligari prætendunt legibus Imperialibus, ita etiam ligabuntur,aut non ligabuntur iſtis conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus, & ita videtur reſidere in hac opinione Aquen.hic.

Limitationes duæ recenſentur,& l.prima, ff. de legib. explicatur.

Quod diximus, librum hunc eſſe authenticum,& obſeruari debere,intelligendum eſt, procedere quo ad conſtitutiones feudales approbatas:ſecus vero quo ad reprobatas, vt habetis exemplum in c.vnico.de fil.na.ex matrimo.ad Morgana. contra. quę conſtitutio eſt reprobata,teſte Bal.in c. primo. de feud. cogn.nu.vi.quem refert etiam dominus Iaſ.hic,in prælu.nume.3.ad fi.ea enim conſtitutione cautum erat,valere pactū, ne qui ex ſecunda vxore ignobilī naſcerentur,patri ſuccederent in feudo, & hi dicebātur naſci ex matrimonio ad Morganicam,ſiue ad Morganaticam contracto, corrupte, pro Morgen,ſiue pro Morgengabe,quod vocabulum, Germanica lingua,matutinū munus ſignificat. erat enim munus, quod ſponſus die nuptiarum mane ſponſam ſalutaus, ei coram propinquis & amicis, ante nuptiale conuiuium donabat.Ratio autem reprobationis illius conſtitutionis eſſe poteſt,quia matrimonia iure poli,non iure fori reguntur. c. fi. extra de ſecun nup.& in matrimoniis pœna impon non poteſt.c.gemma.de ſpon.& ſic conſtitutio iſta feudalis eſt iniuſta,reſpectu cauſę materialis.idem dicendum eſſet, quando conſtitutio,ſiue deciſio, vel etiam conſuetudo eſſet iniuſta & irrationabilis,ex alia cauſa,ad quod reſpexiſſe videt Iſer. in c.j.§.& cum domus.de conſuet.rect. feu.& in c.j. an mut. vel alias imperfe.dum voluit,feudalem conſtitutionem irrationabilem,minime eſſe attendendam.

Hinc ſumpta occaſione,non erit inutile videre.Quę dicatur lex iuſta,& quę iniuſta.Scire debetis, q̄ lex dicitur iuſta, ſecundum quadruplex genus cauſarum,Formalis.ſ.Efficiē. Materialis,& Finalis, quas etiam notauit Papinianus Iureconſultus,nunquam ſatis laudatus,in l.j.ff de leg.dum.n.ibi ait,legem eſſe commune præceptum,his verbis,formam legis expreſſit,cum nil aliud ſint leges,quam pręcepta iuris boni & ęqui,omnibus communia. Dum autem ait, virorum prudentum conſultum,cauſam legum efficientem notauit Eſt enim penes iuris prudenter,Reipub.adminiſtratio,& legis condendę poteſtas.Dum poſtea ſcripſit,eſſe delictorum, quę ſponte,vel ignorantia contrahuntur coerctionem,iuris materiam, ſiue ſubiectum deſignauit, nam verſantur leges tam circa contractus,quam circa delicta.Finis vero legis eſt publica ciuium ſalus, & tranquillitas,ac proinde ſubnectit Papinianus illa verba, communem Reipub. ſponſionem. Vnde ſequitur quod ſecundum idem quadruplex genus cauſarum, lex dicitur iniuſta contrariis modis, vt inquit diuus Thom.prima,ſecunda quęſtione 96.articulo quarto.Quod ſic intelligendum eſt,vt requiratur ad iuſtitiam earum,iuſtitia ſecundum omnes cauſas ſimul: ad iniuſtitiam vero ſufficit iniuſtitia ſecundum vnam cauſam tantum. Ratio eſt, quia bonum ex totali & integra cauſa: malum autem ex ſingulis defectibus conſiſtit. ſicut igitur lex eſt iuſta ex fine, qūando ordinatur ad bonum commune:ita eſt iniuſta ex fine, quando ordinatur ad priuatam vtilitatem imponentis, vel ad cupiditatem & gloriam,ſicut eſt iuſta ex forma,quando in ordine ad bonum commune,imponitur ſubditis, ſecundum ęqualitatem proportionis:ita eſt iniuſta ex forma, quando non imponuntur onera proportionabiliter, ſed aliqui alleuiantur aliqui aggrauantur. Sicut eſt iuſta ex materia,quando eſt de rebus in ſe iuſtis, ita ex materia eſt iniuſta, quando eſt de illicitis,puta contra ius diuinum, vel naturale.Et demum,ſicut lex eſt iuſta ex cauſa efficiente,quando ſtatuens non excedit ſuam poteſtatem, quia ſcilicet imponat ſubditis ſuis: ita eſt iniuſta ex eadem cauſa efficiente, quando legislator eam condit ſuper eos,in quibus non habet poteſtatem,puta ſi Princeps laicus etiam Imperator, faciat legem ſuper clericos. Et ſic habetis,qualiter poteſt conſiderari lex iuſta ex quatuor cauſis,& ex totidem iniuſta.

An conſuetudines feudales ligent clericos ita, quod ſecundum eas ſit iudicandum in foro eccleſiæ.

Sequitur Alia maior difficultas,An ſ.conſuetudines iſtæ feudales ligent tam eccleſiaſticas, quā ſeculares perſonas.Affli.hic refert ſatis longam diſtinctionē Cal.in addi.ad nouellas,Io.And.in c.conſtitutus.de no.ope. nun.Iaſ.aūt non ſatis clare explicat.Ego facio concluſionē affirmatiuā,q̄ ſ.ligent clericos,& q̄ ſm hæc iura ſit iudicandū ēt in foro iudiciali eccleſię.Pro qua D.Iaſ.adducit nōnullas Bal.deciſiones.Prima eſt in l.fi.C.ſine cen. vel reliq.fund. cōpa.non poſ.vbi voluit,q̄ ſi eccleſia tenet feuda a ſeculari, tenet ſeruare id, q̄ ſeruāt alii vaſalli, ēt ſi ille dñs eſſet ruſti

Source : BIU Cujas

eus,quod eſt mirabile.Secundo idem Bal.hic,nu.56. uoluit, quod ſi eccleſia eſt feudataria, tenet præſtare iuramentū fidelitatis,ſicut tenet quilibet alius. qua de re eſt tex.in c. vnico, §.verum.extra,de ſta.regular. in 6. vbi abbatiſſa pro feudo,quod tenet monaſterium a Principe ſeculari, præſtat iuramentum perſonaliter, ſi nō pōt pſtare per procuratorem. Subbit Bal.ibi,quòd ſi non ſeruat pacta, poterit priuari feudo. Quod tamen intelligatis ad vitam prelati delinquentis, & quatenus ſpectat ad eius menſam, vt declarat Iul. Clar. in ſuo trac.feu. quæſt.67. qui atteſtatur de obſetuantia iſtius deciſionis,dicens etiam,eam eſſe rationi conſonam,ne d.ecclesia & ſucceſſor, damnum patiantur ſine culpa ſua. Tertio,accedit eiuſdē Bal. deciſio in c.j.de controuerſi.feu. apud par.terminan dicentis,ꝙ licet vaſallus ſit clericus, tamen pares curiæ ſeculares ſunt iudices. Præterea pro tali concluſione probanda Iaſ. adducit tex. in c.j.de controuerſ.inter Epiſcop.& vaſall.Notate illum textum, quia loquitur in feudo conceſſo ab eccleſiaſtico,quod eſt mirabile, ſecundum Bal. ibid.ſed vltra Bald.deciſiones,ſunt aperta iura,etiam de iure Pontificio, quæ hanc concluſionem cōfirmant,nempe tex. in c.cæterum,de iudic.in c.verum,& in c.tranſmiſſa. de foro compet. in quibus iuribus ſummus Pontifex remittit clericos ad dominos feudi,quamuis ſeculares.

Contra hanc concluſionem inſurgit Barba. Sicu.in d.c. cæterum,de iudic.num.18.duobus argumentis. Primo mouetur per tex. in c.qualiter.de iudic.qui textus prohibet clericos trahi à laicis ad iudicium ſeculare. Adducit etiam tex. in c.ſi diligenti. de foro competen. vbi clericus non poteſt ſibi conſtituere iudicem laicum,etiam cum iuramento. Reſpōdeo, regulam eſſe veram,ſed limitari ratione rei,quam recognoſcit clericus a laicis,quia tunc poteſt coram iudice laico conueniri, vt eſt tex.in c.nimis. de iureiur.& ibi no. Abb. videatis Mar.Soc.in c.j.de foro compe. vbi refert viginti quatuor declarationes,& triginta duas fallentias ad illam regulam,in quibus clericus poteſt conueniri coram iudce ſeculari. Secundo loco mouetur, arguendo a ſufficienti partium ennumeratione. Nam aut dicimus ꝙ dominus feudi ſubijcit clericum, aut ꝙ lex ciuilis iſtud faciat, aut lex canonica, aut demum natura feudi. Primo non poſſumus dicere, ꝙ dominus feudi hoc facere poſſit,tum quia pactis priuatorū non poteſt derogari iuri publico. l.ius publicum. ff.de pact. tum etiam quia nemo poteſt facere, quin leges non habeāt locum. l.nemo poteſt.ff.de legat. j. Secundo non poſſumus affirmare,quòd lex ciuilis iſtud poſſit, quia talis lex nullam habet auctoritatem ſuper clericos. c.eccleſia Sanctæ Marię de conſtitu.cum ſimilib. Minus tertio loco poſſumus diſputare,an lex canonica hoc faciat, quia ſummus Pontifex nō tollit clericis illud priuilegium, quod eis fuit datum a Deo optimo maximo,vt eſt glo. ſingularis in c.ſi Imperator. 96. diſtin. Quarto, & vltimo non poſſumus dicere, ꝙ natura feudi hoc facere poſſit, tum quia contra legem diuinam,ꝙ ſcilicet clericus ſit ſubditus laico, tum etiam quia contra naturalem diſpoſitionem, ꝙ ſcilicet res attrahat perſonam, nam potius perſona debet attrahere rem, auth. ingreſſi. C. de ſacroſanct.eccle.ergo nullo modo dominus feudi laicus, poterit eſſe iudex clerici vaſalli. Huic argumento poſſum reſpondere, quod natura cauſæ hoc facit: nam quando duę cauſæ concurrunt,naturalis vna,accidentalis altera, præualet naturalis,ſi non alteretur ab accidentali, ſecundum Bar. l.qui habet per illum tex.ff.de tutel.& in l.j.§.beſtias. ff.de poſtulan. Nec eſt inconueniens, ꝙ natura cauſæ trahat ad ſe perſonam,quia debet attendi id, quod principaliter agitur. l.ſi quis nec cauſam. ff.ſi cert.petat. & ideo in auth.ingreſſi, perſona attrahit rem,quia perſona principaliter conſideratur, res autem acceſſorie. Econtra, clerici in cenſibus & tributis,aliisque muneribus patrimonialibus non habent priuilegium fori,ſed poſſunt coram laico conueniri, ſecundū Bal.in l.de his.C.de epiſcop. & cleric. quia principaliter conſideratur res,acceſſoriè vero conſideratur perſona. Concludo igitur,ꝙ leges iſtæ feudales ligant etiam clericos,& quatione feudi,ſunt ſub iuriſdictione domini ſecularis: quia licet per infeudationem tranſeat dominum vtile in vaſallū, tamen dominium directum remanet penes ipſum concedentem, vt infra ſuo loco videbimus: vnde ſequitur, quòd dominus iudicando de feudo,cenſetur iudicare de re ſua ꝓpria potius quàm de clerici perſona. Ex quo infero,ꝙ ab Epiſcopo,qui recognoſcit feudum aliquod ab Imperatore, appellandum erit ad ipſum Imperatorem, non autem ad Archiepiſcopum. ita Dom. de ſancto Geminiano in c. Romana.§.debet.de appella.in 6.quem ſequitur Dominus Philip.Franc.ibidem,in ſuis notatis ſuper gloſam,in verbo, Tēporalem,& eſt tex.in c.ſolitę. §.verum, iuncta glo.in verbo, ſuſcipiunt,de maior.& obed.vbi dicitur quòd Imperator in temporalibus præcellit illos clericos, qui ab ipſo ſuſcipiunt tpalia.& gl. ibi concludit, ꝙ in huiuſmodi caſibus appellatur ab Epiſcopo ad Imperatorem, quia Epiſcopus tunc cognoſcit,tanquam iudex ciuilis. idem eſſe dixit Franc. in d.§. debet,qñ clericus haberet temporalem iuriſdictionē ab alio Principe ſeculari,per tex.in l.ſi qñ.C.de appellat.vbi Bar. idē voluit,dicens, eſſe textū illius quæſtionis, inferens propter ea,quòd ſi Rex iudicauerit vt Comes,appellatur ad ſuperiorem in comitatu, non attenta Regia dignitate. addit ipſe Franc. idem eſſe, quando Epiſcopus cognoſceret in cauſa temporali,vt delegatus Principis, vel alterius iudicis ſecularis. Et ita de facto conſultus reſpondit Henning.Gode. Præpoſitus Vitembergenſis,in conſi.17. ſub rubr.de appellatio. per totum.

Id vnum nolo vos præterire, ꝙ eſt valde notabile:nam licet alias dici ſoleat, ꝙ vtraque lex in ſuo foro ſeruatur, qñ vnum ius diſcrepat ab alio, videlicet Pōtificium a Cæſareo, & econtra,vt notant Doct. in c.j.& 2.de nou. oper.nunciat. tamen in cauſis feudalibus diiudicandis etiam in foro ciuili attenditur ius Pontificium, propter iuramentum, ita Alexand.in conſi.5.num.10.volum.5. vbi citat Baldum ita egregiè dicentem,in c.1.§.fin.num.10.de prohib. feud.alienat. p Federic.ſequitur Alban. Cardinalis Illuſtriſſimus, in l. priuilegia.C.de ſacroſanc.eccle.num.2. & in l.iuriſgentiū. §.quinimo. ff. de pac. nu.12. allegat Cur. Iun. in conſi.49. & 50. Quod conſilium fuit collegij Bononienſis. idē Cur.de feud. par.prima,quæſt.12.dicit,ꝙ ceſſante fundamēto, hoc eſt vbi vaſallus non pſtaret iuramentum, non procederet deciſio Bal.in d.c.j.§.fi.de prohib.feud.alienat.per Feder.Similiter ēt concludendum eſſe putat,ſi eſſemus in alia materia, quàm circa ea,quæ continentur in iuramento fidelitatis,citat Bal. ſe ipſum declarantē,in l.liberti libertæque. C. de oper.liber. ſed de hoc ſatis. Quod diximus de cognitione feudi domino ſpectante,fallit in nōnullis caſibus, vt & id vobis obiter declarem. Primo fallit, quando dominus feudi non facit iuſtitiam actori, in cauſa feudali:tunc enim cognoſcit ordinarius.Nam iuriſdictionem a ſe excutit is, qui denegat iuſtitiā exhibere.c.licet.& c.ex tenore.extra,de foro compet.ita Bal. & Imo.in c.cæterum.de iudic.

Secundo fallit,qñ agitur cauſa poſſeſſoria, ideſt, quando aliquis intentat interdictum vti poſſidetis,vel vnde vi, quia tunc cognitio pertinet ad ordinarium, & nō ad dñm feudi, per tex.in c.ex parte.de foro compet.qui expreſſe dicit,quòd exceptio,qua oppoſitum fuit, dominum feudi non fuiſſe requiſitum,in petitorio potius, quàm in poſſeſſorio tractari debet.Nec facit ad rhōbum, quod dicunt nonnulli, illū caſum eſſe ſpecialē fauore viduę. Quia textus loquit indiſtinctè,ꝙ illa exceptio habeat locum in petitorio tm̄, & nō facit mentionem alicuius ſpecialitatis. Ratio huius limitationis eſſe poteſt,quia cā poſſeſſionis minima reputatur, habetis apud Bar.in l.admonendi. nu.55. & ibidē Cur.Iun. num. 67.ff.de iureiur.qui ideo intellexit, cauſam poſſeſſionis eſſe minimam, quia damnum in ea illatum reparari pōt ꝑ ſententiam petitorij iudicij,vel quia de ſolo momento agit, vt declarat Cur.Sen.in d.l.admonēdi.nu.323.& eſt tex.in l.vnica,C.ſi de moment.poſſeſſio.fuer.appell.Atq; inde eſt, quare cā poſſeſſoria ſpiritualis proprie non dicat ſpiritualis, cū in ea iuretur de calumnia, quod alioquin in merè ſpiritualibus non habet locū.c.literas.§.propterea.de reſtitut.ſpoliat. c.literas,iuncta glo.in verbo,Rebus. verſi. Et nota.de iuram. calum. Nec obſtat tex.in c.j.de cau.poſſeſſ. & propriet. quo loci habetur, quòd cauſæ poſſeſſionis & proprietatis debēt coram vno eodemque iudice terminari. Quia reſpondeo, cauſas petitorij & poſſeſſorij eſſe connexas, nō generaliter, ſed in certis caſibus tantum, quos enumerat glo. in c.fin. in verbo,Super proprietate,de iudic.inter alios eſt vnus,quando petitorium & poſſeſſorium competunt vni,hoc eſt,acto ri tantum,& neutrum competit reo, & in hoc caſu propriè loquitur tex.in d.c.j.de cau.poſſeſſ.& propriet.Obſeruent tamen Dominationes Veſtræ, ꝙ licet cauſa feudi poſſeſſoria poſſit cognoſci per aliū,q̄ per dominum, quæſtio tamen ꝓprietatis non cognoſcitur niſi per dominum, gloſam habetis in c.cæterū,de iudic. quam refert,& ſequitur Oſaſc.deciſ. Pedemont.78.num.9. Recipit & alias limitationes hæc concluſio,quas nō refero,qa eſſet labor nō ſuo loco ſuſceptus. Non prætermittam tm̄ declarationē Aquent.qui dicebat,cōſtitutiones ſiue cōſuetudines feudales ligare perſonas eccleſiaſticas,quantū ad ea, q̄ reſpiciūt naturā:ſecus quo ad alia, q̄ non reſpiciunt feudi naturam. Rō iſtius declarationis aſſignatur per eū,quia cū eccleſia accipiat feudū a laico,aſtringit ſe ad ſeruandum iura, quæ de feudis diſponunt. quæ ratio non procedit,quo ad alias leges non pertinentes ad feuda,vt in titu.de pace tenen.in titu.de pa.iuram. firman. in q̄bus ſunt leges permittentes duellum, & imponentes pœnā mortis,q̄ lex canonica non recipit. De duello in c.j. & 2.de

purga.

Source : BIU Cujas

de pugatio.vulga. & in c.primo,de cle.pugn.in duel. De pœna mortis habetis in capitulo fina. ne clerici vel monachi. cum ſimilibus. An autem iura feudalia poſſint allegari in alia materia,uideatis apud Cur. in ſuo tracta. de feud.parte prima cap.iii.

De origine feudorum.

Potentiſsima pars cuiuſque rei eſt principium,vt inquit Caius Iureconſultus in l.j.ff.de ori. iu.cum quo concordat Philoſophus ethico.j,c.vii. dum ait. Principium pluſquam dimidium totius eſſe, & ꝙ eorum q̄ quęruntur complura per ipſum manifeſta fieri ſolent. Vnde Plato dicere ſolebat, Principium cēſeri & eſſe diuinum. Operæ pretium igitur nobis videtur ante omnia feudorum originem atque proceſſum demonſtrare. Feuda nonnulli a Romanorum moribus proceſſiſſe voluerunt. Alii vero contra, Romanis fuiſſe incognita cenſuerunt. Primæ claſſis nonnulli, ad illas clientelas antiquas referebant, quarum meminit Dioniſ.Halicarnas.antiqui.lib.ii. Et inter hos anteſignanus fuit Bud.in l.Herenius.ff.de euict.idem voluit Zaſ.doctiſmus iuris antiqui vindex,tam hic,quam in l.ii. ff.de orig.iu. in prin.in verbo,curias. Quam opinionem probant ex ſimilitudine clientelarum,& feudorum, nam vt olim patroni clientibus,& viciſſim clientes patronis,mutua inter ſe obligatione nectebantur,ſic in feudis paria recepta ſunt, ſi quidem & vaſallus domino,& dominus vaſallo teneatur, vnde etiam clientuli quandoque dicuntur.c.1.de alien.feu.c.1. de conten.inter domin.& vaſ. Hanc opinionem reprobant Mod.quidam,ea ratione,quia ſimile dicitur quod in aliquo habet differentiam,ſed vt plurimum cōuenientiam, & vbi ſunt plures differentię,quam cōuenientiæ,non dicitur ſimilitudo,teſte Bal.quem refert Deci.in c.translato. de conſtitu. ſed inter clientelas & feuda ſunt plures differētiæ, quam cō uenientię, ergo non poteſt conſiderari ſimilitudo. Minor probatur,ꝙ ſ.ſint plures differentię,quam conuenientiæ. Primo,nam patronatus & clientela,ſola conſtabat beneuolentia: feudum autem rei immobilis inueſtitura conſtituitur.Secundo,cliens patronum agnoſcebat, non dominum rerum ſuarum,ſed ſui,ſuorumque,& fortunarum omnium protectorem: vaſallus autem recognoſcit dominum feudi directum,ſed aliorum bonorum,nec dominum nec protectorem. Tertio in clientela,& patrocinii,& obſequii fides, ad omnia extendebatur,& ad perſonas,& ad res,& ad negocia:in feudo autem non extenditur, niſi ad limites rei beneficiariæ.Quarto clientibus onus militiæ non erat annexum. Vaſallorum autem ea eſt conditio,vt in militiam eant, vel vicarium mittant, vel certum cenſum domini ærario inferant.Ergo ſimilitudo, per maiorem vtriuſque diſſimilitudinem apperte reſoluitur. Quapropter nonnulli alii Moderniores,feudalia inſtituta ad clientelas referendo,reſtringunt ad illud alterum genus clientelarum, quæ inter Duces populi Romani,& ſubactos bello Principes,& populos contrahebantur,quando ſe illis debebant,atque in eorum fidem, poteſtatemque ſe commendabant: ad quod clientelarum genus reſpexiſſe videtur Iureconſultus in l. non dubito. ff. de captiui. & poſtliminio reuerſis. cum oſtendit, fœderatos populi Romani,quamuis eius maieſtatem obſeruent,liberos tamen manere,dicique clientes.

Cęterum ergo puto,hæc ſimilia magis eſſe,quam eadem. Quia licet in aliquibus ſint ſimilia,in pluribus tamen ſunt diſſimilia. Quæ diſſimilitudo hic maxime reperitur, quod feudum nullum eſt tale,quale nos infra oſtendimus, & præcipue,quia prędium in eo datur, quod non fit in veteri iure clientulorum.Et ſi quandoque in clientela agri aſſignabantur,ii erat ipſorummet bello ſubactorum,at feudorum pars maxima conſtituitur a Principibus ex ſuis agris & patrimoniis,quę allodia nominantur. Credo tamen,veſtigia quędā & ſimulacra patronatus apparere in Cardinalibus, qui pro commendatis eccleſiis, vel monaſteriis ea facere tenentur, ad quę tenebantur patroni pro clientibus ſuis,vt inquit idē Zaſ.in dicta l.ſecunda.de origine iuris.in princip.ſed quo ad feuda attinet,nihil ad rem. ſi quis tamen hoc ius feudale velit clientelam vocare non repugnabo,modo intelligamus, hęc valde diſſimilia eſſe.

Alii igitur ſecundo loco feuda referunt ad militias, inter quos ex recentioribus fuit Haloander ad nouellas Iuſtiniani,qui putauit, militias, quarum mentio eſt in iure Roma. eſſe feuda.ſed eam opinionem ex antiquis damnauit Iſern. hic,in prima queſtione.Mouetur primo, quia feudum non poteſt alienari ſine conſenſu domini, toto titu.de prohibitione feudi.alienan.tam per Lothar.quam per Federic.Militia autem poteſt alienari l.penultima.§.alumno.ff.de legatis tertio.cum ſimilibus. Secundo, feudum non tranſit ad fœminas.capitulo primo.§. & quia.infra, de his qui feud. dar. poſſunt. militia autem tranſit, & ad fœminas, & ad exrtaneos.l.fina.C.de pignoribus. Tertio, ſocius militiæ ſuccedit ſocio in imperiali largitate.l.prima. C. ſi ſoc. imperia. lagit. libro decimo.in feudo duobus dato,vnus non ſuccedit alteri,niſi expreſſe dicatur. capitulo primo. de duobus fratribus de no.bene. inue. ex quibus manifeſte patet de diuerſitate, quę eſt inter feuda,& militias.quo fit,vt Iſer. opinioni libēs ſubſcribam,pręcipue,quia iſtæ militiæ dicebātur officia, ex quibus ſalaria percipiuntur, quę non ſunt vere militię,ſed ad ſimilitudinem militum fuerant inſtitutę, quibus ęrariæ debentur annonæ,vt inquit textus in l.annonas.C.de errog. milit. anno. libro duodecimo. Quę militiæ non admodum differunt ab his,quę officia Romæ dicuntur:& ab illis non admodum differebant hi reditus,qui in iure noſtro, panes ciuiles vocantur.l.fina.§.fina.C.de iure dotium.quando que annonę ciuiles dicuntur.§. hęc ergo. Authenti. de non alienan.quandoque etiam dicuntur ſalaria.l. priuilegia. C. de ſacroſanct.eccl.Quarum origo emanaſſe videtur ex liberalitatibus Principum,atque congiariis,quę plebi Romanę dabantur,vt late proſequitur Alciat. ille, vere magnus,Parerg.iur.libro octauo.capitulo quinto. Tertio loco ſucceſſit Vigl. vir clariſſimus,qui in titulo de militari teſtamento. in Inſtitu.in princip.numero xxii.voluit,feuda originem ſumpſiſſe ab armatis militiis:diligenter enim plerique veterum Imperatorum prouiderunt,vt peritos, exercitatosque milites haberent,qui publicis ſtipendiis, militari diſciplina inſtituebantur, & militię deſignati ad pugnam exercebantur, qui deinde,vbi ſatis videbantur inſtructi, in numeros referebantur,nec antea priuilegia militię habebant,cuius conſuetudinis meminit Veget.dum loquitur de tironibus, qui publico ſtipendio docti, diſcedere a militia niſi emeriti, non poterant;atque ideo notabantur, quo facilius apparerent, ne ve publicis vſibus deſtinati ſubtraherentur. De militari vaſallorum conditione habetur in titu.ſi de feu.defun.con tent.ſit inter domin.& agnat.vbi ſtatuitur,vt ei demum feudum dari liceat,qui miles ſit.probatur etiam per tex.in cap. primo.de mili. vaſal.qui arma belli.depoſ. vbi monachatu, & clericatu feudum amitti cauetur,quia monachis armata militia eſt interdicta: nec beneficium pertinet ad eum, qui nō poteſt gerere officium.quo verbo, perſpicue apparet feudale officium non niſi militare,& bellicum fuiſſe.Probatur adhuc per tex.in capitulo primo.§.ſimiliter. de lege Conra. quo loci habetur,feudum dari poſſe,ſi dans miles ſit, & ille qui accepit,ſimiliter inueniatur miles, ad hoc vt feudum accipiens,ſi res poſtulet,domino ſeruire poſſit, vt prior poterat.Ob hanc cauſam receptum eſſe video, vaſallum ſępiſſime dici militem,vt ſupra probauimus.Sed vtcunque ſit, Viglii opinio mihi non probatur,licet veritatem ſubodoraue rit; moueor ea ratione, quia vaſallis datur feudum in fundo,militibus autem non datur fundus.l.milites.C. de re milit.libro duodecimo.ſed datur ſtipendium in pecunia,quod dicitur a ſtipe,eo quod per ſtipes, ideſt modica æra colligatur.l.ager.ff.de verborum ſignificationibus.

Præterea habemus textus in capitulo primo.§. fina. quis dicatur Dux,Marchio,ꝙ comes.vbi dicitur,quod ex ſoldata feudi vſus non acquiritur. eſt autem ſoldata ſtipendium, quod militi conceditur in pecunia,vel annona, fictum verbum a voce Germanica,Sold, quæ ſtipendium, vel mercedem ſignificat: vnde ſoldurii milites dicti, vulgo ſoldati. Quo fit, vt etiam Franciſcus Connan. viri alioquin doctiſſimi ſententiam probare non poſſim,qui commentar. iuris ciuilis,libro ſecundo,capitulo nono.numero ſexto. arbitratur, feudorum morem a Gallis veniſſe ad Germanos, Italos, Hiſpanos, & alios Europę populos, quamuis pro ſua opinione comprobanda adducat,quod ſcribit Cęſar, libro tertio. commentar. dum dicit, quod qui opibus inter eos valebant, multos habebant deuotos, quos ſecum in bellum ducerent,ſoldurios, ſua lingua nuncupatos, quorum hæc erat conditio,vt omnibus in vita commodis, vna cum iis fruerentur, quorum ſe amicitię dediſſent: quod ſi quid iis per vim accidiſſet, aut eundem caſum ferrent ipſi, aut mortem ſibi conſiſcerent. Sed certe ex eo loco Ciceronis,non ſatis apparet,an hi ſoldurii prædia habuerint,prout in feudis requiritur. Et licet ipſe Connan. dicat, veriſimile eſſe eos habuiſſe fundos, nullibi tamen probat hanc ſuam coniecturam:immo crediderunt Moderniores, impoſſibile eſſe, quod ipſi ſoldurii habuerint fundos, cum Cęſar ipſe omnia plane patronorum commoda communia cum illis fecerit.Accedat ad hoc, quod in ſolduriorū fide caput erat, vt patrono interfecto,ſibi mortem cōſciſcerent: ad id in vaſallorū noſtrorū conditione inauditū fuit, propterea cōclu

Source : BIU Cujas

ab maximam esse dissimilitudinem inter vasallos & solduros. Quarto loco succedit opinio Lucæ de Pen.ī l.quicūq; , C.de om.ag.deser.lib. xj.qui propius accedendo veritati,feuda ad prædia stipendiaria referebat,adducit text.in §.per traditionem.Insti. de rer.diuis.in quo loco fit mētio de prædijs stipendiarijs,& tributarijs,quæ militibus dabantur,stipēdiorum vice,vt ex eorum fructibus viuerent,seruirentque Reipu.absque alijs stipendiis, & hunc asserit eē verum intell'm dicti §.per traditionem,subdens fortè, ꝙ erant prædia,quæ dabantut veteranis militibus,de qb.fit mētio in l. Lucius.ff. de euictionib.in l.itē si verberatū. §. si fortè.ff.de rei vendi. Sed hanc opinionem impugnarunt Mod. quidam dicentes tex.in d.§.per traditionem,non recipere feudi intelligentiā, qñquidem loquatur de translatione veri,& directi dñij,quę fit ijs prædijs stipendiarijs:sed acquisitio,quæ fit in feudis,est vtilis dominij tñ,c.j.§.beneficium, ex quib.cau.feu.ami.ergo prædia stipendiaria non sunt feudalia.

Respondeo ego, tenendo opinionē Luc. de Pen.ꝙ tex.in d.§.per traditionem,nō potest intelligi, nisi de translatione vtilis dñij siue agat de prædijs stipēdiaris, siue de tributarijs. Erant aūt vectigalia prædia,(vt & id vobis obiter declarem) Populi Romani:Tributaria verò & stipendiaria erant Principis,sed proprietate tantum, vsu verò & fructu possessorū, eaque ratione huiusmodi prędia vsucapi posse negauit Paulus in l.cum sponsus.§.in vectigalibus. ff. de publicia. videlicet,quò ad proprietatem, quia res publicæ vsucapi non possunt.l.vsucapionem.ff. de vsucapio.Et tamen lūga possessione capi affirmauit Vlpianus in l.si finita. §. si de uectigalib. ff.de dam.infe.sed hoc est intelligēdum quò ad vsum, salua proprietate:atque ita cōciliantur illa iura, quæ inuicem pugnare videbantur.Confirmat hanc opinionem id, quod legimus de Horatio,cui ob factū illud memorabile in exercitum Hetruscorum,tantum fuit agri publici datum, quantū vno die circum arari potuit, vt testatur Liu.lib. 2. Decade.j. Accedat huic nobile illud Mutij Sceuolæ exemplum, qui vitæ periculum non formidando,pro Rep.Romana purpuratum quæstorem pro Rege interficere non expauit,qua de causa prata illi trans Tiberim data fuerūt,& statua eius honoris gratia, in virtutis perpetuæ memoriam ædificata fuit, teste Liuio ibidem,& Halicarna. lib.3.antiquitatum . Extat etiam Marci Curij Dentati illustre exemplum,cui ob bene merita de Rep.agri iugera quingenta publice data fuerunt, teste Plinio in eius vita, vt interim alios propemodū infinitos omittam. Quòd si quis obijciet,hos quidē donatos fuisse iugeribus,villis & territorijs, nusquam tamen haberi sub fidelitatis iuramento, vt hodie in feudis acceptandis hoc fieri solere conspicimus. his ego respondebo, simile non esse idem,iuxta glo.in l.si mihi. ff. de solut.negare.n. non possumus,quin prædia stipendiaria magnam affinitatem non habeant cum prædijs feudalibus,& eam quidem in multis. Et primò,Quia sicut prædia stipendiaria, seu tributaria alienari non poterant, quia huic nexui erant obnoxia, vt inquit Cice.ita prædia feudalia sine consensu domini non possunt alienari.c.j.de prohib.feu.alien.per Lotha.& per Federic.Secundò,quia sicut stipēdiaria prædia militibus dabantur, ut Rempu.defenderent,ac contra hostes tuerentur.l. qui excubias.ff.de re milit.l.vlt.§. qui stationi.ff.e.ti.ita dantur feuda, vt dominum contra hostes adiuuent. c.j.quib.mod.feu.ami. c.j.§.fi.hic finit.lex Conra.§.firmiter.de prohib. feud.alien.ꝑ Fed.multas alias similitudines affert Mari.Frec.in suo tract. de subfeu. Baro.li.j.in prin.nu.22. ad quem vos reijcio.

Sequitur quinta Lelij Taurelli, summi & præstantis viri opinio, in libello, de militijs ex casu,qui feudorū originem refert ad agros imperij extremos, quos Ro.Principes militibus assignare solebant, vt apud Lampridium in Alexādro, dum inquit,Sola quæ de hostibus capta sunt limitaneis ducibus & militibus donauit, ita vt etiam ad liberos peruenirent, si & ipsi militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent,dicens attentius eos militaturos, si etiam sua iura defenderent: nam has qualitates vt ad hæredes transeant,si militauerint,nec ad priuatos pertineant, appositè ad feudorū naturam faciunt.

Hæc Taurelij opinio in hoc differt ab opinione Lucæ de Pen.ꝙ hic a postremis Imperij Romani temporibus institutum hoc repetit, cum leges trium librorum Codicis fuerint Imperatorum orientalium,at ille. s. Lucæ de Pen.à primis atq; antiquissimis,ambo tñ recte(meo quidē iudicio) Quia tam anteriores, quam posteriores Principes, militibus præmia tribuebant, vt præsidium ibi haberent, quo cum vsus ferret,vel rebellium, vel finitimorum impetus propulsarēt, facit tex.in l.2.C.de fun.limitroph.lib. xj.in illis verbis, Et de quibus iudicauit antiquitas.

Sexto loco Moderniores qdam crediderunt,feuda à Longobardis originem traxisse, in quorū numero fuit Balduin. in §.fi.in Auth.vt qui prouincial.homin. Duare.etiā in suo tracta.de feud.c.3. Quam opinionem probant ex multis capitulis, in vsibus feudorum,in quib. fit mentio de Longobardorum legibus,ut in c.j.de feud.cognit.in c.j.not.feud.in c.j.de content.inter domi.& fidel. de inuestitu.feu.cum multis similib.Addunt Moderniores,feuda ipsa à Gothorū quoque fontibus deriuasse:sed hæc opinio nullum alium auctorem habet,quò ad Gothos attinet, licet quò ad Longobardos plures habeat eiusdem sententiæ assertores, sed certè & hæc opinio non probatur per illa capitula:Quia licet allegētur in hoc libro leges Longobardorum, nō tñ sequitur,feuda fuisse inuenta ab eis: nam allegantur ēt aliæ consuetudines diuersorum locorum,& tamen non sequitur,ꝙ fuerint ab illis inuentæ.Vltimo loco D.Math.de Afflic.hic,ī ea fuit opinione,ꝙ feuda fuerint adinuenta à Conrado Imperatore, sed nihil adducit pro hac sua opinione comprobanda, immo Frec.in suo tract.de subfeud. Baro.in prin.num.22.miratur,ꝙ dictus Affli.vir alioquin doctissimus,in talem errorem inciderit,cum de quouis Conrado Imperatore loquat, dici non pōt,ꝙ aliquis eorum fuerit auctor feudorum : tres enim fuerunt Conradi nomine Imperatores. Primus regnauit an.Domini 912. obijt 919. quo tempore erant feuda, & quidem ab antiquissimo tempore,vt dicit tex. in c.j.§.& qa. de his qui feud. da. pos. Et si quis diceret,illum textum non posse intelligi de Conrado primo, nepote ex fratre Ludouici III.Imperatoris, quia is nunquam Berengariorum metu Italiam ausus est attingere : rñdebo ꝙ probatur adhuc ista opinio per titulum constitut.feud. domi.Lothar.vbi recitantur constitutiones feudales Lotharij Imperatoris, qui fuit anno Domini 825.circiter,& sic ante annum 912. quo tempore vixit Conradus primus.Præterea in legibus Longobardorum fit mētio de feudis,siue beneficijs: nam quæ nos feuda dicimus,ipsi beneficia magis Latinè appellarūt, at Longobardi Italiam inuaserunt anno salutis Dominicæ, 568. circiter, & regnarunt annis ducentis & quatuor,& sic vsq; ad annū 773. circiter:ergo feuda fuerunt ī rerum natura,& ante Cōradū primū, qui vixit anno 912. & ante Lothariū, qui vixit anno 825. Quid dicendum ī tot opinionibus? ego, vt quid sentiam liberè dicam,credo feuda,quò ad nomē,& formam,fuisse adinuenta à Longobardis, siue ēt à Gothis, ad æmulationem tñ & exemplum Romanorum,qui & cliē telas, & militias instituerunt, a quib.omnib. feuda aliquid acceperunt.A militijs originem,prędia stipendiaria,siue fundos limitaneos in prēmium militibus assignando. A clientelis autem acceperunt beneuolentiam:sic.n.Gothorum Reges regnum suum ad exemplum Roma. Imperij īstituerūt, vt legitur apud Cassiador.l.j.epist.prima, dum Theodoricus scribit Anastasio Imperatori,in hæc verba : regnum nostrū imitatio vestra est forma boni propositi,vnici exemplar Imperij : quantū vos sequimur,tantum gentes alias anteimus, vnde duodecim constitutionum libros ediderunt,æmulatione Codicis Iustiniani,in quib.omnia ferè ex iure ciuili sunt petita & transumpta, sic ēt Lōgobardi,licet percupidi essēt Ro.Imperiū delere,vt hī apud Alb.Bonon. in descriptione Italiæ,regione.xiij.oīa tñ ad eiusdē Romani Imperij similitudinem instituebant, nouas leges componendo, quas Longobardas noīarunt,nouas dignitates instituendo,sub noīe Ducatus,Comitatus,Marchionatus,& Baroniæ. Dux à ducēdo dī:originem.n.ab exercitus Ro. Ducib.traxit,vt multis in locis apud Cesarē in commentarijs ꝓbat, & apud Liuiū, nec non & apud Cornel.Tacit.Comitū verò originem idē Corne.Tac.dū scribit apud priscos vsu receptū fuisse, vt cuilibet duci exercitus duodecim Comites assignarētur,inde dictos, qa eos comitarent, & ab eorū latere nō descenderent, atq; Germanis morib.ortā esse originē Comitum,dictus auctor testis est. Marchiones verò dicunt p̄positi limitū, nam Marchia vox Germanica limites designat,teste Zas. fe.par. 5. nu. 9.nā certū est,Romanos olim limites Imperij statuisse,ī qb. aduersus milites constituebant,qui quòd in limitibus militarēt,limitanei appellabant, vñ ēt limtanei dicebant fundi,q eis assignabant.d.l.j.ij.& iij.C.de fun.limit.li.xj. alias ēt dicebant Riparenses duces,q in imperij limitib.excubabant aduersus Barbatos, puta ī ripis Danubij,ad tuēdas Pannonias aduersus Sarmatas, & ī ripis Euphratis aduersus Parthos, vt voluit Alcia.in l.2.C.de re mil.li.12.atque inde est, cur dicāt a Marca,quæ plerunq; iuxta mare est posita, vt dicit tex.ī c. j.quis dicat.Dux,March.& Com.

Barones dicunt ꝓceres oēs,quo noīe ēt Duces,Comites, & Marchiones ꝙtinent,vt late ꝓsequt Hoto.in Dictionario verborū feudaliū, in verbo,Baro.Castellani quoq; dicebantur,& adhuc hodie dicunt,qb.ascribunt castellorū territoria limitib. d. l.2.C.de fun.lim.Territorij.n.verbo,iurisdōnē significari crediderūt nri.l.pupillus. §.territoriū.ff.de ver.sig. Atq; ita ꝙcordiā ꝙprecabim⁹ īter oēs opiniōes,qđ ēt forsitā

sen-

Source : BIU Cujas

ſenſiſſe videtur Guliel.Benedict.in c.Raynutius.de teſtamen. dum dixit,contractum feudalem, Romanis fuiſſe incognitum ſaltem nomine, ſentiens eum non valde differre clientelis,& militiis antiquis,licet habeat alias qualitates ſubſtantiales differentes ab illis.

Qua de cauſa feuda fuerint adinuenta.

Ex origine temporis colligitur cauſa, quare feuda fuerint adinuenta.Ea enim eſt,vt ad imperium defendendum, ſtrenuus exercitatuſq; miles haberi poſſet,& quia is non ita facile haberi poteſt aut gratis,aut repente, ideo Princeps feuda inſtituerunt,vt vaſallos deuinctiſſimos haberent donatis ſibi fundis,quos in feudum recognoſcerent.hinc illud Lotha.Imperatoris in c.j.de prohi.feu.alie. per Lothar.Comperimus(inquit)milites ſua beneficia paſſim diſtrahere, ac ita omnibus exhauſtis ſuorum ſeniorum ſeruitia ſubterfugere, per quod vires Imperii maxime attenuari cognouimus,dum proceres noſtri milites ſuos,beneficiis ſuis exutos ad fœliciſſimam noſtri numinis expeditionem,nullo modo tranſducere valent. Hinc etiam illud Federici,in ti.de prohi.feu.alie.per Federic. Beneficia ſua(inquit)alienauerant, vnde debita ſeruitia Imperii amittebantur,& noſtræ facilis expeditionis complemẽtum minuebatur.Quę cum ita ſe habeant,in eam venio ſententiam,vt feudorum prima,& antiquiſſima fuerit cauſa,ꝙ Princeps vaſallorum opera militari,cum vſus veniret, vterẽtur,cuius operæ, quaſi prẽmium,& auctoramentum eſſent feuda.

An feuda deſinant habere vim nomenque conſuetudinum, ex eo quod in ſcriptis fuerint redacta.

Quarta & vltima eſt quæſtio, de mutatione & interitu rei,ſed primo videbimus de mutatione,& ſic,An feuda deſinant habere vim,nomenque conſuetudinum,ex eo ꝙ in ſcriptis fuerint redacta? Ioannes Rainaldus in ſuo comprẽhenſorio feudali, in principio, voluit,ꝙ nunc ſint leges,& non amplius conſuetudines, cum fuerint in ſcriptis redactę auctoritate Principis, vt ſupra oſtẽdimus. Et licet in principio huius libri inſcriptum fuerit, incipiunt conſuetudines feudorum, tamen debet intelligi ꝙ olim erãt conſuetudines,nunc autem ſunt leges.ita interpretatur.Rainaldus,cuius opinionem approbare videtur Aquenſ.hic, in ſuo ſpeculo,per tex.in §.conſtat autem.Inſtitu.de iure natura.gentium & ciui.

In contrariam ſententiam inclinauit Cad. Alexã.hic,nu. vi.cum quo ſtat communis opi.vt teſtatur Cur. in ſuo tract. de feu.par.j.q.iii.in fi.Quæ opinio probatur argumento a ſimili:Nam clarum eſt,ꝙ ſcriptura non eſt de ſubſtantia iuris ſcripti,ſed expreſſus tantum vel principis,vel populi conſenſus ab initio interueniens,vt notant Doct. in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iu.ita etiam non eſt de ſubſtantia iuris non ſcripti,ꝙ non ſcribatur, ſed ſufficit vt ab initio,tacito conſenſu populi ſit introductum,licet agitur ſcriptura interueniat,nõ tamen mutatur natura,rei ſed interuenit tantum ad maiorẽ probationem.l.contrahitur.ff.de pigno. vbi contractus non dicitur fieri in ſcriptis,quando ſcriptura accedit ad perpetuã rei memoriam, facit in ſimili, quod dicitur de teſtamento nuncupatiuo in ſcriptis redacto.l.ii.C.de teſtament.l.ii. C.de bon.poſ.ſecun.tab.propterea concludunt, has deciſiones ad huc dici conſuetudines, cum maxime fuerint approbatę cũ ea qualitate,cum qua ineſſe deductę fuerunt, vt de bonorũ poſſeſſionibus introductis de iure prętorio, & approbatis a iure ciuili, dicunt Doct.in rub.C.qui admit. Ego ſum in noua opinione,ita vt dicamus, has deciſiones eſſe conſuetudines,& etiam eſſe leges ſcriptas,diuerſis reſpectibus, conſuetudines nempe in locis vbi vigebant. dicuntur conſuetudines adhuc in locis vbi vigebant,quia tacito conſenſu populi confirmari ſolent.§.ex non ſcripto. Inſti.de iu.natu. gen.& ciui.& principe neſciente introduci poſſunt.c.j. de conſtitu. in vi.Dicuntur leges,vbi non vigebant,per tex.in d.§.conſtat. de iure na.gen & ciui.Nec obſtat, ſi quis opponeret de regula l.eum qui ędes.ff.de vſucap.vbi vna,eademque res non debet diuerſo iure cenſeri. Quia reſpondeo,ꝙ illa regula limitatur non habere locum,reſpectu diuerſarum perſonarum, do vobis doctrinam Bal.in c.j.§.hoc quoq;.de ſucceſ.feu.in c.j.in prin.ſi de feud.fue.contro.inter do.& agna.vbi dixit,ꝙ feudum poteſt dici & paternum,& nouum,reſpectu diuerſarum perſonarum.Hęc quęſtio,vtrum conſuetudo in ſcriptis redacta,nomen conſuetudinis retineat,an vero ſibi nomen iuris acquirat,eſt vtilis in eo quod colligitur ex dictis Bar.in l.viros.C.de diuer.offi.lib.xii.vbivoluit, ꝙ ſi extet ſtatutum, ꝙ ſcholaris coram ep̃o debeat conueniri, & de conſuetudine ſit,ꝙ etiam rector cognoſcat,ꝙ per tale ſtatutum non derogabitur conſuetudini,niſi lex expreſſe conſuetndinem tolleret,auth.nauigia.C.de fur. Hanc vtilitatem perpendit illuſtriſſimus Car.Alba.in l.ii. ff. de vulg. & pup.nu.v.

An & quando non ſecundum hæc iura, ſed ſecundum alia debeant decidi cauſæ feudales.

Reſtat vt videamus de interitu, ideſt quando non ſecundum hęc iura, ſed ſecundum alia debeant decidi cauſæ feudales, in qua quæſtione reperio tres notabiles doctrinas.Prima eſt Alua.in c.j.de feu.cogn. Secũda eſt Io.Bapti.de S.Seuerino.Tertia eſt Car.Ale.ibidem, qui conſiderat plures caſus,cuius opinio mihi probatur,ita vt dicamus. Primo loco inueſtiturę tenorem eſſe inſpiciendum, ad quem tanquam ad ſacram ancoram recurrere debemus, vtpote qui feudi naturam proferat,& omni conſuetudini derogare ſoleat,& hoc propter pacta,quæ ab initio interueneruntper l.j.§.ſi conuenerit.ff.depoſi.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iu.Hmõi caſus ad literam eſt in c.j.ſ̃.de duobus fratrib.a cap.inueſt.quem tex.no.ibi Bal.dicens eum eſſe mẽti tenendum,facit tex.in c.porro.extra de priu.Secundo, vbi caſus occurrens ex tenore inueſtiturę non deciditur, tunc videndum eſt, quę nam ſit cõſuetudo illius loci,aut curię dñi ſpãlis,l.de quibus.ff.de legi. & quando conſuetudo illius loci eſt diuerſa,debet attendi preſcripta.c.Cumana.de elect. c. cum de beneficio.de preb.in vi.& ita in conſuetudine diuerſa ſoluendi laudemium conſuluit Alex.in conſ.v.vol.v.citat Bal.in c.j.de feu.cogni.in prin.Tertio, deficiente conſuetudine ſpãli,confugimus ad generalem cõſuetudinem, & ſic ad hos libros feudales, ex quib.cauſas decidere debemus quandoquidem eos iuris auctoritatem habere oſtendimus.Quarto,vbi deſtituimur conſuetudine generali, ius Romanorum ſcriptum deciſionem ſuppeditabit, atque ita intellige tex. in c.j.de feu.cognit. Caſus igitur in vſibus feudorum prętermiſſus, diſpoſitioni iuris communis relinqui debet,arg. ſi extraneus.ff.de condi. ob cau.Quinto,ſi caſus emergens,etiam lege ſcripta non compræhenditur, tunc ad ſimilia procedendum eſt,primo conſuetudinis, ſecundo legis,iuxta not. per Doc.in d.l.de quibus.ff.de leg. & hoc pp ipſarum rerum, & cauſarum ſimilitudinem, nam in habentibus ſimbolum facilis eſt tranſitus.l.ſi acceptilatum.ff.de acceptil. l. ſi vnus. §.ſi pactus.ff.de pact.habetis ergo,ꝙ in cauſis feudalibus,primo loco tenor inueſtiturę eſt attendendus,ſecundo conſuetudo generalis huius libri, quarto ius commune Romanorum, quinto & vltimo recurrendum eſt ad ſimile conſuetudinis, & poſtea ad ſimile iuris ſcripti. Reſtat vt ad ſecundam quæſtionem principalem deueniamus.

Quot ſint otdines, & methodi docendi, & in quibus vnus alterum vincat.

Antequam diffinitionem feudi per ſtringamus ſcire debetis, quod triplex eſt ordo docendi, Compoſitiuus,Reſolutiuus,& Diffinitiuus. Compoſitiuus naturę conſentaneus eſt maxime, vt enim natura non repẽte,aut ſimul opus ſuum totum efficit, ſed a partib. orſa paulatim progrediendo,totum tandem abſoluit, ſic artes, quæ naturam imitantur,& adiuuant, paulatim, & pedetentim, tum abſoluuntur optime,tum etiam tradũtur, ut qui ordo earum fuit inueniendarum, & efficiendarum,is etiam tradẽdarum optimus eſſe videatur. hic ordo valde probatus eſt Ariſtoteli,dum in dialectica,a categoriis ad pronũciata, ab his ad argumẽtationem procurrit. Reſolutiuus autem ordo ꝓrius eſt compoſitiuo: ſicut .n. in eo a partib. ad totum progredimur,ita in hoc, a toto ad partes regreſſi, cuncta diſſoluendo reteximus,quo ordine vtuntur ij,qui ab artib. & ſciẽtiis iudicare volunt, eo ꝙ aliter iudiciũ de illis fieriinequeat q̃ diſſolutione partium facta, vnde libri τῶν ἀναλυτικῶν, apud Ariſtotelẽ dñr,de cenſura,& iudicatione. Diffinitiuus vero quaſi medius inter cõpoſitiuũ & reſolutiuũ, de vtriuſq; nã participat,qñq; cõponẽdo,qñq; reſoluẽdo.nimirũ ſi Cicero dicere ſolebat,ꝙ oĩs bona diſputatio dẽt ĩcipere a diffinitione. Pręter hos,quarũ nequidẽ imaginari poſſumus. Et licet nonnullis alii duo eſſe videanť,diuiſiuus.ſ.& demonſtatiu⁹. tñ cũ ab illis trib.vſu ac fine non differãt,ſeq̃t,ꝙ ſub eis ꝓpręhẽdãť,qđ patet,qa diuiſiuus diuidit ſuũ genus,vt ꝓponat, &

Source : BIU Cujas

adhuc faciens aliam diuiſionem,facit, vt magis componat, ergo diuiſiuus ordo comprænditur ſub compoſitiuo. Idē de demōſtratiuo dicere poſſumus,nam in eo, vel fit progreſſus a cauſa ad effectum, vel ecōuerſo,ab effectu ad cauſam, ordo ille erit reſolutiuus,ſi a cauſa ad effectum,erit compoſitiuus,ex quo ſequitur,ꝙ diuiſio,& demonſtratio non conſtituunt nouum ordinem ab illis trib.diuerſum.Cōcludo igitur,ꝙ ſunt tres ordines tm̄ compoſitiuus,reſolutiuus, & diffinituus.Ratio autem, quare tres tantum ſint ordines docendi,ex hoc deſumi poteſt,ꝙ modus docendi ſunt diſcurſus q̄dam ipſarum rerum,diſcurſus autem ſunt animi motus,qui ſunt ſimplices(teſte Ariſtotele)ſunt tres,Rectus a medio,Rectus ad medium,Circularis circa medium. Ideo ſequitur,ꝙ etiam modi docendi ſint tres tātum,nec plures,nec pauciores reperiantur.Compoſitiuus,& reſolutiuus,dignitate, atq; ordine ſuperant diffinitiuum. Dignitate, quia natura ſunt priores,nempe ꝙ inueniant artes.Ordine,quia eſſentialis ordo eſt in his, quæ fiunt in linea recta ab vltimo ad ſummū, & econtra a ſummo ad vltimum. Diffinitiuus vero in aliis duob.vtrunq; vincit,& ſuperat. Primo ad compendium diſcendi.Secundo ad memoriam retinendam.Ad compendiū diſcendi,quia illi duo primi ordines, linea extēſa procedūt, quę non poteſt facere compendium tale,vt vnico intuitu in ſpici poſſit,ſicut facit linea circularis diffinitiua, a qua emanant oēs partes ſcīę,medio diuiſionis diſſolutæ, atq; iterum ab illis ad ipſam diffinitionem,tota ſcientia dirigitur.Ad memoriam retinendam,quia faciliter retineatur,quæ in pauco ſunt conſtructa ſpatio.Ordinis deinde partes,organis, & inſtrumentis logicis declarari conſueuerunt variis, Diffinitione,Reſolutione, & Syllogiſmo.

Diffinitio feudi, quo ad nomen.

Accedamus igitur ad diffinitionem feudi, vt ordine diffinitiuo breuiter, & abſolute videamus,Quid ſit feudum,& quia diffinitio duplex eſt,altera quid nominis, altera qui rei. Diffinitio autem nominis præcedit omnem tractatum, & diſpurationem, ſecundum Ariſto.iiii. Metaph.Propterea videndum eſt in primis, vnde dicatur feudum, poſtea quid ſit. Feudum Iſidorus, a fœdere deduxit,quam etymologiam è noſtris, probat Zaſ.parte prima,nu.ii.de feu.& in l.ii.ff.de de orig.iu.nam vaſallus præſtādo iuramentum fidelitatis, videtur inire fœdus cum domino.cap.j.qual.iura.vaſal.debe.fideli.Alii a voce Germanica, feed,deductam eſſe exiſtimarunt, quia bellum ſignificatur, vel publico,vel priuato conſilio ſuſceptū,vnde Feida in legibus Longobardis,pro inimicitia exponitur,vt per gloſ. in c. j.de his,qui feu.dare poſ.in verbo,legibus,dum dicitur ibi,ꝙ filiæ faidam leuare non poſſunt,quia fœmineo ſexu eſſe noſcuntur.Atq; hinc dī faidoſus,cui inimicitiæ ſunt denunciatæ.Et hinc diffidare pro inimicitias denunciare,ſiue hoſtem declarare,& diffidatio, quæ a Barbaris ad Latinam conſuetudinem alludentibus,diffiduciatio dicta eſt,ſecundum non nullos.Sed hæc etimologia licet ſit vera,eſt tamen nimis anguſta,& reſtricta,cum vaſallus ad multa alia teneatur,de q̄bus in c.j.de no.for.fideli.Ideo vt illa omnia,ad quæ vaſallus domino tenetur,comprænendantur,Obertus de Orto in ca. vnico.§.nulla.per quos fiat inueſtitu.feudum a fide, ſeu fidelitate dici voluit,a quo non diſſentit Henric. Archiepiſco. in ſua ſumma,dum dicebat, feudum dici a faciendo, quia detur propter fieri:nam & Cicero voluit,fidem dictam eſſe ex eo ꝙ fiat,quod dictum eſt. Dicitur autem a fide,ſeu fidelitate,quia licet in omnib.ꝯctib.ſit fides ſeruanda.l.j.ff.de pactis. vbi Bal.multa moralia profert: tamen feudum ob ſui excellentiam dicitur conſiſtere in fide, quia dominus committit vaſallo perſonam,honorem,& bona.ca.primo.de no.for. fideli.ita Bal.Aluar.Iaſ. & communiter omnes ſcribentes hic in pręludiis,& Cur.prima par.ſui trac.q.vii.Atq; inde eſt,cur fidelis paſſim appelletur.c.vnico.de conten.inter do.& fidel. in rubro,& in nigro,& alibi ſæpiſſime.Magis ſpecifice fidelis denominatur vaſallus,à vade,ſeu vadimonio,i.obligatione, ex eo ꝙ ad plura domino teneatur,d.c.primo.de no.for.fide. & ita declarat Aluar.Card.& Iaſ. Sunt tamen qui putant,vaſallos dictos fuiſſe a Baſſis Turcarum, quorum opinio mihi nullatenus probari poteſt,cum Turcarum nomen,ante annum Dominicæ ſalutis 870.circiter, apud nos ĩauditum fuerit: & tamen iam ſupra probauimus, feuda a Longobardis inuenta fuiſſe,qui regnare cœperunt anno Domini 568. circiter,& ſic per tercentum fere annos ante Turcas. Præterea iſtius vocis Baſſa,apud eos alia eſt ſignificatio, quippe quia peream denotantur patricii, qui conſilio Principis aſſiſtūt, vnde non video quomodo a Baſſa dici potuerint vaſalli,ſed potius Sangiachi dīr,qui habent feuda, quę uocāt Timari, licet ad filios non tranſeant, niſi ex Principis confirmatione,iuxta morem antiquum. Credo ego,ꝙ non incommode fortaſſis vaſalli dici poſſint a Vaſari.Vaſarium enim Cicero appellat,id quod publice dabatur magiſtratibus, vt mulę æqui,vaſa,& reliqua,quæ magiſtratus inſtrumentum implerent,ita vt vaſalli dicantur, tanquam vaſa, & inſtrumenta Principum,cuius etymologiæ auctorem habeo Iac. Concenat Epit.lib.ii .ca.xxv. Appellatur etiam aliquando Valuaſſor,ſecundum Alua.Car.& Iaſ.& habetur in c.1.in princ.& in §.fi.de his,qui feu.da.poſ.& in ti.de feu.da.mili.valu. in rubro & in nigro,qui ideo dicitur Valuaſor,quia dignus ſit ſtare ad valuas, ſeu portas domini propter feudum, quod ab eo tenet:tales enim quando dominum curtizant (vt Doctorum verbo vtar) ſolent aſſidere in valuis dominorum, interim non omittam vobis dicere, ꝙ iſte fidelis multis aliis nominibus appellatur,vt apud Aquēſ.prēcipue videre licet,ad quem vos delego.

Diffinitio rei.

Venio nunc ad diffinitionem feudi quo ad rem attinet,quam vbi ſemel didicerimus diſſoluere, vnico intuitu ante oculos ſe offerent nobis,quęcunque ad conſtituendum feudum ſunt neceſſaria,ſiue ſubſtantialia ſint,ſiue naturalia.Feudi diffinitionem,ne longius petatur, textus (a quo temere non licet diſcedere,in titulo, quib.cau. feud. amit.c.primo.§.fin.) nobis propoſuit in hæc verba.Feudum eſt beneficium,quod eſt beneuolentia alicui ita datur, vt ꝓprietas quidem rei beneficiarię immobilis penes dantem remaneat, vſusfructus illius rei ad recipientem tranſeat, vt ad eum,hæredeſq; ſuos maſculos, & fœminas,ſi de iis nominatim dictum ſit,in perpetuum pertineat,ad hoc vt ille, & ſui hęredes domino fideliter ſeruiant, ſiue illud ſeruitiū nominatim,quale eſſe debeat, ſit expreſſum, ſiue indeterminate promiſſum.Quę diffinitio paſſim ab omnibus recipitur, licet deſcriptio potius quędā eſſe videatur eorum,quę ad feudum requiruntur,quam vt ſuccincte,& iuſto artificio ſit cōſtructa. Quapropter,cum & noſtri id animaduerterint,alii alias diffinitiones quęſierunt,ex quibus demum conuenientior multis viſa eſt illa,quam Rainal.ſuper rub.c.imperialē. de prohi.feu.alie.per Fed.tradit,& probat eam Rebu.& Zaſ. dum dicunt,ꝙ feudum eſt beneuola conceſſio,libera & perpetua,rei immobilis,vel ęquipollentis,cum translatione vtilis dominii,proprietate retēta,cum exhibitione ſeruitii. Sed ne in his recenſendis ad tędium vſque detineamur, ſeptem requiſita obſeruare debemus,ad conſtituendum feudum neceſſaria. Primum eſt, ꝙ feudum beneuole,& ſponte detur. Secundum,rem immobilem eſſe debere,quę beneficii nomine datur.Tertium,vt dominium rei directum penes concedentem remaneat. Quartum, vt dominium vtile in accipientem tranſeat. Quintum, vt perpetuo ſit apud vaſallum. Sextum,quod pro eo prēſtetur ſeruitium. Septimum,quod prēſtetur fidelitas.

An feudum ſit contractus.

Sed primo loco ponitur in diffinitione,hoc verbum,beneficii, quod tanquam genus pertinet ad omnem gratuitam conceſſionem. Eſt enim beneficium beneuola actio,gaudium tribuens capienti.d.c.j.c.pen. in quib.cau.feu.amit.Sed an contractus dici poſſit, Bart.in l. iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pac.dicit,feudum eſſe contractum,& quidem nominatum,quoniam habet a conſuetudine,& nomen & formam.ſi ergo feudum eſt contractus, nō poteſt dici beneficium,quia iſta duo ponuntur tanquam diuerſa,contractus,& beneficium, vt dicit gloſſ. communiter approbata,in l.fi.de conſtitu.Prin.quæ vult,quod in contractibus fiat plena interpretatio,in teſtamentis plenior, in vltimis voluntatibus pleniſſima.Reſpondet Cur.par.prima.qō. xi. quod eſt contractus continens beneficium, prout donatio,quæ & ipſa eſt contractus nominatus, vt notant Docto. communiter in d.§.quinimo.& ſic beneficium conſideratur in genere,non in ſpecie.

An poſsit dici gratia,an vero debitum.

Sed an poſsit dici gratia, an vero debitum,diſputat hic Bal.nu.ix.& primo,ꝙ ſit gr̄a,facit:quia a principe conceditur,& nulli alii competit,vt dī de iure aquæ ducendæ.in l. j.§.permittitur.ff.de aq.quoti.& æſti. Pro ꝟria opi. ꝙ imo ſit debitum,conſiderat,ꝙ non dī præſtare beneficium,qui impendit debitum.l.proxime.ff. de ritu nuptia. vbi liberta manumiſſa ex fideicommiſſi cauſa, poteſt inuito manumiſſore

Source : BIU Cujas

ſore nuptias contrahere: magis enim debitã libertatem præſtitit,quàm vllum beneficiũ in mulierem contulit.eſt etiam tex.in l.ſi ſeruo.ff.de hæred.inſtit.vbi ſi ſeruo ſit relicta libertas fideicommiſſaria,& ille manumiſſus inſtituatur hæres à manumittente,non efficitur hæres neceſſarius,ſed voluntarius,quia nihil commodi ab eo ſenſit,ſed magis debitam accepit libertatem. Tandem concludit ipſe Bal. quod ſi inuicem comparemus extrema feudi, id eſt conceſſionem, & recompenſationem beneficiorum, feudũ ipſum habet plurimum gratiæ, & ideo rectè appellatur beneficium.l.Titius puerum.ff.de obſeq.parentibus, & patro. præſtand. Qui textus eſt memoratu dignus,nam in eo habetur, dominum dici liberalitatem exercere,qui accepta pecunia a ſeruo, eum manumiſit. licet enim non gratuitum, beneficium tamen præſtitit:ſcitote tamen, quod ille text. procedit, quando habuiſſet pecuniam a ſeruo,ſecus ſi ab alio,ita pulchrè Soc.in conſi.87. vol.3. quod etiam innuere videntur dicta iura, videlicet d.l.proximè.ff.de ri.nupt.& d.l.ſi ſeruo. de hæredi. inſtituend. confirmatur hæc opinio, quia denominatio ſit ab eo,quod plurimum poteſt.l.domum.ff.de contrahen. empt. l.cum quæritur.ff.de ſta.homin.cum ſimilibus. Et ideo dicimus,quod quando pro re datur alia res & quantitas,ſi dubitatur,vtrum ſit permutatio,vel emptio, inſpiciẽdum eſt, an pretium ſit maior pars valoris rei, nec ne.l. fundi partem.ff. de contrahen.empt.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi.ff.de actionib.emp. ꝙ ſi in eandem qualitatem concurrant, tunc in dubio iudicamus eſſe contractum nominatum emptionis & venditionis. quia fauorabiliorem cum ipſo conſenſu pariat actionem.l. iuriſgentium,in princ.ff.de pact.

An poſsit dici priuilegium.

Sed an feudum poſſit dici priuilegium? Bal. hic, nu.13. dicit,quod ſi concedatur contra naturam feudorũ, dicitur priuilegium: ſi vero concedatur ſecundum naturam feudorum,dicitur beneficium,ſequitur Card. Alexand.hic, num.13.Afflict.num.49.Iaſ.num.26.Quod eſt vtile ſcire; eſt enim differentia inter beneficium, & priuilegium, quia beneficium eſt bona factio præter ius: Priuilegium vero eſt bona factio contra ius,vt dicit Bart.in l.ſi. ff. de conſtit. princip. ex quo infero, quod in feudis fit latiſſima interpretatio, cũ ſint beneficia,& non priuilegia,vt apud Bar.in l.pen. quæſt. antepen.C.de iure,& fac.ignorant.in l.fin.circa principium, C.ſi contra ius,vel vtilit.public.& in l. ſi quando.ad fin.C.de inofficio.teſtamen.

An vaſſallus poſsit renunciare feudo.

Iuxta prædicta quærit hic Bal.An vaſſallus poſſit renũciare feudo,inuito domino: Exempli gratia (inquit ipſe) domino faciente guerram vocatur vaſſallus ad ſeruitia,ipſe aũt vult potius cedere feudo, quam ſeruire: Quæritur,an poſſit? & concludit, quod ſic, per text.expreſſum. in c.j.de vaſſal. qui cont. conſtitut. Lothar. vbi vaſſallus etiam ſine domini voluntate rectè feudum refutare poteſt, quæ refutatio, præſtandi ſeruitii non reuerentiæ obligationem extinguit. Ratio autem, quare vaſſallus poſſit renunciare, ea eſt,quia cum feudum ſit beneficium, & principaliter concedatur in fauorem vaſſalli, poteſt ipſe ſuo fauori renuntiare. c.ad apoſtolicam. de regularibus illud autem nõ eſt prætermitendum,quod in refutando feudum inſigne,ſeu nota infeudationis,quæ in inueſtitura data eſt,reddi ſolet. Conſuetudo vero eſt, quod in magnis feudis inueſtitura fiat per enſem,teſte Bal.in c.1.quid ſit inueſtitu. nu.5. de comitatu,aut prouincia fiat per vexillum, temporalis autem inueſtitura fiat per virgam,vulgo bachettam. Subdit ibi Bal. in d.cap.1. quid ſit inueſtitu.quod cum eo inſtrumento,quo quis eſt inueſtitus,debet diſueſtiri,idem dicit in c.1. §. fin. per quos fiat inueſtitu.

Regula ſupra firmata limitatur tribus modis per Bal.hic. Primò limitatur, quando feudum eſt conceſſum ad certum & determinatum ſeruitium, quia tunc refutari non poteſt inuito domino, ſecũdum gloſsam communiter approbatam in cap.1.de capita.qui cur.vend. Simile habemus de eo, qui vult recedere a villa,vel caſtro,& cedere bonis, quæ ibi poſſidet:nam ſi erat munus indictũ, non liberatur, ſecus ſi non eſſet impoſitum, ſecũdum gloſsam in l.incola,la 2.ff.ad municipal.Eſt etiam doctrina Bartol.in l.is cum quo.ff. de aqua plu.arcen.vbi voluit, quod ſi onus ab initio ſit incertum,cedendo fundum non tenetur,ſecus ſi ſit certum, quia cedendo non liberatur. Hanc fallentiam procedere dicunt Doct. quando præſtatio ſeruitii contineret dationem, ſed quando præſtatio ſeruitii contineret dationem:ſed quando contineretur factum tantum, tunc vaſſallus non cogeretur præcisè ad ſeruitium,ſed liberaretur præſtãdo intereſſe, per regulam l.ſtipulationes non diuiduntur.ff. de verb. oblig. Ita Fel.in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. nu.78. inferens propterea, emphyteutam non poſſe renunciare emphyteuſi, inuito domino,cum teneatur ad præſtandum ſeruitium certum, per viam dandi,vnde dimittendo rem, non poteſt ab hac obligatione perſonali liberari, quod probatur etiam per text.in l.quicunque.C.de fund.patrimo. lib. 11. At Zaſ. ab hac opinione diſſentit,par.12 nu.14. dicens, fundamenta eorum nihil magis ſtringere circa certa ſeruitia, quam circa incerta, cum generis obligatio, non niſi in ſpecie ſolui poſſit, nam qui hominem promittit in genere, & debitè & rectè ſatisfacit,dando Stichum in ſpecie.l.cum incertis.ff.de legat.1.Propterea concludit,textum in d.c.1.de vaſal. qui contra conſti. Lothar.feud.alien.indiſtinctè intelligendum eſſe tam de feudo conditionato,quam de feudo puro & recto,quod ſimpliciter verum eſſe exiſtimauit Sonsbechi.in ſuo tract. de feud. par.12.nu.166.Exiſtimat tamen idem Zaſ.prædicta vera eſſe, niſi propter induſtriam perſonæ ſpecialiter feudũ dominus ob certum ſeruitiũ dediſſet. hoc enim caſu credidit ſine voluntate domini hoc conditionatum feudum, refutari non poſſe,argumento l.vnicæ.§.vbi autem legatarij. C. de caduc. tollen.& eorum quæ habentur in c.vlti.extra,de offic.iudic. delega.Sed certè putarim, nec eo obſtante indiſtinctè refutari poſſe, cum Sonsbec.dicta par.12.num.116.Nam tex.in d c.1.de vaſal.qui cont.conſtit. Lothar. ſimpliciter admittit feudum poſſe domino refutari. Præterea iura adducta per Zaſ.reſpiciunt potius,an quis poſſit ſeruire per ſubſtitutum, non autem an poſſit renunciare, ideo nõ faciunt ad rhombum:vnde fit vt ineptam iudicem limitationem quorũdam, qui dicebant,regulam non habere locum, quando feudum daretur gratia vtriuſq;, quia cum feudo inhæreant ſeruitia, ſemper cenſebitur datum gratia vtriuſque.

Secundò limitatur, quando vaſſallus iurauit fidelitatẽ domino,quia tũc eo inuito non poterit renunciare. Ratio eſt, quia iuramentum imponit neceſſitatem præciſam,ſecundũ gloſſ.in l.ſi pecuniam.ff.de condi.cau.dat.cau.non ſecu.Contra hanc limitationem inſurgit Barbat.hic, in additionib.ad Baldum.Mouetur,nam iuramentum regulatur, & declaratur ſecundum naturam actus, ſuper quo interponitur,l. fin. C.de non numer.pecu.l.fi.ff.qui ſatiſda.cogant.c.quemadm. ext. de iureiur. per quem textum dicit ibi Abba. quod iuramentum in contractu appoſitum, recipit omnes conditiones,limitationes,& ſubauditiones, quas habet contractus, ſuper quo interponitur, ergo iuramentum non debet ſe extendere ad plus,quam conuentio principalis,nimirum ſi vaſſallus poteſt renunciare feudum, licèt pro eo præſtetur iuramentum.Hanc difficultatem ſentiens idem Bal. in cap. quæ in eccleſiarum,de conſtitut.intelligit limitationem procedere,quando iuramentum præſtatur in ſpecie, dicens aliud eſſe ſi iuretur ſpecificè,aliud ſi implicitè, quam diſtinctionem probauit Curt.ſenior.ſingulari ſuo.54. prout illum refert Ripa.in c.2.extra de reſcrip.num.20.dum voluit, quod ceſſans per biennium,vel vicennium, non cadat ab emphyteuſi, ſi iurauit implicitè,ſecus ſi iurauit explicitè, ſimiliter nõ phibetur opponere exceptionem ſimulationis, qui ſimpliciter iurauit ſtare contractui: ſecus ſi explicite iurauit, omnia & ſingula eſſe vera.Sed hæc reſtrictio mihi non probatur, qa & iuramentum in genere habet vim ſpecialis conſenſus, ſecundum Bal.& Salic.in l.1.C.commoda.Rom. & Alex. in l. 1.§.ſi quis ita.ff.de verbor.obliga. vnde ſi iuramentum interueniat in ſubſtitutione reciproca,tunc ſubſtitutio, quę continetur ſub ea,habetur pro expreſſa verbis ſpecialibus,ita iudicauit Ferd.Loaz.in l.filiusfamilias.§.diui.de lega.1. ꝙ inauditum dixit Leonard. Aleſmi.de ſubſtit. in diuiſione ſubſtitutionis vulgaris.Ergo ſicut poteſt renunciare,quando iurauit in genere prẹſtare ſeruitia,ita poterit renuntiare quando iurauit in ſpecie.Accedat ad hoc, quod iuramentum non operatur,quin actus, ſub quo interuenit, non poſſit reuocari: quamuis ille,qui iurauit,in periurium incidat, quando iuramentum non habet concurſum iuris cõmunis, ita pulcherrime Fel.in c.ſi diligenti,de foro compet.num.33.per text.in c.intellecto, ex. de iureiur. vbi illuſtris Rex Hungariẹ poteſt reuocare alienationes per ſe ipſum factas in p̃iudicium Regni,non obſtante iuramento de non reuocando.pro qua cõcluſione adducit etiam glo.in c.fi.de procurat.in 6.in verbo, reuocatus.per quam gloſam dicit Dom.ibi,quod cõſtituens procuratorem ad renunciandum,iurans de non reuocãdo, poterit reuocare,licet cum periurio.per quam gloſ. etiam dicit Butr.in c.ſuã.de offic.vicar.quod reuocatio vicarii,quem conſtituens iurauerat non reuocare,valet. Idem in reuocatione electionis ſepulturę iuratę,vt per Archi.in c.ſed aliud. 13.q.2.Idem in venditione rei,quam iuraueram non vendere, Innoc.in c.dilecto. de præben. Idem in tranſitu monaſterii ar-

rii arctioris facto ab eo, qui iurauit non discedere a primo. Car.cons.46.Idem in testamento facto ab eo, qui iurauerat præcedens testamentum non mutare, allegat Io. An.in reg. ꝙ semel.de reg.iur.in 6.in mercurialibus. Ex quibus colligitur,quod actus contra iuramentum valeat in casibus,in quibus iuramentum non habet concursum iuris cõis: sed in casu nostro,cum iuramento non concurrit ius, cum sit dispositum,vasallum posse renunciare, ergo limitatio non põt ꝑcedere.Præsupposita tñ hac limitatione pro uera, ꝙ vasallus non possit renunciare, si iurauit in specie,declaratur ab eodem Bal.vt procedat quo ad vasallum iuratum,secus in eius hęrede,qui non iurauit,nam iste non poterit ad factum præcise compelli.Ratio est, quia iuramẽtũ est ꝑsonale, ideo nõ transit ad hæredes.c.veritatis,extra,de iureiu.& ibi no. Abb. vbi allegat Io.An.in c.fi.de sepul.qui dicebat, ꝙ hæres ratione iuramenti pręstiti per defunctũ ,nõ põt conueniri in sua ecclesia,atq; inde est cur successor iurare teneatur.c. j.in prĩ. quę fuit prima.cau.bene.amit.& ibi no. Aluar.habet etiam Iasin l.fi.C.de iu.emphyt.Sed animaduertẽdum est, ꝙa illud ꝙ dr̃,iuramẽtum esse personale, procedit quo ad vinculum periurii,quia non ligat animam hęredis sine suo cõsensu: secus quo ad efficaciam obligationis, quia tunc transit ad hęredes,& ad illius obseruantiam omnino eos teneri certissimum est,vt volunt Doct.in d.c.ueritatis,& expresse Bar.in l. cum quis decedens.§.codicillis.nu.x.de lega. 3.Maxime si aliquis iurauit pro se & suis hęredibus. vt notabiliter dixit Aflict.deci.381.n.81.Parisius alios allegans in cons.16.nu.128. li.2.Simile habetis in uniuersitate,q̃ iurauerit aliquid facere, & deinde omnes moriantur,& subrogati id non faciant,qđ iurauerunt sui antecessores , non sunt periuri,nec iuramentum ligat animas successorũ, licèt quo ad efficaciam obligationis transeat in eos,ita pulcherrime Angel.& Pau. de Cas. in l.proponebatur.ff.de iud.Fel.in c.cũ sit,nu.30.de fo.comp. Notate tñ,ꝙ qñ efficacia obligationis transit ad hæredes, absolutio a iuramento,quę erat necessaria in defuncto,non est necessaria in hęrede,quia non absoluitur non ligatus, arg.l. decem.ff.de uerb.oblig.qñ contractus potest alia ratione rescindi,nã multum discrepat iuramentum hęredis a iuramẽto principalis,ut inquit tex.in l.generaliter. C. de reb. cre. Et ita Corn.in cons.27.nu.xi.vol.4.Dec.cons.203.col.fi. Mandc. Alba.nuncupatus in consi. 77. nu. 18.Ruin.cons.107.nu.18. vol.j.Tertio limitatur per Bal.qñ feudum conceditur per stipulationem,quia tunc non potest renunciari. Ratio limitationis est,nam stipulatio firmat cõtractum,& excludit facultatem pęnitẽdi,iuxta Doctrinam Bal.in l. quamuis. C.de trã sac.vnde etiam a stipite dicitur,idest firmitate,Inst. de uerbo. oblig.in prin.Imo.in c.quæ in ecclesiarum.de const.reprę hẽdit hãc opinionem:qa si vera esset hęc limitatio, sequeretur ꝙ quasi nunquam vel raro haberet locum renunciatio inuito domino,cum hodie soleat apponi stipulatio in quolibet instrumento,& si non apponatur pręsumitur.l.sciendum ff. de uerb.obl.Pręterea confirmo :stipulatio semper regulatur & intelligitur secundum naturam actus vel negocii,sup quo interponitur,l.5.§.conuentionales.ff.de uerbo. obl.ibi, (pendent ex negocio contracto)Bar.in l.cum mota.prope finem C.de transa.Nec obstat,ꝙ stipulatio firmet cõtractum, & excludat pœnitentiam , quia intelligitur qñ locus est pœnitentię ꝓp debilitatem pacti nudi , nam hanc tantum resolubilitatem stipulatio tollit:secus quando de natura actus est, vt sit ambulatorius , quia tunc stipulatio non excludit facultatem pœnitendi,sed potius tacite implicat,tex.est in l.j. §.si qs sub conditione.ff.vt lega.nomi.vbi moriente legatario ante conditionis euentum etiam stipulatio ipso iure extinguitur. Per quem tex.amplio regulam, vt procedat etiam in resolutione,quę proueniat ex natura actus,siue ipso iure, siue mediante reuocatione,vt in donatione causa mortis , quę licèt fuerit stipulatione vallata, poterit tamen reuocari tam pę nitentia,quam pręmoriente donatario , quę omnia confirmant ea,quæ diximus in prędecenti limitatione. Quartò fallit,secundum eundem Bald.in c.cęterum.de iudi.quando feudum esset ligium,quia in eo non admittitur pœnitentia, ex quo vasallus non debet illudere Principi , clemen. cum illustrio.de renunciat.facit tex.in c.admonet.& in ca.nisi cum pridem,extra de renunciat. ubi beneficiatus sine licentia sui ꝓlati,non potest renunciare beneficio.Hanc tamen limitationem reprobat Card. Alexand.in c.1.de capi.qui cur. vend.& recte,quia tam feudum ligium innititur gr̃ę & liberalitati, q̃ feudum non ligium,ergo idem ius statui debet.l.illud.ff.ad l.Aqui.cum vulgar.Nec obstãt tex.in d. c.admonet. & d.c.nisi cum pridem , quia illa iura loquuntur in beneficiis ecclesiasticis,in quibus principaliter consideraꝫ publicus status & decor ecclesiarũ,nimirum si non potest renunciare, sed in feudo principaliter consideratur fauor vasalli, propterea ex diuersis nõ recte infertur.l.Papinianus exuli.ff. de min.Quintò limitatur regula, quando feudum rusticum esset factum sterile,quia tunc non potest renunciare inuito domino, ita Luc.de Pen.in l.2.C.de agric.& cens.lib.11.quem refert & sequitur Affl.hic,nu.51.Sextò limitatur,ꝛm eundem Bal.in c. quæ in ecclesiarum,de constit.quando renunciatio fieret tẽpore intẽpestiuo,vt puta,quia renunciauit,quando dñs erat in procinctu belli:tunc enim non põt renunciare, argu.l.rei quam.ff.de dolo.quo loci habetur,ꝙ si rei,quam venalẽ habebam,aliquis mouet litem proprietatis, & postea q̃ opportunitatem emptoris peremit,destitit, datur mihi actio in factum pro mea indemnitate. Adducit etiam in argumentũ, tex.in l.dubium. C.de repud.nam feudo cedere , est quoddã diuortium,pro qua limitatione etiam Fel. in d.c. quæ in ecclesiarum,considerat, ꝙ tpe belli purificata erat obligatio, quo casu cedendo rei, non põt liberari . Sed quid si vasallus decem vel viginti annis fructus feudi habuit,an iam ęquè refutari possit nullis restitutis fructibus ? Sonsbech.par.12. nu. 117.existimauit,perpetuò posse, instar vsufructuarij, ꝑ text. in l.si absente,& l.cum fructuarius.ff.de vsufr.vbi vsufructuarius cedere potest vsufructui,& cedendo ab omnibus liberatur,quod tñ rursus verum esse putauit, dũmodò dñi non interfit, feudum esse refutatum ꝓp indictum bellum , vel aliã iustam causam,arg.d.l.si absente, & l.sed cum fructuarius.ff. eod.titu.de vsufru. Regula igitur supra firmata hoc temperamento moderatur,vt licèt vasallus possit renunciare feudo, intempestiuè tamen hoc facere non possit, & hæc est prima declaratio.Secunda est declaratio, vt licèt possit renunciare inuito dño,tñ istud procedat, quò ad præiudicium vasalli renunciantis , sed non quò ad præiudicium agnatorum siue descendentium , vt declarat Iacob. de Sancto Georg. in sua inuestitura, in verbo , Et vnus ex dictis vasallis. nume.8.Iul. Clar.de feud.quæstio.34.

An dominus possit reuocare feudum e manibus vasalli.

Sed an dominus è contra possit reuocare feudum è manibus vasalli? Breuiter dicendum est ꝙ non,per tex.in c.j.de feu.sine culpa nõ amittend.Ratio est,quia feudum ex parte dñi est contractus nominatus,in quo non est locus pœnitentiæ. l.sicut. C.de action.& obl.non est igitur mirum,si Princeps non potest illud sine causa reuocare,etiam si eum pœniteat. hanc rationem affert Abb.in c.quæ in ecclesiarum,de const. Sed Socĩ cons.87.volu.3.in hac quæstione, an Princeps possit sine causa feudum reuocare e manib.vasalli, tres casus vr̃ considerare.Primus est,si feudũ sit concessum in viã ☽ctus, & tunc sine causa , ẽt de plenitudine ptãtis non poterit illud auferre. Principi.n.Deus subiecit leges,sed non ☽ctus,ꝛm Bal. in rub. de nat.feu.Ideo leges etiã ☽ctuum mutare Prĩceps potest,sed non ☽ctus ipsos,qui iam sunt a partibus constituti . Secũdus casus est,qñ feudum est concessum in viam priuilegii , & ex pura ipsius Principis liberalitate, & tunc de potentia ordinaria sine causa auferre non põt,de potentia verò absoluta.potest,& iste est tertius casus. Sed hæc distinctio potestatis ordinariæ & absolutè ĩ humanis Principib.falsissima est, & adeo absurda,vt miretur Couarru.eps Segob.variar.resolut. lib.3. ca.6.viros vtriusq; iuris peritissimos ea vsos fuisse; non.n.agimus de his,q̃ per iniuriã & violentiam Princeps facere põt , cũ id non pertineat ad Iureconsultos,sed potius ad belli duces & milites.nobis ergo,q de iure disputamus, q̃ sit in Principe ptãs,non licet , nec licebit vnq̃ in Principe constituere ptãtem, quæ eius libera voluntate absq; rectis rõnis limitib. ducatur,quod etiam sensit Fortu.Gar.in l.Gallus.§.& quid si tñ.ff.de lib.& posthum. Nec obstat ꝙ istud sit concessum ꝓ viam priuilegij,quia rñdeo,ꝙ etiam priuileginm,quod transiuit in ☽ctum,non põt reuocari.l.quod semel,vbi Bar. ff.de decr.ab ordin.facien.sed sic est, ꝙ illud dr̃ transire in ☽ctum, qñ conceditur aliquid commensuratũ ob aliquod factum, vel aliquam dationem præteritã , vel futuram implendã ex parte eius,cui ☽ceditur,vt dixit notabiliter Aret.in ca.nouit. de iud.Ergo feudum,quod conceditur ad hoc vt vasallus seruiat,non poterit reuocari.Præterea priuilegium, quod non pẽdet a sola volũtate concedentis, sed ex iure alteri quæsito ꝓp eius factum,non põt reuocari,ita Bal.in l.si cum mihi,ꝑ illum tex. ff.de dol.ꝑ quem dicit se consuluisse in ciuitate Senarũ,ꝙ priuilegiũ datũ quibusdam bãnitis ꝙ possint in ciuitate securè morari, eo ꝙ eorum opera illud Cõe recuperauerat quoddã castrum,non põt reuocari.Immo vr̃, ꝙ etiam sit concessum sine aliquo facto,non possit reuocari,qa Principi potissimũ conuenit illud , Quæ procedũt a labiis meis, nõ faciam irrita.dẽt.n. Princeps esse immobilis sicut lapis angularis,& sicut polus in cœlo,vt inquit Dec.in cons.580.n.5 Plura de priuilegiis,q̃ reuocari possint vel nõ possint, videatis apud Franc.Luc.in tract.de fisco,& eiꝰ priuilegiis, ĩ princ.

An

An Prælati pro eorum beneficijs dicantur vaſalli ſummi Pont.

Ex eodem verbo Beneficij, ĩ diffinitione poſito, infert Card. Alex. hic, num.61.ꝙ Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alij Prælati, pro eorũ beneficijs poſſunt dici vaſalli ſummi Põtificis, cũ & ipſi iurent ſummo Põtifici fidelitatem, iuxta tex.in c.ego Epiſcopus, extra de iureiurã. cõfert tex.in c.ſi quis deinceps, cum ſequen.xvj.q.vii.vbi ſi quis Epiſcopatũ, vel Abbatiam de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit, inter Epiſcopos & Abbates nõ habetur, & gratia beati Petri, & introitus Eccleſiæ ei interdicitur, ſimiliter ſiqs Imperatorum, Regum, vl quilibet ſecularium poteſtatum, talem inueſtiturã dare præſumpſerit, eiuſdẽ ſententiæ vinculo obſtringit.ecce qualiter inueſtitura dr̃ fieri etiã in beneficiis Eccleſiaſticis: ſed hoc debet ītelligi ꝑ ſimilitudinẽ quãdam, quia beneficia, quę dãtur clericis, nõ ſunt proprie feuda, ſed comparãtur feudis annonariis & ærarijs, vel aliis feudis, quæ ad vitam conceduntur. Infert adhuc idem Card.num.xiij.ꝙ ſicut collatio beneficij eccleſiaſtici ꝑ ſubreptionem obtẽta, vitiatur ipſo iure, iuxta gl.in c.ad audientiam, el ſecundo, de reſcript.ĩ c.cum olim, de re iud.in c.ſi motu proprio, de præben.in 6. Ita etiam feudi collatio ꝑ ſurreptionem facta vitiabitur ipſo iure, allegat Cald.deciſionem in rub.de feu.conſi. 1.

An feudum pecunia acquiri poſsit.

Sequuntur illa verba (quod ex beneuolẽtia datur) in quibus cõtinetur primum requiſitum feudi, ꝙ.ſ.beneuolè & ſpõte detur, quæ verba ponuntur ad differentiam omnium cõtractuum oneroſorũ, & maxime emptionis & vẽditionis, ĩ qua interuenit pecunia: ex quo infero ad quæſtionẽ, An pro feudo pecunia dari poſſit? reperio ꝙ Iaco.de Beluiſ.& Nicol.de Neapo.in c.j.de benefi.fratr.& qual.frat.fratr.ſucced.tenent, non eſſe feudum, ſi non gratuitè cõcedatur. tum ꝙa nõ conuenit diffinitio, ergo nec diffinitum, vt apud Nicol.Euerard. in loco à diffinitione: Tum ꝙa eſt cõtra tex. in c.j. de feu.da. in vic.l.commiſſor.vbi Gerardus ait, feudũ honore & amore concedi, ideoq; pactum de habenda ĩ feudum re pro precio oppignerata non valere, ſed palmam tulit affirmatiua ſentẽtia, ꝙ ſ.ſit feudum, cui ſubſcripſerunt Bal.Iſer.Aluaro. Card.& omnes, in c.j.de natu.feu. tam per illum textum, q̃ per alia iura, videlicet ꝑ text. in ca.j. de benefi.fratr. & qual. fratr.frat.ſucced.in c.j. quemad.feud.ad fil.pertine.in c.j.de ĩueſtit.in marit. fa.in c.Titius in fi.ſi de feu.fue.cont.inter dominum & agnat.& in c.ad noſtram.extra de reb. eccle.non alienan.Et ita tenendo, adductis in cõtrarium poſſumus reſpondere. Ad primum de diffinitione reſpondeo, ꝙ nõ ſequ·tur, ex beneuolẽtia datur, ergo gratuitè per text.in d.l.Titius puerum.ff.de obſeq.parentib. & patro.præſtan. ſic etiam videmus, ꝙ nec depoſitum, nec commodatum eſſe prohibet cuſtodiæ precium, & honorarium, l.2.§.fin.ff.vi bon.raptor. Ad ſecũdum de c.j.de feu.da.in vic.leg.commiſ.reſpõdet Iſe. in c.j.de natu.feud.ꝙ ille tex.loquitur quando pactum legis commiſſoriæ apponitur in pignore, quia tunc non valet pactum eadem ratione, qua non valet in alijs.iuxta tex. in l.ſi. C.de pignorib.Ratio diuerſitatis ĩter venditionem & pignoris conſtitutionẽ eſt, quia in venditione adeſt beneuolẽtia, licet non gratuita, ſi.n.vendo fundum pro centum, qui mille valet, certè facio tibi bñficiũ, & iſtud ex bñuolẽtia ꝓuenit: ſecus eſt in pignore, in quo ſi facio pactum, ꝙ debito non ſoluto, creditor in pignus teneat feudum, non facit ex beneuolẽtia, ſed ex neceſſitate. ideo concludo cum communi, pecuniã nõ obſtare, quominus feudum ex bñuolentia dñii profectum poſſit vocari, fateor tñ iſtud eſſe ꝺ verã & propriam feudi naturam, ſecundum Bal.in l.ſi quam.C.de ope.libe.& in l.qui ſe patris.C.vn.libe.

An feudum concedi poſsit pro bello ſedando.

Quærit Aquenſ. ſi feudum concedatur alicui pro bello ſedando, an verum ſit dicere, ꝙ deẽ ex beneuolentia? & reſpondet, talem conceſſionem nõ fieri ex beneuolentia, ego aũt credo, ꝙ cũ bñuolentia intercedat tẽpore inueſtituræ ſufficit, præcipuè cũ ſæpe rñſum ſit, inueſtituram debete præcedere fidelitatem, vt in cap.j. quid præced.deb.inueſtitu.an fidelit.

In quibus rebus feudum conſtitui poſsit.

Succedunt illa verba (Rei immobilis) ad denotãdum, ꝙ feudum non poteſt conſiſtere in re mobili: & ideo ſi conuentum ſit, ꝙ pecunia habeatur loco feudi, huiuſmodi conuentio eſt ipſo iure nulla, licet pecunia ex re feudali fuerit redacta, vt eſt tex.ad literam.in c.j. §.ſi vaſallus, ſi de feu.defun.content.ſit. Nec obſt.tex.in c.j.ſi de feu.vaſ.ab aliq.interp.fuer. quia non intelligitur ꝙ nummi dẽant in feudũ dari, ſed nummos loco feudi euicti ſoluẽdos eſſe, ex quib.debeat emi res immobilis, quæ recognoſcatur in feudum. Quinimmo iuramentum etiã ſub hoc cõtractu interpoſitum, quicquam non iuuaret, ſm gl. ibi Doctores, præcipuè Bald.& Iſer.quia diceretur interpoſitum ſuper re impoſſibili de iure, ita expreſsè conſuluit Hier. Sciurph. conſ.xi.centur.prima. Ratio eſt. Quia proprietas feudi dẽt remanere apud dominum, & vtile domiñium dẽt tranſire in vaſallum: ſed qñ daretur pecunia, & conſumeretur per accipientem, deſineret proprietas eſſe apud dominum, ſi non ꝓſumeretur, ſed potius in arca teneretur, eſſet inutilis accipiẽti, nec recipiens hr̃et inde commoditatẽ, feudum igitur cõſiſtere debet in re immobili. Et hoc eſt ſecundũ requiſitum. Tex.in c.j.§.ſciendum, de feu.cogn.declarat & ampliat iſtud verbum (immobilis) dicens feudum, non niſi in rebus ſoli, aũt ſolo cohærentibus, aut in his, quæ inter immobilia computantur, poſſe conſiſtere, primò, dum dicit, de rebus ſoli intelligitur.i. terræ, & ſic de rebus immobilibus, per l.ſolum. ff. de rei vendicat.

Secundò dum dicit, de rebus ſolo cohærentibus, ideſt ædificiis, quæ ſolo cohærẽt. ſecundum Baldum in dicto §.ſciendum. quia ſolum poteſt concedi vno iure, & ſuperficies alio, ita tamen, ꝙ apud dominum ſoli remaneat directum dominium, & ad eum, cui conceditur ſuperficies, tranſeat vtile, ita dicit expreſsè Bar.in l.j.§.j.ff.de ſuperficie.

Tertio dum dicit, de rebus, quæ inter immobilia computantur, tex. ponit exemplum in feudo cameræ & caneuæ.gl. ibi, ponit exemplum in panibus ciuilibus, panes autem ciuiles quõdam apud Romanos fuerunt, qui certis anni temporibus dabantur illis, qui teſſeram frumentariam habebãt, i. ſignum, quo eſtenſo panes & frumenta recipiebant, l.ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iud.vbi egregiè Bud. q̃ etiam annonæ ciuiles quãdoq; nũcupantur.l.iubemus, la.2.C.de ſacroſan.eccl. Horũ origo videtur emanaſſe ex liberalitatibus Principũ, atque congiarijs, quæ plebi Romanæ dabantur, quæ poſtea in certum & annuũ redditum tranſierunt, teſte Alc.parerg. li.8.c.5. Tertium igitur exemplum eorum, quæ inter immobilia computantur, dari poteſt in feudo, quod conſiſtat in annuis redditibus, ſm Bal.hic, num.xx.qui alleg.text.in c.1. de controuer.int.vaſal.& epiſcop. (ſi quis dixerit ſe fuiſſe in ueſtitum de annua præſtatione) mouetur adhuc Bal.ꝙa ex annuis reditibus fructus percipiuntur ſinguliſque annis fructus renaſcuntur, ſicut ex aliis immobilibus, iuxta not.in l. diuortio.§.ſi vir.ff.ſol.ma. Ampliat ipſe Bal.etiam ſi ille reditus eſſet diformis, quia in vno anno præſtaretur in vino, in alio præſtaretur in oleo, frumẽto, vel in alijs ſimilibus, l.nec refert.ff.quan.dies lega.ced. ſed hæc, quæ diximus de annuis redditibus, intelligẽda ſunt, primò, quãdo redditus ſunt ppetui, ſeu ad tempus indeterminatum. quò ad primum, quòd redditus debeãt eſſe perpetui, innuit tex.in c.j. ĩ fi.quid iur.ſi poſt alienat. vbi ſi uaſallus alienauerit feudum ad libellum domini voluntate, ſi quidem pro libello ei datur aliquid ſingulis quoque annis, & hoc iure feudi cenſebitur, facit tex.in cle.exiui.§.cumque annui reditus.de verb.ſig. quò ad ſm, ꝙ idem ſit, qñ dantur ad tempus indeterminatum, facit tex.in l.Iuriſperitos, in prin.ff.de exc.tu.vbi Iuriſperiti in conſilium Principis aſſumpti excuſantur, quia honor delatus finẽ certi temporis, ac loci nõ habet, per quem text.dicit Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi.ff.de nou.op.nun.ꝙ officialis poſitus ad beneplacitum Principis intelligitur perpetuus. Secundò intelliguntur, quãdo annui redditus debentur ſuper aliqua re immobili, & ſic contineret debitum reale, vel mixtum: ſecus ſi eſſet debitum merè perſonale, quia tunc non cẽſetur inter immobilia, ex quo non competit nec petitorium, nec poſſeſſorium, ita Bar.Bal.Albe.Alex.& Iaſ.in l.ſciendum. ff. qui ſatiſd.cog. per tex.in l.ſi.§.ſi. ff.de contrahen.empt.vbi ſi aliquis promittit de ſuo fundo, dare 100.annua, vẽditis fundis non tenetur emptor, ſed vẽditor, quia eſt obligatio perſonalis, & non realis. Hic præterire nolo ad intelligentiam illius tex.ꝙ nonnulli clariſſimi Iureconſ.conſtituunt differẽtiã inter dictionem, de, & dictionem, ex, ꝙa dictio de, denotat cauſam extrinſecam, dictio ex, cauſam ĩtrinſecam & originalem, mihi non probatur hæc differentia, quia immo dictio, de, ſignificat ſubſtãtiam, dictio ex, ſignificat originem, & quod eſt de ſubſtantia, poteſt ẽt dici ex ſubſtantia, ſed nõ è conuerſo, quod eſt ex ſubſtantia, poteſt dici de ſubſtantia, ſic diuus Auguſtin.in lib.de natura boni, Non omnia, quæ ex Deo ſunt, ẽt de ipſo ſunt, ſed bene è ꝙuerſo, quæ de Deo ſunt, etiam ex ipſo ſunt, exemplum dat Magiſter ſentẽtiarũ

diſt.36.

Source : BIU Cujas

dist.36. in fi.lib.j. homo generat filium,& facit domum, ex ipso est filius,ex ipso est domus, sed diuersimodè,nam filius de ipso est,domus de terra & ligno, ergo dictio de,significat substantiam,dictio ex,significat originem, extrinsecus prouenientem. Quandoque etiam dictio ex,significat substantiam, secundum subiectam materiam, propterea arbitror verum sensum illius l.fi.de contrahen.empt.esse,q̃ emptor non est obligatus.s.personali actione,sed non negat actionẽ realem dari contra fundum,vt etiam glo.ibi animaduertit. Illud certũ est, q̃ si huiusmodi redditus debẽtur a fisco, vel publico, tunc licet non debeant̃ ex rebus immobilibus, tñ inter immobilia computantur,vt voluit Fulg. Alex.& Ias.in l.sciendũ. ff.qui satisd.cog. exemplificant oẽs, in impresitis Venetiarũ,Genuæ,& Lugduni:mouent̃ hac ratione quia fi scus & Resp.semp sunt soluendo.l.2. ff.de fun.dota.inferentes propterea,q̃ possidẽs hos redditus releuetur ab onere satisdandi, perinde ac si possideret immobilia:intelligatis vos, q̃ computantur inter immobilia,quãdo annui redditus solum sunt in obligatione principaliter, puta ex promissione de soluendo singulo anno,vel ex legato annuo: secus si accessorie veniant ad obligationem sortis, exemplũ,mutuaui quinque millia Reip.Venetorũ,q̃ mihi soluit 8.pro cẽtenario,donec sors exigat̃: tũc,quia obligatio principalis ad sortẽ,non est quid immobile,ita accessoria obligatio vsurarũ, rõne retardatæ solutionis (sunt.n.vsuræ,quo ad recipientẽ) debet regulari secundũ naturam principalis obligationis, secũdum Bar.in l.pen.in 2.q.ff.de duob.re. in l.stipulatio ista §.si quis dolus. ff.de verb.obl.in l. si is qui ducenta.§.vtrum. ff.de reb.dub.per illum textum.Et in specie ita pulcherrime declarat Rui.in consi.82.vol.2.per totũ.Tertio adhuc,q̃ diximus de annuis redditibus,intelligunt̃ & procedunt pro tpe futuro, quia tunc inter immobilia reputant̃: secus si sint p̃ preterito, quorum iam cessit dies, quia tunc inter mobilia collocant̃, ita Bal. in c.1.in fi.in tit.de pa.tenen. & ibidẽ Aluar.Sed quæritur,an possit constitui in mobilibus cũ immobilibus coniunctis? Breuiter dicendum est.q̃ sic, quia licet sint mobilia,sunt tñ accessoria, quæ debent regulari ꝑm naturam principalis. c.accessorium. de regu.iu. in 6.Ideo concesso fluuio,vel stagno,censentur dari pisces,secũdum Iaco. de Belui.Bal.& alios,in d.c.1. §.sciendum, & cum fundo dari possunt animalia, quia licet sint separata a re immobili, sunt tñ de pertinentiis illius. Immo censentur etiam homines cõcessi,si sint ascripti glebę,ꝑm Marti.de Laud.& Card. Alexan.ibidem. Rõ,quia est portio fundi,& inter immobilia cõputantur.l.iubemus.C.de sacros.eccl.& iõ appellantur mẽbra terrę. l.cũ satis. C.de agri.& cẽsib.lib.11. vñ videmus, q̃ licet Iudæi non possint hr̃e Christiana mancipia: tñ si ad eos transit p̃dium rusticum,transeunt ẽt mancipia Christiana destinata culturæ,rõne connexionis, quia non principaliter sed accessoriè possident̃.c.2. extra de Iudę. vbi est casus clarus & apertus. Quid de actionibus,videatis Aquẽs. in tit. q̃ res in feud.da. vbi breuiter dicit, q̃ si actiones dant̃ ad res mobiles,computantur inter mobilia; si dantur ad immobiles,inter immobilia. Quid de iure venandi,piscandi,aucupãdi, cedendi lapides, fodiẽdæ arenæ,calcis coquendę,videatis Iser.Bal.& Doc.in d.§.sciendum.Quid de iuribus incorporalibus,quę corporis sensu tangi nõ possint, videatis Io.Ferrar de feud. lib.2. c.3. vbi latissime prosequitur. Sed an feudum possit consistere in molendinis? q̃rit Cur.trac.de feud. par.1. q.7.nd.11.concludit q̃ sic,quia inter immobilia computantur,prout signanter dixit Bal.in l.certi iuris.C.loca.vbi dixit, q̃ molendinum dicitur prædium rusticũ.Hanc conclusionẽ ego declaro, vt procedat in molendinis, q̃ solo cohæreant: secus si molendina instar nauiũ super flumine mearẽt, cuiusmodi sunt multa in Ligeri flumine, & in Pado: nã tunc rebus mobilibus aggregant̃,ita exp̃sse declarat Rip. in l.quo minus.ff.de flum.nu.126.Ex quo inferri põt,q̃ talia molẽdina nauibus impositа poterũt alienari & p̃ p̃latũ, & p̃ tuto rẽ,non seruata solennitate c.sine exceptione. 12.q.2. tractactus.s.q̃ctus,& subscriptionis, & non seruata solennitate legis. lex quę tutores.C.de admin.tut.s.decreti. & ita Rip.in loco præcitato.Mihi non placet,quia res immobilis, & mobilis preciosa æquiparantur,glo.in c.sua.de his,q̃ fiunt a præla. extra.de bonis mobilibus minorum,est tex.in d.l.lex quæ tutores. in prin. de bonis mobilibus ecclesiæ habemus extrauag. ambitiose.de reb. eccle. non alie. Propterea licet inter immobilia non debeant connumerari, tamen admitto q̃ possint alienari sine decreto.

An directum dominium vna cum re in feudum dari possit.

Succedunt illa verba (Proprietate apud dominum remanẽte) q̃ denotant tertium requisitum in feudo, qđ consistit in proprietatis retentione, q̃ debet esse apud dominũ. Quibus verbis excludimus q̃ctum censualem, in quo trãsfertur oẽ ius & dominium in accipientem,ẽt directum, quod habet concedens, & nihil remanet penes eum, nisi q̃ censuarium obligat ad solutionem annuorum censuum, secundum gl. & Docto. in c.constitutus, in verbo, iuxta extra de religios. domib. In contractu autem feudali directum dominium, siue proprietas remanet penes concedentem. Proprietas (vt ostendit etymologia vocabuli) dicitur quasi proprie sua, secundum Ias.in l.in traditionibus.C.de pac.num.10. vnde dicit Bald. in l.cum res. C. de probat.q̃ istud nomen proprietas, est nomen directum, & non obliquatur, & nunquam ponitur pro vtili dominio,& dicit idem Bal.in l.penult. C.si a non compet.iudi. quòd appellatione proprietatis, semper intelligitur de directa. alibi dicit idem Bald.in cap.1. §.1.de inuestit.de re alie. fac. quòd significatio proprietatis est magis stricta, quàm significatio dominij. ex quib. infert Ias. in d.l. in traditionibus, ad differentiam inter proprietatem & dominium, vt dominium sit terminus magis latus, ita vt comprehendat tam vtile quàm directum dominium, sed proprietas nunquàm capiatur nisi pro directo & vero dominio, atque inde Bald. singulariter decidit in l.2. ff.de conditio.instit. quòd si in libello quis assereret proprietatem ad se spectare, vel se proprietarium, & postea in processu probaret de vtili dominio, puta quòd est emphiteuta, vel feudatarius, deberet succumbere: secus si dixisset se esse dominum,quoniam potest intelligi de dominio vtili, de quo per eundem Ias. in l.sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. Sed si aliquis haberet directum dominium vt dominus feudi, & proponeret seu intentaret vtilem rei vendicationem sustineretur libellus, & intelligetur de vtili, idest efficace,secundum eundem Bal.in c.penult.nu.7.extra,de re iudic. Sed hęc opinio falla est, nam & proprietatis appellatione simplex possessio continetur, duntamen causam perpetuam habeat. l.iubemus. in fi. C.de sacrosanc. eccle. quæ lex expressim ait, penes emphyteutam possessionis proprietatem esse.l.locorum.C.de omni ag.deser.lib.11. quo fit, vt credam sustineri libellum, in quo proprietatem suam peteret emphyteuta, vt Alexan. aliique recentiores tradiderunt in l.si finita.§.de vectigalibus.ff.de dam.infec.Sed an directũ dominium, vna cum re in feudum dari possit, ita quòd dicta concessio importet feudum,vel potius debeat censeri donatio? Exemplum dat Oldrad.in consi.159. ex presenti themate. vbi refert Carolum Regem concessisse filio suo principatum Achaiæ sub hac forma, Donamus,damus & tradimus ex causa donationis, & inuestimus ratione aperti feudi, vel alia ratione, transferendo directam & vtilem actionem,ita quòd pro eo nullum alium recognoscas in superiorem, nisi nos. & tandem concludit non valere tanquam feudum, quia est contra substantiam contractus, sed valere tanquam donationem probatur, quia Rex in concessione dixit,donamus,&c.ergo pura,& simplex donatio.l.j.ff.de donat. nec verba sequentia debent attendi, sed debet attendi id, quod prius dictum fuit, argumento l.j. §.j. ff. ad Senatusconsul.Syll. Secundo probatur per illa verba, Quidquid habemus in principatu Achaiæ,& per illa verba, transferendo directam & vtilem actionem. Ex quibus constat, quòd trãslatum est omne ius directum, quod est contra naturam feudi,ergo &c. Tertio facit, quia licet in actu dubio nunquam presumatur donatio, & in dubio potius presumatur fatuitas, vt dicit eleganter Bald.in l.generaliter. C. de non num. pecu.tamen principium verę nobilitatis est donare,& liberalitas in donando comendatur, quinimo dicitur quędam beatitudo in donatore, iuxta illud, Beatius est dare, quàm accipere,c.cum Marthę,extta,de celebra.missa. maxime attenta persona donantis,qui erat Princeps, argumen. l. sed & si susceperit. §.j.ff.de iudic. ibi, cum appareat id testatorem sensisse, ex genere comparationis, iuncta regula. l.plenum. §. equitij. ff.de vsu, & habitat. vbi verba debent intelligi secundum conditionem personæ, cui datur. Et quia donans erat pater,& donatarius erat filius,argumen.l.Aurelius.§.Titius testamento, ff. de liber.leg. quo loci generalis liberatio patri relicta continet liberationem reliquorũ. præsumptio .n.propter naturalem affectum facit, q̃ omnia patri videntur concessa,nisi aliud sensisse testatorem probetur. Secunda est opinio aliorũ,qui credunt talẽ concessionẽ valere tanquam fundum,vt per Ias.hic,num.xj.quia actus,qui sunt dubij p̃p multitudinem & vicinitatem dignoscuntur & verificãtur ex signis, sic testamẽtum à codicillis dignoscitur.l. nõ codicillum.C.de testament.l.illud. §.tractari.ff.de iu.codicil. Sic etiam donatio causa mortis, à donatione inter viuos,p̃ signa dignoscitur,l. Seia.ff.de dote præleg. l.Seia,in princip. cum glo. ff.de donat.cau.mor.Sic denique cõtractus emphiteuticus, ab emptione & venditione, locatione & conductione

Source : BIU Cujas

ctione ſegregatur.§.adeo.Inſtitu. loca. Sed hic adſunt ſigna feudum denotantia,ergo iudicari debet feudum, & non donatio.Probo minorem,primò, quia adeſt īueſtitura,ꝑ illud verbum,inueſtimus,ca. j. de feu.cognit.in ſi.c.j.quid præced. deb.inueſtitu. vel fidelit. Secundò adeſt retentio ſeruitii feudalis,per illud verbum non recognoſcens niſi nos, nam inueſtiens reſpectu vaſalli dicitur ſuperior, ēt ſi eſſet ruſticus. & iſtam partem tenēdo non obſtāt adducta in cōtrarium, & primo non obſtant illa verba, transferentes directam & vtilem actionem, quia reſpōdet Iaſ. ꝙ eſt impoſſibile tranſferre directam & vtilem actionem ſimul, cum non poſſint concurrere,& nos habemus, ꝙ verba contrahentium dēnt intelligi, ita vt contrarietatem non contineant ſecundum Bar.in l.fin.§.item quæſitum.ff.de condi.indeb.Item licitum eſt verba impropriare, vt intelligātur ſecundum ſubiectam materiam,l.ſi vno.ff.loca.l.inſulam.ff.de præſcript.verb.vnde quia eſt impoſſibile transferre directam & vtilem ſimul, debemus intelligere,trāslatam eſſe directam,quò ad exercitium:vtilem autem propriè,ſecundum ꝙ conuenit vaſallo. Vel & ſecūdò poſſumus dicere,prout dicit Cur.part.prima, quæſt.nona, nu.9. videlicet, ꝙ dominium directum in vniuerſo remanet penes concedentem, ſed rerum particulariū trāſit in vaſallum,doctrina eſt ſingularis & notabilis Bal.in l.j.C.vnde legit. per gl.ibi,cum qua tranſeūt Doctor. Addo ego,ꝙ triplex dominium habemus, directum & vtile,& de iſtis duob.plene proſequitur Bart.in l.ſi quis.§. differentia.ff. de acq.poſ.habemus etiam aliud dominium maius,de quo habetur in c.imperialem,circa principium,ibi, Maiores domini,& in §.illud quoque.de prohib.feu.alie.per Fede.& ita declarat Guid.Pap.quæſt.551. Et exemplificari poteſt in Imperatore,qui appellat ſe dominum totius orbis. l. deprecatio.ff.ad l.Rho.de ia. quod eſt ratione iuriſdictionis & protectionis,vt notant Docto.in proœ.Digeſtorum.Tenendo tamē opinionem Old.ꝙ nō ſit feudum, ſed donatio,ad cōtraria reſpōdet Iaſ. Ad primum de ſignis accidentalibus reſpōdet, ꝙ non arguit,nec infert de neceſſitate,ꝙ ſit feudū:nam videmus,ꝙ portatio annuli non arguit matrimonium.cap. illud, de præſumpt. immo neq; inſtrumenta dotalia arguūt de neceſſitate matrimonium.l.neq;. C.de nup. notat Inn.in d.c.illud.Non obſtat ſecundum de retentione ſeruitij feudalis,ꝙ nec præſtationes ſeruilis miniſterij arguunt de neceſſitate aliquem ſeruum,l.2.C. de ingen. manumiſ. l.liberos,la ſeconda.C.de lib.cau.Bald.hic credidit, ꝙ ſi tale pactum apponatur,cōtractus ſit innominatus,adducit tria iura,primo tex.in l.ſi margaritam.ff.pro ſoc.vbi ſi margaritam tibi vendendam dedero, vt ſi eam decem vēdidiſſes, redderes mihi decem; ſi pluris,haberes quod excedit, oritur actio præſcriptis verbis,niſi animo cōtrahēdæ ſocietatis id actum ſit. Se cūdò adducit tex.in l. vbi ita donatur. ff. de donat.cau.mor. vbi quando donatur cauſa mortis,ita vt nullo caſu reuocetur,potius eſt donatio inter viuos, quam cauſa mortis.Tertiò adducit tex.in l.fi.ff de condit.cau.da.vbi ſi dedi tibi pecuniam,vt Stychum dares,non eſt emptio nec venditio,ſed ꝓtractus innominatus, voluit dicere Bald.hunc contractum eſſe mixtum, argumento.l. Ariſto. ff. de donation. quo loco habetur, quod ſi donauero ſeruum, vt poſt quinquennium manumittas,mixtum eſt negocium, & ſic ante quinquennium eſt donatio, poſt quinquennium eſt obligatio. Aquenſ.hic dicit,quod tota difficultas conſiſtit in hoc,vt videamus an iſtud, ꝙ dominium directum remaneat apud dominum,ſit de ſubſtantialibus, vel naturalibus ipſius feudi? & breuiter concludit, eſſe de naturalibus, & per conſequens valere pactum.Ego pro reſolutione conſidero,quod in contractibus,quædam ſunt ſubſtantialia,quædam naturalia,& quædam accidentalia,ſecundum gloſſ. & Docto.in l.pacta cōuenta.ff.de cōtrah.emp. ſubſtātialium appellatione compræhēdimus quæcunque ſunt de materia & forma, nam ſine illis contractus conſiſtere nequeunt, huiuſmodi eſt ꝓſenſus in quolibet contractu,tanquàm forma.l.j.§.conuentionis.ff.de pac.res autem & precium in emptione & vēditione conſideratur tanquam materia,l.2.§.ſine precio, & l.nec emptio.ff.de contrahen.emptio.Res & merces cōſideratur in locatione & conductione,l.2.ff.loca.& conduc.hęc omnia dicuntur ſubſtantialia contractus, quia concurrunt ad illius ſubſtātiam, anteq̄ initus & cōcluſus dici poſſit.Naturalia quoque ad ꝺctum iam formatum & in eſſe deductū accedūt,& hæc duplicis generis ſunt,nempe interna & externa:interna ſunt,quæ per naturam, velut intrinſeca qualitate,contractui cohærent,ita vt dicere poſſis,naturam eſſe virtutem,à propria contractus ſpecie productam,quam dialectici propriā paſſionem rei nomināt,veluti enatam & mox conſurgentem ex principijs eſſentialibus,vnde Bal. hic,nu. 46.natura(inquit)nihil aliud eſt,quam qualitas innata a prīcipio generationis,ex qua virtus contractus profiſcitur, externa ſunt,quæ ex conſuetudine plerunque adſunt,nęc alia ratione naturalia dicuntur, q̄ ꝙ aſſidua conſuetudine quæ altera natura eſt, accedant. Exemplis vtriuſque generis res erit clarior:videmus.n. ꝙ in venditione dominium rei vēditę,vel quaſi.i.vſucapiendi conditio, tranſit in emptorem, hoc eſt naturale internum,vſque adeo, ut contrarium non liceat paciſci,manente eodem genere cōtractus. l. cum manu ſata.§.vltimo.ff.de contrahen.emp. Sic etiam donationi cauſa mortis,naturaliter ineſt,& quidem intrinſecè, ꝙ reuocari poſſit,modò ſi in cōtrarium fiat pactum,ꝙ nullo casu reuocari poſſit, non erit donatio cauſa mortis, ſed inter viuos.l.vbi ita donatur.ff. de donat. cau.mor. externa naturalia ſunt,quæ pacto mutari poſſunt,manente eodem genere cōtractus, veluti quando in venditione, & emptione fit pactum,ꝙ euictio non præſtetur.l emptorem.§. qui autem. ff.de actionib.emp.Sic & in emphiteutico contractu, pœna commiſſi, ſi non ſoluatur ſtatuto tempore, externum nāle eſt,ideo pactione mutatur.l.i.& ij.C.de iure emphit. c.vltimo.extra loca.Accidentalia autem ea ſunt,quæ non modò non pertinent ad ſubſtantiam,ſed nec etiam ad naturam ꝙtractus,& hæc à cōtrahētib. prout libitum eſt, apponi poſſunt,vt ꝙ res vēdita locet vēditori,vel alteri.l.fundi partem. ff.de contrah emp.& ſimiles conuentiones,quas Iurecōſulti vocant adminicula. Reſoluendo igitur dico, ꝙ ſi quæramus,an tale pactum ſit contractus,vtique dicendum eſt,eſſe contra ſubſtantialia, vel ſaltem naturalia,ſed interna,ꝙa directum dominium remanere apud dominium, eſt virtus à propria cōtractus ſpecie producta,cōſurgens ex principiis eſſentialibus, quippe qui vaſallus dari non poſſit, quin etiā non detur dominus directus ſaltem in vniuerſo,ſi vero quæramus,an valeat talis conceſſio, tanquam feudum, an tanquam donatio, tunc conſiderandi ſunt duo caſus. Primus eſt,ſi in conceſſione non exprimatur,ꝙ ſit feudum, & tunc cenſebitur libera donatio,quia nō debemus recedere à proprietate verborum l.non aliter,ff.de lega.3.maximè cum ſimus in beneficijs,l.fi.ff.de cōſtitutionib.Princip. & in dubio cōceſſio facta à Principe,vī potius donatio,quàm feudum, vt maior ſit liberalitas Principis, argumēto l.filiusfamilias. §.nonnunquam.ff.de donat.vbi filiusfamilias, qui habet liberam peculij adminiſtrationem, donare poteſt, ſi hoc ex ꝑſona patris colligi poſſit,puta quia ſit filius Senatoris,facit tex in c.j.extra de donat.quo loci habetur, nobilitatem hāc legem ſibi imponere,vt debere ſe exiſtimet,quod ſponte tribuit;& niſi in beneficiis creuerit,nihil ſe præſtitiſſe puter. Et ita Paul.de Caſt.in conſi.161.incipit,in præſenti cauſa. ad fi. volum.j.concludit,non eſſe feudum,quando res fuit ſimpliciter data,& non fuit expreſſum, ꝙ res daretur in feudum, quem refert & ſequitur Celſ.Vgo.in conſi.xx.num.viij. Et in his terminis procedit conſilium Guliel. de Perno, nume.3. vbi voluit conceſſionem Regis Federici factam de quodam loco,eſſe donationem, quia in ea nulla erant verba in feudationem indicantia,idem cōſuluit in conſi.xx. in conceſſione iuriſdictionis eccleſiæ montis Regalis. Qua ꝓꝑ in tali donatione ſuccedent fœminæ ſicut maſculi,nam iſta eſt differentia inter feudum & donationem,vt per Angel.in cōſi. 242.& per Dec.in conſi.xxx.Secundus eſt caſus, quādo in cōceſſione exprimitur,& donatio,& feudum, tunc dico debere iudicari tanquam feudum, & nō tanquam donationem, ꝙa quando duo negocia geruntur, & vnum tātum ſubſiſtere poteſt,tūc illud debet attendi, quod poteſt ſubſiſtere, ſiue ſubſiſtat perpetuò.l.vbi ita donatur.ff.de donat. cau.mort.ſi ue ſubſiſtat ad tempus.l.cum precario. ff.de precar.ſed ſic eſt ꝙ talis conceſſio non poteſt conſiderari tanquam donatio, quia donatio ſeruitij naturam non recipit,l.j. ff.de donatio. ergo neceſſe eſt, vt dicamus talem cōceſſionem eſſe feudū, præcipuè cum in dubio debeat attendi id,de quo magis participat contractus, vulgata l.cum quæritur.ff.de ſta.homin. ſed magis participat de feudo, q̄ de donati one ꝓꝑ retentionem ſeruitij,ergo feudum erit & non donatio.Hanc tamen concluſionem videtur admittere Dec.in conſ. 269.& conſi. 413. quando donatio eſſet facta à Principe iure feudi,ſecus ſi eſſet facta abſq; aliqua reſeruatione,præter fidelitatem,ꝙa tunc voluit Dec.eſſe donationē,& non feudum. Et illa verba,præter fidelitatem,ītelligitur alio reſpectu, q̄ ratione feudi.ego autem puto hanc declarationem Dec.non poſſe procedere,ꝙa nulla eſt differentia,an cōcedatur res aliqua ī feudum, an pro ea reſeruetur fidelitas: nam nihil intereſt an quid explicite, vel implicite promittatur. l. fin.ff. de liber. cau.vbi ſi libertus iurauerit, ſe operas præſturum, operas qualeſcunque promiſiſſe videtur, quæ iure licito imponuntur. Ergo ſicut eſt feudum, quando eſt facta mentio feudi, ita erit feudum, quando eſt reſeruata fidelitas, ita Cardin. in capitu. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Federic.

An

Source : BIU Cujas

An vaſallo detur rei vendicatio.

Sequuntur illa verba (vſusfructus ad accipientem tranſeat,) ex quibus colligitur, ꝙ feudum habet conuenientiam cum vſufructu, & ſimilitudo probatur ex multis. Primò, ſicut fructuarius habet ius vtendi, fruēdi, ſalua rerum ſubſtātia, Inſti. de vſufruct. in prin. ita vaſallus eodem modo vti frui dēt, ſalua rei feudalis ſubſtātia, vnde dixit egregiè Bal. in c.j.§.publici latrones. de pac. tenen. ꝙ ſi habēs caſtrum in feudum malè tractat ſubditos, ꝙ dominus poteſt ipſum monere, vt eos tractet debito modo, aliàs ſibi poterit caſtrum auferre. Ratio deciſionis eſt, quia vaſallus malè vtitur ſubſtātia domini, argumen. l. ſi cum dotem. §. ſi verò. ff. ſolut. matrim. Secundò, ſicut fructuarius naturaliter poſſidere vī. l. naturaliter. ff. de acq. poſſeſ. ita feudatarius naturaliter poſſidere dī, c.j.§. fi. de inueſt. de re alien. fac. Tertiò, ſicut fructuarius proprietatem nullo tempore præſcribit. l. neque fructuarium. C. de vſufru. ita vaſallus nullo tempore prædij proprietatem præſcribit, eo ꝙ non pro ſuo, ſed pro alieno poſſideat, argumen. l. 3. & l. cum notiſſimi, §. vltim. C. de præſcript. xxx. anno. Quarto, ſicut fructuarius, meliorem proprietatis cauſam facere pōt, deteriorem autem non poteſt. l. ſi cuius. §. fructuarius. ff. de vſufru. ita feudatarius meliorem quidem conditionem facere pōt, deteriorem verò non vtiq;. c.j.§. è contrario. de inueſtitu. de re alien. fa. Quintò, ſicut fructuarius nō poteſt diſponere de vſufructu, nec quidem in vltima volūtate, l. 3. & l. 5. ff. qb. mod. vſusfruct. amit. nec etiam inter viuos fundum oppignerādo. l. intereſt. C. de vſufr. ita vaſallus non poteſt diſponere in teſtamēto de feudo, c.j. de ſuc. feu. nec inter viuos alienare, nec obligare, ſine conſenſu domini, toto ti. de prohib. feud. alie. ꝑ Lothar. & toto titu. de prohib. feud. alien. ꝑ Federic. ideo dici poteſt, ꝙ vaſallus habeat vſumfructū, non cauſalem, neq; formalē, ſed anomalum, ſiue ſingularem. Cauſalem non habet, quia is comprehendit plenum dominiū, & in feudis proprietas remanet penes concedentem, vt ſ. diximus. Formalem nō habet, ꝙa is compræhendit vſumfructum tm̄, forma ſeparatum a directo & vtili dominio. dicamus ergo, ꝙ hēt vſumfructum anomalum, ſiue ſingularē, ſeu potius improprium, ſecūdum Bald. q̄ dicit, ꝙ vſusfructꝰ hic ponitur impropriè pro vtili dominio, & hoc eſt quartū requiſitum feudi, ꝙ. ſ. dominium vtile transferatur in vaſallum ex quo ſequitur, ꝙ ſicut rei vindicatio datur domino directo. §. omnium, Inſti. de actionib. l. j. §. j. ff. ſi pars hære. petita vaſallo datur rei vendicatio contra quemlibet poſſeſſorem. c.i. §. rei autem. de inueſt. de re alie. fa. & poteſt ſe defendere. c.j. de contro. int. vaſal. & al. de benefi. & in agendo contra poſſeſſorem præfertur domino, qm̄ vtile dominium prę fertur directo, l.j. & ij. ff. ſi ager vectig. no. gloſ. in l. in traditionibꝰ. C. de pact. In quo tamē ſic diſtingue, aut dominus vult agere cōtra poſſeſſorem, ita ꝙ ſibi reſtituatur poſſeſſio, & res feudalis ſibi tradatur, & tunc præfertur vaſallus domino. Ratio, ꝙa vaſallus poſſet etiam agere contra poſſidētem rem feudalem. l. j. §. quod autem. ff. de ſuperfic. l. j. in fi. ff. vſuf. quemad. caueat. & d. l. j. & ij. ff. ſi ager vectigal. vel emph. pet. Aut vult agere cōtra tertium poſſeſſorem, vt declaretur dominus directo, & ſic ciuilis poſſeſſor, non autem vt ſibi tradatur res feudalis, & tunc vterq; poteſt agere, vt no. in rub. ff. de rei vend. Ratio, ꝙa agunt reſpectu diuerſorum, argum. l. 3. §. ex plurimis. ff. de acq. poſ. ita diſtinguit Car. Ale. in d. ti. de inueſt. de re alie. fa. in prin. ad probandam ipſam concluſionem faciunt adducta per Iaſ. j. nu. 42.

An vaſallus poſsit conſtituere ſeruitutem.

Secundo infero, quòd ſicut ille, qui eſt verus dominus prædii vicini, & pleno iure, poteſt ſeruitutes reales conſtituere, uel imponere. l. j. ff. commun. præd. Inſtit. de ſeruit. §. ideo autem. ita etiā vaſallus poteſt imponere, ꝙ habet vtile dominium, ut eſt cauſus in c.j. ver. quid ergo. de inueſt. de re alie. fa. ꝙ vult, ꝙ durāte feudo, durat ſeruitꝰ, vel ſeruitutis impoſitio: ſed eo finito, finitur etiam ſeruitus impoſita, & ita tenet ibi Bald. Alu. & Iſer. ꝙ dicit ꝙ poſſidente vaſallo, dominus non poteſt agere negatoria: ſed ſi feudum pleno iure reuertatur ad dominū, extīguitur ſeruitus, eam opinionem reprobaui in c. imperialem, in prin. de prohib. feu. alie. ꝑ Feder. ſed ea conceſſa, animaduertatis, ꝙa idem Iſer. intelligit d. ver. quid ergo, quando ſeruitus eſt impoſita extra iudicium, ſecus ſi per ſentētiam, ꝙa tunc noceret domino. ca. j. §. ſi vaſallus de beneficio, ſi de feu. fuer. contro. c.j. de controuer. inter vaſal. & alium de benefi. vbi habetur, ꝙ omnia iudiciaria obſtant domino ꝓp auctoritatē rei iudicatæ, niſi appareat de colluſione, vꝫ frau de vaſalli, de iure ciuili eſt tex. in l. ſi prætor. §. j. ff. de iudic. in argumentum tamen, vbi ſi quis per dolum ſententiam prætoris obtinuerit, iudex querelam rei debet admittere. an autem talis ſententia præiudicet etiam agnatis, ſicut præiudicat domino, videatis Iſer. & Præpoſ. in d. c. j. §. ſi vaſallus. ſi de feu. fuer. controuerſ.

An feudi augmenta ſpectent ad vaſallum.

Tertio infertur, quòd feudorum augumenta ſpectent ad vaſallum, nō aūt ad dm̄ infeudantem. c.j. §. ſi quis de manſo, ſi de inueſt. feu. ibi, omne incrementum iure feudi obtinebit. limitatur, qñ dñs in feudi conceſſione ſibi aliquid reſeruaſſet, ut puta viā cūdi ad alia loca, aut ius hiemandi, vel æſtiuandi, nam tunc incrementum erit domini, ita tex. in d. §. ſi quis de manſo, & ibi Baro à Tautenberg. & Corn. in conſilio xv. volum. 4. numero xiij.

Limitatur ſecundò, quando feudum eſſet datum ad menſuram, ſeu numerum modiorum, nam tunc oē incremētū erit dñi, & non vaſalli, ita Iſer. in d. §. ſi qs de manſo, & ibidem Alu. argumento l. Rutilia Pola. ff. de ꝓh. emp. vnde forſitā limitatus ager dicebatur, l. in agris. ff. de acq. rer. do. Aliud eſt, ſi meris terminis demonſtretur locus, qui terminorum natura non eſt, futuras acceſſiones impedire.

Limitat tertiò in incremēto accedēte feudo, anteq̄ tradatur, nam illud erit domini, etiam ſi illud ignoranter poſtea tradatur, l Iulianus. §. ſi Titius. ff. de act. em. Inſt. de em. & vē. §. ſed & ſi. Bald. & Aluar. in d. §. ſi quis de manſo, ſi de inueſ. feu. fuer. contr.

Limitatur quartò, in augumento inſolito, de quo nō potuit veriſimiliter cogitari, nam iſtud pertinet ad dominum, exemplo emphyteuſis, ita Bal. in additio. Specu. in titu. loca. per glo. quam ad hoc auream reputauit, in l. ſi merces. §. ſi vis maior. ff. loca.

Limitatur quintò & vltimò, quando aliud expreſsè de cōuentione partium conſtaret, quia tenor inueſtituræ ſemper eſt attendendus, §. fin. quid ſit inueſti. inter ſocerum. §. cū inter. ff. de pact. & ita voluerunt Bal. & Aluaro. in dicto §. ſi quis de manſo. An aūt aucto territorio per alluuionē, iuriſdictio domini caſtri ſe extendat ad illud, conſuluit Bolognin. conſ. 14. Cur. Iun. conſ. 6. Et An aucto feudo debeatur pinguius ſeruitium, videatis Iſer. in tit. de controuer. inueſti. §. quod autem. nume. xvij. in princip.

An vaſallus inuito domino poſsit feudum meliorare.

Quarto infertur, quòd licèt nemo poſſit īuito domino rē alienam meliorare. l. hactenus. §. fi. l. æquiſſimū. §. j. l ſed & ſi quis §. peti. ff. de vſufr. tamē beneficiarius cliens, inuito domino, beneficium meliorare poteſt. d. c. j. §. econtrario. de inueſt. de re alie. fa. no. Caccialupus in c.j. de feud. cognit. in xxvj. differentia, ꝙ ſi feudum ad dominum, vel agnatum ob finitam generationem deuoluatur, hæres hēt retentionem, donec aut exp̄ſ ſe tollantur, aut reficiātur, c.j. §. ſi vaſallus, in titu. hic finitur lex Conradi. diſtinguendo prout diſtinguit tex. in d. ca. j. §. ex cōtrario. de īue. de re al. fa. vt ſi quidē tale adiectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit. i. vt ꝑ ſe cēſeatur tanq̄ prædium, tunc dñs aut agnati, æſtimationem luere cogātur: ſi vero per ſe ſubſiſtere non poſſit, vt ſeruitus, tūc domino, vel agnatis accedet vnà cū feudo, cum ſit acceſſorium, & prīcipalis nām ſequatur. Idem dicere debemus de incremento, qđ citra vaſſalli induſtriā ꝑ naturam accedit, vt alluuione. Nā iſtud incremētū erit domini, aut agnatorū ſine pecunia, vt cumq; per ſe etiam ſubſiſtere dicatur, vt dixit Aluar. in d. §. ſi quis de manſo, & d. §. è contrario. Rurſus, quod diximus de expenſis reſtituendis, intellige de neceſſarijs, exp̄ēſę neceſſarię sūt, q̄ fiūt in reficiendo collapſa. l. vtiles. ff. de petit. hæredit. ibi, quæ fiunt reficiendorū ædificiorum gratia, l. ſi neceſſarias. ff. de pignor. actio. l. j. & l. impenſæ. ff. de impenſ. in rebus dotal. fa. ſunt ēt neceſſariæ, q̄ ſunt in ampliando, ꝫm Bar. in l. fundo. ff. de rei ven. Plus dico, ꝙ etiam impenſa facta deſtruēdo ædificiū non ſufficiens, ad hoc vt fiat ſufficiens, dī impēſa neceſſaria, argumento eius quod hī Lucæ. c. xij. Expenſæ aūt factæ, in faciendo de nouo non ſemper ſunt neceſſariæ. l. impenſæ. ff. de verb. ſig. l. diuortio. §. impendia. ff. ſol. matri. vbi ſi maritus nouā illam extruxit, neceſſario, vel veterē collapsā reſtituit, maritus pōt petere illas expenſas. Villa hēt tres partes, Vrbanā, quæ eſt habitatio dñi; Ruſticam, quæ eſt habitatio laboratorum; fructuariam, quæ eſt ad conſeruationem fructuū, vt ſcribit Columel. li. j. c. 6. de re ruſ. & probatur iure, nam de habitatione dñi loq̄t l. plenum. ff. de vſu, & habit. de habita-

Source : BIU Cujas

habitatione ruſticorum loquitur l.videamus.ff.loca.de parte fructuaria loquitur l.arboribus, in prin.ff.de vſufru. Illud certum eſt, ꝙ impenſæ factæ in conſtruendis locis,pro conſeruatione caſtri,& iurisdōnis,ceſſent neceſſariæ. & iō cōſuluit Bal.in conſ.435.volu. v. feudatariū poſſe ædificare arces in locis ſibi infeudatis, qa cui conceditur iuriſdō, vī etiam concedi locus, vbi tutè & commodè exerceri poſſit,l.ij. ff. de iuriſdic.omn.iud.refert & ſequitur Federic. Scot.conſ.vij. tomo.ij.per totum.Illud vos præterire nolo,quod tempore belli & neceſſitatis dominus feudi poteſt cuſtodire caſtrum inuito vaſallo,& ſimul cum eo,ita Bald.in capit.j.§. quid ergo.de inueſtitu.de re alie.fa.& illud fortificare poteſt.Alber. in l.fin.ff.de vſu, & habitat. Angel. in auth.nunc ſi hæres.C. de litigioſ.per illū textum,ſubdens ibidem,ꝙ ille qui habet decimam in aliquo territorio, poteſt ibi apponere cuſtodes pro ſuo intereſſe,ne decipiatur in decima per poſſeſſores,allegat tex.in l.ſi ita.§.dominus.ff. de vſu & habita. vbi dominus proprietatis,etiam inuito vſufructuatio,fundum cuſtodire pōt,ītereſt enim eius,fines prædij tueri,& ibidē Alb. de Roſ.idem determinat,ac ita iudicatū fuiſſe ſe ꝙſulēte, refert Iac.de S.Georg. in inueſtitu.ſua feudali.in verbo, de caſtro. numero xj.Plus dico,ꝙ dominus temporalis tempore belli & neceſſitatis poteſt incaſtellare eccleſiam, Luc. de Pen. in l.ſi diuina,C.de exactor.tribut.lib.x. Quod credo verum,accedente epiſcopi conſenſu.dicit tamen Card. Alex. in d.§.qd ergo,ꝙ non liberatur propterea vaſallus a cuſtodia, ad quā tenetur, ſubdens , ꝙ vaſallus tempore ſuſpecto,puta bellorum , ſi dubitat ſe inſufficientem ad cōſtruendum caſtrum, debet denunciare domino, vt veniat, aut mittat ad cuſtodiē dum,allegat Ro.in l.ſi mora,& ibi Puteum etiam.ff. ſo.mat.

Sed an tunc Princeps, ſi fortificauit Caſtrum,poſſit repetere expenſas à vaſallo, & ob eas Caſtrum retinere. Ia.de S. Georg.in tract.de roid.in vlti.car.& Anton.Capit.in ſua inueſtitu.in verbo , Feudorum cuſtodia, tenent,ꝙ non poſſit, ea ratione , quia non ſunt factæ principaliter ad vtilitatem vaſalli,ſed domini,licet ſecūdariò cedant in vtlitatē vaſalli, vnde debet inſpici id,quod principaliter agitur. l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet.videte Cremenſ.ſingul.27.

An valeat pactum,quòd in vaſallum nullum dominium tranſeat.

Sed quæritur, An valeat pactum in inueſtitura appoſitum,quòd in vaſallum nullum tranſeat dominium? Aquēſ.auctor huius quęſtionis putat,idem eſſe dicendum, quod dictum fuit in quęſtione contraria , quia cōtrariorū eadem eſt diſciplina, vt not.in l.j.ff. de acq.poſ.ergo ſicut valet pactū ꝙ in vaſallū trāſeat oē dominium,ita valebit,ꝙ in eum nullum trāſeat, neq; ēt vtile.

An feudum eccleſiaſticum tranſeat ad hæredes in infinitum.

Succedunt illa verba (vt ad eum,hęredeſque ſuos in ꝑpetuū) ꝙb. verbis denotatur quintum requiſitum in feudo qđ eſt, vt tranſeat ad hęredes in ꝑpetuū,& ſic excluditur vſusfructꝰ, q non tranſit ad hæredes.§.finitur,Inſtit.de vſuf.l.3. C.e.Notate,qa perpetuum quandoq; capitur pro centū annis,Bar. in l.ſi vſusfructus.ff.de vſuf.lega. quādoq; capitur ꝑ 30.ann. l.omnes.& l.ſicut.C. de pręſcr.30.annor.quandoque exponitur ad dies vitæ.l.j ff.pro ſoc.dicitur etiam perpetuum, qđ certo tempore non limitatur, l. Iuriſperitos, & ibi Barto. ff. de excuſat.tutor.Nonnunquàm exponitur, donec durat locatio.l.debitor.ff.de piguorib.l.in prędijs.ff.in quib.cauſ.pig. taci.contrahat & demum capitur pro ſeculis,ſecundū Bart. in l.annua.§.a Titia.ff.de annu.lega.Et in hac ſignificatione capitur in hac materia noſtra feudali , videlicet pro deſcendētibus in infinitū.Inter æternum autem ſempiternū & perpetuum,licet nullā omnino priſci doctique latini differētiā eſſe voluerint,huius tamen tēpeſtatis Philoſophi nonnulli, ac etiam Theologi,ex mente Ariſtotelis,ea inter ſe nomina differre volunt,vt perpetuum ſit,cui & principium deſ & finis , vt exteriorem hunc hominem, vt vniuerſum mundum dicimus; ſempiternū ſit,qđ principium habet, & non finem,huiuſmodi eſſe dicimus Angelos & demones,ac etiā hominem interiorem.Aeternum,quod neque principium, neq;finem,ſit habiturum,& hoc nil aliud eſſe dicimus, quā Deum, ita etiam gloſ.in l.eum debere.ff.de ſeruit.vrba. prædi.conſtituit differentiam inter æternum & ſempiternum.

An feudum eccleſiaſticum tranſeat ad hæredes.

Sed an hoc quòd trāſeat ad hæredes in perpetuū, habeat locum etiam ī feudo eccleſiaſtico? Bald. in auth. defuncto.num.xi.C. ad Trebel.concludit,ſucceſſionem in tali feudo non dari vltra nepotes,ꝑ tex. in §.emphyteuſim.Auth.de non aliena.aut permut. reb.eccle.vbi emphyteuſis non poteſt concedi vltra tertiam generationem. At communis opinio eſt in contrarium , ꝙ imò tranſeat in infinitū,quam refert & ſeqtur Cur.par.tertia,mēbro 2.& Duare.ca.xj. num. 2. Mouentur per tex.in c.j.§.hoc quoque.de his qui feu.da.poſ.qui generaliter loquitur, & ſi ne aliqua diſtinctione,ideo generaliter de quocunq; feudo intelligi debet.Neque obſt.tex.in d.§.emphyteuſim,de non alien.aut permut.reb.eccleſ.qa reſpondet Duar.ꝙ inter emphyteuſim & feudum ſunt multæ differentiæ,nam fœminæ ſuccedunt in emphyteuſi, & non in feudo.ego aliter reſpōdeo,& dico,ꝙ tex.in d.§.emphyteuſim, loquitur, quādo eſt talis conſuetudo non concedendi , niſi vſque ad tertiam generationem,alioquin pugnaret tex.in §.licentiam. Auth.de alien.& emphyte.vbi conceditur eccleſijs licentia dandi emphyteuſim in perpetuum , ſeruatis tamen ſolennitatibus ſi non ſunt ſolitæ concedi, vel etiā non ſeruatis ſolennitatib. ſi ſunt ſolitæ con cedi,iuxta tex.in c.2.extra,de feu.

Quid de feudo dignitatis.

Sed dubitatur de feudo Ducatus, Comitat⁹,& Marchiæ:An ad deſcendentes tranſeat? videtur prima facie dicēdum ꝙ non,per tex.in c. j. de feu.March.vbi dicit text.quod hæres in tali feudo nullo modo ſuccedit, niſi ab Imperatore per inueſtituram acquiſiuerit. Cōtraria tamen opinio eſt verior , ꝙ.ſ.tranſeat per text.in c.j.de alienat.feud. vbi textus in hæc verba habet,hodie eſt vſurpatum,quòd detur ſucceſſio . Tenentes primam opinionem reſpondēt ad hunc text. ꝙ verbum vſurpatur , accipitur in malam partem pro abuſu,ideo ſequendum eſſe rationabilem vſum , ꝙ.ſ.non detur ſucceſſio.Attamen ego credo veriorē eſſe ſnīam illorū,qui tenent, tale feudū trāſire ad hæredes per tex.in c.imperialē, de prohi.feu.alie.per Fed.§.præterea,q dicit,Marchiā & Ducatum inter hæredes diuidi,ergo trāſeunt ad hīdes,quia priuatio pſupponit habitum.l.decem. ff. de ver.ob. ideo intellige text. ꝙ hodie contraria conſuetudo inoleuit, quia non eſt nouum aliquid contraria cōſuetudine recipi. Propterea concludo etiam huiuſmodi feuda dignitatum tranſire ad deſcendentes in infinitū , non tamen oēs,ſed primogenitos tantum,vt etiam conſuetudo obſeruat.nota. Docto.in cap. j.quis dic.Dux, Marchio. & Com.& non tantum tranſit ad deſcendentes, verum etiam ad tranſuerſales , dato quod eſſent in centeſimo,& milleſimo gradu,ita nota.Bal.in capit. j.§.ſi.de feu.March.& ibi Alu.& Laudē.dicūt eſſe ſingulare.

An feudum conceſſum ad vtendum & fruēdum morte extinguatur.

Quærit hic Bald.An ſi concedatur feudum ad vtēdum & fruendum extinguatur morte? & concludit quod ſic, per text. in l. habitatio. §.ſed ſi. ff.de vſu & habitat. vbi ſi habitatio relicta eſt , vt quis ea vtatur & fruatur , non tranſit ad hæredes . Ratio eſſe poteſt, quia iſta conceſſio eſt facta in proprios vſus,perinde ac ſi dictum fuiſſet,concedo tibi in feudum ad alimenta,ſed quod in proprios vſus relinquitur,morte finitur.l.dominus. ff.de vſufru. ergo , &c. Sed ipſemet Bald. arguit in contrarium, de text. in l.donationes in concubinam.§.ſpecies. ff.de donat.vbi ſi res donatur ad vſum, videtur donata proprietas . Reſpondet ipſe Bald.duobus modis. Primò , quòd loquitur in rebus,quæ vſu conſumuntur,ſentiens aliud eſſe in immobilibus,adducit tex.in l.ſpecies.ff.de au.& argen.lega.vbi ſi legatus ſit vſusfructus auri , & argenti,intelligitur reſpectu proprietatis , ſed ego retorqueo reſponſionem contra eum , quia ſi illud eſt , quia ſumus in rebus,quæ vſu cōſumuntur, & ſi propter ſubiectam materiam ita in caſu noſtro ſubiecta materia requirit,vt illa verba exponātur in perpetuum,ſecundum naturam contractus feudalis. Secundo reſpondet,quod in dicto §.ſpecies,verbum vſusfructus,fuit appoſitum cauſa demonſtrationis , non autem cauſa arctandæ diſpoſitionis,quia in teſtamētis fit plenior interpretatio.l.in teſtamentis.ff.de regul.iur.Hæc reſponſio non placet Aquē. ea ratione,quia in feudis fit latior interpretatio,quàm in teſtamentis,vt not.in l.fina. ff.de conſti.Princip.Ergo verbum vſusfructus intelligetur appoſitum cauſa demonſtrationis, tam in feudis,quàm in vltimis voluntatibus. Vltra Aquen. dicatis,quod ibi non apparet teſtamentum, & potius præſumitur contractus dum loquitur de rebus extra dotem datis, ad vſum puellæ. Contraria opinio, ꝙ ſcilicet talis conceſſio

non

Source : BIU Cujas

non extinguatur morte, videtur verior, quam tenet domi. Iaſ.hic, nu.103. comprobans eam multis argumentis, ſed præcipuè, quia verba in diſpoſitionibus poſita intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, & ſic ſecundum naturā contractuum, ſuper quibus interponuntur. l.ſi vno, in prin. cum ſimilibus.ff.loca.ſed natura contractus feudi eſt, vt nō finiatur morte, ergo illa verba, ad vtendum & fruendum, in conceſſione poſita, debent intelligi ſecundum naturam cōtractus feudalis, ſicut etiam verbum vſusfructus, exponitur hic pro vtili dominio. Et ita tenendo poſſumus reſpondere, ad l.ſi habitatio. ff.de vſu & habitat. prout reſpondet Mart. Lauden.in c.j.titu.j.q̄ ibi natura illius diſpoſitionis, nempe habitationis, non eſt, vt tranſeat ad hæredes, ſicut hic, nimirum ſibi non tranſit. Si tamen vellemus tenere cōtrariam opinionem, q̄ non tranſeat, debemus conſtituere regulam cum ſuis limitationibus, prout fecit Afflict.hic, num. 66. qa tamen cōfusè loquutus eſt, ego clarè procedam. Regula ſit, q̄ feudum conceſſum ad vtendum & fruēdum, non trāſmititur ad hæredes, nam quod ī proprios vſus relinquitur, morte finitur. Limitat Afflict. 9. modis, ego eas ad quatuor redigam. Prima, quando ex præcedentibus vel ſubſequentibus poteſt apparere, q̄ dominus inueſtiens voluit cōcedere vtile dominium, argumento tex.in d.l.donationes.§.ſpecies. ff. de donat.& l.ſpecies.ff.de au.& arg.legat. Hæc autem mens colligitur ex multis. Primò, quando in inueſtitura dictum fuiſſet, Pro te & hæredibus, ita Bal.hic, qui dicit, quòd in perſona hæredis erit nouus vſusfructus. Secundò, quando feudum venderetur ad vſumfructum, quia etiam tunc videtur conceſſum vtile dominium, §. venditæ. Inſtitu.de rerum diuſio.ita Bald. in rubric. C. de iure emphyteuti. numero 9.

Tertiò, quando in inueſtitura appoſita eſſet clauſula, Pleno iure.ita Bal.in l.j.C.de fruct.& lit.expenſ. Rō, qa pleno iure etiam id poſſidere dī, qui poſſidet vt dominus.l.j.in verb. Pleno iure.C.de reuocan. don. de iſta clauſula videte Felyn. in c.auditis, nume.v.cum ſequen. extra de præſcript. Quartò quando in inueſtitura dictum fuiſſet, quod vaſallus non poſſit feudum vendere, vel alienare, quia tunc vī conceſsū vtile dominium, & ſibi, & hæredibus, ita Bal.in l. Proculus. ff.de vſufru. Ratio, quia iſta clauſula, q̄ non poſſit alienare, nōn cadit in vſufructu formali, idem voluit ipſe Bal.quādo dñs imponeret ſeruitutem in feudo, quæ non cadit in cōceſſione vſusfructus. Ex hoc īfert idem Bal.q̄ ſi vxor ſit relicta vſufructuaria ſub condōne, ne alienet, q̄ vī cōceſſa proprietas: ideo ſi eſſet alius inſtitutus poteſt mortem vxoris tanq̄ hæres grauata, poterit detrahere trebellianicam, ſequitur Paul. de monte Pico in l.Titia cum nuberet.ff.de lega.2. nu. 155.qui dicit, quòd eſt peregrina deciſio, & bene. Videtur enim eſſe contra text.in l.legata inutiliter. de adimend. leg. vbi ſummitur illa regula, quæ ſe habet, quòd ea quæ inducta ſunt ad diminutionem, non debent operari augumentum. Sed pro reſponſione dicatis, quòd illa regula patitur limitationes.

Primo, limitatur per Ang. in d.l.Proculus.de vſufr. vt procedat ſolum, quando nulla præceſſit diſpoſitio conceſſiua, ſecus ſi præceſſit, vt in caſu noſtro.

Secundò, limitatur, quando diſpoſitio alioqui inanis & fruſtratoria redderetur per tex.notab.in l.denique. §.īterdū, & ibi Doct.ff.de pecul. lega. vbi quidam ſeruo libertatē dederat ſub cōditione, ſi rationes reddidiſſet, & ſi hęredib.centum de peculio tradidiſſet. reſpōdet Vlp. teſtatorem voluiſſe eum retinere peculium ex eo, q̄ de peculio iuſſerat, eum cē tum inferre, tradit Iaſ.in l.centurio.ff.de vul.& pup.nu.57. Et hoc eſt ī caſu noſtro, qm̄ alioquin illa prohibitio alienationis nihil operaretur. Regula s̄.firmata limitatur ſecundo loco, reſpectu perſonarū, quia tunc conceſſum ad vtēdum, & fruēdū non finitur morte, ita Bal.in l.ſi pater.C.de inoff.teſt. qui dicit, q̄ ſi concedatur filio, intelligitur ad vitam; ſi extraneo intelligitur ꝑpetuo. ſimiliter ſi concedatur eccleſiæ, vel religioſis perſonis: tunc.n.vī conceſſum vtile dominium in perpetuum, ex quo eccleſia nunquam moritur, ita gl. in l.ſi mulier.C.de iure do.& ibi Bal.& Cyn.

Tertiò limitatur, ſi in inueſtitura dictum fuerit, vt inueſtitus percipiat vſumfructum, vel alimēta: quia dictio (vt) non reſtringit inueſtituram, ita Bar. in l.libertus. ff.de alim. leg.vbi poſt Oldra.videtur conſtituere differentiam, an legatum ſit relictum per viam determinationis, vel per viam modi: nam per viam demonſtrationis reſtringitur, per viam modi non reſtringitur, quia modus adijcitur fauore legatarij, arg.l.quod fauore.C.de legib.

Quartam limitationem poſuit Afflictus, quando daretur res mobilis ad vſumfructum. Quæ limitatio deſtruit eius regulam in feudo, quod conſiſtit in re immobili, & ſecundum ſubiectam materiam debet intelligi de vtili dominio.

An in feudo ſuccedant extranei.

Sequitur in hoc quinto regſito illud verbum (ſuos) vt excludantur oēs ꝫctus, in q̄b. extranei ſuccedunt, vel ſaltē oēs agnati ab inteſtato. l. hæredis appellatione. ff.de ver.ſig. ſit igitur concluſio, q̄ in hac mā. feudali ſuccedunt filij, & deſcēdentes à primo inueſtito, & non extranei. c.j.§.ſi clientulus, de alie.feu. c.j.§.fi.ſi de feu.dēfun.fue.contr. c.j.§. ſimiliter.de le.Conra.c.j.de eo, qui fin.fe.agn.cum ſi. Hanc cōcluſionem limitat quinque modis Rom.in l.etiam filij.ff.ſol.mat.

Primo limitatur, quando ſumus in feudo libero & franco, pro quo nō obligatur vaſallus ad prēſtationē ſeruitij, qa tūc in extraneum tranſibit, ſicut tranſit in fœminam, addu cit tex. in c.ſi cui, de cap. extraordi. Conra. Sed illud capitulum, & illum titulum pauciſſimi libri habent, ideo pro ſuppoſito habetur, & pro apocripho, nec ſuper eo poteſt fieri aliquod fundamentum.

Secundò limitatur, quando pro feudo nullum præſtatur ſeruitiū perſonale, qa iſtud non eſt propriè feudum, ſed contractus innominatus. Nam de natura feudi venit exhibitio perſonalis ſeruitij, c.j.de for.fidelit.cum c.ſubſequēti. de no. for.fideli. ita limitat Bal.in c.j.§. & quia vidimus, ī.tit.j.ad finem. allegat tex.in d.capitu.ſi cui militi. de capitu. extraord. Conra. ſed iam dixi, illud capitulum, non poſſe allegari pro lege, & ita reprobat Iac.de S.Georg. in ſua inueſti.in verſi.& fœminis.numero 5.

Tertiò limitatur, quando feudum eſſet exiguum, qa tunc ſuccedit extraneus, ſicut & fœmina, rationem adducit, quia nō aſtringitur ad fidelitatē, ergo neque ad ſeruitia. mihi nō placet, quia ī.oſtendam, fidelitatem præſtari etiam pro feudo exiguo, pro qualitate tamen feudi.

Quartò limitatur, quando feudum eſſet emptum, quia tunc extraneus poterit ſuccedere, ſed iam vobis s̄.oſtēdi, feudum emptum eſſe propriè feudum, propterea ipſemet Roman. reprobauit hanc limitationem, mouetur hac valdiſſima ratione. ſtat regula, q̄ res non debet regulari ſecundum naturam contractus, ſed contractus debet regulari ſecundū naturam rei, adducit tria iura, Primò tex.in l. ſtipulatio iſta. §.ſi quis.ff.de verbo.obl.vbi ſtipulatio, quamuis ſit tranſmiſibilis ad hæredem, tamen non tranſmittitur, quando res in ea deducta non eſt tranſmiſibilis, vt eſt vſusfructus. Secundò adducit l.ſi quis domum.§. hic ſubiungi, ff.loc.vbi ſi fructuarius locauerit fundum in quinquenniū, hęres nō tenebitur, ſi ante quinquēnium deceſſerit, quia contractus locationis debet regulari ſecundum naturam rei, ſuperqua interponit. Tertiò adducit tex. in l.neceſſaria. §.fin.ff.de pericu.& commo. rei vend. vbi eſt ſimilis caſus in venditione vſusfructus, in quo hæres non tenetur.

Quintò & vltimò limitatur, qm̄ concederetur pro ſe & q̄buſcunque hæredibus, quia tunc tranſibit in extraneum hæredem, immo etiam in legatarium. ita Bald.in ca. j.in princ. de prohib. feu. alie.per Federic. argumen. l.in conuentionibus.ff.de verb.ſig. vbi ſi facta fuerit locatio pro ſe & hæredibus, ius hæredū ad legatarium transferri poteſt. pro hac opinione videtur tex.in c.j.de feu.non hab. propr.natur.feu. vbi ſi quis fundum ea lege dederit, vt ipſe & ſui hæredes, & cui dederit, habeant, poterit illud vendere, & donare, ergo tranſibit in extraneum. contrarium voluit idem Bald. in capit.j. §.donare.qual. olim feu. poter.aliena. mouetur, quia illa dictio vniuerſalis (quibuſcunque) debet reſtringi ad perſonas habiles, l.j. C.de ſacroſanct.eccleſ. ſecūdò mouetur ab abſurdo euitādo, nam ſi extranei admitterētur, ſequeretur abſurdum ī duobus, primò, quia ſuccederent qui nō eſſent agnationis communis: ſecundò, quia poſſet ſuccedere etiam vxor, vel alia mulier extranea, & ſic impropriaretur feudum in duobus. & hanc opinionem ſeq̄t Dec.in cōſ. 171.& 193. vbi dicit, quod per illam dictionem, Quibus dederitis, non admittuntur baſtardi legitimati, nec etiam extranei. Ergo vltra omnes alios inter has duas opiniones concordiam ſic comprecarer, vt dicamus, aut dictum fuit pro ſe & quibuſcunque, & tunc debet reſtringi ad habiles, & procedat ſecunda opinio, quia illa verba, Quibuſcunque, quando poſſunt aliquid operari, nunquàm cenſentur habilitare perſonam alias in habilem, l.ſecunda.§.quòd ait prætor, & ibi gloſſ.& Barto.ff.qui ſatiſda.cogantur. ſed hic poteſt intelligi de filijs hæredibus, ſiue ſint hæredes de iure ciuili, ſiue de iure prætorio, ergo &c. Aut dictum fuit pro ſe, ſuis & quibuſcunque hæredibus, & tunc tranſinit etiam in extraneos, & ita procedat prima opinio, ita innuere videtur text. in cap.j.de feu.non habē. propr.natur.feu. Ratio eſſe poteſt, quia aliàs eſſet ſuperflua, cum iam dictum fuerit pro ſe & ſuis. do vobis text.in ſimili, in l.proſpexit.ff. qui & à quibus, vbi lex, quæ prohibet mulierem diuertentem à marito poſ-

ſe

Source : BIU Cujas

ſe manumittere ſeruos,ne quæſtioni ſubducantur, intelligit vt ne eum quidem ſeruū poſſit manumittere, qui fuit extra eius miniſterium,vel in agro,quod quidem per quam durum eſt,ſed ita lex ſcripta eſt:illum enim effectum operatur illa geminatio ibi poſita. (Omnes omnino manumittere prohibetur) & ita illum textum intelligit & declarat Ioan.Anibal in l.nemo poteſt.nu.87. ff.de lega.j. Ex quo dari poteſt alia limitatio,ſiue declaratio ad hanc concluſionem, & erit ſexta, ꝙ quamuis in feudis appellatione hęredis, intelligatur de filio: tamen ſecus eſt,vbi adſunt verba geminata,vt ſi dictum eſſet, pro omnibus & quibuſcunque hęrebibus.

An & quando fœminæ ſuccedant.

In hoc eodem quinto requiſito

requiritur alia qualitas hæredum,vt ꝙ ſint maſcul,& non fęminæ,niſi de ijs nominatim dictum fuerit.c.j.de natu. ſucceſſ. feu.c.j.de ſuccel.fratr.§.ad filias.

Prima igit erit limitatio,quādo pactum eſſet appoſitū, qđ fœmina ſuccedat, Animaduertatis tamen, quia multum refert,qualiter verba inueſtituræ concipiantur: nam ſi feudum detur ſimpliciter per hęc verba,Pro te & hęredibus maſculis, & fœminæ cum maſculis,ſed tantummodo maſculis omnib. deficientibus.c. 1.quin etiam,Epiſcop.vel Abbat.c.1.§.filia. de ſucceſſ.feu. & ſic ex natura iuris feudorum infringitur natura copulæ,vt non æqualitatem ſucceſſionis,ſed ordinem ſignificet,vt docet eleganter Zaſ.in titu.de ſucceſſ.feu.Sed ſi conceda tur ſimul cum fœmiuis ſicut maſculis,aut ſub alia æquipollēti oratione, certè in hoc caſu & fœminæ cum ipſis maſculis ſuccedēt,ita ſingulariter docet Bal. ī l.quoties. C. de ſuis & legi.allegat tex.in l.ſi quis Titio. ff.de vſufr.accreſcen.refert & quitur Franc.Cremenſ.ſingulari ſuo 70.ſed iſtud vltimum videtur contra tex.in d.l.ſi quis Titio.vbi non eſt differentia,an dicam,Lego illi cum illo:an dicam,Lego illi & illi,de quo ēt eſt tex.expreſſus in l.illi cum illo.ff.de vſufr.lega.ſic etiam ſi legetur fundus & domus,vel fundus cum domo.l.ſi quis inquilinos.§.ſi ita legatum. de lega.j. Rurſus animaduertum eſt, ꝙ multū refert aſſhuc, an dictum fuerit ſimpliciter, ꝙ fœmina ſuccedat in feudo, an verò dictum fuerit, ꝙ Titia filia ſuccedat,primo caſu ordine ſucceſſiuo admittentur filia,neptis, ꝑneptis,& deinceps.ſecundo caſu,filia bene admittetur,ſed nō deſcendentes ab ea,quia pactum ꝑſonale non egreditur perſonam.l.ſi vnus.§.ante omnia.l.qui in futurum. §.ſi ex altera. ff.de pac.Ita determinat Iſer.in c.j.§.hoc autem.inf.qui feu.da. poſ.Iacob.de San.Georg.in ſua inueſt.feu.in verſ. & fœminis. num. 2.Sed hic oportunę quæro de vna notabili quęſtione, in qua Iureconſulti noſtri tpis ſuperioribus diebus conſulue rūt.Si vaſallus de feudo pro ſe & omnibus ſuis hæredibus inueſtitus ſit, an filię ipſius, deficientibus maſculis, ſuccedere poſſint(& ſanè Iureconſultus quidam reſpondit,poſſe fœmi nā ſuccedere, idque propter generalitatem verbi,omnibus, quod neminem excludit.l.Iulianus,in prin.ff.de lega.3. & expreſſum dicitur, quod ſub generalitate verborum cōtinetur. l.prætor ait.vbi Bar. & Alex ff.de no. oper.nunc. ergo filia ex generali clauſula omnium hæredum,tanquam expreſſa, admittenda erit ad ſucceſſionem. ſed alius Iureconſultus,de eadem quæſtione interrogatus,contrarium reſpondit,cuius opinio ēt mihi magis probatur,ea ratione, ꝙa neceſſe eſt, vt nominatim & in ſpecie fiat mentio de fœmina. ꝙ nominatim fiat mentio,probatur per hęc verba in diffinitione poſita (ſi de ijs nominatim dictum fuerit) ꝙ in ſpecie exprimi debeat, probatur per tex.in c.j.§.hoc autem.de his,qui feu.da.poſ. vbi dicitur,filias a ſucceſſione feudi remoueri,& earum filios,niſi ſpecialiter dictū fuerit,vt ad eas pertineat,& ita in terminis huius qōnis concludit Bern. Vualth.Miſcel. 2.c.42. Non ob. quod dictum fuit,de generalitate verbi (omnibus) quia verba generalia,qñ poſſunt aliquid operari, nunquam cēſentur habilitare perſonam inhabilem.d.l.2.§.qđ ait prętor.ff.qui ſatiſda.cogan.Non ob.quod expreſſum dicatur,quod ſub generalitate verborum cōtinetur, quia vbi exigitur expreſſa mētio, verba generalia non ſufficiunt,ita limitat Cardi. Alba.in l.ꝑtor ait. ff.de no.oper.nunc. probatur per c.2. de prēb.in 6.Vbi beneficia vacantia in curia,alius quàm Papa conferre nō poteſt,quacunque ſuper hoc ſit anctoritate munitus, niſi ei ſpecialis & expreſſa auctoritas fuerit attributa.probatur etiam ꝑ tex.in c.quia periculoſum.de ſen.excō. in 6.vbi Epiſcopi nullam interdicti,vel ſuſpēſionis incurrunt ſnīam, niſi de eis expreſſa mentio habeatur. Concludo igitur, ꝙ ſi aliquis ſit inueſtitus pro ſe & omnibus hæredibus,fœmina propterea non poterit ſuccedere.

Secundo limitatur,quod diximus de fœmina, qñ feudū eſt fœmineum per tex.in d.c.j.de natu.ſucceſſ.feu.Ibi, Filia nō ſuccedit niſi ex pacto,vel niſi feudum ſit fœmineum.pondęra illa verba diſiunctiuè poſita.Ratio eſt,quia a principio habuit illam qualitatem fœmineam,ergo debet perdurare, arg.l.pater.§.quindecim.de leg.3. Intelligatis tñ fœminā ſuccedere in tali feudo,qñ eſt ſola ſine maſculo,ſecus maſculo exiſtente,ꝑ tex.in c.j.de feu.fœmin.

Tertio limitat, qñ dñs ex grā filiam inueſtiret, forſitan ꝓꝓ pñis egregia ſeruitia,vel qñ filia,mortuo patre, redimeret feudū a dño,tex.eſt in c.1.quemad feu.ad fil.pertine.ſcitote tñ, ꝙ eſt magna controuerſia inter Doctores, an ille tex.loquat in feudo antiquo,an vero in nouo: nā ſi loquit in antiquo, ꝑput innuere vī tex.ibi, (a parentibus non poſſe reuocari) tunc obſtat,ꝙa dñs non pōt hoc facere in præiudicium agnatorū. c.j.de alie.feu.pater.Si loquit in nouo, ꝑput intelligunt Doctores,tunc obſtat,ꝙa caſus eſt de indubitabili.agnati. n.non pñt conqueri de inueſtitura filiæ,cū nouū feudum non tranſmittatur ad tranſuerſales.c.1.de fratri.de no.benef.inueſtit.c.1. de ſucceſſ.fratr.& gradib.ſuccedēt.in feudo.Aluar.in d.c.j. quēad. feu.ad fil.pertin. valde laborat in ſolutione iſtius difficultatis. credo ego illū tex.loqui tā in feudo nouo,q̄ in antiquo,qđ tñ ad dñm reuertatur.Scire debetis,ꝙ vaſallo mortuo,in quo generatio ſuę familiæ finitur, pñt eius conſanguinei & agnati officio iudicis petere,vt ipſi præ alijs inueſtiant de feudo ad ipſum reuerſo,quo caſu dñs tenet illos inueſtire, & ſi non inueſtiat pñt appellare, eſt dictum notabile Bar. in l.j.§ ꝑmittit.ff. de aq.quotid. & eſti. ꝑ illū tex. vbi ius acquę ducendę,qđ dat ꝑdiis extincta perſona non extinguit,qđ datur perſonis, cum perſona amittitur. Planè ei,ad quem dominiū tranſit,impetrabile eſt,nec eſt hoc beneficium, ſed iniuria,ſi qs fortè non impetrauerit. q̄ tñ concluſio intelligit,qñ dñs vellet, vel teneretur reinfeudare, vt pulcherrimè declarat Rui. in conſi.124. vol.1.per totū.Mō in caſu.c j.quemad.feu.ad fil.pertin.dñs ꝓꝓ ſeruitia patris egregia,inueſtiuit filiam. decidit ibi,ꝙ non poteſt reuocari ab vllo ex parentibus,quia non poſſunt conqueri,ex quo non ſunt deſcendentes a primo inueſtito,conqueri bene poſſent,ſi extrancis daret ipſis neglectis patet,quia ꝑſupponit tex. ꝙ feudum ſit reuerſum ad dñm, dum ibi dī, niſi a domino redemerit. feudum igitur reuerſum ad dominū facilius eſt concedendum filiab.vaſalli,quàm agnatis non deſcēdentib.a primo inueſtito.Notate tñ,ꝙ ad hoc vt dñs teneatur inueſtire parentes,ēt tranſuerſales,finita generatione,duo requiruntur:primo,ꝙ petant talem renouationem infra annū, alias eo elapſo eſt præſcriptum huic beneficio,per tex. in c.Titius.ſi de feu.fuer.controuerſ.int.dom.& agnat. ſequitur Dec. in dicto conſi.131.qui in conſi.328.intelligit a die ſciæ, qđ tenet ēt gl.in d.c.Titius.ſi de feu.fuer.controu.Secundo,requiritur, ꝙ tales agnati impetrantes ſint hæredes vaſalli defuncti. Alex.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verbo.oblig.& in conſi.10.volum.3.& in conſi.161.vol.7. ſequitur idem Dec. in dicto conſi.131.qui in conſi.78.declarat, vt procedat in feudo hæreditario,alias poterunt impetrare,licet non ſint hęredes.

Quarta concluſio de fœmina, limitatur, quando feudum eſſet datum ad nullum ſeruitium,& ſic eſſet francū, quoniā tunc fœmina ſuccedet,ita Bal.in c.j.§.& quia vidimus,qui feu. da.poſ.allegat tex.in c.ſi cui militi,de capitul.extraordin. Corra.ſed contra Bal.tenuit Mart. de Laud.in d. §.& quia. mouetur per tex.in §. hoc autem notandum, eod. titu. generaliter loquentem,vbi datur regula, ꝙ fœmina non ſuccedit, & reſpondet ad dictum capitu. ſi cui militi, quòd illud reperitur in paucis libris,& eſt apocriphū, nec debet allegari pro lege. glo.in cap.fin verſic.ſi iuſta cauſa.de prohi.feu.alie. per Loth. ſi quis tamen deſiderat videre dictum capitu. & alia capitula extraordinaria, videat poſt ſummam Iacob. de Ardiz. char.mihi 210.cap.148.cum ſequen.incipiunt, ſummoperè mandare curamus.

Quinto fallit, qùando feudum eſſet datum ad certum ſeruitium,quod mulier poſſet explicare,quia tunc fœmina ſuccedet,vt inquit Bal.in l.quoties.C.de ſuis & legit.hæredib. allegat tex.in d.§.ſi cui.ideo non eſt admittenda, cum eodem vitio laboret,quo præcedens.

Sexto limitatur, quando feudum eſſet emptum, ſecundum Odofr.in ſua ſumma,in titu.de ijs qui feu.da.poſſ.ſequitur Bald.in d.cap.1. §.& quia vidimus, eod.titu. duobus concurrentibus: primo, ſi ſit conceſſum pro nullis ſeruitijs. Secundo, ſit emptum iuſto pretio.Contrarium tamen firmanit Iſer.in d.c.j. §.cum vero Corradus, & ibidem Mart. de Laud. & Iacob.de Sancto Georg. in verſic. & fœminis. vbi dicit, ſe vidiſſe iudicari.contra opinionem Odofr.diximus ſupra,ideo non repeto,ne recoctam cramben,(vt eſt in prouerbio) ad menſam reponere videar.

Septimo limitatur in feudo exiguo, quam limitationē ſequi videntur Præpoſ.& Afflic.in d. §. hoc autem.ea rōne, ꝙa nō obligat vaſallum ad aliquam fidelitatem. ſed eam reprobauimus in multis capitulis, iō venio ad octauā. Octauo igit fallit,qñ extat ꝙſuetudo in aliquo loco,ꝙ fęmina ſuccedat,vt

Source : BIU Cujas

est in regno Siciliæ,nõ existente masculo,secundum Iser.in d. c.j. §.& q uia vidimus. de ijs qui feud.dar.pos.& in hac ciuitate Paduę, secũdum Iacob. de Belui. ibidem, & testatur Curt. Iun.de feud.par.3.num.x.& in cons.184.nu.4. necnon, & Ioã. Baptista Ferretus in cõs.87. nu.20. idẽ seruatur secundum ius Francorum, quo iure soror succedit fratri in feudis antiquis. Abb.in c.significauit,de rescrip.& obseruatur in multis locis, præsertim ecclesiasticis,vt dicit. Tho.Mar.de feu.lib.j. titu. 11. de feu.fœmi.nu.23 cum sequ. Ratio, quia consuetudo est seruanda in feudis.c.j de feu.cognit.c.j.de gradib.succe. in feudo. Vtrum autem familia possit introducere vnam consuetudinem, videatis Cur. in dicto trac. in 3 par. co. num. 10.Duare. c.10.nu.8.& 9.vbi dicit, quòd in casibus, in quibus succedunt fœminę,semper excluduntur, si extant masculi. c.j.§ filia , de succes.feu.c.j.in fi. de eo, qui sibi & hęredib.alias limitationes videatis apud eundẽ Cur.ubi supra, Tho.de Marin. & Iacob. de San.Georgio,in versic.& fœminis . vnã ego addo pulcherrimam& singularem, quę est,vt non procedat in feudo regalis dignitatsi.ita Cels.Vgo,cons.20. num.6.adducit Panor. cõsil.3.vol.2.vide Tho.de Mari.in tit.de feud.fęmi.siue mater.est tit.11.num.70. Memoria teneo,aliquando legisse , apud Vallens,historiarum Feder. Regis.lib.2. q cum Martinus Aragonię atque Sicilię Rex sine liberis decessisset, asserebant hi singuli ad se Regni successionem pertinere.

Primò,Ludouicus,ex Iolante fratris filia nepos.

Secundo,Iacobus Comes Vrgellensis Germanus consobrinus Regis defuncti,petens anteferri,cum masculus ex masculo descenderet.

Tertio,Ferdinandus ex Helionora Martini sorore ex vtroque parente , dicens bona omnia naturali iure ac legibus ad proximiorem deferri.& quod dicitur,fœminas non succedere,illud intelligi,quando mares ipsi æque proximi sunt , ac eodem cum fœminis gradu coniuncti.

Quartò denique etiam Federicus ex filio defuncti nepos , sed illegitimus mouebat controuersiam , asserens se habere iudicium defuncti,qui moriens,eius regnum esse iussierat, cui iure deberetur,haud fere aliter quàm Alexãder Magnus , qui interrogatus , quem Imperij faceret hæredẽ,respondit dignissimum,ideo mereri dicebat,vt si non aliorum , saltem sui ratio haberetur,ex quo amplissima parta victoria, Regnum Sicilię Aragonico adiecerat,res postquàm vi, armis , ac dubio Martegesta est , tandem iudicio ac legibus eam transigi placuit,in nouem conuenere viros,summæ doctrinæ, probitatis, atque prudentiæ:tres enim ex Aragonia ceperunt, ex Valentia tres,ex Catalonia alios tres,qui per xxx.dies aduocatos partium audierunt,& postremò,re cognita,Ferdinandum descripto Regem pronuntiarunt , & tamen scitis Regnum Siciliæ esse feudum sedis Apostolicæ, c.ad apostolicam,de re iudi.in 6.sed hoc forsitan propter consuetudinem, quæ potest admittere fœminas etiam extantibus masculis, & cõsuetudini multum tribuere debemus, præcipuè in feudis regalibus , siue dignitatis,vt inquit Bal.in d.c.j.de feu.March.

Qui sint feudorum incapaces.

Sequuntur illa verba (ad hoc vt domino seruiãt) ex quibus colligitur textum requisitum feudi,quod est , vt seruitia præstentur ad differentiam omnium aliorum contractuum,in quib. non præstantur seruitia, nimirum si fœmina non succedit in feudo. Sed oritur quæstio , quid si armis se assuefecerit , ita q possit seruire, prout fecit vxor Mithridatis, Panthasilea Regina Amazonum,Zenobia Regina Austriæ,& similes? Videtur dicendum,q tunc possit succedere,arguendo a cessante rõne. l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patrona.& ita limitabat Iser.in c.j. §.& vidimus. infra tit.j. sed hanc limitationem reprehendunt Laudens.Aluar.& omnes ibidem:mouentur , quia sunt quinque rõnes,quare fœmina non succedit , quas affert Bal. in l.quoties. C.de suis & legit.aredib. Prima est,quia fœminæ domino seruire non possunt.c.j. an mut. vel alias imperfect. Secunda est,propter publicam honestatem,arg.l.j.ff.de postu. Tertia est,propter fragilitatem consilij.c.forus. de verb.signif. Quarta , propter lubricitatem voti, nam quater mutantur in hora . Quinta & vltima pp periculosiratem secreti,quod retinere non possunt . Licet igitur cesset prima rõ, videlicet quia possint seruire,remanent tñ aliæ quatuor,quo casu, succedat illa regula,q qñ duæ,aut plures sunt rõnes eiusdem dispõnis, si vna est sublata,& altera remanet, haber locũ adhuc ipsa dispositio.§.affinitatis,Instit.de nupt.facit adhuc, quia si sola rõ esset,q mulier non succedat, quia pugnare non põt,sequeretur q eius filius posset succedere , ex quo in eo cessat hęc ratio:sed ꝙñs est falsum, c.j.§.hoc quoque,infra tit.j.ergo antecedens.Quid de hermaphrodito,tractat Iacob.de Ardiz. in titu. de feu.succes.§.eodem modo,Ferrar.de feu.lib.3. c.9.de muto surdo, vel alias imperfecto natura, habetis tex. in c.j.an mut surd.vel alias imperfec.De cæco,monoculo, claudo,& similibus videatis Tiraq.de primogenit.q.21. nu.13.cum seq.ego in his ratione sensuum in habilibus,ita distingui debere semper existimaui, q aut sumus in feudo nouo , aut in antiquo : si in nouo tunc procedat tex. in c.j. §.mutus, Episcop.vel Abbat. in quo deciditur, mutum nõ posse retinere feudum,sed illud amittere , & ad dominum deuolui . Si antiquo, & tunc , aut defectus est naturalis,aut accidentalis . Primo casu facit a successione repelli, quia iure naturę non debetur ei beneficium, cui ipsa natura prębet obstaculũ. Secundo casu placet distinctio Bald.in d.§.mutus.dicentis , quòd aut culpa pręcessit casum , & tunc amittitur feudum, argumento cap.2. extra , depos.aut fuit casus merè fortuitus,& tunc non amittitur, quia afflictio non est danda afflicto. Videndum nunc est, an clericus possit succedere in feudo? & prima facie videtur dicendũ, quòd non succedat, per tex.in c.j. §.qui clericus, si de feu. defunc.content.sit inter dom.& agn.vbi tex.in hęc verba habet, qui clericus efficitur,aut votum religionis assumit , hoc ipso feudum ammittit.

Secundo, probatur per tex.in c.j.de vasal.mili. qui ar. belli. depos. vbi milites seculi , qui factus est miles Christi, feudum amittit,quia beneficium non pertinet ad eum,qui non debet gerere officium.

Tertio,probatur per tex.in c.j.an mut.surd.vel al.imperfec. vbi sicut mutus, surdus, vel alias imperfectus feudum retinere non possunt,quia domino seruire non valent, sic dicimus in clerico,in fœmina,& similibus.

Quartò,videtur tex.clarus in c.vnico,de feu.fœm. vbi clericus , & alius, qui vouit religionem , non potest succedere in feudo,per quæ iura Ioan.And.Butr.Panor. & Imo.in c.in præsentia.de probatio.determinant, quòd feudum,sicut nõ transit in clericum,ita non transeat in ecclesiam,seu monasteriũ, ad quod est glo.in terminis,& ibi Bal.in l.de quibus.ff.de legibus vbi expresse dicit,q monachus non succedit in feudo paterno,quia non potest præstare seruitium debitum.In contrarium videtur pugnare tex. in c.ex transmissa, & c. verum , de fo. comp. vbi summus Pont. remittit clericos ad dominos seculares super secularí feudo, ergo clerici possunt tenere feuda a dominis temporalibus .

Secundò,facit tex.in c. Romana. §.debet. de appellat. in 6. quo loci ab Episcopis debet appellari ad archiepiscopum,etiã in causis,in quibus habent temporalem iurisdictionem , nisi forte de consuetudine , aut priuilegio , vel alio iure speciali sit appellandum ad alium , glo. ibi exemplificat in causa feudali .

Tertio facit tex.in c.si quis laicus,23.q.5.vbi si quis laicus iuramentum violãdo profanat quod Regi & domino suo præstitit,anathemate mulctatur, nisi per dignam pœnitentiæ satisfactionem emendauerit.Episcopus,presbyter,Diaconus, si hoc crimen commiserit,degradetur.

Quarto,facit tex.in c.j.§.item si clericus,de capit.Corra.vbi Episcopus vel Abbas feudum ob culpam suam amittit,ergo culpa non commissa retinet,& sic est feudi capax. & hãc opinionem,q clericus sit successibilis in feudo,Hostiens.in d.c.in præsentia.de probat.Bald.valde notabiliter, in c.quæ in ecclesiarum,de constit.in glo.prima,& in authen.nisi. C.ad Trebel lia.pro qua consuluit Hier.Sciurph.in cons.68. per totum,cẽtur.j.Tota difficultas huius quæstionis pendet ab hoc, an clericus,vel monachus,& successiuè ecclesia,vel monasteriũ, possint seruire per substitutum,nec ne ? Nam si possunt,erunt capaces,alias secus.Feder.Scenchius in d.c.j.de mili.vasal.qui ar. bel.depos.tenet,q possint seruire per substitutum,argumento tex.in c.j.§.si quis decesserit ,si de feud.defun.content.sit inter dom. vbi filius impubes non cogitur facere fidelitatem , nec præstare seruitium:alius tamen pro eo faciens seruitium , admittetur Facit etiam tex.in c.j.§.firmiter.de prohib. feud.alie. per Federic. vbi, si vasallus non iuerit cum domino,in expeditione,vel non miserit pro se alium domino acceptabilem, feudum amittit, ergo vasallus potest seruire per substitutum, præcipuè quando aliquis fuit inuestitus pro se & hæredibus : nam quandocunque in concessione feudi fit mentio hæredũ, nunquam intelligitur electa industria personæ , ita multum notanter dixit Cyn.in l.quisquis censibus.C.de episc.& cle. refert & sequitur ibi Bal. pro notabili verbo,subdens, q credit verum,quia industrialia non transeunt ad hęredes.l.cuius bonis,& ibi glo.no. ff.de curat.furio. Contrariam partem defendit Sonsbech.par.12.nu.144.cum seq.Mouetur ea ratione, qa mutus,surdus,& alias imperfectus, item fęminæ non succedunt in feudo,ex quo seruire non possunt, cum tñ negari nequeat, quin per substitutum seruire possent. Secundo mouetur per tex. in d.c.j. de mil. vasal. qui ar.bel.depos.vbi clericus effectus amitit feudum,si voluisset per substitutum posse seruire,id dixisset,nam lubens per substitutum seruiuisset,&c.

Tertio

Source : BIU Cujas

Tertiò moueor ego vltra Sonsbech. tali ratione. Ea quæ p̃ſonę induſtriam, aut fidem requirunt, non poſſunt explicari p̃ ſubſtitutum, c.fi.§. is autem, de offic.delegat. Sed feudum requirit fidem, & nō ſimplicem, ſed iuramēto firmatam, vt in titu.qual.iura.deb.vaſal. ergo non poterit explicari per ſubſtitutum. c. veritatis. extra, de iureiu. quamuis p̃ ſubſtitutum præſtari poſſit. c.j.§. ſed vtrum. per quos fiat inueſt. Non obſt. tex. in c.j. §. ſi quis deceſſerit. ſi de feu. def. cont. ſit int. do. & agna. quia loquitur in impedimento temporali, quod non nocet, aliud eſt in impedimento perpetuo. l. ſed eſt quęſitum. ff. de liber. & poſth. Et ita debemus intelligere tex. in d.c.1.§. firmiter. de prohi. feu. ali. per Feder. q̃ ſcilicet loquatur de vaſallo impedito. Non obſt. q̃ quando fit mentio hæredum, non intelligitur electa induſtria perſonæ, quia hoc eſt falſum, præcipuè in materia feudali. Probo: nam verbum hęredibus, in infeudatione poſitum, reſtringitur ad hæredes ſanguinis primi inueſtiti. c.j.§. cum vero Corradus. qui feu. da. poſ. c.j.§ & ſi clien tulus. de alien. feu. ergo non cenſetur receſſum a vera & propria natura feudi, ita vt per ſe ipſum vaſallus ſeruiat. Ideo puto Docto. prędictos intelligi debere, ſcilicet non eſſe electam induſtriam perſonæ, quando dictioni hęredibus, eſſet adiecta alia qualitas, quæ faceret feudum non habere propriam naturam feudi. Sit igitur concluſio, clericum in feudo ſuccedere non poſſe, quę eſt communis tam Legiſtarum quàm canoniſtarum, vt per Felyn. Dec. & Pariſ. in d.c. in præſentia. de proba. Hęc tamen communis cōcluſio recipit multas limitationes.

Prima eſt, qñ pro feudo præſtatur ſeruitium reale, aut etiã perſonale, dummodo honeſtè p̃ eccleſiaſticam perſonã exhiberi valeat, veluti, ſi dñm comitari tenet in aduentu alicuius Principis, vel in acceſſu ad aliquem Principē, & in ſimilibus, in quibus non exercentur arma. Hanc fallentiã ponit Feli. in d.c. in pñtia. nu.46. ſequitur ibi Dec. col. pen. & Paris. num.193. Fuit aũt hęc originalis opinio Inn. in d.c. in præſentia. num.5. quem Canoniſtę omnes ibidē ſequuntur. No. tñ, q̃ in dubio feudum pręſumitur rectum & proprium, & per conſequens, q̃ pro eo præſtetur ſeruitium perſonale militare, probatur: Quia pro feudo regulariter præſtatur iuramentum fidelitatis ſm̃ formam antiquæ & nouę fidelitatis, vt in tit. de for. fidelit. cum tit. ſeq. de no. for. fidelit. In qua forma perſonale ēt militare ſeruitiũ promittitur, vt ex lectura ipſorũ titulorum apparet, ſm̃ Afflic. in d.c.j. de mil. vaſal. q̃ arma belli. depoſ. & Alex. conſi.30.nu.21. cum ſeq. vol.j. & conſi.6.nu.8. cum ſeq. vol.5. ergo præſumitur, q̃ ſeruitium perſonale pro eo pręſtetur, q̃ pręſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, Bar. in l. illa ſtipulatione. num.10 ff. de verb. oblig.

Secunda eſt limitatio in feudo libero & franco, nã in eo poterit ſuccedere clericus, ſm̃ Fel. & Dec. in d.c. in pñtia. Facit rō, quia ſi pōt ſuccedere in feudo, pro quo præſtatur ſeruitiũ p̃ſonale honeſtum, vt ſupra diximus, multo magis poterit ſuccedere in eo, pro quo nullum ſeruitium. Hæc fallentia cōiter recipitur ab omnibus, Curt. in ſuo trac. de feu. par.3.q.10. nu.27. Paris de Put. in trac. de feu. redintegrat. c.133. nu.18. qui loquitur in eccleſia. Attamen eſt animaduertendum ad id, qđ dicit idem Fel. ibi, quia dicit, illud procedere, ēt ſi pro feudo franco aliquod ſeruitium præſtetur, nam ſi pręſtatur ſeruitium, qũo francum dicetur? ideo pugnantia ſcribere vī, l. vbi repugnantia. ff. de reg. iu. intelligas ergo, aut feudum eſſe liberum & frãcum, pro quo nullum præſtatur ſeruitium, aut ſi præſtatur, (quo caſu non erit liberum & francum) intelligi debere de ſeruitio, quod honeſte per clericum pręſtari poſſit.

Tertia limitatio in feudis eccleſiaſticis, quia clerici in eis ſuccedunt, ita laſ. con.117. vol.4. verſ. ſecũdo principaliter mouetur: quia non eſt veriſimile, q̃ ſummus Pontifex voluerit excludere ſuum genus clericorũ, immo ècontra: ſicut in ſimili videmus, q̃ licet alias priuilegium immunitatis conceſſum tibi & poſteris, non compræhendat deſcēdentes ex fœminis. l.j.§. fi. ff. de iu. immun. tamen ſi illa conceſſio fiat a fœmina, tunc compræhenduntur ēt fœminę, propter qualitatem perſonæ concedentis, ita notabiliter Ancha. in conſi.241. decima col. Præterea ceſſant rationes, quę aſſignantur in iuribus feudorum, prohibētium clericos ſuccedere in feudis ſecularibus, videlicet, quia factus eſt miles Chriſti, & deſijt eſſe miles ſeculi, & quia nemo militans Deo implicat ſenę gotijs ſecularibus, nam iſtę rationes militant in feudis ſecularibus, & non eccleſiaſticis, quia propter feuda eccleſiaſtica non efficitur miles ſeculi, ſed durat miles eccleſiæ, ergo &c.

Quarta eſt limitatio, quādo clericus de nouo inueſtiretur a dño ſciēte ipſum eſſe clericum, quia tunc poteſt feudum retinere, ita Aluar. in c.j. de feu. fœmi. Curt. Iun. loco ſupra citato, limitatione 8. & ſic intelligitur tex. in c.j.§. fi. de capit. Corra. dum dicitur, q̃ Epiſcopus, vel Abbas feudũ ob ſuam culpã amittit, & ſic eſt feudi capax, p̃p conceſſionem dñi, qui eos de nouo inueſtierat. ita ēt procedat tex. in c. vnico.§. vtrũ. de ſtat. regula. in 6. Huc accedit alia limitatio, quam Fel. facit in d.c. in præſentia. nu.47. de fœmina, quæ & ſi regulariter in ſucceſſione feudorum ſit inhabilis, tamen ſcienter inueſtita admittitur, vt per ſubſtitutum ſeruire valeat, nam vī actum, vt ſeruiat per ſubſtitutum, & ita pulcherrimè Alex. in conſ.10. vol.5. argum. l. vuicæ.§. vbi autē legatarij. C. de cad. tollen. verſi. ſin autem ad deficientis perſonam. & ideo infert Cur. q̃ ſi fœmina efficiatur monialis, tale feudum tranſibit ad monaſteriũ.

Quinta eſt limitatio, vbi adeſſet conſuetudo q̃ clerici ſuccedant & ſeruiāt p̃ ſubſtitutos, ita Sonsbech. nu.147. poſt Caſſan. in conſuet. Bur. in tit. de feud. §.5. in decima limit. & ita in Epiſcopis & Cardinalibus ſeruari aſſerit Iul. Clar. tract. de feu. q.78. licet in alijs minoribus non ita ſeruari dicat. quod dictũ eſt de clericis, intelligendum eſt procedere, quando ipſi clerici eſſent in ſacris conſtituti, ſecus ſi eſſent clerici primæ tonſuræ, ita Bal. & alij in d.c.j.§. qui clericus. ſi de feu. def. cont. ſit. Rō eſt, quia clericus primæ tonſuræ nōdum eſt verè clericus, ideo pōt ad ſeculū libere redire. c. hi qui poſt ſanctum. 30. diſtinct. poteſt etiam vxorem libere ducere, toto tit. de cleri. con iug. extra. hoc idē, quod dixi de clerico primæ tonſurę, habet locum in monacho intra annū probationis conſtituto, quia interim bona ſua retinet, & recuperat, vt no. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccle. quod ſequitur Alua. in d. c.j. de vaſal. mil. q. ar. belli. depoſ. quę omnia ſunt bene notanda, cum ſępius poſſint cōtingere. At ſi clerici, vel monachi habitum clericalem, & ſtigmata religionis plenè accepiſſent, tunc certè ſi habitum abijcerent, feudum non recuperarēt. tex. eſt in c.j. verſi. ex hoc illud. de feu fœm. Rō eſt, quia ex tali apoſtaſia efficitur infamis, ideo nō poteſt ſtare in curia dñi. c.j. an ille, qui interf. fra. dom. ſui, præterea Apoſtata eſt hæreticus. c. excōmunicamus extra, de hæret. ſed hęreticus non pōt feudū retinere, vel recuperare, argumento c.j. hic finitur lex Corra. in fi. Ergo, &c. Qđ habebit locum etiam diſpenſatione impetrata ſuper apoſtaſia, cum iam ſemel quæſitum ſit ius agnatis, vel filijs. Sanctè. n. in hoc inquit Diocletianus Imperator in l. nec auus. C. de emancip. liberor. in cuiuſq; iniuriam beneficia tribuere, non eſt moris noſtri, ſnĩa certè vero Principe digna, atque vtinam eam omnes memoria tenerent, & ita concludit Sonsbech. dicta par.12. nu.140. cum ſequen. cui libens ſubſcribo, quia ſumma eſt ratio, quę pro religione facit. l. ſunt perſonæ. ff. de religio. & ſump. funer.

An milites Hieroſolimitani ſint capaces feudorũ.

Quęro, An milites Hieroſolimitani, ſiue cruce ſignati, ſint capaces feudorum? Curt. Sen. in conſil.62. & 63. conſuluit pro parte affirmatiua, quia non depoſuerunt arma, immo Deo ſeruiunt in militia contra infideles. Ideo Abb. in rub. de regularib. dicit, quòd iſti milites ſunt impropriè religioſi. Idem Abb. in cap. quamuis, de decim. appellat eos quaſi religioſos, ergo cum non deſinant eſſe milites, poterunt ſuccedere. Contrariam ſententiam veriorem eſſe puto, quòd immo non ſint capaces. pro qua probanda præmitto, milites Hieroſolimitanos dici religioſos, & eccleſiaſticas perſonas, ſecundum gloſ. in c. quiſquis. 17. quęſtio. 4. in ca. ex parte, de decim. in c. ſciant cuncti, de electio. in 6. quod probatur etiam in libro ſuarum conſtitutionum, cui titulus eſt, Stabilimenta militum ſacri ordinis diui Ioannis Baptiſtę Hieroſolimitani, pręſertim in prooemio, & in alijs quàm pluribus capitulis, in quibus vocant ſe religioſos. Plus dico vobis, quòd ſunt religioſi regulares, quia profitentur caſtitatē, paupertatem & obedientiam, quę tria ſunt ſubſtantia veræ. & regularis religionis. cap. cum ad monaſterium. de ſtat. monach. & Canonic. regular. Ergo tanquam clerici ſunt incapaces, nimirum ſi iure Pontificio eis interdicitur muliebris conſuetudo, in c. vxoratus, in fi. de conuerſ. coniugat. habetis pulcherrimam deciſionem Capel. Tholoſ. quæſt. 448. Secundo propius ad rem noſtram accedit, quod legitur in dicto libro ſuarum conſtitutionum, cap.12. in titu. de fratrib. & in cap.25. in titu. de inhibitionib. & pœn. vbi cauetur, quòd alicui dictorum fratrum non licet aliquo pacto, ſe homagio, confœderatione, aut iuramento aſtringere alicui perſonæ, ſine ſui magni magiſtri licentia & cap.28. inhibetur ne ſe implicent bellis Chriſtianorũ, ergo nō p̃ñt ſuccedere ī feudo, cuius occaſione p̃ſtaī iuī̃m, vt in tit. qual. iur. deb. vaſal. fidel. cũ duob. titulis ſubſequētib. & p̃ hac opinione ſtetērūt q̃ plures, p̃cipue Alexandr. cōſ.80. Crauet. conſ.303. & Oſſaſ. deciſ. Pedem. 27. n.18.

An poßit fieri remißio fidelitatis in feudis.

Septimum requiſitum eſt, q̃ p̃ſtetur fidelitas, iō apponuntur illa verba in diffinitione, cũ fidelitate, ſiue fideliter.

Source : BIU Cujas

liter. nec mirum, cùm feudum à fidelitate dicatur, vt ſupra oſtẽdimus. ſed hinc ſumpta occaſione quæro, An poſſit fieri remiſſio fidelitatis in feudis? Communis eſt opinio, quòd nõ poſſit, quæ probatur ex duobus. Primò, quia pacta, quę ſunt contra ſubſtantialia contractus improbãtur à iure. l. pacta q̃ contra. ff. de contrahẽ. emp. & ibi notatur. l. cũ p̃cario. ff. de precar. Sed ad eſſe feudi requiritur fidelitas, vnde ẽt dictũ eſt feudum, ergo non poteſt fieri remiſſio fidelitatis. Secundo valet argũ ab etymologia vocabuli, negatiuè, vt tradunt Doc. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. ergo valebit conſequẽtia, non præſtatur fidelitas, igitur non eſt feudũ, licet affirmatiuè non teneat hoc argũ: non. n. procedit, in contractu p̃ſtatur fidelitas, ergo feudum, quia ſunt alij multi contractus, in quibus fides præſtatur. l. j. ff. de pact. l. j. ff. ſi cert. pet. l. j. ff. de cõſtitu. pecun. cum ſimilib. Contra hanc cõem ſnĩam videt̃ pugnare tex. in c. j. §. fin. infra per quos fiat inueſtit. vbi valet pactum, q̃ fidelitas non præſtetur & tex. in ca. j. §. eſt & alia. quæ fuit pri. cau. benefic. amitten. ibi, ſunt quędam feuda ita data, vt pro his fidelitas non ſit præſtanda. Sed Reſpondetę, q̃ aliud eſt, q̃ non præſtetur iur̃m fidelitatis, aliud eſt, q̃ non præſtetur ipſa fidelitas. iuramentum fidelitatis poteſt remitti per pactũ, ſed tñ ipſa fidelitas non põt remitti, ita declarat Aluarot. in d. §. eſt & alia, Cur. de feu par. 1 qõ 7. Pro qua declaratione facit tex. in c. veritatis. extra, de iureiu. vbi remiſſio iur̃o fidelitatis regi Siciliæ, non cenſetur ppea remiſſa fidelitatis p̃ſtatio. Ex quo infero, q̃ ſi concedatur Caſtrum in feudum liberum & francum, vel in quo remittatur iur̃m fidelitatis, nihilominus vaſallus non erit exemptus a capitulis fidelitatis, de q̃bus in c. j. de for. fidelit. & c. ſequ. de no. for. fidel. Ratio eſt, quia tale feudum contineret repugnantiam quandã, videlicet, q̃ ſit feudũ, & q̃ ſit liberum ab omni fidelitate, vt dicit Imo. in c. ad noſtram, de reb. eccl. non alien. Ex hoc etiam infert dominus Iaſ. q̃ non valet pactum, quòd vaſallus non cadat a feudo propter feloniam, tum quia eſſet contra ſubſtantialia ipſius feudi, contra l. pacta quæ contra. ff. de contrahen. emptio. tum quia vaſallus hoc pacto inuitaretur ad delinquendum, contra tex. in l. conuenire. ff. de pac. dotalibus. tũ quia dolus de futuro remitti non poteſt. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pac. & hac de cauſa non valet pactum, q̃ donatio non poſſit reuocari propter ingratitudinem, ita Specu. in titu. de donat. §. j. verſic. quid ſi actum, ſequitur Bal. in l. fin. C. de pac. & in l. ſi. C. de oper. libert. ſic etiam pactum de non accuſando aliquẽ pro crimine committendo, non valet, etiam ſi eſſet iuramento firmatum, quia remitteretur dolus de futuro, ita Abb. in c. quemadmodum, de iureiur. & hac de cauſa liberatio adminiſtrationis, quæ fit a teſtatore tutori, eſt inualida, ſecundum Felin. in c. ſi diligenti. num. 34. de for. compet. Reperio, q̃ Cur. quęſtio. 7. num. 3. diſtinguebat inter fœloniam, quæ conſiſtit in committendo, & eam quę conſiſtit in omittendo, ita q̃ valeat pactum, q̃ nõ cadat propter illam, quę conſiſtit in omittendo, ſecus propter eam, quæ conſiſtit in committendo, faciunt no per glo. & Docto. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrim. quam literis aureis ſcribendam eſſe dicit ibi Bal. quòd ſcilicet odioſior eſt mora commiſſa in faciendo, quàm in negligẽdo. Cõfirmo, nam videmus, quòd non valet argumentum a delicto in committendo ad delictum in omittendo, vt no. Bar. in l. licet. §. fin. ff. de pecul. Dec. conſi. 151. num. 9. 192. num. 5. 605. nume. 1. & 2. & in l. quod te. ff. ſi cert. petat. num. 49. inde eſt q̃ delictum, quod conſiſtit in omittendo, non punitur criminaliter, licet è contra puniat̃ criminaliter illud qđ cõſiſtit in committendo, ita pulchrè Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. ſequitur Pau. de Caſt. in l. j. num. 9. ff. de legib. inde eſt etiã, q̃ dolus in omittendo non facit retractare ſententiam, licet dolus in committendo faciat eam retractare, ſecundum Are. in l. ſi is ad quem. ff. de acquir. hæred. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 71. nu. 39. cum innumeris aliis congeſtis per Tiraq. in trac. de pęn. cauſa 44. nu. 24. cum plurib. ſeq.

Mihi tamen hæc diſtinctio Cur. non probatur, quia illa regula, quòd ſit grauius delictum in committendo quàm in omittendo, limitatur non habere locum in ijs, qui ex officio ſuo tenentur aliquid facere, quia negligentia eorum æquiparatur dolo, Anchar. conſi. 158. Crauet. conſi. 132. num. 4. ideo infertur prælatum, tam pro negligentia, quàm pro dolo, deponendum eſſe, c. dictum. 81. diſtinc. vbi glo. multos canones citat, adde glo. in c. non omnes. 2. q. 7. Infertur ad aduocatum, qui tenetur ad damnum reſarciendum, ſi amittit cauſam clientuli ſui, tam negligẽtia, quàm dolo, Felin. in cap. tua nos, de homicid. Infertur ad medicum, cuius negligentia moriuntur infirmi, quia perinde eſt, ac ſi eos occidiſſet, & ideo non poteſt ad ſacros ordines promoueri, Abb. in c. ad aures. de ęta. & qualit. Infertur denique ad iudicem, qui ſi negligat facere iuſtitiam, punitur: & infra quantum tempus dicatur negligens, & multa alia, videatis apud Parid. de Put. latè, in trac. ſyndicatus, in verbo, negligentia, per totum. Modo ad propoſitum, Vaſallus ex officio ſuo tenetur duo præſtare, quorum alterum conſiſtit in commitendo, alterum in omittendo, in committrendo, quando vaſallus committit feloniam contra dominum; in omittendo, quando non denunciat inſidias, quas ſciebat contra dominum parari, ergo vtroque caſu fidelitas erit præſtanda, & non valebit pactum. Probo minorem, per doctrinam Bart. in l. vtrum, in fi. ff. ad l. Pompe. de paricid. & ibi Marſil. num. 6. vbi dicit, quòd vaſallus conſcius conſpirationis, eam detegere omnino debet, alioquin punitur, & eſt tex. expreſſus in c. j. §. item qui dominum, quæ fuit pri. cau. benefic. amitten. ibi, Quod ſi non fecerit, dolo, vel negligentia ſua, vel fraude celauerit, beneficio ſe cariturum agnoſcat. eſt etiam tex. in c. j. §. licet. ſi de feu. defun. vbi ſi magnum domino periculum imminere nouerit, ſine interpellatione eum adiuuare tenetur: & ſi non fecerit, feudo priuandus erit, cap. j. verſic. tu tamen ſcias, hic finit lex Corra. & hoc, quia ille certiorandus nõ eſt, qui non ignorauit. l. j. in fi. ff. de actionib. empti. Qua ratione feudo priuatur vaſallus, ſi inueſtituram intra annum non petierit. c. j. §. præterea. de prohib. feu. alienat. per Feder. alias notabiles limitationes ad illam regulam, videatis apud Alban. inter Iureconſultos noſtræ ætatis famoſiſſimum, & optimè meritum Cardinalem, in d. l. ſi mora, ſoluto matrimo.

Caſus, in quibus fidelitas non præſtatur.

Sunt tamen multi caſus, in quibus fidelitas non præſtat̃. Primus eſt, quando feudum eſſet modicum, & exiguum, quia pro modicis non debent homines maximas exactiones ſuſtinere, vt dicit tex. in §. fin. Authen. de fide inſtrum. & de minimis non curant leges. l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. l. quamuis. ff. de conditionib. & demonſtrat. cum ſimil. ita concludit Iacob. de Ardizo. in titu. qualit. iura. deb. vaſal fidelit. immo vero modicum & nihil æquiparantur, cap. licet cauſam, de probatio. ibi, eorum dictis nulla, vel modica fides adhibenda. cap. cum te, de re iudica. ibi, nulla vel minima facta iniuria. ſed hæc opinio mihi non probatur, quia licet feudum ſit exiguum, tamen ſeruitium recipit determinationem ex feudi qualitate, argumento. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dot. vbi ſi gener a ſocero dotem ſibi dari ſtipulatus ſit, conſtituitur dos pro modo facultatum patris, & dignitate mariti: Atque inde eſt, quòd ſi feudum ſit exiguum & tenue, vaſallus non tenetur præſtare ſeruitium militare integrum, ſed ſit ſolutio in pecunia pro feudi qualitate, ita Capit. deciſio. 32. nume. 2. Alcia. conſi. 221. Nec obſtat, dum dicitur, quòd de minimis non curat prætor, quia reſpondeo, quòd immo de minimis ratio haberi ſolet, quando in eo proportionabiliter eſt eadem ratio, quæ in magno. ſecus vbi ratio diſpoſitionis ceſſaret, quia tunc non inſpicitur minimum. ita Abb. & Dec. tradunt in c. de appellationibus, extra de appellat. per tex. in cap. & ſi quæſtiones, de Simon. quo loci ordinatio, vel conſecratio non cenſetur ſimoniaca, licet ordinatori, vel conſecranti aliquid datum fuerit. ſed in caſu noſtro proportionabiliter militat eadem ratio in paruo, quæ militat in magno, ergo &c. quod autem feudum modicum ac tenue dicatur. videatis Iſer. in ca. j. §. ſed ſi feudum, in fi. infra Epiſcopum vel Abbat. qui iudicis arbitrio relinquit, ita quòd arbitrari & iudicare poſſit, ex qualitate domini & vaſalli, & ex qualitate rei atque ſeruitij, argumen. l. penult. §. fin. ff. de condition. & demonſtrat. l. Mæuia, in fine. ff. de annu. legat. id tamen nolo vos præterire, quòd idem Iſer. in cap. 1. de vaſal. decrepi. ætat. & in cap. 1. §. fi. de capitaneo, qui cur. vend. ſcripſit, eſſe conſuetudinem in regno Siciliæ, quòd integrum ſeruitium militare præſtetur pro feudis valoris vnciarum viginti auri. Sed in hoc debet attendi conſuetudo vniuſcuiuſque prouincię, quia quælibet ciuitas abundat ſuo ſenſu, c. vtinam. 76. diſtinc. cap. certificari. de ſepul. qua ceſſante, ad arbitrium iudicis recurrere debemus. Secundus caſus, quando dominus eſſet hęreticus vel excommunicatus, vel a Principe bannitus. de hæretico habetis tex. in c. fin. extra, de hęretic. de excommunicato habetis tex. in c. nos ſanctorũ, & c. iuratos. 15. qõ. 6. de bannito habetis tex. in cap. j. hic, finit lex Corra. vel Feder. vbi etiam fit mẽtio de excommunicato, quę iura abſoluunt vaſallum a præſtatione fidelitatis propter hęreſim, excommunicationem & bannum, quod dicitur de excommunicato & bãnito procedit, donec cum eccleſia vel ſuo ſuperiore reconcilientur, vt dicit tex. in d. c. nos ſanctorũ. 15. quæſt. 6. & c. j. hic finit lex Corra. ſed dubium eſt, An hæretici ad catholicam fidem redeuntes bona ſua antea confiſcata recuperent, nec ne? Ioanni Germano gloſſatori placuit, 23. q. 8. in ſumma. hæreticis reuerſis, bona ſua ex miſericordia reſtitui. Probatur per tex. in c. 3. ead. 23. qõ. 7. Ibi, teneant non ſolũ ſua, quæ habent, ſed etiam noſtra, quę non habebãt, ſed quod plus eſt, reſtituuntur etiam epiſcopatus, eadem 23. qõ. 4.

c. ipſa.

Source : BIU Cujas

c.ipſa pietas. ibi, nec eis, poſtquàm erroris ſui pœnitet, honor clericatus,aut epiſcoparus aufertur. at contraria opinio eſt magis communis & verior,vt ex multis probat Fel. poſt Abb.Butr.& alios in c.vergentis.extra,de hęretic.pręcipuè p illum textum ibi, Nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur,niſi eis ad cor reuertētibus, miſereri voluerit.& ſic intelliguntur iura in contrarium adducta,q̄ ſcilicet de ſola miſericordia reſtituantur. Tertius eſt caſus, in quo p̄ſtatur fidelitas contra Imperatorē, & Regē.c.j.de no. for.fidelit. vbi dr̄, q̄ in iuſo fidelitatis ſemper intelligitur exceptus Imperator, vel Rex, licet non dicatur. Pari, immo maiori ratione excipitur Rom.Pontifex.c.veniētes.de iureiu. ibi, in quo debet intelligi ius ſuperioris exceptum;immo ſi expreſſe iuraret,tale iur̄m non valeret,quia contra legē & bonos mores c.non eſt obligatoriū,de reg.iu.in ſexto. & ita Bal.in c.imperialē.§.fin.de prohib.feu.alien. per Federic.num.23. Prętera excipitur prior dominus, a quo vaſallus aliquod feudum eſſet conſecutus,dicto tit.hic finit lex Corra. §.fi.Sed vbi vtrūque feudum eſt adeo antiquum,q̄ ignoratur,quis prior dominus,tūc vaſallus debet ſeruire maiori, & vbi eſſent ęquales,locus erit gratificationi, ſecundum Afflic.in d.§.fi.nu.45. At Bal. in l.quęritur prima lectu. ff.de ſta.homin.voluit, q̄ debeat ſeruire illi, a quo habet maius feudū , quod mihi v̄ rationabilius.cum.n.afficiatur pro re,quod maius eſt, debet prędualere. Sed hic occurrit pulcherrima quæſtio,aliquis eſt inueſtitus a Duce Mantuæ de vno feudo, poſtea cōtingit ei ſuccedere agnato ſuo in alio feudo, quod erat antiquum in agnatione ſua, & pro eo præſtat iuramentū Duci Ferrariæ: dubitatur , cui dicatur obligatus ratione antiquioris feudi ? v̄ q̄ Duci Mantuæ:ipſi.n. eſt prius iuratum,vnde prior in tēpore,eſt potior in iure. c.qui prior.de reg.iu.in 6. In cōtrariū eſt veritas,ſecundum Afflic.in d.§.fi,nu.47. allegat Iacob. de Ardizo.in tit.de ſucceſ.feu.§.conuenit etiam, & eſt tex. in c. ſatis bene, de prohib.feu.alie. per Lothar.vbi cū aliquis duo haberet , eaque recognoſceret a duobus dominis, mortuus eſt cū duob.filijs relictis,qui caſtra diuiſerunt, & quilibet iurauerat ſuo domino, modo alter mortuus eſt:deciditur ibi, q̄ feudum reuertitur ad ſuperſtitem cum illa primæua natura,cum qua erat apud patrem . Quod dictū eſt de priore domino, q̄ ſcilicet intelligatur exceptus,limitatur, quādo vnū ex feudis eſſet ligiū. i. recognoſceretur a ſupremo Principe, quia tunc debet ipſum præferre antiquiori, ita Bal. in conſi. 291.vol.2.vbi ſcribit,q̄ alias dominus poſſet ei dicere , q̄ nō eſt mecum , contra me eſt.ſed de hoc videbimus infra in diuiſionibus feudorum. Quid ſi Dux deficiat a Rege dño mediato,cui vaſallus debeat ſeruire potius Regi,an Duci,videatis Specul.in tit.de feu.§.quoniam,verſic.quartodecimo q̄ritur.qui eam latè tractat,cui ſubſcripſit Martian. Laudenſis in ſuo tract.de bello,queſt.40.ad quos vos delego.Id vnū obſeruetis,q̄ licet vaſallus de perſona ſua ſeruiet antiquiori,vtrique tamē ſeruiet de burſa, pro natura & qualitate feudorū, ita Bal.in l.vnica.§.ne aūt.C.de cad.tollen.& in dicto §.fi.vbi vnum dicit non obliuiſcendum,ſed ſemper memorię mandandū,q̄.ſ.vaſallus,qui ſecundo domino facit fidelitatē, debet eum certiorare de priore domino,& proteſtari,q̄ ſit ſaluum ius illius, alias ei tenetur ad intereſſe, & non poteſt accipere aliud feudum etiam ligium ad præiudicium prioris domini.Quartus eſt caſus,qñ bellum eſſet iniuſtū , quia tūc vaſallus non tenetur ſeruare fidelitatem domino , dicto tit. hic fi.lex Corra.in prin.& in c.j.de no.for.fidelit.Iniuſtum autem bellum dr̄ quinque modis,ſecundum glo.23.q.2.in ſumma.ex perſona, ex re, ex cauſa,ex animo, & ex auctoritate, hos modos ad tres contraxit Caiet.in ſua ſumma, in verſic. bellum. ego aūt ad duos redigo, ad perſonā & cauſam : oīs enim bona diuiſio,aut eſt bimembris, aut reducibilis ad bimembrē,ſm Philoſoph. quem allegat Iaſ.in rub. ff.de vulg. & pup. l primo eſt iniuſtum ratione perſonæ cōmittentis , ſi deſit auctoritas.c.quod dicitur.23.q.j.ſuſcipiendi.n.belli conſilium,atque auctoritas, eſt apud Principes, nec pertinet ad priuatam p̄ſonam mouere bellum,ſed debet ius ſuum in iudicio proſequi.Eſt iniuſtum rōne perſonę bellantis, vt in ſacerdote,cui non licet arma tractare. 23.q.8.c.clerici, & c.his quib. immo ēt inter Chriſtianos Principes eſt prohibitum, & ideo valde miratur Hoſtienſis, qūo Principes, qui quotidie inter ſe bella gerunt,a ſuis confeſſoribus abſoluant̄ , ita retulit Io.de Ligna.in c.quod ſuper his.de voto. Ant.Corſet. in ſuo trac.de poteſt.reg.in quinta par.nu.36. Puto tamē excipiendum eſſe bellum iuſtum ex cauſa , vt inf.videbitis : ab infidelibus aūt , non tm̄ per Chriſtianos Principes , verū ēt per eccleſiam,Regna omnibus modis auferenda eſſe ſentio cum Corra. Bru.in tract. de hęretic.lib.5. c.5. vt in perſonas facientes iuſtitiam transferantur. Secundo eſt iniuſtū rōne cauſæ,ſi ſit voluntariæ,non neceſſarię. c.noli.23.q.j. vbi redditur ratio.nō.n.pax quæritur,vt bellum exerceatur:ſed bellum geritur.vt pax acquiratur.Iuſtū eſt igitur bellum,q̄d ex edicto geritur pro rebus repetendis,aut pro propulſanda hominum iniuria. c.iuſtū eſt bellum, ead.23.q.2. Iuſtum eſt ēt, quod fit pro tutanda patria,ead.23.q.8.c.ſi nulla.Iuſtum eſt etiam,quod fit pro ſe ipſo defendendo, quia illa fidelitas intelligitur contra alium, non contra ſe ipſum, dicto titu.hic fini.lex Corra.vbi gl.fi. & ibidem Iſer. Sed eſto q̄ bellum ſit iuſtum rōne perſonę & cauſę, nihilominus redditur iniuſtū ratione animi,propter prauam intentionem : dicit.n.Augu. in lib.contra Fauſtum.c.noli.23.q.j.nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas,implacatus,& implacabilis animus, & ſi q̄ ſunt ſimilia.hæc ſunt,quæ in bellis iure culpantur. No.tñ,ſecundum Archiepiſ.Florent. par.4. tit.4. c.j. in fi.q̄ cum quis alias habet iuſtū bellum ratione perſonæ & cauſæ licet nō ſit iuſtum ex intentione, quia animo vlciſcendi facit, & per hoc grauiter peccet:tamē de damnis datis, & rebus ablatis, non tenetur ad reſtitutionem,ſaltem vſque ad illam quantitatem , in qua ſibi ille tenebatur, ſeu quouſque ſe ad iuſtitiā faciendam offert.Sunt tamen qui dicant,vaſallum teneri ēt in iniuſto bello defendere dominū,ſed ad offenſionem non teneri,niſi velit,de quo videtur tex.in d.c.j. in princ. hic fi.lex Corra.ſed Bal.ibi,nu.5.& 6. reprehendit Obertum,& Gerardum dicens,q̄ in hoc fuerunt duo pecora, quia non habuerunt in conſideratione ius gentium,ciuile,& diuinum,nam iniuſta bella ſunt aperta latrocinio,vt no.in l.ex hoc iure. ff. de iuſti.& iu.& ſceleratis præſtare patrocinium defenſionis, eſt legibus,& ipſi naturæ contrarium.l.per omnes. C. de defenſor.ciuitat.& non minus malus eſt, qui fauet mala committenti,quàm ille qui committit,inquit tex. in c.ita planè. 23.q.4.vnde dicitur in c.qui conſentit. 2.q.5.q̄ ille qui peccātem defendit,acrius punitur,quàm ille qui peccat. Ideo concludo, vaſallum non teneri,neque ad offenſionem,neq; ad defenſionem in bello iniuſto.Quid autem de ſubditis,videatis Luc.de Pen.in l.j.C.ne ruſti.ad vllum obſeq.deuoc.lib.11. qui conſtituit differētiam inter ſubditos & vaſallos,quę mihi non placet per prædicta.Fateor tamen cum Bal.in conſil. 358.vol.2. q̄ in dubio præſumendum eſt pro Principe, & q̄ debemus ei parere , quia eſt perſona publica, prędipue ſi ſit indictum bellum de conſilio procerum , vt voluerunt Iſer. & Aluar.in c.domino guerram faciēte, dicto tit.hic finit lex Corra.& Iacob.de Sancto Geor.in ſua inueſtit.feuda. in verbo,Et promiſerunt eidem domino præſtare debita ſeruitia, cum alijs quæ poſſent adduci. Conſulerem igitur domino, ne iniuſtum bellum moueat:Conſulerem etiam ſubdito,vt ſuo Principi obediat,niſi notoria Principis iniuſtitia.

Seruitia certa, quæ dicantur.

Seruitia, ad quę tenentur vaſalli,

aut ſunt expreſſa & limitata,aut non expreſſa,ſed indefinitè promiſſa,iō ſubiunguntur in diffinitione illa verba, ſiue ſeruitiū illud nominatim ſit expreſſum, ſiue indeterm.natè ſit expreſſum,ſiue indeterminatè ſit promiſſum.prioris generis vocant̄ conditionata.i.qualificata ad certū ſeruitiū, vel conditionata,quaſi pactionata,ſumēdo conditionē pro pacto , vt declarat Io.Rayn.in c.imperialē.§.firmiter.de prohib.feu. alie.p̄ Feder.poſt Aluaro.in c.j.§.fi.de capitan.qui cur.vendi. Exemplū,ſi datur pro aſſociāda vxore domini, vel filia maritanda.c.j.§.fi.quid ſit inueſt.vel pro ſeruiendo dño in menſa.c.j. in prin.de no.feu. vel q̄ debeant ſeruire cum vno , aut duobus equis, prout dicta exempla traduntur per gl.Iſer. & Aluar.in c.j.§.fin.de capitan. qui cur.vendid. & hoc caſu nō tenebitur vaſallus ad aliud ſeruitium, niſi ad ſpecificatū in conceſſione feudi,ſm gl.in d.§.fi.quia contractus ex conuentione legem accipiunt. l.j. §.ſi conueniat. ff.depoſi.l.contractus.ff.de reg.iu.cum vulgat.& dominus in paciſcendo cum vaſallo, videtur voluiſſe recedere a diſpoſitione legis & contentari de eo,quod fuit deductum in pactum.l.fi. C.de pac.q̄ ſuper dote. & ita concludit Iacob. de Sancto Georg. in ſua inueſtit.in verſic. & promiſerūt,nu.28. quæ opinio mihi nō probatur:nam licet fiat pactū,vt certa ſeruitia p̄ſtent̄, nō intelligunt̄ propterea remiſſa illa ſeruitia , quæ præſtanda ſunt ex natura feudi,arg.tex.in l.quoties.ff.de actionib.& obligat vbi quoties lex obligationem introducit,niſi nominatim caueri,vt ea ſola vtamur,ēt veteres actiones nobis cōpetunt, facit tex.in l.verba.ff.de alimen.& cibar.legat. vbi enumeratio quorundā libertorum legatum gn̄iale non vitiat , facit tex.in l.quęſitū. §.ſi qs fundū, ff.de fund.inſtr. vbi ſi quis fundum,ita vt inſtructus eſt, legauerit, & adiecerit aliquam rē , quæ nominatim expreſſa non erat , non videtur minutum legatum,ſed ex abundanti adiectum,& ita concludit Iacob. de Ardiz.in ſumma.c.33.in tit.vtrum illæ res, quæ poſ.da.in feu.poſ.dari & ad cer.ſeruit. necnon & Iſer. & Aluar.in d. §. fi.de

Source : BIU Cujas

fi.de capit. qui cur. vendid. Sed an pro feudo præstari possit certa annua pensio quòd sit feudum,an vero eo in casu erit emphyteusis,dubitant Doct.reperio,q̃ Bal.in l.liberti. C. de oper.libert.voluit,q̃ si concedatur feudum pro annua quantitate frumenti,istud nõ est proprie feudũ,sed potius emphyteusis,vel contractus innominatus. l.naturalis. §.at cum de. ff.de præscr.verb.Idem Bal. in c.si cautio, in fi.extra de reseri. decidit,q̃ si cõcedatur feudũ pro centũ libris annuatim soluendis, istud magis accedit ad naturã locationis, quàm feudi,idem Bal.in c.j. extra de cau.possess.& propriet.dixit, q̃ si pro feudo soluatur aliquid annuum,iste est census, & nõ fidelitas,& transit ad quemlibet hæredem extraneum , & ad fœminam. & ita attestatur se rñdisse de facto, quia feudum conceditur pro seruitio personali, & pro fidelitate, & nõ p̃ seruitio pecuniario qđ est notandũ, quia ecclesiæ Lombardiæ non curant de seruitiis personalibus,sed de realibus, teste eodẽ Bal.in tit.de pa.Constan.in verbo,libellariæ, ad fi.In q̃rium faciunt ea,quę diximus in ea qõne, an in feudo pecunia interuenire possit,quia si nõ definit esse feudũ, vbi adest titulus emptionis & venditionis,multo magis erit feudum, si eo pro præstabitur pensio.& quòd hoc dicatur feudum,tenet Alex.cõs.79.vol. 5.dubio.vbi tamẽ dicit, quòd nõ habet tunc propriam & veram naturã feudi, Martin.Laudens. in c.j.in princip.infra,qui feu. da.pos. videtur distinguere : Aut datur tanta pensio,quę conrespondet fructibus rei feudalis, & tunc dicetur potius emphyteusis, vel contractus innominatus,quàm feudum.Aut non conrespondet fructibus, puta si soluitur libra piperis,vel ensis,vel accipiter,& tunc respiciendo,quod principaliter agitur,dicetur feudum:videtur.n. principaliter concessum p̃p fidelitatem. adducit,quod notabiliter voluit Butr.in c.in literis,de restit.spol.vbi vult, quòd si aliqua castra dent ciuitati annuatim aliq̃ brauium , vel banderias, significatur subiectio, & quidam honor. & licet dñs Ias.videatur mordere istam doctrinam,p̃p id,quod dicimus in emphyteusi,in qua modicus canon datur in recognitionem dominij directi, vt declarat Bar. in l.item si verberatum.§.si quis rẽ,in secundo notabili. ff.de rei vend.tamen ipsemet Ias.in conclusione, vĩ hanc doctrinã sequi, adducens duo bona similia:vnum est, quia sic videmus in q̃ctibus nominatis: si.n.vendo tibi speciem pro certa quantitate & pro alia specie, inspicitur, quid præualeat, an quantitas, & erit venditio, an species & tunc erit permutatio , per notata per Bal.in l.Aristo.ff.de dona.cum concordantibus.Alterum est de pacto apposito iuxta contractum nominatum , cuius relatione facta ad q̃ctũ, resultat contractus innominatus :q̃a tunc si quęratur, an remanebit q̃ctus nominatus, vel innominatus,attenditur qđ est principale,vt probat tex.in l.cum te,& ibi Bar.Bal.& Ang.C.de pac.inter emptor.& venditor. cum aliis concordantibus adductis p̃ Alex. & alios,in l.bonę fidei. C. de pac.in dubio autem dicit d.Ias. q̃ si dictum est in feudum, erit feudum : alioquin erit contractus innominatus. sed istud dictum Ias. repræhendit Aquens. nam licet dicatur, q̃ conceditur in feudum,tamen si magis participat de emphyteusi,& pacta tendãt ad emphyteusim, magis dẽt attendi natura,q̃ denominatio partium.d.l.vbi ita donatur. ff.de don.cau.mor.Propterea.Aquens.ipse considerat, q̃ resolutio huius quæstionis pendet ab hoc,vt videamus, An p̃statio mercedis annuæ sit contra substantiam , & formam q̃ctus feudi,quo casu non censebit iure feudi; an vero sit solum q̃ naturam,quo casu censebitur feudũ alteratũ,& in cę teris prẽter illud,quod est alteratũ, retinebit naturam feudi. & demũ concludit,q̃ p̃statio mercedis annuę est q̃ naturam feudi, non aũt contra substantiam, quia de substantia feudi est concessio rei immobilis,& hoc concordat cũ emphyteusi.Item,q̃ cõcedatur cum fidelitate, & ista est forma substãtialis ipsius feudi,per quam distat ab emphyteusi , & ab alijs contractibus.Mihi placet opinio Aquens. q̃ solutio pensionis sit q̃ naturalia,quia de natura feudi est, q̃ præstentur seruitia , & non realia. probo per notabilem doctrinam Pau. de Cast. in l.2. C. de oper.libert.vbi dicit , quòd quando vasalli tenẽtur ad aliqua onera personalia, potest dominus ex causa illa commutare in pecunia, & imponere charitatiuũ subsidium, & sic potest eos astringere etiam ad seruitia realia,vt statim videbimus. libet referre,,quod in clientum officio,& feudorum consuetudine,non paruum vsum antiquitus prẽstitere,nam fructum palmæ cliens patrono offerebat in recognitionem annuam , quam faciebat ipso anni limine,idest Kalẽdis Iannuariis,quibus & magistratus inire moris erat:sic enim Martialis in Xenijs.

Aurea porrigitur Iani Cariota Kalendis.
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

Idem alibi.

Hoc linitur sputo Iani Cariota Kalendis,
Quam fert cum paruo sordidus asse cliens.

Cliens dicitur vasallus , qui tenetur præstare domino sex ista,incolume,tutum,honestum,vtile,facile,& possibile.c.j. de for.fidelit. meritò Cariotum siue caricam , vt poterem dulcissimam domino offerebat, & (vt videtis ex Martiale) assem,non in satisfactionem,sed vt domino, qui tum honestius patronus nominabatur se deditum ostenderet,ita interpretatur Steph. Forcat. in sua iuris ciuilis penu, cap. 17. Ad quod respexisse videtur antiquitas, dum numismata in gratiam Principum consecrabat. memini me vidisse munisma Traiani a Prouinciis gratiæ dicatum , ex opposito cuius aderat inscriptio,in hæc verba, προς δορον ικρος, idest,gratia consecrandi, seu faciendi sacrum munus, de quo etiam apud Sebastian.Eritium non tam nobilitate generis,quàm bonarum literarum studijs Clarissimum,& Reip. Venetæ Senatorem amplissimum in suo pulcherrimo numismatum libello.

Seruitia incerta,quænam sint.

Vltimo loco in diffinitione ponuntur illa verba (siue indeterminatè promissum) vt ostẽderet auctor, vasallum teneri ad seruitia consueta, q̃ veniunt ex forma fidelitatis,de q̃bus in c.j.de for.fidelit. cũ c.seq.& sunt illa sex, de quibus supra fecimus mentionem , q̃ ad tria rediguntur, ad p̃sonam,ad bona,& ad honores.Quò ad persona, q̃a tenetur vasallus dño prẽstare auxilium in guerra. c.dño guerrã faciente,in dicto titulo,hic finit lex Corra. c.j.de nou.for. fidelit. versic.& si contingit, c.j.quib.mod.feud.amit.intelligendo in bello iusto,vt supra diximus,& nõ tm̃ ipsi dño, verum etiam ipse dñs si imminet necessitas , potest mandare subdito , q̃ seruitia illa personalia præstet alteri, ita elegant. Bal.in l.j.in fi.C.de oper.libert.quod est notabile, si est verum . sed nunquid teneatur vasallus dominum sequi extra prouinciam.Bal.in c.j.quib.mod.feud.amit. num.4. concludit,quòd sic,quia in quocunque loco est dominus cum suo exercitu, ibi censetur esse suum territorium, quod dicitur a potestate terrendi.l.pupillus.§.territorium.ff.de verbo.signif. inferens propterea, q̃ si Rex Francorum vadit in Iberniam causa bellandi,vasalli ipsius Regis tenentur eum sequi,alias amitterent feudum. sed hoc procedit in bello, quod habet causam necessariam , & non voluntariam , secundum Iser. in c.j.§.similiter, de capit.qui cur. vendid. in c.j.§.sed nec est iustior.quę fu. pri.cau.benefic. amitten. Quo ad bona tenetur vasallus seruire domino , quia dominus potest ei imponere subsidiũ siue collectam . est autem collecta impositio muneris, siue oneris , secundum Alber. in Dictionario , in verbo,collecta,quæ etiam appellatur subsidiũ,a subuenendo,quod est duplex,voluntarium , & necessarium. voluntarium dicitur illud , quod gratiosè conceditur,& censetur q̃dam donatio, q̃ procedit a liberalitate ; necessarium dicitur illud,quod imponit alicui homini,vel populo,ita q̃ coacte quodammodo subitur , hic tale subsidium appellatur indictũ,vel superindictũ,idest impositum,vel super impositũ.l.j. C.de superindic.lib.10.& l.indictiones,C.de ann.& tribu.eo. lib.10.pro qua distinctione subsidij voluntarij & necessarij, vĩ tex.in l.munus propriè.ff.de verbo.signific.pulchre Guid. Pap.in quęst.Delphin.371.Quod subsidium per Canonistas appellatur charitatiuũ sobsidium.c.cũ Apostolus,& ibi Ab. & Doct.omnes, de censib. exigitur tamen etiam ab inuito, vt dicunt ibi Scribentes, quia vbi charitas non perficit,exhibenda est ptãs, inquit tex.in c.qui emendat. 65. distinc.differunt autem collectę,siue subsidia ista a tributis, quia tributa sunt perpetua & certa,collectę autem mutantur & variãtur secundum occurrentiam negotiorum,vt dixit Bal.cõs.280. volum.2.in quibus casibus possit fieri charitatiuũ istud subsidium a subditis,habetis apud Oldr.in consi.104. incipit,circa propositam quęstionem,latissimè tractat Remig. de Gõny,in suo tracta.de charitat.subsidio , quęstio. 5. ego quo ad seculares , attinet, referam sex casus, in quibus dominus potest imponere collectam, siue subsidium suis vasallis , quos refert etiam Specul. in titu.de feu. §. quoniam. quasi ad finem illius.

Primus est , pro causa expeditionis siue belli,quo in casu quãtitas subsidij erat in Alemania tertia pars fructuũ vnius anni,in Lombardia verò soluebantur duodecim denarij p̃ quolibet modio frumenti, c.j.§.similiter,de capitul. Corra. Hodie ista variatio fuit sublata,& omnes vasalli tam in Italia,quàm in Alemania fuerunt ad æqualitatem redacti : soluunt.n.vasalli medietatẽ redditus vnius anni. c.j. §.firmiter. de proh ib. feu. alienat. per Federic. Notate tamen , quòd licet dominus possit imponere collectam, tamen si feudatarius vult ire cũ persona ad seruiendum, dominus tenet recipere seruitium personale, ita Iser.in c.j.§.fin.de capi.qui cur. vendid. Irmitatur tamen in tribus casibus p̃ eundẽ Iser. ibidem,

Source : BIU Cujas

dem.Primò,quando hæres vaſalli,à quo peteretur pecunia, nõ eſſet ſtrenuus.Secundò,quando ipſemet vaſallus,cui datũ fuerat feudum,eſſet infirmus,vel ſenex. Tertiò,quãdo alius eẽt fortior,& magis ſtrenuus:fauor enim vtilitatis Regni,hoc admittit. Quartò limitate vos vltra Iſer.ex cauſa ne ceſſitatis,per doctrinam Pau.de Caſ.in d.l.2.C.de oper.liber. ſed quid ſi vaſallus vellet ſoluere pecuniam, & nollet ſeruire perſonaliter, an poſſit hoc facere? Iſer.in d. §.fi. cõcludit, quod dominus non poteſt cogi, quia aliud pro alio, inuito creditore ſolui non poteſt.l.2.§.j.ff.ſi cer.pet.

Secundus eſt caſus, quando Princeps faceret tranſitum p̃ locum vaſalli.l.2. C.de quib.munerib. vel pręſt.nemi. liceat ſe excuſat.lib.10.l.2.C.de exactor.tributo.eod.lib.l.nullus.C. de cur.pub.lib.12.& Ioan.And.ibi in addit. intelligit iſtũ ſecundum caſum in Imperatore eunte Romam pro coronatione,nam tunc vaſalli dominorum euntium cũ Imperatore dare deberent eis ſumptus, refert Otho Friſing.lib. Feder. 2.c.12.eſſe conſuẽtudinem Regũ Francorum, q̃ & Theutonicorum,vt quotieſcunque ad ſumendam Romani Imperij coronam,militemad Tranſalpizandũ cogerẽt,in cãpo quodam manſionẽ faciũt, vbi ligno in altũ porrecto ſcutum ſuſpenditur,vniuerſorumque equitum agmẽ feuda habentiũ, ad excubias proxima nocte Principi faciendas, p̃ curię præconem expoſcitur, qđ ſectantes, qui in eius comitatu ſunt, ſinguli ſingulos beneficiatos ſuos p̃ pręcones expoſcunt, at ſequenti die,quicunque nocturnis vigiliis defuiſſe depræhẽſus fuerat,denuò ad pręſentiam Regis aliorumq; Principũ, vel virorum illuſtrium euocatur, ſicq; omnes omniũ beneficiati, qui ſine bona voluntate dñorum ſuorum domi remanſerint in feudis condemnantur. Sed quæritur,quid ſi ipſe dñs vadit ad Principem pro obtinendo aliquas literas,vel priuilegia,vel gr̃as, an ſubditi teneãtur contribuere ad huiuſmodi expenſas? Iacob.de Sancto Georg.in ſua inueſtit.in verbo,& promiſerũt.nu.25.ita pulcherrimè diſtinguit: Aut impetratio concernit commodum ſolius dñi, & tunc debet facere expenſas de ſuo proprio. Aut cõcernit vtilitaem ſubditorum,& tunc ipſi ſubditi tenebuntur.Aut concernit vtilitatem tam domini,quàm vaſalli, & tũc ambo contribuẽt pro rata,arg.l.ſi proprietarius.ff.de dam. infec.

Tertius eſt caſus pro filia maritanda. qum opinionem tenuit glo.in l.placet.C.de ſacroſanc.eccle. Boer.quæſt.126.nume.11.in fin.vbi ſcribit, quòd tenebitur vaſallus etiam pro filia,quæ religionem ingreditur, quia bonum eſt argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale. c. inter corporalia.de transla.pręla.& quia magis curamus de anima,quàm de corpore.c.pręcipimus. 12.q.j. Et non modò pro vna filia poteſt imponere collectas,ſed pro pluribus, quod refert Tiraquel.de iure primogen.quæſt.70.num.2.Id vnum obſeruãdum eſt,quod ſcriptum reliquit Guid.Pap. quæſt. 57. Dominum ſcilicet nõ poſſe exigere collectas pro ſecundis nuptiis. l.boues.§.hoc ſermone. ff.de verbo.ſignific. Prędicta intelligatis procedere, ſecundum Ioan.Raynal. quando dominus faceret expenſas pro filia fœmina: ſecus ſi filius domini duceret vxorem,nam tunc dominus non dat,ſed recipit dotẽ, ideo vaſalli & ſubditi non tenentur eo in caſu pręſtare ſubſidium. Sed an filiamet pro ſe maritanda poſſit petere auxilium? videatis Boer. deciſ.130. Quid modo ſi dominus nuptui daret filiam ſuam ſpuriam, an vaſalli teneantur præſtare ſubſidium domino? Martin.de Laud.in c.j. an apud iudic. vel Cur.dom. queſt.feu.termin.deb. atteſtatur ſe conſuluiſſe pro parte affirmatiua,q̃ teneantur:motus, quia pater de iure canonico tenetur alere filiam ſpuriã. c.cum haberet, extra de eo, qui dux. in matri.quam polluit per adulter. ideo ẽt tenetur dotare,per notata p̃ Bar.in l.ſi.ff.de his quib.vt indig.per Bal.in auth.ex cõplexu.C.de inceſt. nupt. Contrariũ tenuit Iacob.de Sancto Georg. in verbo, Qui quidẽ inueſtiti,nu.79. Quia pater nõ tenetur dotare filiam ſpuriam, tex. eſt notabills in l.vxorẽ. §. pater naturalis. ff.de leg.3.ſed illũ textum intelligit Bal. in l.neque mater. C. de iu.dot. q̃ñ filia ſpuria non eſt inops, vel q̃ñ ex honeſto exercitio poteſt ſibi quærere dotem,quia in his caſibus pater non tenetur eã dotare,alias ſecus. attamen licet iſta Bal. limitatio procederet, adhuc tamen alia ratione eam reprobat ipſe Iacobin. Quia præſuppoſito q̃ pater teneatur eam dotare,non tamen tenetur ei tantum dare,quantum filiæ legitimæ & naturali, ſed tenetur dare tantummodo dotẽ conreſpondentẽ alimẽtis, quo caſu non eſſet de honore domini imponere talem collectam,immo non poteſt eam imponere pro modica cauſa,ex ſententia Lucę de Pen.in l.j.C.vt ruſti.ad nulla obſeq. Quid de maritagio ſororis? videre Boer.deciſ.129.

Quartus eſt caſus pro militia, vel pro ſe,vel pro filio ſuo. In hoc tamen caſu Ioan.Blanc.in ſua ſumma,lib.2.c.j. in tit. quib.mod.feud.amit.tenet,ſubditos non eſſe obligatos contribuere ad illam expenſam ea ratione, quia dominus milia aſſumit pro libito voluntatis. vnde cũ volũtariè hoc faciat,non eſt illi ſubueniendũ. l.2. §. ſi quis cum poſſit. ff. ſi quis cautio.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria. ff.qui ſatiſd.cog. At Io.Rayn.in c.imperialẽ,diſtinguit,aut dominus facit ſe creari militẽ ex neceſſitate, puta pro conſeruatione bonorũ & nobilitatis ſui generis,iuxta.l.3.§.pręſes.& l.honorem. ff. de munerib.& honorib. tunc ſi ex hoc dominus efficereẽt pauper,& diminueretur eius ſtatus,vaſalli & ſubditi tenentur p̃ſtare auxilium dño.Si vero neceſſitas non vrgeat ad aſſumẽdam militiã,tunc non tenentur,nam imputandũ eſt ſibi, q̃ nulla neceſſitate ſubſiſtente fecit ſe creari militẽ,argu. l. itẽ hi qui,& l.qui data opera. ff. ex quib.cau.maior. Sed an debeatur ſubſidium in doctoratu filij? videtur q̃ ſic, quia priuilegia conceſſa militibus,concedunt̃ Doctoribus & Aduocatis, Alex.in l.Centurio. ff.de vulg.& pup. vbi facit decẽ æquiparationes.Caſſan.in conſuetud.Burgund.non audet affirmare, quia Docto. communiter dicunt, q̃ in his attendi debet cõſuetudo,maximè cum quælibet interpretatio aſſumat robur ex communi vſu loquẽdi.l.librorum §.quod tamen Caſſius.ff.de leg.3.ſed ex communi vſu loquendi,appellatione militis non venit Doctor, ergo &c. Credo ego non eſſe recedendum ab opinione Lucę de Pen.in d.l.j. C. vt ruſti.ad nulla obſeq.lib.10.

Quintus eſt pro captiuitate domini,pro quo vr̃ tex. in c.j. §. item ſi delator. quæ fuit pri. cau. benefic. amitten. in illis verbis,ſi cognouerit dominum incluſum, & cum,cum potuerit,non liberauit. Et ideo dicit Luc. de Pen.in l.agros. C. de ſun.limit.lib.10.q̃ ſi Rex ſe redimeret cum pecunia, poteſt compellere ſubditos ad eam exſoluendam. Limitat tñ hunc caſum Iacob.de Sancto Georg. in verbo, qui quidem inueſtiti.nu.77.dupliciter.Primo,niſi dominus eſſet carceratus propter crimen ſuũ: vel & ſecundo ad inſtantiã creditorum,ẽt ſi iuraſſet ſoluere creditoribus intra certum diem,& immineat periculum,ne incurrat periuriũ, quia in his duobus caſibus vaſallus non tenet̃ iuuare dominũ,nec p̃ſtare illi auxilium.c.j.§.licet vaſallus.ſi de feu.defun. content.ſit inter dom.& agnat.& c.j.§.fin.de alienat.feu.pat.Reſolutio patebit ex inf.dicendis.Sextus caſus eſt pro emenda terra, quo caſu concludit Ioan.Rayn. quòd ſi ille acquirit pro ſuſtentamento ſuo (vt eius verbis vtar) quia alias non bene poſſet defendere ſtatum ſuum,tunc vaſalli, & ſubditi tenentur præſtare auxilium domino, quia tenentur ipſum inopẽ alimentare.l.alimenta,& l.fi.ff.de liber.agno. l.diuus Claudius. ff.de iu.patronat.Martin. de Laud.in d.c.j. §. ſimiliter. de capitul.Corra.dicit,vaſallos non teneri præſtare auxilium domino,niſi ſuper hoc ſit ſpecialis conſuetudo.Reſolutio huius queſtionis pendet ab hoc, an vaſalli teneantur præſtare alimenta in caſu neceſſitatis, de qua hĩc nu.70. Mihi placet quod ſcribit Bal.in l.vni. §.ſed ſcimus. C.de Lat.liber.tollen. vt.ſ.vaſalli teneant̃ ſubuenire dominis indigentibus,de redditibus feudi,non aũt de redditibus bonorum ſuorũ nõ feudalium.Cuius opinio poteſt comprobari exemplo donatoris,qui ſi factus eſt inops, debet ali, & ad hoc cogit̃ donatarius,alias reuocatur donatio, ſecundum glo.in l. fi. C.de reuocan.donatio. Notate tamen, q̃ ſi dominus indebita, aut iniuſta,vel vltra debitum modum exigeret a ſubditis vel vaſallis, ſeruitia, poſſunt vaſalli & ſubditi implorare officium ſuperioris,vt domini oppreſſionem reprimant, & ſic ſoluere non teneantur.Bal.& Præpoſ.in c.j. §.præterea ſi inter. de prohib.feud.alienat.per Feder.Aluar.in c.1.apud quem, vel quos controuerſ. feud. Et ſi dominus monitus non deſiſtat ab iniuſta exactione, poterit feudo priuari per ſuperiorem, per no.per Bal.in tit.de pa.tenen.§.publici.

Quò autem ad honores attinet,queritur, an vaſallus poſſit dominum in ius vocare ſine venia? videtur dicendum q̃ non,per tex. in c.j. §.fi. de mili. vaſal. qui contum.eſt,in illis verbis (eum ſalua reuerentia competenter cogere.) Contrarium determinat glo. ibi, quam ſequitur Bal. quia vaſallus non eſt de perſonis enumeratis in edicto prætoris, argumento §.pœnales.Inſtit.de actionib. Nec eſt bona æquiparatio de liberto ad vaſallũ, quia licet dñs habeat vaſallũ obligatum in multis, ita vaſallus in eiſdem habet dñm obligatum.c.imperialem,in fi.& ibi per Iſer. de prohib.feu.aliena. per Federic.ſunt enim iſta quaſi correlatiua, dñs & vaſallus, ita vt diſpoſitum in vno,cenſeatur diſpoſitum in alio,vt no. per Aluar.in c.j. §.præterea. in ſecundo notabili. quid ſit inueſtit.& eſt tex.in c.j.de for.fidel.vbi dominus & vaſallus iudicantur ad paria, circa quã regulam videatis Afflic. deciſ. 265.vbi ponit xv.fallentias.ſimiliter non obſtat tex.in §. fin. de mili.vaſal.qui contumax eſt. Quia intelligit̃ de reuerẽtia quæ præſtatur cum honeſtate verborũ,ſed non ſequit̃,quòd non poſſit dñm in ius vocare ſine venia, ſicut etiam ſubditus poteſt agere contra Remp. vel Principẽ, non impetrata venia, ita Bal.& Afflic. in d.§.fi. de milit. vaſal. qui cont.eſt.

Source : BIU Cujas

Notate tamen,quod pro aliis non debet esse in iudicio contra dominum suum, vt in tit. de for.fidelit.in princip. & ibi Aluar.qua de re videatis decisionē Guid. Pap.q.551. & Bal. consi.410.vol.5.Quo autem ad reuerentiam exteriorem, & in Hispania,& in Germania,more receptum est,ꝙ soli Principes ac Duces tecto capite cum Rege loquantur, Comites autem & Barones, ac cæteri, non nisi capite semper nudato,vt testatur Ioan.Aurpas,singul.allegat.li.1.c.37.Alias obligationes vasalli erga dominum vsque ad numerum 34.in totum, notabiles & singulares, videatis apud Afflict. dicta decisio.265.

An valeat pactum,quòd pro feudo nullum præstetur seruitium.

Pro complemento huisce quęstionis secūdę, quæro an valeat pactum, ꝙ pro feudo nullum præstetur seruitium,neque personale? Aquens.hic concludit valere, dicens, seruitium etiā personale non esse de forma substantiali ipsius feudi, atque ita etiam expresse voluit Isern. in c.j. §.fin. in quib.cau.feud. amit.affirmans,ꝙ nō seruitium aliquod, sed fidelitas est de substantia feudi. Credo ego,ꝙ seruitiū absque fidelitate nō est de substantia feudi,sed si ipsius vasalli seruitium consideratur, prout inest fidelitati, tunc tale seruitium erit de substantia feudi in consequentiam.c.j.hic finit lex Conra.& ita expresse declarat Camerar.in repet.c.imperialem, de prohi. feud.alien.per Federic. Quod etiam innuere videtur Roma. in consi.368.dum dixit,ꝙ vasallus tenetur ad fidelitatem, & consequenter ad seruitium.In hac igitur secunda quæstione principali habuistis duo substantialia feudi,& naturalia. de substantia feudi est,ꝙ consistat in re immobili, quę consideratur tanquam materia: similiter de substantia feudi est, ꝙ pro eo præstetur fides,quę consideratur tanquam forma,ex quo sequitur, ꝙ pro feudo debet recognosci dominus tanquam superior saltem respectu dominij in vniuerso. Naturalia autem ipsius feudi sunt, primum, ꝙ beneuolè concedatur.Secundum,ꝙ transeat ad hęredes in perpetuum Tertium, ꝙ transeat ad hæredes suos. Quartum,ꝙ transeat ad masculos.Quintum,ꝙ pro eo præstetur seruitium. Sextum, ꝙ prętletur seruitium personale.

Quot sint diuisionis genera.

Se offert nunc tertia, & vltima q̄stio principalis, quæ in diuisione versatur,quæ in viginti duo genera ferè excurrit, vt a plerisque omnibus,maxime autem ab Aluaroto,& Prępositio notatur,sunt etiam nonnulli, qui vsque ad centum,& decē feudorum genera enumerarunt, in quorū classe fuit Tho. de Marinis: nos autem ad certa quędam capita, ordine methodico reuocabimus,ne etiam in hoc,compendij nostri instítutum,multorum inculcatione excedatur.

Sciendum est igitur,ꝙ diuisionis species duę sunt,quarum altera est essentialis, altera vero accidentalis. Essentialis est illa, quæ fit per ea, quæ rei substantiam attingunt:accidētalis autem est illa,quę fit per ea,quæ a rei substantia,aliena habētur.At vtriusque diuisionis,triplex est ratio,nam essentialis prima est,qua genus in suas formas,vel differentias diuiditur.In formas, siue species,hoc modo. Animaliū, aliud est homo,aliud est equus,aliud est bos.In differentias, vt animalium, aliud est aquaticum,aliud terrenum, aliud ancipitis vitę.Secunda est, qua totum in partes distribuitur,vt dialectica, in rationem inueniendi, & in rationem iudicandi, distribui solet. Et Theorica in inuentionem, collocationē, elocutionem,memoriam, & pronunciationem. Quo genere diuisionis, seu mauis partitionis, Oratores & Poetæ sæpe vtuntur. Tertia est,cum vox æquiuoca in suas significationes distinguitur,quę sępius & verius distinctio,quàm diuisio appellatur, vt cum dicimus canem esse terrestrem, marinū, & cęlestem. Accidentalis autem diuisio & ipsa triplex est. Prima est illa,qua accidentia,per res subiectas distribuere solemus,qualis hęc fuerit.Bonorum alia corporis, alia animi, alia fortunę;& virtutum,aliæ sunt positæ in ratione, aliæ in voluntate, siue appetitu, aliæ in alia parte. Cuius generis diuidendi differentiæ, ex sola cathegoria substantiæ petuntur.

Secunda est, quæ res subiectas per accidentia, atque attributa partitur, quali vsus est Cicero in partitione oratoria, quando hominum duo genera fecit. Alterum vrbanum, Agreste alterum: quæ quidem forma per nouem categorias, in quibus accidentia distributa sunt, diffunditur latissimeque patet,quod exemplo hominis comprobari potest, si per ea diuidatur, quæ illi insunt,cum tamen illius natura vna, & simplex sit.

Propria & impropria feuda, quænam sint.

Summa igitur feudorum diuisio ea erit,quæ in rectum deducitur,& non rectū, quandoquidem accidentia per res subiectas distribuat,& ex categoria substantiæ petatur. Rectum feudum dicimus, qđ propriam feudi naturam tenet, eam, scilicet quę ex diffinitione colligit, videlicet,primò,quòd beneuolè & liberè cōcedatur,secundò,ꝙ transeat ad hęredes, tertiò, ꝙ trāseat ad suos,quartò,ꝙ hæredes sint masculi; quintò, ꝙ pro ipso feudo præstetur seruitium:sextò & vltimo, ꝙ seruitium sit personale,& non reale.Ex quo sequitur,ꝙ illud erit non rectū, & improprium feudū,quod degenerat in supradictis, & sic primo loco feudum improprium est illud,quod emitur, & quod non amore & honore,sed pro pecunia datur, secundo,feudum temporale est improprium, quod lapso certo tē pore, siue expresso,siue tacito finitur, vt est feudum habitationis,mercedis,& officiorum,exempli gratia feudum guardię,gastaldiæ,aduocatiæ,cancellarię,commissariæ,scutiferi, cursoris,& similium. Tertiò feudum est improprium illud, quod est alienabile in extraneos,vt quando conceditur pro se,suis,& quibus dederit. Quartò est improprium illud feudum, quod est fœmineum, nam & ipsum a vera feudorum natura recedit,licet fœmina sit hęres sanguinis. Quintò est improprium feudum annalis præstationis, quando scilicet pro eo prętatur seruitium aliquod reale. Sextò & vltimò, adhuc illud improprium dicitur, quod est liberum & francum,pro quo nullum præstatur seruitium.Intelligatis tamē feuda esse impropria in alteratis, nam in non alteratis propriam feudorū naturā habent.c.j.de feu. non haben.propr. natu.feu.ex quo sequit̄, ꝙ feudum emptum in capite acquisitionis erit improprium, & eo excepto in reliquis naturam proprij feudi retinebit.Vnde infero,ꝙ emptor feudi non cogitur petere nouam inuestituram pro feudo empto, secundum Isern in c.j. §.præterea si quis in feudatus.nume. 29. de prohib.feu.alie.per Feder.& in c.j. §.si minori.nu.2. si de feu. defun.fuer.controuers. Quod intelligite respectu releuij soluendi,quia illud soluere non tenetur,vt declarat Tho.Mar. de feu.cum fidelit.nu.33.est autem releuium honorariū, qđ nouus vasallus patrono introitus causa elargitur,quasi morte alterius uasalli vel alio casu feudum ceciderit, quod iam a nouo subleuetur,sic & in emphyteusi,cum fundus alienatus est,domino quinquagesima pretij pars erogatur.l.3.C.de iur.emphyt.quod laudemium appellatur, rectius laudatiuū dici voluit Bude.siue donatiuum, vt voluit Alciat.Infero secūdò, ꝙ si feudum est emptum ex pecunia paterna,& in eo debeat succedere primogenitus, tantum ille primogenitus conferre debet fratribus, quantum ex patris substātia discessit pro emptione ipsius feudi,vel eis exhibere partem: secus si aliter quàm ex pecunia propria pater acquisiuerit ipsum feudum, quia tunc non confertur ęstimatio cum alijs fratribus, ita idē Iser.in d.c.j. §.pręterea ducatus. de prohib.feu. alien.per Feder. & ibi latè Sigismund.Lofred. per plures columnas,Luc.de Pen.in l.j.C.de imponen.lucr.descrip.lib.10. Infero tertio,ꝙ eo casu,quo vasallus amittit feudū, & diuestitur per dominum,nō perdit pretium,quod pro dicto feudo exbursatum fuit,tex.gl.& Doc.in c.j.de natu,feu.quod tamen non firmo.Infero quartò,quod ex quo in capite acquisitionis est improprium,fœmina non poterit in eo succedere,vt voluit idem Isern.in c.j. §.cum verò Corradus, alias.§. hoc autem,& Laudens.in §.& quia.de his,qui feud. da. pos. quod sequitur Iacob. de Sancto Georg. in inuestit. feuda.in verbo, & fœminis. vbi attestatur se vidisse, ita iudicari contra opinionem Odofred. qui affirmatiuam sequebatur. idē tamen Iacob. saluabat opinionem Odofre. in vno casu, qñ aliquis emisset comitatum, vel ducatum,& promisisset soluere censum singulis annis, quia tunc talis titulus esset censualis,& non feudalis. Sed mihi non placet,quia hæc restrictio est extra materiā: nos enim dicimus, ꝙ fœmina succedit in feudalibus, & nō in censualibus,& ita etiam reprobauit Tho. Mari. de feu. fœmi.nu.21. Aliter saluabat Bal.in d. c.j.§.& quia vidimus.qui feud.da.pos.duobus.s.concurrentibus. primum est,ꝙ feudum sit emptum iusto pretio,quia beneficium non recipit,qui tantundem soluit.Secūdum,quādo nullum seruitium est pro eo prętandū,sequitur consulē do Cur.Iun.consi.49. Soc.Iun.consi.165.num.16.vol.j. mouentur per tex.in c.si cum militia. de capit.extraord. Corra. qui tex.est apocriphus,vt supra dixi,& non debet haberi pro lege. si tamen vobis placeret opinio Bal. intelligatis eam procedere, quando non essent alij masculi de agnatione, quia tunc posset succedere,ita habetur apud Bern.Mursmer. practicarum obseruat.lib.j.tit.de feud.c.17.

Secunda species feudi improprij est temporalis ad differētiam perpetui,quod est propriū. temporale autem dicitur, quod

Source : BIU Cujas

quod lapſo certo tempore, ſiue expreſſo, ſiue tacito, finitur, ſecundum Bal. in c.j. in princip. de feu. guard. Huiuſmodi eſt feudum habitationis, quod eius eſt naturæ, vt cum perſona accipiente pereat. l. ſi habitatio. §. ad hæredes. ff. de vſu, & habitat. Præterea eius eſt naturæ, vt deſerta habitatione feudū amittatur, ſecūdum Bal. hic, nu. 39. qui tamen adducit tex. in c. ſummoperè. §. inter, de capit. extraord. Corrad. Sed quærit idē Bal. An vaſallus poſſit tunc alteri locare, quādo domus alicui data eſt in feudum ad habitandum? & concludit pro parte affirmatiua, quòd poſſit locare, quia non videtur habitationem deſerere, qui dimittit inquilinum. l. cum ſcimus. C. de agricol. & cenſi. lib. xi. l. j. C. ſi per vim, vel alio modo. Qui enim per alium habitat, & commoda percipit, per ſe ipſum habitare videtur, vnde fit, ꝙ fructuarius poſſit locare. l. antiquitas. C. de vſufruc, Idem tamen Bal. limitat, quando inhabitando per ſe ipſum, verſaretur aliquod commodum domini, nam tunc non poſſet alteri locare, argum. l. inter artifices. ff. de ſolutionib. Huiuſmodi etiam eſt feudum ſoldatę, quod eius eſt naturę, vt poſt mortem tam accipientis, quàm etiam dantis extinguat. c. j. §. ſoldata. quis dicat. Dux, March. & Com. Huiuſmodi quoq; ſunt feuda Guardię, Gaſtaldię, Aduocatiæ, & aliorum officiorum, quæ ſunt illius naturæ, vt finito anno (officia enim vt plurimum per annum concedebantur. l. pridie. ff. de fer. l. Publius. ff. de condition. & demonſtrat.) vel etiam finito tempore ſtabilito (dominus. n. longius ſpatium prędstituere poteſt) reuocantur, etiam nō reſtituto precio, quod in eam rem datum eſt. c. j. de feu. guard. & ibi Aluarot. declarat. Intelligatis tamen, feuda iſta eſſe impropria in hoc, quòd non tranſeunt ad hęredes: in reliquis autem ſunt recta & propria. ſic fenda cameræ, & caneuæ recta vocauit Obertus, in c. j. §. ſi vero. quid ſit inueſtit. Sed an valeat pactum, vt hęc feuda uunquam reuocari poſſint, q̄rit Bal. hic, nu. 54. qui poſt Iacob. de Belui. quem allegat, dicit, valere tale pactum, quia prouiſio conuentionalis eſt potentior prouiſione legali, argum. l. quod ſi nolit. §. quid ita. ff. de ędilit. edic. vbi in materia redhibitoriæ, ea conuentio rata habetur, vt redhibeatur intra certum tempus. ſi autem de tempore nihil conuentum ſit, datur actio intra ſexaginta dies: ſi vero conuenerit, vt in perpetuū fiat redhibitio, Vlp. putat, & hanc conuentionem valere.

Tertia ſpecies fendi improprij eſt tranſitorij ad hęredes extraneos, qui non ſunt de ſanguine acquirētis feudum, ꝓut eſt feudum, quod conceditur alicui ea lege, eoque pacto, vt ipſe habeat, ſui, & quibus dederit. c. j. de feu. non haben. propr. natu. feu. iſtud feudum eſt infraſcriptæ naturæ. Primo, quia in quamcunque perſonam, etiam ſine volūtate domini, alienari poteſt, ſiue maſculum, ſiue fœminam, ſiue agnatum, ſiue extraneum, non ſolum vt feudū, ſed vt allodium. d. c. j. de feu. non haben. propr. natu. feu. Secundo, illius eſt naturę tale feudum, ꝙ licet a vaſallo in quamcunque perſonam alienari poſſit ſine conſenſu domini, tamen quandiu appud illum primum vaſallum fuerit, qui hac cōditione accepit, habebit, recti feudi naturam. Ideo fidelitatis iuramentum prędstare tenetur, ſeruitia exhibere, & ex eiſdem cauſis amittet, quibus & verum feudum, d. c. j. in ſecundo reſpon. de feu. non haben. propr. natu. feu. Tertiò, adhuc eius eſt naturæ, quòd ſi vaſallus mortuus non alienauerit, tunc tranſmittitur ad ſolos maſculos, ſicut aliud feudum, propter illā regulam, quæ colligitur in d. c. j. de feu. non haben. propr. natu. feu. videlicet, ꝙ feudum in alteratis degenerat a vera feudorum natura, in non alteratis autem retinet propriā feudi naturam. Quod diximus de feudo conceſſo pro te, tuis, & q̄bus dederis: ꝙ ſit alienabile etiam in allodium, debet intelligi, ſi verba inueſtituræ ſint cōcepta eo modo, quo propoſuimus, cęterum ſi dominus ita dixiſſet, Do tibi, tuis, & quibus in feudum dederis, hoc caſu, vt rectum feudum cenſebitur, eo excepto, ꝙ vaſallus ſine domini voluntate in quemlibet alienare poterit, vt dicit tex. in d. c. j. in fi. Notate igitur differentiam inter iſtos duos caſus, An ſcilicet dictum fuerit (& cui dederis) An vero dictum fuerit (& cui dederis in feudum) ſed querit Sonsbech. par. quinta, nu. 8. An vaſallus ex conceſſione illius clauſulæ (& cui dederit) poſſit illud feudum facere allodium etiam quo ad ſe, cū etiam in alios extraneos poſſit illud liberè transferre? & concludit ꝙ non, & rectè quidem, per illā regulam, quæ habet, ꝙ nemo ſibi cauſam poſſeſſionis ſuæ mutare poteſt. l. cum nemo. C. de acquir. poſſ.

Quarta ſpecies feudi improprij eſt fœminei, ad differentiam maſculini, quod eſt proprium, vt in diffinitione vidimus. Fœmininum dupliciter cōſideratur. Primo illud, quod a fœmina eſt acquiſitum, & iſtud eſt eius naturæ, ꝙ etiam ſi pacto prouiſum non ſit, vt fœminæ ſuccedant, nihilominus ſuccedent, maſculis non extantibus. ſi tamen adſint maſculi excludentur. c. j. de feu. fœm. Secundo dicitur fœmineum, etiam ꝙ a maſculo ſit acquiſitū, cum pacto, ꝙ hæredes ſui maſculi & fœminæ ſuccedant, & iſtud eſt huius naturæ. Primo, ꝙ licèt copulatiuè ſit in inueſtitura compræhenſum ꝙ filij & filiæ ſuccedant, non tamen ſimul venient, ſed demū nō extantibus maſculis. c. j. §. filia. de ſucceſ. feu. c. j. §. quin ēt, in tit. Epiſcop. vel Abba. Idem dicatis, ſi dictū fuerit, maſculis cum fœminis, quia non eſt differentia, an dictum fuerit, illi & illi, vel illi cum illo. l. ſi quis Titio. ff. de vſufr. accreſcen. l. illi cum illo. ff. de vſufr. lega. nec eſt differentia, an legetur fundus cum domo, vel fundus & domus. l. ſi quis inquilinos. §. ſi ita legatum. ff. de leg. j. Secundo eſt eius naturę tale feudum ſic conceſſum, ꝙ filia ſemel excluſa, erit ſemper excluſa, ipſa & eius ſoboles, ita Bal. Iſern. Aluarot. Præpoſ. & alij, in c. j. §. quin etiam Epiſcop. vel Abb. per illum tex. ibi, vlterius fœminæ non admittantur. Pro qua opinione etiam cō ſuluerunt quamplures relati per Cur. in tertia par. quæſt. 27. Sed ea opinio mihi non probatur, & eam reprobauit Sonsbech. par. nona, nu. 128. qui mouetur per tex. in c. j. §. ſi duo fratres. de feu. March. in fi. vbi æquiparatur feudum acceptū pro maſculis & fœminis, cum feudo nouo, accepto a duobus fratribus, pacto, vt ſibi mutuo ſuccedāt. ſed certum eſt, ꝙ ſi alter fratrum moriatur cum liberis, qui poſtea & ipſi e fatis migrauerint, ſuccedit frater, ergo &c. Nō obſtat tex. in d. c. j. §. quin etiam, Epiſcop. vel Abb. Quia intelligi debet, do nec ſupereſt maſculus: in ambigua enim oratione ille intellectus ſemper eſt amplectendus, qui communi iuri conſonat, qui ſit humanior, veriſimilior, rationabilior, & careat vitio. l. quoties. l. ſemper in dubiis. ff. de reg. iu. l. quoties. ff. de verbo. obliga. l. in ambigua, & l. benignius. ff. de legib. Sed an fœmina ſemel admiſſa per maſculum excludatur, qui poſtea natus ſit? glo. in c. j. de eo, qui ſi. vel hęred. illam excludit, quia id hæredi licere debet, quod licebat etiam defuncto. l. q in ius alterius. ff. de reg. iu. ſed defuncto licebat excludere fœminam, ergo &c.

Secundo, fœmina conditionaliter feudum habere videt, ſi maſculus non ſupereſt. c. j. §. filia. de ſucceſ. feu. ideo conditione exiſtente ius illius reſoluitur. l. neceſſario. §. ꝙ ſi pendē te. ff. de pericu. & commo. rei vendi. & maximè illud, quod contra propriam naturam contractus erat acquiſitum. l. ſi vnus. §. pactus, verſic. quod in ſpecie. ff. de pac. Tertio, quando ius in eum caſum peruenit, a quo incipere non poteſt, debet vitiari. l. quia in eum. ff. ad l. Aquil. vt in libertorū aſſignatione reſponſum eſt. §. datur. Inſtit. de aſſignat. liber. Contraria tamen opinio receptior eſt, & verior, quia illud quod aliquid acquirendum impedit, acquiſitum non poteſt tolle re. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur. quod enim legitime factū eſt, reſcindi non debet. c. factum legitimè. de reg. iur. in 6. Non obſtat quòd id hæredi licere debet, quod licet defuncto, quia regula procedit in iure reali, ſecus in iure perſonali, vt declarat Dec. in d. l. qui in ius. Non obſtat, ꝙ fœmina intelligatur habere feudum ſub conditione, quia conditio intelligitur tempore aditionis, poſt aditionem nō poteſt conſiderari, quia eſt actus legitimus, qui nō recipit diē, neque conditionem. l. actus legitimi. ff. de reg. iu. Nō obſtat, ꝙ peruenerit ad eum caſum, a quo incipere non poteſt, & ideo vitietur, quia procedit quando factum eſt imperfectū, ſecus ſi perfectum. l. pluribus. §. & ſi placet. ff. de verbo. oblig. & de tali imperfecto loquitur tex. in d. §. datur. Quinta ſpēs feudi improprij eſt liberi & franci, pro quo nullum prædstatur ſeruitium, ad differentiam recti feudi, quod datur ad hoc vt vaſallus ſeruiat, dicitur francum, quia eſt liberum & ſolutum a ſeruitiis, ſiue operis vaſallorum, ſecundum Bal. hic. l. in tradendis, cum ibi no. ff. commu. præd. ſed inde videtur ſequi abſurdum propter manifeſtā contrarietatem, & ꝙ propterea talis infeudatio non debeat valere. c. ſolicitudinem, extra de appel. in gl. fi. l vbi repugnantia. ff. de reg. iu. ſi. n. eſſet omnino liberum, potius eſſet donatio, quàm feudū: ſicuti enim quis non poteſt eſſe liber & ſeruus ſimul, ita quoque nō poterit eſſe vaſallus & liber ſimul. ideo Ioan. And. in addit. Specu. in ti. de præſcrip. ſic diſtinguit. Aut in tali conceſſione feudi fuerūt aliqua ſeruitia expreſſa, & ad illa tenetur vaſallus propter conuentionē, argumen. l. vt iuſiurandi. §. iurare. ff. de oper. liber. aut nulla ſeruitia ſunt expreſſa, & tunc aut prædstitit vaſallus iuramentum fidelitatis, & tenetur tantum ad ea, quæ habentur in tit. de for. fidelit. cum tit. ſeq. aut nullum prædstitit iuramentū, & adhuc tenetur ad ea, quæ habentur in dicto tit. de for. fidelit. ad alia autem non tenetur. Dicit tamen Oldra. in conſi. 234. incipit, factum tale eſt, ꝙ licet teneatur ad ea, quæ in ſacramento fidelitatis continentur, tamen inter hæc non reperitur, ꝙ aliquis debeat dominum ſequi in bello; & ſi teneretur, deberet hoc facere expenſis domini, maxime ſi longus eſſet excurſus. Quod Oldr. conſilium refert Bal. in c. j. in prin. de capita. qui cur. vend. Animaduertendum tamen eſt, ꝙ quando feudum eſt francum

a ſeruitiis,

Source : BIU Cujas

à ſeruitijs, ſeu operis exhibendis, non tamen eſt francum à maleficijs, ſiue in faciendo, ſiue in tacendo conſiſtentibus, vt ſupra oſtendimus.

Feudi franci natura multiplex eſt. Primò, in tali feudo ſuccedit eccleſia ſaluo iure domini, licèt in alio feudo nō ſuccedat, vt voluit Bald. in auth. niſi rogati. C. ad Trebellia. quē refert Curt. par. prima ſui tracta. quæſt. 8. notant Doc. in c. cū inter dilectos, de fi. inſtrumen. & c. fi. de reb. eccle. non alien. contrarium tenuit Sonsbech. per rationē expreſſam in c. j. de alien. feu. dum ideo non admittitur eccleſia, quia feudū nunquam reuerſurum ſit ad dominum, cum eccleſia nunquam deſinat eſſe hæres.

Secundò, licèt ius teſtandi non habeat locum in feudis. cap. j. de ſucceſ. feu. c. j. §. donare. qualit. olim fen. poter. alien. tamen hoc fallit in feudo franco, argumen. l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam. & ita Bal. voluit in dicta authē. niſi rogati, C. ad Trebellia. quem ſequitur idem Curt. in dicta par. ſui tracta. Tertio eius naturæ dicunt eſſe tale feudum, vt vaſallus illud alienare poſſit inuito domino, ſaluo tamen ſemper in re ipſius domini, ſecundum Bal. in l. j. C. ſi a non compet. iudi. quem refert & ſequitur Curt. in dicta pri. par. quæſt. 10. nume 31. & Zaſ. in 10. par.

Sed ego in vtroque capite puto contrarium verius eſſe, & ſic, ꝙ vaſallus non poſſit de eo teſtari, nec illud alienare, per textum clarum & apertum in d. c. j. de feu. non hab. propri. natu. feu. qui tex. in effectu vult, ꝙ in ſolis alteratis, feudum deficiat, quo ad propriam naturam, in aljs vero ſemper ſuam ſeruet naturam.

Quartò dicunt, tale feudum eſſe huius naturæ, quòd refutatio nō habet in eo locum, licet in aliis feudis admittatur, ita ſingulariter Bal. in c. cæterū, de iudi. extra, & malè. Quia ſi habet locum in alijs, quę ratio poteſt eſſe, ꝙ non habeat locum in feudo franco, cum maxime in aliis retineat propriam feudi naturam, immo multo magis debet habere locum in feudo franco, quod magis participat de gratia, quāto minus vaſallus obligatur ad ſeruitia. Alij addunt aliam naturam in materia ſucceſſionis fœminarum: ſed quia iam ſupra reprobauimus, non repeto, ne recoctam cramben (vt eſt in prouerbio) ad menſam reponere videar.

Sexta ſpecies feudi improprij eſt, quando pro eo præſtatur annua pēſio, ad differentiam feudi proprij, pro quo præſtatur ſeruitium perſonale. Huius feudi natura hęc eſt, ꝙ ſi vaſallus ceſſauerit per biennium vel triennium ſoluere penſionem, debet priuari feudo, ſicut emphyteuta priuatur, ita voluit Innoc. in c. ad apoſtolicæ, de re iudic. in 6. per illum textum, vbi Papa priuauit Federicum Regno Sicilię, quia ceſſauerat per nouem annos, & vltra, penſionem ſoluere, idem voluit Bal. in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitutio. dicens, ꝙ hoc eſt ſingulare dictum Innoc. & ꝙ pro eo eſt text. vnicus in vſibus feudorum, in c. j. §. ſed non eſt alia, quæ fuit pri. cau. benefic. amitten. vbi non eſt alia iuſtior cauſa benecij amittendi, quàm ſi recuſauerit facere ſeruitium, pro quo datum fuit, cui textui (inquit Bal.) nec Apollo reſponderet. Contrariam opinionem tenuit Specu. in titu. loca. §. nūc aliqua, verſic. 85. quem ſequitur Imo. in c. 2. extra de feu. qui ſubdit, ꝙ etiam ſi per mille annos vaſallus ceſſaret, non caderet à iure ſuo, & iſta eſt magis cōmunis opinio, vt inquit hic Iaſ. num. 57. Pro qua opinione eſt tex. in c. j. §. licet. ſi de feu. defun. ſit content. inter dom. & agnat. vbi vaſallus nō tenetur præſtare ſeruitium domino, niſi ſit requiſitus, etiam ſi ſtaret per mille annos, ergo per lapſum biennij, vel triennij non poſſet priuari, alias ſi poſſet priuari, illa dies tacita interpellaret, & conſtitueret in mora, ſecundum glo. & Doct. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrim. Et ita tenendo poſſumus reſpōdere adductis in contrarium. Ad primum de c. ad apoſtolicę de re iud. in 6. Reſpondet Geminia. ibi, ꝙ non fuit priuatus propter non ſolutum canonem, ſed propter quatuor cauſas ibi relatas. ſubdit poſtea tex. poſſet etiam merito reprehendi, ꝙ annuam penſionem mille ſcutorum per nouē annos, & amplius ſoluere prætermiſerat, & ſic videtur præſupponere, ꝙ per hoc non incurriſſet pœnam priuationis. Ad ſecundum de c. j. §. ſed non eſt alia. quæ fuit pri. cau. benefi. amitten. reſpondet Aluaro. ibi, ꝙ ille tex. loquitur, quādo ex illa tantum cauſa fuit conceſſum feudum, ſecus ſi datur principaliter ob fidelitatem, & vltra ob penſionem aliquam, quia penſio eſt cauſa impulſiua, & non finalis.

Tenentes primam opinionem, ꝙ cadat a feudo, reſpondēt ad §. licet vaſallus. ſi de feu. defun. content. ſit. quòd ille tex. loquitur in ſeruitijs perſonalibus, ſecus in realibus. Tertia fuit opinio Marti. Lauden. in c. 1. in princ. qui feu. da. poſ. cum diſtinctione, ita vt dicamus. Aut in infeudatione contrahentes principaliter habuerunt reſpectum ad præſtationem realē, ac redditum, ſiuę cenſum, & commodum burſale potius, quàm ad beneficium & gratiam feudi, vt in hoc exemplo. Princeps inueſtiuit te de feudo, ex quo annuatim percipiuntur mille, cum pacto, quòd annuatim ſoluantur quingenti aurei, tunc ſi ceſſaueris per triennium, poteris priuari volente domino, per doctrinas Bal. ſupra in diffinitione allegatas, videlicet in l. liberti. C. de ope. libert. in c. ſi cautio. extra, de reſcript. in c. j. de cau. poſ. & propr. Aut in infeudatione principaliter habuerunt reſpectum ad gratiam, vt in hoc exēplo. Princeps inueſtiuit te de feudo, cum pacto, quòd ei ſoluas annuatim accipit rem, enſem, vel libram piperis: tunc ſi ceſſaueris, non poteris priuari feudo, quia magis innititur gratię quàm ſolutioni, adducit quod notabiliter voluit Butr. in c. in literis. de reſtit. ſpolia. vbi dixit, ꝙ ſi aliqua caſtra dent ciuitati brauium, vel banderias, in feſto principali ciuitatis (vt eius verbis vtar) ſignificatur ſubiectio caſtrorum, & quidam honor. Quarta fuit opinio Iaſ. num. 64. qui & ipſe ſic diſtinguebat, Aut ſumus in feudo proprio, ꝙ Principem gratis conceſſo, & pro quo vaſallus tenetur ſolū ad ſeruitia perſonalia: tunc etiam ſi triennio, immo per mille annos ceſſauerit, non cadit a feudo. per tex. in d. c. j. §. licet. ſi de feu. defun. ſit controuer. & in c. j. §. ad hoc. hic finit lex Corra. & per alia iura requirentia interpellationem, & ita etiam procedit tex. in d. c. j. §. ſed nec eſt alia, quę fuit pri. cau. benefic. amitten. Aut ſumus in feudo tali, pro quo vltra ſeruitia perſonalia conuentum eſt, vt præſtetur etiam aliquid reale conſiſtens in pecunia, frumento, & ſimilibus, & tunc ſubdiſtinguit. Aut ſeruitium perſonale eſt dignius & principalius reali præſtatione, vt quia realis penſio eſſet modica, vel eſſet præſtatio enſis: aut accipitris, tunc putat iſtud eſſe verum & proprium feudum, & per conſequens de eo iudicari debere, ſicut diximus de feudo, pro quo præſtetur perſonale ſeruitium, ea ratione, quia debet attendi id, quod eſt dignius & principalius. Aut penſio realis eſt maior & principalior, quàm ſint ſeruitia perſonalia, puta quando præſtaretur magna quantitas pecuniæ vel frumenti, tunc dicit Iaſ. ꝙ feudatarius ceſſans cadit à feudo, ſicut emphyteuta, quia non eſt propriè feudum, ſed emphyteuſis, per doctrinas Bal. ſupra allegatas. Hęc opinio Iaſ. in effectu eſt eadem cum opinione Laudenſis, & mihi non probatur, dum conſtituit differentiā inter penſionem paruam, vel magnam, nam ſeruitia habēt ſpeciē ſeruitutis, & fidelitas eſt quid incorporale. c. j. de for. fidelit. & per conſequens non eſt res, quæ commenſurationem habeat cum cenſu, vt inquit Camerar. in c. imperialē, in princ. de prohi. feu. alie. per Federic. Concludo igitur, veriorem eſſe opinionem illam, quæ habet, ꝙ feudatarius nō cadat, licet ceſſauerit per biennium, vel triēnium, tum quia debet attendi ſeruitium perſonale ſiue fidelitas: tum etiam quia, quando ſunt duæ regulæ, vna affirmatiua, & altera negatiua, ſemper prędualet negatiua, niſi aliud ex cōiecturis appareat. ita communiter traditum eſſe teſtatur Soc. Iun. in cōſi. 200. vol. 1. Sed habemus regulam negatiuam in c. j. §. licet. ſi de feu. defun. ſit content. ergo non debemus attendere regulam affirmatiuam priuationis in materia emphyteuſis. Secundo naturam huius feudi eſſe dicunt, ꝙ fœmina in eo ſuccedat, quia magis emphyteuſis, quàm feudū iudicatur, quo fit, vt fœmina in eo ſuccedere poſſit, niſi tenor inueſtiturę repugnet, vt inquit Bal. in d. l. liberti. C. de oper. liber. idē Bal. in titu. de pa. Conſtan. in verbo, libellariæ, ad finem, Alexan. in l. etiam filios, ff. ſolu. matrim. & in conſi. 10. verſi. decimo probatur. volum. 5. Contraria tamen opinio eſt verior, quia feudum improprium retinet naturam proprij feudi in non alteratis, vt in ſępe allegato c. j. de feu. non hab. prop. natu. feu. ideo, ſicut non ſuccedit in feudo proprio, ita non ſuccedet in improprio.

Septimam ſpeciem feudi improprij dicunt nonnulli eſſe feudi conditionati, quod datur, & conceditur ad certum, & determinatum ſeruitium, quamuis perſonale, ad differentiam veri feudi, cuius eſt natura, vt incerta ſint ſeruitia, exemplum dant in feudo, quod datur pro aſſociando vxorē domini, vel pro filia maritanda. c. j. §. fin. quid ſit inueſtit. vel pro ſeruiendo domino in menſa, vel etiam ꝙ debeat ſeruire cū vno equo, prout dicta exempla traduntur per glo. & Docto. in c. j. §. fi. de capit. qui cur. vendid. ſed mihi non probatur hæc opinio, dū dicunt feudum eſſe improprium, quādo datur pro certo ſeruitio, cum diffinitio comprehendat ſeruitia tam certa, quàm incerta, tum etiam quia habemus regulam, ꝙ expreſſio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur. l. hæc verba. ff. de leg. j. quæ regula maximè habet locū, quādo expreſſio eius quod tacitè ineſt, eſt de neceſſitate, ſecus vero ſi ex voluntate, vt per Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. ſequitur Dec. in l. humanitatis. C. de impuber. & ali. ſubſt. Natura huius feudi duplex eſt, ſecundum Docto. Prima, qa tale feudum ſine voluntate domini refutari non poteſt, & hoc quia certorum ſeruitiorum expreſſio plus obligat vaſallum, quàm incertorum ſeruitiorum promiſſio, ſecundū

glo.

Source : BIU Cujas

glo.in c.j.in fi.de capita.qui cur. vendid.& ibi Doc. Contrarium eſt verius,ſecundum Sonsbech.par.quarta,nu.40.nam licet ad certa ſeruitia feudum nominatim detur, nō minus erit feudum,quàm ſi detur ad ſeruitium indeterminatū, tex. eſt apertus in diffinitione feudi, vt ſupra oſtendimus, ideo hæc prima natura non admittitur. Secundo eius eſt naturæ tale feudum, ꝙ vaſallus non tenetur ad aliud ſeruitium, q̄ ad ſpecificatum in conceſſione feudi, ſecundum gl. in d.c.j. de capit.qui cur.vendid.nec mirum,quia contractus ex conuentione legē accipiunt.l.j. §.ſi conuenit.ff.depoſi. l.contractus.ff.de reg.iur.cum ſimilibus. vnde dominus paciſcendo cum vaſallo, videtur voluiſſe recedere a diſpoſitione legis, & contentare de eo,quod fuit deductum in pactum. l. cum ita.ff.de condit.& demon.l.quæſitum.§.idem reſpondit. & l. cum de lanionis. §.cum fundus. ff. de fun.inſtru. inſtrumentoque lega. & ita concludit Iacob. de Sancto Georg. in ſua inueſtit.in verbo,& promiſerunt.nu.28.ſed hæc opinio mihi non probatur,quia licet fiat pactum, ꝙ certa ſeruitia præſtētur, etiam degenerantia a feudo, tamen non intelliguntur remiſſa illa ſeruitia, quæ veniunt ex natura feudi,argumento tex. in l.quoties. ff.de actionib. & obligat.vbi quoties lex obligationem introducit,etiam veteres actiones competūt, niſi nominatim cauerit, vt ea ſola vtamur, & ita concludit Iacob.de Ardiz.in ſua ſumma,cap.33. Iſer.& Aluar.in d.c.j. in fine,de capitan.qui cur.vendid.

A quantitate.

Altera & ſecunda feudorum diuiſio ea eſt,quæ conſideratur per accidentia, quæ quidem forma diuidēdi per illas categorias, in quas accidētia diſtributa ſunt, diffunditur, latiſſimeque patet. Primo feudum conſiderari poteſt in prędicamento quātitatis ita, vt aliud ſit magnum, aliud paruum.Magnum,an paruum ſit feudum, ex perſona & loco dignoſcitur.l.pen.ff.de condit.& demon.& ex qualitate rei,atque ſeruitij.l.Mæuia,in fi.ff.de lega.annu.Feudum exiguum eius eſt naturæ, vt iuramētum fidelitatis in eo nō præſtetur,quia non eſt veriſimile, dominum, vel vaſallum cogitaſſe de fidelitate,argumen.l.ſcio.ff.de in integ. reſtit.ita Iacob.de Ardiz.in ſua ſum. qualit.iura.debeat vaſal..fidelit. qui allegat tex.in c.de fidelitate.de capit.extraord.Corra.Idē voluit Paris de Put.de feu.re integrat.verſic.pone ꝙ Rex.vbi adducit multa pro confirmatione.l.ſcio. de in integ. reſtitu. Primo,quia pro paruis vitijs non reſcinditur contractus. l.ſi prædium.de ædil.actio. Secundo, quia fiſcus qui non poteſt donare fiſcalia, poteſt tamen donare modica, ſecundū Bal. in l.multum.de comm.rer.alienat.Tertio,quia ratione guerræ,vel peſtis non remittitur ſolutio parui cenſus, ſecundum eundem Bal.in l.j.C.de iu.emphyteu.Vnde inferunt Doctores,ꝙ in feudo exiguo fœmina poteſt ſuccedere, ita Prępoſ. & Afflic. in c.j. §.hoc autem notandum.de his,qui feud.da. poſ.Sed non placet,quia licet feudum ſit exiguum,tecipit tamen determinationem ſeruitij & fidelitatis,ſecundum qualitatem feudi.l.cum poſt.§.gener.ff.de iure do.Nec obſtat regula.l.ſcio.ff.de in integ.reſtit.quia reſpondeo,ꝙ regula procedit in his,quæ promittuntur exſpeciali priuilegio,& cōtra ius commune: ſecus eſt in his quæ conceduntur ſm ius cōe, quia in his curamus de minimis, ita Bar.in d. l.ſcio. pulchrè Iaſ.in auth.qui rem.C.de ſacroſan.eccl. qui ponit tresdecim caſus, in quibus vnus numus conſideratur. Ideo concludo etiam in feudo exiguo præſtari fidelitatem,& per cōſequēs, fœminam non poſſe ſuccedere.

A qualitate.

Fundum poteſt conſiderari in prædicamento qualitatis, tribus modis. Primo aliud ſeculare, aliud eccleſiaſticum. ſeculare eſt, qđ a Principe, vel domino ſeculari datur, licet vaſallus eſſet p̄ſona eccleſiaſtica.nam & clerici poſſunt a laico feuda accipere. c.j.§.fi.de capit. Cōra.c.j.de his, qui feu.da.poſ. Eccleſiaſticum dicitur,quod ab eccleſia,Abbatia, Epiſcopatu, & ſimilibus datur.c.i.epiſcop.vel abbat.c.ſecundo, extra de feu. licet vaſallus ſit ſecularis. Feudi eccleſiaſtici natura duplex eſt:prima,quia epiſcopus, vel prælatus, qui dat inueſtiturā, non poteſt grauare ſucceſſorem alteri det feudum poſt mortem poſſidentis c.j.qui ſucceſ.feu.da.teneant.Laici autem natura eſt contraria, quia ſi tale feudum alicui datum fuerit, poſt mortem poſſidentis eorum hæredes,ſeu ſucceſſores ratum habere debent.c.j.§.laici.qui ſucceſ.feu.da.teneant. Ratio diuerſitatis,quia in feudo eccleſiaſtico ſucceſſor non habet feudū a prędeceſſore iure hæreditario, ſed iure proprio, at in feudo ſeculari ſuccedunt tanquam hęredes, quo caſu ſuccedit regula.l.ex qua perſona.ff.de reg. iur. ſed hęc prima natura recipit tres notabiles limitationes. Prima eſt, quādo prælatus ſucceſſor non reclamaret,Laudenſ.in d.c.j.qui ſucceſ.tene.nu.5. Secunda, quando primi vaſalli conſenſus interuenit ſimul cum inueſtitura prelati,quia tunc poteſt aliū inueſtire ad prejudicium ſucceſſoris,ita Laudanſ. & Cardin. in d c.j.qui.ſucceſ.feu.da.tene. necnō & Iſer.Aluarot & Afflic. Tertia, quando eſt data licentia vaſallo teſtandi de feudo,ita Paris de Put.de feu.reintegratio.c.18.num.11.cum ſequent.pro qua opinione etiam conſuluit Franciſ.Burſat.cōſil.29. per totum, ea potiſſimum ratione motus, quia licentia iſta,eſt gratia,at gratia non expirat per obitum concedētis,ſed obligat ſucceſſorem.c.ſi cui,de prēben. in 6.c.ſi ſuper, de offic.deleg.in 6.not.Docto. in c.fi.de offic.lega. ergo, &c. Contrarium conſuluit Hier.Gabriel.in conſi.83.per totum, cuius opinio etiam mihi magis placet, quia alias poſſet indiſtinctè prēceſſor ſupplantare ſucceſſores, ſi quidem poſſet huiuſmodi licentias concedere, vt inquit Cardin. in clement.fi.de procurat.num.6.Nec obſtat,quod dictum fuit de gratia,quia reſpondeo,negando in primis aſſumptum,quia non eſt gratia proprie,ſed conſenſus, qui requiritur ratione præiudicij eius,qui conſentit,vt no.Docto.in c.imperialem. ideo non debet extendi,niſi quatenus militat ratio præiudicij,cuius cauſa requiritur,Bart.in l.centeſimis. §.fi. ff.de verbo.oblig.& ſic non debet extendi vltra vitam domini concedentis. Secundo reſpondeo,dato, ꝙ iſta licentia ſit gratia, dico, ꝙ gratia morte concedentis non expirat, conceſſa a ſummo Pont. ſed conceſſa ab inferiore, expirat, præcipuè, quando eſt conceſſa ſine cauſa & irrogat præiudicium eccleſię, & ſucceſſori, Hoſt.in c.pen. de cleri.non reſident. & ibi Butr. Anchar.& Imo. qui hanc dicit eſſe communem opinionem,& latius cæteris id explicat, & no. Doc. in c.fi.ne p̄la.vic.ſuas.vbi Butr.poſt Innoc. declarat, licentiam a prælato conceſſam ſine cauſa,non eſſe realem, & per cōſequens non obligare ſucceſſorem,videte Hier.Gabriel.in alleg. conſil.83. vbi pulcherrimè defendit hanc partem. Secunda natura feudi eccleſiaſtici eſt, ꝙ prima inueſtitura non poteſt alterari in deteriorem conditionem eccleſiæ. ita Iacob. de Beluiſ.in c.j.de his,qui feu.da.poſ.& ibi etiam Aluar. qui dat exemplum, quando feudum fuiſſet conceſſum pro maſculis tantūm,nam non poſſet extendi ad fœminas. facit tex.in argumentum,in c.j.§ profecto. de lege Conrad. ubi qui habet feudum,nō poteſt alii dare, niſi ea lege, qua ipſe habet, ita vt ſi ipſe habeat pro ſe,& maſculis, non poteſt alteri concedere pro maſculis & fœminis.Aliud exemplum poteſt dari, quando prælatus vellet diminuere ſeruitium. Secularis autem feudi natura eſt, quòd prima inueſtitura poteſt alterari ad præiudicium concedentis, ſecus ad præiudicium vaſalli.cui ius eſt quæſitum. quod diximus de feudo eccleſiaſtico,quod prima inueſtitura non poteſt alterari, intelligatis, quando alteratio fieret in præiudicium eccleſiæ, ſecus ſi ex tali mutatione appareret de commodo ſuo, ita in terminis Pau.de Caſt.in conſi.138.in primo dubio,volum.j.Secundo in prędicamento qualitatis adhuc conſiderari poteſt Feudum,aliud Regale,aliud non Regale. Regale dicitur, quod a Rege,vel Imperatore recognoſcitur, habens annexam dignitatem Ducatus,Comitatus vel Marchionatus,c.j.de feu. March.Doc.& Com. Non regale dicitur, quod vel ab inferioribus a Principe recognoſcitur, vel etiam ab ipſo Principe,ſed tamen nō habet annexam dignitatem,c.j.ver.qui vero a Principe.Quis dic.Dux,March.& Com.c...de his, q̄ feu. feu.da.poſ.vbi Aluar.& alij. Regalis feudi natura triplex eſt. Primo,quia in feudo regali nemo ſuccedit,niſi ab Imperatore,vel Rege,de nouo per inueſtiturā acquiſierit. d.c.j. de feu. March.Duc.& Comit.hodie atmen vſurpatum eſt, quod & in eis datur ſucceſſio.c.j.in fi.de alie.feu.& glo.in d.c.j.de feu. March.plus dico vobis,ꝙ datur in his regalibus ſucceſſio in infinitium,vnde ſi moriatur tota domus Regia, & extet aliquis de antiquo ſanguine, dato ꝙ eſſet in milleſimo gradu, ſuccedet,ita no.Bal.in d.c.j.§.fi.de feu.March.& ibi Aluar.& Laudenſ.exclamat pro ſingulari.

Secundo,eius naturę eſt feudum Regale, & nō diuiditur, ſed vnus tm̄ admittitur,& reliquis prouidetur, c.j.§.præterea ducatus,de prohib.feu.alie.per Feder.ſed & hoc hodie de cōſuetudine in aliquibus locis aliter obſeruatur, licet in multis Italiæ locis ſeruetur ius feudorum, ideo dicit Bal. in d.c.j. de feu.March.ꝙ in feudis regalibus ſiue dignitatis,conſuetudo præcipuè eſt attendenda.

Tertio eius eſt naturæ tale feudum Regale, ꝙ ſi controuerſia orta fuerit de tali feudo, ſolus Princeps de eo cognoſcit, excluſis Paribus, etiam quando res concernit ipſum Principem,c.j.apud quem, vel quos controuerſ.feu.diffi. c.j. in princip.de le. Corra. quod ſecus eſt in feudo non regali, in quo Pares iudicant,& dominus ſemper excluditur,quando cauſa

Source : BIU Cujas

do cauſa eum concernit, c.j. an apud iudic. vel cur. domin. iuncto d.c.j.apud quem,vel quos, cõtrouerſ.feu.diff. & d. c. 1.de le.Corra.ſed hic opportunè quærit Bal. an Imperator, vel Rex poſſit alienare caſtra ſui imperij & regni, ita vt ſucceſſori quoque pręludicet? Pro parte affirmatiua,quòd poſſit alienare,conſiderat.

Primo,ꝙ contractus Principis habet vim legis.l.Cęſar. ff. de publ.l.pen.C.de donat.inter vir. & vxo. l.bene a Zenone. C.de quadrien.præſcrip.

Secundo,quia Imperator concedit ſummas dignitates. l. probatorias.C.de diuerſis offic.lib.12.ergo etiam earum territoria concedere poterit.Pro parte negatiua,ꝙ non poſſit, conſiderat ꝙ Reges in ſua coronatione iurant,ſe nihil diminuturos.c.intellecto.extra,de iureiu.nimirum, ſi tales gratię & conceſſiones plerunque pręſumũtur ſurreptitiæ. l. vnica. C.de his,qui a princip.vacationem, acceper. lib.10. Vos pro reſolutione ita diſtinguatis, aut Princeps in totum alienat res ſui imperij,a ſe abdicando omne dominium, iuriſdictionem,& dignitatem,& non valet alienatio,etiam ſi iuramẽto firmata fuiſſet,de ea non reuocanda.d.c.intellecto, de iureiu. Aut non alienat in totum, ſed ita vt retineat directum dominium,ſuperioritatem & dignitatem, vt fit,quando cõceditur in feudum, & tunc aut infeudatio fit de quota Imperij,ſiue Regni,puta de dimidia,de tertia, & de quarta parte,adhuc non valet.d.c.intellecto,& ibi Doc. aut non fit ſuper quota, ſed ſuper aliqua re certa, & tunc aut fit ſæpius, aut non:ſi ſæpius,vt ſi daret nunc vnam ciuitatem,nũc aliã, adhuc non valet, quia tenderet in magnam diminutionem iuriſdictionis, per ea quæ notantur in c.grandi, de ſupplen. negligent.pręlat.in 6.ſi non fit ſæpius, tunc aut alienatur aliqua res prætioſa, puta inſignis aliqua Imperij ciuitas, ſiue ducatus,adhuc ſolus Princeps non poteſt ſine cõſenſu Principum,& ſtatuum Imperij,argum. eorum, quæ dicit Archi. in c.cum redemptor. 12.q.2.aut res non eſt vſque adeo pretioſa,nec diminuit iuriſdictionem imperialem, & tunc valet alienatio,ita ꝙ ſucceſſori in Regno, vel Imperio pręiudicat,per tex.in c.j.qui feu.dare poſ.& in c.j.de natu.feu.& hoc referas etiam ad alienationes Epiſcoporum, & Ducum. ſed vltra Bal. quęro ego, an quilibet paterfamilias etiam priuatus,poſſit dare feudum, Bal.in c.j. §.Marchio. & ibidem Aluarot.& alij, de his qui feu.da.poſſ. inclinant omnes in partem affirmatiuam,ꝙ poſſit. mouẽtur per tex.in c.j.per quos fiat inueſtit. vbi noui feudi inueſtitura, non poteſt fieri ab eo,qui nõ habet rerum ſuarum adminiſtrationem. ſed hęc opinio mihi nunquam placuit,neque nunc placere poteſt: mouet me, ꝙ totus titulus, de his, qui feu. da. poſ. loquitur de Marchionibus, Comitibus, & alijs dignitate præditis. dę priuatis autem nullum verbum. ergo,&c.

Secundo,res in feudum dare, Vaſallos habere, continet dignitatem, quia qui habet vaſallos, iuriſdictionem in eos exercet,vt in toto libro feudorũ videre licet: ſed iuriſdictio non competit,niſi data ſit a Principe, qui eſt tanquam fons, a quo alij tanquam riuuli deſcendunt, vt dicunt Docto. in l.j.ff.de offic.ei.ergo &c.Non ob.tex.in c.j.per quos fiat inueſtit.reſpondeo,quod ex verbis negatiuis non licet ſumere argumentum a contrario ſenſu,ſecundum Docto. in dicta l.j. de offi.eius.Ratio,quia negatiua nil ponit ineſſe, vt ibi alias diximus.

Tertio,& vltimo,in prædicamento qualitatis poteſt conſiderari feudum,aliud nobile, aliud ignobile: nobile poteſt conſiderari,vel reſpectu Principis dantis, vel reſpectu rei in feudum conceſſæ. ſi conſideretur reſpectu Principis dantis, feudum dicitur nobile, etiam ſi non habeat annexam dignitatem,quia a Principe confertur.c.j.quis dic. Dux, Com. & March. & ibi Docto. ſi conſideratur reſpectu rei in feudum conceſſæ,tunc tres gradus nobilitatis conſiderantur. Nobile,minus nobile,aliqualiter nobile. Nobile dicitur proprie, omne feudum regale, vt feudum Ducatus, Comitatus, & Marchionatus,d.c.j.de feu. March. & hi,qui illa ſuſcipiunt, dicuntur Duces, Comites, & Marchiones, & Regni etiam Capitanei. c.j. quis dic. Dux,Com.& March. Minus nobile dicitur, quãdo iſti habentes feuda regalia inueſtirent alios, nam iſti ſic inueſtiti a Ducibus,vel Comitibus,aut Marchionibus,conſequuntur dignitatem,ſed non tantam:& vocantur maiores valuaſores,& etiam Capitanei, ſed non Regni, vel Regis,d.c.j.in princ.de his,qui feu.da.poſ.& ibi Aluar.Aliqualiter nobile dicitur, quando habentes feudum minus nobile inueſtiunt aliquem inferiorem, qui dicitur minor Valuaſor,ſeu Valuaſinus.d.c.j.de his, q feu.da.poſ.& ibi Aluarot.& c.j.quis dic.Dux, March. & Com. Animaduertatis tamen,quia Docto non faciunt differentiam, an quis ſit infeudatus de feudo cum vaſallis,vel ſine,ſed Luc.de Pen.in l. mulieres.C.de dignit.lib.12.dicit, quòd nobilitas non quæritur ex feudo, in quo non ſunt vaſalli, & recte. Præcipuum namque verę atque conſpicuę nobilitatis eſt, habere ſubditos,& vaſallos & dicit Iſer.in c.j.quis dic.Dux,March. & Comes ꝙ feudum nobile eſt,quando conceditur terra,Caſtrũ, vel aliud habens vaſallos:Ignobile igitur feudum dicitur ruſticum,quod non tribuit nobilitatem:ſed an poſſit dari feudum ad aliquod ſeruitium incondecens? dicendum eſt ꝙ ſic,vt voluit Iſer.in c.ſi quis deceſſerit, ſi de feu.def.fuer.cõtr. vbi dicit,ꝙ ſi quis obligat ſe ad aliquod ſeruitium incondecens,ſibi debet imputari, de qua dubitat Sebaſt. Neapoli. in conſuetud. Neapolit.tit.quib.In reb. hab. locum quar. concord.27. relatum eſt mihi, in Francia eſſe nonnulla feuda, pro quibus vaſalli tenentur mittere par vnum chirothecarum,per baiulum,quod non eſt ſine dedecore vaſalli.

Arelatione.

In prædicamento Relationis conſiderari poteſt Feudum ligiũ, & non ligium. Ligium eſt, in quo iuratur fidelitas contra omnes, nullo excepto, quod non conceditur, nec ſuſcipitur niſi ab eo,qui ſuperiorem non recognoſcit.non ligium dicitur, qñ in iuramento aliquis excipitur,& iſtud conceditur, & ſuſcipitur ab eo,qui ſuperiorem recognoſcit, ita Bal. & Iaſ.hic, in ſeptima diuiſ.poſt alios,quos refert.de feudo ligio,nullibi in iure fit mentio, pręterquam in capitulis extraordi. Corra. quæ diximus eſſe apocripha,& carere legis auctoritate.Quare totam iſtam,de ligiis, aut non ligijs diſputationem fictã, & commentitiam eſſe arbitratur Hoto.diſputat.cap.ſept.At quia in iure Pontificio habemus textum expreſſum in clement.paſtoralis.§.rurſus. de ſen.& re iudic. vbi fit mentio de homine ligio, in verſic. homoque ligius.ideo credidit Italicum eſſe hoc vocabulum, deductum a liga, quaſi ligius ſit idem,qui ligatus eſt,ideſt immediate iunctus, ſiue ſit vaſallus,ſiue etiam ſit dominus, vt ex multis auctoribus ibidem probauit. vtcunque ſit, colligite, ꝙ in hoc feudo ligio duo requiruntur,primum ex parte concedentis, alterum ex parte recipientis,ex parte concedentis requiritur, ꝙ non recognoſcat ſuperiorem,adeo ꝙ nõnulli dixerint, videri impoſſibile,ꝙ detur feudum ligium,niſi a Papa:quoniam licet aliquis iuret fidelitatem Imperatori, nemine excepto, tamen ſemper intelligitur exceptuata auctoritas ſummi Põtificis, qui eſt maior Imperatore.c.venientes.de iureiur.c.ad apoſtolicę.de re iudic.in 6.clemen.vnica,de iureiu. At Martin.Laudenſ.in c.j.in princ.de his,qui feu:da.poſ.voluit,ꝙ feudum ligium dicatur non ſolum in Papa,ſed etiam in Imperatore, & Rege,per tex.in c.j. §.fi.de prohib. feud.alien. per Federic. Non ob. ꝙ in iuramento intelligitur exceptuata auctoritas ſummi Pontific.quia reſpondeo,ꝙ aliud eſt,ꝙ quis excipiatur expreſſe,aliud ꝙ tacitè, ideo feudum ligium dicitur, qñ nullus expreſſe nominatim excipitur, licet tacitè plures intelligantur a lege exceptuati.Ex quo infero, ꝙ feudum ligiũ erit ſi cõcedatur a ſummo Pontifice, Imperatore,Rege Galliæ,Hiſpaniæ,Poloniæ,& ſimilibus. ex parte etiam recipientis requiritur,ꝙ & ipſe nõ recognoſcat alium ſuperiorem, niſi eum, a quo habet feudum ligium, quales ſunt Duces, Marchiones, & Comites Imperij Romani, qui neminem alium ſuperiorem recognoſcunt,quàm Cęſarem,ideo ſunt ligij vaſalli Imperatoris:& propterea ſi vaſallus iurauerit fidelitatem domino,a tali iuramento intelligitur exceptuata patria,& communitas ſua, glo. in c.de forma, in verſic.honeſtum.22.q.fin.& in cap.petitio,de iureiur.Bal.in c.j. de no. for.fidelit.vbi allegat tex.in c.j.§.ſi verò.qualit.vaſal.iur.fidelit.qui tex.probat de Principe. dicitur enim ibi, quòd ſi quis ideo iurat fidelitatem,non ꝙ habeat feudũ, ſed quia ſit ſub iuriſdictione eius cui iurat,vitam,membrum, mentem, & eius rectum honorem cuſtodire iurabit: non ſecus igitur q̃ patriã,quis Principem reuerebitur & defendet, cum ſit omnibus communis parens,vt dicitur in Auth.neque virum.in fi.ex quo ſequitur,ꝙ ſubditus tenetur potius ſeruire ſuo Principi,quàm domino,ratione feudi, quod ſenſiſſe videtur Capi.in ſua inueſt. feu.in generib. feudorum,in ver.ligium,vbi ſaluabat D.Alphonſum de Sancto Seuerino, qui partes Regis Chriſtianiſſimi ſequutus fuerat contra Regem Catholicum, cui ſacramẽtum præſtiterat ratione feudi.No.quia eſt pulcherrimus caſus.Ligij feudi natura multiplex eſt, ſecundũ Doc.primo in feudo ligio poteſt quis eſſe vaſallus vnius tantum. impoſſibile enim eſt,duos eſſe dominos inſolidum vno,eodemque iure.l.ſi vt certo. § ſi duobus vehiculum. ff. cõmoda.At in feudo non ligio poteſt quis eſſe vaſallus duorum,vel plurium,ſecundum glo.in d.clem.paſtoralis.de ſen ten.& re iudi.& dicit Bal.in c.inter dilectos.extra de fi.inſtrumen.nu.9. quod in feudo ligio quis non poteſt duobus dominis ſeruire,quia qui non eſt cum eo,eſt contra eum.l.cæli colarum.C.de ludę.At in feudo nõ ligio, vaſallus poteſt ſeruire

uire duobus dominis. primo, ſeruiendo de perſona, ſecundo autem de caſtro. No. tamen, quia dum diximus, ꝙ quis non poteſt eſſe ligius duorum, intellige a principio, ſecus tamen ex poſt facto: nã vaſallus poteſt habere duos ligios dominos ex vno fonte, ita Bal. in c. ceterum. extra. de iudic. num. 7. argumen. l. cui fundus. §. fin. ff. de conditionib. & demonſt. vbi, ſi cui ſub conditione legatum eſt, omnis numerus, qui in eius locum ſubſtituitur, pro ſingulari perſona eſt habendus. ſequitur Iaſ. hic, nume. 110 qui poſt Ioan. Andr. in addit. Specu. in §. quoniam, de feu. dat aliud exemplum, etiam quando eſſent ex diuerſo fonte, dummodo ex poſt facto contingat, propter accidens ſuperueniens, prout etiam dubitari poteſt ſuper eo non videatur inſiſtere Ioan. Andr. ſed potius valde dubitare de primo exemplo, quomodo duo ligii ex eodem fonte peruenire poſſint, cum imperia & Regna ſint indiuiſibilia, & per conſequens non poſſit dari caſus, in quo duo poſſint eſſe domini ligij ex eodem fonte prouenientes. No. tamen, quòd licet quis regulariter non poſſit habere duos dominos ligios, attamen dominus poteſt habere plures vaſallos ligios poſt ſe ita Bal. in dicto cap. ceterum. de iudic. & refert Iaſ. nume. 109 Nunc pone, quòd Titius eſt vaſallus non ligius duorum, inter quos dominos mouetur bellum, quæritur, cui auxilium præſtare teneatur vaſallus. In hac quæſtione ſunt tres opiniones. Prima eſt quorundam, qui indiſtinctè concludunt, ꝙ neutrum iuuare teneatur. Mouentur ex duobus. primo, quando vna res debetur duobus, qui circa eam conuenire non poſſunt, alter per alterum impeditur. l. quoties. ff. de vſufruc. vbi ſi vſusfructus legatus ſit Titio & Męuio, alternis annis, prius Titio, deinde Mæuio datur: ſi vero duo eiuſdē nominis fuerint, niſi conſenſerint, vter prius vtatur, inuicem ſe impedient, ſed iſte vaſallus ſpectat ad vtrunque, & ipſi conuenire non poſſunt, ergo ipſe erit excuſatus, donec inſimul conueniant. Secũdo, nemo poteſt duobus dominis ſeruire, quin alterum offendat, cap. clericus. 21. q. 1. ne igitur vnum iuuando, videatur alterum offendere, conſultius eſt neutrum iuuare. Alia & ſecunda eſt opinio quorundam, dicentium, quòd vtrunque iuuare teneatur pro viribus feudi: mouentur & ipſi ex duobus: primo, licet difficile ſit vtrique ſeruire, tamen iſta difficultas non vitiat obligationem, quia cauſa difficultatis pertinet ad incommodum promiſſoris & vaſalli: non autem ad impedimentum ſtipulatoris, ſiue domini feudi. l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. ergo &c.

Secundo, quia etiam quis ſimul & ſemel poteſt duobus dominis ſeruire, tex. in l. duorum, cum ibi. no. ff. de oper. libert. & ſi quis diceret, illum textum procedere in ſeruitijs compatibilibus, Reſpondeo, quòd & hæc ſeruitia erunt compatibilia, ſi vni ſeruiat de perſona, alteri vero de pecunia. Tertio eſt opinio quorundam dicentium, hoc caſu locum eſſe gratificationi, exemplo ſerui, qui ſi viderit duobus dominis imminere periculum mortis, ſi vtrumque liberare non poterit ſatis eſt vnum liberare, quem elegerit, & reſpectu alterius excuſatur. l. ſi quis graui. §. ſi cum omnes. ff. ad Senatuſconſul. Sylla. vos breuibus dicatis, quòd de rigore iuris, vaſallus duorum tenetur eum iuuare, cui primo fecit homagium, cum in homagiis ſequentibus vaſalli iurare debeant adiecta clauſula, excepto iure prioris domini. hoc probatur per tex. ad literam, in capit. 1. §. fin. & ibi Bal. infra hic fin. lex Corra. & eſt tex. in ca. imperialem. §. illud quoque. de prohib. feud. alien. per Feder. facit in argumentum tex. in l. in operis. ff. loca. Tutius tamen, & ęquius eſſe ait, dominum antiquiorem, cui primo factum eſt homagium, iuuare perſonaliter, alium verò, cui ſecundo fecit homagium, iuuare per ſubſtitutum, & in hoc non videtur delinquere contra priorem dominum, cum vaſallus hoc non faciat animo nocendi, ſed cauſa ſibi ipſi conſulendi, ne ſcilicet feudum a ſecundo domino amittat. ita decidit Specul. in §. quoniam, verſic. 12. quæritur, in titu. de feu. Bal. in l. j. §. ne autem. C. de caduc. tollen. & alibi. Sit igitur concluſio, vaſallũ non ligium, eſſe poſſe duorum, ligium autem non poſſe, niſi vnius tantum. Secundo, eius eſt naturæ feudum ligium, ꝙ ſuper eius controuerſia, ſi oriatur, etiam inter dominum & vaſallum, ſolus dominus cognoſcere debet, licet alias Pares curiæ cognoſcere ſoleant, c. j. §. præterea, de prohib. feu. alienat. per Federic. Bal. in d. c. cæterum de iudic. Nec mirum, quia hęc feuda locum habere non poſſunt, niſi in Imperatore, Rege, vel Papa, qui ſuperiores non habent. Alij enim vaſalli, a quocunque acceperint feuda, ſemper neceſſe habent in fidelitate excipere, vel Papam, vel Imperatorem, vel Regem ſuũ. d. c. j. §. fin. de prohib. feu. alien. per Federic. & c. j. de no. for. fidelita. Tertio, eius naturæ eſſe volunt hoc feudum ligium, quòd omnia bona vaſalli, etiam non feudalia, in poteſtatem domini veniant, dummodo illa non recognoſcat ab alio in feudum. at in feudo non ligio, dominus habet iuriſdictionem limitatam in bonis, ſcilicet feudalibus, & non in aliis, ita Specu. in d. §. quoniam, de feu. verſic. 17. quem ſequitur Laudenſ. in cap. j. de his, qui feu. da. poſſ. ſed ſequatur quiſquis volet, noſtro palato non ſapit, nam nullo iure probatur, & nulla ratione ſubſiſtit, ſed ſola Speculatoris auctoritate nititur, quę eſt probabilis, non neceſſaria, iuxta tradita per glo. in l. j. ff. de legib. & ita reprehendit Sonsbech. par. 4. nu. 26.

Quarto adhuc tale feudum eius eſt naturę, quòd licet vaſallus feudum refutare poſſit. c. j. de vaſal. qni controuer. conſ. Loth. tamen in feudo ligio, non eſt locus pœnitentię, ita Bal. in d. c. cæterum, de iudic. ſed hanc opinionem improbauimus in precedentibus, quia militat eadem ratio, & multo maior, non repeto, ne recoctam cramben (vt eſt in prouerbio) ad menſam reponere videar.

Quinto dicunt adhuc, tale feudum eius eſſe naturę, quòd fœmina in feudis non ſuccedat, tamen in feudo ligio ſuccedere poteſt, ita idem Specu. in d. §. quoniam, de feu. verſic. 21. & ibi Ioan. Andr. in addit. ſed & hęc opinio, ſicuti ſuperior, nullo iure probatur, ideo Iaſ. credidit eam procedere, & habere locum, quando appareret de tali cõſuetudine, & ita fuit de mente eiuſdem Specul. dum ibi dixit, quòd in aliquibus partibus eſt hęc conſuetudo, & tunc concluſio eſt de indubitabili.

Aloco.

In prædicamento loci, poſſunt conſideri feuda de curte, & extra curtem. De camera, & de caneua. de curte dicitur, quando dominus habet curiam in aliquo caſtro, vel villa, & ipſe concedat aliquam partem illius villę in feudũ. extra curtem dicitur, quando dominus non habet curiam vel domũ, ſed habet ſolummodo poſſeſſiones. ita Aluar. hic, in 14. diuiſ. feudum, quod in curte domini vaſallus habebat olim eius erat naturæ, quòd non poterat pars ſine cõſenſu domini alienare, c. j. §. fi. quibus mod. feu. amitten. feudum autem extra curtem, ſine conſenſu domini poterat alienari, dummodo ibi diſtrictum, vel honorem, non habuiſſet d. c. j. §. fin. quib. mod. feud. amit. & c. j. de alie. feu. quę tamen hodie ſunt correcta, cum omnis alienatio ſit prohibita. c. j. de prohib. feu. alie. per Lothar. & c. j. de prohib. feud. alie. per Feder.

Secundo eius eſt naturæ feudum de curte, quòd ſi dominus aliquid ſibi reſeruauerit in ea curte, tunc ſi feudo aliquid accreuerit per alluuionem, erit domini: ſi nihil reſeruauerit, erit vaſalli. c. 1. §. ſi quis de manſo, ſi de inueſt. feu. fuer. contro uerſ. ſed hoc idem habet locum, etiam in feudo extra curtē, ideo venio ad aliud feudum de camera, vel caneua. de camera dicitur, quando Princeps cõcedit aliquid recipiendum de ſua camera, exemplum ponit Aluar. in c. vnico, de feu. cogn. in hac ciuitate Paduæ, vbi eſt locus qui appellatur camera, ad quam eſt deputatus officialis, qui camerarius, ſeu quęſtor appellatur. De caneua eſt, quando Princeps concedit aliquid recipiendum de ſua caneua, exemplum dat Aluar. ibid. in eccleſia cathedrali huius ciuitatis, in qua eſt locus, qui appellatur canipeta. horum feudorum triplex eſt natura.

Primo quòd morte dantis extinguantur ſecundum Aluar. Iac. de Beluiſ. in c. j. de no. feud. quod ego falſum eſſe puto cũ Sonsbech. par. quarta, num. 35. & ſequen. in c. j. §. ſi verò vaſallus. quid ſit inueſtitu. vbi tex. expreſſe dicit, iſta eſſe recta feuda. ex quo tex. no. etiam aliam & ſecundam naturam iſtorum feudorum, quòd ſcilicet vaſallus dicatur eſſe in poſſeſſione eorum, ſi bis, vel ter, ſoluta fuerint illa annua, quæ ex camera, vel caneua, debentur.

Tertio, & vltimo, eius ſunt naturæ, quòd ſi camera, vel caneua, penuria præmerentur, vaſallus debet expectare donec ſolui poſſit, tex. eſt in c. 1. de no. feu. in princ. & tunc ceſſante neceſſitate, fiet ſolutio, etiam pro tempore preterito, pro quo ceſſatum fuit, ſecundum Iſer. in c. j. de feu. March. argumento eorum, quæ dicimus in ſimili, quòd ſcilicet in præſtationibus annuis ſterilitas vnius anni compenſatur cum fertilitate. l. licet. C. loca. l. legatum. §. j. ff. de annu. legat. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. obligat.

Atempore.

A tempore, poteſt deduci feudum, aliud nouum, aliud antiquum. nouum dicitur, quod de nouo acquiſitum eſt, & habuit initium in perſona inueſtiti. c. j. qui teſt. ſint neceſſar. ad proban. no. in ueſtit. Antiquum dicitur, quod ab aſcendentibus quęſitum. eſt Paternum adpunt nonnulli, immo ferè omnes, quod acquiſitum eſt a patre, auo, proauo, abauo, vel atauo incluſiuè, ita ꝙ antiquum ſit quæſitum per aſcendentes, ſed vltra quartum gradum, & ſic ante atauum. hanc differentiam ponit glo. in c. j. de ſucceſſ. feu.

Source : BIU Cujas

feu.Quam differentiam,dicit hic Bal.ſumptam eſſe ex.l.Iuriſconſultus.ff.de gradib.cognat.§.parentes.vbi parẽtes, proprio vocabulo,vocantur omnes vſque ad tritauum: vlteriores autem ſupra tritauum,maiores appellãtur : liberi verò vſque ad trinepotem dicũtur :inferiores autẽ,inf.trinepotem,poſteriores nuncupãtur. ſed hęc differentia mihi nunquàm placuit, neque nunc placere poteſt, nam ſemper credidi, & adhuc in eadem ſententia permaneo, quòd parentes dicantur, etiam vltra trinepotem,de parentibus eſt tex.clarus,in l.quiq;. §.parentes.ff.de in ius vocan. vbi Caſſius, omnes in infinitum parentes dici putauit,quod ẽt probat ibi Vlpianus. de liberis eſt tex.in l.ſed ſi hac.§.liberos.ff eo.titu vbi idem Caſſius, liberos vltra trinepotem accepit,prout parentes vltra tritauum. de liberis & parentibus ſimul & ſemel, eſt tex. clarus in l.j.§.generaliter.ff.de legat. præſtan. vbi parentum & liberorum appellatio extenditur in infinitum,& ita tenendo non ob. tex. in d. l.Iuriſconſultus.§.parentes. ff.de gradib. quia ille tex.dicit, ꝙ parentes poſt tritauum,liberi poſt trinepotem non vocantur proprio,& ſpeciali vocabulo, ſed non ſequitur propterea, ꝙ non dicantur parentes, & liberi. hic eſt verus intellectus d. §. parentes, quem poſtea inueni apud Soc. Iun. in l.filiusfamilias. §.diui. de leg. j. num. 25. & gauiſus ſum concurriſſe cum tanto viro, eodem modo ſicut parentes dicuntur ſupra tritauum, ita maiorum ſignificatio, in patre, & auo verificatur, tex. eſt peregrinus in l.ſi cohortalis, in ver.maiorum ſuorum. C.de cohort.lib.12.vbi cohortalinus,vel cohortalini filius,ad nullam poteſt aſpirare fortunam, cui maiorum ſuorum exempla pręiudicant. facit etiam tex. in l.lex quæ tutores. C. de adminiſtra.tutor.vbi tutori non licet vẽdere domum, in qua pater defecit,minor creuit,& in qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulſas videre, ſatis eſt lugubre, per quę iura egregiè conſuluit Oldrad.in conſi.25.quòd conſtitutiones Pontificũ, in c.is qui, & in c.licet pater. de ſepul.in 6. quibus cauetur,defunctos in ſepulchro maiorum ſuorum tumulari debere,intelliguntur, vt potius in patris & aui conditorium deferantur,quàm in eorum,qui antea fuerunt, quod & obſeruandum erit,ſi Principis edicto vnuſquiſque in ea vrbe habitare compellatur,in qua maiores ſui nati ſunt,tametſi alij aliter ſenſerint, videte Iaſ.in l.quarta. §.prætor. ff. de in ius vocan.Alciat.in l.appellatione parentis. ff.de verbo. ſignification.Feudum nouum eius eſt naturæ, ꝙ in eo non ſuccedunt,neque aſcendentes, neque collaterales, ſed tantum deſcendentes illius primi acquirentis.c.vnico,infra de natu. ſucceſ.feud.cap.vnico,de ſucceſ.fratr. & de fratri.ſuccedẽt.in feu. Antiqui autem,ſeu paterni, ea eſt natura, quòd tam deſcentes, quàm collaterales in eo ſuccedunt, dumtamen a primo acquirente originem traxerint,d.c.vnico,de ſucceſ.feu.d.c.j.de ſucceſ.fratr.& ita decidunt Bal.& Iaſ.hic in tertia diuiſ. Aluarot.in ſexta.

Secundo eius eſt naturæ feudum nouum, quòd non acquiritur ſine inueſtitura.c.j.quib.mod.feud.conſtitut.poteſt. & talis inueſtitura debet fieri coram Paribus curię. c. j. quid ſit inueſtitu.& hoc ſi habet Pares: ſi verò non habet,ſufficiunt extranei.c.j.§.quod autem. de cõſuetud.rec.feu.cum ſimilibus. Antiqui autem feudi natura eſt, quòd non quæritur inueſtitura,ſed ſucceſſione.c.j.de feu. March.ſufficit enim ſolam reuocationem inueſtituræ fieri, & hoc etiam ſolis extraneis teſtibus adhibitis.c.j.primo reſpon.qui teſt.ſint neceſſ.ad nou.inueſt.proband.& hæc renouatio priorem feudi naturam non mutat,ſecũdum Bal.hic,in quinta. diuiſione, ſed mouet hic D.Iaſ.vna quæſtionem,quam dicit eſſe notabilem,& tam vtilem,quàm vlla alia in vſibus feudorum eſſe poſſit, quid ſi dominus concedat feudum de nouo, & in inueſtitura dicit, ꝙ ſit vel cenſeatur paternũ,ſiue antiquum: vtrum pet talia verba,feudum,quod in rei veritate eſt nouum, mutet ſuam naturam,& feudi antiqui ſiue paterni naturam acquirat, ita ꝙ non extantibus deſcendentibus poſſit deuolui in collaterales? Bal.in c.j.de alienat.feu.pater.ſimpliciter tenet quòd aſſumat omnes qualitates feudi paterni,ſiue antiqui, argumento tex.in l.quicunque.C.de om.agro.deſer. lib.11. vbi noua emphyteuſis,propter conceſſionem Principis,ita pertinet ad emphyteutam,acſi ex auita,vel proauita ſucceſſione ad eum peueniſſet. ergo illud idem dicendum erit propter conceſſionẽ domini in feudo nouo,cum bonum ſit argumentumi ab emphyteuſi ad feudum,& è contra.

Secundo, feudum regulatur ſecundum tenorem inueſtituræ adeo quòd ex pactis ſpecialiter adiectis, etiam natura feudi mutetur. exemplum,contra naturam feudi eſt, vt fœmina ſuccedat,tamen ſi id ſpecificè inter dominum & acquirentẽ actum eſt,ſit feudi capax.c.j.§.fin.quid ſit inueſtitu. ergo idem videtur dicendum in quæſtione noſtra,ꝙ ſcilicet feudum nouum mutet ſuam naturam,& acquirat naturam antiqui feudi,propter ſpecialia pacta,& tenorem inueſtiturę. Et ita decidit Aluar.in c.j.de vaſal.decrep.ætat. Contrariam opinionem tenuit Oldr.in conſi.177.quem refert hic Iaſ.pro qua opinione faciunt infraſcripta argumenta.

Primo; Nam ſi feudum re vera eſt antiquum,certum eſt,ꝙ propter talem inueſtituram non mutat ſuam naturam,vt nouum fiat,ſed remanet antiquum.c.j.de vaſal.decrep.ætat.ergo & ècontra, ſi feudum vere eſt nouum non poteſt dici, quòd acquirat naturam paterni,ſeu antiqui quia contrariorum eſt eadem diſciplina.Inſtit.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur. & l.j.ff. eod.titu.

Secundo,licet dicatur in inueſtitura, quòd tale feudum ſit antiquum,tamen hoc ſimulatum eſt,re vera enim eſt nouũ. ſed regulam habemus, plus valere, quod in veritate agitur, quàm quod ſimulatè concipitur,vt per titulum. C.plus valere,quod agit.ergo &c.

Tertio,& vltimo facit,nam ſunt quædam perſonæ,quę feudum antiquum concedere poſſunt, nouum autem non poſſunt,vt ſunt prelati eccleſiarum,c.2.extra.de feu.Si per huiuſmodi verba,in feudum antiquum & paternum, &c. nouum feudum mutaret ſuam nàturam,& fieret antiquum,ſequeretur,quòd illæ prohibitæ perſonæ, in fraudem iuris ſæpe concederent noua feuda,ſub ſpecie antiquorum, quod eſſet abſurdum,& inconueniens eccleſijs, ergo &c. Vos pro reſolutione iſtius quæſtionis diſtinguite, ex mente Doctorum omnium.Aut is,qui concedit feudum nouum, cum illis verbis, eſt talis perſona,quæ ex iuris diſpoſitione, de nouo liberè poteſt infeudare,quales ſunt Imperator, Principes, Duces, Marchiones,Comites,& alij ſeculares, & tunc per illa verba (ſit vel cenſeatur antiquum) fit mutatio noui feudi, & acquirit naturam antiqui,ita quòd in eo,tam deſcendentes,quàm collaterales, ſuccedere poſſunt, & ita decidit Bal. & Iaſ. hic, in tertia diuiſ.& in hoc caſu intelliguntur iura & rationes, pro prima opinione adductæ,aut concedens in feudum cum verbis, de quibus ſupra,eſt talis perſona, quę de nouo infeudare non poteſt,vt Epiſcopus,vel prælatus eccleſiæ, & tunc diſtingue.Aut illa verba, Inueſtio te tanquam de veteri feudo,ſunt poſita in antiquo inſtrumento,& tunc cenſetur feudum antiquum. propter antiquitatem enim omnia præſumuntur vera & ſolennia,ſecundum no.per Cyn.Bal.& alios, in l.emancipatione.C.de fide inſtrum. Bar.& Iaſ. in l.admonendi. ff. de iureiur.Aut illa verba ſunt poſita in inſtrumento nouo,& nõ eſt dubium,quòd non cenſeatur antiquum, per regulam. l. ſi forte,& ibi no.Bart.ff.de caſtren.pecu. in l.qui teſtamentum. ff.de probat.l.cum quis decedens. §.Titia honeſtiſſima. de legat.3.vbi habetur, quòd verba narratiua non probant inter eos,qui non poſſunt libere diſponere,ſed prælatus non poteſt de nouo concedere, ſed antiquum renouare, &c. Amplio, etiam ſi concurrat cum prelato ipſum capitulum, nam prelatus etiam cum toto capitulo non poteſt de nouo infeudare,niſi ſumma neceſſitate, ſiue vtilitate ſuadente, & ſeruata forma,de qua in c.nulli.de reb.eccle.non alien. Amplio, etiã ſi epiſcopus,& capitulum iuraſſent ſic eſſe,ſicut in inſtrumento continetur,ſecundum Iaſ.hic,& rectè,contra Bal.in tertia diuiſio.quia iuramentum prelati, non dat robur contractui celebrato cum eccleſia,vt inquit Bal.in c.1.§.item ſacramenta,infra de pa.iura.firman.& hanc opinionem,quòd in prohibitis non ſit ſtandum aſſertioni etiam iuratæ, ex multis probat Tiraquel.in l.ſi vnquam. in verbo,donatione largitus.nume.79. Alioquin eſſet liberum cuique legem fraudare iuramento interpoſito,contra l.ſi quis inquilinos. §.vltimo. ff. de legat.j.vbi legatum contra bonos mores, non valet, etiam ſi factum fuerit cum iuramento.Quæro adhuc, Quid ſi feudũ, re vera erat antiquum,& ſit facta inueſtitura,tanquam de nouo feudo,an remaneat antiquum,prout erat, an verò efficiatur nouum? Videtur dicendum, fuiſſe alteratam naturã feudi antiqui, & effectum eſſe feudum nouum,per nouam conceſſionem. primo,quia contrariorum debet eſſe eadem diſciplina, iuribus ſupra allegatis:ſed feudum nouum, conceſſum iure antiqui,efficitur antiquum,vt ſupra oſtendimus. Ergo econtra,feudum antiquum conceſſum iure noui,efficitur nouum,ad hoc vt contrariorum ſit diſciplina.

Secundo pro hac parte videtur tex.in c.j.an agna. vel fil. in fi.vbi dominus poteſt inueſtire filium de feudo antiquo, tanquam de nouo,& in c.j.de eo, qui fin.fec.agnat. vbi ſi aliquis refutauerit feudum,vt dominus eum de nouo beneficio inueſtiat,ſecuta inueſtitura;nouum eſt feudum. Contrariam tenentiam puto veriorem, quòd immo tale feudum remaneat antiquum, per tex.in c.j. de vaſal.decrep.ætat. vbi ſi vaſallus decrepitę ętatis refutauit feudum in manu domini,vt Seium, &Sempronium filios ſuos inueſtiret.facta inueſtitura,ſi vnus eorum deceſſerit ſine legitimo hærede,feudum iudicatur paternum,& non nouum,& ita per illum tex.tenet ibi Bald.Aluar.etiam in c.j.an agnat. vel fil. & eſt communis opinio, vt atteſtatur Tiraquel.de vtroque retra.§.32. glo.1.nume.34.42. Crot.etiam in l.ſi is qui pro emptore.num.87.ff.de vſucap. &

ita

ita tenendo, adducta in contrarium facile tolluntur. Ad primum,quòd contrariorum ſit eadem diſciplina, Reſpondeo, quòd argumentum non procedit, data diuerſitate rationis inter vnum caſum & alium,quia de nouo feudo facere antiquum,non fit præiudicium tertio, ſed de antiquo facere nouum fit præiudicium agnatis, quibus eſt quæſitum ius ex veteri inueſtitura,vt conſiderat Cur.par.j.quæſt.8.nu.8.cum ſeq. & ſic militat diuerſa ratio,ideo nō eſt idem ius ſtatuēdū, l.illud.ff.ad l.Aquil.l.à Titio.ff.de verbor.obligat.cum ſimilibus. Ad ſecundum,de cap.j.an agn.vel fil. Reſpōdeo quòd ille tex. dicit,quòd poteſt inneſtire tanquam de feudo nouo, agnatis cōſentientibus.c.j.de eo,qui finem fec.agnat.dum dicit, quòd ſecuta noua inueſtitura eſt nouum feudum, intelligitur quo ad ipſum refutantem, vt ibi animaduertit glo. Pręterea concludo, remanere feudum antiquum. Quid modo, ſi vaſallus committat culpam,per quam feudo priuari debeat, & dominus remittat culpam,an feudum remaneat antiquum, an efficiatur nouum? videte Tho.de Mari.de feu.ex pac.& prouid. antiquo, tit. 2. num. 25. an autem feudum præſumatur antiquum vel nouum, eſt ſatis perplexa quæſtio inter Feudiſtas. ego vt rem clarius exponam,conſidero tres caſus.

Primus, quando vaſallus reperitur in poſſeſſione feudi, & dominus, qui cum illo contendit, aſſerit feudum eſſe nouum: tunc domino incumbit onus probandi, duplici ratione.

Primo,quia poſſeſſio tribuit vaſallo præſumptionem. l.circa. ff.de probation.

Secundò,quia ille probare debet qualitatem qui in ea fundamentum facit.l.habebat.ff.de inſtit.actio.l.denunciaſſe. §.j. ff.ad l.Iul.de adulter.Hunc primū cauſum probat Bald. in c.j. ſi de feu.fuer.controuerſ.int.dom & agnat.

Secundus eſt, quando dominus eſt in poſſeſſione feudi & vaſallus contendit, feudum eſſe antiquum, tunc vaſallo incumbit onus probandi, illud feudum eſſe antiquum, prædictis rationibus, de quibus in præcedenti caſu, atque ita ſentit Aluar.in d.c.j. ſi de feu. fuer. contro. Hi tamen duo caſus debent intelligi, quando poſſeſſio, vel vaſalli,vel domini, non eſt vitioſa, quia quando eſſet vitioſa, perinde eſſet, ac ſi non poſſideret,ita Crauet.de antiquit. tempor.par.vltima, num.7.

Tertius & vltimus eſt caſus,quando neuter eſt in poſſeſſione, tunc affirmanti feudum eſſe vel nouum, vel antiquum, incumbit onus probandi, ita Aluar. in c.j. §.vlt.de ſucceſ. vel grad.ſucced.in feud.

Ab Habitu.

In prædicamento habitus poteſt conſiderari feudum aliud hæreditarium. Aliud ex pacto & prouidentia. Aliud mixtum Quę nomina fuerunt inuenta à Pileo, & Bulgaro Gloſſatoribus,& ideo hæc diſtinctio dicitur magiſtralis, nō textualis.hęreditarium ſimpliciter eſt,quā do conceditur pro quibuſcunque hæredibus: & tunc, adhoc vt quis in tali feudo ſuccedat,ſufficit quòd ſit hæres,nec requiritur alia qualitas,ita dicit Bal.in l.cum virum,num. 21. C.de fideicommiſ.idem Bald.in c.imperialem,in princ. nume. xix. de prohib.feu.alie. per Feder. voluit, quòd vaſallus taliter inueſtitus, poterit feudum legare etiam extraneo, quia legatarius in re legata cenſetur quodāmodo hæres. l.id tempus. §.j. ff.de vſucapion.& eſt.cōmunis opinio,vt teſtatur Cur. vltima par.3.par.princip.quæſt.11. Clar. de feud. quæſti.9. vbi multos allegat,& Oſac.deciſ.161.nume.6. vbi dicit, quòd de eo iudicatur, prout de alijs rebus hæreditarijs. contrarium tamen, quòd dicta verba reſtringantur ad habiles,tenuit idem Bal.in c.j.§.donare, qual. olim feud. poter. alien. & ibidem Cardin Alexendri. ſequitur Alex. conſ. 30. volum. j. ego autem cordiā inter has duas opiniones comprecari poſſem ita, vt dicamus, quòd ſi ſint verba geminata, procedat prima opinio, puta ſi dictum ſit, pro te, tuis & quibuſcunque hæredibus:ſi verò verba non ſint germinata, procedat ſecunda opinio,puta ſi dictum fuerit,prote, & quibuſcunque hæredibus, quod videtur eſſe de mente Iacobini de Sancto Ceorgio, in ver.& quibuſcunque hæredibus,nu.3.per tex. in c.j. de feu.nō haben.propr.natu feu.

Secundò, feudum ex pacto & prouidentia ſimpliter eſt, quando conceditur pro filijs, vel liberis, vel deſcendentibus, nulla facta mentione hæredum,& tunc,ad hoc vt quis in tali feudo ſuccedat,ſufficit,ꝙ ſit filius,vel deſcendens à primo inueſtito,nec requiritur,quòd ſit hæres, hęc eſt communis opinio,vt teſtatur Iaſ.in l.ſi poſt mortem, num.j.ff.de lega.j. & in conſi.56. in fi.vol.j. Iul.Clar. dicta quęſt.9. Quam intelligunt nonnulli,procedere in agnato,ſecus in filio,qui debet eſſe hæres patris,per tex.in c.1.an agnat.vel fil.vbi agnatus,repudiata hæreditate, feudum paternum retinere poterit: filius autem non poteſt hæreditatem repudiare, & feudum retinere, ſed aut vtrunq; retinere,aut vtrūque repudiare. pro qua opinione Ioan.Andr.in addit.Specul.in tit.de feu.verſi.32. quæritur, affert duas rationes diuerſitatis,inter filium, & agnatum. Prima eſt,quia āgnatus non recognoſcit, neque habet feudum ex beneficio agnati mortui, nec ex ſucceſſione ſua, ſed potius ex prouidentia legis,vel Principis, quod ſecus eſt in filio.

Secunda eſt, quia filius conſequitur feudum medio patris, a quo ortum habet, & eſſe ſuum: vnde ſtrictius tenetur defendere honorem patris, quam agnatus, qui non oritur ex alio agnato:eſt enim iniuria defuncto,non habere hęredem, Inſtit.quib.ex cauſ.manu. non lic. §. j. Contraria tamen opinio eſt magis communis, quam ſequitur communis Legiſtarum ſchola, vt ex multis probauit Oſaſc. deciſ. Senatus Pede. 162.num.5.pro qua adducit iura infraſcripta, in argumētum tamen:primo tex.in l.vt iuſiurandi §.ſi liberi. ff.de oper.liber. vbi,ſi liberi patroni ex inęqualibus partibus ſunt inſtituti, tamen pro æqualibus partibus habent operarum actionem.Secundo adducitur tex. in l.ſi operarum iudicio. ff.eod.de oper. liber.quo loci habetur,quòd ſi patronus deceſſerit,non tranſmittit petitionem operarum ad extraneos hæredes, ſed bene ad ſuos, licet non ſint hęredes. Tertio facit tex.in l.ſi arrogator fidei arrogati committat, vt quandoque reſtituat quartam,non oportet admitti fideicommiſſum.quia hoc non iudicio eius ad eum prouenit,ſed principali prouidentia. Quarto eſt optimus tex. in l.quodcunque.§. ſi quis ita. ff.de verbo. obligat.in quo §.decidit,ꝙ ſi quis ita ſtipulatus ſit (poſt mortem meam,filię meæ dari) filiæ vtilis actio competit,licet hæres ei non exiſtat.Quinto adhuc facit tex.in §.optimum. Authen.de exhib.reis. vbi filij præferuntur creditoribus, in militiis vt eas habeant, non tanquam paternam hæreditatem, ſed tanquam Imperialem munificentiam.& ita tenendo,poſſumus faciliter reſpondere rationibus diuerſitatis adductis p Ioan.Andr. inter filium & agnatum. Nam prima ratio differentiæ,quòd agnatus non recognoſcat feudum ex beneficio agnati mortui,ſed prouidentia legis & Principis, ita vendicat ſibi locum in filio,ſicut in agnato: quandoquidem filius feudum antiquum & paternum ab alio anteceſſore,quàm a patre quæſitum,recognoſcat, & habet ex pacto & prouidentia concedentis,& primi acquirentis,non autem iudicio, & volontate patris defuncti,ita glo. in dicto tit. an agnat. vel fil.in ver.repudiare,& in c.j.§.hoc quoque, de ſucceſ.feu. Non obſtat ſecunda,quòd filius potius teneatur,quàm agnatus, quia reſpondeo, quòd lex conceſſit beneficium abſtinendi etiam ſuis,Inſtit.de hęred.qualit.& differ.§.ſui. & eadem lege concedente cautum eſt,filium non hæredem ad debita patris non teneri, l.j.2.& 2. C.ne fil.pro dat. & ita reſpondet Oſaſc. dicta deciſ.162.num.6. ex quo ſequitur, filium poſſe reuocare alienationem fendi ex pacto & prouidentia factam per patrem, cum non ſit hęres patris alienantis,ſed primi acquirentis limita hanc concluſionem, non habere locum in feudo nouo, quęſito per patrem,ita Iſer. in c.j.in princ. de alienat.feu. pater.per illum tex.qui prohibet alienari feudum paternum,ex pacto, & prouidentia ſine conſenſu filij, qui eſt proximior agnatus l.fin.de ſuis & legit. ergo in nouo feudo videtur concedere alienationem ſine conſenſu ipſius filij, argumen. l. cū prætor.ff.de iudic.facit regula l.nil tam naturale.ff.eod.tit.ſublimitat tamen idem Iſer.hanc limitationē, niſi feudum fuiſſet conceſſum patri contemplatione filij, quia tunc filius poterit reuocare alienationem feudi noui, ſiue hoc conſtet expreſſe,ſiue ex coniecturis,vel quia dominus eſſet conſanguineus filij & non patris,argumē.l.Procula.ff.de probat. l.virū. ff.de donat. int.vir. & vxor. vel quia filius fuiſſet obſequioſus domino, argumento l. ſi vero. §.inde Papinianus. ff. manda. vel eſſet ſocius & amicus domini,& pater,non,argumen. l. ſi fortè.ff.de caſtr.pecul.& hæc ſufficiant, quò ad feudum ex pacto & prouidentia.Tertio,eſt feudum,nec ſimpliciter hæreditarium,nec ſimpliciter ex pacto & prouidentia, ſed mixtum, quod participat de vtroque, & iſtud eſt, quando conceditur pro ſe & hæredibus,& tunc requiritur,quòd ille,qui vult in tali feudo ſuccedere,ſit filius & hæres, & ſic quòd in eo vtraque qualitas concurrat,& in hoc caſu procedat tex.in c.j.an agna. vel fil.ita Iacob.de Beluiſ.in c.j.de eo,qui ſi.& hæredib.An autem oporteat eum, qui vult ſuccedere in huuſmodi feudo eſſe hæredem vaſalli, vltimo loco defuncti, an autem ſufficiat eum eſſe hæredem primi acquirentis, in hoc videtur altercatio,& quidem maxima inter Docto. At meo iudicio,diuerſa ſcribunt,& non contraria.Aliqui enim tenent, oportere, ꝙ ſit hæres vaſalli vltimo loco defuncti, & hanc dicit eſſe communem Cur. Iun. in conſi.138. nu.24. Aliqui autem tenent, oportere, quòd ſit hæres primi, mediate vel immediate, vt voluit Alexan.in conſi.10.num.8.volum.3.conſi.26.nume.9. vol.5:& ſic iſtæ opiniones,quæ pugnare videntur, reincidunt in idem,

Source : BIU Cujas

in idem, quandoquidem ille, qui eſt hæres vltimi, eſt etiam primi mediante perſona ſuorum progenitorum. Nec poteſt dici hęres acquirentis immediate, cum alios habuerit hæredes. Sit igitur concluſio, quòd in feudo hęreditario filius debet eſſe hęres patris, ac ēt vltimi vaſalli defuncti. illud tamen ſciendum eſt, ꝙ ſi filius beneficio inuentarij hæreditatem patris adierit, licèt in hęreditate nil remanſerit, quia ob creditorum molem exhauſta fuerit, tamen retinebit feudum, quamuis hæreditarium, ex priuilegio inuentarij, nam hæres conficiens inuentarium, hoc conſequitur, ꝙ actiones & obligationes ſuæ contra defunctum non confunduntur. l. fi. C. de iu. de lib. ita Iſer. Aluar. & alij, in c. 1. an agnat. vel fil. dicentes, hoc modo eſſe ſatisfactum legi, quę requirit filium eſſe hæredē, ſequitur Iacob. de Sancto Georg. in ver. ita ꝙ ipſi inueſtiti. nu. 8. Zaſ. in 8. par. ſui tract. nu. 10. ex quo infero, ꝙ ſi filius adierit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarij, poterit petere feudum antiquum, etiam hæreditarium, non obſtāte renuncia patris. ita in terminis decidit, Bal. in l. qui ſe patris. C. vn. libe. & licet Alexand. in conſ. 19. & in conſ. 28. vol. 5. videatur intelligere dictum Bal. in feudo ex pacto & prouidentia, idē tamen Alex. in conſ. 24. vol. 4. conſ. 13. & conſ. 26. vol. 5. intelligit etiam in feudo hæreditario, acquiſito pro ſe & hæredib. quod probat Dec. in ſuo pulcherrimo conſilio 185. in 2. dubio. Notate, quia hic eſt vnus caſus, in quo hæres nō tenetur ſeruare factum defuncti, quando. ſ. aliquis eſt hęres cum beneficio legis & inuentarij, licet regula ſit incontrarium, in l. cum à matre. C. de rei vendicat. Secundus eſt caſus, quando alienatio eſſet inualida, puta, quia feudum eſſet alienatum ſine conſenſu domini, nam tunc hæres non tenetur ſeruare gesta per defunctum, ita dicit Iſer. in c. imperialem, in prin. de prohib. feu. alie. per Federic. c. 1. §. donare. qual. olim feud. poter. alien. cōſuluit Soc. in cōſ. 79. nu. 47. vol. 4. Tertius eſt caſus, quando alienatio eſſet contra legis prohibitionem, quia tūc hæres non tenebitur habere ratum factum defuncti, ita egregiè conſuluit Bal. conſ. 161. vol. 5. vbi in ſpecie cōcludit, quòd hæres poteſt contrauenire facto defuncti in eo, quod diſpoſuit contra prohibitionem l. hac edictali. C. de ſecun. nupt. Quartus eſt caſus, quando defunctus non reliquit hęredi id, quod neceſſario hęres debebat conſequi, nam tunc hæres poterit impugnare factum defuncti. l. 2. C. de inoffic. donat. & ibi glo. quæ dicit hoc eſſe mirabile. Quintus eſt, quando defunctus voluit fraudare hæredem iure ſibi debito, quia tunc hæres admittitur contra actum à defuncto explicitum. ita egregiè Bal. in conſ. 215. vol. 2. vbi voluit, ꝙ non obſtante inueſtitura patris & aui, facta in fraudem primæ reſtricta ad maſculos tantum, cum tamen etiam fœminæ vocarentur in prima, filia poterit ſuccedere in feudo etiam hæreditario, ſequitur Iaſ. in conſi. 56. vol. 3. ver. quarto ad idem facit. Sextus eſt caſus, quando hæres veniret ex propria perſona, quia tunc cō tra factum defuncti eſt audiendus, & admittendus. Pau. de Ca. conſi. 197. verſi. item tertio, vol. 2. Craue. conſi. 200. num. 7. vbi plures allegat, qua de re etiam Tiraquel. de vtroq; retrac. §. 1. glo. 9. nu. 47. cum ſeq. hos caſus obſeruauit Tho. Gramatic. deciſ. 93. nu. 8. cum ſeq. Thob. Non. conſi. 2. nu. 2. 11. 12. 13. 14. Mō ad concluſionem ſupra firmatam redeo, quæ eſt, ꝙ filius debet acceptare feudum & hæreditatem paternam, aut vtrumque repudiare. hæc concluſio limitatur multis modis.

Primo enim intelligitur; quando ad filium aliquid peruenire poteſt de hæreditate paterna: alioquin ſi nihil in bonis habet pater, & alienaſſet feudum, tunc filius admitteretur ad illud, quamuis nihil de bonis hæreditariis haberet, ita dicit eleganter Iacob. de Beluiſ. in c. Titius. ſi de feu. defun. fuer. controuerſi. ſequitur Bal. in l. cum ſecundum. C. de fideicommiſ. Iacob. de Sancto Ceorg. in dicto ver. ita ꝙ ipſi inueſtiti. num. 4. & ſi quis dixerit, non ne filius præſumitur hęres, iuxta illud dictum Apoſt. Filius, ergo hęres, tamen dico, ꝙ vera eſt concluſio, quando filius agit, & ſic ad commodum eius præſumitur hæres. Secus, quando conuenitur, quia tunc oportet agentē probare, filium eſſe hæredem, doct. eſt Bart. in l. cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matrim. Bal. in l. 1. in fi. C. commu. de leg. Secundo intelligitur cōcluſio, quando filius poteſt habere hæreditatem patris, vel ex teſtamēto, vel ab inteſtato: alioquin ſi eſſet inſtitutus in re certa, vel ſolum in legitima, alio vniuerſali hærede inſtituto, tunc licet filius non dicatur hæres patris. l. quoties. de hæred. inſtit. tamen poterit habere feudum paternum, ita Iaco. de Beluiſ. & Iacob. Aluar. in d. c. 1. an agn. vel fil. & hoc caſu filius non tenebitur reſpondere creditoribus hęreditariis. Idem dicit Bal. in d. c. 1. an agna. vel fil. quando filius eſſet præteritus in teſtamento paterno, nam adhuc ſuccedet in feudo paterno, nec cogetur annullare teſtamentū paternum, quia nullum eſt, in eius fauorem. l. filio præterito. ff. de inju. rup. irritoque teſtam. ergo poterit renunciare huic iuri ſuo. l. ſi iudex circumuento. ff. de minor. Idem in exhęredato a patre dicendum eſt, quia non obſtante exhęredatione, poterit habere feudum auitum, ſecundum Iſer. in c. 1. de ſucceſ. feud. Aluar. in d. c. j. an agna. vel fil. Iacob. de Sancto Geor. in dicto verſic. ita ꝙ ipſi inueſtiti, num. 5. & ibi num. 6. infert, quòd ſi vigore ſtatuti filia excluditur ab hæreditate paterna, & pater haberet feudum, quod tranſiret ad fœminas, poſſet filia habere feudum, quamuis eſſet excluſa ad hæreditate paterna, quod fuit de mente Bal. & Aluar. in d. c. 1. an agna. vel fil. Tertio limitatur, quando filius viuente patre renunciaſſet hęreditati cum iuramento, quod facere poteſt, vt habetur in cap. quamuis. extra de pac. in 6. Nam tunc mortuo patre poterit habere feudum paternum quamuis renunciauerit hæreditati paternæ, ita Bald. in d. c. 1. an agna. vel fil. dicens quòd iſta cautela non fuit ab alijs adinuenta, vel excogitata. Differentias inter feudum ex pacto, & prouidentia, & hæreditariū, 33. ennumerauit Frec. de ſubfeu. Bar. lib. 3. 135. Liuius Margarita, ſecundum Iſer. relatus a Sebaſt. Neapod. concordantias autem 36. compilauit idem Sebaſt. Neapodanus in conſuetu. Neapolit. in quib. reb. habet locum quarta, ad quos vos reijcio, vbi ſitim explere poteritis.

FINIS.

TRACTATS

IOANNIS THOMAE

DE MARINIS CAPVANI

IVRECONSVLTI,

De Generibus, & qualitate Feudorum.

PROOEMIVM.



ORBEM Terrarum, quem homines inhabitant, Deus Opt. Max. ex ſua condidit natura, illumq; mirabili arte compoſitum, ex ipſius largitate primo hominum parenti, ſuoque generi hæredibuſue, fruendum tradidiſſe cō ſtat, vt legitur in Geneſi cap. primo. Pro tanto beneficio, nil tributi nomine impoſuit, ſed hoc ſolum petiit, vt Benficiarij homines, pura mente, ac toto corde, Deum ipſum, & dominum diligerent, colerentque. vt ſcribitur Exodi cap. 20. At ipſius mundi Reges, nil Deo ſimilius, quàm omnibus prodeſſe, conſpicientes, feuda, beneficiauè, (quorum noſter erit ſermo) bene merentibus elargiri conſueuerunt, ſub duris tamē conditionibus, pactisque arctioribus, & fidelitatis, & ſeruitiorum aliorumque onerum, quę diligenter obſeruari oportet, ne ipſa beneficia amittētur, vt ſcribit Obertus Ortenſius, in tit. de feu. ſine cul. non amit. & in tit. per quos fiat inueſti. §. fi. & in ti. in quib. cau. feu. amit. §. ſed non eſt alia iuſtior. & in tit. q̄ fuit pri. cau. benef. amit. & in tit. de forma fidel. & in ti. de nou. form. fidel. Qui Obertus de Orto, (Mediolanenſis vt ipſe aſſerit in c. j. in prin. q̄ fuit pri. cau. benefi. amit. c. j. in princ. de feu. cogni. legiturq; apud Andream, in prælud. feu. in prin. nu. 17.) vna cum Gerardo Capagiſtro, ex vſu Mediolanenſi, & alijs nonnullis conſuetudinibus, feudalia ſcita, iuri quidē ciuili incognita, ſatis quidē notabiliter, ſed ſine ordine, & modica rei latinæ puritate tradita congeſſit. vt in c. 1. ſi de feu. vaſal. ab aliq. interp. & in c. j. §. ſimiliter ſi quis. & in §. ſi contentio, & in §. ſimiliter feudū, de Capita. qui cur. vend. & in c. 1. de feu. cog. & in c. 1. de feu. da. in vic. leg. com. & in c. j. hic finitur lex. & in c. j. de feu. fœm. & in c. j. qui teſtes ſint neceſ. ad proban. nouā inueſt. & in c. j. §. ex eadē lege, de lege Corradi, & in §. ſimilier. eo. tit & in c. j. an mutus vel alias imperfectus: quamuis etiam extent nonnullæ Imperiales Conſtitutiones feudales editæ ab Imperatore Corrado I. ſecundum aliquos, vel a ſecundo, qui Romam ingreſſus a Ioanne XX. Pōtifice in Imperatorē vnctus, rebellantes Longobardos per varia Italiæ loca, ac maxime per Venetias, paſſim & vbique deprædantes, repreſſit atque contriuit, prout Euſebius Cæſarienſis, de tēporibus teſtatur, vbi etiam Corradi primi, tertijque meminit. c. j. in fi. qualiter olim poter. feu. alie. c. j. §. cum vero Corradus. de his qui feu. da. poſ. & in cap. j. de capit. Corradi, & in capit. 1. de lege Corra. Nec non a Lothario I. vt in c. 1. tit. Imperator Lothar. Et a Lothario. III. vt in cap. j. de prohib. feu. alien. per Lotha. & in cap. j. in princ. qualiter olim poter. feu. alien. & in c. j. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. feu. alien. & in cap. j. qui ſucceſ. tene. & ſimiliter ab Henrico V I. Federici primi filio, vt in titulo de pace conſtan. & in capitu. j. quot teſtes ſint neceſ. ad

Source : BIU Cujas

ceſſ.ad proban. feu.ingrati. vt ſcribit Eguinarius Baro dictis in locis,etſi in Methodo, de iure benefic. in titu.de conſtitutio.ad beneficia pertinentibus,fol.xiii.Henricum primum ipſius tituli,quot teſtes ſint neceſſ.authorem quidem non rectè aſſerat prout Aluaro. ibidem aduertit, idque verum credo, poſtquam hic Henricus V I.eſt ille quem Cæleſtinus Tertius ſua pontificali coronatione in paſchali ſolẽnitate celebrata, poſtridiè Romę coronauit,anno 1192.fuitq; Quintus Romanorũ Rex,ſicq; præfatus refert Euſebius. Et ab Herinco V I I. vt in ti.qũo in leſæ maieſta.crim.proce.& in titu.qui ſint rebelles,prout ſimiliter ex dictis præfati Baronis,in præallegato titulo de conſtitutio.ad benefic.pertinent,manifeſtè colligitur. Nec non a Federico primo.c.imper.de prohi.feu.alie.per Fed. & in lege hac edictali,de pace tenenda,& iuramento firmanda, & in alio titulo, de pace tenenda, & eius violatoribus, & in dicto titulo de pace conſtantiæ,quem cum præfato Henrico V I. eius filio edidit, qui etiam tulit legẽ q̃ in Codicem Iuſtiniani relata eſt ad tutelam Scholarium pertinentem,cuius caput eſt habita.C.ne filius pro patre.ac etiam titulum,quæ ſint Reg. ſecundum Aluaro.in titulo de pace tenẽ. Et ſimiliter à Federico.II.vt in titulo de ſtatu.& conſuetu.cõtra liber. Eccleſiæ editis, & in authen. Caſſa.C.de ſacroſanct. eccle.etſi non rectè Andreas legem illam Federico primo attribuat,in titu.de ſtatu.contra liberta.eccleſiæ editis, ſi quidẽ ex ipſius inſcriptione a ſecundo Federico cõditam fuiſſe colligitur,qui etiam Cõſtitutiones regni huius promulgauit.Harum ergo feudalium conſuetudinum, ipſarumque materiæ, iuris prudentiæ ſtudioſis vtiliſſimæ, nec ſatis hactenus ab omnibus explicatæ,tractaturus, aliqua pro ipſius cognitione non quæſtus,non gloriæ comparandæ cupiditate ſtatui recen ſere,omiſſis ijs,quæ minime neceſſaria viſa ſunt.Hoc eſt quid ſit feudum? & vnde feuda dicta ſunt?Et an feudum ſit gratia? Et ſi nomen feudi,& vaſalli,eſt de iure Romano,vel nouum? Et quis ſit vaſallus? & vnde dicatur?Et an liber feudorum ſit auctenticus?Et an Conſtitutiones feudales ſint locales? Et an ſeruandæ ſint etiam in foro eccleſiaſtico, ita vt ligent etiam perſonas eccleſiaſticas, & quare fuerunt in ſcriptis redactæ.Et an ius feudi veniat ex nouo ſcripto. Et an per auctoritates ſacrę ſcripturæ poſſint cauſæ feudorum decidi & determinari? Et an iura feudorum ligent omnes gentes & Reges terræ? Et an contractus feudalis, ſit contractus per ſe nominatus, vel Emphyteuticus, ſiue Cenſualis? Et an iura feudorum poſſint allegari in alia materia quam feudali? Et an in conſuetudinibus feudorum ſit licitum ſumere argumentum à contrario ſẽſu,& an leges Longobardicæ ſint allegabiles ad deciſiones cauſarum? Et an capitula extraordinaria, quæ ſæpius à Doctoribus allegantur,ſint auctentica?Et quid ſi ī materia feuda li ius canonicum diſcrepet à ciuili, cui ſit ſtandum? Et quod nomen habeat liber feudorum,& an recognitio feudi ſit contractus, & ſi eſt bonæfidei, vel ſtricti iuris? Et quæ fuit cauſa efficiens. Quæ formalis. Quæ materialis. Quæùe finalis libri feudorum? Quæ tanquam conſuetæ prefationes fuerunt diffusè ſcripta ferè per omnes,& antè,& poſt Iſerniam in prę ludiis feudorum: propterea in præſentiarum ſolum intendo tractare,quot & quæ ſunt genera,ſeu ſpecies, vel vt alii dicũt diuiſiones, vel diuerſa nomina feudorum, ſecundum ſubiectam materiam, vel ab aliquo euentu introducta, vt inquit Curtius j.parte,quæſt. 8.numero 1.nec non de eorum natura & qualitate. Ego autem hic appello genera feudorum ſequutus Iureconſultum in l.3.§. genera poſſeſſionum.ff.de acquir. poſſeſſio.& Iacobum de Ardizone patrem feudorum appellatum in titulo quot ſunt genera feudorum, & ſimiliter Iuriſconſultum in titu.de rerum diuiſione & qualitate. Vnde per quiſitis & antiquis,& modernis Codicibus,in hac dẽſa feudorum Sylua, collegii centum & decem genera, ſiue nomina feudorum multis incognita, quæ ſparſim magno labore, ſummiſque vigiliis inuenire potui,quę prius enumerabo prout potero, non enim continuabitur vna Rubrica ad aliam, ad inſtar feudalium Rubricarum,quamuis in uanum laborauerint Iacobus de Beluiſo, (qui octo vicibus legit librum feudorum,vt referunt Bald.in proœmio feudo.col.3. & Iacobus Aluaro. in capitu. j. in princip.j. colum. de his qui feud. dare poſſunt.)& poſt dictum Iacobum,quidam alii,in continuandis dictis rubricis, quæ ſecundum me non recte continuãtur, quemadmodum minime cõtinuari potuerunt Rubricæ Nouellarum Iuſtiniani Conſtitutionum,nec ll.Codicis,ut nota. in l.ſecunda.C.de pet.bon.ſublat. Quibus enumeratis de vnoquoque feudorum genere, ponam particularem rubricam, demumque pro ipſius interpretatione aliqua ſcribam prius de natura,& qualitate ipſius feudi,& deinde aliquas quæſtiones vtiles,quotidianas, & neceſſarias, ſiue diffusè,ſiue breuiter,prout ſubiecta tituli materia patietur, ac pro mei parui ingenii uiribus. Non etiam ſum Grandis, non Grandium cibus,ſed iuuenis,& indignus legum Doctor. Vnde ſi quid in hoc opuſculo dignum aliquis legerit,Omnipotenti DEO,ac Beatiſſimæ MARIAE Virgini, & beatæ Catherinæ martiri, gratias tantum tribuat,nam Spiritus Sanctus qui Deus eſt,ni ſi me docuerit,in vanũ lingua mea exterius laborabit, ut in quit beat. Gregorius in homelia penultima,quem refert An, in prelud. feud. in princip.numero xiiii.quem Andream in princip.medio, & fine tanquam Aurigam noſtrumque Ducem ſequar. Quamuis eius dicta ita obſcura,& perplexa quãdoque ſint ut ingenia hominum, & quidem eruditorum,adhuc fatigent,& torqueant,dum aliter,atq; aliter quiſq; pro ſe illa interpretetur.Sciendum eſt igitur, quòd feudum aliud eſt ex pacto & prouidentia. aliud vero ex pacto & prouidentia antiquum ſiue paternũ.aliud ex pacto &prouidẽtia nouum. aliud omnino ex pacto & prouidentia. aliud hæreditarium, aliud vero hæreditarium antiquum ſiue paternum, aliud hę reditarium nouum, aliud omnino hæreditarium, aliud habens vim hæreditarii. aliud mixtum. aliud fœmineum ſiue maternum.aliud fraternum, aliud iuris Francorum, aliud iuris Longobardorum, aliud cum fidelitate, aliud ſine fidelitate.aliud ſimplex & rectum, aliud habens propriam feudi naturam, aliud non habens propriam naturam feudi, aliud conditionatum, aliud degenerans, aliud imperſonale,aliud perſonaliſſimum, aliud de Camera, quod camerarium a quibuſdam nuncupatur. aliud cauenæ, aliud Soldatæ,aliud boſcandi, & effodiendi,aliud Guardiæ, aliud Caſtaldiæ, aliud quod tranſit ad extraneos hæredes. aliud quod ita datur, vt is habeat, & cui dederit. aliud quod non tranſit ad aliquos hæredes. aliud quod quæritur ſine inueſtitura. aliud certorum ſeruitiorum. aliud incertorum ſeruitiorum. aliud quod datur pro mercede alicuius rei. aliud habitationum. aliud curſoris. aliud emptitium. aliud non emptitium. aliud gracile. aliud honorificum. aliud corporale. aliud incorporale. aliud vſusfructus. aliud annale. aliud temporale. aliud perpetuum. aliud ligium. aliud non ligium.aliud ſubligium.aliud ſcutiferi.aliud muſicæ. aliud iurabile.aliud non iurabile.aliud aduocatiæ.aliud manuale,ſiue victuale.aliud Frãcum. aliud non Francum. aliud pagancium. aliud informe. aliud præſcriptum.aliud cãcellariæ.aliud Commiſſariæ. aliud quod tranſit ad maſculos & ad fœminas. aliud quod tranſit ad omnes qui tenent eundem gradum in ſucceſſione.aliud diuiſibile.aliud indiuiſibile.aliud ex partitione, ſiue auctoritatis.aliud quod tranſit ad deſcendentes, & collaterales. aliud quod tranſit ad maſculos tantum, quod maſculinum etiam appellatur. aliud quod tranſit ad primogenitum tantùm. aliud cambii.aliud iuriſdictionis.aliud guſtus.aliud familiare. aliud edictale. aliud decretale.aliud periculoſum.aliud regale,& dignitatis.aliud nõ regale. aliud nobile.aliud minus nobile. aliud mediocriter nobile. aliud parile. aliud ſimplex. aliud quaternatum.aliud quaternatum ſecũdum quid. aliud planum & de tabula.aliud ruſticum ſiue ignobile. De manſo.De Tænaſijs.aliud exiguum.aliud dotale. aliud paraſernale.aliud Academiæ. aliud eccleſiaſticum. aliud ſeculare. aliud decimarum. aliud Reale. aliud Caſtrenſæ. aliud quaſi.aliud de caducitate ſucceſſionis. aliud patrimoniale.aliud iuris accreſendi.aliud baliſtarium.aliud prorſus immune.aliud mercenarium. aliud in curte domini.aliud extra curtim domini. Hæc ſunt ſtudioſe Lector,de quibus ſermonem habere decreuimus.Nec in eis quòd Ciceronianam redoleat eloquentiam ſermoniſque elegantiam, inuenies vnquam. Exiſtunt enim plerique his temporibus,qui taliter ſcripta legere ſummoperè cupientes, a noſtrorum lectione iuriſprudentiæ ſtudioſos diuellere conabuntur, vt cùm de ipſorum ingenio quicquàm promere nequeant, aliena commentaria damnare ſolent. Lege fœliciter.

SVMMARIVM.

1 *Voces ex pacto & prouidentia,a feudali conſuetudine incognitæ ſed inuentę a Pileo,& Bulgaro Gloſſatoribus.*
2 *Feudum ex pacto & prouidentia,appellatur feudum paternum.*
3 *Feudum paternum capitur pro feudo hæreditario.*
4 *Non valet conſequentia, Iura appellant feudum paternum.ergo feudum paternum eſt eſt ex pacto & prouidentia.*
5 *Guiliemus de Perno,Doctor Siculus, allegatus per Decium.*
6 *Feuda ex pacto & prouidentia,feuda familiaria.*
7 *Iura allegata per Pernum non probant feuda ex pacto & prouidentia, dici feuda familiaria.*
8 *Ius ſepulchri familiaris tranſit ad hæredes extraneos.*
9 *Feuda non tranſeunt de eorum natura,niſi ad filios, & deſcendentes, non autem ad extraneos.*
10 *Feudum familiare quod fuit receptum proſe, & hæred maſculo.*
11 *Vbi ſit mentio de hæreditate,feudum cenſetur hæreditarium.*

Source : BIU Cujas

Titulo I. de feudo.

12 *Feuda ex pacto & prouidentia, feuda recta non hæreditaria.*
13 *Omnia Feuda sunt ex pacto, & prouidentia.*
14 *Quid sit pactum.*
15 *Quotuplex sit prouidentia.*
16 *Prouidentia alia diuina, alia humana.*
17 *Vox pactum, congruit priuato, vox prouidentia, Domino, seu Regi concedenti.*
18 *Vox ex pacto et prouidentia, idem importat quod pactum.*
19 *Prouidentia vt genus, pactum vt species.*
20 *Prouidentia legis tantum.*
21 *Pactum respicit etiam dominum concedentem.*
22 *Fidelitas est de natura, et substantia feudi.*
23 *Feudum datur gratia vtriusque tam domini, quam vasalli.*
24 *Lex fundi dicitur prouidentia pacti.*
25 *Prouidentia sumpta dupliciter, & legis, & domini.*
26 *Filius an possit repudiare hereditatem & cõsequi feudum, ad instar agnatorum.*
27 *Feuda ex pacto & prouidentia filiis debita, etiamsi patris hæredes non sint.*
28 *Filius habebit feudum ex pacto & prouidentia, etiamsi non sit hæres patris.*
29 *Textus in c.i. An agnatus, non procedit quando feudum fuit concessũ Titio & eius liberis, secundum Baldum.*
30 *Filius non potest repudiare hæreditatem allodii, & feudum retinere.*
31 *Defunctus afficitur iniuria, non habens hæredem.*
32 *Agnatus non oritur ab agnato.*
33 *Filius non habet feudum ex pacto & prouidentia a patre, sed a genere.*
34 *Filius non debet esse hæres patris in feudo ex pacto & prouidentia, sed in allodialibus tantum.*
35 *Hæres tripliciter in materia feudali.*
36 *Filius in feudo ex pacto, hæres in feudo.*
37 *Verbum debet, importat aliquando honestatem.*
38 *Filius in feudo nouo ex pacto & prouidentia, & in feudo hereditario debet esse hæres in feudo.*
39 *Filius in feudo ex pacto antiquo, non confecto inuentario erit hæres etiã in ipso feudo.*
40 *Verbum debet, importat necessitatem.*
41 *Filius in quibus casibus sit deterioris conditionis quam agnatus. & num.* 42.43.44.
45 *Feudum ex pacto, proprium feudum.*
46 *An feudum in dubio censeatur hæreditarium, uel ex pacto & prouidentia.*
47 *Inuestitura facta Titio tantum, an sit censenda personalis uel realis.*
48 *Primæua natura feudorum, durabant feuda ad uitam tantum fidelis.*
49 *Animi intentio declaratur, quando quis primus consueuit aliquid facere, & postea omisit illud facere.*
50 *Persona hæredis non venit, nisi sit expressa*
51 *In dubio, concessio est censenda realis.*
52 *Feudum in dubio hæreditarium iudicabitur.*
53 *Feudum in dubio ex pacto & prouidentia.*
54 *Feudum in dubio debet dici proprium, & rectum.*
55 *Feudum ex pacto & prouidentia, rectum feudum.*
56 *Feudo simpliciter concesso Titio, an veniant fratres ipsius Titii.*
57 *Frater Titii, an veniant in concessione facta Titio & hæredibus ipsius Titii.*
58 *Feudum simpliciter concessum Titio secundum ius Regni nostri, hodie intelligitur esse concessum.*
59 *Forma non apparente, illa debet præsumi quę est de consuetudine.*
60 *Forma consuetudinaria non præsumitur nisi probetur.*
61 *Feudum concessum secundum solitas inuestituras Regni, censetur feudum mixtum.*
62 *Feuda ex pacto & prouidentia, hæreditaria reperiuntur, & quæ sint.*
63 *Feuda omnia etiam hæreditaria veniunt ex prouidentia Principis.*
64 *Feudum mixtum dicitur feudum ex pacto & prouidentia.*
65 *Feuda ex pacto & prouidentia, debentur hæredi, & nouus intellectus Andreæ.*
66 *Feudum censebitur ex pacto & prouidentia, licet in concessione fuerit dictum concedi pro hæredibus, & nouus intellectus Andreæ.*
67 *Feudum concessum Titio, & generi, dicitur ex pacto, & prouidentia.*
68 *Vox Posteris, capitur pro filiis.*
69 *Concessio facta posteris assimilatur concessioni generi, & filiis factæ.*
70 *Filiis non nominatis nominibus propriis, feudum censetur quæsitum comẽ platione solius patris.*
71 *Concessio facta proli, faciet feudum appellari ex pacto, & prouidentia.*
72 *Concessio facta alicui in cunctam eius generationem, facit feudum dici ex pacto & prouidentia.*
73 *Concessio facta Titio, & suis simpliciter faciet feudum ex pacto & prouidentia, contra communem opinionem.*
74 *Concessio facta Titio, & eius descendẽtibus, faciet similiter feudum censeri ex pacto, & prouidentia.*
75 *Feudum concessum Titio et filiis siue liberis, erit feudum ex pacto, et prouidentia.*

IVreconsultus primò posuit titulum de testamen. & demum de militari testamento: & Imperator Primò titulo de donat. & postea titulo de donationibus quæ sub modo, & titulo de donationibus causa mortis: Ideo hunc ordinem sequendo, primò ponam titulum generalem de feudo ex pacto & prouidentia, & demum sublequenti ordine, titulum de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, siue paterno, & postea titulum de feudo ex pacto, & prouidentia nouo. & similiter deinceps ponam rubricam de feudo hæreditario, deinde rubricam siue titulum de feudo hæreditario antiquo siue paterno, & successiue titulum de feudo hæreditario nouo, & reliquos suo loco.

1 Veniamus igitur ad † declarationem feudi ex pacto & prouidentia, dicitur esse illud quod prouenit ex pacto contrahentium, & prouidentia concedentis, quod nomen ex pacto & prouidentia, a feudali consuetudine non fuit cognitum, sed inuentũ a Pileo & Bulgaro glossatoribus, vt scribit Andreas in capitu. imperialem. §. præterea ducatus, numero xxxviii. verficu. sed si dicatur, de prohibit. feud. alien. per Federicum. & in capitu. j. in principio. an agnatus, vel filius defuncti repudiet hæred. & in capitu. j. §. & olim, numero 7. de successio. feud. & in capitu. j. numero xviii in fine. qui succe. tene. & in capitu. j. numero 10. de aliena. feud. pater. & in consti. hac edictali. colum. secunda. verficu. sed si dominus. & videtur hoc sentire Iacobus de Bello visu in capitul. j. circa medium primæ col. verfic. quæritur, an hæredes. de eo qui sibi vel hæred. suis. vbi dicit feudum quæri pacto: allegat Bulgarum Glossatorem, & de hoc similiter meminit Alexan. consilio 55. 4. volumine. numero 6. Rubeus Alexandr. consilio xviii. numero 1. & 5. Curtius in j. parte. in viii. principa. quæstio. numero xix. Marinus in tractatu de subfeud. libro. iii. diff. xxii. car. 267. Camerarius in capit. imperialem. §. præterea ducatus. in litera, M. cart. xcv. qui allegat hoc dicere Iacobum de Ardi. in summa, qui hoc secundum me non videtur dicere. Benè verum est, quod Domi. Iacobus in titulo, quid sit feudum seu beneficium, in fi. col. dicit reperiri feudũ paternũ vel hæreditarium, sed de feudo ex pacto & prouidẽtia, nihil dicit, & nunquam in iure feudorum reperitur lex, quæ de hoc feudo ex pacto & prouidentia loquatur, & hæc inuentio Pilei & Bulgari, magistralis, sed non textualis appellabitur.

Aliqui videntes hniusmodi magistralem inuentionem feudi ex pacto & prouidentia, iure feudorum minime fundari, fuerunt in opinione, feudum † ex pacto & prouidentia, 2
apud cõsuetudines feudorum, posse vocari feudum paternũ, per tex. in cap. j. an agnatus. vbi fit mentio de feudo paterno, & omnes ibi intelligunt esse feudum ex pacto & prouidentia, & idem habetur in capitu. j. de aliena. feud. pater. & in capitu. j. §. denique, in fine. quæ fuit prima causa benefi. amitten. & in capitu. j. an ille qui interfecit frat. dom. sui, & in multis aliis iuribus feudorum, in quibus facilime reperies feudum paternum capi pro feudo ex pacto & prouidentia. Sed hæc opinio secundum me non videtur tuta: si quidem habemus textum à nemine ponderatum de hoc, in quo fit mentio de feudo paterno, & tamen feudum illud fuerat receptum pro se & hæredibus. Vnde potius † hæreditarium quàm ex pa- 3
cto & prouidentia censeri debeat, per ea quæ communiter post Andream in sexcentis locis Doctores concludunt, & nos nunc dicemus. Hic est textus in capitu. i. de eo qui sibi vel hære. suis. quem tex. de feudo hæreditario loqui intelligũt ibi Iacob. de Bello visu Cardina. in pen. col. Iacob. Aluaro. 4. col. verficu. quæro ab extra. Rubeus Alexand. consilio xviii. numero 5. Vnde non valet hæc † consequentia, iura feudo- 4
rum loquuntur de feudo paterno, ergo feudum paternum appellabitur feudum ex pacto & prouidentia, si quidem in præallegato textu capituli primi, feudum fuerat receptum pro se & hæredibus, & tamen appellatur ibi paternum. Præterea Andreas in capitu. j. in vltima colum. in fine, qui succes. tene. dicit reperiri feuda paterna hæreditaria, de quibus dicit esse glossam in l. item videndum. §. fina. ff. de peti. hæredit. & in constitutio. si quis post litem, Afflictus in capitulo 1. §. præterea, numero xxxiii. quæ fuit prima cau. benefic. amitten. & idem videtur dicere And. post gloss. in verbo, inuestire, in fi. in capitu. & olim, de succes. feu. numero 6. ibi gloss. videtur distinguere, vbi appellat feudum paternum hæreditarium, & feudum antiquum siue auitum, ex pacto & prouidentia. Vn de vides, qualiter hæc opinio repugnat iuribus, ac etiam opinioni Andreæ, & aliorum, qui voluerunt feuda paterna esse etiam hæreditaria, quamuis eam videatur sequi Afflictus in prælud. numero 89.

Guilielmus

Source : BIU Cujas

5 Guilielmus †de Perno, Doctor Siculus, poſt Andreæ tẽpora, non paruæ authoritatis, vt dicit Decius conſi. 443. nu. 22. voluit, hoc feudum ex pacto & prouidentia, fuiſſe ſumptum
6 ex tex. l. †familiaria. ff. de reli. & ſumpt. fune. vb habetur, quòd familiaria ſepulchra dicuntur, quæ quis ſibi familiæq; ſuæ cõſtituit. & idem dicitur in l. ius ſepulchri. C. eod. ti. vbi ius ſepulchri familiaris ptinet ad eos, q̃ ſunt de familia. & idem dr̃ in l. ſi ſepulchrum. C. e. tit. quę iura ipſe Pernus allegat (licet corruptè) in conſi. 22. pri. col. verſi. & vide, & in conſi. 6. col. ii. verſi. & ad hæc, & conſil. 7. colum. 3. ver. veruntamen, & in 4. notabi. colum. 4. ver. ſed quia dictum eſt. Quæ opinio etſi ſubtilis
7 & pulchra ſit, tamen ſecundum meã ſẽtẽtiam, iura †prædicta per eum ſæpius allegata nõ videntur probare feudum ex pacto & prouidentia. Si quidem longè diuerſi termini ſunt
8 ſepulcrhi familiaris, & feudi ex pacto & prouidentia, nã † ſepulchrum familiare trãſit ad hæredes, & nedum ad hæredes, ſed etiam ad hęredes extraneos, vt dicit tex. ĩ d. l. ius ſepulchri.
9 & in l. ſi ſepulchrum. C. de reli. & hoc nedum eſt ꝙ † naturam feudi ex pacto & prouidentia, ſed etiam contra naturam cuiuslibet proprii & recti feudi, vt tranſeat ad omnes hęredes ẽt extraneos. c. j. de his qui feud. dare poſſ. c. j. §. & ſi clientulus, de alien. feu. pater. c. j. §. ſimiliter, de lege Corradi. c. i. de gradi. ſuc. in feu. c. j. de duob. fra. à Capi. inueſt. cum aliis. Et ſi tu diceres, aduerte, quia Pernus non vult dicere probari in dictis iuribus feudum ex pacto & prouidentia cenſeri ad inſtar ſepulchri familiaris, ſed bene intendit ipſe probare feudum ex pacto & prouidentia eſſe illud, quod quis ſibi conſtituit & ſuæ familiæ, & conſequenter tranſire ad filios, licet hæredes ſint, etiam pro minima parte, vt habetur in l. vel quæ paterfamil. ff. eod. titu. de reli. Nam poteris de facili reſpondere & dicere, q̃ ipſe Pernus in d. conſi. 6. col. 2. verſi. ad hæc, dicit reperiiſſe ſe textũ notabilem in l. ius ſepulchri. C. de reli. ad hæc verba magiſtralia feudi ex pacto & prouidenria Pilei & Bulgari relata per Andream. Vnde ex eius dictis videre potes, qualiter voluit applicare terminos illius legis, ius ſepulchri, ad terminos feudi ex pacto & prouidentia: & non video quomõdo. Præterea ſi opinio Perni vera eſſet, potius huiuſmodi feuda ex pacto & prouidentia fuiſſent appellata feuda familiaria, quam ex pacto & prouidentia, de quibus feudis familiaribus congruo loco dicemus in titulo de feudo familiari. Vnde quidam nouiſſimus Siculus in repetione cap. ſi aliquem Regni Siciliæ, quaſi ſemper appellat huiuſmodi feuda ex pacto & prouidẽtia, feuda familiaria, q̃ mihi vt dixi parum placet, quia in multis differt feudum familiare, à feudo ex pacto & prouidentia, ut colligitur ex his, quæ dixit Bal. in l. cum virum, in fin. col. C. de fideicom. quem refert Iaſ. in prælud. num. 128. Socin. conſi. 114.
10 volum. ii. vbi dicit quod †familiare feudum dr̃, quod fuit receptũ pro ſe & hærede maſculo: vnde non eſt tutum dicere feudum familiare eſſe ex pacto & prouidentia, pp̃ regulam traditam per Andream, & communiter Doctores volentes, q̃
11 vbicunque †fit mentio de hæredibus, cenſeatur feudum hæreditarium potius quam ex pacto & prouidentia, ut ſcribit Andreas in capitu. j. numero 1. an agnatus, vel filius, & in capitu. j. §. quid ergo, de inueſt. de re ali. fac. nume. 8. in fine, & in capi. j. §. huius autem generis, numero xi. ex quibus cau. feu. amit. & in capit. j. §. & ſi libellum, de alie. feu. pater. numero 9. & in capitu. j. §. hoc quoque, numero 7. de ſucceſſio. feu. & in capit. j. in fi. numero xxxviii. qui ſucce. tene. & latiſſime hoc firmat Rubeus Alexand. conſilio xxviii. contra opinionem Decii, conſilio 185. vbi loquitur de feudo recepto pro hæredibus maſculis, prout loquitur Baldus in d. l. cum virum, C. de fideicommiſ. & concludit, eſſe hæreditarium. De qua queſtione, quia profunda eſt, dicam latius in titulo de feudo hæreditario antiquo, vbi examinabimus, an feudum receptum pro ſe & hæredibus maſculis iudicetur hæreditarium, vel ex pacto & prouidentia, ſed pro nunc vides qualiter feudum familiare diſſimile eſt feudo ex pacto & prouidentia, etiam quod fuerit receptum pro ſe & hærede maſculo, ut inquit Bal. quia tunc propter illam vocem hęrede, potius cenſebitur hæreditarium.

Alii voluerũt, feuda ex pacto & prouidentia uocari feuda recta non hæreditaria, de quo feudo recto nullibi habemus,
12 niſi in rub. de conſ. recti feudi, & dicemus in titulo de † feudo recto, ad differentiam feudorum hæreditariorum, quæ appellantur feuda non recta, ſed conditionata, de quibus feudis cõditionatis dicemus ſuo titulo, de feudo conditionato, & huius ſententiæ videtur fuiſſe Camerarius in capit. imperialem. §. præterea ducatus, in litera D. car. 95. ſed hoc nequaquã probatur apud conſuetudines feudorum, reperiri feuda ex pacto & prouidentia, prout nos quærimus, etſi iſta vox ex pacto & prouidentia iure feudorum fundetur. Fateor tamen, feuda ex pacto & prouidẽtia, poſſe appellari feuda propria & recta, de quo dicemus latius in titulo de feudo ex pacto & prouidẽtia antiquo, vbi examinabimus ſi feudum ex pacto & prouidentia dicatur feudum rectum. Quantum verò ad propoſitum noſtrum, res redditur magis dubia: nam non ſolum credo in iuribus feudorum non reperiri hanc vocem ex pacto & prouidentia, ſed etiam credo non reperiri hanc vocem hæreditarium feudum, prout in titulo de feudo hæreditario latius diſcutiemus, & ibi de opinione Camerarii, qui huc vſque non fundauit aliquo iure feudorum, feuda ex pacto & prouidentia vocari feuda recta non hæreditaria, quamuis Andreas in d. capitu. j. in fine vltim. col. dicat reperiri feuda paterna hęreditaria, non tamen allegat ad hoc textum feuda lem, ſed non dicit reperiri feuda ex pacto & prouidentia hæreditaria vel recta: immo text. in capitu. i. de conſuet. recti feu. loquitur de feudo hęreditario, ac etiam poteſt intelligi de feudo ex pacto & prouidentia, & nihilominus eſt ſitum ſub Rub. de conſuet. recti feudi. de quo dicemus inferius in quæſtionibus.

Alii dixerunt hoc nomen, ex pacto & prouidentia, fundari ex l. ſi arrogator, in fine. ff. de adopt. ibi, principali prouidentia, quod videtur fuiſſe de mente Andreæ, dum millies ad hoc propoſitum allegat illum textum: qui textus licet loquatur de principali prouidentia, reſpectu quartæ debitæ filio arrogato. tamen non probat feuda ex pacto & prouidentia in iuribus feudorum deſcribi. Vnde uides qualiter hæc fuit inuentio Pilei & Bulgari, qui ex eorum capite opinati ſunt hanc vocem, ex pacto & prouidentia congruum vocabulum.

Poſtquàm videmus non poſſe fundari aliquo iure feudorũm, nec aliquo iure Romanorum, hanc magiſtralem inuentionem feudi ex pacto & prouidẽtia, ſed omnes illam ſequi, ideo nos etiam eam ſequamur: vnde dicendum eſt omnia cuiuſcunque naturæ, & qualitatis ſint, ſiue recta paterna, ſiue conditionata hæreditaria, ſiue habentia propriam natu-
13 ram feudorum, ſiue non habentia, omnia †prouenire ex prouidentia concedentis & pacto contrahentis, & hoc dicit Pernus in ſecundo notabil. in princip. qui non allegat Andream ad hoc, & ego credo quòd Andreas hoc non dicat. Bene verum eſt, quod Andreas ſcribit in capitu. j. in j. colum. verſic. item quæritur, de alien. feu. pater. feuda deberi hæredi ex ꝓuidentia Principis. ex hoc multi intelligunt Andream, vt velit dicere feuda hæreditaria etiam eſſe ex pacto & prouidentia, ſed mens Andreæ non fuit hæc, prout alibi dicemus, quamuis concluſio per me firmata poſſit eſſe vera, ut omnia feuda dicantur ex pacto & prouidentia, ſecundum Pernum. Sed vt clarius hoc intelligas, dicas omnia feuda prouenire ex prĩcipali prouidentia & pacto conrrahentis, conſiderando feuda ex pacto & prouidentia genericè ſumpta. Sin autem ſumantur feuda ex pacto & prouidentia in ſpecie & ſtrictè, tũc illa quæ non ſunt recepta pro hæredibus ſimpliciter cenſebũtur feuda ex pacto & prouidentia. Nam illa, quæ ſunt conceſſa pro hæredibus, quamuis poſſint etiam dici ex pacto & prouidentia, attamen magis hæreditaria appellantur, data cum qualitate & conditione vt hæres ſit, qui ſuccedere intendit: & hæc poterunt appellari feuda ex pacto & prouidentia hæreditaria, & hanc credo fuiſſe mentem Camerarii in dicto §. præterea, dum voluit reperiri feuda ex pacto & prouidentia conditionata hæreditaria, & ſi hoc modo non intelligis Camerarium, credo quòd alio modo rectè intelligere non poteris, prout eum non intellexit quidam nouiſſimus Siculus ĩ repetitione cap. ſi aliquem, prout ipſum videre poteris in verbo antiquis, char. 374. num. 65. vbi dicit Camerarium voluiſſe in dicto §. præterea, feuda ex pacto & prouidẽtia, eſſe recta feuda, & feuda hęreditaria eſſe feuda conditionata, & tamen non fuit hęc mẽs Camerarii, qui ſolum voluit dicere reperiri feuda ex pacto & prouidentia recta non hæreditaria, & reperiri feuda hæreditaria conditionata & non recta, vt videre poteris. Sed de veritate huius opinionis Camerarii, & ſi verum eſt reperiri feuda ex pacto & prouidentia non hæreditaria, & de intellectu Andreæ in capitu. Titius, verſicu. quid ſi Titius, numero 1. in princi. ſi de feu. defun. fue. controuerſ. & ſimiliter de intellectu Andreæ in prẽallegato capitu. j. verſic. item quæritur, de alien. feu. pater. tractabimus diffusè in titulo, de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, vbi de feudo ex pacto & prouidentia antiquo & paterno non hęreditario. Concludamus igitur omnia feuda poſſe dici ex pacto & prouidentia, dum conſiderantur in genere: ſi nautem in ſpecie, aliud eſſe dicendum.

Declaramus modò, quid ſit pactum, & quid ſit prouidẽtia, poſtq̃ nemo negat hãc vocem, ex pacto & prouidentia, apud Doc. reperiri, quãuis apud legũlatores minimè. Quid autem
14 ſit † pactum omnes ſciunt. Eſt enim duorum pluriumue in idem placitum & conſenſus, ut inquit Iureconſultus in l. j. ff.
15 de pact. ideo aliter non eſt inſiſtendum. Quid autem ſit prouidentia, dicendum eſt, quòd alia eſt diuina, & alia humana: de diuina nunc non loquemur, ſed de ea habetur in Euangelio

Source : BIU Cujas

ibi, Nonne capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt apud Deum? Ipſe eſt enim, qui regit vniuerſum in vniuerſo, & ī par
16 ticulari, & dat cibum & eſcam eſurientibus, de qua † prouidentia diuina eſt text. in capitu. diuina prouidentia, xxiiii. q. 3. Prouidentia autem humana, de qua nos loquimur, multipliciter in iure ſumitur: aliquando enim capitur pro officio iudicis, vt quando committitur alicui iudici vel officiali, vt prouideat ſuper aliqua cauſa prout videmus quotidie in reſcriptis Illuſtriſs. & Excell. Proregis huius Regni, eo caſu intelligitur ſibi mandatum, ut mediante eius officio prouideat ſuper cauſa prædicta, de hoc eſt textus in l. cum ſatis. §. caueant, ibi, prouideat, C. de agri. & cenſi. & ita intelligitur tex. in l. prouidendum, C. de poſtulan. Aliquando ſumitur prouidentia pro ratione naturali, prout dicitur ī l. j. in principio ibi, ſumma prouidentia, ff. de legitimis tuto. Aliquando autem capitur pro prouidentia Principis volentis prouidere vtilitati ſubditorū, prout capitur in §. fi. ibi, quanta fuerit nobis pro vtilitate ſubditorum prouidentia, in Authen. de fideiuſ. Aliquando vero, & hoc facit ad rem de qua agimus, capitur Principis prouidētia, quando feuda ex eius gratia & munificentia, ac beneficio conceduntur alicui & eius filiis, nominibus filiorum expreſſis nominatim, vel non expreſſis: tunc enim dicetur feudum ex pacto contrahentis & prouidentia principis concedentis. De quibus verbis ex pacto & prouidentia, varius fuit apud ſcribentes intellectus; ſi quidem aliqui voluerunt quòd hæc
17 † vox prouidentia, congruat Principi, ſiue domino concedenti feudum, & hæc vox pactum, congruat priuato recipienti, And. in cap. j. verſic. fratri qui feud. dare poſ. gloſſ. in capitu. j. in verbo, retinere, an agna. vel fil. quaſi hæc feuda ex pacto & prouidentia, habeamus a Rege concedente, & a conceſſionario, qui illa per pactum quæſiuit l. ſi arrogator, in fine, ibi, principali prouidentia. ff. de adopt. tradit Camerarius in cap. Imperialem. §. præterea ducatus, in litera, M. car. xcv. de prohi. feu. alie. per Fede. Marinus in tracta. de ſubfeu. diffi. xxii. lib. 3. car. 267. vbi dicit feudum deferri ex pacto, quod recipit fomētum ex prouidentia dñi, allegat Bal. in con. 477. vol. 5.

Alius fuit intellectus aliorum, vt illa verba ex pacto & pro
18 uidentia, idem importent, quod importat illa † vox, ex pacto, quaſi hæc feuda ex pacto & prouidentia, habeamus ex pacto maiorum, & ex prouidentia ipſorum: tum quia maiores noſtri voluerunt nobis prouidere per pactum initum cum Rege, ſine domino concedente huiuſmodi feuda, qui intellectus videtur eſſe de mente glo. in d. cap. j. verſi. retinere, an agnat. & in d. c. j. verſi. fratri, qui feu. dare poſ. per tex. in c. j. de duob. fra. de nouo bene. inueſti. & in c. j. de eo qui ſibi vel hæred. ſuis, refert præfatus Camerarius in d. §. præterea ducatus. Sed hic intellectus mihi minime placet, nam ſi eſſet verus, induceret in culcationem ſeu ſuperfluitatē verborum, quia illa vox prouidentia, nihil operaretur, & idem importaret pactum quod ꝓuidentia, & ſic verba nihil operarentur, contra tex. in l. ſi quā do. ff. de lega. j. c. ſi Papa, de priui. Bal. in rubri. C. de contrahen. empt. Si tamen tu velles defendere hunc intellectum, vt tam pactum quam prouidentia intelligantur reſpectu ſolius acq
19 rentis feuda, poteris ſubtiliter conſiderare, vt † prouidentia ſumatur tanquam genus, conſideratum eo tempore quo quis voluit prouidere ſibi & ſuis deſcendentibus de feudo, quādo vero deuenitur ad effectum ipſius conceſſionis, & ſic ad pacta appoſita in formulis inueſtituræ illa tanquam ſpecies cenſebuntur, prout in ſimili conſiderat Iureconſultus in l. conuē tionum, & in l. iuris gentium. ff. de pact. vbi conuentiones ponit tamquam genus, & ℈ctus poſtea tanq̄ ſpecies, ſic ꝓuidentia vt genus & pactū ī inueſtitura appoſitū, vt ſpēs ℈ſiderabit.

Alius & tertius fuit intellectus ſimiliter ex mente d. gl. in d. verbo, retinere. ibi pacto maiorum, & in d. ver. fratri, vt dicamus, pactum reſpicere primum acqrētem, nec non & domi-
20 num dantem ſimul: Prouidentiam † autem conſiderari reſpectu legis tantum, vt dicatur feudum ex pacto acquirentis, & concedentis ſimul, & ex prouidentia legis, quæ neceſſariò defert feudum contrahentibus, vt pulchrè cōſiderat Andreas in c. j. §. hoc quoque. colum. 3. num. 9. de ſucceſ. feu. & in d. ver. fratri. qui feudum dare poſſ. ibi, pacto, lege, & iure ſcripto. nam feudum ex pacto & prouidentia ex neceſſaria inſtitutione miniſterio legis capimus, vt dicit Andreas in c. j. verſi. hoc eſt regulare in omni feudo, de eo qui ſibi vel hære. ſuis. Hic intellectus licet poſſit ſuſtineri, vt dicamus prouidentiam conſiderari dupliciter, vno modo domini concedentis feudum, & alio modo legis, put pulchrè in ꝓpriis terminis cōſiderat idē Andreas in c. j. §. donare, nu. 7. ibi per legis vel donatoris pro-
21 uidentiam, quatr olim pot. feud. ali. Tñ quo † ad pactum, vt intelligatur nedum reſpicere ℈hentem, verum ēt dñm concedentem, non video quomodo poſſit rōne fundari, niſi dicas huiuſmodi pactū poſſe etiam reſpicere dominum dantem, nam in conceſſionibus feudorum, non ſolum beneficiarius ſibi & ſuis conſulit, & proſpicit dum feudum capit, verū etiā dñs cōcedens ſibſiſ iter iconſulit ac proſpicit, vt eſt videre in
22 iuſo † fidelitatis, ad quod præſtandum bñficiarius ſit obnoxi⁹ ipſi dño, & etiam in præſtatione ſeruitiorū, q̄ oīa inſunt feudis, & ſunt de nā ipſorum, ut tradit Andreas in c. j. ver. ſed nec eſt alia iuſtior, nu. 38. quæ fuit j. cau. bene. amit. & in c. j. §. huius autem generis, nu. xii. ex qb. cau feu. ami. per text. in c. 1. in fi. per quos fiat inueſt. & dicemus latius de hoc congruis titulis, vt in ti. de feu. cum fidelitate, & in tit. de feu. certorum ſer-
23 uitiorum. Feuda † etenim ſp cenſetur dari gratia vtriuſq;, hoc eſt dñi dantis, & vaſalli recipientis, vt inq̄t Andreas in c. j. verſ. mutus. nu. v. Epiſ. vel Abb. vbi Afflict. poſt alios, & idem Affli. late de hoc in c. j. nu. xv. de natura feudi, per tex. in c. j. in fi. ibi, honore dñi, de feudo da. in vic. le. commiſ. & pro hoc poteſt ſi militer cōſiderari id, quod dī de prouidentia dantis, & de pacto ℈hentis, vt diximus ſuperius in primo intellectu, vt prouidentia conſideretur reſpectu ſeruitii & fidelitatis, vt intelligatur Princeps, concedens feudum voluiſſe ſibimet prouidere, & conſulere: ea. n. quæ ius intelligit in cōceſſione vel ℈ctum, tacite videntur illa in ℈ctu fuiſſe expreſſa. l. cū quid. ff. ſi cer. pe. l. quanquam. ff. de ritu nup. And. in c. j. §. huius autem generis, nu. xi. ex quib. cau. feu. amit. Ex quib. poſſes defendendo hunc tertium intellectum dicere, pactum reſpicere non ſolum acquirentem feudum, ſed ēt dominum concedētem, qui voluerit ſibi conſulere & prouidere circa ſeruitium & fidelitatem.

Quartus & vltimus fuit intellectus Guilielmi de Perno in conſi. 7. col. 3. ver. eſt namq;, vbi dicit, q̄ vbicunq; ex prouidē tia principis datur certa & determinata forma conceſſionib.
24 feudorum, illa forma tanquam lex † feudi ſeruari debet, & dī prouidentia pacti, & ita dicit ipſe appellari feudum ex pacto & prouidentia, vt probatur in c. j. §. finautem vnus ex fratrib. ver. niſi hoc nominatim, q̄ feu. dare poſ. & in c. j. in fi. ibi, niſi hoc dictum ſit, de ſucceſ. feu. & in ca. j. ver. ſi duo. de fra. de nouo bene. inue. & in c. j. de duo. fra. a Cap. inueſt. Hic intellectus Guilielmi recte declaratus, parum aut nihil differt a primo q̄ eſt communis, qui primus intellectus fuit gl. & And. & aliorū in d. ver. fratri. & in dicto verbo retinere, an agna. vel fi. vt dicatur feudum ex pacto contrahētis, & prouidentia dantis, vt illa vox pactum, conueniat priuato recipienti feudum, & illa vox prouidentia, Regi, vel domino concedenti. Ita voluit dicere Pernus in d. conſil. 7. q̄ prouidentia Principis dat formā cōceſſionibus feudorum, & priuatus ſub illa forma & pactis recipit, & ſic dī feudum ex pacto & prouidentia, quam prouidentiam pacti ipſe appellat. Concludamus veriorem & magis communem eſſe primum intellectum, vt dicatur feudum ex pacto contrahentium, & prouidentia dantis: Ego autem
25 adderem hanc qualitatem, vt hæc † prouidentia promiſcuè conſideretur, nedum reſpectu domini dantis, ſed etiam legis deferentis tale feudum, vt diximus, & conſiderat pulchrè Andreas in d. §. donare. numero 8. qualiter olim poterat feudum ali. & in d. c. j. num. 9. de ſucceſ. feud. & in c. j. nu. 28. ibi, quod ei defertur a l. & a maiorib. de natura ſucceſ. feu. & in c. j. §. ſucceſſione, n. v. de feu. cog. ibi, ſecus ſi ex pacto & ꝓuidētia legis.

Poſtq̄ vidimus. Quid ſit pactum, & quid prouidētia, & qualiter capiatur dicta prouidentia tractemus aliquid de formula conceſſionis huiuſmodi feudi ex pacto & prouidentia, & ſub qb. verbis concedatur: ſi quidē tunc cenſetur facta conceſſio feudi ex pacto & prouidentia, qñ ℈ceditur feudū Titio & liberis ſuis, ſiue filiis expreſſis noīb. ipſorū filiorū, vt Titio, & Petro, & Sempronio filiis ſuis; vel non expreſſis, vt Titio, & eius liberis, ſiue filiis, dūmō in ℈ceſſione non exprimatur illa vox hæredib. vt ſcribit Andreas in ca. j. §. hoc quoque, nu. 7. de ſucceſ. feu. & ī c. j. in prin. an agna. vel filius, & in c. j. nu. x. & xi. de ali. feu. pī. & in c. j. in fi. vlt. colu. nu. 18. qui ſucceſ. tene. & in c. j. §. quid ergo, nu. 8. de inueſt. de re ali. fa. & in c. i. nu. xi. ex qb. cau. feu. ami. Alex. conſi. 26. nu. 3. & 4. volu. 5. & conſi. 19. nu. 6. e. vol. & conſi. 28. nu. 18. e. vol. v. Ia. de Bello viſu in c. j. in fi. de eo, q̄ ſibi vel hær. ſuis. Cy. in l. ſi manumiſſus. C. de lib. & eo. lib. Bar. in l. eū q, nu. 1. ff. de interd. & releg. Dec. ℈ſ. 208. nu. 7. & ℈ſi. 185. nu. 1. & 2. & conſ. 445. nu. 8. vbi dicit hāc eſſe cō. opi. Curt. in j. par 8. q. nu. 19. Affli. in d. c. an agna. poſt Bal. & cęteros ibi, nu. 9. Lōf. conſi. 1. nu. 53. cū aliis ſeq. Rubeus Ale. conſ. 85, cum aliis ſi lib. allegatis per Goz. in ℈ſi. 46. nu. v. & ℈ſi. 9. nu. 52. Nam ſi illa vox hīdib. exprimereē in ℈ceſſione, faceret feudū, non ex pacto & ꝓuidentia, ſed hīditariū, vt tradunt oēs ꝑallegati Doct. in locis ſ. citatis, in qb. tractant tā de feudo ex pacto & ꝓuidentia, q̄ de feudo hīditario, de quo dicā ſuo loco, in ti. de feu. hīditario. Sunt ēt multæ aliæ formulæ inueſtiturarū, ex qb. apparet qñ feudū dicatur, ex pacto & ꝓuidētia, de qb. dicemus nunc in q. in hoc ti. Effectus aūt hmōdi feudi ex pacto & ꝓuidentia, ſunt multi, de qb. latiſſimè meminit Marinus. ī trade ſubfeu. in dīijs, quas facit īter feudū ex pacto & prouidentia, & feudum hæreditarium, in fine libri. 3. vbi ponit 32. differentias. ibi videre poteris, quia eius verba non tranſcribo. Ex quibus differētiis, facillime poteris cognoſcere multos

effectus

Source : BIU Cujas

effectus huiusmodi feudi ex pacto & prouidentia. Ego aũt vltra eius dicta ibi ponã aliquos alios effectus huiusmodi feudi nouiter cõsideratos, in qõnib. huius tituli. Sed pro nunc, feudũ & prouidẽtia huiusmodi est nãæ, vt agnatus q in eo succedere vult, non dẽt esse hæres defuncti, nec in feudo, nec in bonis allodialibus, sed poterit repudiare hæreditatem & retinere feudum ex pacto & prouidentia. c.j. an agna. vel fili. c.j. §. siti ter, in fi. de Capitan. qui cur. vend. Quomodo autem hoc ꝓcedat in filio, dicemus inferius. Et nota hic, quod licèt agnatus non debeat esse hæres agnati vltimò morientis, tñ debet esse hæres primi acquirentis feudũ, saltem vt exequatur dispositа per ipsum primũ acqrentẽ, hoc est quod considerat Andreas in d.c.j. an agna. nu. 6. Camerarius in c. imperia. car. 97. q ita intelligit Andreã, in litera. I. Loffredus cons. 1. nu. 18. Ex hoc ĩfertur, q in feudo ex pacto & prouidẽtia, proximitas ꝙsideratur respectu primi acqrentis feudum, nõ autem vltimo moriẽtis, prout pulchre considerat Rub. Ale. cons. 85. in fi. And. Tiraq. in tit. de vtroq; retrac. §. xi. gl. j. nu. xix. in fi. car. 159. Nõ. n. agnatus capit feudum ex pacto & prouidẽtia ab vltimo moriẽte, sed à primo. Et hoc est quod dicunt in hoc feudo ex pacto & prouidẽtia tot esse donationes, quot sunt personæ, vt scribit And. in c.j. §. hoc quoque, nu. 9. de succes. feu. & in c. imperial. §. præterea duca. nu. 38. in fine, de prohi. feu. ali. p Fed. & in c.j. §. quid ergo, nu. 8. de inuest. de re alie. fa. & ĩ siti declarat Bar. in l. si mihi & Titio. col. 2. ff. de ver. ob. Vnusquisque. n. capit feudum ex pacto & prouidẽtia ad vitã ex propria donatione, ar. l. ii. & iii. C. de do. q sub mo. Vñ cum post vitam vnius donatio fuerit extincta, alter capiet iure suo proprio. And. in c. Titius, ver. quid si Titius, nu. j. si de feu. defun. cont. fuerit. c.j. §. sed & res, per quos fi. de inuest. nu. 3. c.j. de alie. feu. pñ. nu. 1. & nu. x. Et ꝓpea talia feuda ex pacto & prouidẽtia dicuntur subiacere necessariæ restitutioni de vno in aliũ. vt scribit And. in c.j. ver. hoc est regulare in omni feudo, de eo qui sibi vel hæred. su. & in c.j. si vasallus feu. priu. nu. 4. ibi, qui nõ hẽt esse à culpã te. & in c.i. §. præterea. nu. xii. & nu. 24. quæ fuit j. cau. bene. ami. & in d. §. hoc quoq;. nu. 9. de suc. feu. & in d.c.j. §. quid ergo, nu. 7. Et talia feuda dicunt ẽt cohærere sanguini, vt vnus alii præiudicare non possit. And. in d.c.j. ver. & olim. nu. 9. de suc. feu. l. 3. ff. de inter. & releg. In tñ, vt hæc feuda ex pacto & prouidẽtia, habeamus magis beneficio concedẽti, quam patris, vt dicit An. in d. §. præterea ducatus, nu. 38. Et magis capiamus hęc feuda acquisita, q̃ ea de nouo acquiramus. gl. & An. in c.j. de feu. cog. num. 6. Omnes. n. capiunt a primo acquirente, & non vnus ab alio, vt declarat And. in d. §. quid ergo. Nec debentur nobis ex testõ vel ab intestato, sed iure successorio feudorum, vt dixi Bal. ĩ c.j. de suc. feu. Capitius deci. 97. idẽ Bal. in c.j. §. & quia vidimus. col. 4. de his qui feu. dar. pos. vbi dixit feuda capi nõ iure hr̃ditario, sed principali prouidẽtia, & in c.j. de eo qui sibi vel hæred. suis. in j. col. dixit idem Bal. ꝙ hæreditas nõ vocat hæredes sanguinis ad successionem horũ feudorũ, sed nã. Nec illud capiunt hæredes sanguinis iure successionis. vt dixit And. in c.j. ver. sed postq̃. nu. 29. qb. mo. feu. amit. de hoc loqtur ẽt Marinus in 20. & 31. diffe. feudi ex pacto & proui. car. 226. & 271. & tale feudum, personale dici potest in quolibet vasallorũ & agnatorum, totq; dici pñt feuda quot vasalli dñi ipsorũ. arg. l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de ver. ob. adeo ꝙ mors tollit de medio vasallũ tenẽtẽ feudum, & per annihilationẽ suæ ꝑsonæ sequens agnatus admittitur. Vñ nõ est dare medium inter mortem vasalli, & acqsitionem sequẽtis agnati, argu. eius quod dr̃ in auth. bona damnatornm. C. de bon. dam. vbi vocati ad successionem per illam legẽ, nequaquã succedunt tanq̃ illius dãnati hæredes, imo suo iure, vt probatur ĩ l.j. §. a bona. ff. de iure fis. & in l. edicto. §. ad hæredes. eo. tit.

Firmauimus s̃. agnatũ posse repudiare hr̃ditatẽ vltimi moriẽtis, & cõsequi feudum ex pacto & prouidẽtia. Quid aũt in
26 †filio? an siti̇ter possit pr̃nam hæreditatem repudiare? dicẽdũ idem iuris esse in filio, quod in agnato, per ea quæ scribit An. in c.j. nu. 18. in fi. q succ. tenea. vbi dicit esse quædã feuda pr̃na nõ hæreditaria, sed ex pacto & prouidẽtia filiis debita, ẽtsi nõ sint pr̃is hæredes, & in c.j. §. hoc quoq;, nu. 7. de succes. feu. Lo
27 quẽs de feu. ex †pacto & prouidẽtia, dixit, ꝙ hæc feuda habẽt descendentes, & si hæredes non sunt, quia illa non habent a patre, & in c.j. §. ꝑterea ducatus, in 3. col. ver. & si dicatur, nu. 38. de prohi. feu. ali. per Fed. vr̃ sentire patrem non posse preiudicare agnatis, siue filjis, in feudo ex pacto & prouidentia. Ex
28 hoc seqt̃, ꝙ †filius habebit feudum etiamsi non sit hæres pr̃is, nam si oporteret eum esse hæredem, vtiq; pr̃ præiudicare posset, quemadmodum in feudo hæreditario dr̃, arg. l. cum a matre. C. de rei vend. & l. quæ a patre. C. de milit. restit. cum aliis conc. Et in c.j. §. & si libellum. nu. x. de alien. feu. pr̃. dicit filio acquiri feudum ex ꝑcto, ẽtsi hæres patris non sit. Et ĩ c.j. nu. 9. ex quib. cau. feu. amit. dicit, ꝙ liberi hẽbunt feudum ex pacto & prouidẽtia, ẽt si patris hæredes nõ sint. Et in c.j. ver. si filius. fratris. num. 2. imperator Lotharius dicit, feudum ex pacto & prouidentia antiquum, videri datum patri & filijs: & succedent filii etiam non hæredes. Et in const. si quis post litem. in verbo feudalia, ibi, nam eo mortuo, redibit ad filios si nõ sũt hæredes patris. Huius ẽt opinionis vr̃ fuisse gl. in c. j. an agnatus, in verbo, aut vtriusque. Pro qua opinione est text. in l. generaliter, cum authen. hæres. C. de secund. nup. & tex. in l. filii. ff. de iure patro. & tex. in l. si operarum iud. ff. de ope. libe. Hãc eandem opinionem tenuit Bal. in d.c.j. an agnatus, in 3. colu.
29 ibi, collige tres casus, vbi dicit †tex. in c.j. an agnatus, non procedere, quando feud. fuit concessum Titio, & eius liberis, qa tunc filii poterunt repudiare hæreditatem, & retinere feudũ, quem Bal. sequuntur ibi Alua. in v. colum. & Præposi. in 6. & Afflict. num. 38. Huius opinionis fuit Iacob. in verbo, cum pacto de non alienando, nu. xxxvi. Ias. in l. quod dr̃. ff. de verbor. obl. n. xxxii. Ale. consi. xix. num. vi. vol. v. cons. lxxviii. num iiii. Car. Rui. consi. j. nu. v. Aym. consi. 256. nume. iii. in ii. vol. Alb. Brun. consi. lxxx. nume. xv. Pau. de Cast. in auth. post fratres, in princ. C. de legit. hære. & in l. quod dicitur. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. cum aliis nouissimè allegatis per Arium Pinellum, in tractu de bon. mater. in 3. par. nume. lxxxv. car. 343. qui dicit opinionem æquiorem, & receptiorem, vt mitigetur rigor d.c.j. an agnatus.

30 Contrariam sententiam, quod †filius non possit repudiare hæreditatem allodii, & feudum paternum retinere, sed aut vtrunque acceptare, aut vtrunq; repudiare debeat, tenet And. d.c.j. an agnatus, nu. iiii. & in c.i. de alie. feu. pater. nu. 1. in prin. & in c.i. ver. & olim, num. vii. ibi, si feudum datum est, de succ. feu. & in c.i. §. similiter. ver. filius. de Cap. qui cur. vend. mouetur And. per tex. in d.c.j. an agnatus, & in d.ca.j. ver. filius. Vbi dicitur, q filius non ꝑt hæreditatẽ patris repudiare, & feudũ habere, licet propĩquus hoc possit. Hanc opinionem Andreæ vltimam, sequutus est Cur. in j. par. 8. quæstio. num. xix. Aret. consi. 18. post Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de op. lib. nume. iiii. & in l. quod dicitur, num. vi. ff. de verb. obliga. Pern. consilio xxii. & consi. vii. in princ. & in primis no. Curt. iuni. consilio 155. nume. vi. Loffred. consilio 1. num. lxviii. Affl. deci. 112. Capi. deci. xcvii. nume. ii. Soc. consi. 114. nume. 1. volu. ii. Camer. in c. imperialem. §. præterea duca. in litera L. car. 94. Didac. Couar. in lib. ii. var. resol. nume. iiii. fol. 635. Ratio diuersitatis assignatur inter filium, & agnatum, per And. in d.c.j. an agnatus. num. 4. Nã filius ideo debet esse hæres patris in allo-
31 dialibus, ne †pr̃ non habens hæredem, iniuria afficiatur, iuxta tex. in §. j. Instit. qui manu. poss. quam rationem sequutus est Cam. in d. §. præterea duc. Alia ratio fuit assignata per Iacobũ de Bello visu, in d. cap. i. an agnatus, nam agnatus non quærit feudum mediante suo patre, sed mediante alio agnato, filius autem quærit suo patre medio, & ideo debet esse eius hæres,
32 quia ab eo descendit, & oritur. Sed † agnatus ab agnato non, vt dicit tex. in c.i. de succe. feud. in prin. & in cap. i. de grad. suc. in feu. prout refert Aluar. in d. cap. j. ii. colum. an agna. Item quia filius venit eodem iure cum patre, cum sit eadem persona. Sed agnatus venit ex diuerso ca. arg. l. sed cum patrono. ff. de bon. pos. secundum tabul. Alia ratio fuit assignata per Baldum, qui dixit, quod si defunctus moritur cum hærede, feudum est in bonis ipsius defuncti. Secus autẽ si moriatur sine hærede, quia tunc non diceretur feudum prædictum remanere in bonis suis. Hæc ratio mihi non placet, quia procederet ĩ feudo hæreditario, quod dicitur esse in hæreditate, de bonis defuncti, prout inquit gl. in l. item videndũ. §. fi. ff. de peti. hær. quam allegat And. in c.j. qui suc. ten. in fi. & mille aliis in locis: nos autem tractamus de feudo ex pacto & prouidẽtia, quod secundum veram conclusionem non dicitur esse in hæreditate, nec venit in petitione ipsius. vt dicemus congruo loco tit. de feud. ex pacto & prouidentia antiquo, & ibi etiam, quòd non venit in fideicommisso, vnde hæc ratio Bal. in feudo ex pacto & prouidentia, non procedit. Nec similiter videtur bona ratio Iaco. de Bello visu, qui dixit, Agnatum quærere feudum mediante alio agnato, filium autem mediante patre, quia nequaquam hoc procedere videtur in feudo ex pacto & prouidentia antiquo, de quo nos quærimus, quia filius nõ habet illud a patre, sed a genere & primo acquirente, vt dicit And. in cap. j. an agnatus, & in d.c.j. §. hoc quoque. num. 7.
33 de succ. feud. vbi proprie And. dicit † filium nõ habere huiusmodi feuda a patre, & in capit. j. nume. xviii. qui succe. tenea. & in sexcentum locis, argum. l. 3. ff. de inter. & releg. & in l. arrogator. in fin. ibi, principali prouidentia. ff. de adoptio. & l. cum patronus. de legat. secundo. Et ideo non recedamns a ratione assignata per Andr. in capitu. j. an agnatus, vt dicamus causa honoris debere esse hæredem patris in allodialibus, quam vt dixi, sequutus est etiam Cam. in d. §. præterea ducatus. Modo videmus, quid dicendum in proposita quæstione. Ego puto, nõ esse recedendũ a posteriori cõclusione Andreæ & aliorũ tanq̃ magis vera, & practicabili, tenentiũ filiũ oportere esse hr̃dẽ pr̃is in bonis allodialib. ad hoc vt ꝙsequi possit

Source : BIU Cujas

feudum per tex.in d.c.j.an agnatus,& in d.c.j.ver.filius. Benè verum eſt,vt conficiendo inuentarium non teneatur vltra vires bonorum allodialium,iuxta traditionem Andreæ & omnium in cap.j.an agnatus. feudum enim habebit præcipuum. Sed tenendo hãc opinionem quomodo reſpondebimus ad omnia dicta per Andream in s̃.alle.locis,in quib.videtur cõcludere,filium poſſe habere huiuſmodi feudum etiam ſi hæres patris non ſit Camerarius volens concordare And. dixit in d.§.præterea ducatus.fol.98. q̃ dum And.dicit filium poſſe habere feudum,etiam ſi non ſit hæres patris,intelligatur An. velle ſentire,vt non ſit hæres patris in ipſo feudo, & dũ And.
34 dicit in aliis locis per nos s̃.citatis, q̃ filius † debeat eſſe hæres patris ad hoc,feudum retinere poſſit, intelligatur vt ſit hæres in bonis allodialibus, & non in ipſo feudo , quod habet præcipuum,confecto inuentario.Hoc ſimiliter fuit de mẽte Loffredi.in conſi.1.nu.68.vbi conſiderat filium debere eſſe hæredem in allodialibus,& non in ipſo feudo.Hoc ſimiliter videt fuiſſe de intentione Perni in primis not.j.colum. vbi ſentit fi-
35 lium eſſe hęredem,vel non eſſe hæredem in feudo.Nam †hæres tripliciter in feudali materia capitur.Primò enim ſumitur pro hærede ſanguinis , prout in c.j.§.& ſi clientulus.de alien. feu.& in c.j.§.ſimiliter.de le.Corr.c.j.§.cum vero,de his q feu. dare poſſ.c.j.de grad.ſucc.in feud.c. j. de duob.fratri.à Cap.inueſt.l.ex facto.§.fin.ad Trebel.cum ſimil.Secundo capitur hęres in ipſo feudo.Tertio verò hęres in bonis allodialibus,pro ut declarat optimè Marinus in 3.lib.de ſubfeu.in diffi. 16.car. 263.Hæc cõcordia,quam facit Cam.dictorum Andreæ,ſecũdum meam ſententiam,eſſet vera,niſi directo repugnaret verbis eiuſdem And. in d.c.j.an agnatus,num.vi.in fi.ibi,Itẽ hæc
36 repudiatio.Vbi Andreas loquens de feudo †paterno ex pacto & prouidentia, iuxta terminos in d.c.j. palã aſſerit filium debere eſſe hæredem patris in feudo, & hæreditate allodij.Aliq dixerunt,And.debere intelligi,vt loquatur in feudo hæreditario.Sed non eſt verum,quia And.clariſſimè loquitur ĩ feudo, ex pacto & prouidentia,vt ex eius dictis videre poteris. Alii voluerũt,vt illud verbum dicebat,intelligatur pro poſſit, nõ autem q̃ de neceſſitate arctetur , pro qua opinione ſolet alle
37 gari glo.in l.ſolent.ff.de off.proconſ. Vbi †verbum debet, aliqñ importat honeſtatem,non autem neceſſitatem. Et tradit idem And.in c.j.nu.2.apud quẽ,vel quos.vbi dicit,verbum debet,denotare honeſtatem , iuxta tradita per Bart.in l.creditores.C.de pignorib.& Iaſ. in l. j. ff.de iuſt.& iur.num.x.Hoc nequaquam vr̃ conſonum dictis And.qui loquitur per verbum denotans neceſſitatem,vt hr̃ in l.prætor,in prin. ff. de eden.& in l.debitor.ff.de verbo.ſig.vbi verbum debet, denotat neceſſitatem,& facile fuiſſet eidem Andreæ dicere,poſſit,qñ dixit de beat.Nec ſimiliter placet dicere Andream loqui ibi in feudo nouo ex pacto & prouidentia,prout in feudo nouo loquitur Pernus in d.primis no.in 5.colu.dicens, in feudo non hæreditario filium debere eſſe hęredem patris in ipſo feudo , nã quã
38 uis Pernus loquatur in † ſecundo ex pacto & prouidentia nouo,in quo verum eſt filium debere eſſe hęredem,vt dicit An. in c.j.de alien.feu.pater.quemadmodum ĩ feudo hæreditario, vt dicit idem And.in c.j.§.quid ergo , de inueſt.de re alie.fa.in fi.nu.4.& in c.j.§.donare,nu.8.ibi , ſi ergo feudum eſſet hæred. quod ꝑm me,ibi non probatur.Tñ Andreas in d.c.j. an agnatus,nullo modo poteſt intelligi, vt loquatur ĩ feudo ex pacto & prouidentia nouo . Vides ergo qualiter difficile eſt cõcordare Andreã. Ego autem putabam poſſe ĩtelligi Andream , vt ſit verum,filium debere eſſe hæredem patris & in feudo.& in bonis allodialibus,prout dicit ĩ d.c.j. ver.Item hæc repudiatio,& hoc probatur clarè per verba ipſius c.j.an agna.vbi filꝰ aut debet vtrumque,hoc eſt hæreditatem & feudum repudiare,aut vtrumque habere,& in hoc caſu ſi filius habet vtrumque proculdubio erit hęres tam in feudo , quam in hęreditate allodiali,& tenebitur ſatisfacere creditoribus & legatariis, non ſolum de prędictis bonis allodialibus , ſed etiam de feudo.Et hæc eſt mens ipſius.c.j.Et ſi tu diceres mihi,hoc eſſe falſum,quia doct.communiter in c.j.an agna.dicunt filium conficiendo inuentarium,non teneri aliquid ſoluere de ipſo feudo.Nam ego reſpondeo , hoc fuiſſe remedium datum ipſi filio , ad hoc ne teneatur tanquam hæres ſatisfacere de feudo
39 prędicto. Et hoc corroborat opinionem meam,nam ſine †inuentarii confectione, ſine dubio filius debet eſſe hęres & in feudo,& in hęreditate allodiali,& ſic dũ Andreas dixit filium debere eſſe hæredem patris in feudo, & in bonis allodialibꝰ , bene dixit non confecto inuentario, quia eo caſu non confecto inuentario prædicto,abſque dubio debebit de neceſſitate eſſe hęres in ipſo feudo , & de ipſo feudo ſatisfacere creditoribus,& legatariis. Verbum enim debet,de ſui natura neceſſitatem,& non honeſtatem importat,d.l. prętor. in princ.ff.de eden.l.j.§.j.ff.quod quiſque iuris.l.debitor.ff. de verb. ſig.Bart. in l.credi.C.de pigno.Vnde vides ex prędictis,qualiter tenendo hunc meum intellectum de facili poterit reſpõderi ad id,
40 quod Andreas dixit in ſupra allegatis ſeptem locis, in quibus tradidi filium in feudo ex pacto & prouidentia,non † debere eſſe hęredem patris,ut intelligatur in ipſo feudo,confecto demum inuentario. Et dum in aliis locis dixit filium debere eſſe hęredem patris, intelligatur in bonis allodialibus.ſimiliter cum qualitate confectionis inuentarij ita videlicet,ut confecto inuentario erit hæres ſolum obligatus quatenus ſunt vires bonorum Burgẽſaticorum, & feudum habebit præcipuũ. Si tamen non conficeret inuentarium , eo caſu procedat dictum Andreę,in d.c.j.verſi.Item hęc repudiatio.vt ſit hęres tã in Burgenſaticis , quam etiam in feudalibus , quoad ſui præiudicium .

Et ex his vides qualiter filius in hoc caſu deterioris conditionis,quam ſit agnatus,qui agnatus repudiãdo hæreditatem poterit retinere feudum,filius autem non, immo ſi inuentarium non conficeret , ipſo iure per diſpoſitionem rigoroſam d.c.j.an agnatus,remaneret obligatus legatariis , creditoribuſque nedum in hęreditate allodiali, ſed etiam in ipſo feu
41 do.Eſt & † alius caſus, in quo filius eſt deterioris conditionis quam ſit agnatus:Nam ſi pater committeret delictum, quod principaliter cõcerneret propriam perſonam ſui domini,tũc amitteret feudum ex pacto & prouidentia, etiam antiquum, & priuarentur eius filii,omnesque deſcendentes, agnati vero non.c.i.ſi vaſallus feudo priuetur.c.j.§.ſi vaſallus culpam.ſi de feu.defun.fuer.contro.c.j.§. denique.quæ fuit prima cau.ben. amit.c.j.an ille qui interfe.fratrem dom.ſui. & vbique hoc firmat And.& eſt vera concluſio.An autem in tali caſu feudum prędictum ex pacto & prouidentia vadat ad dominum, ſaltem viuente delinquẽte, demumq; eo mortuo reuertatur ad agnatos,non intendo nunc examinare, ſed reſeruo dicẽdum latius in titulo de feudo ex pacto & prouidentia antiquo ſiue paterno,Vbi de intellectu c. denique . quæ fuit prima cau. ben.amit . Sufficiat pro nunc habere caſum,in quo filius eſt deterioris conditionis ipſo agnato. Eſt & alius caſus in quo ſimiliter filius cenſetur eſſe deterioris conditionis agnato, prædicto,qñ tenens feudũ delinquat non principaliter cõtra dominum,ſed committat graue delictum,quia interfecit proditoriè fratrem ſuum,nam priuabuntur feudo ipe , ſuique filii & deſcẽdentes,vt dicit tex.in d.c.j.ſi vaſal.feu.pri. & in d.c.j.an ille qui interf. frat. domi.ſui, & firmauit And.ibi,& ĩ d.§.denique,& tunc feudum ibit ad agnatos proximiores , vt habetur in dictis iuribus.& in c.licet vaſallus.ſi de feu.defun.fue. cont. Quamuis aliqui moderni nouiſſimè tenuerunt opinionem, tali caſu qñ delictum non recipit principaliter dñi perſonam, feudum vadat ad deſcendentes,non autem ad agnatos collaterales.Sed quia hæc opinio eſt contra communem traditionem , & And. & aliorum in ſuperius allegatis locis,ideo pro nunc ab ea non recedamus,vt in hoc etiam caſu filius cẽſeatur deterioris conditionis quam ſit agnatus.De veritate tamẽ huius communis concluſionis diſputabimus prolixius in titulo de feudo ex pacto & prouidentia antiquo , in illa qõne, an delictum patris noceat filio . Quartus & vltimus caſus, in quo filius ſimiliter cenſetur deterioris conditionis , ſumitur ex textu.c.Titius.ſi de feu.defun.fuer.contro.vbi habetur, q̃ ſi pater alienauerit feudum ex facto & prouidentia,agnati, qui non conſenſerunt huiuſmodi alienationi, poterunt illam reuocare demum alienãte mortuo , filii autem in vita alienantis, tamen debebunt ſoluere precium feudi venditi emptori, agnati autem minimè,ſed incontinenti ſecuta morte alienãtis,reuocabunt directam alienationem abſque aliqua ſolutione precij.Et in hoc erit deterioris conditionis filius qui ſoluit precium,quam agnatus,licet poſſet p̃rium dici ex illo textu, nam agnatus vr̃ eſſe deterioris conditionis ipſo filio,quia agnatus reuocat poſt mortem , filius autem incontinenti:dicas vtrumque probari in dicto textu , vt filius quòad quid ſit deterioris conditionis,& quòad quid ſit melioris,ſatis ſit nos habere intentum ex illo textu,filium eſſe deterioris conditionis,quàm ſit ipſe agnatus : Sed de intellectu illius text.dicam inferius aliqua præter intentionem ſcribentium ibidem.

44 Hoc †feudum ex pacto & prouidentia, ſecundum aliquos dicitur proprium , & rectum feudum , ad differentiam feudi hæreditarij,quod non eſt rectum,ſed improprium ſecundum Camerarium in c.imperialem.§.præ.duc.litera,D. de prohibi. feu.alien.per Fed.car.95. vbi pro hoc allegat And.in c.j.in fi.q̃ ſucce.tene. ſed And.ibi hoc non dicit,nec hoc dicit, in c.Titiꝰ. & in §.ſi bellũ,ſiliter p̃ ipſũ Cam.alle. Nec hoc ĩuenire potui apud Afflictũ in c.j. an agnatus , quẽ allegant q̃dã nouiſſimi in c.ſi aliquẽ Regni Siciliæ,& difficile eſt hoc reperiri apud And.vel aliquẽ,q̃ exp̃ſſe dicat. Ego aũt ĩueni Ia.de Bello viſu in c.j.in fi.de eo q̃ ſibi vel hęre. ſuis.quẽ refert Cur.iun.conſil.
45 138.nu.xx.vbi dicit, † feudũ ex pacto & ꝓuidẽtia eſſe feudũ rectũ.& ꝓ hoc p̃t facere tex.ĩ c.j.de ſuc.feu. vbi fit mẽtio ſimp̃r de feudo, & tñ intelligitur ille textus p̃ ſcribentes de feudo ex pacto & ꝓuidẽtia,p̃ rõnẽ , q̃a ordinatio defuncti nihil valet,

nec

Source : BIU Cujas

nec manet,in prejudicium succeſſorum. Sed quia veritas huius articuli pendet ab illa dubiſſima quęſtione, an in dubio
46 cenſeatur feudum ex pacto & prouidentia, an vero hęreditarium, ſi in formula inueſtituræ non fuit expreſſum nec pro filiis, nec pro hæredibus? Quam quæſtionem hic examinare intendo. Et antequam eam intramus, diuido ip-
47 ſam in duo capita. Primum, quid ſi † inueſtitura ſimpliciter loquatur de conceſſione facta Titio, non expreſſo nec pro filiis,nec pro hęredibus, & hanc in præſentiarū tractabimus. Aliud verò caput eſt,quid ſi nullo modo appareat inueſtitura nec conceſſio feudi, vel quia ſit deperdita, vel ſumus in feudo præſcripto, quod informe ab aliquibus appellatur, & hanc reſeruo examinandam in tit.de feudo informi. Venio igitur ad primum caput,quando conceſſio apparet facta Titio tantum.Et hoc caſu primò eſt videndum, an talis inueſtitura ſit cenſenda perſonalis, ita vt mortuo Titio beneficiario extinguatur, vel ſit realis, ita vt ad filios & deſcendentes tranſeat.Secundò eſt videndum, an ſi eſt realis huiuſmodi cō ceſſio, in dubio feudum conſeatur ex pacto & prouidentia, vel hæreditarium.Tertiò,an ſub tali conceſſione, ſic ſimpliciter facta Titio veniant nedum deſcendentes ab eo, ſed etiam eius frater,per Conſtitut.Regni,vt de ſucce.Quartò quid iudicandum ſit hodie de tali conceſſione ita ſimpliciter facta,ſtā te communi forma,inueſtiturarum in regno, pro ſe,& hęredibus ex corpore deſcendentibus, ſexus & ætatis prærogatiua ſeruata.

Quòad primum, videbatur talem inueſtituram perſonalem,& non realem, ita vt cum perſona Titii primi acquirentis extinguatur,quia cum Rex in conceſſione non expreſſerit nec pro filiis,nec pro hæredibus, videbatur habuiſſe intentionem limitandi eam durante vita ipſius conceſſionarii,conſi-
48 derando † primæuam naturam feudorum, quando feuda durabant ad vitam fidelis tantum,ut dicitur in cap.i.de his qui ſeud.da.poſſ.ante beneficium Corradi, & ibi notat Andreas, numero xv.in verſicu.& quia vidimus.ubi pactum, ut mater ſuccedat, non extenditur ad filiam, quia alia perſona quàm expreſſa non venit,vt ſcribit Andreas in capitu.j. §.huius autem generis,numero 9.ex qui.cau. feu.ami.l.eum qui.§.Chriſogonus.ff.de verborum ob.Et omiſſum habetur pro omiſſo l.quicquid aſtringendæ. ff.de verb. obligat. Si enim voluiſſet Rex concedere pro liberis, vel hæredibus,vtiq; dixiſſet,nō dixit ergo noluit, argum.l.vnicę.§.vbi autem. C.de cad. tollen. Satis eſt conceſſiſſe in vita, quod non erat, etiam ſi hæredibus non concedatur,argumen.l.tutori. C.de negoc. geſt. Andreas in cap.j.de duob.fra.de no. bene.inueſti.numero 3.in fi. ibi ſufficit, ſi cui in paucis conſulatur, facit etiam pro hoc, nam Rex qui eſt ſolitus concedere pro ſe & hæredibus,ſi nūc non conceſſit pro hæredibus, ſequitur quod voluntas ſua minime fuit concedendi pro hæredibus vel filiis, argumen.l. qui ſemiſſes.ff.de vſu.& l.vniuerſorum.ff.de pignorib. Andr.
49 in capitu. j.§. profecto.de l. Corrad.Et huius † animi intentio declaratur quando quis prius conſueuit facere, & poſtea in alio omiſit.l.nemo. C. de epiſcop.audi. l. quòd ſi nolit.§.quia aſſidua,ff.de ædil.edi.Et ex facto,ſimiliter animus & animi intentio iudicatur.§.pauonum,Inſt.de rer.diuiſio.cum alijs.Vn de quia Rex non dedit pro hæredibus, vel filiis,nec recipiens taliter ſtipulatus fuit, imputetur ſibi ſi apertiorem gratiam non recepit. argu.l.veteribus.ff. de pact. Similiter pro hoc facit id,quod ſcribit Andr.in capitu.ſciendum, nume.4.quibus modis feu.conſt.pot.ibi,inueſtitura,& in capitu.ſciendum.numero 2.quemadm feu.ad fil.pertine.Præterea alia conſideratur perſona hæredis,alia perſona primi acquirentis, argumē. l.ſtipulatio iſta.§.ſed & ſi quis. ff.de verborum obligation.Et
50 † perſona hæredis non venit niſi ſit expreſſa.And. in capitu.j. §.huius autem gen.ex qui.cau.feu. amit. Et ex his videbatur dicendum, dictam conceſſionem debere dici perſonalem, & non realem.

51 Tamen contraria pars eſt verior,ut in † dubio ſimilis conceſſio ſit realis, & tranſitoria ad filios,& deſcendentes acquirentis,per regulam poſitam in cap.j.de duob. frat.à cap.inue. vbi vnuſquiſque cenſertur proſpexiſſe ſibi & hæredibus ſuis. l.ſi pactum.ff.de probat.tradit And.in cap.j.§.quin etiam.Epiſco.vel Abbatem,vbi in dubio, conceſſio realis præſumitur, & hanc regulam quaſi ſemper Andreas habet in manibus, & arguendo,& decidendo, & in cap. imperialem. §.præterea ducatus,numero xxxviii.ibi,filii haberent,etſi non diceretur, & in capit.j.in j.colum.an agna.numero 1.& in capit.j. §.hoc quoque.de ſucceſſ.feud.& in c.j.§.huius autem generis,ex quibus cauſis feud.amit. & in cœteris locis, in quibus ſæpe arguit pro regula,tum in materia fauorabili tum etiam odioſa & conſuetudinaria.Et veriſimiliter cenſetur actum inter Regem & vaſallum tempore conceſſionis feudi, ut illud veniret ad hæredes ex corpore, ex beneficio Corradi & prouidentia, quo tempore cæpit vaſallus eſſe ſecurus,nedum pro ſe, ſed ēt pro filiis & nepotibus & cœteris deſcendentibus. Et promulgata fuit lex,vt dicti deſcendentes in infinitum ſuccederent.dicto capitu.j.§.cum vero Corradi.de his, qui feud. da.poſ.ca.1. de gra.ſucce.de feud.capit. j. de nat.ſucce.feu.Et hoc cenſetur actum inter partes,quod lex diſponit ſecundum naturam ipſius rei,vt dicit And.in d.capitu. j. num.xi. §.huius autem generis.arg.l.cum quid.ff.ſi cert.pet.l.quanquam.ff.de ritu nupt & plura veniunt à lege inducta etiam ſi non exprimantur,vt And.dicit in §.huius autē generis. Vnde perfecta inueſtitura pro ſe,potuiſſet Titius vaſallus agere ꝙ dñm vt faceret ipſam ēt pro eius filiis,qa hoc cōſuetum eſt fieri,vnde fieri dēt.l.qſi nolit.§.qa aſſidua.ff.de ædil.edi.l.fi. C.de fideiuſ.ibi,in vſu quotidiano.l.ſi prius. §. placuit. ibi, etiam ſi nihil ſit comprehenſum.ff.de aqua plu.arcen. notant Doct. in l.certi condictio.§. ſi nummos ff.ſi cer.pet. Et in dubio conceſſio realis præſumitur,& non perſonalis,vt ſcribit Andreas in d.c.j.§.quin etiam Epiſ.vel Abb.& in c.j.§.& quia vidimus.de his q feu.dare poſ. per tex.in l.forma.§.quanquam.ff.de cenſi.& in l. pater,& ibi Bar.nu.4.ff.de ſeruitute legata.Bal.in l. fin.ff.de conſt.prin.laſ. in l.apud Iulianum.§.ſi quis alicui. ff.de leg.j.& conſi.27.volu. j.& 217.volum.2.Paris,de feudis.fol.75.Afflic. in prælu.nu.89. car. 6. vbi ponit regulam, qꝑ in dubio inueſtitura eſt realis,& ponit quinque limitationes. Et inſuper beneficium principis largiſſimā interpretationem admittit, vt dr̄ in l.fi. de cōſt. Prī. Et illud,qꝑ venit ex lege,dr̄ venire ex mente ꝯhentium,vt no. in l.iuris gentium.§.pactorum.ff.de pact.& in l.quæro.§.inter locatorem.ff.loc.Et qñ dominus concedit feudum,cogitat illud ad ſe non reuerti,niſi vel ex culpa vaſalli,vel ſi ſine legitimo ſucceſſore deceſſerit,vt notatur in c.j.de gradibus. & in c. j.§.& ſi clientulus.de alie.feu.& in c.fi.ſi de feu.fue.contr. Et illud cenſet̄ actum, quod lex diſponit ſuper eo, vt notat And. in c.j.qui ſucce.ten. lo.2. & in c.j.num.4.qualiter vaſallus iura re deb.fid.& in c.j.§.huius autem generis.nu.xi.ex qui.cau.feu. amitt.& in ver.porro,e.ti.nu.21.arg.l.3.C.de fideiu.

Et tenendo,qꝑ inueſtitura ſit realis,non obſtāt cōtraria,qa procedunt quando rei natura non patitur, vel tractaretur de ſucceſſione alicuius perſonæ extraneæ, & ita intelligitur.§. Chriſogonus.l.ſi ita.ff.de ver. oblig.non autem filiorum, qui cenſentur eadem perſona & eadem caro cum pater,l.fi.C.de impube.l.hæredem,ff.de ver.ſig.l.cum ſcimus,C. de agri.& cē ſi.§.j.in Authen.de iureiuran.a mori.præſti.vnde pater plus diligit filium quam ſemetipſum, vt notat And.in c.j. verſic.aut cum ſorore domini.nu.17.quib.mod.feud.ami.l.iſti quidem. ff.quod me.ca. Et inconueniēs videretur ſi pater uideret operas,& labores,& grandia ſeruitia impenſa domino, & poſtea filium priuari feudo, & in perpetua manētem egeſtate,vnde eſſet ei ſupplicium, & non ſolatium.ar. l. quiſquis.ff.ad l.Iul. maie.& hoc dicit And.ī c.j.§.præterea, quæ fuit prima cauſa ben.amit.& in c.1.ſi vaſal. feu.priue. Præterea hæres feudi qui eſt filius,non eſt perſona extranea, & de eo cēſetur cogitatū, etiam ſi non ſit dictum,in d.l.ſi pactum. Nec obſtat id quod dicebam ex mente Andreæ in c.ſciendum.de feu. cogn.& in c.ſciendum.quemadmodm. feud. ad fili.pertin.quia dicta per And.ibi,intelliguntur quando nulla præceſſit feudi inueſtitura,& propterea hæres ibi non ſuccedit: nos autem loquimur quando præceſſit inueſtitura.Ex quibus concludamus, abſq; dubio inueſtituram factam Titio ſimpliciter, realem eſſe,& non perſonalem.

Videamus modo de ſecundo dubio,an cenſeatur feudum
52 ex pacto & prouidentia, vel hæreditariū. Et quòd † præſumatur hæreditarium,ſcribit Andreas in capitu. j. in princ.verſic. & quando conceditur Titio,an agna.vel fil. & in capitu.j.numero 9.verſicu.ſed nunquid feudum, & numero 10. verſicu. ſed ſi non exprimatur. de alien.feu. pater. & in c. j. in princi numero 2.de natura ſucceſſ.feud.in capitu.duo fratres,numero 1.de duobus fratr.à capitaneo inueſtit.& in capitu. j. §.huius autem generis.numero xi.ex quibus cauſ. feud. amit.& in capitu.j. ii. colum. ibi, moderni dicunt, de ſucceſ.feud. & in capitu.imperialem.§. pręterea ducatus,numero 38. de prohibit. feud. alien. per Federic. & in capitu. ſciendum, verſicu. inueſtitura,numero 4. de feud. cognit. & in capitu. j. de feud. march.numero 4.& in conſti.regn.vt de ſucceſſ.in verbo, fratres,col.ſecunda. & 4. & eſt text.pro hoc ſæpius allegatus, & ibi Andreas in dicto capit.j. de duo. frat. & in dicta l.pactum. ff.de probatio.vbi ſemper quid cenſetur proſpicere ſibi & hæredibus ſuis.Bald.in l.liberti libertęque, veriſicu. quęro de eo. C.de ope.liber.Pernus conſilio 6.in 9. colum. verſicu. forma autem,& conſilio 8.3.colum.verſicu.attamen, Paulus conſilio 2.numero 18.volu. 1.& conſilio 3.numero 9. eodem volum.Bald.& Aluarotus, in capitu. j. an agnatus, vbi dicunt paria eſſe,quòd quis recipiat feudum ſimpliciter, nulla facta mentione filiorum,vel quod recipiat pro ſe & hęredib. Alex conſilio 18.colum.3.& conſi.26.numero 3.5. volum. Cur.iunior conſi.3.nu.4.in 2.col.Raphael Comen.cſi.166. Brunus

Source : BIU Cujas

consi.8.nume.14.Rub.Alex.consi.84.nume.3. consi 85.nu.4. & consi.18.Afflict.in capitu.j.nume.24. de alien.feu.pr̃. idem Afflict. in præludijs feudorum numero 99. vbi arguit pro & cõtra,& demũ dicit non fuisse aliter decisum.Didacus Coua. in lib.2.variarum resolutionum,num.3.car. 335. vr̃ dicere,in dubio esse hæreditarium & ī hãc opinionẽm magis receptã allegat glos. in c.j.quibus mod.feud. const. po. hanc opinionem sequutus est Vldadri.in titu.de succes.feu.4.conclusione nume.6.car.66. Goza. consi.4 num.xj.Pernus in secundis no ta.in j.colum.ibi,in dubio autem.

33 Sed quod in †dubio præsumatur ex pacto & prouidentia, voluerunt infra scripti alii. Et primo Andreas in capitu.j.§. huius autem generis,nume.xj.ex quib.cau feu.amit.ibi,si autem non probetur qualiter fuit cõcessum præsumitur pro se & hæredib.,put iº ītelligit.Et aduerte,vt ītelligas And. qa dria est secundum ipsum,an hæc vox, hæres,præferatur ab homine, vel veniat ex subaudito intellectu legis nam quando profertur ab homine, vt quia quis recepit feudum pro se & suis hæredibus,tunc erit feudum hæreditarium. Sed quando non profertur nec exprimitur ab homine, sed venit ex tacito ītellectu legis, vt quia aliqs accepit feudum simpliciter,prout in quæstione nostra: & tũc quia hæres eius succedet in hoc feudo, non dicetur propterea feudum hæreditarium,sed hæres veniet tanquam filius, & censebitur potius feudum ex pacto & prouidentia,& hoc est quod voluit dicere And.in dicto.§. huius autem generis,vbi dicit quod præsumitur pro hæredib. receptum prout ius intelligit,id est, pro liberis. Et hoc etiam colligitur ex eius dictis in cap.j.an agnatus,in j.colum. ibi,& quãdo conceditur Titio,intelligitur pro hæredibus, sed non dicit An.quod feudum tũc sit hæreditarium, prout dicit quã do fit concessio Titio & hæredibus. Et hoc similiter videtur considerare And.in c.j.§. & quia vidimus.nu. 14. ibi quilibet accipit feudum pro se & filijs, vbi videtur concludere in dubio censeri feudum ex pacto & prouidentia, & in capitu.j.§. profectò,ibi,& ponit exemplum.nu.14.de l.Cõradi,& in c.j. ver.filius fratris.num.2.imper. Loth.& in c.1.in prin.nu.1.ibi, & est ratio,de succes. feud. Pernus sibi contrarius consil.2.in j. colum. Et pro hac opinione, quod censeatur ex pacto, facit illud quod in multis locis dixit idem Andreas,feudum cõcessum pro hæredibus intelligi de filiis in materia feudali, in qua appellatione hæredum semper filii intelliguntur. capit.j. §.& si clientulus de alie.pater.cum concord.alibi per nos allegatis.Et hãc opinionem, tanquã veriorẽ & communiorem, sequutus est Loffredus,consi.1.nume.99.& num.128.qui latis simè disputãdo de intellectu verborũ Andreæ in locis supra allegatis declarando ipsum Andream videtur concludere,in dubio,censeri feudum ex pacto & prouidentia,respondendo contrarijs,& præsertim dictis per Baldum in d. cap.j.an.agna. qui dixit esse hæreditarium,prout supra nos ipsum allegauimus quamuis Camerarius ī §. præt.duc.in litera S. car.197.firmauerit similiter tale feudum esse ex pacto & prouidentia. Cum hac declaratione, vt dicamus verũ esse quemlibet prospicere sibi & hæredibus suis,se non per hoc valet consequentia,ergo feudum erit hæreditarium,nam qui accipit feudum, ideo censetur prospicere hæredibus suis,quia cogitat habere hæredes & successores. Et ideo cõcordando Andreã,& respõdendo dictis Baldi prædicti, concludit esse feudum ex pacto & prouidentia,& hoc voluit Afflict.sibi contrarius in c. j.nu. 62.ex quib.cau.feud.amit.& in c.j.an agnatus.nume.x.& in c. j.num. 73.de succes.feud.

Nos autem inter tot ac tãtas Doctorum varietates. quid dicemus?Si vis tenere opinionem, esse in dubio hæreditarium, poteris de facili respondere ad omnia dicta per Andream in locis supra paulò ante per nos citatis, in quibus videtur concludere,esse ex pacto & prouidentia.Et primo non obstat id, quod dixit Andreas in d.§.huius autem generis, nam ibi nõ dicit simpliciter esse feudum ex pacto & prouidentia, sed refert ad id quod solet apponi in priuilegiis, videlicet,pro liberis ex suo corpore descendentibus, quæ verba hodie non apponũtur sic nuda,immo dr̃ in priuilegiis,pro legitimis liberis hęredibus ex corpore, & consequenter fit mẽtio de hæredib. quæ verba importare possunt feudum hæreditarium, & sic Andreas considerauit priuilegia, in quibus non fit mentio de hęredibus & successoribus, sed de liberis ex suo corpore descendẽtibus,& propterea ipse videtur voluisse,vt præsumatur potius ex pacto & prouidentia. Nec similiter obstat id, quod dixit in d.capitu.j. §. & quia vidimus,nam ibi solum dixit,quòd quilibet capit feudum pro se & filiis, quod non negamus, sed hoc intelligi potest pro se & filijs hęredibus, vt dicit ipsemet Andreas in quamplurimis aliis,locis.vnde veniẽt filij cum qualitate hæreditaria.Nec id quod ibi dicit Andreas facit ad propositum quęstiouis nostrę.Nec facit obstaculum, id quod dixit in d.§. profecto. de l.Corradi. nam ibi nil aliud dicit Andreas,nisi quod in feudi successione, subintelligitur, vt filii succedant etiam si hoc non exprimatur.sed hoc nequa quam negatur, vt superius dictum est, quia succedent filii vt hr̃des patris,per iura superius allegata,hoc tex.in c.j.de duob. frat.& in l.si pactum, & dicit ipsemet Andreas in ea.j. in principio,de natura successionis feudi, & similis responsio potest dari dictis per Andream in d.c.j de natura succes.feu.nam ille qui acquirit feudum,quærit pro se,& filiis hæredibus. Et ad id quod scribit Andreas in §.filius fratris, vbi allegat legem si pactum.dicas idem, nam intelligitur datum feudum filiis vt hæredibus, & hoc modo cum hac responsione poteris resoluere omnia prædicta motiua facta per Andream,& cæteros, qui tenent censeri in dubio feudum ex pacto & prouidentia, nam ipsi mouentur illa ratione, quia lex dat feudum liberis & filiis,quod nos non negamus per supradicta, sed dicimus hoc intelligi debere de filiis hæredibus, prout ipse Andreas dicit in aliis locis supra per nos citatis.Nec obstat quòd hæres in materia feudali accipiatur pro filio, & consequenter siue fiat mentio de filijs, siue de hæredibus, idem importare debeat,vt dicitur in d.§.& si clientulus,cũ aliis concordantibus. Nam hoc fatemur, sed quando non fit mentio de filio, tunc hæres simpliciter in materia feudali capitur pro filio, sed quãdo nulla fit mentio nec de filio, nec de hærede,prout procedit quæstio supra formata,tunc intelligitur filius succedere tã quam hæres,& cum qualitate hęredis, quæ qualitas, licèt sit iũcta cũ qualitate filii,tamen faciet feudum hæreditarium,secundum communem traditionem Doctorum, de qua dicemus in tit.de feud.hæreditario.Et ita poteris resoluere omnia contraria Andreæ,si vis tenere,hanc opinionem,in dubio cẽ seri hæreditariam.

Verum quia contraria opinio videtur communior, & secundum meam sententiam,verior, vt dicamus feudum taliter concessum,in dubio dici ex pacto & prouidentia, ideo ab ea nõ recedas.quæ vltra tot authoritates superius. per nos ad-
54 ductas,fulcitur noua ratione considerata per me:Nam ī † dubio,feudum.debet iudicare potius rectum & propriũ, & non rectum,argumento eorum quæ dicũntur per Bar.in l.nõ dubium.C.de leg.per tex.in l.non aliter de leg.j.l.3.§.hæc verba. ff.de negoc.gesto.l.j.§. hæc verba. ff. quod quisque iuris.Et lex loquens de feudo intelligi debet de proprio & recto. Curt.in j.parte.quæsti.ij.nume. 32. vbi verba debent propriè intelligi. Et omnis dispositio similiter propriè & secundum propriam naturam. Vnde, quia feudum ex pacto & prouidentia censetur rectum & proprium feudum vt supra diximus ex mente Iaco.de Bello visu in allega.cap.j.in fine,de eo qui sibi vel hæredib.suis & est text.in d.capitu. j. de successio.feud.voluitque Camerarius in capitu.Imper.§. pręterea duc.propterea dicen-
55 dum est,in dubio, censeri † feudum ex pacto & prouidentia, tãquam feudum rectum propriumque, prout etiam per plura firmauerunt moderni Siculi nouissimè in repet. c.si aliquẽ reg.Siciliæ.car.47.nume.249.vbi allegant Mart.in 3.lib.in 25. differ.in 2.colum.

Vnde si vis tenere hanc opinionem, quod sit feudum ex pacto & prouidentia, non obstant contraria Andreæ in locis supra allegatis, in quibus voluit per regulam capitu. j.de duobus frat. & l. si pactum. ff. de proba. quod quis censeatur prospicere sibi & hæredibus suis, ergo feudum erit hæreditarium,propter illam qualitatem,hæredibus. Nam tu poteris distinguere,vt hoc intelligatur esse verum respectu intentionis & animi acquirentis feudum; quilibet enim acquirit feudum pro hæredibus suis, sed non per hoc erit verum dicere, esse feudum hæreditarium, nam illa vox, siue qualitas hęredis,non fuit aliter expressa in concessione, licèt veniat ex subaudito legis intellectu,quo casu vt concluximus ex dictis Andreæ in capitu.j.an agna.in j. colum. erit feudum ex pacto & prouidentia pro liberis acquisitum, qui liberi licèt debeant postea in consequentiam esse hęredes ipsius acquirentis, iuxta terminos dicti cap.j.an agnatus, quod capitulum vt supra diximus, secundum communem traditionem Doctorum, intelligitur in feudo ex pacto & prouidentia,& nihilominus filius debebit esse hęres patris acquirentis, nec propterea erit feudum hęreditarium, quia confecto inuentario non tenebitur de ipso feudo,sed eatenus, quatenus sunt vires bonorum Burgensaticorum. Et cum hac responsione poteris resoluere omnia contraria & Andreæ, & aliorum tenentium esse feudum hæreditarium, non negando quemlibet prospicere sibi & hæredibus suis,dum putat habere hæredes, sed hoc nõ faciet feudum hæreditarium: Sed video quod me redarguere vis de ꝓtrarietate,qa paulò ante dixi,filiũ,succedere vt filiũ cũ qualitate hr̃ditaria:& nũc volo qd̃ succedat vt filius, & sic sit feudum ex pacto & prouid.Iõ aduerte vt me intelligas, qa dum s̃.concluси.posse teneri in feudũ,in dubio censeri hr̃ditariũ,dicta And.intelligi pro liberis,siue filiis hr̃dib. verum est, & nunc,dum volo tenere esse secundum ex pacto & prouidẽ tia,dixi And.ītelligi de liberis simpliciter, absq; qualitate hę-

redi-

Source : BIU Cujas

reditaria,etiam ſit verum, quia filius in feudo ex pacto etiã erit hæres patris quando non conficit inuenrarium in ipſo feudo,per,dicta ab eodem And.in d.c.agnatus.ver.item hęc repudiatio.& diximus ſupra ſatis de hoc,& confecto inuentario licet etiam ſit hęres,tamen non tenebitur de feudo,ſic que verum erit dicere, hoc feudum eſſe ex pacto, & proui. & filium eſſe hęredem,non tamen erit hæreditariũ, in quo confectio inuentarii nihil prodeſt,vt dicemus in ti. de feud. hær.cogitandum,quia ſubtilia ſunt,& ſatis difficilia.

56 Poſtquam videmus† feudum ſimpliciter conceſſum Titio, cenſeri in dubio magis ex pacto & prouidentia,quam hæreditarium,& ſucceſſiue pro filiis,cęterisq; deſcendentibus acquiſitum,diſcutiamus modo aliud dubium quod propoſuimus,An ſub tali conceſſione ita ſimpliciter facta, ſi non ſuperſint filii, vel deſcendentes,ipſius acquirentis feudum,ſuccedat frater ipſius. Et hęc quęſtio procedit,ſecundum diſpoſitionem cõſtitutionis,vt de ſucceſſionibus, qua cautum eſt hodie,vt frater ſuccedat fratri, quando in conceſſione non fuit dictum pro ſe, & legitimis liberis ex corpore deſcendentibus :quia ſi hoc fuiſſet expreſſum,non eſſet dubium fratrẽ tunc minime ſuccedere , cum non ſit ex deſcendentibus ex corpore acquirentis:ſed quæſtio prędicta procedit, vel quando fuit dictum in conceſſione,pro ſe & hęredibus ſimpliciter,& tunc † frater cum poſſit eſſe hæres fratris,etiam in feudo nouo ſuccedit,ſecundum communem traditionem Doctorum,vt refert Loffredus in conſi.cccviii.& in c. ſi quis miles.Impera.Lotha.Afflict.in c.j. ver.& quia vidimus,num.3. ibi,alia regula.de his qui feud.da.poſ.And.in dicta conſtitutione,vt de ſucceſſionibus.idem Affli.in decſio.ccxciii.& in tali caſu, an ſit neceſſe vt frater ſit hæres fratris,nolo tractare hic, ſed congruo titulo , de feudo fraterno,vbi hoc latius examinabimus.Vel poteſt procedere prędicta quęſtio in terminis noſtris , quando feudum fuit ſimpliciter conceſſum, quia tunc non fuit expreſſum pro liberis , nec ſimiliter pro hæredibus,vnde videbatur fratrem poſſe ſuccedere,quia nõ facta conceſſione pro liberis ex corpore , frater,tanquam hęres fratris,licet non ex corpore , videbatur habilis ad ſuccedendum,per ea quę dicunt Doctores prędallegati , ad interpretationem dictę conſtitutionis,vt de ſucceſſionibus.

Tu autem dicas contrarium,& eſt verius, quia vt nos ſupra diximus,Aut hoc feudum ſimpliciter conceſſum,in dubio intelligitur ex pacto & prouidentia,& ſic pro filiis,& tali caſu frater nullo modo ſuccedet,cũ non ſit de liberis.Aut ſecundum aliam opinionem,tale feudum pręſumetur hæreditarium,& tunc etiam ſuccedẽt filii acquirentis, licet vt hæredes ipſius , & propterea ſemper venient liberi ex corpore acquirentis,& ideo frater non ſuccedit.Et ſi diceres, hoc procedere quando ſuperſunt liberi,vel deſcendentes ipſius beneficiarii,ſecus autem ſi nullus ex deſcendẽtibus ſuperuiueret, quia tunc ſaltem frater admitti deberet in defectum deſcendentium.Nam pro reſolutione debes dicere,hoc nequaquã procedere propter regulam c.j.de duo.fra.& l. ſi pactum.vbi quis cenſetur proſpicere ſibi,& hæredibus ſuis , qui hęredes in materia feudali ſemper capiuntur pro filiis , & propterea iure communi feudorum cautum eſt,in feudo non fratrem fratri minime ſuccedere.c.j.§.filia.ver.in alio vero.de ſucceſ. feu.c.j.in fi.de feu.March.c.j.de benefi.fra.c.j. de duob.fra.de nouo bene.inueſt.c.j.de eo qui finem fecit agnato.c.j.de natura ſuc.feu.c.vnico.de ſuc.fra.c.ſi quis miles. Imper. Lotha. And.late ibi,cum aliis,per nos latius allegandis,in tit.de feudo fraterno,in quo diffuſe tractabitur, quando frater fratri ĩ feudo nouo ſuccedat.Et illud, quod dicunt Doctores in terminis dictę conſtitutionis,vt de ſucceſſionibus,procedit, qñ expreſſe cautum eſt in inueſtitura pro ſe,& hęredibus ſimpliciter,ſeu ſucceſſoribus , nam tunc hęredes poſſunt intelligi nedum de deſcendentibus , ſed etiam dę tranſuerſalibus, & ſic de fratre. Concludas igitur fratrem fratri non ſuccedere, quamuis in formula conceſſionis nil fuerit dictum , nec de hæredibus,nec de filiis.

58 Reſtat videre,an tale † feudum ita ſimpliciter conceſſum Titio , ſecundum conſuetudinem regni , per quam hodie videmus fere in omnibus priuilegiis, poni pro te & hæredibus ex corpore deſcendentibus,ſexus, & ętatis prerogatiua ſeruata, debeat hodie intelligi, fuiſſe datum ſub tali forma conſuetudinaria regni,de qua forma meminit And.in ca. j. de alie.feu.pater.num.ix.ver.ſed quid ſi acquiſiuit, & in c j.§. pręterea dic.num.38.ver.ſed ſi dicatur.de prohibi. feu. alien. per Fede.& in c.j.§.omnes filii.ver.ſed quid ſi concedatur. in §.naturales.nume.8.ſi de feu.defun.fue. contro.Videbatur di
59 cendum quod ſic,nam † forma non apparente, illa præſumi debet,quæ eſt de iure & conſuetudine regni.c.primo.in fine. quid ſit inueſtitura,argumen.l.quod ſi nolit. §. quia aſſidua ff.de ædil.edict.notant Do.in c.cum M.Ferrarienſis.de conſt. l.ſi prius.§.placuit.ff.de aq.plu.arc. Do. in l.fi.de fideiu.Et tãto magis hoc videtur dicendum,quanto hodie paſſim,& in diſtincte vniformiter videmus,inueſtituras bonorum feudalium fieri eo modo & forma,de qua ſupra, etſi And. in d.§. pręterea.nume. 38. dicat formam conceſſionum in regno Siciliæ eſſe pro liberis vel hęredibus deſcendentibus,de quo alibi loquemur plenius , & ſic cum conſuetudo vni formis, & non difformis ſit,preſumendum eſt , feudum ſub tali forma fuiſſe conceſſum, vt voluit Bar.in l.Scio.§.medico.nu.ii. ff.de annuis leg.Bal.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iura uerit.ff. de iureiu.Pau.de Ca.in l.vel vniuerſorum.ff.de pign.act.Ale. in conſi.v.nu.7.& 8.vol.

Contrariam opinionem , quod immo feudum ſimpliciter conceſſum non intelligatur ſecundum ſolitam formam cõceſſionum,quę fiunt hodie in regno, videtur tenuiſſe Andreas, licet hoc non ita exprimat,in c.j.§. huius autem generis ex quibus cau.feu.amit.num.ix.verſi. ſimile dicunt.vbi di
60 cit,quod hæc † forma conſuetudinaria in regno non preſumitur,niſi probetur,& quia nos volumus,quod pręſumatur feudum ſimpliciter conceſſum Titio , fuiſſe conceſſum ſub ſolita forma hodierni temporis, ideo Andreas videtur huic opinioni contradicere.Ego autem in ea ſum ſententia,vt tale feudum, hodie,conſideratis formulis hodierni temporis, cenſeatur eſſe feudum conceſſum pro liberis hęredibus ex corpore , ſecundum morem Francorum , vt primogenitus
61 ſuccedat,& maſculus fœminę præferatur.Quod † feudũ ego ſolitus ſum appellare mixtum , quia participat,& de feudo ex pacto & prouidentia , dum debent in eo ſuccedere liberi primogeniti,& participat de feudo hęreditario, ex quo filii, & cęteri ſucceſſores,debent eſſe hęredes , tum propter qualitatem hęredis expreſſam in conceſſione,tum etiam propter diſpoſitionem capituli,Conſiderantes, quo cautum eſt hodie in Regno,omnia feuda cenſeri hęreditaria,& propterea mixtum feudum in dubio dicerem cenſeri per ſupradicta , De quo feudo mixto dicam particulariter in titu. de feudo mixto.& ibi de intellectu d.c.conſiderantes,& latius de hoc feudo conceſſo ſecundum formam ſolitarum conceſſionũ in regno tractabimus. Tenendo igitur hanc opinionem,nõ obſtat contrarium Andreę in d.c.j.quibus cau.feu.ami.dum ibi dicit,non apparente forma illam non pręſumi, ſed debere probari quod hoc agebatur inter contrahentes,licet non fuerit expreſſum. Quia pro reſponſione potes dicere,Andream velle ſentire ibi huiuſmodi feudum cenſeri conceſſum prout ius vult,vnde dicamus iſtud ius eſſe , ius Cõſt.reg. vt de ſucc.& c.conſiderantes.quę iura,hoc eſt,Cap.& Conſtitutio prędicta, recipiunt hodię interpretationem ab vſu , & conſuetudine concedendi bona feudalia per priuilegia conceſſionum,quę hodie fiunt in regno pro hęredibus ex corpore ſexus,& ętatis prerogatiua ſeruata,prout in ſimili conſulunt Rom.conſi.cclxxi.Bal.in l.illa inſtitutio.ff.de hęre.inſtit Ale.in l.poſt dotem.ff.ſo.ma.

Quæro an reperiantur feuda ex pacto & prouidentia hæreditaria,& ſi reperiuntur quę ſint? Camerarius in c.Imper.§. pręterea duca.voluit reperiri, prout nos ſupra aliquid tetigimus,motus ex his quę dixit Andr.in c.j.in fi.qui ſucceſ.tene.
62 vbi ſcribit,reperiri quędam † feuda paterna hæreditaria, & q̃dam ex pacto,& prouidentia non hæreditaria,& ex his,quę idem Andreas dixit in c.j.in 1.colum.de alie.feu.pater.vbi dixit hęc feuda ex pacto & prouidentia deberi hęredi. & in c. 1.§.& ſi libellum.nume.x.eo.ti.dixit feuda ex pacto & prouidentia dici,quando quis illa recipit pro hæredibus. & in ca. Titius.ver.ſi Titius.ſi de feu.defun.fue. controu.dixit eſſe feudum illud de quo loquebatur, ex pacto & prouidentia non hęreditarium,ſed auitum,& priorum anteceſſorum,ergo tacite intelligere voluit reperiri feudum ex pacto & prouidentia hęreditarium . Et pro hac opinione vltra Camerarium poſſunt facere omnia ea quę ſupra diximus, ex mente eiuſdem Andreę,filios debere eſſe hęredes patris, ad hoc vt feuda ex pacto,& prouidentia conſequi poſſint. Vlterius pro hac opinione,põdero illud difficile dictum Andreę, de quo ſupra meminimus,in c.1.num.vi.verſi.item hæc repudiatio an agnatus vel filius,vbi loquens Andr.de feudo ex pacto & prouidentia, dicit filium debere eſſe hęredem patris in ipſo feudo,ne dum in hęreditate allodiali. Item pro hac opinione,facit id quod dixit Pernus in ſecundis nota.in principio.
63 feuda † omnia etiam hęreditaria, venire ex prouidentia principis.Ex quibus videbatur dicendum,veram eſſe opinionem Camerarii,reperiri dicta feuda ex pacto, & prouidentia hæreditaria.

Contrariam opinionem , quod feuda ex pacto & prouidentia hęreditaria minime reperiantur, videtur tenuiſſe idẽ Andreas in c.1.qui ſucceſ.ten.num.17.in c.1.de alie.feu.pate. num.x.& in d.1.verſi.filius fratris.Impe.Lotharius.num.2.& in c.primo.num.ix.ex quibus cau.feu.amit.in quibus.& aliis

locis

locis, firmauit feuda ex pacto & prouidentia, transire ad eos, qui non sunt hæredes, ergo non videtur posse dici esse hæreditaria, quia si hæreditaria essent, vtique hæredes deberent esse, qui in illis succedere intendunt.

Si vis tenere reperiri feuda ex pacto & prouidentia hæreditaria, dicas hoc posse intelligi altero de tribus modis. Primo, vt dicamus omnia feuda esse ex pacto & prouidentia ex mente Perini in dictis secundis notabilibus, & hoc modo etiam feuda hæreditaria concessa pro se, & hæredibus, de q̃bus dicemus cõgruo titulo de feudo hæreditario, largo modo dici possunt ex pacto & prouidentia, quia in acquisitione ipsorum concurrit pactum contrahentis, & prouidentia concedentis pro recipiente, & suis hæredibus, & hoc modo possumus appellare feuda ex pacto & prouidentia hæreditaria, quatenus proprie hæreditaria sunt, quia acquisita p̃ hęredibus, & large, ex pacto & prouidentia, concurrente in eorum acquisitione, prout etiam hoc videtur de mente Affli. in c.j.nu.7.de succes.feu.

Vel & secundo modo posses dicere, hoc euenire respectu filiorum, non autem agnatorum, quia filii vt supra diximus etiam in feudo non confecto inuẽtario, & de eo soluere debent, vt est communis traditio Do.in c.j.an agnatus. Sed hoc patitur aliquam difficultatem, nam licet filii debeant esse hæredes patris etiam in feudo ex pacto & prouidentia, tamẽ hoc non faciet feudum esse hæreditarium, vt inquit Decius in consi clxxxv. Quamuis Camerarius in d.§.præt.duc.repræhendendo Decium, dicat ipsum non intellexisse feudorum materiam.char.96.in litera F. Tu autem posses saluare Decium, vt respectu filii non conficientis inuentarium, feudũ, quamuis ex pacto & prouidentia, tamen hæreditarium dici posset, & ipsę filius erit hæres cum qualitate hęreditaria, qa tenebitur nedum iuxta vires bonorum allodialium, sed et feudalium, vt late supra concluſimus ex dispositione d. ca.j. an agn. dum tamen non confecerit inuentarium, & in eius prę̃iudicium

64 Vel & tertio modo intelligi potest hoc procedere in †feudo mixto, quod videtur ex pacto & prouidentia, dum vocãtur liberi primogeniti, ac etiam erit hæreditarium, dum succedens debet esse hæres propter communem inuestituram hodierni tẽporis, in qua exprimitur de liberis & hæredibus, ex corpore descendentibus sexus, & ætatis prę̃rogatiua seruata &c. Et propterea dicetur mixtum, prout exemplificat Pernus in consi.vii.colum.tertia.in fi.& consi.4.col.4.ver. Secundum alterum intellectum, consi.xxii.Afflic.in c.j.§.quid ergo.num.x.de inuest.de re alie.fac.& in c.j.§. hoc autem notandum.in 4.col.de his qui feu.da.pos. & in §. hoc quoq;.de succes.feu.num.7. cum aliis per nos latius allegandis.in ti.de feudo mixto. Vnde si altero de prædictis tribus modis non intelliges Camerarium, credo quod aliter recte ipsum intelligere minime poteris. Nam Andr.in d.c.j.qui succes.tene.in fine.dum dixit reperiri feuda paterna hęreditaria, non debet necessario intelligi de paternis ex pacto & prouidentia. Si q̃dem reperiuntur feuda paterna ex pacto & prouidentia, sed hæreditaria tantum, & dicuntur paterna ad differentiam feudorum nouiter acquisitorum, de quibus proculdubio teneo intellexisse Andream, non autem de paternis ex pacto & p̃ uidentia, postquam loquutus est de paternis hæreditariis, vnde non potest fieri vis in eius dictis. Nec similiter hoc probatur ex dictis eiusdem Andreę, in cap.j. de alie.feu.pater. Nam

65 quamuis ibi dicat †And.feuda ex pacto & prouidentia deberi hęredi, non per hoc sequitur feuda ex pacto & prouidentia, esse hęreditaria, nam illa vox hęredi potest intelligi vel de filio, vel prout nos diximus, omnia feuda etiam hæreditaria quæ debentur hęredi, esse ex pacto & prouidentia largo modo intellecta ipsa feuda hęreditaria, prout in eorum acq̃sitione concurrit pactum capientis, & prouidentia dantis. Nec id quod dixit And.ver.quid si Titius.faciet pro hac opinione, dum voluit esse quoddam feudum ex pacto & prouidentia non hęreditarium, quasi a contrario sensu voluerit esse quoddam aliud hr̃ditarium, quia hoc negatur. Nec An. hoc dixit, Nec nos eius mẽte tacita hoc colligere debemus, prę̃sertim cum inducęretur alia contrarietas in dictis eiusdẽ Andreę in multis aliis locis. Et id quod dixit ī c.j.§.& si libellum.de alie.feu.pater. nequaquam obstabit, quia & licet ibi

66 dixerit quod si in concessione fuerit †expressum pro hæredibus, erit feudum ex pacto, & prouidentia, illud processit ea ratione, quia contrahentes dum dixerunt recipere feudum, & illud dare pro hæredibus, voluerunt intelligere pro filiis, prout palam ibi exprimit Andreas. Et videtur etiam de mente eiusdem Andreæ.in §.prę̃te.duc.l.Imper.colum.3.ver.& si dicatur, de prohi.feu.alie.per Fed.vbi dixit, pro liberis seu hæredibus erit feudum ex pacto & prouidentia, quia dum dixit de hęredibus, intelligere voluit de liberis. Et ita debes intelligere Andream, prout ipsemet loquitur in dictis locis. Quãuis Loffredus in consi.j.192.dicat And.esse corruptum vitio impressorum: sed secundum me non bene dicit, quia ipsemet Andreas seipsum declarat. Licet alii voluerint Andreã ibi referre opinionem Modernorum, qui volebant feudum ex pacto & prouidentia censeri, quando feudum erat cõcessum pro liberis nominibus ipsorum liberorum expressis, & quod ipse Andr. demum recedat a præfata opinione Modernorum. Et si hic intellectus in se sit verus, tamen cõtrarium dicit litera. Et melior est intellectus supra a me traditus, vt dicamus Andream dum dixit de hęredibus, voluisse intellegere, ideſt, de filiis, vnde vides qualiter loca And.relata per prę̃fat.Camer.non sunt tuta ad probandum feu. ex pacto & p̃uidentia hæreditaria reperiri, nisi altero de tribus modis supra per nos declaratis. Et tenendo hoc ad contraria eiusdem Andreæ supra per nos formata, dum voluit feuda ex pacto & prouidentia transire ad eos, qui non sunt hęredes, & propterea dicebamus ex hoc non reperiri feuda ex pacto & prouidentia hæreditaria, poteris respondere, vt dicta ipsius Andreæ intelligãtur in agnatis, qui nullo modo debent esse hæredes morientis in feudo ex pacto & prouidentia, non autem in filiis, qui vt supra diximus debent esse hæredes. Ex q̃bus potes in hac quæstione cõcludere, reperiri feuda ex pacto & prouidentia hęreditaria, considerata altero de prędictis tribus modis.

Quia varię sunt formulę inuestiturarum, ex quibus cognosci potest, quando feudum est ex pacto & prouidentia, vel hęreditarium, vel alio modo, ideo videamus de prędictis. Et

67 primo quæro, an feudum concessum Titio & generi suo, siue posteris suis, dicatur ex pactò & prouidentia? videbatur quod non, sed potius hęreditarium, nam semper quis acquirens feudum, censetur consulere sibi, & filiis, siue posteris suis, vel illis de genere suo, tanquam hæredibus, per regulam generalem c.j.de duob.fra.& l.si pactum. ff.de proba.de qua late nos supra tractauimus. Vnde acquirens feudum prædictum, censetur voluisse vt transeat ad suos posteros, siue de genere tanquam hæredes, & vt illi non habeant, nisi hæredes sint, plene And.in c.j.§.huius autem generis.nume.11.ex quib.cau.feu.amit.c.j.num.4.si vasal.feu.priu.ibi, secus si nõ nominauit.c.j.de alie.feu.pate.& in §. etsi libellum.nu.x. ibi, sed illud loquitur eo.tit. vbi quando feudum est concessum alicui pro se, & liberis non nominatis nominibus propriis, cẽsetur potius hæreditarium, ex quo contemplatione patris potius, quam filiorum concessum prę̃sumitur. Et quia quando feudum concessum posteris, siue generi, non nominantur per nomina propria illi de genere, nec posteri, propterea videbatur feudum taliter concessum generi, & posteris, potius hęreditarium, quam ex pacto & prouidentia prę̃sumi, per ea quę scribit idem And. in d.§.& si libellum.nu.15.ver. item attende ex premissis. vbi nunquam feudũ censetur datum contemplatione posterorum succedentium.

Contrarium dico verius, vt feudum concessum generi, siue posteris, dicatur ex pacto & prouidentia, prout colligitur ex dictis Andreę in c.j.ver.filii tantum.num.3.in fi.de succe.

68 feu.vbi illa† vox posteris intelligiur de filiis, vt in l.quod his verbis.§.idem testator.ff.de leg.3.in qua l.appellatione posterum, veniunt filii, & hoc etiam voluit Bal. in c.j. §. denique. in 1.col.quę fuit pri.cau.bene.amit. Luc. de Penna in l.fi.pe. col.ver.possessiones. C.de loc.præd.ciu. vbi etiam dicit appellatione posterum, nõ contineri nisi vltra trinepotem. Paris, de feudis, in verbo, sequitur.cha.74.& in verbo an si sit facta concessio. char.70. Curtius in tractatu feudorum, par-v.nu. v.& par.3.num.29.vbi etiam tractat, an tali casu natus ex fœmina succedat, de qua quæstione dicemus in titu.de feudo fœmineo. Hoc idem voluit Affli.in prę̃lu.feudorum.nume 64.Ale.consi.30.num.14.volumi.1. Vnde ex dictis omnium

69 prędictorum colligitur, concessionem †factam posteris, siue generi, ęquiparari concessioni factæ filiis siue liberis, vt etiã dicit Andreas in d.c.1.versi. filii. Verum quia nos supra concluſimus, concessionem factam filiis siue liberis simpliciter, feudum ex pacto & prouidentia, secundum magis communem Doctorum opinionem, ergo huiusmodi concessio facta posteris siue generi, similiter faciet feudum dicit ex pacto & prouidentia, prout etiam voluit Bald.in l.executorem.C. de execu.rei iud.num.34. vbi dicit concessionem factam Titio, & posteris, operari vt veniant descendentes iure pactionis. Et hanc opinionem tenuit Arius Pinel.in l.1. C.de bon. mater.par.3.nu.90.char.551.per tex.in l.3. ibi, a genere.ff.de inter.& releg.

Contraria non obstant. Et primo dum dicebatur, quemlibet consulere sibi & hęredibus suis, vt in c.1.de duobus fra. & in l.si pactum.ff.de proba. nam illud procedit, quia quilibet putat habere hęredes post eius mortẽ, vt supra per nos alias circa hoc dictum fuit. Sed non propterea dicetur feudum esse hęreditarium, tum quia dictio hęredibus, non est

expressa

Source : BIU Cujas

expreſſa in conceſſione: tum etiam quia ſecundum hoc ſemper eſſet feudum hæreditarium, & quaſi raro reperiretur ſeudum ex pacto & prouidentia, ſi illa regula c.j. & l. ſi pactum. ita ſimpliciter & indiſtincte intelligeretur. Præterea quando hæres venit ex ſubaudito intellectu legis, & non ab hominis expreſſione, dicetur feudum ex pacto & prouidentia, prout ſupra concluſimus vna cum Andrea in §. huius autem generis. num. 11. & in c. j. in j. col. an agnatus. Vnde cum in conceſſione facta generi, ſiue poſteris, non fuit facta expreſſio hęredum, quamuis intelligatur facta ex iuris interpretatione, nihilominus erit feudum ex pacto & prouidentia.

Nec ſimiliter obſtabit id, quod dicebamus ex mente Andreæ in d.c.j.§.huius autem generis. & in c.j.§. & ſi libellum.
70 & in c.j. ſi vaſallus feudo priuetur. vbi non † nominatis filiis propriis nominibus, feudum cenſetur acquiſitum contemplatione ſolius patris, & conſequenter hæreditarium. Quia vel id procedetin feudo nouo, prout loqui videtur Andreas in d.§. & ſi libellum. Vel illa erat opinio Modernorum hoc dicentium, vt colligitur ex dictis Andreæ, in d.§. huius generis. Quę Modernorum opinio reprobatur per Andream ibi, & communiter a Feudiſtis non tenetur. Et propterea concluderem, feudum conceſſum generi, ſiue poſteris, cēſeri ex pacto & prouidentia.

Et ex his inferri poteſt ad aliam quæſtionem, de conceſſio
71 ne facta Titio, & eius † proli, vt veriſimiliter faciat feudum dici ex pacto & prouidentia, vt colligitur ex dictis Andreæ in c.j. ver. nam proles fœminei ſexus. num. 3. de gradi. ſucced. in feu. vbi proles capitur pro filio. l. officiales. C. de epi. & cle. Vnde quia equiparatur hæc conceſſio facta proli, conceſſioni factę filiis, ſiue liberis, ergo feudum ex pacto & prouidentia iudicabitur, & idem dicit And. in c.j. verſi. filii tantum. nu. 3. in fi. de ſucceſ. feu. Paris de feu. in ca. ſequitur modo notanda quæſtio. char. 74. Alua. in c.j. ii. col. an agna. Affli. ibi num. 18. per illum tex. ibi ſine omni prole, ideſt filiis & cęteris deſcendentibus, vt dicit idem Alua. in c.j. in prin. de gra. ſucced. in feu. & idem Afflic. in c. primo. nume. 3. ibidem. vbi æquiparat has formulas inueſtiturarum, dicens feudum conceſſum filiis conferri, ac ſi eſſet conceſſum proli. Sequitur Arius Pinel. in l. prima. C. de bo. mater. tertia. par. nu. 90. in fi. ibi, infertur octauo.

71 Quid autem † de conceſſione facta alicui in cunctam eius generationem? dicas ſimiliter importare feudum ex pacto & prouidentia. inquit Bal. in l. ii. C. de iu. emphy. & ibi Iaſon, num. 167. Et facit pro hoc, id quod dixit idem Bal. de domo, ſiue ſanguine Regis, in c.j. in ii. col. de feu. Marchiæ. Refert, & ſequitur hanc opinionem Arius Pinel. in d.l.j. C. de bo. pater. par. 3. num. 90. in fi. ibi, infertur nono, vbi concludit feudum conceſſum in cunctam generationem, iudicari ex pacto & prouidentia. Sed an in ſupradictis caſibus veniant fœminæ, ſiue filii fœminæ de iure communi feudorum, reſeruo dicendum in ti. de feu. fœmineo.

73 Quęro, quid de † Feudo cōceſſo alicui, & ſuis ſimpliciter? nam ſi in conceſſione fuiſſet dictum ſuis hęredibus, non eſſet dubium feudū fore hęreditarium, prout congruo titulo dicemus de feudo hęreditario. Et rurſus ſi fuiſſet expreſſum in conceſſione pro ſe & ſuis filiis, nequaquam eſſet dubitandum fore ex pacto & prouidentia, prout ſuperius iam dictum eſt. Procedit ergo formata quęſtio, quando in formula inueſtiturę fuit dictum pro Titio, & ſuis. Et quod cenſeatur feudum hęreditarium, voluit Alexan. conſi. 26. volu. v. qui multa allegat, quę videre poteris, ex cuius dictis colligitur eſſe feudum hęreditarium. Et mouetur ex regula c. primo. de duo. fra. & l. ſi pactum. hāc opinionem Alex. ſequutus eſt Anto. Rub. conſi. 84. num. 3. Arius Pinel. in l. prima. C. de bo. mate. num. 90. in prin. vbi dicit non eſſe differentiam inter conceſſionem pro te & tuis, & conceſſionem pro te, & tuis hęredibus.

Ego autem ſum in contraria opinione, vt potius dicatur feudum ex pacto & prouidentia. Et moueor primo ex text. §. ſui autem. Inſti. de hęre. qual. & diff. & in l. in ſuis. ff. de liber. & poſt. vbi appellatione ſuorum veniunt hæredes ſanguinis, vt ſunt filii in poteſtate & nepotes, vnde videtur magis appellatione ſuorum cōſiderari ſanguis, quam hæreditas, & videtur idem importare, vt dicatur pro ſe & ſuis, quod importaret ſi diceretur, pro ſe & filiis in poteſtate conſtitutis, ſiue nepotibus, quo caſu eſſet feudum ex pacto & prouidentia. Et quod hæc vox ſuis congruat, magis ſanguini deſcendenti, & generi, quam hęredibus, videtur probare text. cum ibi notatis, in l. fœmina. C. ad ſenatuſcon. Turpil. vbi dicitur appellatione ſuorum, venire omnes illos qui ſunt de parentela, vel ſanguine, non autem quicquam ibi dicitur de hæredibus. Si vis tenere hanc opinionem, reſponde ad ea quæ dicit Alexā. in d. conſi. 26. Nam principale fundamentum Ale. ibi eſt propter regulam, quilibet cenſetur proſpicere ſibi, & ſuis hęredibus: in qua regula non eſt facienda vis, prout ſępius nos ſupra diximus, quia non procedit quando in inueſtitura alia expreſſio a contrahentibus facta eſt, quia ſecundum talem expreſſionem feudum erit iudicandum. Preterea in illa l. ſi pactum. dicitur, plerunque, & non ſemper, vt conſiderat Andre. in c. primo. in prin. nume. 1. de feu. March. verum quia in huiuſmodi conceſſione fuit dictum, feudum concedi Titio, & ſuis, merito eſt concludendum intelligi de filiis, ſiue deſcēdentibus ipſius acquirentis.

Et idem dicas de conceſſione facta Titio & eius deſcendētibus, vt tunc ſimiliter dicatur feudum ex pacto & prouidentia, vt tenet prędictus Arius Pinel. in d.l. prima. de bon. mate. num. 90. in prin. Affli. in prędal. feu. num. 98. & videtur rationi
74 conſonum, quia idem videtur dicendum de † conceſſione facta Titio & filiis, ſiue Titio & eius deſcendentibus, quia deſcendentes filii ſunt, & hoc videtur abſque dubio procedere Et ſentit hoc Cur. conſi. 3. nume. 4. Alexā. conſi. 18. nume. 12. volumine v.

75 Quæro, quid ſi feudum fuit conceſſum Titio, & eius filiis, ſiue liberis, nominibus filiorum nō expreſſis, an dicatur ex pacto & prouidentia? Hanc quæſtionem aliqualiter tetigimus ſupra in illa quęſtione feudi, conceſſi generi. Sed nūc diffuſius eam examinabimus.

Et quod ſit hęreditarium, faciunt omnia dicta per Andr. ſuperius allegata in c. primo. §. huius autem generis. num. xi. ex quib. cau. feu. amit. & in c. 1. num. 4. ſi vaſal. feu. priu. & in c. 1. §. & ſi libellum. num. 10. de alie. feu. pater. in quibus locis videtur concludere feu. receptum pro ſe, & filiis non expreſſis nominibus filiorum, cenſeri datum pro hęredibus, & contēplatione ipſius patris, non autem filiorum, quo caſu iudicabitur hęreditarium. Prēterea quilibet acquirens feudum cēſetur proſpicere. ſibi & hęredibus ſuis, per vulgatam reg. c. 1. de duob. fra. & l. ſi pactum. ff. de prob. l. veteris. C. de contrah. ſtipu. & probatur ex tex. §. emphy. in Auth. de non alien. vbi emphyteuſis tranſit ad filios, ſi hæredes ſint, & ibi hoc dicit Iac. de Bel. Bal. in l. liberti liberteq;. C. de ope. libe. Cur. conſi. 3. nume. 3. Item pro hac opinione adducitur. Nam quando non habemus expreſſam determinationem iuris feudorum recurrēdum eſt ad ius ciuile. c. primo. ver. ſtrenu⁹. de feu. cog. Sed quia non habemus text. feudalem probantem feudum conceſſum pro aliquo, & ſuis liberis ſeu filiis, dici ex pacto & prouidentia & non hęreditarium, ergo recurrendum eſt ad ius commune, vt filii ita demum ſuccedant ſi hęredes, vt dicatur feudum hęred. per ſupradicta iura, & alia diſponentia in allodialibus filios debere ſuccedere tanquam hęredes: Vlterius pro hoc videtur caſus in cap. primo. an agna. vel fil. vbi filius non poteſt conſequi feudum paternum ſine hęreditate patris, ſed debet aut vtrumque repudiare, aut vtrumque acceptare. Et hoc idem dicit tex. in c. primo. ver. filius. de Cap. qui cur. vend. prout nos ſupra etiam late diximus, ergo feudum erit hæreditarium, poſtquam filius illud habere nō poteſt, niſi ſit hęres patris. quem tex. Doct. communiter ibi intelligunt procedere in feudo cōceſſo pro liberis ſeu filiis, vt tradit Cur. conſi. 138. nu. 8.

Contrariam opinionem, quod immo cenſetur ex pacto & prouidentia, tenuit And. in c. primo. an agnatus. in princ. & in c. 1. num. 10. & 11. de alie. feu. pate. & in c. 1. num. 18. qui ſucce. tenea. & in c. 1. §. quid ergo. num. 8. de inueſt. de re alie. fac. & in c. 1. num. 11. ex quib. cau. feu. amit. cum multis aliis per nos ſupra in ti. de feu. ex pac. & proui. allegatis, quę nolo hic repetere: nam ſemper quod in conceſſione non apponitur illa vox hęredibus, feudum dicitur ex pacto & prouid. vt ibi late tradidi, & eſt communis opi. Quam tenendo nō obſtant contraria.

Et primo dicta And. in c. 1. §. huius autem generis. ex quib. cau. feu. amit. quia procedunt ſecundum opinionem Modernorum, qui hoc volebant prout ipſe Andre. ibi dicit, quam opinionem ipſe non tenet, & communiter non tenetur, vt etiam ſupra dixi. Nec ſimiliter obſtabit id, quod dixit idem And. in d.c. 1. ſi vaſal. feu. priue. quia licet ſit verum, feudum datum patri & filiis non nominatis, cenſeri datum contemplatione patris, tamen non ſequitur neceſſaria conſequentia non eſſe ex pacto & prouidentia. Eſt tamen verum, vt in illo caſu delictum patris noceat filiis non nominatis, quod ſecus eſſet filiis nominatis, vt ibi dicit And. & nos inferius in quæſt. dicemus. Et ideo reſpectu patris delinquentis procedit illa differentia, in filiis nominatis. Et ad id, quod dixit Andr. in §. & ſi libellum. fuit in prędcedentibus ſatis reſponſum, vt procedat, quando recipiens feudum pro liberis non expreſſis eorum nominibus, intelligatur illud recipere, ſua cōtemplatione, non autem filiorum, ſed non propterea erit dicendum fore feudum hęreditarium, & non ex pacto & prouidentia. Vel dicas And. ibi loqui de feudo nouo, quod fere in

omnibus

Source : BIU Cujas

omnibus feudo hæreditario comparatur,vt dicam in tit. de feu.ex pacto & proui.nouo.

Nec regula prima de duobus fra.& l.si pactum.ff. de proba.obstabit,quia illa regula procedit in feudo, quod potest esse & hæreditarium, & ex pacto, & sumus in dubio,quia tunc potest intelligi,vt vnusquisque censeatur prospicere sibi,& hæredibus suis, sed in proposita quæstione sumus ī claris,quia acquirens prospexit sibi,& filiis vt filiis,non autem nominauit eos hęredes,quod si voluisset vtique dixisset,arg. l.vnicæ.§.cum autem.C.de cad.tol. Præterea si illa regula esset vera,vtique omnia feuda censerentur hæreditaria,& nunquam reperirentur feuda ex pacto,vt diximus supra. Et tamen hoc non est dicendum,quia Doct.omnes concludunt reperiri feuda ex pacto & prouidentia. Quamuis Laurentius Syluanus in consilio 30.nume. 14.dixerit, non reperiri hanc speciem feudi non hęreditarii, & male secundum me, tum quia nihil pro hac sua sola opinione allegat,tum etiam quia est contra communem traditionem omnium.

Similiter id quod dicebam non reperiri iure feu.hoc feudum ex pacto & prouidentia, & ideo recurrendum esse ad ius ciuile,per quod dispositum est, vt filii in bonis allodialibus tanquam hęredes succedant, non refragatur huic conclusioni,nam ex tex.in capi. primo.an agna.satis probabiliter colligi potest,reperiri feud.ex pacto & prouidentia,nam si ille tex.loqueretur de feudo hęreditario vt quidam volunt nulla fieret differentia inter agnatum,& filium,quia omnes deberent pariter esse hæredes, & tamen cōtrarium ibi disponitur in filio.Et si diceretur,prout ipse Laurentius dicit in dicto consilio 30. non esse differentiam inter filium & agnatum,circa dispositionem illius cap.ex quo tam filius, quam agnatus debent esse hæredes non vltimi morientis, sed primi acquirentis, & in hoc omnes concordant ex mente Andre.in dicto cap.primo.an agna. vbi voluit agnatum debere esse hęredem primi acquirentis feud. ex pacto & prouidentia,prout etiam nos firmauimus supra in hoc titu. de feu. ex pacto & prouidentia,ex dictis Camer.in cap.Impera.§.prętea ducatus.Ad hoc poteris faciliter respondere,hoc esse verum respectu primi,sed respectu vltimi,prout loquitur illud cap.hoc non est verum,si quidem longa est differentia inter filium,& agnatum. Vnde de necessitate fatendum est,illud capitu.loqui de feudo ex pacto & prouidentia non hęredit. & ideo eius dispositioni standum erit. Et ex his poteris respondere vltimo argumento facto pro parte cōtraria, dum dicebamus hoc probari ex dicto capi.primo.an agna.concesso quod loquatur in feudo recepto pro se & filiis, & tamen filii non habebunt nisi sint hęredes, quia non ex hoc dicetur feudum esse hæreditarium, licet filius debeat esse hæres, patris,ne moriens sine hŕde afficiatur iniuria, vt diximus supra, & tamen feudum non sit hęreditarium, vt considerat Deci. consilio 185. numero v. & probatur optime in dicto cap.primo.an agnat.Aret.in l.pro hęred.§.quid si tamen,numero 8.ff.de acquiren.hęredi. secundum communem intellectum omnium,vt ille tex. procedat in feu.ex pacto & prouidentia,quicquid dixerit Syluanus in dicto consilio 30. qui iudicio meo errauit satis super intellectu illius ca.prętertim dum voluit in feudo hęreditario, non oportet succedentē esse hęredem vltimi morientis,sed sufficere si sit hęres primi acquirentis,quod non est verum.

DE FEVDO EX PACTO ET PROuiden. Antiquo, siue Paterno.

SVMMARIVM.

1 *Loca omnia,in quibus Andreas loquitur de feudo ex pactō & prouidētia antiquo, siue paterno.*
2 *Feudum antiqum quod dicatur.*
3 *Feudum antiquum dicitur vltra quartum gradum.*
4 *Feudum antiqum ponitur pro paterno,& aliquando paternum pro antiquo.*
5 *Feudum autiquuum potest dici illud quod alias fuit concessum.*
6 *Feudum antiqum dicitur illud quod prouenit a stirpe.*
7 *Feudum antiquum sumitur pro feudo nobili.*
8 *Feudum antiquum sumitur pro feudo ex pacto & prouidentia.*
9 *Paternum feudum sumitur large,quando fuit eius parentis qui fuit communis agnationis.*
10 *Paternum feudum stricte sumptum,capitur pro feudo quod a patre vsq; ad quartum gradum obtentum est.*
11 *Paternum feudum dicitur illud,quod pater non quæsiuit.*
12 *Paternum feudum dicitur illud,quod fuit maiorum supra patrem.*
13 *Paternum feudum dicitur illud,quod est in gradu in quo agnati non succedunt.*
14 *Paternum feudum capitur pro feudo hęreditario.*
15 *Antiquissimo tempore feuda poterant reuocari ad libitum domini concedentis.*
16 *In successione feudorum prima causa est filiorum & descendentium.*
17 *Agnati collaterales succedunt in feudo antiquo in infinitum, quando feudum a principio fecit transitum ad descendentes.*
18 *Agnati collaterales vltimi morientis,non autem primi acquirentis, succedunt in feudo antiquo.*
19 *Ascendentes qualiter succedant descendentibus in feudo antiquo.*
20 *Ascendentes transuersales qualiter, & quomodo succedant descendentibus transuersalibus in feudo antiquo.*
21 *Noua inuestitura non requiritur in acquisitione feudi antiqui.*
22 *Hæres baronis mortui tenetur infra annū & diem prestare iuramentū fidelitatis.*
23 *Loca in quibus Andreas loquitur de releuio.*
24 *Testes extranei admittuntur ad probandum inuestituram feudi antiqui, & noua opinio circa hoc.*
25 *Minor potest facere renouationem veteris inuestiturę feudi antiqui.*
26 *Ius constitutionis regni vt de successionibus, arctauit successionem in feudis vsque ad tertium gradum.*
27 *Capitulum Neapolitanum ampliauit successionem feudalium vsque ad quartum gradum.*
28 *Frater ex vno latere coniunctus succedit in feudo simul cum fratre vtrinque coniuncto.*
29 *Ascendentes collaterales in feudo antiquo,succedunt descendentibus collateralibus.*
30 *Feudū in dubio an censeatur nouum vel antiquum?*
31 *Allegans feudum esse paternum,debet probare per indicia, & præsumptiones saltem,paternum esse.*
32 *Concessione non aliter apparente,nec indiciis feudum in dubio presumitur antiquum.*
33 *Domino existente in possessione feudi, in dubio feudum præsumitur nouum.*
34 *Vasallo existente in possessione feudi,in dubio præsumitur antiquum*
35 *Feudum antiquum similiter remanebit antiquū,licet in inuestitura fuerit dictum concedi tanquam nouum*
36 *Feudum nouum concessum sub commemoratione antiquarum inuestiturarum erit antiquum.*
37 *Noua qualitas addita feudo, facit nouum feudum.*
38 *Dominus in renouatione inuestiturę non potest immutare formam, & tenorem antiquę inuestiturę in feu.ex pacto & prouidentia.*
39 *Dominus in præiudicium agnatorum nihil facere potest in feudo ex pacto & prouidentia antiquo.*
40 *Ius quæsitum agnatis ex veteri inuestitura,non potest ex facto alieno eisdem tolli.*
41 *Argumentum vt contrariorum eadem sit disciplina non procedit,quando datur diuersitas rationis.*
42 *Qualitas noua facit nouum feudum,& quomodo intelligatur.*
43 *Nouum feudum concessum iure antiqui feudi an censeatur antiquum, vel nouum? disputatur dubium plenissime.*
44 *Feudum antiquum si ob aliquam causam sit regi deuolutum,& ipse illud concedat, si & prout antecessores tenuerunt,erit antiquum.*
45 *Vasallus si committat culpam ob quam debet priuari feudo,et dominus remittat, an feudum censeatur nouum.*
46 *Feudum si i pso iure per delictum erat deuolutum Regi, si Rex remittat culpam, an feudum dicatur nouum vel antiquum? disputare dubium.*
47 *Vasallus etiam cum assensu Regis non potest alienare feudum antiquum ex pacto & prouidentia in agnatum remotiorem,quando habet agnatos peoximiores.*
48 *Intellectus nouus ad capitu.primum.§.clientulus.de ali.feu.*
49 *Intellectus nouus ad capitu.primum.§. Tūius.si de feudo defunc. fuer. controuer.*
50 *Feudum antiquum ex pacto & prouidentia,non potest pignorari etiam cum assensu domini,in præiudicium filiorum vel agnatorum.*
51 *Feudum antiquum ex pacto & prouidentia non potest donari, in præiudicium descendentium vel agnatorum, etiam cum assensu domini.*
52 *Feudum antiquum ex pacto & prouidentia non potest dari in solutum creditoribus,etiam cum assensu domini, absque consensu proximiorū agnatorum.*
53 *Feudum antiquum ex pacto & prouid.non potest locari ad longum tempus,absq; agnatorum siue descendentium consensu,etiam si interuenerit,assensus domini.*
54 *Seruitus non potest imponit feudo ex pacto & prouidentia antiquo, sine agnatorum, vel descendentium consensu, licet domini assensus interuenerit.*
55 *Feudum antiquum ex pacto & prouidentia non potest relinqui in testamento sine consensu descendentium vel agnatorum,quamuis dominus consentiat.*
56 *Feudum antiquum ex pacto et prouid.non potest pro anima legari in præiudicium agnatorum,licet domini accedat assensus,et ibi de intellectu illorum verborum,nec pro anima iudicare.*

57 Rex

Source : BIU Cujas

57 *Rex de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, potest permittere vt fiat alienatio feudi antiqui ex pacta, & prouidentia etiam in præiudicium agnatorum.*

58 *Rex causa remunerandi aliquem seruitiorum præstitorum, potest ex certa scientia facere vt possit alienari feudum antiquum ex pacto & prouid. in præiudicium agnatorum siue descendentium.*

59 *Ius quæsitum agnatis in feudo ex pacto & prouidentia antiquo, censetur quæsitum spe & non re.*

60 *Clausula de plenitudine potestatis idem est quod potestas absoluta, & dispositioni legum communi non subiecta.*

61 *Rex quando de plenitudine potestatis aufert ius alteri intelligitur hoc facere pretio restituto.*

62 *Princeps per viam legis cõdendę, potest facere vt ius quæsitum agnatis in feudo ex pacto & prouid. antiquo tollatur.*

63 *Consuetudo in aliquo loco si extet vt feudum ex pacto antiquum põt alienari in præiudicium agnatorum siue descendentium valet.*

64 *Feudum antiquum ex pacto & prouid. potest alienari sine domini, & agnatorum consensu, propter feudi onera.*

65 *Feudum ex pacto, & prouidentia antiquum potest alienari in extraneum si dominus consenserit, & agnati similiter tacite per anni lapsum.*

66 *Agnati possunt infra 30. annos. reuocare alienationem feudi antiqui ex pacto & prouidentia factam in extraneum absq; suorum assensu quãuis dominus consenserit.*

67 *Alienatio feudi antiqui ex pacto & prouidentia absque agnatorum consensu valet in vita alienantis, sed eo mortuo agnati reuocant pretio non restituto.*

68 *Nouus intellectus ad §. Titius. capitu. primo. si de feudo defunct. fuer. contro.*

69 *Noua opinio, vt alienato feudo ex pacto, & prouidentia in extraneum possit statim fieri reuocatio per agnatum, quemadmodum per filium.*

70 *Nouus intellectus §. hoc quoque, de succes. feu.*

71 *Scientia & patientia an inducant consensum agnatorum, vt intelligãtur consensisse alienationi feu. antiqui ex pacto & prouiden.*

72 *Agnatus tacens per annum, & non reuocans alienationem factam in extraneum, poterit post mortem alienantis reuocare.*

73 *Dominus non est agnatus, sed loco extranei habetur.*

74 *Filii vel agnati licet ignorauerint alienationem factam, tamen excludun tur spatio triginta annorum.*

75 *Consensus descendentis, siue agnati proximioris, non præiudicat cæteris.*

76 *Alienatio facta cum domini consensu & absque agnatorum, dicitur valida ab initio.*

77 *Alienationes feudorum prohibitæ sunt principaliter fauore dominorum.*

78 *Intellectus capituli Titius si de feudo defuncti fuerit contro.*

79 *Capitulum Titius, debet intelligi quando alienat? o fuit facta, vel in casu permisso de iure antiquo, vel cum domini consensu.*

80 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum illicite alienatum absque domini consensu, an vadat ad agnatos, vel dominum, vel filios? disputatur articulus nu. 6.*

81 *Feudum quando dicatur confiscari, & quando committi, & quando acquiri, & quando finiri.*

82 *Vasallus quando moritur, & est incapax hæredis, feudum dicitur confiscari.*

83 *Feudum quando dicatur committi domino.*

84 *Feudum quando dicatur finiri.*

85 *Feuda septem modis amittuntur, & ibi enumerantur omnes modi.*

86 *Feudum antiquum ex pacto & prouidentia, alienatum sine domini cõsensu, an vadat ad agnatos, siue descendentes, vel ad dominum? disputatur articulus plene.*

87 *Alienatio feudi antiqui ex pacto prouiden. prohibita est nedum fauore domini, sed etiam fauore agnatorum.*

88 *Agnatus in redimendo feudo alienato præferebatur domino.*

VIdimus de feudo ex pacto & prouidẽtia, verum
1 quia reperitur† feudum ex pacto & prouidentia antiquum siue paternum, nec non & feudum ex pacto & prouidentia nouum, & feudum omnino ex pacto & prouidentia, ideo per ordinem videamus de vnoquoque genere ipsorum feudorum. Et primo in præsenti titulo de feudo ex pacto & prouidentia antiquo siue paterno, de quo meminit Andreas in c. primo. ver. fratri. qui feu. da. pos. c. primo. in fi. qui succes. tene. c. primo. ver. & si ille. & ver. quod autem. num. 17. de contro. inuest. ca. primo. §. rursus. num. 26. in fi. quibus mo. feu. amit. & in §. vel postquam ad libellum dedit. num. 29. eod. ti. & in c. prmo. ver. & ad dominum reuertatur. num. 8. episcop. vel abba. c. primo. in prin. & in §. hoc quoque. de succes. feud. c. primo. ver. hoc intelligendum. nume. 2. qui succes. tene. c. primo. versi. si aliquis. in fi. apud quem vel quos. c. primo. ver. filius fratris. num. 2. Impe. Lotha. c. primo. Ver. si quis miles. in fi. ibi. domino iubente. de feu. si. cul. non amit. c. sancimus. lo. 2. num. 12. in fi. quo tempore miles. c. primo. quemadmo. feu. ad fil. perti. c. primo. ver. succes. de feu. cogn. c. j. ver. sed & res. per quos fiat inuest. c. primo. §. quid ergo. num. 6. 7. & 8. de inuesti. de re alie. fac. primo. §. donare. num. 8. in prin. & num. 12. qualiter olim pote. feu. alie. c. si vasallus. de feudo. num 9. si de feu. defun. contro. fue. c. Impera. versi. re deat. num. 29. & in ver. nec dominus. num 54. & nume. 15. de prohib. feu alien. per Feder. c. primo. §. & si libellum. nume. x. de alie. feu. pater. c. primo. §. his vero. de gra. succes. in feu. cap. primo. in j. col. de vasal. decrep. æta. c. primo, de inuest. in mari. fac. c. primo, nu. 1. ver. hoc est regulare in omni feudo, de eo qui sibi vel hæred. suis. c. primo. versi. præterea si vasallus. num. ix. x. & xvi. quæ fuit prima cau. benefi. amit. c. primo, §. denique. nume. 50. in ver. si vero non in dominum. & num. 53. ver. si vasallus, eodem titu. quæ fuit prima cau. c. primo. in prin. & in fi. ibi, vnde fine scrupulo, si de feu. defun. fuer. contro. c. inter filiam. c. moribus. c. Titius, in prin. & in ver. quod si Titius, & in ver. quid si consentit. in fi. & in c. si minori. & in c. si vasallus culpam & in c. si vasallus de feudo. versi. item si feudum, & in c. Titius, eo. ti. si de feu. defunct. fue. contro. c. primo, in ii. col. hic finitur lex. c. primo, in princ. & in versi. nisi, num. 4. & 5. si vasallus feudo pri. c. primo, versi. sed si fratrem. an ille qui interfe. frat. dom. sui. c. primo, de vasallo qui contra consti. Lotha. c. primo, & in ver. licet, num. 2. & in §. & si libellum. num. 7. & num. 19. de alie. feu pate. c. primo, nume. 4. ii. col. de capitulis Corra. c. præterea. in prin. & c. fi. num. 75. eo. titu. c. primo, an agna. vel filius. c. primo, de eo qui fin. se. agna. c. primo, in prin. de nat. succes. feu. c. primo ver. filius. & in ver. si contentio. de capitaneo, qui curiam vendi. c. Imper. §. præterea ducatus. num. 33. versi. sed si dicatur, concedo Titio & liberis, & in §. insuper, si filius num. 57. de prohi. feu. alien. per Feder. Ex dictis And. in suprad. dictis locis colligitur, qualiter reperitur feudum ex pacto & prouidẽtia antiquũ, & feudum ex pacto & prouidentia paternum. Vnde videamus prius quod dicatur feudum antiquum, & demũ quod dicatur paternum, & in quo differant, postquam in præcedẽti tit. tractauimus, quid sit feudum ex pacto & prouidentia, & de formulis concessionum ipsius.

2 Feudum †ergo ex pacto & prouidentia antiquum dicitur illud quod est a quarto gradu supra, glos. in c. primo, de succ. feud. vbi post quartum gradum non vocatur amplius pater num, & ibi not. Bald. in ver. hoc quoque, in fi. inferens quod si concedatur feudum paternũ, non durat, nisi vsq; ad quartum gradum, secus si fuerit dictum in feudum antiquũ, quia durat in infinitum, & no. Afflict. ibi nume. 3. Et idem Bald. in authen. defun. C. ad senatuscons. Tertul. & in l. prima. ff. de rerum diui. 4. quæst. numero 4. Soc consi. 165. vol. ii. Et Alua. in d. §. hoc quoque. col. ii. dicit supra 4. gradum proprie loquendo dici feudum antiquum. Et idem Bal. ĩ c. primo, §. & quia. 3. col. de his qui feu. dare pos. dixit supra nomina nominata in iure magis proprie sumpto vocabulo appellari feudum antiquum, per tex. in l. Iuriscons. ff. de grad. Nomina autem nominata in iure ponit ipse Bal. in dicto §. hoc autem. videlicet patrem, auum, proauum, abauum, & attauum, q̃ sunt quinque personæ. Sed si ita fieret numeratio personarum, deberet potius dici feudum antiquum vltra quintum, & non quartum gradum. Nisi dicas non connumerari, nec personam vltimi possessoris feudi, nec primi acquirẽtis, & sic erũt quatuor gradus, hoc est pater, auus, proauus, & abauus. Et
3 quod vltra †quartum gradum dicatur feudum antiquum, & sic vltra has personas nominatas, voluit Alexã. consilio 26. numero 7. volu. v. & consilio 30. num. v. volu. j. Dec. consilio 208. numero 9. And. in c. primo, versi. & olim. numero 4. in prin. post glo. & ibi Alua. v. colu. de succes. feu. Pau. de Castro consilio 126. vol. j. Cur. par. j. q. 8. Syluan. consilio 3. nume. 38.

Sed si velles tenere contrarium, posses dicere hoc iure non probari, nec tex. in c. primo, de succes. feu. allegatus per Bal. hoc probat. Si quidem ille tex. licet dicat, quod post quartũ gradum feudum non vocatur amplius paternum, non tamen dicit appellari antiquum, immo tex. in c. primo, de nat. succes. feu. aduersari videtur, dum ibi dicitur, paternum feudum quicũque ex superioribus illud acquisiuit, vnde potest intelligi de quolibet superiore etiam vltra quartum gradũ, & tamen paternum etiam diceretur. Non recedas ab opinione Bal. & aliorum, vt proprie feudum antiquum dicatur vltra quartum gradum. Contrarium non obstat, nam tex. in d. c. primo. de nat. succes. feu. potest intelligi, dum dicit, quicũque ex superioribus, videlicet de nominatis in iure, vt sunt pater, auus, proauus, abauus, attauus. Vel intelligatur, loqui
4 de †feudo paterno improprie & large extenso vocabulo, qđ appellatur etiam antiquũ, quia iura feudorum promiscue vtuntur feudo antiquo pro paterno, & e contra, cap. primo. per quos fiat inuest. c. primo, quot test. sunt necess. ad prob. in uest. & in d. c. primo. de nat. succes. feud & in c. primo. de succes. frat

Source : BIU Cujas

ceſſ.frat.& in c.primo,de ſucceſſ.feu.& in ca.primo.de his qui feu.da.poſ.Cur.in prima parte,in 8.prin.quæſt.Loff.conſilio 52.nume.2.Alber.Brun.conſilio 72.ii.col.Eguin.Baro.in methodo,in ti.de iu.benefi.c.vii.Do.in d.c.primo,§.hoc quoq;. de ſuc.feu.Soc.iun.conſi.103.vol.ii.vbi plene de hoc feu.antiquo & qualiter ſumatur.

5 Feudum†antiquum alio modo poteſt dici illud,quod a's fuit conceſſum,nam antiquitas ſumitur ſi ſemel datum fuit. And.in cap.primo,nume.4.de his qui feud. dare poſſunt.ita Pernus in repet.cap.volentes,regni Siciliæ,verſicu.item notat idem And.

6 Feudum antiquum†etiam dicitur,quod a ſtirpe prouenit Bal.conſi.49.in fi.vol.ii.Dec.conſi.445.nu.v.

7 Similiter feudum,† ſiue beneficium antiquum ſumitur p nobili feudo,vt tradit idem Bar.in dicto c.vii.de iure benefi. allegat tex.in c.primo,quis di.dux.ibi, antiquis temporibus. & tex.in l.prima.ff.de cenſi.Bal.in prælud. diuiſ.x.Dec.conſi. 53.numero 2.vbi dicit,quod feuda antiqua ſapiunt nobilitatem.Sed de hoc dicemus in ti.de feu.nobi.

8 Feudum † antiquum pro feudo ex pacto & prouidentia, glo.in c.primo.§.hoc quoque.de ſucceſ. feu.in verbo,inueſtire.in fi.& ibi And.& ita declarat Afflict.ibi,num. 26. Sed mihi non videtur verum, nam etiam paternum dicitur ex pacto & prouidentia,vt dicemus inferius.

Feudum antiquum, quod ab anteceſſoribus eſt quæſitum, glo.in c.primo,in verbo,inueſtire, de ſucceſ.feu.Laurentius Syluanus conſilio 3.numero 69.

9 Paternum autem feudum †vel ſumitur large, vel ſtricte : largo ſumpto vocabulo dicitur illud, quod fuit eius parentis qui communis fuit agnationis, c.primo,ver.ad filias autem,de gra.ſuc.in feu.c.primo,de nat ſucce.feu.& ibi And.numero 3.&in c.primo,§.& ſi libellum. numero x.ibi ſed illud loquitur de alie.feu.pater.& in c.primo,i.col.num. 1.eo-ti.& in c.primo.verſi.niſi, numero 3.ſi vaſal.feu. priue.

10 Stricte†autem,& proprie dicitur paternum,quod a patre, vel aliquo vſque ad quartum gradum obtentum eſt, dicto c.primo,§.hoc quoque,de ſucceſ.feu.Dicitur etiam proprie feudum patris, And.in c.ſi miles,ver.& ſi hæres. Impe. Loth. Quamuis hodie vt ſupra dixi,vnũ pro altero ponatur, hoc eſt paternum pro antiquo,& econtra. Nam illud quod dicitur large paternum,poteſt appellari antiquum.Vdal.in titu. de feudo paterno.parte 3.numero 1. & probatur ex iuribus ſupra per me allegatis.Alio modo appellatur paternum, illud,quod pater non queſiuit, And.in c.primo §.& ſi libellũ, numero x.ibi,ſed illud loquitur,de alie.feu.pater.Sed hoc dictum And.intellige reſpectu ipſius patris,ſed reſpectu eius ſi

11 lii dicetur† ſimiliter paternum,quando pater ipſe queſiuit, vel non quæſiuit ipſe,ſed alius prædeceſſor ſuus.Sed vno modo poteſt magis ſtricte & proprie conſiderari,quando eſt feudum patris,& ab eo quæſitum.Alio vero modo ſimiliter proprie,ſed non ita ſtricte,appellabitur paternum, quamuis nõ pater,ſed alius anteceſſor quæſiuerit.

Feudum paternum dicetur etiam illud,quod fuit maiorũ ſupra patrem.Bald.in c. decedenti.in extraordinariis.Alber.

12 Brun.conſilio 72.Necnon & feudum† paternum dicitur vſque ad quartum gradum proprie,Bal.in c.primo,§.hoc quo

13 que,in vi.colum.de ſucce.feu.Paternum†etiam vocatur feudum,quando eſt in gradu,in quo agnati ſuccedunt:quando vero eſt in gradu,in quo agnati non ſuccedunt,tunc non paternum,ſed antiquum appellabitur,And.dicit in ca. primo, numero vi.col.3.an agna.Secundum And. feudum paternũ diceretur vſque ad ſeptem gradum,quo agnati ſuccedunt,vt habetur in c primo,ver.hoc quoque. de his qui feu. da.poſſ. & in c.primo,ver.& olim,de ſucceſ.feu.Dicas quod And. loquitur ſecnndum hodierna tempora, licet de iure antiquo vſque ad quartum gradum tantum daretur ſucc.in agnatis.

14 Feudum paternum†pro hæreditario,gl.in c.primo,§.hoc quoque,de ſucceſ.feu.And.& Afflict.ita ibi declarant, quod ſic ſimpliciter non eſt verum,vt diximus ſupra.Declarauim9 quod dicatur feudum antiquum,& quod paternum. Verũ quia feudum aliud eſt antiquum hæreditarium, aliud antiquum mixtum,ſiue ſecundum ius Francorum, ideo in præſenti ti.videamus de feu.antiquo ex pacto & prouid. & ſuo ordine demum de aliis.

Feudum igitur antiquum ſeu paternum(&.aduerte, quia confundo feudum Paternum,& antiquum)talis eſt naturę, vt in eo ſuccedant omnes deſcendentes in infinitum. Nam vetuſta feudorum origo ſucceſſionem,vel nullam,vel tenuẽ

15 habuit,quia ab ipſo initio†dominus feudum ad libitum inſtar precarii reuocare poterat,l.prima.ff.de preca.Deinde ad recipientis vitam firmabatur .Poſt receptum eſt,vt in filios ſuos dominus vellet feuda deſcenderent.Succedẽte tempore,ad omnes filios maſculos ſucceſſio extenſa eſt. Obſeruatum deinde fuit,vt ad fratres , fratrumque filios, qui patrueles & in quarto gradu ſunt,feuda deuoluerentur.Tandem ſeptimus gradus ſucceſſionis receptus eſt.Hodie vero vſque in infinitum,prout habetur,in c.primo,de his qui feu.da.poſſ. Et hęc ſucceſſio deſcendentium in infinitum , in omni feudo ſibi locum vendicat,ſiue ſit antiquum,ſiue ſit nouum,ſiue ex pacto & prouidentia,ſiue hęreditarium.Semper enim

16 †prima cauſa eſt liberorum,c.primo,de nat.ſucceſ.feu.c. primo.de ſucceſ.fra.& in dicto c.primo,§. & quia videamus.de his qui feu.da.poſ.dummodo his qui ſuccedit oriatur a ſtipite eius,qui primus feudum acquiſiuit,vt dicitur]in ca.primo, de ſucceſ.fra.Et hęc eſt communis omnium traditio,vt dicit Curtius in prima parte,in viii.quæſt.num.7. Ioannes Ray.in c.Impe.numero 19.char.vii.Vdal.in titu.de ſucceſ. feu.num. primo,charta 65.

Item feudum antiquum ſiue paternum , talis eſt naturæ, vt in eo nedum ſuccedant deſcendentes in infinitum , verũ etiam agnati,& collaterales qui a primo acquiſitione deſcẽderunt,vt in dicto c.primo,de nat.ſucc.feu.& in c. primo,de ſucceſ.frat.An autem iſti collaterales agnati in prędicto feudo antiquo ſuccedant in infinitum , vel vſque ad ſeptimum

17 gradum? Dicas quod ſi†feudum a principio fecit tranſitum ad deſcendentes acquirentis feudum , tunc tranſit in infinitum,nedum ad ipſos deſcendentes,vt diximus ſupra,per tex. in dicto c.primo,de his qui feu.da. poſ.& dicto ca.primo,de nat.ſucceſ.feu. ſed etiam tranſit in infinitum ad ipſos collaterales deſcendentes ab ipſo acquirente feudum,& a deſcendentibus ipſius,& ita eſt intelligenda glo.in c.primo, in verbo,in conſobrinis.de feudo Mar.quæ voluit,vt vſque in infinitum ſuccedant nedum deſcendentes, ſed etiam collaterales.Et ita ſimiliter poteſt intelligi tex.in c.primo,ſi vaſal.feu. priu.ibi,in infinitum.Sinautem ab acquirente,feudum fecit tranſitum ab initio ad tranſuerſales,vel ex pacto,vel ex aliis cauſis,quibus tranſuerſales prędicti ſuccedere poſſent, vt in c.primo,de benefi.fra.& in c.primo,de duobus frat.a cap.ineſt.& tunc ſucceſſio tranſuerſalium non progreditur ſeptimum gradum,& ita procedit tex.in c.primo, §.cũ vero Coradus.in fi.de his qui feu.da poſ. prout hæc omnia ita declarat Bald.in c.primo,de feu.Mar.col.ii.Pariſius conſilio 23.i. col.Dec.conſilio 85.numero 5.Alua.in c. primo,ver.ſi capitanei,de feu.Marc.& in c.primo,de his qui feu.da.poſ.Goza. conſilio 26.numero 27. Et aduerte ne decipiaris ſuper hoc quia dum diximus in feudo antiquo collaterales ſuccedere ſiue in infinitum,ſiue vſque ad ſeptimum gradum, debes in

18 telligere de† collateralibus vltimi morientis,non autem primi acquirentis , nam primus acquirens ſi habeat collaterales,ipſi in feudo non ſuccedunt niſi ex pacto, vel alia cauſa, prout dicemus de hoc in titulo de feudo fratr . Et quamuis Curtius in prima parte feudorum, 8.quæſtione,num.vii. ſubtiliter conſideraverit in feudo antiquo non inueniri collaterales ſuccedentes,ſed omnes appellari deſcendẽtes , cum deſcendant a primo acquirente:tamẽ potes dicere reperiri collaterales conſiderando vltimum morientem,qui ſi decedat non relictis filiis nec deſcendentibus, ſed fratre , ipſe frater agnatus collateralis erit ipſi morienti , & idem ſuccedet, & id quod dixit Curtius procedat conſiderato primo acquirẽte,cuius reſpectu omnes dicuntur deſcendentes , vt ſupra diximus .

19 Quid autem†de aſcendentibus, an ſuccedant deſcendentib. in huiuſmodi feudo antiquo?Dic quod ſunt caſus in quibus aſcendentes prędicti ſuccedunt deſcentibus, qui ponuntur per And.in c.primo,de natura ſuc.feu.poſt Iacob. de Ardizo.in ti.de ſucceſ.feu.§.deſcendentes,& poſt ipſos,per Martinum de Laud.& Prępoſitum,in ca.primo, de vaſal.decrep. ęta.Curtius in 3.parte,ver.expedito 1.tracta.numero 45. vbi ponit caſum , quando filius poſſidet feudum de voluntate patris,qui emancipaſſet ipſum,& feciſſet eum Inueſtiri,dum modo non omnino refutaſſet ius ſuum, quo caſu moriente filio feudum reuerteretur ad patrem . Et hanc dicit fuiſſe mentem Iacobi de Ardizo.in ti.de ſucceſ. feu.per tex.in c. primo,Impe.Lotha.quamuis Alua.in capi. primo. de natu. ſucc.feu.de hoc dubitauerit. Et ſimiliter ponit alium caſum ex mente And.in dicto c.primo, quando auus emancipauit filium,& dedit feudum antiquum nepoti ſuo nato ex dicto filio emancipato.nam mortuo auo ſi moriatur nepos tenẽs feudum,poterit pater huius nepotis in eo ſuccedere,alleg.c. primo,de alie.feu.pat.Irem alius caſus ſimiliter ex dictis Andreæ in dicto cap.primo,colligitur,quando pater refutaſſet feudum filio ſuo ſimpliciter, quia illo decedente,ipſe pater ſuccedet,& hoc erit potius iure reuerſionis,quam ſucceſſionis,vide de hoc Vdal.in parte octaua , in titulo de ſucceſſio. feu.numero 2.

Quid autem dicendum de aſcendente tranſuerſali,an ſuccedat deſcendenti tranſuerſali? Nam ea quæ ſupra diximus,

procedunt

procedunt in aſcendente per lineam directam. Dicas quod
20 †aſcendens tranſuerſalis in feudo antiquo ſuccedit, vt in c. primo, in prin. Imper. Lotharius, vbi patruus ſuccedit nepoti. Ita Afflict. late in c. primo, numero vi. de natu. ſucceſ. feu. per illum tex. in dicto c. primo, Impe. Lotharius, qui ita communiter intelligitur per Feudiſtas, poſt And. ibi. Et hoc nedum procedit de iure communi feudorum, ſed etiam cõſtitutionis regni, vt de ſucceſſionibus. Qua cautum eſt nepotẽ patruo, & patruum nepoti ſuccedere, cum ambo ſint in tertio gradu. Sed hoc latius dicemus ī titulo, de feudo fraterno, vbi examinabimus intellectum dictę conſtitutionis, an enumeret gradus, ſiue perſonas.

Item feudum antiquum, ſiue paternum, talis eſt naturæ,
21 vt in eius acquiſitione †noua inueſtitura minime requiratur quemadmodum requiritur in feudo nouo, vt dicemus congruo titulo, de feudo ex pacto & prouidentia nouo. Nã feudum antiquum ſucceſſione quæritur, c. primo, de feu. Marc. c. ſciendum. de feu. cogni. Curt. prima parte, 8. quęſt. nume. 8.
22 & in eo non exigitur noua traditio, & ſic† noua inueſtitura in perſonis deſcendentium, poſtquam enim ſemel fuit facta traditio primo acquirenti, illa ſufficit. Eſt tamen neceſſaria recognitio, quæ dicitur renouatio inueſtituræ infra annum, & diem, ſiue menſem petenda, c. primo, in prin. quæ fuit prima cau. bene. amit. c. primo, quo tempore miles. c. quoniam. de prohi. feu. alie. per Lotha. c. primo, §. præterea ſi quis infeudatus, de prohi. feu. alie. per Fede. & in c. primo, de cap. Corr. Cum aliis per nos inferius allegandis, in quæſtionibus. Pariſius conſilio 22. num. 14. vol. j. Et tunc renouatur inueſtitura quę non alterat naturam feudi. Et hodie per capitulum regi Regis Alfonſi, incipiens, apud Fogiam, ſub rubrica, quid
23 fiet mortuo †barone, tenetur hęres baronis infra annum & diem fidelitatis iuramentum præſtare, & obtinere inueſtituram, ſiue literas aſſecurationis vaſallorum a vice rege: Alioquin incurrit pœnam amiſſionis feudi, ſi fuerit maior quatuordecim annorum. Hodie hę pœnę non petendi inueſtituram intra annum, & diem ſunt ſublatę, ſed duplicatur releuium. And. in c. ſancimus, lo. j. ij. col. quo tempo. miles, prout dicemus infra quando tractabimus de feudo, quod amittitur ob non petitam inueſtituram infra tempus. Et quamuis in feudo antiquo ſiue paterno, non requiratur noua traditio, cum ſemel anteceſſori primo acquirenti fuerit facta, ea tamen ſucceſſio ſic facta & continuata in hęredem, non operabitur vt hæres poſſit agere interdicto recuperandæ poſſeſſionis, nam oportet vt qui vult agere tali interdicto, corporaliter & actualiter apprehenderit poſſeſſionem, vt tradit Bal. in auth. defuncto. C. ad ſenatuſcon. Tertu. ſequitur Vdal. in 3. par. nu. 1. char. x. & latius in vi. par.

Et quia ſupra eſt dictum, vaſallum hęredem infra annum & diem, debere petere renouationem inueſtiturę, & tũc debere ſoluere releuium domino, ac inſtar cenſus, qui ſi non pſtatur, res incidit in commiſſum, l. ii. C. de iure emphy. Eſſet
23 hic tractanda materia †releuii, de qua per Andr. in c. primo, ver. ſimiliter de oſtenditiis. de capi. Corra. & in c. fi. in fi. de pace iuramento firman. & in c. primo, quis dicatur dux. & in c. primo, §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. & in ca. primo, §. & ſi libellum, numero 9. de alie. feu. pater. & in cap. primo, de nat. ſucc. feu. & in c. primo, §. firmiter, de prohi. feu. alien. per Fede. & in c. primo, ver. ſucceſſ. numero vi. de feu. cogn. Verum quia vltra And. in prædictis locis, hæc materia diffuſe & ſatis bene fuit tractata per Frecciam in tractatu, de ſubfeud. & in libro ij. authoritate tertia, & in quęſtione 34. fol. clxii. numero 2. ac etiam per Iacobum de Ayello, in tracta. de iure adohæ. Propterea nolo eorum dicta hic recitare, quia in titu. de feudo, quod quęritur ſine inueſtitura, aliqua dicam vltra dicta, pro eo in materia Adohę, & releuij.

Similiter feudum antiquum ſiue paternum, talis eſt natu
24 ræ, vt ad † probandam eius inueſtituram admittantur teſtes extranei, & qui non ſint pares curiæ, cap. primo, qui teſt. ſint neceſſ. ad proban. nouam inueſtitu. c. primo, §. quod autem. de conſuetudine recti feudi. Iaſ. in prędudiis feudorum, xxv. col. Curtius in prima parte, 8. quæſtio. prin. numero vii. verſi. tertius effectus. Et hoc ad differentiam feudi noui, ad cuius inueſtituram probandam requiruntur teſtes pares curię, ,put dicemus in tit. de feudo nouo, vbi declarabimus qui ſint iſti pares curię, & vnde dicantur, & quare eorum teſtimoniũ requiratur in probanda inueſtitura feudi noui, ſecus autem feudi antiqui. Vbi etiam dicemus, ſi poſſunt allegari ſuſpecti. Ratio autem quare ad probandam inueſtituram, ſiue cõfirmationem inueſtiturę feudi antiqui, admittuntur etiam teſtes extranei, nedum prędicti pares curiæ, ponitur in c. primo. §. idcirco, de notis feudo. Quia ideo pares neceſſarii ſunt in inſtrumento inueſtituræ, ne quid falſitatis excogitetur in perniciem domini, aliis teſtibus extraneis īductis, corruptis forte pecunia, odio, vel gratia, quæ non ſunt ſuſpicanda in paribus curiæ. Quamuis Ioannes Blancus in ſumma, ca. primo, ver. eſt igitur ſciendum. minime teneat hanc differentiã, dicens eſſe ſublatam, & in vtroque feudo tam nouo, quam antiquo poſſe fieri probationem inueſtiturç, per teſtes extraneos. Opinio Ioannis Blanci poſſet ſuſtineri, nam tex. in d. c. primo, de notis feu. ſuper quo Doctores tenentes hanc differentiam inter feudum nouum, & antiquum eſſe veram, fundant eorum opinionem, non videtur aliquo modo hãc differentiam facere, quia ſolum dicit pares curię eſſe neceſſarios in inſtrumento inueſtituræ ne quid fraudis excogitetur in pernitiem domini, nec aperit de quo feudo loquatur, ſiue nouo, ſiue antiquo, vnde verba textus vtrique feudo conuenire poſſunt. Niſi tu diceres tenendo communem opinionem, propriam inueſtituram conſiderari reſpectu feudi noui, reſpectu vero feudi antiqui, potius dici confirmationem veteris inueſtiturę. Vnde verba textus prędicti debẽt proprie intelligi, & ſic loqui in feudo nouo. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. prima. §. is qui nauem. ff. de exer. cum aliis vulgarib. Nam ſupra concluſimus in feudo antiquo potius confirmationem & renouationem inueſtituræ conſiderari, quam propriam inueſtituram, c. primo, de feudo Marc. c. primo, §. ſciendum. de feud. cogn. c. primo, quibus modis feu. conſti. poteſt. cum aliis allegandis per nos in titulo ex pacto, & prouidentia nouo.

25 Item hoc feudum antiquum, eius eſt naturę, & minor †licet non poſſit inueſtituram facere de feudo nouo, vt in ca. primo, per quos fiat inueſtitura, & tradit Ioannes Blancus in ſumma tituli, de illis qui poſſ. feu. da. in ii. col. per rationẽ, quia minor ſine authorit. tutoris vel curatoris alienare non poteſt, & ideo de nouo beneficio nequaquam inueſtituram facere, prout dicemus latius in titu. de feudo, ex pacto & prouidentia nouo, tamen renouationem veteris inueſtiturę antiqui feudi bene poterit facere ipſe minor, ſine auctoritate tutoris vel curatoris, quia non dicitur alienatio, nec noua inueſtitura, ſed antiquę renouatio, prout dicit idem Blancus in loco ſupra allegato. Capi. qui multa refert, in c. Imper. §. præterea ſi quis infeudatus. col. 232. de prohi. feu. ali. per Fed. vbi de minore inueſtiente, & tradit Afflict. in c. primo, numero 4. 6. & 7. per quos fiat inueſtitura, vbi etiam loquitur de confirmatione inueſtiturę facta in forma communi. Habes ergo ex ſupradictis infraſcriptas concluſiones.

I. Concluſio,

In omni feudo tam nouo, quam antiquo, ſiue hęreditario, ſiue ex pacto & prouidentia, ſiue cuiuſcunque naturę ſit, dũmodo conceſſio non ſit perſonalis, ſed realis, pimã cauſam ſucceſſionis eſſe liberorum, & omnium deſcẽdentium in infinitum, ab ipſo acquirente feudum, c. primo, de na. ſucceſſ. feu. c. primo, de his qui feu. da. poſ. §. hoc autem. cum aliis. Et hoc eſt conforme iuri communi, vt ſemper prima cauſa ſit liberorum. §. j. inſti. de hęr. quæ ab inteſt. defer. auth. in ſucceſ. C. de ſuis & leg.

II. Concluſio,

Nullis exiſtentibus filiis vel deſcendentibus, feudum antiquum ſiue paternum, deuoluitur ad proximiores agnatos collaterales legitimos venientes a primo acquirente, dummodo ſint eiuſdem agnationis, dicto c. primo, de ſucceſſ. fra. cum aliis, ſupra allegatis, & hoc intelligitur de iure communi feudorum, ſecundum declarationem alias per nos factã, vt ſuccedant in infinitum, ſiue vſque ad ſeptimum gradum.
26 Sed † de iure conſtitution. regni, vt de ſucceſſionibus, dicti agnati collaterales, nec etiam deſcendentes ſuccedunt, niſi
27 vſque ad tertium gradum. Et per capitulum † cõceſſum huic fideliſſimæ ciuitati Neapolis, vſque ad quartum gradum, vt tradit Marinus, in differentia decima, char. ccl. Sed de hoc dicam latius in titu. de feudo annali, vbi de intellectu dicti capituli Neapolitani.

III. Concluſio,

Si quis decedat non relictis deſcendentibus, ſed fratre vtrinque coniuncto, necnon alio fratre ex vno latere tantum cõiuncto, qui ſit conſanguineus, & is decedens habeat feudum
28 antiquum, hoc caſu † frater conſanguineus licet ex vno latere coniunctus, ſuccedet ſimul cum alio fratre ex vtroque latere, vt tradunt communiter Doctores in c. primo. de ſucce. fratrum. Curtius in tertia parte principali. Vdal. in ti. de ſucc. feu. par. viii. numero 82. in fi. vbi allegat rationem, nam qualitas cognitionis impertinens eſt in materia feudali, & ſolũ attenditur qualitas agnationis quæ a patre deſcendit. Ita Curtius in d. iii. par. in vi. quæſt. Alex. conſilio ix. in v. vol. Bal. in l. ii. C. de leg. hęre. Abbas conſilio xix. quædam mulier, libro j. pet tex. in §. ſinautem, in Auth. de nup. & ibi Ang. col. 4. Quæ omnia intellige ,pcedere de iure communi feudorum, quo feuda diuiduntur, prout dicemus in titulo de feudo diuiſibili. Quia ſi non diuiderentur, puta quando viueretur iure Frãcorum & primogenitus ſuccederet, prout in regno noſtro,

per

Source : BIU Cujas

per constitutionem,vt de successio.& dicam in titulo,de feudo iuris Francorum,tunc hæc quæstio non procederet, vt simul dicti fratres succederent,quia solus primogenitus. And. in c.primo,§.his vero.degrad.succe.in feu. Et ex his habes limitationem ad Authen.de hæ.quę ab intest.def.§.reliquum. & auth.post fratres.C.de legi.hæred. quia dicta iura non procedunt in feudis,Aflict.in dicto c.primo,numero 14.de gra. succe.in feud.

IIII. Conclusio.

29 Ascendentes†collaterales in feudo antiquo,succedunt descendentibus collateralibus, vt diximus supra de patruo succedente nepoti.Et idem dicendum est hodie de amita,similiter succedente nepoti,seu nepti,postquam fœminæ sunt habilitatæ ad succedendum per cōstitutionem regni,vt de successio. & est declaratum per capitulum huic fidelissimæ ciuitati concessum,char.139.Ascendentes vero per lineam directam,succedunt descendentibus in certis casibus,vt supra p̄ nos enumeratis. An in tali casu quando ascendentes succedunt descendentibus debeat seruari prerogatiua sexus,& ętatis,prout dicitur in successione descendentium succedentiū ascendentibus,dic quod sic,propter identitatem rationis cō sti.vt de successionibus.Et idem dicas pe fratribus,vel sorori,bus volentibus succedere fratri,vel sorori,vt in capitu.consi derantes.

Esset tractandum de materia subingressionis, an & quando nepotes subingrediantur locum patris , & succedāt cum eorum patruo,& qualiter succedant,an in capita, vel in stirpes. Verum quia est dubium, an in feudo ex pacto & prouidentia antiquo,de quo tractamus, habeat locum huiusmodi subingressio. Nam multi voluerunt tantum habere locū in feudo hereditario.Bald.in l.cum ita.§.in fideicommiss.ff. de legat.ii. Decius consilio 1.relati per Marcum Antonium Natam,in consilio 130.numero vi.& videtur de mente Marini,in prima differentia,cha.cclv numero 2. Propterea omnia hæc reseruaui discutienda in titulo de feudo hereditario antiquo.Vbi hoc dubium, si detur sub ingressio in feudo ex pacto & prouidentia,resoluetur.Quo resoluto,tractabimus materiam ipsius subingressionis, & qualiter nepotes vna cū eorum patruo succedant. Et ibi de patruo magno,qualiter concurrat cum nepotibus,vel ab ipsis excludatur,& alia notabilia.

30 Quæro antequam vlterius progrediar,an†feudum in dubio censeatur antiquum vel nouum? & quod in dubio præsumatur antiquum,voluerunt And.in c.primo,in fi.de gra. succes.in feu.per illum tex.Idem And.post Iaco. de Bel.in c. primo.§.cum autem.nume.5.de contro.inuest.& in c.primo. in prin.si de feu.defun.fue.contro.vbi Alu. in prima nota.& in c.primo,ver.item placet,de inuest.in mar.fac Bal.in ca primo,§.fi.de succes.fra.& ibi Affli.num.7.Iason. in prælud.feu. col.28.in iii.diuisi.Decius consilio 445.num.v.Alexan.consilio 15.nu.7.volu.v.Ias.consi.114.num.2.vol.j.Vdal.par.xi. numero 31.facit tex.in c.j.de conten.inter me, & domi.de por. feu.frat.mei.in princ.

Contrariam opinionem,vt immo in dubio præsumatur nouum,tenuit Affli.in consti.vt succes.nu.50. motus ex his quæ tradit Bal.in c.primo,ver.his vero,in fine,de gra. succes. in feud.vbi dicit onus probandi incumbere ei qui allegar esse nouum,quando sunt indicia quod erat vetus,ergo cessantibus indiciis presumetur nouum. Facit pro hoc tex. in d. c.
31 primo,ver.cum autem.de contro.inuest.vbi qui dicit†paternum feudum,debet habere pro se īdicia, & presumptiones, vt paternum dici possit,c.primo.de contē.inter me,& domi. de por.feu.frat.mei.in fine. Nos autem dicamus primam opi
32 nionem veriorem,vt non aliter ꝛ apparente origine concessionis, nec aliter apparentibus indiciis siue presumptionib. ex quibus possit de facili iudex cognoscere. si est antiquum, vel nouum,presumetur in dubio esse antiquum per iura supra allegata,hoc est tex.in c.primo,de grad.suc.in feu.& in c. primo,in prin.si de feu.defun.fue.controu.Ac etiam per authoritates Doctorum hoc tenētium quos supra citauimus.

Allegata pro contraria parte non obstant,quia id quod dixit Aflict.ex mente Bald.in c.primo,versi.his vero.non probat concludenter in dubio feudum presumi nouum, sed a sensu contrario , dum ibi vult Baldus alleganti esse nouum incumbere onus probandi,quando extant indicia,quod sit antiquum,ergo cessantibus indiciis , presumetur nouum in dubio,& sic per argumentum a contrario, quod non est sumendum,præsertim quando opinio Baldi cōtradiceret aliis tenentibus contrariam opinionem. Nec similiter probat hoc tex.in c.primo,ver.cum autem, de contro.inuest.vbi ille qui dicit feudum paternum , debet habere pro se indicia ad hoc vt paternum dicatur,quasi si non habeat indicia,minime antiquum presumatur. Quia pro responsione dici potest , non valere consequentiam , qui dicit paternum debet habere pro se presumptiones ad hoc vt paternum dici possit,ergo in dubio præsumitur nouum,quia vtrunque potest esse verum,hoc est,vt allegans paternum,siue antiquum, esse secundum, debeat habere pro se indicia vt sit paternum, quod contingere potest vasallo possidente , vt dicemus inferius,quo casu si dominus,vel alius alleget feudum tunc esse antiquum, nisi habeat indicia antiquitatis,non præsumetur antiquum propter possessionem īqua vasallus reperitur, ex qua causatur contraria præsumptio,vt nouum præsumatur. Et similiter potest esse verum id,quod nos tenemus,vt in dubio præsumatur antiquum , quando nullo modo per indicia potest apparere de qualitate ipsius feudi.Ex quibus concluderem in dubio præsumi antiquum , cum præfata declaratione, dummodo nullo modo possit apparere per īdicia, nec per aliquales præsumptiones , si sit antiquum vel nouū. Nec tex.in alleg.c.primo,de conten.inter me , & domin. de por.feu.contrariatur huic conclusioni,nam in princip.facit pro ea,vt in dubio censeatur antiquum. Et quamuis demū in fi.dicat , quod si vasallus probat antiquum vel paternum obtinebit, quia hoc verum est , & non contradicit tex.quin in dubio præsumatur antiquum. In sacro consilio fuit recepta opinio Neapol.in consuet.& si testator.in verbo,acquisitis,vt is qui dicit bona antiqua ipse probet.Et sic decisum in causa illorum de Vulcanis.

33 Hanc conclusionem limita non procedere,quando †dominus esset in possessione ipsius feudi, quia tūc nouum præsumetur.Et si vasallus vel alius prętenderet esse antiquum siue paternum,vtique deberet hoc probare,per ea,quæ tradit Iaco.de Bel.in dicto c.primo,de gra.succ.per id quod dicitur in dicto c.primo,§.cum autem.de contro.inuest.& ita procedat ille text. prout superius paulo ante nos diximus: nam si dominus possidet , ex ipsa possessione resultat presumptio quod sit nouum, & si vasallus prætendit esse antiquum ,
34 debet hoc probare:sinautem econtrario † vasallus possideret, eo casu antiquum in dubio præsumendum esset. Etsi dominus diceret nouum esse,similiter ei incumberet probatio.Et hoc modo intelligo omnia supradicta iura, & tradit Alexā. consilio x.num.2.vol.iii.Cur.in tracta.feu.prima par.viii.qō. numero xvi.qui allegat tex.in d.c.primo, de gra.quem mirabilem dicit Baldus ibi,& tex.in dicto c.primo,si de feu. fuer. contro.& hoc etiam voluit Alci. in tracta. de presump. presump.28.reg.3.Doctores in dicto c.primo.de succes.fra.& ibi Aflict.numero vi.& in d.c.primo.§.cum autem.de controu. inuest.Et hoc,quod supra diximus, vasallo possidente censeri antiquum,nedum procedit , si ipse reperiatur in possessione,verum etiam si probaretur defunctum possedisse,nam similiter ex hoc resultaret presumptio antiquitatis feudi,vt dicunt Bal.& Prepo.in d.c.primo.in prin.si de feu. defunc.fue. contro. Et hanc esse communem opinionem dicit Parisius in consilio 2.vol.j.Gozad.consi.xv.nume.35.nisi aliquo modo appareret intermedia possessio alterius,quia tolleret hāc præsumptionem antiquitatis , vt dicit Alexan. consilio 10. volumine tertio,numero 1.

35 Quæro,quid si de † feudo antiquo ex pacto & prouidentia,fuerit facta inuestitura , veluti de feudo nouo , an remaneat antiquum prout erat,an vero per dictam inuestituram censeatur effectum nouum feudum?

Videbatur fuisse alteratam naturam feudi antiqui,& effectum feudum nouum per dictam nouam concessionem,p̄ tex.in c.primo.in fi.an agna.& in c.j.de eo qui fin. fec.agn.in quibus iuribus dicitur dominum de feudo antiquo ex pacto & prouidentia posse de nouo filium,siue aliquem inuestire,& tali casu feudum vt nouum iudicabitur. Prēterea cō trariorum debet esse eadem disciplina. l. & si contra. ff. de vulga. & pupilla.in l. secundum naturam.ff. de regulis iuris. cum aliis vulga.

36 Vnde quando† feudum nouum conceditur sub commemoratione inuestiturarum antiquarum, & concedens vult illud effici antiquum,erit antiquum, vt est communis conclusio Doctorum , relata per Curtium in tractatu feudorū, parte j.quęst.viii.nume.ix. Ita & econtrario dicendum est,si est antiquum,& Rex vult vt efficiatur nouum, nouum erit. Prēterea quando Rex inuestit aliquem de feudo tanquam de nouo , confertur tacite feudum in eius manibus tanquā refutatum, deinde si per eundem Regem de nouo inuestitur aliquis nouum feudum centendum est, vt habetur in c. primo,de alie.feu.pater.& in dicto c.primo,an agna.& hoc cō sidērat Aflict.deci.112.nu.v.per tex.in d.c.j.de eo qui fi. fec. agna.& in c.j.quemad.feu.ad fil.perti.

37 Vlterius†noua qualitas addita feudo,facit nouum feudū, Oldra.consilio clxxviii. quidam nobilis.Cur.in dicta j.parte, quæst.viii.& consilio 49.& tunc definit esse antiquum,Bald. in c.j.an agna.vi.col.ibi,quid dicemus, & in c.Imper.§.insuper in fine vltimæ columnæ.de prohibi.feu. alien.per Feder.

Bolo-

Source : BIU Cujas

Bologninus consilio primo, & dicemus latius in titulo de feudo nouo.

Facit pro hac opinione, nam si Rex potest alterare antiquam inuestituram, per quam fœminæ non succedebant, vt succedant, pariformiter dicēdum est, vt possit de antiquo feudo facere nouum, concedendo illud tanquam de nouo, vt tradit Brunus consi.2.3.&6.Cur.iunior, consilio j. nume. 31.& 32.& hanc opinionem videtur tenuisse And.in c.j.col. ii.ver.quid si dixit, & de nouo concedimus.de vasa.dècr.ęta. Affli.in consti.vt de succes.nu.50.

Contrariam sententiam puto veriorem, vt in dubio tale feudum remaneat antiquum, prout dicit tex. satis ad propositum, in c.primo, de vasal.decrep.æta.& ibi Bal. Alua.in ca.
36 primo, an agna.†Nam dominus in renouatione inuestiturę non potest immutare formam ac tenorem antiquæ, immo post confectum instrumentum nouæ inuestituræ nō potest dominus inuito vasallo apponere nouum pactū. Et aduerte, quia ego loquor de feudo ex pacto & prouidentia antiq.
39 in quo † in præiudicium agnatorum dominus nihil facere potest.Bal.in c.j.§.si vero.col.fi.ver.modo quæro.de feu.gua. & in c.j.in prin.qualiter vasallus iura deb.fideli.& in consil. 82.in j.vol.Car.Flor. consilio 92.numero 1.in prin.Roman. consi.315.Paulus de Castro consilio 176.lib.j.Alua.in ca.primo, col.ii.in fi.de vasal. decrep.æta.facit tex.in c.j. in fi. de eo qui fi.fec.agn.& in c.j.de alie.feu.pat.Ale consilio 29. col.pe. lib.v.numero 23. Iacobinus in verbo, qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum.ver.item addite.nume.94.Bal.in l. fi.col.ii.ver.ii.casu.C.de suis legitimis, Cal.consilio x.Ale.consi.30.col.3.nu.6.vol.j.Alua.post And.& Bald. in c.j.col.vi.an agna.& ibi etiam Præpo.col.ii.Decius consilio 193.nume.4. & consilio 185.num.ix.Bal.consilio 331.lib v. Alber.Brunus consilio 78.nu.6.& consilio xi.nu.1.& consilio j. Curt. in ii. par.in vii.q.num. 43. Afflict.deci.295.Et hanc esse communem opinionem dicit Tiraquel.de vtroque retra.§.32.glo.j. numero 34.& 42.fol.370.Crotus in l. si is qui pro emptore. nu.87.cum seq.ff.de vsucap.Ex quibus omnibus habes qualiter antiqua inuestitura nullo modo.nec etiam per noua pacta, siue nouas qualitates, potest per dominum alterari in prejudicium agnatorum, quando feudum est ex pacto & prouidentia antiquum, per tex.in d.c.primo, de vasa.decrep. eta. & in d.cap.j.vbi Doctores, an agna.vel filius.Ratio est, quia
40 †ius quęsitum agnatis ex veteri inuestitura, non potest ex facto alterius eis tolli.l.fi.ff.de pact.l.si partem.§.fin.ff.quemadmodum serui.ami.l.id quod nostrum.ff.de reg. iu. & est tex. in d.c.j.de alie.feu.pa.

Tenendo hanc conclusionem tanquam veram, vt dominus nō possit antiquam inuestituram feudi antiqui facere nouam, etiam si dicat de nouo facere, contraria resoluuntur.Et primo non obstat tex.in c.primo, an agna. & in c.primo, de eo qui fi.fec.agn.quia illa iura procedunt agnatis cōsentientibus, tunc enim non est dubium hoc fieri posse.

Secundum non obstat, quod dicebamus contrariorum esse eandem disciplinam, vnde si de nouo feudo dominus potest facere antiquum, ergo de antiquo poterit facere no-
41 uum:nam hoc argumentum † non procedit data diuersitate rationis inter vnum casum & alium, quia de nouo feudo facere antiquum non causat præiudicium aliquod tertio, sed de antiquo facere nouum bene præiudicatur ipsis agnatis, prout considerat Cur.in d.prima par.8.q.numero 8.cum sequentibus,& sic vbi militat diuersa ratio, non est idem iusstatuendum, l.illud, ff.ad l.Aquil.l.Papinianus exuli.ff.de minori.& l.prima, ff.de calumnia.l.a Titio, ff.de verborum ob. cum aliis vulgaribus.

Tertio minime obstat aliudū, d dicebamus tacite censeri refutatum feudum in manibus domini, & consequenter pūmi aliquem inuestitum tanquam de nouo feudo, per ea quæ habentur In c.primo, de alie.feu.pate. Nam illud procedit similiter agnatis consentientibus, vel procederet in feudo nouo, refutato ab aliquo in manibus domini, vt aliquis inuestiatur.

42 Quarto non obstat, nouam † qualitatem facere nouum feudum, quia hoc verissimum est,& non negatur, prout dicemus latissime in ti.de feu.ex pacto & prouid. nouo, sed est intelligendum accedente cōsensu aliorum agnatorum quorum interest, iuxta terminos, c.primo, an agna.& c.j. de alie. feu.pater. Vel procedit hoc in feudo antiquo hæreditario, in quo pater cum consensu domini potest prejudicare successoribus, prout dicemus in ti.de feu.hæreditario. nos autem loquimur de feudo ex pacto & prouid.antiquo. Et id quod dicit Brunus in consilio ii.iii.iiii.& vi.non est verum, & communiter Doctores tenent contrarium, & ipsemet in consi. j. & in aliis consiliis per nos supra allegatis, oppositum tenuit.Nam Rex non potest alterare veteres inuestituras in pūiudicium agnatorum, vt in feudis ex pacto & prouidentia antiquis succedant fœminæ, quę secundum prædictas antiquias inuestituras, minime succedebant. Non obstant tex. in cap.primo, quemadmodum feudum ad filiam pertineat. qui videtur contrarium determinare, si quidem ille textus debet intelligi in feudo nouo, quod erat recasurum & deuoluendum ad dominum, vel quia non erant agnati, vel quia in eo non succedebāt,& ideo dominus ibi potuit facere gratiam filiæ propter amorem & seruitia patris.Et hic est verus intellectus ipsius textus. Remanet ergo ex prędictis conclusio quæstionis, vt dominus non possit de antiquo feudo ex pacto & prouid.facere nouum, sine consensu agna. etiam si millies dixerit se de nouo cōcedere, & illud nouum facere. Nec id quod dixit Andr. de verbo,& de nouo concedimus, obstabit, quia illud nō operatur in prejudicium tertii, & sic agnatorum, ar.l.si debitor,§.si venditione.ff.qui.mo. pig.vel hypo.so.& supra nos diximus.

43 Quæro, an †feudum nouum concessum iure antiqui feudi, censeatur antiquum vel nouum? Oldra. consilio clxxviii. Quidam nobilis, voluit nouum esse per infrascriptas rationes.Et primo, quia cum non venerit a communi agnationis parente, nouum censetur, c.j.de gra.succes.in feu.Secundo videtur etiam nouum, respectu noui dominii, quia cum ab alio domino non habente causam a primo nunc in feudū habeatur, videtur aliud dominium a primo, arg.l.si a me tibi, ff.ad l.Fal.Tertio illa verba, antiqui & paterni feudi, non immutant rei veritatem, l.si forte.ff.de calt.pec.Quę rei veritas ita se habet, vt feudum de nouo sit concessum, hanc opinionem Oldra.sequutus est Alex.consilio x.num.v.volu. iii. referens Paulum consilio 191. volu. ii.hanc eandem opinionem diffuse refert, licet eam non sequatur, Cur.in prima pa. viii.quæst.numero 8.

Contrarium, quod feudum taliter concessum censeatur antiquum, voluit Bal.in c.j.j.col.de alien.feu.pa.& in c.j.pen. col.an agna.vel fil. Iacobi.in verbo, nobiles Agasi.in fi.Cur. in d.j.par.8.q.And.Tiraquel.de retra.consang.§.31.gl. vnica. nu.31.& 32 licet nu.37.referat multorum opiniones, qui tenuerunt esse nouum feudum, quos videre poteris. Hoc etiā voluit Deci.consi.185.nu.7. qui allegat pro hac parte Alex. consi.30.nu.6.vol.j.& consi.29.nu.24.volu.v.& consi.55 nu. 17.vol.iiii.Alua.& cæteri in c.j.de vasa.decrep.ęta. Allegant Doctores prædicti tenentes hanc vltimam opinionem, tex. in l.quicunque desertum.C.de omni agro deser.Cur. senior consi 49.memorię recolendæ.versi. quinto & fortius moue tur. Tenenda est hæc vltima opinio tanquam communior & verior, vt feudum antiquum dicatur non obstantibus allegatis rationibus in contrarium per Old.in d.cons.178.Quibus respondet Cur.in dicta par.j.quęst.viii.Vbi etiam respondet dictis per Paulum,& Ale.Et vltra eius responsionem potest dici, quod licet Old.voluerit feudum nouū dici id, quod non prouenit a communi parente hoc non negatur, tamē quando habens potestatem concedendi feudum, voluit, vt illud habeatur iure antiqui feudi, ita erit habendum.Et quāuis sit nouum, quia de nouo conceditur, tamen tanquam antiquum reputabitur, postquam non tractatur de præiudicio agnatorum, prout tractatur, quando de antiquo vult effici nouum, vt diximus in precedenti quęstione,& probatur in c.primo, de eo qui fi.fe.agn.in c.j.de alie.feu.pat.ibi, agnatis non consentientibus. Imo in præsenti quęstione hoc foret magis vtile ipsis agnatis, qui in feudo antiquo succederēt secus autem in nouo.

44 Ex hoc infertur ad aliam quęstionem, quod si †feudum antiquum seu paternum fuerit ob aliquam causam deuolutū Regi,& ipse illud concedat si & prout antecessores sui illud tenuerunt, erit antiquum, Bal.in c.j.de alie. feu.pater. & in c. primo, de vasal.decre.ęta vbi Docto.Alexan.consilio 29.nu. 23.volumine v.& non est aliter super hoc insistendum, quia verum est.

45 Quæro, quid si †vasallus committat culpam, per quam feudo priuari debeat,& dns remittat culpā, an feu.antiq. remaneat, vel efficiat nouū? In hoc sunt facienda quatuor capita.

Primum, quando vasallus deliquit, & dominus antequam feudum mediante sententia declaretur sibi deuolutum, remiserit simpliciter,& tunc remanet feudum antiquum, glo. & Barto.in l.quod dicitur.ff.de impens.in rebus dot.fac.Gozadi.consilio lxxiiii.numero iiii.Docto.in capit.primo, de vasal.decre. ęta.glo. in l.peculium.§.si ære alieno.in verbo, manent.ff.de pecu.

Secundum, quando vasallus deliquit, & antequam declaretur feudum amissum, si Rex remiserit delictum restituendo feudum delinquenti, similiter feudum erit antiquuum, prout colligitur ex dictis per Doctores in d.c.j.de vasa. decr. ęta.& Goza.in dicto consilio lxxxiiii. Propter verbum restituo, quod denotat in statutum pristinum repositionem, l.j. in fi.C.de senten.pas.

Source : BIU Cujas

Tertium, quando ſimiliter propter delictum commiſſum erat feudum confiſcandum, & Rex indulgendo delinquenti dixerit ſe concedere ſibi feudum, hoc caſu etiam remanebit antiquum, vt dicitur in d.c.j.de vaſal.decre.æta.& in ca.j.quo temp.mil.Et latius infra de veritate dicemus.

46 Quartum, quando † feudum ipſo iure per delictum erat iam deuolutum Regi, nec requirebatur alia ſententia priuationis, & tunc ſi rex remittendo culpam delinquenti, ſimiliter ſibi feudum conceſſerit, in hoc vertitur difficultas, an dicatur feudum nouum vel antiquum, prout erat prius ante commiſſum delictum? Et quod ſit antiquum, faciunt omnia per nos allegata ſupra in præcedentibus capitibus, in quibus omnibus concluſimus feudum eſſe antiquum. Et voluit Andre.in c.j.de vaſallo decre.ęta.& ibi Alua.in fi.col.And. in c.j.ver.filius fratris.numero v.impe.Lotha.& in c.j.ver, aut nupta filio.numero xvi.quibus modis feu.amit.& in c.imperialem, §.inſuper.poſt glo.ibi, de prohi.feu.alie.per Fed.Bal. ibi, & in l.j.q.xv.ff.de re diui.Iaſon in l.filio quem pater.nu.22.ff. de li.& poſth.Iacob.in verbo, dictiq; vaſalli promiſerunt.numero 98.Ioannes Ray.in d.§.inſuper.nu.2.Ale.conſi.30.nu. vi.vol.j.ar.l.quæſitum.§.illud.ff.de leg.iii.

Sed quod ſit nouum feudum, voluit Bald.in d.§.inſuper. vbi dixit, quod ſi vaſallus eſt ipſo facto priuatus per ſententiam legis, quia ipſo iure erat priuatus propter delictum, tūc eſt noua conceſſio, & nouum feudum, ſecus autem ſi feudum non eſſet annihilatum, ſed annihilandum, quia tunc non eſſet nouum ſed antiquum, prout diximus in præcedētibus capitibus. Et hoc dixit ſimiliter Andr.in d.c.primo, nu.1.de vaſal.decre.ęta. Vbi loquitur de crimine lęſę maieſtatis, in quo ipſo iure feudum perditur, vt tunc nouum dicatur, quia cenſetur reconceſſum de nouo, vaſallo per remiſſionē felonię. Sequitur ibi hoc Alua.& Loffr.conſilio vltimo, nu.3.Alber.Brun.conſilio 68.num.8.qui allegat Bal.in d §.inſuper. Et hoc tanto magis procederet, quando dominus poſt delictum commiſſum cępiſſet poſſeſſionem feudi, quia abſque tanta difficultate diceretur feudum nouum, prout dicit And.in c.j.num.6.per quos fiat inueſti. Ioannes Ray. in d.§. inſuper, numero 2.Alu.in d.c.j.de vaſal.decre.ęta & hęc Bal. diſtinctio mihi videtur vera. Et tenendo illam de facili poteris reſpondere motiuis tenentium eſſe feudum antiquum, vt procedant quando propter delictum vaſallus erat priuandus mediante ſententia, vt habetur in c.j.de feu.ſine cul.non ami.& tradit And.in c.ſancimus.quo temp.mil. vbi quando requiritur ſententia priuationis. Sinautē dicta ſententia non requiritur, vt quia ſumus in crimine læſę maieſtatis, vel in notorio rebelle, tunc procedat concluſio, vt ſit noua cōceſſio, & nouum feudum, prout dixit And.in d. c.j. de vaſal.decre.ęta. Quę autem dicantur notoria delicta, in quibus ipſo iure feuda perduntur, vide Gram.deci.105. numero 55.cum ſequentibus, vbi declarat & ibi etiam de intellectu capitulorum Regni, die Mercurii, & nuper apud Tranum, & bona proditorum. Et ſi ſententia declaratoria requiritur in crimine lęſæ maieſtatis, de quo inferius nos latius dicemus, quando tractabimus de amiſſione feudi antiqui propter delictū. Et quid ī crimine læſæ maieſtatis ſit neceſſaria declaratoria. Gram.deci.xv. Alex.in conſilio 124.& 103.j.volum. Et quod etiam ſi eſſet notorium crimen, declaratoria requiritur, Hiero.Scurff.inter con.feu.conſilio 131. & per Capy.deci.69.numero 38.Deci.conſilio 544.And.in c.ſancimus.in prin. quo temp.mil.vbi dicit, quod poſſeſſor feudi debet habere legitima documenta, per quæ omni tempore conſtet de delicto, & Regi aſſerenti quem fuiſſe rebellem, non crederetur, vt dicit Decius in d.conſilio 544.& Gram.deci. 103. Tiraquel.de retract §.j.gl.xiiii.fol.49.

Quæro, an vaſallus cum conſen-

47 ſu† Regis, poſſit alienare feudum antiquum ex pacto & prouidentia agnato vlteriori in gradu, ſi ipſe habeat alios agnatos in proximiori gradu exiſtentes, vel poſſit alienare feudū prędictum extraneo in prędiudicium aliorum agnatorum proximiorum?

Pro parte affirmatiua, quod poſſit, & alienatio valeat, videtur probari in tex.c. primo, §.& ſi clientulus, de alie.feud. ibi, ſtabilis maneat alienatio facta cum domini voluntate, de toto, vel parte feudi. Vlterius facit pro hoc tex.in c.j.§.ſed etiam res.per quos fiat inue.ibi, niſi tibi, vel alteri proximiori. Vbi alienatione prohibita, non ꝓhibetur fieri alicui agnato, vel alii proximiori. Et ſic propter illam diſiunctiuam, vel alteri proximiori, videbatur valere alienationem, etiam ſi fiat in alium agnatum non proximiorem. Præterea pro hac opinione videtur tex.in c.primo.de alien.feu.pater.vbi inter agnatos conceditur fieri alienatio, ergo non videtur curandum, ſiue fiat proximiori, ſiue non, dummodo is cui fit ſit vnus ex agnatis.

Facit etiam illa regula, quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter, de qua in l.in re mandata.C.mandati. Nec eſt auferenda alienatio rerum ſuarum ingenuis hominibus, l. ii. ff. ſi quis a paren.fue.manumi. Verum, puia feudum eſt vaſalli quo ad vtile dominium, & domini quo ad directum, cōcurrente vtriuſque conſenſu alienatio debet cenſeri valida. Vltimo pro corroboratione huius opinionis, ponderatur tex.in c.ſi quis deceſſerit.ver.Titius.ſi de feu.defun.fue. contro. vbi alienatio feudi antiqui fuit facta in agnatum remotiorem, ac etiam extraneum. Et nihilominus ſi alienans non habeat filios, valet alienatio, ſaltem viuente alienatore.

Pro contraria parte, vt talis alienatio nullo modo valeat nec facta in extraneum, nec in agnatum remotiorem, ī prę iudicium aliorum agnatorum proximiorum, adducitur tex. in c.primo, de alie. feu.pater.& in c.j.an agnatus vel filius,& in c.j.§.præterea.quibus mo.feu.amit.& in cap.primo,§.hoc quoque. de ſucceſ.feu. In quibus iuribus prohibetur alienatio feudi antiqui ex pacto & prouidentia, non conſentientibus agnatis proximioribus. duplex enim conſenſus requiritur,& Regis,& agnatorum proximiorum. Hoc etiam voluit And.in d.c.primo, numero 7.in fi.de alie.feu. pater.& in c.primo, an agna.& in ca.primo, numero ix.de natu. ſucceſ. feu.& in ver.Titius, ſi de feu.defun.fue.contro.Bald. in dicto c.primo, columna fi.de alien.feu.pate.& in dicto §. hoc quoque, Alexan.conſilio 18.numero 8.volumine quinto, & cō ſilio 30.primo volumine, numero 10.Felinus in c.quę in ecclesiarum, numero 88.de conſtitu.Socinus conſilio xix. volumine primo, Curtius ſenior, conſilio 25.& conſilio 48. Aluar.in c.primo,§.fi.quę fuit prima cau.bene.ami.Alber.Brunus conſilio 3.& 4.& 25.Decius, conſilio 269.& 389. nume. 8.& numero 5.Pariſi.conſilio 13.volumine primo, numero 11.Goza.conſilio 26.numero 41.Ioannes Raynal.in c.imperialem, in ver.habito.col.14.numero 27. Et videtur hæc concors opinio omnium, prout etiam voluit Marinus in lib. ii. in verbo, ſupereſt, num.4.char.121.& Camera.in c. imperialem, char.24.& 25.Sylu.conſilio ix.vbi arguit in partes,& demum dicit eſſe communem opinionem omnium Doct. vt huiuſmodi feudum ex pacto & prouidentia antiquum nō poſſit alienari abſque conſenſu proximiorum agnatorum, nec ī extraneum, nec etiam in agnatum remotioris gradus, qui in hoc caſu parificantur, & ideo ſub eadem quęſtione vnum & alterum poſui. Ratio eſt, quia cum feudum ſit datum ad vitam tantum recipientis, eo moriente, ius ſuum extinguitur,& ſucceſſor capit ex perſona propria, & beneficio domini concedentis, prout latiſſime diximus in ti. de feu. ex pacto & prouidē. Et ideo in tali caſu agnatus proximior poterit reuocare alienationem factam a defuncto, per tex.in c. primo,§.donare, ibi in prohibendo autem, vel redimendo, & tradit Vdal.in ti.de feu.ſucceſ.par.8.5.concluſione, nu. 15. poſt Gulie.de Perno. in conſilio vii. columna 2. & conſilio 12.col.ii.in fi. & conſilio xxii.vlti.col.Loffred.hoc etiam voluit in conſilio vlti.nu.2.

Conttaria non obſtant, ſi tenemus hanc veram & com
48 munem opinionem. Et primo non obſtat tex.†in §.& ſi cliē tulus, quia poteſt intelligi altero de tribus modis. Vel vt in telligatur ſtabilis alienatio quo ad ipſum dominum conſentientem. Vel vt loquatur in feudo nouo, quod alienari pōt cum conſenſu domini, vt dicemus in ti.de feu.ex pacto & ꝓuid.nouo. Vel vt loquatur de feu.hæredi.quod ſiłr poteſt per vaſallum alienari in prædiudicium ſucceſſorum, vt ſimiliter dicemus latius congruo ti.de feu.hęre.antiquo.

Nec tex in §.ſed ēt res.obſtat. Quia verus intellectus illius tex.eſt, vt poſſit fieri alienatio feudi anti.alicui agnato, vel alteri ꝓximiori, nec excludit̄ ꝓ hoc quin alius agnatus ſiłr ſit ꝓximior. Et ideo ſenſus verus lr̄æ erit, vt alienatio poſſit fieri alicui agnato, dūmdō ſit ꝓximior, vel alteri q̄ ſiłr ꝓximior ſit, ꝓut dr̄ in d.ver.& ſi clientulus, ibi fratri vel nepoti, q̄a intelligendū eſt de fratre qñ extat; eo aūt non extante poterit fieri alienatio nepoti. Vel vt alii dñt, nepotē ꝓ ſubingreſſionē reperiri in eodē gradu cū patruo,& ſic fr̄e defuncti, Sylu. conſi.15. Et eadē rñſio dabit̄ c.j.de alie.feu.pr̄.vbi alienatio ꝓ mittit̄ inter agnatos, & dicamus inter agnatos ꝓximiores, vt iura iurib.q̄cordēt̄, poſtq̄ ita diſpoſitū eſt ꝓ tex.ī d.c.j.ī prī. de ali.feu.pr̄.& in d.c.j.an agn.& in aliis cap.s̄. per nos alleg.

Nec ſiłr huic opi.obſtabit rł̄a. Quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter, nā vera eſt rł̄a, ſed feudū non eſt ꝓpriū vaſalli alienātis, q̄a cēſet̄ eſſe ſuū durāte eius vita tm̄, vt ałs dixim⁹, & eo mortuo ius ſuū extinguit̄, & erit aliornm agnatorum proximiorum, ar.c.j.qui teſtes ſi.neceſ.ad proban.no.in ueſt. & c.j.de ſucce.feu.ibi, partem ſuam.

Vltimo id qđ dicebat̄ in d.c.Titius, minime faciet obſtaculū, imo ille tex.ꝓbat hanc vltimā opin.poſtq̄ ꝓ ipſum diſpoſitum eſt, vt alienatio minime valeat mortuo alienante, quia ſtatim agnati reuocabunt feudum alienatum nullo da

to pre

Source : BIU Cujas

to pretio: immo si alienans haberet filios, tunc etiam in vita ipsius alienantis possent agnati reuocare, licet deberent reddere pretiū. Et nota quod hic est †nouus intellectus ad d.
49 §. Titius, quia communiter Docto. post And. ibi, videntur dicipi in intellectu ipsius, dum' considerant filios ibi posse reuocare alienationem in vita Titii alienantis restituto pretio & in hoc sint deterioris conditionis quam sint agna. Ego autem intelligo illum tex. vt procedat, quando Titius alienās habebat filios, qui vel nolebant, vel aliqua causa non poterant succedere eorum patri, quo casu agnati volentes reuocare alienationem in vita alienantis poterunt, dummodo pretium soluant. Vnde si bene aduertes, ille textus nullo modo loquitur, si filii possint vel non possint illam alienationē reuocare, sed semper tex. ille loquitur de agnatis. Ex quibus omnibus vides receptam & communem hanc conclusionem, vt feudum antiquum ex pacto & prouidētia nullo modo possit per vasal. alienari etiam accedente Regis assensu, nec in extraneum, nec in agnatum remotiorem, non cōsentientibus cæteris agnatis proximioribus.

Hęc conclusio primo ampliatur, vt nedū procedat in vēditio
50 ne feudi antiqui ex pacto & prouidentia, ita vt absque †consensu agnatorum proximiorum vendi non possit. Sed nec pignorari, & hoc nedum per regulas generales, phibita alienatione prohibetur pignoris datio l. si vsumfructum. ver. in summa. ff. de lib. cau. l. i. §. eam rem. ff. quæ res pig. oblig. posl. fi. C. de reb. ec. non alie. cum simi. c. j. de succes. feu. nulla ordinatione manente, vel valen. Sed etiam particulariter prohibetur pignorari feudum, absque consensu agnatorum. c. primo. §. similiter. ver. rursus. quibus mo. feu. amit. ca. Impera. in prin. de prohi. feu. ali. per. Fed. c. primo. §. fi. de inuest. de re alie. fac. Nec dicatur, prędicta iura procedere quando non interueniisset consensus domini, quia dico idem censendum esse, si interueniat domini assensus, dummodo non interueniat agnatorum, per tex. in allegato c. j. de alie. feu. pater. & per ea quæ supra diximus de alienatione, vt procedat etiam in pignore, vt tradit And. in dicto c. Imperialem, num. 2. & ibi Cumer. char. 11. litera, O. & Afflict. num. xix. Capy. col. 19. Curt. parte iiii. num. xcv. An autem hoc procedat in hypotecā? dic quod sic, vt per allegatos Do. in dictis locis. vbi latissime hoc scribunt.

51 Secundo amplia, vt non possit †donari. c. j. §. donare, qualiter olim feu. pot. alie. & probatur in d. c. impe. ibi, vel quocunque modo distrahere, vbi per Doct. Item non possit in dotē dari, vt in d. §. donare. Hoc autem, qualiter procedat de iure communi feu. & qualiter de iure consti. Regni, & Capitulorum, examinabimus plenissime in ti. de feu. dotali. Pro nunc dic loquendo de iure communi feudorum vt per Cur. in dicta iiii. par. numero xciii. Ex cuius dictis colligitur, vt feu. ęsti matum non possit dari in dotem sine assensu domini. Idem dicas sine assensu agnatorum, qui successuri sunt in eo post mortem tenentis feu. Item vt non possit in emphytesim dari, c. j. ver. aut si libellario. quib. mo. feu. amit. glo. & post eam scribentes omnes ibi. & in c. Impe. Cur. in d. iiii. par. num. xci. Nam datio ī emphyteusim, alienatio dicitur. §. alienationis. in Auth. de non alie. aut permut. Item vt non possit ad libellum dari. c. imp. in prin. c. j. §. donare. ver. quis autem dubitat. Vbi declaratur quid sit ad libellum dare. Nam feu. tunc dicitur, libellario nomine concedi, quando sub vilissima duorū denariorum pensione, perpetuo conceditur vtendum, vt declarat Cur. in dicta iiii. par. nu. xci. Nec obstat tex. in c. j. de ali. feu. pate. Quia ibi non valet vt libellus, sed vt refutatio. Item
52 non potest † dari in solutum per eadem iura supra allegata, quia datio insolutum, alienatio est. l. qui fundum. C. de euic. Item non potest permutari, vt tradit Alu. in dicto c. in prin.
53 & dicam latius in ti. de feudo cambii. Item †non potest locari ad longum tempus, vt in d. §. donare. Curt. in d. iiii. par. nu.
54 92. Item non †potest in eo imponi seruitus. c. j. §. quid ergo. de inuesti. de re alie. fac. c. j. in fi. de cap. Corra. & ibi notatur. Aduerte, quod aliqui voluerunt valere constitutionem seruitutis viuente feudatario, & eo mortuo extingui per regulam, resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, de qua in l. lex vectigali. ff. de pignō. & in d. §. fi. de cap. Corra. & in c. j. §. fi. de contro. inuesti. Alii autem indistincte tenent contrarium, vt nullo modo valeat propter generalem prohibitionem, c. Imperialem, prohibētis omnem alienationem, Nos autem teneamus primam opinionem quando non interuenit consensus agnatorum, sed domini in constitutione dictę seruitutis, vt saltem valeat viuente feudatario. Et contraria possent procedere non accedente consensu domini, de quo dic, vt per Cur. in d. iiii. parte. nu. cv. & nos aliqua etiam inferius de hoc dicemus in illa quæstione, an seruitus possit imponi feudo sine domini assensu. Item non potest constitui vsusfructus, notatur in dicto c. j. §. præterea. de cap. Corra. & tradit Alua. in d. c. imperialem Cur. in d. 4. par. nu. cvi. dicam
55 latius in ti. de feu. vsusfructus. Item † non potest in testamento relinqui. c. j. de succes. feu. c. j. §. donare. qualiter olim feu.
56 pot. alien. Item †nec pro anima legari, vt in d. §. donare. & in d. c. impe. Ibi nec pro anima iudicare. Bal. & Alu. in c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. Cal. optime in consilio x. qui loquitur de ītellectu illorum verborum nec pro anima iudicare. Bal. & Ioannes Rayn. in d. c. impe. Iacob. in verbo, & cum pacto quod de dicto feudo. Cur. in d. 4. par. numero cxxv. Capytius in d. c. impe. col. 43. Item nec in feudari, quamuis talis infeudatio possit fieri inuito domino de iure communi feudorū, & sic secus sit de iure cōstitutionis regni diuę memoriæ, tamen in præiudicium proximorum agnatorum fieri non potest. c. j. de alie. feu. pater. c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. c. j. §. Titius. si de feu. defun. fuer. contro. And. in c. j. §. sed etiam res. per quos fiat inuesti. Alexan. consilio xv. num. ix. vol. v. & dicemus latius inferius in quæstionibus. Item non potest renūciari vt alter inuestiatur, in prejudicium proximorum agnatorum non consentientium. c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. c. j. de alien. feu. pater. argu. l. si partem. ff. quem ad. ser. amitta. & l. liberto. ff. de bo. liber. cum aliis cumulatis per Alber. Brunum consilio 3. nu. 2.

Limitatur hæc conclusio, vt non procedat quan
57 do † Rex ex certa scientia, & plenitudine potestatis permitteret fieri alienationem feudi antiqui ex pacto & prouidētia etiam in prejudicium agnatorum, quia hoc posset facere, p
58 sertim quando faceret † causa remunerandi aliquem de seruitiis sibi præstitis, argu. l. si priuatus. ff. qui & a quibus. Bar. in prooe. ff. col. iii. gl. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. Et hoc ēt posset facere ciuitas, vt no. per Bar. in l. quæcunque. in fin. C. de iure fisci. Alex. consi. clxx. num. 13. volu. ii. Roma. consilio cccx. per tex. in l. item si verberatum. §. j. ff. de rei vendi. & in l. Lucius. ff. de euict. Paulus de Castro consilio cv. vol. j. Et etiā sine causa hoc posset propter clausulam de plenitudine potestatis, vt dicit Ang. in d. l. item si verberatum. dicens, quod qui contrarium dicunt mentiuntur, idem Ang. in l. is p quo. ff quod quisque iuris. Barb. & Moderni. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. col. pen. Et idem Barba. consi. lxiiii. vol. 4. Alber. & Pau. de Castro. in l. quotiens. C. de precibus imperato. offeren. Felyn. post alios in c. cum inter priorem. de excepti. concurrente etiam clausula ex certa scientia, quo casu apparere dicitur de voluntate volentis prejudicare illis, quibus ius erat quæsitum, secundum Pau. de Castro in dicto consilio cv. qui pro hoc allegat glo. in c. ad hęc extra de renuncia tione. Ioannes de Ana. consilio lxxxi. viso instrumento. columna finali, dicens Principem posse rem alterius concedere alteri, si extat talis clausula ex certa scientia. Alexan. consilio ccxvi. volumine secundo. numero x. & xxiiii. Deci. consilio clxv. & consilio cclxix. vbi optime. Facit pro hoc, nam
59 istud † ius censetur quæsitum agnatis spe, & non re, quia viuente alio agnato feudatario ius est sibi quærendum, & non quæsitum, vnde facilius tolli potest. l. fi. C. de acqui. posl. glo. & Do in l. seruus. C. de pactis. Roma. consilio clxxiiii. Ioannes de Imo. consilio lxxiiii. Alexan. in l. legatum. ff. de leg. primo. cum aliis cumulatis, per Decium in d. consilio cclxix. nume. 6. & 7. & consilio ccci. Bru. consil. j. nu. 6. et 55. & consilio vi. Cynus in l. bene a Zenone. C. de quatrien. prescri. argu. l. totiens. in fin. ff. de pollici. & in l. venditor. §. si constat. ff. communia prędiorum. & ibi Ang. Innocen. & Canon. in c. in no
60 stram. de iniur. Nam clausula, † de plenitudine potestatis, idē est, quod potestas absoluta dispositioni legum communi nō subiecta, glo. in ca. vbi periculum. super verbo, conclusio. de electio. lib. vi. & notatur per Ioannem de Ana. & alios, in c. ex publico. de conclusione coniuga. & in c. innotuit. de ele. iunctis nota. per glo. & Panormitanum in c. ad hęc. de reser. glo. in clemen. ii. eo. ti. glo. & Bal. in l. eos in prin. C. de appel. & in l. fin. C. sententiam rescindi non posse. Quibus in locis traditur de clausula ex certa scientia, quanto magis vbi etiā esset apposita clausula de plenitu. potestatis, de qua no. Bart. in extraua. ad repri. in ver. non obstante. Do. in §. fi. in Authē. quib. mo. natu. effi. sui, & in authen. hoc inter liberos. C. de testa. & in d. l. fi. C. si con. ius vel vti. pub. Licet cōtrarium tenuerit Deci consi. clxxxv. & ccviii. & cclxix. per tex. in c. j. de nat. feu. & ibi Bal. & in c. j. §. notandum. de his qui feu. da. posl. vbi idem Bal. dixit, Imperatorem etiam cum eius potestate, non posse derogare iuri agnatorum. Nam hoc procedere potest, qñ non adessent dictę clausulæ, ex certa scīa, & de pleni. potestatis, & similiter hoc non fuisset factum causa remunerā di aliquem, quia omnibus prædictis cōcurrentibus, absq; dubio tenēda est opinio, Principem posse prejudicare agnatis tantomagis quia tractamus de feudalibus, & sic de vtili dominio quærendo, & non quæsito tollendo. vt dicit Dec. in d. consilio 369. num. 7. & 8. cum seq. & hęc † procedet restituto

Source : BIU Cujas

pretio emptori & poſſeſſori feudi.l.ii.C.de ſer.qui pro prem. lib.acci.Andr. in §. & Plauſtorum.prima columna.quę ſint regal.& in §.poſt natale.in fi. de pace tenen. & in §.ſimiliter. v.colu.circa medium dec.qui cur.vendi. vbi Afflict.numero 19.& per Iaſo.in l.Barbarius, numero 36.ff.de offi.præſi.

Secundo limitatur hæc concluſio,vt non procedat,quan
62 do†Princeps per viam generalis legis condendæ hoc faceret nam tunc ſimiliter poſſet prædictis agnatis prejudicare, arg. auth.res quæ.C.communia de leg.vbi prohibita alienatione alicuius rei,illa res fauore publico alienari poteſt,& propter publicam vtilitatem omnium. Ita dicendum eſt in propoſito caſu,vt princeps condendo legem generalem,propter publicam vtilitatem,poſſit derogare alicui tertio,dummodo illa lex generalis minime ſit facta in odium ipſius particularis perſonæ,vt tradit Bar.in l.fi.ff.de appella recip. per tex.in l.ii. §.exactis deinde regibus.ff.de origine in.Ale. conſi.190.vol. ii.Bald.in l.fi.ff.de ſenato Brunus conſilio x.vbi per viam legis hoc princeps facere poteſt Decius poſt alios in c. quæ in eccleſiarum,nume. 21.de conſti.& vidimus hoc factum per Prag.æditam thoro 1501. per quam aufertur poteſtas iudicibus cognoſcendi de Captis,Erepris,Donatis,vel quouis modo diſpoſitis per Reges Ferdinandum,Alfonſum, & Federicum,vt in d.Prag.char.8.

63 Tertio limitatur,niſi eſſet conſuetudo in aliquo loco alienandi feudum etiam in extraneum ſine conſenſu agnatorum,prout eſt in Gallia,vt tradit Fab.in §.item Seruiana.ver ſicu.quid de feudo.Inſti.de actio.& in §.j.nu.3. de legi.patro. tut.& in §.j.de emp.& vendi. vbi dicit in Gallia feuda vendi, & pignorari,inuito domino, & naturam allodialium ſortiri,Guid.Papa deciſ.59.& nos alibi de hoc dicemus in titu.de feudo,quod tranſit ad extraneum heredem.Et hanc opin.tenuit Bal.in c.ſignificauit.nu.1.de reſcrip.Goza.conſi.26. nu. 8.Dec.conſi.169.num.8.

Quarto limitatur , quando feudum fuiſſet alienatum in
64 extraneum,vel remotiorem†agnatum cum conſenſu domini,propter onera feudi,quia tunc valeret alienatio.Quæ autem ſint onera feudi , dic vt per And.in c.j. §. quid ergo.nu. 6.de iñueſt de re alie. fac.& in conſti. ſi quis poſt litem & in c.j.an agnatus.Marinus in tracta.de ſubfeud. lib.2.char.119. num.73.ver.xxv.limita.Camera.in c.Impe.cha.13.Puta pro adiuuando dominum in feudo,vel præſtando ſeruitio militari,vel pro maritanda ſorore, ſiue ſoluenda vita & militia fratri minori,& aliis ſimilibus,de quibus per præfatos Do.in locis ſuperius allega.Ratio eſt,quia onera feudi nedum tranſeunt contra agnatos,ad quos feudum vadit , verum etiam contra dominum cui feudum aperitur,ac etiam contra tertium poſſeſſorem,vt dicit And.in conſti.in aliquibus,ſequitur Camera.in c.Imperia.cha.13.& in talibus caſibus etiam feudum poſſet alienari ſine aſſenſu domini. Vnde pariformiter dicendum eſt alienari poſſe ſine aſſenſu agnatorum, vt alibi dicam.

Quinto limitatur , ſi agnati vel deſcendentes tacite conſenſerint patientes labi annum a die ſcientiæ alienationis,
65 nam ipſi excludētur,& †alienatio facta in vlteriorem agnatum cum domini cōſenſu firma quo ad eos manebit, vt habetur in d.c.Titius.in fi.& in c.primo,§. donare.verſi. porro. qualiter olim feud.pot.alien.argu.c.j.& ibi And.§.præterea. quib.mod.feu.amitt.& ca.j. in ver.ſi autem.& ibi And.ſi de inueſti.inter domi.& vaſa.lis oriatur,And.in dicto c.Titius. Vnde dicit ibi Bal.quod ſagaces eſſe oportet agnatos, ne labi faciant annum,& poſtea remoueantur. Sequitur ibi hoc Aluar.Vdal.in titu.de ſucceſſ.feud.pater.9. numero 29. Goz. conſilio 7.numero 33. Ratio autem quare potius eſt ſtatutū tempus anni,& non biennii,vel triennii,ſiue maius,ſiue minus tempus,aſſignatur per Bald.& Alua.in dicto ca. Titius. quia tantum tempus datur ad petendam inueſtituram ca. j. quo tempore miles.c.primo, quę fuit prima cau.bene.amit. c.primo,§.preterea.de prohi.feu.alie.per Fede.cap.primo,de cap.Corra.Cum aliis per nos infra plenius allegandis. Et qđ agnatus ſciens alienationem factam remotiori agnato, & tacens per annum,non admittatur ad reuocandum,Hiero. Scurſi.inter conſi.feuda.conſi.132.& 143.Alber.Brunus conſilio 80.vbi de hoc.

Hanc autem limitationem declara procedere,quando eſſet facta alienatio in agnatum remotiorem,quia tunc proximior agnatus per annum tacens a die ſcientiæ computandum,non poterit amplius alienationem reuocare per ſupra
66 dicta.Sinautem†alienatio eſſet facta in extraneum, tunc requirerentur anni triginta, vt eſt communis opinio Doctorum,poſt gloſ.& And.in c.Titius.ver.quid ſi conſenrit.p tex. in c.j.§.porro.qualiter olim feu.pot.alien. Quę autem ſit ratio diuerſitatis , quando eſt facta alienatio in remoriorem agnatum,vel in extraneum quo ad tempus anni, vel triginta annorm,dicemus inferius ex his quę dicuntur in l.Procula.ff.de proba.cauſa conſanguinitatis. Et hanc opinionem, ſequutus eſt Goza. in dicto conſilio viii.nume. 35. vbi dixit, annale ſilentium minime prejudicare agnato proximiori, niſi quando alienatio eſſet facta in remotiorem agnatum. Idem dicit Alex.conſi.xv.nume.x.vol.v.Cur.ſenior conſilio 82.& Cur.iunior in iiii.par.num.53.& 146.Decius conſ.395. nume.ix.& 328.nume.2.& 208.nume.9.Tiraquel.de vtro retra.glo.x.§.j.nu.viii.& ix. qui multos allegat quos videre poterit.Gramm.deci.103.num.218.Sed de hac materia preſcriptionis annorum triginta , dicam latius in tit.de feudo præſcripto. Quando autem incipiat currere iſte annus an poſt mortem alienantis, vel ſtatim eo viuente a die ſcientię dicemus inferius,vbi quid in filiis,& quid in agnatis?.

Habes ergo ex predictis concluſionem , vt alienatio etiā cum aſſenſu regis facta in vlteriorem agnatum , ſiue extra-
67 neum†feudi antiqui ex pacto & prouidentia abſque conſenſu agnati proximioris,ſiue filii non valeat, & conſequenter habes limitationes ipſius concluſionis. Nunc autem declara hoc procedere,vt talis alienatio non valeat perpetuo,ſed durante vita alienantis valebit, vnde poſt eius mortem proximior agnatus poterit illam reuocare non reſtituto pretio emptiori feudi , prout colligitur ex ſupradictis,& probatur in d.§.Titius , quem textum communiter Doctores intelligunt ibi ſic procedere, vt ſi alienans licite & in caſu permiſſo vendat,& non habeat liberos,proximior agnatus reuocabit alienationem demum mortuo alienante,non ſoluto p̄tio:ſinautem alienans filios habuerit , tunc quid iuris ſit dicam inferius pręter communem omnium intellectum illius.§.Titius.& hoc tenent Doct.in c.j.de alie.feu.pater.& in c.j.§.hoc quoq;.de ſucceſ.feu.

Ex his infertur ad illud, quod ſi alienatio fuit facta ī extraneum,ſimiliter debeat expectari mors alienantis,quēadmodum dictum eſt, quando alienatio eſt facta in agnatū vlteriorem,per tex.in d.§.Titius.in prin.vbi nulla videtur fieri differentia,ſiue feudum contendatur extraneo, ſiue agnato non proximiori.Et ſimiliter hoc videtur probari in c. primo.§.hoc.quoque.de ſucceſ.feu. vbi facta alienatione in extraneum, vel in filiam , quę ſimiliter extranea de iure communi feudorum quo ad feudalium ſucceſſionē dici poteſt,
68 non fit reuocatio niſi poſt mortem alienantis. Sed†contrarium mihi videtur verius, & eſt noua conſideratio , vt dicamus,quod quando eſt facta alienatio in extraneum , poſſit fieri reuocatio nedum per deſcendentes,ſed etiam per agnatos incontinenti non expectata morte alienantis,prout probatur per tex.in c.j.§.ſed etiam res.per quos fiat inueſti.& in c.j.§.porro.qualiter olim feu.po.alie. vbi habetur poſſe fieri reuocationem alienationis factę in extraneum in vita alienantis,reſtituto tamen pretio,& hoc voluit Iac. de Belloui. in c.primo,§.hoc quoque.columna prima.ver.ſed quæro.de ſucceſ.feu.quem refert Alber.Brunus conſilio lxxx. numero 2.& numero ix.& xii.verſi. & hoc eſt extra propoſitum,nec ibi aliquid dicitur ſi alienans habuerit, vel nō habuerit liberos,prout dicitur in dicto §.Titius.quem textum ego prēter communem omnium opinionem intelligo procedere , vt ſemper loquatur de agnato volente reuocare alienationem , nec aliquo modo loquatur de filiis volentibus reuocare,licet fiat diſtinctio, quando alienans nō habet liberos, tunc fiat reuocatio per agnatum poſt mortem alienantis non reſtituto pretio : ſinautem filios habeat , tunc ſimiliter agnatus poſſit incontinenti non expectata morte alienantis reuocare reſtituto tamen pretio.Nec eſt dicendum,vt cōmuniter Do.ibi dicunt, illum textum in fine eſſe intelligendum , vt filii poſſint reuocare ſtatim pretio reſtituto, & in hoc ſint melioris conditionis ipſorum agnatorum , quamuis ego teneo verum eſſe filios poſſe reuocare alienationē prędictam , ſed dico illum tex minime loqui , ſi filii poſſunt vel non poſſunt reuocare , prout Doctores communiter illum intelligunt.Et hic intellectus videtur de mente Bald. in d.§.ſi Titius.quamuis nullus aduerterit,& ipſe Baldus nimis obſcure loquitur. Concludamus ergo , vt alienatio facta in extraneum poſſit per agnatum incontinenti reuocari reſtituto pretio. Sed pulchrum eſt inueſtigare rationem diuerſita
69 tis, quando fit alienatio † in remotiorem agnatum , vt non poſſit fieri reuocatio per proximiorem niſi ſequuta morte alienantis , quando vero fit alienatio in extraneum , poſſit fieri incontinenti dummodo pretium reſtituatur. Et prima ratio poteſt eſſe , nam quando alienatur in agnatum remotiorem , per talem alienationem quodammodo licitam cum conſenſu domini , vaſallus nondum plene amſit ius ſuum,quouſque viuat:nam contingere poſſet proximiores agnatos,qu, reuocare poſſunt prædictam alienationē,mori ante mortē vaſalli alienātis , tunc quod illū in quē facta eſt alienatio recto ordine poſſe ſuccedere,licet tpe alienationis

reperie

Source : BIU Cujas

reperiebatur remotior, at nunc propter mortem aliorum agnatorum proximiorum reperiri poterit & ipse proximior.

Et hac ratione existimarē proximiores agnatos ante mortem alienantis non posse reuocare, sed demum sequuta ipsius morte. Secunda ratio potest assignari, nam ius retractatus principaliter concessum fuit, ne res patrimonialis iret extra familiam, vnde quando alienatur feudum in agnatum remotiorem, non propterea alienatur extra familiam, sed e contra quando res feudalis datur extraneo, potest retrahi ēt in vita alienantis a quocunq; agnato, vt in d.c.j.§.sed etiam res. & in d.c.j.§.porro. Interest enim aliquando feudum non alienari extra familiam. l.si emptione ff.de minori. l.lex.quæ tutores.ver.domum.C.de amini.tuto. Et tenendo hanc conclusionem, non obstat tex. in d.c.j.§.hoc quoque. vbi videtur probari, quod siue alienatio fiat in extraneum siue in filiam semper debeat expectari mors alienantis. Quia dicendum est tunc debere expectari, quando agnati volunt habere feudum gratis, secus si mediante pretio vellent redimere. Nam tunc statim etiam a filia, quę in hac parte extranei loco habetur, cum in feudis non succedat, & ita procedat tex. in d.c.j.§.sed etiam res. & in d.§.porro. & iste videtur verus intellectus dicti §. hoc quoq;. Nā licet ibi dicatur, quod post mortem alienantis proximior agnatus reuocabit feudum, non tamen sequitur non posse in vita redimere soluto pretio, quicquid dicat Aluar. in c.j.de alie feu.pate. Nam dictus tex. in d.§. hoc quoque, loquitur in casu quo agnatus non vult redimere, nam si vellet, bene posset. Sed ad hoc statim obiiciet aliquis dicens, filium redimere feudum etiam patre alienante viuente, quamuis alienatio sit facta in vnum agnatū de familia, & sic non expectabitur mors alienantis, vt in d.c.j.§. Titius. secundum communem intellectum, quamuis secundum ibi hoc non probetur. Sed ad hoc respondetur, vt hæc sit prærogatiua filiis cōcessa, propter maiorem affectionem, etiam quia filii multo plus iuris habere videntur ī feudis, quam habeant agnati, sunt enim pars patris. l.fi.C.de impub. & quodammodo domini in eius vita. §.fi.Inſti.de hære. qualit. & differ. Et magis habent affectum erga castrum, seu feudum patris, ex quo fere cognomen habent, quam collaterales agnati, vt in d.l.quę tutores. Et ex his videtur fieri differentia, quando descendentes volunt reuocare alienationem redimendo feudum, & quando agnati, siquidem descēdentes semper in vita alienantis possunt hoc facere, siue fuerit facta alienatio in extraneum, siue in remotiorem agnatum, soluto precio, sed agnati minime, nisi quando fuerit facta in extraneum, secundum opinionem quam ego teneo, Nec etiam huic meę opinioni obstat textus in d.§. Titius. in prin. vbi non videtur fieri differentia, siue sit facta concessio feudi extraneo, siue agnato ulteriori, vt in vtroq; casu agnatus proximior debeat expectare mortem alienantis, vt reuocare possit alienationem oblato precio. Quia pro responsione dicas illum textum non loqui nisi de reuocatione partis feudi concessi agnato non proximiori, & circa hoc statuit ille textus, vt reuocatio non possit fieri nisi mortuo alienante, quando non habeat liberos, de alia autem parte feudi cōcessa extraneo, non loquitur ille textus, nec hic casus ibi deciditur, quamuis Do. communiter ibi dicant, fuisse omissum tanquam indubitabilem, quasi a maioritate rationis possit fieri reuocatio etiam dictæ partis concessę extraneo, sed nihil dicitur quando, & quo tempore prędicta reuocatio fieri possit, vnde posset intelligi in vita alienantis.

71 Quæro, an sufficiat scientia † Et præsentia descendentium, vel agnatorum, ad hoc vt intelligantur consensisse alienationi feudi antiqui ex pacto & prouidentia factæ in agnatum, remotiorem, ita vt quemadmodum excluduntur per annum a die scientiæ alienantis, vt supra dictum est, ita etiam excludantur si præsentes fuerint dictę alienationi & non contradixerint. Videtur quod sic, vt tenent Do. in c.j.§.præterea. quib.mo.feu.ami. & in d.c. Titius. post gl. in verbo, consentit. & And. ibi, nu.6 tantum enim operabitur tacitus consensus, quantum expressus, verum quia clarum est p expressum consensum eis fieri prędiudicium, vt in d.§.præterea. ita etiam videbatur per taciturnitatem inductam ex prę sentia & scientia c.qui tacet. de reg. in vi. & in l.qui tacet. ff.e.no. Do. in l.quæ dotis. ff. fol. matri. cum aliis iuribus alleg per gl. in d.§.præterea. in verbo, regressum. quę gl. ibi tenet hanc opinionem.

Contrarium dicamus esse verius, vt talis scientia cum prę sentia minime præiudicet, vt tenet And. in d.§.præterea. nu. 33. contra glos. ibi. Non enim censetur fieri prędiudicium per præsentiam & scientiam agnato, scienti ius suum vbique durare. l.sicut. §.non videtur. ff. quib.mod.pig.vel hypot. fol. Præterea hæc conclusio probatur in d.§. Titius. & in d.§.porro. vbi a iure datur annus a die scientię agnato, vel filio reuocā dum, vt dictum est supra. Vnde si scientia & præsentia sufficerent, vt iura agnatorum perderent frustra fuisset cōcessus annus a die scientię, qui annus ex iuris dispositione fuit concessus ea ratione, quia agnatus, vel descendens non potest statim deliberare, an sibi expediat feudum redimere necne. Nec obstant contraria dicta per glos. & Do. volentes tacitū consensum cum prędentia sufficere, & haberi pro expresso. & eandem esse vim taciti & expressi. l.cum quid, cum vulga. ff.si cer.pe. Nam illa regula est vera, dummodo lex in aliquo casu contrarium non disposuerit, sed videmus annum datū expresse a lege ad consentiendum, vnde scientia cum prędentia minime potest prędiudicare, nisi anno demum elapso, qđ secus est quando adest expressus consensus agnatorum vel descendentium, nam tunc in vanum annus expectaretur, cum iam consulto ante annum expresse consenserint. Nec obstat tex in d.§.prędterea. Nam vel potest intelligi de expresso consensu, vel dicas aliud esse, consentire inuestituræ alteri factę post mortem patris, vbi plene feudum illius iam est qui consentit, aliud si in vita patris consentiat. Quia primo casu mortuo patre non est qui prohibeat ipsum filium qui iam consensiit posse agere, & propterea simplex consensus sibi præiudicat, vt in d.§.præterea. Secundo vero casu, & sic in termis nostræ quæstionis, viuente patre alienante quidam pudor ex paterna reuerētia prohibere filium posse reuocare alienationem a patre factam, & contrauenire eius facto, & ideo tali casu non sufficeret scientia cum præsentia, nisi anno elapso, vel requiretur expressus consensus. Concludamus igitur præsentiam cum sciētia agnati, vel filii, bene eis prędiudicare post annum, sed expressum consensum in continenti non expectato anno.

Vlterius quæritur, filius vel alius descendens, qui vt supra concluſimus viuēte patre potest redimere feudum ex pacto & prouidentia antiquum alienatum sine eius voluntate, dū tamen non consenserit expresse alienationi, vel tacite patiens labi annū a die scientiæ dictæ alienationis, ad differentiam agnati, qui non potest viuente alienante redimere feudum, sed demum eo mortuo, an excludatur perpetuo si a tempore scientie alienationis infra annum non redimerit? an vero possit tacere vsque ad mortem patris alienantis, & & tunc etiam habere annum post mortem patris ad reuocādum? In hoc ego dicerem, filiis siue descendentibus tantum esse prędusam viam reuocandi, si post mortem patris alienantis per annum a die scientæ tacuerint, & non ante. Ratio est, quia viuente patre aliquando seueritas ipsius, patris prohibet filium ipsius facto contra venire: quod secus est in agnato, quando alienauit in aliquem agnatorum remotiorem, quia tunc proximior agnatus non posset a remotione reuocare in uita alienantis, etiam restituendo pretium, vt in d.§. Titius. ergo necessario proximior agnatus habebit annum post mortem alienantis, & ante minime sibi prędiudicabitur, etiamsi prędens fuisset alienationi, & non contradixisset, quia soluisset dictam alienationem reuocare non potuisset ante tempus mortis alienantis agendo. l.j.C.de anna. exce. nisi vt supra dictum est, expresse renūciasset & consensisset. Et in filio idem ius statutum est, nam in vita patris reuocare, ac etiam a maioritate rationis post eius mortem, vt dicunt Do. communiter in d.§. Titius. vnde poterit tacere vsque ad mortem patris, & postea reuocare, dummodo non fuerit elapsus annus a die mortis, & sic lapsus anni prędiudicabit ipsi filio, vt non possit reuocare in vita tantum patris, secus autem post mortem, & in hoc erit similis agnato, qui expectabit similiter mortem alienantis, & postea redimet, vt tradit Pernus, consi.6.col.5.ver.quia in superioribus, Lacbinus in verbo, & cum pacto de non alienando. num.17.

72 Quæro, an tacitus consensus vnius anni, oberit agnato proximiori, qñ vasallus alienauit feudum ex pacto & prouidētia antiquum in extraneū, nam tunc vt supra cōclusum est, in vita alienantis redimi poterit tā ab agnato, q̄ a filio indifferēter. Ego in hoc casu concluderē non impediri agnatum quo minus ſpost mortē vasalli ꝯ. annos 30. possit feudū p̄dictum gratis recuperare, vt tradit And. & cōiter Do. sequūtur in d.c. Titius. ver. qd si consentit. Vt quemadmodū diximus de filio, idē dicamus de agnato. Rō est, quia si pōt reuocare post mortē, & sit̄r in vita, non vr̄ cōueniens vt annus currat ante mortē: Siquidē hēt duo beneficia a iure concessa, vnū vt possit reuocare īcōtinēti, & hoc amisit p an. lapsū, aliud vero vt possit reuocare post mortē, & hoc in alienātis nō cucurrit, q̄a agere ñ arctabaṫ, vt C.vt nemo inui.age.vel ac.co.

Sed q̄ro, quid si vasallus alienauit feudū antiquū ex pacto & prouid. in dñm suū, a quo tenebat dictū feudū sine cōsensu descendētium, vel proximiorum agnatorum, an expectari debeat mors alienātis, quemadmodum diximus de agnato, quando fuisset facta alienatio in proximiorem agnatū, an vero statim possit redimi quemadmodum diximus de fi-

Source : BIU Cujas

lio & ſimiliter de agnato, quando fuiſſet facta alienatio in p ſonam extraneam? Et ſimiliter in hoc caſu ego dicerem ſtatim redimi poſſe, non expectata morte alienantis, non ſecus
73 ac ſi fuiſſet facta alienatio in extraneum. Siquidem † dominus non eſt agnatus, vt tradit Bal. in c.j. de alie. feu. pater. col. 2. nam filii vel agnati in redimendo feudum a manu extranei ſemper præferuntur domino, c.j.§. donare. ver. porro. qualiter olim pote. feu. alie. & ſic dominus non cenſetur eiuſdē nature & qualitatis, prout eſt agnatus, ſeu filius.

74 Quæro vlterius, an filii † vel agnati ignorantes hanc alienationem excludātur ſpacio triginta annorum? Videtur quod ſic, vt ſupra diximus, per tex. in d.§. porro. ver. præſcribere, ſed contrarium vī ſtatutum per conſti. Lotha. & Fede. per quos prohibita eſt omnis præſcriptio, vt dī in c.j. de prohi. feu. ali. per Loth. & in c.j. de prohi. feu. alie. per Fede. de qua materia dicemus in ti. de feudo prę̄ſcripto. Quantum vero ad præpoſitam quæſtionem, dicendum eſt, prædictos agnatos, ſiue filios excludi ſpacio triginta annorum, licet ignorauerint prædictam alienationem, vt hī in d.§. porro, nam ſi ſciuiſſent vtique anni ſpatio, & non triginta ſubmouerentur, vt ſupra dictum eſt. Nec obſtat cōtrarium, quia illa præſcriptio, de qua loquuntur prædicta iura, diſſimilis eſt præſcriptioni, de qua nos loquimur, vt habetur in dicto §. porro, & dicemus in ti. de feudo prę̄ſcrip.

Quę̄ro, quid ſi vaſallus alienauit feudum antiquum ex pa
75 cto & prouidentia cum aſſenſu domini, ac etiam cum † cōſenſu deſcendentis, ſiue agnati proximioris, an tali caſu dicta alienatio p̄iudicet cę̄teris agnatis remotioribus, qui non conſenſerunt? Dic quod non, vt declarat And. in cap j.§. hoc quoq;. de ſucceſ. feu. & ibi late Affli&t. num. xxx. cum ſequen. vbi in feudo ex pacto & prouidentia antiquo, eſt communis opinio Doctorū, ſed tali caſu debet expectari mors omnium proximiorum qui conſenſerunt, vt dicunt Do. in c.1. de alie. feu. pate. & in c.j.§. fi. quæ fuit pri. cau. bene. amit. conclu. xxx. & in c.j.§. hoc quoq;. de ſucceſ. feu. & ibi An. in verſi. v. hic. & idem And. in c.1.§. & ſi libellum. nu.4. in prin. de ali. feu. pater. & probatur in c.1.§. ſed etiam res. per quos fi. inueſti iuncto c.1.§. porro. Alber. Brunus. conſi. 80. nu. vi. & num. 20. & conſi. cxix. & conſi. lxxvii. Curt. conſilio clxxi. nume. ix. Affli&t. deci. ccxlviii. num. 1. Iacob. in verbo, & cum pacto de non alienando, nu. 32. cum ſequen. vbi format quæſtionem de eo, qui alienauit in vlteriorem agnatum cum conſenſu proximioris, vt in tali caſu agnati ſecundi & tertii gradus q̄ non conſenſerunt, poſſint reuocare. Et tu intellige, demum mortuis conſentientibus per ſuperius alleg.

76 Quæro, quid ſi † vaſallus cum conſenſu domini abſque agnatorum proximiorum, ſiue deſcendentiū conſenſu, alie nauit feudum ex pacto & prouid. antiquum, an dicta alienatio dicatur ab initio īualida, vel dicatur valida donec & quo uſq; filii vel agnati qui nō conſenſerunt, eam minime reuocauerint? Aluar. in c.j.§. fi. qui. cau. feu. amit. putauit ab initio non valere, per tex. in c.j. de alie. feu. pate. Sed ego dicerem, di
77 ctam alienationem ab initio ſubſiſtere, propter conſenſum domini, qui adhibitus fuit nam † alienationes feudorum p̄hibitę ſunt fauore dominorū primo & principaliter, vt ſciat dominus conditiones, & qualitates perſonarum, ad quarum manus feuda trāſeunt, vt dicit And. in c. Imper. de prohi. feu. alie. per Fede. Et ſecundario prędictæ alienationes cenſentur prohibitæ fauore agnatorum, quorum intereſt: vnde quam diu dicti agnati tacent, & non contradicunt, putarem dictā alienationem valere. Et ſi inualida eſſet a principio, quādo per lapſum anni confirmaretur, ſtante iuris regula, quod ab initio nullum, tractu temporis non conualeſcit.

Quia ex præcedentibus apparet, qualiter poſſit reuocari per deſcendentes, ſiue proximiores agnatos, alienatio facta tam in remotiorem agnatum, q̄ etiam in extraneum,
78 iuxta terminos c. Titi[9], prout ſupra diximus, ideo neceſſariū mihi vī inueſtigare, ibi in terminis prędicti c. Titius, an alienatio cenſeatur facta licite, & ſic cum conſenſu domini, vel illicite, & in caſu a iure non permiſſo abſq; domini aſſenſu? Nam nos vbiq; in ſuperioribus firmauimus, alienationem prędictam in caſu licito fuiſſe factam, & non ſine conſenſu domini. And. in c.1.§. hoc quoq;. ver. hodie. de ſucc. feu. vī tenere, quod quando alienatio fit ſine conſenſu dñi, nō valeat in vita alienatis, ſed ſtatim poſſit reuocari per agnatum nō expectata morte ipſius: Ex hoc ſequeretur in terminis c. Titius, alienationem fuiſſe factam in caſu permiſſo, poſtquam ibi expectatur mors alienantis, prout tenet gl. in d.c.1.§. hoc quoq; in verbo, partem ſuam. Idem And. in ca.1. §. ſed ēt res. ver. & hęc venditio. per quos fiat inueſt. dicit, q̄ qñ fit alienatio cum aſſenſu dñi, & ſic in caſu permiſſo, talis alienatio p̄iudicabit agnatis in vita alienātis. Et demū ſubdit ipſe And. ibi, q̄ ſi fieret alienatio ſine dñi conſenſu, ſiī præiudicabit ī vita, patet ibi, vel ſicut in vēditione. vnde vī parificare terminos, qñ alienatio fit cum conſenſu dñi, vel ſine conſenſu ipſius, vt vtroq; caſu valeat in vita alienantis. Cuius q̄rium vī dixiſſe in d.§. hoc quoq;. ſuperius alle. idem And. in c.1.§. & ſi libellum, in prin. nu.4. dicit, q̄ ſi alienetur ſine dñi conſenſu, agnati ſtatim reuocabunt, prout dixit in d.§. hoc quoq;. Ex q̄ bus vī And. ſibi q̄rius his, quę dixit in d.§. ſed ēt res. verſi. ſed hæc venditio. Tu poſſes concordare And. vt in §. hoc quoq;. & in §. etſi libellum. loquatur de iure hodierno conſtitutionis regni, diuę memorię, per quam diſpoſitum eſt incontinē ti fieri reuocationem alienationis factę ſine conſenſu dñi, vt dicemus inferius de hoc iure hodierni tp̄is. Et in §. ſed ēt res. And. loquatur de illo iure communi feudorum, quo iure exp̄ectatur mors alienantis, qua ſequuta fit reuocatio, & in vita prę̄iudicabit agnatis. Sed quamuis hoc modo And. ab ei⁹ q̄rietate ſaluari poſſit, tñ ſecundum me non reſoluitur qō, ſi
79 † in terminis d.c. Titius, alien. fuit facta conſenſu dñi, & ſic in caſu permiſſo. Vnde dicas, prout communiter Do. dicunt in c. Titius, alienationem fuiſſe factam, vel in caſu permiſſo de iure antiquo, quo erat licita alienatio medietatis feudi, vt dī in c.1. qualiter olim feu. pot. alie. & in c.1.§. etſi clientulus. de alie. feu. vel ēt totius feudi, vt ī c.1. quid iuris ſit, & in c.1. apud quem, vel quos. Ergo in terminis d.c. Titius, fuit facta alienatio licite, vel cum conſenſu dñi, poſtq̄ dī ibi, q̄ valet alienatio in vita alienantis, & poſt mortem reuocabitur, vt cōcluſimus ſupra. De qua materia c. Titius, multa dicit Gramma. deci. ciii. numero 208.

Dixímus ſupra, feudum ex pacto & p̄uidentia antiquum, non poſſe per vaſallum alienari etiam cum aſſenſu Regis, niſi interuenerit conſenſus deſcendentium, vel proxi
80 miorum agnatorum. Nūc quæro, quid ſi † feudum ex pacto & prouidentia antiquum fuerit per vaſallum alienatum abſq; dñi conſenſu, quo caſu illicite alienatur, & amittitur, an tali caſu vadat ad filios, ſi alienās illos habuerit, vel agnatos, vel ad dñm? Et anteq̄ veniā ad determinationē qōnis, ſciendum eſt, q̄ feudum quatuor modis acquiritur dño. Nam qñ
81 que † feudum confiſcatur, quandoque committitur, quandoque acquiritur, & quandoq; finitur. Qñq; autem confiſcatur, hęc confiſcatio poteſt contingere tribus modis. Primo, qñ vaſallus condemnatur p̄p̄ aliquod delictum, quo cōueniret feudo priuandus, vt in crimine lę̄ſę maieſta. diuinę, vel humanę, & ſimilium delictorum, & tunc feudū dī confiſcari dño. And. in c. ſancimus, lo. ii. quo tem. mil. nu. xi. vbi loquitur de crimine lę̄ſę maieſtatis & felonię, & dicit aperiri feudum domino. Et hodie bona rebellium cōfiſcantur ſine ſententia declaratoria, eſt ca. Regni, nuper apud Tranum. nam notorium actu permanens non indiget declaratione. dicit And. in d.c. ſancimus. in prin. ſed curet poſſeſſor feudi habere legitima documenta, per quę omni tempore conſtet de delicto, conſulit Ale. in cōſi. cxxiii. lib. 1. & And. in d.c. ſancimus. in fi. quem Ale. non allegat. nam regni non creditur, ſi per literas vel priuilegium teſtificaretur, quod talis fuit proditor ſuus, ideoq; feudum ad ſe rediiſſe, & alii conceſſiſſe, cum de euictione teneretur, & nullus in propria cauſa teſtimoniū ferat, And. in d.c. ſancimus. in fi. Dec. conſi. 544. colu. 1. & per Gram. dec. 103. & late Tiraq. de retra. q. 1. gl. 14. nu. 49.
Secundus modus, qñ vaſallus decedit ſine liberis, & ſine legitimo ſucceſſore in feudo ſucceſſibili, quo caſu eius bona dicuntur vacantia, & feudum tunc dī aperiri dño, ſiue vt alii dicunt confiſcari ipſi domino, per finitam generationem legitimam ipſius feudatarii. Quid autem ſit feudum aperiri domino, declarat bene And. ī d.c. ſancimus. lo. ii. nu. xi. quo tēp. mi. vbi dicit, q̄ aperiri nil aliud eſt, niſi dñm ipſo iure redire.
82 Tertius modus, qñ † vaſallus moritur & eſt incapax hī dis, quia hæredem non hēt in loco, quo moritur, quia eſſet alienigena in regno, in quo poſſidere bona infeudalia, & tunc dicta feuda ſiī dicerē confiſcari regio fiſco, vel baronib. qñ ab eis in capite tenerent, q̄ poſſent tanq̄ eis excadētia, & de uoluta ad libitū alienare, & de eis diſponere, vt inquit And. in c. Impe. nu. 8. de p̄hi. feu. alie. per. Fede. & in c.1. verſi. Regis. nu. 8. qui feu. da. poſ. & in conſti. diuę memorię. & ibi p̄ Affl. De mā excadentialium bonorum dicā in ti. de feu. ruſtic. ſed de hac confiſcatio. eiuſq; mā dicam inferius, vbi tractabo, quando feud. delicto amittitur, quæ omnia probantur in ti. C. de bon. vac. & eorum incorporatione.
83 Qñq; feudū † non dī cōfiſcari, ſed cōmitti ipſi dño. Et hoc cōtingit, qñ vaſallus cōmittit ingratitudinē vel offenſam q̄ dñm, quia tali caſu feudū eidē dño cōmittī, & applicatur.
Et dicitur incidere in commiſſum, quemadmodum dicemphy. dicitur, & de hoc ſimiliter dicam inferius.
Qñq; aūt feudū dī acquiri dño, & hoc pōt eſſe, ſi vaſallus donaret, legaret, uel refutaret illud domino, vel in eo ipſum hęredem inſtitueret.

Quandoque

Source : BIU Cujas

84 Quandoque & vltimo †feudum dicitur finiri,& illud ſimiliter redit ad dominum,quod contingere poteſt,vel propter naturam feudi,vt quia fuit annale,vel temporale cõceſſum ad certum tempus & finitum,vt dicemus latius in tit. de feudo annali,& in ti.de feudo temporali. Vel conceſſum ratione alicuius exercitii,& illud ſit finitum,vt dicemus in tit. de feudo guardię,vel caſtaldiæ.nam finito officio,vel exercitio, pro quo conſtitutum fuit,finitur & ipſum feudum , & tunc redit ad dominum,vt dicit Andreas in c.j.§.rurſus.nume.12. quib.mo.feu.amit.& in c.j.§.quid ergo.de inueſt.de re alie.facta,numero 10.& in c.primo,de cap.Corra.argum.l. lex vectigali.ff.de pigno.

85 Et vltra prædicta, Sciendum eſt etiam,quod †feuda ſeptẽ modis amittuntur contemptu,quando non petitur inueſtitura infra tẽpus debitum,vel ſi vaſallus recuſaret facere ſeruitium domino,vel aliis modis,infra declarandis. Tertio,amittuntur delicto,quando vaſallus delinqueret, vel contra perſonam domini directo,vel alio modo. Quarto,amittuntur feuda refutatione,quando refutantur agnatis,filiis,vel domino. Quinto, amittuntur feuda defectu , quando aliquis poſſidens feudum efficitur inhabilis,vt puta clericus, mutus , ſurdus , vel alias imperfectus.Sexto,amittuntur feuda preſcriptione,quãdo cõtra aliquem feuda præſcribuntur.Septimo, & vltimo, morte, quando quis abſque legitimo hęrede , & ſucceſſore vel etiam cum ſucceſſore in feudo moritur,de quibus omnibus ſeriatim tractabimus.Vnde proſequendo ordinem, pri⁹ explicare intendo,quando feuda perduntur ob alienationẽ illicite factam ſine domini conſenſu , iuxta præpoſitam per nos ſuperius quæſtionem , ad quem vadant feuda prædicta, an ad filios,vel agnatos,vel dominum?.

86 Quod autem †feudum abſque domini conſenſu alienatũ vadat ad ipſum dominum . Primo probatur,nam quando vaſallus committit culpam in dominum, feudum vadit ad dominum,quia ipſum contemnere videtur , alienando indebite abſque eius conſenſu feudum prædictum. c.j.§.fi.quæ fuit pri.cau.bene.amit.c.j.an ille qui inter.fra.do.ſui.arg.l. penul.C.de leg.& l.fi.ff.de litigio. & eundem dominum offendit,ideo ad eum redire debet.Secundo,pro hac opinione faciunt omnia ſubſcripta iura,videlicet rex in c.j.de vaſal. qui contra conſti.Lotha.& in c.j.§. aut ſi libellario.quib. modis feu.amit.c.j.§.callidis.de prohi.feu.alien.per Fede.c.j.quid iuris ſit,ſi poſt alienationem vaſal.feu.recupe.c.j.ver.adhuc. extra de feu.c.j.§ preterea,de cap.Corra.c.j.item quibus modis feu.amit.& ibi glo.c.j.de contro.inter dom.& emp.feu.c.j.§. & ſi clientulus.de alie.feu.pater.c.j.§. ſi quis miles.de feu ſine cul.non amitten.& in c.j.in fi.apud quem vel quos,cont. feu. debe.termi.facit tex.in l.fi.C.de iu.emphy.& in c.potuit,locati.In quibus iuribus probatur,feu.debere redire ad dominũ. Et vltra prædicta iura,hoc videtur voluiſſe And.in c.j. apud quem vel quos,in fi.Bal.in c.j.§.j.de ſucceſ.feu.& in c.j. ſi vaſal.feu.pri.Are.conſilio xiiii.conſilio vii.vbi dicit , hanc eſſe veriorem opinionem.Spe.in ti.de feu.§.quoniam.Idem Bal. in c.fi.quæ fuit prima cau.ben.ami.Ratio autem poteſt eſſe, quia per talem indebitam alienationem videtur contemni dominus,& ideo debet habere ſuę iniuriæ vltionem, vt dicitur in d.c.fi.Alia ratio fuit aſſignata per And.in c.j.§.neceſſitatem.qualiter olim poterat feu. alie. vt vaſallus magis eſſet obſequioſus domino,& de ipſo magis curaret,argu.l.vtrum turpem.ff.de verbo. oblig. ideo iura noluerunt feudum ſine conſenſu domini alienari.

Contraria opinio,vt immo feudum taliter alienatum vadat ad agnatos,probatur primo per tex.in ca.primo.an ille, qui inter fra.do.ſui.& in c.primo,ſi vaſal.feu.priu. & per tex. in dicto.§.denique.in fi.& per tex.in c.j.§. ſi vaſallus culpam. ſi de feu.vbi quando delictum non reſpicit principaliter dominum,tunc feudum domino non aperitur, ſed quia per illicitam alienationem non offenditur principaliter dominus,ergo idem feudum quæri non debet. Secundo,pro hac opinione eſt.tex.in c.j. §.Titius. ſecundum vnum intellectũ, vt loquatur quando alienatio fuit facta ſine domini conſenſu,ſi de feu.defun.fue.contro.Tertio,pro hac opinione ſimiliter facit tex.in c.j.§.fi.in fi.qualiter olim poterit feu.alie.vbi agnatum prefertur domino in reuocando alienationem factam.Quarto,facit tex.in ca.j.ſi vaſal.feu.pri. vbi feudum vaſalli delinquentis vadit ad agnatos,& non ad dominum , & ſic probat ille text. hanc opinionem a maioritate rationis. Quinimo ad idem eſt tex.in c.j §.hoc quoque. de ſucce. feu. Sexto pro hac parte faciunt ſubſcriptę rationes. Prima,nam pœna debet tenere ſuos authores.l. ſancimus. C. de pœn.& quia in feu.ex pacto & prouidentia antiq.factum vnius non debet nocere alteri, ideo feudum prędictum debet ad agna-
87 tos deuolui.Secunda,nam †alienatio cenſetur prohibita nedum fauore domini,ſed etiam fauore domini , ſed etiam fauore agnatorum,vt in c.j.de alie.feu.pate.& vt conſeruetur, & duret agnatio,l.j.§.fi.ff.de ven.inſpic.l.pen.C.de lega.Et vt agnatio prędicta conſeruetur, debet feudum ad agnatos redire.Tertia,ſi dominus admitteretur,& preferretur agnatis, de facili agnati poſſent decipi ab agnato alienante , qui vt eos fraudaret , alienaret feudum , & ideo non eſt danda via malitiis.l.in fundo.ff.de rei vendic.l.filiæ meæ ęgrę.ff. ſoluto matri. Quarta,beneficium de iure aliis quæſitum non debet eis inuitis ex facto alterius tolli,l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.ff.de adoptio.nec debet concedi patri,vt fraudet filium. l.fi.ff.ſi quid in fraudem patroni. Quinta ratio poteſt conſiderari,nam ius agnationis eſt immutabile . l. ius agnatio. ff. de pact.vnde agnatus non venit vt hęres,ſed iure proprio & ſanguinis,ideo factum alterius ſibi nocere non debet. argu. l.cum a matre.C.de rei ven.l.ex qua perſona.ff.de reg.iu.l.an vitium.§.ex facto.ff.de diuer.& tempo.præſcip. Et vltra iura & rationes prædictas, hanc opinionem tenuit gl. famoſa in c.j.§.hoc quoque.de ſucceſ.feu. vbi etiam ſequuntur Iac. de Bel.And.Nicol.de Neap.& Bal.quamuis idem Bal in c.j.§.fi. quę fuit prima cau.bene.amit.tenuerit contrarium,vt ſuperius diximus.Hanc eandem opinionem tenuit Ioannes Blãcus, in ti. quib. modis feud.amit. in verbo, quandoque feudum reuertitur ad agna.Alu.in d.§.hoc quoq;. & in c.Titius. ver.item premitte.ſi de feu defun.fue.contro.& in c.j. §.fina. quæ fuit prima cau.bene.ami.concluſione 25.Vdal.in x.par. num.94.& ciiii.Cur.in v.par.prin.in 4.conclu.num.x.Afflic. in c.j.num.ix.de ſucceſ.feu.Aret.conſi.14.num.xii.Alber.Brunus conſi.36.num.3.Camerarius in c.Impera.char.88 litera A.Bal.in c.j.ver.aut ſi libellario.qui.mo.feu.ami. & ibi Alu. Capytius in c.Imper.col.ccx.Loffre.in c.j.verſi.quod autem. de contro.inueſt.poſt.And.in c.j.ſi vaſal.feu.pri.num.4. Hoſ. in ſumma,ti.de feu. Hanc opinionem tanquam communẽ ſimiliter ſequutus eſt Cur.in d.v.par.in 4.princ. concluſione. Alex.conſil.xxx.nu.xiii.vol.j.& conſi.xxx.in vi.vol. nume.9. Iaco.in verbo,& cum pacto de non alienando, numero 30. Deci.conſi.ccviii.nu.ix.& conſi.395 Cur.ſen.conſi.50. colu. 17.cum ſeq.Iaco.in verbo,dictiq; vaſalli,idem Decius conſilio.544.nu.31.cum ſeq.

Et tenendo hanc vltimam opinionem tanquam veriorẽ, non obſtant contraria , primo,omnia iura per me ſuperius citata,nam illa vel loquuntur in feu.nouo , in quo alienans poteſt preiudicare agnatis , non autem in paterno ex pacto & prouidentia,prout dicta iura ita procedere intelligit Curtius in d.v.par.concluſione iiii.& Alexand.in d.conſilio xxx. num.13.& conſilio xxx.nu.ix.vol.vi.& conſi.xxiii.nu.vi.vol. j.Vel ſunt intelligenda iura prędicta , quando alienans non habebat nec deſcendentes nec agnatos , & propterea dominus ſuccedebat.Vel poſſunt intelligi in feu. hęreditario.Nec etiam obſtat ratio per nos ſuperius adducta pro j. par.vt dominus habeat vltionem ſuę iniurię, propterea videbatur dicendum domino feudum acquiri.Nam ille tex.in c.fi.non ꝓcedit ſic indiſtincte,ſiquidem habemus alia iura,& preſertim tex.in ca.j.an ille qui inter.fra.domi.ſui. vbi quando offenſa nõ reſpicit principaliter perſonam domini,feudum ad agnatos deuoluitur,& idem dicitur in d.c.j. in fi. & in c.j.ſi vaſal. feu.pri.& in c.j.§.ſi vaſallus culpam.ſi de feu.defun. fue.cõtr.

Si tamen velles diſputando tenere contra communẽ opinionem,poſſes illam defendere authoritate illius c.fina.quæ fuit pri.cau.bene.ami.Et ratione ipſius,qui indiſtincte loquitur & generaliter,vt qñ offenſa reſpicit dominum, tũc vt habeat ſuæ iniurię vltionem,feudum ad ipſum debet redire,ſed ſic eſt quod dñs cenſet offendi & contemni ꝑ talẽ alienationẽ:ergo.Ad ꝟria poteris rñdere,& primo , alienatio feu.ſiue dñi conſenſu, redẽptio dicti feudi potius cõcedebat agnato quã dño,vt in d.c.j.§.donare.ver.porro.vñ ad agnatos debe-
88 bat redire,nã rñdet hoc nihil ad rẽ facere:qa †licet in redemptione,agnatus ꝑferebat dño,hoc obtinebat de illo iure veteri,quo iure licebat vaſallus libere ſine dñi conſenſu alienare medietatẽ feudi,vt in c.1.de alie.feu.& in c.1.§. ſi quis deceſſerit.ver.Titius.ſi de feu.defun.fue.cõ.& in c.1. §.ſi fidelis. ver.aut ſi libellario.quib.mo feu.ami.& in c.1.§.& ſi clientulus.de ali.feu.& tali caſu ius redẽptionis reſeruabat filiis, vel agnato,vel dño.& in d.§.donare.ver.porro & in c.1. §.ſed ẽt res.ꝑ quos fiat inue.Igit ſi filius vel agnatus in redimẽdo feudo ꝑferebant dño,non mirũ ſi tali caſu diſpoſitũ fuit illo iure veteri, quo licita erat alienatio ẽt ſine ꝟſenſu dñi,ſed hodie cũ illa iura vetera circa alienationẽ ſint penitus ſublta & abolita,& ſit ꝓhibita alienatio ſine dñi ꝟſenſu,vt in c.1. qualiter ol.feu.pot.ali.& in c.1.de ꝓhi.feu.alie.ꝑ Fed.& in c.1.de ꝓhi.feu.alie.ꝑ Loth.& in c.1.de vaſ.q cont.ꝟſti.Lot.Ideo illa redẽptio hodie ſibi locũ non vendicaret,& dño ꝟcederet,vt dñt Do.in c.impe.§.callidis.& in d.c.1.de vaſ qui cont.cõſti. Lot.& ĩ c.1.§.fi.q̃ fuit pri.cau.ben.Imo hoc ꝟfirmat hãc opi.qa ſi illo tpe antiq. vltra mediã feudi partẽ alienatũ ꝑꝑ ꝓhi-

Source : BIU Cujas

bitionem redibat ad dominum, quare etiam hodie totum sic indebite alienatum non redibit, cum totius feudi prohibitio alienationis facta fuerit? Secundo non obstat alterum obiectum, dum dicebatur agnatos præferri domino, quando delictum non est commissum principaliter contra persona domini, vt in c. primo, ver. si vasallus culpam. si de feu. defun. fue. contro. quasi idem iuris sit in alienatione, quod in delicto. Nam respondetur arg. sic simpliciter sumptum minime procedere immo agnatum præferri domino semper & in omni casu, quãdo feudum amissum est, propter delictum falsum est, vt in c. primo, §. fi. quæ fuit prima cau. benefi. ami. Si quidem tunc verum est agnatum domino præferri, quando delictum principaliter nõ in dominum est commissum, non autem quando in ipsum dominum principaliter est cõmissum, quia tunc dominus præfertur agnatis, vt in dicto §. fi. & in c. primo, ver. si vasal. culpam, si de feu. defun. fue. con. quod intelligendum est, dum viuit delinquens, vt latius dicemus inferius ex mente Andreæ. Vnde vides qualiter argumẽtum non semper procedit, & possemus dicere in hoc casu, dominum principaliter offendi, quando allienatur feudum sine eius consensu, & consequenter idem domino feudo acquiri. Tertio non obstat id, quod dicebatur, ius quæsitum agnatis in feudo antiquo ex pacto & prouidentia non posse eis inuitis auferri absque facto ipsorum ex facto alterius. Quia respondemus, nil iuris in hac parte in feudo antiquo si ue paterno agnatis competere, quia in concessione feudi semper sub intelligendum est, vt eo vsque vasallus teneat & possideat feudum, quousque in dominum minime peccauerit. Quapropter agnati plus iuris non habent, quam eisdem per concedentes fuerit concessum: vnde non debent posse conqueri si tenens feudum contemnens in ipsum peccauerit, quo casu dominus iure proprio vendicare potest feudum taliter alienatum, vt habeat suæ iniuriæ vltionẽ. Quarto non obstat id, quod dicebat Baldus in dicto §. fin. quæ fuit prima cau. non esse relinquendum arbitrio agnatorum posse fraudare suos agnatos alienando feudum. Quia hoc minime verum est, vt probatur in c. primo, §. firmiter. de prohi. feu. alie. per Fede. vbi habetur, quod si vasallus tam in Italia, quam in Alemania fuerit vocatus a domino suo, & contẽpserit ad publicam expeditionem venire, vel alium domino acceptabilem mittere, tali casu feudum amittat. Ecce qualiter in illo text. constituitur in facultate & arbitrio vasalli, si voluerit venire ad adiuuandum dominum, & nihilominus si venire contempserit, amittit feudum, priuãtur agnati, & ad dominum reuertitur, sic ergo dicendum, quando alienatur feudum. Nec etiam est præsumendum, vasallum velle perdere, & iactare suum in præiudicium aliorum, quæ omnia licet disputando teneri possent, tamen non puto recedẽdum a communi opinione Andreæ, & omnium quos supra allegauimus, vt feudum antiquum ex pacto & prouidẽtia indebite alienatum non vadat ad dominum, sed ad descendentes si extant, vt tradit Alua. post And. in dicto ca. fin. conclusione 26. Bald. in §. hoc quoque. de succes. feu. & ante eos Iac. de Bel. ibi, col. 2. ver. j. casu. And. in cap. si vasallus culpam. si de feu. defun. fue. cont. & in c. j. vers. si vas. quæ fuit prima cau. ben. ami. & in c. j nu. 4. de cap. Corr. quamuis contrarium videatur voluisse in c. j. ver. vel postquam ad libellum dedit. nu. 29. quib. mo. feu. amit. Sed dic, quod ibi non firmat hoc, sed remittit se ad dicta in d. §. si vasallus culpam. Si autem non adsint filii vel descẽdentes, tali casu vadat ad agnatos, & hoc de iure communi feudorum: quid autem de iure Regni, nunc tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Regni, diuę memoriæ, hodie prohibet omnem alienationem feudorum.*

2 *Constitutio regni, diuæ memoriæ, hodie prohibet super feudo fieri compromissum, transactionem, & infeudationem.*

3 *Infeudatio ante constitutionem, diuæ memoriæ, erat permissa, & quo modo.*

4 *Tempora varia circa feudorum alienationem, breuiter, & vtiliter explicantur.*

5 *Federicus Imperator correxit, & dilucidauit, & supleuit legem Imperatoris Lotharii.*

6 *Constitutio diuæ memoriæ, correxit capitulum imperialem, de prohibita feu. alie. per Fede.*

7 *Constitutio, diuæ memoriæ, non limitauit certum & determinatum tempus, intra quod possit fieri reuocatio alienationis factæ sine assensu domini.*

8 *Reuocatio feudi alienati sine assensu, hodie per regni constitutionem fit vsque ad litis contestationem.*

9 *Reuocatio fieri iure proprio, quomodo intelligatur.*

10 *Feudum alienatum sine assensu, ad hoc vt amitta tur, tria requirũtur.*

11 *Feudum ad hoc perdatur per alienationem sine assensu, requiritur realis traditio.*

12 *Constitutum, & precarium, an sufficiant, vt perdatur feudum alienatum sine assensu?*

13 *Constitutio regni, diuæ memoriæ, venãicat sibi locum, etiam in emptore feudi, vt possit reuocare alienationem, sicut venditor.*

14 *Constitutio diuæ memoriæ, non habet locum nisi in feudis quaternatis, et quæ tenentur in capite a regia curia, & nu 19.*

15 *Venditor si vigore constitutionis diuæ memoriæ, reuocauit alienationem feudi sine assensu factam; an emptor recuperet precium.*

16 *Emptor bonæfidei, venditore reuocante feudum alienatum per dispositionem constitutio. Reg. an agat ad interesse? breuiter, & vtiliter explicatur.*

17 *Emptor malæfidei, reuocante uenditore feudum alienatum per dispositionem con--stitution. diuæ memoriæ, recuperat precium, & est noua opinio hodie.*

18 *Venditor si reuocauit ante impetratum assensum, & post reuocationem superuenit assensus, an conualidetur venditio non obstante reuocatione.*

19 *Constitutio, diuæ memorię, non loquatur de feudis rusticis, & his quæ tenentur in capite a baronibus.*

20 *Alienatio feudi si fuit nulliter facta, an feudum perdatur.*

21 *Alienans illicite & sine assensu partem feudi, an perdat totum feudum.*

22 *Clausula, saluo & reseruato domini assensu, quid operetur facta traditione reali feudi & ibi fiunt quatuor capita circa hoc.*

23 *Sententia, an reiquiratur vt feudum indebite alienatum perdatur, vel ipso iure amittatur.*

24 *Promittens alienare, si super hac promissione non fuit impetratus assensus, an promittens teneatur ad interesse promissori.*

25 *Transactio, an possit hodie fieri super feudo, & quid de iure communi feudorum?*

26 *Compromissum, an hodie possit fieri super feudo, & quid de iure communi feudorum?*

27 *Seruitus, an possit hodie imponi feudo sine assensu, & quid de iure communi feudorum.*

28 *Alienatio sine assensu, an valeat in argumentum feudi.*

29 *Territorium sterile feudi, an sine assensu possit in feudum concedi.*

30 *Alienatio feudi sine assensu non valet, etiam propter necessitatem famis.*

31 *Dominus alienando inuitos eius vasallos, an illos amittat.*

32 *Feudum illicite alienatum, an aperiatur domino immediato, a quo tenetur.*

33 *Dominus quis mediatus, & quis immediatus dicatur.*

34 *Alienatio sine assensu potest fieri in proximum successurum.*

35 *Alienans feudum sine assensu, ignorans illud esse feudum, non perdit illud.*

36 *Alienans feudum sine assensu ex necessitate sententiæ, siue transactionis, non perdit illud.*

37 *Feudum alienatum sine assensu, & non realiter traditum emptori, non perditur.*

38 *Infeudans feudum sine assensu, illud non perdit sed valet infeudatio eius vita durante de iure communi feudorum, & quid de iure constitutio. Reg.*

39 *Feuda quando amittuntur contemptu, ad quem vadant.*

40 *Inuestituram feudi antiqui ex pacto & prouidentia non petita infra annum & diem, siue mensem, quomodo intelligatur, & quid seruetur.*

41 *Milites habent multa priuilegia.*

42 *Intellectus c. sancimus, quo tempore miles inuest. pet. deb.*

43 *Miles potest appellari quilibet habens feudum.*

44 *Capitulum regni, apud Fogiam, quid statuit hodie super inuestitura appetenda.*

45 *Ignorans feudum ad se deuolutum esse, habet annos triginta ad petendã renouationem inuestiturę.*

46 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum, amissum ob non petitam inuestituram intra tempus debitum, vadit ad descendentes si extant, sin autem ad collaterales agnatos.*

47 *Ratio, quare feudum amittitur ob non petitam inuestituram infra annum & diem, seu mensem.*

48 *Ratio, quare potius est statutum tempus anni & diei, in petenda inuestitura, quam maius, siue minus tempus.*

49 *Bonorũ possessio sicut est duplex edictalis, & decretalis, ita feudi duplex successio, edictalis, & decretalis.*

50 *Vasallus comparatur liberto.*

51 *Ratio quare recognitio feudi sit hæredi, & per hæredem.*

52 *Causę variæ excusandi vasallum non petentem inuestituram intra tempus debitum.*

53 *Tempus anni & diei, non potest diminui per dominum.*

54 *Tempus anni & diei, an possit per dominum prorogari hęredi, ad petendam inuestituram.*

55 *Tempus ad petendam inuestituram si fuerit per dominum diminutum cũ consensu hęredis vasalli, an perdatur feudm, si infra dictum tempus non petierit inuestituram.*

Source : BIU Cujas

56 *Annus in iure multipliciter capitur,& qualiter declaratur.*
57 *Menſis qualiter in iure ſumatur,& quot dierum.*
58 *Dies,qualiter ſumatur in iure,& quot dies habere dicatur.*
59 *Inueſtitura quo loco,& quo tempore,peti debeat.*
60 *Renouatio inueſtiturę facta extra territorium domini.*
61 *Petẽs nouam inueſtituram,an debeat pro ea aliquid ſoluere,& quid aliud debet facere.*
62 *Feudum ob non petitam inueſtiturã intra tempus, non perditur ipſo iure, ſed neceßaria eſt ſententia,& diſputatur articulus.*
63 *Hæres vaſalli non poſſidens feudum,non tenetur inueſtituram petere.*
64 *Tempus anni & menſis ſiue dici,an currat a die ſcientię,vel aditæ hæreditatis:plene diſcutitur.*
65 *Tempus, quod dabatur hæredi ad petendam inueſtituram, an detur hæredi ipſius totum,vel id ſolum quod ſupererat defuncto.*
66 *Emptor feudi, non habet annum & diem ad petendam inueſtituram.*
67 *Donatarius feudi non habet annum,& diem,ſeu menſem,ad petendam inueſtituram feudi donati.*
68 *Vaſallo decedente non petita inueſtitura, dominus poteſt agere cõtra hæredem de amiſſione feudi.*
69 *Recognitio feudi,ſeu noua inueſtitura, nil iuris tribuit vaſallo de nouo,nec etiam domino.*
70 *Clauſula,& de nouo concedimus, appoſita in renouatione inueſtiturę,nil tribuit de nouo.*
71 *Recognitio feudi referens ſe ad veteres inueſtituras,nil de nouo dat, ſi de eis non conſtat:Vbi de limitationibus.*
72 *Dictio,ſecundum,an faciat conditionem.*
73 *Dominus facta inueſtitura abuſiua vaſallo, promittens eidem facere rea lem,tenetur vaſallus petere renouationem inueſtiturę.*
74 *Vaſallus dicitur cõtemnere dominum,quando ter ab eo citatus,vt veniat ad ſe excuſandum, noluit venire,& perdit feudum.*
75 *Vaſallus dicitur contemnere dominum,& feudum amittit, ſi ab eo euocatus noluerit venire ad expeditionem belli.*
76 *Vaſallus perdit feudũ, ſi recuſauerit facere ſeruitium domino pro quo ſeruitio feudum datum erat.*
77 *Vaſallus nolens facere iuſtitiam domino ſuo,dicitur ipſum contemnere,& feudum perdit.*
78 *Vaſallus & dominus,ad paria iudicantur.*
79 *Vaſallus ſicut priuatur feudo ob non factam iuſtitiam domino ſuo,ita dominus priuatur proprietate feudi & directo dominio, denegans facere iuſtitiam vaſallo,ſatis diſcutitur,& vtiliter.*
80 *Dominus poſt tempus inueſtiens vaſallum,cenſetur remiſiſſe pœnam caducitatis,& amiſſionis feudi,& an requiratur proteſtatio.*
81 *Vaſallus ceſſans per triennium ſoluere cenſum,pro feudo debitum,illo priuatur.*
82 *Feudum pro quo ſoluitur cenſus, an dicatur feudum,diſcutitur ſed remiſſiue tamen.*
83 *Vaſallus amittit feudum, quando male vtitur re feudali,illam deteriorando.*
84 *Feuda amittuntur delicto,& quomodo.*
85 *Feuda ex pacto & prouidentia antiqua amiſſa propter delictum,an vadãt ad dominum,vel filios,vel agnatos diſputatur pleniſſime.*
86 *Quando feuda amittuntur per delictum, quod principaliter eſt commiſsũ contra dominum,an vadant ad ipſum dominum.& 87. & 88.*
89 *Feudum amiſſum propter delictum concernens domini perſonam principaliter,aperitur domino,viuentibus deſcendentibus,& delinquente.*
90 *Feudum,quando perditur propter delictum commiſſum in dominum, vadit ad filios nominatos nominibus propriis.*
91 *Feudum, quando amittitur per delictum in dominum commiſſum, pertinet ad filios, quando eſt dictum inconceſſione, concedi de vno in alium.*
92 *Feudum ex pacto & prouidentia conceſſum generi,ſi per delictum priuatur feudatarius,an illi de genere deſcendentes priuentur.*
93 *Agnati infra quartum gradum an ſuccedant delinquenti contra dominum principaliter.*
94 *Ratio quare agnati infra quartum gradum excludantur a ſucceſſione feudi ex pacto & prouidentia ob delictum agnati.*
95 *Intellectus verus,nouiter conſideratus ad capitulum i. §. ſi vaſallus culpam,in titulo ſi de feudo defun.fuer.controuer. & ad c.i. ſi vaſal.feud. priuet.*
96 *Delicta,quæ principaliter committuntur contra Regis perſonam, remiſſiue, & nu. 102. plenius.*
97 *Maieſtas,quotuplex ſit.*
98 *Stuprans filiam Regis,a quo tenebat feudum, perdit illud,& dicitur committere crimen contra ipſius perſonam principaliter.*
99 *Maieſtas,vnde dicitur.*
100 *Crimen rebellionis,quando dicatur committi,& vnde dicatur,& quare ſic appellatur.*
101 *Crimen perduellionis, vnde dictum, & quando committatur. numero 102.*
103 *Crimen læſæ Maieſtatis,quando dicatur committi.*
104 *Occidens collateralem conſiliarium Regis,dicitur committere crimen læſæ Maieſtatis.*
105 *Delicta,quæ committuntur non principaliter contra domini perſonam, multa de hoc.nu. 106.*
106 *Offenſa,quando non principaliter dominum reſpicit feudum eidem domino non acquiritur,quando feud. eſt ex pacto antiquum.*
107 *Filii & cæteri deſcendentes priuantur feudo ex pacto & prouiden. antiquo ob noxam in dominum principaliter non commiſſam.*
108 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum aperitur agnatis ob noxam, non in dominum commiſſam.*
109 *Error Cumiæ, Doctoris Siculi.*
110 *Intellectus c.i.§.ſi.quæ fuit pri.cau.ben.amit.*
111 *Intellectus c.i.an ille qui interfec.fra.domi.ſui.*
112 *Intellectus l.filius.ff..de ſuis & legitimis hæredibus.*
113 *Varia capitula Regni circa crimen læſæ Maieſtatis, & proditionis.*
114 *Foriudicati feudum, an confiſcatis eius bonis tranſeat in fiſcum, in generali bonorum confiſcatione.*
115 *Capitulum ciuitatis Neapolis inhibet bonorum confiſcationem, exceptis criminibus læſæ Maieſtatis in primo capite,& hæreſis.*
116 *Delicta,quę principaliter non committuntur cõtra domini perſonam,enumerantur multa & notabiliter.*
117 *Feuda,quando amittuntur refutatione,tractatur plene.*
118 *Refutatio quid ſit,multipliciter declaratur.*
119 *Refutatio feudi antiqui ex pacto & prouid.fieri nequit ſine conſenſu proximiorum etiam ipſi domino.*
120 *Refutatio,in ſe quo differat a renunciatione,quæ fit domino.*
121 *Renunciatio feudi antiqui ex pacto & prouidentia poteſt fieri domino inuito,quando feudum datum eſt gratia vtriuſque.*
122 *Refutatio feudi antiqui ex pacto & prouidentia, poteſt fieri deſcendentibus ſiue agnatis in gradu primis,ſine domini aſſenſu.*
123 *Refutatio reſeruato vſufructu non valet,nec ſub conditione.*
124 *Refutatio an debeat fieri cum titulo ſpeciali.*
125 *Feudum antiquum ex pacto & prouidentia refutatur, an remaneat antiquum,vel nouum fiat?*
126 *Feudum antiquum ſi fuerit per patrem filio ſuo refutatum, an decedente filia in eo ſuccedat ipſe pater.*
127 *Subinfeudans feudum alteri,& demum illud refutans,an teneatur de euictione ſubinfeudato,& nu.128.*
129 *Vaſallus,qui ſubinfeudauit feudum antiquum alteri agnato remotiori in gradu, an illud valeat refutare deſcendenti, ſiue alteri agnato proximiori.*
130 *Refutatio,an cenſeatur realis vel perſonalis, remiſſiue.*
131 *Infeudatio,& ſi olim poterat fieri ſine domini conſenſu etiam feudi ex pacto & prouidentia,tamen hodie non poteſt fieri.*
132 *Feuda,quando amittantur defectu,ſi ſint ex pacto antiqua.*
133 *Mutus, ſurdus,vel alius imperfectus,quando feuda retinere poßunt ex pacto & prouidentia antiqua.*
134 *Vaſallus, an perdat feudum ob ſuperuenientem imperfectionem.*
135 *Dominus ex certa ſcientia poteſt admittere mutum & ſurdum, & alios inhabiles ad feud.ſucceſſionem.*
136 *Mutus,vel ſurdus,vel aliæ perſonę imperfectę,an ſuccedant in feudis pro quibus ſoluitur annuus cenſus.*
137 *Mutus qui tarde loquitur, & ſurdus aliquid audit, ſuccedunt in feudis.*
138 *Feuda amiſſa ob imperfectionem acquiruntur filiis,ſeu agnatis.*
139 *Clerici & alii religioſi prohibentur ſuccedere in feudis, & ibi ponuntur rationes.*
140 *Clerici in minoribus an ſuccedant in feudis.*
141 *Cruciferi portantes crucem in pectore,an ſuccedant in feudis.*
142 *Monachi,& Epiſcopi an ſuccedant in feudis.*
143 *Monacha an ſuccedat in feudis,& ibi de monialibus ſanctæ Claræ.*
144 *Conſuetudo valet vt monachi ſeu clerici poſſint ſeruire per ſubſt. & ſuccedere in feudis.*
145 *Monachi ſiue clerici poſſunt ſuccedere in feudis,quãdo ſeruitium pro quo feudum datum eſt poſſunt ipſi explicare.*
146 *Feudum amiſſum propter aſſumptũ Clericatum,vadit ad filios,ſiue aguatos filiis non extantibus.*
147 *Feuda amittuntur preſcriptione.*
148 *Feuda morte naturali amittuntur & finiuntur.*
149 *Pater,an poſſit prælegari vni filiorum feudum ex pacto & prouidẽ. antiquum,quando diuiditur.*
150 *Primogenitus,ſic eſt rebellis,et ſecundogenitus ſucc eſſit in feudo antiquo, ſi Rex remittat primogenito qui recuperet feudum a ſecundogenito, an cenſeatur antiquum prout erat, remiſſiue.*

1 CONſtitutio †Regni, cuius Caput Conſtitutionem diuæ
2 memoriæ, ſub titulo de reuocatione feudorum, & rerum feudalium,hodie prohibet omnem feudi alienationem, † tranſactionem, compromiſſum, & ſimiliter in-
3 feudationem. Quæ †de iure communi feudorum erat permiſſa,ſincerè,ſine fraude, & ſine domini cõſenſu,vt in cap.j.qualiter olim poterat feud.alien. & in ca.j.§. ſimiliter,de lege Corrad. & in cap. j.§.præterea, de cap.Corr. Et in cap.Imper.§.callidis de prohib.feud.alie.per Federi.iuxta tradita pro glo.Andream, & Afflict.in d.conſtitu.quæ corrigit ius commune feudorum. Quo iure varia ſtatuta fuere tẽpora

Source : BIU Cujas

4 pora circa alienationem ipſorum. Siquidem primò † & antiquiſſimo tempore in quibuſdam Curiis licebat partem feudi ſine domini ꝙſenſu diſtrahere: In quibuſdam verò, totum feudum licebat, capit. j. quid iuris ſit. capi. j. apud quem vel quos. Alio vero tempore licebat alienare medietatem tantum neceſſitate ſuadente. capitu. j. qualiter olim pote. feud. alien. ibi, neceſſitate autem. Poſtmodum alio tẽpore, licebat abſq; neceſſitate medietatem alienare, cum qualitate, vt dicta alienatio fieret ad libellum, vt dicitur in cap. j. de alien. feu. capi. j. §. aut ſi libellario, quib. mo. feud. amit. Sed demum, alio tempore erat licitum totum feudum ſine conſenſu domini ĩfeudare, vt dicitur in d. c. j. ver. ſi autem. qualiter olim po. feu. alie. Superuenit poſtea Imper. Lotharius, & prohibuit feudi alienationem, vt in cap. j. de proh. feud. alien. per Lotha. & in ca. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. & in d. cap. j. qualiter olim po. feu. alien Et poſt dictum Lotharium Federicus, qui ſimiliter dictam alienationem inhibuit, ſupplendo legem Lotharii, vt in ca. Imper. de prohi. feu. alien. per Fede. Nam dubium erat, an Lotharii lex extenderetur ad contractum pignoratitium? & ad contractum libelli? & ad contractum infeudationis? Quæ omnia erant permiſſa per antiquas conſuetudines: Et inſuper quia per dictam legem Lotharii nihil dicebatur
5 de alienationibus præteritis, propterea † Federicus omnia præ dicta dilucidauit, corrigendo, declarando, & ſupplendo, vt ha
6 betur in d. c. Imper. Poſtquæ omnia facta eſt † conſti. diuæ memoriæ, de qua nunc ſermonem habemus, quæ ut diximus, corrigit dictam legem imperialem circa infeudationem, exceptis excadentialibus bonis, quæ permittuntur Baronibus, & militibus locare, ſub eo annuo ſeruitio, & reditu, ſub quo antiquitus locari conſueuerunt.

Ex qua conſtitutione per gratiam eſt inductum, vt ſi alienatur feudum ſine aſſẽſu domini, ſi ipſe qui alienat reuocat alienationem, non perdit feudum prout perdebat de iure cõmuni feudorum, & hoc eſt ius nouum in Regno noſtro, quæ reuocatio poteſt fieri infra tempus arbitrio iudicis ſtatuendũ & relinquendum, vt dicit And. in c. i. uerſi. poſt refutationem:
7 nume. v. & vi. de uaſallo, qui † cont. Conſt. Lotha. feud. alien. Non enim inuenio certum tempus & limitatum, per dictam Coſtitutionem, diuæ memoriæ, quamuis Marinus in lib. 2. in 51. differen. car. 254. dicat dari annum ad reuocandum alienationem feudorum titulatorum, ex mente And. in cap. i. de feu. Marchiæ. Qui And. ſecundum me, hoc non videtur ibi dicere, ſed credo quod voluit allegare eundem And. in capit. j. de feud. Guardiæ, vbi finito anno feuda perſonalia reuocantur, & etiam alia feuda, ad inſtar perſonalium: de quibus ibi per And. Vel eius dicta poſſunt probari, licet ipſe nõ alleget, in textu capitu. j. §. Titius, ſi de feud. defuncti fue. contro. vbi poſt annum filius, vel agnatus, ex quo ſciuerint alienationem factam, nõ admittuntur ad reuocandum, prout diximꝰ in ſuperioribus plene de hoc. Et ideo cũ nõ habeamus diſpoſitionem Regni de hoc tempore loquentẽ, debemus recurre re ad diſpoſitionem iuris communis feudorum, vt ȝ. annum liceat uenditori reuocare alienationem feudi factã ſine aſſenſu domini, quo anno elapſo talis reuocatio domino feudi cõcedatur, vt ſcripſit And. in d. §. poſt refutationem, & Paris, de feud. in c. & iuxta præmiſſa. nume. 4. car. xxviii. qui allegat Andream hoc dicentem minime inuenire potui, de qua reuocatione loquutus eſt etiam Camerarius in c. Imper. in litera, O. car. xxxiiii. & car. xii. litera V. de prohib. feu. alien. per Federic. vbi dominus reuocat. Hodie practicatur opinio And. in d. c. 1. §. poſt refutationem. nume. 7. vt liceat † reuócare quandocun-
8 que ante litis conteſtationem, & hoc receptum eſt. Quæ reuocatio fit iure proprio, vt dicitur in d. conſtitutione, hoc eſt per ſententiam & iudicium, auocando poſſeſſionem ab emptore
6 feudi. Et dicitur † fieri iure proprio, id eſt ſpeciali, nam ſpecialiter hoc eſt inductum per ipſam conſtitutionem, & non incidit in aliquam pœnam pecuniariam, vel periurii. & poteſt venire contra factum proprium ipſe idem alienans, ut declarat And. in d. §. poſt refutationem. nume. v. & in d. conſtitutione, in uerbo, iure proprio, & ibi Affli. in j. colum. nume. 1. & nume. 82. & in Conſt. pacis cultum. num. xxxiii. Et ut euitetur pœna caducitatis, & amiſſionis feudi, debet fieri ante litem motam per dominum, inquit Aluaro. in capi. i. 3. col. quid iuris ſit ſi vaſal. poſt alien. feu. recup. Cur. in par. 4. quæſt. 13. num. 104. Marinus in lib. 2. in verbo pluribus. num. xxx. ca. 110. uel ut ſupra diximus ante litem conteſtatam, ut aduertit Andre.
10 in d. §. poſt refutationem, num. 7. & verius eſt. Vlterius † tria principaliter requiruntur ad hoc vt feudum ſine aſſenſu domini alienatum perdatur: Primum quod alienans ſciat eſſe feudum: Secundum, quòd realiter venditor transferat poſſeſſionem in emptorem: Tertium, quod nouus poſſeſſor & emptor, mittatur in corporalem poſſeſſionem illius inſcio domino ipſius feudi, ut inquit And. in cap. j. quid iuris ſit, nume. iii. Bald. in c. j. §. aut ſi libellario, ex quib. cau. feu. amit. And. Tyraquel. in tract. de conſt. limitatione xxvi. car. 181. Cur. in 4. par. queſt. 20. 13. Iacobinus in verbo, Et cum pacto de non alienã do. nume. xi. & xlv. Paris, de feu. in cap. quia dicitur, car. xxix. latiſſime Marinus in lib. 2. in prima authoritate. nume. 6. car. 103. & 104. Camerarius in c. imperialem. in litera P. car. v. Capy. in d. c. imperialem. col. 201. qui allegat tex. & ibi notata per glo. in d. c. imperialem, & in c. j. in verbo excogitate. de prohi. feud. alien per Lothar. And. in d. capitu. imperialem. & in cap. fina. de leg. Corrad. & in capitu. j. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar.

Quæro, ad hoc vt amittatur feudum per illicitam alienationem, an requiratur corporalis, & † realis traditio poſſeſſio
11 nis ipſius feudi in emptorem, an vero ſufficiat translatio poſſeſſionis per conſtitutum, & precarium adiectum in inſtrumento venditionis? Et quod ſufficiat trãsferri poſſeſſionem p conſtitutum, & precarium, voluit Pau. de Caſt. in l. j. §. ſi rem. ff. depoſiti. quem videtur ſequi Cur. in par. 4. in xiii. q. & clarius in xx. quæſtio. per tex. in l. quod meo. ff. de acquir. poſſ. nam li-
12 cet per † conſtitutum inducatur ficta traditio, tamẽ trãsfertur vera poſſeſſio, vt probat text. in l. certè. ff. de preca. & notant cõmuniter Dd. in d. l. quod meo. & præfatus Cur. allegat hoc tenere Mar. de Laud. in c. imperialem, in prin. de proh. feu. ali. per Fede. qui hoc dicit expreſſe, in 2. col. ver. idem intelligo. Iacob. in verbo, & cum pacto de non alienan. nume. 6. Albert. Brun. conſi. 42. num. 2. cum aliis allegatis per Camerarium in c. imperialem, litera, E. car. 9. Qui contrariam opinionem arguendo in partes firmat, vt non ſufficiat traditio poſſeſſionis per conſtitutum, vel precarium, & reſpondet omnibus motiuis factis pro parte contraria. Quam opinionem tanquam veriorem, & communiorem, ſequutus eſt etiam Marinus in prima authoritate, car. 101. nume. 15. & 21. qui citat multos, quos videre poteris. Quamuis Capy. contrarium & male ſecũdum me, tenuerit in c. imperialem. col. 202. & 203. cum ſequ. dum dicit conſtitutum operari, vt perdatur feudum, ſecus precarium, quæ opinio communiter non tenetur, nec eius differẽtia mihi placet. Et hoc corroboratur ratione, quia data nullitate contractus, corruunt precarium, & conſtitutũ, quæ tanquam acceſſoria veniunt ad contractum. l. naturaliter. §. ſi vir vxori. ff. de acq. poſ.

Et hanc reuocationem dicit Marinus in lib. ij. verbo, pluribus, nu. 2. car. 110. & latius in verbo, & a regnicolis. num. 7. & 8. car. 106. (vbi diſputat ad partes.) non poſſe fieri per emptorem recipientem feudum, ſed ſolum per venditorem. Sed ni-
13 mia reſtrictio videtur ad † dictam conſtitutionem, per quam datur facultas reuocandi eiſdem contrahentibus, vt ibi dicit in verſi. contrahentibus, vnde videtur intelligendum nedum de vendente, ſed etiam de emente. Et quamuis ibidem dicat eiſdem contrahentibus, & alienantibus, quaſi debeat illa vox contrahentibus declarari, id eſt alienantibus, tamen eſſet inculcatio verborum, & ſuperfluitas induceretur, contra tex. in l. ſi quando. cum vulg. ff. de leg. j. Prẽterea dictio, &, ibi, debet ſtare potius augmentatiue, quam reſtrictiuè, quia capit inter diuerſa, ut not. in rub. ff. de iur. & fac. ignor. & in c. querelam, extra de ſimonia. Mod. late in l. naturaliter. §. nihil commune, num. xii. ff. de acqui. poſſ. facit pro hoc tex. ĩ l. j. C. de cupreſſis. vbi ſtatutum in vno ex contrahentibus cenſetur ſtatutum in alio: quamuis And. in c. Impe. nume. xvi. dicat, quod idem qui alienauit reuocat, & idem dicit in §. refutatiouem, nume. v. de vaſal. qui contra Conſt. Lotha. feu. alien. non tamen negat And. hoc licere emptori. Ex quibus concludas, fuiſſe receptum & iudicatum, vt dicta conſtitu. ſibi locum vendicet ẽt in emptore, ſaltem per viam declarationis voluntatis, vt declaret emptor nolle ſtare contractui, qui eſt ipſo iure nullus allegando ipſius contractus nullitatem, quæ nullitas etiam a tertio allegari poteſt, vt dicit Afflict. deci. 107. Alexand. in l. quod dicitur. ff. de verbo. obliga. cum aliis cumulatis per eundem Afflict. in Conſt. reg. pacis cultum, nume. xxxiii. Similiter
14 hæc † Conſt. nõ procedit, niſi in feudis quaternatis, vel his quę in cap. a regia curia tenentur, non autem in feu. planis & de tabula, ſiue ruſticis, vt etiam voluit Marinus in d. lib. 2. nume ro xxxix. car. 113. gloſſ. in d. Conſtitu. quam ſequuntur ibi Moderni. numero xxiii. & xxiiii. Et mox aliqua alia inferius de hoc dicam.

15 Quæro in terminis † dictæ conſti. quid ſi idem, qui alienauit reuocauit, an emptor bonæfidei recuperet preciũ? Dic quod ſic, vt dicit And. in c. imperialem. verſi. Imperator Lothar. nume. xviii. de prohib. feu. alien. per Fede. & in c. j. §. rurſus. nume. xxx. quib. mod. feud. amit. cum aliis traditis per Afflict. in cap. j. nume. x. de alien. feu. & in dicta conſtitu. nume. xlix. Sed du-
16 bium eſt, an tali caſu † emptor bonæfidei poſſit agere nedum ad precium, de quo non eſt dubium, ſed etiam ad intereſſe, nam And. in d. §. rurſus. nu. xxx. in princ. videtur dicere, quod non. Et tamen contrarium videtur dicere in c. imper. ver. Imperator Lotharius. nume. 8. Niſi intelligamus And. in d. §. Imperator

Source : BIU Cujas

perator Lotharius loqui, quando emptor fuit ſtipulatus ſe intereſſe ex cauſa euictionis, & in §. rurſus, non ſibi cauerit per ſtipulationem. Dicas quod etiam ad intereſſe agit, ex quo venditor retinuit precium, & ipſe emptor non lucratus fuit fructus feudi empti, nam ſi fructus habuiſſet, tunc fieret compenſatio cum intereſſe.

17 Sin autem † emptor eſſet in mala fide, quia ſciens eſſe rem feudalē emerit, an tunc recuperet precium? Videtur ꝙ nō, ſed illud acquiritur Regio fiſco, ſiue domino feudi. And. in cap. j. §. ſi quis vero. de prohi. feu. alie. per Lotha. & in c. j. ver. aliena. de cont. inter me & domi. num. v. & in conſt. conſtitutionem, & ibi Mod. num. 49. & in c. imperialem. verſi. Imperator Lotharius. num. 18. Et tunc dicetur eſſe in mala fide, quādo ſine aſſenſu emit, And. in c. j. in princ. num. 1. de inueſt. de re alien. fac. Sed Capy. in d. c. imperialē. col. 190. & 191. dicit vidiſſe iudicari ſemper dari precium emptori, quando fit reuocatio virtute dictæ conſtitutionis, nō tamen videtur recedere ab opinione And. quando venderetur feudum abſque reſeruatione aſſenſus, vt tunc precium acquiratur fiſco, & idem dicit ipſe ibidem, quando feudum venderetur vt res Burgenſatica. Et tali caſu quando ſcienter emit feudum, vel ſine aſſenſu, & reſeruatione ipſius, etiam quod fuerit ſtipulatus, non tamen aget de euictione, dicit And. in d. c. j. num. 1. de inueſt. de re alie. fac. & in c. j. §. commercium. num. 10. de prohib. feu. alien. per Lothar. Sed hæc poſſent procedere de iure communi feudorum. Hodie autem per dictam conſt. ego crederem ſemper emptorem poſſe precium recuperare: ratio eſt, quia ſi venditor qui cēſetur eſſe magis in mala fide quam ſit ipſe emptor, propter traditionem poſſeſſionis feudi in contemptum domini. c. i §. fi. quæ fuit prima cau. bene. amit. And. in c. i. ſi vaſal. feu. pri. nume. 4. recuperat feudum reuocando alienationem, quanto magis ipſe emptor recuperabit precium. Et ita audiui practicari hodie, vt ſemper emptor de iure conſt. Regni recuperet precium, ſiue ſit in bona, ſiue in mala fide. Et ſ. allegata procedent de iure communi feudorum.

18 Quæro, quid ſi alienauit quis † feudum ſine aſſenſu, & reuocauit vigore conſtitutionis prædictæ, & poſt reuocationem ſuperuenit aſſenſus, an reuocatio teneat, vel alienatio conualidetur propter aſſenſum ſuperuenientem Affli. in conſt. prædicta, num. 24. tangit hoc dubium, & tenet, quod reuocatio cenſeatur inutiliter facta, & quòd alienatio conualidetur, dic vt ibi.

Quæro, an conſtitutio prædicta vendicet ſibi locum ī alienatione feudorum ruſticorum, & aliorum non quaterniorū, in quibus non requiritur regis aſſenſus? dic quod non, vt plene per multa firmat Afflict. in d. conſt. num. xxiii. Marinus in lib. 2. in verbo, pluribus. nu. 38. & 39. cum ſeq. car. 109. vbi multa circa diſpoſitionem dictæ conſtitutionis, quæ videbis ibi, quia ſatis notabilia ſunt & practicabilia, præſertim ſi poteſt renunciari beneficio illius conſtitutionis, & ſi habet locum in alienatione neceſſaria.

Dictum eſt ſupra, Feudum non poſſe alienari abſq; domini conſenſu, & taliter alienatum amitti de iure communi feudorum. Et ſiſiter diximus quid iuris ſit, ſecundum conſtitutionem Regis
20 Rogerij. Subſequenter videndum eſt, quid ſi † alienatio fuit nulla & nulliter facta: an nihilominus feudum perdatur? Aluaro. in c. i. in fine, quid iuris ſit, ſi vaſal. poſt alien. feu. recu ꝛ. cludit quod non, motus authoritate Bal. in l. 2. C. de epiſco. audien. Nam verbum venditionis, non comprehendit venditionem quæ nulla eſt, vel ex defectu ſolemnitatis. l. vel ſtatuti. l. 4. §. condemnatū. ff. de re iud. Huius etiam opinionis fuit Guido Papæ in deci. 590. vbi dicit, pœnam ſtatuti non habere locum quando alienatio fuit nulla, & nulliter facta.

Contrariam opinionem videtur tenuiſſe Curt. in 4. parte, principali, q. xiiii. num. 108. vbi motus ex dictis per Aret. in cō ſil. xviii. firmauit habere locum pęnam priuationis feudi, quāuis alienatio fuerit nulliter facta, quia alienans fecit quicquid potuit transferendo in alium poſſeſſionem feudi, vnde ꝓpter difficultatem recuperationis intereſt domini, & aliorum, dictam alienationem non fuiſſe factam. Ego non recederem ab vltima opinione Curtii, quando alienans in contemptum domini trāſtulit corporalem poſſeſſionem in alium, vt amittere debeat feudum, quia fecit quicquid potuit, quemadmodum dicerem in caſu quando alienauit ſine aſſenſu, & non in continenti recuperauit, vt ſimiliter eo caſu perdat feudum per tex. in c. i. quid iuris ſit, & notat gl. in c. j. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu. quam ſequitur ibi Aluaro. in 4. col. ver. quæro ſubſequenter, & in d. c. j. quid iuris ſit. Cur. in 4. par. in 13. qō. num. 103. qui hanc opinionem veram intelligit, quando alienatio fuit perfecta, & poſſeſſio realiter trāslata in emptorem. Hanc eandem opinionem tenuit Capy. qui dixit eſſe communem, in c. Imper. col. 42. & 43. & demum Camerarius, qui diſputauit latiſſimè de veritate huius concluſionis, ſimiliter dixit eſſe communem, quamuis de æquitate dicat contrarium fore ſeruandum, prout colligitur ex eius dictis in c. Imper. in litera V. car. xi. cum ſequentibus. Quæ opinio de æquitate ſeruanda eſſet, prout etiam colligitur ex dictis Andreæ in c. i. quid iuris ſit in fine, a quo non recedamus.

21 Quæro, quid ſi vaſal. illicitè † alienauit partem feudi, nunquid priuetur toto feudo, an vero ſolum parte alienata? Et quod priuetur ſolum parte alienata, tenuit glo. in c. i. § ſimiliter. qui. mod. feu. amit. & in c. i. §. callidis, de prohib. feu. alie. p Fede. & in cap. i. §. fin. in glo. pen. quæ fuit pri. cau. ben. amittē. Alua. in d. §. callidis. & in d. §. fin. 32. concluſiue, & pro hac opinione videtur facere text. in capitu. i. de vaſal. qui contr. conſt. Lothar.

Contrarium voluit Bald. in c. i. §. i. qualiter olim feu. po. ali. & in d. c. i. §. ſimiliter, quib. mod. feud. amit. ubi voluit priuari toto feudo, quamuis partem alienauerit, Cur. in par. 4. in v. q. car. 153. in ver. reſtat, refert has opiniones addendo tertiam, vt ſi vaſal. alienat partem feudi tāquam ſit res feudalis, & tūc procedat prima opinio, ut priuet illa parte alienata: aut alienat non tanquam feudalem, ſed tanquam propriam, & tunc procedat ſecunda opinio, ut perdat totum feudum, quia cenſetur contemnere perſonam domini, quæ īdiuidua eſt, argumēto. l. vulgaris. ff. de furt. Et iſtam diſtinctionem tradit Bald. in c. j. de vaſal. qui contra conſt. Lotha. feu. aliena. Iaſon in l. fi. 13. quæſt. C. de iure emphy. Tamen præfatus Cur. reliquit quæſtionem prædictam indeciſam. Ideo ego dicerem primā opinionem veriorem, vt ſolum priuetur parte alienata, quæ opinio videtur communior, & eam etiam tenet Ioan. And. in ti. de feu. ſuper rubri. & Cano. communiter in c. ii. extra de feud. Io. Fabri in §. ſi vero quis partem. Inſtitu. de leg. Et pro ea adducitur dictum c. 1. de vaſal. qui contra conſtitu. Lotha. ibi ſi partem perdat. Et facit ratio, quia pœna non debet egredi metas delicti. l. reſcriptum. & l. hæres qui tacitam. ff. de his quibus vt indig.

Quæro', quid ſi feudum fuerit alienatum abſque domini aſſenſu, tamen in inſtrumento venditionis dictum fuit ſaluo,
22 & reſeruato conſenſu domini, † an hoc caſu feu. amittatur? Hæc quæſtio habet plura capita, ideo ut facilius intelligatur, diſtinguam capita prædicta.

Et primum erit, quando vaſal. alienat, & non tradit corporalem poſſeſſionem. Et tunc non videtur dubitandum feudū minime perdi, prout plene per nos ſupra fuit concluſum in illa quæſtione, quando in contractu fuit appoſitum cōſtitutū, & corporalis poſſeſſio minime tradita, ut tunc feu. non amittatur, a fortiori ergo nunc dicendum eſt, non amitti propter adiecta verba ſaluo, & reſeruato domini aſſenſu, prout etiā colligitur ex mente Andreæ in c. Imper. §. ſcriba. num. 23. ver. quid ſi dixit, & in §. callidis. num. 21. de prohib. feud. alien. per Feder. quibus in locis dicit in traditionem cauſare feud. amiſſionem. Bald. in c. j. §. donare. qualiter olim pote. feu. alien. & ī verbo libellariæ. in titu. de pace Conſtantiæ. Felyn in c. quæ in eccleſiarum, num. 85. de conſtitutionib. per ea, quæ dicunt Canoniſtæ in c. eam te. de iureiurand. Car. in c. ii. de feu. Cur. in 4. par. quæſt. 21. nu. 112. Capy. in d. c. Imper. col. 314.

Secundum caput, quando vaſal. vendit, & tranfert corporalem poſſeſſionem in emptorem, & dicit ſaluo & reſeruato domini aſſenſu. Et tunc videtur dicendum feud. perdi, ex quo tranſtulit in alium poſſeſſionem. And. in d. §. ſcriba, & in d. §. callidis. Bal. in §. fi. col. fi. quæ fuit prima cau. bene. amitt. Affli. in conſtit. diuæ memoriæ. num. 47. Cur. in d. 4. part. 21. quæſt. num. 212. Felyn. in d. c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. Dd. in d. c. eam. te. & in d. c. 2. de feud. Capy. in d. c. Imper. col. 214. Marinus in lib. 2. prima auth. num. 25. car. 104. Et hæc ſimiliter videtur vera concluſio. ratio eſt, quia alienando & poſſeſſionem in alium transferendo, fecit quicquid potuit in cōtemptū domini unde non eſt excuſandus, quamuis dixerit, ſaluo domini aſſenſu. Nam in re facta nō proſunt artes verborum iuxta tradita per Bart. & alios in l. ſi quis extraneus. ff. de acquirend. hæredita. Vbi ponitur exemplum in eo, qui dixit alicui, tu mentiris ſaluo tuo honore, vt non excuſetur a pœna iniuriarum.

Tertium caput, quando vendidit & tradidit, & appoſuit clauſulam, ſaluo & reſeruato aſſenſu, & inſuper dictum fuit ſi domino placuerit, & non aliter, nec alio modo. Et tūc aut poſſeſſio bonorū traditorum alteri, de facili poterit per dñm feud. auo. & recuperari, & tali caſu Bald. in d. c. j. §. fin. quę fuit pri. cauſa ben. amit. voluit non perdi feud. propter illa verba, & non aliter, nec alio modo, vel ſi domino placuerit, idem Bal. ī c. i. §. hoc quoque 5. de ſucceſ. feu. Hanc opinionem Bal. ſequutus eſt Felyn. in d. c. quæ in eccleſiarum. nu. 86. Nam parum videtur intereſſe domini, qui poteſt rem feu. ad libitum reuocare. Et ſimiliter Cur. hanc opinionem firmauit in dicta par. 4. num. 212. Afflict. in dicta cōſtitu. conſt. di. mem. nu. 47. Capy. qui plura allegat in d. cap. Imper. col. 214. & 215. Nam

talia

Source : BIU Cujas

talia verba, ſi domino placuerit, & nō aliter, nec alio modo, videntur facere contractum cōditionalem, prout colligitur ex dictis per Capy. ibi. Contrariā opinionem per plura firmauit Marinus in lib. 2. in j. auth. car. 104. nu. 25. a qua opinione Marini ego minime recederem in iudicando, licet non ſit communior, tamen fulcitur optimis rationibus. Si quidem alienans in contemptum domini, vt ſupra diximus, trāſtulit in aliam perſonam poſſeſſionem feudi, vnde fecit totum ſuū poſſe. Nec obſtat ſi dicatur, ſi domino placuerit, & nō aliter, nec alio modo. Nam hæc verbalis proteſtatio tanquam contraria facto, non debet prodeſſe, vt habetur in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nun. & in c. cum M. Ferrarienſis. de conſtitutionib. & allegata per nos paulò ante, ſiquidem traditio facit vt feu. perdatur, vt dicit And. in d. §. ſcriba, & callidis, & in capitu. 1. quid iuris ſit, ſi vaſallus poſt alien. feud. recuperauerit.

Quartum & vltimum caput, quando tranſtulit poſſeſſionem in emptorem, & dicta poſſeſſio peruenit in poſſe alicuius potentis, & erat caſtrum, quod de facili dominus non poterat recuperare, & tunc ſi fuerunt appoſita illa verba, ſi domino placuerit, & nō aliter, nec alio modo dicūt præfati Dd. hoc eſt Bal. in d. c. finali, & Cur. in tract. 4. par. & Felyn. in d. ca. quæ in eccleſiarum, & cœteri, quos ſupra citauimus, feudum amitti. Nam dominus priuatus eſt poſſeſſione fendi alienati, ob difficultatem recuperandi. Cui opin. ego ſubſcribo, præſertim, quia teneo opinionem Marini.

Quæro, quid ſi dominus eſt bannitus, uel excommunicatus, an vaſal. poſſit alienare feu. ſine conſenſu ipſius domini? Hanc dubitationem mouet glo. in c. i. in verbo, dominus hic finitur lex. & arguit pro vtraque parte. demum concludit, qđ non valet alienatio, quia dominus propter bannum nō amiſit directum dominium feudi, nec eius bona, niſi expreſſe fuiſſent publicata. & ideo cum remanſerit dominus, non poterit fieri alienatio abſque eius conſenſu. Hanc opinionem glo. ſequitur ibi Alua. & Cur. ſimiliter in 4. par. xxv. q. num. 216. videtur hanc opinionem firmare, quamuis And. in d. c. j. num. 3. videatur dicere, quod interim alienatio valeat, ſed ſi forte dominus bannitus reſtitueretur, poterit infringere dictam alie. Quæ opinio And. mihi videtur vera, vt dicamus alienationē ſtare in ſuſpenſo, vt ſi dominus reſtituatur, reuocet alienationem ipſam, ſin autem moriatur & habebit ſucceſſores legitimos, ipſi poterunt illam reuocare.

23 Quæro, an requiratur † ſententia ad hoc vt vaſal. priuetur feu. indebite alienato abſque domini conſenſu, an vero ipſo iure cenſeatur priuatus? Hanc difficultatem ſimiliter tangit glo. in c. i. in verbo, amittere cenſetur, quib. mod. feu. amittatur. vbi arguendo in partes, demum concludit eſſe neceſſariā ſententiam, ſaltem reſpectu emptoris, ut poſſit agere de euictione contra venditorem, & vt poſſit poſſeſſio auferri a ſuis manibus, ut ī c. i. de feud. ſine cul. non amitt. & in c. ſancimus, lo. 2. quo tempore miles. vbi An. ſequitur opinionem gl. Hoc idem voluit glo. in c. Imper. §. callidis, in verbo, reuertatur. de prohib. feu. alie. per Fede. & ibi Bald. And. in d. c. ſancimus. nu. xii. & in c. i. de vaſal. decrepitæ ætatis. nu. 1. & in d. §. callidis. nu. 21. quibus in locis And. dicit, requiri ſententiam, ut perdatur feu. & hoc voluit eadem glo. in d. §. callidis. in verbo, reuertatur, quam videtur ſequi ibi Aluaro. & in c. j. de feu. ſine culpa non amit. vbi Afflictus. & in c. j. §. ſi voluerit, de Cap. qui curiā vendidit, & in c. finali, quo tempore miles. Nos autem dicamus, ſententiam ſaltem declaratoriam requiri, eſſe verius, ut tenet And. in omnibus ſupra allegatis locis, quod glo. ſimiliter non negat. Sed reſpectu ipſius venditoris dicit tantum requiri ſententiam, quæ tamen poterit ſaluari, vt requiritur ſententia ſaltem declaratoria reſpectu poſſeſſionis auocandæ, & in hoc etiam requiratur aliqualis cauſæ cognitio circa alienationem illicitè factam per vaſal. in alium, qui non dēt abſque cognita culpa condēnari, vt dixit tex. ī d. c. j. Facit pro hoc: quia omnis pœna requirit proceſſum, & iudicis ſentētiā, tradit Bal. in l. cum ancillis. C. de incæſt. nuptiis. Ad id, quod dixit glo. in d. §. callidis, in verbo, reuertatur, quaſi velit, vt importet ipſo iure. Poteris reſpondere, nam ſimile habemus in cap. dixit Dominus. 32. q. i. vbi tex. dicit libere dimittitur vxor propter notoriam fornicationem, & tamen glo. ibi in verbo libere. dicit hoc non obſtante requiri proceſſum, & ſententiam, ut habetur in cap. ex parte, de ſponſ. & hoc late diſcurrit Cur. in d. 4. parte. Sed Ioan. Raynaldi ī d. c. Imper. §. callidis, in ver. pœna, nu. xi. diſtinguit, aut lex vtitur verbo præteriti tēporis, videlicet ſit priuatus, vel ſit commiſſum, & tunc intelligatur ipſo iure, ꝑ tex. in c. extirpādæ, de prēb. & dig. Aut verbo futuri temporis vtitur, ut priuetur, uel amittat, & tunc aut iungitur dictio ſtatim, vel mox, vel hoc ipſo aut ſimile, & tūc ſimiliter ipſo iure priuatur. Alias ſi prædicta non iunguntur, requiritur ſententia prout omnia probantur in l. iubemus. §. œconomos, & ibi notatur. C. de ſacroſanct. Eccleſiis, & in l. 1. circa principium. C. ne liceat potentioribus. Et in l. ſi quis i tantam. C. vnde vi. Bartol. in l. Meuius. §. duob. ff. de leg. 2. Quid tamen ſit, in tali caſu vt ſupra diximus, non eſt recedendum ab opi. And. & gl. ut ſaltem reſpectu poſſeſſionis requiratur ſententia, & aliqualis cauſæ cognitio, per tex. in d. c. i. ibi ſine cognita culpa: Cœtera facientia ad hæc tractabimus īferius, in illa qnęſtione, an in amiſſione feudi ob non petitam inueſtituram intra tempus legitimum, requiratur ſententia, vbi plenius.

Quæro, ſi alienauit & tradidit, verum incontinenti recuperauit poſſeſſionem, vtrum feudum perdatur? Dicerem quod non, ut dicit An. in c. i. quid iuris ſit, & in c. imperialem, in prī. vbi Capy. col. 42. Alua. in c. i. ver. hoc quoque, de ſucce. feu. Afflict. in d. c. j. quid iuris ſit Cur. in par. 4. quæſt. xiii. dummodo in continenti recuperetur. Et id quomodo intelligatur declarat Capy. in d. c. imperialem. poſt And. in d. c. j. quid iuris ſit. Poſſem referre omnia dicta Camerarii circa hoc dubium, q multos citat in d. c. imperialem, litera H. car. x. Sed nolo eius dicta tranſcribere, ſatis ſit ex eo colligi veriorem & æquiorem eſſe opinionem, ut ſi incontinenti recuperet, non perdat feudum. Volo tamen vt aduertamus ad id quod ipſe ibi dicit, quemadmodum per conſt. diuæ memoriæ hodie licita eſt reuocatio, ita etiam de iure communi feudorum, quod & ſi ſubtile ſit, tamen non probatur iuribus feudorum, immo tex. in capi. j. quod iuris ſit, contrarium determinat. Et licet hoc cauſetur propter uocem poſtea, quæ ibi reperitur, quaſi cōtrarium ſit, ſi non poſtea, ſed incontinēti, ut tunc liceat nihilominus hęc conſideratio iure non probatur, ſed Dd. aduertunt, & in hoc bene dicit Camer. qđ incontinenti recuperat: ſin autē ex interuallo, non videtur uerum, & in hoc differt ius cōmune a iure Regni.

24 Quæro, quid ſi aliquis † promiſit alienare, & ſuper hac promiſſione non fuit impetratus Regius aſſenſus, an promittens teneatur ſoluere intereſſe ei cui vendere promiſit? Hanc quæſtionem mouet Marinus in lib. 2. in verbo, pluribus. num. 28. car. 110. & ibi determinat, quod ſic. Nam prout ipſe dicit, reuocatio dictæ promiſſionis non admittitur per conſtitutionē diuæ memoriæ.

Quæro, vtrum ante prohibitionem alienationis inductam
25 a conſtitutione Regni, valuerit † tranſactio ſuper feudo ſine Regio aſſenſu? Nam per cōſtitutionem eſt prohibita, vt diximus ſupra. Hoc dubium tangitur per Andr. in c. ſi vaſallus, ſi de feu. defunc. fuer. contro. num. 9. & ibi determinat, quod ſic. Tu autem vide de hoc Cur. in 4. part. quæſtio. 7. Andr. in ca. 1. verſi. ſi inter pares. num. 6. de l. Corrad. Marinus etiam dicit ꝙ ſic, in verbo, regnicolis. num. 8. car. 106. Iacobin. de feu. in ver. & cum pacto. num. 7. car. 43. Probatur in c. i. de contro. feud. ī ter vaſal. & alium de benef. quod videtur permittere trāſactionem factam ſincere & bona fide. Veritas eſt, quod ſi vaſallus tranſigit retinendo feudum, & tunc valet ſine conſenſu, aut transferendo feudum in alium, & tunc non.

26 Quid autem de † compromiſſo, an de iure communi feudorum fieri poſſit? Nam ſimiliter prohibitum eſt per dictam conſtitutionem Regni, & per Prag. Odia litium. in fi. car 3. Andreas in c. i. in fi. de inueſt. mari. fa. num. 1. & in c. i. §. ſi inter pares. nu. 6. de l. Corrad. Afflict. dec. 158. & 43. Et pri. Iacob. in d. loco, num. 9. Cur. in dicta par. iiii. quæſtio. 8. num. 98. videntur dicere ꝙ ſic. Hodie non poſſet compromitti etiam ſuper vita & militia, cum ſit portio feudi: ſed hoc erit quādo eſt quæſtio ſi debeatur, nam ſuper quantitate ipſius bene compromittitur, ſecundum Afflict. dec. 43. & 138.

27 Quæro, an † ſeruitus poſſit imponi feudo abſque domini conſenſu? Paris in tract. feud. c. iuxta prædicta, car. 27. determinat, dicens de iure communi feu. vaſallum quoad ſui præiudiciū poſſe ſeruitutem imponere, ſed reſoluto iure ipſius, nullum fieri domino præiudicium. Niſi ut priuatus ueniret, quia a vaſallo, inſtitutus eſſet hæres. Cur. de feu. iiii. par. quæſtio. xiiii. nu. 205. Hodie dicitur etiam ad ſui præiudicium vaſallum non poſſe ſeruitutem conſtituere ſine aſſenſu, cum nulla ſit cōſtitutio, Camer. in c. imperialem, car. xvii. litera H. per cōſtitutio. diuæ memoriæ, prout etiam aliqua tetigimus ſupra in quæſtione, an ſine conſenſu agnatorum valeat conſtitutio ſeruitutis. car. xxvii.

28 Quæro, an ualeat † alienatio in augmentum feudi, abſque domini conſenſu? Et quod ſic cœteris paribus inquit And. in c. i. in fi. num. 6. an ille qui interfe. fra. dom. ſui. & in c. imperialem. num. xiii. col. fin. de prohibi. feu. alien. per Federi. Paris de feu. c. pone, car. lxxxiii. Camer. in litera, L. car. v. Capytius in d. c. Imper. col. 163. cum ſequen. idem decid. 100. nu. 3. Quæ alienatio in augmentum feudi valet iure communi feudorum. c. j. §. è contrario, vbi omnes. de inueſtit. de re al. fa. Hodie tamen ſecundum ueras regulas non tenet, etiam quod millies fiat in augmētum feudi vel domini. nam cum fit commutatio perſonæ de una ad aliam ſine licētia, eo ipſo fit in deterius quod

Regi

Source : BIU Cujas

Regi non placet. l.fin.ff.de vſu, & hab.& l.hactenus,cum l.ſequen.de vſu.And.in l.regni,ſi dubitatio. & in c.j.§.p̃terea,nu. 7.de cap.Cor.fallit in vno caſu, qñ† territorium feudale eſſet
29 ſterile:nam poſſet concedi ad partem fructuum non modicã, & non in pecunia,per no.per And.in c.j.in add.an ille qui interfe.fratr.dom.ſui.alias in rubri.de vaſal. qui contr.conſt.Lothar.in ca.j.§.præterea,in add.de cap.Corrad.& in conſt.diuæ memoriæ,in ver.minuendi,vbi glo. Quare autem ī certa parte fructuum,& non in pecunia liceat, idem And.dixit ſic ī regiſtro Imperatoris Federici contineri. Capy. deci.156. Afflict. deciſio.129.in fi.Par.de feud.reinteg.fol.7.nume.x.Faber, in §. adeo.loca.& ita tolerat conſuetudo , ſecundum Raynald.ī c. j.§.j.de prohib.feu.alien.per Fed.Et alias in fortiori caſu, quo erat facta nō ꝯceſſio ſed venditio territorii feudalis ſterilis pro ducatis 300. & ad nonam partem fructuum ibi naſcẽtium ſine aſſenſu in caſu magnifici Aſcanij Guerini Baronis Sancti Cæſarij cum Philippo Romano,& aliis Sacrum conſilium determinauit abſoluendo poſſeſſores ea forte ratione, retulit mihi magnificus Aduocatus poſſeſſorum : nam licet ī præſenti themate ſit facta venditio ad partem nonã fructuũ, & in pecunia potuit fieri reſpectu nouę partis fructuum, cui⁹ reſpectu vtilis fuit conceſſio & pecunia interuenit,vt quid inutile pro nō adiecta habetur.l.placuit.& l. pecuniæ fœnebris. ff.de vſur.& in feudalibus, quod vtile per inutile non vitietur probatur in c.j.de allod.quem alleg.Mari.de ſubfeu.cart. 144. numero 4.

30 Quæro, an † feudum poſſit alienari abſq; domini aſſenſu propter neceſſitatem famis? Dicas quod non, vt dicit Andr.in c.j.num.2.qualiter olim feu.poter.alien. Capytius in c. Imper. col.xxxix.Cur. par.4.quæſt.16.num. 107. ſed Afflictus videtur dicere contrarium in c.j.num. 8.in fi. de alien. feu. Teneamus primam opinionem vt receptiorem & veriorem, vt dicunt communiter Dd.in d.c.j.& Cur.in d.q.xvi.

31 Quæro,an ſicut† vaſallus alienando feudum abſque domini conſenſu illud perdit,ita etiam dominus alienando vaſallos inuitos illos amittat? And.& Aluarot. in ca.j.§.ex eadem. de l.Corrad.& in c.j.§.præterea ducatus , de prohib.feu.alien. per Fede.& in capitu.j.§.dominus.ſi de feu.defunct. fuer.controuer.Afflictus in capi.ſi quis fecerit.quo tempore miles.numero v. concludit, quòd non regulariter, quod intellige, vt ibi.

Quia in præcedentibus meminimus, aliquando feudum indebitè & ſine aſſenſu domini alienatum , redire ad ipſum dominum,q̃ contingere poſſet vel in feudo hæreditario, vel in feudo ex pacto & prouidentia nouo, vt dicemus ſuis titulis: nam in feudo ex pacto & prouidentia antiquo hoc locum ſibi vendicare non poſſet , per ea quæ plene ſupradicta ſunt.Si ergo eſſet feudum hæreditarium vel nouum ex pacto & pro
32 uidentia,quod per illicitam† alienationem domino eſſet quę rẽdum , & eſſent duo domini eiſdem feudi alienati, puta vn⁹ primus & mediatus , & alter ſecundus & immediatus, à quo ſecundo & immediato alienans recognoſcebat feudum, & illud alienauit abſque conſenſu ipſorum dominorum, hoc eſt immediati , & mediati , tali caſu quæritur cui ipſorum dominorum deuoluatur dictum feudum? Et nota antequam determinemus quæſtionem, quod quãdo nomino dominum mediatum,intelligo de illo primo a quo non recognoſcitur feudum.Sed quando loquor de domino immediato,intelligo de ſecundo qui conceſſit feudum , & ab eo tenetur & recognoſcitur.Quamuis mediatum nominet Andreas in c.Imper.ver. ad dominum reuertatur.num.22.de prohib.feu.alie. per Fed. & in c.illud quoque præcipimus.num.63. e.ti.Sed melius in c. imperialem.num.8. in prin vbi dicit dominum mediatum eſſe Imperatorem,vel Regem a quo non tenetur in capite.Capel.Tholoſa.deci.395.tenet dominum immediate dici illum, a quo in capite feudum tenetur , prout ego teneo & credo rectius.

33 Videbatur feudum prædictum debere redire ad ipsũ † dominum immediatum,à quo tenetur per rationem , quia per alienationem ipſe eſt qui contemnitur,& non primus mediatus,a quo feudum non recognoſcitur, per ea quæ dicit text.in c.j.§.denique.& quæ fuit prima cau.bene.amit. And.in c.j.nu. 4.ſi vaſal. feu. priu. In contrarium eſt communior opinio , vt feudum taliter alienatum reuertatur ad dominum primum & mediatum.Ratio eſt,quia iura dicũt, feudum redire ad dominum ſimpliciter & indiſtinctè , quando indebitè ſine eius voluntate alienatur, vt in d.§.fin.quę fuit prima cau.ben.ami. in verſic. ſi vaſallus contra conſtitutionem, bonæ memoriæ. idem dicitur in c.j. de vaſallo qui contra conſti. Lothar. & in c.i.qualiter olim pot.feud.alie.& in c.Impe. de prohib.feu.ali. per Fede.& in multis aliis iuribus, ī quibus ſemper dicitur feudum ſic alienatum redire ad dominum.Verum quia domin⁹ mediatus & prim⁹, eſt ille qui pro vero domino directo reputatur:Ergo de eo iura loqui intelligenda ſunt, non autem de ſecundo domino immediato,qui vtile tantum dominium in feudo habere dicitur, nam in dubio de domino habente directum dominium intelligitur.l.j.ff.ſi ager vectig.Et hoc voluit glo.in d.§.illud quoque præcipimus , in verbo,niſi requiſitus, And.ibi num.63.idem Andreas in d.c.imperialem.verſ. & ad dominum reuertatur. Ioannes Raynal.in d.c.illud quoque. num.3.vbi facit differentiam,quando delicto perditur feudũ, vt tunc requiratur domino immediato , & cuius perſona eſt offenſa,de quo inferius dicendum eſt.Et quãdo feudum amittitur propter indebitam alienationem , vt tunc domino mediato,& ſic primo quæratur.Quæ autem ſit ratio,quod in delicto redit ad mediatum , in alienatione ad immediatum. illa namque eſt, quia in delicto committit offendendo & faciendo contra dominum a quo tenet feudum:alienando vero nō offendit,licet contemnat, nam potius damnificat ſe , vt dicit And.in d.§. illud quoque.num. 63. & ibi aliam adducit rationem,propter frequentiam alienationum,per quas timetur amiſſio iuris primi domini.Et ex his reſolues cõtrarium,ut procedat quando delinquendo perditur feudum, quia tũc ad ſm dñm,& nō ad primũ reuertet̃:qñ vero alienãdo,tunc ad primum & mediatum,& ita tenet Capy. in d.c.Impe.col.210.

Concluſum fuit ſupra,feudum antiquum ex pacto & pro
34 uidentia minime† alienari poſſe abſque conſenſu domini, & taliter alienatum tranſire ad filios ſi extant, ſin autem ad ꝓximiores agnatos. Quæ concluſio limitatur non procedere, quando talis alienatio fuiſſet facta ī proximum ſucceſſurum, ſiue is fuerit filius,vel alius deſcendens,ſiue agnatus, dummo ad eum ſpectet ſucceſſio feudi : tunc enim non requiritur nec aſſenſus domini,nec aliorũ agnatorũ exiſtentium in vlteriori gradu.cap.j.de alien.feu.pater.c.j.§.ſi quis deceſſerit.verſic. ſi Titius filios.ſi de feu.defunc.fuer.contro.Hæc enim alienatio quæ fit in proxime ſucceſſurum, cenſetur quædam refutatio, vt dicitur in d.c.j.de alien.feu.pater.ſequitur hoc Iacobi. ī verbo,& cum pacto de non alienando.num.31.de qua reſtitutione dicetur per nos inferius,dum tractabimus, qualiter feuda amittuntur refutatione.

35 Secundo limitatur , quando † alienans abſque domini, & agnatorum conſenſu ignoraret illud quod alienauit , eſſe feudum,quia tũc non redibit nec ad agnatos, nec ad dominum, ſed ad ipſum alienantem reſtituto precio & intereſſe emptori,prout tradit Aluaro.in c.j.§.fi. concluſione 28. quæ fuit prima cau.ben.amitt.per tex.in ca.j.de contro.inter domi.& emptor.feu.& in c.ſi vaſallus feudum,ſi de feu. defun. fuer.contr. argum.l.ſi ignorans.ff.loca.& tradit Bal.in ca.j.§.hoc quoque, de ſucceſſ.feu.Paris de reinteg.feu.in c.an ſi ruſticus, cart.xxiii.

36 Tertio limitatur , quando vaſallus † alienaſſet feudum ex pacto & prouidentia antiq. abſque domini, & agnatorum conſenſu,ex neceſſitate ſnĩæ,ſiue tranſactionis, quia non redibit nec ad agnatos,nec ad deſcendentes , nec ad dñm: ſed remanebit apud emptorem,ſiue illum cui ex neceſſitate tranſactionis vel ſententiæ fuit adiudicatum,c.j.§.ſi vaſal. ſi de feu.defunct. fuer.contro.iuncto cap.j.de contro.inter vaſallum , & alium, de feudo.Tradit Alua.in d.§.fi.conclu.xxxiiii. & de hoc doctè pleneq; ſcribit Freccia in terminis conſtitutionis Regni, diuæ memoriæ,car.109.vbi de limitationibus illius conſtitutionis multa notabilia diſcurrit,quæ hic recitare nolo,& præſertim ibidem diſputat ſi dicta conſtitutio habet locum in alienatione neceſſaria.

37 Quarto limitatur, quando† feudum ex pacto & prouidentia antiquum fuit alienatum ſimiliter ſine domini & agnatorum conſenſu,ſed non fuit translata realis poſſeſſio in emptorem,quia hoc caſu illud non acquiret̃ nec domino,nec agnatis,ſed remanebit apud ipſum alienantem , vt in l.alienatum. ff.de verbo.ſig.quia vt ſ.concluſimus, debet fieri realis & corporalis traditio feudi,ad hoc vt amittatur,inquit Aluar. in d. §.fin.conclu.43.Et tali caſu venditor tenebitur emptori ad intereſſe.l.j. ff. de act. emp. capitu. i. §.vaſal.ſi de feu.defun.fuer. controuer.

38 Vltimò limitatur, quando vaſallus† infeudaret dictum feudum ſine domini conſenſu,quia tunc non reuertet̃,nec ad ipſum dominum,nec ad agnatos,ſed remanebit apud infeudatum durante vita infeudantis tantum : ſi quidem infeudationem admittunt feudorum conſuetudines , vt diximus ſupra, quando ſincerè & bona fide facta fuit, quamuis hodie per cõſtitutionem diuæ memorię,prohibita ſit,vt etiam diximus.Et hoc per regulam,reſoluto iure datoris, reſoluitur iu⁹ accepto ris.c.j.§.& ſi clientulus, de alie.feu. pater.l.ſi lex vectigali. ff.de pignori.vnde mortuo infeudante, deſcendentes poterunt gratis illud feudum infeudatum recuperare.Sin autem voluerint expectare eius mortem,tunc poterunt numerato precio ſi qđ ſolutum fuit,illud recuperare.Sed ſi ex infeudante minime remanſerint deſcendentes , vel agnati, tunc feudum redibit ad dominum,niſi ſubinfeudatus vellet illum recognoſcere ī ſuũ dominum, quia tunc nō reſolueretur contractus infeudationis

Source : BIU Cujas

nis,prout dicitur in c.j.in fine,qualiter olim feud.pot.alie. sed de hac materia infeudationis suo loco reseruo dicendo inferius, vbi potest fieri de iure communi feudorum absque consensu domini,in feudo ex pacto & prouid.antiq.tractabimus, aliqua notabilia ad materiam spectantia.

Diximus,quando feudum Illicitè absque consensu domini alienatum vadat ad agnatos, vel descendentes, siue dominum,ipsis deficientibus: nec nō aliquas quæstiones de hac re examinauimus.Verum quia in præcedentibus enu-
39 merauimus† septem modos,quibus feuda perduntur,& secundus modus est contemptus ipsius domini,ideo per ordinem videamus,quando feud.amttitur propter contemptum, & illud feudum est ex pacto & prouidentia antiquum, ad quem vadat, an ad descendentes, siue agnatos, vel ad ipsum dominum?Et quia hic contemptus tanquam genus comprehendit sub se plures species,propterea videamus de illis.

40 Et primò, si vasallus non petierit†inuestituram infra tempus debitum, quod in milite intelligendum est infra annum, & mensem:& in pagano infra annum,& diem,secundum veriorem opinionem, de qua per Andream in ca.j.quo tempore miles,in princ,& in c.j.num.3.in fi.de cap. Corra.vbi Andr. quamuis videatur velle non esse differentiam inter paganū, & militem circa hoc tempus anni,& mensis,siue anni,& diei; tamen contrarium voluerunt ibi Iacobus de Bellouisu,Bald. Aluar. & cœteri, vt in pagano sit restrictum tempus ad annū
41 & diem, & in†milite ampliatum ad annum, & mensem propter fauorem ipsius militis, qui in multis a iure priuilegiatus est.Nam vetustas plurima eis & non cœteris concessit priuilegia,Bar.in l.neque.ff.de testa.mil.in princip. l.i.C. de iur.& fac, ignor.And.in d.c.fancimus.num.2.l.fin.C.de iu.delib.vbi militibus datur maior dilatio quam cœteris,& intellige de militibus qui actu,& habitu sunt in militia,non de ociosis & distinctis,vt inquit Cynus in l.j.C.de iur.& fac.igno.Zasius in 7.par. in tit.ad quid vasallus domino teneatur.num.1.fol.49.Et hoc etiam probatur in c.j.quæ fuit pri.cau.be.amitt. & ī c.j.de cap. Corrad.& in c.j.§.præterea si quis infeudatus.de prohibita feudi alien.per Fed. & in c.quoniam.de prohibita feudi alienatione per Lotharium.Alias est titulus,Imperator Lotharius. Aluar.in d.c.j.quæ fuit prima causa benefi.amitten.Pernus cons. 24.col.3.versi.quod illud.vbi dicit illud de mense obtinere in militibus,at illud de die in cęteris Baronibus,vel feudatariis, quamuis postea subdat ibidem hoc esse correctum per l. Imperatoris Federici,de qua in d.§.præterea si quis infeudatus. Quasi hodie idem iuris sit ī milite quod in pagano,vt diximus supra tenere Andr. in dicto capitu. quo tempore miles, post gloss. ibi.

In quo textu conceditur annus, & mensis, & loquitur de
42 milite dum † dicitur sancimus, vt nullus miles intra annum, mensem.&c.Sequitur Afflict.ibi num.2.& in c.j. quæ fuit prima causa benefi.amitten.vbi concludit dictum c.j. esse correctum. Et hanc communem opinionem contra Andr. tenuit Laurentius Syluanus in quæst.8.trac.de recog.feu. vbi dicit ad euitandam legum correctionem posse defendi opinionem communem,vt d.cap.j. quo tempore miles,loquatur in milite,eidemque concedatur annus,& mensis,& alia iura per nos allegata in cœteris vasallis qui habeant annum & diem. Nec tex.in c.præterea, quāuis sit Federici Imperatoris, corriget in hoc alia iura præsertim dictum capitulum, quoniam,editum a Lothario,in quo similiter conceditur annus & dies. Vides ex prædictis qualiter communis opinio est contra And. vt militi detur annus,& mensis:Pagano autem annus & dies, & ꝛ. sequenter iura loquentia de anno & die, quamuis sint aliqua Lotharii,& Federici, & sic posteriora, non corrigere dictum c.j.quo tempore miles,quod statuit militi dari annum & mēsem,ex quibus vides And.contrarium velle, vt hodie nulla sit differentia omnesque habeant annum & diem, & sic tacito modo videtur sentire correctum esse dictum c.j. quo tempore miles.Nos autem dicamus opinionem Andreæ esse veriorem,licet in contrarium sit communior, nam tex.in d. §.præterea,indistinctè loquitur dicens,si quis infeudatus, &c. Quæ verba sunt apta comprehendere & militem,& paganum, & tamen ibidem dicitur dari annum & diem. Præterea nonne
43 hodie†quilibet habens feudum potest appellari miles,quum debeat in bello & castris militare, & seruire domino suo? vt dicitur in c.j.§.sed nec est alia iustior.quæ fuit prima causa benefi.amitten.& in c.j.an mutus,vel alias imperfec.& in ca.j.§. Item qui dominum,eod.tit.& in cap.j.quib.mod.feu.ami.ibi, seniores ī bello dimiserint. Nec obstat,quod in tex.cap.j.quo tempore miles.dicatur:sancimus,vt nullus miles,quia respondet ad hoc And. intelligendum de quolibet habēte feudum, qui miles appellari potest,vt ipse dicit ibi in j.colum. & in c.si quis miles. de feu.sine cul. non amitt. Nec etiam obstat,leges posteriores non corrigere veteres, nisi expresse agatur in posterioribus,quia hoc procedere potest quando posterior non esset lex generalis,prout est illa Lotharii,& altera Federici.cogitemus pro saluando Andrea.

44 Sed hodie aliter statutum est per † capitulum Regni, apud Fogiam,in titu.Quid fiet mortuo Barone,de quo Grāmaticus decisio.103.num.223.cum sequentib.multa scribit.si quidem indifferenter & indistinctè conceditur annus & dies,dummodo is qui petere debeat inuestituram, & soluere releuium sit maior quatuordecim annorum,prout alia diximus in præcedentibus, vbi de solutione releuii ex dictis Marini & Iacobi de Ayello. Et est de hoc etiam capitulum Neapolitanum trigesimum quartum titu.34. Et id quod diximus de inuestitura non petita infra annum & diem, declaratur non procedere,
45 qñ †vasallus ignoraret feudum ad se deuolutum,quia tūc habebit annos triginta, vt tradit Goz.cons.8.nu.32.& cōs.84. nu.xi.& 13.cum seq.

Redeundo igitur ad intermissam quæstionem, dicendum
46 est, quod si†inuestitura nō fuerit petita infra annum & diem, tunc feudum ex prouidentia antiq. deferetur descendentibus si supersunt:sinautem,agnatis collateralibus, quia his existentibus dominus nullum ius in feudo habebit,vt tradit And. in d.c.j.§.fi.conclu.20.Quæ fuit prima cau.bene.amit.Idem An. in c.j.si vasallus feu.pri.vbi clarius hoc exprimit magis,quàm in cap.i.num.4 de cap.Corrad. in quo velle videtur,filium priuari feud o.sed dicas And.debere intelligi de feu.nouo,pel hęreditario antiquo, non autem ex pacto & prouidentia pater. de quo nos tractamus,prout tenet Cur. in 5.par.conclu. 5.nu. xii.Capy.in c.imperialem.§. Præterea si quis infeudatus. colu. 246.in 7.conclus. Hancque opinionem tenuit Præpositus in d.capitu.j.col.fin.in princip. quo tempore miles, & in d.§.fin. col.pen.quæ fuit prima cau.bene.amit.Martinus de Laude in d.cap. imperialem.§.præterea si quis infeudatus,Socinus consil.66.visa donatione,vol.3.Afflict.in d.c.j. col.2. quo tempo. miles.Pernus consi.24.col.3.versi.vnde concluditur. Nec prædictis obstat tex.in d.c. j.§.præterea si quis infeudatus, in quo dicitur feudum ad dominum reuerti. Si quidem ille textus debet intelligi,vel vt loquatur in feudo nouo, vel in feudo antiquo hæreditario, in quo factum defuncti nocet hæredi.prout dicunt Dd.in c.j.de allodiis,& in c.j.§.firmiter, de prohibi. feu.alien. per Fede. Quamuis contrariam opinionem tenuerit Ioannes Raynal.in d.c.imperialem.§.Præterea si quis īfeudatus.qō. 17.nume.29.& 30. vbi vult omnino ad dōm reuerti feudum amissum ob inuestituram infra tempus non petitā, & non ad agnatos,& loquitur ibi de feudo ex pacto & prouidentia antiquo,dum nominat agnatos, mouetur per text. in d.§. præterea, & insuper respondet motiuo quod posset fieri de alienatione illicite facta absque domini assensu,vt tūc feudum illicite alienatum non vadat ad dominum, sed ad agnatos,quamuis dicatur in c. j. §.callidis.de prohib. feu. alien.per Fede.& in c.j.de alien.feu.pater.& ī c.j.§.sed etiam res, p quos fiat inuest.& in c.j.ver.Titius,si de feu.defun.fue contr. In quibus iuribus cauetur feudum indebitè alienatum reuerti ad agnatos,& tamē in d.§ callidis, dicitur reuerti ad dominum. Nam ipse Ray.dicit hoc ideo procedere, quia determinatum est per alia iura,vt agnati admittantur excluso domino,& iura sunt,quæ mox allegauimus.Sed quod feudum amissum ꝓpter non petitam inuestituram intra constitutum tempus à iure reuertatur ad agnatos,non reperitur iure cautum;& iō præfatus Doctor recedit ab opinione communi, & magis recepta, vt feudum ex pacto & prouidentia antiquum non deferatur domino,sed descendentibus,vel agnatis, quod nos tenemus.A qua opinione non puto recedendum,quam etiam sequut? est Freccia in septima authoritate in versiculo,ex hac declaratione,num.47.car. 193. vbi dicit culpam patris in hoc non nocere filio,allegat Soci.consi. 4. col.fin.vol.3.& cōs.38. vol.4.Etsi vis tenere huiusmodi opinionem, dicas non obstare id quod dicitur in c.Præterea, feudum ad dominum reuerti,quia in multis iuribus feudorum hoc inuenitur statutum, vt feudum reuertatur ad dominum, & tamen iura illa recipiunt interpretationem vt intelligantur non existentib.agnatis, vel descēdentibus,vel ut loquantur in feudis nouis, vel in feudis hæreditariis antiquis,prout videtur de mente Andreæ in d. capitu. j. Si vasallus feud. pri. Vlterius in capitu. j.§.denique, dicitur vasallo cadente a feudo propter culpam feudum tūc ad dominum redire, & tamen per And. & communiter Dd. hoc procedere intelligitur non in feudo ex pacto & prouidētia antiquo,sed in alio, vt dicemus inferius,nunc in illa quæstione, quando delictum principaliter est commissum in persona domini,si feudum eidem domino defertur, vbi cōcludemus ex mente Andr.in plerisque locis,non ad dominum, sed ad agnatos redire saltem mortuo delinquente, vt dicit Andr. quem cœteri sequuntur in d.c.j.num.8.si vasa.feu.pri.Et tamē tex.ī d.§.denique,apertissimè dicit ad dominum reuerti,vnde ita concludemus in huiusmodi quæstione, vt feudum ex pacto &

Source : BIU Cujas

cto & prouidentia antiquum amissum ob non petitam inue stituram intra legitimum tempus, non domino, sed descendē tibus, vel agnatis deferatur.

47 Quæ autem sit ratio, quare †inuestitura non petita infra an num & diem, siue mensem, feudum amittitur, assignatur per Bal. in l.j.col.j.ver.quarto quæro.ff.de rerum diui.quem sequi tur Aluarotus in c.j.col.j.quę fuit prima causa bene. amitten. Socin. consi.66. col.8.volum. 3. Iacobinus in verbo, dictique vasa.promiserunt recognoscere, Curt.in 4.par.23.causa priua tionis feudi.numero.45. Nam petere inuestituram est quidam quasi census deuotionis, recognitionis, & reuerentiæ, quæ de bet domino præstari, & si non præstatur, res incidit in cōmis sum, vt tradunt omnes præfati Dd. superioribus in locis.

48 Sed pulchrum est inuestigare, quæ nam fuit †ratio, vt poti⁹ intra annum & diem, siue mēsem, quam longius, vel breuius tempus peti debeat huiusmodi inuestitura, in qua re variæ as signātur rationes. Et prima fuit Aluarot. & Præpositi in capit. j.quæ fuit prima causa benefi. amitten. Qui dixerunt minimè posse congruam assignari rationem, nisi quia sic visum fuit legum & consuetudinum feudalium latoribus, inxta ea quæ notantur in l. j. §. pueritiam. ff.de postulan. & in capitu.j. vbi Bald. si de inuestit.inter dominum & agnatum lis oria. refert Curtius in d.4.par.23.causa, num. 45. licet eandem rationem minime sequatur, quæ in veritate sequenda non est, præser tim quando alia inueniri potest.

Secunda fuit assignata ratio, vt refert Curt.ibidem ex dictis Speculatoris in titu.de feudis.§.quoniam, quæstio.27. Vt quē-
49 admodum †duplex est bonorum possessio edictalis & decreta lis.ff.de succesſo.edicto. Ita duplex dicatur successio.feudi, hoc est edictalis, qua mediante quis ī feudis succedit: & decretalis, qua mediante intra certum tempus debet & dominum recognoscere & idem fidelitatem facere. Et sicut Decretalis bono rum possessio sine edictali nihil operatur. & edictalis anno fi nitur, vt in l.emancipata.C.qui admitti ad bonor. possess.pos. Ita in simili statutum fuit tempus anni, & diei. De qua mate ria feudi edictalis & feudi decretalis dicetur in tit. de feudo edi ctali, & in titu. de feudo decreta. quia hæc obiter dicta sunt. Supradicta ratio minime placet Iasoni in præludiis feud. 16.diuisio. circa finem, dicenti hanc similitudinem multum esse a remotis, propterea transeamus ad aliam, & tertiam rationem.

Alia & tertia ratio fuit consignata per Laurentium Sylua num, in quæstio.xiiii.in titu.de feudi recognitione. Vbi dicit,
50 †vasallum comparari liberto per gloss.in capitu.i.in verbo re uerentia, de mil. vasal.qui contumax est. Bald.in l.liberti.col. penul.versicu.item nota.C.de oper.lib. Merito sicut constitu tum est in liberto ecclesiæ, quòd mortuo prælato ecclesiæ te neatur libertus, eiusque liberi illius successori possessio nem suæ ordinationis intra annum a morte prælati manife stare, ac renouare.capitu.longinquitate, cum capitu.sequen. xii. q. ii. Ita similiter decretum videatur in vasallo, vt recogni tionem domino dicto tempore faciat. Et ex his infertur ad ra tionem quare hæc inuestitura petitur ab hærede vasalli, & fit
51 recognitio noua hæredi domini. Nam propter temporis ve tustatem, & longinquitatem, iura domini in dubium reddun tur, & forsan obliuione delerentur & obscurentur, vt in d.ca. longinquitate, & seq. xii. q. 2. l. plures apochis. C.de fi.instru mento. Præterea alia est persona hæredis, alia defuncti. Nam noui mores in eo considerantur, vt inquit Bald.in l. penul. C. vt imposs. leg. in fi. Et similiter ne hæres possit allegare rem non esse feudalem, & præscribere contra dominum, & se libe rum a præstatione seruitiorum & aliorum facere. Alias ratio nes assignat Laurentius Syluanus de recog. feu. q. xii. quas ibi videbis.

52 Quæ autem sint †iustæ causæ excusandi hęredem vasalli, si intra terminum anni & diei recognitionem innestituræ non fecerit, subscriptæ enumerantur.

Prima causa erit, si capitales inimicitiæ ortæ sint inter ip sum & dominum.capitu.j.quo tempore miles. Clementi.pa storalis, versicu. notorium.de re iudica.l.licet, & l.non distin guemus.§.cum quidam.ff.de arbitr.l.3. §.fi.ff.de adimen.lega. l.si inimicitiæ.ff.de his qui.vt ind.l.si pariter.ff.de lib.cau.§.itē, & §.inimicitiæ. Institu.de excusa.tuto.ca.cum R.canonicis, de offi.delega.

Secunda causa erit, bellum si vigeat in patria, per quam ire oporteret ad dominum, ut inquit Bald. in titu. de pace Constantiæ. in verbo, vasalli, per illum textum. Clemen.pa storalis.de re iudica. argumen. l. ii. §. si quis tamen.cum §.se quenti.ff.si quis cautionib. Et idem dicendum est de tempore treugæ, quoniam induciæ accedunt magis bello quam paci, & de treuga ad bellum idem est iudicium, vt notat Ioannes de Ana.in capit.significauit.de Iudæis.Cardi.Florent.consilio 128.Signo.de Homo.consi. 131. Fulgo.consi. 7. iam pluribus annis.col.penul.

Tertia causa erit, in peste excusante vasallum, vt determi nat Bald.in d.versicu.vasalli, per illum text. de Pace Constan tiæ. Pro qua re facit, nam pestis excusat a mora, & conse quenter a pœna.capitu. negociatorem. 88.distinctio. & pestis & bellum comparantur. Alex.consi.30.vol.v. Franciscus Ripa plenissimè in trac.de peste, in rub.de priuilegiis contract.in 7. priuilegio.

Quarta causa erit, iusta ignorantia, quia vasallus ignorauit suum prędecessorem, vel dominum mortuum: vel ignorabat esse feudum illud, quod tenebat capitu.finali. de prohibi.feu. alien.per Lotharium notat.in capi.j.quo tempore miles.arg. l.genero.ff.de iuris & facti ignoran.capit.j.de consti.in 6.l.50. ff.de excusatio. tutor.bene facit text. in capitu. si vasallus feu dum.si de feu.defun. fuer. controu. Et hoc verum est, nisi esset crassa & nimis supina ignorantia, hæc enim non excusat: pu ta si ignorauerit, quod omnes sciunt.l.nec supina. & l.regula. ff.de iur. & fac.ignoran.cap.cum in tua. qui matrimonium ac cusare possunt, Bald. in d.cap. j. in fin. versicu. sed pone, quo tempore miles. Et idem dicendum esset de affectata ignoran tia, quæ scientiæ comparatur, & no.in c.eos.in verbo, affecta ta, de tempo.ordi.in 6. & Clem.j.in verbo, scienter, de consan gui. & affi.

Quinta causa, Bannum domini: nam si fuerit bannitus ex cusatur vasallus non petens hanc inuestituram, ut notatur in capitu.domino guerram, hic finitur lex. Iacobinus in ver bo, qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, col. xii.versicu.2.causa, faciunt notata per Bald. in l.cum mulier. ff.soluto matrimonio. & in c.super eo.de test.Bar. in l.infamē. ff.de pub.iudi.notat gl.in §.relegati. Inst.qui. mo. ius patr.pot. sol.vbi idem de domino exule.

Sexta erit iusta causa, absentia ipsius domini, vt est casus in d.capitu.1.in verbo, iusta absentia, quo tempore miles, & ibi notant Dd. Et dixit Iacobus de Ardizone, in secunda parte pri mæ partis, in titu.vtrum vasa.feu.amitt.si infra annum & diē, non pet.inuest.& ex quibus cau. excus.vbi multa de hac scri bit. Et inter cœtera, quod si vasallus non inueniat dominum a quo petit inuestituram ī solita habiratione, quod excusatur quamuis labatur annus & dies, l.pecuniæ.§.fin.ff.de vsu.l.1.§. dies.ff.quando appellan.sit, nec tenetur vagantem dominum sequi, argumen.l.Meuia, in fine.ff.de annuis leg. Bald.dicit, in d.capitu.Iacobinus, in verbo, qui quidem inuestiti præstiterūt iuramentum fidelitatis.col.xiii.ver.quarta causa.faciunt tradi ta per Fulgosium cons.7. Reliquias iustissimas causas excusan di vasalli hæredem enumerabimus in ti.de feu.quod quæritur sine inuestitura.

52 Et hoc †tempus anni, & diei non poterit per dominum mi nui, & coarctari, vt dicunt communiter Dd. post Andr. in ca. j.quo tempore miles. Siquidem est tempus legale, quod neq; iudex hoc posset.§.hodie, in Authen.de tempo.appell.l. super uacuam. C. de tempo. in integrum restitutio. l. 4. si quis con demnatus. ff. de re iudica. Dd.in capitu. cum sit Romana. ex tra de appel.plene per Georgium Nattam in repetitio.Clem. sæpe.col.30.de verborum significa.facit quod notat glo. ī ca pitu.i.in verbo, ad tertiam.de mili.vasal. qui contum.est.Bald. in l.fin.§.sed hæc quidem.C.de iure delib.facit tex.in l.qui hoc anno, & in l.qui calendas.§.quoties.ff.de verborum obligatio.
44 §.in diem, Institu.eod.titu.Sed cum †consensu vasalli, cuius fa uore illud tempus introductum est vtique diminuere posse.l. si quis in conscribendo.C.de pact.Si quidem vasalli & domi ni pactum, derogare potest naturæ feudi.capitu.j.de duobus fratrib.de no.benefic.inuesti. & hanc opinionem tenet And. in capitu.j.quo tempore miles. numero xii. per text. in l.si iu dex.ff.de minorib. Vnde non posset vasalli hæres ad omnem domini requisitionem compelli ad petendum hanc inuestitu ram, prout melius aduertit Laurentius Syluanus, de recogni. feu.quæst.21.contra Iacobinum, in verbo, dictique vasalli pro miserunt recognoscere, numero 1.1.quæstio. quia hoc tem pus non potest arctari & minui in præiudicium hæredis per supra allegata.

An autem dictum tempus possit prorogari? Dic quod sic, nam si dominus remittere potest moram, ob quam vasallus cecidit a feudo, propter non factam petitionem inuestituræ in tempore, multo magis poterit prorogare, cum remissio moræ, & illius tempore prorogatio, ad eundem tendant effe ctum, concludunt moderni Neapolitani in d.ca.j.quo tempo re miles.num.9.quamuis Bald. ibi dixerit contrarium, exem plo instantiæ, quæ per partes prorogari nequit, vt notatur in l. properandum.C.de iud. & mouetur ipse Bald.per tex. in l.epi stola.§.fin.ff.de pact. & in l.quæro. §. inter locatorem.ff.locat. vbi pactum tempore limitatum, vltra illud suum effectū nō producit. Nos autem teneamus primam opinionem vt possit per dominum & vasallum tale tempus prorogari, & quāuis moderni Neapolitani non respondeant motiuo Baldi, in d. c.j.quo temp.mil. tñ ſm me facilis est responsio. Siquidem in

iuribus

Source : BIU Cujas

iuribus allegatis per Baldum non potest vnus contrahentibus in præiudicium alterius prorogare tempus conuentum inter eos, nisi præcedente aliqua causa, vel culpa alterius, vt dicitur in d.§.inter locatorem; sed dominus, in cuius fauorem dū taxat introductum est, ut petatur inuestitura infra annum & diem, poterit hoc tempus prorogare suoq; fauori renunciare, vt in d.l.si quis in conscribendo, cum similibus. Tanto magis accedente voluntate vasalli, qui fatuus esset si in hoc contradiceret.

55 Sed pone, quod hoc † tps voluntate vasalli diminutum est, vt quia est conuentum inter ipsum & dominum, vt infra sex menses huiusmodi inuestitura petatur, nec fuit expresse conuentum, vt non petita infra dictum tempus inuestitura vasallus feudo priuetur, an possit nihilominus elapsis sex mensib. & inuestitura non petita priuari feudo, quemadmodum posset priuari elapso anno, & die, & sic tempore legali? Andreas tangit hanc difficultatem in d.c.i.num.xii. quo tempo. miles. Et determinat quod non priuetur feudo: quia quæ in tempore legali locum obtinent, non locum vendicant in tēpore conuento, vt probatur in l.contumacia.ff.de re iud. vbi si quis piam non optemperauerit præcepto iudicis, non priuatur re ipsa, nisi lex expresse hoc dixerit. Sed si quis præceptum legis obseruauerit, tunc ipso iure re ipsa priuatur.

Qua autem pœna afficiatur hic non petens inuestituram hoc tempore conuento & diminuto, Dic ex mente Andreæ, & aliorum in d.c.j. quod dominus in possessionem feudi mittetur, & demum æstimabitur. Etsi vasallus illud recuperare maluerit ad æstimationem condemnabitur, nam ī obligationibus faciendi venit interesse.l. si quis ab alio, in fine.ff.de re iudi. Nisi promittens expressim obligaret se ad petendam inuestituram intra tale tempus conuentum, alias vt feudo priuat. Vnde differentia vī, quando quis perdit feudum ob non petitam inuestituram infra tempus legale, hoc est anni & diei, siue mensis, quia tunc irreuocabiliter perdit feudum. Quando vero simpliciter obligatur petere inuestituram ī.conuentum tempus breuius tempore legali, & tunc reuocabiliter, qa soluendo æstimationem, siue interesse, illud recuperabit, vt dicūt Dd.post And.in d.c.j.quo temp.mil.

Quia in precedentibus sæpius habita est mentio de anno, 56 mense, & die, ideo sciendum est, quod † annus in iure dupliciter capitur, vno modo naturaliter prout ītelligatur annus de diebus.365.vt in l.cum hæres.§.cum Stychum. ff. de stat.liber. & ibi Bar.num.3.& in l.ita vulneratus.versi. nam qui prior.ff. ad legem Aquil. Alio modo, secundum Bar.in d.§.Stychus.in telligitur annus artificialiter, prout nos capimus a natiuitate Domini, ad aliam natiuitatem: Sed Archidiaconus in c.si pp. 2.col.ver.Ianuarius.de rescrip.in vi.altius exorditur, dicens, qꝺ est annus naturalis, annus vsualis, annus criminalis, & annus emergens. Annus naturalis est ille, de quo s̄.diximus, incipiēs a quolibet die, usque ad finē illius, computando dies 365. & horas sex.c.quadragesima, de consecra.distin.v. Annus autem vsualis, incipit a Ianuario, vsque ad Ianuarium sequentem, secundum Latinos, ideoque Ianuarius dicitur a ianua anni, ca. Ieiunium.76.di. Sed annus legitimus incipit ab Aprili, in aliū Aprilem, secūdum Lunas. Et hoc apud Hæbræos, & Græcos vt in d.c.ieiunium. Cerimonialis autem est de festo, ad festum & hoc apud omnes gentes, ut in c. i. de consecra. distinctio. 1. Emergens autem est, in quo fit aliquod magnum, sicut ab exitu de Aegypto, quādo populus Israeliticus fuit liberatus a seruiture Aegypti; & dicitur emergēs, quia aliquid noui emergit, & Iudæi, & Græci computāt annum a prima Olimpiade, sed Romani ab vrbe cōdita. nos autem Christiani ab incarnatione Christi, siue a natiuitate ipsius, secundum mores diuersos.

57 c.i.in prin.23.di. mensis † autem quot dierum intelligatur, allegantur communiter duæ glosæ; vna Ioannis Andreæ in d.ca. si propter.de rescript lib. 6. alia in c. quam sit periculosum, de elc.in 6.q̄ voluit mensem intelligi tot esse dierū, quot mensis habet, in quo principium habet mēsis emergens, vt si die sexta Februarij, qui dies vigintiocto habet, nisi bissexti tempore, quo tunc habet viginti nouem.l.cum bissextus. ff.de verb. sig. incipit mensis emergens, finietur die sexta Martii. Et hanc opinionem sequuntur communiter Dd.in l.de diuisione. ff.soluto matr. Bar.in d.l.cum bissextus. Bal.in l.j.C.de temp.appel. Canonistæ in c.licet.de supplen.negl.prælatorum. Decius in l. vbi lex.ff.de reg. iu. & latius Bald.de hoc in l.eos.§.sin autem. C.de appel. quem videas, qa diffusè de hoc loquitur, quia no-

58 lo vlterius vagari, cū minime necessarium videtur. Dies † autem viginti quatuor horarum intelligitur, ut nota.in l.2.ff.de ver.sig. & in l.more Romano.ff.de feri. Bal.ī c.fi.extra de treu. & pa.in c.ego enim.de iureiu.

59 Quo autem loco, & quo † tpe dicta inuestitura peti dēat, tradunt scribentes, post Andream, in rub.quo temp.mil. & in c.j. quæ sit pri.cau.ben.ami. vbi concludunt congruo loco, & cōgruo tpe.arg.l.si soluturus.ff.de sol.nota.per gl.in c.cupientes. §.quod si per viginti, in verbo, præposita.de elect. lib.6.nam a pari procedunt, non facere pactum, vel in congruo tempore facere argu.l.putator. ff.ad legem Aquil.l. si rem.§. fi.ff. de electio.

60 Quærit Syluanus post Afflict.q. xix. an † renouatio inuestituræ facta a Principe extra territorium suum valeat? Hāc qō. nem tangit Afflictus Rubrica, quo temp. mil.nu. 8. Et ex eius dictis colligitur, quod poterit fieri huiusmodi inuestitura extra territorium siue Regnum Principis, nam existentes extra territoriū suum hēt animum redeundi, & dī esse in possessione suæ iurisdictionis, & per consequēs poterit facere inuestituram, quæ censetur esse voluntariæ iurisdictionis, & sic poterit exerceri extra territorium.l.2.ff.de of.proconsl.l.emancipari.§. j.de adoptio. Ias.in l.fi.in j.fallen.ff.de iurisd.omn. iud. & hanc opinionem per plura firmauit Laurētius Syluanus in trac.de recogn.feu.prædicta q.xix.

61 Quæritur vlterius per cūdem Syluanum, q.20.an † vasallus petens nouam inuestituram teneatur aliquid pro ipsa præstare domino, si eius antecessor præstitit? Bal.in c.quæ in ecclesiarum, col.antepenul.versi.extra quæro. de cōst.dixit, qꝺ si renouatio inuestituræ fiat in personam filiorum, non debet solui laudemium siue aliquid aliud. Idem sentit Ioannes Fab. in §. adeo.col.3.instit.de loca.seqt̄ Ioannes Raynal.in c.Imper.§.preterea si quis, col.penul.de prohi.feu.alien.per Fed.nu. 32. Iacobinus, in verbo, qui quidem inuest. præstiterunt iurm fidelitatis.col.xv.ver.quæro de quotidiana qōne, distinguit, quod aut petitur renouatio feudi antiq, & hoc casu nullum laudemiū domino solui debet, & procedant dicta Baldi & aliorum supra per nos nunc allegatorum, aut agitur de inuestitura noui feudi, puta quia vasallus feudum alienauit, & emptor petit a domino vt eum inuestiat, hoc casu concludit præfatus Iacobinus, solui debere laudemiam, sequitur Guido Papa consil. 213.nu.v.& decis.415.& vī de mente prædicti Ioannis Rayn. in d. §. preterea si quis infeudatus, & hoc de iure communi. Quid autem de iure Regni dicendum est inferius, dum tractabimus interpretationem c.Apud Fogiam, in ti.quid fiet mortuo Barone. Præterea Andreas ī c.j.§.sed & res, num.7. p quos fiat inuesti. dixit, vasallum volentem succedere in feudo patrem debere petere inuestituram a domino feudi & sibi soluere releuium, sequitur Afflict.decis.265.ver.19.tenetur, & decisio. 248. Idem tamen Afflict.latius in d.c.i.col.2.quę tempore miles, inquit, quòd quando fidelis moritur tenetur successor intra annum & diem tria facere, notificare mortem sui antecessoris, petendo inuestituram: Secundo offerre fidelitatem: Tertio soluere releuium, vt in constitutio. post mortem, & de hoc est quædam declaratio Caroli Regis primi, ut ipse dicit.

62 Quæro, vtrum † fidelis intra tempus anni & diei debitum, non recognoscens feudum, cadat ab eo ipso iure, vel sit necessaria sententia, prout in superioribus concluſimus, quādo indebitè fuit alienatum feudum sine assensu? Huius dubii inuestigatio valde vtilis est, tum ratione fructuū medii temporis, vt notat glosa in Authen.de incestis nup. in princ. in verbo, immittere. Andreas in capitu. Impera. §. callidis. nume.21. de prohib.feu. alien. per Fede. sicut in simili dicimus quando disputatur de domino rei dotalis, per tex.in l.in rebus. C.de iure dot. tum etiam ratione modi proponendi actionem, qui diuersus est, vt tradit Aluaro.in capitu.i.§. sed nec est alia, col. 3.quæ fuit prima cau.ben.amitte. Nam quando priuatio fit ipso iure, talis pœna transit hæredi, & in hæredem licet viuente domino vel vasallo qui deliquit, querela facta non sit, vt notatur in l.3.§.quod autem.ff.quod quisque iur.not. Bal.in d.c.Imper.§.insuper.ver.quæro, nunquid filius.

Et primò, quod vasallus ipso iure priuetur, videtur probare text.in c.j. de capit.Corrad. vbi dicit text. feudum perdat. & in capitu. Imperator. §. præterea si quis infeudatus, dicit text. feudum amittat, & ad dominum redeat, quæ verba intelligi debent ipso iure, iuxta notata in l. iubemus. §. sanè. C.de sacrosan.ecclesiis, l.in crimi.C.de iurisdi.omnium iudicum, & in dicto capitu. Imperator. §. callidis. Vlterius pro hoc facit tex.in capitu.in princ.quæ fuit prima causa benefi. amittend. vbi dicitur, quod vasallus tanquam ingratus existens beneficium amittit. Quod verbum est præsentis temporis, ergo ipso iure, per ea quæ dicuntur in d.l. in criminali, & id dicto.§. sane. Hanc partem firmat Bald. in dicto capitu. j. in verbo, cadat, quo tempore miles. & in capitu. quæ in eccle. numero xxxi. de constitu. Angelus consilio 321. Illustrissimus & magnificus. Calderinus in consilio 6. Prepositus in dicto capitu. j. col. secunda. quo tempore miles. Iacobinus in verbo qui quidem inuestiti. col. secunda. versicu. Item dubitatur. Afflictus in dicto capitu. j. in 3. nota. & in capitu. j. de feu. sine culpa non amitt. Curtius in 4. parte, in v. quæstio. tertiæ regulæ, in fine, numero 155.

Sed quòd immo sententia requiratur, adduco primo textum

Source : BIU Cujas

tum vbi videtur casus, in d.ca. 1. quo tempore miles, ibi, si non petierit, damnetur, quod verbum refertur ad iudicem, & sic ne cessaria videtur sententia, vt dicitur in d.l. in criminali, ibi, mul ctetur. Secundo principaliter adduco text. in cap. fin. quo tempo. miles, & in cap. 1. de feu. sine cul. non amitt. vbi text. in cap. statuit, vt nemo vasallus deiiciatur a possessione sui feudi, nisi culpa cognita vel conuicta, quæ laudanda sit per iudicium pa rium curiæ, & sic competentium in causa feudorum, vt in tit. de contro. feud. apud pares termi. Vnde necesse est prius de causa cognosci, & sic opus est iudicis ministerio. l. 3. §. si causa cognita. ff. de bonorum possess. Præterea pro hoc est tex. in d. capitu. 1. quo tempo. mil. ibi ex iusta causa differens intra annum & diem, inuestituram petere excusatur, vnde cognoscere an sit iusta vel iniusta causa, requirit processum & succes siue sententiam, & ita illum textum ponderat Bal. ibi, & alle. l 3. §. si ad diem. ff. de re militari. Facit etiam quod notat Bal. in l. si qua, C. de secund. nupt. dicens, quod vbicunque non exprimitur verbum ipso iure, vel ipso facto, vel æquipollens, cum tractatur de pęna, semper intelligimus per sententiam. l. cum an cillis. C. de incest. nup. Item confirmatur, quoniam vbi sumus in dubio, quia non expresse apparet, quæ pęna priuationis im ponatur semper interpretatio fit in ipsa pœna priuationis im ponenda, vt sententia priuatiua requiratur, vt notat glosa in c. quicunque. in verbo innodetur, de hęreti. li. 6. plene per scribē tes in c. si diligenti, de foro compe.

Nos autem hanc vltimam opinionem teneamus, vt requiratur sententia, quemadmodum quando feudum illicite sine domini consensu fuit alienatum, in quo dubio maior culpa & domini contemptus consideratur, propter translationem possessionis feudi in alium. Et hāc opinionem sequutus videtur Andreas in d.cap. 1. super verbo damnetur, quo temp. miles, & in d.c. imper. §. callidis, Bal. in c. 1. §. j. qui. mo. feu. amit. & in consi. 278. volu. 3. Paulus de Castro, consi. 157. volu. 1. idē Andreas in c. 1. in princ. quæ fuit prima cau. bene. amit. Aluarotus in d.c. 1. in prin. quo temp. miles. & in c. fin. colum. 3. ver. & secundum istum modum, per quos fiat inuestitu. Signorolus de Homo. consi. 10. Socinus consi. 66. colum. 9. volum. 3. Guido Papa decis. 164. Alexandr. consi. 124. volum. 1. Decius consi. 144. col. 3. nu. 6.

Contraria non obstant, nā illis patet responsum ex suprascriptis, maxime c. j. in princ. quæ fuit prima cau. ben. amitt. Nā licet tex. in c. 1. vtatur verbo præsentis temporis, tamen intelligitur non ipso iure, sed per sententiam, nam per verba eiusdem textus fit declaratio, quod per sententiam priuari debet, dum subiicit ibi text. statim se carituru, quæ verba recipiunt interpretationem a verb. c. i. quo tempore miles, & c. fin. eod. titu. in verbo damnetur, quod importat ministerium iudicis, vt dicitur in d. cap. fi. & in c. j. de feud. sine cul. non amit. vbi non adimitur miles de possessione sui beneficii nisi conuicta culpa, & cognita, quæ laudanda sit per iudicium parium suorū.

Hic esset tractandus ille difficilis articulus, quando pœna p legem infertur an inferatur ipso iure vel necessaria sit sententia, in quo glo. & Doctores in variis locis diuersimode loquuti sunt, ut patet in d.l. prouidendum. C. de postulando. & in l. 2. §. quod si actor. C. de iuramen. calum. & in d. l. in crimine. & in l. fina. C. de loca. & in l. 2. & fina. C. de iure emphy. & in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. in l. si quis in tantam. C. vnde vi, & in d.c. imper. §. callidis, & in authen. de in cestis nup. in prin. & in authen. de litigio. §. fin. per glos. in cap. quam sit de elec. in 6. & in c. si diligenti, de foro competenti. & in c. potuit. extra locati. Archi. 11. q. 1. Dyn. & Bar. in l. Imperatores. ff. de iure fisci, ideo pro resolutione ipsius articuli, vide in supra scriptis locis, in quibus fit distinctio, an lex vtatur verbo præsentis temporis, vel præteriti, vel futuri, indicatiui, vel optatiui, vel verba referantur ad iudicem vel non, ex quibus habebis veritatem, quia hęc non tracto.

63 Quæro, quid si † vasallus non possidet feudum an teneatur petere huiusmodi inuestituram, vel sit iusta causa excusationis, ex quo non possidet? Dic quod si dominus possidet feudum, tunc excusatur vasallus, nec aliquod tempus ei currit ad faciendam recognitionem feudi, nouamque inuestituram petendam, vt probatur in c. 1. extra de feud. Iacobin. in ver. qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, num. 44. Andr. in c. 1. in prin. quæ fu. prima causa bene. amit. & ibi Aluarotus. Necesse etenim est ad hoc vt vasallus cadat à feudo ob non factam recognitionem, quod sit in dolo. c. fin. de prohi. feu. alien. per Lotha. vnde in dolo esse non dicitur, si non soluit onus pro re quam minime possidet, vt dicitur in d. c. 1. Prętera dominus obligatus est vasallo prębere ei auxilium contra tertium vt feudum recuperare possit, illudque pacificè possidere, vt inquit Bald. in c. fi. hic finitur lex. per text. in c. 1. in fi. de for. fideli. & in c. 1. qualiter domi nus propriet. feu. pri. Afflictus decis. 265. in princ. vbi enumerat casus, in quibus vasallus & dominus ad paria iudicantur. Quanto magis nihil gerere debet dominus ipse, ob quod vasallus feudum possidere non possit culpa, & facto eiusdemmet domini siquidem illum quem ab alio defendere debeo, offendere minime possum. l. frater à fratre. ff. de condictione indebiti. l. vendicantem. ff. de euiction. capitulo primo. de nat. ex libero ventre. capitulo, conquerente. extra de restitutione spoliat. Facit pro hoc ratio, nam cessare non dicitur, & esse in mora, qui nunquam possedit, vt probat tex. iuncta glo. in c. 1. §. 1. quæ fuit prima causa bene. amitt. Ang. consil. 121. Illustrissimus & magnificus. vnde opus est vt dominus offerat vasallo restitutionem feudi, & eius possessionis, & ipsum interpellet ad faciendum sibi recognitionem, & si hęc nō fiant, non videtur currere tēpus vasallo. Sed si dominus non possideat ipse feudum, sed tertius, tunc aut ille tertius habet inuestituram ab ipso domino, aut non: primo casu non potest dominus obijcere vasallo, quod non petijt inuestituram ab eo, quia sufficit recognitionem feudi fuisse factam ab alio, cum sit idem feudum, argum. l. forma. §. si cum ego. ff. de censib. & l. quæ quisque. ff. de acquir. rerum domi. l. 2. C. pro socio. & ibi notat Salicetus. Nec poterit dominus opponere contra ipsum vasallum non possidentem præscriptionem recognitionis non factæ in tempore debito, quia non possedit ipse vasallus sed tertius: possessio enim requiritur ad hoc vt recognitio fieri debeat, vt supra diximus, & sentit Andreas in capitulo, imperialem, §. præterea, si quis infeudatus. de prohibit. feud. alien. per Federicum. argumen. capitu. 1. in principio, per quos fiat inuestitura, idem Andreas in capitu. primo. num. 3. de capit. Corrad.

64 Quæro, an hoc † tempus anni & mensis, siue diei, currat à die scientiæ hæredis, ex quo sciuit prædecessorem mortuum, & sibi feudum delatum, an verò currat à die aditæ hæreditatis ipsius defuncti? Antequam determinemus quæstionem, distinguamus feudum hæreditarium, à feudo ex pacto & prouidentia antiquo, de quo tractamus, vnde de feudo hæreditario loquemur suo titulo, de feudo hæreditario antiquo siue pater. Nunc autē si quęrimus de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, dicendum est, quod si successor est agnatus, qui vocatur ad successionem feudi antiqui ex pacto & prouidentia, ex quo non debet esse hæres ipsius defuncti, vt diximus supra, tunc tempus prędictum currit a die scientię. capit. prim. quo tempore miles. & melius in capitulo primo, ibi, domino suo mortuo steterit, quæ fuit prima causa benefic. amittend. Si autem sit filius, qui succedere debet, tunc quia sui patris hæres esse debet, esto quod feudum sit ex pacto & prouidentia antiquum, vt supra diximus, per textum in capitu. primo. an agnatus. ideo & multo fortius dicendum erit hoc tempus currere a die scientiæ, quamuis Bal. in capit. 1. de cap. Corrad. voluerit contrarium, vt dictum tempus incipiat currere a die immixtionis hæreditati, sequitur Aluarotus in c. 1. colum. fin. quæ fuit prima causa ben. amitt. Guido Papa decis. 165. Alexā. consi. 79. nu. 11. vol. j. Iacobinus in tractatu feudo. in verbo, q quidem inuestiti pręstiterūt iuramentum fidelitatis, colum. 9. num. 47. Afflict. in c. i. quo temp. mi. 1. col. num. 1. Cur. in 4. par. in 24. causa priuationis feudi. nu. 57. Nam poteris respondere, vt dicta præfatorum Doct. procedant in feudo hęreditario, vt diximus, non autem in feudo ex pacto & puidentia antiquo, in quo successor non debet esse hæres, prout videtur de mente Frecciæ in libro secundo. in 3. authoritate. nume. 8. car. 183. vbi hoc sentit procedere in feudo hæreditario, & clarius hoc dicit in libro tertio. in vigesimanona, & trigesima differentia feudi hæreditarij a feudo ex pacto & prouidentia, allegat Bal. in consi. 361. lib. 3. & Alber. Brun. consilio trigesimo octauo. colum. 2.

65 Quæro, quid si vasallus qui debebat petere † inuestituram infra tempus debitum decesserit antequam illam peteret, an eius hæres debeat habere integrum annum, & mensem, siue diem, uel solum illud residuum temporis, quod superfuit defuncto, cui ipse successit? puta quia decessit forte finita medietate anni. Et communis opinio est, vt in feudo ex pacto & prouidentia antiquo succedens debeat habere integrum annum & diem, postquam non venit ut hæres ad successionem feudi, prout tradunt post glo. Iacobus de Bellouiso, Andreas, Aluarotus, & cæteri, in c. 1. quo tempore miles, si quidem mortuo vasallo non tractatur amplius de fidelitate, quę per ipsum pręstari debebat, nec de inuestitura quam ipse petere debebat, quia ius cum eius persona extinctum est, argumen. l. 3. ff. de vsufructu. sed tractandum est de inuestitura ab hoc vltimo successore petenda, vnde non computabitur tempus decursum, nisi totum tempus anni & diei elapsum fuisset, si quidem tunc domino fuisset feudum apertum, siue aliis agnatis, secundum Andream in d. cap. j. Hanc opinionem tenuit Cur. iunior in contractu feudorum in 4. parte in 23. causa priuationis feudi, versiculo 5. limita. numero. 51. vbi facit differentiam inter feudum ex pacto & prouidentia antiquum, & nouū, de

Source : BIU Cujas

quo dicemus in titu. de feudo hæreditario nouo. Iacobinus in ver. qui quidem inueſt. præſtiterunt iuramentum fidelitatis, col. 8. nu. 46. & 47. Zaſius in 7. parte, in tit. ad quid vaſallus domino tenet. nu. 7. car. 51.

66 Quæro, an hoc †tempus anni & diei currat emptori feudi, quemadmodum currit hæredi, ita vt ſi aliquis emerit feudum, cogatur petere nouam inueſtituram a domino ipſius feudi. Andreas determinat quod non, in c. 1. §. Præterea ſi qs infeudatus, verſi. a proprio domino, num. 29. de prohi. feud. alien. per Feder. & in c. 1. §. ſi minori. num. 2. circa finem, ſi de feu. defunc. fuer. con. & in c. 1. num. 10. in fin. quo temp. miles. Guilielmus de Perno in primis nota. colum. 6. verſicu. Item

67 ſcias quod inueſtitura. nam ſufficit vt† emptor habeat aſſenſum domini, non autem arctatur ad petendam huiuſmodi inueſtituram infra tempus ſtatutum, quemadmodum ſucceſſor, & hæres, tradunt Dd. in c. 1. §. Sed etiam res, per quos fiat inueſtitura. poſt Andream, vbi tractant quid dicendum de feudo donato a patre filio, an debeat tunc peri inueſtitura infra tempus debitum, & ſi debet ſolui releuium, & concludunt poſt Andream ibi quòd ſic, præſertim Afflictus in duobus caſibus, quando alienatio, ſicut donatio eſſet facta in fraudem quæ fraus præſumeretur, quando pater donaſſet omnia bona filio ſuo ſecundum Andream in d. §. ſed etiam res, arg. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem creditor. ſecundus caſus, quando in datione feudi eſſet dictum debere ſolui releuium quomodocunque tranſiret ad aliam perſonam, vt dicit Afflic. in d. §. ſed etiam res. num. 25. refert Laurẽtius Syluanus in tractatu recognitionis feudorum. quæſt. 90. Sed de hoc an debeatur releuium de feudo refutato a patre filio in uita, & ſimiliter ab agnato alteri agnato ſucceſſuro, dicemus plene inferius, dũ tractabimus qualiter feuda amittuntur refutatione, concludamus pro nunc hoc tempus anni & diei, non currere emptori feudi, quemadmodum currit hęredi

67 Quæro, quid ſi†vaſallus decedat non petita inueſtitura infra tempus iam elapſum, an dominus poſſet mouere queſtionem aduerſus hæredem? Et breuiter concludendum eſt qd ſic, vt dicit And. in c. 1. nu. 2. quo tempo. miles. ſequitur And. Barbatia, in c. fin. col. 9. extra de donatio. ius priuandi vaſallum tranſire ad hæredes, & contra hæredes, quamuis Cur. in 4. parte penul. quæſt. num. 156. tenuerit cõtrarium, nam eius dictis reſpondet Laurentius in tractatu de feu. recognitione, quæſt. 29. vbi pleniſſime hoc dubium diſcutit, & detetermināt tranſire contra hæredem, vbi videre poteris.

69 Hęc†recognitio nil iuris tribuit, nec adiicit domino, vel hæredi vaſalli. Doctores notant in c. j. per quos fiat inueſtitura. Andreas in c. ſciendum. verſic. ſucceſſ. nume. 6. de feudi cognitione, ſed conſeruat dunta xat id quod inuenit, vt dicit ibi Andreas & notat Baldus in c. 2. de conſuetu. recti feu. & in c. in præſentia, de probationibus. Dd. in l. quia. ff. de iuriſ omni. iud. Canoniſtę in Clem. paſto. de re iudi. plene per Afflict. in d. c. 1. per quos fiat inueſtitura vbi dixit tutius eſſe domino facere huiuſmodi reuocationem inueſtituræ ſaluo iure ſuo, argumen. l. ſi debitor. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.

70 ſolui. Et ex his infertur, quod ſi dominus in renouatione †inueſtiturę dicat ſe de nouo cõcedere, nihilominus ſi prius feudum ad ipſum hęredem, vel eius prædeceſſorem minime ſpectabat, vigore horum verborum nequaquam ſpectabit, vt tradit And. in c. i. de vaſal. decrep. ætatis, & diximus aliqua in prędecentibus, niſi aliter de mente domini concedentis q̃ſtaret, argum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. de qua re vide Aluarotum & Prępoſitum in d. ca. j. de vaſal. decrep. ęta. quia nos alibi de hoc plenius ſermonem habebimus.

71 Et ſimiliter quando†recognitio refert ſe ad præcedẽtes & veteres inueſtituras, ſi de eis nõ aliter conſtet, vaſallus iniuſte tenebit feudum. Bal. in c. 1. in princ. de feud. guar. per tex. in l. ſi ſic. §. ſi mihi. ff. de lega. 1. l. 3. §. incertam. & l. locus. & l. ſi quis fundum. ff. de acquir. poſſeſſio. Dy. & Bar. in d. l. ſi ſic. §. ſi mihi, nam falſa demonſtratio circa rem non exiſtentem, inducit defectum rei ſubſtantialis, & vbi nullum eſt ſubiectũ corruit relatinum, vt notat Innocentius in c. inter dilectos de fide inſtrumẽtorum. Et hæc poteſt eſſe regula, quæ primo limitatur, quando talis recognitio fit, & per concedẽtem ex primitur fieri de tali feudo, ſub tali forma expreſſa in conceſſione. & licet dicatur ſicut ipſo vaſallo, aut genitoribus ſuis, facta fuit conceſſio, attamen & ſi non conſtet de prioribus conceſſionibus, hæc conceſſio effectum producet, argumen. l. ſi donatio. C. de donatio. l. ex hac ſcriptura. ff. eo. l. i. C. de fal. cau. adic. leg. l. 1. C. de Epiſc. & cleri. Nam licet illa cauſa vera non foret, non ex hoc vitiaretur conceſſio. l. demonſtratio. §. quod autem. ff. de cond. & demon. §. huic proxima. Inſti. de leg. l. 3. C. de fal. cau. adic. leg. niſi cauſa eſſet talis, qua non exiſtente non fuiſſet dominus conceſſurus, quod proba re deberet qui non allegaret. l. cum tale. §. falſam. ff. de cond. & demonſt. maxime vbi conditio perſonarum dãtis, & recipientis induceret præſumptionem amplæ liberalitatis. arg. l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iud. l plenum. §. equitii. ff. de vſu, & habi. l. filiusfam. ff. de dona. cap. j. extra, eod. tit. de donat. Old. conſi. 133. & 121.

Idem eſſet dicendum, ſi in conceſſione exprimeretur, ſecundum quod anteceſſores noſtri tibi, ſiue tuis anteceſſoribus conceſſerunt: nam illa † dictio, ſecundum, non facit cõ-

72 ditionem. l. penul. vbi Paulus notat. C. de condi. inſtitutionũ, & ibi Angelus. l. vt liberis. C. de collatio. Cynus in l. ſecundũ C. de contrahen. & committen. ſtipula. Bart. in l. eum qui. §. Iulianus. ff. de conſtituta pecunia, Iaſon & alij in l. admonẽdi. ff. de iureiur. Paulus Caſtrenſis conſil. 322. in cauſa decimali, vol. 1. Hoc autem ego animaduerterem procedere, quãdo eſt in poteſtate domini poſſe facere nouam conceſſionẽ feudi, quia tunc non refert ſi de prima conceſſione non conſtet, arg. l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. & aduertit benè Pernus in tit. de Regina & Rege. in 5. col. verſi. ſed quid ſi Princeps, vbi reſpondet ad obiectionem, quæ fieri poſſet ex authen. ſi quis in aliquo documento, vt procedat quando concedens non habebat poteſtatem aliquam concedendi: ſecus in Principe, qui poteſtatem habet, nam ſaltem de nouo concedere cenſetur, & diſponere, vt notatur in l. Lucius. § quiſquis. ff. de legat. 2. & in l. 1. C. de fal. cau. adic. leg & hoc bene aduertit Decius conſi. 63. num. 6. Et ex hoc inferunt Do. diuerſum in prælato Eccleſiæ, qui non poſſet nouam conceſſionem, & diſpoſitionem facere abſque ſolemnitate, quæ requiritur in noua feudi conceſſione, de qua in authen. hoc ius porrectũ. C. de ſacroſanct eccleſi. & in c. ſine exceptione. 12. q. 2. Innocentius tradit, in c. nulli. de reb. eccle. non alienand. Andr. in c. 1. qui ſucceſſ. tene. & in c. 1. de ſucceſſ. feu. vbi de prælato, qui non poteſt huiuſmodi nouas facere conceſſiones, ſicut poteſt dominus laicus. notant Do. in d. c. 1. per quos fiat inueſtitura. Alex. conſi. 10. vol. 3. num. 4. poſt Baldum in præludijs feu. in 3. diuiſione, Curtius in j. par. quæſt. 8. num. 12. Nec etiã hoc procederet, quando recognitio fieret ad aſſertionem vaſalli aſſerentis domino, quod anteceſſor ſuus tenebant hãc rem, cuius inueſtituram petebat, in feudum ſub nomine feudi ab ipſo domino credens prædicta fore vera, adhærensq; aſſertioni ipſius vaſalli, faciat inueſtituram recipiatq; dictam recognitionem, & inueſtiat ipſum modis & formis, & prout eius anteceſſores inueſtiti fuere: ſi poſtea non conſtabit de antecedentibus inueſtituris, talis recognitio nullius erit effectus, argum. l. fin. C. de diuerſis reſcrip. c. ſuper literis, extra, eodẽ ti. & ita procedant dicta per Bar. in conſtitu. ad reprimen. in verbo prout. num. 2. & in c. Abbate ſane. de verborum ſignificatione: & quod notant Do. in c. 2. de confirmatione vtili vel inutili, & in c. quoniam Abbas. de officio delega. Iaſon in §. præiudiciales. in fine. Inſtitu. de actio. quia tunc dictio ſecundum ſtabit conditionaliter, & non cauſaliter. Et in hoc ego ſimiliter aduerterem, ut ĩtelligatur quoad pręiudicium tertii, quo uero ad præiudicium ipſius domini, crederem ſtari debere eius aſſertioni, quando conſentit, præcipiendoque recognitionem atque fidelitatem & dixerit narrata per vaſallũ fore uera ex certa eius ſciẽtia, vt eſt bonus tex. de hoc in c. i q̃ teſtes ſunt neceſſarii ad nouam inueſtitu. proban. & facit l. cũ pcum. C. de lib. cau. l. 2. C. de inſti. ſub con. fa. notant Cynus & Bald. Bar. in l. non epiſtolis. C. de proba. & in l. ex hac ſcriptura. de donat. l. de ętate. §. i. ff. de interrogatoriis actio. l. publia. in fine. ff. depoſiti, cum ſimilibus. Quæ omnia, & ſi per Syluanum in tract. recog. feu. inueniantur tractata, attamen ne iuuenibus legentibus inueſtigare labor eſſet, hic recollecta ad ſcripſi, non tacito authore.

Id quod ſupra diximus. feudũ ex pacto & prouidentia

73 antiquum, amiſſum propter non †petitam inueſtituram infra annum, & diem, redire ad filios, & in eorum defectu ad agnatos, declaratur ſimiliter procedere quando dominus dediſſet vaſallo inueſtituram abuſiuam, quæ datur per annulũ ſiue baculum, ad differentiam realis inueſtituræ, quæ datur p̃ corporalem feudi traditionem, ut habetur, in c. 1. verſic. Item inueſtitura. de no. feu. & in c. 1. quid ſit inueſtitura, cũ aliis p̃ nos plenius allegandis ſuo loco, in tit. de feudo quod q̃ritur ſine inueſtitura. Nam ſi eo caſu dominus velit, vt vaſallus faciat ſibi fidelitatem promittens eidem facere veram & realẽ inueſtituram, & vaſallus recuſet dictam fidelitatem facere, & iuramentum ipſius fidelitatis p̃ſtare, ſimiliter perdit feudum, quemadmodum vt ſuperius declarauimus, & etiam hoc caſu ibi ad deſcendentes, ſiue ad agnatos, cap. i. §. & eſt alia, quę fuit prima cauſa benef. amitten. iuncto. c. i §. final. eo. tit. Nam tunc vaſallus recuſando facere fidelitatem & iuramentum præſtare, cenſetur facere iniuriam domino ipſumque contẽnere.

Præ·

Source : BIU Cujas

74 Præterea † contemni dominus etiam videtur, & ſimiliter vaſallus feudum perdit, quando ter citatus & monitus ab ipſo domino, vt veniat ad ſe purgandum de culpa ſibi impoſita p ipſum dominum, & vaſallus recuſet venire, nam feudum perdet, & ſi fuerit antiquum ex pacto & prouideutia ad deſcendentes ſiue agnatos redibit, c.j. de milite vaſallo, qui cõtumax eſt, in quo textu habes qualiter conſulatur vaſallo contra dominum, qui malo ordine intrauit poſſeſſionem feudi, nam ibi dicitur licere vaſallo deprædari ipſum dominum nolẽtem ei iuſtitiam facere, quod eſt notabile.

75 Etiam dicitur † contemni dominus, & feudum amittitur, & filiis extantibus, vel agnatis quæritur, ſi vaſallus fuerit euocatus a domino expeditionem in bello, & ipſe vaſallus non venerit, nec ſubſtitutum miſerit, nec fructus feudi ſiue pecuniam ſuo nomine dederit, c. 1. §. firmiter. de prohi. feu. aliena. per Feder. vbi dicitur vaſallum debere ſubminiſtrare domino dimidium reditus feudi vnius anni, vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere, & quamuis ibidem dicatur hoc dominum habere facultatem modis omnibus redigendi illud in ſuos vſus, tamen aduerte, quia communiter ille textus intelligitur procedere, vel in feudo nouo, vel in feudo hæreditario antiquo, in quo prout ſuperius millies concluſimus culpa patris nocet filio, & etiam plenius dicemus in tit. de feudo hæreditario antiquo, in feudo autem ex pacto & prouiden. antiq. ſiue paterno, de quo nunc ſermonem habemus, ille textus nõ procedit.

76 Idem etiam dicendum eſt, ſi ſponte † recuſaret vaſallus facere ſeruitium domino, pro quo ſeruitio feudum erat ſibi conceſſum, nam non ad dominum, ſed ad filios, vel agnatos redibit. c. 1. §. ſed non eſt alia iuſtior, quæ fuit prima cau. be. amitt. & tunc ſi vaſallus ſteterit etiam per annos triginta, & ſeruiuit, quia domino non fuit neceſſe, non propterea perdit feudum, ſed ſolum id perdit quando recuſauit ſeruire, vt in d. §. ſed nec eſt alia iuſtior. & ſcribit And. in c. 1. ver. vel ſi dñs. nu. 3. & in ver. ex quo non ſeruiuit. de feudo ſine cul. non amitt. Ratio aſſignatur ibi per Andream, quia nõ currit tempus nõ negligenti. in l. fin. C. de anna. exceptio. hodie fidelis non priuatur feudo propter contumaciam non præſtationis ſeruitii, ſi obedienter venerit, & purgauerit contumaciam, vt dicitur in c. Regni. 204. Nolumus. car. 21. Et de pœna vaſalli ter ſubmoniti a domino, & ſeruitium præſtare recuſantis, vide Conſt. ſi vaſallus. De hac re, quando feudum amittitur ob non præſtita ſeruitia, loquemur plenius in tit. de feud. certorum ſeruitiorum.

77 Vlterius ſi vaſallus † nollet facere iuſtitiam domino ſuo, diceretur ipſum contemnere, & ſimiliter perderet feudum antiquum ex pacto & prouidentia, & ad deſcendentes ſiue agnatos deuolueretur. ca. j. §. Item qui dominum. verſic. illud tamẽ quæ fuit pri. cau. ben. amit. Hinc eſt, quod dixit Andr. in c. j ver. ſi dominus de milite vaſal. qui contu. eſt. nume. 8. & 11. quod ſi Hiſpani non habent iuſtitiam a domino, faciunt ei guerram. Et ſimiliter ſi dominus denegaret facere iuſtitiam, & concedere inueſtituram petitam vaſallo, priuaretur feudo, quemadmodum diximus priuari vaſallum nolentem facere iuſtitiã
78 domino. Guido Papa deciſ. 168. nam ad † paria iudicantur vaſalli, & dominus, vt tradit Affl. deci. 265. & in c. j. nu. 13. de for. fide. quibus in locis ponit quamplurimos caſus in quibus parificantur vaſallus & dominus, pro quo uide etiam Capy. in c. imper. colum. 29. cum ſequen. Et Conſt. ſi vaſallus a domino ſuo in ti. de fideiuſſione dominorum a vaſallis. Vbi de pœna domini verberantis vaſallum ſine cauſa, vel eius vxorem adulterantis, ſiue filiam deflorantis, & notatur per gloſ. in capi. fi. in fine, per quos fiat inueſtit. quoniam in vaſallo, & domino, æqualitas eſt ſeruanda, & quod in vno ſtatuitur, in alio eſt ſtatuendum, capit. j. in fine, de forma fidelitatis c. domino committente, ſi de feu. defunc. fuer. cont. c. 1. qualiter dom. prop. feud. pri.

Verum quia ſupra concluſum fuit, vaſallum negligentem petere inueſtituram intra terminum a iure prefixum, poſſe priuari feudo, ergo idem dicendum erit de domino negligente, ac denegante facere iuſtitiam eius vaſallo, vel ſimiliter priuetur directo dominio feudi. Suadetur, quoniam ſtatutum in vno correlatiuorum, cenſetur in altero inductum Barto. in l. 1. C. de cupreſſ. libr. 10. l. fin. C. de indic. vidui. tollen. Bald. in rubr. C. de reb. credi. Bald. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. Geminia. in c. 1. de tempo. ordi. Accedat ad id, quod notat gl. in c. fina. in verbo, Longabardorum, circa finem, de alie. feu. pater. & in c. 1. ver. illud tamen non lateat, quæ fuit prima cau. ben. amit.
79 in verbo, iuſtitia, vbi dixit, quod ſicut † vaſallus priuatur feudo ſi domino ſuo de feudo prædicto iuſtitiam non faciat, ita e cõtra ſi dominus iuſtitiã ſuo vaſallo non fecerit, & tradunt Dd. in c. j. § nulla. per quos fiat inueſtitu. & in d. c. domino. & in c. i. quo tempore mil. Iacobi. in ver. qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis, nu. 54. vbi dicit hanc opinionẽ communem. Curtius in 6. part. in vltima quæſt. nume. 4. Bald. & Affict. in c. i. quib. mod. feud. amitt. & eſt tex. in cap. 1. de no. for. fid.

Sed aduerte, ne erres circa hoc: nã etſi receptum ſit quãdo dominus ſpoliat vaſallum, ipſumque male tractat denegando ſibi iuſtitiam facere, quod pr uetur proprietate feudi, pro ut mox diximus. Attamen quando vaſallus vellet facere nouam recognitionem feudi, & dominus illam recipere denegaret, crederem tunc nõ priuari directo dominio proprie tateque ipſius feudi. diuerſa eſt enim ratio inter vnum caſum & alium, quia in primo dominus iniuriã faceret vaſallo, ipſumq; offenderet: Secundo verò caſu nullam offenſam ei faceret nihilque iuris ipſi vaſallo auferret, imò ſe ipſum damnificat, nolens admittere vaſallum ad petitam inueſtituram. & diuerſa conſideratur ratio, arg. l. interpoſitas C. de tranſac. Et hoc voluit Ioannes Raynal. in c. Imper. §. præterea ſi quis. quę ſti. 13. num. 27. vbi ſcribit dominum recuſantem facere inueſtituram teneri ad intereſſe duntaxat vaſallo, vel præciſe poſſe compelli ad illam faciendam. Sed pulchrũ eſt inueſtigare, quando dominus priuatur proprietate feudi. Exemplificari poteſt in Barone, qui offendit ſuum ſubfeudatarium, qui ab eo feudum tenebat, per dictam conſt. ſi vaſallus, cui deferatur, an vaſallo quem offendit, an verò ſuperiori domino, ſi illum haberet ipſe dominus, qui priuãdus erat. Receptior opinio videtur, vt ipſi vaſallo offenſo acquiratur, vt probat tex. in d. c. domino, & in c. 1. qualiter dominus proprie. feu. prout notant ibi omnes, quãuis Andr. in d. c. domino, voluerit deferri ſuperiori domino, quod ſequutus eſt Affict. deciſ. 265. num. 31. Præpoſitus in d. c. prima verior, vt vaſal. acquiratur directum dominium. Nam dicta And. in d. c. domino, procedunt quando ipſe. Rex eſt offenſus, vt ibi aduertit dictus And. Et audio fuiſſe iudicatum in domino adulterante vxorem vaſalli & fuiſſe priuatũ exercitio iuriſdictionis in ipſum vaſ. quia dominus aliud non habebat, ſin autem habuiſſet directum dominium ſub feudi illo vtique fuiſſet priuandus, in cauſ. excellentis Camilli Caietani.

Hæc regula tradita, vt vaſallus perdat feudum ſi intra ſtatutum terminum inueſtituram minimè petierit, limitatur non
80 procedere, quando † dominus poſt temporis lapſum fecerit dictam inueſtituram vaſallo petenti: nam cenſebitur culpa remiſſa, vt notant Baldus. Aluarotus, & cæteri, in c. 1. quę. fu. prima cau. ben. amitt. argum l. poſt diem. ff. lege commiſſ. tradit glo. in c. 1. quo tempo. mil. & ibi Andreas. Ratio eſt, quia dominus poſt tempus recipiendo ipſum vaſallum ad ſuum ſeruitium videtur iuri ſuo renuntiaſſe. Sequitur hoc Curtius in 4. par. 6. limi. nu. 52. vbi aduertit hoc non procedere quãdo dominus recipiendo ſeruitium fuiſſet proteſtatus nolle ius ſuum remittere, vel ignoraſſet tempus decurſum, prout tradit Aluarotus in d. c. 4. col. quo tempo. miles. Et hoc etiam voluit Zaſius in tit. de feu. priuatione, num. 10. Iacob. in ver qui quidem inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis. nu. 52. Cæteras autem limitationes ponit Cur. in 4. par. num. 46. in 23. cauſa priuationis feudi, vbi decem enumerat, quas tu ipſe videre poteris.

Dicitur ſimiliter contemni dominus, & feudum amittitur
81 tur, quando † ceſſauerit vaſallus triennio ſoluere debitum canonem, ſiue cenſum, pro feudo, vt tradit Innocentius in c. ad Apoſtolicæ, extra, de re iudicata, li. vi. pleniſſime hoc tractat Cur. in 4. par. xxix. cauſa priuationis feudi. nu. 78. vbi multa de hac re. Et ex eius dictis colligitur, vaſallum non ſoluentem canonem debito tempore priuari feudo. mouetur principaliter per tex. in c. i. §. ſed non eſt alia iuſtior, quæ fuit pri. ca. be. amit. ibi, quam ſi id propter quod beneficium datum fuerit, facere recuſauerit. Sed difficultas eſt, qũo poſſit reperiri feudum, p quo ſoluatur cenſus. Hoc dubium aduertit Camerarius in c. imperialem. car. 37. in litera I. & ibi copioſe tractando, diuidit hunc articulum in ſeptem capita, diſcurrẽdo
82 ſi reperitur † feudum pro quo ſoluatur annuus cẽſus, & ſi feudum nuncupari poteſt, & qualiter hoc euenire poſſit, & ſi pro feudo eſt præſtandus cenſus, & ſimul fidelitas, & multa alia notabilia aduertit ibi, quæ videbis, quia nolo eius dicta hic tranſcribere. Determinat tamẽ reperiri feudum, p quo ſoluatur cenſus, ptæſertim quando de eo facienda eſt fidelitas domino concedenti.

83 Similiter dicitur contemni dominus, quando † vaſallus male vtitur re feudali ipſam deteriorando, ſi quidẽ illa priuari poteſt, prout etiam tradit Curt. in 4. par. 22. Cauſa priuationis. nu. 44. poſt Innocentium, in c. ad Apoſtolicæ, de re iu. lib. vi. Paulus de Caſtro in authen. qui rem. C. de ſacroſanct. eccleſ. facit textus in c. i. §. finali. ibi, ſine vaſtatione aliqua. de pa. tenen. tradit And. in c j. num. 28. quibus mod. feud. amitti & diffuſe de hoc ſcribit Franciſcus Sonsbechius in com. feu. parte 13. char. 147. Paris, de feud. capit. & circa prædicta. fol. 36. numero 20.

Source : BIU Cujas

84 Demonſtrauimus, qualiter †feuda amittant illicita alienatione, nec non contemptu: Verum enimverò cum etiam feuda amittantur delicto, & erit tertius modus, iuxta ordinem ſuperiorem, propterea tractanda ſunt aliqua amiſſionis feudorum propter delicta. In qua re interpretabimur contenta in titu. quę fuit prima cauſa benefic. amit. & titulo, quibus mod. feud. amitt. qui eſt titu. xvii. j. lib. Nec non in titulo, quibus mod. feud. amit. qui eſt titu. v. eiuſdem. j lib. qui quamuis ſit idem cum alio xvii. attamen non eſt ſuperfluus: Nam in tit. xvii. quibus mod. feu. amit. ponitur, quando Capitanei, ſiue maiores valuaſores dimiſerint eorum dominos in bello, tunc priuari feudo, & ſimiliter ſi credentiam ad eorũ damnum ſcienter manifeſtauerint. Qui caſus fuerant omiſſi in titu. vi. quibus mod. feu. amitt. prout aduertit Aluarotus in rubrica, quibus mod. feu. amitt. titu. xvii. ¦Et ſimile reſponſum dabitur, quare duo ſunt tituli, qui ſucceſſores teneantur, quia in vno additur aliquid, quod in alio non fuerat poſitum, reuertamur igitur ad rem.

85 Feuda † delicto amittuntur, & quando ſunt ex pacto & prouidentia antiquo, nunc tractandum an domino aperiantur, vel agnatis, vel filio delioquentis? Et antequam examinemus hoc, debẽt ſcire iuuenes in hac materia amiſſionis feudi propter delictum reperiri apud conſuetudines feudorum, ſex textus de hac re loquentes principaliter, quorum omnium intellectum interpretabitur. Et j. eſt textus in cap. j. §. fin. quæ fu. prima cau. benefic. amitt. Secundus in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feu. defunc. fuer. contro. Tertius in c. j. an ille, qui inter. frat. domi. ſui. Quartus in c. ſi vaſallus. in titu. ſi vaſallus feudo priuetur. Quintus in cap. j. quib. mod. feu. amitt. Sextus in cap. j. §. fi. de cap. Corrad. Redeamus modo ad intermiſſam quæſtionem, cui acquiratur feudum antiquum ſiue paternum ex pacto & prouidentia amiſſum propter delictum? & de hoc faciamus duo capita, primum caput, quando delictum eſt commiſſum principaliter contra perſonam domini, ſecundũ quãdo fidelis deliquit grauiter, ſed non directe & principaliter contra dominum ſuum.

86 In primo capite, quando tenens † feudum a Rege parauit delictum contra perſonam ipſius Regis, vt quia commiſit crimen rebellionis, ſeu lęſę Maieſtatis, de quo multa ſcribit Capycius, deciſio. 130. Gramma. deciſi. 15. 6. 18. 105. Alber. Brun. conſi. 28. 114. Alex. conſi. 13. vol. 8. 124. & 183. vol. 3. poſt And. in c. ſancimus, lo. 2. quo tempo. miles. Et eſt conſtit. Regni, humanitate, vbi Afflictus de hoc loquitur, & multa nos inferius ſcribemus. Et tunc dicendum videbatur feudum taliter amiſſum debere redire ad Regem principaliter offenſum, per textum in d. cap. j. §. fi. quæ ſuit prima cau. benefic. amitt. vbi ſi vaſallus ita in dominum peccauerit, vt feudum amittere debeat, non ad proximos, ſed ad dominum beneficium reuertatur, idem dicitur in capit. j. ibi, cum autem ad dominum reſpicit felonia, feudum tũc domino aperitur. an ille qui inter. frat. dom. ſui. Hoc etiam probat textus in cap. j. §. domin. cõmittente feloniam. ſi de feu. defunc. fuer. contro. vbi dicitur domino committente feloniam in vaſallum, ſiue in alium, proprietatem feudi ad ipſum vaſallum pertinere. Quæ autem dicatur felonia, declarat Zaſius in titu. de feu. priua. num. 76. char. 129. vbi barbarum nomen aſſerit, & noxam ſeu crimẽ appellari, & idem dicit in titu. de feu. pater. num. 2. char. 10. vbi feloniaam ipſe vocat perfidiam ſiue delictum. Et declarat Ioãnes Rayn. in c. imperialem. §. præterea ducatus. num. 31. de prohib. feu. alien. per Fede. dicens, Feloniam idem quod deceptio, vel defectus, ſiue factum cum fraude.

Verum quia in præcedentibus demonſtrauimus in hoc parificari dominum & vaſallum, propterea ſi vaſallus illam cõtra dominum ſuum committeret feudũ eidem domino deuolui deberet, cum ad paria iudicentur. Hanc opinionem firmauit gl. in d. cap. fi. in verbo, ad proximos, & in cap. j. §. ſi vaſallus culpam. in verbo, reuocabuntur, in fine, ſi de feu. defun. fuer. contr. Et ſimiliter hoc videtur voluiſſe Andreas in cap. j. verſic. turpiter luſerit. num. 12. in fine, quib. mod. feud. amitt. vbi commiſſa culpa contra dominum in ſolatium ſuę iniuriæ, feudum ad ipſum reuertitur. & in c. j. verſi. hæredes, nu. 4. de pa. tenen. Bal. in d. cap. fi. in 1. col. ibi, ſecunda obtineret de iure conſuetudinario hic ſcripto, quę fuit prima cauſa benefi. amitt. & in cap. 1. verſi. aut ſi libellario. 2. col. qui. mo. feu. amit. Curtius ſenior conſi. 59. & Cur. iunior in 5. par. principali, in princ. num. 2. Bar. in l. cum qui. ff. de inter. & rele. nu. 1. in fine. Afflic. deciſ. 265. num. 31. Alex. conſi. 30. num. 9. vol. 6. vbi dicit hanc opinionem magis communem & veriorem. Iacobinus in ver. dictique vaſalli promiſerunt non committere feloniã. nume. 80. vbi ſimiliter inquit, non recedendum ab hac opinione in iudicando. Ioannes Raynal. in c. imper. verſic. pœna. num. 5. de prohib. feu. alien. per Feder. Zaſi. in titu. ad quem feudum apertum reuertatur, num. 161. char. 137. notat hanc opinionem cõmuniter teneri. Facit ratio, nam feuda ita a principio data cenſetur, vt ſi ingratitudo vel offenſa contra dominum committatur per quemlibet ſucceſſorem ad ipſum dominum deuoluantur, quæ conditio tacitè ab initio traditionis feudi aſcripta præſumitur, vt inquit Cur. in d. 5. par. nu. 2.

87 Secunda fuit opinio, vt feudum † amiſſum propter delictũ principaliter commiſſum in dominum agnatis, non autẽ ipſi domino aperiatur, quam videtur probare tex. in cap. j. §. ſi vaſal. culpam. ſi de feu. defun. fuer. contro. vbi dicitur, quod ſi vaſallus culpam committat propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque eius deſcendentes ad id feudum reuocabuntur, ſed agnati idem dicitur in cap. 1. ſi vaſal. feu. priuetur. Hanc opinione renuit glo. in c. 1. §. hoc quoque, in verbo, partem ſuam, circa medium. de ſucceſſ. feu. & in d. c. 1. ſi vaſal. feu. pri. in verbo, vaſalli, in fine, dicens æquiorem hanc ſententiam ne ex delicto alterius agnati, alter damnum patiatur. Eãdem opinionem ſequutus eſt And. in c. j. §. denique. nu. 49. in fi. ibi, ſi vero filios non haberet, quæ fuit prima cauſa bene. amitt. & in d. c. 1. num 1. & 2. ſi vaſallus feu. pri. & in c. imper. §. firmiter. num. 30. ibi verius videtur, de prohib. feud. alie. per Feder. & in c. 1. num. 4. de cap. Corra. & in c. 1. verſic. ſed quia vidimus, num. 14. ibi, ſed alii idem dicunt, & in cap. j. §. item ſi fuerint, in prin. ibi, hodie corrigitur, quibus mod. feu. amit. & in cap. j. §. & dominum, num. 8. ibi, ſed quod dicit ad dominũ, Epiſco. vel Abbatem, & in c. ſancimus, lo 2. num. 12. in fi. quo tempo. mil. & in c. 1 §. quid ergo, num. 5. ibi, in delictis vaſallorum. de inueſti. de re alie. fac. & in c. imperialem. §. inſuper, nume. 57. de prohib. feu. alien. per Feder. & in cap. j. num. 1. in fi. j. colum. ibi, ſed hæc quæſtio, & in cap. j. §. pręterea, num. 10. ibi, melius & æquius, quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. & in cap. j. num. j. in princ. qualiter dominus propri. feu. pri. Quibus in locis Andreas videtur ſentire, vaſallum propter delictum in perſonam domini commiſſum priuari feudo, & etiã eius deſcendentes, illudque agnatus aperiri & non domino, hoc firmauit Affli ctus deciſio. 282. nume. 15. Loffredus conſil. 1. nume. 143.

Tertia & vltima fuit opinio eiuſdem Andreę, vt in propoſito † feudum ex pacto & prouidentia antiquum ob delictum fidelis in perſonam domini principaliter patratum, aperiatur ipſo domino viuente delinquente, ſuiſque deſcendentibus, quibus defunctis ad agnatos deuoluatur, prout dictam quæſtionem latius examinando, diſtinguendoque firmauit in d. c. 1. ſi vaſallus feu. pri. num. 8. Ad quem locum ferè quaſi ſemper ſe remiſit idem Andreas in cap. j. §. denique, num. 50. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Quam opinionem Andreæ receptam fuiſſe, ſcribit Freccia in li. 2. vigeſima nona auctoritate, nu. 1, quam tenuit Capy. in c. imperialem, col. 359. & probatur in tex. cap. 1. §. fi. de cap. Corra. vbi clericus nõ poteſt præiudicare eccleſiæ, niſi in eius vita, ita nec feudatarius ſuis agnatis, eo viuente duntaxat & ſuis deſcendentitibus, vt declarat Andr. in d. cap. j. §. denique, nu. 50. argu. l. Statius Florus. §. Cornelio Fęlici. ff. de iure fiſci. de qua opinione aduertit Aluaro. in d. §. denique. in 2. conclu. in fine. Iacob. in ver. dictique vaſalli promiſerunt non committere feloniam, num. 80. Ratio fuit paulo ante per nos tradita, quia in feudo ex pacto & prouidentia delictum vnius alteri non nocet, vt alias diximus in titu. de feu. ex pacto & prouidentia.

Ego minimè recedendum puto ab hac And. opinione, feu. aperiri domino, vt habeat ſuæ iniurię vltionem, illudque teneat viuentibus delinquente, ſuiſque deſcendentibus, qui omnino in hoc delicto principaliter in dominum patrato priuantur feudo etiam ex pacto & prouidentia antiquo, vt inquit text. in prealegato cap. 1. §. ſi vaſal. cul. ſi de feud. fuer. contro. & in cap. ſi vaſal. feu. priue. tradit ibi And. & inc. j. §. deniq; quę fuit prima cauſa, & in cęteris locis mox citatis. Ex ex hoc habemus veram & communem regulam, vt filii & deſcendentes priuentur, quando principaliter delictum reſpicit domini perſonam, vt tradit Cur. in 5. par. principali, conclu. 6. nume. 13. ex diſtinctione Bart. in l. eum qui. ff. de inter. & releg. & Bald. in l. lege duodecim tabularum. ff. de leg. hæred. & aliorum, quos ipſe ibi refert, & inquit Vdal. in tit. ad quem feud. apertum reuer. nume. xvi. char. cxxxv. vbi ſimiliter multos citat, quos videre poteris. Habes etiam aliam veram concluſionem, vt mortuis delinquente & deſcendentibus, feudum agnatis aperiatur, vt etiam firmat Afflict. in d. c. j. num. 2. ſi vaſal. feu. priuet.

Ad text. in c. § denique, & in c. 1. an ille qui interf. frat. dom. ſui. qui ſimpliciter, & indiſtinctè loquuntur, nõ ad proximos, ſed ad dñm feu. redire, quando in dominum commiſſum eſt delictũ. Poteris rñdere, vel vt intelligantur prout And. diſtinguit viuentibus delinquente, eiuſq; deſcendentibus. Vel ſi videt nimia reſtrictio ad illa iura dicat tex. in c. j. an ille qui interf. fra. dom. ſui. loqui de feudo hæreditario antiquo, vel ex pacto & prouid. nouo, quod hæreditarij vim omnem habet,

vt dice-

Source : BIU Cujas

vt dicemus in titu. de feu. ex pacto & prouid. nouo. Et ad tex. in §. fi. dicamus, ibi proximos intelligi de filiis & cæteris descẽdentibus, vt non vadat feudum illo casu ad descendentes, qui priuantur vt prædixi, sed ad dominum, cum eadem declaratione dum viuunt descendentes.

Et similiter ad alia iura hoc est tex. in c. j. §. si vas. culpam, & in c. 1. si vasal. feu. pri. dicentia agnatis aperiri feudum non autem descendentibus, possumus respondsum dare, vt intelligantur mortuo delinquente, iuxta traditam distinctionem And.

Habemus igitur ex præcedentibus receptam opinionem
89 And. † vt feudum ex pacto & prouidentia antiq. propter delictum concernens directo domini personam amissum aperiatur domino viuentibus culpam admittente, & eius descendentibus, quibus defunctis ad agnatos deuoluatur si extant: sinautem perpetuo apud ipsum dominũ permaneat. Et insuper alias stat firma regula, vt descendentes priuentur huiusmodi feudo ex pacto & prouid. prout etiam per multa aduertit Gram. dec. 6. Albert. Brun cõsi. 198. nu. 33. Rationes assignãtur per And. in c. 1 num. 3. si vas. feu. pri. vbi hoc procedere dicit vel propter criminis enormitatem, vel qnia filij & descentes habent esse a patre generãte, & ideo macula paterna obest eis, vt in d. l. quisquis.

90 **Hæc conclusio,** vt filij & ceteri descendentes priuentur † feudo etiam antiquo, ex pacto & prouidentia, quando delictum cõcernit principaliter domini personam, limitatur. Primo non procedere, quãdo filij in inuestitura feudi essent nominati propriis nominibus, quia esset dictum concedi feudum Ioanni & Petro eius filio, expresso nomine proprio, tũc enim, & si regulariter delictum patris principaliter commissum cõtra dominum noceat filiis & cæteris descendentibus, vt scripsit Andreas in omnibus præallegatis locis, nihilominus quando est expressum proprium nomen filij, eo casu nõ nocet sibi patris delictum, vt tradit idem And. in c. j. in prin. in versi. nisi, nu. 4. si vasallus feu. pri. filius enim nominatus nomine proprio in feudi concessione dicitur habere partem feudi in vita patris, vt dicit ibi Andreas. Et etiam in c. 1. ibi, si autem est datum, num. 1. in fi. 2. col. de succes. feu. allegat Andr. pro hoc sæpe textum in l. si quis Titio. ff. de vsufr. accre. & in l. fi. in fine. C. de vsufr. Et idem dicit in c. j. §. & si libellum, nu. 9. de alien. feu. pater. vbi pro hoc allegat aliud text. in l fi. in fine. C. de impu. & aliis substi. & in c. 1. nu. 2. an agnatus. Et sequitur Curtius in 5. par. nu. 4. qui assignat rationem, dicens, concedentem videri cõsiderasse personam patris de per se, & personam filiorum de per se, ideoq; delictum vnius alteri non nocere, tanquam in persona vniuscuiusque sit facta noua concessio, & hoc idem voluit Aluar. in c. 1. §. denique. 8. cõclu. quæ fuit prima cau. bene. amit. Vdal. in tit. ad quem feudum apertum reuertatur, nu. 96. char. 135. q plus dixit, filios non priuari etiam si inuestitura dicat, pro liberis descendentibus non nominatis. Sed hęc sententia mihi nõ placet, & communiter nõ est recepta, & est cõtra tex. in d. c. j. §. si vasallus culpam. si de feu. defun. fuer. cont. & cõtra tex. c. j. si vasallus feu. pri. vbi dicitur descendentes priuari. Eandẽ sententiam firmauit Pernus consi. 12. c. col. versi. & inde est, & in hac re similiter male aduertit Gozadinus consi. 4. nu. 20. volens posse prejudicari comprehensis expresse in inuestitura, si quidem secundum me aut non bene loquitur, aut eius dicta intelligenda sunt, dummodo comprehensi in inuestitura minimè fuerint nominati propriis nominibus.

91 Secundo limitatur, si in formula † concessionis fuisset expressum, feudum concedi de vno in alium, vel cõcedi Titio, & eius filiis æque principaliter, siue attẽtis meritis singulorũ: ex istis enim verbis, vel æquipollentibus satis videretur constare de mente concedentis, nolle delictum vnius alteri obesse, dum personam vniuscuiusque descendentis fuerit cõcedens feudum contemplatus, meritaque singulorum considerata. Ita tenet Bal. in c. j. col. 2. in fi. ibi, circa descendentes tria considero, si vasallus feu. pri. Sequitur Aluar. in d. §. denique. 7. conclu. Curt. in d. par. 5. num. 3.

92 Tertio limitatur, quando † feudum esset concessum generi: nam licet vasallus committat crimen contra dominum, tamen descendentes, quia sunt de genere, non priuarentur, vt refert Curt. in d. 5. par. num. 5. Quamuis aduertat ibi, Baldũ in c. fin. quæ fuit prima causa benefic. amitt. colum. 1. versicu. nam si feudum est cõcessum generi; dicere hanc opinionem esse veram de iure communi, non autem de iure consuetudinario feudorum. Ego autem huic opinioni non subscribo: nam vt demonstraui in titu. præcedenti, de feu. ex pacto & prouidentia, feudum concessum generi, esse ex pacto & prouidentia, non tamen ita ampliandum est, vt delictum vnius suis descendentibus non noceat, quando commissum est directo contra dominum, & per hæc opinio Baldi, & Cur. posset esse vera respectu agnatorum, qui similiter sunt de genere, non autem respectu filiorum, qui per iura, & rationes superius allegatus priuantur feudo. Cæteras limitationes ponit Cur. in 5. par. & Vdal. in titu. ad quem feu. aper. nu. 95. cum seque. & nos in sequenti tit. 3.

Alia & secunda conclusio, quæ ex præcedentibus
93 sumitur, vt mortuo † delinquente, suisque liberis & descendẽtibus, in feudo ex pacto & prouidentia antiquo, succedant agnati collaterales. Quæ conclusio limitatur, nõ procedere in agnatis existentibus in 2. vel 3. gradu cum delinquente, quia ad hoc vt eidem succedant, debent distare ab eo quarto gradu, vt tradit tex. in præallegato ca. j. §. si vasallus culpam. si de feu. defun. fuer. cõtro. & in c. j. si vasal. feu. pri. Vbi dicitur, agnatos quarto gradu debere esse remotos ab eo. qui feudũ acqui-
94 siuit. Sed difficile est inuenire veram rationem, quare † agnati debẽt esse remoti quarto gradu, ad hoc vt successibiles sint? Siquidem aliqui dixerũt rationem esse, propter suspitionem, quæ sæpe solet esse inter magis coniunctos, vnde propter magnitudinem læsæ Maiestatis quemadmodum filij excludũtur, quia censentur vna & eadem persona cũ patre delinquente: ita videbatur dicendum de agnatis priximioribus, puta fratribus delinquẽtis siue eius nepotibus, quæ suspitio vr̃ aliqualiter cessare in existentibus in quarto gradu. Hæc ratio fuit, Iacobi de Bellouiso, in d. c. 1. §. si vasallus culpam. vbi notat descendentes, & agnatos vsque ad tertium gradum puniri, propter delictum alterius parẽtis, vel agnati, & iõ repelli à successione propter suspitionem, allegat tex. in l. quod si nolit. §. qui mancipia vendunt. ff. de ædili. edic. vbi natio, & parentela, quandoque prouocat, aut deterret.

Alia fuit ratio assignata per Baldum, in eo. §. si vasallus culpam. in 1. col. dicentem ideo non admitti infra quartum gradum, quia quanto proximiores, tanto inferiores: magis etenim pręsumuntur infecti eadem macula, quanto magis delinquenti proximi sunt & coniuncti. Quam rationem similiter considerauit Afflict. in d. §. si vasallus culpam. qui mea sententia non videtur soluere difficultatem intellectus illius textus, dum voluit agnatos ibi intelligi de descendentibus primi acquirentis feudum, quod non negamus. Sed qnærimus veritatem ex illo tex. postquam in præcedẽtibus conclusimus ex dictis Andreæ multis in locis supra citatis, feudum amissum, mortuo delinquente deuolui ad proximiorẽ agnatũ, non aũt dixit And. ad agnatũ existẽtem in quarto gradu.

Alij & tertio voluerunt, dictum tex. in c. si vasal. culpam, & similiter in d. c. 1. si vasallus feu. pri. debere intellgi & declarari procedere secundum antiqua tempora, quibus agnati non succedebant, nisi vsque ad quartum gradum, vt dicitur in cap. j. §. hoc quoque, de succes. feu. & in cap. i. §. hoc quoque, de his qui feud. da. pos. Hodie autem hoc non vendicaret sibi locum, quia vsque ad septimum gradum, siue in infinitum succedunt agnati, vt dicitur in dictis iuribus. Ego aduertebam, si probabiliter possumus dicere, hanc vltimam
95 opinionem esse veram, vt textus † in cap. si vasallus culpam. & in cap. j. si vasallus feu. pri. procederet attentis antiquis temporibus. Et moueor ex eo quod dicitur, in dicto capit. 1. vbi agnati succedunt, qui quarto gradu remoti sunt ab eo, qui feudum acquisiuit, non autem ab eo qui deliqnit, vnde vrget satis ille textus pro hac opinione, si quidem potest esse vt agnatus sit remotior ab acquirente feudum quarto gradu, & tamen sit coniunctus delinquenti in secundo vel tertio, & succederet, licet non sit remotus quarto gradu. Propterea dicamus illa iura procedere secundum antiqua tempora, hodie autem non esset tutum secundum me tenere agnatos in secundo, & tertio gradu existentes, non succedere delinquenti mortuo in feudo ex pacto & prouidentia antiquo. Tanto magis, quia tex. in cap. j. an ille qui inter. frat. domi fui, dicit quod feudum vadit ad proximiorem agnatum, Cur. in d. 5. par. in 3. conclu. num. x. aduertit omnia prædicta, & ex eius dictis nil certũ colligere possumus, alias de hoc dicemus inferius.

Ex quo in pręcedentibus sermo-
96 nem habuimus de † delictis, quæ principaliter committuntur in personam domini, idcirco explicemus quæ sint talia delicta, vt facilius sciamus quando feuda propter illa amittuntur, de quibus habemus tex. in l. 1. 2. & 3. ff. ad l. Iul. Maiest. & in l. quisquis. C. eod. titu. & in constitutione reg. humanitate, vbi habetur mentio de crimine læsæ Maiestatis, quod principaliter & in l. collocatur ca. Sunt præterea & nonnulla alia delicta, quæ similiter dicuntur committi directo contra Regis personam, & in eodem 1. cap. connumerantur, de quibus in dicta l. quisquis, & in cap. 1. quæ fuit prima causa benefic. amitt. & in c. 1. quib. mod. feu. amit. titu. 5. & in alio. titu. xvii. quibus mod. feu. amitt. Andr. in cap. sancimus. lo. 2. num. 2. & 3. quo tempore miles, & in capit. 1. num. 1. de vasal. decrep. ætat. & in cap. j. num. 15. Impera. Lothar. & in cap. imperialem.

Source : BIU Cujas

§.callidis.num.21.de prohib.feu.alien.per Feder. & in c.1.verſic.turpiter luſerit.num.13.quibus mod.feud.amitt. & in c.j.§. præterea.num.16.quæ fuit prima cauſa benefic.amitten. & in c.j.§.ſi vero.de Capitaneo,qui curiam vendidit.nume. 2. & in c.j.§.porro.quæ fuit prima cauſa benefic. amit.nu.22. & in c.j. §.& bona committentium. quæ ſint regalia, Afflic. in d.§.præterea,quæ fuit prima cauſa.

97 Namque maieſtas † duplex eſt,alia diuina, alia humana, authen.Gazaros.C.de hæret.c.duo ſunt. 96.diſtin. De crimine Maieſtatis diuinę non faciam ſermonem, ſed de crimine læſæ Maieſtatis humanæ obiter aliqua breuiſſimè attingam. Quam humanam maieſtatem aliqui triplicem eſſe opinati ſunt,videlicet,Imperatoriam, Regiã, & Populi Romani, nil de Pontificia Maieſtate loquentes: ideo quadruplicem eſſe rectius dicendum eſſe arbitror:de qua Pontificis maieſtate,quæ maior eſt,vt in c.j.22.diſtinc.ſiquidem ipſe eſt qui gerit in terris vices Ieſu Chriſti,noſtri redemptoris.c.inter corporalia, de translat.epiſc.c.quanto.eod.tit.& in clem.Romani, de iureiurando,& in c.ſolitæ, de maiorit. & obedien. non loquemur, ſed de Imperatoria,vel Regia, ſiquidem illa populi Romani extincta eſt.Poſt Pontificiam maieſtatem, ſequitur Imperatoria de qua eſt tex.in princ.Inſtitu.ibi, Imperatoriam maieſtatem,& in d.l.quiſquis,& in l.j.C.de ll.Tertia in ordine, & hodie ſecundum me eſt Regia Maieſtas,de qua habetur in l.j. C. vt nemo priuatus.& in tit.de pa.Conſt. de quarta populi Romani,quæ hodie è manibus elapſa eſt, loquutus eſt tex.in l.j. ff,ad l.Iul.Maieſt.

Hoc crimen lęſæ Maieſtatis multifariam, multiſque committitur modis,de quibus in d.l j.2.& 3.& in d.l.quiſquis,& in d.conſtit.humanitate,& per And.cũctis in mox citatis locis.

100 Dicitur autem † Maieſtas,quaſi maior poteſtas,Oldra.conſi. 43.incip.item quæritur.Reperitur & crimẽ rebellionis, quod huic proximum eſt,& tunc dicitur committi, quando homines alicuius loci ſubtrahunt ſe a ſubiectione domini ipſorũ, ſubijcientes ſe alieno dominio,vt voluit Brunus conſil.24.nobilis domine,nume.1.vbi allegat Bart.in extraua. ad reprimẽdum,in verbo,rebellando, & Bald. in l.amiſſione. §. qui deficiunt ff.de capi.diminu.Dec.conſi.544.num.2. Et ſimiliter ha-

101 bemus † crimen perduellionis,de quo in l.quos.nos ff.de verbo.ſignific.& in l.donationes.§.fin.ff.de donat.& in §. per contrarium.Inſtitu.de hęredi.quæ ab inteſta. deferun. & in l.cum filius. §.reis. ff.de legat.2.Oldra. conſi.43. Et perduellis dicitur is,qui ſubditus iuriſdictioni alicuius Principis,ſubtraxit ſe ab eius obedientia,& eidem ſe aduerſarium, & inimicum conſtituit,diciturque perduellis,ideſt,perfectè ad duellum paratus, & ad publicum bellum accinctus, quod etiam læſę Maieſtatis crimen nuncupari poteſt,quemadmodum & rebellio. De crimine autem læſæ Maieſtatis diuinæ, quod hæreſis appellatur,habetur in Conſt.Reg.inconſutilem tunicam. cum ſequ. vbi per Doct.

Et vltra prędicta eſt alius caſus,in quo committitur principaliter delictum contra domini perſonã,quando vaſallus ſtuprauit filiam ſui domini,vt notanter tradit Paris,de reintegratione feudorum.cap.quia de iure. char.138. propter idemtitatem rationis.quia dicitur in textu cap. 1. quibus mod. feud.amitt.de feudatario qui concubuit cum vxore domini,aut nepte ex filio,ſiue cum filia,nuptaue filio, ergo idem dicendum de filio,vigente eadem ratione.l.illud. ff.ad legem Aquil.l.j. §. hoc interdictum.ff.de fonte,cum ſimilibus: & tanto magis, vbi eſt ſimilitudo caſuum, l.j. ff. de bonorum poſſeſſione ex teſtamento militis. ſi quidem omnes filij ſunt tam fœminæ, quam maſculi.l.maximum vitium.C.de liberis præterit.& forſan lex feudalis propter honeſtatem hoc tacuit,etſi Andreas in cap.1.verſic.turpiter luſerit.num.xiii. quib.mod.feud.amit. aduerterit,non eſſe promptum dicerę eſſe crimen læſæ Maieſtatis illud, quod non eſt expreſſum in capitibus enumeratis in d.l.1.2.& 3.& quiſquis.attamen ipſe contrarium ibi determinare videtur, dum dicit ſapientis eſſe cauere in talibus. Et facit pro hoc,nam ſtuprare filiam domini,nil aliud eſt niſi cõtumeliari eius corpus,quod vnum eſt cum corpore filij,cum ſint eadem caro, eademque perſona. l.iſti quidem, cum aliis vulgaribus.ff.quod metus cauſa, & ſentit hoc Andr.in d.verſ. turpiter luſerit.nu.13.dum loquitur de vxore domini.

Poſſem enumerare delicta,quæ directè contra domini, ſi-

101 ue † Regis perſonam committuntur, ex quibus feudum perditur,verum quia magis laborioſum quam vtile videtur,ideo putaui de hoc me remittere ad dicta per Iacobum de Ardizo. in titu.quibus mod.feu.amit.& ad Ioannem Blancum in ſumma, eiuſdem tituli, vbi multa enumerantur, & ſimiliter ad Afflic.deciſ.265.& in cap.j.§.fi.quibus mod.feu.amitt. vbi enumerando ſeptuaginta duas cauſas, quibus amittuntur beneficia, ponit quamplurima delicta, ex quibus directe dominus offenditur: Nec non ad Petrum Iacobum in titu.quibus mo. feu.amitt.qui neſcio qua ratione noluit,nec eius cognomen, nec patriam,in ſuis ſcriptis deſcribi, ſed Freccia in lib. ſecundo, in ſecunda aucto. numero primo, char.clxv. dicit ipſum Doctorem Gallicum,& ibi præfatus Petrus Iacobus quadraginta & vnam ponit. At Curtius in quarta par.principali etiã quadraginta & vnam enumerauit, à num.iiii.ad nume. xviii. Et ſimiliter Iacobinus,in ver.dictique vaſalli promiſerunt, a numero primo, vſque ad nume. lxix. viginti ſex adſcripſit. & Brunus conſil. cxiiii. quamplures alias ponit, quibus in locis faciliter quærendo,inuenire poteris delicta omnia, quæ principaliter contra dominum perpetrantur. Et in illis procedi poſſe de ſimilibus ad ſimilia tradit And. in cap.1. verſic.ſed qui delator.nume.xciiii.in fine. quæ fuit prima cauſa benefic. amitte.& probat text. in cap.1. in quibus cau.feud.amitt. vbi Obertus de Orto ſcribens Anſelmo filio ſuo, dicit cauſas quibus beneficium amittitur, ſub aliqua certa regula, ac definitione rotunda, non poſſe compræhendi, ſicut de probationibus, in Digeſtis ſcriptum reperitur, ſic & de prædictis cauſis dicendum eſt. Vnum tamen minime prætermittendum cenſeo,nam licet quis teneat feudum à Rege, ſi tamen ratione originis non ſit ſibi ſubditus, non dicitur committere crimen læſe Maieſtatis contra ipſum Regem, & ſi perdit feudum. Ita per plura quę videre poteris, firmauit Hieronymus Gigas, in tractatu de crimine læſę Maieſtat. quæſt. lxviii. char. cxxii.

103 Quia nominauimus ſupra † crimen lęſę Maieſtatis, aduertendum eſt, tale delictum tunc committi, quando offenditur Rex,vel alius, qui Maieſtatem habeat, nec cognoſcat alium ſuperiorem, prout ſunt illi de quibus paulò ante loquuti ſumus, hoc eſt ſummus Pontifex,Imperator,& Rex,nam ſi vaſallus Baronis hoc crimen contra Regem committeret,tunc eius ſubfeudum Baroni,a quo tenet aperiretur, bona autem Burgenſatica Regio fiſco acquirentur, vt dicit And.in cap. 1. verſic.ſi vero.in 1.col.in fi.de pace tenen.& in c.1.verſ. ſi turpiter luſerit,num.xii.quibus mod.feu.amitt. Moderni Neapolitani in conſtitutione ſi quando, tamen idem eſſet dicendum

104 † de collateralibus,ipſius Regis, vt inquit tex.in d. l.quiſquis, & in d. conſtitut. humanitate, & probatur ex multis ibi per Afflic.cumulatis,num.xxxiiii.in xi.nota,vbi etiam dicit commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis illos ſceleratiſſimos interfectores Andreę de Iſernia, tempore Reginæ Ioannæ primæ, qui Andreas erat conſiliarius prædictę Reginę,vt teſtatur ipſe Afflic.in cap. 1.§.& bona committentinm,quæ ſunt regalię. per tex.in c. fœlicis, de pœnis, & in l.humanum. C. de legib. Aymon,conſi.6.nu.79.Hæc pauca obiter dixiſſe volui pro iunioribus,in crimine hoc læſæ maieſtatis:nam ſi omnia recenſere vellem,oporteret particularem ſcribere tractatum,prout ſeripſit præfatus Hierony. Gigas, in quo multa de hoc notabilia reperies,ad quem recurramus.

105 Tranſearnus modo ad ſecundum caput, quando † delicta non committuntur per feudatarium principaliter contra ipſum dominum, ſed contra alium ponit text.in capit. primo, an ille qui interf. frat. dom. ſui. de interficiente eius fratrem, ad hoc vt totam eius habeat hæreditatem. Vel hominem tradente,ita vt amplius in curia domini ſine eius dedecore ſtare non poſſit, qui priuantur beneficio, & vt dicitur in illo tex. offenſa contra dominum facta minimè fuit. Et ſimiliter de hoc ponit exemplum text.in cap.j.§.denique. quæ fuit prima cauſa benefic. amitt. in fidele grauiter delinquente, ſiue crimen quod parricidii appellatione continetur, committentę, ſuper quibus omnibus diſcutiẽdum eſt primo,cui feudum vaſalli taliter delinquentis deferatur, an domino, an deſcendentibus, vel agnatis, loquendo de feudo ex pacto & prouidentia antiquo.

Circa primum, an aperiatur domino, non oportet aliter diſputare,quia clara & aperta ſunt iura dicentia nõ ad domi-

106 num pertinere, quando † offenſa in ipſum dominum facta minime fuit, prout dicitur in d.cap.j.an ille qui interfe.fra.domi.ſui, & in d.cap.denique.quæ fuit prima cauſa benefi.amit. Firmat hoc Andreas,in prędallegatis capitulis, Aluaro.in d.§. fin.conclu.xi.& quia hæc eſt recepta opinio,& per omnes approbata,vt inquit Cur.in quinta par.principali, in iij.conclu. num.x.ideo tractemus ſecundum dubium propoſitum, nunquid feudum ex pacto & prouidẽtia antiquum, quando alius quàm dominus finit offenſus, amiſſum pertineat ad filios, & cæteros deſcendentes,vel ad agnatos,quæ res maiorem habet dubitationem.

107 Qđ tali † caſu,filij,cęteriq; deſcendentes ſuccedãt, & agnatis pferantur,fundari poſſe vr ex verbis d. c.deniq;, vbi ex verbis d.c.deniq;, vbi expreſſum eſt, feudum taliter amiſſum nõ ad dominum,ſed ad proximos pertinere,vnde illa vox proximus,intelligi poteſt de filijs,per tex.in l.filius. ff.de ſuis & legi. vbi Modeſtinus ſcribit, filiũ proximum agnatum eſſe patri, quem textũ ſemper ad hoc citat And. in variis locis,& ſignãter in c.j.num.4.an agnatus vel filius, vel alias dicemus, prę-

terea

Source : BIU Cujas

terea quis dubitat filium magis proximum patri, quam quēlibet alium agnatūm? Hoc idem determinat textus in præallegato c.j. an ille qui inter. frat. dom. sui vbi cautum est feudatarium priuari feudo, quando commisit culpam non erga dominum, & ad agnatum proximiorem pertinere qui secundum allegata paulò ante, filius dici potest, argu. §. cum filius, Institut. de hæreditatibus quæ ab intest. deferun. Hanc opinionem videtur tenuisse And. in c. 1. §. præterea, num. x. ibi, & hoc debes, dicens feudum auitum & antiquum non peruenire ad filium, quando pater crimen Maiestatis commisisset, quia tūc filius omnia perdit, & hæreditarij criminis exempla in filio metuuntur, & inferius ibi melius & æquius, subdit idem Andreas, vt filius committentis feloniam in dominum, nunquā habeat feudum, licet agnati sic, & ita deterioris conditionis in hoc erit filius, prout alias diximus in præcedenti titu. Videtur ergo sentire Andreas, tunc filium priuari feudo antiquo ex pacto & prouidentia, quando feudatarius deliquit in domi num principaliter, prout in præcedentibus alias nos firmaui. mus. Ergo si non in dominum delinquitur, non videtur filiū fore priuandum, & hoc aduertit Afflict. in c. 1. num. j. si vasal. feu. pri. Vlterius pro hac opinione facere potest ratio, nā ideo filij, & cęteri descendentes priuantur feudo, quando delictum est commissum in domini personam, vt in crimine læsę Maiestatis, propter criminis immanitatē, de qua in d. l. quisquis, quę ratio cessare debet in aliis delictis per patrem commissis. Hanc opinionem distinguendo firmauit Cynus in l. 2. C. de li be. & eorum lib. Bar. in l. eum qui. ff. de inter. & releg. Bal. in l. l. duodecim tabularum. C. de leg. hær. prout refert Cur. in v. par. vj. conclu. nu. xiii. Vbi alios citat hoc tenentes.

Alia fuit opinio Andreæ, q expressius loquutus est de hoc, in cap. 1. num. 1. in princ. si vasallus feu. pri. vbi generaliter vo-
108 luit, siue † delictum sit commissum in dominum principaliter, siue alium, vt si fratrem suum, feudatarius, vel alium tradiderit, vt sine dedecore non possit in curia domini vlterius morari, tunc feudum aperiatur agna. non autem descendentibus. Hęc opinio And. probatur in tex. cap. 1. §. si vasallus culpam. si de feu. defunc. fuer. contrauer. vbi indistinctè cauetur, vasallo committente culpam, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque eius descendentes, ad id feudum reuocabuntur. dicitur in cap. 1. si vasal. feud. pri. vbi vasalli feudum delinquentis licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aspirabit. Ecce qualiter in dictis iuribus fit mentio de vasallo delinquente, nec distinguitur si delictū fuit directè contra personam domini, vel contra alīū commissum, & tamen semper filius & descendentes priuantur, & successiuè agnatis aperitur, vt dicitur in dictis iuribus: Et ex hoc habes resolutionem alterius dubij, si huiusmodi feudum deperditum ob delictum in alium quam in dominū commissum, pertineat ad agnatos, nam ex determinatione præcedentis quæstionis si filij & descendentes priuantur, resul tat etiam huiusmodi decisio.

Hanc opinionem sequutus est Aluarotus in dicto §. denique, in xi. conclu. post Andr. ibi, & in cap. 1. an ille qui inter. frat. dom. sui. Quamuis ibi Andreas non ita clarè de descendentibus loquatur, licet dicat proximos agnatos eo casu succedere. Hoc voluit etiam Bald. in cap. 1. §. hoc quoque, col. 2. de succes. feu. Zasius in titu. ad quem feud. aper. reuer. num.
109 xcvi. & ciii. char. cxxxv. & cxxxvii. Et in hoc errauit † Cumia, in c. Si aliquem. in verbo, mortis. num. lxxvi. char. cxxxviii. vbi voluit filios & descendentes non priuari, siquidem non est recedendum ab opinione Andreę in d. c. 1. si vasallus feud. pri. Quæ confirmatur per allegata iura generaliter loquentia de vasallo delinquente, nec distinguentia cōtra quem delictum fuerit commissum: & ideo generaliter & indistincte sunt intelligen. l. de pretio. ff. de publici. in rē actio. cum vulg. Quam opinionē etiam declarauit idem And. esse veram in d. c. j. §. fin. versi. si verò non in dominum, quæ fuit prima causa bene fic. amit. ibi, nam duabus culpis. Quam opinionem sequētes, resoluemus contraria.

Respondentes, textum † in allegato. c. j. §. fin. in verbo, proximos, non esse intelligendum de filijs, sed de agnatis, & pari ratione textum in cap. 1. An ille qui inter. fra. dom. sui, ibi,
111 ad agnatum proximiorem. qui textus declarans † alium tex. in d. §. fi. probat hanc vltimam opinionem vt ver. proximos, intelligatur de agnatis, & similiter hoc declaratur per tex. in dicto cap. 1. si vasal. feu. pri. vbi filij & descendentes priuantur, prout etiam exprimitur in cap. si vasallus culpam. ideo vt iura iuribus concordentur, & euitetur contrarietas, tenendum
112 est iura prædicta loqui de proximis agnatis, & l. † filius. ff. de suis & legit. superius allegata ad probandum filium agnatū esse, non aduersatur huic conclusioni, nam & si agnatus sit quod non negatur, attamen non cogimur præcisè tenere legem loquentem de proximo fore intelligendam de filio præsertim quando per aliam declaratur, debere intelligi de proximo agnato. Prędicta intellige procedere in omnibus agnatis etiam vltra quartum gradum, non obstantibus c. si vasallus culpam, & cap. j. si vasallus feu. pri. quia ex prędecentibus apparet resolutio, ex mente Aluaroti in d. §. fin. quæ fuit prima causa benef. amitt. qui putat nullos agnatos excludi per illum tex. in verbo, proximos, & iura illa procedere de iure antiquo, quo non dabatur successio agnatorum nisi vsque ad tertium gradum, vt supra dictum fuit, per textum in cap. j. de his, qui feu. da. poss. quicquid dixerit Vldar. in titu. ad quem feud. apertum reuertatur num. ciiii. char. cxxxviii. Qui in hoc errauit vna cum Francisco Sansberio, in tractatu feudorum, par. xiii. qui putauit agnationem non durare nisi vsq; ad quartum gradum, per tex. in c. non debet. de consangui. & affinit. Ideoque crediderūt vsque ad talem gradum inesse aliquid rācoris latentisque odij, & propterea agnatos repellendos, vltra vero tertium gradum hoc abesse, ideoque tunc vocari ad successionem. Nos autem hoc non tenemus. vt alias diximus: tanto magis quia vrget textus in contrarium in d. §. fin. in verbo, proximos agnatos, & sic non vocat existentes in quarto gradu, qui hodie etiam vltra quartum succedunt de iure communi.

Non abs res existimo, tractare aliquid de iure Regni in hac materia amissionis feudi propter delicta, & primo quando
113 † committitur delictum contra Regem principaliter, habemus capitula Regni, nuper apud Tranum. char. iiii. per quod dispositum est, bona proditorum confiscari, & si capiuntur, suspenduntur omni mora prætermissa. Quamuis rei huiusmodi criminis apud Macedones vna cum eorum parentibus & propinquis occidebantur, quod Alexander Magnus mirigando, nocentes tantum ipsosque reos puniri statuit, vt refert Ioannes de Ferra. de hæred. quæ ab intest. defer. § interdi in verbo, perduel. Sed lege duodecim tabularum huius delicti noxios capiti pœna puniri statutum fuit. l. lex duodecim tabularum. ff. ad l. Iuliam Maiesta. Lege autem Longobarda. is qui contra Regis vitam, quid cogitauerit, vel consilium dederit, vitæ periculum incurrebat, bonaque eius fisco applicabantur, vt in titu. de malefic. & publi. crim. cap. 1. dictarum legum. Diuus verò Seuerus statuit bona liberis conseruari, eis autem non extātibus fisco applicari. l. eorum. ff. ad legem Iul. maiest. Quamuis deinde per l. Codicis, cuius caput, quisquis. decretum sit omnia bona fisco addici, & per prædictum c. nuper. delinquentes suspenduntur, quod hodie seruatum, nec receptum videmus, & eos receptans similiter punitur, & contra accusatum crimine læsæ Maiestatis proceditur forma ibi seruata, & similiter adest aliud capitulum, bona proditorum nostrorum. char. xvii. in quo statutum est, dominium bonorum proditorum ipso facto transferri in fiscum, etiam sine apprehensione possessionis. Qui fiscus ad ea reuendicanda cōtra quoscunque habet annos viginti a die commissi delicti, præscriptionibus nullo tempore currentibus contra fiscum in fauorem proditorum, eorumque filiorum, & descendentium, & de materia similiter habetur in cap. & si frequenter, char. v. vbi de his, qui prętendunt ius habere in bonis proditorum captis per curiam, debent id proponere infra annum & menses duos, & in cap. satis constat esse notorium. char. vi. vbi dispositum est neminem posse contrahere matrimoniū cum filiabus, & filijs proditorum, sine mandato Curiæ. Sed illud capitulum corrigitur per aliud, item statuimus, quod filiæ proditorum. char. 13. vbi filię rebellium, possunt se maritare de bonis non feudalibus sine assensu curiæ. De qua re loquitur etiam aliud cap. item statuimus quod licitum Baronibus, char. xii. de quo loquutus est Andr. in cap. imperialem. de prohib. feu. alien. per Feder. Nec non habemus aliud capitulum, cuius caput, ampliorem. char. xviii. vbi remittitur ex gratia omnibus suspectis de proditione, quæ dispositio Regni sibi locū vendicat, vel id feudis ex pacto & prouidentia nouis, vel in feudis hæreditariis, tunc etenim absque vlla difficultate in hoc delicto Maiestatis bona feudalia Regiæ curiæ applicant, exclusis & descendentibus, & agnatis, put dicemus in ti. de feu. hæreditario. in feudo aūt ex pacto & prouid. antiquo, de quo nunc tractamus ius commune attenditur, & successiue ea quæ superius dicta sunt obseruanda, quia in omnibus supra citatis capitulis Regni, habetur mentio de proditore ac proditionis delicto, nec quicquam dicitur de rebellione, siue Maiestatis lesæ crimine. ideo sciant iuniores, qđ proditor dicitur is, qui contra Principem, vel rempub. proditionem facit, vt declarat Bar. in verbo, rebellis. in extrauag. qui sint Reb Et differt proditor à rebelle, nam rebellio non cadit in non subditum Principi, sed proditio sic, vt dicit Bar. in extrauag. qui sint Rebell. in verbo, rebellando, & diximus mox in præce dentibus, & probatur ex cumulatis per Hieron. Gigantem in q. 9. char. 385. & in quæst. 7. & quæst. 1. char. 374. ad quem de hac materia recurrendum est in d. trac. crim. lesę Maiest.

Source : BIU Cujas

De iure verò cõstitutionum Regni, si quando aliquem foriudicari contigerit, in tit. de pœna foriudicatorum, char. 91. &
114 in alia † constitutione, foriudicatorum bona, de fisco succedendo foriudicatis, char. 90. habes quãdo foriudicatus habet feudum cui applicatur: Verum quia, hanc materiam putaui examinare in titu. de feudo hæreditario, vbi tractabimus de intellectu dictarum constitutionum, in quæstione illa, an cõfiscatis bonis vasalli propter simplex delictum, per quod non debebat priuari feudo, si tunc venit feudum in illa generali confiscatione, & hoc obtinebit in feudo hereditario, nam de feudo antiquo ex pacto & prouidentia nulla cadit dubitatio, vbi etiam loquemur de vasallo Baronis delinquente, prout sunt termini dictæ constitutionis, si quando, si feuda habet ab ipso Barone, an redire ad eundem debeant.

115 Hodie autem in hac † ciuitate Neapolis, statutũ est per capitulum 14. char. 56. vt bona nec Burgensatica, nec feudalia, p quodlibet delictum amittantur, præterquam læsæ Maiestatis, in primo capite, & hæresis. Quæ autem dicantur delicta lęsæ maiestatis in primo capite, habetur in d. l. quisquis, & tradit Gigas in q. 36. in fi. char. 319. nu. 5.

116 In præcedentibus, obiter aliqua tetigimus de † delictis, quę non principaliter contra dominum patrantur, sed cõtra aliũ posuimusq; exempla interficientis eius fratrem, siue alio modo parricidium committentis, siue grauiter delinquẽtis, vnde non abre puto aliqua alia de hoc recẽsere. Ideo dicamus idẽ iuris esse, si fidelis non interficeret fratrem suum, sed ipsum posuerit in carceribus, vt tradit Bal. in c. j. in fine, quæ fuit prima cau. benefi. amit. Sed Martinus de Laude ibi, in versi. Prędictis modis, in j. col. melius aduertit cõtra Bal. dicens hoc nõ esse verum, quia & si possit procedi de similibus ad similia in causis, propter quas feudum amittitur, attamen maior culpa, maiusque delictum est occidere quàm carcerare. l. aut dãnũ. §. vitam. & §. solent. ff. de pœn. Et ideo propter minoritatem rationis, non proceditur de vno ad aliud. Ego tenerem opinionem Martini tanquam æquiorem, maximè quia dictum Baldi non fundatur iuribus, & si secundum meam sententiã probetur, per tex. in d. c. j. §. Sed non est alia iustior, ibi, vel si cognouerit dominum inclusum, & eum non liberauerit, feudũ perdit. sed illud procedit respectu domini a quo feudum tenetur. id autem de quo nos loquimur procedit in fratre, contra fratrem, vnde tenẽda est prędicta opinio Martini. Et nedum priuatur feudo fidelis interficiẽs eius fratrem, verum etiam si patrem, matrem, auum, aliosque nominatos in l. j. ff. ad l. Põpeiam de parrici. vt notat idem Martinus in allegato versic. prædictis modis, in fi. quę fuit pri. cau. ben. amit.

Præterea idem dicẽdum est, si vasallus contraxerit incestas nuptias, quia similiter perdet feudum, Bal. in l. j. quęst. 91. num. 42. ff. de rerum diuis. sequuntur Aluarotus & cæteri in c. j. versi. Item si fidelis. vltima colum. quibus mod. feu. amit. Zasius in 10. par. num. 105. char. 139. ponit alium casum, quando se ipsum interficeret, sequitur Bal. in d. c. j. An ille qui interfe. frat. dom. sui. & Aluar. in c. j. §. denique, conclu. 14. quę fuit prima cau. bene. amitt. Sed in hoc est aduertendum, pro qua causa se interfecit, an propter crimen, an propter valetudinẽ, siue alias causas enumeratas in tit. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam mor. si. consci. Et incestę nuptiæ, de quibus supra, sunt intelligendæ de iure ciuili, non autem canonico, exemplum: Si duorum fratrum filij absque dispensatione summi Pontificis se cõiunxerint, & sic incestas cõtraxerint nuptias ex hoc feudum non amitterent, quia non sunt incestę de iure ciuili, nec contrahentes puniuntur. §. duorum, Institu. de nupt. vbi duorum fratrum vel sororum liberi coniungi possunt secundum ius ciuile, & ideo ad hoc vt feudum perdant contrahentes incestas nuptias, debẽt de iure ciuili esse prohibitæ. De qua materia, quia feudalia tractamus, remitto me ad tex. in l. fin. C. de incest. nup. & in l. fi. ff. de ritu nup. & ad tex. in §. j. versi. Et si talis. Instit. de nup. Quibus in iuribus declarantur, quę nuptię dicantur incestę, quæue nefarię, & quando illas contrahentes priuentur eorum bonis.

Idem dicamus, si vasallus vasalli offenderit dominum domini sui, exemplum pono pro iunioribus. Si quis Baro qui baroniam in capite a Rege teneat, concesserit alicui aliqđ subfeudum, & ipse vasallus subfeudatarius offenderit Regem, & sic dominum Baronis sui domini, si Rex requisiuerit Baronẽ vt deducat coram se suum vasallum subfeudatarium a quo fuit offensus, vt sibi de offensa satisfaciat, isque hoc facere recusauerit, priuabitur feudo, eritque casus in quo Rex primus dominus non fuit offensus ab ipso Barone principaliter, sed a suo subfeudatario. hoc probat tex. in c. Imperialem. §. insuper, versic. Illud quoque pręcipimus. de prohi. feu. alien. per Feder. Et ibi alius describitur casus, si vasallus de feudo suo aliũ vasallum habuerit, & si vasallus dominum domini sui offenderit, puta Regem, vt diximus in prędcedentibus, feudo suo priuatur, nisi offenderit eum pro seruitio alterius domini, puta Baronis, a quo teneat.

Vlterius nonnulli alium enumerãt casum, volentes, vt offensa non respiciat principaliter dominum, ex his quę traduntur per Obertum in c. j. §. in quibus etiam causis. in fi. de consue. recti feu. vbi si vasallus reddiderit testimonium contra dominum in causa criminali, feudum amittet.

Et hæc sufficiant obiter dixisse pro exemplis delictorũ principaliter non concernentium domini personam, sed in quadam consequentia. Cętera exempla vide per Do. superius per me citatos, qui quamplurimas enumerant causas, ex quibus omnibus firmatur conclusio, vt quando noxa principaliter in dominum miuimè committitur, & si secundum veriorem opinionem Andreæ filij cęteriquę descendentes feudo ex pacto & prouiden. antiquo priuentur, illud tamen agnatis aperiri non est dubitandum, prout in præcedentibus conclusum fuit. Reliquum esset tractare, si confiscatis bonis vasalli propter aliquod crimẽ, propter quod de iure feudo. minimè esset priuandus, an generali confiscatione bonorum veniat feudum prędictum. verum quia hoc dubium impertinẽter hic tractaretur, postquã loquimur de feudo ex pacto & prouid. antiquo, quod nullo pacto venit in confiscatione, propterea putaui congruentius de hoc aliqua scribere, in tit. de feudo hę reditario nouo, vbi huiusmodi materiam confiscationis bonorum, & si transeunt feuda in fiscum, vel dominum, aliqualiter tractabimus.

Is nunc offert se nobis locus, qui in ordine
117 quartus est, in quo tractandum, quando † feuda refutatione amittuntur, finiunturue, & obiter ad quem amissa redeant. Et aduertendum est, quia beneficia in hoc casu quamuis amittantur, attamen voluntate amitti siue finiri dicuntur, & citra culpam aut noxã, de quo superius disseruimus. De qua refutatione sunt iura loquentia, c. primum, de vasallo decreæta. c. j. de vasal. qui con. consti. Lothar. feu. alie. c. j. de eo qui fi. fec. agn. c. j. §. etsi libellum. de alie. feu. paterni. c. j. §. rursus. qb. mod. feu. amit. & fusius tractatur per Andream in d. §. etsi libellum. Quę refutatio duobus modis considerari potest; Primò, quando fit à vasallo domino suo; Secundò, quando fit filijs, siue cæteris descendentibus, vel agnatis, & intellige semper de refutatione feudi antiqui ex pacto & prouidentia, nã de refutatione feudi ex pacto & prouidẽtia noui, & similiter feudi hæreditarij, tractabimus locis congruis in tit. de feud. ex pacto & prouid. nouo. & in tit. de feu. hæreditario. vbi inter cætera examinabimus illud dubium, an refutatio possit fieri de feudo hæreditario. de quo multa scribit Freccia in libro 3. vigesimaquinta differentia, inter feuda ex pacto & prouii-
118 dent. & feuda hæreditaria. char. 268. Quæ † refutatio aliquando appellatur iuris cessio, quod habebat defunctus in vita, siue ræpræsentatio quædã, siue noua acquisitio fructuum feudi, siue donatio in anticipationẽ successionis. Quomodocunque ergo nominetur si fit domino, fieri non potest absque consensu descendentium, siue agnatorũ proximiorũ, etsi textus in d. c. j. de vasallo qui con. consti. Lotha. benefic. alie. videatur contrarium determinare: tamen intelligendus est vel de refutatione feudi hæreditarij vel noui, vel de ea refutatione, quę fit proximioribus etiã sine assensu domini, vt probatur
119 ibid. Refutatio † autem feudi antiqui ex pacto & prouidentia, nullo modo fieri potest ipsi domino absque consensu proximorum, vt in c. j. de alie. feu. patern. & in c. j. §. etsi clientulus, de alien. feu. Et notat Andreas in d. c. j. §. etsi libellum. nu. 7. de alien. feu. paterni, dicens refutationem alienationem esse, & non valentem alienare nequaquam posse refutare, sed tantisper valebit, dum is qui refutauit vixerit, post eius mortem agnatis, siue descendentibus reuocandi ius erit, ex regula, resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, de qua in c. j. §. tursus. quib. mod. feu. amit. & in c. j. §. si quis decesserit, versic. Titius filios, si de feu. defun. fuer. cont. & probatur in c. 1. §. hoc quoque ibi, nihilominus reuertitur ad me, de succes. feu. & in c. j. de feu. dato in vim. l. cõmis. reprob. & tradit Eguinarius in libro 3. de abalienando & amittendo beneficio. c. j. 1. col. & videtnr vera conclusio secundum traditionem Do. in c. 1. §. fin. vbi Aluarot. conclus. 37. quæ fuit pri. cau. benefic. amitt. post gl. & Bal. in c. 1. de alie. feud. paterni. facit ad hoc textus in c. j. §. sed etiam res, per quos fiat inuestit. & in c. 1. §. donare, versi. porro. qualiter. olim poter. feu. alien. & in d. c. 1. §. hoc quoq;, de succes. feu. & alias de hoc in materia alienationis differuimus, vbi oppositum tenuimus contra aliorum sententiam, in reuocatione alienationis, quod etiam in reuocatione refutationis procedere posset.

120 Differt † tamen parum refutatio, quę fit domino per vasallum à renunciatione feudi, quæ similiter eidem domino fieri solet: nam refutatio vt plurimum fit domino volenti & acceptanti, quæ, vt paulò ante diximus, non valet in præiudicium proximorum, nisi alienatore refutante viuente. Renunciatio

utem

Source : BIU Cujas

autem fieri ſolet domino inuito recuſantique, de qua renun
ciatione loquutus eſt Andreas in c.j.§ fi.poſt gl.ibi, in verbo,
ad certum ſeruitium,de cap.qui cur.vendi. num. 24.& in c.1.
§.omnes filij. nu. 7. ſi de feu. defun.fuer. cont. & in c.1. verſic.
notandum.num.25.de his qui feu.da. poſſ. & in cap. 1. verſic.
poſt refutationem.nu.4.de vaſal. qui con. conſtit. Lothar. be
neficium alienauit. & in c.imperialem. §.callidis. num.22. de
prohib.feu.alien.per Fed.& in conſtitut.Regni, errores, in tit.
de his qui debent accedere ad ordin. cleric. in verbo, in eo-
rum manibus. Et plenè Afflictus in prælud. feud. nu. 49. poſt
Bald.ibi. Iacobinus ſatis,in verbo,& vnus ex dictis, in princi.
num.1. Freccia in differentia 11. lib.3. char.260. Camerarius
in cap.imperialem,in litera M.cum ſeq.char.21.de prohi.feu.
alien.per Federicum.Ex quorum dictis colligitur, veram eſſe
121 ſententiam,† feudum poſſe renũciari per vaſallum domino
inuito,quando feudum non eſt datum gratia vtriuſque & do
mini vaſalli:ſecus ſi eſſet conceſſum ad certum & determina
tum ſeruitium,nam tunc non poſſet renunciari,ſinautem eſ.
ſet datum ad ſeruitium in determinatum,tunc poſſet fieri re-
nunciatio, hancque communem aſſerit opinionem Panor.
in c.quæ in eccleſiarum.nu.19.extra,de conſtit.Barto.in l.is cũ
quo,in 1.col.ff.de aqua plu.arcen.etſi Capytius in prædicto c.
imperia. col.199. dicat hodie in Regno cuilibet feudo ineſſe
ſeruitia, & ob hanc cauſam cenſeri conceſſum gratia vtriuſ-
que, propterea que non poſſe vaſallum feudo renunciare in
uito domino,cum obligatus ſit ad dicta ſeruitia: nam eius di-
cta poſſent procedere propter clauſulas adiectas in priuilegiis
inueſtiturarum, in quibus vaſalli promittunt dominis ſoli-
ta & conſueta ſeruitia exhibere,prout conſiderat Iaco. in ver
bo,& vnus ex dictis.num.3. vt ſaltem teneatur vaſallus ad in-
tereſſe domino,& Syluanus in trac.recog.feu.q.26.Et ideo qñ
dominus eſſet in procinctu belli, & neceſſario egeret ſeruitio
vaſalli, eo caſu dicta renunciatio non poſſet fieri tanquam
intempeſtiuè facta,vt ſcribit Bal.in d.c.que in eccleſiarum.nu
me.25.de conſtit.per tex.notabilem in l.cum fructuarius. ff.de
vſufru.Et ſimiliter hæc renunciatio quæ fit domino,quamuis
quo ad vaſallum renunciantem, prędictumque dominũ va-
leat,tamen in prędicium agnatorum,ſiue deſcendentium,
minime valebit,Iaco.in verbo, & vnus ex dictis.nu. 13. quẽ-
admodum de refutatione dictum eſt, quæ in hoc parificãtur.
Quid autem iuris ſit de refutatione, ſiue renunciatione, quæ
fit domino feudi ex pacto & prouidentia noui, & feudi hæ-
reditarij,dicemus ſuis locis.

123 Refutatio † autem alia eſt,quæ fit deſcendẽtibus ſiue agna-
tis proximioribus ſimiliter feudi antiqui ex pacto & prouidẽ
tia,& hęc ſine aſſenſu domini permiſſa eſt.ca.j. de eo,qui fin.
fec.agn.c.j.de alien.feu.pater.c.j.§.ſed & res. per quos fiat inue
ſtit.in prin. dũmodo ſemper fiat in proximum ſucceſſorem,
quia ſi fieret in vlteriorem in gradu,proximor poſſet illam re
uocare tanquam eo inuito ſiue ignorante factam,per ea quæ
tradita ſunt ſuperius, per tex.in d.c.Titius filios. & ea quę di-
cta ſunt de alienatione,procedent & in refutatione, quæ alie-
natio eſt,vt dicit And.in d.c.j. §.& ſi libellum.num.7.de alien.
feu.pater. Et quòd huiuſmodi refutatio feudi ex pacto & pro-
uidẽtia antiqui,poſſit fieri per patrem ſuis filiis abſque domi-
ni conſenſu probatur in c.1.§ quoque,de ſucceſſ.feu. & in c.j,
verſi.ſi vero,de alien.feu.glo.& And.in conſt. diuæ memorię,
in verbo, iure proprio. Alb.Brun. conſi 77.Rom.conſil.199.
3.col.Caſſan.conſi.32.And.in d.c.j.§.ſed & res, num.6. Iacob.
in verbo,& cum pacto,de non alie.num.31.De qua refutatio
ne, quę fit proximo ſucceſſuro, & eius effectu,multa ſcribit
Marinus in 25. & 26. differentia feudi hęreditarij,char.268.&
Camerarius in cap.imperialem.char.31,& 32.vbi examinat il
lud dubium,An refutatio reſeruato vſufructu valeat, de quo
etiam per Loff. conſi.3. & ex eorum dictis patet non valere
per ea,quæ ſcribit And.in e.§.& ſi libellum. ibi, cætera pacta
non valẽt.Oportet etenim vt eadem lege fiat refutatio. And.
in c.1.§.profecto.num.14.de le. Corr. Et ſimiliter prædicta re-
futatio non poteſt fieri ſub conditione ſine aſſenſu domini,
vt plene ſcribit idem Loffredus,conſi.9.

124 Quæro,an † refutatio debeat fieri cum tit.ſpeciali, ſiue do-
nationis,ſiue venditionis exprimendo nomen contractus,an
verò ſufficiat dicere,refuto ſimpliciter & generaliter.Andreas
tangit hoc dubium in d.c.1. §.& ſi libellum, num.8.de alien.
feu.pater.& ex eius dictis reſultat determinatio, vt inter con-
ſanguineos ſatis ſit,ſi dicatur fieri refutatio,nam tunc cenſebi
tur donatio, & conſequenter habebit ſpeciale nomen cõtra-
ctus nominati,nec alius titulus erit neceſſarius.De qua mate-
ria & ſi fieri poteſt in teſtamento, vide multa notabilia per
Camerarium in cap.imperialem.char.31.& 32.& per Freccią
in 26.differentia feudi hæreditarii,char.270. vbi concludit, in
feudo ex pacto & prouidentia valere refutationem abſque
ſpeciali titulo.de ea autem.quæ fit feudi hęreditarii, dicemus
in tit.de feudo hęreditario antiquo, ſupplentes cætera ad hu-
iuſmodi materiam ſpectantia.

125 Quæro,an † feudum antiquum ex pacto & prouidentia re
futatum remaneat antiquum,vel efficiatur nouum? Andreas
in c.1. de vaſal.decre.æta.1.col.in princ.videtur diſtinguere, vt
ſi refutetur,vt dominus de nouo inueſtiat aliquem, tunc erit
nouum.Idem Andreas in c.1.verſic.& licet.num.6. An agna-
tus vel filius.dicit, q ſi agnati conſentiunt filium inueſtiri tã-
quam de nouo feudo, illud non erit antiquum, ſed nouum,
ſed Afflictus in c.1.§.notandum. nu.12.de his qui feu.da.poſ.
poſt Bal.in prędud. feu.5.diuiſ.in fi.voluit feudũ antiquum re-
futatum,licet de eo nouiter refutantis filius veſtiatur, nihilo-
minus antiquum remanere, quod videtur contra dicta An-
dreæ.Nos autem pro concordia diſtinguamus, vt tunc rema-
neat antiquum, quando agnati non conſentiunt vt nouum
efficiatur,& ita procedant dicta Baldi & Afflicti. Agnatis au-
tem conſentientibus erit nouum, iuxta traditionem Andreæ
in d.c.1.an agnatus, & de hoc plura ſcribunt Præpoſitus, &
alii,in d c.1. de vaſal. decre. æta. & in c.1. in fi.de inueſt. quam
Titius accep.a Sempro.Bald.in c.1.§.inſuper, de prohib. feud.
alien.per Fred. Loffred. in conſil. vlt. nume.6.& conſil. 39. in
fine.Idem And.in c.1.verſic.aut nupta filio.num.16.quib.mo.
feu. amit. dicit remanere paternum. Tu autem iatellige ip-
ſum. quando agnati,non conſentiunt vt fiat nouum. De hac
quæſtione plenius differemus in titu.de feud. ex pact. & pro-
uiden nouo.

136 Quæro quid ſi † pater refutauit feudũ antiquum ex pacto
& prouiden.filio ſuo,& contingat filium premori, an feudũ
reuertatur ad patrem, in illoque ſuccedat? Andreas tangit
hanc difficultatem in c.1. de natura ſucceſſ. feu. num.8. & in
c.1.verſic.& filius fratris.3.colum.num.5. Imperator Loth. &
in c.1.in fi.de eo,qui fin.fec.agna.num.3.& in c.1. num.9. per
quos fiat inueſtit.& in c. num.8. de alie.feu.pater. Quibus in
locis videtur concludere Andr.patrem ſuccedere ſaltem iure
reuerſionis,& notant Aluarotus & Præpoſ.in d.c.1.de natura
ſucceſſ.feu.Tu intellige prædicta procedere, quando ſimpliciter
fieret refutatio,ſinautem fieret,vt de nouo filius inueſtire
tur agnatis conſentientibus,tunc tanquam in feudo nouo pa
ter, qui eſt de aſcendentibus,minimè ſuccederet,Iacob. in ver
bo,& vnus ex dictis num.18.Et quę dicta ſunt de patre,intelli
genda ſunt etiam de matre,vt ſcribit And.in conſtit.vt de ſuc
ceſſ.& in conſti.foriudicatorum bona.Id quod ſupereſt, circa
hoc dubium tractabitur in tit. de feu. hæreditario antiquo,
quia teneo refutationem ſortiri effectum in prędicto feudo
hæreditario.

Quero, quid ſi vaſallus tenens immediate feudum ab ali-
127 quo Barone,illud † alteri ſubinfeudauit præſuppoſita validi
tate infeudationis de iure cõmuni feudorum factæ ſine frau-
de & ſincere, an poſſit demum illud feudum ſubinfeudatum
refutare domino ſuo a quo illud tenebat in prędicium ſub-
feudatarii? & aduerte vt me intelligas,nam quæro, ſi poterit
refutare illud ius quod penes ipſum infeudantem remanſit.
Dicendum eſt q ſic, & ſi feudum ex pacto & prouidentia an-
tiquum,talis refutatio in vita ipſius ſubſiſtet, demum eo mor
tuo agnati illam reuocabunt, prout alias diximus propter re-
gulam,reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acceptoris.cap.1.§.
rurſus,qui.mo.feu.amit.c.1.§.fi.de contro.inueſti. l.lex vectiga
li.ff.de pign.de qua regula plura ſcribit Decius.in l.ſi ſocius.nu
me.6.ff.ſi certum pet.arg.nuper.extra,de donat.inter vir.& vx.
Sinautem ſubinfeudans nõ haberet nec liberos, nec agnatos,
tũc facta refutatione in dominum ſubinfeudatio reſoluitur,
vt probatur in c.1.§.& ſi clientulus.de alie.feu.iuncto tęxtu in
d.c.1.§.rurſus.quib.mod.feu.amit.

128 Quero ſubſequenter, an tali caſu quo vaſallus † ſubinfeu-
dans fecerit huiuſmodi refutationem domino,ex qua reſolu-
ta eſt ſubinfeudatio, vt per multa firmat Iacob.in verbo, &
vnus ex dictis.nu.16.poſt Bald. in c.1. de alie.feu.pater. tenea-
tur ſubinfeudato de euictione Zaſius in decima parte,in titu.
de feudi priuatione & refutatione.num.87. char.182. mouet
hanc dubitationem poſt Aluarottum in d.§.rurſus,quib.mo.
feu.amit.Quo in loco concludere videtur, ſubuaſallum ſcien
tem authorem ſuum fendum ab alio domino tenentem,con
tra eundem non agere de euictione;ſciebat enim, q reſoluto
iure datoris reſoluebatur ius acceptoris, niſi ſibi de euictione
cauiſſet,vel ignoraſſet, & quamuis Zaſius ibidem pro hac re
nihil alleget,poſſumus adhæc allegare textum in c.1. de inue-
ſtit.de re aliena fac.arg.l.ſi fundum,C.de euictio.& l.qui cum
alio.ff.de reg.iuris,& c.damnum,de regulis iu.in 6. Aduerten
dum circa hoc,nam æquior opinio videtur, vt teneatur ſub-
infeudans de euictione, ſiquidem beneficio nos non decipi,
ſed adiuuari oportet.l.in commodato.§.ſicut autẽ.ff.commo
dati. Nec enim videtur actum vt temere mutato arbitrio in
detrimentum ſubinfeudati debeat adimi feudum, eſſeque in
voluntate ſubinfeudantis per refutationem,velle præiudica-
re ſubinfeudato,qui ſi hoc futurum ſciuiſſet,feudum fortaſſe

non

Source : BIU Cujas

dum eſt. l.in fundo. ff. de rei vend. Facit & alia ratio, nam ſi ſubinfeudans minimè teneretur ſubinfeudato de euictione, ſequeretur iniquum, iniuſtum, & abſurdum, quia ſi vaſallus ſubinfeudatus primo anno præſtitiſſet maxima ſeruitia, ita vt nihil comparationis haberent cum fructibus feudi, certè iniquiſſimum foret non poſſe agere de euictione, & ad intereſſe contra ſubinfeudantem. Propter quas rationes, & etiam quia hoc voluit Aluarot. & cæteri in d. §. rurſus. propterea poſſumus dicere, vt ſubinfeudans de euictione teneatur, præſertim quia pro hac opinione vrget tex. in c. 1. in fi qualiter olim poter. feu. alie. vbi plus conceditur ſubinfeudato, qui ſecundo loco beneficium acceperat, vt ſi priori domino ſeruire vult feudum nõ amittat, prout bene ibi aduertit Martinus de Laude, dicens textum illum non eſſe correctum, & notanter ſcribit de hoc Iacob. in verbo, & vnus ex dictis. nu. 17. Sed ſi forte dominus nollet admittere ipſum, eo caſu poſſet agere de euictione, per rationes ſupra dictas, ſuadente præſertim ſumma æquitate, & quia tractamus materiam refutationis, & obiter aliqua dicta ſunt de materia infeudationis, prẽter ordinem. Ideò dimiſſa infeudatione de qua alibi tractabimus, reuertamur ad refutationem.

129 Vlterius quẽritur, an vaſallus † poſſit refutare feudum ex pacto & prouidentia antiquum in proximiorem deſcendentem ſiue agnatum, ſi prius illud ſubinfeudauerat alteri agnato remotiri in gradu? & dicerẽ quod ſic, arguẽdo a ſimili ex his quę dicta ſunt de domino, nam de natura feudi eſt poſſe refutari a vaſallo poſt infeudationem alteri factam. Quę infeudatio ſubſequuta refutatione reſoluitur, vt ſupradictũ fuit ex traditis per Iacobinum, in verbo, & vnus ex dictis vaſallis refutanit feudum. nu. 16. & notatur in c.j.§.rurſus, quib. mod. feu. amit. & in c. 1. in fine, qualiter olim feu. pot. alien. Prędicta tamen vera erunt, niſi is agnatus ſiue deſcendens proximior cui refutatio facta fuit, conſenſiſſet præcedenti ſubinfeudationi factæ longiori in gradu, quia tunc prẽcluſa eſſet via refutationi, arg. c.j. verũ. & ſi clientulus, de alie. feu. & eorum quæ notat Aluar. in c.j. in fine. ſi de inueſti. feudi fuer. contro. argu. l. penul. C. de pact.

130 Subſequenter quẽritur, an † refutatio cenſeatur realis, vel perſonãlis? Hoc dubium tangitur per And. in c.i. de eo qui fi. fe. agn. & ibi per Do. prẽſertim Affict. & ſimiliter per Curtiũ in iii. par. quæ. 13. & in iiii. par. quæſt. 31. num. 150 & per Iacobinum in verbo, & vnus ex dictis vaſallis, & per Loffredum in conſi. vlt. per Alex. conſi. 13. nu. 9. cum ſequen. vol. 5. Quib. in locis fuſius hæc res tractatur, & effectus eſt maximus, nam ſi eſt realis nocet filiis & cæteris: ſi autem eſt perſonalis, minimè. verum enim vero quia hæc in feudo ex pacto & prouidẽtia antiq impertinenter dicuntur, cum in eo renuncians minime poteſt nec deſcendentibus, nec agnatis Inuitis præiudicium afferre, ideoque congruentius de hoc diſſeremus in tit. de feu. hæreditario, in quo poteſt fieri præiudicium, per renuntiantem, ſuis legitimis ſucceſſoribus, & ibi reſoluetur quæſtio.

Ex dictis in prẽcedentibus infraſcriptæ ſumuntur concluſiones. Prima, vt feudum antiquum ex pacto & prouidentia poſſit refutari per beneficiarium etiam abſque domini conſenſu, in proximum ſucceſſurum, & talis refutatio firma ſtabiliſque erit, vt in c.j. de alie. feu. pater. in c. 1. de eo qui fin. fe. agn. cum aliis ſupra allegatis.

Secunda concluſio, refutatio facta per fidelem vlteriori agnato feudi antiqui ex pacto & prouidẽtia omiſſo proximiore, qui erat immediatè ſucceſſurus, ſiue interuenerit aſſenſus domini, ſiue non, poterit per agnatum magis proximum reuocari ad inſtar alienationis. quia refutatio alienatio eſt, vt dixit Andreas, in c.j.§. etſi libellum de alien. feu. pater. Hoc autẽ caſu an poſſit dicta refutatio in continenti in vita refutantis reuocari, vel poſt eius mortem iuxta terminos c.j.§. Titius, diximus alibi in ſuperioribus, vnde ea quę dicta ſunt de alienatione hic in refutatione dicenda ſunt, ne bis idem repetatur. Hoc ſolum eſt aduertendum ſecundum me, vt non poſſit appellari refutatio, quando proximo ſucceſſuro non ſit, quia potius alienatio cenſebitur, deficiente requiſito in refutatione prędicta.

Tertia concluſio, quando vaſallus refutauit feudum antiquum ex pacto & prouidentia ipſi domino abſque voluntate proximorum, qui in feudo ſucceſſuri erant, tunc nequaquã ſtabilis ſit refutatio, & poterit non expectata morte refutantis in eius vita per proximos retractari: quia vt concluſimus dominus extranei loco habendus eſt, in cuius perſona etiam dicerem veram refutationem minime appellari, ſed potius renuntiationem ſiue alienationem. Et ſimiliter dicta per nos in alienationis materia, hic applicari poterunt, etiam reſpectu filij qui in hoc differt ab agnatis, vt in d. §. Titius. Cuius textus intellectum ſatis in ſuperioribus explanauimus, & habetur etiam de hoc in cap. 1. §. Sed etiam res. per quos fiat inueſti. & in cap. 1. §. porro, qualiter olim feu. poter. alien. & in d. cap. 1. vbi latè Aluar. de alien. feu. pater. in 2. colum. Curtius in iiii. par. in iiii. dubitatione, nume. clxi. vbi loquitur de agnatis, & filiis, ſtatuens inter eos differentiam circa reuocationẽ alienationis, ſiue refutationis, Iacob. in verbo, & cũ pacto de non alienando. nu. 35. Gulielmus de Perno in conſi. 9. colu. 6. verſic. Bonum hic cenſeo, & in colum. 7.

Quarta & vltima concluſio, facta ſub infeudatione per vaſallum, ſi ipſemet ſubinfeudatum feudum, ſiue ius quod penes ſe remanſit domino refutauit, euaneſcit ſubinfeudatio, quæ de iure communi feudorũ fieri poterat ſincere & bona fide, vt alibi diximus, & habetur in cap. 1. qualiter olim poter. feud. alien. & in cap. j. §. ſimiliter, de l. Corradi, & in cap. j. ſed etiam res. per quos fiat inueſtit. Andreas in c.j.§. neceſſitatem. num. 2. qualiter olim poter. feu. alien. Cur. in iiii. par. verſi. aggredior primam, num. 83. cum ſequen. vbi diffusè tractat hãc materiam infeudationis, hodie autem prohibita eſt per conſtit. Regni, diuæ memoriæ, præterquam in certis caſibus, prout in prẽcedentibus dictum eſt.

131 Antequam progrediamur † vlterius, quia obiter memini mus de infeudatione, quæ hodie vt alias diximus, prohibita eſt per Regni conſtitutionem, exceptis excadentialibus, prout dicitur in d. conſtitu. diuæ memoriæ, vbi moderni. And. in cap. j. verſic. de manſo. num. xv. de contro. inueſti. tradit latè Camerarius in c. Imperialem, char. vi. in litera H. de prohibita feu. alien. per Feder. Afflic. in cap. 1. num. 33. de his, qui feu. da. poſ. Sed de iure communi feudorum vt ſupra diximus, erat permiſſa tribus concurrentibus. Primum, quod fieret ſincere, & ſine fraude: Secundum, quod fieret ei qui fuerit ſimilis conditionis, & qualitatis ad obſequendum patrono, vt inquit Bal. in auth. niſi rogati, in fi. 2. colum. C. ad Trebell. Tertium, vt fieret ſub eiſdem pactis & conditionibus, quibus infeudans tenebat, vt traditur in c. 1. §. Similiter, de l. Corra. vbi ſcribentes. & in c.j. §. ſed etiam res p quos fi. inueſt. Poteratq; etiam fieri ſine domini conſenſu, vt ſupra diximus per tex. in c. imperialem. §. callidis. de prohib. feu, alien. per Fed. vbi And. Idem And. in cap. j. §. neceſſitate. num. 2. qualiter olim poter. feud. alien. & in c.j. §. ſed etiam res. num. 3. vbi qui non poteſt alienare feudum ſine cõſenſu domini, poterit infeudare. Cur. in iiii. par. num. 83. & 85. vbi prohibitus alienare, non cenſetur prohibitus infeudare. Capycius in c. imperialem, col. clxi. & clxii. de prohib. feu. alien. per Feder. vbi etiam tractat de infeudatione Burgenſaticorum Aluar. in cap. 1. §. præterea. de cap. Corra. Guido Papa deciſ. 162. Feli. in c. quæ in eccleſiarũ. nu. 69. de conſt. vbi multa ſcribit de infeudatione. Sed ſine cõſenſu pximorũ de feu. ex pacto & ꝓuid. antiquo, minimè fieri poterat, etſi dñi adeſſet aſſenſus, ſi nautẽ fiebat de feudo hereditario, firma validaque erat prout in tit. de feu. hęred. antiquo dicemus: & quod non poterat fieri ſine conſenſu agnatorum, ſiue deſcendentium, feudi ex pacto & prouid. antiqui, ꝓbat in c. 1. de alie. feu. pater. & in c. 1. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu. in c. 1. §. Titius, ſi de feu. defun. fuer. contro. Andr. in c.j. §. j. per quos fiat inueſti. Bal. conſi. 16. in fi. lib. 1. & conſi. 265. lib. 5. cum alijs per nos in præcedentibus allegatis. Effectus autem infeudationis eſt, quia mortuo infeudante ſine legitimo ſucceſſore feudum reuertitur ad dominum, & reſoluitur ius acceptoris ſubinfeudati, vt inquit Bal. in c.j. §. rurſus. poſt Iacob. de Bellouiſo ibi, de cont. inueſt. ſequitur Feli. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt. nu. 69.

Quando feuda extra noxam, refutatione & ſic voluntatẽ amittuntur, nihil eſt quod plura dicamus, iõ

132 iam ad quintum modum, quo † feuda ſimiliter citra culpam perduntur, tranſeamus. Quod contingit defectu fidelis, eiuſq; imperfectione, tuncqne feudum caſu, ſiue fato amitti quidã voluerunt, & ſi in ſuperioribus quando refutatur, voluntate finiri explicauerimus, quando ſponte beneficiarius, vel domino, vel liberis, aut agnatis beneficium refutauerit.

Caſu aũt amittitur beneficiũ, veluti ſi fortuitu, beneficia-

133 rius mutus, † ſurdus, cæcus, claudus, vel aliter imperfectus, vel inidoneus ad faciendum officium, cuius gratia conſtitutũ ſit feudum, efficiatur, vt habetur in c. 1. an mutus, vel alias imperfectus, & in c. 1. §. mutus, Epiſc. vel Abba. Andreas ibi, & in c.j. num. 13. qui ſucceſ. tene. vbi ſcripſit, feuda non paſſim omnibus concedi, non enim fœminis, non clericis, & qui arma bellica deponunt, non mancis, non debilitatis.

Et vt iuniores facilius hos terminos intelligant, p̃ſertim qa textus in p̃allegato c. 1. an mutus, vel alias imperfectus, varios apud ſcribentes hẽt intellectus, vt factũ ſit veritatem maxima cum difficultate colligi poſſe. Ideo præmittendum eſt, dupliciter hmõi defectum, ſiue imperfectionem cõſiderari poſſe: Vno modo, qñ quis a natura mutus, ſurdus, vel cęcus reperitur: Alio modo, quando ex accidenti morbo. Et rurſus, quãdo ex ſuperuenienti infirmitate, ſimiliter duo facienda ſunt capita, quia aut tale vitium ſpe medicorum ſanari poteſt, aut non,

Source : BIU Cujas

non, prout omnia hæc colligi possunt, tum ex d. c. 1. an mutus vel alias imperfectus, tum ex traditis per Do. ibi, & in d. c. 1. §. mutus. quibus præsup positis, etiam distinguendum est, nam aut loquimur de feudo nouo, aut de feudo ex pacto & prouid. antiq. In feudo nouo, qualiter prædictæ personæ inidoneæ, imperfectæque succedant, nil dicam nunc sed reseruo in tit. de feu. nouo differendum. In feudo autem ex pacto & prouidentia antiquo, siue pater, qualiter succedāt despiciamus. & in hoc, aut agimus de retinendo feudo, aut de succedendo in illo. Si loquimur, qualiter prædicti inhabiles & imperfecti possunt feudum antiquum ex pacto & prouidentia retinere, hoc contingere potest si ipsis feuda tenētibus, ali quod vitium acciderit, per quod minimè seruire valeant, & in hoc est quæstio, si possunt feuda retinere. In quo dicendum est, quod aut talis imperfectio temporalis apud medicos iudicatur, ita vt spes sit sanari posse, prout dicitur in c. ex literis, de frigi. & malefic. tunc vera est conclusio vt possint retinere feuda antiqua in quibus successerunt, vt probatur ex traditis per Aluar. & alios in d. ca. 1. an mutus, in 3. colum. ibi, nota quod vitium imperfectionis, sequitur Zasius in par. 8. num. 68. fo. 88. in tit. de feu. success. Sinautem nec ope medicorum poterunt adiuuari, & quodammodo perpetuum vitium iudicabitur, hoc casu ego dicerem huiusmodi personas sic inhabiles ad seruiendum priuari feudis, per rationem quam assignat And. in d. c. 1. an mutus vel alius imperfectus, num. 2. Nec tunc admittitur substitutus, quia dominus ei gratiam non facit, & perditur feudum eo quod causa, propter quam datū, scilicet seruitium, reducitur ad non causam, quia seruire non possunt, & dominus non vult substitutum. Sinautem dominus vellet admittere substitutum ex gratia, hoc posset, vt dicitur in c. j. §. si minori, si de feu. defun. fue. con. & in c. 1. quemadmodū feu. ad fil. perti. cum aliis allegatis per And. in d. c. 1. nu. 1. & nu. 3. de quuo inferius aliquid etiam dicemus, & hoc ego teneo, & si Aluaro. in d. c. 1. in 3. col. versi. Nota quod vitium, dixerit vitium imperfectionis accidentale etiam perpetuum non nocere vasallo quoad successionem feu. paterni: Nam iudicio meo errauit, & errare fecit Zasium in d. par. 8. qui ipsum sequutus est, siquidem Andreas in d. ca. 2. in rationibus ibi assignatis in hoc contradicit, nisi vt supra diximus domino consentiente admittenteque substitutum. & prædicta omnia similiter ex identitate rationis procedent, quando hæ personę imperfectæ vellent succedere in feudo paterno antiquo, quia si prohibentur retinere quod est minus, vt probatur in dicto capitulo primo an mutus, in vltimo responso, multo magis in eo non succedent.

Sed si huiusmodi personę à natura essent inidoneę ad seruiendum, tunc similiter prohiberentur in feudis antiquis, nedū succedere, sed quatenus de facto in illis successissent ea retinere minime possent, per ea quæ superius mox dicta sunt, & est communis omnium traditio in d. cap. 1. an mutus, & in c. 1. §. mutus, Episco. vel Abba. hocque ex maioritate rationis corroboratur. vnde si quis beneficiarius decesserit, relicto filio a natura muto, surdo, vel cæco, & si antiquum sit feudū, attamen hic filius taliter imperfectus in eo non succedet, illudque non retinebit.

Limitantur omnia prædicta, primo vt non procedāt quā-
135 do † dominus ex certa scientia faceret sibi gratiam admittendo substitutum, ad seruiendum in illo seruitio, pro quo feudum datum erat, vt dicit Andr. in d. c. 1. & nos paulo ante diximus. Quia tunc tractatur solum de præiudicio ipsius domini, cui exhibendum est seruitium: non autem agnatorum, qui viuente muto, vel surdo nullum ius in feudo prętendere possunt. arg. eorū, quæ dicuntur, in c. 1. de feu. dato in vim leg. cōmis. in fi. & in cap 1. §. rursus, quibus mod. feu. amit. & in c. j. §. Titius, si de feu. defun. fuer. contro. cum alijs similibus, & tradit And. in c. 1 nu. 8. si vasal. feu. priuet.

136 Limitantur secundo, nō procedere in † fendo, pro quo solui tur annuus cēsus, nec debet exhiberi personale seruitium, nam in eo similiter huiusmodi personæ etsi inhabiles sint, succedent, vt inquit Bal. in verbo, libellarie, in titu. de pa. Constan. Sequitur Curt. in 3. par. num. 8. qui plura allegat, Sylua. consi. 3. num. 60. Alex. consi. x. vol. 5. & mihi videtur vera limitatio a ratione cessante, arg. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu. pat. c. cum cessante, de appella. cum vulgaribus.

137 Limitantur tertio, non procedere in eo † muto siue surdo, qui aliqualiter loquitur, vel audit, vel tarde loquitur, nam hi succedunt, vt colligitur ex textu d. c. j. §. mutus. ibi qui nullo modo loquitur, argum. l. in omnibus causis. ff. de reg. iuris. Reassumendo breuiter omnia supradicta, concludamus, mutū, vel alias imperfectum a natura, siue ex superuenienti morbo qui ope medicorum sanari non possit, feuda minime retinere, nec in illis succedere, sinautem vitium siue morbus superueniens accidentaliter non sit perpetuus sed sanabilis, tunc & retinebunt, & succedent.

Sed quęritur, quando à natura, siue perpetuo vitio imper-
138 fecti sunt, & † feuda amittunt, cui aperiantur, domino, vel descendētibus, vel agnatis? Et quia tractamus de feudis ex pacto & prouidentia antiq. ideò non est hęsitandum, non ad dominum, sed ad filios extantes, vel ad agnatos deuolui, vt tradit Aluaro. & eius dictum communiter approbatum in cap. 1. §. fi. xxiii. cōclu. quæ fuit prima cau. ben. amit. & si tex. in d. c. j. §. mutus, aduersari videatur, dum ad dominum reuerti dicit, quia in feudo nouo procedit, vt dicemus in tit. de feudo nouo. vbi de ipsius tex. intellectu, & similiter c. j. an mutus, vel alius imperfe. Hac tamen accedente declaratione, vt quando feudum paternum amittitur propter vitium a natura, vel ex aliquo accidenti perpetuo, si vasallus sine dicto feudo se ipsum alere non posset, tunc tantum ab accipiente feudum sibi relinquendum est, quantum ad sua alimenta sufficeret, vt colligitur ex tex. d. c. j. §. mutus, Episco. vel Abba. & tradit Camera. in c. imperialem, in litera G. de prohi. feu. alien. per Feder. char. 21. post And. in d. §. mutus, quia per legem excluditur à successione, & pietatis causa, si non habet vnde viuat, victum ei ex feudo concedendum volunt.

Amittitus etiam feudum defe-

ctu, nedum quando quis est mutus, surdus, cęcus, claudus, vel alias imperfectus, vel quia sit mancus, vel debilitatus, secundum And. quem citauimus supra in c. 1. qui success. tene. nu.
136 13. verum etiam quando quis † efficitur clericus, siue alias religiosus, vel conuersus, vt. in c. j. de vasal. mil. qui ar. belli. deposu. c. j. §. si quis per triginta, versi. qui clericus, si de feu. defun. fuer. contro. c. j. an mutus vel alias imperfectus, c. j. de feu. fem. scribit Andr. cunctis in dictis locis, & in c. j. num. 6. si vasal. feu. pri. & in c. j. num. 13. qui success. tene. & in c. j. versi. secundum, de cler. qui in test. fec. per rationem adscriptam in d. c. j. de vasal. mil. qui ar. bell. depos. quia desijt esse miles seculi, qui factus est miles Christi, nec beneficium pertinet ad eum qui officium gerere non debet. Alia ratio sumitur ex tex. c. ex multa. §. de clericis, extra de voto. vbi scribitur, clericatus officium reddere clericos inhabiles ad pugnandum, iuxta illud, Nemo militās Deo negociis secularibus se implicet c. j. in fi. extra, ne clerici vel mona. Alia est ratio, nam clericus facto suo dicitur factus perpetuo inhabilis ad seruiendum, nec non ad iurandū ea, quę continentur in sacramento fidelitatis, de quibus in tit. de forma fidel. & de noua for. fidel. omnia enim expressa ibi, cēsentur clericis interdicta. Vnde cum non possint illa adimplere, deneganda est feudi inuestitura. c. j. §. nulla. per quos fiat inuestit. de quo dicemus in tit. de feu. cum fidel. Quę omnia recte procedent in clericis, siue aliis religiosis cōstitutis, illisque qui professionem taliter fecerunt, vt omninò clerici & religiosi remanere debent, iuxta tex. in c. porrectum extra de regula. & in c. j. de voto. lib. 6. declarat Aluar in c. j. versi. qui clericus. 1. col. in prin. si de feu. defun. fuer. contro. vbi Bald. late Iacobin. in verbo, & quibuscunq; 2. col. in fi. & in prin. 3. Et hæc est receptior opinio, autumnent quicquid velint, quamplures relati per Curt. in 4. parte principali, parte 2. nu. 13. & per Iac. in d. verbo, & quibuscunque, in vltima colum. qui putauerūt clericos aliosque religiosos in feudis successibiles, & seruire posse per substitutum, qui errauerunt in hoc secundum meā sententiam, & contraria opinio Andr. & aliorum ibi p Curt. & Iacob. relatorum est verior, & secundum eam iudicatum vidimus, & probatur per iura, & rationes supra adductas, quā tenuit Bald. consil. 23. ad euidentiam. j. vol. Brunus consil. 16. & 17. Anton. Rub. consil. 80. Curt. in d. 3. parte. vbi demum resident cum hac opinione: Alexand. consi. 10. vol. 5. hanc opinionem veram asserit, quando seruitium per substitutum explicari non potest, prout etiā affirmat Iac. in loco. prędicto.

149 Sed quæro, an † clerici in minoribus tantum ordinibus cō stituti, siue alij religiosi qui minimè professionem in religione fecerunt, possint succedere in feudis antiquis ex pacto & prouid. eaq; retinere? In hoc reperio tres opiniones principales. Prima opinio omnium, quos refert Curt. in d. 3. par. in versic. expedita. num. 13. & similiter Iacobinus in d. verbo & quibuscunque. num. 3. volentium nedum huiusmodi personas in minoribus ordinibus constitutas posse in feudis succedere & illa tenere, verùm etiam omnes alios clericos, & religiosos professos & in sacris ordinibus existentes, ea ratione quia per substitutum seruitia facere possent. Quæ opinio, vt satis mox dictum fuit, non est recepta, tum propter iura superius citata hoc prohibentia, tum ob multas assignatas rationes, ideo sic indistintè falsum est tenere omnes clericos, & religiosos posse succedere.

Alia & secunda fuit opinio aliorum volentium, huiusmodi clericos cōuersos & religiosos, qui minimè sacros ordines acceperunt, nec solenniter votum vel professionem in religione fecerunt, non esse successibiles in feudis prædictis, quēadmodum de alijs clericis, & religiosis professis dictum fuit.

Et hu-

Source : BIU Cujas

Et huiusmodi opinionis fuit glo. in cap. 1. versi. naturales, in verbo, legitimi, si de feu. defunc. fuer. contro. vbi dixit glosſ. clericum minimè posſe succedere in feudum, licèt clericus esſe desinat. ex quo patet, eam loqui de clerico minimè in sacris ordinibus constituto, sed de eo qui clericatum dimittere potest. Hoc etiam voluit Iacobus de Bellouiso in c. si quis per triginta, versi. qui clericus, si de feu. defun. fuer. contro. ibi, licèt habitum postea deposuerit. qui pro hoc allegat tex. in c. j. de feu. fœm. Et hoc etiam videtur voluisſe And. in d. versi. qui clericus. num. 4. & 5. & Bald. ibidem, in 1. col. dixit, clericū qui non obtinuit beneficium, posſe succedere in feudo, quia non censetur miles Dei, quamuis fecerit præparatoria: Nam professio videtur necessaria ad hoc vt feudum perdatur, quę professio qualiter fiat, tradit text. in d. c. porrectum, & in d. c. 1. de voto, & constitutus in minoribus nondum verè clericus est, cum de facili ad seculum pœnitendo habitumque dimittendo redire possit. c. hi qui post sanctam. 50. distin. & ibi notat glo. Hanc eandem opinionem videtur tenuisſe Aluar. in c. 1. 3. col. de vasa. mil. qui ar. bel. depo. dum ibi intelligit glosam loqui de eo, qui iam professionem fecerat, nam si nunc habitum dimiserit nullo pacto feudum retinebit, quia censetur apostata & successiuè infamis, & quondammodo hęreticus. c. excommunicamus. extra, de hęreti. nec posſet stare in curia domini sine dedecore, c. 1. an ille qui inter. fra. dom. sui.

Tertia & vltima fuit opinio eiusdem Iacobi de Bellouiso, in c. 1. versi. quęritur, de feu. fœmi. vbi equiorem opinionem & de consuetudine seruandam putauit, clericum posſe in feudo succedere, eoque minimè priuandum, si postposuit habitum. Quam opinionem tenuit etiam And. in d. cap. 1. de feu. fœm. num. 4. cum declaratione tamen, vt si ipse clericus post motam controuersiam de feudo. per agnatos vel alios repertus est dimisisſe habitum clericalem, reintegra posſit tunc succedere, secùs autem si reperitur clericus etiam in minoribus tempore quo moritur, pater vel alius; quia cum ius semel alteri sit quęsitum, etiam dimisſo habitu clericali nō succedet, & hoc etiam videtur de mente And. licèt non sic exprimat, in d. versi. qui clericus, num. 4. & 5. & hoc etiam sequutus est Capycius in c. imperialem, col. 259. de prohi. feu. alie. p Feder. & in decisſo. 115. num. 11. & hanc opinionem receptam vidimus, vnde ab ea non est recedendum. Nec obstat tex. qui videtur aduersari in d. c. 1. de feu. fœm. prohibente clericum in beneficium patei num debere succedere, etiã si postea quam habitum religionis assumpserit post posuerit, nam procedet in eo clerico, qui taliter ordines sacros habitumque accepit, vt nullo modo illos absque apostasię pœna dimittere possit, per ea quę superius dicta sunt, & ita intelligetur Bal. in d. c. si quis per triginta, versi. qui clericus, & similiter aliorum dicta tenentium indistinctè clericum in minoribus constitutum à feudi successione repelli.

141 Ex his infertur ad aliud, si milites † qui portant crucem in pectore, siue milites Hierosolymitani, possunt in feudis succedere, & illa tenere. Nā in hoc ante omnia standum est eorum ordinationibus, priuilegiis, & stabilimētis, vt habetur ex Do. in cap. j. de mil. vasal. qui ar. belli. depo. Quibus deficientibus, Bal. consi. 33. in 1. vol. putauit de iuris rigore non posſe succedere, quem sequutus est Bru. cons. xvii. Et ego in ea etiam sum sententia ex identitate rationis, quia clericis assimilantur huiusmodi personæ, de quo satis loquutus est Barba. in rubr. de feu. & scribit Cur. in 2. par. 3. partis, nu. 29.

142 Infertur etiam ad aliud, quid dicendum † de monachis, & Episcopis, an similiter succedent in feudis in quibus idem iuris esſe censeo per supra allegata, & tradit Capy. decisio. x. &
143 cxv. Afflic. decisio. cccxx. Et idem dicas de † Monacha, vt scribit Capyc. in d. decis. cxv. vbi multa de moniaiibus ordinis sancti Francisci, sanctæ Claræ, sanctique Hieronymi, Curtius in 2. par. 3. par. nn. 26. Syluanus consi. 3. nu. 60. vbi loquitur de monacho sancti Benedicti. Alex. consi. x. vol. 5. Et nos de hoc tractabimus in tit. de feu. Ecclesiastico.

Limitantur prædicta, quæ de clericis, aliisque ecclesiasti-
144 cis personis dicta sunt, non procedere si esſet † consuetudo vt possent seruire domino feudi per substitutum, quia valeret, tuncque succedere possent, & pro seruitio faciendo aliū idoneum substituere, vt tradit Bartholomæus de Cassaneo in verbis, exceptis les religiosi. §. y. in x. limitatione, nam alias circumscripta consuetudine prædicta, quando feudum requirit militare, & seculare seruitium, tunc illud fieri non potest per substitutum, per tex. in cap. 1. de vasal. mil. qui arma belli. depo. & Doct. notant in cap. in præsentia. de probat. Sequitur præfatus Bartholomæus de Cassaneo in d §. 5. qui plura cumulat pro hac opinione, etsi aliqui in d. cap. j. de vasal. mil. qui arma belli. depo. & in d. cap. in præsentia, contrarium tenuerint, quia verior opinio est contraria, & magis obseruata, & allegata per ipsos leuia sunt, quibus respondere mihi minime necessarium visum fuit, nisi vnico tantum fundamento, quod fit de textu cap. j. §. firmiter, de prohib. feu. alien. per Feder. vbi in publica expeditione vocatus a domino suo, si non venerit, per alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, feudo priuatur, in quo textu concedi videtur, seruitium fieri per substitutum. Nam respondere possumus, dicta in illo textu procedere, quando vasallus de per se habilis idoneusque erat ad seruiendum, nimirum si sibi conceditur facultas mittendi substitutum, prout colligi potest ex traditis in cap. 1. versic. si minori, si de feu. defun. fuer. contro. Secus vero in clericis aliisue religiosis, qui prohibiti sunt arma bellica exercere, nec spes vlla est, vt habiles de cætero fiant, vt dicitur in capitulo primo in fine, an mutus vel alias imperfectus, vbi huiusmodi personæ ecclesiasticæ mutis & surdis a natura æquiparantur, qui nec etiam per substitutum seruient.

Concludendum est igitur non extante consuetudine in contrarium, veriorem esſe opinionem, clericos in sacris constitutos, aliosque religiosos minimè seruire posſe per substitutum. Et aduertant iuniores, ne decipiantur super intelligentia terminorum, siquidem multa sunt iura feudalia permittentia clericos, religiosasque personas posſe feuda tenere, vt dicitur in titu. Episcopum vel Abbatem. & in titu. de clerico qui inuestituram fecit, & in cap. j. qui successſ. tene. & in cap. 1. §. fin. de cap. Corra. & in aliis iuribus. Quæ omnia intelligenda sunt vel procedere in feudis ecclesiasticis, quæ ab ecclesia dependent, de quibus dicetur latius proprio titulo de feu. ecclesiastico, vel de feu. temporalibus, quæ ab ecclesiasticis personis permissu domini possidentur: si quidem vt alibi diximus, dominus ex certa scientia potest permittere sua feuda per religiosos teneri, illosque admittere ad seruiendum per substitutum. Censetur enim tacitè conuentum inter dantem & accipientem concessionis tempore, vt seruitium per substitutum fiat, ob qualitatem, conditionemque personarum, quibus concessum fuit beneficium, vt traditur in capit. primo, in princ. de feu. fœmi. Felinus in d. cap. in prę sentia. nume. 46. de proba.

Secundo limita superius dicta non procedere, quando pro
145 † feudo tale esſet seruitium exhibendum, quod clerici siue monachi aliæue personę religiosæ possent per se facere & expedire, veluti si dominus concesſerit feudum alicui seculari, vt certis temporibus anni daret aliquid pauperibus, vel curaret missas aliquas in dies celebrari facere, vel huic simile. Hoc casu si vasallus fieret clericus, vel religiosus, per hoc non amitteret feudum, quia per se posſet & eleemosynam facere & missas celebrare: recte ergo & per substitutum hoc similiter facere posſet, arg. d. versi. si minori, cum §. sequen. si de feu. defun. fuer. contr. & probatur in d. cap. j. §. firmiter, de prohib. feu. alien. per Feder.

145 In prędicto casu, quando † feudū amittitur propter assumptum clericatum, siue alium ecclesiasticum ordinem, si est ex pacto & prouiden. antiquum filij in eo succedent, quibus non extantibus proximior agnatus excluso domino admitti tur, vt est communis omnium traditio relata per Aluaro. in cap. j. §. fin. conclu. xxiii. quę fuit prima causa benefic. amit. & in c. j. an mutus vel alias imperfectus. de feu. autē nouo, quid iuris sit, dicemus in tit. de feu. ex pacto & prouiden. nouo. & in tit. de feu. hæreditario nouo.

Sextus modus occurrit secundū

147 ordinem, quo † amittuntur feuda præscriptione, & quia res est non parui momenti, ideo sciendum est subscripta feudalia iura reperiri, apud suæ præscriptionis feudorum habetur mentio. Ex primo textus in cap. si quis per triginta, si de feud. defunc. fuer. contr. tex. in c. j. de consuetu. recti feu. tex. in c. 1. si de inuesti. inter dom. & vasal. lis oriatur, tex. in c. j. §. porro, qua liter olim poter. feu. alien. & in c. j. §. Titius, si de feu. defun. fuc. contro. in tex. in c. j. §. præterea, de cap. Corra. & text. in cap. j. §. quid ergo de inuesti. de re alien. fac. tex. in c. imperialem, de prohib. feu. alien. per Fede. per quem omnis præscriptio in feudis sublata est. quod qualiter procedat intelligendumque sit, explicabimus congruentius in tit. de feu. præscrip. ibique videbimus si prædictum capitulum, si quis per trigiuta, sit hodie correctum. Quia ego teneo nequaquam esſe correctum, ex quo cap. imperialem, illam prę scriptionem sustulit, quæ sup solo temporis cursu fundata erat: sed cap. si quis per triginta, nedum ex tempore, verum etiam ex prę stationc seruitiorum iuuatur, ex quibus simul præsumpta resultat inuestitura, quæ tutum reddit beneficiarium, vt per And. in d. cap. si quis per triginta, & in cap. j. §. præterea ducatus, de prohib. feu. alie. per Fede. num. 50. & 51. & in d. §. quid ergo. num. 8. nec textus in d. cap. j. in fi. si de inuestit. inter dom. vasall. lis ori. & tex. in d. c. j. de consuet. recti feu. erunt correcti, quia similiter non fundantur in sola prę scriptione temporis, sed etiam in scienria domini & iuramento vasalli, ex quibus erit securus, vt tradit Afflic.

decis.

Source : BIU Cujas

decis.324.& 398. Et ex prædictis infertur, quòd poterit præscri bi assensus contra dominum,& similiter si quis possideret feu dum cum assensu vero, vel præsumpro, posset præscribere contra verum dominum illud sua negligenria, suaque incu ria,non petentem.De quibus omnibus dicemus alibi in d.tit. de feu. præscrip. Hæc autem pauca volui duntaxat dixisse, ad demonstrandum qualiter feuda præscriptione similiter per duntur: materiam autem ipsius præscriptionis, in d. titu. de feu.præscrip.examinabimus.

148 Superest modo, vt vltimo loco videamus, † quando feu da perduntur morte naturali feudatarij. & in feudo anti quo ex pacto & prouid.si filij siue cæteri legitimi descenden tes supersint, ipsorum prima est causa, vt diximus in præce dentibus huius tituli, & tradit And. in c. 1. §. hoc quoque.de his,qui feu. da.poss. in prin. & in c.1.de gradi. succes. in feu. & in cęteris locis, suprà per nos citatis. Sin autem nulli super sint descendentes, eo casu feudum antiquum, ad proximio res agnatos, legitimos collaterales, deuoluitur, dummodo à primo acquirente, & sic à stipite eiusdem agnationis descen dant, vt in d.c.1.versic.quod ita intelligendū,de succes.fratrū. And.in d.c.j.§.hoc quoque.num.23. Quibus omnibus deficiē tibus, domino feudum aperiretur, qui vltimus in hoc casu successor diceretur,prout similiter aliàs diximus in præceden tibus. Ideò ibi dicta,non sunt hic repetenda.

149 Quęro,an † pater possit prælegare vni filiorum totum feu dum ex pacto & proui,antiqnum, siue maiorem eius par tem, quando viuitur iure Longobardorum? si feudum est hęreditarium, & viuitur secundum ius Longobardorum, tractandum erit in tit.de feu.iuris Longobardorum.Sed quia quęrimus de feudo ex pacto & prouideu. ideò ego dicerem, quòd nō possit pater totum feudum vni filiorum prælegare, prout colligitur ex cumulatis per Cur. in 4.par. num.131. vbi concludit hoc esse verum in feudo ex pacto & prouid. secùs autem in feudo hęreditario,vt tradit Andr. in c.j. in princ. de succes.feu.De veritate tamen, quando feudū est hęreditariū, & viuitur iure Longobardorum,dicemus in d. tit.de feu.iuris Longobar. & similiter,quando feudum est hęreditarium, & viuitur iure Francorum,dicemus in tit. de feu. iuris Francorū.

Quęro pro complemento huius rituli, quid si pater habēs
150 † feudum antiquum ex pacto & prouiden. decesserit relicto primogenito rebelle, ob cuius rebellionem filius secundo genitus accepit feudum, & demùm Princeps remiserit erimē primogenito, qui dictum feudum à manibus secundogeniti recuperauit,an dicatur nouum,vel remaneat prout erat anti quum? Dicendum est, ꝙ remanet antiquum,vt tradit Andr. in c.j.versi.prętera,in v.col.in princi.num.14. quę fuit prima causa benefic.amit.distinguendo vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Omnes loci,in quibus Isernia loquitur de feudo nouo.*
2 *Feudum nouum,quid dicatur.*
3 *Feudum nouum dicitur illud,quod erat antiquum, & per Regem iterum sub nouis pactis concessum.*
4 *Nouum feudum dici potest illud, quod nemo parentum vel maiorum tenuit.*
5 *Feudum nouum dicitur illud, quod consentientibus agnatis de nouo alicui fuit concessum.*
6 *Nouum feudum dici potest id,quod quis acquisiuit,non ex successione.*
7 *Intellectus verborum Andreæ in consti.Regni,vt de successionibus.*
8 *Nouum feudum dicitur illud, quod curiæ per delictum deuolutum & in corporatum,si iterum de nouo concedatur.*
9 *Nouum feudum non quæritur successione,sed inuestitura tantum.*
10 *Descendentes solum regulariter in feudo nouo succedunt.*
11 *Pares curiæ admittuntur, ad probandum nouam inuestituram noui feudi.*
12 *Pares curię, qui dicantur.*
13 *Pares curiæ,an possint allegari suspecti.*
14 *Pares curiæ non interueniunt nisi in causis arduis,& læsæ Maiestatis.*
15 *Minor non potest facere nouam inuestituram,sine authoritate suorum administratorum.*
16 *Pater an possit cum assensu Regio alienare feudum ex pacto & prouiden tia nouum, in præiudicium suorum filiorum? disputatur plenissime articulus.*
17 *Feudum nouum concessum Titio, & filiis nominatis propriis nominibus, non potest in ipsorum prciudicium alienari, etiam accedente domini assensu.*
18 *Inuentarii confectio quemadmodum non prodest successoribus in feudo hæreditario,ita etiam non prodest in feudo ex pacto & prouidentia nouo.*
19 *Successor in quolibet feudo debet esse hæres primi acquirentis, non autem vltimi morientis.*
20 *Feudum antiquum hæreditarium si fuerit venditum simpliciter, vel cum pacto de retrouendendo, si illud postea fuerit reemptum, an censeatur nouum?*
21 *Nouum feudum ex pacto & prouidentiv alienatum sine domini consensu, ad dominum redit,exclusis descendentibus.*
22 *Noua feuda ex pacto & prouidentia amissa propter contemptum domini,ipsi domino aperiuntur.*
23 *Feudum nouum ex pacto & prouidentia amissum propter delictum,domi no aperitur.*
24 *Dominus,qui fuit causa ut a vasallo offenderetur,non succedit in feudo ex pacto & prouidentia nouo.*
25 *Dominus si consenserit,vt sibi a vasallo fieret offensa, uel iniuria,non succe dit in feudo ex pacto & prouidentia nouo ipsius vasalli.*
26 *Nouum feudum ex pacto & prouidentia concessum duobus insolidum,vno delinquente,non succedit ei dominus.*
27 *Nouum feudum concessum alicui ex eo quia dominum a morte liberauit, delinquente feudatario,dominus non succedit.*
28 *Vasallus a domino prouocatus,si ipsum offendat non priuatur feudo ex pa cto & prouidentia nouo.*
29 *Nouum feudum concessum Ecclesiæ vel Vniuersitati, delinquente ipsius administratore,uel prelato,dominus succedit in feudo,eo viuēte tantū.*
30 *Refutatio feudi ex pacto & prouidentia noui, fieri potest domino etiam in præiudicium successorum.*
31 *Refutatio feudi ex pacto & prouid.noui, fieri potest proximis successuris etiam sine domini assensu.*
32 *Refutatio feudi ex pacto & prouiden. noui non potest fieri vlterioribus in gradu, sine domini assensu.*
33 *Feudum nouum refutatum per patrem filio,an in persona ipsius filii simiiter nouum sit.*
34 *Nouum feudum amissum propter defectum,siue inhabilitatem,domino,& non filiis,aperitur,& est noua opinio circa hoc.*
35 *Nouum feudum amißum propter assumptum clericatum domino, non filiis, acquiritur,& nu.36.*
37 *Feuda noua finita morte,aperiuntur filiis, & cæteris descendentibus, non autem agnatis.*
38 *Filii legitimi & naturales in potestate patris,succedunt in feudis.*
39 *Filii emancipati an succedant in feudis, quòd sic,vbique sit ratio.*
40 *Filii exhæredati,in quo feudo succedant.*
41 *Filii præteriti,quando in feudis succedunt.*
42 *Filii hermaphroditi in feudis succedunt.*
43 *Filii eunuchi succedunt in feudis.*
44 *Filius extractus de vtero matris mortuæ,succedit in feudis.*
45 *Filii naturales legitimati ad feuda,in illis succedunt.*
46 *Legitimati per oblationem curiæ ad bona feudalia, succedunt in illis, & declaratur quomodo procedat.*
46 *Legitimati per Principem in specie ad bona feudalia,succedunt in illis, & qualiter hoc intelligatur.*
48 *Legitimati per subsequens matrimonium,quomodo succedant in feudalib.*
49 *Princeps an possit legitimare naturalem filium ad bona feudalia, absque eo quòd vocetur pater ipsius naturalis filii.*
50 *Filii putatiui in feudis succedunt.*
51 *Filii adoptiui & arrogati,in feudalibus non succedunt, nisi ad hoc expres se fuerint adoptati.*
52 *Filii adoptiui uel arrogati tunc succedunt,quando per pactum cum concedente,hoc fuit firmatum.*
53 *Filii adoptiui succedunt in feudo fœmineo,quando per auum fuerunt adoptati,& declaratur ibi quomodo hoc intelligitur.*
54 *Filii adoptati ante acquisitionem feudi, succedunt ex certa scientia concedentis expressa,non autem tacita.*
55 *Filii adoptati succedunt in feudis,extante consuetudine de hoc.*
56 *Filii adoptati,qui per prius fuerunt emancipati, succedunt in feudalibus, & noua opinio circa hoc.*

TITVLVS III.

1 COnsequenter tractan- dum est de feudo † ex pacto & prouidētia nouo, postquàm visum est de veteri, siue paterno, de quo feudo nouo Andreas scri psit in c.1. §.his verò,in fi. de gradi. succes. in feu. c.1.de duo. fra.de no. benefic, inue stit.c.1.de vasal.decrep. ætat.in princip. c.1. versic.item placet. nu.2. de inuestit.in mari.fac.c.1. de mil. vas.qui ar. bell.depos. c.1.§.huius autem generis.num.9.in quibus caus. feud.amitt. c.1.versic.est & alia,in princip.quæ sit prima cau. bene.amitt. c.prætera si vasallus.eod.tit.num.10.& 16. ibi,Hoc vltimum de filio.c.1. §.denique.num.50.& in versic.sequen. Si verò nō in dominum.& in versic.si vasallus. nume.3. eodem tit. quæ fuit pri.cau.amitt.c.1.in princip.si de feu.defun.fuerit contro uer.& in versic. vnde sine scrupulo. & in c. si minori. & in c. si Titius. versic. quid si Titius. in fine.& in versic. quid si con sentit, in fi. & in c. si vasallus culpam, in versic.si vasallus.nu. 3. in fin.& in ca.si vasallus de feudo, num.9. & in cap.Titius, eodem ti.& in c.1.colum.2.in verbo,quærit glosa, hic finitur lex.c.1.si vasallus feu.priue.in princip.& in versic.nisi.num.4. c.1.an mutus.vel alias imperfectus. c.1.de vasal. qui cū consti- tut.Lo-

Source : BIU Cujas

rut.Lothar. c.i.in j.colum.de alie.feu. paterni.& in §.etsi libellum,eodem tit.c.j.colum.2.in princip. de capi.Corra. c.j.de eo qui fin. fecer.agna. c. j. de natura succes. feu. c.j.versicu. filiu, de capita. qui cur. vendi. cap.imperialem. colum.7. nume.16. & in versic reuertatur,de prohib.feu.alie.per Fed.& in versic. redeat,num.29.& in §.firmiter,in princip.ibi,& cum dicat.c.j. versic. & quia vidimus,ibi satis bene, de his qui feu. dare poss. c.j.versi.aut nupta filio.num.16.quibus mod.feu. amit.& in §. rursus,in princip.& num.26.in fi.eod. tit.c.mutus,Episcopum vel Abbatem. versi.in alio vero feudo, de succes.feu.c.1.vers. hoc intelligendum, qui succes.tene.c.j.versi. similiter,nu.6.de feu.mar.c.i.in fin.an maritus succedat vxori.c.j. vers.filius fratris.nu.5.in fi.Imper.Lothar.c.fi.de feu.sine cul.non amit.& in c.sancimus,colum.2.quo temp.mil.&in c.sancimus.2.in fi.eo. tit.c.j.§.sed etiam res,nu.11.per quos fiat inuest.c.1. §. quid ergo,de inuest.de re alie.fac.Sed aduerte in omnibus supra dictis locis,Andr.promiscue loquitur de feud.ex pac. & prouid. nouo,vel hæred.nouo. Nos autem ipsum citauimus ad demonstrandum loca omnia,in quibus de nouo feudo loquitur, siue sit nouum ex pacto & prouiden. siue sit nouum hæreditarium. Et similiter de hoc feudo nouo apud Ortensium inuenies,in c.j.in §.fin.de feu.Marchię.c.j.§.fi. per quos fiat inuesti. c.j.de fra.de no.ben.inue.c.j.de vasal.decre.æta.c.j. de duo. frat. a Capi.inuest.c.j.si de feu.defun.con.sit inter domi.& agn. c.j. an agnatus vel filius. cap.j. de eo qui fin. fe. agn. Et ex scriptis Ortensij,dictisque Andreæ,superioribus in locis, scire possumus quod dicatur† feudum nouum. Nam dicitur illud, quod de nouo,primo quęsitum est,vt dicit tex.in capi.j. ibi nouam inuestituram dico,qui testes sunt necessa. ad no.inuest.probā. Et idem colligitur ex tex.c.j.ibi,si enim Titij auus, de succes. fra.vel gra.succes.in feud.prout scribit Andr.ibi,in vers.his vero.nume.4. Aluarot in prelu.feud. in 6.diuis. Bald. & Iasibid. in 3.Iacobi.in verbo,in feud.diuis.3.Curt. in j.par.q.8.num 6. Iaco.de Ardizo in summa feudorum.in princi.primæ colum. Ioannes Raynaldus in c.imperial.in princip. num. 14.char. 5. Martinus de Laude in c.1.in princip.in 3.diuis. de his, qui feu. da.pos.Et ideo nouum dicitur, quia nouiter incipit in personam ipsius primi acquirentis illud sua opera, & industria vel ex munificentia Principis,vel titu. emptionis,vel alio modo etiam tradit Pernus in consil.12.in princip. & probatur in c.j. versi.cæteri,quis dic.dux.

3 Feudum† nouum dicitur id,quod erat vetus, & ob aliquā causam curiæ deuolutum, & in eo appositis nouis pactis fuit iterum concessum. Nam noua pacta,nouaque qualitas,feudum nouum reddunt.Oldra.consil.178. Afflict.decis. 112.nu. 5.Bald.in cap.1.an agna.& in c.impe.§.insuper,de prohib. feu. alien.per Feder.cum aliis allega.per Afflict. & ibi per nos alias in titu.de feu.ex pact.& prouiden.antiq.num.37. car.23.Idē Afflict.decis.248.nume.3.Brun.consil.68.Loffred consi.39.

4 Alio modo potest appellari† nouum feudum illud, quod nemo parentum,vel maiorum tenuit,vt si mihi prędium sub beneficii titulo, à Rege detur,quod neque alius quisquam de cessorum meorum possedit,prout scribit Eguinarius Baro in Methodo c.7. in princi. Et feudum quod alias est vetus respū descendentium,illud idem poterit dici nouum respectu alterius fratris ipsius,qui feudum quęsiuit,vt considerat Bal.in c. j.§.hoc quoque.i.col.in fi.de succes.feu.

5 Nouum† feudum etiam appellabitur illud,quod fuit antiquum,& consentientibus omnibus agatis, quorum intererat, de eo quis fuit per regem tanquam de nouo feudo inuestitus. c.j.an agnat.c.j.de eo qui fin.fec.agn.c.j.de vasal.dec.æta.Dd.in c.1.§.præterea. qui.mo.fe.amit.scribit de his Cumia,in verbo, antiquis.nu.38.cum seq.

6 Similiter† feudum nouum dici potest, quod quis acquisiuit non ex successione, vt inquit Pernus,in j.notab.col 5.ver. & Bald.instruit, vbi ex mente Baldi in l.j.ff de rerum diuis.4. quæstio.num. 3. dixit feudum nouum esse illud,quod deriuatur in alios successores,sed non ex successione procedit,sequitur Ias.in prelud.nu.84.versi.tu ergo adde.

Quatenus autem mox diximus,feudum nouum dici quod
7 primo quæritur,ex† tex.d.c.1.qui testes §.necess.ad prob.no.in uestit.& ex Andrea in d.versi.hic verò,aduertendum est, quia in constitutione,vt de successionibus,in verbo,vel quolibet titulo.contrarium videtur dixisse,ibi,tunc dicitur nouum, quā do primo non quæritur:propterea pro concordia dicamus vtrunque verū,vt feudum nouum sit illud, quod primo qnæritur,nā ipse est primus acquirēs, & similiter vt nouum dicatur illud quod ipsi primo non quæritur,hoc est ex successione alterius,vt dixit Bal. in d.l.j.de rer. diuis. & ita procedere pōt dictum Andreæ in præallegata constitutione,vt de successionibus. alias si ita nō distingueres,vel Andreas sibi cōtradiceret, vel illa dictio,nō,esset superflua. Ex quibus infertur,q feudatarius nouus dī ille q non est ꝓhēsus sub priori inuestitura, vt dicit Salyc.in l.3.col.7.C.de iure emphy.Goz. cons.65.nu.2.

8 Feudum nouum etiam nuncupari potest illud quod antiquum erat, & ob aliquod delictum fuit Regi deuolutum.qđ contingere posset in feudo hæreditario antiquo, in quo delictum vnius nocet alteri,scribit And.in d.c j nu.7.de succe. feu. quia tunc si ipsius fundi fuerit capta possessio per Regem mediāte sententia deuolutionis declaratoria, quæ licet respectu ipsius possessionis requiratur, tamen secus est respectu vtilis dominij, quod ipso iure absque aliqua apprehensione Regiæ curiæ deuoluitur.l.quisquis.in princip. & l.fin.C.ad legem Iuliā maiesta l.quæsitum.ff.qui & a quibus l.donationes.§.perfecte.ff.de dona.l.si quis post hac.C.de bon.proscrip.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir. poss.l.inter diuinum,C.de sacrosanct.eccles.l.commissa. ff.de publi.fortius hoc procedit in prædicto vtili dominio,quod consolidatur directo.An dr. in c.j.num.1.de vasal. decre.æta. & in c.j.nume.4.de feu.si.cul. non amit.versic.vetius ergo.& in c.fin. quo temp.mil.glo. plena,in constit.si dubitatio.Bal.in capi.j. quid sit inuestit. versic. hinc est, si Rex feudum illūd quod erat antiquum, reconcesserit eidem delinquenti,erit feudum nouum in eius persona. cap.j.de vasal.decr. ætat.vbi Andreas. & melius cap.1.§.sed & res, numero 1.in fine,ibi trāslata possessione, per quos fiat inuestitu.

Videamus modò aliqua de natura & qualitate huiusmo-
9 di feudi noui & primo eiusmodi† naturæ est, vt nulla præcedente successione quæratur,sed duntaxat inuestitura,cap.1.de succes.feu.c.1.quib.mo.feu.constit.po.c.1.in princi. de consuetu.recti feu.c. 1.in fi.de feu.cogni. c.1. in princi.quid sit inuest. Non enim quęri potest sine inuestitura.& in hoc differt a feudo antiquo.c.1.de feu. Marchiæ, & dictum est alias in præcedenti.de feu.ex pac.& prouiden.antiq.num. 21.car.20.Quamuis,vt ibi diximus,in prædicto feu. ex pacto & proui.antiq.requiratur renouatio inuestiturę, ad differentiam huiusmodi feu.noui,in quo inuestitura ipsa substantialis est,vt in iuribus supra citatis, alias non transmitteretur in legitimos successores,nisi inuestitura præcesserit,vt d.c.sciendū, c.e feud.cogni.vt inquit Bal.in l.j.de rer.diuis. Ias.in prælu.feu.num.84.in fi.Cur in i.part.8.q.num 7.

10 Secundo eius est naturæ feud.nouum,vt in eo solum† succedant filii,cæterique descendentes, nam transuersales a successione talis feudi noui repelluntur.c.1.§.his vero,de gra. succes.feu c.1.ver.finautem vnus,de his qui feu.da.poss.c.1.de benef.fra.Dd.in c.1.Impe.Lotha.c.j.§.si duo,de feu. March. cum cæteris alle. per Soc.consil.73.nu.20.& 21.vol.1. & aliis diffusius allegandis cōgruenti ti.de feu.fra.vbi hoc examinābimus quando frater,qui est in linea,succedat fratri in beneficio nouo,quod agnatos non habet,vt inquit Bal.in c.1.§.hoc quoq; col.1.de succes.feu.Pern.consi.12.col.2.ver. quod feudum.c.1. §.cū vero,de his qui feu.da.poss. Quibus descendentib.deficiē tibus ad dīm reuertitur,vt in d.c.j.de suc. fratrum. & in d.c.1. de benef.frat.& in c.1.de frat.de no.benef.inuest.cum similib. quę allegantur per Maria.d.consi.73.nu.20.cum seq.

11 Tertio,huiusmodi naturæ est, feudum† nouum vt ad probandum ipsius inuestituram nō admittantur nisi pares curiæ, & in hoc differt a feudo veteri, ad cuius inuestituræ probationem etiam extranei sunt idonei,vt diximus in titu.præcedenti,nume.24.fol. 21. Et probatur in c. 1. qui testes sunt necess.ad proban.no.inuest.& in c.i.quid sit inuestitura.& in c.1.§.quod autem, de consuet. recti feu. Nec etiam hoc feudum nouum dicitur nobilitare possessorem ipsius regulariter, nisi quando a Principe,vel Rege,siue Imperatore fuisset concessum, vt dicitur in c.j.ver.cæteri.vbi notant Dd.quis dic.dux. Quia nobilitas in ictu oculi non nascitur inquit,Bal.in proœ. feu.10.diui. quod secus in antiquo.

21 Qui autem† dicantur pares curiæ, dic omnes concordare, vt dicantur cæteri conuasalli, vt dicit And.in ca.1.de contro. feu.apud pares termi.nu.1.& 2.Ioannes Raynal.in c. imper.§. præterea si quis infeudatus.q.13.fo.87. & clarius in §.prętere a si inter duos.nu.8.versic.quęre ne procedamus per ignota.fol. 166.vbi declarando qui dicantur pares curiæ,dicit esse conuasallos sub eodem domino cōstitutos,& probari in d. c.1. quid sit inuesti.& in c.1.si de inuestit.inter domin.& vasall. lis oriatur.Et ita etiam declarat Iacobin. in verbo, & dicti vasalli ꝑ dictis rebus feudalibus,in princip.Cur.in 1.par.8. quæst. nu.7. Cumia in verbo,antiquis.num.221.car.397. de quibus parib. Curiæ,siue cæteris conuasallis,variis in locis apud feudorum iura habemus, & in c.1.de le.Cor.& in capit.1. de consuet.recti feu.& in c.1.de inuestit.in maritum fa.& in d.c.1.de controuer.feud.apud pares termi. & in capitu.Imperal. §.præterea si inter duos, de prohibi. feud. aliena. per Feder. & in capitu. 1. an apud iudicem vel curiam domini quæstio feud.deb. termi. & aliis.

Sed hæc differentia quæ a quibusdam fit feudi noui, & antiqui circa probationem inuestiturę fiendam per pares, siue extraneos,mihi non placet, prout demonstrauimus in d. prę-

cedenti

Source : BIU Cujas

cedenti tit.in ver.ſimiliter,num.24.fol.21.ideo ibi dicta,non ſunt hic repetenda.

Vnum tamen omittere nolo, poſtquã obiter loquimur
13 de paribus curiæ: an poſſint †pares prædicti allegari ſuſpecti & recuſari? Zaſius in titu.de controuer. feudali. par.11.num. 25.fol.148.tangit hanc difficultatem,& aſſerit Bal.in c.imperia.§.prẽterea ſi inter duos, de prohib. feud.alien.per Federi. voluiſſe poſſe allegari ſuſpectos, quoniam quilibet iudex etiam ordinarius de iure Canonico ſuſpectus allegari poteſt, & recuſari.c.ſi quis contra clericum.& c.licet,de foro comp. Demum ipſe Zaſius videtur reſidere, poſſe ſuſpectos allegari,non tamen remoueri,ſed eiſdẽ adiũctum dari, iuxta text. in authen.ſi vero contigerit. C.de iudic. ſed non pœnitus recuſ[illegible]os & remouendos a iudicando: Iaco. Aluarot.in ca.j. ver[illegible].illud tamen, de inueſti.in maritum fac.2.colum. dicit Bald.ter circa hoc variaſſe, & poſtea concludit opinionem, qua diſponitur vaſallum non poſſe declinare iuriſdictionem dictorum parium, ſibi videri magis conſonam iuri, per ea quæ allegat ibi,& ſuſpicio dicit ipſe, quod purgatur propter adiunctum, videturque concordare cũ opinione Zaſiij, Nos autem æquitatẽ amplectentes, dicamus prædictos pares poſſe tanquam ſuſpectos etiam remoueri a iudicio, quando cã ſuſpitionis eſt vrgens, quia eſſent capitales inimici alicuius ex litigatoribus.Non enim tolleretur huiuſmodi ſuſpitionis cauſa per adiunctum, duriſſimunq; eſſet,& iniquiſſimũ ſub inimico iudice litigare,qui poſſet alium in ſuam trahere ſententiam,arg.l.ſi in tres. ff.de recept.arbit.Et hanc opi. tenuit And.in d.c.j.verſi.ille tamen.nume.7. de contr. feu. apud pares termi. vbi de intellectu conſtitutionis Regni, ſi vaſallus a domino ſuo,in verbo,per ex guardiũ diſſaſire,preſertim videamus hodie paſſim & delegatos, & ordinarios iudices ſuſpectos,nullo modo in iudicio intereſſe.Et prædicta, quæ de paribus dicta ſunt, hodie non videmus vſu recepta, in dirimendis diffiniendisue feudalibus cauſis,ſed ſolum diebus no
14 ſtris vidimus obſeruatum in †cauſis criminis læſę Maieſta.in quibus decidendis interuenerunt quam plures Regni Barones,qui pares curiæ nuncupari poſſunt,& vĩ de mente And. in d.c.1.ver.ille tñ.nu.7.de cõtr.feu.apud pares ter.vbi ẽt dicit iſtos pares in Regno Sicilię locum non habere, niſi in caſu prędicto,nam iudices cauſarum fiſcalium ſunt magis iuſti.

15 Vltimo talis eſt naturę feudum nouum,vt quamuis † minor poſſit inueſtire aliquem de feudo veteri ſine authoritate tutoris,vel curatoris.vt diximus in tit.præcedenti. verſicu. Item hoc feudum,num.25.fol.21.tamen minor ipſe abſque authoritate ſuorum adminiſtratorũ minime poterit de feudo nouo aliquem inueſtire, vt tradit Ioannes Blancus in tit. de illis qui poſſ.feu.dare.colum. 2. per tex.in c.i. per quos fiat inueſtit.vbi noui feudi inueſtitura non ab alio recte fit, niſi ab eo qui legitime ſuorum bonorum adminiſtrationem habet.argum.l.magis.ff.de reb.eorum.Et tradit multa Capy. in c.imper.§.præterea ſi quis infeudatus. col. 232.de prohi.feu. alie.per Feder.vbi de minore faciente inueſtituram, & eius baliatu,prout etiam in ti.præcedenti diximus.

16 Quæro, an † pater cum aſſenſu domini poſſit alienare feudum nouum ex pacto &prouiden. receptum pro ſe,ſuisque filiis in præiudicium ipſorum filiorum? Hanc quæſtionem format And.in c.i.§.& ſi libellum. num.10.de alie.feu. pat. ad quem ſemper ibi recurrimus, & determinat,quod poſſit. Nam illud quod acquiro,poſſum vendere & alienare,ſi mihi placet,quia nihil eſt tam naturale, tamque naturali æquitati conueniens, quam voluntatẽ domini volentis rem ſuam in alio transferri ratam haberi, vt dicitur in l.qua ratione.verſic.hæc quoque.ff.de acqui.rer. do.Non eſt interdicenda ingenuis hominibus rerum ſuarũ alie- a parente fuer.manumiſſ. & quia in feudo paterno ex pacto & proui.hoc prohibitum eſt,vt ſatis in præcedenti tit. nume.47.demonſtratum fuit, videtur in nouo etiam ex pacto,& prouiden.conceſſum, argum.l cum prętor.ff.de iudic. Hanc opinionem Andreæ ſequutus eſt ibi Aluaro.3.colum. in fin.& in c.1.§.fi.quæ fuit pri.cauſ.benefi.amit. concluſ. 47. Martinus de Laude in cap.j.§. Titius.1.col.in fin.ſi de feu.defunc.fue.contro.poſt And.ibi,in verſic.quid ſi Titius.num.1. in fi.vbi dixit And.eũ,qui quæſiuit feudum nouum, poſſe illud vendere ſine conſenſu filii.& in c.j.num. 8.3. col. de nat. ſucc.feu.Zaſius in 9.par.num.30.Loffred.conſil. vlt.1.colum. in prin.num.2.Hoc etiam voluit Bal.in l.qui ſe patris.nume. 11.C.vnde liberi,quem ſequutus eſt Alex.conſi.18.nume. 5. vol.5.& in conſi.28.nu.2.3.17.& 18.eo.vol.5. per ea quæ tradit Bar.& poſt eum cæteri,in l.qui Romæ. §.Flauius.ff.de verbo.obli.Idem Alex.conſi.13.nu.11.eo.vol.& in conſi.55.nu. 17.pen.col.vol.4.Afflic.in c.j.§.hoc quoque.nume.20.de ſucceſ.feu.& in c.imper.num.33.de prohib.feu.alie.per Fede.vbi tenet hanc opinionem Andr. quamuis communem eſſe in contrarium aſſerat,citando quam plures illam tenere, quos ibi vide.hoc tenuit Curt. ſenior conſil.183.incip. Deus pius Ieſus Chriſtus. 1.col.in princ.& conſi 25. verſi.venio ad ſecũdum.1.colum.Bartol.Veron.couſi.31.num.11. Gozad.conſ. 47.num.17. in co[illegible]ſi.75.num.13.Moder. in l.2. C.de iure emphy.in ſi.Cor.conſi.199.colum.18. lib.2. & conſi.37.colum. 5.& conſi.51.lib.3.Aymon conſi.125.num. 8. Hoc idem firmauit Bald.in c.j.de vaſal.decr.ęta.in ſi.Afflict. deciſ.112.nu. 6.& in deciſ 138.num.5.& deciſ.148.nu.9.Aretinus [illegible] apud Iulianum.§.ſi quis alicui.3.colum.nume. 7. in 2.concluſ.Diſtinguendo hoc idem voluit, ſaltem quando pater habuiſſet feudum non gratis,ſed mediante pecunia, vt tunc poſſit ſuis filiis præiudicare, quia filii cum illud haberent ex tacita donatione paterna, ſecundum Bald. qui ita declarat in l.j.in ſi.C.per quas perſonas nobis acquiritur, dicta donatio per alienationem ipſius feudi a viuente patre factam, cenſebitur reuocata.Et ſi præfatus Aretinus ibidem in 1.concluſ. dixerit aliud eſſe, quando pater quæſiuiſſet feudum ex mero beneficio,ac gratia domini concedentis, vt quia pater nihil dedit de ſuo, pro eo obtinendo, quia tunc filii venirent ex mortis cauſa capione, & nihil habent a patre, nimirum ſi ius quod habent beneficio domini,non poteſt p patrem, eis auferri,vt tenet Bald.in d.l.j.Sed de veritate huius vltimę concluſionis conuenit nunc diſputare, nam vt alias demõſtrabimus,de iure nõ ſubſiſtit.Satis ſit quoad rem de qua loquimur,Aretinum prædictum ſimiliter ſequi opinionẽ Andreæ in d.c.j.de alie.feu.pater.Hoc quoque ſequutus eſt Cur. in 4 par. verſ.ex prædicta, num.132.in fi.vbi diſcurrendo diſtinctionem præfati Areti.in d.§. ſi quis alicui:& aliorũ [illegible]al torum,quos ibidem allegat,videtur pertranſire cum eadem diſtinctione: & ſi in d 4 par.in verſi. octauo quæro.num.144. videatur contrarium voluiſſe, vt pater in feudo hareditario tantum poſſit ſuis filiis præiudicare,& nocere,non autem in feudo ex pacto & prouidentia nouo,ſed ipſe in fine remittit ſe ad dicta alias per eum in eadem quarta parte. nume. 132. Et pro hac opinione conſuluit Pau.de Caſt.conſi.163.in cauſa,volum.1.vbi pater qui accepit feudum p ſe, & filiis, quo caſu dicitur ex pacto & prouid. nouum,potuit feudum relinquere vni filiorum, & excludere cæteros, & cõſequenter in huiuſmodi feudo ex pacto & prouident. nouo poterit nocere ſuis filiis.Imo fortius conſuluit, vt poſſit pater generaliter diſponere in teſtamento,quod primo genitus tantum ſuccedat in feudo,quod tu intellige, quando viuitur iure Longobardorum,quia ſi uiueretur more Francorum,nullum eſſet dubium,quin primogenitus ſolus ſuccederet, prout de hoc in ti.de feu.iu.Francorum dicemus, & ſimiliter in tit. de feudo iuris Longobardorum,vbi hoc dictum Pauli clar[illegible]me examinabitur. Et hoc ſimiliter voluit Signo.de Homod.cũ ſi.Et facit tex.in c.j.quemadmod.feud.ad filiam pertin.intelligendo in feudo nouo, in quo dominus præiudicat cæteris parentibus,qui tex.videtur hanc opinionem probare in feudo nouo,ſecũd.And.ibi,prout refert Cur.conſi.j.nu.32.Quã concluſionem ſequutus per multa fuit Camer.in c.imper.§. præterea.car.97.de prohi.feu.alie.per Fed.conſ.445.nu.7.Loffred.conſi.i num.163.

Contrariam opinionem,patrem in feudo ex pacto & prouid.nouo minime poſſe ſuis liberis nocere, videtur tenuiſſe Bal.in c.j.§.hoc quoque.2.col. de ſuc.feu. Alex.conſi.106.nu. 8.4.volu.vbi dicit hanc eſſe communem opinionem,& cõſ. 8.nu.15.vo.3.Et ſimiliter hanc eſſe communem opinionem dixit Afflict.in d.c.imperialem.num. 23. de prohib. feud. per Fed.Curt.in d. 4.part num.144.dixit contrariam opinionem Andreæ ſine difficultate non pro cedere.Aretinus in d.§.ſi qs alicui.ſecundum vnum intellectum ſuæ diſtinctionis. Prætera nulla ſunt iura feudorum,quibus prima opinio Andreæ fundari valeat,imo pro hac opinione videtur textus in d. ca. 1.§.præterea,verſic.item ſi fuerint duo fratres, quibus modis feud.amit. vbi dicitur alienationem feudi factam tunc nocere,quando alienans ſine legitimo hærede deceſſerit, ergo è contrario legitimis hæredibus,qui filii ſunt, non præiudicabit,& textus ille in feudo nouo loquitur, vt ex ipſius verbis manifeſte colligitur.Ad idem videtur textus in capi.1. §.hoc quoque.de ſucceſ.feud.& in c.1.verſic.ſi aliquis,apud quem, vel quos.Quibus in iuribus nunquam alienatio facta legitimis obeſt ſucceſſoribus, pro qua opinione adducuntur ſubſcriptæ rationes,nam non eſt æquum, factum patris nocere filio,vt ff.de bonorum poſſeſ.contra tab.l. non tantum. §. ſi emancipatus,& forma inueſtiturę,debet aliquid operari.ca. 1.de duo.frat.a cap.inue.Sed tenor inueſtiturę de liberis loq̃tur,& non de hæredibus:ergo facto patris,cuius non debent hæredes eſſe,licite contrauenire poſſunt. l. ſi operarũ. & ibi notatur. ff. de ope. libe. Item ius formale eſt quæſitum filio in hoc feudo ex pacto & prouidentia beneficio domini cõcedentis, magis quam patris quærentis, ergo non debet eis auferri.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi. ff. de adoptio. Nec

debet

Source : BIU Cujas

debet concedi patri vt fraudet filium.l.fin. ſi quid in fraudem patroni.Præterea filius in huiuſmodi feudo ex pacto & prouidentia,non vt hæres,ſed iure ſanguinis venit, qđ eſt immutabile.l.ius agnationis,ff.de pact.& nos diffuſius diximus in j. tit.de feu.ex pacto & prouidentia.num.27.& 28.Vlterius etiã ſi dominus conſentiat alienationi huiuſmodi feudi ex pacto & prouidẽtia,attamen in prẽiudicium filiorum fieri minime poſſe vi[illegible]r,imo dominus tanquam male fidus haberi deberet,vt habetur in c.j.de noua for.fideli.dum pateretur incõmodum fieri, ipſis filiis, & pater iura filiorum alienare non poteſt,imo illa conſeruare,augereque. l.1.C.de bonis mater. l.in quẽſtione. C.de ſententiam paſſ. Nec poteſt quis contrahere ſuper iure tertii.l.fin.ff.de pact.Et ſimiliter non debet eſſe deterioris conditionis filius,quam agnatus, vnde ſi agnatis in feudo antiquo ex pacto & prouidentia prẽiudicari nõ põt, vt in c.j.de alien. feud. pater. Nec etiam ipſis filiis in feudo ex pacto & prouidentia nouo,quorum contemplatione ſaltem ſecundario conceſſum eſt.c.j. in fin. in quibus feudum amittatur,ibi vt ad eum, hæredeſque ſuos maſculos, argum.l.vnicæ.§.in nouiſſimo.C.de cadu.toll.l.j. C.de his, qui ante apert. tab. & benigniora præſertim fauore filiorum ſunt præferenda.l.in dubiis,& l.quoties.ff.de regu.iu.l.benignius.ff.de legib. Corroboratur hęc opinio, nã quamuis licite olim vſque ad medietatem, feudum poterat alienari,hoc tamen non licebat in prẽiudiciũ filiorũ,cæterorumque deſcendentium,vt patet in c.j.verſi.ſinautem, qualiter olim pote.feu. ali.ibi ſine hærede maſculo,& in c.1.§.rurſus,quib.mod.feu. amit. in verbis, ſine hærede deceſſerit,& in ca. 1. §.ſi aliquis,in illis verbis,& ipſe,vel hæres eius,apud quem vel quos,prout ſuperius paulo ante dixi.Suadetur hoc,alia ratione, nam ſi poſſet pater cum conſenſu domini feudum alienare in præiudicium deſcendentium, conſequenter etiam poſſet de dicto feudo ex pacto & prouid.teſtari,& in vltima voluntate diſponere, qđ tamen ſibi denegatur,vt dicitur,in c.1.de ſucceſ. feu.nulla ordinatione defuncti in feudo manẽte,vel valente, & vltra prędicta iura,prędictasque rationes, hanc opinionem probat Parisius conſi.3.nu.16. & conſi.v. nu.51. j.vo.eandem dicit communẽ Hieronimus Scurph. inter conſilia feudalia. 136. nu.6. Laurentius Syl.conſi.15.num.40.qui multos citat,quos nolo referre Iaſo.conſi.56.vol.3.Soci.iunior conſ.103.nu.30.vol.2. & conſi.72.nu.35.vol.1

Quid dicemus nos? Ego puto nullo pacto recędẽdum ab opinione And.in d.c.1.de alien.feud.pater.vti veriore,quæ vltra auctoritates multorum illam ſequentium,rationesque ſuperius pro ea adductas,corrobari poteſt & alia ratione. Si qdem quando pater quærit feudum pro ſe, & filiis ſimpliciter, illud contemplatione ſui ipſius, non autem eius filiorum datum,quæſitũq; cenſetur, vt milies dixit hoc Andreas, & præſertim in d.c.[illegible]de alie.feu.pater.in c.j.an agna.Cæteriſque in locis per nos alibi allegandis, in quibus aliter eſſe dixit, quando filii nominati ſunt propriis nominibus, quia tunc eorum potius,& non patris contemplatione data beneficia iudicantur, habebuntque tunc liberi partem in feudis etiam patre viuo, arg.l.ſi quis Titio.ff.de vſufr.accret.& l.fin.C.de vſufr.l.qui procurator.§.procurator.ff.de proc.l.annua.§.a Titia. ff.de annuis le. cum aliis cumulatis per Andr.in d.c.1.de ſuc.feu.Et ideo cum pater ipſe feudũ habuerit ſua potius quam filiorum contemplatione,põterit de eo in eius vita diſponere accedente etiam domini conſenſu,nec filii poſſunt de hoc conqueri,quia uiuẽte patre,nullum formatum ius in feudo habere dicuntur,licet aliquam ſpem poſt ipſius mortem, ſi feudum non reperient alienatum,prout conſiderat Alex.in dictis conſi. 106. & 107. arg.l.3.ff.de ſer.expor.quia ordine ſucceſſiuo primo patri &demum filiis quæſitum eſt.

Prẽterea ex alio hoc confirmatur,nam feudum ex pacto & prouidentia nouum fere in omnibus feudo hæreditario comparatur,vt tradit Marin.in auctor. xxix. nume.10. car. 222. & Cam.in c.imper.§.prætereа. litera, E. car.95.& in d.§.prætereа ducatus,litera.I.car.97.in tantum,vt dixerit ex hoc Pernus, in primis notab.verſ.cur ergo.vt in feudo ex pacto & prouidentia filius debeat eſſe hæres in ipſo feudo, quod non poteſt recte intelligi niſi in feudo ex pacto & prouidẽtia nouo,vt alias diximus in tit.de feudo ex pacto & prouidentia.num.36.cart. 7.Afflict.in c.j.num.i.& 9.de alie.feu.pater.& in c.j.§.& ſi libellum.num.17.eod.tit.ibi,quia eſt amor,vbi & plus voluit mirabiliter,etiam ſi fuerit ſtipulatus nominatim pro filio,vt tãquã hæredi ſibi acquiſitum dicatur. Vnde quemadmodum communis concorſque omnium eſt ſententia, patrem in feudo hæreditario filiis,cæteriſque deſcendentibus poſſe & alienando &delinquendo nocere,vt dicatur in tit.de feu.hęreditario, ita etiam ex pacto & prouidentia nouo, dicendum erit, cum eandem naturam obtineat, prẽrerquam circa præſtationem ſeruitiorum, vt tradit And.in capi.1.2.colum.numero 1. in fi. de va.dec.æta.Et ſimiliter quoad ſucceſſionẽ tranſuerſalium, qui in antiquo hæreditario ſuccedunt.

Ad allegata pro contraria parte reſpondebimus, & primo non obſtare text. in c.j.§. item ſi fuerint, quibus modis feud. amitt.& in c.j.§.hoc quoque.de ſucceſſ. feud. cum aliis paulo ante per nos allegatis,vbi alienatio non præiudicat, ſi alienator legitimos reliquerit ſucceſſores.Nam vel illa iura intelligẽtur procedere in feudis ex pacto & prouidentia antiquis, vel quando alienans tempore alienationis nullos habebat filios ſiue deſcendẽtes,nimirum ſi poſtea illos ſuſceperit, eiſdem nõ oberit præcedens alienatio.Vel poteris illa intelligere, quando abſq; domini aſſenſu fiebat alienatio de illo iure ante Lot. & Fed.prohibitionem,quo tẽpore filii reuocabant alienationem,& domino prẽferebantur.

Nec adductæ multæ rationes ſuperius, etiã pro hac contraria opinione militare videntur:nam omnes & ſi veræ ſint,attamen in feudo ex pacto & prouidentia antiquo locum habebunt,vel in feudo ex pacto & prouidentia nouo, in quo filii nominati ſunt nominib.propriis eorũq; intuitu datum beneficium:tunc enim pater non poteſt ipſis præiudicium afferre prationes antedictas.

Nec etiam recte allegatur, ex hoc inconueniens reſultare, quia pater,& ſi poſſet in præiudicium filiorum alienare feud. ex pacto nouum,etiam poſſet de eo teſtari,& in vltimis diſponere.Quia ſi unum verum eſt de iure,ẽt alterum ſubſiſtet,maxime cum aſſenſu dominisnec tex.in c.i.ſupra citatus, de ſucceſſ.feud.in hoc contradicit,cum domini aſſenſu ualet diſpoſitio morientis in feudo nouo,vel hęreditario, vt dicam inferius,& patet ex ſuperius allega.ex dictis And. & aliorum in d. c.j.§.hoc quoque.de ſucce.feu.

17 Hęc concluſio,vt poſſit pater cum † aſſenſu Regis prẽiudicare filiis,alienando feudũ ex pacto & prouidentia nouum, limitatur non procedere,quando in formula conceſſionis feudi fuiſſet dictum concedi Titio,& Petro,ac Ioanni filiis,nominibus ipſorum expreſſis,vt declarat idem And.in d.c. j.§. & ſi libellum,de alien.feu.pater.& in c.j.§.Titius.ver.quid ſi Titius. nu.j.ſi de fe.defun.fuer.cont. per oẽs rationes, quas ſupra retulimus,quæ in hoc ſeruiũt,quia tunc filii habere dicuntur partem in feudis viuente patre,vt ſcribit And.in d.c.j.in princi.de ſucceſſ.feu.per text.in l.fin.C.de vſufr.Hancque limitationem tanquam veram,ſequutus eſt Camer. in c. imper. §. prętetea. de prohi.fe.ali.litera.H car.97.& ibi de intellectu.l.cum patronus.ff.de oper. lib. & eorum quæ dicuntur per Ardiz. in ſumma,de ſucce.feud.& ſimiliter hoc tenet Loffred. in d.conſi.vltimo.& conſi.8.num.23.Pernus,conſi.12.per totum con.Decconſi.445.num.7.

Quia obiter in ſuperioribus dictum fuit,feudum hoc ex pacto & prouiden.nouum.per omnia exęquatam fore feudo hęreditario,ex dictis Marini,Camerarii, Andreę,& aliorum ſup. paulo ante citatorum,propterea infertur ex hoc, vt quemadmodum in feudo hęreditario minime prodeſt, hæredi confectio inuentarii ad reuocandas alienationes per defunctum factas feudi hęreditarii prędicti,ut ſcribit And.in c.i.an agnatus. & in c.1.de ſucceſſ.feu.& in c.i.in fi.qui ſucceſſ. ten. & in c.imperial.in princ.de prohibi.feu.alien.per Feder.& in ca.i. §.quid ergo.de inueſt.de re ali.fa.& in c.imper. Loth. cum aliis diffuſius allegandis in d.titu.de feudo hęreditario. Ita & pariformiter dicendum eſt in feudo ex pacto & prouidentia nouo, vt neque in eo proſit inuẽtarium, nam filius ſuccedens deb et eſſe hęres ipſius primi acquirentis,& exequi eius voluntatem,vt dixit Pernus in d.primis notab.ver.Cur ergo.Et confirmant pfati Marinus,&Camerarius ex dictis Andreę in capit.i.de alie. feu.pater.& in c.i.an agnatus,& in c.Titius.ſi de feu.defun.feu. cont.& in c.1.de ſucceſſ.feu.vbi aliud eſſet dicendum,qñ in cõceſſione filii nominibus propriis fuiſſent nominati,quia tunc eiſdem pater nocere minime poſſet,& prodeſſet hoc caſu cõfectio inuentarii,vt dictum eſt ſupra in limitatione,ex his quę plene ſcribit Came. in d.§.prętetea,car.97. Eſt enim vera regula in feudalibus, vt in omni feudo ſiue ex pacto & prouiden-
19 tia antiquo,ſiue nouo.ſemper†ſucceſſor debeat eſſe hęres primi acquirentis,vt latius dictum eſt ſupra,in titu. de feud.ex pacto & prouidentia.nu.38. ſecundum Andream in cap.1. §.qđſ ergo.nu.4.in fin.de inueſti.de re alie.fac.& in cap.ſi quis miles. num.5.colum.4.imp.Lotha.Secus autem vltimi morientis in feudo ex pacto & prouidentia antiquo, vt oſtendi ſuperius, ptex.in c.an agnatus. In feudo autem ex pacto & prouidentia nouo, non conſideratur niſi prius acquirens, cuius ſuccedens hæres eſſe debet,& declarat hoc bene Marianus Socinus conſi.72.nume.29.2.volum.Alexand.conſi.26. nume.8.5. vol.Brunus conſi.18.nu.14.& 15.Et tunc confectio inuentarii nõ prodeſt,vt tenet Corn.conſi.199. in 15.col. litera C. vol.2. Sed Dec.cõſi.185.nu.4. & 5.(quãuis videatur contrarium voluiſſe)attamẽ variaſſe videtur in conſi.208.num.9.quod mea ſententia veriſſimum eſt,& tradit Arius Pinel.in ti.de bo.ma par.3.nu.93.qui mille cotas allegat.

Quęro

Quæro vlterius,quid ſi fidelis poſſidebat † feudum hereditarium antiquum,illudque mediante Regis aſſenſu vendidit,& demum illud recuperauit forte reemēdo, an cēſeatur in eius perſona nouum feudum? Hęc quęſtio vt facilius intelligatur, breuiter in duo diuiditur capita. Primum,quando uaſallus libere alienauit dictum feudum abſque pacto de retrouēdendo,& tunc licet illud reemat, attamen abſque dubio eius perſona feudum nouum erit, & ita procedāt ſcripta per Andreā in c.j.num.3.verſi.alienauit,de contē.inter me & domi.de por. feu.fra.mei,& in c.j.num.4.quid iuris ſit ſi vaſallus, Alexand. conſi.28.num.1.vol.5. Quod cōſilium fecit Alexander ī cauſa magnificæ Ioannellæ Thomacellæ nobilis Neapolitanæ, Loſſredus conſi.52.num.2.& 3. Quibus in locis concluditur, feudum nouum eſſe, tanquam habitum ex noua cauſa & ex nouo titulo,argumen.notatorum,per gloſ.& Bart.in l.ſi a me.ff.ad l.falci.l.quidam in teſtamento,in prin.ff.de fideicommiſſ.liberta. Secundum caput,quando fuit facta alienatio nō ſimpliciter & libere,ſed cum pacto de retrouendendo,& tūc ſi eo durante contingat fieri reemptionem, eo caſu feudum antiquum remanebit,prout erat ante, prout ſatis abunde de hoc ſcribit Marinus,in lib.2.in 5.auctoritate.nu.20.cart.202. vbi allegat iura & auctoritates.

In titulo Præcedenti enumerati ſunt ſeptem modi,quibus feuda perdūt, & in illis explicauimus materiam feudi ex pacto & prouidētia antiqui: nunc autem ſub prædictis ſeptem modis, declarare intendo feudi ex pacto & prouidētia noui, qualitatē q̄ ſatis differt ab illa feudi ex pacto & prouidentia antiqui. Primo igitur vidimus, quando feuda amittuntur ob illicitam alienationem ipſorum factam ſine
21 aſſenſu directi domini: quo caſu † vera eſt concluſio ad dominum ipſum redire,excluſis deſcendētibus, quia de agnatis nō eſt loquendum, cum feuda noua illos regulariter non hēant, vt inquit Bal.in c.j.§.hoc quoque,col.1.de ſucc.feu. cum cæteris per nos mox allegatis,num.x.in ſuperioribus, dum tractauimus naturalia huiuſmodi feudi noui. Quæ concluſio probatur in textu.c.j.§.fi.quæ fuit prima cau.bene.amitt. & in c.j. de vaſal.qui con.conſti,Lotha.& in c.j.quid iuris fit, & in c.1. §.item ſi fuerint,quibus mod.feud.amit.& in c.j.§.callidis, de prohi.feu.alien.per Fed.& in c.1. de prohi. feu. alien. per Lothar. Quæ iura omnia de feudo nouo loquētia diſponūt illud abſque domini licentia alienatum,ad ipſum dominum reuerti,& poteſt eſſe ratio,quia factum primi acquirētis nocet ſuis ſucceſſoribus,etiam in hoc feudo ex pacto & prouidentia nouo,vt ſupra paulo ante oſtēdimus ad inſtar feudi hæreditarii, vt dicemus ſuo loco.

Secundo modo diximus feuda amitti contemptu, illaque ſi ſunt ex pacto & prouidentia antiqua,quibus aperiantur ſatis abunde ſimiliter in præcedenti titu. explicatum fuit: nunc autem dicamus de feudis nouis ex pacto & prouidentia, quæ eiſdem modis propter contemptum amittuntur, quibus & feuda ex pacto & prouidentia antiqua, non enim aliqua circa hoc fit differentia,ſed dunt axat in hoc differunt, quia feu
28 da † noua ex pacto & prouidentia amiſſa propter cauſas ipſius domini contemptus vadunt ad ipſum dominum directum,ſi & prout eidem aperiuntur, quando indebite alienantur. c. j.§.præterea,de prohi.feu.alien.per Fed. quem textum Dd. ibi procedere dicunt in feudo nouo, vt alias & nos diximus præcedenti titulo. & in capi. 1.de allod. & capi. 1.§.firmiter, eod. titu. de prohib. feu. alien.per Federic.capit.j. §. eſt & alia, quæ fuit prima cauſa benefi.amitten.iuncto capi. j.in fi.eod.titu.c. j.de milite vaſal.qui con conſt.c.j.§.item qui dominum,verſi. illud quæ fuit prima cauſa bene.amitten.cap.j.§.licet,verſic.ſi vaſallus culpam,ſi de feu.defun.fuer.controu. cap.j.& ibi Andreas.quo tempore miles. Aluaro.in d.cap.j.§. fin.conclu. 20. quæ fuit prima cauſa bene.amitten. Ex quibus habemus generalem, & veram regulam, vaſallum amittentem feudum ex pacto & prouid.nouum ob aliquas cauſas ingratitudinis, cōtemptusuè,contra dominum commiſſas, cauſare præiudiciū ſuis legitimis ſucceſſoribus, feudumque domino directo aperiri,vt etiam firmant omnes poſt Andream in d. capitu.j.quo tempo.mil.

Tertio modo, ſequendo odinem præcedentis tituli,feuda amittuntur delicto reſpiciente perſonam domini principaliter, vel non principaliter, quæ autem & qualia ſint,cum ibi ſatis abunde dictum ſit, ſuperuacaneū eſt hic ſermonem habere, ſolum videndum eſt, quando † delictis prædictis feuda
23 ex pacto & prouidentia noua amittuntur, ad quem vadant. In quo non eſt aliqualiter dubitandum etiam ipſi domino aperiri,excluſis deſcendentibus prædictis.capitu.j.§.item ſi fidelis,iuncto verſic.his omnibus,quibus modis feu.ami.capitu. j. §.denique.quæ fuit prima cauſa bene.amitten.& in capitu.1. verſic.cum autem,an ille,qui interfe.frat.domi. ſui, cum aliis per nos allegatis in præcedenti titu. Quemadmodum enim primus acquirens & alienando indebite, & ingratitudinem committendo, ita & delinquēdo, poteſt in feudo ex pacto & prouidentia nouo ſuis legitimis nocere per ſupradicta,vt tradit And.poſt Iacob.de Bellouiſo,in d.§.fin quæ fuit pima cau. bene.amitten.Bald.& cæteri idem ſequuntur. Hoc etiam voluit And.in cap.i.ſi vaſal.feu.pri.& in capit.j.§.ſi vero pacis,de pace tenen.& probatur in cap.j.§.illud, de prohib.feu.alie.per Fede Aluaro.in d.§.fi.conclu.15. Quæ concluſio,quia ab omnibus recepta eſt tanquam veriſſima, ideo vlterius non inſiſto.

24 Limitantur prædicta, vt non procedant quando dominus fuiſſet in cauſa,vt ſibi fieret felonia,vel offenſa,exemplum, ſi paſſus eſt aliquem vaſallum adulterare eius vxorem, aperiendo viam malitiis, illamque non corrigēdo. His etenim caſib. & ſimilibus, erſi offenſa fuerit principaliter in domini ipſius perſonam commiſſa,attamē feudum ad eum minime deuolueretur,vt firmat Aluaro.in capi.j.§.denique. quæ fuit prima cauſa bene.amitten.concluſio.6.per tex.in l.ſi opera. ff.de do. excep.ſequitur Vdal.in x.par.numero 101.car.136. poſt Iaco. de Ardizo.in ſumma,quibus modis feu.amit. Curt. v. par. Ex qua limitatione infertur ad aliam ex hac dependentem, vt ſi fieret offenſa iniuriaue domino † conſentienti, nequaquam ipſi feudum aperiretur,hocque procedere poſſet ſi colludente domino cum vaſallo,vt ſibi fieret iniuria ad finem, vt ſucceſſores priuarentur feudo: Quia non per hoc ipſi domino acquiretur,argumen.l.non videtur fraudare. ff. de regu. iur.c. ſcienti,eod.titu.in 6.prout ſcribit Aluarot.in d.capi. denique. concluſio.5.vbi allegat Bald.in capitu. j. verſicu.aut ſi libellario.quib.mod.feud.amit. colum. 3or. verſic.hanc doctrinam. arg.l.ſi.ff.de eo,per quem fac.erit.l.filiæ meæ.ff.ſolu. mat.Cur. par.5.

26 Limitatur etiam hæc cōcluſio,quando † feudum ex pacto & prouidentia nouum,eſſet datum duobus, vel tribus inſolidum, nam vno delinquente in dominum, non faceret illud eidem domino deuolui. Sed remaneret penes alios, ſaltem quoad partem ipſorum, qui non deliquerunt,vt tradit Aluaro.in dicto §.fin.concluſi.7. ſequitur idem Zaſius in dicta par. 10. numero 102. fol. 137. & nos aliqua in ſuperiori titulo de hoc tetigimus,nu.91.vbi quando fuit dictum in conceſſione, concedi de vno in alium, vel attētis meritis ſingulorū. plene Cur.in d.5.par.

27 Limitantur ſimiliter, quando † vaſallus liberaſſet dominum a morte, ſeu a latrunculis, & ob hanc cauſam ſibi feudum datum fuiſſet: quia etſi in ipſum dominum delinquat, tamen feudum non amittet, quia illud habuit loco mercedis ſeu beneficii,ita ſcribit Bald.capit.j.ſecunda colum.verſic.aut quid ſi tale ſit feud.an mutus,vel alius imperfect.per text. in l. ſi pater. ff. de don. ibi, merces enim laboris eximij appellanda. Hocque etiam voluit præfat.Vdal in d.x.parte,nu.102.cōclu.4.& idem dicit ipſe Bald.in c.j.ſi vaſal. feu.priu.Curt.in 5. par.nu.8.

28 Vlterius limitatur,quando † vaſallus fuiſſet laceſſitus,& iniuriis affectus ab ipſo domino,ita vt ſine periculo, & vitæ diſcrimine,ſe defendere non potuiſſet,argumen.l.is qui aggreſſorem.C.ad l.Cornel.de ſic.cum aliis vulga.nam tunc etſi dominum offendat,ignoſcendum eſt ei, ſi prouocatus voluit ſe vlciſci, vt tradit Iureconſul. in l.qui cum maior. §.ſi libertus maieſtatis. ff. de bon. liber. & conſequenter nec feudum perdet,vt inquit Cur.in d.5. part.num. 7. Zaſ.in d.x.part.numero 102.quod intelligendum erit,quando conſtaret, offenſam factam per vaſallum fuiſſe iuſtam iuſteque factam, quia tunc potius dominus deberet perdere ipſius feudi proprietatem tāquam prius offendens vaſallum ſuum,per ea quæ alias in præcedenti titulo prædiximus.

29 Vltimo fallit, ſi feudum † fuiſſet conceſſum eccleſiæ, communitati, vel ciuitati, & earum adminiſtrator peccaſſet indominum, quia tunc ipſius prælati ſiue adminiſtratoris delictum, minime præiudicabit eccleſiæ, ſiue ciuitati, vt inquit An.in c.j.ver.& iterum ſi clericus, per illum textum,nu.19.d. cap. Corrad. ſequitur Aluarot.in capitu. j.§.fin.13.concluſio. quæ fuit prima cauſa benefic. amitten. Qui pro hoc allegat Bald.in capitu. 1. in princ. quibus modis feu.amittat. Hoc tamen intelligendum eſt, vt perpetuo tale delictum minime noceat prædictis eccleſiæ, & vniuerſitati: nam viuente prælato,ſiue adminiſtratore bene præiudicabitur,quo mortuo feudum redibit ad ipſam eccleſiam,vt dicit text. in dicto verſicu. Et iterum ſi clericus, vbi hoc firmat Andr. quam opinionem tenuit Iacobus de Ardizo. in tit. quibus modis feud. amitt. in rubrica.an vaſallus vniuerſitatis.numero 13. Alua.in c. imperialem.§.præterea,de prohib.feu.alien.per Feder.Vdalricus in par.x.nume.83. Ratio eſt, quia imputandum eſt ei qui talem propoſuit adminiſtratorē,arg.§.item exercitor. Inſtit.de obligatio.quæ ex qua.delic.naſc. Et hic eſt caſus in quo delictum perſonæ nocet eccleſiæ,vel vniuerſitati: ꝯ tex.ī l.iubem⁹.C. de ſacroſ.eccle. & ꝯ tex.in c.delictū,de regu. iur.in 6. & tradit Vdal.

Source : BIU Cujas

in d.part. Ergo circa hoc vlterius non progredior, quia diffusius examinabo in tit. de feudo ecclesiastico, vbi quando prælati possint præiudicare ecclesiæ, in feudis, & de intellectu Andreæ, in d.c.j.§.fi.de cap.Corra.

Quarto modo Amittuntur feuda refutatione, & tunc citra culpam, sed potius voluntate refutantis, prout alias ī præcedenti titulo diximus, quæ refutatio aut fit domino directo ipsius feudi, aut filijs, siue cœteris proximioribus descendentibus· nam agnatis trāsuersalibus, de feudo hoc ex pacto & prouidentia nouo fieri non potest, cum in eo minime succedant, vt prædiximus, licet aliquando certis in casib. admittantur, quos enumerabi-
30 mus in tit.de feudo fraterno. Hæc autem †refutatio, quæ sit domino feudi ex pacto & prouidentia nouo, valida est de iure, & idem domino fieri potest, quamuis feudi ex pacto & prouidentia antiqui nequaquam in præiudicium descendentiū, siue agnatorum legitime fiet, prout etiam in præcedenti tit. diximus. Ratio diuersitatis est, quia feudum nouum in omnib. feudo hæreditario comparatur: & quemadmodum in præcedentibus satis fundatum est, primum acquisitorem in feudo hæreditario nocere posse suis successoribus, tum alienando, tum etiam delinquendo, ita etiam & in huiusmodi feudo ex pacto & prouid. nouo, similiter per viam refutationis præiudicare posse, præsertim si in beneficium directi domini fiat iuxta terminos c.j.de vas.decre.æta. & c.i.§.rursus, quib.mod.feu. amit. & c.j.de eo, qui fin.fe.agna. & c.j.de alien.feu.pater. Quibus in iuribus omnes tenent concordi sententia, feudum nouum etiam ex pacto & prouidētia posse refutari domino directo nō consentientibus descendentibus, per omnes illas rationes per nos in superioribus assignatas, in quæstione illa, an possit alienari feudum nouum ex pacto & prouidentia cum consensu domini, in præiudicium filiorum, vbi per multa cō clusum fuit, q̄ sic. Quæ omnia in hoc dubio adduci possunt, vt quemadmodum valet alienatio, ita & refutatio.

Et prædicta intelligenda sunt de ea refutatione, quæ fit volenti domino & acceptanti; sin autem fieret domino inuito, quid iuris sit, diximus in præcedenti titu. distinguendo, qñ feudum datum est gratia vtriusq;, & domini & vasalli, vt tunc fieri non possit inuito domino, sicut quando feudum datum est ad certa determinata seruitia: sin autem ad incerta & indeterminata, tunc fieri possit. & qñ dr̄ datum gratia vtriusque, hoc est domini, & vasalli, declarat And.in c.j.§. huius autem generis.num.xi.ex quib.caus.fe.amitt. & nos alibi hoc clarius in ti.de feu.certorum seruitiorum.

31 Aut vero †refutatio non fit ipsi domino, sed fit proximioribus in gradu existentib. qui in feudo successuri sunt: & tunc quemadmodum dictum est posse fieri de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, ita cōcludendum est posse legitime fieri de feudo ex pacto & prouidentia nouo, etiam absque domini consensu. c. j. de alie.feu. pater. & probatur in omnibus ī.allegatis iuribus, dr̄.n.donatio in anticipationem successionis, quę licita est, quemadmodū licita est venditio feudi absq; domini consensu inter conuasallos cohæredes, quorum vn⁹ potest vendere alteri partem sui feudi pro indiuiso, vel pro diuiso, vt dicit And.in c.j.§.sed etiam res. per quos fiat inue. & ī d.c.j.de alie.feu.pat. Bal.in c.j.col.fi.ver.item sciendum.de alie. feu. Non enim feudum tunc dicitur mutare manū, quia non in extraneum, sed in consortem transfertur, argumē.l.voluntas.C.de fideicommis. & declarat optime Marianus Socinus, consi.72.nu.38.vol.1. vbi dicit interesse domini, quando fit alienatio inter filios, qui omnes sunt inuestitura comprehensi. Cæteris autem remotioribus fieri non posset absque domini
32 consensu in præiudicium proximiorum. Sin †autem domini adesset voluntas, dicerem quemadmodum dictum est de alienatione, vt fieri possit arguendo de alienatione, ad refutationem, quæ alienatio est, vt dicit Andreas in c. j.§.& si libellum. num.7.de alien.feu.pater. cum aliis per nos alibi in præcedenti ti. allegatis: immo hoc casu potius diceretur alienatio, quā refutatio, quia proprie refutatio dicitur, quæ proximo & immediato successori fit, vt dicitur in d.cap.j.de alie.feu.pater. sin autem fieret vlteriori in gradu, absque domini assensu, nō valeret, & proximior reuocare posset, ut in c.j.§. Titius. si de feu. defun.fuer.cont. immo per constitutionem Lotharij, & Federici, quibus alienatio prohibita fuit, hunc casum comprehendi dicerem: nam vt diximus, magis alienatio, quam refutatio censenda esset.

Subsequenter quæro in hac materia refutationis vltra per
33 nos dicta in præcedenti titu. Quid si †pater refutauit feudum ex pacto & prouidentia nouum eius filio, an dicatur similiter nouum in ipsius filii persona? Hoc est vtile scire, quia si erit nouum, non succedent sibi fratres, tanquam transuersales, vt diximus supra, dum tractauimus naturalia feudi noui. sin autem vetus in persona filii, tunc succedent sui fratres eo descendente sine liberis. Et hoc videtur verius, vt dicatur antiquum vel paternum in ipsius filii persona, ex quo non ipse sed suus pater illud quæsiuit, vt tradit And.in c.j.§.etsi libellū de alien.feu.pater.& in c.j. de vasal.dec.ætatis. Eth oc verū erit in simplici refutatione: sin autem pater ad hoc refutaret, vt filius de eo tanquam de nouo beneficio inuestiretur, tunc lex, & pactio dati feudi esset seruanda, & esset nouum in persona ipsius filii, vt dicitur in dictis locis, & aliis per nos allegatis latius in præcedenti titulo de feu.antiquo, ex mente Andreæ. in c.r.3.col.nu.8.de nat.succe feudi.

Quinto modo amittitur feudum nouum ex pacto & prouidētia, defectu, siue inhabilitate, qui modus vt in præcedēti titulo dictum fuit, non est voluntarius, nec in se habet culpam, sed magis fato, siue casu euenit, quādo clientulus effectus est mutus, surdus, cęc⁹, claudus, vel alias imperfectus inidoneusque. Tunc enim aut dominus sciens ipsum clientulum in tali morbo constitutū, siue is fuerit a natura, siue ex accidenti perpetuo, ex certa sciētia concedit feudum nouum, & non est dubium, illud posse ab eo retineri, prout per multa conclusum fuit in præcedenti titulo, num.134. ex traditis per Andream.in capit. j.an mutus, per tex.in cap.i.§.si minori, si de feu.defun.fuer.cont. & in c.j.quemadmodum feu.ad fil.perti. Sin autem dominus ignorauit, & de facto ipse vasallus reperiatur possidere feudū, habens huiusmodi imperfectionem inhabilitatemue, siue a natura, siue ex superuenienti perpetuo morbo, qui ope medicorum minime adiuuari possit: tunc vera est conclusio, vt feudum nouum amittat, nec illud retinere possit, per textum in d.c.j.an mutus, & in c.j.§.mutus, Episcopum vel Abba. cum aliis similiter allegatis in præcedēti titulo, super hac materia quæ hic minime repetenda sunt: siquidem nulla est differentia inter feudum nouum ex pacto & prouidentia, & feudum antiquum, vt vtroque casu, illud perdat, quia seruire non pōt propter eius imperfectionem, vt dicitur in d.c.j. an mutus, vel alias imperfectus. Solum remanet difficultas inter feudum antiquum ex pacto & prouidentia, & feudum ex pacto & prouidentia nouum, nam primum ad filios deuoluitur, siue agnatos in defectu filiorum, vt iam in præcedenti titulo firmaui.

34 Sed quæro, quid si fuerit † concessum feudum ex pacto & prouidentia nouum, alicui pro se, suisque filiis, isque ex superuenięti infirmitate sit factus surdus, cæcus, siue mutus, inhabilisque ad seruiendum, & morbus sit talis, vt ope medicorum sanari nequeat, quo casu feudum perdit, an domino dictum feudum aperiatur, vel filii in eo succedant? Hæc quæstio pōt esse vtilis, & quotidiana, & quia non satis hactenus explicata, ideo quam breuissime potero illam resoluam.

Et quòd ad dominum reuertatur, est tex.in capitu. j. §.mutus.Episcop.vel Abba.quem textum Andr.ibi in verbo, & ad dominum reuertatur, & in capitu.j.an mutus, vel alias imperfectus, videtur intelligere vt filii (quando feudum est nouum) excludantur, quod sequitur Aluarotus ibi, & clarius in capit. j.§.denique, conclusione 23. quæ fuit prima causa benefic. amittend. Loffredus in dicto §. mutus. Facit pro hac opinione ratio assignata per Andreā in locis supra allegatis: si quidem causa, per quam feudum fuerat datum, hoc est seruitium, reducta est ad non causam, quia propter morbum seruire nequit, nec cogitur dominus acceptare seruitium per substitutum, quia persona, personæque industria fuit electa, argum.l.inter artifices. ff.de solu.cum aliis allegatis per Andr. & latius per Cumiam, in prælud.num. 77. cart.21.vbi de hoc. Præterea suadetur. Nam feudum fuit datum patri, & deinde filiis ordine successiuo, vt ita demum filii illud habeant patre mortuo, & quia viuit, præmature ageretur de hæreditate viuētis, vt scribit And.in capitu.i.§.& olim.numero 8.de succe.feu. & in capitu.j. §.quid ergo. numero 7. de inuest.de re alie. fac. Pernus in primis not.versic.item & talis concessio. l. secunda. ff.de vulgar. & pupilla. vnde filii vocati post mortem patris, quando venient, reperitur locus occupatus, feudumque domino apertum, propter patris inhabilitatem: sin autem patre viuo succedere vellent, vtique eis obstaret ordo succedendi, vt diximus, quia viuentis non est hæreditas, d. l. 2.§.j.ff.de vul. & pupil.subst.

Cōtraria opinio, vt filii succedant excluso domino, etsi iuribus non probetur expresse, tamen optimis iuuatur rationib. Et primo: Nam cùm multi sint modi, quibus feuda amittuntur, & ad dominum redeunt, inter quos semper consideratur factum patris, siue delinquendo, in committendo, siue ī omittendo, siue dominum contemnendo, siue indebite alienādo, siue quouis alio modo, prout in superioribus diximus, sed in hac specie nunquam factum beneficiarii præcedit, sed potius facto, fortunaque euenit morbus, ob quem feudum amittit, idcirco huiusmodi aduersa fortuna non debet filiis nocere, etsi patri nocuerit. Præterea communis est omnium sententia, quando aliquis feudum nouum possidens, efficitur clericus, feudum amittit, & ad dominum reuertitur,

vt in d.

Source : BIU Cujas

vt in d.§.mutus. & tamen filij in eo succedunt, vt tradit Alua
10 in cap.j.§.denique.conclusio.44.quæ fuit prima cau.benefi
cii amitt. Zasi.in par.x.nume.xix.vbi dicit hanc communẽ opinionem, quod a maioritate rationis filii deberent priuari propter factum patris, qui sponte assumpsit ordines sacros, faciẽdo se clericum, quod factum vt in præcedentibus cõclusimus, semper in feudo nouo, siue hæreditario, siue ex pacto & prouid. nocet filiis. vnde cõiter Doctores volũt in hoc minime patrem nocere filiis, quanto minus dicẽdum est, fatum, aduersamq; fortunam præiudicium filiis afferre. De veritate huius dubii inferius tractabimus. Vlterius confirmari potest huiusmodi opinio. nam paria sunt, quem esse mortuum, vel inhabilem esse, vt scribit Andr.in c.j.§.præterea.num.13.quæ fuit prima cau.benefi.ami.vbi pro hoc plura allegat. Vnde si pater fuisset mortuus naturaliter, vtique filii eidem succederent, sic dicendum est, si inhabilis fuerit effectus.

Ego in hac dubiissima, & male explicata a Scribentibus quæstione, dicerem opinionem Andreæ, aliorumque de iure (etsi satis rigorosa sit) veriorem, propter textum in dicto.§. mutus. volentem hoc casu feudum ad dominum reuerti, ac etiam propter authoritatem ipsius Andreæ, qui hoc dicit, & cæteri sequuntur: Tamen de æquitate in iudicando, ab ea recederem. Siquidem iniquissimũ videtur, filios priuari feudo nullo præcedente delicto, nullaue noxa, siue culpa, nulloque pẽnitus facto patris (vt diximus) nec est attenda afflictio affli cto.l.tam dementis.C.de episcopali audientia. Summeque affligeretur infœlix pater surdus, cæcus, mutus, vt alio perpetuo morbo laborans, si etiã videret suos filios priuatos feudo, & in perpetua egestate manentes, prout considerat And.in cap. j.num.5.si vasal.feu.priue.argumen.l.quisquis.C.ad le.Iuliam Maiestatis.

Quam opinionem æquissimam sectantes, possemus dicere textum in d.§.mutus. debere intelligi, non existẽtibus filiis, prout alibi ĩ simili.in c.j.§.denique, quę fuit prima cau.benef. amit. vbi si vasallus alienauit feudum contra constitutionem bonæ memoriæ Lotharii, quia dominum contemnere vĩ, ad dominum reuertitur, & tamen quando feudum est antiquũ ex pacto & proui.non ad dominum, sed ad agnatos deuoluitur, vt dicitur in c.i.an ille, qui interf.fra.dom.sui. & in c.i.si vasal.feu.priu. vbi quando iniuria non respicit principaliter dominum, feudum eidem domino non aperitur, prout de hoc multa scripsimus in præcedenti tit.ii.nu.78. fol. 33.

Et si diceres, textum in §.mutus. procedere in feudo nouo, de quo loquimur, prædictaque iura in feudo ex pacto & prouid. antiquo. Ad hoc respondeo, ponderando meliorem textum in c.i.§.callidis, de prohib.feu.alie.per Feder. vbi cauetur feudum illicite alienatum amitti, & ad dominũ libere reuerti. Non obstante, q̃ in c.j.§.sed etiam res, per quos fiat inuest. dicatur agnatis deferri. hocque considerauit And. in c.j.num. 4. ibi, quando non habet agnatos, si vasallus feudo priuetur. Et ad dicta And.in d.§.mutus. Aliqui respondent, declarantes procedere in exemplo per ipsum posito, in d.c.j.an mutus, vt alias imperfectus, quando fuit concessum feudum alicui, vt pro domino loquatur, & concessionarius efficiatur mutus, vt tunc merito feudum perdat, tanquam datum ad certum determinatumq; officium siue seruitium: Sed nimia, secundum me, restrictio videtur ad verba eiusdem Andreæ.

Nec similiter obstabit dicere, filios non posse succedere tãquam hæredes patre viuente, quia (vt dixi) paria sunt patrem mortuum, vel inhabilem effectum. Sed si esset mortuus, filii succederent, ita propter inhabilitatem iudicandum est. Nec obstat, causam, ob quam feudum datum fuit, fuisse reductam ad non causam, cum seruire mutus non possit, vt dicit And quia suprascriptis patet responsio, ut verũ sit, ipsum feudatarium propter hoc feudo priuari: Sed nõ videtur æquitati consonũ filiis auferri, quia nec ipsi, nec parẽtes eius peccauerunt, ex quibus in iudicando (vt dictum) tenendum est filios non priuari.

An autem isti imperfecti, inidoneique succedere possint in feudis francis, illisque pro quibus seruitia personalia non exhibentur, dicerem q̃ sic, ex relatis per Cumiam, in prælu.nu. 78. & ex aliis per nos in tit.de feu.franco.

Modo tractemus de veritate alterius dubii, quod indecisũ
35 reliquimus: quid si possidens † feudum nouum efficiatur clericus, an succedant eius filii in feudo, quod ipse amisit? In præcedentibus ex sententia Aluaro.in c.i.§.denique. cõclusio 44. quæ fuit prima causa benefi.amitt. & Zasi.in x.parte, num.91. diximus filios succedere, hãcque opinionem communem dixisse prædictum Zasium: Sed contrarium voluit glo. in c.i.de feudo fœminæ, quam intelligunt ibi Alua.verius, cæterique communiter procedere in feudo nouo, idem Alua.in c.i.col. 3.de mili.vasal.qui ar.bel.depos.Cur.in 3. par.ver.circa prædicta.nu.32. volentes feudum nouum dño aperiri. Quæ opinio mihi vĩ verior: Nam (vt prædixi) in hoc consideratur factum patris, qui clericalem ordinem spõte assumpsit, quod suis filiis nocet ĩ feudo nouo, siue sit ex pacto & prouidentia, siue hereditarium, non curo. Nec Aluaro.in hoc sibi contradicit: quia etsi in d.§.denique. dixerit filios succedere in feudo nouo: tñ in d.c.j.de feudo fœmi.in vlt.col. dicit feudum nouum ad dñm reuerti. & in c.i.de milite vasallo, qui ar.belli depos. similiter hoc dicit declarãdo se: vt tunc ad dñm reuertatur feudum nouum, qñ non supersunt filii: quasi a ꝰrio velit filiis superstitibus deferri, prout voluit in d.§.denique. Vnde ex prædictis tenerem filios clericorum excludi a noui feudi successione propter factum patris, qui quemadmodum delinquendo, contemnendo, & alienando suis filiis obesse potest: ita & clericatus, ordinem subeundo, quia tunc dĩ feudo renunciare, quicquid dixerint Aluarot. & cæteri præallegati Doctores, contrarium sentientes.

36 Vlterius feudum nouum † ex pacto & prouidentia similiter amittitur, si vasallus efficiatur clericus, vel alias religiosus, quẽadmodum etiam in præcedenti titulo dictum fuit, per text.in c.si quis per triginta, ver.qui clericus, si de feu.defun.fuer.cõrr. cum multis aliis iuribus per nos ibidem alleg.nu.139. Quia si militer fit inhabilis ad seruiendum, quemadmodum dictum est de muto, surdo, & aliis, vt probatur in c.i.an mutus, vel als imperfect sicque defectu feudum amittitur. De qua materia, quia abunde scripsimus, in d. tit.præcedenti superuacaneum est, illa quæ ibi dicta sunt, hic recensere. Vnum tñ notandum est, de quo paulò antè tetigimus, vt feudum ex pacto & prouidentia nouum, pp assumptum clericatum, habitumue religionis amissum, non dño, sed filiis, cęterisque descendentibus deferatur, vt tradit Aluaro.in d.§.fi.conclus. 44. Vldaricus Zasius in x. parte numero 91. car. 133. quod mihi, ut paulò antè dixi, non placet, quia factum acquirentis feudum hoc nouũ, semper filiis cæterisque superioribus nocet.

Sextum modum quo admittuntur feuda præscriptione, aggredimur. Quam materiam vt alias promisi, intendo examinare in titulo de feudo præscripto, vbi satis abunde illam tractabimus, ibiq; nouiter tenemus, nullo modo feuda præscribi posse. Quæ opinio si vera est, non oportet terere tempus, cui feuda amissa propter præscriptionem deferantur. Ideo transeamus ad septimum, & vltimum modum amissionis feudorũ.

37 **Septimo ergo**, & vltimo modo, feuda † amittuntur, siue finiuntur morte naturali clientuli, tuncque si ex pacto & prouidentia antiqua sint, quis in illis aperto iure succedat, dictum fuit in præcedenti titulo, num.148. sinaũt noua sunt, videamus ad quos ipsorum successio legitime pertineat. Verum quia in principio præsentis tituli, tractantes naturalia huiusmodi feudi ex pacto & prouidentia noui, firmauimus tum ex iuribus, tum etiam ex communi omnium sententia, in hoc feudo nouo regulariter non succedere nisi filios, cæterosque descendentes, a primo acquisitore: quibus deficientibus, ad dominum reuerti. in c.i. de succes.fra.c.i.in fi.quib.caus.feu.amit.c.i.§. & quia, de his, qui feuda.pos. And.in ca. i. de nat. succes. feu. cum aliis plenius supra in principio huius tituli allegatis: Ideo quomodo hoc procedat, subiiciam.

38 Et quia ‡ liberi succedunt parentibus, in prædicto feudo nouo, putaui enumerare quot sunt genera iplorũ filiorũ, in feudo successibiliũ. Sunt ergo primi successibiles in feudo, filii legitimi & naturales, procreati ex iustis nuptiis, in potestate patris existentes, de quibus in §.1.inst.de patria potest. qui procul dubio successibiles sunt in feudis, & appellant̃ per Ortensiũ legitimi hæredes, vt variis in iurib. & signanter in c.j.§.etsi cliẽ tulus.de ali.feu. & ĩ c.j.§.cũ vero Corradus, de his qui feu.da. pos. & in c.i.§.fiiter, de leg.Corra. & ĩ c.i.de gradi. succe.in feu. ibi, sine legitimo hærede masculo, & in c.j.de duo.fra. a Capi. inuest. Et tales filii legitimi & nãles, succedunt equaĩr, ẽtsi a patre fuissent in testõ in æqualib.portionib.instituti.c.j. de succes. feu.ibi, nulla ordinatione defuncti manente, vel valente. Hoc autem intelligendum est qñ feudum diuiduum est, nam tunc procedit tex.in c.j.§. omnes filij, si de feu.defun.fue.contro.de qua re tractabimus in ti.de feu.diuisibili. nam si feudum indiuiduum esset, vt sunt feuda dignitatum, de quibus similiter dicetur ĩ ti de feu. Regali & dignitatis, vel viueretur more Frãcorum, quo primogenitus tantum succedit, vt dicetur in ti.de feudo iuris Francorum, tunc non omnes filii, sed primus tantum succederet.

Secundo reperiuntur filii legitimi & naturales, nõ in ptãte
40 patris, sed † emancipati, de quib. loquitur tex.in §. emãcipati, Institut. de hæred.quæ ab intest. defer. Hiq; similiter parentib. in feudis succedunt, vt tradit Aluarot. in ca. i.§. hoc quoque, de his qui feud.da.poss. De quibus emancipatis multa scribit Andreas in ca.i.num. 13.de alien.feu.pater. Sed antequam vlterius procedamus, quomodo hoc esse põt, vt filii emãcipati in feudis succedãt, cũ desinant p emãcipationẽ asse agnati. Et habemus textum, cognatos iure feudali in ipsis feudis nõ succedere

Source : BIU Cujas

cedere.c.j.verſic.ad cognatos autem,de ſucceſſ.frat.Dicas breuiter, primò hodie ſublatam eſſe differentiam emancipationis,& patrię poteſtatis,vt in §.j.in Auth.de hære. ab inteſt.ve. Vel melius, quia in feudis principalis ratio ſuccedendi, eſt genus maſculinum,vt in dicto §.& quia vidimus, & in dicto capitu.j.§.etſi clientulus.ibi,hærede maſculo, & ī feudis agnatio ſumitur pro genere,non autem pro qualitate accidentali emancipationis,ſiue patriæ poteſtatis. Et ideo emancipatus cum ſit de genere maſculino, ac de liberis primi acquirentis,debet licito iure ſuccedere,prout cōſiderat Iacobus de Ardizo.in ſumma tituli,de ſucceſſ feud. §.item quæritur,ſi emancipatus.eandem opinionem ſequutus eſt Laudēſis in d.§. etſi clientulus. & Aluaro. ibi, verſicu. hoc quoque ſciendum. & voluit hoc Bal.in Authen.in ſucceſſione.C.de ſuis & leg.Cur. in 3.par.verſicu.expedita,numero 2.car. 23. Facit pro hoc, nā emancipatus etiam agnatus dicitur: ius enim agnationis immutabile eſt,vt in l. ius agnationis. ff. de pact.nec fieri poteſt, vt cum ſit coniunctus per maſculinam lineam,dicatur coniūctus per fœmininam; ſicque cognatus appelletur,centeretur etenim quodammodo impoſſibile,& ita procedat textus in d.verſicu.ad cognatos autem,intelligendo de cognatis per fœmininam lineam coniunctis, qui in feudis non ſunt cogniti.Concludendum eſt ergo, filios emancipatos communi ſententia,etiam in feudis ſuccedere.

40 Tertiò filii † exhæredati, ſimiliter in feudis ſuccedunt,ſi in iuſte exhæredatio facta fuerit,dummodo non fuerint exhæredati ob delictum in dominum commiſſum, ſiue alium, per quod merito de iure feudis priuari deberent,ob hocq; exhæredari. Sed ne ingenia iuniorum cōfundātur, aduertendum eſt circa hos terminos exhæredationis: Quia ſi loquimur de feudo ex pacto & prouidentia antiquo ſiue paterno, procedit ſupra firmata concluſio, vt filius nominatus proprio nomine,non poſſit a patre nec iuſte exhæredari ab huiuſmodi feudo antiquo ex pacto & prouidētia, niſi propter delictum ipſius filii.& ita procedant dicta per Andream in capitu. 1.in verſiculo,vbi vero,an agnatus.& in capitu.1.§. etſi libellum. in fine.de alien. feu.pater. & in capitu. j. verſicu. ſucceſſione, de feudi cogni.& in capitu.j.verſi.filius fratris.Impera.Lotharius, ſinautem loquimur de feudo ex pacto & prouidentia nouo,ſiue hæreditario,tunc quia teneo ſecundum magis receptam opinionem ex diſtinctione Andreæ,poſſe exhæredari,reſeruo hoc latius examinandum in tit.de feudo hæreditario antiquo.Quantum vero attinet ad propoſitum noſtrum, filii exhæredati quando exhæredari non poſſunt, ſuccedunt in feudis.

42 Quartò in feudis ſuccedūt†filii præteriti, quod ſimiliter intelligendum eſt in feudo ex pacto & prouidentia antiquo: quia cum ſecundum veras regulas non debeant eſſe hæredes patris in feudis, etiamſi ab eo fuerint præteriti,poterunt feudum ex pacto & prouidentia antiquum habere,vt ſatis dictū fuit in primo titulo, de feudo ex pacto & prouidentia:in feudo autem ex pacto & prouidentia nouo, de quo tractamus, quia filius debet eſſe hæres patris etiā in ipſo feudo, vt dictū eſt in præcedentibus,ſi & prout in feudo hæreditario, ego crederem fore neceſſarium annullari, reſcindique teſtamētum ob præteritionem ipſius filii,iuxta textum in l.filio prēterito. ff.de iniuſto teſtamen.tūcque filium habere & hæreditatem, & feudū.Dic tñ de hoc,vt per Zaſium in 8.par.in ti.de feu.ſucceſ.nu.7.fol.68.& declarat optime Pernus in 4 notabil.col.4.

43 Quintò ſuccedunt in feudis†filij hermaphroditi, ſi magis inclinent ſexui maſculino,quàm fœminino, vt tradit Aluar. in c.j.an mut.vel alias imperfect.& ante ipſe Iacobus de Ardizo.in ti.de ſucceſ.feu.13.colum.in fi.ibi,eod.modo,car.28.qui allegat tex.in l.quæritur.ff.de ſtatu homi. & in l. ſed eſt quæſitum, in fine. ff. de libe. & poſthum. & in l. repetundarum. ff. de teſtib.

44 Sextò † filii eunuchi ſimiliter in feudo ſuccedunt, quia ſeruire poſſunt in bello, prout legitur de Barſete patritio, qui Totilam Regem Gothoſque omnes deleuit, vt ſcribit Ioannes Montanus in libro 4. feudorum, in titu. quando ſententia declaratoria ſit neceſſaria.car. 104.& ibi etiam de Narſete qui expulit Longobardos Italia.Hoc idem voluit Bal.in ca.j. ver.mutus.Epiſcop.vel Abb. quem ſequitur ibi Afflict.nu.xx. loquentes de illis,qui generare non poſſunt, vt etiam in feudis ſuccedant.Ex quib.infertur,q; ſteriles a natura ſuccedunt, vt dicit Bald.in d.§.mutus.2.col.

45 Septimò, †filius extractus de vtero matris iā mortuæ, put legit de Cæſare,q a cæſa matre,ſm aliquos dictus eſt,pariformiter ſucceſſibilis eſt ī feudo, vt tenet Iacob.de Ardizo. (quē patrem feudorum appellat Cam.in c.imperial.litera M. car. 12.)in tit.de ſucceſ.feu.verſi.an frater ſuccedat fratri.ibi,queri adhuc poteſt..car.28.vbi pro hoc allegat text.ff.de lib.& poſth. l.quod dicitur.& in l.j.§. pen. ff. vnde cogna.& in l.j.in fi.ff.ad ſenatuſ.Tertul.ſequitur Cur.in 3.par.quæſt.14.nu. 36.

46 Octauo † Filij naturales tantum, etſi in feudis minime ſuccedant, vt dicitur in c. naturales, ſi de feu.defun.fuer.contro.& ibi notant omnes.Vldaricus late in 8.par.num.72. in tit.de ſucceſ. feu. poſt And. in d.c.naturales. quod in ſpurijs multo maxime locum habet,qui non ſunt ſi lii nominandi,Authen.ex complexu.C.de inceſt.nu.vt ſcribit Zaſius in d.8.part. num.73. ex his quæ tradunt Dd.in c.j.de filiis natis ex matrimonio ad morga. contract. Paris de reintegra.feu.c.an ſi conceſſio.car.79. vbi bene loquitur de hac materia.Et idem de īceſtuoſis, nephariis,manſeribus,nothis, vulgo conceptis,& his ſimilibus, de quibus ſatis abunde per Paleotū in tractatu, quem de his ſcripſit. Tamen ſi fuerint dicti filii naturales expreſſe legitimati ad feuda,tunc etiam ſucceſſibiles fierent,vt ſcribit And.in c.j.ver.hæredemque, de inueſti. quam Titius accep.à Sempron.& in d.c.naturales,vbi cæteri hoc notant,Cur.in d.3.par.num.19.Afflict.deciſ. 195. Calcaneus conſil.5.Ioannes Blācus,& Iacob.de Ardizo.in ſumma, qualiter in feu.ſucceſ.Pernus conſi.x.Brunus conſi.x.& conſi. xv.Marinus in differentia xv.car.250.vbi tractat, quando sūt expreſſe legitimati ad feuda, an ſuccedant ī feudis nobilibus, de quo dicendum eſt,vt ibi per eum.

Verum quia huiuſmodi legitimatio filiorū ad feuda multipliciter fieri poteſt. Nam aliquando fit per oblationem curiæ,aliquando per Principem, & aliquando per ſubſequens matrimonium,de quibus in tit.quibus mod. nat.eff.leg.& q̄bus mod.nat.eſſi.ſui,in Authent.& in §.fin.Inſtit.de nup.Ideo breuiſſime de ſingulis videamus præcedente huiuſmodi diſtīctione. Nam aut vaſallus, qui feudum nouum habebat,nul-
46 los vnquam habuit†filios legitimos & naturales,& tunc ligitimati per oblationem curiæ,etiam ad bona feudalia ſine dubio ſuccedent,ſiue fuerint legitimati ante,ſiue poſt acquſitionem feudi, dummodo pater ipſos curiæ obtulerit, vt dicunt Dd.in §. naturales. Nam ſi poſt mortem patris ipſimet ſe curiæ obtulerunt, tunc in præiudicium aliorum ſucceſſorum, quibus in feudis ius erat quæſitum, legitimatio fieri non poſſet. Sed ſi forte pater ante acquiſiuit feudum, & poſtea ipſos ſimiliter legitimauit, non exprimendo ſe ad feudalia legitimare,tunc non ſuccedent in feudis, quia non poteſt dici dominum temporeconceſſionis feudi ſenſiſſe de talibus legitimatis, poſt ipſius feudi acquiſitionem, quod ipſorum contemplatione non fuit cōceſſum, ſed legitimorum & natura-
47 lium,ut tradit Alexan.conſi.25. vol.j.quod ſecus eſſet in legitimatione facta per Principem,& ſic ſumus in 2. membro diſtinctionis. Quia aut pater, qui ſimiliter nullos habuit filios legitimos obtulit illos Principi, vel Princeps motu proprio eos legitimauit: Primo caſu, ſi Princeps illos legitimauit ad preces,requiſitionemque patris, & demum poſt legitimationem pater acquiſiuit feudum,tunc ſuccedunt, vt dicunt Dd. in d.§.naturales. Qui Princeps in eius præiudicium, & patris conſentientis,potuit hoc facere viuente patre ipſo. Sin autē poſt mortem patris, & princeps motu proprio hoc minime facere poſſet,in aliorum forte in feudo vocatorum in præiudicium,argu.l.nam ita diuus.ff.de adop.l.nec auus. C.de emā. lib.niſi illis conſentientibus,arg.c. j. de alien.feud. pater. & in c.j.an agna.Sed ſi nulli alii intereſſe prætēdentes, ſupereſſent, eo caſu,Princeps hoc ſimiliter facere poſſet,vt ſcribit Iacob. de Beluiſ.in d.c.naturales. cum, vt diximus tractetur de præiudicio ſolius concedentis, ipſeque in legitimatione prædicta etiam de feudalibus expreſſerit.Imò Bal.ibi aduertit,aliud fore neceſſarium,vt dicatur in legitimatione prædicta,non obſtāte c. naturales. ſed eius opinio communiter non tenetur: ſufficit enim ſi dicatur ad feuda legitimationem fieri,vt dicūt omnes in d.§.naturales. Afflict.deci.195. qui multa congerit. late ſcribit Pernus cōſi.x.& Cur.in 3.par.17.q.nu.39.Et de hoc ſcribit multa Cumia,quem videas,in c.ſi aliquem,in verbo, non communibus.

48 Filii autē†legitimati per ſubſequens matrimoniū in feudis ſuccedūt,ita oēs in d.c.naturales,per tex.in c.tāta, qui filii ſint leg.& hoc procedit etiam ſi pater, poſtquam procreauit filiū naturalem,& poſtea duxit aliam ī vxorem, eaque mortua ꝯxit matrimonium cum illa prima cōcubina,ex qua filium procreauerat,vt tradit Zaſius, parte 8. nu.76.hoc.n.caſu oēs ſunt legitimi & naturales,& ēt hi legitimati pariter ſuccederēt. c.j. de ſuc.feu.c.i.§.& quia,de his qui feu.da. poſ. niſi ſtatutum vel conſuetudo eſſet,vt primogenitus tantum ſuccederet, vt in regno noſtro,ſcribit Alua.in d.§.naturales.Vldaric.in d.8.par. nu.76. Sed in hoc oritur dubium,quis iſtorum dicatur primo genitus,an legitimatus,& primo natus, an vero legitimus,& naturalis ſecundo loco natus? hoc dubium tractat Io.An.in c.ſine culpa.de reg.iu.Ant.de Roſ.in trac.legitim. Lud. de Sar. ſimiliter in trac.legiti.Io.de Licirier. in tract.primogenituræ, q.13.ego autem intendo illud plene tractare in tit. de feudo. quod tranſit ad primogenit. tñ, vbi quis dicatur in tali caſu primogenitus,& materia ipſius primogenituræ explicabitur.

Quæro

Source : BIU Cujas

49 Quæro hic, an † Princeps possit legitimare filium naturalē etiam ad bona feudalia, absque eo, quòd vocet patrē in prędicta legitimatione? Loffredus consi. 1. num. 205. tangit hoc dubium, & determinat q̄ non, & multa cumulat, quæ hic nō scribo, quia illa videre poteris.

50 Filij † putatiui, de quibus in c. ex tenore, qui filii sint leg. in feudis succedunt, quando communiter & generaliter ab omnib. legitimi reputati fuerunt, vt habetur in l. Barbarius. ff. de offi. prætor. de quib. putatiuis tractatur, per Canon. in c. per tuas, de prob. & per Dd. in §. fi. Inst. de adop.

51 Filij † adoptiui & arrogati, de quibus in tit. de adopt. & arro minime in feudis succedunt. c. i. §. adoptiuus, si de feu. defunc. fuer. contr. Cur. plene in 3. par. quæstio. xi. num. 33. & cōsi. 138. Aluaro. in d. §. adoptiuus. ratio est, quia feuda dantur nobis iure sanguinis, & filius adoptiuus non est de sanguine ipsius primi acqrentis iusto, veroq;, ut tradit bene Came. in c. Imper. in prin. litera, V. car. x. etsi filius fictus sit, Pernus ī 4. notab. 2. col.

52 **Fallit primo nisi in** † Inuestitura esset pactum vt succederent, si forte aliqui filii adoptarentur siue arrogarentur, nam feudum recipit pacta, & conuentiones. cap. j. de fra. de no. benef. inuestit. ca. j. de benef. fra. capitu. j. §. filiam, de succes. feu. capi. i. §. sin autem. & §. hoc autem notandum. de his qui feud. da. poss. cum aliis per nos plenius alibi allegandis. Et hoc est regulare nedum in feudis, verum etiam in omnibus, vt voluntas in primis primum locum obtineat. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demon. satis est enim concedentem iussisse, aut voluisse: tunc enim illud seruari oportet. l. Quintus. ff. de auro & argen. lega. l. Labeo. ff. de supel. lega. l. fideicommissa. §. item si quis. ff. de leg. 3. & in proposito sæpe Bald. scripsit, quale sit Regnum Apuliæ, tenor inuestituræ demōstrat, ad quam semper recurrendum est l. ex hoc iure. 2. col. ff. de iust. & iu. p text. in d. c. j. quem dixit notabilem in prælud. feu. diuis. 4. Et est hoc vulgare in feudis, & sunt notissimi termini.

53 Secundò fallit, si † feudum esset fœmineum, & auus maternus adoptaret nepotem ex filia præmortua, qui nepos de iure erat successurus in d. feudo fœmineo, prout scribit Aluar. in d. §. adoptiuus. post Andream ibi, quem sequitur Laudēsis, voleres quòd adoptatus ab auo materno nepos ex filia, ideo succedat, quia duo concurrunt vincula, naturale scilicet & ciuile, vt in d. §. adoptiuus. Sed hoc apud me aliquam patitur difficultatem, quia si erat successurus ī dicto feudo fœmineo post matris mortem, adoptio parum videtur in hoc operari, quum sine ipsa successor futurus erat. Immo si in tali feudo femineo ex tenore inuestituræ minime de iure succedere potuisset, putarem per adoptionem nequaquā habilem ad successionem fuisse effectum. Quia cognati a successione feudalium repelluntur, vt dicit textus in cap. j. versi. ad cognatos autem, de succes. fra. Ex quibus ista limitatio redditur dubia, nisi saluando diceres in prædicto feudo fœmineo solas fœminas ex pacto, vel alio modo debuisse succedere: tunc enim nepos adoptiuus ab auo succederet.

54 Tertiò fallit, si † filij fuissent adoptati ante feudi acquisitionem, nam eo casu si dominus concedens beneficium, sciebat beneficiarium hos filios adoptatos, vel arrogatos habere, & nihilominus feudum eidem concesseris, succedent. Martinus de Laude in d. §. adoptiuus. & in d. §. naturale. quia dominus concedens censetur de prædictis filiis adoptiuis prægcogitasse: quamuis prefatus Martinus demum videatur ab huiusmodi opinione reflectere. Ego autem puto dictam opinionē verissimam, quæ probari potest in tex. cap. j. in fine. quemadmodū feu. ad fil. perti. Nam ratio quare adoptiui non succedunt in feudis est, quia dominus non præsumitur de talibus filiis cogitare, vt per multa tradit Alex. consi. 25. 1. volum. vnde è contrario data scientia domini tempore concessionis feudi, concessionarium nō alios quam adoptiuos filios habere, feudūque eidem concessisse, videntur admissi, per ea quæ tradit Andreas in simili in c. j. an mutus, vel alias imperfectus. & in c. 1. §. mutuus, Episcop. vel Abba. argumen. l. si quis ita. ff. de testamen. tute. nam quilibet potest inuestiri etiam seruus, si domino placet. c. j. §. personam. per quos fiat inuest. & probatur in l. hæredibus. §. fi. ff. ad Treb. cum aliis per nos in superioribus allegatis. Quamuis hæc opinio sustentabilis videatur, attamē quia tam iure communi feudorum, quàm etiam propter communes inuestituras ipsorum, quę hodie fiunt, quum semper filii ex corpore sint vocati, crederem filios adoptiuos minime succedere, etiam data domini sententia nisi expresse in formula concessionis hoc scriptum reperitur: nam dominus non compellitur habere vasallum alterius sanguinis, quàm a prin. voluerit, c. similiter, de le. Corra. & in c. j. de alie. feu.

Quarto fallit, nisi esset consuetudo in aliquo loco, vt filij

55 † adoptiui, vel arrogati in fendis succederēt: tunc. n. prædicta consuetudo esset seruanda, vt tradit Aluaro. in d. §. adoptiuus, col. 2. ver. quæro an authoritate Principis.

56 Vltimò fallit, qñ † pater emancipasset filium, quia si postea ipsum adoptaret, vtique succederet, secundum Andr. in d. §. adoptiuus, quem refert & sequitur ibi Aluaro. in 2. col. versic. quæro si pater. Mouentur illa ratione, quia poterat succedere circunscripta adoptione, prout in præcedentibus paulò antè de filio tractantes firmauimus. Sed hoc quamuis And. dicat, & Aluaro. sequatur, mihi displicet: Quia adoptio in huiusmodi casu nihil auget, neque diminuit respectu feudi, & tanquā inutilis interuenit, vt ipsemet Aluaro. ibi dicit, vnde nō est alicuius considerationis, siue effectus, argumen. l. pecuniæ fœnebris. ff. de vsur. Nam tunc ideo filius adoptatus succedet, quia filius, & de sanguine acquirētis descendens, non autem quia fuit, vel non fuit adoptatus, attendendum erit. De prædictis autem filiis adoptiuis, eiusque materia, & qualiter in feudis succedant, videri poterit Albertus Brunus consi. 1. num. 58. & consi. x. num. 30. Camerarius in capitu. imperialem. litera V. car. x. de prohib. feu. alien. per Feder. vbi dicit ideo adoptiuum filium in feudis non succedere, quia feuda dantur nobis iure sanguinis nostri descendentis: qua de re consuetudo feudalis noluit dare feudum filio adoptiuo, in quo nō habet præsumptionem fidelitatis paternæ: quia licet filius sit, non tamen de eius sanguine est, vt etiam paulò mox ostendimus, & aliqua de hoc vide per Cumiam, in c. si aliquem, in verbo, non communibus, nu. 38.

Filij muti, surdi, vel alias imperfecti, siue a natura, siue perpetuo morbo laborantes, a successione feudalium excluduntur: prout satis in prędecentibus dictum fuit, ideo non aliter de hoc loquendum.

Filii monachi, clerici, episcopi, vel moniales, siue quoquomodo ordines sacros susceperint, similiter in feudis succedere non possunt, prout etiam in superioribus diximus: & dicemus latius in titu. congruenti de feudo ecclesiastico, vbi qualiter hoc procedere possit, latissimè tractabimus: & ibi etiam de quæstione, quam format Freccia in titu. de subfeudis. authoritate 3. quæ incipit, sed quæro. cart. 188. vbi si frater fecit professionem in monasterio, an eidem succedat dictum monasterium.

SVMMARIVM.

1 *Feudum omnino ex pacto & prouidentia apud. Andream non inuenitur.*
2 *eudum omniao ex pacto & prouidentia cognitum apud Arium Pinellū Lusitanum.*
3 *Feudum omnino de familia, & feudum omnino ex pacto & prouidentia idem secundum Arium Pinellum.*
4 *Feudum omnino ex pacto & prouidentia, quid sit, & quomodo consideretur.*
5 *Filius poterit repudiata hæreditate paterna, retinere feudum omnino ex pacto & prouidentia.*
6 *Feudum omnino hæreditarium reperitur apud Doctores.*

TITVLVS IIII

1 **SVbsequenter** videndum
Est de † feudo omnino ex pacto & prouidentia, de quo non vidi Andream aliquid scribentem, nec alium inuenire potui, præ-
2 ter † Arium Pinellum in l. j. C. de bonis maternis. part. 3. numero 91. fol. 553. vbi ipse solitus appellare feudum ex pacto & prouidentia, feudum de familia, siue familiare (de quo in primo titulo generali in feudo ex pacto & prouidentia multa diximus contra intentionē
3 Cumiæ, Doctoris Siculi) vocat † feudum omnino de familia, quod secundum ipsum idem importat, quod feudum omnino ex pacto & prouidentia: & ego concurro cum ipsius opinione huiusmodi feudum omnino ex pacto & prouidentia declarando, exemplificandoq; præter ipsius Arii dicta qñ alicui esset concessum feudum eo tenore eaq; forma, vt ipse beneficiarius illud teneret, & in eo eius liberi, siue filii succederent, ētsi nullo modo sint ipsius hæredes, nec in feudo, nec in bonis allodialibus, ꝯ ea quæ dicuntur in c. i. an agnatus, vt ex hac inuestitura corrigantur ibi dicta', dum filius non pōt feudum hr̄e & hæreditatem defuncti repudiare, prout ēt dr̄ in c. j. §. similiter. ver. filius, de Capita. qui Cur.' vendi. vbi dr̄ filium non posse recusare hæreditatem patris, absque feudo, sed prędecente huiusmodi inuestitura poterit hoc facere, hoc est hę ditatem allodii repudiare, feudumq; † præcipuum retinere, ad
5 instar agnatorum, vocabiturq; ꝑm me, hoc casu huiusmodi feudū sub tali forma cōcessum, feudum oīno ex pacto & prouidentia. Nec est mirū, vt hi termini ita ex meo capite declarētur, siqdē hēm⁹ feudū oīo hr̄ditariū, de quo inferius suo loco
6 dicemus ī tit. de † feudo oīo hæreditario, q̄ erit tit. 8. & tñ de eo

Source : BIU Cujas

Titulo V. de feudo

lo quutus est Iacobi.in verbo,& cum pacto quod de ipso feudo,in 4.col.num.xi.qui allegat Bal.in c. Impera.col.v.de prohi.feu.alie.per Fed. & meminit præfatus Arius Pinellus in tractatu prædicto,de bonis maternis.nu.96. fol. 577. & alii quos referemus in d.tit.suo loco: quod feudum omnino hŕditariũ erit,quando in eo omnes & quicunque hæredes,etiam extranei succedent,vt dicemus, sic & feudum omnino ex pacto & prouidentia.in quo succedens, nullo modo debebit hæres esse nec defuncti,nec primi acquirentis,postquam ea lege receptum fuit.

Quæ sunt de natura,ac qualitute huiusmodi feudi,tractata sunt in precedentibus,nam in primo titulo generali de feudo ex pacto & prouidentia,abunde dictum fuit quid sit,& ĩ quo consistat, & qualiter concedatur feudum ex pacto & prouid. & in aliis titulis,quando est antiquum,vel nouum,quid iuris sit, propterea aliqua alia dicenda non sunt, sed sufficiant ad huius tituli materiam quæ ibi notauimus, ideo transeamus ad explicationem tituli v. de feudo hæreditario, qui est titulus generalis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hæreditarium apud feudales constitutiones minime nominatum*
2 *Cap.i.qui succe. tenc. non probat feudum hæreditarium reperiri.*
3 *Ca.i.apud quem,vel quos.nõ probat hereditarium feudum,nec ibi in fine, de eo habetur sermo.*
4 *Iacobus de Ardizo,pater feudorum nuncupatus per Camerarium,loquitur de feu.hæreditario.*
5 *Loci,in quibus And.loquutus est de feudo hereditario.*
6 *Feudum concessum Petro,& suis filiis hæredibus,vel suis heredibus,dicitur hæreditarium.*
7 *In Regno Apuliæ hodie omnia feuda sunt hæreditaria.*
8 *Error Decii,& aliorum circa,veram cognitionem feudi hæreditarii.*
9 *Feudum concessum alicui pro se & suis hæredibus , dicitur hæreditarium.*
10 *Hæreditarium feudum dicitur id,quod fuit cõcessum pro se, & liberis,& hæredibus,cum copula,&.*
11 *Hæreditarium feudum dicitur,quando datum fuit Titio pro se,& hæredibus,licet non fuerit dictum vt hæredibus , reprobata quorundam opinione.*
12 *Hæreditarium feudum dicitur quod fuit datum pro se , & heredibus masculis.*
13 *Feudum hæreditarium dicitur illud , quod fuit concessum pro hæredibus descendentibus.*
14 *Feudum concesum pro hæredibus & successoribus masculis ex linea masculina descendentibus,dicitur hæreditarium.*
15 *Concessio pro se,& suis hæredibus legitimis masculis, facit feudum hæreditarium.*
16 *Concessio pro se,& suis hæredibus,facit feudum hæreditarium.*
17 *Concessio pro hæredib.quibuscunque,vel omnibus, & quibuscunque successoribus,facit feu.hæreditarium.*
18 *Feudum concessum pro illis de domo sua heredibus , dicitur hæreditarium.*
19 *Feudum datum pro hæredibus descendentibus erit hereditarium.*
20 *Feudum concessum tibi & liberis, vel hæredibus ex corpore descendentib. erit hæreditarium.*
21 *Concessio facta tibi & liberis , & hæredibus , facit feudum hæreditarium.*
22 *Concessio feudi pro se , & suis hæredibus & successoribus,facit etiam dici feudum hæreditarium.*
23 *Concessio pro quibuscunque successoribus,facit feudum hæreditarium.*
24 *Feudum receptum pro se & hæredibus masculis ex corpore procreandis, censetur hereditarium feudum.*
25 *Feudum datum pro te & successoribus,hæreditarium censetur .*
26 *Feudum pro se,& hæredibus legitimis,est necessarium.*
27 *Feudum concessum pro hæredibus ex corpore legitime descendentibus , an dicatur hæreditarium , distincte disputatur . & numero 28.& 29.& 30.& 31.*
32 *Feudum concessum viro & vxori,eorumque liberis, an in eo succedant liberi primi matrimonii.*
33 *Concessio loquens de nepotibus,an comprehendat nepotes ex fratre vel sorore.*
34 *Successor in feudo hæreditario debet esse hæres primi acquirentis, & vltimi morientis.*
35 *Feudum hæreditarium duobus consideratur modis .*
36 *Successor in feudo hæreditario non potest hæreditatem repudiare,& feudũ retinere.*
37 *Hereditarium feudum venit in petitione hereditatis.*
38 *Hæreditarium feudum venit in generali fideicommisso , & quomodo hoc procedat,sine assensu.*
39 *Inuentarium non potest in feudo hereditario.*
40 *Factum defuncti sine assensu , in feudo hæreditario quando non nocet hæredi.*

TITVLVS V.

OFert se nobis titulus de
1 †Feudo hæreditario,qui generalis est,quẽ admodum titulus primus de feudo ex pacto & prouid.quod feudum hereditarium, similiter apud feudales constitutiones non fuit nominatum prout de feudo ex pacto & proui.satis in primo titulo dictum fuit. Etsi Camerarius in c.imperialem,litera N.de prohi.feu.alie.per Feder.car.97.mul tum laborauerit,in demonstrando de iura feudalia huiusmo
2 di feudi hæreditarii meminisse,ponderando tex. in † c.j.q suc. tene.iuncto.c.j.de successione feudi, quæ iura secundum me, hoc non dicunt,quamuis in d.c.j.qui succe.tene.in fi.dicatur, hæredes laicorum compelli adimplere inuestituram factam per eorum prædecessores , quasi quod illa vox hæredes , importet feudum hereditarium reperiri.& similiter nequaquam
3 videtur hoc probari†in capit.j.§.fin.apud quem, vel quos,ibi, & ipse,vel heredes eius, sine hærede decesserit. Nam non est verum dicere, iura faciunt mentionem de heredibus,ergo valet consequentia,vt intelligantur de feudo hæreditario,prout predictus Camerarius asserit, in loco superius allegato, litera R.Quia multis in iuribus feudorum hoc exprimitur. & tamẽ heres pro filio capitur,nec ex hoc semper feudum necessario erit hæreditarium,prout videre est in capitu.j.§.et si cliẽtulus, de alien.feu.& in cap.j.§.similiter,de le.Corradi , & in capit.j. §.cum vero,de his,qui feu.dare poss.capitu.j.de gradib. succe. in feudo. capitu.j.de duob. fra.a Cap. inuest.cum aliis plenius per nos allegatis in titu.j.numero 35. fol.6. Ex quibus non est tutum dicere secundum Camerarium, probari ex dictis iuribus per ipsum põderatis,reperiri huiusmodi vocem feudi hæreditarii,apud feudales consuetudines, prout etiam huiusmodi opinionis fuit Afflictus in preludiis , numero 50. vbi dixit nullum textum in libro feudorum , in aliqua sui parte ponere, nec feudum ex pacto & prouidentia , nec feudum hæreditariũ,veluti de feudo ex pacto,& ꝓuidentia in d j.ti. oñdim⁹.

Sed quamuis legum , & cõsuetudinum feudalium latores huiusmodi feudo hæreditario nullibi scripserint, attamẽ Dd,
4 satis locuti sunt.Nam†Iacobus de Ardizo(quem patrem feudorum appellat Camerarius,in c.imper.litera, M. cart.12.)in summa rubricæ, qd sit feudum, seu beneficiũ.fi.col.dixit,feudum hereditarium inueniri,non tñ aliquem text.q hoc ꝓbet,
5 alleg.& post ipsum† And. oĩb.in subscriptis locis eiusdem meminit in c.j.ver.& olim.nu.6.de suc.feu.& in ca.i.in fi.nu.18.q succ.tene.& in c.sancimus.j.nu.2.quo temp.mil.& in d.c.Imp. nu.16.de proh.feu.alien.p Fed.in addi.in prin.& ĩ c.j.§.quid ergo.nu.8.in fi.de inuest.de re alie.facta,& in c.j.ver.donare.nu. 8.in fi.ibi,ergo.qualiter olim poterat feu.alie.& in c.j.§.nãles. nu.8.in addi.si de feu.defun.fuer. cont. & in c. Titius.ver.quid si Titius.in principio,& in verbo,secus si hŕditariũ esset.eo. ti. & in c.j.§.huius aũt generis.nu.xi.ex qb. cau.feu.amit.& in c.j. nu.1.an agna.vel fil.& in c.j.§.si vasal.feu.ver.Itẽ si feudũ.e.tit. si de feu.defun.fuerit ꝙt.Quib.in locis And.simłr noĩat feu.hŕditariũ,sine qualitate antiqui, seu paterni,vel noui. Nam & ĩ tit.de feu.hæreditario antiquo,siue paterno,ponemus cœtera loca,ĩ qb.And.loquut⁹ est de feu.pr̃no simpłr, & absolute, qđ etiã de hæreditario intelligi potest, vt ipse declarat in c.i. in fi. ibi,quędam feuda paterna hæreditaria.qui succ. tene. nu. 18.

Ex dictis And.in suprascriptis locis,scire possumus, qñ feudum hŕditariũ dicatur: siquidẽ tũc hŕditarium appellari põt,
6 qñ † in ꝙcessione illud Petro,& suis hŕdib.ꝙcedi expresũ fuit, siue Petro eiusq; filiis hŕdib.expressa qualitate illa hŕdib. quæ feudum facit hŕditarium ſm verã regulã ex intentione And. in c.j.§.hoc quoq;.nu.7.de suc.feu.& in c.j.in prin. nu.1.an ag. vel filius,& in c.j.nu.ix.de alie.feu.pr̃.& in c.j.nu.18.in fi.q suc. tenea.& in c.j.§.qd ergo.nu.8.in fi.de inuest.de re alie. facta.& in ca.i.nu.xi.ex qb.cau.feu.amit.& in c.j.§.etsi libellũ.nu. 9.de alie.feu.pr̃.Al.ꝙs.19.n.4.vol.5.& ꝙs.26.nu.4.& 7.e vol. & ꝙs.44. nu.1.vol.j.& ꝙs.x.n.8.vol.3.Dec.ꝙs.208.nu.7.& cons.185.col.2. ver.nõ obstãt allega.& ꝙs.445.n.8.& 395. n.4.Goz.ꝙs.8. nu.29. Bru.ꝙs.24.n.2.late Loss.ꝙs.1.Et hanc cõem opi.dicit Did.Couli.2.variarum resolutionum , concl.6.Cur.iunior,cõs.1.nu.xi. Neapodanus in ꝙsu.etsi testator in verbo, disponere.Et hodie in regno est cap. Cõsiderantes, Regis Caroli ꝑ qđ † oĩa feuda
7 volunt censeri concessa pro hære. & hæreditaria nuncupari, Affl.dec.140.&240.nu.x.de quo inferius aliqua alia dicentur.

Volo,ne iuniorum ingenia confundamus, ut in hac re ad-
8 uertatur ad vnum,quod multos† errare fecit ĩ cognitione terminorũ huiusmodi feudi hæreditarii Siquidem Dec. cõs.181. nu.3.errauit cum facta omnium,quos ipse allegat simul cum Mariano Socino consi.112.num.v.vol 2. & cõs.137.n.13.vol. j.q sequut⁹ Iasonẽ in vsib.feudorũ, col.fi. nu.128. & cœteros, quos ipse citat ibi volẽtes tũc dici feudũ hereditarium,qñ fuit

concess-

Source : BIU Cujas

conceſſum alicui pro ſe & hæredibus quibuſcũque, ſiue pro ſe & omnibus hæredibus, ita vt etiam extranei comprehendã tur, nam dicunt ipſi, quod ſi fuit cõceſſum feudum alicui pro ſe & hæredibus ſimpliciter, eo caſu non hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia iudicari, per textum in capitu. j. §. etſi clientulus, de alien. feu. & in capit. j. §. ſimiliter. de le. Corra. & in capitu. j. §. cum vero, de his qui feu. da. poſſ. cum aliis iuribus per nos ſæpius allegatis, in quibus hæres ſemper pro filio capitur: & ex hoc dicunt merito feudum conceſſum pro ſe & hæredibus, intelligi id eſt filiis. & ſic non hæreditarium, ſed ex pacto & prouidentia cenſebitur: mouenturque ex dictis And. in capitu. j. §. huius autem generis. numero xi. ex quibus cau. feu. amitt. & in capit. j. §. et ſi libellum. num. x. de alien. feu. pat. quibus in locis dixit And. feudum conceſſum pro hæredibus, intelligi pro filiis, ſicque eſſe ex pacto & prouiden. Nam vt dixi, errare videntur, quia etſi hæres in materia feudali pro filio capiatur, vt probatur in ſupra allegatis iuribus, attamen non ex hoc dicendum eſt feudum eſſe ex pacto & prouidentia & non hæreditarium, prout terminos ſatis declarauimus ex mente And. in d. §. huius autem generis, & in cap. j. col. i. an agnatus, vbi dixit ideo feudum datum pro hæredibus ſiue liberis cenſeri ex pacto & prouidentia, quia contrahentes voluerunt intelligere pro hæredibus, id eſt pro filiis. Præterea And. in d. cap. j. §. huius autem generis. numero 11. tradidit, tunc dici feudum ex pacto & prouidentia, quando illa vox hæredibus, venit ex ſubaudito intellectu iuris, non autem ab hominis expreſſione, quia ſi fuerit a concedente in conceſſione expreſſa, tunc hæreditarium diceretur, prout plenius in i. tit. demonſtrauimus, vnde quia non diximus quãdo feudum fuit conceſſum pro Titio, eiuſque hęredibus fore hęreditarium propter expreſſionem in inueſtitura factam illius dictionis hæredibus, propterea veram eſſe concluſionem teneamus, hæreditarium eſſe feudum.

Ex eiſdem infertur ad aliam ſpeciem conceſſionis, ſi forſan
9 concederetur † feudum alicui pro ſe, & ſuis hæredibus, vt ſimiliter feudum hæreditarium iudicetur: non enim talis conceſſio intelligetur de ſuis, hoc eſt filiis, quibus tantum congruit ius ſuitatis iuxta §. fui. Inſtit. de hære. quali. & diffe. prout diximus in j. titu. generali. fol. xv. num. 75. ſed propter adiunctam qualitatem hæredibus, erit hæreditarium feudum non aliter, ac ſi dictum fuiſſet, pro liberis, ſiue filiis hęredibus, prout colligitur ex multis citatis per Arium Pinellum, in l. j. C. de bonis mater. nume. 89. fol. 549. quamuis ipſe ibidem ſentiat huiuſmodi feudum, etiam cenſeri de familia, ſiue ex pacto & prouidentia, dum vult in eo extraneos minime ſuccedere, quod nos non tenemus: ſi quidem ſimpliciter feudum hęreditarium vocauimus, ſecundum intelligentiam verorum terminorum, ex And. Nec dubitandum eſt aliquo modo hæredes extraneos a feudalium ſucceſſione, omnino repellendos, niſi fuerit dictum, pro hæredibus quibuſcunque, quod neque hic affirmo, ſed in tit. de feud. quod ita datur, ut is habeat, & cui dederit, plene diſcutiemus. Remanet ergo ex omnibus ſupra dictis, vera regula, feudum hæreditarium dici quando in conceſſione fuit expreſſum concedi Titio, ſuiſque filiis hæredib. vel ſibi ſuisque hæredibus.

Et idem dicendum de conceſſione facta Titio pro ſe & liberis, & hæredibus, cum copula, &, quæ magis qualificat præ
10 cedentia, ut † feudum hęreditarium dicatur, & ſucceſſor feudi debeat eſſe hæres, ex doctrina Bar. in l. prętor. ff. de vi bonorũ rapto. num. j. & in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo inſtr. Paris, de feu. cap. an ſi quis. num. ii. cat. 119. Arianus Pinellus in d. l. j. num. 90. fol. 550 & mox dicemus. Aduertendum etiam eſt ad errorem quorundam aliorum volentium, tunc dici feudum hęreditarium, qñ fuiſſet datum alicui pro ſe & ſuis hæredibus, vt hæredibus, ſimiliter moti ex his quæ mox diximus, verbũ hæredibus, intelligi de filiis, prout ſentit Pernus cõſ. 4. pe. col. vbi, & in multis aliis locis, tradit hęredes. in feudali materia, pro liberis ex corpore deſcẽdẽtibus intelligi, quod quãuis verũ ſit, tamen negari nõ poteſt, quin feudum hæreditarium dicatur, etiam non expreſſo pro hæredibus, prout bene aduertit Loffre. conſi. 1. num. 23. Nec contradicit And. in ca. 1. §. quid ergo.
11 num. 8. de inueſt. de re alie. fac. ibi dum dicit † feudum hęreditarium, & non ex pacto, quando fuit dictum in conceſſione, filii ſuccedant tanquam hęredes, quia bene loquitur And. eſſe tunc feudum hæreditarium, ſed non arctat nos vt hoc omnino debeat exprimi in conceſſione, alioquin non ſit hæreditarium prout aliqui tenent, refert Loffredus in d. conſilio 1. nu. xxiii. qui ſecundum me, non recte dicunt per ſupradicta.
12 Quæritur ſucceſſiue, quid dicendum de † feudo conceſſo alicui pro ſe, & hæredibus maſculis, an ſit hæreditariũ, vel ex pacto & prouidentia? Viſum eſt multis, eſſe ex pacto & prouidentia potiuſquam hæreditarium, prout aliqua de hoc diximus in titu. j. de feudo ex pacto & prouidentia. numero x. car.
13 Nam Bal. in l. cum virum. fin. col. C. de fidei. videtur voluiſſe cenſeri ex pacto & prouid. dum illud vocat familiare feudum. Hoc idem voluit Decius, conſi. 185. num. 3. Rubeus Ale. conſi. 84. num. 9 & conſi. 10. nu 4. & conſi. 85. num. 4. per ea, quæ tradunt Dd. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & poſt. Dec. conſil. 395. num. 6. & fuit originale dictum Raynerii de Forliuio, in quæſt. incip. quidam habebat duos filios relatum per Bald. in l. Caius. ff. ſoluto mat. Alex. conſi. 105. num. 2. volum. j. facit pro hac opinione, id quod dixit And. in c. j. §. præterea ducat⁹. num. 38. de prohi. feu. alien. per Fede. quem refert Afflict. in c. j. num. ii. de eo, qui ſibi & hæredibus ſuis maſc. vbi ſi feudum concedatur pro ſe & liberis, ſiue hæredibus deſcendentib. erit ex pacto & prouid. quaſi idem importet illa vox deſcendentibus, quod maſculis. Hoc quoque voluit Marcus Anto. Natta. conſi. 130. num. j. & vi. & conſi. 127. & 129. vbi per multa concludit eſſe ex pacto & prouid. Paul. de Caſt. in l. ex pacto. §. fi ff. ad S. C. Trebel. dixit vnum, quod facit pro hac opinione (etſi falſum ſit) feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, eſſe ex pacto & prouid. ſecus autem, ſi pro ſe & liberis hæredibus, quia tunc hæreditarium, quod ſupra nos reprobauimus, cum aliis, huiuſmodi facte, Iaſ. in prelud. num. 128. Brun. conſi. 24. num. 3. Eius rei fortiſſimum eſt argumẽtum, quia recipiendo pro maſculis, fecit in familia, agnatioq; per maſculos conſeruarentur. §. i. Inſtit. de leg. agna. ſuc l. familiæ. ff. de ver. ſig. Hocque ſequutus eſt Pinellus in l. j. C. de bonis mater. par. 3. nu 88. car. 547. qui innumeros ibi allegat Dd.

Contrariam opinionem, vt hæreditarium ſit feu. tenuerũt Iacob. de Belloniſo, in cap. i. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis, vt diffuse refert Loff. conſi. j. num. 43. cum ſeq. Prepoſitus in c. j. 4. col. in fine, an agnatus, vel filius. Are. in l. pro hęrede, in §. quid tamen. poſt Paulum ibi, ff. de acquir. hęred. Alexã. conſi. 18. qui licet in aliis s̃. allegatis conſiliis variauerit, attamen in d. conſi. 18 hoc ſatis aperte contra Decium firmauit, dicẽs cõmunem ſententiam hanc eſſe. Afflict. in c. i. §. ſimiliter. de Capitaneo, qui curiam vendidit. Didacus Couar. in lib. Variarum Reſolut. c. 18. cum ſeq. Bar. in l. iuſiur. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. num. 4 Cumia, in c. ſi aliquem, in prælud. num. 282. A qua non eſt nobis recedendum propter regulam apud And. ſcriptam, Vt vbicunque in aliqua conceſſione exprimatur illa dictio hęredibus, ſemper dicatur feudum hæreditarium, prout inquit in c. j. an agnatus, vel filius. & in c. j. §. quid ergo. nu. 8 in fi. de inueſt. de re alie. facta. & in cap. j. §. huius autem generis. nu. xi. ex quibus cauſis feudum amit. & in c. i. §. etſi libellum. num. 9. de alien. feu. pater. & in ca. i. §. hoc quoque. num. 1. de ſucceſ. feu. & in c. j. in fine, num. 38. qui ſucceſſ. tene. cum aliis per nos in ſuperioribus allegatis. Præterea conſiderandũ eſt, quod illa vox maſculis, non poteſt plus importare, q̃ importet illa dictio, filiis, ſiue liberis: & nihilominus verum eſt ex communi ſentẽtia Andreæ, & omnium, eſſe ſimiliter hæreditarium, quando conceditur pro filiis, hęredibus. Idem ergo dicendum, quando pro hęredibus maſculis.

Et id, quod dicunt prealegati Dd. tenentes eſſe ex pacto & prouidentia, aut non eſt tenendum, tanquam non receptum: aut intelligendum eſt, vt ſit verum, dum vocati ſunt maſculi expreſſe ī inueſtitura, vt dicatur hoc reſpectu ex pacto & prouidentia, per quam eiſdem maſculis prouiſum, conſultumq; fuit. Quatenus vero maſculi prędicti vocati ſunt ſub qualitate hęreditaria, & tanquam hęredes, erit hęreditarium, ita vt illud habere nequeant niſi ſint hęredes acquirentis, vltimique defuncti. Quod etiam ſequutus eſt Laurẽtius Syluanus. ꝙ. 30.
13 Ex quibus reſultat reſolutio conceſſionis † feudi pro hæredibus deſcendentibus, ſiue pro hęredibus legitimis maſculis, vt pro ſe, ſuiſq; filiis, & hęredibus maſculis, vt ſimiliter dicatur hæreditarium, ex identitate rationis, quia idem eſt, dicere p deſcendentibus, quod pro liberis, ſeu filiis hęredib. Affli. ī prælu. num. 98. Curt. conſi. 3. nume. 3. Alexand. conſil. 18. nume. 12. volum. v. Arius in l. i. C. de bon. mater. num. 90. in prin. Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. num. 4. Paris, conſi. 23. vol. i. relatus per Cumiã, in p̃lu. nu. 288. etſi Marianus Soci. conſ. 112. nu. x. cũ ſeq. dixerit, & non bene, eſſe feudũ mixtum. And. in c. impe. §. pręterea ducatus. nu. 38. ver. ſed ſi dicatur. de proh. feu. alien. p Fed. intelligẽdo ipſum, vt reprobata opinione modernorũ, q̃riũ ibi arguat: ſi. n. nõ adeſſet illa vox, hr̃dib. ſed ſolum pro legitimis deſcendẽtib. ſiue deſcendentib. ex corpore, ſiue pro legitimis maſculis, ſiue pro ſuis deſcendentib. vt dicit And. in d. §. p̃terea. ver. ſed ſi dicat tunc eſſet ex pacto & prouidẽtia, vt ī j. ti. explicuimus. & tradit Mar. An. Natta, cõſi. 127. nu. 8. & conſi. 128. nu. i. & ii. Cur. conſi. 153. nu. 4. Alex. in d. ꝙ. 84. & 85. nu. 4. quẽ nos ſeqmur, qñ adeſt dictio hr̃dib. vt s̃. oſtendimus. Et eo maxime p̃dicta p̃cederent, vbi in cõceſſione appoſita eſſet alia qualitas, veluti pro hr̃dib. ſiue ſucceſſorib. maſculis, vt ſcribit apud Syluanũ, in d. ꝙ. 30. ex notatis p Dd. in l. Gallus. §. etſi parẽte. ff. de lib. & poſt. q̃is male ī hoc aduertit Rub. ꝙ. 84. n. 9. ī fi. Nec dicta Andreæ ī d. §. p̃terea, q̃ dicunt: q̃a licet videat ibi velle ſm opinionẽ modernorũ vt prẽmiſi,

Source : BIU Cujas

feudum, hoc censeri ex pacto & prouidẽtia etiam quod dictũ fuerit pro hęredibus descendentibus: tamen vt dictum est secundum vnum intellectum, ibi refert modernos hoc tenẽtes. Alij intellectus verbis prędictis Andreę, inferius describentur, postquam satis difficilia sunt dicta ipsius.

Quæritur, quid si fuit facta concessio feudi pro te, & hærede tuo, an intelligatur de iure venire ad successionẽ vnius, & sic primus hæres tantum? Guilielmus de Perno, in primis notabilibus, col. 4. ver. item quando, nil certum videtur concludere. vnde dicerem, ad omnes hæredes legitimos transire dicunt, Dd. in l. j. ff. de constit. Princip.

14 Quæritur, quid de†concessione facta alicui pro se, & hæredibus & successoribus masculis, ex linea masculina descendẽtibus, an dicatur hæreditarium? hoc dubium tangit Albertus Brunus, consi. 24. num. 3. ibi, Sextò est aduertendum, & determinat quando in formula concessionis prædictæ, fuit etiam dictum, pro hæredibus quibuscunque, esse hæreditarium: secus autem si dictio, quibuscunque, minime fuisset expressa. quia tunc ex pacto & prouidentia potius diceretur. Vnde ex his, quæ ibi per ipsum dicuntur, videtur feudum hoc non hæreditarium. Nos autem oppositum tenemus, ex generali regula Andreę & aliorum, vt semper apposita illa voce hęredibus, in concessione feudi, nuncupetur hæreditarium, etsi verbum quibuscunque, minime reperiatur adscriptum: quia ad faciẽdum feudum hæreditarium non est necessarium, vt paulò antè præmisimus: pręsertim quum fuerit dictum pro hæredib. & successoribus, quod magis hæreditarium facit feudum. plene consuluit Laurentius Syluanus consi. 30. Curt. iun. consil. 138. num. xv. Pernus, consil. 4. col. 7. versi. & sic apparet. Sed de hoc, etsi verum est, tractabitur in titu. de feu. quod ita datur, vt is habeat & cui dederit. Vbi qualiter intelligantur dicta p eundem Syluanum, consilio 52. numero xii. volentem, expressionem hæredum & successorum, importare, vt veniant extranei hęredes.

15 Quæritur de simili specie† concessionis factæ alicui pro se, & suis hęredibus legitimis masculis? Et similiter dicetur hęreditarium, propter expressionem illius verbi hęredibus, vt patet ex supra narratis: quamuis Marcus Antonius Natta, consil. 128. num. 3. senserit fore ex pacto & prouidentia, motus ex traditis per nos paulò ante in præcedentibus, propter illa verba legitimis masculis, quæ vt diximus iuncta illa voce, hæredibus, feudum hęreditarium reddunt.

16 Hinc fit, vt si expressis verbis tempore † concessionis feudi, fuerit dictum pro se, & suis hæredibus, tanto magis dicatur hęreditarium, per supradicta, & voluit Arius Pin. in l. i. C. de bonis mater. num. 89. iam etsi quando simpliciter fuisset facta cessio pro se & suis, dicatur ex pacto & prouidentia, & de hoc extant scripta.

17 Et ex hoc infertur ad†concessionem factam pro se, & hęredibus quibuscunque, vel omnibus, & quibuscunque, successoribus, et sine dubio hęreditarium censeatur, secundum omnes nemine contradicente, vt tradit Marianus Socin. consil. 112. num. v. volum. 2. Iason in vsibus feu. col. fin. versi. feudum hæreditarium, Alexand. consi. 195. num. 4. volum. vi. Natta cõsil. 159. nume. vi. Sed de hoc latius tractabitur in titu. de feudo quod ita datur vt is, & cui dederit habeat. vbi si hæc concessio comprehendit legatarios, cæteroſque extraneos hæredes, videbimus.

18 Alia est formula† cõcessionis feudi, pro se, & illis de domo sua hęredibus: Nam quamuis sine adiectione illius verbi, hæredibus, feudum datum pro illis de domo tua, dicatur ex pacto & prouidentia, vt scribit Marian. Socin. consi. 103. nume. xi. & 24. volumi. 2. & per nos alias dictum fuit in primo titu. de feudo ex pacto & prouidentia, de concessione facta generi, sive illis de familia: attamen per appositionem illius vocis hæredibus, feudum erit hæreditarium, vt sæpius declaratum est.

19 Et similiter idem censendum est, de feudo†concesso alicui pro se, & suis hæredibus descendentibus, siue pro se, & suis hæredibus per virilem sextum descendentibus, vt semper hæreditarium dicatur, stante expressione hęredum, qua non facta, similiter ex pacto & prouidentia diceretur. Cuius formæ meminit Paris, de feudis, in c. An si est concessa res particularis. car. 70. vbi quęrit, si hoc casu includetur fœmina ex masculo descendens, & similiter Arius in l. i. C. de bonis mater. nume. 90. fo. 550.

20 De alia concessione quæritur, quid de feudo†concesso Tibi & liberis, vel hęredibus ex tuo corpore descendentibus? Afflict. in cap. j. num. 2. de eo, qui sibi, vel hęredibus suis. post An. in §. prętera ducatus, tangit hãc difficultatem, distinguẽdoque dicit, quòd quando est vna inuestitura, exprimens pro te, liberis vel hæredibus ex tuo corpore descendentibus: tunc attento, quod illa dictio, vel, est posita inter diuersa, videlicet ilberis, & hæredibus, quorum alterum est ex pacto & prouidẽtia, alterum vero hæreditarium, tunc ponitur pro &, & non dicetur feudum hæreditarium, non secus, ac si dictum fuisset, pro hæredibus ex corpore absolutè, quod secundum ipsum esset, ex pacto & prouidentia.

Nos autem contrarium, tanquam verius, tenemus: vt potius hæreditarium censeatur tam etsi dictum fuerit pro hæredibus ex corpore, vt inferius latissime tractabimus. Sin autẽ secundum præfatum Afflict. in loco supernus allegato, esset dictum, tibi, & liberis, vel hæredibus ex corpore, etiam hoc casu dicit ipse fore ex pacto & prouidentia: Nam siue dicatur tibi, & liberis simpliciter, erit ex pacto & prouidẽtia, quod nõ negamus: siue autem dicatur, pro se, & hæredibus ex corpore, similiter secundum ipsum erit ex pacto: Sed hoc non affirmamus, immo hæreditarium esse dicimus, prout patet ex supra traditis, & ex his, quę paulò mox inferius dicentur: Propterea cum in huiusmodi specie concessionis duæ formulæ adscribãtur, altera pro se & liberis, quæ feudum ex pacto & prouidentia causatur: altera vero pro se & hæredibus ex corpore, quæ secundum nostram sentẽtiam hæreditarium reddit feudum: quia interposita fuit dictio, vel, quæ cum sit alternatiua, & in alternatiuis electio est ipsius debitoris. l. plerunque. ff. de iure dot. in fine: arguendo modo possemus dicere, esse in facultate, electioneq; ipsius feudatarii declarare, sub qua velit feudũ tenere, postquam sub vtraque specie & pacti & prouidentiæ, & hæreditarii, sibi datum fuit.

Nunc quęro de alia quęstione, quam similiter tangit idem
21 Afflict. in d. c. j. num. 3. si inuestitura†feudi dicat, Tibi, & liberis, & hæredibus absolutè, an dicatur hæreditarium? & post multa concludit ibi esse ex pacto & prouidentia, non autem hæreditarium. Mouetur quia nõ est absonum, ꝙ quis expresse stipuletur, quòd tacitè de sui natura veniebat, scilicet quod filius sit hęres. Vnde si est expressum, quod sit hęres, non hẽt mutare, & alterare principale verbum liberis, quod est ex pacto & prouidentia per tex. in l. 3. ff. de leg. j. & in hoc casu inest tacita conditio in filio, vt sit hęres patris, ad hoc vt possit habere feudum: ideo si exprimatur, non ex hoc fit feudum hæreditarium, sed remanebit ex pacto & prouidentia, sicut quãdo simpliciter esset dictũ, tibi, & liberis. ex quibus ipse residet in opini. quod dicatur feudum ex pacto & prouidentia. Sed nos ab huiusmodi sententia recedimus ex distinctione Andreæ in c. j §. huius autem generis, num. xi. ex quibus causis feudum amittatur. & in ca. j. j. col. an agna. volentis esse differentiã, vt quãdo vox hæredibus, profertur ab homine, tunc feudũ dicatur hæreditarium: Secus autem si a lege subaudiatur, vt ex pacto & prouidentia intelligatur, sicut alias diximus in j. tit. nu. 53. car. x. Vnde quia dictio hæredibus, expressa est a concedente & a recipiente feudum, meritò erit hæreditarium. & dicta ibi per Afflictum contra ipsorum retorquentur, probantque hoc, quod dicimus, & voluit Arius Pinellus in d. l. j. C. de bon. maternis. nu. 99. ibi infertur. fol. 551. & nos quoque aliqua de hoc præmisimus.

22 Quid dicendum in huiusmodi alia†concessione pro se, & suis hæredibus, & successoribus vtriusque sexus, de suo corpore legitime descendentibus, de qua apud Decium consi. 395. num. v. vbi tenet esse ex pacto & prouidentia, ex his, quæ dicit And in capitu. j. §. etsi libellum. versicu. sed quid si acquisiuit, de alien. feu. pater. vbi si fuit dictum, damus tibi & hęredibus tuis ex tuo corpore legitime descendentibus, tali casu verbũ hæredibus exponitur, id est liberis. Sed ego etiã in hoc dico esse hęreditarium feudum per ea, quę sępius in superioribus prę missa sunt, ex Regula, vt vbicunque fit mentio hęredum, dicatur feudũ hęreditariũ: Tanto magis, quum in hac concessionis specie fuerit etiam dictum, pro successoribus. Nec And. in d. §. etsi libellum, dicit non esse hæreditarium, etsi dicat verbum, hæredibus capi pro filiis, immo si recte verba Andreæ ponderentur, potius ibi determinari dicatur, prout de hoc inferius plenius loquemur, quum tractabimus de formis priuilegiorum hodie in Regno.

23 Veniamus ad determinationem alterius † concessionis pro se, & quibuscunque successoribus masculis, siue hęredibus masculis, de qua apud Antonium Rnbeum consil. 110. numero ix. vbi determinatur hæreditarium censeri feudum. Et faciant pro hoc dicta in superioribus, in quęstione illa ĩuestiturę pro hęredibus masculis, in qua concluſimus similiter esse hęreditarium feudum.

24 Vnde ex prędictis infertur, † ut concessio facta pro hęredibus masculis ex corpore procreandis, similiter faciat feudum hæreditarium: quamuis Rubeus Alexand. prædictus consilio 85. numero 4. senserit fore ex pacto & prouidentia. quo voluit etiam Marcus Antonius Natta consilio 130. numero vi. qui (vt diximus) errauerunt, dum Andream fidum consuetudinum feudalium interpretem sequi noluerunt, qui voluit per expressionem hęredum, semper feudum hæreditarium nuncupari, quod hodie in regno nostro sine controuersia,

Source : BIU Cujas

uersia receptum est,per ea,quæ supra tradita sunt, ex dispositione c.considerantes,de quo nunc loquemur. Quæ autē constituenda sit differentia,si in concessione dicatur,pro hęredibus eorum ex corpore descendentibus, siue pro hæredibus ex tuo corpore descendentibus.dicit And.in consti.vt de succes.in verbo,fratre.

25 Nec est dubitandum per prædicta, feudum†datum pro se & successoribus,hæreditarium cēseri, a maioritate rationis, vt firmat Alexan.consilio clxxiiii.nu.xi.qui allegat Ale.consilio xix.numero 4.vol.v.

26 Idemque concludendum est,si fuerit facta † concessio pro se & hęredibus legitimis : quamuis Gozadinus consilio 26. num.29.& Marianus Socin.consilio cxii.vol.ii. contrarium voluerint,& male secundum suprascripta,si vera est regula quæ apud And.sępius legitur.

Aggrediamur modo quęstionē

difficilem redditam a Loffre.consi.j. in prin.quid dicendum de formula concessionis feudi, hodie in hoc regno nostro communiter in priuilegiis feudalium descripta,pro te,& hęredibus ex corpore legitime descendētibus? quam ne iuniorum ingenia confundantur, superque intelligentia illius cōsilii inuoluantur,diuidemus in tres punctos: Primus erit,qd iuris de feudo taliter concesso, de iure communi feudorum vbi non viuitur iure Francorum, an censeatur hæreditariū, vel ex pacto & prouidentia? Secundus erit punctus, quando viuitur iure Frācorum,sicut nos in regno viuimus, & in priuilegio concessionis expressum fuerit,pro te & hęredibus ex corpore legitime descendentibus , sexus & ætatis prærogatiua seruata,ita vt masculus fœminæ,& maior natu,minori præferatur,iuxta tex.constitutionis regni , vt de successionibus,iuxta quę receptiorem stylum priuilegiorum regni, circunscripta dispositione capituli Regis Caroli II.cuius caput considerantes.Tertius vltimusq; punctus erit,quid iudicabitur hodie de hac concessione, stantibus constitutione prædicta,vt de successoribus,dictoq; c.considerantes.

Veniamus ad primum, quando non viuitur more Francorum , & esset quæstio extra Regnum Apuliæ, Nam tunc videtur potius nuncupari posse ex pacto & prouiden.quam hęreditarium,vt videtur dicere And.in c.imperialem.§. præterea ducatus.nume.38.versi.sed si dicatur,de prohibita feu. alie.per Fede.vbi si dicatur feudum concessum Titio.& liberis,vel hęredibus descendentibus , dicitur ex pacto & prouidentia.Vnde

27 ęquiparando†concessionem pro hęredibus descendentibus , concessioni pro hęredibus ex corpore legitime descendentibus,erit ex pacto & prouidentia. Et insuper dicit ibidem sic esse nouas concessiones in regno Sicilię,pro ut refert Loffredus in d.consi.j.num.142. Hoc idem videtur sentire And.in c.j.ver.nam & illud nume.5.ibi, nisi aliud diceretur per Principem, de eo qui sibi vel hæredibus suis. vbi asserit concessionem factam pro hæredibus masculis, & his deficientibus , fœminis esse ex pacto. ergo idem iudicandum est de concessione pro hæredibus ex corpore legitime descendentibus Et similiter in c.primo,in prin. de alien.feu. pater.voluit feudum dici ex pacto & prouidentia,licet hæredi debeatur:propterea,quia datum fuit pro hęredibus ex corpore descendentibus, ideo ex pacto & prouidentia censebitur.Hoc quoque firmasse videtur in eodem ca. j.§.& si libellum,num.9.ver.quid si acquisiuit pro se, & hęredibus suis,sicut est forma priuilegiorum hodie in Regno Sicilię,Damus tibi , & hæredibus tuis ex corpore legitime descendentibus cum dixi,hęredibus,videtur exponi,idest liberis,& tunc videtur filius habere partem viuo patre.vnde erit ex pacto & prouidentia.& in c.j.§.huius autem generis, num ix.dixit idem Andr.quod si rex det feudum alicui,non expresso sibi, & liberis suis ex suo corpore legitime descendentibus , quod solet communiter in priuilegiis bonorum apponi,vt intelligatur dictum,quo casu erit ex pacto & prouidentia:Cuius formæ,damus tibi,& hęredibus ex tuo corpore legitime descēdentibus,meminit idem Andr.in constitutione regni , vt de successionibus,& in c.primo.§.naturales.nume.8. in additione,si de feu defun.fue.con.Hanc eandem opinionem tenuit Afflic.licet nimis inuolute loquatur,in c.j.num.8.9.an agnatus,& in c.j.num.2.de inue.quam Titius acce.a Sempronio. quamuis variasse videatur aliis in locis. mox inferius citandis.Et huiusmodi opinionis fuit Decius consilio 395.nume. 6.Ant. Rubeus varius in his quę dixit in consilio 18.contra Decium,tenet hanc opinionem,in consi.85.num.5.Marcus Anto.Natta hoc quoque voluit,consil.130.nume.4.& 5.sequutus in d.consilio 85.Arius Pinellus in l.j.par.iii.C. de bonis mater.nume.88.non constituens differentiam inter feudum receptum pro hæredibus masculis, siue pro hæredibus ex corpore descendentibus , vtroque casu secundum ipsum dicatur ex pacto & prouidentia , ibique asserit Aymonem, Rubeum,Afflictum,multosque alios in hoc variasse , quos ibi videas:quia eius dicta nolo hic transcribere. Ratio, qua mouentur tenentes hoc.Nam vt sępius dictum est, verbum hęres,in feudis capitur pro filio, vnde quemadmodum concessio feudi facta pro filiis , causatur feudum ex pacto & prouidentia:ita etiam facta pro hęredibus ex corpore descendētibus,vt illa verba,ex corpore descendentibus, sint apposita ad declarationem illius verbi hęredibus: & similiter Pernus consilio xiii.col.4.æquiparando concessionem pro te & hæredib.ex corpore, concessioni pro te & liberis,censetur hoc voluisse tenere.

28 Contrariam sententiam,vt hæreditarium sit†feudum cōcessum pro hæredibus ex corpore legitime descendentibus, quando non viuitur more Francorum , (& sumus extra regnum Apulię, vbi nec constitutio, vt de successionibus, nec cap.considerantes,viget) probat regula,ex And.sumpta, cuius satis paulo mox in precedentibus meminimus. Vt sem per expressio verbi hęredibus, faciat hęreditarium feudum nuncupari , prout vltra ibi allegata voluit Alexā. consi.28. nu.19.vol.v.& consi.129.numero 1. eodem vol.vbi per plura allegat concessionem factam pro hęredibus descendentibus,censeri quid hęreditarium,& in l.quidam.§.j.ff.de eden.

Hoc idem in terminis quęstionis nostræ tenuit Afflict.clarius loquens in c.j.num.5.de alie.feu.patr.idem Afflict.in c.j. ex quibus causis feu.amit.nume.59.Antonius Rubeus mox citatus,consilio 18. reprehendendo Decium dicit hanc esse communem opinionem. Hocq; videtur ex intentione Andreę in c.primo,§.quid ergo,in fin.de inuest.de re alie.facta. dum loquitur de inuestitura huius regni , de qua multa scribit Freccia in differentia xvi.feudi hereditarii,char. 263. Facit pro hoc id,quod scribit Curtius in 4.par.ver.ex prędicta. nume.132. in fine. vbi hæreditarium feudum appellat illud, quod fuit concessum pro liberis & hæredibus. Traditur ratio,quare hoc feudum hęreditarium dicatur,quia quotiens ad esse alicuius duo requiruntur.hoc est,vt si hęres,& ex corpore legitime descendens,non sufficit si alterū interueniat: ideoque oportebit successorem,& esse de descendentibus ex corpore acquirentis feudum , & similiter eius hæredem , vt tradit glo.in l.ex facto.§.fin.ff. ad Trebel.argu.l.is qui ducenta.§.vtrum. in fi.ff.de reb. dub. cum aliis ad hoc propositum coaceruatis per Cumiam in prælud.c.si aliquem, regni Sicilię,a num.268.vsque ad nume. 293. vbi plenissime disputando hunc articulum, quia nō distinxit terminos,ideo formauit feudum mixtum nuncupari,quod non vī verum in hoc primo puncto etsi in secundo,quem examinabimus, quando viuitur iure francorum,possit sua opinio esse vera.

Hanc vltimam opinionem teneamus,sed illam tenere facile est, difficile autem respondere obiectionibus,fundamētisque pro contraria parte ex dictis Andr.factis: quæ etsi vni co verbo expedire possem.remitendo me ad Loffredum,in consilio primo , qui seriatim omnibus respondet, attamen quia magis inuoluit, quam declaret , ideirco breuissime respondeamus.Et primo his,quæ dixit And.in §.pręterea ducatus,vt intelligantur,altero modo procedere secundum opinionem Modernorum,quam opinionem ipse Andr.reprobauit,& in c.primo, an agnatus & in c.primo,de alie.feu.pa. & in c.j.§.hoc quoq;.de successione feudi.& mihi semper displicuit,vt ostendi in primo ti. vbi aliter tenuimus,ideo dicamus vt ibi.Altero vero modo respondet Loffred.in d. consi. j.nume. 143.volens(ne tantum virum Andream aberrasse dicamus)rectius esse , si impressoribus & scriptoribus hunc errorem ascripserimus,vt corruptus sit,dicentes debere legi dempto illo verbo hęredibus , quod mihi neque placuit.Et id quod dixit in c.primo,de eo qui sibi & heredib.masculi,& (his deficientibus)fœminis,tali feudo succedetur per pactū, vt verum sit : quia de illo iure communi feudorum fœminę non succedebant , nisi per speciale pactum fuissent vacatę:

26 non ergo ex hoc sequitur, feudum tunc esse † ex pacto & prouidentia,vnde hæc est vera intelligentia eorum, quę Andre.ibi dicit,prout tacite sentire videtur Loffre. licet non expresse dicat in d.consi.j.num.43.Nec moueor, quod And.dixerit in c.j.de alien.feu.pa. feuda ex pacto & prouidentia deberi hęredi, quasi quando feudum sit concessum pro hęredibus,similiter dicatur ex pacto & prouidentia. Nam minime valet consequentia,feuda ex pacto & prouidentia debētur hęredi , ergo concessa pro hęredibus ex corpore dicuntur etiam ex pacto,quia nil commune habet vnum cum altero,& scripta Andreę ibi (vt alias in primo ti.dictum fuit). alium habent sensum,vt vel illa dicto hæredi,exponatur,id est,filio,prout sæpius in feudis exponi solet, vel vt dicamus, feuda hęreditaria etiam appellari posse largo sumpto vocabulo,ex pacto & prouidentia , prout alibi hoc ex dictis Isernię hoc in loco probari affirmauimus , vel secundum aliquos,& verius,vt intelligantur ex pacto, & prouidentia no

uo

Source : BIU Cujas

uo,in quo filius debet esse hæres, vt etiam alii successores. Nec etiam dicta eiusdem Iserniæ in §.& si libellum, contradicunt huic nostræ sententiæ:nam (vltra responsum Loffredi in dicto consilio j.nume.cliiii.qui intellexit Andr.non loqui decisiue,sed motiue, quasi ibi firmauerit eius opinionē, vt quando dixit hęredibus,intellexerit de filiis) ego considerabam Andr. ibi posse intelligi, vt determinet feudum hoc etiam hęreditarium , dū subdit ibidem, quia etiam propriā rem hæredis vendendo.ex quibus verbis apparet,And.loqui de feudo hæreditario , vel poteris respondere (& erit secundum me noua consideratio)vt dum Andr.loquens de communi forma inuestituræ regni,dixit pro hæredibus ex corpore descendētibus.i.filii, voluerit exponere & declarare illud verbum hæredibus,& sic dixerit hęredes ex corpore descendentes.i. illos declarando hoc: Sed non propterea voluerit firmare esse ex pacto & prouidentia.Nec etiam me mouent dicta per eundem in dicto c.primo, §. huius autem generis. vt verum sit feudum simpliciter concessum absque expressione aliqua filiorum,vel hæredum intelligi, prout ius vult, ita vt sit ex pacto & prouidentia , vt alias diximus latissime, de hoc in primo ti.num.53. sed quando verbum hæredibus in concessione ab homine fuit expressum,tunc erit hæreditarium,quemadmodum sic etiam intelligit Loffre.in d.consilio j.num.134.

Secundus punctus,quando sumus in regno , in quo viuitur secundum ius Francorum, cōstitutionemquem prędi-
30 ctam,vt de successionibus,si reperitur solita † concessio pro hęredibus ex corpore legitime descendentibus,sexus & ætatis prærogatiua seruata,ita vt masculus fæminę,& maior natu minori pręferatur,circunscripta dispositione dicto c.considerantes.quid de iure dicendum?Nam Afflict. in c.primo, §.hoc quoque.nume.33.de succes.feu.tangit huiusmodi dubium,& ex eius dictis colligere possumus,inuestituram hāc designare feudum fore ex pacto & prouidentia,cuius rei fortissimum est argumentum . Nam cum ex inuestitura, tum etiam ex dicta constitutione , vt de successionibus, vocatur primogenitus masculus , contra ius commune feudorum, quo ad omnes filios æqualiter pertinebat.ca.primo,§.& qa vidimus.de his qui feu.da.pos.cap.j.de succes.feu. And.in d.§. præterea ducatus.ver.sed si dicatur.ergo erit ex pacto & prouidentia:tuncque verbum hęredibus,mutabit naturam , & qualitatem propter sequentia verba,sexus & ętatis pręrogatiua seruata,per quæ solus primogenitus vocatur, argu.l.sed si adiiciatur.ff.pro socio.l.si vno. ff.loca.l qui lancem. de au. & argento leg.scribit And.multa de hoc in ca.primo,qualiter olim po.feu.alie.& in d.consti.vt de succes. Hoc idem voluit dictus Afflict.in c.j.nu.3. de eo qui sibi vel hæred. suis.& in c.j.nu.2.de inuest. quam Tit.acce. a Sempronio. Et huius sententię fuit Pernus consilio 4.11.& 12. & cæteris in locis, quos allegabimus in ti.de feudo iuris Francorum,ibique fusius veritas istius suæ opinionis tractabitur in quęst. illa feudi concessi si pro primogenitis feudique concessi , ita vt viuatur more Francorum.Modo vero (& si mea valet sententia putarem feudum hoc extra dispositionem dicti c. considerantes,posse appellari mixtum:Nam est receptum pro hęredibus ex corpore , erit hęreditarium. quatenus autem ex formula concessionis huius regni vocantur primogeniti ad successionem feudalium contra ipsorum propriam naturā, vt mox ostendimus,iudicabitur ex pacto & prouidētia,quę ab ipsa regni constituti one causatur . Concurritque etiam pacto dati feudi ipsorum contrahentium,qui voluerunt primogenitis principaliter prospicere,vt considerauit Andr. in c.j.num.1.de succes.feud & in d.c.j.§. olim.nu.8.eodem ti.& in c.omnes filii.num.2.ibi lex & pactio dati feudi , si de feu. defun.fuerit contro.quamuis, vt dicam in ti.de feudo quod transit ad primogenitum tantum , discrimen esse videtur inter concessi onem hanc,& illam factam alicui eiusq; primogenitis Patet ergo ex prædictis feudum hoc posse defendi fore mixtum,hoc est,hæreditarium , & ex pacto & prouidentia legis & hominis,non autem in stricta & propria,vt quādo datur pro filiis duntaxat. Cętera autem supplentur in d. ti.de feudo iuris Francorum,& de feudo mixto.

Tertius & vltimus punctus a nobis propositus , quando
31 † inuestitura dicit , pro hæredibus ex corpore descendentib. sexus & ętatis prærogatiua seruata, manente dispositione d. c.considerantes.& tunc superuacaneum videtur hoc cōtrouertere:quia vt testatur idem Afflict.in d.c.primo,num.2.de inuest.quam Titius accep. a Sempro.hodie in regno omnia feuda hæreditaria sunt,allegat Neap.in consue.etsi testator, in verbo,disponere,num 8.vbi dixit omnia feuda esse hæreditaria,cum eadem sit forma, si succedatur alicui & successoribus suis siue hæredibus ex suo corpore descendentibus, per d.c.Regis Caroli II.quod incipit,considerantes,char.18. hocque apud eundem Afflict.legitur dec.195.nu.7.& 293.& 140.vbi sępius ita iudicatum scribit, & minime sunt mutanda,quæ antiquam habuerunt interpretationem. Quæ tametsi secūdum omnium sententjam minime vsu, moribusq; recepta sint,nihilominus miror quonam pacto tātam vim faciunt in d.c.considerantes,(quod secundum me)nec minimum quidem verbum in eo, si feuda sunt vel non sunt hæreditaria,ponit, etsi implicite ex eo hoc colligant , ibi dum disponit fratres vel sorores in feudis antiquis pro hæredibus in corpore concessis,posse succedere fratri primogenito, sine prole mortuo,ergo feuda sunt hęreditaria , qui a vltimo morienti,non autem primo acquirenti succeditur: quod in feudo ex pacto & prouidentia antiq.non obtinet , quam in eo primo,non autem vltimo succedatur , vt alibi in primo ti.ostendimus,ex multis ibi adductis.Ex hoc ergo solo sapiētes regni opinati sunt,omnia feuda hæreditaria hodie,quod quam debile sit argumentum, omnes vident:quia etsi ibi dicatur,fratres vel sorores,primogenito succedere,potest sane intelligi in feudo, non autem in hęreditate allodii, tuncque poterit hoc euenire in feudo ex pacto & prouidentia, vt alis satis ostensum est ex And.& cęteris,in cap.an agna. vt succedens habeat feudum,non autem hæreditatem defuncti, saltem confecto inuentario , vt in filio succedente in feudo ex pacto & prouidentia antiquo,in primo ti.generali de feudo ex pacto & prouidentia,extant scripta de hoc.Sed quamuis hęc subtilia sint,non tamē mouerent iudicantem in aliquo quin semper hęreditaria feuda huiusmodi formæ perpenderet,etsi in aliquo natura feudi hęreditarii censeatur alterata, propter pactum,vt primogenitus succedat,ideoque in larga significatione posset dici mixtum , vt alias dicemus , cętera ad intellectum huius ca. considerantes , alibi.

32 Vlterius quæritur,quid si fuit † concessum feudum viro, & vxori,& eorum liberis,an ob talem concessionem censeātur vocati filii dicti viri,siue dictæ vxoris , ex alio matrimonio procreati?Paris de reinteg.feu.in c.an si vir & vxor.cha. 72.tangit hoc dubium,commemoratq; Bald.in authen. qui rem.C.de sacrosan.ecc.determinasse hanc concessionem intelligi debere,vt proficiat filiis ex quocunque matrimonio procreatis, ita vt omnes ex quolibet matrimonio succedāt, argum.§.pen.in Authen.de nuptiis. Quæ sententia mihi minime displicet:quilibet enim cēsetur prospicere sibi, & filiis suis,nedum nasciturus,verum etiam iā natis, in quibus maior affectio , maiorque dilectio cadere videtur, cum sint in rerum natura producti,l.si pactum.ff.de probati.c.primo, de de duobus frat.

33 Vltimo quæro,quid si fuit facta† concessio feudi Titio,& eius nepotibus,an comprehendantur in hac concessione nepotes ex fratre siue sorore?Videbatur quod sic, quia filii fratris,sorori suę,nepotes nuncupantur,And.in c.primo, versi. item si fratrem,quibus mo.feu.amit.per illum tex. motus.l. si instituta.§.si de inofficioso.ff.de inoffi. testa. Ego dicerem contrarium, vt solum intelligatur de nepotibus ex filio , q vere,proprieque nepotes appellantur, Afflict.in d. §. item si fratrem,numero 10.faciunt dicta per Felin.in ca. tua nos.de proba.Et per Pau.in d.§.de inofficioso.Dec. consi.299. Sed si ex filio descendentes nepotes non supererent, tunc in defectum concederem ipsos ex fratre,vel sorore succedere,vt dicit ibi Afflict.& facit tex.in §.quarto gradu.Insti.de gra. cog. ibi,fratri sororiue nepos.

Hoc feudum hęreditarium,hanc habet naturam & qualitatem,vt qui in eo succedere vult,siue filius,siue agnatus sit,
34 semper †debeat esse hęres & primi acquirētis feudum & ēt vltimi morientis,vt inquit And.in c.primo,in j. col. an agn. & in c.primo,§.quid ergo.num.8.in fi.de inuesti. de re alien. fa.& c.j.§.hoc quoque.numero 7.de succes.feu.Pernus in secundis notabilibus.in prin.& in iiii.notabi.& in consil. vi.in ii.col.& in consi.22.j.col.Ale.consilio 19. num.13.volu.v.& consilio 10.numero 8.vol.iii.& consil.26.numero 9.volu.v. Decius consilio 390.numero 5.Cur.consi.138.nume.24. Camera.in capi.imperialem.§.preterea.char.96. litera E. cum sequen.vbi etiam quod filius debet esse hęres in ipso feudo, nedum in bonis allodialibus,prout alibi in primo titu.diximus.Et in hoc cauendum est ab Alber.Brun. errante consi. 18.numero xiii.& xiiii. vbi motus ex dictis per Alexan.in d. consilio x.& Iaco.de Bel.in c.primo , de eo qui sibi vel hęr. suis,voluit in feudo hęreditario sufficere,quod quis sit hęres primi acquisitoris, tametsi non sit hęres vltimi decedentis. Nam falsum est,quia secundum magis communem , & veriorem opinionem,vt testatur Cur.in dicto consilio 138.nume.24.debet esse hęres & primi,& vltimi, nec Alexan. in d. consilio x. dicit non debere esse hęredem vltimi volentem succedere in feudo hęreditario,sed tantum dicit oportere esse hęredem primi mediate, vel immediate, & idem dicit in dicto consilio 26.numero ix.Marian.Soci.consi.72.numero 29.vol.j.qui cæteros hoc dicentem ibi allegat, & consi. 188.

numero

Source : BIU Cujas

numero xv. eodem volumine primo. & consilio cx. nume. 2. Marinus in differentia x. feudi hæreditarii, char. 260. & per nos aliqua dicta fuerunt in ti. de feudo ex pacto & prouidē. nouo, num. 9.

35 Similiter feudum † hæreditarium duobus modis considerari potest, altero quando est concessum pro hęredibus, prout in præcedentibus satis dictum fuit: altero vero dicitur hæreditariū successione, vt quia in eo hæres successit, prout tradit Marin. in 22. differentia, feudi hæreditarii, fol. 267. Alber. Brun. per ipsum allegatus consilio xi. & de hoc idem Marinus multa notabilia scripsit, in 16. differ. fol. 263. vbi de inuestitura Caroli I. etsi regnum censetur hæreditarium. Quod feudum hæreditarium etiam ex pacto & prouidentia nunciu pari potest, extenso vocabulo, & in larga forma, quatenus omnia feuda a prouidentia Principis proficiscuntur, quemadmodum dictum fuit in j. ti. generali, ex mente Gul. de Perno, in ii. no. in prin.

Hæreditarium feudum hanc eandem habet naturam, &
36 qualitatem, vt successor † in ipso feudo, siue sit filius, siue ali⁹ propinquus, non possit feudum retinere, hæreditatemque repudiare, sed aut vtrunque habere, aut vtrunque recusare debebit, vt tradunt Do. post And. in c. primo, an agnatus. Iacob. de Belui. in c. primo. de eo qui sibi vel hære. suis. Pernus in consilio vi. j. colum. in princ. Alex. consilio x. numero 8. vol. iii. And. in c. primo. §. hoc quoque, de succes. feu. Decius consilio 390. numero 5. Marin. in differentia x. feudi hæreditarii, fol. cclx. prout etiam in j. ti. diximus, & vulgaria sunt in materia feudorum.

37 Ex quibus infertur aliquam qualitatem huiusmodi † feudi hęreditarii, vt veniat in petitione hęreditatis, glo. vulgaris apud And. in l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de peti. hæred. And. in c. primo, §. & olim. numero vi. de succes. feud. & in c. primo, in fine. numero 18. qui succe. tene. & in c. sciendum. ver. successione, numero v. de feu. cogni. & in in ca. primo. §. quid ergo. numero 8. in fi. de inuest. de re alie. fac. & in c. i. §. huius autem generis, numero xi. ex quibus cau. feu. am. & in constitutio. reg. hac edictali. in fine. Quibus in locis, & quamplurimis aliis semper And. allegat d. gloss. hocque voluit Ale. consilio x numero 8. volu. iii. & consilio 19. volu. v. Decius consilio cccxc. numero v. cum aliis allegatis per Marinum, in differentia viii. feudi hæredi. fol. cclviii. & per Camerari. in c. imperialem. fol. lxii. Iacobinus in verbo, & cum pacto, quod de ipso feu. numero 2. dicit Bartolū in hoc fuisse varium, de quo dic vt ibi per eum, qui etiam tradit modū qualiter peti debeat possessio feudi, q̄ erat apud defunctum.

Vnde petens hęreditatem, censetur etiam petere feudum, quod in hęreditate reperitur, quando petitor est successurus in dicto feudo, vt notant Alexan. & cæteri in l. si patroni. ff. ad Trebellianum.

38 Huiusmodi etiam naturæ est † feudum hęreditarium, vt veniat in fideicommisso vniuersali, deque eo fieri possit, Iacobinus in verbo, & cum pacto, quod de ipso feudo. nume. viii. Cur. in 4. par. nume. cxxxiii. ver. secundo potest. tradit Came. in ca. imperialem, char. lxii. multa scribit Marinus in vi. differen. feudi hęreditarii. vbi quando hoc fiat legitime sine assensu, etiam potest fieri in vtilitatē filii, etiam absque domini cōsensu, & quid si filius approbat testamentum, & quā do fit pro conseruatione feudi, & multa alia notabilia ibi ponit, quæ nolo hic tractare, cum nil aliud possit sed sine assensu secundum me non valeret, etiam si fideicommissum fieret inter filios proxime successuros, quia primogenitus, qui ex causa fideicommissi successisset in feudo, posset illud in vita vendere, non obstante defuncti ordinatione, qui in testamento cauisset, vt si primogenitus absque liberis moriretur, succederet secundo genitus, & sic deinceps, mortuo secundogenito sine legitima prole tertiogenitus succederet, & ideo opus esset habere assensum in fideicommisso etiam quo ad personas expressas, & specifice nominatas in fideicommisso, & assensu, propter nouam clausulam quo ad expressa tantum.

39 Vltimo huius est qualitatis, vt confectio † inuentarii in eo non prosit, prout dictum fuit in titulo de feudo ex pacto & prouidentia nouo. And. in c. primo, de alie. feu. pater. & in c. primo, an agna. & in c. primo, de succes. feu. & in c. primo, in fi. qui succe. ten. & in c. imperialem, in prin. Bar. in l. qui se patris. C. vnde lib. in penu. colum. Alexan. consilio xxviii. num. 17. & 18. & consilio 19. numero 5. volum. v. & consilio x. volu. 3. numero x. & consilio 20. nume. 7. visis dubitationibus. volumine vi. Aflict. deci. 112. & 240. numero 7. & 8. & 195. numero 7. & 140. Decius consilio 390. & 495. & 208. Gozadinus consilio 4. numero 10. & consilio 8. numero 36. Iason consilio 46. volumine 3. Grammaticus decisio. 103. Curtius iunior consilio 155. & 138. numero 20. Alexan. cōsilio xiii. numero 10. volumine v. Vbi hanc communem opinionem asserit. Marianus Socinus consilio 112. numero 14. libro ii. Iacobinus in verbo, & cum pacto, de non alienando no. 35. Parisius consilio 3. lib. j. numero 18. & consilio 16. eodē volumine. Carolus Ruinus consilio 38. numero 15. volumi. j. Loffred. consilio 11. numero 46. Aflict. in c. primo, §. hoc quoque numero 28. de succes. feu Didac. Couaru. in lib. ii. variarum resolutionum, c. 18. versicu. 8. dicens, receptiorem & communem sententiam. Syluanus similiter dicit hanc cōmunem, consil. 34. numero 33. & 34. Possem plura allegare, sed quia res sine controuersia est, & panci sunt, qui dissentiunt, prę sertim quia feu. hoc hæreditarium, per omnia exæquatum est feudo ex pacto & prouidentia nouo, in quo similiter concluimus † inuentarium minime proficere hęredi, multaque ad hoc probandum etiam allegauimus, quę non erunt hic alias repetenda: satis est verissimum esse successorem feudi hęreditarii, & si millies inuentarium fecerit,
40 minime posse † defuncti facto contrauenire. l. cum a matre. C. de rei vendica. l. quę a patre. C. de mili. restit. cum aliis vulgaribus allegatis semper per Andr. vnde coactus erit hæres habere ratum firmumque ipsius defuncti factum, dummodo legitime factum fuerit, hoc est, mediante Regis assensu, alias factum ipsum cum sit a iure improbatum, vt in ca. primo, de succes. feu. non cogeretur obseruare. tradit Aflict. in prę allegata decis. 240. numero 7. & 8. ex scriptis ab Andrea in c. primo, in prin. de prohi. feu. alie. per Fede. latissime Marinus in 21. differen. feudi hęreditarii. fol. 267. & in lib. ii. in verbo, supereſt, numero 3. fol. 121. Camerar. in ca. Imperialem, fol. 24. & 25. cum sequen. Quamuis Pernus aliter senserit in consilio 7. colum. 3. versic. vnde licet. dum ibi voluit patrem posse alienare feudum hęreditarium antiquum in secundogenitum etiam sine assensu regis, & tunc primogenitus nō reuocabit. Sed quia hæc opinio ita simpliciter intellecta nō tuto tenetur, ideo qualiter intelligē da est, & in quo feudo p cedere possit, tractabitur in subsequenti titulo, vna cum eo quod super est huiusmodi materię, quamuis Freccia in differentiis 33. quas collegit inter feudum ex pacto & prouidē tia, & feudum hæreditarium, fol. 255. adeo abunde rem ipsam dilucidatur, vt parum aut nihil vltra ipsius dicta recensere valeam.

SVMMARIVM.

1 *Loca, in quibus Andreas commemorat feudum paternum, siue antiquum.*
2 *Fedum hæreditarium antiquum, qui consequi vult, debet esse hæres primi acquirentis, & vltimi morientis.*
3 *Filius adeundo hæreditatem patris poterit feudum repudiare.*
4 *Filius institutus per patrem in re certa bonorum paternorum, siue legitima, poterit retinere feudum hæreditarium, & oneribus hæreditatis vniuersalis hęres erit obnoxius.*
5 *Filius præteritus in testamento patris, poterit, si vult, feudum hæreditarium retinere, & testamentum non impugnare.*
6 *Filins exhæredatus a patre, iniuste succedet in feudo.*
7 *Filius, qui in vita patris renunciauit paternis bonis, poterit retinere feudum hæreditarium, licet hæres patris non sit.*
8 *Filius poterit hæreditarium feudum consequi, licet nihil sit in hæreditate quod declaratur qualiter procedat.*
9 *Nepos reiecta hæreditate patris, poterit retinere feudū aui hæreditariū quando pater præmortuus est.*
10 *Filius poterit feudum hæreditarium retinere, licet non habeat hæreditatem, quando in ea nihil est.*
11 *Filius poterit retinere feudum hęreditarium, degenerans a propria natura feudi, licet non sit hæres patris.*
12 *Filius, qui consentientibus agnatis de feudo antiquo tanquam de nouo inuestitus est, poterit illud retinere repudiata hæreditate.*
13 *Filius an valeat a feudo exhæredari, & a quo feudo, & numero 14. vbi distinguitur.*
15 *Filius non succedit patri in feudo regali, & dignitatis, quod hodie secus est, vt ibi.*
16 *Filius non succedit patri in feudo, qnod eius pater requisiuit nulla præcedente inuestitura.*
17 *Filius non succedit in feudo paterno, quando viuente patre offendisset dominum, nec ei satisfeciisset.*
18 *Filius non succedit in feudo paterno, quando commisit culpam contra dominum patre viuente.*
19 *Filius non succedit in feudo patris, nisi sit legitimus, & naturalis.*
20 *Frater ex vno latere tantum coniunctus non excluditur per fratrem vtrinque coniunctum a successione feudi.*
21 *Subingressio gradus in feudis hæreditariis locum habet, & etiam in feudis ex pacto & proui. nu. 23.*
22 *Filius ex primogenito excludit fratrem secundogenitum a successione feudalium propter communem obseruantiam. & nu. 23.*
24 *Subingressio gradus, obtinet etiam in feudis ex pacto, & prouidentia.*

25 Nepotes

Source : BIU Cujas

25 *Nepotes plures ſubintrantes in locum patris, an ſuccedant inter ſe in capita, vel in ſtirpes patruo mortuo.*
26 *Pater in feudo hæreditario antiquo ſemper præiudicat ſuis legitimis ſucceſſoribus, tam alienando, quam delinquendo, quam contemnendo.*
27 *Pater poteſt cum aſſenſu regio alienare feudum hęreditarium antiquũ in præiudicium ſuorum filiorum.*
28 *Filius in feudo hæreditario antiquo non poteſt contrauenire facto per defunctum, nec reuocare hypothecas, obligationesque contractas ſuper eo.*
29 *Filius ſi viuo patre committat delictum priuationis feudi, an illud perdat?*
30 *Patre delinquente viuo auo, qui tenet feudum an perdat illud ſuus filius qui non delinquit?*
31 *Refutatio feudi hæreditarii valet.*
32 *Refutatio, quando realis, & quando perſonalis dicatur.*
33 *Nepotes ex fratre excludunt patruum magnum a ſucceſſione feudalium.*
34 *Proximior vlteriorem excludit a ſucceſſione feudalium, quando ſucceſſio vltra nepotes progreditur.*
35 *Lex fi. C. de edic. diui Adri. tol. habet locum in feudis, & quando.*
36 *Diſpoſitio etiam pro anima, non valet ſine aſſenſu in feudo hæreditario.*
37 *Executio in feudo hęreditario, quando poßit fieri ſine aſſenſu.*
38 *Quæ ſunt onera feudi, & quæ feudatarii, remißiue.*
39 *Aeſtimatio feudi hæreditarii legati ſine aſſenſu, debetur.*
40 *Aeſtimatio feudi hæreditarii inter viuos ſine Regis voluntate donati,*
41 *Aes alienum feudi hęreditarii, qualiter ſoluatur per hæredes, remiſſiue.*

TITVLVS VI.

BEneficium hæreditarium antiqnum paternum, ut aiunt, aliud hęreditariũ uouum. aliud omnino hæreditarium. Quid ſit beneficium antiquum ſeu paternum, quidue nouum, in præcedentibus diſſeruimus, & ſimiliter quod dicatur hęreditarium feudum; deque eius natura, qualitate, & formulis, non omnia
1 pertractauimus: ideo nunc reliqua ad huiuſmodi† feudi hęreditarii antiqui ſeu paterni materiam ſpectantia compleamus: Verum quia in præcedenti ti. generali de feudo hæreditario loca, in quibus Iſernia nominauit feudum hæreditarium ſimpliciter & abſolute, enumerauimus: ideo nunc reliquum eſt ſcribamus loca, in quibus idem Iſernia locutus eſt de feudo paterno, quod importare poteſt, & feudum ex pacto & prouidentia, & ſimiliter hæreditarium antiquum, de quo nunc agimus, vt in c. primo, in prin. numero 1. de vaſal. decrep. æta. & in c. primo, §. huius autem generis, numero 11. ex quibus cauſis feu. amit, in c. naturales, numero 4. in fi. ſi de feu. defun. fuerit contro. & in c. ſi vaſallus, de feudo. ver. item ſi feudum, col. iii. eodem ti. & in c. primo, ibi, & ideo veniret ad fœminas, numero 2. & in ver. ex hoc, in prin. de benefi. fœmi. & in c. primo, ver. nota de veteri, qui teſtes ſint neceſſ. ad proban. nou. inueſti. & in c. primo, numero 1. an mutus vel alias imperfectus, & in c. j. nume. 1. & in §. etſi libellũ, numero 9. de alie. feu. pater. & in c. j. in prin. de contro. inter maſcu. & fœmin. & in c. j. numero 1. an agnatus, vel filius, & in c. ſatis bene. numero 1. de prohib. feu. alie. per Lotha. & in c. imperialem, nu. 15. de prohi. feu. alie. per Fede. & in §. firmiter, numero 30. in prin. eodem ti. ibi, & cum dicat de feu. antiquo, & in ii. col. ver. item videmus, & in c. primo, verſi. & qa vidimus, numero 14. ibi ſatis bene, de his qui feu. da. poſ. & in c. j. in fi. numero 28. qui ſucceſ. tene. & in c. j. ver. cum autẽ, in princ. & in ver. ſi uero probare non poſſeut, in prin. de cõtro. inueſti. & in c. j. numero 16. quibus modis feu. amit. §. rurſus, in prin. nume. 25. ibi, nec collaterales, & in §. præterea. in prin. numero 30. eodem ti. & in c. primo, §. quin etiam, ver. mutus, numero 5. epiſco. vel abba. & in c. primo, in prin. nu. 1. de contro. inter me & dominum, de por. feu. frat. mei, & in c. primo, ver. ſiue. nu. 3. in princ. ac etiam in fi. eodem ti. & in c. 1. §. & ſi clientulum, ver. fratri, numero 5. in fi. de alie. feud. & in ver. in feudo comitatus, numero 7. in fi. eodem ti. & in c. primo, ver. ſed capitanei, de feudo Marchiæ. & in c. primo. in fi. an maritus ſucced. vxo. & in c. ſi quis miles, numero 1. & in ver. & filius fratris, numero 4. in fi. & nu. 5. in prin. Imperator Lotha. & in c. j. ver. ſucceſſione, numero 5. de feu. cogn. & in c. primo, in prin. per quos fiat inueſt. & in c. primo, quid præce. debe. inueſti. an fide. Quibus in locis, vt dixit, Andreas meminit feudi paterni ſimpliciter, & abſolute, quod aliquã do ſecundum ipſum denotat feudum hæreditarium antiquum, ſiue paternum, de quo tractamus: aliquando vero etiam intelligi poteſt de feudo paterno ex pacto & prouidentia.

Nota, quatenus in ſecundo titulo diximus, feudum antiquum proprie nuncupari ſupra nomina in iure nominata, quæ quinque ſunt, ſecundum Bal. in c. primo, §. hoc quoque. ad finem, de ſucceſ. feu. videlicet, patrem, auum, proauum, abauum, & attauum, quia verum non videtur: potius enim ſex perſonæ nominãtur in iure, hoc eſt pater, auus, proauus, abauus, qui quartus pater apud Virgilium Aeneidos 10. appellatur, ibi.

Ille tamen noſtra deducit origine nomen,
Pilumunusq; quartus pater?

Necnon & attauus, & tritauus, vt habetur in §. vi. gradu. Inſti. de gradi. Quod autem dicatur antiquum, & quod paternum feudum, vltra per nos abunde dicta in dicto ſecundo ti. declarat Alber. Brunus ſatis notanter, conſilio 114. nume. 436. cum ſequen. vbi multa de hoc.

Ea, quæ dicta ſunt in prefato titu. ſecundo de feudo ex pacto & prouidentia antiquo paternoue, circa ſucceſſionem tam deſcendentium, quam collateralium, ſimiliter locum ſibi vendicant in hoc feudo hæreditario antiquo vel paterno, præterquam in eo, quod in proximo præcedenti titulo generali de feudo hæreditario diximus, vt ſucceſſor feudi hęreditarii antiqui, ſiue filius ſit, ſiue agnatus, ſemper hæres eſſe debeat, tam primi acquirentis feudum, quam etiam & vltimi decedentis, nedum in allodialibus bonis, ſed & in feudo ipſo, prout latiſſime in dicto prędcedenti titulo dictum
2 eſt: proximitasque vltimi † morientis non autem primi acquirentis in huiuſmodi feudo hæreditario attendenda eſt, & ſi in feudo ex pacto & prouidentia antiquo contrarium dici poſſit, Socinus in l. ſi cognatis. ff. de rebus du. plura de hoc ſcribit, nemoque eſt qui diſſentiat, ſecundum Camer. in ca. imperialem. §. præterea ducatus. litera, E. fol. 96. reprehendentem Decium, conſilio 185. qui voluit vt ſucceſſor eſſet hęres & feudum non eſſet hęreditarium, quæ reprehẽſio mihi placet in feudo hæreditario. in feudo autem ex pacto & prouidentia reſpectu filii bene loqueretur Decius. nam etſi filius hæres patris eſſe debeat, tamen feudum ex pacto & prouidẽtia non erit hæreditarium, nec res hæreditaria, vt alibi in primo tit. de hoc ſcripſimus.

Hæc regula, vt filius in feudo hæreditario paterno, ſiue antiquo, ad hoc vt conſequi poſſit hęreditarium feudum, debet eſſe hæres & primi, & vltimi, pluribus limitatur modis.
3 Et primo, niſi † filius adierit hæreditatem patris mortui, quia tunc impune poterit repudiare feudum, & retinere hęreditatem: quamuis per diſpoſitionem c. primo, an agnatus. & c. j. §. fi. de Capi. qui cur. vendi. ſtatutum ſit, vt non poſſit vnum ſine alio repudiare: hoc tamen caſu poterit retenta hęreditate feudum renuere, vt inquit Bal. in c. primo, col. ii. ver. quęro etiam an agna. facit textus in c. j. de vaſal. qui cont. conſti. Lotha. Redditur ratio, quia ſatisfactum eſt legi volenti filiũ debere adire hæreditatem patris, vt feudum conſequi poſſit: vnde cum ſemel fuerit adita, erit in facultate ipſius filii, vel repudiare vel retinere feudum, vt inquit Iacob. in verbo, ita quod ipſi inueſtiti. in ii. limit. nu. 3.
4 Secundo limitatur, † ſi filius fuerit inſtitutus per patrem in re certa bonorum paternorum, ſiue in legitima, inſtitutis aliis vniuerſalibus hæredibus, ſiue fratribus, ſiue extraneis: tunc enim retento feudo poſſet repudiare hæreditatem, ſeruata patris diſpoſitione, receptaque legitima, ſeu alia particulari re ſibi relicta. Nec eo caſu oneribus ipſius hęreditatis aſtringetur, vt ſcribit Iacobinus, in dicto ver. ita quod ipſi in ueſtiti, nu. 5. Zaſius, par. 8. nu. 7. fol. 67. Cur. in ii. par. iii. par. q. v. nu. 8. ar. l. §. ſi ex fundo. ff. de hęre. inſti.
5 Tertio limitatur, ſi † filius eſſet prętеritus in teſtamento patris, & nollet ipſius voluntatem impugnare. Quod vtique ſibi concederetur, iuxta textum in l. filio prætерito. ff. de iniu. teſta. quia tunc nihilominus feudum retinebit, quamuis patris hęres non ſit, vt inquit Bal. in c. primo, col. 3. verſi. quid ſi filius a patre. vbi dicit, ius dicendi nullum teſtamentum patris ratione prętеritionis, eſſe quoddam priuilegium, quo filius inuitus vti minime tenetur, argu. l. ſi iudex. ff. de minori. & l. poſt mortem. §. fi. ff. de bono. poſſeſ. contra tab. ideoque erit in poteſtate ipſius filii, dicere teſtamẽtum nullum, quod ſi facere noluerit, etiam habebit feudum hęreditarium, ſecũdum Baldi opinionem. non tamen negarem hoc caſu filiũ poſſe annullando teſtamentum conſequi & hæreditatem, & feudum, vt alibi diximus: Nec inconueniens erit, poſtquã teſtamentum ob ipſius filii prętеritionem nullum eſt, ideoq; licere ipſi filio contrauenire, vt ſimiliter in ſuperioribus oſtẽdimus, hocque legitur apud Zaſium, par. 8. n. 7. & apud Cur. ii. parte, iii. parte, numero 9.
6 Quarto fallit, quando † filius exhæredatur a patre iniuſte, & ſine cauſa, nam tunc ſi teſtamentum ſit factum irritum non apparente exhæredationis cauſa, iniuſtaue fuerit, retinebit feudum, vt ſcribit Alua. in c. primo, xii. col. ver. quęro ab extra. poſt Iacob. de Ardizo. in ſumma iii. par. principalis.

in titu.

Source : BIU Cujas

in titu.de ſucceſ.feu.colu. v. ver. ſed ad huc quæritur, vbi pro hoc allegat text. in l. vel quæ paterfamilias.§.exhæredatis.ff. de religioſis & ſumptibus funerum,l.ſi patronus.§.ſi filius.ff. de bonis liber.Sinautem iuſto odio commotus pater ipſum exhæredauerit,tunc aliud eſſet dicendum, diſtinguendo feudum hæreditarium a quo exhæredari poteſt , a feudo ex pacto & prouidentia antiquo, prout inferius de hoc latiſſime tractabimus,tradit Zaſius in dicta parte 8 Iacobinus in verbo, præſentes,numero 9.& 10.Curt. in 3.par.numero 6.ſed hæc limitatio potius regula appellari poteſt, quia declarata iniuſta exhæredatione,ruptoque teſtamento,etiam filius debebit eſſe hæres patris,ſaltem ab inteſtato,vt feudum conſequatur.

7 Quinto †fallit,ſi †filius paternis bonis in vita patris cum iuramento renunciaſſet,iuxta textum in c.licet,de iureiurā. & in c.quamuis,de pact.in vi.Docto.in l.pactum. C.de coll. Nam talis renunciatio non extenditur ad feudum, quantūcunque verba ſint generalia.c. de generali.ſi de feu.defunct. fuerit contro. vnde nihilominus retinebit feudum hæreditarium,licet bona patris non habeat,tradit Calcan.conſil.73 col.4. dicens bonam eſſe cautelam ad ſubterfugienda onera hæreditaria , quod etiam ad filiam, quæ cum iuramento renunciauit hæreditati paternæ extendi poſſe putamus,vt dicam in tit.de feudo fœmin. hęcque limitatio ſimiliter apud Iacobinum legitur in dicto ver.ita quod ipſi inueſtiti , num. 7.Zaſius parte 8.numero 9. quam intelligere debemus accedente voluntate patris,qui ipſam renunciationem acceptauit,deq; ea contentus remanſit.

8 Sexto fallit,ſi †filius beneficio inuentarii hæredi tatem patris adierit:nam licet in hæreditate nil remanſerit , quia ob creditorum molem exhauſta fuerit , feudum nihilominus retinebit,ex priuilegio inuentarii:hoc tamen ſic intelligendum eſt,vt cōficere inuentarium profit filio , ne de propriis bonis teneatur,licet de bonis , & feudis paternis ſic , cum in hoc nil ſibi profit inuentarium,Zaſius in dicta parte 8.num. 10.Iacob.in dicto verbo,ita quod,numero 8.Aduerte tamē ne decipiaris in hoc,ſi quidem non limitatio,ſed regula potius iudicabitur : filius enim conficiendo inuentarium , etiā adibit paternam hæreditatem, & quamuis in ea nil repertū fuerit,nihilominus honoris gratia patris hęres eſſe cenſebitur,dum fecit quicquid potuit. Ideoque ſi aliqui limitationem appellauerint , ego tamen in contraria ſum ſententia.

9 Septimo fallit in feudo auito,ſiquidem †nepos reiecta hęreditate patris ante auum mortui , poterit prædicti aui feudum retinere.Illud etenim ex propria perſona , non autem patris præmortui quæſiuit, vt habetur in dicto c. primo. an agnatus,vbi Doct.& in l.qui ſe patris.C. vnde lib.verſi. item quęritur,firmat hoc late Zaſius in d.par.8.nu.11.

Octauo fallit, quando nil eſſet in bonis paternis,quia tūc
10 †filius retinebit feudum , ne egeat,nec reuertetur ad agnatos:filio enim non conſuli ſed agnatis ſic eſſet contra omnē pietatem,æquitatemque,ita notat Præpoſitus in d.c. primo, col.vi.in ii.limita.an agna.allegat tex.in c.Titius,ſi de feu.de fun.fuerit contro.vbi Alua.in 3.quęſt.Iacobinus in d. verbo, ita quod ipſi inueſtiti. nu.5.Zaſius in dicta parte 8.nume. 11. Nos autem hoc intelligemus,prout ſuperius eſt expreſſum, dummodo confecerit inuentarium,alias ſecus:nec erit limitatio,ſed regula, ſi & prout in prędecedentibus firmauimus.

11 Nono limitatur,dictam regulam non procedere in †feudo degenerante,& non recto,vt inquit Bald. in c. primo,de eo qui ſibi & hæred.ſuis,vbi Iacob. Aluar. refert Zaſius in d. parte 8. numero 12. ſed hoc quomodo procedat,ac de eius veritate,in tit.de feudo degenerante tractabimus.

12 Decimo fallit,†ſi filius conſentientibus agnatis de paterno feudo ſiue antiquo,tanquam de nouo inueſtiatur: Quia tunc feudo retento,impune hæreditatem repudiabit,vt habetur in dicto cap. primo,an agnatus,ſcribit Zaſius in dicta parte 8.numero 13.

13 Vndecimo , & vltimo limitatur,non procedere in †filio adoptiuo,ſeu arrogato , qui in feudis patrum , qui eoſdem adoptauerunt ſiue arrogauerunt , minime ſuccedunt, vt in ti.de feudo ex pacto & prouidentia nouo ſatis diximus, hoc que probatur in c.primo.§.adoptiuus,vbi glo.& Docto.notant,ſi de feu.defun.fuerit contro.Tunc enim feudum ab hęreditate allodii ſeparari oportebit, habebuntque hæreditatem,ſine feudo,quibus caſibus ſupra enumeratis exceptis, ſi filius paternam hæreditatem reſpuet, feudum nullo pacto retinere poterit:& ſi forte hoc fecerit,feudum tunc ad agnatos reuertetur,vt ſcribunt Docto.in dicto c.primo,an agna. Vdal.in d.parte 8.numero 14.

Quia paulo ſuperius dictum eſt

(licet ſummatim)filium poſſe exhæredari a feudo, prout ēt aliqua tetigimus in titulo de feudo ex pacto & prouidentia nouo,in verbo, filii exhæredati , numero 40.ideo prolixius hoc tractantes , videamus a quo feudo pater eius filium exhęredem facere valeat.Pręmittendumque eſt,textum feudalem exprimentem filium a feudo exhæredari poſſe, non reperiri,tametſi in c.primo.§.prædictis,quæ fuit prima cau. benefi.ami.dicatur,ex quibus cauſis poſſet exheredari, ex iiſdē beneficium debere amitti,vt declarat Zaſius in titu. de ſucc. feu.par 8.numero 8.fol.68.Qui textus,ſecundum meam ſententiam,filium a feudo exhęredari poſſe minime probat: ſi quidem Ortenſius ibi,poſt enumeratas multas cās,quib. beneficia amittuntur , ſubdit nedum prædictis modis , verum etiam iis qui a noua cōſtitutione iuſtas exhęredationis cauſas enumerante,colligi poſſunt,vt ſit ſenſus , ex eiſdem cauſis in dicta conſtitutione deſcriptis,de quibus in §. cauſas, in Authen.vt cum de app. cogno.ſimiliter feudum perdi,non tamen probatur ex hoc,filium a feudo exhęredari poſſe.

Ego autem etſi hoc apud iura feudorum non fundetur: attamen ratione ſuaderi poſſe puto,per diſpoſitionem,cap. primo,an agna.vbi ſi ipſe filius ſui patris non adit hęreditatem,nec feudum habebit,illoque priuabitur: quanto magis igitur hoc fieri poterit,ſi īgratus ipſi patri extiterit , eſt enim conſequentia in feudis hęreditariis pręſertim recepta,ex quibus cauſis filius per patrem exhęres fieri poteſt , ex eiiſdem & feudo priuari,vt notant Docto in dicto §. prędictis.tradit Loffre.conſilio primo, numero 119.Curt.in ii.parte, iii.par. numero 6. potiſſime ſi ea eſſet ignominię cauſa , per quam incuria domini vaſallus abſque dedecore ſtare non poſſet, c.primo,an ille qui interfe.frat.domi.ſui.quod in feudo hęreditario maxime procedere ſenſit,And.in c.primo, §. & ſi libellum,numero 19.ad fi.de alie.feu.pater.Ratio eſt euidens, quia ſi ſua culpa iuſte , recteque fuerit a patre exhęredatus non video quomodo feudum hæreditarium , quod hęreditati annexuum eſt,conſequi valeat,vt ſcribitur in dicto ca.j. an agna.Hancque communem opinionem aſſerit Curt. in 3.parte,in verbo,expedita , numero 6. tuncque veram eſſe, quando ex ſua culpa, ſuoque delicto filius merito exhęredari potuiſſet,vbi etiam aduertit textum in c.primo, de ſucceſ. feu.ibi,nulla ordinatione valente,non procedere in exhęredatione legitime facta , quia tunc cum hęreditatem allodii habere nequeat,nec feudum.conſequetur,vt præmiſi:hocq; in feudo hęreditario aui etiam obtinebit , dummodo non prædeceſſerit pater, quam auus , quia ſi auo poſſidente feudum moriatur pater,qui filium exhęredauerit, illa ſibi non oberit exhæredatio,vt ſcribit Iacobus de Ardizo. in ſumma de ſucceſ.feu.ver.ſed adhuc quæritur. vi.colu. niſi ab eodem auo ſimiliter exhęredetur,vt dicit ibidem prędictus Iacobus, in ver.ſi vero exhęredatur ab auo,ſequitur Alu. in c.primo. §.& quia vidimus.de his qui feu.da.poſ.Cur.in ii.parte,iii.pa. numero 6.Zaſius in dicta parte 8.de ſucce.feu.numero 9. Et in huiuſmodi feudo hæreditario locutum fuiſſe Andream, tenendum eſt,in c.primo,in fi.ii.col.de ſucceſ.feud. quando dixit filium a feudo exhęredari poſſe, & in c. omnes filii.nu 2.ſide feu.defun.fuerit contro.& in c.primo,§. præterea ſi vaſallus.numero 33.& 14.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.Iacobinus in verbo,præſentes.num.9.& 10.extantque ſcripta Marini,de hoc in 23.differen.feudi hæredi.fol.268.

14 A feudo autem pacti & prouidentiæ, †an exhæredari valeat inſpiciamus.In quo And.nimis obſcure loquutus eſt,ſi quidem in c.primo,an agn.in ver.vbi vero, numero 4.dixit filium exhęredatum poſſe habere feudum , quando illud fuit conceſſum patri,& filiis,diſtinctis nominibus propriis filiorum , quando vero diſtincta nomina non fuerunt , tunc exhęredatum,in feudo & ſi ex pacto & prouidentia fuerit, minime poſſe ſuccedere:vnde ſentire videtur,filium nō nominatum proprio nomine in inueſtitura , poſſe exhęredari a feudo etiam ex pacto & prouidentia antiquo, idemq; Andre.in c.primo,§.& ſi libellum.numero 19. in fi.dixit,quando apparet feudum datum patri, & liberis , diſtinguendum eſſe,& credo intelligi debere, prout ex ſuperioribus patet, ſi fuerint expreſſa.vel non expreſſa nomina filiorum , & in c. primo,ver.filius fratris.numero 5.in fi. imperator Lotha.dixit patrem poſſe exhęredare filium, ſi culpam in eum commiſiſſet a feudo & pacto & prouidentia,& in c.primo,§.prę terea ſi vaſallus numero 13.& 14.quę ſit prima cauſa ben e. amit. locutus eſt, filium poſſe exhęrederi a feudo,quamuis de feu.inris Francorum ſentiat,allegatque tex.in dicto §.cauſas,vt cum de appel.cogno.& in c.primo,ii.col.de ſucc. feu. Ex quibus patet Andr. diſtinctio , inter feudum ex pacto & prouidentia conceſſum pro liberis ſimpliciter, vel conceſſum pro liberis nominatis , quod euenire poſſet in feudo ex pacto & prouidentia nouo,quando filii nominantur:Nam in feudo antiquo difficile eſt hoc contingere, vt conſiderat. idem And.d.§.etſi libellum,nu. 19. vt primo caſu poſſit fieri exhēditario cū cā,ſecundo vero nō,vt ex ſuperioribus liquet.

Ratio

Ratio autem diuersitatis assignatur per eundem And. (licet non ad hoc propositum) in c.primo, an agna. & in dicto c.primo.ii.col.de succes.feu.& in c.primo,§.etsi libellum,de alie.feu.pater.& in c.primo,ver.nisi,circa medium,numero 4.si vasal.feu.priue.cæterisque in locis,quibus dixit, feudum datum Titio, & Sempronio eius filio nominato, censeri ꝑ dimidia esse ipsius filii, etiam in vita patris quæsitum, cum fuerit vtriusque persona considerata, nimirum ergo si non poterit tunc per patrem exhæredari. quando autem simpliciter fuisset receptum pro filiis,posset exhæredari,cum cesset prædicta ratio. Sed si diceres,hoc esse concedendum respectu medietatis ipsius feudi, vt ab illa non valeat exhæredari filius nominatus,postquam dixisti cum Andrea quo ad medietatem censeri ipsius filii,quasi ab alia medietate patris toleretur exhæredatio:Quia respondeo duobus modis:altero: vt hoc intelligatur respectu præsumptionis, vt ita præsumatur quæsitum in vita filii quo ad medietatem: sed quo ad veritatem facti, quemadmodum totum feudum est ipsius patris,viuentis, quo ad dominium fructuumque perceptionẽ, cæterasque commoditates,ita post ipsius obitum,totum eiꝰ filii erit,sicque nedum attendendum est id quod viuente patre ipse filius in spe habere dicitur, verum etiam quod post ipsius mortem in effectu consequuturus erit,hoc est,totum feudum.altero vero modo respondemus,iura feudalia non considerasse feudorum diuisionem,inter patrem viuentem eiusque filios,sed demum post ipsius patris mortem, vt scribitur in c.primo,de succe.feu.& in c.j.§. quia vidimus.de his qui feu da.pot.

Hæc omnia dicta sunt ex his,quæ apud And.leguntur,nã quod a feudo ex pacto & prouidentia simpliciter concesso patri & filiis non nominatis possit filius exhæredari, voluit Loffred.consilio primo,numero 157.Marinus in 23.differẽ. feudi hereditarii,quamuis in d.feu. ex pacto & prouidentia, nil firmare videatur,dum adibi allegatos Docto.se.refert,& Loffred.non loquitur de feudo ex pacto & prouidentia,sed potius de feudo iuris Frãcorum,de quo etiam loquutus fuit And.in dicto §.preterea si vasallus,num.13.in c.omnes filii. numero ii.Capy.in c.imperialem,col.45.quod esse solet hæreditarium, vt dicetur in tit.de feu.iuris Francorum.

In quo feudo ex pacto & prouidentia,distinguendum putarem,vt a feudo ex pacto & prouidentia nouo possit filius proprio nomine non nominatus exhæredari,quia prout in superioribus explicauimus, feudum ex pacto & prouidentia nouum, per omnia exæquatum est feudo hereditario. A feudo autem ex pacto & prouidentia antiquo minime exhæredem fieri posse,cum illud non a patre, sed a genere habeat,prout in titulo primo,extant de hoc per nos scripta, & tradit non obscure, And.in c.primo,ver.succ.nu.5.de feu. cogni.dicens filium in feudo ex pacto & prouid. legis etiam ex heredatum succedere.

Nec obstat, filium etiam in huiusmodi feudo ex pacto & prouidentia antiquo,debere esse heredem sui patris, saltem in allodialibus bonis,iuxta tex.c.primo,an agna.vnde si valida erit exhæredatio a bonis Burgensaticis, non poterit feudum sine hereditate habere.Quia poterit ad hec de facili responderi, vt procedant, quando non stat per ipsum filium, quin sit heres sui patris, sed per patrem,qui ipsum exhæredãdo noluit hæreditaria bona ad eum peruenire, prout ex dictis in superioribus.in secunda limi.manifestum est,& videtur probari per tex.in l.filiusfamilias.§.cum pater.ff.de lega. tertio. vbi filius exheredatus potest petere per fideicommissum relictum in familia,ꝙ ipse pater extraneo legauerat.

Nec Andr.huic meę opinioni contradicit, volens filium non nominatum posse a feudo ex pacto & prouidentia exhæredari:quia potest intelligi eius dictum in feudo ex pacto & prouidentia nouo,concesso pro liberis absolute, vel pro heredibus ex corpore, vt viuatur more Francorum,primogenitusque succedat,vt declarat in dicto §. præterea,& in dicto c.omnes filii.quod suaderi potest.Nam quando And.loquitur de huiusmodi exheredatione feudi ex pacto & prouidentia,fere in eius dictis constituere solet discrimen, quãdo filii in inuestitura nominati sunt nominib.propriis,vel non. Hocque potius in feudo nouo accidere potest, quam in antiquo,in quo difficile est considerari nominationem filiorũ (qui fortasse adhuc nati non sunt) per propria nomina. Fateor tamen hoc exemplificari posse in patre, qui filium, & ex eo nepotem habebat, vt si feudum quęsiuit pro se,dictoque eius filio,puta Petro nominato, & post eius mortem ꝑ Ioanne dicti Petri filio, eodemque nepote: nam si demum decesserit, successeritque eidem Petrus eius filius, in cuius persona feudum erit paternum,si voluerit Petrus ipse ob aliquam ingratitudinis causam Ioannem filium exheredare, hoc casu non valebit,& sic intelligi poterunt Andreæ dicta, secundum illorum sententiam tenentium,a feudo ex pacto & prouidentia antiquo filium proprio nomine minime nũcupatum,posse exheredari.

Quorum sententiam in hunc modum declaratam (tametsi non sic exprimatur) si defendere volumus,filiumque iustam ob causam a patre exhæredari posse a quocunque feudo,siue ex pacto & prouidẽtia nouo,siue antiquo,dummodo proprio nomine nuncupatus non sit,dicamus filium nõ posse succedere in aliquo feudo,nisi patris hereditatem adierit,vt præmisimus,per cap.primũ,an agna.vnde si sua culpa, suoque delicto meruerit a patre nedum a feu. verum etiam ab hereditate allodii exheredarii, & ob hoc sui patris hæres minime esse potuerit, nec etiam dicendum est in feudo succed posse.Et si dicatur hoc euenire facto patris nolentis suã hereditatem,suaque bona ad ipsum peruenire, ideoque nil imputandum ipsi filio: Respondemus ad hoc, imo afferentes causari culpa,delictoque filii prędicti, qui causas ingratitudinis legitimas contra patrem commisit: vnde ex hoc nõ debet commodum,lucrumue portare ex regula, dolum suũ nemini patrocinari debere,c.damnum.de regu.iuris. in vi.l. quod quis.ff.eodem. & l.factum, cum aliis vulgaribns. Non omitto quod Capy.in c.impe.col.45.versi. limitare secundo de prohi.feu.alie.per.Fede.dixit,vt quamuis pater non possit filium absque legitima causa a feudo exhæredare,tamen poterit portionem filio in aliis bonis tangentem adeo exinanire, vt feudum excomputetur sibi in legitima iure naturæ debita, qui ibi multos pro hoc allegat. Potest & alia ratio assignari,nam quemadmodum filius fuit ingratus patri ob quod meruit exhęredari: ita etiam lex præsumit ipsum fore ingratum malefidumque Regi,a quo feudum tenet,ideo ex hæredem fieri posse dicendum est.

Sed quomodo respondebimus Iserniæ in c.primo, versic. succes. de feu. cogni.cuius dicta perterrent me. Dicamus audacter, Andream referre se ad scripta per ipsum in c.primo, de succes.feu.in prin.vbi distinxit, an nominatus fuerit filius proprio nomine,vel nõ, prout nos supra late locuti sumus, hocq; semper And.facere consueuit,dum plurib. in locis tractans eandem materiam,diuersimodeq; loquens,remittit se ad certum locum,in quo fusius de ea re scripsit.

Hactenus dictũ est, Qualiter filii, cęteri que descendentes, & agnati,similiter in feudo hoc hæreditario antiquo succedẽtes,coguntur hæredes esse vltimi morientis, & in quibus casibus hoc minime procedat:Nunc autem quinque casus per And.in c.j.nu.3.& 4.de nat. suc.feu.notatos,quib.filius patri in feudo non succedit,scribere decreui.

Primus casus,qui legitur apud And.post glo.in verbo,succedit,in d.c.j.nisi†regale fuerit feudum,in quo nullus succedit,puta feudum Marchię,ducatus, vel comitatus,siue alterius regalis dignitatis, de quo ab Imperatore fit inuestitura, vt tractabimus in titulo de feudo regal.& dignitatis in ipso enim nemo succedit,sed morte accipiẽtis finitur,nisi ab Imperatore illud per inuestituram acquisierit, ac de eo iterũ inuestiatur,vt dicit tex.in ca. primo,de feudo Marchię.licet hoc hodie vsurpatum sit,vt inquit tex.in c.j.in fi.de alie. feu. & scribit And.ibi,& in d.c.j.de feu.March.& in c.j. quis dicatur dux.ibi,nec vsu receptum.

Secundus casus,quando†filius in feudo paterno minime succedit,legitur apud Ortensium in ca.primo, §. sciendum. de feu.cogni.iuncto textu in c.primo, in prin. quibus modis feu.constitui potest.nempe quando fidelis iubente domino alicuius rei nomine feudi possessionem nanciscatur, & teneat:licet enim possessionem taliter adeptam, dum vixerit quasi feudi nomine retinere possit,hæres tamen eius in hoc iure nullo modo ei succedet, hocque contingit propter inuestituram non petitam,vt inquit And.in dicto c.j. de natu. succes.feu.nu.3.& in d.c.j.quibus modis feu.constitui potest, nosque in titu.de feudo,quod quæritur sine inuestitura, diffusius tractabimus.

Tertius erit casus,si filius† in vita patris offendisset eius dominum,& de illa offensa eidem domino non satisfecerit,nã tunc mortuo patre feudi succes.priuabitur,vt ex constitutione Federici imperialem §.insuper,de prohi.feu.alie.deprompтum est,vbi Do.notant.

Quartus casus,vbicunque†pater committit delictum,vel contra domini personam principaliter, vel non principaliter,dummodo dignus sit feudi priuatione, quod ex scriptis per nos in secundo titulo, iam satis manifestum esse potest, quia tunc filius feudo etiam priuabitur c.primo,si vasa. feu. priue.cap.j.§.si vasal.cul. si de feu.fuerit controuer.cum aliis alibi plenius.

Quintus & vltimus casus, nisi†filius minime fuerit legitimus & naturalis, vt quia esset adoptiuus, vel naturalis tantum,vel de illis per nos enumeratis in titulo tertio,qui a feudi successione remouentur,vt ibi ostendimus,& tradit And.

in cap.

Source : BIU Cujas

in cap.primo,§.naturales,& §.adoptiuus,ſi de feu.defun.fue rit contro.& in d.c.j.numero 4 de natu.ſucceſ.feu. vb ſubdit filium ad hoc vt ſucceſſibilis ſit in feudo,debere eſſe habilẽ, idoneumque ad ſeruiendum:quia ſi natus eſſet imperfectus, vt cęcus,ſurdus,mutus, vel claudus, tunc non, prout etiam extant de hoc a nobis ſcripta in dicto ti.iii.& hæc de ſucceſſ. filiorum.

De ſucceſſione vero collateralium,ſimiliter in hoc feudo hæreditario antiquo dicta ſunt aliqua in titulo ſecundo, cætera,quæ deficiunt,explicemus.Nam etſi in dicto loco concluſum fuerit, † fratrem vtrinque coniunctum minime excludere a feudalium ſucceſſione fratrem conſanguineum ex vno tantum latere,per multa ibi allegata, quia linea materna in feudalibus incognita eſt, vt ſcribit etiam Decius cõ ſilio 444.numero 7.per tex.in c.j.§.his vero.de gradib. ſucce. in feu.An.in conſtitu.regni.vt de ſucceſ.in iii.colu.Afflict.in c.primo,§.& quia vidimus,numero 7.de his qui feu.da. poſ. Iacobinus in verbo,præſentes,numero 11.idem And. in ca. j.de natu.ſucceſ.feu.Afflict.in dicta conſti.vt de ſucceſ.numero 14. Attamen hodie in regno noſtro primogenitus ſuccederet,vt in dicto titulo ſecundo dictum fuit, etſi ex vno tantum coniunctus latere,dummodo ex eo vnde feudum prouenit,idem Afflic.in c.j.numero 14. de grad. ſucceſ.in feu.ex hoc ſequitur,fratrem vterinum tantum nõ ſuccedere in feudo patris,prædicta ratione: quia non eſt coniunctus a latere acquirentis feudum,dicto §.his vero conſuluit Angelus cõſilio 110.ſanctiſſima regina.Cur.iii.par.num.55.Afflict.poſt Laudenſem c.j.§.& quia vidimus.de his qui feu.dare poſ.numero 7.Decius conſilio 444.numero 5.Bal.in cap.primo.de grad.ſucceſ.in feu.

Quia in titulo ſecundo, Pollicitus ſum tractare mate-
21 riam † ſubingreſſionis loci in ſucceſſione feudalium,quæ in ea obtinet,vt tradit And.in c.primo.de ſucceſ.feu.numero 1. in prin.ibi paternum enim adingreditur gradum, & in c. 1. nu.6.ibi,hæres hæredi.an agna.& probatur in d.c.j.de ſucce. feu.Et eſt conſtitut.vt de ſucceſ.ibi, filii autem fratrum.cum aliis allegatis per Bartholomæum Socinum,in ſuo ſolemni conſilio,quod poſitum eſt in lecturis, poſt titulum, quis & a quo appelletur. Ideo quæritur, an ſtatutũ,prout eſt hodie in Regno Siciliæ,d.conſtitutio,vt de ſucce.vocans proximiorem maſculum & primogenitum, ad ſucceſſionem feudo-
22 rum,ſexus & ætatis † pręrogatiua ſeruata, includit illum qui in proximiori gradu reperitur. Exemplum poni poteſt in filio primogeniti mortui,qui volens ſubintrare locum ſui patris,qui reperiebatur in anteriori gradu, quam ipſe nepos filius primogeniti.Et videtur quod non,argu. text.in l. ſi filius præteritus. §.ſi libertus.ff.de bonis lib.Quem textum ad hoc notat And.in c.primo,in prin.& in §.filius fratris. Imperator Lotha.& in c.primo,§.his vero.de grad.ſucceſ.in feu.Bald.in l.cum ita.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.ii.& in l.iii.C.de legiti hæred.& in l.iubemus.C.ad Trebe.Quia lex non priuilegiat ſexum,ętatemue ante gradum:ſed ſi prius gradum,& demũ ſexum,ætatemque, vt optime adnotat Corneus conſil. 169. ii.volumine.And.in c.primo,§.his vero,de grad. ſucc.in feu. numero 4.Vnde quando aliqui ſunt in pari gradu,puta maſculus & fœmina,tunc priuilegiat ſexum, vt maſculus fęminæ pręferatur, quod priuilegium ſexus pręfertur priuilegio ętatis:nam ſi in pari gradu reperitur maſculus ſecundogenitus,& ſic minor ætate,& filia fœmina primogenita, ætateq; maior prefertur maſculus, ratione ſexus ipſi fœminæ,quam uis in ætate præcedat,& hoc quia (vt dixi) prior prærogatiua conſideratur in ſexu,poſteriorque in ętate:ſed ante has duas illa gradu pręcipua eſt,ſecundum aliquos, quamuis non recte ſenſerint:quia etiam data diſparitate gradus,filius primogeniti mortui ſubingreditur locum patris,excluditque ſecũdogenitum eius patruum, etſi in ſecundo loco reperiatur, patruus autem in primo,cum filius ſit primogeniti, vt refert Grammaticus in prima deciſ.fuiſſe deciſum in cauſa magnificorum de Caetanis.

Blaſcus autem Lancea,Doctor Siculus,in repetitione capitu.ſi aliquem,quam non impreſſam vidi:opinatus eſt, primam opinionem veriorem, vt minime ſubingreſſio locum habeat,& quod patruus idemque filius ſecundogenitus, excludat filium primogeniti eius nepotem,tanquam in gradu remotiorem,cuius rei dat rationem: Quia licet nepos ſubintrans locum patris primogeniti reperiatur in eodem gradu cum patruo, attamen ſibi deficit alia qualitas maioris ætatis,quia repręſentando patrem in gradu, locoque non poterit ipſum & in ætate repręſentare, & ſic dupliciter, ideoque exiſtente in pari gradu cum patruo, reperietur minor in ætate,& propterea excludetur. Pro qua re Blaſcus allegat Bart. in l.prima. §.ſi ſit nepos.in l.j.col.ff. de collatio.dotis. & in l. j.§. ſed quid ſi filius.ff.de coniun.cum emancip.liber.Quam Bart.doctrinam magnificauit Areti.in l. Gallus.§.inſtituens. numero 41.in fi.ff. de liberis & poſthu.dicens, filium ſuccedentem in gradu patris, repręſentare perſonam propriam, non autem ſui patris.Hoc idem ſequutus eſt Alex. conſi. 20. ver.8.probatur numero 3.volu.j.& conſilio 4.nume.9.volu. 4.vbi dixit, quod licet nepos regulariter ſubintret gradum, & locum ſui patris, tamen non ſuccedet ex perſona patris, ſed propria & attenduntur qualitates, quæ ſunt in perſona ipſius nepotis,non illæ quę erant in perſona patris.Præterea pro hac opinione Blaſci,licet ipſe non alleget, poſſumus dicere,nullum textum hoc probantem reperiri. Quæ opinio etſi veriſſima ſit de iure, tamen non practicatur, & contrarium vſu moribusque receptum eſt, prout refert Afflict. in c.primo,nu.10.de natu.ſucce.feu. qui per ſex columnas hoc diſputando ac referendo conſilium Petri de Monte Forte, concludit fuiſſe determinatum in nepte ſubintrante locum patris primogeniti, vt excludat patruum ſecundogenitum, de qua queſtione dicemus inferius: ſed pro nunc concludendum erit,ſubingreſſionem ſortiri effectum, nedum quoad prærogatiuam gradus,verum etiam ætatis, & ſexus, & ſi de iure opinio Blaſci verior ſit, vt diximus.

23 Ex quibus infertur, nepotem † ex primogenito excludere patruum ſecundogenitum, quam ſit minor ætate, quia ſub intrans gradum,locumque primogeniti patris, cenſetur ipſum repręſentare in omnibus ſuis qualitatibus, hoc eſt,in progatiua gradus, ſexus & ętatis. Pro qua opinione vſu recepta,faciunt tradita per And.Bald. cæterosque c.primo.imperator Lothar.& in c.j.de his qui feu.da. poſ.§.pen.& in c.j.de nat.ſucceſ.feu.Cur.in tracta. feu.iii.par.principali.Ioannes le Cirier in tracta.primogeni.queſt.25.vbi ampliſſime Camer. in c.imperialem,litera V.fol.101.Iacobinus in verbo,& fœminis.& in ver.Dux.numero 8.Soci.in dicto conſilio, quod reperitur impreſſum poſt ti.ti.quis & a quo appelletur.Marinus in authoritate 35. fol. 252. & in verbo,ſupereſt. fol.121. numero 13.And. in c.j.de eo qui ſibi & hære ſuis.Pernus cõſilio 13.col.2.Afflict.in d.c.primo,de natu.ſucce. feu. & in d. c.j.Imperator Lotharius.num.23.& in c.j.de ſucceſ.feu. Bal. in l.liberti,libertique,num.18.C.de ope.libe.Bar.in l.liberorum.ff.de verbo.ſigni.Pau.de Caſtro in l.maximum vitium. C.de lib.pręte.Vdalricus Zaſius,patria Conſtantinenſis,Germanus,ſecundum quoſdam,in ti.de ſucceſ.feu.par.8.nume. 4.Neapoda.in conſuetu.ſi moriatur aliquis,in ver.& omnia quæ dicta ſunt in titu.de ſucceſſ.ab inteſtato.And.Tiraquel. in tracta.primoge.quæſt.14.Ale.conſilio 29.volum.j. Afflic. in conſti.vt de ſucceſſionibus,nume.34.vbi etiam an nepos ex filia ſecũdogenita excludat filiam primogenitam,de qua quæſtione,ac etiam ſi neptis ex primogenito, excludit ſecundogenitum,& ſi neptis ex ſecundogenito, excludat primogenitum,ſcribit Afflict.in c.primo.§.& quia.nume. 8 de his, qui feud. da. poſ. tractabimusque in tit. de feudo fœmineo, ſiue materno.

24 Et ſimiliter, huiuſmodi † ſubingreſſionem in feudo ex pacto & prouidentia antiquo,quemadmodum in hoc hereditario,locum habere teneo, etſi aliqui aliud ſentiãt,moti ea ratione, quia feudum ex pacto & prouidẽtia antiquum,quilibet capit iure proprio,& non ex alterius perſona,ideoque negant ex hoc ſubingreſſionem gradus. Primum affirmo, non tamen negari poteſt,quin ſubingreſſio procedat, ſaltẽ reſpectu gradus,quando tractatur de excludendo patruo ſecundogenito, per nepotem filium primogeniti, vbi viuitur iure Francorum, tuncque licet non habeat feudum ex perſona patris primogeniti, ſaltem habebit locum,& gradum, ętatisque pręrogatiuam ipſius patris, feudum autem ex propria perſona.

Quia meminimus ſubingreſſionis materię non extra propoſitum
25 exiſtimo tractare queſtionem illam,quid ſi plures † nepotes ſubintrent locum eorum patris, an ſuccedant patruo defuncto ſine liberis in ſtirpes,an vero in capita, eorũque propriis perſonis,vt tot fiant portiones hæreditatis, quot ſunt capita ipſorum nepotum,vel vnica fiat portio diuidenda inter omnes, ſi & prout eorum pater ſi viuiueret,illam haberet? Et caſum poſuit Bal.de hoc in c.primo,de ſucceſ.feu.ſi ſunt tres fratres,& duo deceſſerunt,vnus cum vno filio,alter cũ quatuor,deinde tertius ſine hærede, relicto feudo diuiſibili: nã alias dubium non procederet, tracteturque de ipſius ſucceſſione. quia ſi in ſtirpes omnes dicti nepotes tam ex primo quam ex ſecundo fratre,ſuperſtites, ſuccedere deberent, & tantum habebunt illi quatuor,quantum ille ſolus,cum omnes repręſentent eorum patrum perſonas. quorum locum ſubingreſſi ſunt. Sinautem in capita ſucceſſio diſtribuenda foret,tunc illi quatuor, partes quatuor: vnus vero vnicam habebit portionem, quia tot ſunt ipſorum capita,perſonęque,& diuerſum eſſet,ſi non omnes fratres mortui eſſent, ſu

pereſſetque

pereſſetque alter, tunc ſine dubio ſimul cum eorum patruo viuentes in ſtirpes ſuccederent, & tantum haberent de feudo omnes iſti nepotes, quantum eorum pater, ſi viueret. Procedit ergo quæſtio formata, nullo ex fratribus ſuperſtite. In qua, quia magnus eſt Doct. conflictus, nec feudalis textus reperitur, qui eam decidat: ideo punctus reſoluendus eſt ſecundum ius Romanum, quando tractatur de ſucceſſione allodialium, c. primo, verſi. Itrenuus. de feu. cogni. De qua reduæ principales ſunt opiniones, vt refert Bal. in dicto c. primo, de gradib. ſucceſ. feud. & in ca. j. de gradib. ſucce. in feu. Et prima fuit Azonis in ſumma. C. de legit. hære. vt in capita ſuccedāt quam ſecuti ſunt Iacob. Butri. & Salyce. in authen. ceſſante. eodem ti. & Accur. varians (vt dicemus) in §. hoc etiam, in fine verbi ſuperſtites, Inſti. de legi. agnatorum ſucceſ. quamuis in li. duodecim tabularum. C. de legit. hæredi. in verbo, ſed in capita, hodie in ſtirpes ſuccedere dixit, idemque ſenſiſſe videtur in authen. ceſſante. in verbo, in ſtirpem. C. eodem ti. Bat. tamen in l. poſt conſanguineos. §. agnati. ff. de ſuis & legit. voluit in ſtirpes ſuccedatur, dicens gloſſam in d. auten. ceſſante. eſſe veriſſimam, pro qua ipſe conſuluit conſilio 127. quam ſimiliter tenuerunt variis in locis, Cynus, Bal. Pau. Ange. & Raphael, quos citat & ſequitur Alexand. conſilio 55. nume. 7. & 6. volumi. 4. Quę opinio magnificata per Alex. ibi, nedū communis eſt, ſed etiam totus prope conuentus Doctorum eam ſequutus fuit. Zaſius vero in titulo de ſucceſ. feud. in vi. concluſ. partis 8. num. 18. per multas rationes, quas non recito, ibi reſidet cum opinione Azonis, vt in capita ſuccedant, dicens debere ſtare, atque quieſcere aduerſarios opinantes contrarium tāquam communem errorem, quod & in Germania vigere dixit. Franciſcus vero Sonsbeccius in Commētariis feudorum, par. ix. fere per quinque columnas diſputādo de veritate huiuſmodi concluſionis, opinionisque prędicti Zaſii, demum ex multis diſſentit ab eius ſententia, p qua faciunt tradita per Alexan. in d. conſilio 55. 4. volu. & conſi. 29. 5. volumine. Bal. conſilio. 188. 3. volu. Brun. conſi. 76. Iacobinus in verbo, præſentes, ver. ſed vlterius dubitatur. Signor. conſilio 94. Nos autem non recedamus, vt in capita ſuccedant, illa validiſſima ratione: nam ex pſona propria veniūt, modo quando cum eorum patruo concurrunt, quia tunc omnino habent repræſentare patrem, alias excluderentur a patruo exiſtente in anteriori gradu, ideoque in ſtirpes ſuccederent. Nec tex. in c. primo, de ſucceſ. feu. & in cap. primo, de grad. ſucce. in feud. contradicit huic ſententię: nam minime ibi hoc exprimitur, ſed ſolum vt nepos in locum patris ſuccedat, & idem dicitur in cap. ſi quis miles. ibi, in patris vicem ſuccedit. Imper. Lotha. & in c. j. de ſucceſ. feu. ibi, loco ſui patris, & declarat optime Brunus d. conſi. 76.

In titulo de feudo ex pacto & prouidentia nouo, qui textus eſt in ordine, firmatum fuit, eiuſdem qualitatis, naturęq;
26 eſſe † feudum hæreditarium, cuius eſt dictum feudum ex pacto & prouidentia nouum, & iiſdē modis amitti: ideo oportet hic aliter tractare illos ſeptem modos, quib. feuda amittuntur prout in titulo de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, & in titulo tertio ſcripſimus, ſi quidem in hoc feudo hereditario antiquo, quod in omnibus feudo ex pacto & prouidentia nouo comparatur, ſemper pater cum aſſenſu Regis alienando præiudicare poteſt ſuis hæredibus, & ſimiliter cō temnendo dominum, qui contemptus multifariam, multisque modis conſiderari poteſt, vt oſtendimus in titulo ſecundo, vltra quos etiam verificari poteſt, quando alienatur feudum abſque ipſius domini conſenſu, vt tunc ſimiliter contemni dicatur, vt ſcribit And. in c. primo, §. & quia vidimus, numero 14. de his qui feu. da. poſ. & in c. primo, §. ſi vaſallus, culpam. ſi de feu. defunc. fuerit contro vbi etiam dixit Andr. feudum alienari poſſe abſque domini cōſenſu, quando inopia venderetur, quia tunc magis delinqueret alienator in ſeipſum diminuendo ſuum patrimonium, & in c. primo, nu. 4. ſi vaſallus feudo priue. Poſſetque etiam ſuis ſucceſſorib. nocere in hoc feudo hereditario antiquo, etiam delinquendo, quemadmodum in feudo ex pacto & prouidentia nouo concluſum fuit: ſemper enim culpa, delictumue, vel alienatio vnius, nocet alteri, in huiuſmodi feudo hæreditario, ex quo ille qui debet ſuccedere oportet, vt ſit hæres culpantis, vel alienantis, & ſic habere ratum eius factum, And. in c primo. §. etſi libellum. de alie. feu. pater. & in c. j. ſi vaſal. feu. priu. & in c. ſi vaſallus culpam, ſi de feu. defun. fuerit controu. & in ca. j. §. hoc quoque, de ſucceſ feu. & in cap. Titius. eo. ti. fin. de feu defun. & in c. j. an agna. & in c. j. de cap. Corra. Afflict. in prælud. feu. quæſt. vi. Ale. conſi. x. volumine 3. & conſil. 26. volu. v. argum. l. ex qua perſona. ff. de regu. iuris. l. cum a matre. C. de rei vendi. l. qui contra. ff. de iure patron. l. Iulianus. ff. de bonis libe. l. prima. §. ſuos. ff. de ſuis & legi. hæredi. l. prima. C. de bon. libe. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. Afflict. deci. 112. numero 4. late Zaſius in ti. ad quem feudum apertum reuertatur, concluſi. 4. nume. 96. Et id quod nocet agnatis in hoc feudo antiquo hæreditario, vt tradit And. in d. cap. primo. §. hoc quoque. & in d. c. Titius. & in d. c. primo, an agnatus quam uis male aduerterit in hoc Afflict. deciſ. 285. putans in feudo hereditario delictum fratris non nocere fratri, tanquam venienti ex diſpoſitione c. j. in ille qui interfe. fra. domi. ſui.

27 Ex prædictis deciditur quæſtio, an pater † cum aſſenſu Regis poſſit alienare feudum antiquum hæreditarium in præiudicium ſui filii? hoc dupliciter euenire poteſt, altero modo, quando viuitur iure Francorum, quo iure primogenitus tantum vocatur ad ſucceſſionem, & hoc reſeruo examinandum in titulo, de feu. iuris Francorum. vbi ſi in prciudicium primogeniti pater poterit diſponere de feudo hereditario antiquo, explicabimus. Altero vero modo, quando non viuitur iure Francorum, in quo articulo abſque difficultate aliqua, concludendum eſt, licere patri feudum prædictum diſtrahere cum licentia Regis, in præiudicium ſuorum filiorū per ea quæ ſupra ex dictis Andreę firmauimus, prout etiam ipſe dicit in c. primo, de natu. ſucceſ. feu. Alexan. conſilio 18. volu. v. & conſi. 26. eodem volu. Et ita ſeruari in hoc regno tradit Marinus in lib 2. in verbo, ſupereſt, numero 4. fol. 121. dum loquitur de materia aſſenſus, & in lib. 3. differē. 2. & 35. vbi dicit, feudum hereditarium cenſeri tanquam rem allodialem, ibique aſſignat tres rationes, ob quas filius, agnatus, non poteſt reuocare alienationem factam a defuncto feudi hæreditarii antiqui, cum aſſenſu Regis, ſequitur Camerarius hoc idem in c. Imperialem, litera T. fol. 24. & 25. & ſequen. & in fortiori caſu hoc tenuit Pernus conſilio 7. col. 2. ver. nam licet. vbi patrem poſſe alienare feudum antiquum hæreditarium in ſecūdogenitum, etiam ſine Regis aſſenſu firmauit, quod ſi non ſi non viuitur iure Francorum, forte poſſet defendi. quid autem iuris ſit, quando viuitur iure Francorum, dicemus in d. ti. de feu. iuris Francorum, vbi hanc opinionē Perni non teneo.

28 Ex quibus infertur, † filium vel agnatum in hoc feudo hæreditario antiquo, nō poſſe reuocare obligationes, hypothecas, & alienationes per defunctum contractas, cum aſſenſu domini, etiam ſi feciſſet inuentarium hæreditatis paternę, vt ſcribit And. in d. c. j. de alien. feu. pater. & in d. §. hoc quoque. & c. j. an agn. cęterisque in locis, quos paulo ante citauimus, & in c. imperialem, in prin. Afflict. in deci. 112. Alex. in dicto conſilio 28. approbat, patrem poſſe aſſignare feudum hereditarium antiquum vni ex filiis, ſicut vnam ex rebus hereditariis. Marinus in differen. 7. vbi voluit in hoc feudo hæreditario antiquo patrem minime poſſe filiis præiudicare: quia vt alias oſtendimus, hos terminos feudales ipſe Decius non recte percepit, dum voluit feudum hæreditarium dici illud, quod etiam ad extraneos trāſit hæredes, & ideo decipitur in d. conſi. imo attentis veris terminis feudi hæreditarii, ſcripta ibi per ipſum probant hanc noſtram ſententiam, prout colligitur ex eius dictis in conſi. 390.

29 In ſuperioribus dictum eſt, in feudo † hereditario antiquo delictum, patris nocere filiis, & etiam agnatis, ideo quæritur, quid ſi filius committat delictum contra dominum patre viuente, an perdat feudum? Videbatur quod non, quia non viuente patre in feudo hereditario nullum ius formatum filius habere cenſetur, per ea quę dicit And. in c. j. §. prēterea, quę ſit pri. cau. benefi. amit. Contrarium eſt verius, vt priuetur ſucceſſione feudi prędicti ob delictum in dominum commiſſum per ipſum filium, quando nollet ſatisfacere domino de offenſa ſibi facta, iuxta textum i c. imperialem. §. in ſuper. & §. illud. prout determinat And. in ca. j. verſi. tum. nu. 4. de Capita. qui cur. vend. & eo caſu diceretur priuari ſucceſſione feudi, licet dominus adhuc effectus nō fuerit, qualiter autem hæc procedant in filio primogenito, qui viuente patre comiſit rebellionem, an tunc ſuccedat fiſcus, vel ſecundogenitus, dic vt per Andr. in d. c. prēterea, qui diffuſe loquitur de hoc, quando viuitur more Francorum.

30 Sed quid † ſi filius delinquat viuo auo, qui feudum hereditarium tenebat, an huiuſmodi delictum noceat filio ipſius delinquentis, eidemq; nepoti aui prędicti feudatarii? Regulā habemus, de qua in ſuperiorib. ſępe loquuti ſumus, delictū patris in omni feudo filiis nocere: ideoq; videbatur dici poſſe hunc nepotem minime ſuccedere mortuo eius auo. Attamen contrarium decidit Bar. in l. eum qui. ff. de interdi. & releg. nu. 2. Bal. in l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæ. Sal. in l. 2. C. de lib. & eorum libe. Ioan. Ray. in c. imperia. §. pœnā. nu. 3. col. 4. de proh. feu. alie. per Fede. Cur. par. v. nu. 13. Poteſt eſſe ratio, quia tunc delictum patris nocet filiis, quando pater delinquens poſſidet feudū, at in formata qōne auus poſſidebat, vnde ſufficit, ſi ſuus filius delinquens puniatur, priuetur q; ſucceſſione feudi, quod poſt eius mortē poterit ſuo nepoti relinquere. Iaco. tamen de Ardizo in titu. de ſucceſ. feu.

col. 8.

col.8.ver.nunquid nepos ex filio, videtur dicere nepotem nō succedere, quando viuit pater delinquens.

De refutationis materia nil aliud hic dicendum est, nisi si potest fieri de feudo hæreditario, cum cætera in titu.ii.dicta
31 sint, ideo q̄ro, †an refutatio valeat fieri feudi hr̄ditarii antiq, siue paterni? And.in d. ca.j.§.sed etiam resin vers. item hæc consuetudo propter illa verba, eo inuito, quæ apud eum ibi dem leguntur, videtur determinare, q̄ non sortiatur effectū in prædicto feudo hæreditario, sed tantum in feudo ex pacto & prouidētia antiquo, quod inuito feudatario, legitimis successoribus relinquendum est, cum a primo acquirente, non autem ab vltimo moriente illud habeant. Freccia vero, cuius scripta de hoc extant in lib.3.de subfeudis, 25. differen. altius hoc dubium examinando, post multa concludere vī, refutationem habere locum ī omni feudo, siue sit ex pacto, siue sit hæreditarium, siue sit nouum, vel antiquum, per multa iura, multaque authoritates, quæ apud ipsum scribūtur a cuius opinione non puto recedēdum, cum natura & qualitas ipsius refutationis recte conuenire possit etiam feudo hereditario.

32 Quæro, quando † refutatio dicatur realis, quādove personalis? Effectus est maximus, quia si est realis, & moritur is, cui refutatio facta est viuente refutante, tunc hæredes eius, cui feudum refutatum fuit succedent excluso penitus refutā te: sinautem personalis fuerit refutatio, præmortuo eo, cui facta fuit, succedet ipse refutans, videamus ergo quando cēsea tur realis. Et tunc erit, quando non fuit facta filio tantum, vt alteri agnato proximiori limitate, puta dicendo ibi tantum, vel tibi, & ei cui dederis, & demum nulli dato feudo decesserit. His casibus, & similibus, si decesserit is, cui facta fuit refutatio, succedent sibi non ipse refutans, sed sui legitimi hæredes: nam pactum fuit reale, puta quia vel refutauit omnino, vt dī c j. de eo qui fin. fec. agna. vel refutauit, nedum ipsi cui facta fuit refutatio, sed etiam suis liberis, vel hæredibus. Sin autem refutatio fuisset personalis & limitata, tunc succederet refutans, præmortuo ipso, qui refutationem suscepit, vt notant Dd. & præcipue Afflict. in d.c.j. de eo, qui fin. fec. agna. late Tiraquel. in tract. primogen. q.86. And.in d.cap. 1. Alexan. cōsi.13. volum.5. vbi bene de hoc, quando refutatio censeatur realis, vel personalis, post And.in c.j. de vasal. decrep. æta. & in c.1. Impera. Lotha.

Quæritur in materia subingressionis, qd si moritur feudatarius, qui solum reliquit filios fratrū, ac etiam eius patruū,
33 qui omnes sunt in tertio gradu, an † nepotes excludāt hunc patruum? Videbatur, q̄ non, supradicta ratione: quia cū oēs sint in pari gradu, pariter admitti deberent. §. tertio gradu. Inst. de grad. cognat. Tñ in feudis contrarium statutum est, vt isti nepotes excludant prædictum patruum magnum, qui sic eorum respectu nuncupatur, vere tamē quoad defunctū feudatarium, proprie patruus dicitur, & hoc per regulam sæpius per nos traditam, primam causam successionis considerari respectu descendentium, demumque respectu collateralium, nam ascendentes in feudis regulariter non succedunt, ideoque dicēdum est, nepotes excludere huiusmodi patruū magnum, qui descendens collateralis dī. c. 1. de nat. succe feu. §. sin autem. ver. illud palam, in Auth. de hær. ab inte. venien. An. in c.j. Imper. Loth. Nec obstat, ipsos esse in pari gradu, qa feuda magis vadunt ante, q̄ retrò reuertantur; illudque procedere posset, quando vel omnes essent in eodem gradu descendētium, vel collateralium, siue ascendētium, non autem quando aliqui sunt collaterales. Alii vero ascendentes, prout in qōne nostra, quia tunc, vt prædixi, diuersa viget ratio.

Vlterius aduertendum est in hac materia successionis feudalium, quia vltra nepotes ex fratre, non datur amplius sub-
34 ingressio gradus, sed † proximior excludet vlteriorem, & iō filius fratris, idemque nepos præferetur nepoti ipsius fratris, cum alter sit in tertio gradu, alter vero in quarto. §. tertio & quarto gradu, Inst. de gradib. cogna. & quia hoc distinctè iurib. feudorum non probatur, ideo ad ius Ciuile recurrēdum erit, vulgato. c.j. §. strenuus, de feu. cogna. ẽm q̄ ius ciuile hoc decidit in §. si vero fratres, in Auth. de hære. ab intesta. veniētib. Paul. de Castro, in Auth. post fratres, C. de legit. hær.

35 Quæro, an lex † finalis. C. de edi. diui Andria. tol. locum habeat in feudis? An. in c.j. in prin. si de feu. defun. fue. contr. tenet q̄ sic & vī de mente Bal. in c.j. 2. colum. ver. quæro, de cō ten. inter masculos & fœm. de benef. Pernus, in 4. notab. colu. 7. ver. ex hoc induco. Cur. in tract. feu. par. 3. nu. 23. & in consil. 41. nu. 5. & 6. Capy. in c. Imperialem, col. 45. Marinus in diffe. 47. feu. hæreditarii. quamuis idem An. in c.j. vers. fratri, de his qui feu. da. poss. videatur sentire hæredem scriptum in feudis non succedere, quia eius dictum intelligitur procedere in hęrede scripto extraneo. Nos autem teneamus, dictam legem finalem locum obtinere, quando testator disponit prout ius vult, vt si viueretur iure Francorum, quo primogenitus succederet, si ipse instituetur hæres, deberet beneficium ipsius legis finalis; vel si viueretur iure Longobardorum, quo omnes filii succederent, ac essent similiter instituti qui erant succesturi, ita notat Afflict. in decis. 119.

36 Quæro, an † dispositio pro anima valeat sine assensu Regis in feudo hereditario? dicendum est, q̄ non, per tex. in c.1. § donare. qualiter olim feu. poter. alie. late per Curt. in par. 4. nume. 125. Capy. in capit. imperia. colum. 43. Camer. ibid. litera G fol. 23.

37 Dubitatur, an † executio possit fieri ī feudo hæreditario? in quo distinguendum, quia aut debitum fuit contractum mediante assensu Regis, & tunc potest fieri executio, nedum super fructibus, sed etiam super corpore ipsius feudi, nam assēsus extenditur ad eius consecutiua, posseteque procedi ad venditionem ipsius absque alio nouo assensu, vt refert Affli. decisio. 335. nu. 19. & decisio. 285. Came. c. imperialem. fo. 51. Iason, qui multa cumulat, in l.i. §. item acquirimus. ff. de acqui. poss. Hinc est, q̄ postet sequi adiudicatio creditori, virtute solius primi assensus. Loffred. dicit in consi. 14. nu. 74. Sin autē non adesset sensus, & tunc quamuis super ipso feudo hereditario exequi minime possit, tamen super fructib. ipsius sic, vt per Affli. dec. 26. Loff. consi. 46. num. 17. & in sacro concilio vsu receptum est, quando debitum est magnum, & non pōt breuiori tpe satisfieri, feudum exponi venale, & Regis assensu prius obtēto, plus offerenti liberari, vt inquit Marinus in 5. differen. feudi hæreditarii. Camer. in d.c. imper. fol. 20. & 21. post And. in c.j. §. quid ergo, de inuestit. de re alie. fac. & in cōstit. si quis post litem. Quib. in locis etiam tractatur, quę sint
38 onera feudorum, quęque feudatarii, de quibus per Camer. in d.c. imperialem, fol. 13. vbi ad quæ onera tenetur domin⁹ feudo sibi aperto, de quo egregiè per And. in d. §. quid ergo, & ī d. constitut. si quis post litem, vnum tamen notandum, quòd quando dominus obligatur ad onera feudi non præstito assensu, non intelligitur vt fiat adiudicatio, sed fructuum tantum perceptio debetur, memor fuit And. in registro sic contineri in c.j. §. donare, qualiter olim poter. feu. alie. & in constitutio. in aliquibus. colum. x. Camer. in ca. imperialem, litera C. fol. 14.

39 Ex hoc sequit̄ aliud, vt † æstimatio feudi legati sine assensu debeatur, quando est hæreditariū, secundum And. in c.j. §. fi. de inuestit. de re alie. fac. diffuse per Cur. consi. 30. Marinus in 12. differen. feu. hæred. Came. in c. imperialem, fol. 26. Sed ma-
40 ior est difficultas, quid si feudum † hæreditarium fuerit donatum inter viuos sine assensu regio, an tunc debeatur æstima-
41 tio? Et similiter ego dicerem, quòd sic, quando disponitur de † feudo sincere, & bona fide, & sine fraude, ita vt domino nullum inferatur præiudicium ex dictis per And. in d. §. fi & ita fuisse iudicatum contra Illustrem Ascanium Columnam, testatur Freccia in 12. differen. feu. hære. Hocque etiam videtur sentire Cam. in d.c. imperialem. fol. 27. litera R.

42 Qualiter autem soluatur † æs alienum feudi hæreditarii per hæredes, legitur apud Marinum diffe. 13. 14. & 19. & apud Brunum consi. 104. & Iacob. in verbo, ita quod de ipso feudo possit testari. Capy. decisio 198.

DE FEVDO HAEREDITARIO nouo.

SVMMARIVM.

1 *Liberi in infinitum succedunt in feudo hæreditario nouo.*
2 *Fœminæ, & cognati excluduntur a successione feudorum iure communi.*
3 *Vir & vxor, & fiscus in feudis non succedunt, sed in allodialib. sic.*
4 *Acquirens feudum nouum, potest suis successorib. nocere alienando, delinquendo, contēnendo, & ordines sacros suscipiendo.*
5 *Confiscatis omnibus bonis uasalli, an feudum transeat in fiscum? plene disputatur, & per capita distinguitur.*
6 *Delicta, pro quibus imponitur pœna confiscationis bonorum, ponuntur, licet remissiue.*
7 *Fiscus dicitur vltimus successor in feudis.*
8 *Fiscus dicitur hæres extraneus.*
9 *Bannito, seu foriudicato feudatario, fiscus capit possessionem iurisdictionis feudi.*
10 *Subfeudatario foriudicato, siue deportato, cum publicatione bonorum, quando feudum transeat in Baronem a quo tenetur. & num. xi.*
12 *Constitutio Regni, si quando, quid disposuerit circa feuda foriudicatorum, & nouus intellectus ipsius. & num. 13.*
14 *Foriudicatur tenens subfeudum a Barone, si committat delictum etiā contra Regem, subfeudum applicatur Baroni.*
15 *Capitulum Neapolitanorum hodie conseruat bona, ne transeant in fiscum, nisi in duobus casibus.*
16 *Prætores dicuntur habere maiestatem, licet improprie.*

Source : BIU Cujas

Titulo VII. de feudo

TITVLVS VII.

IN titulo quinto Satis declaratum fuit, quid sit feudum hęreditarium, deque eius natura & qualitate: & similiter in titu. tertio, quid sit feudum nouum, & quando dicatur, & in quo ab antiquo, paternoue differat. Ideo in presenti titulo †de feudo hę-
1 reditario nouo, sufficiat quod ibi notauimus, solum superest vt dicamus, in hoc feudo nouo hæreditario, quemadmodum in nouo ex pacto & prouidentia, liberos in infinitum succedere. Noua enim beneficia agnatis non obueniunt, parentes liberis in illis non succedunt, capitulo primo, de na-
2 tura succes. feu. fœminæ † & cognati omnes, a successione ipsorum excluduntur, capitu. primo, de succes. fratr. vir & vxor alter alteri non succedit, fisco nullus est locus, sed deficientibus suprascriptis, ex fine generationum, ad dominum beneficium reuertitur, capitu. primo, in fine. quibus modis feud. amitti. prout ex commissio, & ex felonia, similiter domino aperitur, vel committitur, ex his quę alias diximus. Quæ omnia iure communi successionis, aliter constituta esse constat, vt in Authen. de hęredib. ab intestato. venien. & in C. vnde vir & vxor. & C. de bonis vacantibus. Nam deficientibus liberis, quorum prima est causa in ordine successorio, deinde agnatorum, & cognatorum, dicta Authen. de hæredibus ab intesta. venien. ac titulo, quis ordo in bonorum possessione seruetur, tituloque de successorio edicto quod vt præmisi, in feudis non obtinet, ad cognatos ipsos successio nō pertinet, nec feudi noui ad agnatos regulariter, quamuis in antiquo, deficientibus descendentibus, vt agnati admittantur, moribus Longobardicis receptum fuisse, scribit Ortensius in d.c. primo, de succes. fra.

4 Notandum est, acquirentem hoc feudum hęreditarium nouum, posse eius legitimis successoribus nocere, alienando, contemnendo, ordines sacros suscipiendo, defectu, refutatione, cæterisque aliis modis, in dicto titulo tertio, per nos amplissime expressis, imo a fortiori hoc concedendum est, quia si in feudo ex pacto & prouidentia nouo statutum est, vt alienatio contemptus, delictum, culpa, refutatio, omneq; factum defuncti, grande damnum suis afferat hæredibus, quanto magis in hæreditario nouo, in quo succedens semper debet esse hęres ipsius acquirentis, eiusque factum approbare, vt in titulo quinto, & sexto, abunde dictum fuit, nec in aliquo huiusmodi feudum hęreditarium nouum, a prędicto ex pacto & prouid entia nouo differre videmus præterquā, quando illud ex pacto & prouidentia liberis propriis nominibus nominatis, datum reperitur: tūc enim etsi nouum sit, tamen per patrem eiusdem prędiudicari minime poterit, ex iis quæ in dictis titulis secundis, & tertiis diximus. Et in quibus differat feudum nouum a veteri, similiter in d. titulo tertio dictum, legitur apud Frecciam in octaua differen. feu. hæreditarii. folio 259.

Quia in titulo secundo, nume. 116. prout si hic tractare, si feudum hæreditarium venit in generali† confiscatione omnium bonorum, ita vt generaliter publicatis omnibus bonis vasalli, ob delictum aliquod, censeatur etiam publicatum & feudum, illudque transeat in fiscum regium: propterea reassumendo capita quędam, quia confusi sunt termini huiusmodi materiæ, maleque a Scribentibus explicati, putaui pro faciliori ipsorum intelligentia, & ne ingenia iuniorum fatigentur, dicta capita, & in mediate a regia curia tenens feudum deliquerit. Secundo, si subbeneficiarius recognoscens subbeneficium, seu subfeudum aliquod planum, & de tabula, siue rusticum nuncupatum, immediate ab aliquo Barone, similiter delictum aliquod perpetrauerit, quib. dicta feuda applicentur.

Quo ad primum, si delictum sit tale, vt fidelis feudo de iure priuari debeat, quæ delicta commemorauimus in titulo secundo, & tunc feudum hæreditarium proculdubio exclusis omnibus, & descendentibus, & agnatis, regi a quo tenetur, deuoluitur: & de hoc quia amplissime in dicto titulo secundo, & etiam tertio, scripsimus, non amplius loquemur: Si autem vasallus taliter deliquerit, vt nō debeat feudo priuari, sed solum deportari cum publicatione bonorum, & hęc sit pœna ipsius delicti, iuxta textum in l. prima, & ibi notatur, C. de hęredibus instituendis. & in §. relegati. Institu. quibus modis ius patriæ potestate soluitur. quamuis hodie regulariter bona non publicentur, aucto. bona damnatorum. C.
6 de bonis damnato. sunt etenim quamplurima † delicta, pro quibus imponitur pœna publicationis bonorum, quę enumerat Cassa. in consuetudine Burgunen. §. primo, folio 89. vbi septuaginta tria describit: posletque poni exemplum in banitis nostri temporis, qui foriudicati apppellantur in constitutione regni, pœnam eorum. de forbanni. & foriudi. qui ob contumaciam, bānumque bona perdunt, & si legitimos liberos habuerint, eo casu examinemus prius quid dicendū de iure omnium feudorum, an publicatis omnibus bonis feudum etiam transeat in fiscum regium.

Prima opinio fuit illorum, qui putauerunt confiscatis omnibus bonis, minime feudum confiscari, & hoc verum existentibus legitimis descendentibus, siue agnatis qui in feudo hęreditario antiquo succedunt, nam si bannitus legitimos minime successores in feudo habuerit, tunc dominus succe-
7 det, siue fiscus † regius, qui vltimus successor in feudo dicitur, vt notat Andre. in capitulo primo, numero primo, qualiter vasallus iurare debeat fidelitatem, argumē. capitulo primo, de succes. fratrum. & capitulo primo, de benefi. frat. & capitulo primo, de frat. de nouo benefi. inuestitu. & capitulo primo. §. & si clientulus. ibi, & sine hęrede decesserit, de alien. feu. & est lex regni, si quando, de qua inferius loquemur. Videndum est ergo, quando habet successores, quo casu non transire in fiscum bona feudalia, tradunt Barto. & Alexan. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. Ioannes Rayna. in capitulo imperialem. versicu. pœna. numero 3. & 4. in fine. de prohibita feud. alien. per Federicum Veronen. consilio 58. numero quinto, & sexto. Hancque communem sententiam asserit Iacobinus, in verbo, dictique vasalli promiserunt non committere feloniam, numero 94. facit pro hoc textus in l. prima, C. de bonis præscrip. & in l. si filius. C. eodem. vbi serui, vel filii damnati peculium, non fiscum, sed ad dominum patremue reuertitur, prout etiam dicitur de peculio profectitio ipsius filii, quod nequaquam cō fiscatur, licet bona patris publicentur. l. denique. §. sed vtrum. versicu. proinde. ff. de minoribus. Idemque dicimus, si libertus fuerit bannitus, ac bona publicata, quia ius patronatus ad fiscum minime transmittitur, l. cum ratio. §. si in libertinum. §. de bonis damnato. l. si in libertinum. ff. de bonis libe-
argumen. legis, si quis præsbyter. C. de episcopis & clericis. & notat Bellamera, consilio 15. prima columna. Præterea certum est hodie, prout olim, hęreticorum bona confiscari, capitulo primo, excommunicamus. †. damna. de hæretic. l. Manichęos. C. eodem & tamen non amittuntur, nisi saluo iure dominorum, a quibus dicta bona tenent, vt in præallegato capitulo primo, excommunicamus. §. si vero. & §. moueat in fine. Vlterius, in generali dispositione feudalia non includuntur, capitulo in generali, vbi multa per Afflict. si de feu. defunct. fuerit controuer. ideo generaliter bonis vasalli confiscatis, dicendum est feudalia non includi. hoc etiam adnotauit Curtius in parte quinta, numero 14. Corroboratur insuper hæc opinio, nam quando aliquis efficitur clericus, perdit feudum, illudque non quæritur ecclesiæ, seu monasterio, cui clericus ipse obstrictus est, sed domino, capitulo primo, versicu. si clericus si de feu. defunct. fuerit controuer. cum aliis, quę alibi allegauimus. Item quia feudatarius, qui debet personalia seruitia, personalemque seruitutem domino, vt dicitur in capitulo fina. in quibus causis feud. amitt. ex hoc censetur electa suæ personę industria, nec debet separari a sua causa, cum aliæ sint operæ vnius, & alię alterius, l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis. l. inter artifices. ff. de solutionibus. cum aliis ad hoc propositum allegatis per Veron.
8 in dicto consilio 58. Vltra prędicta, fiscus dicitur hæres extraneus, ideoque de facili ad ipsum non transit feudum, vt notat Afflictus decisione 385. in qua plura ad hoc allegat. Ea enim, quæ non transeunt ad extraneos hęredes, minime trā seunt ad fiscum, vt notatur in l. eum qui. ff. de interdict. & relegat. & in l. prima, ff. de bon. libert. iuncto textu in capitulo primo. §. etsi clientulus. de alien. feud. Barto. in l. iura libertorum. ff. de iure patrona. Alexand. in l. insulam. ff. soluto matrimonio. & plenius in leg. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. tradit Bald. in capitulo primo, secunda columna. in fine, qui successio. tene. vbi appellat fiscum non hæredem, sed quasi hęredem, allegat notata. ff. de nouationib. l. quotiens.

9 Secunda fuit opinio, vt publicatis bonis, etiam feuda fisco publicentur, etsi legitimos hęredes bannitus habuerit, esto quod sit tale dictum per eum patratum, vt minime feudi priuatione dignus sit. & hoc procedet, quando feudum est hęreditarium, & in curia regis tenetur, vt prędiximus, per textum in leg. quisquis. & in l. penultima, & fina. C. ad legem Iuliam maiesta. & in §. finali. in Authentica, vt nulli iudicum. notatur per Bellamera, consilio 15. prima columna, versicu. secunda opinio, per textum in leg. Manichęos. C. de hęreticis. Prętera, cum Imperator totius mundi sit dominus, vt in leg. deprecatio. ff. ad legem Rhodiam. de iactu. & omnia ab eo descendant, lege bene a Zenone. C. de qua drien. prescrip. capitulo quo iure. 8. distinctio. ideo consequetur

tur etiam bona feudalia delinquentis,quæ immediate ab ipso recognoſcuntur,quia res de facili ad ſuam primæuam redit naturam, vt notatur per Dynum in l. ſi quis in tantam. C.vnde vi.per tex.in l.ſi vnus.§. ne peteret.ff.de pactis. Facit pro hac ſententia,deciſio And.in c.primo,ver.hæreditatem. numero 12. de pac.tenen. vbi dixit, quod ſi bona publicantur,quæ a Barone non tenentur,veniunt ad fiſcum, & regē, prout probatur in conſtitu. ob filiorum culpam in illis verbis,ſi diuidi poſſunt hæreditariæ, vel feudales. Quæ omnia crederem procedere,bannito non habente legitimos ſucceſſores,vt dicam inferius.

Tertia ſententia fuit illorum,qui opinati ſunt, fiſcum tenere bona feudalia, bannito, vel foriudicato viuente: quo naturaliter mortuo, ſuis legitimis hæredibus fore reſtituenda,argum.l.Statius Florus.§.Cornelio Felici.ff.de iure fiſ. ca. fi.de Cap.Corra.argumen.l.peto.§.prædium.& l.vnum ex familia.§.ſed & ſi fundum.ver. quod ſi talia.ff.de leg.ſecundo. l.vxori.ff.de vſufruct.lega.plene per Afflictum,deciſi. 282.in fi.Bellamera in dicto conſilio 15.2.colu.verſi. tertia opinio. hocque caſu dicunt, Principem medio tempore durante vaſalli banno habere ſubſtitutum,ac percipere fructus, donec mortuus fuerit ipſe foriudicatus,argumē.C. de cur.l.nullus, & C.de epiſ.& cleri.l.quiſquis.& hoc propter ſpem, quæ eſt, vt ipſe foriudicatus,forte a principe reſtituatur, poſſitque ſeruire,argum.c.ſi minori,ſi de feu.defun.fuerit contro.faciunt ſcripta per Zaſium,in par.8.num.60.per tex.in ca.primo.an mutus,vel alias imperfectus.Vlterius hoc probatur in textu l.ſi poſtulauerit.§.iubet.ff.ad l.Iuliam. de adulte.vbi vſusfructus cōfiſcatur propter delictum vſufructuarii, quod etiam dicendum eſt in feudo, cum ad inſtar vſusfructus iudicetur, c.j.in quibus cau.feu.ami.c.j.§.fi.de inueſti.de re ali.fac.& huius ſententiæ fuit Spe.in ti.de feu.§.quoniam.

Nobis autem placet hæc concluſio, vt publicatis bonis
9 †banniti,ſiue deportati,legitimos in feudo ſucceſſores habē tis,iuriſdictio tantum trāſeat in fiſcum, dum viuit ipſe foriudicatus,ſiue deportatus,quo mortuo, ſuis hæredib. reſtituatur, per omnia ſupra allegata, & præcipue per textum in d. §.Cornelio Fœlici.& in c.fi.de cap.Corra. ratio redditur manifeſta,quia dum delinquens viuit,non poteſt comparere in curia domini ſine dedecore ad ſeruiendum,merito fiſcus interim exerceret iuriſdictionem feudi,eoque mortuo, legitimis ſucceſſoribus illam aſſignat, quando a Rege tenetur,prout inferius etiam declarabimus.Et prędicta procedunt de iure communi feudorum: quid autem ſtatutum ſit per leges, conſtitutionesq, regni,nunc tractabimus.

10 Sed ſi†ſubfeudatarius,in capite ab aliquo Barone tenens ſubfeudum planum,ſiue ruſticum,nec habens legitimos ſucceſſores in ipſo feudo,fuerit deportatus, foriudicatusue,bonaque eius omnia publicata: tunc ob defectum ſucceſſorū, Baro illud capiet, nec fiſcus regius nec dominus mediatus, aliquid iuris in eo habebunt,ſed præfatus Baro dominus immediatus, eoq;bannito defuncto ſine prole, illud pleno iure conſequetur.Sinautem filii,ſiue cęteri legtimi ſucceſſores bannito,ſiue deportato ſuperſint,tunc aliqui voluerunt, vt ipſe Baro immediatus dominus viuente foriudicato teneat feudum,quo mortuo hęredibus legitimis relaxetur,prout dictum eſt,quando in capite a rege recognoſcitur: Nam cum ipſe ſit dominus ſubfeudi, non debet ius ſuum perdere, alieni criminis infortunio,argumen.l.res vxoris. C. de dona.inter virum & vxorem.l.cotem.§. dominus.ff.de public.Prętera hoc probatur, nam alienatio prohibita eſt in potentiorem,ne domini conditio deterior fiat.l.ſi quis.& l.milites.C. loca.l.prima.C.de alie.iudi.muta.cau.fac.c.ii.extra eodem titu.& quia princeps,ſiue rex,potentior eſſe cenſetur ipſo Barone, tum ratione dominii & præeminentiæ, tum propter priuilegia,c.viſis.ver.humanum eſt,xvi.quæſtio.ſecunda.propterea non eſt ferendum,vt Rex ipſe,ſiue ſuus fiſcus, excludat ipſum Baronem immediatum dominum,a quo ſubfeudum recognoſcitur, per ea quę tradit Afflict.in dicta deciſi. 281.numero 15.& 16.

Non defuerunt cæteri,qui hoc caſu ſenſerunt,viuente foriudicato interim non † Baroni, ſed regio fiſco, ſubfeudum
11 applicari,mortuo vero ipſo bannito, ad ſuos ſucceſſores legitimos pertinere; poſſuntque pro hac parte adduci omnia iura,omnesque auctoritates, quę paulo ante per nos allegatę fuerunt,in fauorem regii fiſci,in ii. opinione ita vt confiſcatis bonis ſubbeneficiarii etiam ſubbeneficium regio fiſco publicetur,non autem ipſi Baroni. Quæ ſententia nobis diſplicet,in prędictis ſubbeneficiis,ſiue ſubfeudis:nam illa viuente deportato,ſiue bannito,potius ab ipſo domino a quo tenentur,quam a rege,ſiue eius fiſco detinenda putamus, & mortuo foriudicato legitimis ſucceſſoribus conſignari, per ea quæ in ſuperioribus allegauimus quo ad iuriſdictionem tantum ſemper intelligentes.

Nunc videndum circa prędicta omnia, quid ſtatuerit lex Regni. Et primo, ſi bannitus teneat feudum quaternatum immediate,& in capite a regia curia, ſi legitimos ſucceſſores in feudo prędicto habere minime reperiatur:tunc nō eſt ambigendum, bona omnia feudalia regio fiſco applicari, tum quia foriudicatus eſt vaſallus,& domino ſeruire nō poteſt,nec in curia comparere:tum etiam, quia caret ſucceſſoribus,vt ſupra mox diximus,& tradit Freccia in 29. auctorit. numero 13.folio 217.ſinautem habeat legitimos heredes in feudo ſucceſſibiles,tunc viuente bannito, fiſcus habebit eā partem fructuum feudi diuidui,quæ contingere debuiſſet ipſum foriudicatum patrem,dinumeratione liberorum attenta:patre autem foriudicato naturę debitum exoluente, pars illa,cuius fructus regia curia percepit,ad integritatem feudi libere riuertatur,eritque filiorum ipſius banniti,prout declaratur per conſtitutionem, ſi quando aliquem foriudicari cō tigerit,in titulo de pœna foriudicatorum, quod nunc declarabimus.

12 Sed ſi†foriudicatus,bannitusue,immediate,& in capite a barone ſubfeudum planum, ſiue ruſticum recognouerit, ſucceſſoresque in eominime habuerit,tunc ſubfeudum ſine cō traditione aliqua, ad ipſum a quo foriudicatus illud tenet, redire debebit,prout etiam ſupra explicauimus,de iure communi feudorum hoc procedere. Quod Freccia negat,in dicta 29.aucto.num. 2.ad finem, vbi viuente foriudicato,ſenti regium fiſcum percipere fructus,non autem ipſum Baronem, quo naturaliter decedente, tunc Baroni ſubfeudum deuolui.Ego credo,Frecciam recte loqui,quando foriudicatus eſſet in magna curia vicarię,ſiue alio regio tribunali,ſin autem eſſet foriudicatus ab eodem Barone, qni forte ius foriudicandi haberet ex priuilegio,tunc crederem contrariam opinionem veriorem,vt eriam in vita foriudicati,Baro, nō fiſcus regius,fructus ſubfeudi accipiat,prout colligi poteſt ex dicta conſtitutione ſi quando,ver.ſane.

13 Quando autem foriudicatus liberos habuerit, tunc ipſo viuente fiſcus regius percipiet fructus partis contingentis ipſum foriudicatum, pro numero liberorum, iuxta modum ſuperius per nos declaratum,ita vt poſt mortem naturalem foriudicati,eius liberi ſimiliter in eo ſuccedant.Hocq; etiam procedere dicerem,quando foriudicatus eſt vaſallus a curia regia,ſiue a Barone,per textum in dicta conſtitutio. verſicu. fructus tamen.Nec huic opinioni contradicunt verba adſcripta in fi.ipſius conſtitutionis,ibi,ſed Comiti,vel Baroni,nullum volumus prędudicium generari, quia poterunt intelligi reſpectu corporis ipſius ſubfeudi, non autem fructuum, qui erunt regii fiſci durante vita foriudicati, etiam quod a Barone fuerit bannitus.

Aduertendum tamen eſt,dum diximus paulo ante,viuente foriudicato habente filios, fiſcum regium percipere partem fructuum rei feudalis,tangentem foriudicatum ipſum, quianon videtur vſu, moribusque receptum: immo hodie cum foriudicatus ſiue deportatus non perdat feudum,quando vt diximus,nō eſt delictum tale,per quod priuari debeat, videtur ſeruari,vt ſequeſtretur iuriſdictio tam ciuilis, quam criminalis ipſius feudi,vt dicit Marinus in dicta aucto.19.folio 217. vnde cogitabam ſi dici poſſet, prædictam conſtitutionem,ſi quando.ideo hodie non practicari, quia loquitur de feudo diuiduo inter filios æqualiter diuidendo, vt ex illis verbis patet,de feu.foret diuiduo. nimirum ſi fiſcus,pro rata tangente patrem foriudicatum, vna cum eius liberis ſuccedet.verum quia in hoc regno, in quo iure Francorum viuitur,& feuda non diuiduntur, ſolusque primogenitus ſuccedit,ideo diſpoſitione dictę conſtitutionis non vtimur, ne in præiudicium ipſius primogeniti,,qui ſolus ſuccedere debet, fiſcus capiat partem fructuum, propterea practicatur id,qđ Freccia dicit in dictis auctori.numero 11.fiat ſequeſtrum iuriſdictionis,tam ciuilis,quam criminalis, hocque iure ſacrū conſilium vti aſſerit.

Omnia prædicta intelligamus procedere, niſi ſubbeneficiarius taliter delinquat,vt priuari ſubbeneficio debeat quēadmodum in feudo quod a rege in capite recognoſcitur ſcripſimus:tunc enim ſiue careat,ſiue non careat ſucceſſoribus, etiam ſi crimen imminutæ Maieſtatis commiſerit, ſemper
14 †Baroni aperitur,vt no. And.in c.j.verſi. hæredes,nume.4.in fi.de pace.tenen.& in cap.primo,verſi. turpiter luſerit,numero 12.quibus modis feu.amit. Afflict.in dicta conſtit.ſi quando,& melius in dicta deciſio.282.& ita procedant,quę leguntur apud Marinum in dictis aucto.numero 2.col.4. qui allegat And.cæteris in locis.Sicque deciſum fuiſſe in regia camera ſummariæ,in cauſa Comitis Alifarum,ſe referente, retulit excellens Regens Franciſcus Reuerterius.

15 Hodie autem per † capitulum 14. Neapolitanis conceſſum a Catholico Rege, fol.56. ſupraſcripta ceſſant, quia in crimine leſę maieſtatis,& hereſis,duntaxat Neapolitanorum

Source : BIU Cujas

bona publicantur, quod maiestatis crimen, quãdo commit
16 ti censeatur, satis in titulo secundo explicaui, & ibi, qui † maiestatem habere dicantur, & si etiam prætores habeant maiestatem, vt in l. penul. ff. de iusti. & iu. apud Paulum legitur, & in l. si familia, ff. de iurisdi. omni. iudi. nam improprie hoc intelligendum est: exceptis enim quatuor personis, de quibus in dicto titulo secundo, cæteri veram, propriamque nõ habent maiestatem.

DE FEVDO OMNINO hæreditario.

SVMMARIVM.

1 *Isernia prætermisit loqui in commentariis feudalibus, de feudo omnino hereditario.*
2 *Doctores qui locuti sunt de feudo omnino hæreditario describuntur.*
3 *Feudum omnino hereditarium quid sit, quodue dicatur.*
4 *Feudum omnino hæreditarium venit in restitutione fideicommissi.*
5 *Feudum omnino hæreditarium, an transeat ad legatarium, cæterosq; extraneos hæredes.*
6 *Successores in feudo omnino hæreditario, non oportet enim esse de sanguine morientis.*
7 *Successor in feudo omnino hæreditario debet esse hæres vltimi morientis tantum, licet non sit de sanguine.*
8 *Noua opinio, quod dicatur feudum omnino hæreditario.*
9 *Differentia inter feudum omnino hereditarium, & feudum quod transit ad extraneos heredes.*

TITVLVS VIII.

1 HOc feudum omnino † hæreditarium prætermisit Isernia in eius Commentariis feudorum, sed eiusdem memor fuit Iacobinus, in verbo, & cum pacto, quod ipso feudo possint testari, 4. col. numero 11. & similiter Arius Pinel. in l. prima, C. de bonis mater. par. 3. num. 96. fol. 567. Potestque colligi ex scriptis a Decio, consil. 185. num. 3. vbi male putauit, tunc esse feudum hereditariũ, quando esset dictum ad quoscunque heredes transire debere. Vnde ex prædictorum authorum sententia, dicimus, feu-
3 dum † omnino hereditarium esse illud, quod concessum fuit alicui accipienti pro se, & quibuscunque heredibus: nã hoc casu propter illam dictionem, quibuscunque, nuncupabitur omnino hæreditarium, vt optime declarat Iacobi. in loco
4 prælegato, vbi etiam tradit, tale † feudum venire in restitutione fideicommissi, etiam si restitutio esset fienda ei, qui nõ est de comprehensis in inuestitura: & similiter ad legatariũ transire asserit, quasi omnes heredes admittantur ad succes-
5 sionem ipsius † feudi omnino hæreditarii recepti pro heredibus quibuscunque: & voluit Marianus Soc. consilio 103. volu. 2. nume. 33. vbi allegans Afflict. in c. primo, an agnatus, dixit reperiri feudum hoc omnino hæreditarium, illudque ẽt ad extraneos transire heredes, Iason. 15. diui. in vsibus feudorum, vbi hoc similiter tenuit. Sed an hoc sit verum, disputabimus in titu. de feudo quod ita datur, vt is habeat, & cui decerit. pro nunc sufficiat declarasse, quando dicatur feudum
6 omnino hæreditarium, nec oportebit. † successores in huiusmodi feudo esse filios, siue descendentes ab acquirente, vel agnatos, quemadmodum in feudo simplici hereditario de
7 hoc dictum est, sed satis erit † succedẽtem, fore heredem morientis, quamuis de sanguine non fuerit, vt inquit Bald. in c. imperialem, de prohibita feu. alien. per Fede. licet in cap. primo. §. donare, qualiter olim pote. feu. alie. dicat verba illa generalia, quibuscunque heredibus, referri debere ad idoneos habilesque, prout idem videtur sentire in l. cum virum, in fi. C. de fideic. sed de hoc, vt prędixi, diffusius tractabitur in dicto titu. de feudo, quod ita datur. vbi ea quę scribuntur a Docto, in c. si feudum ea. lege, si de feu. defunct. fuerit contro. explicabuntur.

Ego autem in ea sum opinione, feudum omnino hereditarium tutius esse appellare id, quod fuit receptum pro omnibus, & quibuscũque hæredibus, & succesoribus; hocque ad tollendum omne dubium, quod oriri posset, si verbum illud, quibuscunque, est aptum solum de per se, extraneos hæ
8 redes comprehendere. Si quidem † magna est quæstio inter Doct. vt alibi vidimus, idcirco sentirem hoc modo vt prędi-
9 xi. etsi diceres secundum † hoc non differre hunc titulum, ab illo de feudo, quod transit ad extraneos heredes, de quo con gruo loco dicetur, replicarem, in illo titulo, fuisse expresse dictum, ad extraneum heredem transire, hic autẽ non, de quo feudo transitorio ad extraneum hæredem bene locutus est And. in c. j. ver. succe. nu. 5. de feudi cogni.

DE FEVDO HABENTE vim feudi hæreditarij.

SVMMARIVM.

1 *Andreas non fuit locutus in suis scriptis consuetudinum feudorum, de feudo habente vim feudi hæreditarii.*
2 *Camerarius in c. imperialem, locutus est de feudo habente vim feudi hæreditarii, & ibi quid sit, & quando dicatur.*
3 *Quando dicatur feudum habens vim & naturam feudi hæreditarii.*
4 *Intellectus, quando feudum dicatur habere vim feudi hæreditarii ex mẽte Camerarii in c. imperialem.*
5 *Natura qualitasq; feudi habentis vim feudi hæreditarii, quæ sit.*

TITVLVS IX.

1 NOno occurrit titulus, Iuxta nostram dinumerationem, de feu-
2 do habente vim feudi hereditarii, cuius nõ fuit memor † Andreas, nec illud ab aliquo scriptum vidi, † Camerario excepto, qui de eo locutus fuit in c. imperialem, litera, R. fol. 20. & in eodem c. §. prẽterea ducatus. litera, I. fol. 97 de prohibi. feud. alien. per Federicum. vbi scribit, feudum habens vim feudi hereditarii tunc nuncupari posse, quando agnatus capiens feudum ex pacto & prouidentia antiquum
3 in quo quamuis hæres minime † defuncti esse debet, nec ipso feudo, nec in bonis allodialibus, tamen quia tenetur exequi iussa a primo acquirente, in hoc ipsum feudum dicetur habere vim hereditarii feudi, quatenus successor illius primi acquirentis hęres esse debebit, prout ex multis ostendimus in ti. j. & ii. Vel in casu c. primi, an agna. quando filius, qui te-
4 netur esse hęres patris, non facit inuentarium: tunc etsi † feudum hereditarium nõ sit, nec res hæreditaria dicatur, nihilo minus vim feudi hereditarii habere censebitur, quia filius spreto legis beneficio, omissaque inuentarii solennitate, erit hæres patris, prout etiam per nos dictum fuit in d. tit. j. ijsque duobus modis, præfatus Camerarius feudum habẽs vim feudi hæreditarii describit superioribus in locis, & huiusmodi
5 erit † naturę, ac qualitatis, vt quamuis feudum ex pacto & prouidentia sit, tamen sua mutata natura, conuertetur in feudum hereditarium, feudiq; hereditarii qualitatem retinebit.

DE FEVDO MIXTO

1 *Mixtum feudum apud Andream non repertum.*
2 *Mixtum feudum apud Gulielmum de Perno, Doctorem eximium, sæpe nominatum.*
3 *Mixtum feudum a variis Doctoribus cognitum.*
4 *Mixtum feudum quid sit, & vnde dictum.*
5 *Feudum concessum secundum ius Francorum simpliciter, non est ex pacto & prouidentia.*
6 *Feudum iuris Francorum, quo ad quid potest appellari mixtum, & numero 8.*
7 *Differentia, quam facit Pernus inter feudum pro te, & hæredibus, vt viuatur more Francorum, ab illa pro hęredibus de tuo corpore descendentibus, ita vt viuatur more Francorum, damnatur.*

TITVLVS X.

1 NVnc videndum est de † feudo mixto, quod in Com-
2 mentariis And. ad constitutiones feudales, non extat descriptum, sed id † commemorat Gulie. de Perno, in consi. 7. col. 3. ver. nam ex prima forma (quem Doctorem eximium appellat Camerarius in c. imperi. litera, L. fol. 97.) & in cõsi. 3. & consi. 22. col. j. in prin. Affli. in c. j. †. hoc aũt notandũ. nu. 11. de his, qui feu. da. pos. & in c. j. §. hoc quo
3 que. nu. 7. prolixius † dicti feudi meminit, de suc. feu. Arius Pi. in l. j. C. de bo, mat. 3. par. nu. 85. fol. 545. versi. ea tñ discordia. Cumia in rep. c. volentes. num. 70. fol. 375. in verbo, antiquis. Maria. Soci. consi. 112. nu. 10. & 14. vol. 2. & consi. 42. vo. 3. Ex quorũ dictis, & prẽsertim Gul. de Perno, in d. cons. 22. notare
4 possumus, feudum † mixtum nuncupari id, quod fuit concessum Titio, & hęredib. ex corpore, ita vt viuatur more Francorũ, & primogenitus succedat, sexus & ętatis p̃rogatiua seruata, put sunt hodie cõcessiones in regno, de qb. in q̃sti. vt de suc. & in superiorib. exposuimus, quod feudum erit sicut participium a grammatica, quia & de feudo ex pacto & proui-

& de

Source : BIU Cujas

& de feudo hæreditario participat, prout legitur apud eundem Pernum in dicto conſilio 22. allegat in ſimilibus, Barto. in l. prima. ff. de actionibus empti. Hęc enim forma componitur ex duabus clauſulis, nam inquantum conceditur tibi & hæredibus ex corpore deſcendentibus, dicitur hæreditarium, vt prędimus: quia non poteſt haberi a quouis agnato qualiſcunque ſit, niſi ſit hæres: nec poteſt haberi pręter ius, & nomen hæredis, prout ad hoc eſt notabile, magiſtraleque dictum Andreę in c. primo, an agna. & eſt indubitatum hodie per cap. Regis Caroli, Conſiderantes, per quod diſponitur, vltimo morienti ſuccedi, prout diximus in ti. de feu. hær. Quatenus vero additur formę inueſtiturę, ita vt viuatur iure Francorum, vel vt primogenitus ſuccedat, ſexus & ætatis prærogatiua ſeruata, et hodie in priuilegiis bonorum feudalium apponitur, & etiam in ſuperioribus expoſui, reſtringitur illa latitudo, & poteſtas ſignificationis verbi hęredis ad primogenitum tantum, cæteris contra feudi naturam exclusis, adeo quod viuente ipſo primogenito, non poſſit pater in ſecundogenitum ſine aſſenſu Regio quantumcunque hæredem ſanguinis, & in eodem gradu exiſtentem, diſponere, pea quę tradit And. in c. primo. §. hoc quoque. de ſucceſ. feud. & in c. primo, §. his vero, de grad. ſucceden. in feu. & in c. primo, §. huius autem generis. quibus cau. feu. amit. numero 9. & in c. primo, §. omnes. numero 2. ſi de feu. defun. fuerit contro. Ideoque mixtum nuncupatur, quia vtriuſque feudi, hoc eſt hęreditarii, & ex pacto & prouidentia, ſapit naturam, pout etiam dicemus in titulo de feu. iuris Francorum, & voluit Afflict. in d. c. primo, §. hoc autem notandum. & in dicto c. primo. §. hoc quoque. de ſucceſ. feu. & in conſtitu. vt de ſucceſ. in fi. numero 56. late Loffred. conſilio primo. nume. 13. cum ſequen. Marinus in libro primo, nume. 86. fol. 7. licet remiſſiue loquatur, an huiuſmodi feudum more francorum conceſſum, dicatur ex pacto & prouidentia, de quo alibi ſermonem habebimus.

In qua materia aduertendum eſt ad duo dicta per præfatum Guliel. de Perno primum, in conſilio 4. col. 4. ver. ſecun-
5 dum alterum intellectum, vbi videtur velle ſimpliciter, †feudum vt viuatur more Francorum conceſſum, dici ex pacto & prouidentia, quod ſimiliter videtur voluiſſe Afflic. in capitulo primo, §. quid ergo, de inueſti. de re alie. fac. numero 10. dum dicit, filium facientem inuentarium, ſuccedentemque in hoc feudo mixto dato vt viuatur more Francorum, poſſe reuocare alienationem ipſius feudi factam per defunctū patrem, quemadmodum ſi eſſet ex pacto & prouideutia. Nā nec Pernus, nec ipſe recte in hoc ſentiunt, quia non eſt ve-
6 rum, feudum iuris† Francorum ſimpliciter cenſeri ex pacto & prouidentia, etſi ſit verum, vt oſtendimus ex intentione eiuſdem Berni, eſſe mixtum, cum participet aliquid de natura & qualitate ipſius feudi ex pacto & prouidētia largo modo capto, quatenus ex lege pacti vocantur ſolum primogeniti. quo ad reliqua autem naturalia ipſius feudi ex pacto & prouidentia non bene Pernus loquitur, & ſimiliter in eo Afflictus errauit: nam licet per clauſulam iuris Francorum vocetur primogenitus ſolus, attamen cum qualitate hæreditaria habebit feudum: & eſto quod inuentarium confecerit, nihilominus facto patris contrauenire non poterit, nec alienationem reuocare, prout in hoc bene ſentit Cumia in prælud iis c. ſi aliquem, numero 296. cum ſequen. vſque ad num. 308. ad quē me remitto, quia multa pro hoc allegat, & ſunt indubitata: nosque alia in titulo de feudo iuris Francorum ſupplebimus.

Secundum eſt ipſius Perni dictum, cui ſimiliter non ſubſcribo: nam in conſilio 7. colum. 3. in fine. ver. verumtamen, dixit, formam conceſſionis, tibi & hęredibus, ita vt viuatur
7 iure Francorum, † differre ab illa, tibi & hæredibus de tuo corpore legitime deſcendentibus, ita vt viuatur iure Francorum: nam dicit ex prima ſuccedere collaterales in defectu deſcendentium, propter verba, & hæredibus tuis, quæ generalia ſunt, ſecus autem ex ſecunda, in qua fuit dictum, pro te & hæredibus ex corpore legitime deſcendentibus. quaſi velit ſentire, tunc ſolum filios, cæterosque deſcendentes admitti, ſalua prærogatiua ætatis, quod ex duplici capite ita abſolute intellectum, erroneum videtur. Primo, quia vt in titulo tertio demonſtrauimus, ſemper feudum hęreditarium cenſetur, quando appoſita eſt illa dictio hæredibus, & prout ibi concluſimus, non refert ſiue ſit dictum, concedi Titio & hæredibus, ſiue concedi Titio & hęredibus ex corpore deſcendentibus, cum vtroque caſu feudum hęreditarium ſit, ī quo non niſi filii deſcendentesque cum qualitate hęreditaria ſuccedunt, quod ſæpius ex dictis Andreę. iuribusque feudalibus deprehenditur ex certa regula, vt hęres in feudis pro filio ſumatur, nec collaterales in hoc caſu, quando nouum eſt feudum, ſuccedere poterunt de iure communi feudorum. Niſi ſalues Pernum loqui, attenta diſpoſitione capituli, ſi aliquē quod hęredes in larga forma, & collaterales comprehendere poteſt, vt aliquando ipſe dixiſſe videtur, vel quando fuit
8 †conceſſum pro hęredibus ſimpliciter, non adiecto, ex corpore deſcendentibus, quia tunc collaterales ſuccedunt, vt in titulo de feudo fraterno diximus, & Pernus ipſe ſic ſe declarat in conſilio vii. columna 3. ver. veruntamen. quod verius eſt hodie per conſtitutio. vt de ſucceſſio. Prēterea alia Perni ſcripta iuri conſona non videntur, nam nullum diſcrimen nullaque differentia conſtituenda eſt ad hoc, vt mixtum dicatur, ſiue ſit pro hęredibus, ita vt viuatur iure Francorum, ſiue pro hęredibus ex corpore deſcendentibus, ita vt eorum iure ſuccedatur, prout ex dictis ſępius per nos in præcedentibus liquet: in hoc tamen concurro cum dicto Perno, cæterisque citatis, vt feudum hoc conceſſum Titio & hæredibus, ſiue Titio & hæredibus ex corpore legitime deſcendentibus non curo, dummodo expreſſum fuerit, vt primogenitus ſuccedat, & viuatur more Francorum, prout hodie viuimus in Regno Apulię per conſtitutio. vt de ſucceſſio. ſemper nuncupari poſſit feudum mixtum, ita vt omnino ſuccedens debeat eſſe hęres morientis & primogenitus ipſius, in hocque conſiderabitur lex & pactio dati feudi, vt primogenitus ſemper vocetur, non quod proprie ſtricteque feudum ex pacto & prouidentia dici poſſit, quemadmodum illa feuda, de quibus ſermonem fecimus in j. ti. Id quod reliquum eſt, in ti. de feu. iuris Frācorum tractabimus, vbi fere ſimilis eſt materia, ne bis idem repetamus.

Eſſet hic dicenda quęſtio, an feudum conceſſum Titio ſimpliciter, ita vt viuatur more Francorum, ſit ex pacto & prouidentia, vel hæreditarium, vel mixtum, nec non quid de feudo conceſſo tibi, & tuis primogenitis, verum quia hęc reſeruo diſcutienda in titulo de feud. iuris Francorum, & in titulo de feudo quod tranſit ad primogenitum tantum, cū diuerſę ſint naturæ & qualitatis, a forma conceſſionis prote, & hęredibus ex corpore, ita vt viuatur more Francorum, de qua nunc locuti ſumus, quæ forma mixtum facit feudū, ideo in dictis titulis hęc alia videbimus, ſed hodie per c. conſiderantes, non eſſet difficultas aliqua circa has cōceſſiones, vt alia in prędicti titulo diximus.

DE FEVDO FOEMINEO
ſiue Materno. Lib. I.

SVMMARIVM.

1 *Omnia loca in quibus Andreas feuda fęminea commemorauit.*
2 *Fęminæ iure communi feudorum, in feudis minime ſuccedunt.*
3 *Filii maſculi a fęminis deſcendentes, neq; in feudis ſuccedunt.*
4 *Ratio, quare fęminæ a feudalium ſucceßione arcentur.*
5 *Mulieres quæ in vſu, exercitioque belli fuerunt aptæ ad pugnam, hic deſcribuntur.*
6 *Senatuſconſulta muliebria tempore Heliogabali Antonini Caracallæ facta fuerunt.*
7 *Mulieres poſſunt ex compromiſſo arbitrium dare.*
8 *Ratio quænam ſit, vt mulieres a feudorum ſucceſſione repellantur, et numero 9. 10. 11.*
12 *Fęmineum feudum quod dicatur, quotuplexue ſit, nu. 13. & 14.*
15 *Fęmina ſuccedit in feudis, quando eſt factum pactum vt ſuccedat.*
16 *Fęmina ſuccedit in feudo materno.*
17 *Intellectus c. 1. de feudo fęminæ.*
18 *Fęmina ſuccedit in feudo ab ea redempto, vel de quo nouiter a domino eſt inueſtita.*
19 *Fęmina ſuccedit in feudo, pro quo nullum præſtatur ſeruitium.*
20 *Fęmina ſuccedit in feudo, pro quo ſeruitium a fęmina explicabile fieri debet.*
21 *Fęmina an ſuccedat in feudo empto, & in feudo exiguo.*
22 *Fęminæ aſſuetæ pugnare in bello, an ſuccedant in feudis.*
23 *Fęmina ſuccedit in feudo, quando extat conſuetudo vt ſuccedat.*
24 *Fęmina an ſuccedat in feudo ligio, remiſſiue.*
25 *Fęmina ſecundum ius Francorum ſuccedit fratri in feudis.*
26 *Fęmina de iure municipali huius Regni Neapol. ſuccedit in feudalibus.*
27 *Fęminæ an ſint habilitatæ ad ſucceddum ēin feudis per conſti. in aliquibus vel per conſti. vt de ſucceſſionibus.*
28 *Conſtitutiones, in aliquibus, & vt de ſucceſſionibus, an ſint odioſæ, ve fauorabiles, remiſſiue.*
29 *Conſuetudo vnius familiæ, an poſſit inducere, vt fęminæ ſuccedant in feudis.*
30 *Feudum receptum pro maſculis, & fęminis, an tranſeat ad maſculos & ad fęminas ſimul.*
31 *Feudum receptum pro maſculis, ſimul cum fęminis, an tranſeat ad omnes æqualiter, vel ordine ſucceſſiuo.*

Source : BIU Cujas

32 *Feudo recepto pro maſculis,& fœminis,ſi deceſſit maſculus,incontinenti an fœmina admittatur.*

33 *Feudum receptum vt quandiu maſculi ſupereſſent,ipſi ſuccederent,i' sq; deficientibus fœminæ,ſi fecit tranſitum ad fœminam,an ſuperueniens maſculus eam excludat.*

34 *Maſculus an excludat fœminam a feudo diuiſibili,cuius pars ipſi filiæ fœmi æ a patre obuenit.*

35 *Feudum quod ex inueſtitura debet ad vnam tranſire ad fœminam,et plures ſint,quomodo agendum.*

36 *Feudum conceſſum duobus,& eorum filiis maſculis, & fœminis, an ad maſculum tantum tranſeat excluſa fœmina.*

37 *Nepos ex fratre,cum ſit maſculus,an excludat filiam alterius fratris.*

38 *Fœmina ſemel excluſa,an cenſeatur perpetuo excluſa, & nu.45.*

39 *Deſcendentes ex fœmina,an ſuccedant in feudo, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum,ſi feudum fuit receptum pro maſculis,& fœminis.*

40 *Maſculi extantes tempore mortis,an excludant fœminas a feudo recepto pro hæredibus vtriuſq; ſexus.*

41 *Statutum ſuperueniens,per quod fœminæ excluduntur,an extendatur ad feudum receptum pro maſculis, & fœminis.*

42 *Inueſtitura recepta pro aliquo,& nomine ſuarum ſororum, anſibi præiudicet,& proſit ipſis ſororibus.*

43 *Fœmina deſcendens ex maſculo,an dicatur de linea maſculina.*

44 *Deſcendentes ex fœmina,an dicantur de genere.*

46 *Feudum receptum pro hæredibus quibuſcunque, an comprehendat fœminas.*

47 *Nepos ex filio primogenito,an excludat filium ſecundogenitum.*

48 *Nepos ex filia primogenita,quando præferatur amitæ.*

49 *Maſculus natus ex fœmina,præfertur fœminæ natæ ex maſculo,in ſucceſſione feudi conceſſi pro maſculis,& his deficientibus,pro fœminis.*

50 *Natus ex fratre ex vno latere, præfertur filiæ natæ ex latere vtrinque coniuncto,quando ex vno latere coniunctus, prouenit ex acquirente feudum.*

51 *Filia primogeniti ex patre tantum,præfertur filio ſecundogeniti ex vtroque parente, in ſucceſſione feudi hodie, vbi viuitur more Francorum.*

52 *Nepos ex filia ſecundogenita,an præferatur filiæ ex primogenito.*

53 *Maſculis remotior excluditur a fœmina,anteriori loco conſtituta.*

54 *Fœminæ quæ poterant ſuccedere virtutæ antiquiſſimæ inueſtituræ,non excluduntur per nouam,per quam ſoli maſculi vocantur.*

55 *Feudum receptum pro maſculis tantum, ſi fuerit datum, vt in eo etiam fœminæ ſuccedant,an conceſſio vitietur penitus.*

56 *Fœminæ,quando ſuccedant in feudo conceſſo,vt in eo maſculi, & ex his deſcendentes tantum ſuccedant.*

57 *Soror excludit patruum a ſucceßione fratris, cum ſit in gradu proximior.*

58 *Amita quando nepoti,& quando nepos amitæ ſuccedat.*

59 *Filius maſculus ex ſorore ſecundogenita,non præfertur filiæ ex primogenita.*

60 *Nepos ex primogenita prefertur ſecundogenitæ.*

61 *Soror primogenita maritata tantum,ſed non dotata, an excludatur a filia ſecundogenita eius ſorore.*

62 *Soror maritata,& dotata,excluditur a maſculo in vlteriori gradu exiſtente.*

63 *Filius ſororis maritatæ & dotatę, an excludatur a maſculo exiſtente in vlteriori gradu.*

64 *Soror maritata & dotata non excluditur, quando minime non ſupereſt aliquis ex coniunctis.*

66 *Fœminæ quando de iure in feudis ſuccedere poſſint,an ſi ſint moniales S. Claræ,vel tertii ordinis diui Franciſci,ſuccedant.*

67 *Maritus an præiudicet feudo ſuæ vxoris.*

68 *Feudum conceſſum maſculis, ſiue fœminis, quomodo iudicetur eſſe, & qualiter in eo ſuccedatur.*

69 *Fœmina, quæ per conſtitutio. Regni admittitur ad ſuccedendum, an admitti etiam debeat ad reuocandum alienationes per defunctum factas.*

70 *Fœminæ an ſuccedant in officiis,in quibus exercetur iuriſdictio.*

TITVLVS XI.

1 Videamus de feudo †fœmineo,ſiue materno, de quo Ortenſius etiam poſuit titulum de feudo fœminæ,& And.loquutus eſt in c.primo,verſi. ſed capitanei. numero 5. de feudo March. vbi etiam de feudo auię maternæ,paternæque, & in c. j.an maritus ſuccedat vxori in beneficio,& in c.j.nume.2 de gra.ſucceden.in feu.& in c.mulier habens feudum,ſi de feu. defun.fuerit contro.& in c.naturales,num.1.eo.ti. & in d.c.j. de feu.fœminæ.& in c.j.de ſucceſ.feu.& in c. primo.numero 2.& numero 8.de natura ſucceſſ.feu. & in capitulo primo, §.ſimiliter,de lege Corra.& in c.primo,§. quin etiam.Epiſcopum vel Abba.Sed antequam veniamus ad declarationem, quid ſit feudum fœmineum, ſiue maternum, quotuplexue ſit, aliqua pręmittenda cenſui, ex quibus dilucidius hoc apparebit.Dico igitur,quod fœminę de iure communi feudo-
3 rum,†niſi in feudis minime ſuccedunt, dictis capitu.primis. de ſucceſ. frat. capitulo primo, an mutus vel alias imperfectus,capitulo primo,§.verſi.hoc autem.de his, qui feu.dare poſ.capitulo primo,§.quin etiam.Epiſcop.vel.Abba.capitu
3 primo,de eo, qui ſibi vel hæredibus ſuis.immo nedum†fœminæ ipſę a feudalium ſucceſſionę prohibentur, verum ēt earum deſcendentes,& ſi maſculi ſint,dicto capitulo primo §.hoc autem.de his qui feu.dare poſ.& ſcribit And.in capit. primo,numero 13.qui ſucceſſ.tene. Bal. in capitulo primo, de ſucceſſi.fratr. per illum textum dixit lineam fœmininam impertinentem ad feudorum ſucceſſionem. Adducitur ra-
4 tio a ſcribentibus, quia †fœminæ domino ſeruire non poſſunt,ideo feuda retinere nequeunt,vt inquit tex.in capitulo primo, an mutus vel alias imperfectus. notantque Doctor poſt gloſſam in dicto capitulo primo.verſic. hoc autem notandum. debent enim vaſalli eorum dominos in hoſtes pergentes adiuuare,capitulo primo.§. penultimo. de capi.Corra.capitu.primo.§.item qui dominium. quæ fuit prima cauſa benefi.amitt.capitulo primo,in princip.quibus modis feu dū amitt. capitulo primo, in princip.hic finitur lex capitulo
5 ſecundo,de feud. ſine culpa non amit.quod†fœminis interdictum eſt propter fragilitatem ſexus,argumen.l.quiſquis.§. ad filias. C. ad legem Iuliam. maieſta. licet aliquando alias quam pugnando poſſint eſſe in vſu belli,vt dicitur in l.poſtliminium.§.fina.ff. de capti.& poſtliminio reuer. Etſi legamus interdum mulieres armis aſſuetas in exercitio pugnandi doctas militaſſe,vt de Pantaſilea Regina Amazonum,& de Berenice Regina Aegypti, ſorore Cleopatræ, & Ptolomæi, de Hypſicratea vxore Mitridatis, quæ equo armisque adeo ſe amore mariti aſſuefecit,vt ipſum in pręliis,periculisque ſequeretur.De Zenobia Regina Orientis, ac de Regina Auſtri,quæ venit audire ſapientiam Salomonis, Sabba nomine.de Iudith,quę cum Oloferno pugnauit, cuius ſane caput doloſe abſcidit.& de Camilla,cæterisque, ex quibus per Aluaro poſt And. capitulo primo,§. hoc autem,nume. 18. de his,qui feu.da.poſ.

Nec non ſtatutum eſt apud Ortenſium,in cap. primo,per quos fiat inueſtitu.fœminas tam antiqua beneficia renouauare,quam noua vtendo, fruendoue dare poſſe: atque ideo iuriſdictionem in beneficiarios nunc maiorem, nunc minorem pro modo ipſius beneficii habere, quod a iure Ro-
6 mano quidem abhorret.l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudiciis.capitulo dilecti, de arbitris. quamuis Virgilius *libro* primo Aeneid. Septam armis, ſolioque ſedentem, iura,legesque,Didonem ſuis dediſſe, author exiſtat. & Heliogabili
6 Antonini Caracallę filii temporibus,† Senatuſconſulta mu liebria, etiam facta fuiſſe cōſtet,vt inquit Baro in methodo. titu. de acquiren. benefic. capitulo 8. Non enim natura, vel lege,a iudicandi officio ſubmouentur,vt in dicta l.cum prętor. quamuis moribus impediantur, quia receptum eſt, vt ciuibus non fungantur officiis, quemadmodum præcellen-
7 tes virtute, dignationeque mulieres ex†compromiſſo arbitrium dare poſſe, iure Pontificum ſtatutum ſit, vt in dicto capitulo dilecti. & ſi ciuilis ſanctio id non probet. l. fina.C. de arbitris.Quid enim prohibet fœminam, quę alicuius rei peritiam habet, de ea ſententiam dicere in locis, pręſertim fœmineo pudori conuenientibus?nempe nihil, vt ſcribitur in l.certi.C.de iudiciis.Sed quæ diximus de mulieribus in vſu belli aſſuetis pugnareque ſolitis,caſualia ſunt, ac de raro cō tingentia, ideo non rumpunt regulam ſupra traditam, muleres pugnare non poſſe, ob idque feuda nec retinere,l.nam ad ea. ff. de legibus. cum aliis allegatis per Andr. in dicto §. hoc quoque.Reſtat igitur ex prædictis communi iure feudorum ſententia firma,nedum fœminas,verum etiam prolem maſculinam,ex fœmineo ſexu deſcendentem a ſucceſſione feudalium excludi,quia pugnare non poſſunt,principaliter, & per quatuor alias rationes per Curtiū aſſignatas in tertia parte,numero 1.

8 Sed prętereundum ſilentio non putaui, qnærere cum gl. in dicto §.hoc quoq;.quæ nam ſit vera†ratio, quod filii maſculi deſcendentes ex fœmina, repelluntur a ſucceſſione feudorum, cum certum ſit eos ſeruire poſſe domino in bello, eundemque adiuuare, quia maſculi ſunt. Cuius rei fortiſſimum eſt argumentum,a ratione ceſſante. capitulo cum ceſſante,de appellationibus.l.adigere.§.quamuis. de iure patrona.cum aliis vulgaribus.cumulatis per Tiraquel.in toto tractatu,quem de hac ſcribit, ceſſante cauſa ceſſat effectus,argumen.l.vti lex.§.interdum.ff.de vſucapion. l.fina.§.ait lex.ff. de diuortiis.l.ſecunda.C.qui ad liber. peruen.non poſſ.Et tamen ex his,quæ in ſuperioribus diximus,etiam ipſos repelli videmus.vnde gl.prædicta in d.§.hoc quoq;.dixit nullam eſſe rōnem,quæ aſſignari poſſit, ſed ſit pro rōne volūtas quaſi

ſufficiat

ſufficiat legis authoritas.l. ſecunda,§. pueritiam. & ibi notatur,in verbo,ratus.ff.de poſtula.Quia non omniũ.quę a maioribus noſtris dicta ſunt,ratio reddi poteſt.l. non omnium. ff. de legi. ſolaque voluntas Principis legem condentis dicitur iuſta cauſa,iuſtaque ratio, vt traditur per gloſſ. in l.regulam.ff.de pœnis.authen.ſed & ſi quis.C. de ſecundis nuptiis. quod mihi minime placet. Nam ratio dicitur eſſe anima legis,l.cum ratio.ff.de bonis damnato.lexque nil aliud eſt,niſi quod ratione conſtitu.capitu.conſuetudo, prima diſtinctio. ſcribit And.in prędud.feu.quæſtione vi.inquiens, Iureconſultos homines fuiſſe,& dicta eorum ideo ſeruari, quia rationabilia ſunt.non ergo ſeruantur ſcripta oberti de Orto, qa ipſe ſic ſcripſit, ſed quia ratione corroborata ſunt, vt dicit idem And.in prædictis prędudiis,prima quæſtione. in fine.ex hoc ſequitur,gloſſam non recte ſentire,dum dicit hanc fuiſſe voluntatem legumlatorum,nullam aliam afferens rationem.Ideo veniamus ad aliquas veras rationes.Vnde alia redditur, quia ſublata cenſetur media perſona, quæ eſt mater, per quam fit tranſitus ad ſequentes in gradu:ideo media perſona deficiente,non poteſt ad vlteriorem deſcendentem deueniri.l. meminimus.C.de legitimis hęredi.argumen.l. diuo Marco. C. de quæſtionib.l.cohęredi. §.cum filiæ.ff.de vulga. & pupilla.

Secunda ratio aſſignatur ſimiliter per Docto. in dicto ca.
9 primo,§.quia illud,quod † obſtat principalib.obſtare debet eorum ſucceſſoribus, prędertim quando vitium non eſt proprium,ſed alterius,l.in omnibus.& leg.quod ipſis.ff.,de regulis iuris.vitium enim authoris, durare debet etiam apud ſobolem, argumen. Authen. vt omnes obediant iudi.prouin. in princip.

Tertia ratio eſt,ſecundum Bald.in capitu. primo, de his,
10 qui feu.dare poſſ.nam† deſtructo ordine, deſtruitur ordinabile,allegat tex.in l.tria prędia.ff.de ſeruitute ruſticorum prędiorum

11 Quarta & vltima ratio eſt,quia† immunitas conceſſa generi, & poſteris, non intelligitur conceſſa illis, qui ex filia deſcendunt,licet deſcendentes maſculi ſint, vt inquit tex.notabi.in l.prima,ff.de iu.immunita. Quæ omnes rationes ſunt optimæ conſiderationis,mihique placent, de quibus vide late And.Tiraquel.in tractatu primogenituræ. quæſtione 13. Romanus conſilio j.Brunus conſilio ix.& dicam inferius,in quæſtionibus.

Vidimus,qualiter fœmina, & eius deſcendentes maſculi, de iure communi feudorum a ſucceſ. feudalium excluduntur:nec non rationes, quare filii maſculi, qui pugnare poſſunt,ſimiliter repelluntur: modo videamus quod ſit feudũ fœmineum, & quotuplex ſit.

12 Feudum† fœmineum, ſeu maternum, dicitur illud quod per mulierem acquiſitum eſt,c.primo,de benefi.fœmi.c. primo,an maritus ſucce.vxo.c.primo,de,natu. ſucce.feu.quamuis Bal.in c.primo,in prin.de eo qui ſibi vel hæred.ſuis,videatur tenere non reperiri feudum maternum.Tu intellige Bal. in hoc, de feudo acquiſito per maſculum, quod ſi ex pacto feciſſet tranſitum ad fœminas, nati ex fœmina non habent illud vt maternum, ſed vt paternum: attento primo ſtipite acquirentis feudum. licet enim ſecundum eum medii ſucceſſores mutent qualitatem rei.l.Paulus.§.fi.ff.de acqui.hæredi, tamen hoc nõ procedit in feudis, quæ ſemper reſpiciunt primum ſtipitem,& ſic feudum acquiſitũ per fœminam a principio,fœmineum vocatur,ſiue maternum.

13 Feudum† fęmineum dupliciter conſideratur, vel quod ad fœminas tranſit, licet a maſculis prius acquiſitum fuerit,c.j. de eo,qui ſibi vel hæredi.ſuis.c.j.de feu.fœmineo.& procedit propter pactum inueſtituræ poſitum,vt fęmina in feudo ſuccedat,& tunc dicetur,feudum fœmineum, & erit contra regulas iuris feudorum.

14 Secundo modo dicitur feudum †fœmineum illud, quod a fœmina prius fuit quęſitum, & originaliter ab ea initium traxit, tanquam prima acquirente,vt habetur per Docto.in c.j.de feu.fœmi.Et hoc ſimiliter debet eſſe per ſpeciale pactũ gratiamque ſibi ſcienter a domino factam initio conceſſionis feudi.c.j.de nat.ſucce.feu.c.primo, an maritus ſucce.vxo, cum aliis. Quando autem fœmina in feudo ſuccedit,dic vt per Cald.conſilio 3. & Curt. in tertia par.in princ. & dicam inferius diſtincte.

15 Hæc regula,quod †fęmina in feudis de iure communi feudorum non ſuccedit,limitatur pluribus modis: & primo ſecundum gloſſam in dicto c.primo, §. & quia,vt non procedat,quando eſſet pactum,vt fœmina ſuccedat, nam tunc ipſa ſuccederet, quam glo. ſequitur And.in dicto §.& quia vidimus,in prima colum.& pro hoc eſt tex.in c.primo,de ſucceſſ feu.& dicit And.in loco ſuperius allegato:quod ſi fuit factum pactum generale,vt fœmina ſuccedat,tunc etiam ſuccedet neptis ex ea,& quęlibet alia deinceps fœminini ſexus: tunc etenim nulla iuris conſtitutione,aut cõſuetudinis, vſu ſue longæui obſeruantia, ſuccedere prohibetur ob pactum prædictum:ſinautem fuerit factum pactum perſonale,vt mater tantum ſuccedat,valet, & filia non ſuccederet, quia pactum in vna non extẽditur ad aliam.l. ſi vnus.§.ante omnia. ff.de pact.c.quin etiam. Epiſco.vel Abb. & quando fœmina in feu ſuccederet ex pacto,vel alio modo, tunc etiam ſuccederet in fornimentis dicti feudi,vt quia eſſet caſtrum, Bald. conſilio 232.volumine tertio.

16 Limitatur ſecundo,vt† fœmina ſuccedat in feudo materno,dicit glo.ſecundum quoſdam,& in d.c.j.in ver.fratri. allegat tex.in c.primo,de natu.ſucc.feu.ibi, niſi ſit fœmininum, vbi And.allegat tex.in c.primo,an maritus ſucce,vxo. Sed in contrarium facit tex.in c.primo, de feu.feœmin.tu autem ſi vis tenere opinionem aliquorum,quod fœmina ſuccedat in tali feudo fœmineo,dic ſecundum Andr.quod ille textus in c.primo,de feu.fœmi.in verbo,& eſt falſum, refertur ad qnã dam inconuenientiam poſita in illo textu,quod ſuccedat fęmina etiam quando adeſt maſculus,& hoc cenſetur eſſe falſum : ſed quod ſuccedat quando eſt ſola ſine maſculo, hoc non inconuenit.& hanc opinionem ſequitur ibi Iaco. Aluarum allegat textum in c.primo,de eo qui ſibi & hæred.ſuis, vt dicamus,quod fœmina ſuccedat in feudo fœmineo,quãdo non ſupereſt maſculus.ſed Andr.in d.ca.primo,§.& quia. numero 15.videtur tenere,quod fœmina repellatur cõmuni iure feudorum a feudis matris, quemadmodum a feudis patris,nam eadem eſt ratio,quia pugnare non poteſt.Sed cõſiderandum eſt, quod ſi Rex ex certa ſcientia concedat feudum mulieri,quæ pugnare non poteſt: ſi hęc mulier moritur relicta filia,tali caſu hæc filia ſuccedet,nam rex habilitãdo matrem,cenſetur habilitare filiam, & ita procedunt iura ſuperius allegata,hoc eſt tex.in c.primo, de natura ſucceſ. feu.& in c.primo,an maritus ſucce.vxo.Cogita, quia text.in dicto ca.primo,an marirus ſucceſ vxo.videtur loqui in filiis maſculis,& textus in c.primo,de nat.ſucc.feu. videtur loqui in feudo,quod de ſui natura erat fœmineum, in quo fœminæ ſuccedebant.Hanc opinionem, quod fœmina ſuccedat in feudo materno,ſiue fœmineo,tenuerunt Iacobus de Bel.
17 & Aluarotus in d.c.primo,† de benefi. fœmin.nam hoc feudum a primordio habuit qualitatem fœmineum, ergo debet perdurare.l.pater.§.quindecim.ff.de lega.tertio.Secundo per tex.in c.primo,de natura ſucceſ.feu. tradit Marianus Socinus conſilio 109.numero 7 volum.2.tamen And tenet cõtrarium,vt dixi,ex ratione,quia acquirens ſimpliciter, non præſumitur cogitaſſe,niſi de eo quod lex cogitat,hoc eſt, de filiis maſculis.c.j.§.ſi clientulus.de alie.feu.

Limitatur tertio,ſi dominus filiam vaſalli mortui inueſti
18 ret, vel quia ipſa redimerat† feudum a domino,vel propter patris ſeruitia,vt per glo.in cap.primo,§.cum vero.in verbo, frater,vbi per Andream in c.primo, quemadmodum feud. ad fil perti. quas limitationes intellige procedere ſecundum Andream,& Martin.de Laude,in §. hoc quoque.quando ex fœmina non ſupereſſet maſculus,quia tunc fœmina ſuccederet,vt in capitulo primo,de feudo fœmineo.Sequitur præpoſitus in loco ſuperius allegato,in xxviii.columna.verſicu. nota alias duas fallentias.& intelligendę ſunt procedere quãdo feudum eſſet nouum, ſecus ſi antiquum: nam quando eſt nouum,dominus faciendo gratiam filię fœminę propter ſeruitia patris,vel ſi ipſa feudum a domino redemerit, poterit hoc facere in præiudicium agnatorum:ſecus autem quando antiquum ex pacto,quoniam tunc non poſſet præiudicare agnatis,prout voluit Aluarotus in verſi.& quia,in quinta columna verſi.oppono cum dicta glo.& in allegato cap.primo,quemadmodum ad fil.pertin.& ita intelligenda eſt glo. in dicto §.& quia vidimus.in verſicu.frater. in fine,licet contrarium tennerit Zaſius in titulo,de feu. ſucce.parte octaua, numero 40. Tu autem vide Iacobinum in verbo,& fœminis,in princip.qui ſimiliter tranſit cum opinione gloſſę. Brunus conſilio quarto.vbi de intellectu capituli primi, quemadmodum feud.ad fili. pertin. & ibi dicit,quod inuitis agnatis dominus poteſt habilitare filiam ad ſucceſſionem feudi propter patris ſeruitia, & conſilio ſexto, & conſilio cxiiii. numero ccxxix. Decius conſilio cccxc. numero nono, vbi quando eſt facta donatio propter benemerita, ſuccedit fœmina.

19 Quarto fallit,quando † feudum eſt datum ad nullum ſeruitium,quoniam tunc fœmina ſuccedit, ſecundum Bald.in capitulo primo,§.& quia vidimus,in fine,qui feud.dare poſſ. qui allegat textum in capitulo ſi qui militi, in titulo de cap. extraordin. Sed contra ipſum tenuit Martinus de Laude,in dicto capitulo primo,§. & quia. moueturque per textum in d.§.hoc autem notãdum,generaliter loquentem, vbi datur regula, quod fœmina non ſuccedit in feudo, & rñdet ad d. ca. qui militi, quoniam illud reperitur in paucis libris,& eſt

Source : BIU Cujas

apocryphum,nec debet allegari pro lege, prout vult gl.in c. fina.in verſi.ſi iuſta cauſa,de prohib. feud.alien.per Lothar· quam opinionem Mar. ſeqnutus eſt Iacobinus in verſiculo & fœminis. & non omitto, quod idem Martinus per alias rationes,tenuit contrariam opinionem Bald.Et primo quo niam mulier non leuat faidam, quod nihil aliud eſt dicere, niſi quia non poteſt habere ius vindictæ, ageretque ea, quæ viri agunt,Secundo,quoniam idem Bal. tenuit contrarium in l.quoties.C.de legit. hered.& contra Bal.Præpoſi.in d.§.& quia.in 28.colum.& Afflict.in 23.colu.Tamen pro defenſio ne Bal.poſſet allegari,id quod dixit Iacobus de Belui.(qui & ſi in eius Commentariis ad vſus feudorum, ipſius patriam non ligamus:attamen ciuem Bononienſem ſe aſſerit in Authen.de hære.& fal.in proœmio)& poſt ipſum, Prępoſi.in d. ca.j.§.quin etiam.Epiſcopum vel Abbbat.quod quando feu dum eſt datum ad certum,& determinatum ſeruitium,tunc admittatur fœmina: ſecus autem quando feudum eſt rectū, ſimplex,& non conditionatum, vt tunc non ſuccedat, etiā ſi fuerit datum ad nullum ſeruitium,de quo feudo conditio nato habetur in c.fi.de capi.qui cur.vend.& nos alibi ſuo lo co,in titulo de feudo conditionato dicemus. Sed ſi vis con cordare Bal.prout eſt ex mente Præpoſiti,in d.§.quin etiam, dicas,quod quando ī inueſtitura non eſt pactum,quod fœmi na ſuccedat, etiam quod ſit datum feudum ad nullum ſerui tium,tunc minime ſuccedet, aut in conceſſione eſt dictum, quod maſculi & fœminę ſuccedant, & tunc quia per pactū eſt receſſum a communi inueſtitura feudorum, procedat prædicta diſtinctio Bal.de qua per Decium conſilio 424.nu mero 14.

20 Quinto fallit, † quando feudum eſſet datum ad certum ſeruitium,quod poſſet mulier explicare, quia tunc fœmina ſuccederet,vt inquit Bal. in l.quotiens.C.de ſuis & legi. hær. Iacob.de Belui.& Præpoſi.in c.j.§.quin etiam.epiſ. vel abbat. & diximus aliqua ſupra in quarta limitatione, Alexan.con ſilio primio,volumine v.Curtius ſenior conſilio 50.verſicu. accedentes ad primum.Romanus conſilio 367.3. columna. ver.quo ad quintum.

21 Sexto fallit,quando ſeudum† eſſet emptum,quia tunc fę minæ ſuccederent,ſecundum Bal.in c.ſignificauit, de reſcri. numero 1.Sed Andr. videtur tenere contrarium in §.hoc au tem notandum,per illum textum, quem Andr.ſequitur,ibi Præpoſ.28.colum.& Mart.de Laude in ver.& quia vidimus. 3.colum.& Afflict. ibi, & dicit Iacob.in inueſtitura feudali, in verbo,& fœminis,vidiſſe iudicari cōtra opinionem Odof fre.Bal.tamen dicit, poſſe ſaluari prædictam opinionem, qñ quis emiſſet comitatum, & pro eo promiſiſſet ſoluere cen ſum,quo caſu dictus comitatus non erit feudalis,ſed cenſua lis,ideo ſuccederet fœmina,vt inquit Bald. in d. ca. ſignifica uit, ſed hoc videtur mihi abſque dubio, & extra materiam, nos loquimur ſi fœmina ſuccedit in feudalibus, non autem in cenſualibus bonis, ideo de hac quæſtione latius dicemus in ti.de feu.empti. & ſcribit multa Zaſius in d.par.8. in tit.de ſucceſ.feu.num.34.

Septimo fallit, quando feudum eſſet exiguum,quia tunc non obligat feudatarium ad aliquam fidelitatem,ideo fęmi na ſuccedit,ſecundum Bal.in c.j.§.eſt & alia.quæ ſit pri.cau. bene.amit.Quam fallentiam ſequi videntur Præpo.& Affli. in d.§.hoc quoq;.Rom.conſi.367.3.col.ſed de veritate huius limitationis dicemus in ti.de feu.exiguo.

Octauo limitatur, ſecundum And.in d.§.hoc quoq;quā·
22 do † fœmina eſſet conſueta pugnare in armis,vt legitur de vxore Mitridatis Regis,aliisque, de quibus ſupra mentionē habuimus.ſed hæc fallentia reprehenditur a Præpoſi.& Mar tin.in §.ſed quia vidimus.vbi dicunt eſſe contra caſum dicti §.hoc quoq; notandum. Vlterius dicunt,quod feudum da tur nedum propter pugnam, ſed etiam propter ſecreta con ſiliorum,& alia,de quibus in c.j.de no.for.fide.& in cap.j.de for.fideli.ſed fœmina non eſt particeps ſecreti, nec conſilio· rum,quia varia,& mutabilis, vt legitur in c.forus. de ver.ſig. & in l.fi.C.de ſponſa.tradit Bal.in l.quotiens.C. de ſuis & le giti. etiam quia vaſallus debet eſſe conſtans,quæ conſtantia non cadit in muliere,vt habetur Inſtit. quibus alien.licet,vel non. in prin. ibi,ne ſexus fragilitas. Item vaſallus debet dare conſilium domino, & mulieres illud non habent.l.ſi pater. ff.de ſponſa. Ex quibus tot rationibus ſimul iunctis,prohibe tur mulier in feudo ſuccedere: & licet ceſſet vna,vt quia poſ ſet pugnare cum armis,tamen remanent aliæ, de quibus ſupra: & conſequenter non videtur vera limitatio, prout etiā tenet Iacob.in dicto verbo, & fœminis. per omnes ſupradi ctas rationes.Facit ad hoc & aliud, nam ſi ſola ratio eſſet,qꝛ ideo mulier in feudo non ſuccedit, quia pugnare nō poteſt, & ea ceſſante admitteretur ad ſucceſſionem feudi, ſequere tur quod filius fœminę,ex quo pugnare poteſt, debere poſſe ſuccedere,& tamen falſum eſt,vt ſuperius diximus,prout de terminat tex.in d.§.hoc quoq;.ibi,& filii earum. & cum hac opinione tranſit Iaco.Alua.in d.§.hoc autem.in vltima col. quam ego teneo.

23 Nono limitatur,quando conſuetudo † eſſet in aliquo lo co,vt fœmina ſuccederet cum maſculis,in feudo, prout eſt in Regno Sicilię,vt dicemus in ſubſequētibus,& in Germa nia,& in multis præſertim Eccleſiaſticis locis,vt in ti. de feu. Eccleſiaſtico tractabimus, tunc talis conſuetudo eſſet ſeruā da.c.j.de feu.cogni.Aluar.in c.primo, de eo qui ſibi & hære. ſuis.ſecundum Andre.in dicto §.ſed quia vidimus.nam con ſuetudo eſt ſeruanda in feudis,vt habetur in c.primo,de gra. ſucce.in feu.& in dicto c.primo,de feu.cogni.de quibus limi tationibus vide plene per Cur.in 3.par.princi.& per Vdal. in 8.par.nu.42.& ſeq.

24 Decimo limitatur,vt non† procedat in feu.ligio, in quo ita ſuccedunt fœminę,ſicut maſculi.Alexan. in conſilio 30. numero 4.primo volumine, Curtius in dicta parte tertia.in 10.limitati. numero 13.Et ſimiliter in feudo Franco,Zaſius in parte 8.in titulo de ſucceſ. feu. numero 43. de veritate ta men in titulo de feudo Franco, & in titulo de feudo Ligio, dicemus.

25 Vndecimo limitatur,ſecundum† ius Francorum,nam eo iure ſoror ſuccedit fratri in feudis antiquis. Abbas in c.ſigni ficauit.de reſcrip. Et in iſto regno multas fœminas ſucceſſiſ· ſe,refert Afflict.in capitulo primo.§.filiam. numero quarto. de ſucceſſio feud. ex hoc infertur ad duodecimam limitatio nem.

26 Duodecimo limitatur,non procedere de iure† muniçipa li conſtitution.Regni, per quas fœminæ ſunt habilitatæ ip ſę,earumque deſcendentes,ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, in defectum tamen maſculorum, vt habetur in conſtitutio ne in aliquibus, & in conſtitutio. vt de ſucceſſio.cæteras au tem limitationes ponit Curtius in tertia parte,in princip. & And.Tiraquel.in tracta.primogenituræ, quæſtone 10.vbi vi dere poſſumus.

27 Sed antequam vlterius progrediar, quæro † an fœminę ſint habilitatæ ad ſucccedendum in feudis per conſtitutio num prędictam, in aliquibus,vel per conſtitutionem, vt de ſucceſſio.nam Andr.in capitulo primo,verſ.& quia, in fine, de his qui feudum dare poſ. tenet quod per conſtitutionem Regni, in aliquibus, & idem tenet in capitulo imperialem, in ſexta columna. ibi, alii verius, de prohibita feud. aliena. per Federe.& in capitulo primo,de eo, qui ſibi & hære.ſuis, & in capitulo primo,in tertia columna, de natu.ſucceſ.feu. vbi ſcribit,quod conſtitutio. in aliquibus,correxit ſucceſſio nem filiarum, numero 9. & ponit caſus, in quibus de iure communi feu.fœminę ſuccedebant in feudis. Hanc opinio nem And.ſequitur Loffred. in dicto capitulo primo,xvi.co lumna. Imperator Lotharius. Sed Afflict. in dicto capitulo primo,videtur tenere contrarium,vt immo per conſtitutio. vt de ſucceſ.ſint admiſſę fœminæ,quæ conſtitutio,vt de ſuc ceſſ.loquitur de feudis,ſi quidem dicta conſtitutio. in aliqui bus,nihil penitus bonorum feudalium meminit. Idem Af flict.ſibi contrarius, in capitulo primo,§.filiam,de ſucceſſio. feud. numero 6. dicit per conſtitutio.in aliquibus, fuiſſe ad miſſas fœminas ad ſucceſſionem. Et hāc opinionem Affli. ſequutus eſt Camerarius in capitulo imperialem, folio 95. in litera,'T. etſi de Afflict. nihil dicat. quę opinio Afflict. & Camerarii ſi vera eſſet, ſequeretur quod fœminæ non ſuc cederent in feudis planis & de tabula,ex quo conſtitutio, vt de ſucceſ.non admiſit ipſas,niſi ad feuda quaternata ſimpli citer,vel ſecundum quid, vt habetur in conſtitutione prędi cta,vt de ſucceſſ.& notatur ibi per Andr.& Afflictum,& per eundem Afflict. deciſione cexliii. Camerarius in capitulo imperialem, folio iiii. litera, B. Ego autem concordando opiniones, dicerem fœminas fuiſſe admiſſas ad ſucceſſion. feudi,per ambas dictas conſtitutiones,hoc eſt, in aliquibus, & vt de ſucceſſion. nam licet conſtitutio, in aliquibus, ni hil loquatur de bonis feudalibus, loquitur tamen de Balio dando filiis Comitum, Baronumque, qui Balii dantur ha bentibus feuda, cæteris autem ſolent dari tutores: & ideo cum ibi dicatur de ſucceſſio. Comitum,& Baronum, & de Baliis dandis filiis ipſorum,videtur quod intentio dictæ con ſtitutionis fuerit, loqui etiam de bonis feudalibus. Et quod per ambas dictas conſtitutiones fœminę ſint admiſſę, eſt de mente Andreę,in dicto capitulo primo,in prima columna. verſiculo videtur aliud dici,de eo qui ſibi & hæredib. ſuis.& ex hoc ſequitur,quod fœmine ſuccedunt in feudo plano,& de tabula. Nam & ſi conſtitu.vt de ſucceſſio. nihil innouet circa ſucceſſionem feud. planorum & de tabula, vt inquit And.in c.primo,numero 14.de natu.ſucceſ. feud.& habetur per glo. in d. conſtitutio. tamen quia etiam per conſtitutio. in aliquibus,fœminę cenſentur admiſſę ideo ſuccedent etiā ī dictis feudis planis,& de tabela,de qua queſtione alibi dice

mus,

Source : BIU Cujas

28 mus in titu. de feu.pla. & de tab. †Et conſtitutiones prædictę admittentes fœminas ad ſucceſſionē feudorum, an dicantur odioſæ, vel fauorabiles, ita vt large ſtricteue interp̄tādæ ſint, ſcribit multa Afflict. in cap. j. §. filia vero, num. 5. de ſucc. feu. conſuetudines tamē feudales, quæ ipſas a feudalium ſucceſſione repellunt, nempe odioſæ, & exorbitantes cenſentur, vt inquit Goza. conſi. 8. nu. 27. quia ius commune corriguntl. maximum vitium. C. de lib. præt.

Quia ſuperius diximus in nona limitatione fęminam ſuccedere in feudo, quando eſſet conſuetudo in aliquo loco, iō
29 quæro an poſſit induci †conſuetudine vnius familiæ, vt fęmina ſuccedat in feudo. Curt. in 3. par. in 8 limitatione, affert varias ſententias, & inter cętera allegat Bar. conſi. 82. inci. ex facto proponitur. & tamen ſecundum me, nihil boni cōcludere videntur, nec ipſe, nec Bartolus: ideo Vldaricus in titulo de ſucceſſ. feu. fol. 105. diſtinguit, quia loquimur de feudo, qđ ipſa familia conferre habet, & tunc ſi eſt paternum, antiquūue, natura feudi per conſuetudinem mutari non poteſt, niſi agnatis conſentientibus, vt quia feudum eſt ex pacto & prouidentia antiquum. Hoc enim cenſetur inductum & iure diuino, & humano, vt maſculi de familia ſuccedant, vt habetur Deuter. c. 77. & in l. j. §. penul. ff. de vent. inſpi. ibi, publicè intereſt. in quo text. fundata eſſe ſtatuta excludentia fœminas, inquit Bal. in l. maximum vitium, C. de liber. præ. conſeruatur enim agnatio & familia per ipſos maſculos, quia mulier finis eſt ſuæ familiæ. l. pronunciatio, in fi. ff. de verbo. ſign. valet enim pactum inter fratres vt fœminæ non ſuccedant in feudis. Bar. conſi. 72. Decius conſi. 655. Afflict. c. vnico, de mat. con. ad morg. pulchre per Aret. conſi. 162. in terminis cōſtitu. vt de ſucceſſ. & in familia de Sancto Seuerino, de qua per Afflict. in d. cap. j. Loffre. conſi. 14. num. 26. vbi de familia Carrafa. & Czurulorum. Si vero ſit nouum, tunc ipſe Vlda. tenet quòd per cōſuetudinem poſſit induci, vt in eo ſuccedāt fęminę, aut vero loquimur de feudo, quod à Rege vel aliquo confertur alicui de familia, & tunc per ipſam familiam minime poteſt introduci conſuetudo, quæ præiudicet dominis feudorum, arg. l. non debet, ff. de reg. iur. & in c. j. de ſucc. feu.

30 Secundo quæro, quid ſi aliquis †recepit feudum pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, an tunc fœmina admittatur ad ſucceſſ. feu. ſimul cum maſculo? Dicite quòd nō, ſed ordine ſucceſſiuo, deficiente maſculo, vt eſt tex. in c. j. §. quin etiam; Epiſcopum vel Abbatem, nam illa copula, &, denotat ordinem ſucceſſiuum, & ita procedit conſti. Regni, vt de ſucceſſ. & in aliquibus, quæ habilitant fœminam ad ſucceſſ. feu. debet etenim ſeruari prorogatiua ſexus, vt primo maſculus, deinde fœmina admittatur, vt ibi dicit, & hoc ſentit Cur. in d. par. 3. in q. 17. Vdal. in d. par. 8. Brun. conſi. 39. ſcribit And. in c. j. ver. ſimiliter, de Capita. qui Cur. vend. facit tex. in c. i. de eo qui ſibi & hæred. ſuis.

31 Tertio quæro, quid ſi aliquis †recipiſſet feudum pro ſe, & maſculis, ſimul cum fœminis, an tunc ſuccedant ſimul, vel ordine ſucceſſiuo? Dic quòd ſimul venient, non autem ordine ſucceſſiuo. Bald. dicit in l. quoties. C. de ſuis & leg. in 2. col. Sequitur Iacob. in inueſti. feud. in verbo, & fœminis, in 2. col: Paris, de feud. in c. an ſi quis recipiat, fol. 70. vbi quod idē eſt determinandum, quando fuiſſet dictum, pro maſculis, vel quod fœmina ſuccedat ſicut maſculus.

32 Quarto quæro, quid ſi fuiſſet conceſſum † feudum alicui pro ſe, & maſculis, & fœminis, & deceſſit acquirens relictis vno maſculo, & vna fœmina, ſed maſculis ſtatim & in continenti deceſſit, vtrum fœmina admittatur ad ſucceſſionem illius feudi? glo. in d. §. quin etiam, epiſcop. vel abbatem, determinat quòd admittatur fœmina, quia non dicitur maſculus viuere, ex quo ilico deceſſit. Hanc opinionem glo. tenuerunt Iac. de Bello viſo, Nicol. de Neap. Bal. & Iacob. Aluaro. in d. §. quin etiam, & præfatus Iacobus de Bello viſo, dicit ibi ita fuiſſe pronunciatum, & obtentum in Regno Apuliæ, ſed And. in d. §. quin etiam. fuit in contraria opinione, quia cum fœmina fuerit per maſculum ſemel excluſa, non debet amplius admitti, argum. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Secundò, quia momentum aliquid operatur, vt habetur in l. ſed & partus. §. pen. ff. quod metus cau. quòd momentum tēporis etiam teſtamenta reſcindit. l. 2. C. de poſthu. hær. inſti. nam ſi pater ſubſtituat filio in eum caſum, in quo morietur ſine liberis, & filius deceſſerit relicto filio, qui in continenti moriatur, fideicommiſſum non habebit locum, l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellia. quid dicendum? Ego in hoc caſu vellem defendere Andream, ſed non poſſum: ſi quidem Vdal. in tit. de feu. ſucceſſ. 2. conclu. fol. 81. num. 47. putauit opin. glo. & aliorum Dd. contra And. eſſe de iure æquiorem: quam ſi tenemus, poſſumus eius motiuis faciliter rñdere: nam ex quo maſculus ilico deceſſit, cenſetur fœmina nunquam fuiſſe excluſa, & hoc veriſimiter ex mente contrahentium. l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iur. & diſpoſitioni. l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. poſſumus dicere, prout dicit Iacob. in ver. & fœminis, 2. colum. verſi. ſed ponamus, quòd ibi fuit, facta ſubſtitutio ſub conditione, ſi filius deceſſerit ſine liberis: quo caſu licet incontinenti filius mortus fuerit, non ex hoc dicetur deceſſiſſe ſine liberis. & ſic cōditio extitit: ſed in propoſito non, ex quo fœmina non fuit poſita in conditione copulatiue in inueſtitura, quam quis recepit pro ſe filiisq; maſculis, ac fœminis. Vnde videtur concludendum ſecundū opinionem gloſæ, & aliorum contra And. vt tunc fœmina ſuccedat, quando maſculus incontinenti deceſſit. Quis autē dicatur incontinenti deceſſiſſe, tradit Innoc. in c. nam & ego. de verbo. ſign. quem ſequitur Bal. & Alua. in d. §. quin etiam, dicentes illum dici ilico, & incontinenti decedere, qui ante quam ſibi imponatur nomē in baptiſmo decedat, quo tempus ſecundum vetus teſtamentum, erat octo dierum. Hanc opinionem ſequitur Iac. in d. ver. & fœminis.

33 Quintò quæro, pone q̄ †feudum ſit conceſſum alicui pro ſe & hæredibus ſuis, vt quamdiu extarent maſculi, haberent illud, illiſque deficientibus fœminæ admittantur, vt eſt conſtitu. Regni, in aliquibus, & conſti. vt de ſucceſſ. per quas ita demum fœminæ admittuntur deficientibus maſculis, quid ſi tale feudum deuenit in fœminas, & poſtea ſuperuenit maſculus, an ille maſculus excludat fœminas? Videtur q̄ ſic, per textum in c. j. de eo, qui ſibi & hæred. ſuis. Sed ut facilius hoc intelligatur, do exemplum: Rex inueſtiuit comitem de feudo, deceſſit comes relictis duobus filiis maſculis, qui deceſſerunt, quorum vnus reliquit filiam fœminam, alter vero maſculum, nempe iſto caſu illius ſuccedet, & ab eo recognoſcetur totum feudum, & non a fœmina, hæc omnia ponit Iac. in d. ver. & fœminis, in fi. 2. colum. ſequitur Vdal. in d. titu. de feu. ſucceſſ. in 3. concluſione, num. 52. qui multas auctoritates allegat, & ponit aliud magis congruum exemplum; nā ſi quis moritur relicta ſola filia, quæ nupſit, duoſq; maſculos procreauit, Titium, & Seium, & mortuus fuit Titius duabus filiabus relictis, demum Seius deceſſit relicto maſculo, ī hoc caſu feudum pertinebit ad maſculū excluſis filiabus patrui, quæ ſunt eius conſobrinæ: de qua quæſtione vide ibidem per ipſum, & ſcribit de hoc Marianus Soc. conſ. 110. nu. x. vol. 2. & nos inferius aliqua attingemus, quia hæc Iacobini dicta ſatis obſcura videntur.

Sextò quæro, quid ſi ſit conſuetudo in aliquo loco; quòd
34 †fœminæ ita ſuccedant in feudo, ſicut & maſculi, ſtante tali conſuetudine, duo fratres inter ſe diuiſerunt feudum, deinde vnus ex is deceſſit relicto filio, alter vero relicta filia, an tunc filius maſculus excludat fœminam? videtur q̄ ſic, per allegatam rationem, in præcedenti quæſtione: nam donec maſculus ſupereſt, non eſt locus fœminæ in ſucceſſione feudi, per textum in d. c. j. de eo qui ſibi, & hæredi. ſuis. ſed Andr. in d. c. j. dicit oppoſitum, propter conſuetudinem, quæ admittit fœminas ſicut maſculos. Sed iſta opinio And. diſplicet Ia. in d. verſi. & fœminis, in 5. colum. in prin. propter rationem traditam in d. c. j. & reſpondet motiuo And. qui vult hāc opinionem eſſe veram ob conſuetudinem: nam dicit Iac. quòd illa conſuetudo debet taliter intelligi & interprætari, quo minus lædat diſpoſitionem feudalem, quantum fieri poteſt. c. dilectus. de conſuetu. Ego autem tenerem opinionem And. in caſu, in quo ipſe loquitur: nam ſi cōſuetudo admittit ad ſucceſſionem ita maſculum, ſicut fœminam, & tali caſu nō debet ſeruari prærogatiua ſexus, ſine dubio nunquam maſculus excludet fœminam, quando feudum eſt diuiſibile. Et idē erit dicendum in hac quæſtione, quando maſculus eſt vocatus ſimul cum fœminis, vel fœmina ſicut maſculus, vt ī omni caſu ſimul admittatur, vt etiam in ſuperioribus dictum fuit.

35 Septimò quæro, quid ſi in †inueſtitura fuerit dictum, quod deficientibus maſculis, feudum vadat ad vnam fœminam, & contingat plures fœminas eſſe, quæ deſcenderunt ab acquirente feudum, quid agēdum in hoc caſu? Et intellige hāc quæſtionem procedere, quando feudum eſt diuiduum, prout eſt communi iure feudorum. nam ſi ſecus intelligeres, nō haberet dubitationem. Bald. tetigit hoc in ca. j. §. hoc autem notandum, qui feu. da. poſſ. Et prima fronte videtur velle, qđ primogenita ſit hæres, habereq; debeat illud feudum excluſis omnibus aliis fœminis, deinde dicit rem ſorte dirimendā. l. 2. C. quando & quibus quarta pars debet. lib. x. demumque cōcludit eſſe in electione domini, vt eligat vnam ex illis mulieribus, quam voluerit, & hanc opinionem vltimam, dicit multum æquam, per ea quæ habentur in l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cleri. & in l. Arethuſa. ff. de ſtatu homi. & cum iſta opinione Bal. ſimiliter tranſit Iacob. Aluarot. in d. c. j. de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis. Hanc etiam ſententiam ſequutus eſt Iacobinus in d. ver. & fœminis, in 3. colum. & allegat rationem: quia ſi res dirimeretur ſorte, dominus reperiretur habere vaſallam incognitam, & forſan ei ingratā, quod

non

Source : BIU Cujas

non eſt ferendum,vt dicit Andr.in c.Imperialem,de prohib. feu.alie.per Fed.c.j.§.ſimiliter.de lege Corr.in c.j.§.præterea, nu.7.de cap. Corra. vt ergo habeat vaſallam cognitã & ſibi gratã,dicẽdũ eſt ſtandũ eſſe electioni domini,allegat ad hoc rex.in cap.j. de duo.frat.de no. bene.inueſt. Ego autem huic opinioni ſubſcribo,quando non eſt conſuetudo, vel ſtatutũ vt primogenitus,vel primogenita ſuccedat, prout eſt hodie ius regni noſtri,nam tunc propter conſuetudinem vel ſtatutum prædictum,eſſet vera prima opinio,vt primogenita fœmina ſuccederet,ſed circunſcripta tali conſuetudine val ſtatuto poſſet eſſe vera opinio Iaco.& aliorum,vt ſit in electione domini.

36 Octauò quæritur,quid ſi fuit†conceſſum feudum duobus fratribus,Titio,& Sempronio,pro ſe ipſis, & hæredibus ſuis maſculis, & fœminis, & vnus ipſorum puta Titius decedat relicta filia,an alter frater excludat illam fœminam eius neptem,filiam alterius fratris præmortui. An vero illa filia,eademque neptis, excludat ipſum patruum a ſucceſſione dicti feudi? Dicendum quòd ipſa excludat patruum,& hoc intelligẽdum eſt quoad portionem Titij fratris ſui, nam vnuſquiſque videtur proſpicere ſuis hæredibus.cap.j.de duo. frat.& c. inueſtit.& hoc ſane intelligas, quãdo feudum eſt diuiduum, ita firmat Iaco.in loco ſuperius allegato,in verſi.item ſi quis reperitur.

Nonò quæritur,quid ſi aliquis recipit feudum pro ſe & hęredibus ſuis,hoc pacto,vt quamdiu maſculi ſupereſſent, deberent ſuccedere in feudo,illisque deficientibus fęminæ,ad-
37 mittantur & decedat† relicta vna filia,ac etiam nepote ex filio mortuo, an ille nepos excludat amitam a ſucceſſione? glo.in præallegato cap.j.quam ſequuntur Dd.de eo,qui ſibi & hære.ſuis.determinat quod ſic,per rationem. Quia quamdiu ſupereſt maſculus,non eſt locus fœminæ in ſucceſ.feu.& pro hac ſententia facit:quia pater illius maſculi ſi vixiſſet,excluſiſſet illam mulierem a ſucceſſione feudi, ergo eodẽ modo nepos debet eam excludere. l.hæredi ff de reg.iu. Et hanc opinionem ſimiliter ſequitur Iacobinus in loco ſuperius allegato.& Zaſius in titu.de feu.ſuc.in 3.concl.

Sed ponamus,quòd decedat relictis duabus fœminis,quę in dicto feudo ſucceſſerunt, deinde contingat vnam ex illis mori relicto nepote maſculo, an ille nepos excludat ſuam materterã a feudi ſucceſſione? Nonnulli Dd.in d.cap.j.de eo, qui ſibi & hære.ſuis,interpretati ſunt glo.ibi tenere quod ſic: ſed ſi ſubtiliter conſiderabitur, illa gloſa loquitur de amita, quæ eſt ſoror patris, de qua paulò antè in præcedenti quæſtione dixi.Nos autem loquimur de matertera,quæ eſt ſoror matris,vnde And.in præallegato cap.j. de eo qui ſibi & hær. ſuis,tenuit dictum nepotem excludere materteram.Nam licet illa matertera iã ſucceſſerit in feudo,tamen ipſum feudũ intelligitur ad eam deueniſſe conditionaliter, hoc eſt ſi non ſuperueniret maſculus,vnde ſuperueniente maſculo, debet excludi; & iſta incertitudo an maſculus ſit naſciturus vel non, habetur pro conditione.l.dies incertus, ff.de condit.& demon. Aduenięnte ergo conditione, perinde eſt, ac ſi illa matertera in feudo non ſucceſſiſſet.l.proinde.ff.ſi cert.pet.Et pro iſta opinione And.facit tex.in c.j.an maritus ſucc.vxo.& in c.j.de benef.fœm.

Sed contrariam opinionem tenuerunt Iacobus de Bello viſo,Bald.Nico.de Neap.Iacob.Aluaro.in d.cap. j. de eo qui ſibi & hære.ſuis, vbi Iacob. Aluaro prædictus atteſtatur eſſe communem ſententiam Dd. quod matertera non excludatur per nepotem a feudo,in quo iam ſucceſſerat,nam fuit ſibi ius quæſitum,vnde ſine facto ſuo ſibi auferri non poteſt. l.id quod noſtrum.ff.de regu.iur.ſuperuenientes ergo maſculi non debent eam excludere, quia multa impediuntur fieri quæ iam facta tolerãtur.l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur. Vlterius de natura dominorum eſt, vt poſtquam ſemel quæſita ſunt perpetuo permaneat l.ſiue poſſidetis, & ibi no.C.de proba.cum ergo ipſi materteræ dominum feudi ſemel fuit quæſitum,debet perpetuo apud eã ſtare,& Iac.Aluaro.prædictus,pro iſta ſententia,quam dicit eſſe æquam,adducit tex in d.cap.j.Et Iaco.in loco ſuperius allegato in finali colum. tradit, in iudicando ab iſta ſententia non fore recedendum, per ſuperius allegata,tamen in ſecreto iuris opinionem Andreæ eſſe veriorẽ aſſerit,per rationem tex. in capit.j. ibi,donec ſupereſt maſculus,non patet locus fœminæ, & reſpondet ipſe omnibus motiuis, quæ faciunt contra hanc opinionem Andr.Et primo dum dicitur, quod fuit ius quæſitum conditionaliter,niſi maſculus ſuperueniret, ſuperueniẽte ergo maſculo,debet matertera excludi. Et ad aliud,dũ dicebatur ꝙ dominia debent eſſe perpetua, rñdet debere limitari,niſi dominium ſit delatum ſub conditione reſolutiua,nam tunc non eſt perpetuum ſed temporale. l.ſub conditione.ff.de ſol. in l.in annalib. C. de lega. & ita contingit in præpoſita qõne, quia illi materteræ fuit ius quæſitum reſolutiue,niſi maſculus ſuperueniret.Qui Iacobin.demum reſidet cum opinione Iaco. de Bello viſu, & cœterorum contra Andr.

Ego vero idem tenerem, nam cum ſemel fœmina fuerit admiſſa ad ſucceſſionem feudi propter defectum maſculorum,& ſucceſſiue fuerit effecta domina, licet demum ſuperueniat maſculus,hic non poterit ad huiuſmodi ſucceſſionẽ venire viuente ipſa filia, cui fuit ius quæſitum ob defectum maſculorum. Et conſiderò verba inueſtituræ, vbi dicitur ꝙ quis recipit feudum pro ſe & hæredibus ſuis hoc pacto, vt quamdiu maſculi ſupereſſent, deberent in feudo ſuccedere, illisque deficiẽtibus fœminæ admittantur,quæ proculdubio determinãt hanc quæſt.cum tempore ſucceſſionis fœminæ, non ſupererat maſculus: & conſequenter filia fœmina ſucceſſit in feudo,etſi poſtea ſuperueniat maſculus, non reperit locum vacuum,ideo non poteſt fœminam excludere repugnantibus verbis inueſtituræ dictæ, vnde per hãc rationem, & per aliam ſuperius pro hac parte allegatam, tenerem opinionem communem, contra And. de quo per Anch.conſi. 174.& faciunt dicta per eundem Iſer.in d.c.j.de eo qui ſibi & hær.ſuis,nu.1.ibi,nam non eſt,& ſequitur poſt multa Cur.in 3.par.28.q.nu.33.

Decimò quęro,quid ſi fœmina fuerit vocata in defectum maſculorum,prout hodie communiter vocatur per conſtit. Regni, & per clauſulas appoſitas in inueſtituris: an tunc ſi
38 †ſemel fuerit excluſa,cenſeatur perpetuo excluſa? videtur qđ ſic,quaſi tunc admittatur quando nullus ſupereſt maſculus a principio, Alber.Brun.conſi.39.num.5.& conſi.65.num.1. & 2.& conſi.78.num.2.& conſi.108.num.25. Bal.conſi.205. in v.volum.& ſemel excluſa cenſetur perpetuo excluſa Affli ctus deciſio.159.Alexan. conſi.53. volum.6 num.4.vbi quomodo hoc procedat, & diximus in præcedentibus, & tradit And.in cap.j.§.quin etiam,Epiſcop.vel Abba.quem ſequitur Vdal.par.8.num.58.vbi dicit ſecus eſſe, ſi per ſtatutum vocatur,prout eſt conſtitutio noſtra,quia tunc non cenſetur perpetuo excluſa,& tradit idem Bal.dicto conſi. 65. & conſi.78. Alexan.conſi.20.j.volum.Fulgo. conſi.8. & conſi.12.& verũ eſt.Et quod ſemel excluſa,cenſetur perpetuo excluſa, voluit Cur.in 27.q.par.3.num.32.Marianus Socinus conſi.18.j.vol. vbi an & quando maſculis ceſſantib reintegratur mulier, admittiturq; in defectu ipſorũ,& ſi nullus adſit a principio, ſiue extiterit mortuusque fuerit,vt ſ.diximus.

39 Vndecimò quæro, quid ſi † receptũ fuit feudum pro maſculis & fœminis vſque in tertiam generationem,& extat ſtatutum fœminarum excluſiuum,an veniant deſcendentes ex fœmina? Corne.conſi.166.1.volum.conſi.199.2.volum.dicit quòd ſic,nam ſi fuit receptum pro maſculis & fœminis, iſta inueſtitura debet derogare ſtatuto, quemadmodum pacta, & conuentiones derogant iuri communi feudorum, vt habetur in capitu.1.quemadmodum feudum ad filiam pertineat.

40 Duodecimo quęro,ſi aliquis fuit inueſtitus pro ſe, & † hæredibus ſuis vtriuſque ſexus, an per hęc verba maſculi extantes tempore mortis excludant fœminas? Alexã. conſi.9.in 5. volum num.4.determinat quòd excludant dictas fœminas, dum ſuperſunt ipſi maſculi, ſed omnibus deficientibus, ſuccedent fœminæ in eorum defectum, prout diximus in præcedenti quæſtione.Et facit ad hoc, nam in inueſtitura fuit dictum,pro ſe & hæredibus vtriuſque ſexus, quæ verba includunt, & fœminas; ſicut quando fuiſſet dictum ſimpliciter, pro ſe & hęredibus, quia etiam venirent fœminæ quando i nõ repugnaret,prout hodie per conſt.regni,quæ correxerũt ius commune feudorum,quo fœminæ non vocabãtur. Ale. conſi.10.num.1.vol....& conſi.24. in 5. volum.Angel.conſil.32.colum. 2. Paul. de Caſtro,conſi.93.in 2.volum.Fulgo. conſilio 218.Barba.conſi.pen.col.11.j.volum. Soci. conſilio 19.j.volum.

41 Terciodecimò quæro, quid ſi aliquis recipit†feudum pro ſe,& maſculis & fœminis, & demum poſt, cõceſſionem feudi ſuperuenit ſtatutum excludens fœminas a feudalium ſucceſſione,an hoc caſu excludentur? dic quod ſic.Brun.conſ.1. numero 65.

42 Quartodecimò quæro,quid ſi fidelis mortuo patre† accepit inueſtituram feudi ſuo nomine,& nomine ſuorum ſociorum,& ita fuit inueſtitus prout petijt,an videatur ex hoc ſibi præiudicaſſe,ita vt fœminam eius ſororem vlterius repellere non poſſit? Et dicendum eſt, ꝙ non cenſetur ſibi præiudicaſſe, vt tradit Alex.conſi.9. vol. 5.nu.9.quem ſequitur Curt. in tract.feu.in 3.par.in xix.q.nu.21.

Quintodecimò quæro, quid ſi vaſallus obtinuit inueſtitu-
43 ram feudi pro ſe, & ſuis liberis hæredibus,ex ſuo corpore† legitime deſcendentibus ex linea maſculina,an veniat filia fęmina? Et dicendum eſt quod non, ut firmauit Paul.de Caſt. in l.maritus. C. de procu. in materia emphyteuſis.adducitur

ad

ad hoc id, quod dicit Speculator in titu. de loc. §. nūc aliqua, ꝙ ſi quis recepit emphyteuſim pro ſe, & filiis, & nepotibus maſculis, non comprehenditur maſculus ex filia fœmina, quamuis ipſe ſit maſculus, nam quando fœmina non admittitur, tunc nec aliquis ex ea deſcendens l. j. ff. de immunita. & hoc refert & ſequitur Cur. in d. 3. par. 25. quæſt. num. 28. & aduerte, ne tibi videatur hæc quæſtio vna: quia ſi fuit receptum feudum pro liberis ex corpore deſcendentibus ex linea maſculina, videbatur non eſſe dubitandum filiam fęminam nō debere admitti, nam hoc non procedit ita ſimpliciter, & abſque aliqua dubitatione, quia filia fœmina cenſetur de linea maſculina, ex quo a maſculo recipiente feudum deſcendit, vt bene ſcribit Alexand. conſi. 53. volum. 6. vbi etiam, quod nepos ex filia non dicitur de linea maſculina, & hoc erat dubium.

Contrarium tenuit Alexan. in d. conſi. 24. num. x. volu. 5. glo. communiter approbata in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſth. per quam dicunt ibi ſcribētes, quod ſi aliquis recepit emphyteuſim pro ſe, & ſuis hęredibus per virilem ſexū, comprehendetur neptis ex filio maſculo, & non maſculus ex filia fœmina, quoniam neptis dicitur deſcendere ex linea maſculina, quando deſcendit ex filio, & de hoc eſt text. in l. lege duodecim tab. C. de legit. hære. Alex. conſi. 125. volum. 7. concludamus ergo in hac quæſtione, filiam fœminam nō ſuccedere in feudo taliter acquiſito per rationes allegat. per Paul. de Caſt. in d. l. maritus, ad finem. quia quemadmodum deſcendentes ab ipſa excluduntur, ita & ipſa, quæ caput eſt alterius lineæ fœmininæ excludi debet.

44 Sextodecimò quæro, quid ſi feudum fuerit † conceſſum generi, ſiue illis de aliquo genere, an veniant deſcendentes ex filia fœmina? Et aduerte quia in tit. de feu. ex pacto & prouidentia, formauit hanc quæſt. ſi feudum conceſſum generi cenſeatur ex pacto & prouiden. vel hæred. & ibi determinatum fuit, cēſeri ex pacto. In præſentiarum vero præſens quæſtio formatur ad alium finem, ſi appellatione generis, ſiue illorum de genere, veniunt deſcendentes ex filia fœmina. Hāc quæſtionem format And. in d. c. j. in 2. colum. de ſucceſſ. feud. num. 3. & concludit quod non, quia natus ex filia non dicit ex genere: ſequitur enim patrem, & non matrem, facit tex. in l. j. ff. de iure immu. vbi appellatione poſterorum, nō veniunt ex fœmina deſcendentes.

Sed contrariam opinionem tenuerunt Ioan. And. Hoſtiē. & Anton. de Butr. in cap. nouit, de iudi. vbi dicunt, proueniētes, & deſcendentes ex fœmina, appellari de genere, per illū textum. dicitur enim ibi, ille de cuius genere Rex ipſe noſcitur deſcendiſſe: nam etſi Rex Philippus proueniſſet ex fœmina, quæ proueniebat ex domo Franciæ, & ipſa filia ſit de genere patris, tamen poſtea deſcendentes ex fœmina non ſunt ipſi de genere fœmineo, quia aſſumunt denominationem generis a patre. l. exemplo, & l. neque Dorotheum, C. de dec. lib. x. facit id, quod dixit Brun. conſi. 4. in fi. filium ſororis habere ius agnationis, Cur. in 3. par. in 26. quæſt. num. 29. diſtinxit: nam quum vox genus, poteſt trahi ad paternum, & ad maternum, vt in d. l. neq;. C. de decurio. & an trahatur ad paternum, vel maternum attendi debet ſubiecta materia: ſi eſt feudum prout nunc diſcutimus, de cuius natura, fœminæ in eo non ſuccedant, tunc hæc vox genus, reſtringitur ad paternum, ita vt non veniant fœminę in tali conceſſione facta generi. Si autem loquimur de aliquo tranſitorio ad fœminas, ſicut ad maſculos, tunc venient deſcēdentes ex fœmina, licet Barba. prout ipſe refert in l. cum acutiſſimi, in 52. colu. C. de fidei. ſimpliciter tenuerit appellatione generis, ſolum venire deſcendentes ex linea maſculina, per dictam l. j. ff. de iure immu. niſi fauore libertatis. l. j. & ij. ff. de libera. cau. quæ ſententia nobis placet in hac quæſtione, ſecundum Andr. vt deſcendentes ex fœmina minime de genere dicantur, poſtq̄ in ipſa fœmina, quæ finis eſt familiæ, agnatio extinguitur. Non omitto, quod idem Barb. in loco ſuperius allegato, in 64. col. concludit, largo modo illum dici de genere, qui eſt de parentela, etſi nō ſit deſcendens: ſed in ſtricta ſignificatione, illum eſſe de genere, qui ex deſcendentib. eſt. Et dixit Bar. in l. quoties. C. de priuileg. ſcho. lib. 12. num. 2. vt ſi priuilegiū concedatur mihi, & omnibus deſcendentibus maſculis & fœminis, quod deſcendentes per lineam fœmineam ita demum vtūtur priuilegio, ſi ſunt viduæ, non autem ſi ad ſecundum cōuolauerint matrimonium: quia poſtquam aſſumūt virum, dicuntur ſtatim mutare ſtatum, vt notatur in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. quod mihi non multum placet: nam licet videantur ſtatum mutare per ſecundas nuptias, tamen non per hoc inficiari poteſt, quin fœminæ ſint, & deſcendāt ex genere acquirentis.

54 Decimoſeptimò quæro, ex quo ſupra tractauimus, an † fęmina ſemel excluſa a ſucceſſione propter exiſtentiam maſculorum cenſeatur perpetuo excluſa. & fecimus diſtinctionē. Nunc vero quæritur, an ſi ſemel fuit admiſſa ad ſucceſſionem feudorum, quia nullus erat maſculus repellatur poſtea eo ſuperueniente? Dic quòd non poſtquam fuit ſemel admiſſa, prout poſt And. firmauit Cur. in d. 3. par. principali, q. 27. & 28. & dixi ſupra.

46 Decimooctauò quæro: quid ſi fuerit † receptum feudū pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, an veniant fœminæ ad ſucceſſionem dicti feudi? Videtur quòd non, vt tenet Gozadi. conſ. 8. num. 7. hac ratione, quia per illa verba, quibuſcunque, veniunt extranei, vt not. in l. ex poſt facto. §. fin. ad Senatuſconſul. Trebel. cap. j. in præſentia, de probat. & ne dupliciter improprientur verba, non veniunt fęminæ: in duobus enim læderetur natura feudorum; in vno, quia venirent hæredes extranei: in alio, quia fœminæ, & fuit deciſio Bal. hanc rationem aſſignantis, in cap. j. § donare, qualiter olim pote feu. alie. Alex. conſi. 30. num. xi. volum. j. Dec. conſi. 193. num. 5. vltim. colum. Cur. iunior conſi. j. Brun. conſi. 10. quamuis contrarium in filiis maſculis ex fœmina deſcendētibus ſentire ibidem videatur, quod non tenemus per ſupradicta.

Decimononò quæro, quid ſi mater habet feuda ex ſucceſſione paterna, vel materna, quo caſu feuda dicerentur materna, vt ſupra diximus, nec habeat niſi filias fœminas, an dictæ filiæ ſuccedant in feudis prædictis? Eſt diſtinguendum, nam ſi loquimur de iure communi feudorum, tūc dicēdum prout ſuperius in limitationib. aut loquimur de iure conſti. regni, & tunc clarum eſt ꝙ ſuccedunt, vt tradit Affli. in cōſti. in aliquibus, in 3. quęſt.

Vigeſimò quæro, quid ſi pater reliquit filiam fœminam,
46 & † nepotem ex filio maſculo, an iſte nepos excludit filiam fœminam eius amitam? Aduerte, quia formo quæſtionem, quando in feudo viuitur more Francorum, quo caſu primogenitus ſuccedit, vt dicam in tit. de feud. iuris Francorum, & in titu. de feudo quod tranſit ad primogenitum tantum, & hoc caſu veritas eſt, ꝙ iſte nepos ex primogenito excludit eius amitam, & concludit Afflict. in d. conſtitut. in aliquib. in x. quæſt. & per multa firmauit Gramm. in j. deciſio. immo in fortiori caſu dicit ipſe, ꝙ fuit deciſum in ſacro collaterali conſilio nepotem ex filio primogenito excludere patruum. Ioan. Fab. in §. cœterum, Inſti. de leg. agna. ſucce. And. in cap. j. in fi. de eo qui ſibi, vel hæred. ſuis. Pernus cōſi. 13. & ſic cùm habeamus deciſiones, quòd filius primogeniti excludit patruum, qui eſt maſculus: multo fortius debeamus dicere, ꝙ excludat amitam, quæ eſt fœmina, cùm maior ſit prærogatiua ſexus, quàm ętatis.

Vigeſimoprimò quæro de nepte ex filio primogenito, an excludat ſecundogenitum? In hac quæſtione videtur aliqua maior dubitatio, ex quo ipſa, quæ ſuccedere intendit, eſt fœmina; & ille quem excludere vult, maſculus eſt: attamen dicas, ꝙ neptis excludit patruum, vt tradit Afflict. in d. conſtit. vt de ſucceſ. qui de hoc late, refert ſimiliter Gramma. in d. de ciſ. j. Ioan. Fab. in d. §. cœterum; & And. in cap. j. in fin. de eo, q ſibi vel hæred. ſuis. Afflictus in c. j. nu. x. vbi multa dicit, de na. ſucceſ. feud. & in cap. j. num. 23. Imperator Lothar. Gramma. deciſio. 18.

48 Vigeſimoſecundò quæro, an † nepos ex filia fœmina primogenita mortua, præferatur amitæ ſecundogenitæ? Et ſimiliter eſt concludendum quòd ſic, per ea quæ ſuperius in aliis quæſtionibus dicta ſunt, quamuis Corne. conſi. 199. in 2. volum. per multas col. hanc examinando quæſtionem contrarium tenuerit, vt filia primogenita, & ſic amita, præferatur nepoti ex filia primogenita, moueturque hac potiſſima ratione, quia ante omnia debet attendi prerogatiua gradus, & demum ſexus, & ætatis, quod probari poteſt, licet ipſe non alleget per cōſtitutionem, vt de ſucceſ. ibi, ſexus, & ętatis præ rogatiua ſeruata, & quotidie hæc verba apponi videmus in inueſtituris feudorum in regno, vnde dicit ipſe, quòd cum filia licet ſecundogenita reperiatur in primo gradu, quia filia, & nepos in ſecundo. §. 1. & 2. gradu. Inſt. de gradib. ipſa amita eademque filia ſecundogenita debet excludere nepotē prout late tractauimus in tit. de feudo hæreditario antiquo, in materia ſubingreſſionis. Si velles diſputando tenere hāc opinionem Cornei, qui pro hac allegat multas authoritates, multaque iura, poteris dicere, ꝙ non reperitur tex. qui dicat filium, ſiue nepotem ſubingredientem locum patris, matriſue repræſentare illos, cum qualitate ſexus, & ętatis, licet repreſentari in qualitate gradus. And. in §. his vero, de grad. & alibi diximus. Et hoc eſt verum, ſequitur neceſſario dicendū amitam excludere hunc nepotem, qui non poterit repræſentare eius matrē, niſi dicta qualitate gradus, non autem ī qualitate ætatis: tamen in practica non eſt recedendū ab opinione, quòd nepos excludat amitā prędictam, per ea quę ſuprà allegauimus, de quo loquutus eſt Vdal. in tit. de feu. ſucceſſ. conclu. 3. num. 5. And. in cap. j. verſi. ſimiliter ſi quis, num. 11.

de

Source : BIU Cujas

de Capita. qui Cur.vendi.& in cap.j.de eo,qui ſibi & hæred. ſuis.& in cap.j.de nat.ſucceſſ.feu.ver.quæritur glo.Bal.in l.liberti liberteq.nu.18.C.de ope.liber. Bar.in l.liberorum. ff.de ver. ſign.Paul.de Caſt.in l.maximum vitium.C.de libe. præter.& in Auth.poſt fratres.C.de legit.hære.Iacobin.in verbo,Dux, nu.8.& in verbo,& fœminis,nu.16.& 17.

49 Vigeſimotertiò quæro,quid ſi fuerit† conceſſum feudum alicui,& hæredibus ſuis maſculis & fœminis, ita vt maſculis deficientibus, fœminæ ſuccedant, hicque feudatarius habebat duos filios maſculos,& vnam fœminam, & maſculus ſucceſſit, ex quo ſupereſt ſola filia fœmina, alterque maſculus mortuus fuit abſque filiis, demum fœmina ſoror maſculorum deceſſit, maſculo relicto,an ſuccedat hic maſculus natꝰ ex hac filia fœmina, an vero fœmina nata ex illo maſculo? Dicꝙ ſuccedit maſculus natus ex fœmina.Calderinus conſ. 13,Cur.in 3.par.q.16.num.18. & hoc procedit iure communi,iure feudorum, & quando non viuitur iure Francorum, nam ſi iure Francorum viueretur, aliud eſſet dicendum,vt alibi de hoc tractabimus.

50 Vigeſimoquartò quæro, ſi frater vtrinque † coniunctus reliquit filiam fœminam, alter vero ex vno latere coniunctꝰ filium maſculum,quis præferatur? Dic quòd ſi feudum prouenit ex ea linea, ex qua quis ex vno latere tantum coniunctus reperitur præferetur maſculus ex eo deſcendens: Sin autem ex alia linea coniunctus eſt, ex quo feudum originem non habuit, tunc fœmina ſuccedet cum a latere acquirentis feudum deſcendet.temper etenim origo,vnde feudum habuit,attendēda erit, non curando ſexum,dummodo deficiētib.maſculis fœminæ vocatæ fuerint, ſecundum tradita per Dd.in d.l.de eo qui ſibi vel hære. ſuis.

51 Vigeſimoquintò quæro,nūquid†filia primogenita ex parte tantum,preferatur in ſucceſſione feudi filię ſecundogeniti ex vtroque parente? Neapodanus in conſuetudine, ſi quis,vt ſi qua,de ſucceſ. ab inteſtato,num.128.& nu.242.ibi, reſpondeo quòd licet,tenet quòd filia primogeniti ex patre tātum præferatur, ratio eſſe poteſt, quia a patre proceſſit feudum, cuius origo attendi debet.

52 Vigeſimoſexto quæro, quis præferatur†nepos ex filia fœmina, an vero neptis ex filio maſculo? in hac quæſtione diſtinguendum eſt ius commune a iure Regni. nam communi iure feudorum inueſtituræ tenor conſiderandus eſt, vt in ſuperioribus diximus,de iure aūt conſtitutionis Regni,vt de ſucceſſ.prærogatiua ſexus,ætatisq;obſeruari debet.vnde proculdubio neptis ex filio maſculo,præferenda eſt nepoti ex filia fœmina,ex quo per ſubingreſſionem gradus, vt alias diximus,filia eius patrem maſculum repræſentare cenſetur, q ſi viueret quemadmodum eius ſororem excluderet,ita & ipſius ſororis filium repellere dicendum eſt, ex his quæ alias per nos dicta fuerunt.

Vigeſimoſeptimò quæro, an filia fratris mortui excludat amitam ipſius fratris ſororem a ſucceſſione alterius fratris, & vt clarius hoc intelligatur,pono exemplum, Si erant duo fratres, ſororque, mortuus eſt ſecundogenitus relicta filia, nec non eius ſorore: demum alter frater primogenitus, qui feudum reliquit,ſine liberis defunctus eſt,concurrentibus in eius ſucceſſione eius ſorore, eademque amita,nec non eius nepte alterius fratris filia. & hæc quæſtio differt a quæſtione precedenti,quia ibi tractabitur de ſuccedendo patri, hic aūt fratri: Vnde dicendum eſt,filiam fratris ſecundogeniti præferendam eſſe eius amitę,vt inquit Neapodan. in conſuetud.ſi moriatur,de ſucceſſio.ab inteſtato,verſi.& omnia quæ dicta ſunt,num.114.& 115.facit text.pro hac conſuetudine, ſed erſi morienti,eod.titu.de ſucceſſio.ab inteſta. Ratio eſt illa, qa quemadmodum pater eius ſi viueret,tanquam maſculus dotando eius ſororem ipſam a ſucceſſione excluſiſſet, ita dicendum eſt in eius nepte, quę ſuum patrē repræſentare videtur, ſed cauēdum eſt in hoc a prædicto Neapodano,qui videtur loqui de ſucceſſione aui,nos autem de ſuccedendo fratri tractauimus,vnde de iure regni etiam ſuā opinionem teneo.

Vigeſimooctauò quæro, an nepos ex filia ſecundogenita,quòd nepos ex filia ſecundogenita,vt tradit And.in cap.j. circa finem,de eo qui ſibi& hęred.ſuis.Alex.conſi.29.volu.j. Afflict.in conſtit.vt de ſucceſſ.num.34. hocque crederem verum communi iure feudorum,quādo feudum eſſet receptū pro maſculis, & his deficientibus fœminis:iure autem conſtitutionis,vt de ſucceſſ. quando viuitur iure Francorum, & primogenitus vocatur, tunc putarem filiam primogenitam excludere nepotem ex ſecundogenita. nam aut ille nepos vult venire ex propria perſona tanquam maſculus,& excluditur a primogenita,tanquam in gradu proximiori exiſtēte, cum ſit in ſecundo gradu,ipſe autem in tertio: aut vero vult intrare in locum matris,& tunc reperitur poſterior ætate,cū ex ſecundogenita prouenerit.

53 Vigeſimononò quæro, an† maſculus remotior excludat fœminam proximiorem? communi iure feudorum non eſt dubium quòd ſic,nam fœminę eo iure non ſuccedunt,vt diximus,& habetur in cap.j. de gradib.ſucceſſ. in feu. Sed quæſtio procedit hodie de iure conſti.Regni, quod fœminæ ſunt admiſſę. & ego dicerem fœminam proximiorem, excludere maſculum remotiorem, vt ſcribit Pernus in capit. ſi aliquem, Regni Siciliæ.& in conſi.19.colum.2.verſi.nouiſſime conſidero.Calder.conſi.13.hoc tu debes intelligere dummodo ipſe maſculus remotior non ſubingrediatur locum alterius,prout ſupra diximus de nepte,ſiue nepote,& amita,ſiue patruo,ratione primogenituręę, quia tali caſu maſculus ſubingrediens gradum alterius, excluderet fœminam repertā in eodem gradu, vt ſupra explicauimus.

54 Trigeſimo quæro,quid ſi erant†fœminæ,quæ poterāt ſuccedere vigore antiquiſſimæ inueſtiturę,& aliquis recepit feudum pro maſculis tantum,alterando inueſtituram antiquā, an nihilominus fœminæ ſuccedant? Dic quòd ſic,Dec.cōſi. 498.num.18.

55 Trigeſimoprimo quęro,quid ſi aliquis habet †feudum ea lege,vt maſculi tātum ſuccedant, & ipſe dederit eo pacto vt in eo tum maſculi,quam fœminæ admittantur, an cōceſſio vitietur in totum, an vero quo ad fœminas ſolum? Dic vt p And.in cap.j.§.profecto, num.14. de lege Corrad.vbi in fine videtur tenere vitiari quoad fœminas tantum,ita vt mortuis maſculis ad dominum feu. reuertatur, de qua quæſtione dicam latius ſuo loco,in ti.de feu.quod ita datur,vt vaſallus,& is cui dederit, habeat.

56 Trigeſimoſecundò quæro,quid ſi fuerit dictum † in conceſſione, vt maſculi, & deſcendentes ex eis ſuccedant, quo caſu nepos ex filia non ſuccedit, vt diximus ſupra in principio huius tituli: tamen quando fuiſſent inſtitutæ filiæ fœminæ,& dictum,ꝙ ſi decederēt ſine filiis maſculis, ſubſtituitur alia fęmina,& ab ea deſcendentes maſculi, hoc caſu venirēt nepotes ex fœmina. Ratio eſt, quia non cenſetur contemplata agnatio,ſed cognatio,& ita voluit Pet.de Ancha.conſ. 339.pro maiori intelligentia, colum. 3.& 4.Areti. & Soci.in l.Gallus.§.nunc de lege Velleia. ff.de liber. & poſthum. Iaſ.in l.ſed etſi hac.§.liberos.ff.de in ius vocan.Cur.in tract.feu.par. 3.q.23.Iaſ.conſi. 117. colum.2. lib. 4.& eſt tex.in §.ſi quis igitur,in Authen. de hære.ab inteſta. vbi circumſcripto fauore agnationis appellatione maſculorum deſcendentium venit nepos ex fœmina,ex quo eſt maſculus,& ab ea deſcendens, prout conſuluit Fulgo.conſi.86.ex facto.facit id, quod tradit Cagno.in l.2.C.de pact.inter empt.& vend.quæſt. 18. vbi dicit, quòd ſi quis promiſit retrouendere Titio & eius hæredibus maſculis, tali caſu tenetur retrouendere nepti natæ ex filio maſculo,de quo etiam aliqua in ſuperioribus ſummatim diximus.

57 Trigeſimotertiò quęro,an ſoror†excludat patruum a ſucceſſione fratris? Dic quòd ſic,vt per Capy.in cap.imperialē, de prohi.feu.alie.per Feder.colum.20. vbi etiam loquitur de regina Iſabella,ſorore regis Ferdinandi,quæ fuit excluſa a Federico eius patruo, ſed veritas eſt,quòd ſoror ſuccedet, quia reperitur proximior in gradu: nec patruus poteſt ſubingredi gradum alterius, quia eſt de aſcendentibus tranſuerſalibus, non autem de deſcendentibus, ſiue tranſuerſalibus collateralibus,vt dicit And.in cap.j.Impera.Lothar. & in capit.j.de his qui feu.da.poſſ.Præpoſi.in cap.j.colum.2. verſi.quęro ab extra.de nat.ſucceſſ.feu.Cur.in tract.feu.in 3.par.verſi. nono pro perfecto,num.40.Grammat.deciſio.3.Pernus, conſ.21. col.j.& 2.

58 Trigeſimoquarto quæro, an † amita ſuccedat nepoti,vel nepos amitę.Dic quòd ſic,Afflict.deciſio.195.And.in capi.1. verſi.filius fratris.Imperator Lothar. & in cap.i.§.his vero.de gradib.ſucceſſ.in feu.& in cap.j.num.18.de nat.ſucceſſ.feu.& in conſtitu.de ſucceſſ.& hodie cum ſint in tertio gradu virtute conſti.vt de ſucceſſ. fol.139.per quod ex gratia amplia ta eſt ſucceſſio vſque ad quartum gradum,in ſucceſſione collateralium a feudis antiquis.

59 Trigeſimoquintò quæro, quid ſi † minor reliquit filium maſculum,an preferatur ſuę matertere, alteri ſorori eius matris maiori in feudo fratris? Videtur quòd ſic, ex quo ipſe filius cum ſit maſculus,habet prærogatiuam ſexus, nō obſtāte quòd deſcendat ex fœmina,per textum, & ibi notatur per Scriben.in capi.j.de eo qui ſibi,vel hęred.ſuis.ſed contrarium eſt de iure Regni: nam aut ipſe nepos maſculus vult venire ex perſona propria,& reperitur in tertio gradu,vnde non excludet materteram, quæ eſt in ſecundo: aut vult ſubingredi locum matris,& obſtat ſibi minor ętas matris,& ſic preroga tiua ętatis.Nam præſupponendum eſt in hac queſtione,hūc nepotem eſſe filium ſecundogenitę,& non primogenitę,vnde dicendum eſt,ipſum debere excludi ab ipſa matertera,vt tradit Bal.conſi.1.volum.2. & in Regno maſculus remotior excluditur a fœmina proximiore,ſi quidem ante omnia dēt

atten-

attendi gradus prærogatiua', vt ſuperius diximus. Nec obſtat tex. in cap.j.de eo, qui ſibi vel hæred.ſuis, nam ibi nepos maſculus excludit amitam ex proprio ſuo gradu, ſiquidem iure communi feudorum fœminæ non ſuccedunt, non mirū eſt ergo ſi ibi matertera ſiue amita excluditur. Nos autē dicamus de conſuetudine ſalrem, nepotem excludi a matertera, licet de iure fundari minime rectè poſſit, & pro hoc faciunt omnia ea quæ in præcedentibus ſæpius dicta fuerunt: & firmat hoc Bernardus de Medico cognomento Saccurafa, in Commento c. volentes, Reg. Siciliæ, de ſucceſſionib. ab inteſta. ver. item ſi Baro.

60 Trigeſimoſextò quæro, quid ſi † nepos ſubintrans locum matris, quæ erat maior & primogenita, an tunc præferatur præfatæ eius materteræ? videbatur quòd non: nam licet ſubintrando gradum matris reperiatur in eodem gradu cū matertera, vt dicit in cap.j. §. his vero, de gradib. ſucceſſ. in feud. non tamen conſequitur alias qualitates ac prærogatiuas, puta ſexus, & ætatis. Sed in contrarium eſt veritas, vt diximus in præcedentibus. ratio eſt, quia ſubintrando locum matris, cenſetur ipſa repręſentare nedum reſpectu gradus, verum etiam reſpectu ętatis, prout tradit Alex. conſi. 29.j. vol. Afflict. in cō ſtit. in aliquibus.

61 Trigeſimoſeptimò quæro, quid ſi deceſſit feudatarius relictis ſororibus maritatis, & dotatis, ętate maioribus, ac relicta vltima ſorore minore in capillo exiſtente (quod nil aliud ſignificat, quam eſſe virginem: nam virgines in capillo, & ſine cooperimento ſiue velamine, incedere ſolent. ſed poſtquam ſunt nuptæ, velatę permanent, no. Inſt. de pat. poteſtate. §. nuptiæ) quis præferri debet in ſucceſſione feudi, an ipſa ſoror in capillo minor, an vero alia maior dotata & maritata? Dicerem ſororem in capillo admittendam, excluſis cęteris maioribus & dotatis, vt inquit Pernus conſi. 12. in 3. colum. An. in capit.j.de nat. ſucceſſ. feu. vbi dicit debere eſſe dotatam de bonis eius, de cuius ſucceſſione tractatur, quia ſi agitur de ſuccedendo patri, debet fuiſſe dotata a patre, ſin autē de ſuccedendo fratri, ab ipſo fratre dotata eſſe debet, vt per Affli. in conſti. in aliquibus, in x. quæſt. quicquid dixerit Alex. conſil. 29. volum.j. verſic. non obſtat, num. 6. Præterea ſufficit fuiſſe dotatam a cōi patre, vt excludatur etiam a ſucceſſione fratris, vt dicit gl. in conſti. vt de ſucceſſ. in ver. coniugatæ, in verbo, cęterum, vbi hoc etiam tenet Andreas, & idem An. in d.cap.j.de nat. ſucceſſ. feu. 5. & 6. colum. num. 6. & ibi, idem eſſe ſi fuiſſet dotata ab auo aſſerit. faciūt ad hæc dicta p Bal. in l.j. C. de legitim. hæred. Et hodie de hoc habemus cap. Reginę Ioannę, fol. 24. vbi reſoluitur hoc dubium, ſtatuiturque a fratre dotatam eſſe debere, vt a ſucceſſione ipſius fratris repellatur: & ibi etiam habetur, quid iuris ſit Lōgobardorum more, Afflict. in c.j. §. quinetiā. Epiſc. vel Abba. tractat de intellectu dictæ cōſt. vt de ſucceſſionibus, & gloſæ Marini de Caramanico ibi, & in deciſ. 248. & 161.

Contrarium autem eſſet determinandum, ſi patruus dotaſſet neptem, quia tunc nō excludetur a ſucceſſione ſui patrui dotantis, vt tradit And. in d. conſt. vt de ſucceſſ. colum. 7. ver. quid ſi patruus. ſiſiter aliud eſſet dicendum, ſi tractaretur de ſucceſſione matris: nam etſi a patre de paternis bonis fuerit dotata, non tamen a p̄dicta matris ſucceſſione ſubmouebitur, vt ſcribit Pernus conſi. 19. col. 2. & in prędictis caſibus ad hoc vt ſoror, ſiue filia maritata, & dotata excludat a patris ſucceſſione, oportet dorem conſequutam fuiſſe, vt videtur determinare Andreas in d.capit.j.num. 14. de nat. ſucceſſ. feu. ſed an hoc ſit verum, dicam īferius magis particulariter: nam ſi fuit dos promiſſa, licet ſoluta non fuerit, ſi tamen acceptauit promiſſionem dotis, perinde haberi debet ac ſi dotem habuiſſet, & ideo minime ſuccedet, vt dicit And. in d.cō ſtit. vt de ſucceſſ. & in d.capit.j.de natu. ſucceſſ. feu. Bald. in l. ſi plures, colum. penult. C. de condi. inſer. poſt Cynum ibi, in 3. quæſt. Ex quibus concludendum eſt in præpoſita quæſtione, ſororem maritatam, & dotatam excludi debere a ſorore in capillo, licet minore ætate. Et de hac materia, & an ſi fuit dotata a patre de bonis ipſius ſororis, & an ſi fuit dotata, & an dotata de bonis maternis, excludetur a ſucceſſione patris ſeu fratris, & multa alia vide per Cumiam in verbo, maritata, fol. 277.

61 Trigeſimooctauo quæro, quid ſi † ſoror fuit maritata, ſed non dotata, nec promiſſionem dotis etiam habuerit, an tūc excludetur a ſorore in capillo minore ętate? Dicamus q̄ non, ex his quę ſcribit And. in cap. 1.7. colum. num. 19. de natu. ſucceſſ. feu. & in d. conſt. de ſucceſſ. Bart. in l. quoties. C. de priuil. nam prout diximus in præcedenti quæſtione, nedum dēt eſſe maritata, verum etiam & dotata, vel ſaltem dotis promiſſionem habuiſſe, ac de ea contenta remanſiſſe, vt dicit And. in prędallegatis locis. Et an dos promiſſa viro de ſcientia vxoris ipſam excludat, & quid ſi pro parte tantum fuit dotata, & quid ſi fuit promiſſa, nec fuit ſubſequutum matrimonium, & quid ſi fuit dotata de bonis primi acquirētis feudū, an excludatur a ſucceſſione vltimi, & alia ponit Cumia in verbo maritata.

62 Trigeſimonono quæro, an † ſoror maritata & dotata excludatur a maſculo exiſtente in vltimo gradu; puta tertio, vel quarto, cùm ipſa ſit in ſecundo? Dicēdum eſt quòd ſic, vt tradit Pernus conſi. 19. colum. 2. Ego autem vltra Pernum addere aliam cautelam, vt ſoror ipſa renunciaret ſucceſſione feudorum, tempore deceptionis dotium, in fauorem cęterorum maſculorum; hocque caſu quæſtio abſque aliqua difficultate procederet, vt ſoror ipſa a maſculo in remotiori loco exiſtente repellatur, tum propter renunciationem. Et idē dicendum eſt de † filio ſororis maritatæ, & dotatæ, quæ etiā
63 renunciauerat feudis, vt ſimiliter excludatur ab alio maſculo, argumen. l. quod ipſis. ff. de regul. iur. cum aliis vulgaribus, & ſcribit idem Pernus in prædicto conſilio 19. col. 2. ver. item eſt.

64 Quadrageſimò quæro, quid ſi ſoror † fuit maritata, & dotata, nec ſupereſt alia ſoror in capillo, quia ſit mortua, an tali caſu dicta ſoror maritata & dotata ſuccedat in feudo, non obſtante quòd fuerit dotata, cum nō ſuperſit alius legitimus ſucceſſor, ſiue maſculus ſiue fęmina? Dicamus quòd ſic, vt ſcribit Pernus, conſi. 13. colum. 3. verſi. ſed certè. Ego autem vidi Andream in cap.j. vltim. colum. num. 3. de natu. ſucceſſ. feu. vbi videtur determinare, quòd ſi ſoror ſemel fuit excluſa, & decedat frater ſine legitimis hæredibus, ipſa nō amplius admittetur, ſed fiſcus: tamen Andreas ibi non loquitur ſimpliciter, & abſolutè, quando ſoror per dotationem tantum fuit excluſa, ſed procedit vlterius, vt tunc ſuccedat fiſcus, quā do renunciauit ſoror ipſa ſucceſſioni feudorum. Nos autem in propoſita quęſtione nil dicimus de renunciatione, vndè adhęrerem Perno, vt non excludatur per ſimplicem dotationem, ſed omnibus deficientibus ſaltem in defectum vocetur, de quo ſcribit Capy. dec. 159. nu. 17.

66 Quadrageſimoprimò quæro, nunquid in caſibus, in quib. † fœminæ ſuccedunt in feudis, ſiue ex pacto, ſiue ex conſuetudine, ſiue per conſtitutiones regni, vel cęteris modis, in ſuperioribus expreſſis ſuccedant iſtæ ſorores tertii ordinis ſancti Franciſci, & his ſimiles? Ludouicus Roman. conſi. 367. determinat quòd ſic, quem ſequitur Barbatia in capi. ex parte, in penu. col. in feu. Nos autem pro veritate huius quæſtionis videre debemus Cur. in 3. par. x.q. & Capy. dec. 118. & ea, quæ ſcripſimus in ti. de feu. ex pacto & prouidentia antiquo, nu. 142. fol. 64. vbi de hoc.

67 Quadrageſimoſecundò quæro, an † maritus poſſit prędicare tam in omittendo, quam in committendo feudo vxoris ſibi in dotem tradito? And. in cap.j. verſi. iterum ſi Clericus, num. 21. de Cap. Corra. poſt multa determinat, quòd ſic, & dicit vidiſſe feudum dotale vxoris, ex quo maritus non fecerat debitum ſeruitium, tuncq; contra eundem virum agere poſſe vxorem de dolo, vel culpa, etiam ibi affirmat.

68 Quadrageſimotertiò quęro, quid dicēdum erit de † feudo conceſſo maſculis, ſiue fœminis, cuius naturę, cuiuſue qualitatis cenſeatur, & qualiter in eo ſuccedatur, Afflict. in cap. 1. num. 43. de natu. ſucceſſ. feu. multa ſcripſit de hoc feudo, ideo ad ibi dicta per ipſum recurramus, pro reſolutione, quia nolo tempus terere in tranſcribendis aliorum dictis.

99 Quadrageſimoquartò quęro, an † fœmina, quę ex iure conſtitutionum Regni, vt de ſucceſſionibus, & in aliquibus, eſt admiſſa ad ſucceſſionem feudalium etiam planorum, & de tabula, ſiue ruſticorum, ſecundum magis receptam opinionem, vt in ſuperioribus firmauimus, cenſetur etiam admiſſa ad reuocandam alienationem feud orum factam per patrem ſine Regis & ipſius aſſenſu, iuxta tradita in cap.j. de alie. feu. pater. Hæc eſt pulchra quęſtio, & mea in partes examinauit Afflict. in cap.j. num. 35. de ſucceſſ. vbi dicit fuiſſe determinatum in fauorem filię, vt poſſit reuocare alienationē prędictam, quēadmodum poſſet maſculus, & idem videtur tenere Loffred. in conſi. 1. num. 77. & nos ſimiliter hanc ſententiam ſequimur tanquam veram, magisque receptiorem, poſtquam fœminę, ſicut & maſculi in feudis ſuccedunt hodie, ex forma tradita per dictas conſtitutiones, ac etiam per capitula, & ſimiliter per formulas inueſtiturarum in defectu maſculorum.

Poſtquàm tractauimus, ſi fęmina ſuccedit in feudis, & qua
79 liter, & quando, non extra rē putaui, an † fœminæ prędictę ſuccedant officiis, in quibus exercetur iuriſdictio criminalis, & ciuilis? Primo reſpectu videbatur dicendū quòd non, ex regula qua cautum eſt, mulieres officij publici incapaces. l. fœminæ. ff. de regu. iur. l. cum prętor. in fi. ff. de iudic. cap. dilecti, extra, de arbitr. hocque prohibitum eſt mulieribus, ne earum pudicitia lędatur, vt tradit Bartol. in l.j. & ibi Angelus, C. de mulie. & in quo loco, lib. x. Cōtrarium tamen fatemur eſſe verius, vt ſuccedant in officijs prędictis, pręſertim ſi ī hæredita-

reditate ad eas translata, reperitur aliquod officium, tũc succedunt, vt habetur in capi. dilecti, de arbitr. & ibi hoc notãt Hostien. Ioan. And. & cœteri. Alexand. consi. 1. num. 34. volu 5. & consi. 24. num. 12. eodem volu. Decius & Hierony. Cag. in l. fœminæ, de regu. iur. idem Dec. consi. 169. in princ. vbi ẽt dicit, fœminã posse succedere i iurisdictione, illamque exercere, vt in d. cap. dilecti, & notatur in cap. significauit, de rescript. Angel. in l. fœminę, & in d. l. cum prętor. §. fin. & ibi per Paul. de Cast. Aluarot. & cœteri, in cap. j. §. fœminã. per quos fiat inuestitura, & dixit Alex. in d. consi. 24. Regem concedẽtem aliquid ex certa scientia alicui, suisque descendentibus, quę verba includere possunt tam masculos, quam fœminas, licet id quod concedit, sit dignitas, tali casu etiam mulieres illam concessisse censetur, & tunc masculinum concipiet femininum, etiam ĩ dignitatibus & iurisdictionibus: & de hoc videnda sunt plura cumulata per And. Tiraquel. in tract. primogenitur̃e, in x. qu. & quòd fœminę succedant in officijs iurisdictionalibus, licet ipsorũ sunt incapaces, voluit notanter Ioannes Licerius, in tract. primogenitur̃e, q. 19. nam licet iurisdictionem per se exercere nequeant, tamen per substitutũ illam exercebunt, argum. cap. sententiam sanguinis, extra ne clerici vel monachi. & fœminę prędictę nec etiam in causis feudalib. testificari possunt, vt scribit Iser. in c. j. ver. de veteri, nu. 4 quot testes sunt necess. ad proban. nouam inuest.

DE FEVDO FRATERNO.

SVMMARIVM.

1 *Obertus de Orto posuit particularem rubricam de beneficio fratris.*
2 *Iura loquentia de feudo fraterno adnotantur.*
3 *Iura in quibus scripsit And. de feudo fraterno notantur.*
4 *Frater de iure Regni, quando fratri succedat in feudo nouo.*
5 *Frater succedens fratri in feudo nouo, cogitur esse suus hæres.*
6 *Error Afflicti circa intellectum capitu. i. an ille qui interfecit frat. domini sui.*
7 *Frater non succedit fratri in feudo nouo, concesso pro hæredibus ex corpore descendentibus.*
8 *Intellectus nouus ad c. considerantes.*
9 *Frater fratri in feudo nouo non succedit, etiamsi ambo inuestiti sint, siue una, siue duabus inuestituris.*
10 *Frater ad hoc ut fratri in feudo nouo succedat, an opus sit ut feudum sit concessum pro successoribus etiam nedum pro hæredibus.*
11 *Frater succedit fratri in feudo nouo, quando pactum extat in formula concessionis.*
12 *Frater succedit fratri in feudo nouo, quando sciente domino de pecunia cõmuni emptum fuit feudum.*
13 *Frater succedit fratri in feudo nouo, quãdo communibus armis, & equis, fuit in bello quæsitum.*
14 *Frater succedit fratri in feudo nouo, quando unus fratrum domino sciẽte illud nomine suo, & fratris emerit.*
15 *Frater succedit fratri in feudo nouo indiuisibili.*
16 *Frater succedit fratri in feudo nouo, duobus fratibus insolidum dato.*
17 *Nouus intellectus capitulorum Neapolitanorum.*
18 *Patruus in feudo nouo non succedit nepote, nec nepos patruo: in feudo autem antiquo sic.*
19 *Nepos prefertur patruo defuncti feudatarii sine legitimis liberis, licet sit ex fratre nepos.*
20 *Frater uterinus tantum non succedit in feudo proueniente ex paterna linea.*
21 *Filius fratris non succedit in feudo recepto pro aliquo, & fratre suo.*
22 *Frater, qui successit fratri in feudo dato pro aliquo, & eius hæredibus, si mortuus fuerit, alter frater tertius succederet.*
23 *Feudum concessum sacerdoti pro se, & hæredibus, eo descendente frater ipsius capit.*
24 *Collaterales in feudis, quando usque ad septimum gradum, uel in infinitũ communi iure feudorum succedant.*
25 *Dictio usque, stat inclusiue, non autem exclusiue contra opinionem Andreæ.*

TITVLVS XII.

HVius feudi habemus particularem † titul. positũ ab Ortẽsio, in lib. j. de benef. fratr. & qualiter frater in beneficium fratris succedat, vbi cautum est, in feudo nouo fratrem fratri minime succedere; nisi certis ĩ casibus ibidem expressis. in feudo autem antiquo paterno ue, siue id ex pacto, & prouidentia, siue hæreditarium fuerit, frater fratri successibilis est, vt aliqua in 2. tit. diximus. habeturque in cap. j. §. filia. versi. in alio vero, de succes. feu. & in cap. j. in fi. de feudo marchię. cap. vniço, de benef. frat. cap. j. de duobus fratrib. de nouo benef. inuestit. cap. vnico. de succ. frat. & grad. succes. in feu. cap. si quis miles, Imperator Loth. in cap. j. §. cum vero Corradus. de his qui feudum dare poss.
3 cap. j. de duobus fratrib. a cap. inuest. Et memor † fuit Andr. in d. cap. si quis miles. & in c. j. de duo. frat. a cap. inuestit. & in cap. j. de eo, qui finem fecit agn. & in cap. j. de natura succes. feu. & in cap. j. §. notandum, num. 23. de his qui feu. da. poss. & in cap. j. de duobus frat. de no. be. inuest. hocque verum est, communi iure feudorum: nam de iure regni distinguẽdum est in feudo nouo, quia aut fuit dictum in formula cõcessionis, concedo feudum tibi, tuisque hæredibus, & succes. minime adiecta clausula ex tuo corpore legitime descẽdentibus,
4 & tunc † frater succedit fratri, ĩ dicto feudo nouo, vt dicitur in consti. regni, vt de successionibus, quam sic intelligit, & declarat Loffred. consi. 38. & in d. cap. si quis miles. Imperator Lotharius. & Afflict. in d. cap. j. versi. & quia vidimus. col.
5 4. de his, qui feud. da. poss. & tali casu, frater † qui succedit, cogitur fratris hær. esse, vt dicit Iacob. de Bello uiso, in cap. j. de eo, qui sibi, vel hæred. suis. Loffred. consi. 1. num 22. Curt. iunior consi. 1. num. 11. Brun consi. 9. num. 8. Afflict. in d. const. vt de succes. num. 12. Marinus differentia xi. feudorum quaternorum, fol. 242. etsi idem † Afflic. non recte sensisse videatur meo iudicio in decisio. 385. volens delictum fratris fratri minime obesse, iuxta terminos cap. j. an ille qui ĩterfecit fra. dom. sui, quia in feu. hæred. eius dictum non bene procedit, cum in eo delictum vnius alteri nocere, alias plene demonstrauimus, sed posset forsan id quod ipse dicit in feu. ex pacto & prouidentia obtinere, prout colligi potest ex dictis ab Alexã. in consi. 30. j. volum. Et quòd per const. vt de succes. vocetur frater in feu. nouo, tradit Pernus consi. 8. colum. j. versi. superuenerunt postea, vbi de intellectu ipsius constit. Sed si in concessione fuit expressum feu. concedi tibi & hæred. tuis ex tuo corpore legitime descendentibus, quemadmodum communiter in priuilegiis bonorum feudalium, vbi speciaI
7 liter viuitur more Francorum, apponi solet, tunc frater † fratri minime succe. vt dicit idem Loffred. in d. consi. 38. & consil. 1. ratio est. Nam quando conceditur feu. tibi, & hære. ex corpore descendentibus ipsius, non succedit, repugnante forma inuestituræ, quando autem simpliciter est facta cõcessio pro te, & hæred. ex quo frater potest esse hæres fratris, merito vocatus censebitur. Facit ad hoc, cap. Papæ Honorii relatum per eundẽ Loffred. in eodem consi. 38. quod incipit, si vero feu. in rub. de succes. collatera. in quo cautum extat, vt si feudum non processerit ab alio parente: sed incæperit a defuncto primo acquirente, in eo defuncti frater succedat, nisi lex concessionis aliud dictaret, quia esset concessum pro hæredibus ex corpore descendentibus. Præterea facit ad
8 hæc, cap. † regni, considerantes, per quod dispositum est, fratrem, siue sororem, fratri succedere. Sed aduerte, vt recte intelligas dispositionem illius capituli, siquidem primo aspectu, nil de nouo dispositum esse videtur, quia si inuestitura facta est in forma communi, prout hodie fit in regno nostro, pro hæredibus ex corpore descendentibus, eo casu in feudo anti quo de iure communi feudorum ante ipsius capituli dispositionem collaterales a primo acquirente descendentes, succedebant, quia ex corpore ipsius pri. omnes descendunt, prout declarat Afflictus in dicta constitutione, vt de successionibus, & in decisione. 293. Loffred. in dicto consilio 38. Marinus, in titu. de subfeudis, quæstio. 12. fol. 138. ad finem, & in quæstio. 13. Ex quibus patet circa successionem fratris in feudo antiquo, nil noui statutum fuisse videri ex prædicto cap. Nisi cõsiderando dicamus, dubium fuisse propter concessiones hodierni temporis, vbi viuitur secundum ius Francorũ, primogenitusque succedit in feudis receptis pro hæredibus ex corpore descendẽtibus, nã mortuo primogenito, qui successit, & iã obtinuerat feudum simpliciter pro se, & hæredibus ex corpore: quia frater secundogenitus, siue soror, non erat ex corpore ipsius primogeniti, ex hoc videbãtur excluси: & tamen contrarium ibi dispositum est: Sed quamuis hęc videatur mens statuentis: attamen apud me etiam casus iste communi iure feudorum comprehẽsus extitit, cum omnes descendentes ex corpore primi dicantur.
9 Prædicta omnia intelligenda sunt, etiamsi duo † fratres simul inuestiti fuissent de eodẽ feudo nouo, quia alter communi feudorum iure nequaquam tunc succederet. in cap. 1. in fine, ibi, siue vna inuestit. siue duabus, de succes. feudi. tradit Aluarotus in d. cap. j. in j. colum. de benef. frat. Nec huic conclusioni contradicit gl. in cap. j. §. si quis miles. in verbo, reliquerit, Imperator Lotharius. Nam de antiquo feu. loquitur, quod per diuisionem ad alterum fratrem deuenerat, iuxta not. in cap. j. de nat. succes. feudi tradunt Doc. in d. ca. si quis miles.

Sed quæro hic, an sufficiat fuisse concesũ feudum pro hæredibus simpliciter, ad hoc vt per dispositionẽ d. const. hodie

† frater

Source : BIU Cujas

10 †frater vocetur, an vero opus sit in concessione etiam exprimi, pro hæredibus, & successoribus? Loffre. in d. consil. 18. videtur sentire in illa concessione de qua ibi loquitur, fuisse adscriptum pro hæredibus & successoribus, ideo facilius tunc fratrē fratri succedere firmat, pro qua re facit illud quod late conclusimus alias in præcedentibus, feudum concessum pro hæredibus intelligi, id est, pro filiis, vt scribit etiam Dec. multa congerens in cons. 445. Gozadinus consi. 26. nume. 5. feudum concessum alicui, & hæredibus, mortuo concessionario sine prole ad agnatos non pertinere asserit. c. 1. §. & si clientulus, de alien. feud. vnde frater cum non sit ex liberis recipientis feudum, nō comprehenditur in inuest. Contrarium tanquam verius tenemus, vt frater vocetur, esto quod nihil de successoribus in formula concessionis fuerit expressum, vt inquit And. in constit. vt de succes. in verbo, in acquisitis, Aflict. decisione 293. idem Aflict. in c. j. §. sed quia vidimus, nume. 3. colum. 3. de his q feudum dare possunt, ibi alia regula, vbi allegat And. in d. const. vt de successionibus, videturque mihi Loffr. in d. consi. 38. hoc ēt non negare, nec de constit. loquitur de excludendo fratre, & si de nepote videatur sentire, vt scribit Marinus, in differ. 21. ad fin. feu. quaternatorum, fol. 242. quod hodie etiam ad nepotē ipsum extensum est, cum sit in 3. gradu, in feudis antiquis, vt alias diximus, & tradit An. in c. j. §. præterea. fi. col. ad fin. q̄ fuit pri. cau. ben. amit. vbi per const. prædictam arctatam & limitatam succes. colla. vsque ad tertium gradum dicit.

11 Hæc conclusio vt in feud. nouo† frater fratri non succedat, plurimis limitatur modis. Et primo, vt minime procedat adiecto pacto in concessione, tunc. n. absq; dubio succederet, c. i. de bene. frater. c. i. de fratri. de nouo benefi. inue. c. j. ver. filia, ad fi. de succe. feudi, cum aliis similib.

12 Secundo fallit, quando sciente domino, de communi pecunia fratrum simul habitantum fuerit emptum feudum. c. 1. de beneficio fratr. secus autem si domino ignorante, vt in d. cā. j. de fratrib. de nouo beneficio inuest. Ratio diuersitatis est, qa dominus inuitus non tenetur alium vasal. acceptare quam ipse voluerit, nam si est contentus de tua persona, vt sis suus vasallus, non sic erit contentus de alia, etiam meliorem dando, And. in c. 1. §. præterea, nu. 7. ad fi. de cap. Corra. c. j. in fi. de fratr. de nouo benefi. inuest. vnde sciens feudum de bonis communibus, videtur in vtrunque dominus consensisse. elegans glos. in d. c. j. de benefic. fratr. si vero frater emisset feudum ex communibus bonis, sed tamen nomine proprio etiam sciente domino bona esse communia, & indiuisa, tali casu frater non succederet fratri, quamuis fructus feudi insimul essēt communes, & lucrifacerent, si modo simul habitarent, vt in d. ca. i. de frat. de no. benefi. inue. licet glo. in d. c. j. de benefi. frat. quam sequuntur ibi Bal. & Prepo. & Zasius in d. 8. par. nu. 25. voluerint etiam si simul non habitauerint, fructus cōes, tamen Alua. putauit semper requiri, vt simul habitēt, allegat aliam gl. in c. j. §. j. ibi, nominatim, de his, qui feu. dare possunt. Ego tenerem in hoc casu requiri simultaneam habitationem, prout videtur de hoc tex. in d. c. i. de fratribus de nouo beneficio inuest. in verbis, & simul habitauerint, & est textus in d. c. j. etiam illis in verbis, si insimul steterint, in tit. de benefi. fratris.

13 Tertiò fallit, si †communibus armis, & equis fratrum, fuerit feudum acquisitum, dum fratres ipsi in hostem cum domino pergentes illud in bello quæsiuissent, vt habetur in d. cap. j. de benefic. fratr. ibi, vel vtriusque nomine. & in c. j. §. & quia vidimus. & in versicu. cum vero, ibi Præpositus, in 21. colum. ver sic. ex prædictis collige, de his qui feudum dare possunt, & in c. j. & 2. de fratrib. de nouo beneficio inuestit. Aluar. in d. c. 1. de beneficio fratr. in 1. column. de quo late scribit Marianus Socinus consi. 73. nume. 20. & sequen. vol. i. vbi de intellectu legis primę. C. si socius Imperalis liberal. Zasius in par. 8. nume. 26. cum sequen.

14 Quarto fallit, quando † vnus fratrū domino sciente emat feudum nomine suo, & fratris, non dico de cōmuni pecunia, vt differat hæc limitatio a præcedenti, tunc enim similiter in hoc feudo frater succederet, argum. l. si patruus. C. communia vtr. iudi. l. ex ea. C. de rei ven. scribit And. in c. i. de benefi. fra.

15 Quintò limitatur, si feudum †nouum fuisset datum duob. fratribus, illudque esset indiuisibile, & prout sunt omnia feuda in Regno, vt dicemus in titu. de feudo indiuisibili, eo enim casu frater fratri succederet in sua parte, sed teneretur domino ad æstimationem ipsius mediæ partis, vt tradunt Doctores præsertim Aluarot. post gloss. in d. c. j. de fratribus de nouo beneficio inuest. Zasius in dicta parte 8. cum tali tamen declaratione hoc intelligere debemus, si dominus simpliciter feudum concessisset contemplatione vnius, magis quam alterius, nam si hoc fecisset, isque cuius contemplatione feudum datum fuisset, obiisset, tunc dominus posset vendicare feudum restituendo fratri æstimationem mediæ partis, & regula illa quæ habet maius trahere ad se minus, de qua in l. sancimus. §. ne autem. C. de donationibus. qua omnia post Andream & Iaco. de Bello viso secuti sunt Aluar. Mar. de Laude, & Prepos. in d. c. j. de fratri. de nouo benen. iuestitis.

16 Sexto limitatur non procedere, quando †feudum esset concessum duobus fratribus insolidum, tunc etenim vno decedēte sine filiis, alter succedet excluso domino, per ius non descendendi, vt inquit Bald. in c. i. de succes. feu. argumen. l. creditor. §. duobus. ff. mandati. Aret. cons. 164. refert Zasius in d. par 8. nu. 27. vbi tam prædictas limitationes, quam alia in hac materia notabilia discurrit.

17 Nō omitto pro † intelligentia capituli Neapolitani, quod incipit, item se supplica. fol. 120. & alterius, fol. 139. per quæ dispositum est, vt si moritur is qui acquisiuit feudum nouū, eidemque successit eius filius primogenitus, si dictus filius moriatur relicto filio, qui similiter successit, demumque decesserit sine filijs, tali casu patruus eidem succedet, & idem amita prouisum fuit, vnde aduertentum videtur, dicta capitula nihil noui vltra dispositionē iuris communis feudorum induxisse: nam si primus acquisiuit feudum pro se & hæredibus ex corpore descendentibus, & reliquit duos filios, primogenitusque successerit, & eidem eius filius, eidemque nepos acquirentis feudum, qui nepos si demum sine liberis decesserit, eidem succedet eius patruus, & sic filius secundogenitus primi acquirentis: vnde quis dubitabit etiam circumscripta dictorum capitulorum dispositione, attentoque duntaxat communi iure feudorū, patruum succedere nepoti in feudo antiquo, quod sic appellabitur in hoc casu, respectu vltimi decedentis, cum patruus ipse a primo acquirēte descendat, dicaturque hæres ipsius, hocque erat dispositum prædicto communi iure feudorum. Propterea considerandum est, superuacaneam videri dispositionem prædictorum capitulorum, nisi dicamus, quod licet patruus in feudis antiquis etiam per cō suetudinem feudorum succederet, tamen per regni constitutionem, vt de successionibus, videbatur restricta dispositio ipsius iuris feudorum, si quidem dicta constitutio non enumerat gradus successionum, sed personas succedentium, & quia ibi non nominantur nec patruus, nec amita, ergo videbātur, excluſi, sed hoc meo iudicio non est tutum dicere, si quidem prædicta constitutio enumerando gradus, cēsetur etiam enumerare personas, quæ in tertio gradu reperiuntur, vt sunt prędicti patruus, & amita. §. 3. gradu, instit. de gradibus cognatio. l. iurisconsultus. §. 2. gradu. ff. de gradib. latissime per Loffr. in c. si qs miles. Imperator Loth. Ideo melius est dicere, dubium fuisse propter verba concessionis pro hæredibus ex corpore descendentibus, nam mortuo primogenito si eidem successit suus filius, qui similem inuestituram obtinuit p te, suisq; hæredib. ex corpore descendentibus, eo defuncto sine liberis ex corpore, videbatur ex defectu successoris legitimi feudum ad dominum reuerti debere, cuius contrarium statutum est ex p̄dictis capitulis, vt imo tunc patruus, siue amita. cum sint hęredes ex corpore primi acquirentis, succedere debeant.

Quæro an circumscripta dispositione prędictorum capitu.

18 Neapolitanis † concessorum, patruus succedat nepoti, & nepos patruo, si loquimur de feudo nouo? nō est dubium quod de iure communi feudorum non succedit, ex iis quæ supra diximus de fratre, vnde idem dicendū est de nepote & patruo, si autem quærimus de feudo antiquo, dicēdum est quod sic, vt inquit Andr. in c. 1. versi. filius fratris, Imperator Lotharius, Pernus consi. 21. Aflit. in const. vt de successionibus, & locuti sumus de hoc in tit. de feu. ex pacto & prouidentia antiquo, sed si de iure regni loquimur, tunc per constitutionem, vt de successionibus, etiam in feudo nouo, quando inuestitura nō dicit pro hæredibus ex corpore, & si frater fratri succedat tñ non existente fratre dubium est, an nepos succedat, in quo ego dicerem quod non, ponderando uerba ipsius constōnis, ibi, in acquisitis autem.

19 Quæro, feudatario † defuncto sine liberis, quis preferatur in successione nepos ex fratre, vel patruus ipsius defuncti? Dic quod nepos præfertur, quia subingrediendo personā patris sui, erit in 2. gradu: sed patruus qui non poterit vti huiusmodi priuilegio subingressionis, remanebit in 4. gradu, vt inquit Andreas, & post eum Bal. cæterique sequuntur in d. c. 1. Imperator Lotharius. & in c. 1. §. penul. de his, qui feudum dare possunt. And. in c. 1. 2. col. & ibi Prepositus, in versi. quæro, de natura successionis feudi. Cur. in 3. par. num. 59. versi. nonò profecto. Grammaticus deci. 3. Loffr. in d. c. Imperator Lotharius. vbi quid iuris sit de consuetudine feudorum, constitutionisque regni, ac capitulorum Neapolitanorū tractat, & nos aliqua in titulo de feudo fęminico, dum tractauimus de amita succedente nepoti, scripsimus.

20 Quero, an †frater vterinus tñ succedat in feudo? Dic q̄ nō, qa cognatorū linea a feudaliū successione repellit cōi iure feudorū, vt alias diximus in ti. de feu. fęm. ex his q̄ scribit Cur. in 3. par. nu. 55. ver. v. Afflic. in c. i. §. & quia. nu 7. de his q feuda. post Decius cōs. 444. nu. 7. Ang. cōs. 110. Sāctissima Regina.

Quæro

Source : BIU Cujas

Quæro, quid ſi aliquis recepit feudum pro ſe & fratre ſuo,
21 an ſuccedat † filius ipſius fratris? Dicendū eſt q̄ nō, vt inquit Cur. in d.3. par. quæſt. 7. num. 57. vbi poſt Bal. in ca. quæ in Eccleſiarum, de conſt. num. 40. hoc concludit, Balduſque ibi loquitur de cōceſſione feudi facta Titio & fratribus ſuis, vt nō vocetur in hac cōceſſione filius fratris, ſed ſolum omnes fratres, totaque linea tranſuerſalis.

22 Quæro, quid ſi eſt † conceſſum fratri, & eius hæredibus, non adiecta clauſula, ex corpore deſcendentibus; quo caſu vt ſupra concluſimus frater ſuccedit, qui frater poſtquam ſucceſſit ſine filiis mortuus eſt, an ſuccedat alter frater terti⁹? & dicendum eſt quod ſic, vt ſcribit Marinus in quæſt. 14. lib. 2. fol. 147. vbi allegat contrarium tenere Afflict. in conſtitution. Regni, vt de ſucceſſionibus, nume. 13. Mihi placet opinio Marini, quando non viuitur iure Francorum, & in perſona huius vltimi fratris morientis fuit facta inueſtitura pro ſe, & hæredibus non expreſſo ex corpore, quo caſu per Conſtitutionem regni, vt de ſucceſſionibus, venit frater ad ſucceſſionem, & ſecundum me etiam veniret ſi in conceſſione fuiſſet dictum, feudum concedi Titio & hæredibus, ita vt viuatur more Francorum. Et in omnibus caſibus in quibus per dictam cōſtitutionem, frater ſuccedit fratri in feudo nouo, & in omnibus ſimiliter & ſoror ſuccedet, vt per Marinum in d. lib. 2. quæſt. 12. fol. 138. quod non colligo ex d. cōſt. vt de ſucceſſ.

23 Quæro, an feudum † cōceſſum Sacerdoti, ſeu clerico, pro ſe, & hæredibus, operetur vt frater Sacerdotis ſuccedat? Dicamus quod ſic, quia non poteſt illa dictio, hæredibus, intelligi de liberis, ideo intelligitur de fratre, ut diximus in titulo de feudo hæreditario antiquo, fol. 119. & ſcribit Paris, de feud. an ſi conceſſio, fol. 79. vbi determinat fratrem ſuccedere, quia non fuit expreſſum initio conceſſionis, de liberis ex corpore. nam tunc dominus, non autem frater ſuccederet, ſed fuit dictum de hæredibus qui fratrem comprehendunt.

Quæro, poſtquam hic tractauimus de ſucceſſione fratris, q
24 † collateralis dicitur, vſque ad quē gradum de iure communi feudorum prorogata ſit ſucceſſio collateralium in feudis antiquis? Hæc quæſtio fuit alias per nos formata, & deciſa in titulo de feudo antiquo ex pacto & prouidentia, fol. 20. & ibi diſtinximus, vt ſi feudum primo acquirente feciſſet trā ſitum ad deſcendentes, & demum ad collaterales vſque in infinitum ſuccederent: ſin autem ex pacto, vel alio modo a primordio feudum ad collateralem deueniſſet, tunc vſq; ad ſeptimum gradum ſe extenderet ſucceſſio, ex his quæ ibi cumulauimus, & vltra prædicta, hoc voluit Curtius in par. 3. nume. 48. Zaſius par. 8. num. 34. Iacob. in verbo, præſentes, num. 5. Are. conſi. 164. Præpoſi. & Aluarot. in cap. j. §. hoc quoque, de ſucceſſ. feu. Pariſius, conſi. 23. volu. 1. Hodie autem hoc ſublatum eſt, nam vſque ad tertium gradum arctata eſt ſucceſſio collateralium per conſti. vt de ſucceſſ. declarat ita An. in cap. j. §. præterea. colum. fin. ad finem, quæ fuit prima cauſ. benef. amit. ſed hoc, in feudis quaternatis procedere, non autem ī planis & de tabula, firmat Marinus in differen. pri. feu. quatern. fol. 239. de quo in ti. de feu. quater. ſcribemus. An au
27 tem tunc † dictio, vſque, eſſet incluſiue, vel excluſiue, tractat Cur. pleniſſime in 3. par. nu. 50. qui ꝙ Andream in c. j. §. hoc quoque, nu. 22. multa adducit, firmans incluſiue ſtare.

DE FEVDO IVRIS FRANcorum.

SVMMARIVM.

1 *Loci, in quibus Iſernia meminit feudi Iuris Francorum.*
2 *Doctores, qui de feudo Iuris Francorum ſcripſerunt, nominantur.*
3 *Feudum iuris Francorum, quod dicatur, & quando.*
4 *Iuris Francorum feudum deſcendit a Regno Franciæ.*
5 *Iuris Francorum feudum, in quo differat a feudo iuris Longobardorum, ponitur remiſſiue tamen.*
6 *Galliæ conſuetudo extat, vt bona feudalia libere vendantur, & idē in Regno Siciliæ vltra.*
7 *Ius Francorum eſt ius ſpeciale in regno noſtro.*
8 *Francorum more, q̄ in aliquo loco viuatur, qualiter probetur.*
9 *Conſuetudo, vt primogenitus præferatur ceteris fratribus in ſucceſſione feudi, valida eſt.*
10 *Feudum conceſſum alicui, & ſuis hæredibus ex corpore ita vt viuatur more Francorum, erit mixtum.*
11 *Feudum conceſſum Titio ſimpliciter ita vt viuatur more Francorū erit ex pacto & prouidentia.*
12 *Feudum conceſſum Titio ſimpliciter ita, vt viuatur more Francorū hodie in regno noſtro poteſt dici mixtum.*
13 *Feudum conceſſum Titio, eiuſque primogenitis, eſt ex pacto & prouidentia.*
14 *Conceſſio feudi facta Titio, & eius deſcendenitbus differt a conceſſione facta Titio, & eius primogenitis.*
15 *Pater poteſt cum aſſenſu Regis alienare feudum iuris Francorum in prę iudicium primogeniti.*
16 *Pater non poteſt ſine aſſenſu in teſtamento grauare primogenitū ſi de feudo ſoluat aliquid Eccleſiæ vel pauperibus.*
17 *Pater poteſt mediante Regis aſſenſu donare feudum iuris Francorū filiis naſcituris ex primogenito.*
18 *Feudum conceſſum alicui, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuū ita, vt in eo viuatur iure Francorum, an tranſeat ad quoſcunque hæredes, vel ſolum ad filios.*

TITVLVS XIII.

1 HOc feudum † iuris Francorū, vel vt alii tradunt, ſecundum morem Francorum, ſatis cognitum fuit apud Andream, qui de eo ſcripſit in ſubſcriptis locis, in c. j. verſic. aut nupta filio, nu. 14. quib. mod. feu. amitt. & in §. item ſi fuerint, num. 14. in prin. eod. titu. & in c. i. in prin. & in §. & olim. num. 8. de ſucceſſ. feu. & in c. j. verſi. filius fratris, num. 2. & nume. 5. Imperator Lothar. & in c. i. ſancimus, nu. 50. quo tempore miles. & in c. j. verſ. his vero. de gradi. ſucceſ. in feud. & in c. j. nu. 2. de eo qui ſibi, vel hæredi. ſuis, & in c. prēterea ſi vaſallus ¶ numer. 12. quæ fuit prima cau. benefi. amit. & num. 16. ibi moderni, in c. omnes filii, nu. 2. ibi, niſi lex & pacto dati feudi, ſi de feud. defunct. fuer. contro. & in verſic. ſi ergo dominus, nume. 5. eod. tit. & in c. 1. col. 3. in additio. de nat. ſucceſſi. feud. vbi loquitur de ſorore, quæ
2 viuit † iure Francorum, num. 18. & in ca. Imperialem. §. prætrea ducatus. in princ. num. 2. de prohib. feud. alien. per Fed. vbi locutus eſt And. de feudo quod datur primogenitis, inquiens illud non haberi a patre, ſed a lege, vt in num. 36. Et vltra Andr. ante ipſum de huiuſmodi feudo ſcripſit Iaco. de Bello viſo in prēlu. feu. diuiſione 10. vbi notat in Regno Franciæ, Sicilię, & Angliæ ſeruari, vt primogenitus ſuccedat in feudo, & ſimiliter Guilielmus de Perno, in conſi. 1. colum. 3. ibi, niſi ſpeciali ter cautum ſit. & in conſi. 4. colum. 3. ibi, veruntamen in Regno iſto. & colum. 4. ibi, ſecundum alterum intellectum, & colum. 5. & in conſi. 6. colum. 3. ſatiſque notabiliter in conſil. 71. colum. in princip. & in conſil. 111. in princip. 1. colum. & 2. & in conſi. 12. in 6. col. in prin. & in x. in verſ. quinimo Andreas, & in conſi. 22. in prin. Nec non Aluarotus in x. diuiſione prēludiorum. Iacobinus in verbo, in feudum, 12. diuiſione, & facit tex. in ca. licet, in fi. extra de voto. illis in verbis, & Regnū ipſum ad minorem fratrem tuum, quem textum notat Aretinus conſi. 162. & fit mentio in conſtitu. vt de ſucceſſionibus, ibi, ſpecialiter more Francorum, nec text. in cap. j. §. & quia vidimus, illis in verbis, in quem ſcilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare, probat feudum tranſire ad primogenitum, quia dominus potuiſſet eligere etiam ſecundum, vel tertium, quem vellet.

3 Hoc feudum † iuris Francorum, ſiue ſecundum formam iuris Francorum, tunc dicitur ſecundum traditionem prædictorum Doct. & aliorum, quos enumerare ſuperuacaneum duxi: quando conceditur alicui, ita vt in ipſo feudo primogenitus ſuccedat, & præferatur iuniori, & maſculus fœminæ, vt dicitur in d. conſtitutione, vt de ſucceſſ. & in d. cap. licet, de vo 10. Et huiuſmodi prærogatiuam, vt primogenitus præferatur ſecundogenito, operatur clauſula, ſiue forma iuris Francorū: ſiquidem quādo in conceſſione dicitur concedi feudum ſm ius, & morem Frācorum, vel vt in eo ſuccedatur ſecundum morem Francorum, appellabitur feudum iuris Francorum, quia viuere Francorum iure, idem importat, quod dicere, vt primogenitus ſuccedat, tradit And. in ſupradictis locis, & prę ſertim in capit. Imperialem, §. prætrea ducatus. nume. 35. in princip. de prohib. feud. alien. per Feder. notat Decius conſi. 445. num. 8. cum ſeq. Afflict. deciſio. 119. num. 2. cum cęteris per nos plenius allegandis in tit. de feu. quod tranſit ad primogenitum tantum.

4 Et hoc † ius Francorum deſcendit a Regno Franciæ, nam antiquiſſima conſuetudine introductum fuit, vt primogenitus tantum ſuccedat, quod & in Anglia, etiam obſeruatur, vt inquit Iacob. de Bello viſo, in præallegata decima diuiſione, in procemio feudorum, And. Tiraquel. pleniſſime in tracta. primogenitur̄. in prin. poſt Ioannem Licerium ſimiliter ī eodem tract. 4. quæſt. lib. 2. Quibus in locis infinita de hac re congerunt, & ideo quia a Francia, ciuſque regno, hæc conſuetudo deſcendit, non mirum ſi feudum iuris Francorum merito
5 appellatur. Ex q̄uo infertur ad differentiam feudi † iuris Frācorum, & feudi iuris Lōgobardorum, de quo inferius ſuo titulo tractabimus, quia hoc iure Francorū, ſolus primogenit⁹ vocatur, illo autem iure Longobardorum omnes filij æqua

Source : BIU Cujas

liter,ſeruata iuris feudorum diſpoſitione,de qua in cap.j.de ſucce.feu.& in c.omnes filii,ſi de feu.defun. fuer. con'. ca.j.§. & quia vidimus.de his qui feu. da. poſſ.cum aliis per Loffredum cumulatis, conſ. 1.nu.99.& ſeq, & num.151.vbi multas differentias inter hoc feudū,& feudū iuris Longobardorum
6 aduertit,& ſimiliter † in Francia nedum prædicta viget conſuetudo,ſed ēt ꝙ bona feudalia libere vendātur,etiam extraneis,vt inquit Ioannes Fab.in §.itē Seruiana.nu.30. de actio. & in §.j.Inſt.de empt.& vend.& in §.fi.de legi. patrono.tute. num.2.& in rubrica de rerum diuiſ.num. 3. Dec. conſi.208. num.9.& xi.Bal.conſi.185.lib.j.arg.c.vaſalli,in verbo,libellariæ,de pace Conſtan. & in Regno Siciliæ vltra ſimiliter feuda ſunt alienabilia ſine aſſenſu,dummodo in parem fiat alienatio, per capitulum, volentes, dicti Regni Siciliæ, niſi tenor inueſtituræ repugnet, feuda etenim in Galliam redacta ſunt ad inſtar bonorum patrimonialium. Guido Papa deciſione 297.& 59. & talis conſuetudo,vt libere abſque domini aſſenſu diſtrahantur,valet,vt etiam vltra præallegatos Doc. voluit Iac.de Bello viſo, in ca.j.ver.porro.in verbo,quæritur, qualiter olim poter.feu.alien.

In regno noſtro,in dubio viuitur iure Francorum,vt dicit And.in d.§.præterea ducatus.nu.40.verſi.hoc non eſt promptū,& hoc quando conceſſio eſt facta ſecundum conſuetudinem regni,vt inquit Lucas de Pen.in l.j.C.de imponen.lucra.deſcrip.col.4.Et Neapoli,& Auerſæ,ſimiliter viuitur iure Frācorum, ſecundum Andream ī conſtitutione puritatem,
7 quod ius †Francorum eſt ſpeciale,& quodammodo peculiare vocabulum in hoc regno,vt tradit Iacobinus,ī verbo, in feudū,duodecima diuiſione, & ideo quia ſpeciale ius eſt, allegans illud probare debet,prout ſcribit Andreas in d. §.præterea ducatus.nu.37.probaturque in dicta cōſtitutione, vt de ſucceſſionibus.ibi, ſpecialiter iure Francorum. Pernus conſi. j.col.2.ibi niſi ſpecialiter cautum ſit, Afflictus deciſione 148. num.3.Camer.in c.Imperialem,fol.108.in prin.litera, P.vbi tradit modum probandi quomodo viuatur iure Francorū, putà,quia ita datum eſſet feudum, vt primogenitus ſuccederet,vt videmus quotidie in priuilegiis bonorum feudalium hoc apponi,ſexus & ætatis prærogatiua ſeruata,vel quod alii qui de tali domo ſint in quaſi poſſeſſione ſic viuendi. vel qđ inter prædeceſſores litigatum fuerit ſuper ſimili qōne,fueritque iudicatum pro primogenito. Vel quod illi de domo ſic
8 viuere debent,vel in decem annis bis ad minus pronunciatū fuerit, quod iure Frācorum viuatur. Vel ꝙ ille a quo causā aliquis prætendit,tenuit feudū per annos triginta ſolus,tanꝙ primogenitus ſciente & patiente alio fratre ſecūdogenito, prout ex And.in d.§.præterea ducatus,colligitur,nec ſufficeret probare vicinas terras, & dominos ipſarum viuere more Frācorum, vt ſcribit idem And.in loco ſuperius allegato,& in conſtitutione,puritatem,j.col.

9 Cōſuetudo hæc,vt †primogenitus præferatur aliis fratrib. ſm ius Francorum,valida eſt,vt inquit Bal.in c.mulier, ſi de feu.defun.fuer.contr.vbi dicit Alua.ꝙ quāuis prædicta cōſuetudo dura videatur, attamen ſeruatur in loco ī quo viget, & pro hoc facit,quia conſuetudo quod feuda regalia quæ indiuidua ſunt diuidantur, valet,vt dicunt Bal.& Alua.in d. §. p̄terea ducatus,col.j.Hoſtien.& Cardinalis, in c.licet.de voto. Old.conſi.137.in fi.arg.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.com.prædio. & c.fi.de conſu.firmat Ioannes An. in rubrica, extra de feu. ver. non omittam.ſed de hoc dicemus in tit.de feu. indiuiſibili,qui erit locus congruus.Et ex hoc infertur,quod ſi valet conſuetudo prædicta, vt primogenitus ſuccedat, poteſt vna familia talem conſuetudinem inducere, vt dicit Speculator de inſtrumen.edi. §.compendioſe,ver.ſed nunquid, quem ſequuntur Ang.& Imola,ī l.3. ff.de teſt.Iaſon in l.oēs popli,x. col.ver.an autē.nu.42.ff. de iuſ.& iu.Cur.in 3.par.prin.nu.xi.

Quæro quid ſi ſit conceſſum feudum Titio, & eius hæredibus ex corpore deſcendētibus, ita vt maior natu præferatur minori, & maſculus fœminæ, prout ſunt hodie communes formulæ inueſtiturarum in regno,ſicut alibi diximus, ꝙ †feu
10 dum ita conceſſum dī ſm ius Francorum, an cenſeatur ex pacto & prouidētia,vel hæreditarium? Hæc qō fuit alias per nos formata in titulo de feu.hæreditario,vbi concluſimus eſſe feudum mixtum, ſecundum Afflict.in c.j. §.hoc quoque, in 4.col.de ſucceſ.feu.& in c.i.§.hoc autem notandum,de his qui feu.da.poſ.& in prælu.feu.in 4.q.nam quia fuit dictum in cōceſ.pro hæredib.erit hr̄ditariū;& quia fuit dictum, ex corpore deſcendentib.quod idem eſt ac ſi fuiſſet dictum, pro liberis,cū pacto vt maior natu minori, & maſculus fœminæ p̄ferat,iudicabit ex pacto & prouid ſm An.in c.oēs filii,ſi de feu.defun.fuer.cont.& in c.j.§.præterea ducatus,& nos latius diximus in ti.de feu.mixto,& hoc ſecundum iuris Regni noſtri diſpoſitionem,quid autem communi feudorum iura ſtatutum fuerit,in d.tit.de feu.hære.expreſſimus.nu.30.

Secundo quæro,quid ſi fuit dictum in conceſſione, conce-
11 do feudum † Titio,ita vt viuaī more,& iure Frācorū,an tūc cēſeatur ex pacto & prouidentia,vel hr̄ditarium, vel mixtū? Et hæc qē differt a præcedenti in hoc,quia ibi fuerunt oīa expreſſa in conceſſione,hoc eſt,conceſſa fuit Titio,& heredib. ex corpore deſcendentib.ita vt maior natu præferatur minori.Sed in hac nihil fuit expreſſum, ſed ſolum fuit dictum, vt viuatur more & iure Frācorum,vnde And. in c.j.§.hoc quoque,in 2.col.de ſucce.feu.nu.8.vī ſentire,ꝙ ſit feudum ex pacto & prouidentia,nam vocatur primogenitus ex prouidentia legis, hoc eſt,conſtitutionis Regni, vt de ſucceſ.in verbo, maioris ætatis,& lex viua,hoc eſt dominus cōcedens, & lex mortua,hoc eſt ipſa conſtitutio Regni,æquiparantur.l.j.ibi. cum.n.C.communia,de leg.l.fi.C.de reb.alie.l.fi.C.de fideiuſſo.quaſi velit arguere And. idem eſſe feudum fuiſſe cōceſſū Titio,& eius primogenitis, quo caſu per expreſſionem hoīs diceretur feudum ex pacto & prouidentia,& in conceſſione ita vt viuatur iure Francorum,cum tali caſu per ipſam conſtitutionem,ſimiliter vocetur primogenitus, ſed quia nō ita indiſtincte ego teneo æquiparari has conceſſiones, hoc eſt, feudum concēdi Titio,ita vt viuatur iure Francorum, & cōcedi Titio,& eius primogenitis,prout inferius dicam,ideo in formata qōne putarem,prout dixi in ti.de feu.mixto, hodie
12 in Regno eſſe †feudum mixtum,qñ in conceſſione fuit dictū feudum concedi Titio, ita vt viuatur iure Francorum, nam hoc feudū quatenus eſt dictū vt viuatur iure Francorum,cēſetur ex pacto & prouid.vt inquit Pernus conſi.4.col. 4.verſ. ſm alterum intellectum. & quatenus ſuccedens dēt eſſe hæres,vt diximus alibi,hr̄ditarium erit.Nec dicas in hoc me varium,dum in ti.j.nu.58.fol. xii. loquens de conceſſione facta Titio ſimpliciter,concluſi de iure cōi feudorum,huiuſmodi inueſtituram cauſare feudum ex pacto & prouidentia proprium, nunc vero tenere volo, feudum mixtum importare,nam ibi non fuerat expreſſum,vt viuatur more Francorū prout hic. Præterea etiam ibi dixi eſſe feudum mixtum ſm ius Regni,ſolitaſque conceſſiones hodierni temporis, ꝓpter c.conſiderantes.Concederem tamen iure communi feudorum, hoc feudum ex pacto & prouid.dici poſſe, cum in ſtrictiſſima forma ſit datum,ſecundum Pernum in d. cōſi.4. & And.in d.§.hoc quoque.

28 Quæro,quid ſi† vaſallus iurauit fidelitatem domino ſuo, & demum commiſit delictum, per quod feudo erat priuandus, & dominus remiſit ei delictum, iterumque inueſtiuit ipſum de feudo prædicto,an hoc caſu ipſe vaſallus tenea tur iterum præſtare hoc iuramentum fidelitatis ipſi domino? Dic quod ſic,vt dicit Ioannes Blan.in d.ti.de iura.fidel.in vltima colu.ratio eſſe poteſt, quia cenſetur noua conceſſio, ideo nouum requiritur iuramentum.

29 Quæro,quid ſi† vaſallus ꝓſſideat diuerſa feuda, in diuerſis locis,an debeat præſtare diuerſa iuramẽta fidelitatis? Dic quod ſic,vt tradit Franciſ.de Are.conſilio 150.nu.2.incipiente,reſpondeo breuiter.

30 Quæro,an hoc † iuramentum fidelitatis debeat præſtari

per

per vaſallum, domino habenti iuriſdictionem criminalem tantum? Videbatur quod non, quia habens iuriſdictionem criminalem non cenſetur verus dominus, & hoc iuramentum præſtatur dominis, vt in conſtitutione, domini a vaſallis. tamen Marinus in 4. authoritate, folio 194. num. 14. videtur concludere quod ſic, eo modo & forma, prout ipſe ponit, quamuis non ſit verus dominus ille, qui iuriſdictionem criminalem ſolum habet, ſed habens ciuilem, vt dicit idem Marinus ibi, & in 2. auct. fol. 170. nu. 20.

31 Quæro, an huiuſmodi † iuramentum fidelitatis debeat prę ſtari domino bannito, ſeu exuli? Dic vt per Syluanum de re cogni. feu. quæſt. 70. vbi ex multis firmat quod non.

32 Quæro, an † Imperator poſtquam eſt factus Imperator, teneatur iurare fidelitatem Papæ? Dic quod ſic, quemadmodum & reges iurant, vt eſt textus in clementina vnica, de iureiurando.

33 Quæro, an † emptor, vel donatarius. de feudo empto, vel donato, teneantur iurare fidelitatem domino? Dic quod nō, vt ſcribit Andreas in c. primo, §. ſi minori, in fine. ſi de feu. de funct. fuerit contro. hoc autem intelligo reſpectu releuii, vt illud ſoluere non teneantur, vt alias diximus in titulo ſecundo. etſi Andr. etiam in iuramento fidelitatis hoc procedere dicat, ibi nume. 2.

34 Quæro, an † iuramentum fidelitatis, quod fuit prę ſtitum in feudo rei mobilis teneat? Dic quod non, vt tradit Zaſius in tit. que res in feudum dari poſſunt, num. 22. fol. 5. ſed hoc quod feudum poſſit conſiſtere in rebus mobilibus, ex quo videtur contra textum in c. j. de feu. cogni. qualiter procedat, dicam in titulo de feudo incorporali.

35 Non omitto in hac materia † iuramenti fidelitatis, pro cō plemento ipſius, quod tria in eo notanda ſunt. Primum, ꝙ in ipſo non requiritur ſcriptum: Secundum, quod eo ipſo ꝙ aliquis eſt vaſallus alicuius domini, prę ſumptio eſt ꝙ prę ſtiterit hoc iuramentum fidelitatis.

36 Tertio, quod domino † reluctante, non admittitur procurator ad illud prę ſtandum, vt ſupra dixi, in quę ſtione tertia, ex And. & aliorum ſcrip. in c. ſancimus, quo tempore miles. Et hæc omnia ponuntur per Martinum in d. authori. nume. 11. fol. 195. Et inſuper vaſallus, qui iurauit domino fidelitatem, tenetur ei auxiliari in illis ſex caſibus, de quibus in c. j. de forma fidelitatis, & noua forma fidelitatis, vt ſupra diximus, vt dicit Iacob. de Ardizo in ſumma. qualiter vaſal. iur. debe. domi. fideli. col. vi. circa medium, qui examinat omnes dictos ſex caſus; & ſimiliter præſtans hoc iuramentum tenetur etiam ad ſeruitia perſonalia domino ſuo, quod qualiter procedat, & an teneatur ſeruire in bello extra regnum, vel non, quomodo, tradit And. in c. primo, §. ſed nec alia iuſtior. quæ fuit prima cauſa. colum. 4. & 5. per tex. in d. c. primo, hic finitur lex. Bal. & cęteri. in c. primo. §. fi. de capita, qui cur. vendi. Oldra. conſi. 234. Iaſon in 8. diui. in vſibus feudorum, latiſſime Camerar. in c. Imperialem. in litera N. cum ſequen. fol. 35. vbi dicit ſeruari, quod nedum in regno, ſed extra regnū, Barones debent prę ſtare ſeruitium, quando bellum eſt pro regno. Dic vt ibi per eum, & habetur de hoc in §. firmiter. di ctæ l. imperialem, vbi Capy. & cæteri.

37 Et ſimiliter † Baro poteſt exigere hoc iuramentum aſſecurationis ſiue fidelitatis a ſuis vaſallis, Andr. in c. primo, qualiter vaſalli iurare deb. fideli. & in conſti. regni, domini a vaſallis. Et qualiter iurabunt dicti vaſalli baroni, & de forma talis iuramenti meminit pulchre Marinus, in dicto titu. de ſub feu. in quarta autho. vbi etiam dicit, tale iuramentum non poſſe recipi ſine licentia Regis: alias eſſet pœna priuationis feudi, & publicationis bonorum, vt in conſtitu. Comite vel barone. And. in dicto c. ſi minori, ſi de feu. fuerit contro. Et quibus caſibus baro exigat hoc iuramentum, traditur ibidē per Marinum, quem videas, quia pulchra notanda in practica ponit. Et ſcias quod multæ ſunt cauſæ, quæ excuſant vaſallum a prę ſtandis ſeruitiis domino, vt per Iacobin. in verbo, promiſerunt eidem domino, numero 34.

Eſſet tractanda hic materia iuramenti feudi Ligii, & Homagii: ſed quia venit pleniſſime tractanda in titu. de feudo Ligio, ideo ibi reſeruo dicendum.

DE FEUDO SINE FIdelitate.

SVMMARIVM.

1 Feudum ſine fidelitate reperitur, & quod ſit.
2 Feudi ſine fidelitate, qui meminerunt.
3 Feudum a fœdere denominatur.
4 Feudum ſine fidelitate dicitur feudum, ſine iuramento fidelitatis.
5 Iuramentum fidelitatis poteſt remitti, non autem ipſa fidelitas.
6 Feudum ſine fidelitate quando dicatur, nouiter conſideratum.
7 Iuramento fidelitatis remiſſo, an vaſallus teneatur ad contenta in iuramento ipſius.
8 Pacta contra ſententiam rei non admittuntur.
9 Iuramentum fidelitatis an prę ſtetur in feudo modico.
10 Iuramentum fidelitatis non eſt præſtandum, quando eſt queſtio inter vaſallum & dominum in feudo.
11 Pactum an valeat, vt vaſallus non cadat a feudo propter feloniam commiſſam in dominum.
12 Banno vel hęreſi domini durante, fidelitas ſuſpenditur, nec incotum tollitur.

TITVLVS XVI.

1 QVia reperitur Et feudum ſine fidelitate, quod mirandum videtur, cum feudum a fidelitate dictum ſit, & ſubſtantia ipſius in eadem fidelitate conſiſtat, vt ſatis in prędcedenti tit. oſtenſum fuit, ar. l. ſi quis ante. ff. de acqui. poſ. l. j. §. ſi quis ita. ff. de ver. ob. l. cum precario. ff. de preca. attamen, vt dixi ēt tale feudum inuenitur, ex dictis And. in c. j. §. fi. nu. 18. per quos fiat inueſt. illis in verbis deſinit fidelitas, ſi dñs excōmunicetur, vel bāniat. ſed clarius hmōi feudi memor fuit Iac. de Ardi. in ſum. rubricellæ, qualiter debent iurare vaſ. fide. col. ii. in fi. ibi, fidelitatā non iurāt

2 Qñ aūt dicatur † feudum ſine fidelitate, videamus: nam licet fidelitas ipſa ſit fundamentum feudi, vt diximus, & ꝓbat ex dictis And. in c. j. §. huius aūt generis. in quib. cau. feu. amit. & in c. j. §. item qui dñm. q̄ ſit pri. cau. be. am. p tex. in c. j. §. nulla. per quos fiat inueſ. cum aliis per nos alle. in d. ti. p̄ce. & voluit Za. in ti. de orig. feu. n. 2. fol. 3. vbi ēt dicit, feudum nedū nominari a fidelitate, verū ēt dicit, feudum nedum nominari a fidelitate, verum etiam a fœdere, alluſione vocabuli, cum ex certis fœderib. in forma fidelitatis vltro citroq; conſcriptis, conſtare poſſit: tñ quia aliqñ talis fidelitas, pōt per pactum remitti, intelligendo vt tali caſu non ipſa fidelitas, ſed potius ipſius fidelitatis iuramentum cenſeatur remiſſum, vt inquit tex. in d. §. nulla. & in c. j. §. eſt & alia. ad fi. quæ fuit pri. cau. be. amit. & in c. j. in prin. de cap. Corra. vbi per Andr. & alios, id

3 circo † feudum ſine fidelitate nuncupari poſſe quam plures arbitrati ſunt. Et de hoc feudo ſine iuramento fidelitatis, loquuti ſunt Ia. de Bel. in prælu. feu. col. ii. in princ. Alua. & Præpoſ. in præfatis præludiis, diui. 11. Zaſius in ti. de feu. degenerā tibus. nu. 34. fol. 165. Pernus conſi. v. in prin. colu. ii. ver. quinetiam. quod eſt mirandum, & in primis notabili. b. col. ii. ver. poteſt tñ concedi, & col. 9. ver item feudum. Paris. de reintegra. feu. c. pone ꝙ dñs, nu. 20. fol. 6. facit pro hoc, nam promiſſio, & promiſſionis exequutio differunt, ſecundum Bal. in l. j. ff. de pac. dum conſiderat, ꝙ qñ promittitur, dī eſſe iuramē tum: qñ vero realiter præſtatur, dī eſſe ipſius ꝓmiſſionis exequutio. vnde promiſſio & ſic † iuramentum poteſt remitti, non autem ipſius promiſſionis effectus, qui dicitur fidelitatis præſtatio, vt inferius explicabimus. Hocq; videtur probare tex. in c. veritatis, de iureiur. vbi abſolutus a promiſſione, non cenſetur abſolutus a præſtatione.

Ego autem præter prædictorum ſcribentium ſententiam,

6 conſiderabam poſſe dici † feudum ſine fidelitate, nedum qñ per pactum fuit iuramentum fidelitatis remiſſum, verum ēt quando conceſſo feudo per Regem alicui, captaque ipſius poſſeſſione, ſi illico ipſe Rex concedens fuerit hæreticus, ſiue excommunicatus, interim feudatarius, qui adhuc minime fidelitatem ipſi regi in excommunicatione, ſiue hęreſi permanenti, fidelitatem iurare, eidemq; eſſe fidelis, vt colligitur in tex. c. pen. in fi. hic finitur lex, & c. ad apoſtolicæ. de re iudica. lib. vi. & c. fi. de hæreti. & ſentit And. in d. c. j. §. fi. nume. 18. per quos fiat inueſt. vbi deſinere fidelitatem domino excommunicato, vel bannito tradit, ſi quidem interim nec erit fidelitati obnoxius, ſed ab ipſius ſacramento ſolutus vaſallus, & hoc modo feudum ſine fidelitate conſiderarem: quamuis vt prædiximus, quando remiſſum fuit ipſius fidelitatis ſacrm, a cæteris declaretur, & ſentit Loff. conſi. 11. nu. 31.

7 Sed quæro, quid ſi per pactum fuit † remiſſum iuramentū fidelitatis, an nihilominus cenſeat aſtrictus vaſallus ad oīa quæ continentur in iuro ipſius fidelitatis, de quibus in c. j. de noua for. fide. & in c. j. qualiter vaſal. iura. deb. fideli. cum aliis per nos allegatis, in prædcedenti titulo? Videtur dicendum, ꝙ ſic. Ratio eſt, quia fidelitas nunquam poteſt remitti, vt diximus, vt tradit And. in c. j. §. ſed nec eſt alia iuſtior, nu. 38. in fi. quę fuit pri. cau. be. amit. vbi dicit, ꝙ fidelitas ineſt feudo, nō autem ſeruitium. Za. in d. ti. de feu. degene. 12. conclu. numero 35. folio 165. quia † pacta contra ſubſtantiam rei non admittuntur. l. ſi quis ante. ff. de acquirenda poſſeſſione. l. j. §. ſi.

Source : BIU Cujas

quia ita.ff.de verbo.obliga.l.cum precario. ff. de pac.l.obligationem fere.§.placet.ff.de actio.& obliga. cum concor. & propterea iuramētū fidelitatis remitti poteſt, quia eſt qualitas non continens ipſam ſubſtantiā fidelitatis,& hāc opinionem tenet Camerar.in c.imperialem, in litera T.fol.35.de ꝓhib.feu.alie.per Fede vbi allegat tex.in c. veritatis,de iureiur. & ibi habetur, quod remiſſo iuramento fidelitatis Regi Siciliæ non cenſetur remiſſa ipſa fidelitatis præſtatio,allegat Pa. de Caſt.in conſi.301.colum.2.1. vol. Et quod ab initio poſſit concedi feudum,vt non pręſtetur pro eo ſacramentum fidelitatis,& tamen vaſallus teneatur eſſe fidelis domino,voluit Marinus in lib.ii.de ſubfeu.fol.295.nume 8. ad quem recurramus,quia ibi multa allegat And.in c.i. §.huius autem generis,ex quib.cau.feud.amit.Concludamus ergo, tunc dici feudum ſine fidelitate,quando per pactum fuit remiſſum iuramentum fidelitatis,talique caſu ſimiliter vaſallum debere eſſe fidelem domino,quamuis hoc non iurauerit, neque promiſerit.

8 Limitatur hoc non procedere,quando † feudum eſſe exiguum ſiue modicum reſpectu dantis & accipientis,quia nō eſt veriſimile dominum,vel vaſallum cogitaſſe de fidelitate, argu.l.ſocio.ff.de in integrum reſtit.Iaco. de Ardizo.in Summa,qualiter iura.deb.vaſall.fideli.in 3.colum.in princip. allegat tex.in §.de fidelitate,in c.extraordinariis.Paris,de feud.in ca.pone ꝓ tex.num.9. fol. 144. & nos diximus in titu.præcedenti,Afflict.in prælu.colum.7. num.42.vbi ponit ſeptem caſus,in quibus vaſallus non tenetur iurare domino fidelitatē, cæteros autem poſuit præfatus Iacob.de Ardizo.in d. tit.qualiter iura.debe.vaſallus fidelit.col.ij.& 3.quos ibi videbimus. ſed hoc hodie non tenerem,quia in omni feudo quaternato etiam modico eſt pręſtandum.

Secundo limitatur, quando eſſet quæſtio inter vaſallum, & dominum de feudo, dicente domino eſſe feudum, nam
10 debet interim † dominus inueſtire vaſallum, ſine dicto iuramento,ne aliquod periculum patiatur vaſallus propter inueſtituram non petitam,argu.l.ille a quo.§.ſi teſtamēto,ver. ſed quid ſi,ff.ad Trebel.tradit idem Iaco.de Ardizo.in loco ſuperius allegato, Afflict.in prælud.col.7.nu.42.

11 Quæro,an poſſit fieri per † pactum, quod vaſallus non cadat a feudo propter feloniam commiſſam? Dic quod non, vt tenet Claudius de Seyſel.in titu.de diff.feu.colum. x.verſic. ſecundo ergo, & ibi,quæ ſit fides,quotupliciter ſumatur. Et pro hac opinione faciunt ea quæ ſupra diximus,nam ſi non poteſt fieri per pactum,vt vaſallus non ſit fidelis & remittatur ipſa fidelitas,vt tradit etiam And.in §.huius autem generis,num.12.ex quibus cauſ.feu.amitt. ita & ſimiliter non pōt fieri per pactum,vt propter feloniam commiſſam non cadat a feudo,quia nihil aliud eſſet dicere, niſi vt vaſallus non ſit fidelis,& vt remittatur fidelitas, quod fieri non poteſt, vt diximus,& tradit Loffre.conſ.11.num.31. Si tu uelles tenere contrariam opinionem in vtroque caſu, qui ſecundū me videtur vnicus, hoc eſt quod poſſit fieri per pactum, vt ipſa fidelitas remittatur,& ſucceſſiue, quod poſſit etiam paciſci,vt propter feloniam commiſſam vaſallus non cadat a feudo, poſſes arguere, hoc modo,ex tex.in cap.ad Apoſtolicæ,de re iudica.in 6. & cap.fin.de hęre.& c.i.hic finitur lex,vbi iura abſolunt feudatarium a prætatione fidelitatis, durante hæreſi, vel banno directi domini, vnde arguendo a lege ad hominē poſſes dicere, quod quemadmodum lex remittit fidelitatem vaſallo in caſibus prædictis, ita per pactum ſimiliter poſſit remitti.Ego autem non recederem a vera opinione,vt nō poſſit fieri per pactum remiſſio dictę fidelitatis,nec ſimiliter,qđ vaſallus non cadat a feudo propter feloniam in dominum, vt ſupra fuit concluſum.Nec obſtant argumenta ſumpta ex dictis capitulis,ad Apoſtolicæ,& fi.quia non valet conſequētia,poteſt fieri per legem,ergo per pactum,ca. j. §. cum vero Corradus, de his qui feu.da poſſ.c.ij.de duob. fratrib.a Capi. inueſt.Multa enim conceduntur per pactum, quæ non conceduntur per legem, & è contrario,tradit Bal. in c. inter dilectos,colum.3.de fide inſtrument.& in conſi.7.in i.volum.vel ſecundo modo reſponde, quod iura ſuperius allegata,quę ꝓhibent domino bannito, vel hæretico præſtari fidelitatem, non tollunt penitus fidelitatem ipſam,ſed ſuſpendunt ipſius effectum,quemadmodum dicimus de ſeruitio,vt in c.j.§.fin. quib.cau.feud.amit.ibi,vt fideliter domino ſeruiant. & dicimus in ſimili, quod ius ciuile non poteſt derogare iuri naturali.§.fin.Inſtitu.de leg. agnat.tute. & tamen poteſt impedire effectus ipſius, vt nota.per Dd.in l.ſi non ſortem, in princ.ff. de cond.indeb.impeditur ergo effectus, & executio ipſius fi-
12 delitatis, durante † hæreſi, vel banno, non tamen deletur in totum ipſa fidelitas. Ex hoc ſequitur, quòd ſi in totum eſſet abſolutus vaſallus a fidelitate, poſſet offendere dominum, & tenere feudum, quod quidem non permittitur, quia repugnarent adinuicem capitulo vbi repugnantia, de regul.iur.& quamuis Andr.in capit.i. §.fina.per quos fiat inueſtit.dicat quod fidelitas finitur cum fama domini, quia domino excommunicato vel bannito, tunc deſinit fidelitas. Tu poteris intelligere Andream eo modo quo ſupra,hoc eſt vt deſinat fideliras ſuſpenſiue,durante banno vel excommunicatione. Concludendum eſt ergo,non valere pactum, vt uaſallus propter feloniam commiſſam in domino non cadat a feudo.

DE FEVDO SIMPLICI & reo.

SVMMARIVM.

1 *Ortenſius poſuit rubricam de feudo ſimplici & recto.*
2 *Rectum & ſimplex feudum,quod dicatur,& quomodo cognoſcatur.*
3 *Rectum & ſimplex feudum in dubio præſumitur.*
4 *Eguinarii Baronis opinio circa terminos feudi recti reprobatur.*
5 *Doctores qui feudi ſimplicis & recti meminerunt,deſcribuntur.*
6 *Rectum feudum tripliciter conſideratur.*
7 *Feuda ex pacto & prouidentia,an dicantur feuda recta? remiſſiue.*
8 *Seruitium ſi per pactum fuit remiſſum, an remaneat etiam feudum rectum?*
9 *Seruitiorum duo ſunt genera,quæ ibi declarantur.*

TITVLVS X.

Videamus de feudo ſimplici & recto,de quo poſita eſt etiam ru
1 brica † ab Ortenſio de conſuetudine recti feudi,in 2.lib.Et aduerte,ne decipiaris, credens me fruſtra multiplicare rubricas de eadem re loquentes, cum inferius ſuo loco aliam rubricam de feudis ſimplicibus inuenies.Si quidem feuda illa ab hoc ſimplici,& recto,de quo nunc ſermonem facimus,differre videbis. Quæ autem illa ſint ex intentione Iſernię cōgruo titulo declarabimus. Nunc vero, quod
2 † dicatur feudum ſimplex,rectumve differamus.Dicitur nam que illud,quod gratuito ab initio datur, vt dominium penes dantem reſideat,& quaſi dominium,& vſusfructus in beneficiarium tranſeat,vt dicitur c.i. in fin. in quib. cau. feu.amitt. nec non vt ad hæredes beneficiarii in perpetuum pertineat, c.j.de his,qui feu.dare poſſ.c.j.de ſucceſſ.feu.in d. ca.j.in quib. cau.feu.amit.citra noxam,culpam, voluntatem beneficiarii, vel fatum,non amittatur,c.j.in quib.cau.feu.amit.cap.i.quib. mod.feu.amit.c.j.de nat.feu.vt ad ſolos mares tranſmittatur, d.c.j.de his,qui feu.da.poſſ.& in d.c.i.de ſucceſſ.feu. & in ca. i. in quib.cau.feu.amit.vt fides domino rite detur,c.1.per quos fiat inueſt.c.i.de forma fidelita.c.j.de noua forma fidelitat. ca. i.quid præcedere debeat,an inueſti.vel fidelitas,c.j.quali.iura. deb.vaſal.dom.fidelita.vt officium, ſeu ſeruitium,pro eo debeatur incertum, & indeterminatum, & a domino inducendum,d.c.j.in quib.cau.feu.ami.in fi. c.i. §.prętera, quid ſit in ueſti.c.j.de feu.guardiæ, vt beneficiarius a domino beneficio inueſtiatur,c.j.quid ſit inueſtit.vt conſiſtat in rebus ſoli, c.j.§. ſciendum,de feudi conſti. Item vt poſſit ad libitum domini, reuocari,c.ſi vaſallus,ſi de inueſt.feu.contro. fue. His omnib.
3 concurrentibus,feudum † ſimplex & rectum ſiue proprium nuncupatur,ex quo ſtat in ſua propria natura,& rectitudine, nec eſt alteratum per pacta in formulis inueſtiturarū adiecta. Si quidem ius Romanum contractibus omnibus, actionibus,commerciis, iudiciis,propriam quandam cognatamue naturam ingenerauit, quæ ſemper iis inteſſe præſumitur, niſi pactis couuentis,quid vel detractum, vel adiectum oſtendatur.l.pacta.ff.de contrah.empt. l.iuriſgentium. & l. ſi vnus. §.pactus.ff.de pact.vnde quando propriam feudi naturam pactis conuentis,non alteratam retinet,ſimplex, rectumq; feudum appellabitur,quod ſemper in dubio præſumetur, & qui contrarium dixerit,id probare debebit,c.i.de natu.ſucceſ.feu. glo.& Bal.in c.i.§.præterea.quid ſit inueſt.vbi etiam Alua.per illum tex.in d.§.præterea.notant Dd. in l. neque natales,& in
4 l.ſiue poſſidetis,de probationib.Et ‡ Eguinarius in c. i.§. præterea,quid ſit inueſtitura, ſenſerit aliquando etiām rectum beneficium dici poſſe,licet eidem aliquod pactum additum, vel detractū fuerit; ponitq; exemplum in feudo dignitatis a quodam Romano Imperatore conceſſo, in quo pacto conuento extra naturam,& communem beneficiorum conſuetudinem dicebatur,vt ad fratrem beneficiarii, non ad liberos primum peruenerit,deinde ad liberos eiuſdem in infinitum, quibus deficientibus, in primi beneficiarii lineam rurſus rediret,ut nihilominus rectum feudum dicatur : nam emptio ex empto actionem parit,licet extra naturam eius aliquid

conue-

Source : BIU Cujas

conueniat inter habentes. Quæ ſententia mihi diſplicet:quia, vt ſupra expoſuimus,multa debēt concurrere ad hoc, vt rectum, ppriumq; dicatur feudum, quorum altero deficiente, potius dicetur feudum non habens propriam feudi naturā, de quo ſuo loco dicemus, in tit.de feu.non hab.prop.feu.na. q̄ feudum rectum,ſed bene conſenſio, poſſe tale feudum dici feudum,ſed non ſimplex,& rectum.

5 De hoc feudo meminit † Præpoſi. in 12.diui.in vſibus feudor.& Alua.in 3.diuiſio.Bal. & Martin.de Laude in 2.Zaſius
6 in tit.de feu.diuiſione,num.7.fol.7.vbi feudum † rectum triplici reſpectu fore aſſerit, tum quia purum eſt, & non qualificatum ad certa ſeruitia, tum quia de domini licentia præſente curia poſſeſſio obtinetur,ut tradit Bal.in c.j. de cōt. recti feu.argum.capitu.j.quibus mo.feu.conſti.pot. tum deni que,quia reuocari non poteſt abſque culpa,vt diximus ī prę cedentibus.

7 Item feuda † ex pacto, & prouidentia, dicuntur feuda recta,ſecundum intentionem Camerarii, in c. imperialem.§. ducatus,fol.95.& 96.Sed de hoc latiſſime diſputauimus in ti. j.de feud. ex pacto & prouidentia,vnde non opus eſt iterum idem repetere. Et notandum eſt, quòd illa feuda ſimplicia, & recta dicuntur apud Longobardos,quæ apud Francos im propria,& non recta iudicantur,vt tradit Baro.in c.j.in fi.de feu.non hab.prop.nat.feu.

8 Quæritur, an per † pactum poſſit fieri, vt fidelis minime teneatur pro feudo ſeruire domino, nec debita ſeruitia eidē exhibere, & quòd nihilominus feudum rectum remaneat, non ſecus, ac ſi ſeruitium pro eo deberetur? Hanc difficultatem tetigit Camerar.in d.cap. imperialem. fol. 35.ex cuius ſcriptis habemus, poſſe remitti ſeruitium · non tamen erit feudum rectum,& proprium,ſecundum Andr.in cap.j.§.hu ius autem generis,ex quib.cau.feud. amitt. & ibi diſtinguun-
9 tur † duo genera ſeruitiorum: Alterum intrinſecum ipſi feudo annexum,vt ſunt illa ſex, quæ continentur in ſacramento fidelitatis,de quibus in cap.j. de forma, & noua forma fidelitatis: Alterum vero extrinſecum, vt ſeruire in bello pro priis ſumptib.quod remitti poteſt, vt dixi, licet de primo ſeruitio ſit dubium, tamen hoc clarius aperiemus in tit.de feu. certorum ſeruitiorum,vbi eſt vera materia huius dubij.

DE FEVDO HABENTE propriam feudi naturam.

SVMMARIVM.

1 *Feudum habens propriam feudi naturam, dicitur rectum feudum.*
2 *Quæ dicatur natura proprii feudi.*
3 *Naturalia proprii rectique feudi, quæ ſint.*
4 *Aſcendentes regulariter in feudo habente propriam feudi naturam non ſuccedunt.*
5 *Feudum habens propriam feudi naturam, tranſit ad hæredes legitimos ſanguinis tantum.*
6 *Feudum habens propriam feudi naturam, non amittitur abſque culpa uaſalli.*
7 *Seruitia incerta, & indeterminata tenetur uaſallus præſtare domino, pro feudo habente propriam naturam feudi.*
8 *Feudum habens propriam feudi naturam non poteſt alienari abſque domini conſenſu.*
9 *Directum dominium feudi habentis propriam naturam feudi non poteſt alienari per dominum ſine aſſenſu uaſalli.*
10 *Feudum habens propriam naturam feudi, poteſt alteri in feudum dari.*
11 *Feudum habens propriam naturam feudi, conſiſtit in rebus ſoli, uel ſolo cohærentibus.*
12 *Hædes legitimi ex ſanguine deſcendentes, ſeruato ordine ſuccedendi, in feudo proprio ſuccedunt.*
13 *Feudum habens propriam naturam feudi, licite poteſt diuidi inter hæredes.*
14 *Vaſallus ſine regis aſſenſu nil poteſt diſponere de feudo habente propriā naturam feudi.*
15 *Feudum habens propriam naturam feudi, amittitur per aſſumptum clericatum, & ſuperuenientem imperfectionem.*
16 *Feudum propriam habens naturam, delicto perditur.*
17 *Feudum habens propriam naturam, poteſt licite refutari domino.*
18 *Fidelitas debet domino præſtari pro feudo habente propriam naturam.*
19 *Iuramentum calumniæ non præſtatur inter uaſallum & dominum pro feudo habente naturam propriam.*
20 *Vaſallus non poteſt dominum accuſare, uel contra ipſum teſtimonium ferre in cauſa criminali.*
21 *Vaſallus poteſt tranſigere ſuper feudo.*
22 *Allegans aliquid contra naturalia feudi, illud probare tenetur.*
23 *Subſtantialia, & accidentalia feudorum, quæ dicantur.*

TITVLVS XVIII.

Onſequenter ſequitur
1 Titulus,de † feudo habente propriā feudi naturam, cuius feudi etſi ab Ortenſio ſit omiſſus titulus, attamen de feudo non habente propriam feudi naturam ſcripſit: Hocq;feudum dicitur ſimplex,& rectum ę quia cum habeat propriam feudi naturam, ex his quæ ī pro cedenti titulo diſſeruimus,apparet fore rectum, verum propriumque feudum,de quo habetur in capi.j.de natura feudi, & in ca.j.per totum, de his qui feu.dare poſſ.vbi originaliter aliqua naturalia feudi deſcribuntur, eiuſdemque feudi meminerūt Dd.in prę lu.feu.dum tractauerunt ipſorum diuiſiones,licet ſummatim.

2 Natura † ergo feudi veri,ac propriam feudi naturam habentis, dicitur eſſe quædam qualitas feudi a principio innata,ex qua virtus contractus proficiſcitur,quæ regulariter sē per feudo ineſſe dicitur, niſi per pacta conuenta contrariū exaduerſo factum probetur, vt dicitur in cap. 1. §.præterea, quid ſit inueſtit.tradunt Aluarotus, & cœteri in dictis prælud. feudorum, in 3. & 4. diuiſio. Ardizo. in titu.quæ ſit natu.feu.fol. 25. Ioannes Blancus, fol.3. verſicu. quid ſit feudi natura.

3 Videamus modo quæ ſint † naturalia proprij,ac recti feudi: quorum etſi multa perfunctoriè in præcederi titulo enumerata fuerint,attamen in præſentiarum continuantes, eandem materiam, quæ ibi deſunt ſupplebimus. Primo ergò de propria natura feudi eſt,ꝙ non tranſmittitur ad fœminā c.j.§.j.de his,qui feu.da.poſſ.c.j.§.filia, de ſucceſſ feu.c.j.de ſuc. frat.cap.j.de natu.ſucceſſ.feu.cum aliis per nos allegatis in ti. de feu.fœmi. in princ. vndè ſi filia,vel neptis defuncti exiſtēs in ꝓximiori gradu, diceret ſe velle ſuccedere ī feudo, illudq; ad ſe pertinere,hoc probare deberet,cum ſit contra naturā, feudum tranſire ad fœminas, cap.j.§.fin.quid ſit inueſt.cum aliis allegatis in d.tit.de feu.fœm.

Feudum habens propriam naturam feudi, eius eſt natu-
4 ræ,quòd in eo † aſcendētes deſcendentibus,vt pater filio nō ſuccedunt, cap.j. de nat.ſucceſſ.feu. etſi aliquando ſuccedūt, vt diximus in 2. tit.tamen contra feudi naturam cenſetur,vt in d. c. i.in prin.aſcendentes enim deſcendentibus miſerationis gratia non natura ſuccedunt,l.ſcripto.ff.vnde lib.

5 Tertio eius eſt naturæ,quòd tranſmittitur † ad hæredes legitimos ſanguinis tantum,cap.j.de natu.ſucceſſ. feu. cap.j.de ſucce.feu.c.j.de ſucceſſ.frat.c.j.de his qui feu. da poſſ.quos hæredes feudales appellat Eguinar. in d.c.j.ver.ſine legitimo hę rede,de his qui feu.da.poſſ.

6 Quartò eius eſt naturæ, quòd ſine † culpa vaſalli non dēt auferri,c.j.de nat.feu.c.j.de feu.ſine culpa nō ami.c.i.in quib. cau.feu.amit.c.j.quæ fuit pri.cau.bene.amit.c.ſancimus, quo tempo. miles, cap.j.de mil.vaſal.qui contumax eſt, c.j.quib. mod.feu.amit.

7 Quintò eius eſt naturæ,ꝙ vaſallus † pro eo tenetur ad præſtanda ſeruitia indeterminata domino concedēti, c.j.in fi.in quib.cau.feu.amit.ca.j.hic finitur lex, c.j. §.ſed nec eſt alia iuſtior,quæ fuit prima cau.bene.amit. ca. j.de feu.ſine cul.non amit.c.imperialem,§.inſuper,de proh.feu.alien.per Fede.c.j. in fi.per quos fiat inueſtit. datur enim gratia vtriuſque & domini & vaſalli,cap.j.de feu.da.in uicem l.commiſ.capitu.j.de for.fidelita.

8 Sextò eius eſt naturæ, ꝙ ſine † conſenſu domini alienari nequit,c.j.de proh.feu.alie.per Fed.cap.j.de proh.feu.alic.per Loth.c.j.§.fi.in fi.quæ fuit pri.cau.bene.ami.c.j. de cap.Corr. c.j.de vaſal.qui contra conſt.Loth.c.j.in fi.de feu. ſine cul.nō ami.c.j.de alie.feu.c.j.§.ſimiliter,de le.Corra.c.j.quid iuris ſit, ſi vaſallus,poſt alie.feu.recupe.& hodie adeſt conſti.diuæ memoriæ,de qua alibi.

9 Septimò eius eſt naturæ, ꝙ etiam † dominus non poſſet alienare dominium directum feudi, ſine conſenſu vaſalli,c. j.§.ex eadem,de le.Corra.vbi And.notat, Regem non poſſe dare alteri vaſallum, & terram demanii ſui in præiudicium ipſius vaſalli,quia erat vaſallus multorum,hoc eſt, Regis & & Baronis.ſed hoc in titu.de feu.in curte domini, fuſius tractabitur.

10 Octauò eius quoque naturæ eſt, vt † liceat vaſallo acceptum feudum alteri in feudum dare,cap.i.§.ſi vero, quali.olim pote.feu.alie.cap.j.§.callidis,de prohib.feu.alien. per Fede.& in §. illud quoque præcipimus, eo. ti.cap. j.§. ſed etiam res,per quos fiat inueſtit.cap.j.§. ſimiliter, de le. Corra. dummodo ijſdem legibus, pactisque,quibus ipſe habuit, detur, & non aliter,vt dicitur in d.§.ſimiliter,& ſcribit Iacob.de Ardizo,in Rubricella,eodē pacto feudum, ī feudū dare debet, fol.7.& facit tex.in c.j.ad finem,qualiter olim poter.feu.alienare.

Source : BIU Cujas

nare.& assignatur ratio per Ardizo. in titulo, quando vasallus feudum in feudum dare potest, quia sine fraude datio in feudum, cum sit quædam liberalitas, non continetur appellatione alienationis, l.fi.ff.ex quib.cau.in poss.eat.

Quando autem in fraudem hoc factum censeatur, videndus omnino est præfatus Iacob. de Ardizo in ti.si in fraudē detur feudum in feudum, vbi mirabilia de hoc notat.

11 Nonò, quod † feudum consistat super rebus soli, vel solo cohærentibus, c.j.de feu. cogni, hocque regulare est in vero, proprioque feudo.

12 Decimò, quòd † hæredes legitimi ex sanguine descendentes, ordine succedendi seruato æqualiter defuncto succedant, c.j.§.& quia.de his qui feu.da.pos.c. i.de succes. feu.c.i. de natu.succes.feu.c.j.de succes.fra.sed de hoc sæpius in præcedentibus loquuti sumus.

13 Vndecimò, †quòd hæredes existentes in vno gradu, licite inter se possint illud diuidere, cap.i.de succes.feu.c.j.versicul. paternum, de natu.succes.feu c.j.§.si quis per triginta, versic. omnes filii, si de feu.defunct.fuer.contr.c.imperialem.§.præterea ducatus, de prohi.feu.alie.per Fed.cum aliis diffusius allegandis in ti.de feu.diuisibili.

14 Duodecimò, eius est naturæ, vt de eo † vasallus solus sine Regis volūtate nil disponere possit in præiudicium legitimorum hæredum, & successorum, c.j.de succes.feu.c.i.§.donare, qual.olim pote. feu.alie.c.j.de alie.feu.pater.c. i de prohi.feu. alien.per Lotha.c.imperialem, de prohib.feu.alie.per Fed.cū aliis similibus.

15 Decimotertiò, quòd per † assumptionem habitus clericalis amittatur, neq possint clerici in eo succedere, nec similiter muti, siue surdi, cæterique imperfecti,, nec filii illegitimi de quibus omnibus in præcedentibus, latius in tit. de feud.ex pacto & quidētia antiquo,& nouo, loquuti sumus,& habetur in c.1. versicu. clericus, si de feu. defuncti fuer, contro.& in c.j.de vasal.mil.qui arma bellica deposuit,& in c. j. an mutus, vel alias imperfectus, & in c.j.§.quinetiam, versic.mutus, Episco.vel Abbatem,& in c.1.§.naturales, si de feud. defunc. fuer.contro.vbi de legitimatis,& tradunt Doctor.ibidem, cæterisque in locis in d.tit.de feu.ex pacto & prouiden. antiquo cumulatis.

16 Decimoquarto eius est naturæ, vt † delicto amittatur, toto titulo, quibus modis feu.amit.& in quib.cau.feu.amit.& quæ fuit pri.cau.bene ami.c.i.si vasal.feu.pri.cap.1.§. si vasallus, si de feu.defunc.fuer.cōt.c.i.de feu.sine cul. non amit.c.i. an ille qui interfe.fra.domini sui, cum aliis in d.tit.de feu.ex pacto & prouid.antiquo citatis.

17 Decimoquintò, quòd † licite potest a vasallo domino refutari, c.j.de vasal.qui contra constit.Loth.c.i. de eo, qui finem fecit agna.c.j.de alie. feu.pater. & diximus supra satis de hoc, in titu.de feudo ex pacto & prouidentia antiquo, vbi in feudo dato ad seruitia indeterminata, & incerta, hoc verum eē tenemus.

18 Decimosextò eius est naturæ, quod † fidelitas debet a vasallo pro ipso feudo domino præstari, c i.versi.nulla.per quos fiat inuesti.c.i.quid præcedere debeat, an inuestitura, vel fidelitas.c.1.de forma, & noua forma fidelitatis, cum cæteris, quæ in titulo de feudo cum fidelitate allegauimus.

Decimoseptimò eius quoque naturæ est, q̄ cum super eo
19 inter dñm,& vasallum fuerit controuersia, non possunt † a se ipsis mutuo iuramentum calumniæ exigere, c. 1.§.in quib.de consuetu.recti feu.

20 Decimooctauo, q̄ vasallus prohibetur † feudo accepto, accusare dominum, vel contra ipsum in criminali causa dicere testimonium.c.1.item si delator.quæ fuit pri.cau.benefi. amitt.c. 1.§.in quibus, de consuetudine recti feu.ar.l fi.C.de reuocan.donationi.

21 Vltimo eius est naturæ, quod † vasallus super eo transigere potest etiam in domini præiudicium in c.i.§.si vasallus feudum, ver.si vasallus.si de feu.fuer.contr.c.i. de contr. inter vasallum & alium de feud. & diximus plenius in titu. de feud. ex pacto & prouidentia antiquo. Hæcque sufficiāt,& si multo plura cumulare potuissem, verum in discursu, tractatuque materiæ, prout res exegerit, alia his similia pertractabimus, quæ etiam de natura proprii, rectique feudi fore censentur, si
22 quis ergo aliquid † cōtra prædicta feudi naturalia,& his similia asserere velit, hoc probare necesse habebit, siue dominus sit, siue vasallus, qui hoc affirmet, cum semper præsumptio sit contra allegantem, vt notatur in c.1. §.præterea, quid sit inuestitura, sed si vltra prædicta aliqua naturalia proprii feudi videre cupimus, Aluar.in c. i.de natu.feu.& Cardinalis in prælu.feu.diuisio.4.illa scripserunt.

23 Prædicta natura proprii feudi dicuntur, cętera autem, aut substantialia, aut accidentalia feudorum sunt, si quidem accidentalia dicuntur, pacta quæcunque extrinsecus apposita inuestituris ipsorum, sicut in aliis cōtractibus hoc reperitur, vt notatur in l.pacta, in princ.ff.de contrahen. emptio. Substantialia vero feudorum nempe dici possunt, quando dominium directum penes se dominus retinet, vtile vero in vasallum transfertur, vt dicitur in c.i.in fin.in quibus cau.feu.amit exemplo cōtractus emptionis, cuius substantia pretium est, vt dicit glo.in d.l.pacta,& scribit Zasius in tit. de origine feudi, parte 1.nume.8. si enim dominium directum in feudatarium translatum foret, tunc deficiente substantia, deficeret & feudum, potiusque allodium diceretur. Oldra. consil.159. sed de hoc alibi. Et similiter de substantia feudi potest dici ipsa fidelitas, vt etiā declarat Zasius in ti. de feu. degener.nu.21. fol.159.& diximus iu ti.de feu.cum fid.

DE FEVDO NON HABENTE propriam feu.naturam.

SVMMARIVM.

1 *Cognito vno de contrariis, cognoscitur & reliquum.*
2 *Rubrica de feudo non habente propriam feudi naturam, reperitur in cō suetudinibus feudalibus.*
3 *Doctores qui feudi non habentis propriam naturam feudi meminerunt, notantur.*
4 *Feudum non habens propriam naturam feudi, quando dicatur.*
5 *Exempla aliqua feudi non habentis propriam naturam feudi.*
6 *Natura feudi duplici modo considerari potest.*
7 *Feudum non habens propriam naturam feudi etiam potest feudum appellari.*
8 *Pacta contra naturam contractus valent, licet contra substantiam minime.*
9 *Feudum datum, ita vt nullo modo dominus in dominum recognoscatur, an retineat naturam feudi proprii.*
10 *Feudum concessum vt nullum seruitium pro eo fiat, an censeatur verum feudum.*
11 *Feudum pro quo seruitium pecuniarium præstatur, siue census, annuaue pensio, an dicatur verum feudum.*
12 *Feudum Francum non dicitur habere propriam naturam feudi.*
13 *Feuda quæ sine inuestitura quæruntur, dicuntur habere impropriam naturam feudorum.*
14 *Qualitas hæc, quod feudum sit antiquum, vel nouum, siue hæreditarium, non alterat naturam feudi.*
15 *Clausula natura feudi in aliquo non mutata, quid operetur.*

TITVLVS XIX.

NOn deesse aliquos arbitror, qui hanc rubricam de feudo non habente propriam feudi naturam, superuacaneam fuisse asserunt, cum in præcedē ti titulo, de feudo habente propriam feudi naturam, omnia quæ præsentis rubri-
1 cæ materiæ congruant, explicata videātur, si quidem † cognito, vno de contrariis, cognoscitur & reliquum.§. i.insti.de his qui sunt sui, vel alie.iuris.l.1.ff.eod.tit.§. i.Insti.de tutel.l.Pomponius.§ sed & is.ff.de proc.l.qui accusare. Nam p notitiam vnius immediatorum peruenitur ad notitiam alterius, ideoque posita rubrica prædicta de feudo habente propriam feudi naturam, ac in ea naturalib. feudorum expressis, & declaratis, videbantur simul tacite, & implicite demonstrata ea, q̄ propriam feudorū naturā non habent. Nos aūt contrarium sequētes, duas ob causas, hunc titulum, etiam adscripsimus.
2 Primo quia in vsibus feudorum, libr.2.hęc † eadem rubrica posita reperitur,& huiusmodi feudi non habentis propriam feudi naturam, memores fuerunt And.in ca.1. da feudo non habente propriam feudi naturam, & ante ipsum Iacob. de Bellouiso in prælu.feu.in 3. diuis. Qui Iacob. fuit consiliarius Regis Roberti, vt refert Afflict.in const.diuę memoriæ, num. 3.Bal.Iason,& Præpositus in prædictis prælu.diuis.4.Aluar.in 3.Zasius in titu. de feudi diuisione, num.6.fol. 7. qui omnes
3 nedum de † feudo habente propriam feudi naturam locuti sunt, verum etiam de hoc propriam naturam feudi non habente. Pręterea alia me causa mouit, nam & si in præcedenti rubrica, ac etiam in titu.16.de feu. simplici, & recto, multa naturalia veri rectique feudi scripta fuerint, attamen minime ibidem expressa sunt, quæ feudi naturam alterant, impropriumque feudum reddūt, de quibus nunc breuissime aliqua pertractabimus, hocque multis subsequentib.in titulis, obseruatum videbis.

4 Feudum ergo non † habens propriam naturam feu.tunc dicitur, quotiens in inuestitura cuius tenor semper est attendendus, vt in c.1.de duo.fratri.a Capi.inuesti.& tradit Bald.in prælu.

Source : BIU Cujas

prælu.feu.in 4.diuiſ.c.1.§.filiam vero,de ſuc.feu. repe titur ali quid contra regularem naturam feudi,tuncque erit feu.non habens propriam naturam feu.quæ autem ſint iſta naturalia,& de regulari natu.feu.diximus in tit.de feu. habente propriam naturã feu. vbi quã plurima enumerauimus, quæ de propria & ſimplici,ac recta ipſius feu natura ſunt,& inter cętera,quod de natura feudi eſt,vt non poſſit alienari ſine cõſenſu domini.c.Imper.in prin.de prohib.feu. alie. per Fed. & in multis aliis iuribus ibidem per me citatis, vnde ſi dicatur in†inueſtitura feu.pro recipiente, & his, quibus dederit,erit feu.non habens propriam feudi naturam,de quo feudo conceſſo alicui,pro ſe,& cui dederit,dicemus ſuo congruo loco. Et ſimiliter ſi concedatur feudum, vt in eo fœminæ ſuccedant,quæ de natura ſunt inſucceſſibiles in feudo, vt habetur in c.j.§.quia,de his qui feu.da.poſſ.& in ca.i.de feud.fœmi. & in c.i.de gra.ſucce.in feu.cum aliis per me allegatis in titu. de feu.fœm.erit feu.non habens propriam naturam feu.quamuis domino concedente ſuccedant, cum feuda non ſint de perpetuo prohibitis poſſideri,quia dominus diſpenſat cũ fęmina,manco,& debilitato,vt tradit And.in c. Imper.§.illud. nu.71.& nos alibi. Et ſimiliter ſi concedatur feudum alicui, ita vt omnis proprietas,& dominium,tranſeat in ipſum feudatarium.hoc feud.dicetur non habere propriam naturam, imo nec ſubſtantiam feudi,Bal.in l.i.circa finem,C.ſi plures vna ſententia.Claudi.in tit.de diffinitione feud.colum. 6.ver. inferunt Doctores.Curt.in i.par.quæſt.8.Maria.Soc. conſ.76. volum.i.num.45.Et idem dicendum eſt, quando conceditur feu.alicui,ita vt utile dominium non tranſeat in eum, vt firmat idem Claudi.in titu.de diff.feu.9.colum. verſi.ſi concedi tur feudum . Multa alia exempla poſſem ponere,pro cognitione huiuſmodi feud. non haben. propriam natu. feud. verum quia aliqua ponemus in ti.de feu.degenera.& alia ponuntur per Cardi.in prælu.feud.in 4.diui.& per Vdal.in tit.de feu.genera.fol.153.& alia dicemus in locis congruis,particularibusque rubricis,vt in tit.de feud.Guar.& Caſta.item in ti. de feu.dato ad certum ſeruitium, & in ti.de feud.Cameræ & Soldatę, & aliis ſimilibus, prout videbimus in diſcurſu, ac tractatu materiæ, propterea, pro nunc illa pmittere cenſui.

6 Not.quod natura †feu.poteſt conſiderari dupliciter, nam aliqua eſt quæ conſtat ex ſcripto,vt in toto tractatu feudorũ, altera vero quæ ex moribus cuiuſque prouinciæ,recepta eſt, c.1.de feu.cognit.notatur per glo.in l.de quibus.ff.de leg. Hĩc eſt,quod ſi reſpicias aduerſus ſcriptos mores,in titulis feudorum,ſucceſſio in feudis dignitatum,vt in Ducatu,&Marchia natu,& natura taliũ feudorum dignitatum alteratur,nam de iure ſcripto,hęredes non ſuccedunt,vt in c.j.de feu.Marchio. & in c.i.in fi.de alie. feu. Si vero reſpicis ad mores hodie obſeruatos,ſucceſſio in talibus feudis dignitatum , non alterat proprietatem,& veram naturam feudi,ſi quidem hæredes n talibus ſuccedunt,vt habetur in d.c.i.in fi.de alie. feu. ibi vſurpatum,& in d.c.j.de feu.Marchiæ,ibi, hæres.n. non ſuccedit, qui text.declaratur per text.in d.capit.j. in fin.de aliena. feud. notat Blancus in titulo, de feudo, de quo nulla eſt ſucceſſio. fol.27.

Et nota,quod licet in prædictis caſibus, & ſimilibus,dicta
7 †feuda non habeant propriam naturam feudi, nihilominus appellantur feuda.c.j.de feu.non haben.prop. natu. feu.ca. 1. per quos fiat inueſti.imo dicentur feuda, & non impropria, niſi in his tantum,in quibus pacto receſſum eſt in formulis, inueſtiturarũ a natura recta & ſimplici proprii feudi, in aliis vero remanẽt feuda propria , veluti ſi quis acceperit feudum cum pacto,vt in eo tam maſculi,quam fœminæ ſuccederẽt, in hoc caſu quatenus inſpicimus ſucceſſionem fœminarum, feudum dicetur habere impropriam naturam , in aliis vero propriam & rectam,& ideo in eo præſtabit fidelitas, & amittetur ex culpis oĩbus,ex quibus recta & propria feuda amittuntur.De quibus latius tractauimus in titu.de feu. ex pac.& prouid.antiq. & deniq; ſingula fient,quæ in recto feudo fieri debent,vt ſcribunt Doct. vt in c.j.de feu.nõ hab.prop.na.feu. Roma.in conſi.j.Dec.conſi.193. vnde tale feudũ cenſetur ad inſtar depoſiti , quod non habet propriã depoſiti naturam,
8 vt in l.Lucius, & l.die ſponſalium,ff.depoſi.nam†pacta contra naturam contractuum,valent,licet contra ſubſtantiam non.l.paciſci.ff.de pac.l.pacta conuẽta.& ibi no.ff.de cõtrah. emp.l.vbi ita donatur.ff.de do.cau. mor. Bal.in c. i. §.& quia. de his qui feu.da.poſſ.Pau.de Caſt. conſi.clx.vol.i.c.prętera, quid ſit inueſtit.Bal.in c.1.per quos fiat inueſti. Andr.in capi. i.quib.mod.feu.amit.Roma.conſi.70.colum. i.Alua.in c.i.de nat.feu. Doct.in prælud.in 4.diuiſ.prętertim Cardin. Curt. in d.par.1.8.quæſtio.

9 Quęro primo,quod ſi fuit †conceſſum feudum, ita vt vaſallus nullo modo ſuperiorem dantem in ſuum dominum cognoſcat,an dicta conceſſio importet, vt dicatur feudũ nõ habens naturam feudi , vel potius debeat cenſeri donatio, quam conceſſio in feudum,Oldra.in hac quęſtione dixit,huiuſmodi conceſſionem non ualere,quia eſt contra ſubſtantiam contractus,prout in cõſi.159.inclpiente,ex preſenti temate, ſed Bal.in l ſi plures,C.de cond.inſer.nu.6.dixit per pactum poſſe cõcedi omne dominium feudatario,quod ſequũtur Cardin.& Iaſon.in prælud. feu.Vdal.in tit.de feu.degener. fol.165.in xj.cõclu. vbi verã eſſe ſententiam dicit,feudum licet improprium remanere,cum pacta contra ſubſtantiã feudi non pugnent,ſed contra naturam ſic.

10 Quæro,quid ſi fuit † conceſſum feudum,ita vt nullum ſeruitium fiat, an ſit vere feudum , & habens propriam feudi naturam? Andr.in c.i.§.huius autem generis,num.xii.ex quibus cau.feud.amitt. Dicit quod non erit proprium feudum, ſed impropriam feudi naturã habebit,quo ad & quę fuerun exp̃ſſa.Ad hæc repetenda ſunt,quę in tit.17.de feud.ſimplici, & recto dicta fuerunt.

11 Quæro,an dicatur†feudum non habens propriam feudi naturam , quando pro eo præſtatur ſeruitium pecuniarium, vel annua penſio vel merces? Dic de omnibus,vt per Claud. in titu.de diffinitione feu. vj. colum. uerſi.ſolum reſtat,& in ti.de inueſt.feu.verſi.iuxta præmiſſa . & in prælu.feud.in diffi. feu.qui allegat Bal.in c.i.verſic.libellarię, de pa.conſtantię,& per Camer.in cap. Imperialem . fol. 31. vbi latius examinat, an ſi pro feudo præſtatur cenſus , ſit feudum.Veritas eſt,ſecũdum ipſum,vt ſi detur feudum,nec dicatur in feudũ , ſed pro cenſu , vel annua pręſtatione , tunc non ſit feudum aliquo modo, ſinautem datum eſt in feudũ,reſeruata fidelitate,tũc ſit feudum,licet pręſtatur cenſus , ſed ſi expreſſe eſt dictum, concedo in feudum pro cenſu, tunc etiam ſit feudũ, ex quo fidelitas venit in hac promiſſione,ſed an tunc dicatur impropriũ feudũ? dicerem quod ſic , poſtquam non fuit datum ad ſeruitia indeterminata,nec etiam determinata,ſed pro cẽſu tantum, quę ſeruitia non præſumuntur promiſſa ,niſi dictum fuerit.Bal.in c.inter dilectos, de fi.inſtr. Ale.conſi.30.2. vol & conſil. 136.eo. vol. num.3. Camer.in ca.Imperialem. fol.36.litera.P.

12 Quæro,an†feudum Francum dicatur non habere propriã feudi naturam,ex quo remittitur iuramentum fidelitatis? Et quamuis de hac quæſtione dicturus ſim latius in titulo de feu.Franco,attamen pro nunc dicas, quod non dicitur habere propriam naturam feudi,vt per Andre.in c. i. ex quib.cau. feu.amit.Bal.in c.i.de mili.vaſal.qui arma.belli depoſu. & in c.inter dilectos, de fide inſtrum. Vdal. in d. tit.de feu. degenera.fol.153.nume.36.Camer.in ca. Imperialem,fol.34.& ſeq. Curt.i.parte,quæſtio.8.

13 Quæro,an†feuda quæ acquiruntur ſine inueſtitura,dicantur feuda non habentia propriam feudi naturam: Et quia ſimiliter de hoc dicturus ſum in titulo, de feudo quod quæritur ſine inueſtitura,ideo breuiter dicas quod ſic. Nam quando vaſallus occupat poſſeſſionem talium feudorum etiam de voluntate dñi,ſi moriatur infra annum,hæredes non ſuccedunt,c.i.quibus mod.feu. conſti.pot.ſecundum communẽ intellectum . Si tamen per annum manſerit in poſſeſſione, ac pręſtiterit ſeruitium domino,tunc incipit eſſe feudum rectum,& habere propriam naturam feudi.c.i.in princ.de conſue.re.feu. vbi videndus eſt Aluar. qui concordantes tex.d.c. i.quib.mod.feu.conſti.pot.& tex. d.c.i.de conſuetu. recti feu. allegat.Et de hoc ſimiliter ſcribit Curt.in d.par. 1.8.quęſt.

14 Quęro,an hęc † qualitas , quod feudum ſit nouum , ſiue antiquum,faciat feudum improprium,& impropriam naturam feudi habere? Dic ꝙ non.Nam ſiue ſit nouum ſiue antiquũ, nõ ꝓ hoc dicetur feudũ habere naturam impropriam, prout diximus in titu.de feu. antiquo ex pacto & prouidentia,& in ti.de feu.nouo,ſunt enim qualitates,quę non alterãt naturam recti feu.ut declarat Cur.in d.par.1. quæſt.8. vbi idẽ iudicandum de feu.hæreditario.

15 Vltimo non pertranſeo,quid operetur † clauſula, q̃ in priuilegiis hodie communiter apponi ſolet, natura feudi in aliquo nõ mutata,de qua locutus eſt Camer.in c. Imperialem, litera,F.fol.35.nam ſecundum ipſum intelligitur, niſi quoad expreſſa tantum,vt in ſimili notat And.in c. i. qui ſucceſſ. tene.de qua re videndus eſt Decius conſi.193.& Freccia in 12. quęſt.fol.149.nume.13.& Paul.conſi.31 c.volu.1.vbi de clauſula,reſeruato omni iure curię , quid operetur in conceſſione feudi ſine fidelitate.

DE FEVDO CONDITIONATO.

SVMMARIVM.

1 *Conditionatum feudum,quare ſic nuncupetur.*
2 *Conditionatum feudum idem importat,quod conditionale feudum.*
3 *Doctores, qui locuti ſunt de feudo conditionato.*
4 *Afflicti intelligentia circa feudum conditionatum.*

5 *Conditiona-*

Source : BIU Cujas

Titulo XX. De feudo.

5 *Conditionatum feudum, quando dicatur, & exempla ipsius ponuntur.*
6 *Feudum habitationis, dicitur feudum conditionatum.*
7 *Feudum cursoris dicitur feudum conditionatum.*
8 *Conditionatum feudum censetur ad instar contractuum innominatorum.*
9 *Conditionati feudi substantia dicuntur pacta, formulæque concessionis.*
10 *Conditionatum feudum non potest refutari domino inuito.*
11 *Filius an possit renuntiare feudo conditionato, si seruitium pro quo patri fuerat concessum, non est condignum personę ipsius & honori.*
12 *Fęmina succedit in feudo conditionato quando illud potest licite per ipsam explicari.*

TITVLVS XX.

POstquam visum fuit
1 De feudo simplici, & recto: nec nō de feudo habente, & non habente propriam feudi naturam, modo videndum de feudo†conditionato, quod ideo conditionatum nūcupatur, quia facto hominis mutatur eius propria, & recta natura, & desinit esse feudū simplex, & rectum, habensque propriam naturam feudi, ppter pacta in inuestitura apposita, & propter alias qualitates, quę formulæ inuestiturarum appellantur, de quibus dicam in titu. de feudo, quod quæritur sine inuestitura. Vocaturque cō
2 ditionatum, † non quia sit sub conditione datum, sed quia in inuestitura ipsius sint apposita certa pacta, certæque conditiones, hoc est qualitates, vt in c. primo, in fi. quid sit inuest. & in c. fi. in quibus causis feu. amit. & in c. fi. de capi. qui cur. vendi. & ibi no. gl. & in c. primo, de feu. non haben. prop. natu. feu. And. in rubrica, ex quibus causis feu. amit. in fi. ibi glossatores, & ibi, item dicit glo. Iacobus de Bello viso, in prælu. feu. in 2. col. in 3. diuisi. quamuis ipse, & And. in d. rub. etiam appellent hoc feudum conditionale, quod apud me idem importare videtur, quod importat cōditionatum. Et de hoc
3 feudo†conditionato scribit Paris, de feu. in cap. an si quis tenet. fol. 8. & in c. pone, quod aliqui, fol. 67. Camera. in c. imperialem. in litera, B. car. 41. vbi exemplificat hoc feu. in eo, qui tenetur pro illo soluere capones, piper, vel similia. Iacob. in verbo, in feudum. nume. 6. vbi appellat hæc feuda pactionata, allegat Ioan. Ray. in c. imperia. §. firmiter. de prohibi. feu.
4 alie. per Fede. & in §. præterea ducatus. eodem tit. Sed†Afflic. in c. primo, §. notandum, in secunda diuisi. dicit tale feudum conditionatum ideo sic appellari, quia datur sub modo, qui modus largo modo importat conditionem. Allegat text. in l. ita demum. ff. de arb. & Bar. in rub. ff. de condi. & demonstr. quæ intelligentia Affl. pōt etiam esse vera, prout inferius videbimus per exempla feudi prædicti. Nam aliquando datur cum pacto, si vasallus hoc fecerit, vel non fecerit, vel ad certum seruitium, vt declarat And. in d. rub. ex quibus cau. feu. amit. in fine, allegans notata in cap. primo, de cap. qui curia vendi. in fi. glo.

Exempla istius feudi conditionati, siue conditionalis, sunt multa, vt quia sit concessum feudum vasallo, vt comitetur dominam, vel eam expectet, eique seruiat in domo, vel similes operas præstet: nam quia datur sub his conditonibus, &
5 qualitatibus, dicitur feudum†conditionatum, & non habēs propriam, nec simplicem, aut rectam feudi naturam, vt scribit Zasius in titu. de feu. degenera. nume. 13. qui meminit de feudo nobilium de mafnister, qui habent feudum sub hoc seruitio, vt tempore hostilitatis retineāt claues in oppido Ensheim, & claudant portas, easque aperiant, & vt in principis aduentu portare debeant cibos in mensa, & dare operam, vt alii precedant, aliique subsequantur suo ordine, & gradu, ac his similia facere, de quibus dicit ipse multa reperiri in Germania, vt per And. & Docto. post glos. in c. fi. de capi. qui cur. vendi. vbi de eo, qui tenetur associare dominum diebus festiuis, vel seruire cum vno equo in bello, vt in c. præterea, quid sit inuest. & in regno habemus magnum Seneschallum, & magnum Camerarium, vel eorum locum tenentes.
6 Tnde si quis concederet alicui†feudum habitationis, dicetur conditionatum, & semper conditio subintelligeretur, si habitauerit: vnde si feudatarius noluerit habitare, perdit feudum, vt inquit Bal. in prælu. feu. in 9. col. versi. ii. diuisio. & Afflict. in cap. primo §. notandum, in secunda diuisio. de his qui feu. dare pos. de quo feudo dicemus in titu. de feudo habitationum.
7 Item potest poni exemplum in †feudo cursoris, quod datur propter seruitium currendi, vt tradit Cardi. in prælu. feu. 29. colu. 12. diui. vbi etiam quærit, an si tale feudum cursoris fuerit datum claudo, valeat talis concessio? De qua quæstione dicam suo loco, in tit. de feudo cursoris. vbi est particularis rub. de hoc & cætera exempla ponuntur per Vdal. Za. in d. titu. de feu. degenerantibus, & nos congruis titulis de eis locquemur.
8 Huiusmodi feuda†conditionata, censentur ad instar contractum innominatorum, c. i. de feu. non haben. propr. nat. feu. c. primo, §. fin. quid sit inuesti. vnde quemadmodum de substantia feudi recti, & simplicis habentis propri. natu. feu. est ipsa fidelitas, vt diximus in ti. de feu. cum fidelitate. quę dicitur proprie inesse ipsi feudo, vt tradit And. in ca. primo. §. sed nec est alia iustior. numero 38. in fi. quæ fuit pri. cau. ben. amitt. Ita de substantia feudi conditionati est ipsa inuestitura, formulaue, & pacta ipsius, c. primo, quibus modis feu. cōsti. po. Bal. in l. prima, C. de rerum permut. Ale. consilio 136. primo volu. Docto. in l. si stipulatus sum dam. ff. de verb. obliga. notat Feli. in c. cæterum. de iudi. col. 4. Pau. consi. 32. i. vo
9 lum. Socinus consi. 257. col. 2. volum. primo. Et tale†feudum conditionatum similiter appellatur feudum, licet fidelitas non sit promissa, vt tradit Camera. in dicto cap. primo, imperialem, in litera H. cum sequen. cha. 35. sed non proprium feudum.
10 Quæro, an feudum conditionatum possit refutari ipso domino inuito? Dicendum est quod non: quia cum sit datum ad certum seruitium, magis obligatur vasallus domino, quā si fuerit datum ad incerta seruitia, & ita tenent communiter Doct. in c. fina. de capi. qui cur. vendi. post glo. ibidem. sed Vdal. in titu. de feud. degene. numero 13. & in x. par. numero 86. vbi hoc non firmat, tenet contrarium, nullamque facit differentiam inter feudum datum ad certa seruitia, quod cōditionatum dicitur, & feudum datum ad incerta seruitia, quod rectum, & simplex appellatur, vnde secundum ipsum, quemadmodum vnum potest refutari inuito domino, ita & aliud, vt videre poteris per ipsum. Ego autem hoc admittendum non arbitror, immo non posse inuito domino refutari teneo: fuit enim initus inter vasallum & dominum quidam contractus innominatus, do vt facias, quo casu secuto implemento ex parte domini: quia tradidit feudum, non datur amplius pœnitentia respectu vasalli, quin teneatur ad certum seruitium promissum. nō sic est in feudo simplici, & recto, quod datur ad incerta, & generalia quodammodo seruitia, quæ non fuerunt expressa in formula inuestituræ. Et ita hodie in regno tenet Capy. in c. imperia. col. 199. immo hoc tenet in feudo simpliciter concesso, de quo diximus in titulo de feudo ex pacto & prouidentia antiq. ibiq; concluſimus communiter teneri, feudum datum ad certa seruitia non posse inuito domino refutari: secus autem quā do ad incerta, & indeterminata seruitia concessum fuerit, vt per Iac. in verbo, in feudum, nu. 15.
11 Quæro quid si fuerit concessum†feudum patri meo, vt associaret dominam, taleque seruitium non est condignum conditioni meæ, qui eidem successi, an nihilominus teneat illud præstare? Dic quod non, sed tale seruitium fiat vel per substitutum, vel conuertatur in aliud seruitium condignum qualitati, conditionique meæ, tradit Alua. in d. §. fin. col. fi. de cap. qui cur. vendi.
12 Quæro, an†fœmina succedat in hoc feudo conditionato dato ad certum seruitium? Dic, quod si illud seruitium poterit per fœminam explicari, videtur quod tunc succedat, pro ut voluerunt Iaco. de Bel. Bald. & Aluar. in c. j. §. quin etiam. epis. vel Abba. Dec. consi. 139. nu. 1. De qua quæstione etiam aliquid in ti. de feudo fœmineo tetigimus: cętera vero ad materiam huius tituli spectantia, in ti. de feudo certorum seruitiorum prosequemur.

DE FEVDIS DEGENERANTIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Degenerans fudum, quod dicatur.*
2 *Feuda licet in iis, in quibus degenerant a propria natura feudorum, dicantur impropria, tamen in cæteris non alteratis, feuda remanent.*
3 *Exempla multa feudorum degenerantium ponuntur.*

TITVLVS. XXI.

MEminimus In præcedentibus, inueniri feuda aliqua, propriam feudi naturam habenti, quæ & simplicia, rectęque etiam nuncupari posse diximus. Nec non quædam alia, quæ impropriam feudi naturam retinentia, conditionata similiter appellari. Verum quia, hęc eadem, degenerantia

Source : BIU Cujas

rantia feuda a scribentibus in prælu. feud.dicta sunt ideo cõsequenter de eis, iam saltem summatim loquuturi sumus, particularibus in rubricis eorundem materiam tractaturi.

1 Dicitur namque feudum†degenerans, id quod pactis impropriis ab aliquo naturali feudorum diffidet, conuentionibusque additur,vel detrahitur naturę beneficiorum , quam ex communi consuetudine habent , de qua natura, in tit.de feu.hab.propr.natu.feu.ac de feudo simplici', & recto,in præ
2 cedentibus scripsimus.Semper † enim quod in aliquo feudi natura,hoc est qualitas feudi cognata,quę ipsius inest, altera tur, feudum dicitur degenerans a propria natura.c. i. de feu. non haben.propr.feu.natu. c.i.§.fi.quid sit inuest.scribit Alua rot.in prælu.feud.Et quamuis feuda in aliquibus contra feudalem naturam concedantur,tamen in reliquis capitulis,siue placitis,quæ alterata non sunt,feuda in recta,propriaque natura remanent,ut inquit Dec.consi.193.num.5.Romanus consil.60.col.2.Claud.in summula feud.in tit.de diffinitione & diuisi.feu.colum.4.Zasi.in titu.de feudis degene. nu.3 probaturque in tex.d.c.i.ibi,iure tamen feudi censebitur,de feu. non hab.propr.nat.feu.

3 Horum feudorum†degenerantiũ exempla,sunt multa,vt feudum Guardiæ, Castaldię, Cameræ,Cauenæ,Soldatæ,Habitationis,Certorum seruitiorum.Item feuda Franca,fœminea,& ea , quæ sine inuesti.acquiruntur , hisque similia cumulata per eundem Zasium in d.tit.de feu. degene. quæ non transcribo,quia ibi videri poterunt,de quibus particulariter ponemus rubricas,in eis declarãtes eorum naturam , & qualitatem , prædicta autem sufficiant pro generali cognitione degenerantium feudorum.

DE FEVDO IMPERSONALI.

SVMMARIVM.

1 *Impersonalia feuda , dicuntur feuda non habentia propriam naturam feudi.*
2 *Impersonalia feuda,& personalia,idem important.*
3 *Feuda omnia antiquissimo tempore dicebantur personalia.*
4 *Feudalis concessio,ex beneficio Corradi realis dicitur.*
5 *Feudum concessum ad vitam feudatarii censetur impersonale.*
6 *Exempla feudorum impersonalium ponuntur.*
7 *Feuda impersonalia dicuntur ad instar priuilegiorum personalium.*
8 *Feuda personalia an transeant ad hęredes dantis?*
9 *Impersonalia feuda transeunt ad hæredes accipientis, quando sunt concessa vniuersitati,siue collegio.*
10 *Personalia feuda sunt,ducatus,marchionatus,& cætera similia.*

TITVLVS XXII.

1 QVia inter feuda degenerantia, & non†habẽ-
2 tia propriam naturam recti, simpliciſque feudi,annumerantur feuda impersonalia siue psonalia , non curo postquam idem important,vt tradit Blancus in tit. de quo feudo nulla est successio, versi.item si impersonale feudum , ideo consequenter dicenda sunt aliqua de qualitate ipsorum feudorum impersonalium , sub huiusmodi generali rubrica.

3 Sciendum est itaque , quod olim † vetustissimo tempore omnia feuda erãt impersonalia,nam formulæ inuestiturarũ nondum cognitæ fuerant,erat etenim in potestate dominorum,quando vellent rem datam in feudum auferre posse, vt scribit Ober.in c.i.§.& quia,de his qui feu.da.poss. & post cœpit traditio esse annalis , deinde statutum fuit,vt vsque ad vitam fidelis successio produceretur , sicque mortuo vasallo feudum,quia impersonale erat,cum persona ipsius extingue batur,ideo illo tempore omnia beneficia personalia dici po terant,hoc enim inerat ex natura ipsius rei in feudum datæ. c i.de feudo guardiæ,hocque scribit Iacob. de Ardizo, in tit. de successi.feud.colum fina.versic. item potest dici , fol.30.& Afflict.in capitu.i.§.& quia, 2.col.de his qui feud.da.poss.per illum text.

4 Hodie autem,quia†Corradi beneficio,concessio in feudũ censetur esse realis,nam de natura feudi est, vt transeat ad filios masculos,omnesque descendentes in infinitum, vt in d. c.i.§.cum vero Corradus , de his qui feud. da. poss.propterea
5 quando reperitur † cõcessum feudum ad vitam feudatarij,& sic venit extinguẽdum cum eius persona, dicitur personale, & non habens propriam naturam recti feudi,vt scribit Egui
6 na.Baro,in methodo.c.6.Possent poni† exempla de hoc feudo impersonali,in feudo guardiæ,Castaldię, Soldatæ multisque aliis, de quibus inferius congruis titulis seriatim dicemus,& de eis scribunt Blanc. in d. tit. de quo feudo nulla est successio,& Ardizo in prędallegato titu.de succes.feu.& talia
7 feuda†sunt ad instar priuilegiorum personalium, quæ ad hę redes non transeunt , vt in l.maritum , & in l. etiam. ff. solu. matrimon.licet quandoque transeunt ad filios.l.i. C de priui leg.eor.qui in sacro consilio,& in l.in sacris.C.de præpos sac. cubic & in l.nemini.C.de aduo. diuers. iud. sed quia feudalia tractare intendo,nolo de hoc disputare,quia Dd.in l.etiã, latius de hoc scribunt.

8 Quæro,an feuda†personalia,quæ non transeunt ad hæredes accipientis,transeant saltem ad hæredes dantis: Ioannes Blan.in d.tit.de quo feudo nulla est successio,j.colum. versic. item in Soldatæ feudo,dixit,quod regulariter dicta beneficia personalia nõ transeunt ad aliquos hæredes , nec dantis,nec accipientis,ponitque exemplum in feudo Soldatæ,Guardię, & Castaldiæ,Camerę,& Cauenæ.Ego autẽ dicerem,quod licet non transeant ad hęredes accipientis, tamen transibunt ad hęredes dantis,c.i.quib.mo.feu.const.potest,c.i.de consue. recti feu.& ibi notatur in verbo,paribus,& facit tex.in c.i.in fi.qs dica.dux,vbi feudum Soldatæ ex natura partium transit in hæredem;morte enim dantis , vel accipientis interueniẽte finitur,vnde arguendo ab hoc feudo Soldatę,in quo particulariter hoc est dispositum,dicendum videatur aliud iudicandum generaliter in aliis feudis impersonalibus, hoc est,vt trãseant ad hęredes dantis.Et pro hac opinione facit viua ratio, nam si feudum debet durare,durante vita feudatarii , inconueniens est dicere,quod velit extingui morte dantis, cur autẽ ita dispositum fuerit in feudo Soldatæ, dicemus suo loco in tit.de feu.Soldatæ,hancque opinionem tenuit Cur.par.1.q̃st. 8.num.33.& seq.

9 Limita hoc,quod dixi ,feuda † personalia non transire ad hæredes accipientis,non procedere quando feudum esset cõcessum Vniuersitati,vel Collegio, quia tunc transiret ad posteros subrogãdos in locum aliorum,iuxta tex. l. proponebatur.ff.de iud.vt tradit idem Blanc.in titu. de quo feudo nulla est successio,in fine.

10 Feuda impersonalia de iure scripto feudorum † sunt Marchionatus , Ducatus , & alia feuda dignitatum,si quidem ad hæredes non transeunt,c.i.de feu.March. tradit Blancus in d. tit.de quo feu.nulla est successio,in princ.sed hodie hoc vsurpatum est,nam ex consuetudine sunt effecta feuda regalia,& transeunt ad hĩdes,c.i.in fi.de ali.feu.ibi,vsurpatũ,& dicemus in tit.de feu.Reg.& dignitatis,tñ etiam hodie Marchionatus, Anchonitanus,Ducatus Spoleti , & Comitatus Romandiolæ,sunt feuda personalia,vt inquit Aluaro.in c.i.in fi.de alie. feu.& ibi de Marchione Ferrariæ & Duce Calabriæ , & Austriæ,de quibus dicam in d.tit.de feu.Reg.& dignit.quando autem dicatur feudum impersonale,declarat Brunus cons.114. num.490.Curt.in d.parte 1.quæstio.8. nume.33. cum sequen. Iacob. in verbo,feudum,6.diuisi.nume. 17. Zasius in titul.de feud.degenerantibus,num. 31. & de feu. concesso ad vitam, locutus est Signoro.consil.92.

DE FEVDO PEESONALISsimo.

SVMMARIVM.

1 *Doctores,qui feudi personalissimi meminerunt adnotantur .*
2 *Personalissimum feudum,quod dicatur,quidue sit.*
3 *Soldatæ feudum dicitur feudum personalissimum.*
4 *Personalissimum feudum in quo a personali differat,scribitur.*
5 *Error Petri Iacobi Doctoris a Monte Pessulano,circa declarationem feudi Cameræ,& Cauenæ.*

TITIVS XXIII.

1 SEquitur videre de †feudo personalissimo, de quo meminit Cur.in i.par.quæstio.8.nume.34. Iaco.in verbo , in feudum diuis. 6. nume. 17. Cardina. in prælud. diui. 10.& ibi similiter Aluarot. & Bald. in vi.Zasius in tit.de feud.degene. num.32.conclusio.9.

2 Feudum†personalissimum est illud, quod nec ex parte dãtis , nec ex parte recipientis , ad hæredes transit, & ideo personalissimum nuncupatur, quod etiam maximum personale , apud Ioannem Montanum in titu. de origine feudorum,appellatur, potestq; exemplum poni in feudo Soldatę, de quo in ca.primo, §. soldata. quis dicatur dux.prout notat. Iacob.in dicta sexta diui.de quo feudo particulariter cõgruẽ.
3 ti titulo,de†feudo Soldatæ dicemus, quod nec ex parte dantis,nec recipientis ad successores legitimos transit,argumen l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verborum.obligati. l. vt po

Source : BIU Cujas

4 mum.ff.de ſeruitu.ideoque†perſonaliſſimum appellatur,qa a perſonali differt in eo,quod nec ad dantis,nec ad recipientis hæredes tranſmittitur.Perſonale autem etſi cum perſona accipientis finiatur, attamen dantis ſucceſſor ad illud dandum aſtringitur,vt diximus in præcedenti tit.de feud. imperſonalibus,& alibi dicemus,hocque notauit Blancus in titulo,de quo feudo nulla eſt ſucceſſio,prima,colum.verſi.item in Soldatæ feudo.

5 Petrus † Iacobus Doctor a Monte Peſſulano, ſecundum aliquos,in 4.diſtinct.feudorum,feudum Cameræ, & Cauenę, de quibus in ſubſequentibus titulis ſermonem habebimus,perſonaliſſima feuda putauit,allegando pro huiuſmodi ſua ſententia,tex.in c.primo,in fi.de feu.cogni.quod mihi minime placet, prętertim quia tex. per ipſum allegatus hāc ſententiam nedum non probat, ſed contrarium determinare videtur,dum ibi dicitur,feudum non poſſe conſiſtere,niſi in rebus ſoli,aut ſolo cohærentibus,aut iis quæ inter immobilia connumerantur,veluti cum de Camera, aut de Cauena,feudum datur,quib.ex verbis magis videtur probari,feudum de Camera tranſire ad hæredes dantis, cum feudum nuncupetur,quando aliquid de Camera, vel de Cauena datur. faciunt pro hoc ea, quæ in præcedenti titulo dicta per nos fuerunt,arguendo a ſpeciali,de tex.cap.primo, §. Soldata,quis dicatur dux.

DE FEVDO CAMERAE.

SVMMARIVM.

1 *Loci,in quibus Obertus de Orto meminit feudi Camerę,notantur.*
2 *Loci,in quibus Iſernia feudum Cameræ commemorauit,deſcribuntur.*
3 *Feudum de Camera quid ſit,& quando dicatur.*
4 *Camera fiſcalis quæ dicatur.*
5 *Camera ſummarie quid ſit.*
6 *Regia theſauraria quid ſit.*
7 *Ioannis Baptiſtæ Manſi aliquæ laudes narrantur.*
8 *Magni Camerarii officium,remiſſiue.*
9 *Camera Archiepiſcopalis adeſt in ciuitate Capuæ.*
10 *Feudum Cameræ poteſt conſiſtere,etiam in rebus ſoli.*
11 *Feudum Cameræ poteſt conſiſtere in nominibus debitorum.*
12 *Cameræ feudum licet extinguatur morte accipientis,tamen eius ſucceſſor habebit fructus integri anni.*
13 *Cameræ feudum,ſi ob æs alienum non poſſit ſolui, debet expectari donec ſolui poſſit.*
14 *Cameræ feudum licet morte accipientis finitur, tamen morte dantis minime.*
15 *Camerę feudum cauſatur poſſeſſionem ei, qui bis vel iter illud recipit.*
16 *Aere alieno durante poſſunt ſuſpendi prouiſiones ſoluendę de feudo Cameræ.*
17 *Dominus concedens feudum Cameræ,ſi illud propter debita nequeat ſoluere,tenetur inquantum facere poteſt.*
18 *Cameræ feudum habens, an poſſit cogere poſſeſſores introitum ad ſibi aſſignandum,vnde percipere poſſit debitum annuum.*

TITVLVS XXIIII.

1 DE hoc feudo † Cameræ de Orto loquutus eſt ī c.primo,§.fin.de feu.cogni. & in c.j.§.ſi vero vaſallus.quid ſit inueſti. & in c.primo, in prin.de no.feu. & de eo ſcripſit And.dictis in locis,& in c.primo,ver.ſi quis vero temerarium,num.10.de pace iur.fir.& in c.primo,nume.2.de feudo Marchiæ, vbi dixit Cameram eſſe

2 nomen nouum iuris,& libri feudorum.Et feudum †de Camera memorauit Pernus in primis nota.col. 2. ver.feudum acquiritur,Iaſon in prælud.diuiſ.14. Alu. & cęteri in eiſdem prælud.in d.c.primo,§.ſciendum.de feu.cogni.de quo ſimiliter meminit Ioannes Mantanus de Ferrariis,in titu.de rebus quæ in feu.dari poſſunt,ver. inter immobilia. fol.41.vbi feu

3 da hæc,de Camera,alias Cameraria appellat.Tuncque†dicitur feudum de Camera,ſecundum Aluarotum in c. primo, §.ſciendum.de feu.cogni.quando aliquid annuum eſt ſoluē

4 dum alicui in feudum ex fiſcali Camera. Quę† autem dicatur,declarat Guido Papa deci.453.Capy.deci.197.vbi de Camera ſummariæ loquitur,qui locus eſt,vbi reponuntur bona vacantia,confiſcationes,& mulctæ, vel ex Regia theſauraria,vt inquit Eguina.in c.primo,in prin.de not. feu.vbi ex

5 †Camera, ideſt, ex theſauro exponit, & ſecundum Zaſium in titu.quæ res in feud.dari poſſunt.num. 8.dicitur locus, in quem theſaurus recolligitur.Et hodie multas ſolutiones, regiis officialibus, cæterisqne miniſtris fieri videmus ex dicta

6 theſauraria†regia,licet non in feudum illę teneantur,ſed ad vitam tantum,prout clariſſimo iureconſulto Ioanni Baptiſtæ,olim regio conſiliario, quem cum in ordinem incurrerit,inhonoratum pertranſire turpe mihi duxi. Hic enim ille eſt, qui ob iuris ſcientiam, & vitæ integritatem, ſanctitatemque in cauſis agendis,defendendisque, Doctor veritatis communi omnium conſenſu eſt appellatus:hic ex patrociniis tuendis tantas ſibi diuitias parauit, tantas adeptus eſt opes, vt inter Neapolitani Regni barones, quos appellant, ſit annumeratus, & ciuitatis Biſacciarum factus dominus: hic ab inuictiſſimo Cęſare Carolo V.iterum benigne inuitatus, vt Regium conſiliarium ageret, vel Regiæ Cameræ præſideret,id oneris ſuſcipere plane noluit. Cū vero Regno Neapolitano præeſſet, & ſapienter moderaretur, illudque ab hoſtibus fortiter defenderet, fœliciſſimus atque inuictus Albarum Dux,coactus eſt tandem, & admonitionibus, &

7 precibus victus,Ioannes† Baptiſta Manſus grauiſſimum cōſiliarii Regii onus ſibi præter voluntatem impoſitum ſuſtinere,qui ab optimo, & fortiſſimo Duce Romam verſus cū exercitu,pro collaterali conſiliario ductus eſt. Tunc enim bellum a Romano Pontifice motum maxime timebatur, at cum Regiis conſiliis,& bellicis rebus ſatis prudenter,& fideliter octo menſes ipſos interfuiſſet, laboribus oppreſſus, ſupplex contendit a Rege,vt liceret ſibi id oneris deponere, & ſe tandem magiſtratu abdicare:ab inuictiſſimo itaque & optimo Rege noſtro Philippo habita officiorum,& virtutū clariſſimi viri ratione,quod petierat,facile impetrauit, & diuinam munificētiſſimi Regis in ſe expertus eſt liberalitatē, ex illo enim die ſexcenteni aurei ſingulis annis illi ſoluuntur,donec vixerit,ex Regia munificentia numerandi,non ſecus atque illis, qui in Regio conſilio omnes excipiunt labores, omnemque capiunt moleſtiam, ſed ad rem redeo. De qua pecunia ſoluenda in feudum a Camera, ſcripſit Andr. in c.primo,§.illud quoque præcipimus,numero 17.de prohibi.feu.alie. per Fede. & in regno noſtro eſt aliud officium in

8 Regia Camera ſummarie quod dicitur†magni Camerarii, & conſiſtit in iudicando inter fiſcum, & priuatum, vt habetur toto titulo.C. vbi cauſæ fiſcales,ac in prouidendo ſuper cōſeruatione introituum Regis,de quo magno Camerario multa ſcripſit Marinus in libro primo, in titulo de officio magni Camerarii, fol.30. & quibuſdam aliis in locis reperiuntur Camerarii, qui Camberlingi appellantur,prout in

9 ciuitate† Capuæ,in qua adeſt Camera Archiepiſcopalis, & locus in quo reponuntur frumenta, vinum, & oleum, & huiuſmodi cætera Reuerendiſſimi Archiepiſcopi,vbi eſt deputatus officialis, qui Camberlingus dicitur.de quo Camberlingo ſeu Camerario memit Capy.deciſione 168.vnde ſi aliquis fuerit inueſtitus de aliqua annua quantitate ſibi ſoluenda de Regia Camera,vel Regio theſauro,ſiue ſuper introitibus fiſcalibus Dohanę, Gabellæue Regiæ diceretur habere feudum de Camera,vt per Andre. in dicto §.illud.in fine.Et

10 huiuſmodi feudum† de Camer. poteſt conſiſtere nedum in redditib. domini,& ſic in pecunia,verum etiam in rebus ſoli,vt quia Camera habet fundum, ſiue domum, ex quibus percipere ſolet fructus,introitusque,ſi dominus dat fundum vel domum alicui in feudum,vt ſingulis annis percipiat vſu fructum ipſorum bonorum,hoc etiam feu.de Camera nuncupatur,vt tradit Alua.in c.j.§.ſciendum,colu.pen. poſt glo. ibi,in verbo,de Cauena,de feu.cogn.ar.gum.l.j.ff.de vi & vi

11 arma.& ſimiliter conſiſtere poteſt hoc ††feudum de Camera ſuper nominibus debitorum domini, vt ſi dominus concedat in feudum alicui centum percipienda omni anno a Titio eius debitore,argum.l.Caius.ff.de leg.ii.vt inquit And.in dicto §.ſciendum.quem ſcribitur ibi Aluaro.ii.col. hocque intelligendum eſt,ſi talia nomina debitorum perpetuo obligata ſunt,quia ſi ad tempus,tunc cum non eſſent duratura, venirentque in conſumptionem, non poſſet in eis feudum conſiſtere,vt alibi in titu.de feu.incorporale dicemus. Intellige tamen omnia prædicta vt bene procedant, non tamen tunc erit feudum proprium,vt inferius tractabimus.

12 Nota,quod quando† feudum Camerę eſt deuoluendum ad dominum ob mortem illud tenentis, tunc etſi feudum extinguatur,attamen eius ſucceſſor habebit fructus, ſiue introitus integri anni,quo vaſallus ſuus prædeceſſor obiit,etſi in principio anni deceſſiſſet,argumen. l. Caius. ff. de annuis lega.& l.diem functo.ff.de officio aſſeſ.tradit Capy. in ca.imperialem.fol.34.de prohi. feu. alie. per Fede.hocque contingere poſſet in officialibus noſtri temporis,quibus ſoluuntur prouiſiones ex prouentibus officiorum, qui ſi minime ad ipſorum Regia habebunt,ſiue alterius domini,cuius officiales ſunt,vt tradit And.in dicto c.primo,§.illud. columna fin. de prohi.feu.alie.per Fede.

13 Feudum hoc de Camera huiuſmodi naturæ eſt,vt ſi†Camera

Source : BIU Cujas.

mera ex qua debet ſolutio fieri, pecuniarum penuria permeretur,ita vt illud annuũ ex dicta Camera ſoluẽdum,ſolui non poſſet,tunc minime teneretur, quouſque vires non patiuntur,c.primo,de notis feu.Bal.cap.imperialem.§.illud, col.4.de prohi.feu.alie. per Fede.quia verba illa in conceſſione appoſita,ſoluẽdum de Camera,loco taxationis,non autem demonſtrationis adiecta cenſentur, vt tradit Aluaro.in dicto c.primo,de notis feud. poſt Andream, & Baldum ibi. Hinc dicunt, quod Regia Camera ſummariæ ſolita fuit ſuſpendere prouiſiones officialium ob ęs alienum, etiam ſi ſuper Dohanis,Gabellis,cęterisque Fiſcalibus functionibus fuerunt ſtabilitę.

Item feudum hoc de Camera eius eſt naturæ, ſecundum
14 aliquos,vt†nedum accipientis,verum etiam & concedentis obitu extinguatur, cum ſit perſonale beneficium,feudumue.Ioannes Blancus in ti.de quo feudo nulla eſt ſucceſſio,columna j.ver.item feudum Camerę.Sed aduertendum, quod multi ſunt qui oppoſitum tenuerunt ſubſcripta ratione:nã ſi dicimus hoc eſſe proprium feudum, propriamue feudi naturam habens, tranſmitti debet ad hęredes tanquam perpetuum,niſi lex vel pactio dati feudi contrarium ſtatuerit ca.j. §.prętera quid ſit inueſtitura.c.primo,§.beneficium. in quibus cau.feu.amit.notant Docto.in c.j.de feu.non haben.propri.nat.feu. vnde ſi feudum hoc de Camera dicitur rectum, prout videtur probari in d.c.j.§.ſi vero vaſal.quid ſit inueſti. ibi,aut iuret ſuum eſſe feudum rectum, & tradit Bald.in d.c. j.ver.ſi veto vaſalli,in prin.quid ſit inueſti.Aluarot. in c.j.§.j. quis dicatur dux,& in 17.diuiſi.in prelu.feu.etſi varius in c.j. §.ſciendum.ii.col.de feu.cogni.morte dantis & accipientis ſi niri dixerit,ergo tranſmitti debet ad hęredes.c.j.in fi.in quib. cau.feu.amit.Nos autem contrariam ſententiam, vt veriorem ſectantes, feudum hoc ad hęredes accipientis minime tranſire putamus, niſi aliter initio conceſſionis expreſſum fuerit, prout tradit Ioannes Blancus in dicto tit.de quo feu. nulla eſt ſucceſſio.colum.j.vbi plus voluit etiam morte dantis finiri, quod nõ affirmamus,vt inferius demonſtrabimus, notat Iaco.de Ardizo.in ti.de ſucceſ.feu.col.20.ver.ſic idem in feudo Camerę. vbi inter perſonalia feuda illud annumerat.Ad hæredes autem dantis proculdubio tranſire arbitror, cuius rei fortiſſimum eſt argumentum, quia ſi feudum hoc perſonale eſt,& conceditur alicui aliqua annua pręſtatio de Camera fienda,dum vixerit,indubitatum eſt,quod ſi viuente conceſſionario concedens moriatur, ipſius prędeceſſoris factum ſucceſſores adimplere tenentur,argumen.c.j.qui ſucceſ.tenean.Hancque opinionem tenuit Aluarot. in c.ſciendum,de feu.cogni.vbi etiam dixit,in hoc feudo feudales regulas minime procedere,quamuis in ca.primo,quis dicatur dux.& in 17.diuiſi.aliter,& male ſenſerit, vt diximus ſupra, & tenet Zaſius in titu.de feu.degeneran.conclu.8. nume.31. Nec obſtat, quod feudum rectum dicatur,vt in d.§.ſi vero, quia intelligitur quoad alia,nam quo ad naturam ſucceſſoriam feudi degenerat,& improprium eſſe dicitur.

15 Prętera huiuſmodi naturæ eſt,feudum†Cameræ,vt ſi vaſallo bis vel ter fuerint ſoluta illa annua,quæ de Camera ſibi ſolui promiſſa fuere, dicetur in talium feudorum poſſeſſione perſiſtere,vt dicitur in cap.primo, §. præterea vaſallus quid ſit inueſti.

Notandum eſt, dum in præcedentibus mox dictum fuit,
16 obtæs alienum poſſe ſuſpendi, nec ſolui debitum vaſallo ſoluendum de Camera, quia intelligẽdum eſt de ęre alieno contracto,antequam fieret infeudatio,argum.l.poſt contractum.ff.de donatio.l.j.C.creditores pœnis fiſca.prefer.quamuis Alua.in c.j.in prin.de not.feu.de ære alieno,ſeu debitis ęctis,etiam poſt infeudationem ſenſerit, cui non aſſentimus, per ea quæ ſupra diximus,ſed ſi tota dohana, totaq; gabella fuiſſet data in feudum, tunc ære alieno ceſſante fiet ſolutio vaſallo,ẽt pro tpe pterito,quo ceſſatum fuit, vt in ſimili in pſtationib.annuis, ſeu redditib.ſterilitatẽ vnius anni cũ ferti litate alterius compenſari dicimus,l.licet.C.loca.l.legati. §.j. ff.de ann.leg.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de ver.ob.tradit And.in c.j.col.3.de feu.Mar.Alua.in d.c.j.in prin.de not.feu.

17 Quæro,an†dñs,qui hmõi feudum de Camera conceſſit,ſi id quod ſoluere pmiſit,minime ſoluere valeat,teneat ĩ quãtum facere põt,deducto ne egeat, quemadmodũ donator, coniunx,pater,cæteræq; pſonæ,q̃ in d.§.ſunt pterea.inſtit.de act.numerantur,& in l.inter.ff.de re iud. Et dicendum eſt,ꝙ ſic,vt ſcribit Eguina.Baro,in c.j.in prin.de notis feu.

18 Quæro,an habens tale†feudũ Camerę, poſſit cogere poſſeſſores introituũ ad ſibi aſſignãdũ, vñ percipere poſſit debitũ annuũ ſibi in feudũ conceſsũ?Dicendũ eſt,ꝙ nõ,vt p Alua.in c.j.§.illud.de phi.feu.ali.p Fed.& p la.ſ.in plu.feu.diuiſ. 14.n.125.niſi dñs habuiſſet reſpectũ nedũ ad introitus, verũ ẽt ad poſſeſ.ex qb.introitus pcipiunt, nã tũc poſſent ꝓpelli poſſeſſores,ſm Alua. qa in gl.interpretat.in d.§.illud quoq;

præcipimus.ſed ſi ſolum in promiſſione fuiſſet dictum,concedi decem percipienda de Camera,non deſignando certas poſſeſſiones,tunc procederet prima opinio,prout colligitur ex dictis Andr.in d.§.illud quoque præcipimus, ibi dum dicit,tunc non debere dari, niſi de Camera vnde ſolui poſſit, etſi eſſet euacuata, expectabitur donec ſit vnde dari poſſit, ſecus ſi dixiſſet, do tibi decem vncias in feudum, aſſignandas ex bonis, quę percipiuntur, & interim volumus, quòd eas percipias in tali Gabella,quia ſi excidunt,compelleretur concedens eas aſſignare,argu.l.ſi quis argẽtũ. §.1. C.de don.

DE FEVDO CAVENAE.

SVMMARIVM.

1 *Cauenæ feudum nonnulli Canneuæ appellauerunt.*
2 *Cauenæ feudum aliquando appellatum a quibuſdam feudum Cauea.*
3 *Andreas de Iſernia in certis locis de feudo Canneuæ.*
4 *Feudum Cauenæ à Perno fuit appellatum feudum de Cama.*
5 *Cauenæ feudum quid ſit, & quando dicatur.*
6 *Feudi de Cauena natura, qualitaſue quæ ſit.*
7 *Reſtitutio vigore capitulationis factæ per Regem catholicũ Baronibus, non comprehendit reſtitutionem bonorum incorporalium.*
8 *Incorporalia bona non propriè poſſidentur.*
9 *Iuriſdictio non verè & propriè poſſidetur.*

CAPITVLVM. XXV.

FEudum †Cauenæ, vna cum feudo Cameræ, de quo in proximo tit.loquuti ſumus, coniunctim ab Oberto ſemper poſitum fuit, in c.j.§. fi.de feu.cogn. & in c.j. §.ſi vero vaſallus. quid ſit inueſt.& in ca.j.in princ. de notis feu. Nos autem vnum ab alio diuiſimus titulũ, vt iuniores facilius hos terminos intelligere queant.

1 Hocque † feudum Cauenę, aliàs de Canneua nonnulli appellauerũt,vt Iacob. de Ardizo. in tit.quæ res poſſ.in feu.da. Ioan.Blan.in tit.de quo feu. nulla eſt ſucceſſio,j.col.verſi.itẽ feudum Cameræ,& Caneuę. Zaſius in tit. de feu.degen.cõcl.
2 8.nu.3.Iacob. vero de Belui. in tit.de feu.cogn. †Caueam habet,de quo feudo ſimiliter And. loquutus eſt in d.c.j. verſi.ſi quis vero temerarium, de pace iuramento firman. & in d. c.j.§.ſciendum,de feu.cogni.& in d.c.j.§.ſi vaſallus,quid ſit in ueſtit.& in d.ca.j.de notis feu. vbi apothecam Cauenam ap-
3 pellat,& in c.j. nu.2.de feu. March. quibus†in locis Cauenæ feudum vocauit. vbicunque enim Andr. de feudo Camerę meminit, ibi etiam de hoc feudo Cauenæ, q uaſi annexo,ſi-
4 militer vt Obertus ſcripſit, quod etiã † cõmemorauit Pern. in primis notab.2.col.verſ.feudum acquiritur,vbi huiuſmodi feudum de Canneua, feudum de Cama nominauit, ſed neſcio ſi corruptus ſit, huiuſmodi quoque feu. meminerunt etiam Do.in prælu.Aluar. in d.§.ſciendum, de feu.cognitio. & Martin.de Laude.in c.j. de not.feu. vbi Canepam ſeu Canipam aſſeruit appellari.

5 Feudum†Cauenæ, ſiue Canneuæ, vel de Cama, quocuncunque nomine nũcupetur, quod impropriũ eſt feud.tunc eſſe dicitur, quando conſtituitur quid alicui in feudum ſingulis annis ſoluendum ex granario ſiue cellario domini, nã Canneua locus eſt,in quo frumentum, vinum,oleum,& huiuſmodi cætera reſeruantur, ſecundum Do.in d.§.ſciendum. Zaſ.in tit.quæ res in feu.da. poſ.num.8.prout exẽplificat Andre.in c.j.num.3. de feu.March. vbi dicit,quòd ſi conſtitui tibi decem in cellario meo,hoc eſt,Canneua,quia fortè vendebam vinum, ſoluẽda omni anno ex dicto cellario,quod Canneua dicitur. de quo feu.ſimiliter idem And. locutus eſt in ca.imper.§.illud quoque præcipimus, num.71.de prohib. feu.alien.per Feder.& Bal.in d.c.ſciendum, de feu.cogni.vbi dicit, feudum hoc de Canneua cõſiſtere in cibis,& diſtributionib. quotidianis in groſſo, ſiue diurnis,de qua materia in tit.de feu. incorporali tractabimus. Huiuſmodi feudum huius naturæ eſt,& qualitatis,cuius eſt feudũ Cameræ, de quo in ſuperiori tit. ſcripſimus ſi quidem morte recipientis, non autem dantis extinguitur,ex ſcriptis per nos ibidem,quę omnia hic repetenda ſunt. & dicitur conſiſtere in rebus,quæ inter immobilia connumeranter, vt dicit tex.in in c.j.§.ſciendum, de feu. cogni. prout ſunt annui redditus, nominaque debitorum,& id genus ſimilia, vt notatur in Clem. exiui de paradiſo,extra,de verbo. ſignifi.tradit Bal.in l.hac edictali.§. his illud.C.de ſecun.nupt.arg. §.j.in Authen.de non alien.& hoc caſu non potiuntur verè prærogatiuis illis, quibus immobilia potiuntur, vt notat idem Angel. in l.quiſquis,in fi. C.ad leg. Iul. maieſt.Hinc† infertur,quòd quantumcunque

Rex

Source : BIU Cujas

Rex Catholicus, in capitulatione pacis, quam cum Christianissimo Rege facit, de qua meminit Loffr. in paraphr. in ca. si facta, versi. filii, si de feu. defunc. fue. contro. & in cap. i. de pace iur. firman. promiserit restituere Barones in possessionem eorum bonorum immobilium, non tamen censetur voluisse ipsis restituere Gabellas, Dohanas, & alias prouisiones annuas feudales, quamuis prædicta inter immobilia annumerentur ex supradictis, & notat Bal. in c. i. de feu. cognit. qui pedagia, & guidagia inter immobilia ibidem descripsit. Nobis autem placet prima sententia, nam dicta restitutio trahi nō
8 debet ad †incorporalia, quę proprie non possidētur. l. seruus. §. incorporales. ff. de acquir. rer. domin. faciunt nota. per Bal. in c. i. 8. & 10. colum. de Capit. qui Curi. vendi. vbi voluit, qd' si quis recognouerit se tenere in feudum ab aliquo domino quicquid in tali loco possidet, quadam domo excepta, si in
9 eodem loco †iurisdictionem possideat, minime censebitur eandem iurisdictionem concessisse, cum incorporalis sit, nec vere possideatur, vt in d. §. incorporales. & cum Bald. transit Iacobin. in uerbo, dictique vasalli promiserūt recognoscere, nu. 15. ar. l. nam quod liquide. §. fi cui. ff. de pe. leg. vnde cū præfatus Catholicus Rex promiserit restituere Barones in possessionem suorum bonorum, sub tali promissione huiusmodi incorporalia non includi arbitramur.

DE FEVDO SOLDATAE.

SVMMARIVM.

1 *Soldatæ feudum personalissimum dicitur.*
2 *Soldatæ feudum non transit ad hæredes dantis, nec accipientis.*
3 *Soldata qui sit, & vnde dicatur?*
4 *Soldata appellatur, quia in solidorum præstatione consistit.*
5 *Differentiæ inter feudum Soldatæ, & feuda Cameræ, & Cauenæ.*

TITVLVS XXVI.

1 FEudum Soldatæ personalissimum feudū alibi appellauimus: nō enim dicitur habere propriam naturā recti feudi, imo aliqui vocant ipsum personalissimum, quia semper cum persona moriente finiatur, nec †transeat ad hæ-
2 redes dantis nec accipientis, vt habetur in c. i. versic. Soldata, quis dicatur dux. & de eo meminit Blanc. in summa, tit. de quo feu. nulla est succession. Curt. in i. par. quæst. 8. num. 34. cum sequen. Iacob. de Ardizo. in tit. de succes. feu. colum. 20. ver. item in Soldatæ feudo. & in Rubricella de soldata, fol. 9. Zasius in titu. de feu. degenerantibus, num. 32. An. in c. i. nu. 2. de feu. March. Bal. in prælu. diuisione 6. Aluaro. ibidem, diuis. 10.

3 Dicitur autem Soldata a stipendii præstatione, nam †appellatur annua præstatio gratuita, quę fit a Principe siue alio superiore alicui intuitu alimentorum anno quolibet porrigēda, quę nec ad dantis, nec ad recipientis hæredes transit, sed cum vtroque esse definit, vt diximus paulo ante. Quapptер personalissimum feudum, siue vt aliqui dicunt, maximum personale appellatur, vt diximus in tit. de feudo personalissimo, per tex. in d. c. i. §. soldata, quis dicatur dux, declarat Bal. in prælu. feud. diuis. 6. Aluarot. in eodem loco, diuis. x. Vdal. in tit. de feu. degene. cōclus. 9. char. xxi. Camer. in c. imperialem, in lite. P. char. 103. Andr. scribit de hoc feudo i ca. 1. in j. col. nu. 2. de feud. marchi. vbi dicit quod quantumcūque debeatur in feudum quoad intentionem dantis & recipientis, non tamē est feudum. Nonnullique putant soldatæ esse feudum, quod Romanus Pontifex conferre solet Duci Spoletano & Marchioni Anchonitano, siue comitibus Romaniolæ & Campaniæ, qui Pontificis vicarii & administratores illis in locis habentur, annuamque prestationem ex cōmoditatibus & obuentionibus ex illis terris obuenientibus percipiunt quoad
4 vixerint tantum, vnde † soldatæ nomen præ se ferant, quasi quod consistant in præstatione solidorum, id est pecuniarum, aliarumque rerum, & habent merum & mixtum imperium, & omnimodā iurisdictionem, vt scribit Prępositus in c. j. §. in feudum, de ali. feu. Et quod ex eo soldata nūcupetur, quia in solidorum donatione consistit sibi, prefatus Iacob. de Ardizo. in d. tit. de soldata, nam quandoque in vino siue in annona, consistit, nec appellatur feudum, nam in suo proprio nomine stat, appellaturq; soldata, vt in d. §. soldata. & differt feudum hoc ab illo Camerę, & Cauenę, ex quo is qui hoc habet, annuam prouisionem duntaxat, percipit in pecunia non destinato loco vnde soluitur, qui vero illa possidet ex ærario siue mensa vectigalia vel thesauro, sibi designata accipit, in quibus feuda constituuntur, quia inter immobilia connumerantur. vt in c. i. §. sciendum, de feu. cogni. & in tit. de feu. Cameræ, explanauimus. Et aliam differentiam inter feudum hoc soldatæ feudaque illa cauenæ & Camerę posuit Iaco. de bello viso in d. c. a. i. fin. col. quis dicatur dux. quia
5 † feudum soldatæ datur gratis alicui ppter paupertatem. vt dicit euenisse in facto in Regno Siciliæ, illa vero dari solent propter seruitia, & ideo feuda appellantur, licet aliquando soldata etiam detur stipendiariis soldatis, sicq; propter seruitia, vt dicit ipse ibidē, quod sibi non placet. Nobis aūt verum videtur, nam si soldata a solidorum pīstatione dicitur, & soldata vt plurimum stipendiariis soldatis, siue militibus præstari consueuerunt, non videtur ab re esse, si hoc defendimus.

DE FEVDO BOSCANDI ET effodiendi.

SVMMARIVM.

1 *Feudum boscandi & effodiendi dicitur feudum impersonale nullā habēs propriam feudi naturam.*
2 *Boscandi, siue effodiendi feudum quando dicatur.*
3 *Boscandi, & effodiendi feudum transit ad hæredes accipientis, & est noua opinio.*
4 *Intellectus nouus §. si quis alicui. l. idem Iuli. ff. de leg. pri.*
5 *Impensæ factæ per concessionarium in feudo sibi dato ad boscandum, an debeant restitui per dominum in feudo ad se reuerso?*
6 *Baro an possit concedere rem sterilem feudi sub reditu sine domini assensu.*

TITVLVS XXVII.

1 REperitur quoddam †feudum appellatum boscandi, & effodiendi, quod similiter est feudum nullam propriam habens feudi naturam, de quo meminit Iacobus de Ardizone in summa, quot sunt genera feudo. in fine. & in titu. de successione feu. vbi de feudo cedendi lapidem, vel effodiendi terram, & de hoc feudo similiter meminit Ioannes Blancus in summa in prin. & in titu. de quo feudo nulla est successio. Et dicitur
2 esse † feudum Boscandi, siue effodiendi, quando conceditur fundus sterilis, & incultus, ita vt concessionarius possit illum boscare, vel effodere, vel in eo lapidem cædere. Nam *fundus* prędictus hoc modo concessus ad tale opus, censebitur datus in feudum personale, nisi aliud in contrarium fuerit exp̄ssum in formula inuestiturę, nec transit ad descendentes, siue posteros, put tradunt p̄fati Doc. in locis s. all. q. p. hoc allegāt tex. in l. idem Iulianus. §. si quis alicui. ff. de leg. j. vbi legatum factum alicui vt liceat lapidem cedere, ad hęredes non transmittitur, nisi nomen hæredis legato adiectum fuerit, prout in simili dicunt de feudo vsusfructus, vt minime etiam ad hęredes trenseat, quemadmodum in tit. de feudo vsusfructus dicemus. Sed puto circa hoc aduertendum, si quidem verius videtur fundum taliter in feudum concessum alicui, vt valeat
3 illum †exboscare, ac effodere, debere ad descendentes transire hodie ex beneficio Conradi, qui feuda annalia, siue aduitam, ad descendentes in infinitum pertinere concessit, vt dicitur in c. j. §. cum vero, de his, qui feud. da. poss. vnde in dubio realem concessionem, & successiue ad filios transitoriam cēsendam esse arbitor. c. j. de duob. frat. a Capi. inuesti. l. si pactū. ff. de probationib. tradit And. in c. j. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem, inc. Imperia. §. præterea duca. nu. 38. de prohi. feu. alien. per Fede. Cum aliis per nos allegatis in j. ti. in quæst. an in dubio cōcessio realis, siue personalis pręsumatur, hocque eo maxime tenendum est, quando non habemus contrariam feudorum dispositionem, qua cautū sit huiusmodi concessionem personalem esse, sicque cum persona, accipiētis finiri, prout in feudo Guardię, Castaldię, Camerę, Cauenę Soldatę, & cęteris similibus statutum est. Contraria non ob-
4 stant, quia †textus in d. §. si quis alicui, ideo disponit legatum illud ad hæredes non transire, ex quo solum fuit contemplata a testatore persona legatarii, dum voluit sibi licere lapidē cędere: Non mirum ergo, si cum persona tale legatum finitur, quando vero alicui conceditur in feudum aliquod territorium nemorosum, & incultum ad boscandum, siue effodiendum. Ratio nulla permittit, vt si concessionarius illud exboscauerit, ad melioremque reduxerit culturā, eius filius demum patre mortuo, in illud succedere nequeat. Præterea: ideo in d. §. si quis alicui, legatum non transit ad hæredes, quia merum factum personæ coherens continet, secundum omnes ibi. & sicut merum factum non transit ad patrem, dominumue. §. sed cum factum, institu. de stipulatione seruorum, licet filius eadem p̄sona cum patre censeatur, nihilominus illud

Source : BIU Cujas

illud ad eos non transit. At in casu proposito non conceditur facultas merum factum continens, sed principaliter conceditur fundus ad exboscandum, & effodiendum, & sicut fundus in emphyteusim concessus, vt melioretur, iuxta textum in §.adeo, Instit. de loca. transit ad hęredes, vt dicunt communiter Doctores, cur diuersum in concessione prędicta, quæ ad eundem tendit finem? certe non video, ideoque concluderem hanc concessionem ad legitimos successores de iure transire.

5 Quæro, quid si aliquis † concesserit alicui in feudum, certum territorium ad exboscandum, & effodiendum, concessionariusque in eo multas fecerit meliorationes, deinde territorium prædictum ad dominum concedentem reuersum est: an ipse dominus teneatur restituere dictas impensas factas in deboscatione prędicta? Videbatur quod non, quia expensę deboscationum pertinent ad culturam agrorum, quæ consistunt in arando, & serendo, vt in l. prima. §. de eo opere. ff. de aqua pluuia arcenda. istæ enim impensæ censentur fieri gratia fructuum quærendorum, & compensantur cum fructibus. l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrimonio. Præterea ratione deboscationis terra plus vtilitatis affert propter ligna, & ideo expensarum deberet fieri compensatio. l. si merces. §. vis maior. ff. locati. l. si a domino. §. finali. ff. de petitione hæredita. Tamen contrarium determinauit Paris, de feudis, in capitulo, & circa istas culturas, numero 12. folio 10. vbi dixit meliorationes perpetuas factas in rebus feud. posse recuperari, siue earum precium, per tex. in dicta l. diuortio, in fine, & tanto magis hoc procederet si quis fecerit meliorationes nēcessarias, vt dicitur in capitulo primo, versiculo si vasallus. hic finitur lex. De qua materia, & quæ expensæ, siue meliorationes sint restituendæ domino feudi, & quæ non, dic vt per ipsum Paridem in loco supra citato, & nos aliqua similiter tractabimus in titulo de Tenasiis.

6 Quæritur, an † Baro possit concedere rem sterilem feudi sub reditu in augmentum ipsius feudi sine domini consensu? & certe hodie etiam in augmentum talis alienatio non permittitur, cum fiat commutatio de vna persona in aliam, etiam meliorem, & deterius dicitur fieri, quod regi non placet, l. finali. ff. de vsu & habitatione. vt scribit Andreas in capitulo primo, §. præterea, de capitulis Conradi. ibi, etiam meliori dando. & nos alibi de hoc scripsimus, & non solum hodie hic casus exceptus est, vt sterilia feuda Baro possit concedere ad partem fructuum non modicam, & non in pecunia, vt scribit Andreas in capitulo primo, an ille, qui interfecit frat. domini sui, in additio. alias in rubrica, de vasall. qui contra constitution. Lotharii. vt aduertit Capyc. in decisione 156. & quia in multis ibi corrupta est litera Andreæ, ideo videndus est Camerarius in capitulo Imperialem, litera R. fol. quarto. & Marinus de subfeudis, 19. authorita. Baronis, folio 212. & quamuis non possit fieri concessio pro modica portione fructuum, illa tamen sustinetur, si aliquid pro intratura soluatur, vt inquit Baldus in capitulo primo. §. donare. numero 7. versicu. sub vilissima pensione, qualiter olim pote. feu. alien. sequitur Paris, de reintegratione feudo. capitu. feudatarius, num. 11. fol. 150.

DE FEVDO GVARDIAE.

SVMMARIVM.

1 *Loci, in quibus & Isernia, & cæteri mentionem fecerunt feudi guardiæ.*
2 *Guardiæ feudum, quando dicatur, & in quo consistat.*
3 *Guardiæ feudum etiam pretio pro eo dato nō restituto, an auferri possit per dominum concedentem.*
4 *Guardiæ feudum est annale, & degenerans a propria natura recti feudi.*
5 *Officia annaliæ sunt.*
6 *Guardiæ feudum, an ante annum possit auferri per dominum concedentem.*
7 *Pactio, an fieri possit vt feudum guardiæ teneatur vltra annum?*
8 *Guardianus si moratur intra annum, an feudum transeat ad hæredes.*
9 *Iuramentum fidelitatis an præstetur in feudo Gauardię.*
10 *Guardiæ feudum, an in dubio sit annale, si nil appareat de concessione?*

TITVLVS XXVIII.

HIuiusmodi feudi guardiæ, Obertus in primo libro tituum scripsit, de feudo guardiæ, quem vna cum feudo Castaldiæ coniunxit. Nos autem gratia commodioris faciliorisque intelligentiæ, vt alias diximus, separabimus, & primo naturam, qualitatemque feudi guardiæ, & subsequēti titulo, castaldiæ feudi describemus.

1 De hoc feudo † Guardię, Andre. multa dixit in capitulo primo, de feudo Guardiæ, ibique scribentes omnes, & in capitulo similiter, pignori dato feudo, quid iuris sit. Quam rubricam Andre. legit, simul cum rubrica de content. inter dominū, & fidel. de inuestitura feudi, dicens esse tertium dictum principale illius capituli primi, de conten. inter dominum. nec debere esse rubricā, vt ibi, in versiculo similiter, numero sexto, sed in subsequenti versiculo insuper scire, numero septimo, huius feudi Guardiæ meminit & in capitulo primo. §. item si vasallus, si de inuestitura feudi fuerit controuersia. & ante Andr. hoc feudum notauit Iacob. de Ardizo in titulo de eo, quod datur nomine Castaldiæ, vel Guardię, folio nono, & cęteri in præludiis feudorum, in diuisionibus, & in dicto capitulo primo, de feudo Guardiæ. Zasius in titulo de feudo degeneran. numero 4. fol. 153. inter feuda non recta degenerantiaque connumerat. Curt. par. j. quęstio. 8. numero. 32.

2 Dicitur autem feudum † Guardię, quando dominus alicuius castri, vel territorii, concedit aliquod feudum alicui, vt illud castrum, seu territorium custodiat: nam Guardia custodia dicitur, & Guardiani custodes appellantur: & tale feudum post finitum annum potest auferri vasallis, etiam pretio pro eo dato non restituto, capitulo primo, de feudo Guardiæ, & dicit Iacobus de Bello uiso, in dicto capitulo primo, quod Rex Carolus dictam Guardiam commisit militibus, nec alia causa subsistente potest finito anno auferri, Aluarottus in dicto capitulo primo, in principio, & habetur in capitulo primo, in fine, de contentione inter dominum & fidelem. & in capitulo primo, pignori dato feudo, quid inris sit. ibi quacunque hora, notatur in lege ædem, C. locati, & hoc etiam procedit, si pro eo † feudo habendo fuerit datum pretium, nec videtur iniquum, quod finito anno pretio non restituto feudum auferatur, quippe vnusquisque debet a principio deliberare, an sibi expediat taliter habere huiusmodi feudum, cum simili qualitate: vnde debet sibi imputare quod temere aggressus est, cum lucri aut nihil, aut parum, tali beneficio inesse scire potuisset, & probatur in capitulo primo, §. item si vasallus, si de inuestitura feudi contro. fuerit.

4 Et hoc † feudum vt plurimum est annale, & sic degenerans a natura proprii feudi, nisi expresse caueatur in contrarium, quia fuisset datum ad certum, & limitatum tempus vltra annum, nam tunc illud tempus deberet expectari, capitulo primo, in principio. & in fine, de contentione inter dominum & fidelem, de inuestitura feudi, alias est rubrica pignori dato feudo, quid iuris sit. versiculo insuper vasallus. And. in capitulo primo, de feudo guardiæ, & in dicto capitulo primo, in principio, pignori dato feudo, quid iuris sit. & Aluarottus in dicto capitulo primo, de feudo Guardiæ. secundum intellectum Iacobi de Bello viso. & potest considerari ratio, quare hoc feudum Guardiæ conceditur ad annum, quia officia annalia † erant, lege Publius, ff de conditio. & demonstra. l. pridie. ff. de feriis. tradit Andr. in dicto capitulo primo, in septima columna, de feudo Guardię. Aluarottus in capitulo primo, §. & quia, qui feud. dare possunt, columna tertia. & propterea censetur ad instar officiorum, immo censetur habere annexum in se officium Guardiæ, Afflictus in capitulo primo, in principio, de feudo Guardiæ.

6 Quæro, an hoc feudum † Guardiæ, ante annum possit auferri vasallo? Dicamus quod non, nisi ob iustam causam, vt tradit Aluarottus, in dicto capitulo primo, quamuis dominus ante annum possit reuocare officium Guardiani, pro quo datum est feudum, tamen feudum remanebit apud ipsum Guardianum, per totum annum, prout dicitur de officiali, qui si absque culpa fuerit temotus ab officio, nihilo minus debet habere salarium totius temporis, prout in capitulo aduersus de immunita. ecclesiarum, quem textum citat Aluarot. in dicto c. j.

Si vero iusta & legitima causa subsistente, Guardianus remoueatur ab officio, tunc in consequentiam etiam potest

Source : BIU Cujas

auferri feudum,l.qui ſub prætextu,C.de ſacroſan.eccl.l. teſta mento centurio.ff.de manumiſ.teſta.Bal.& Aluar.in d c.primo,in princ.puta ſi Caſtellanus committeret feloniam,pōt incontinenti non expectato tempore anni priuari,licet fue rit actum tempore conceſſionis,vt Caſtellania,vel Guardia non poſſet tolli per quamcunque ingratitudinem.Bal.& Al ua.in vlti.quæſt.d.c.primo.allegant tex.in l.fi.C.de bon. libe. l.ſi vnus.§.nulla.ff.de pact.

7 Quæro, an poſſit fieri per pactum, vt hoc feudum Guardiæ teneatur vltra annum? Dic quod ſic,vt inquit Bal.in præ lu.feu.pen.diui. nam prouiſio conuentionalis ſuper tempore,eſt potentior prouiſione legali.l.quod ſi nolit.§.ſi ita.ff.de ædili.edi.ſi quidem per pactum fieri poteſt vt feudum Guardiæ nullo tempore auferatur,Iacobi.in verbo in feudum. 9. diuiſione.numero 30.

8 Quæro,†ſi guardianus moriatur ante annum,an hoc feudum tranſeat ad hæredes, ſaltem reſpectu reſidui temporis vſque ad integrum annum? Dic quod non, vt ſcribit Petrus Rebuffus in tracta,feu.8.diuiſ.Ratio eſt quia feudum cum ſit mere perſonale, & cum perſona extinguatur, nec ad hæredes legitimos tranſibit.

9 Quæro,an in hoc feudo præſletur† iuramentum fidelitatis,& amittatur illis culpis,quibus cætera feuda amittuntur? Dicendum eſt quod ſic,in vtroque caſu, per regulam ſæpius traditam in c.j.de feu.non ha.prop.natu.feu.nam ſolum mutatur natura,in eo in quo reperitur alterata, in cæteris vero remanet natura feud.& alibi in ſuperioribus dictum fuit.

10 Quæro,quid ſi dominus conceſſit † feudum guardiæ alicui puta Seio,de qua conceſſione nil appareat,an feudum ſit annale,an non,vtrum huiuſmodi conceſſio teneat? Dicendū eſt quod non,vt per Affli.qui multa dicit in c.primo,ſecunda columna,in fi.de feu.guar. Tractant hic ſcribentes,an & quando officialis præſumatur acquiſiuiſſe ex officio, verum quia promiſi tractare feudalia tantum, non autem ciuilia, ideo remitto me ad ea quæ per ipſos ſcribentes in hoc titulo de feu.guar.traduntur,& præſertim per Afflic.qui etiam tractans, an officialis poſſit durante officio aliquid emere,ponit regulam,nouemque limitationes,numero 6.

DE FEVDO CASTALDIAE.

SVMMARIVM.

1 *Caſtaldiæ feudum quod ſit,& quando dicatur.*
2 *Caſtaldi qui ſint quiue dicantur.*
3 *Caſtaldiæ feudi poſſunt ad libitum domini quandocunque poſt annum reuocari.*
4 *Caſtaldi non poſſunt poſſeſſionem feudi caſtaldiæ vendicare aſſerentes eā dem conceſſam nomine veri feudi.*
5 *Pretium datum pro obtinendo feudo Caſtaldiæ non poteſt repeti.*
6 *Dominus ſi velit mutare Caſtaldum quem per plures tenuiſſet annos,an is poſſit opponere præſcriptionis exceptionem?*
7 *Caſtaldi reperiuntur in Apulia,vbi multa mala faciunt.*
8 *Feudum datum Caſtaldo, an potius cenſeatur datum ratione conſanguinitatis,quam Caſtaldia,ſiue Guardię.*

TITVLVS XXIX.

1 SVbſequenter videndū de feudo† Caſtaldiæ, de quo ſcripſit Obertus ijſdem in locis, quibus feudum Guardiæ commemorauit, & ſimiliter And. cæterique ſcribentes,quemadmodum in feudo Cameræ, & Cauenæ ſcriptum fuit. Et dicitur eſſe illud quod datur alicui ad hoc, vt gubernet res domini,Caſtaldi enim dicuntur gubernatores, ſiue vicedo-
2 mini,vt in l.fi.vt ibi notatur.C.quod cum eo. Sunt † etenim illi,quibus committuntur facta,negocia, & bona dominorum agenda,gubernandaue,cuſtodienda, & procuranda,licet alibi Caſtaldi dicantur nuntij,ſiue apparitores iudicum, & Baiulorum,inquit Baro in cap.primo.de conten.inter do domi.& fide.de inueſti.feu.ibi cuſtos arcis.nam poſſunt dici Caſtaldi hodie Caſtellani Caſtrorum,& magis propriæ credo quod in hoc titulo ſic accipiuntur, de quibus omnibus latius ſcribit And.in rubrica de feu.Guar. & ibi Afflict. in fi. rub.vnde ſi dominus eligat aliquem in ſuum Caſtaldum, id eſt gubernatorem rerum,ſiue Caſtellanum, & ex hac cauſa eidem concedat feudum,dicitur eſſe feudum Caſtaldiæ, qui Caſtaldi ſimiliter hodie vulgariter nuncupantur camberlingi qui procurant,gubernant, & exigunt fructus, redditus & prouentus,domini,tradit Afflict.in titulo de feu.guardię, in rubrica.& de Caſtaldo ſiue gubernatore loquitur tex. in ca. primo,ibi,ſi clentulus ſit Caſtaldus, de conte.inter domi.& fide.de inueſti.feud.

Et ſciendū eſt,quod omnia quæ dicta ſunt de feudo guardiæ,vendicant ſibi locum in hoc feudo Caſtaldiæ,quippe re
3 uocari poſſunt hæc† feuda Caſtaldiæ quandocunque ad libitum domini poſt annum, prout diximus paulo ante de feu. guar.vt ſcribit And.in c.j.ver.inſuper.de cont.inter.do.& fid.

Hoc feudum Caſtaldiæ huiuſmodi naturæ eſt, quod ſi Caſtaldi aliquid receperint,& poſſederint nomine veri,& pro-
4 prii feudi ēt ab eodem domino, vltra feudum † Caſtaldiæ, non tamen per hoc poterunt poſſeſſionem huiuſmodi feudi ſibi vendicare,& defendere dicendo Caſtaldiam fuiſſe eis datam nomine proprii & veri feudi, quod in aliis feudis nō eſt huiuſmodi, quia ſi vaſallus reperitur in poſſeſſione alterius feudi,& aſſerat illud feudum,ſibi deberi, poterit poſſeſſionem ſibi defendere, itaque non habebit neceſſe probare inueſtituram paribus curiæ.per tex.in c.primo.ver.ſi vero.de feu.guardiæ,vbi Docto.in c.primo,ver.cæterum.de conten. inter domi.& vaſa.de inueſtitura feudi,& in c.j.§.ſi quis.ver. ſi autem aliis.ſi de inueſti.inter domi.& vaſal.oriatur,& in c. j.§.cum autem.ſi de inueſtitu.fuerit controuer.

Item hoc feudum huiuſmodi eſt naturæ,quod ſi fuerit da
5 tum†pretium pro eo habendo non poteſt prætii ipſius peti reſtituio,vt in c.primo,de feu.guar.& diximus ſupra,dum tractauimus de feudo guar.omnia enim quę in d.feu.guard. dicta ſunt,poſſunt repeti in huiuſmodi feudo Caſtaldię.

6 Quæro quid ſi dominus †& anteceſſores eius per multos annos tenuiſſent vnum Caſtaldum, & dominus velit eum mutare,& officium alteri concedere, an poſſit caſtaldus opponere de præſcriptione? Dic quod non,vt tenet Aluar.in c. primo,§.fin. columna fin.de feudo guardiæ.poſt Nicolaum de Napoli,ibi,per textum in l.male agitur.C.de præſcrip.triginta annorum,& tanto magis hoc procederet quando dictus caſtaldus male tractaret & gubernaret res domini,quia tūc poterit priuari feudo & officio.c.j.§. quicunq;.de pac.te.

7 Nota quod†iſti Caſtaldi ſunt in Apulia, vbi faciunt multa mala,& eis dantur multæ pecuniarum, & rerum quantitates,quæ aliquando acquiruntur fiſco, And.& Afflict.in capitu.primo,ibi notatur de feudo guardiæ.

8 Quæ,quid ſi † Caſtaldus eſſet conſanguineus domini, & gubernaret res domini, qui dominus conceſſerit ei feudum aliquod, an preſumatur ſibi datum potius ratione conſanguinitatis,quam ratione Caſtaldiæ, & gubernationis? Dicerem in dubio, potius cenſeri fuiſſe ſibi datum ratione conſanguinitatis,argumen.l.paratus.§.qui tutoribus.ff.de excuſ. tuto.l.Aurelius.§.Titius.ff.de liber.lega.tradit Alua. in dicto c.primo.§.fi.in vltima colum. ſed hoc ego intelligerem procedere,ſi feudum illud fuiſſet ſolitum cōcedi aliis Caſtaldis.

DE FEVDO QVOD TRANSIT ad hæredes extraneos.

SVMMARIVM.

1 *Fudum quod tranſit etiam ad extraneos dicitur feudum degenerans, & non habens naturam recti feudi.*
2 *Iſernia locutos eſt de feudo in quo ſuccedit extraneus hęres.*
3 *Feudum quod tranſit ad hæredes extraneos poteſt etiam feudum appelari.*
4 *Poſſeßores feudi trranſitorii etiam ad extraneos hæredes debent iurare fidelitatem,& debita ſeruitia domino præſtare.*

TITVLVS XXX.

1 ITem reperitur quoddā aliud† feudum degenerans,& non habēs propriam feudi naturam, quod eſt tranſitorium nedum ad deſcendentes,& collaterales, prout eſt de natura proprii rectique feudi, ſed etiam ad hæredes extraneos, qui non ſunt de
2 ſanguine ipſius acquirentis feudum,de quo†locutus eſt An. in c.primo.ver.ſucceſſione numero 5.de feu.cogni.prout eſt feudum quod conceditur alicui ea lege, eoque pacto, vt ipſe habeat, nec non & ſui hęredes,quod intelligitut de filiis, vt diximus multoties, ac etiam vt habeat dictum feudum is cui dederit, quo caſu ſeruata forma pacti adiecti in formula inueſtituræ,poterit illud dari alicui hæredi extraneo, text. eſt in c.vnico.quod incipit ſi quis ea lege,de fendo non hab. prop.natu.feudi,& in c.j.§.feudum ea lege,ſi de feud.defunc. mili. fuerit controuer. de quo feudo loquitur Iacob. de Ardizo in ſumma tituli quot ſunt genera feudorum,in princi. & Pernus conſilio iiii.in fine colum.qui allegat Bald.in l.prima,C.

Source : BIU Cujas

4 ma.C.ſi a non compe.iudi.dicentem,quod quando † feudū eſt tranſmiſſibile etiam ad extraneum hæredem,non dicitur feudum,tamen ipſe tenet contra Bald & bene loquitur, cū dicta iura hoc feudum appellent, ibi, iure tamen feudi cenſebitur.

Tale feudum eius eſt naturæ, quod ſine voluntate domini poteſt transferri in quamcunque perſonam etiam extraneam,& his qui poſſidet tale feudum debebit iurare fidelitatem,ſeruitia ſolita domino exhibere,omniaque facere,quæ de natura recti feudi ſunt,eo excepto, quod poterit alienari in extraneum,vt tradunt Docto.in capitulo primo,de feud. non haben.propr. natura feu. de quo feudo locutus eſt Alexan. conſilio 89. volumine quarto. Decius conſilio 78. numero 6. & quam plures alii allegandi in titulo de feudo quod ita datur vt is habeat,& cui dederit, vbi conſimilis eſt materia.

DE FEVDO QVOD ITA DATVR vt is habeat, & cui dederit.

SVMMARIVM.

1 *Feudū quod ita datur vt is habeat & cui dederit, ſimile eſt feudo quod tranſit ad hæredes extraneos.*
2 *Fudum qđ ita datur vt is habeat & cui dederit, poteſt alienari in quamcunque perſonam etiam extraneam.*
3 *Feudum quod ita datur vt is habeat & cui dederit, dum eſt in poteſtate vaſalli ſic recipientis, habet propriam naturam feudi, præter quam circa alienationem.*
4 *Feudum quod ita datur vt his habeat & cui dederit, ſi fuerit alienatum retinebitur tamquam allodium.*
5 *Feudum quod ita datur vt is habeat & cui dederit, ſi alienatum non fuit tranſmittitur ad ſolos maſculos tamquam verum feudum.*
6 *Feudum quod ita datur vt is habeat & cui dederit, ſi fuerit dictum & cui dederit in feudum, erit proprium feudum.*
7 *Feudum quod ita datur vt his habeat & cui dederit, an poſſit poſſidens facere allodium.*
8 *Verba illa appoſita in conceſſione, & quibus dederis, an importent idē quod verba pro ſe & hæredibus quibuſcunque.*
9 *Conceſſio vt vaſallus poſsit de feudo facere quicquid vult, an operetur vt valeat alienare ſine aſſenſu domini.*
10 *Conceſsio pro te, & hæredibus in perpetuum, an faciat tranſire feudum ad heredes extraneos.*
11 *Conceſsio pro te & hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque, an extendatur ad extraneos, & legatarios.*
12 *Poteſtas data vaſallo libere alienandi feudum, an operetur vt poſsit in Burgenſaticum reducere.*
13 *Conceſsio facta vaſallo vt valeat cuicunque voluerit alienare, nō importat vt transferri poſsit in eccleſiam, ſiue in vniuerſitatem.*
14 *Clauſula & cui dederis, ſi non fuerit poſita in principali conceſsione, ſed in executione, an operetur eundem effectum.*
15 *Conceſſio feudi pro te & ſucceſſoribus tuis, an operetur vt poſsit alienari cuicunque.*
16 *Feudum conceſsum cum poteſtate alienandi, an poſsit alienari ſine aſſenſu.*
17 *Feudum quod poteſt vi conceſsionis alienari an tranſeat in fiſcum.*
18 *Feudum quod poteſt vendi & alienari, tam inter viuos quam in vltima vol untate, an requirat nouum aſſenſum.*

TITVLVS XXXI.

1 HOc feudum † ꝙ ita datur, vt is habeat,& cui dederit,quodammodo eſt ſimile feudo, quod tranſit ad hęredes extraneos, ideo immediate poſt prȩcedentem titulum, tractandum eſt de eo, quod ſimiliter eſt improprium,non habens naturam recti & ſimplicis feudi,de quo loquitur tex.in c.primo.de feud. non haben.prop.feu. natu.& in c.primo. §.feudum ea lege. ſi de feudo defunct.fuer.contro.prout diximus in præcedenti titulo. & eiuſdem meminit Capy.Dec.121.numero 8.

2 Hoc † feudum eius eſt naturæ, vt ſine voluntate dñi poſſit alienari in quamcunq; ꝑſonam ēt extraneam, nō ſolum vt feudū,ſed ēt vt allodiū,vt dī in d.c.j.& tradit Andr.in d§.feudū ea lege.ſi de feu.def.fue. ꝛt.Dec.ꝛſ.193. vbi de hoc feudo.

3 Secundo † eius eſt naturæ, vt ad hīdes deſcendētes,vel agnatos,non tranſeat de neceſſitate, ex quo eſt in ptāte domini dare cui vult, ēt extraneo,& licet vaſallus poſſit alienare in quācūq; ꝑſonam,vt ſupra dixi,tñ quamdiu apud illū primū vaſallū fuerit,q ſub hac conditione feudum accepit,habebit naturam recti feudi, vnde tenebitur præſtare iuramentum fidelitatis,exhibere ſeruitia,& omnia alia facere, quę ſpectāt ad naturā feudi recti & proprii,ac prȩter culpam nō amitte
4 tur,prout dicitur in d.c.primo.in ii.reſpon.ſed poſtquam † dictus vaſallus præfatum feudum taliter ſibi cōceſſum in aliū ſiue agnatum, ſiue extraneum alienauerit, is in quem fuit alienatum retinebit illum tanquam allodium,& non vt feudum,& propterea nihil prædictorum tenebitur facere, nec illud amittet propter culpam,vt tradit Andr.in dicto capitu. feudum ea lege.

Tertio eius eſt naturæ, vt ſi moritur iſte vaſallus cui taliter dictum feudum fuit conceſſum,nec aliter † illud alienauit prout potuit ex poteſtate ſibi cōceſſa, tunc tranſmittitur
5 ad ſolos maſculos,prout alia recta feuda,& cenſebitur proprium feudum, ſecundum regulam traditam in d.c. primo, de feudo non haben. propr.natu.feud. prædicta tamen vera ſunt,ſi verba inueſtituræ fuerint concepta in hunc modum hoc eſt,concedo tibi feudum,vt illud habeas,& hęredes tui, & quibus dederis, ſinautem fuerint concepta verba inueſtituræ,do tibi feudum,& tuis hæredibus,& quibus in feudum
6 dederis adiecta illa qualitate in feudum,eo caſu vt † rectum feudum cenſebitur datum,& propriam naturam feudi habebit,ac etiam venient omnia,quæ in aliis feudis rectis venire ſolent,eo excepto,quod vaſallus iſte ſine voluntate domini poterit in quemlibet transferre,dummodo concedat vt feudum,& cum qualitate feudali, vt in d.c.primo,in fi.ſed cogita,ſi poſſet in hoc caſu dici,quod illa verba,& quibus in feudum dederis, ſolum intelligi debeant, quod poſſit tale feudum transferri & alienari, ſine domini voluntate in agnatos,& deſcendentes tantum, ſecundum naturam feudi,non etiam in extraneum,ex quo fuit dictum in formula conceſſionis,& cui dederis in feudum, licet aliqui Moderni Galli teneant hāc opinionem:ego tamen non ſubſcribo, ex quo illa verba,& cui dederis,debent operari, vt poſſit tale feudū libere alienari in quamcunque perſonam, dummodo alienetur tanquam feudum,& ſub natura feudi, quæ in hoc ſolum reperitur alterata,vt non requiratur conſenſus domini in alienatione prædicta,vt diximus ſuperius, non autem ꝙ debeat neceſſario alienari in deſcendentes,ſiue agnatos, ꝙa vt dixi illa vox,& cui,nihil operaretur contra textum in l. ſi quando ff.de legatis primo.& contra alia iura ſimilia.Cætera quæ de natura huiuſmodi feudi ſunt, ponit Zaſ.in titu.de feudo degen.

Quæro,quid ſi aliquis recepit feudum ſub ea forma,vt ipſe habeat,& cui dederit,† an poſſit dictum feudum retinere,
7 & de eo facere allodium, cum poſſit libere illud transferre in alios extraneos?Dicamus,quod nō,nam ſi recepit in feudum non poteſt ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, prout firmauit Vdalric.qui multos citat, in titu.de feu. degenerat. in vltima parte,num.28.cum ſequen.Camer.in c. imperialem. fol.29.litera M.

8 Quæro,an illa † verba, & quibus dederit,poſita in conceſſione importent illud idem, quod importarent illa verba, ꝙ ſe & hęredibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque? Cur.iunior conſilio j.& conſil.iiii.Iacob.in verbo, & hęredibus quibuſcunque.Afflict.in conſti.Regni comes.in iiii.no.Brun.conſi. ix.& x.Camera.in c.imperialem.char.xxix.litera D.Doc.in c. primo.§.donare,qualiter olim pote.feu.alie.Par.de feu.c. reperitur,fol.140.determinant quod ſic. Et illa verba,pro hæredibus quibuscunque, intelliguntur de venientibus ab inteſtato.Capy.in c.imperialem.col.44.Moderni Siculi.in prælu. ſol.22.nume.88.

9 Quæro,quid importent illa verba,quod † vaſallus de feudo poſſit facere quicquid velit, an poſſit alienare ſine aſſenſu?Dicamus quod ſic.Signor.conſilio x.ita firmat, & de feudo dato pro hæredibus,quibus velit,loquitur Bald.conſilio ccvii. ſecundo volumine. aliqua Brunus conſilio 38. & hæc verba in quoſcunque volueris,quomodo intelligantur. Dicendum vt per Docto.in c.primo.de feu.non haben. propr. feu.natu.Et inueſtitus pro ſe,& quibus dare voluerit, quam diſpoſitionem de feudo facere valeat, tradit Paris de ſeu.in c.an ſi dominus,fol.63.nu.8.

10 Quæro, quid ſi fuit dictum in † conceſſione feudi pro te & hæredibus in perpetuum, an tunc feudum tranſeat ad extraneos hæredes?certi enim iuris eſt poſſe quem ſtipulari ꝙ extraneis in feudalibus, vt tradit Iacobin. in verbo, nobiles Agaſi,& ſimiliter quando eſſet dictum,tibi,& tuis hæredib. & ſucceſſoribus,tradit Pernus in conſilio 4. & conſilio 7. & 8.& 11.Bald.in l.etiam.ſoluto matrimon. Curtius in quarta parte.numero 141.Dec.conſilio 208.vbi de hæredibus,& ſucceſſoribus in perpetuum, quibus caſibus tenerē nunquam ad extraneos tranſire,vt alias firmaui, aſſerant præfati quicquid velint.

11 Quid ſi fuerit † conceſſum feudū pro te & hæredib. & ſucceſſorib.ꝙbuſcunq;,an veniāt extranei vel legatarii?Pari. de

Source : BIU Cujas

feu. in c. an ſi ſit facta, fol. 70. Iaco. in verbo, & heredibus qui buſcunque, & in verbo ita etiam, ꝙ ipſi vaſalli, vbi ponit de effectu verborum, & cui ius dabit Brun. conſilio 38. Camer. in c. imperialem. char. 29. Soc. conſi. 110. vol. 2. nu. 2. Modern. Siculi fol. 22. nume. 86. Dec. conſi. 171. Franciſ. Ripa in l. dabimus §. ſi quis cum tutor. ff. de priuil. cred. videntur tenere ꝙ ſic, tamen communis opinio videtur contrarium, vt inquit Iaco. in d. verbo, & heredibus. Dec. d. conſi. 171. cogitandum propter verbum ſucceſſoribus.

12 Quæro, quid ſi fuit †data poteſtas vaſallo, vt poſſit libere alienare, an importet vt poſſit in Burgenſaticum reducere? Dic quod non, Par. de feud. in c. pone, quod alicui. fol. 161. & an tunc recquiratur licentia domini in alienatione. Dic, ꝙ non, vt per multa firmat Goz. conſi. 4. nu. 8.

14 Quæro, quid ſi eſt †conceſſum feudum alicui, & ſibi data fuit poteſtas alienandi cui voluerit, an poterit alienare in ecclesiam? Par. de feu. in c. pone quod Baro conceſſit, char. 80. tenet quod non, idem dicas de vniuerſitate, quæ nunquam moriuntur. And. in c. j. ver. inde poteſt. de alien. feu. & in c. imperialem, de prohib. feu. alie. per Fede. nu. 9. idem Paris in c. ſi quis vendat. cha. 145.

14 Quæro, quid ſi iſta †qualitas, & cui dederis, non fuerit poſita in principali conceſſione, ſed tantum modo in verbis exequutiuis, an operetur illud idem, ac ſi eſſet poſita in principali diſpoſitione. Dic vt per Vlda. in ti. de feu. degen. nu. 26. & 27. poſt Dec. in conſi. 88. vbi etiam dicit in hac materia, ꝙ ſi vaſallus alienat feudum taliter ſibi conceſſum, non cogitur conuertere pecuniam in rem immobilem, & illam habere in feudum, ſed poterit dictam pecuniam ſibi retinere, in ſuosque vſus conuertere, ar. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. l. fi. C. de remiſ. pig. Doc. in d. c. j. de feu. non haben. prop. na. feu. & licet fuerit dictum, ꝙ poſſis libere alienare inter agnatos, non tamen poteris vxori legare, ne concurrant duo ſpecialia circa idem Bal. in l. voluntas. C. de fideicommi. ver. pone. Brun. conſi. 38.

15 Quid ſi fuit † conceſſum feudum pro te & ſucceſſoribus tuis? Dic quod poteris alienare cui vis, vt tradit Pernus in cō ſi. 4 col. 7. ver. & ſic apparet, vbi equiparare videtur conceſſionem factam alicui & heredibus in perpetuum, & hanc conceſſionem factam pro te & ſucceſſoribus tuis, & in vtroque caſu dicit ipſe habere locum cap. volentes Regni Sicilię vt valeat alienari feudum cuicūque, ſed hoc procedere poſſet attenta diſpoſitione dicti cap. volentes. Nos autem in Regno noſtro oppoſitum tenemus, per ea quæ in ti. de feu. hæredi. diximus.

16 Quid ſi fuit †conceſſum cum poteſtate alienandi, an poſſit donari ſine aſſenſu? Dic quod ſic, Gozad. conſi. 4. nume. 8. nam alienari poſſet ſine licentia domini, vt ſupra diximus ex mente ipſius Gozadini conſilio 4. numero 30. etſi Pernus conſilio 8. ad interpretationem. capitu. volentes, dixerit tunc ad extraneos tranſire hæredes, quod in Regno noſtro non ſeruamus.

17 Quęro, an tale †feudum, quod libere poteſt alienari etiam in extraneum, poſſit confiſcari, & in fiſcum tranſire, etiam in præiudicium agnatorum præſupponendo eſſe ex pacto & prouidentia? Dic quod ſic, vt tenet Gozadinus conſilio 84 numero 2.

18 Quæro, quid ſi in conceſſione fuit dictum †feudum poſſe vendi, & alienari, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, an nihilominus requiratur aſſenſus in teſtamento, ſiue in contractu Capyc. deciſione 64. videtur tenere quod ſic. Nos autem oppoſitum tenuimus in præcedentibus, vt verba illa in conceſſione adiecta ad vendendum, & alienandum aliquid operentur, ſi quidem nil operentur ſi in teſtamento, vel contractu, nouus aſſenſus requireretur, niſi fuerit dictū in conceſſione noſtro aſſenſu reſeruato, vt tradit Came. in d. c. imperi. fol. 29. & Capy. ibid.

DE FEVDO QVOD NON tranſit ad aliquos hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Andreas non ſcripſit de feudo, quod non tranſit ad aliquos heredes.*
2 *Ioannes Blan. & Iacob. de Ardizone loquuti fuerunt de feudo, quod non tranſit ad aliquos hæredes.*
3 *Feuda de quibus nulla eſt ſucceſſio, poſſunt appellari feuda, quæ non trā ſeunt ad aliquos hæredes.*
4 *Feuda Marchiæ, Ducatus & Comitatus, poſſunt dici feuda, quæ non trā ſeunt ad aliquos hæredes*
5 *Imperium an detur electione vel ſucceſſione, remiſſiue ponitur.*

TITVLVS XXXII.

1 DE hoc feudo †Non memini loquutum fuiſſe Andream, nec alium, præter †Iacobū de Ardizone, in titu. quot ſunt genera feud. fol. 6. vbi de hoc feudo loquitur, & ſimiliter Ioannes Blancus in titu. de quo feu. nulla eſt ſucceſſio, fol. 27. vbi non appellat hoc feudum, quod non tranſit ad aliquos hæredes, ſed feudum, de quo nulla eſt ſucceſſio, nominat: idemque importare videtur, ſiquidem omnia illa feuda, ī quibus hæredes, ſiue ſint deſcendentes ex ſanguine, ſiue non, minime ſuccedunt, nec 3 ad eos tranſeunt, dici poſſunt †feuda, de quibus nulla eſt ſucceſſio, prout exemplificant præfati Docto. dictis in locis, de feudo Soldatæ, in feudo vſusfructus, in feudo Caſtaldiæ, vel Guardiæ, in feudo Cameræ, & Cauenæ, item in feudis imperſonalibus, de quibus omnibus diffuſius tractauimus congruis titulis, & ibi de natura, & qualitate ipſorum poteſt etiā 4 poni exemplum ſecundum ipſum, in feudo † Regni, Marchiæ, Ducatus, vel Comitatus, quæ non tranſibant ad hæredes, vt in c. primo, de feu. Marchiæ, quamuis hodie hoc vſurpatum ſit, & tranſeant, vt dicitur in c. primo. in fin. de alien. feu. hoc etiam voluit præfatus Iacob. de Ardizone in titulo quot ſunt genera feudo. char. 5. vbi dixit Regnum, Marchiā Ducatum, Comitatum appellari feuda, quæ non tranſeunt ad aliquos hæredes. Sed de hoc, & qualiter procedat, dicemus in titu. de feu. regali, & dignitatis, vbi tractabimus, qua- 5 liter †imperium detur electione, & non ſucceſſione, & conſequenter non tranſmittitur ad hæredes, vt tradunt Docto. in d. c. primo. in fi. de alie. feu. per tex. in c. venerabilis. de elec. Declato hoc ꝓcedere, vt huiuſmodi feudi non tranſeant ad aliquos hæredes, niſi pactiones inſertæ contractibus de hęre. loquantur, quia tunc tranſeant ad hęredes. argumen. l. ſanci mus. §. fi. C. de donatio. & legis antiquitas. C. de vſufructu. & uoluit dictus Blancus in præſato titulo, de quo feudo nulla eſt ſucceſſio, in ii. colum. in princip. Nota, quod præfatus Ioā nes Blancus ſimiliter exemplificauit in feudo, cuius poſſeſſionem, iubente domino, aliquis nactus fuerit, prout dicit textus in c. primo, quibus modis feu. conſti. pot. vbi in feudo taliter quæſito hæres nullo modo ſuccedit. Sed de intellectu illius textus, qui varius eſt, dicemus in titulo de feudo, quod queritur ſine inueſtitura. Et ita imponimus finem eorū, quæ iam parata habuimus

FINIS.

TRACTATVS DE IVRE FEVDORVM GVLIELMI HANNETONII IN LIBROS QVATVOR Diſtinctus.

LIBER PRIMVS.

QVIS PRIMO IVS FEVDORVM confecerit, & quam habeat authoritatem.

Cap. I.

CONſuetudines Feudorū, quas corpori iuris inſertas habemus, Obertus de Orto, & Gerardus Capagiſti, clariſſimi ſua tempeſtate Iureconſulti, & in Mediolanenſi curia diu vetſati, partim ex Mediolanen. partim ex Lombardię conſuetudinib. congeſſerunt c. vni. de feu. cog. c. vni. in prin. in quib. cau. feu. ami. c. vni. poſt prin. ſi de feu. vaſa. ab aliquo interpe. fue. Poſteaquam Federici II. Imperatoris iuſſu Hugolinus Bono. Doctor & profeſſor inſignis, Lotharii, Conradi, atq; Fede. Imperatorū cōſtōnes feudales, conſuetudinib. feudalib. ab Ober. & Gerar. ante congeſtis ſuis quaſq; locis inſeruit: quod Odoffr. tradidit, in auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſ. ec. Baldusq; & Alferetus retulere in pl. feu. Quæ quidē oīa etſi vtiliter, parū tñ ex ordine facta fuere, quod ex exēplarib. noſtris ſatis conſtat, in quib. videas nulla titu. capita incongruo ordine poſita eſſe, nonnulla ſępius repetita: nōnulla ab ipſo ꝙ textu diſcrepātia. Qua rō ne motus operę pciū facturus videor, ſi feudorū ius in nris exemplaribus male digeſtum, & a diuerſis late confuſeque tractatum

Source: BIU Cujas

tractatum,ſub eo ordine ac compendio ſpectandum propoſuero, vt a quolibet ſine tedio & difficultate percipi poſſit.

Nam totum feudorum ius in quatuor libros (ſecundum eum ordinem,quem ipſius argumenti natura expoſcit) digeſtum diſtinguam: & in ſingulis ea omnia, quæ rei præſenti conuenire, atque neceſſaria eſſe animaduertero, in mediũ adducam,reliqua tanquam ſuperuacanea omittam:vt præter difficultatem,quam præſentis argumenti obſcuritas hẽt, alia ex me ipſo difficultas ne obiiciatur.

In primo igitur præſentis tractatus libro oſtendam, quæ feudorum origo, quid feudum, & vnde dictum, & quotuplex ſit.

Quę res in feudum dari poſſint:

Quæ perſonæ feudum dare,& quę accipere poſſint:

Qualiter feudum conſtituatur.

In ſecundo autem libro planum fiet, quibus modis feudum acquiratur.

In tertio vero exponam, quibus modis feudum amittatur.

In quarto atque vltimo libro perſpicuum faciam, qualiter feudales controuerſiæ decidãtur: & quæ feuda a recti feudi natura degenerent.

Sed antequam rem ipſam agrediar,prẽmonendum puto, quod quamuis feudalia placita & ſcripta,& impreſſa ſint: iuris tamen ſcripti appellatione non contineri, ſed potius nõ ſcripti.

Ideoque conſuetudines & vſus neceſſario nominari. Cũ tantum tacito vtentium conſenſu ab initio inducta fuerint, dicto capitulo vnico.de feudi cognitione.eoque nomine cõſuetudines dici cœperint, argumen. l.de quibus. verſicu.inueterata.ff.de legibus.cap.ex non ſcripto. Inſtitu. de iure naturali gentium & ciui. Non eo nomine poſtea conſuetudines eſſe deſierunt, quod ſcripta & impreſſa, & corpori iuris inſerta fuerint,Docto.in dicta l.de quibus. Sicuti nec Principum conſtitutiones, nec municipiorum ſtatuta iuris ſcripti appellatione contineri deſinunt, ſi poſteaquam expreſſo Principum conſenſu promulgatæ, & expreſſo municipum conſenſu conditæ ſunt,non ſcribantur:Doct.in l. omnes populi.ff.de iuſti.& iure. Quemadmodum enim ſcriptura de iuris ſcripti ſubſtantia non eſt, ſed expreſſus vel Principis,vel populi conſenſus ab initio interueniens:ita nec de iuris nõ ſcripti ſubſtantia eſt,vt ſcriptum non ſit, ſed vt ab initio tacito populi conſenſu inductum ſit:dicto verſi.inueterata. ibi, nam cun. Cum ergo feudalia placita conſuetudines & ſint & dici debeant,non immerito dubitatum fuit an legis generalis authoritatem obtineant,poſſintque, vt cæteræ iuris ciuilis,vel canonum leges,in ſcholis ad intentionis noſtræ cõprobationem:vel in iudiciis ad cauſarum feudalium deciſionem allegari.Et de Imperatorum conſtitutionibus eis inſertis cum legis generalis vigorem habeant:§.ſed & quod princip.Inſtitu.de iure natu.gentium & ciuili.l.prima. ff. de conſtit. Princip. dubitandum non eſt:Sed an ipſe conſuetudines ab Oberto & Gerardo recollectæ & ſcriptæ legis generalis vicem obtineant,ſubſisto:ſi quidem eos legis condendæ authoritatem habuiſſe non conſtet:nec id ſumatur,niſi expreſſim probetur,argumen.l.ſecunda.§.penul.ff.de origine iuris. Adde,nec alibi ſcriptum legi,quod quis Romanorum Imperatorum ſupraſcriptas conſuetudines ab initio locales,dicto capitu.vnico.de feudi cognitione.recolligi ac ſcribi, ſcriptasque tanquam conſtitutiones generales corpori iuris inſeri iuſſerit. Nam vt demus, eas ab aliquo Imperatore approbatas fuiſſe:ſi tamen ſimpliciter, non vt conſtitutiones generales approbatæ fuerint, legis generalis vim obtinere non poterunt,argumen.l.humanum.C. de legibus. Nam videmus paſſim certorum territoriorum cõſuetudines a Principibus approbari:nec eo nomine extra eorundem fines vires obtinere. Et ideo non improbabilis mihi viſa eſt Hoſtienſis ſententia,in Summa,in titu.de immunitate eccl.§.in quantum. verſicu.ſi vero paternum.exiſtimantis ſupraſcriptas conſuetudines in iis tantummodo locis vires obtinere, in quibus vel vſu, vel lege municipali receptę ſunt: quod & Aegidius Belleuere de facto ſibi propoſito reſpondit,conſilio xcv. Verum Iacobus de Beluiſo,And. de Iſernia,Baldus,Aluarot.Iaſon,cęterique in capitu.vnico,§.fina. de his qui feu.dari poſſ. qui præſens argumentum tractarunt, in contrariam ſententiam iuerunt,in pręludiis feudorum. quibus & ipſe accedo: partim, vt gloſſarum tam iuris ciuilis,quam canonum authoritas conſeruetur,quæ pluribus in locis ſupraſcriptas cõſuetudines ad intentionis ſuę comprobationem allegarunt: partim vt pro communi obſeruatione, quæ paſſim & in ſcholis,& iudiciis longa annorum ſerie recepta eſt,interpretatio fiat,argumen. l.cum de conſuetudine. ff.de legibus.Adde & Imperatores eas,etſi non expreſſe,ſaltem tacite approbaſſe,cum eas & corpori iuris inſeri, & in omnibus Academiis publice legi, & paſſim in iudiciis ad controuerſiarum feudalium deciſionem allegari, cauſasque feudales ſecundũ eas decidi permiſerunt.Quinimo & Federicus I.I.Imperator eas expreſſe approbaſſe videtur, cum conſtitutiones Imperiales & feudales ipſis ab Oberto, & Gerardo antea congeſtis inſeri Doctoribus Bononienſibus iuberet,Odoffre. in dicta authen.caſſa & irrita.Huc accedit, quod Romani Pontifices pluribus in locis expreſſam iuris feudorum mentionẽ fecerint,ipſumque expreſſe comprobarint.capitu. cęterum, capitu.nouit.de iudiciis.capitu.ex tranſmiſſa.cap.verum.extra de foro competenti.capitu.vt ſupra.extra de rebus eccle. non alienan. Denique conſtat ſupraſcriptas conſuetudines non ſolum in Lombardia,ſed & Germania, Gallia,aliisque regionibus,vel longo vtentium vſu, vel legibus municipalibus receptas eſſe:adeo,vt non amplius particulares,ſed generales conſuetudines neceſſario dici debeant.Relinquitur ergo,ſupraſcriptas cõſuetudines iuris communis vigorem habere:eoſque omnes, qui Romano Imperio ſubiecti ſunt,ligare:niſi forte in quibuſdam territoriis contraria conſuetudo,vel municipalis lex eiſdem deroget, argumen. dicta l. de quibus,in fine.Quam ſententiam Ioan. Andreę, Innocentius & Panormitanus receperunt,in capitu.fina. extra de feudis.Et quamuis dubitatum fuerit, num ſupraſcriptę conſuetudines (cum corpori iuris ciuilis inſertæ ſint) in eccleſiaſtico quoque foro obſeruari deneant: verius tamen eſt, vt eas obſeruandas cenſeamus: Siquidem ipſę in feudis tam eccleſiaſticis,quam profanis locum habeant,argumen.capit. vni. de controuerſia inter epiſcopum & vaſallum. dicto capitu. cæterum & ibi Bald.de iudiciis.Niſi expreſſis canonibus,vel contraria obſeruatione in quibuſdam caſibus aliud ſpecialiter inductum ſit,argumen.capitu.primo, & ſecundo. extra de feudis.quod Aluarot.in dicto capitu.vnico.de his, qui feudum dare poſſunt. & Iaſon in pręludiis feudorum, rectiſſime tradidere.

DE ORIGINE FEVDORVM: ET QVID *feudum,& vnde nomen habeat.*

Cap. ij.

FEuda a veteſtis Romanorum moribus proceſſiſſe nonnulli docuerunt,in capitu. ſi clientulus. de alien. feu.Verum Aluarot.communiterque Doctores hiſtoriarum ignari,contra cenſuerunt, in capitu. vnico. de content.inter dominum & vaſallum. de inueſtitu. quorum opinionem Zaſius merito improbauit in l.ſecunda. in prin. ff.de origine iuris, diffuſeque oſtendit, ad priſcarum clientelarum ſimilitudem & feuda & vaſallos emerſiſſe. Nam vt olim clientes patronis, & econtra, mutua obligatione nectebantur:ſic & in feudis vaſallus domino,& econtra,tenetur,quod ſuo loco diffuſius explicabo.Itaque veriſimile eſt, cum Romani victricia ſigna vbique terrarum circumtuliſſent:multiq; eorum in prouinciis remanſiſſent, ne pro Romano more clientibus carerent:prouinciarum incolas pro clientulis in ſuum patrocinium inuitaſſe,eiſque ſuos agros, quibus tum abundabant clientelæ nomine conceſſiſſe, atq; in beneficium diſtribuiſſe.Quas quidem conceſſiones,clientelas,& eos,qui conceſſiſſent,patronos,quique recepiſſent, clientes vel clientulos dictos fuiſſe ſatis conſtat.dicto capitulo ſi clientulus. Verum temporis proceſſu clientelarum nomine commutato, ſupraſcriptæ conceſſiones feuda, atque clientuli vaſalli nominari cœperunt.

Quid autem feudum ſit, Obertus docuit in capitulo vnico,in quibus cauſis feudum amittat. aſſerens, feudum eſſe beneficium,quod ex beneuolentia alicui ita datur, vt proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat, &c. Verum iuris feudorum interpretes ea deſcriptione non contenti,pro ſuo quiſque ingenio feudum varie definiuerunt in præludiis feudorum. Ego vero reiectis reliquorum omnium deſcriptionibus, feudum hoc modo plene deſcribi poſſe arbitror,vt ſit conceſſio rei immobilis, vel æquipollentis, dicto capitulo vnico. in fine. de feudi cognitione.Beneuola.capitulo vnico,in fine. in quibus cauſis feudum amitti. Ac libera,capitulo primo,in fine. de feudo dat. in vim legis commiſſ.repro.Et perpetua, dicto capitulo vnico,in fine.in quibus cauſis feudum amitti.Cum dominii vtilis translatione,argumen.capitulo vnico,in princip.verſicu. rei autem.de inueſtitura,de re alien.fac.& Baldus ibi. Retenta tamen proprietate,dicto capitulo vnico.in fine.in quibus cauſis feudum amitta.dicto capitulo vnico.§.fin. in princip. de inueſtitura,de re alien. fac. & ſub fidelitate,capi.vni.qualiter iura.debe.vaſ.do.fide.c.vni.in prin.de cap.Cor.Atq; honeſti

Source : BIU Cujas

neſti ſeruitii pręſtatione facta. dicto capitulo vnico, verſi. primo. & vlti. in fine. in quibus cauſis. argumen. l. generaliter. ff. de verborum ſigni.

Feudum vero a fidelitate, vel fide dictum eſt, capitulo vnico. in fine. per quos fiat inueſtitu. Fidelitas namque de feudi ſubſtantia eſt: Hincque Obertus vaſallum pluribus in locis fidelem nuncupauit. capitulo unico. §. rurſus. § item ſi fidelis. quibus modis feud. amit. capitulo vnico de conten. inter dominum & vaſallum. Cæterum feudum etiam a fœdere dici Zaſius recte putauit in dicta l. ſecunda, in princip. de origine iuris. Nam vaſallus fidelitatis iuramentum domino præſtando, cum eo fœdus inire videtur, capitulo vnico. qualiter iur. debe. vaſal. Nec prætermittendum eſt, feudum etiam beneficium nominari, atque in hiſce conſuetudinibus Obertum vtroque nomine promiſcue vti, capitulo vnico. in princip. Quę fuit prima cauſa benefic. amit. Quid ergo, an feudum contractum eſſe dicemus? Et iuris ciuilis contractum dicendum eſſe ſatis conſtat. Doctores in l. prima. C. de iure emph. Sed num contractus nominatus, an innominatus ſit ſubſiſto. Nam eum nominatum eſſe Baldus cenſuit, in l. finali. C. quando liceat ab empt. diſce. & in rubrica. C. de rerum permutatione. quoniam actionem ſecundum cotractus nomen nominatam non parit. Sed ipſe ſibi contrarius alibi cõtrarium aſſeruit, in capitulo quæ in eccleſiarum. extra de cõſtitutionibus. quam ſententiam Bartolus in l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pactis. Angelus in l. legitima. ff. dicto titulo. Atque Imola, in dicto capitulo quę in eccleſiarum, probarunt: aſſerentes, omnes nouos contractus a lege vel generali, vel municipali, vel conſuetudine ſub nona forma & ſpeciali nomine introductos, nominatos cenſeri: ideoque feudi contractum nominatum eſſe. Quia conſuetudo, quę eum introdixit, & nomine, & forma, & natura eum ab aliis contractibus diſtinguit, quod & ego in feudo recto (de quo potiſſimum nobis ſermo eſt) verum eſſe puto. In feudo vero de generante non item: Quia nec certam formam, nec diſtinctam naturam habet, vt ſuo loco latius comprobabo. An etiam ſupraſcriptus feudi contractus bonę fidei, an ſtricti iuris dicendus ſit: Doctores noſtri magnopere dubitarunt. Nam Aluarottus ea ratione feudum ſtricti iuris contractum eſſe exiſtimauit: quod a Iuſtiniano Imperatore. in §. actionum. Inſtitu. de actionibus. in numero contractuum bonæ fidei relatus non ſit: quæ ſententia frequentiori calculo approbata eſt: eamque in feudis a priuatis perſonis conceſſis recipio. Nam conſtat, feudum beneficium eſſe. dicto capitu. vnico. in fine. in quibus cauſis. &c. Quod cum a Principe profectum eſt, late & ex bona fide interpretari debet. l. fina. ff. de conſtitu. princip. Adde & feudum a fide dictum eſſe, dicto capitulo vnico. in fine. per quos fiat inueſtitu. Ergo bona fides in eo profuſiſſime exuberat: quod cum verum eſt, conſequens eſt, vt eiuſdem contractus bonę fidei eſſe dicatur: præſertim ſi cum princi pe initus ſit. Nam omnes contractus cũ principe initos, bonæ fidei eſſe, Baldus conſtanter aſſeruit in libro de pace conſtant. capitulo in cauſis. §. ſententiæ quoq;. verſiculo ſi qua vero, in uerbo, bona fide, in extrauagantib. Sed nunquid feudum a perpetua emphyteuſi, vel cenſu differt? Et in multis differre certum eſt. In primis enim emphyteuta domino ſuo vel certam pecuniæ quantitatem ſingulis annis pendere, vel aliud quiduis in recognitionis ſignum præſtare debet: Adeo, vt ſi eccleſiæ emphyteuta: atque per biennium integrum canonem non ſoluerit. capitu. fin. in ſecunda parte. extra de locato & conducto. vel ſi priuati emphyteuta ſit, atque per triennium totum, penſionem præſtare neglexerit, a prędiis emphyteuticariis iure repelli poſſit: etiam ſi a domino interpellatus non fuerit, leg. ſecunda, in princip. C. de iure emphyteuti. Quinimo & nonnunquam emphyteuta m ſtatim ab initio magnam pecunię quantitatem domino ſuo numerare ſolere, Bartolus & Iaſon, aliiq; tradidere. in l. prima. C. dicto titu. quod & paſſim vſus obſeruat: At vaſallus neque in poſterum, domino ſuo feudi nomine aliquid pendere cogitur. Quinimo & ſi volens id faceret, recti feudi naturam immutaret: Rectum enim feudum gratis concedi debet. cap. primo, de feu. da. in vic. leg. commi. in fine. cap. vni. in fine. in quibus cauſis feud. Præterea nec vaſallus ſeruitia debita ſingulis annis, atque vltro præſtare tenetur, ſed tum demum, cum domini neceſſitas vtilitasque hoc expoſtulauerit: atque a domino ad id ſpecialiter, vel generaliter requiſitus fuerit, dicto capitulo vnico. de noua forma fidelita. Proinde ſi vaſallo defuncto eiuſdem hæres a domino ſuo, vel domino defuncto, vaſallus a domini defuncti hærede intra annum & diem, a die mortis vtriuſque connumerandi, inueſtituram petere neglexerit, feudum amittet. capi. vnico. in princip. de capit. Corradi. cap. imperialem. verſi. præterea, in fine. de prohib. feud. aliena. per Federicum. c. primo. Quo tem. miles inueſt. pet. deb. Verum emphyteuta ſolitam penſionem pendendo, vel etiam eius hæres, liberatur: nec aliquid vltra præſtare cogitur, argumen. l. viam veritatis. C. de locato & conducto. denique feudum ad ſolos maſculos de maſculis deſcendentes tranſit: fœminas vero non item. dicto cap. vni. §. primo. ver. hoc autem. de his, qui feud. dare poſſ. dicto c. ſi clientulis. verſi. & ſi clientulus. Sed emphyteuſis ad quoſcunque hæredes, ſiue maſculos, ſiue fœminas, ſiue extraneos tranſmittitur, argumen. d. l. viam veritatis. & Doct. ibidem. Veruntamen emphyteuſis, ſicuti feudũ in rebus immobilibus conſiſtit. l. ſecunda. §. ſinautem. C. de iure emphyteu. l. prima ff. ſi ager vectiga. vel emphyteu. pet. Et quemadmodum rei in feudum conceſſæ vtile dominiũ in vaſallum tranſire ſupra tradidimus. dicto verſi. rei autem. & §. fina. in princip. dicto cap. vnico. de inueſti. de re alie. fac. ita & rei in emphyteuſim datę, vtile dominium in emphyteutam tranſi, argumen. dicta l. prima. in fine. ff. ſi ager vecti. petatur. Denique ſicut obtinuit feudum rectum contractũ nominatum eſſe: ita ſimiliter emphyteuſim contractum nominatum eſſe, vulgo receptum eſt, in l. prima. C. de iure empyteu. Eſt ergo feudum contractus ab emphyteuſi ſeparatus, & diſtinctus, licet in nonnũllis conueniant. Et quemadmodum reliqui contractus ſua ſubſtantialia, nat uralia & accidentalia habent. dicta l. iuriſgentium. §. vt puta. §. quinimo. ff. de pactis. l. pacta conuenta. ff. de contrahenda emptione. ita & feudalis contractus habet. Fidelitas enim de recti feudi ſubſtantia eſt: Nam ſine ea rectum feudum non conſiſtere, vulgo receptum eſt. Quod autem vaſallus domino ſuo ſeruire teneatur: quodque ſoli maſculi in feudum ſuccedant, & alia id genus multa, quæ infra ſuis locis trademus, de feudi recti natura ſunt. Accidentalia vero ea omnia eſſe dicemus, quæ inter dominum & uaſallum extrinſecus conuẽta fuerint, de quibus vltimo libro diffuſe agemus.

DE GENERIBVS FEVDORVM.

Caput III.

FEudum autem Diuerſi diuerſe diuiſerunt, aliique plures eiuſdem ſpecies: alii uero pauciores enumerarunt, in præludiis feudorum. Ego vero eas tantũ modo feudi ſpecies hoc loco enumerare conſtitui: quas inter cæteras præcipuas eſſe, quaſue hoc loco neceſſario tractandas eſſe animaduertero: reliquas vero, quas infra ſuis locis neceſſario tractari oportet, in prętens omittam: ne me idem ſæpius repetere contingat. Feudum ergo aliud paternum, aliud antiquum, aliud maternum, aliud nouum eſt. Paternum quod a patre, uel aliquo aſcendentium uſque ad quartum gradum incluſiue, ut puta auo, proauo, & abauo acquiſitum eſt, cap. unico. §. hoc quoque. in fine. de ſucceſſi. feud. & Bald. ibidem. Quod uero ab aliis aſcendentibus in ulterioribus gradibus exiſtentibus, & communis agnationis parentibus quæſitum eſt, antiquum feudum proprie nuncupatur: Quamuis & paternum quoque improprie nominetur. capitulo unico. uerſicu. paternum, de natura ſucceſſ. fratrum. Hincque Baldus tradit in d. §. hoc quoque. eam rem, quę alicui in feudum paternum expreſſe conceſſa eſt, ultra quartum deſcendentium gradum ſucceſſionis iure non trãſferri: Quod Iacobinus de ſancto Georgio poſtea ſecutus eſt in tracta. de feud. uerſiculo in feudum, tertia diuiſione. Verum cum feudum natura ſui perpetuum ſit, dicto capit. unico, in fine. in quibus cau. &c. cumque feudum a communnis agnationis parentibus in quinto, vel vlteriori gradu ſatis lata impropriaque ſignificatione paternum quoque dicatur, dicto verſiculo paternum, ei ſententię non facile ſubſcribendum putarim, argumen. l. appellatione parentis. ff. de verborum ſignificationibus. & in capitulo ſecundo, eodem titulo. extra. Vt tamen omnis controuerſiæ occaſio tollatur, conſultiſſimum eſſe non negauero, vt dominus in inueſtitura feudi facienda ſpecialiter exprimat, ſe id in feudum paternum & antiquum concedere, quod & notarii, qui ſuper fendali contractu inſtrumenta conſcribunt, religioſiſſime paſſim obſeruant. Cum ergo feudum paternum vel antiquum traditione, & antiqua inueſtitura ſemel quęſitum ſit: conſequens eſt, vt ad eiuſdem acquiſitionem per ſucceſſionem noua traditio, vel inueſtitura neceſſaria non ſit, capitulo vnico. §. ſi capitanei, in fine. de feudo March. vel Ducat. ſed ſola iuramenti fidelitatis præſtatio, capitulo vnico. in princ. quæ fuit prima cau. bene. amit. Præterea tametſi feudi antiqui, vel paterni inueſtiturã renouari ꝙtingat, ea tñ renouatio priorẽ feudi nãm non ĩmutat. Bal. in p̃l. feu. in v. diui. in fi. Quinimo & ſi pr̃ adhuc ſuperſtes, filios ſuos de ſuo feudo inueſtiri curauerit, ea re feudum, ſi antiquũ vel paternum fuerit, nouum effectum non credetur. capitu. vnico. in fine.

Source : BIU Cujas

fine.de vasal.decrep.æta.Bald.in capitu.vnico.de eo, qui sibi vel hæredibus suis, &c. Nisi forte pater feudum in domini manus in eum finem refutarit, vel resignarit, vt dominus filios suos, quasi de nouo beneficio inuestiret: atque ex domini parte noua inuestitura eo animo facta fuerit, capitu.vnico.in fine.de eo qui finem fecit, &c. Denique si vasallus ex felonia, delicto, vel perfidia feudum siue antiquum, siue paternum amiserit: proindeque dominus culpam remittendo, eum denuo inuestiuerit, feudum antiquum, vel paternum semel amissum naturæ tuæ remanere Accursius, Albericus, aliique tradiderunt, in l. quod dicitur, secunda, in verbo, creuisse.ff.de impens. in rebus dota. fac. quod & Iacobus de Beluiso, Baldus, atque Isernia probarunt, in dicto capitulo vnico.de vasallis decrep.æta. Si tamen vasallus delicti perpetrati nomine, vel subsequente iudicis sententia, vel ipso iure (vt qui læsæ maiestatis crimen perpetrasset .l quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta.) feudo antiquo, vel paterno priuatus esset, atque in posterum, delicto sibi remisso, de eo rursus inuestiretur, feudum antiquum, vel paternum non remaneret, sed nouum crederetur, nisi princeps vasallum ad omnia bona, & in pristinum statum restituisset, quod Aluarottus, & Præpositus Alexandrinus censuere, in capitu.vnico.de vasallis decrep.ætatis.

Maternum autem feudum est, quod primum a fœmina communis cognationis parente, & in quocunque ascendentium gradu existente, acquisitum est, capitulo vnico, in princip. de feudo fœminæ. Nouum vero feudum dicitur, quod nouissime quæsitum est, & a persona illius, qui ipso adhuc fruitur, initium habet, capitulo vnico. versic.nouam. qui test.sint necessa. ad nouam inuestitu. capitulo vnico. in princip.de frat.de nouo beneficio inuest. Si ergo dominus, immutatis pactionibus, feudum antiquum, vel paternum, rectum & masculinum ad fœminas extenderit, in fœminis nouum diceretur, in earundem vero filiis, aliisque ex eis descendentibus maternum nominabitur, quod Andreas de Isernia in dicto capitulo vnico. de vasallis decrep. ætatis. & Præpositus Alexandrinus, in præludiis feudorum, in texta diuisione, rectissime tradiderunt. Ex antiquo etiam feudo, vel paterno nouum feudum fiet: si vasalli agnatis consentientibus, atque ius suum feudale refutantibus, dominus vasallum de eo tanquam de nouo feudo, inuestiuerit, capitulo vnico, in fine. an agnatus, vel filius defuncti. Et agnati ab eiusdem successione omnino excludentur, si simpliciter & sine modo ius suum refutarint. dicto capitulo vnico. in princip.& in fine de eo, qui finem fecit agnat. Idemque fore Præpositus Alexandrinus censuit in capitulo vnico. de vasallis decrep.ætatis. si agnatis consentientibus, & iuri suo simpliciter renunciantibus, vasallus ipse feudum antiquum, vel paternum in eum finem refutauerit, vt alii de eo inuestiantur, atque postea simpliciter inuestiti fuerint. Quibusdam tamen agnatis consentientibus, & quibusdam non cōsentientibus, illis, qui non consenserunt, præiudicium fieri non potest. Præpositus dicto loco. Ex quibus satis liquet, feudum nouum ab antiquo, vel paterno in eo differre, quod ad noui feudi successionem non nisi filii eius, qui ipsum primo acquisiuit, aliique ex eis descendentes, admittantur, dicto versicu.his vero, in fine.in capitulo vnico.de succes. fra. &c. Verum ad feudi antiqui, vel paterni successionem, non solum descendentes, sed etiam ascendentes & agnati admittuntur, dicto capitulo vnico.in fine, de natura succes. feud. In quibusdam tamen locis contraria consuetudo, feudi noui successionem cum feudi antiqui, vel paterni successione, æquauit. Proinde in eo quoque feudum nouum ab antiquo, vel paterno differt, quod feudi antiqui, vel paterni inuestitura, per quoscunque testes, fœminis exceptis, probari possit. Noui vero feudi inuestitura non, nisi per pares curiæ, idest, alios conuasallos, dicto ver.nouam, in capitu.vni. Qui testes sint necessa. Cæterum quemadmodum dominus, qui a vasalli defuncti agnatis feudum reuocare cupit, ipsum nouum asserens: probare debet, quod nouum sit. dicto capitu. vnico. versicu. si vero. de succes. fratrum. eo quod potius pro agnatis possidentibus, & feudum antiquum esse contendentibus, præsumatur, cap. vnico. in princip. si de feudo contensi inter domin. & agnat. vasal. maxime si de antiqua eorundem possessione appareat. Baldus & Aluarot. in dicto capit. vnico. si de feudo defunct. Ita similiter agnatos a vasalli defuncti domino, & possessore feudum consequi volentes, & feudum antiquum seu paternum esse contendentes, hoc ipsum probare debere, Iacobus de Beluiso recte putauit, in dicto versicu. si vero. argumen. capitu. vnico. de conten. inter me & dominum de por. feu. Feudum namque vel antiquū, vel paternum esse, extrinseca qualitas est, quæ non præsumitur, nisi expresse probetur, argumen. l. sciendum. ff. de verborum obligationib. Quid ergo, si episcopus abbas, vel alius ecclesiæ prælatus, eam ecclesiæ rem in feudum alicui concesserit, quæ antea nemini concessa fuerit: proindeque cum de ea re tanquam antiquo, vel paterno feudo inuestierit, asserens hanc rem, quam in feudum concedit, & ei, cui eam concedit, & eiusdem parentibus quondam in feudum concessam fuisse, eamque in præsens vel antiquum, vel paternum feudum esse, an ea uerba enunciatiua probabunt feudum concessum antiquum, vel paternum esse, eoque modo concessio tanquam rite facta sustinebitur? Et non probare Baldus recte tradidit, in præludiis feudorum, in tertia diuisione, quem & Iacobinus, in tractatu suo feudali, in uerbo, in feudum, in tertia diuisione, & Iason in præludiis feudorum, merito secuti sunt. Cum enim ecclesiarum prælati eas ecclesiæ res, quę antea in feudum datæ non fuerint, in feudum dare non possint, argumen. capi. secundo. de feudis. ea verba in cannonis, huiusmodi concessionem inhibentis fraudem prolata, recte credimus, argumen. l. qui testamentum, in fine. ff. de probationibus. l. cum quis decedens. §. Titia. in fine. ff. de lega. libro tertio ideoque censerem hæc similiaque verba in instrumēto inuestituræ comprehensa, quod feudum concessum antiquum, vel paternum sit, similiter non probare, etiam si prælatus vna cum toto capitulo, ea omnia vera esse iurasset, quæ in instrumento inuestituræ cōprehensa sunt, argumen. l. iubemus. §. scientes. ibi, nec si omnes. C. de sacrosanct. eccle. capitu. primo. de rebus eccle. non alienan. lib. sexto. quam sententiam Iason, in præludiis feudorum. in tertia diuisione. aduersus Baldum, in præcto loco, recte tradidit, & Iacobinus merito secutus est in prædicto loco: ne fraudi locus aliquis relinquatur, argumen. l. in fundo. versicu. constituimus. ff. de rei vendicatione. Si tamen suprascripta verba enunciatiua, similiaque alicuius vetusti instrumenti fide iuuarentur: feudum concessum antiquum, vel paternum esse plene probarent. Vt si in antiquo instrumento, vel uetustis literis ita enunciata, & scripta inueniantur: Tum enim antiquitatis nomine, plenam fidem eis habendam, Iacobinus recte existimauit, in dicto loco. Quinimo si suprascripta verba enunciatiua, similiaque a Regibus, Principibus, Ducibus, Comitibus aliisque profanis hominibus (qui etiam res in feudum antea non concessas, in feudum dandi potestatem habent) prolata essent: etiam si instrumenti scilicet vetusti fide nō iuuarentur, plenam fidem facerent. Et ideo si suprascriptæ personæ, similesque res in feudum antea nunquam concessas, iure antiqui, vel paterni feudi alicui in feudum dederint: ea verba feudum concessum antiquum, uel paternum probabunt: etsi rei ueritate in specta, feudum nouum sit. Cum enim suprascriptæ personæ res tam nouas, quam antiquas in feudum, dare possint. d. ver si nouam credendum non est, eas huiusmodi uerba in legis fraudem expresse. Sed an suprascriptorum uerborum uigore feudum reuera nouum feudi antiqui, uel paterni naturā qualitatemue induat, dubito. Nam induere Baldus. in c. uni. in fi. de aliena. pater. feu. atq; Aluar. in c. uni. de uasal. decrep. æta. tradidere. arg. l. quicunq;. C. de omni agro deser. & quando steriles &c. lib. xi. Ideoq; etiam absq; domini consensu, in proximiores agnatos alienari posse. Verum hac in re Pauli Ca. consi. cliii. Albe. de Ros. in Dictiona. suo, iu uerbo, nouū, atq; Ias. sententiam in d. loco. sequi malo, existimantium suprascriptorum uerborum uigore, feudum nouum, antiqui, uel paterni feudi naturam qualitatemue non induere. Nam sicuti feudum antiquum, uel paternum, noua inuestitura facta, nouum non fieri: sed pristinæ suæ naturæ remanere, supra tradidimus: Ita nec uicissim feudum reuera nouum, suprascriptorum uerborum uigore mutari, alienāq; naturam assumere conuenit. Hæc itaque de feudi speciebus hoc loco dicta sufficiant.

DE REBVS, QVAE IN FEVDVM DANTVR

Caput IIII.

IN feudum dari res immobiles regulariter possunt. c. unico. uer. sciendum. de feu. cog. cuiusmodi sunt fundi, territoria, castra, & filia. Nisi forte res ipsę īmobiles, aut sacræ, aut religiosæ, aut publicis vsibus in perpetuum destinatę sint. Cum enim huiusmodi res in commercio hominum non sint: consequens est, eas in feudum dari non posse, argumen. l. inter stipulantem. c. sacram. ff. de verborum obligatio. Res etiam immobiles, quæ aut lege, aut statuto, aut consuetudine, aut testatoris dispositione omnino alienari prohibitæ sunt, in feudum concedi minime possunt. c. vnico. §. sed etiam, in princip. Per quos fiat inuestitu. vel per quos recip. Proinde & res solo cohærentes in feudum dari possunt, dicto ver. sciendum. vt puta fru-

Source : BIU Cujas

ta fructus pendentes, argumen. l. fructus. ii. ff. de rei vendica. iuncta glo. in dicto versi. sciendum. Postremo ea etiam, quæ inter immobilia connumerantur, in feudum concedi possunt. dicto ver. sciendum. Ex quorum numero panes ciuiles sunt. Panes autem ciuiles quondam apud Romanos fuere: qui certis anni temporibus his dabantur, qui tesseram frumentariam habebant: ideſt, signum, quo ostenso, panes & frumenta recipiebant, argumen. l. sed & si susciperit. §. j. ff. de iud. qui etiam annonæ ciuiles nuncupabantur, l. iubemus. ii. in princip. C. de sacrosan. eccle. Huiusmodi ergo panum, annonarumque ciuilium, & tesserarum frumentariarum prouentus in feudum concedi possunt, argum. l. fin. §. præterea. C. de iure dot. glo. in dicto versi. sciendum. Ex eorundem quoque numero pensiones, seu redditus annui sunt. clemēt. exiui de Paradiso. ver. cumque annui. De. verbo. significatio. Omnes enim annuos redditus, qui super rebus immobilib. constituti sunt: & ex eisdem exoluuntur, in feudum dari posse, Baldus recte censuit, in dicto versi. sciendum. Denique & ego post Andream de Isernia in c. vnico, si de feu. vasal. ab aliquo interpellat. fuerit. in illis annuis redditibus cēserem, qui super re mobili, vt puta pecunia, constituti sunt: atque ex ea procedunt, eiusque intuitu exoluuntur. Vt si cum alio societatem inierim, certamque pecuniæ quantitatem lucri, vel damni consequendi nomine, in commune contulerim: vel mercatori alicui certam pecuniam in eum finem numerarim, vt vsus eiusdem nomine certam pensionem annue mihi pendat: id lucrum annuæ pensionis in feudum concedere potero. Licet enim id lucrum eaque pensio non ex fundo, aliaue re immobili: sed pecunia antea numerata procedat: in negociatione tamen cōmercioue hic consistit, quod rei immobilis vicem prestat: ideoque in feudum concedi potest. Ex quibus satis constat, annuos redditus, qui ex vectigalibus, pedagiis, teloniis, similibusque rebus prouenire solēt, in feudum dari posse. Aluarot. in d. ver. sciendum. Hincq; est, quod annuæ pensiones ex Camera: ideſt, eo loco, in quo prīcipis thesaurus conseruatur, in feudum dari possint. c. vnico. in fi. de feu. cogni. Hinc etiam est, quod esculenta, vel poculenta ex Camea: ideſt, eo loco in quo Principis frumenta, vina, & id genus alia, ad annonam pertinentia, custodiæ causa reconduntur, in feudum concedi possint. d. c. vni. in fine. de feudi. cogni. Quæ quidem pensiones, vel prouentus vasallo, vel pendi, vel præstari non debent: nisi in camera, vel camea sit, vnde vel solui, vel præstari possint. Et ideo si Camera, vel camea sine domini culpa euacuata fuerit: expectare vasallus debebit, donec Camera, vel camea soluendo sit. ca. vnico. in prin. de not. feu. In quibus quidem feudi speciebus, si vel pēsio bis, aut ter exoluta: vel prouētus bis, aut ter præstitus fuerit, nec de inuestitura facta constiterit: pro vasallo, qui quasi possessor existit, præsumptio erit. c. vni. §. si vero. quid sit inuestitu. Differuntquæ suprascriptæ feudi species a feudo soldatæ, in eo quod tam ex dantis, quam accipientis parte in hęredes transeant: atque veræ feudi species sint: Soldata vero non item, Iason in prælud. feudo. in fi. Est autem soldata præstatio quædam annua & gratuita: quę tam dantis, quam accipientis morte finitur: Inde dicta, quod plerunque in solidorum donatione consistat, quandoque vero in esculentis & poculentis, quę Princeps ob paupertatem alicui nobili concedere solet. c. vnico. in fine. quis dicatur Dux, Marchio.

Cęterum si pensiones, vel redditus annui in sola debitoris persona consisterent, in feudum dari non possent. Ideoque in debito pecuniario feudum consistere non posse, Baldus, Aluarot. atque Alexander recte putarunt. d. c. vnico. in fi. de feudi cognitione. Ex quo satis colligere licet, eas actiones, quæ ad debitum pecuniarium tantum, vel rem mobilem competunt, in feudum dari non posse: eas vero quæ ad rem immobilem, vel debitum reale, aut mixtum competūt, posse Baldus in d. c. vni. ver. sciendum. de feudi cogni. Nec supradictis obloquitur, quod pensiones, redditus vel prouentus annui, in pecunia numerata, vel alia re mobili consistant, in qua ex eiusdem natura directum dominium ab vtili commode separari non potest: quod tamen feudi natura imprimis expostulat. c. vni. in quibus cau. feud. amit. Nam certum est actionem directam, quam dominus ad pensiones, redditus, vel prouentus consequendos habet, ipsi directi dominii loco esse. Vtilem vero actionem, quam vasallus per huiusmodi feudi concessionem consequitur, vtilis dominii loco eidem esse. Doctores in c. querelam. de ele. Denique non solum fructus ex fundo: sed & alia qualibet reprouenientes, inter immobilia computantur. Cuiusmodi sunt iura piscandi, venandi, lapidis cædendi, argentum vel aurum effodiēdi, vrbanorum prædiorum pensiones, & id genus alia, arg. l. diuortio. §. non solum. cum seq. & ibi Doctores. ff. solu. matri. Quæ quidem omnia in feudum cōcedi posse, Doctores nostri tradiderunt. in d. versi. sciendum. Postremo & iurisdictiones inter immobilia connumerantur: in eisque feudum cōsistere potest, sicut in aliis iuribus incorporalibus, si modo profana sint. Nam si spiritualia essent in feudum concedi non possent: quale est ius percipiendi decimas. argu. c. quamuis. ca. prohibemus. de decimis. Sed quamuis decimæ in feudum regulariter dari non possint; d. c. prohibemus. d. c. quamuis. Hę tamen decimæ, quas laici ante Lateranense concilium ab ecclesiis legitime receperunt, etiam a laico, laico in feudum concedi possunt. c. cum apostolica. in fin. de his qui fiunt a prælat. Et si feuda in decimis consistentia adeo antiqua sint, vt eorūdē origo hoīū memoriā excedat: ante supra scriptū, Vrba. Pont. decretū ab ecclesia legitime cessa esse, in dubio credent, qđ crebriori calculo receptum est, in d. c. cum apostolica. Licet nonnulli in contrariam sententiam iuerint, in d. c. cum apostolica. Sed quid si decimæ ante supra scriptum Vrbani Pontificis decretum laicis in feudum legitime concessæ ad ecclesiam redierint: an rursus eisdem in feudum dari poterunt? Et non posse Ioannes Andreæ, & Panormitanus censuerunt, in d. c. prohibemus. Sed in contrariam sententiam Imola in c. ii. de decimis. atque Aluarottus, in c. vni. de his, qui feud dare possiuerunt: quam frequentior calculus merito recepit. Cum enim huiusmodi decimæ quondam ab ecclesia in feudum legitime datæ fuerint, quamuis ad ecclesiam postea redierint: in feudum tamen secundo dari non prohibentur. c. ii. de feud. nec eo nomine in feudum de nouo dari dicentur: siquidem ante in feudum semel datæ fuerint. Eaque sola in feudum de nouo dari dicantur, quæ in eam causam nunquam concessa fuerunt. glo. in d. c. prohibemus. Hostien. in summa, in ti. de feudis. §. quis possit. Hancq; sententiam non solum in decimis, sed & aliis quoque rebus ab ecclesia in feudum quondam legitime concessis, ad eamque postea reuersis, vsus passim approbauit. Cæterum res mobiles in feudum dari non non posse, certum est. d. versic. sciendum. Cum enim huiusmodi res vsu consumantur, feudum in eis consistere non potest. Nam si vasallus eis vteretur, vsu consumerentur, eaque ratione feudum interire contingeret. Si vero eis non vteretur, nullam eidem vtilitatem prestarent, vt Andreas de Isernia rectissime censuit, in d. ver. sciendum. Adde & in rebus immobilibus, propter suprascriptam earundem imbellitatem, dominium directum ab vtili commode distingui non posse: quod tamen feudi natura exposcit. d. c. vni. in fi. in quibus cautis, &c. Prętercundum tamen non est, quod si re mobili in feudum concessa, fidelitatis iuramentum præstitum fuerit, ipsum valere, atque iurantem ad eiusdem obseruationem ligare, quia sine salutis ętęrnæ interitu seruari potest, ar. c. cum contingat. de iureiur. Obseruabitur ergo suprascriptum iuramentum: non quidem in vim feudi, sed contractus innominati. Nam in ea re, quæ concessa est, feudum consistere non posse, supra comprobauimus.

DE PERSONIS, AC PRIMVM DE IIS, quæ feudum dare possunt.

Cap. V.

IMprimis feudum dare Imperator, Reges, Prīcipes sue in suo regno, vel principatu superiorē non recognoscentes pñt, quod feudum regale dicitur, regalisque dignitas nuncupatur, quale est feudum Ducatus, Marchiæ, vel Comitatus. cap. vni. in princi. de feu. March. Ducat. vel Comit. Vnde & Duces, Marchiones, & Comites dicti sunt: qui alio nomine Capitanei Regni vocantur, absolutamque nobilitatem habent, c. vni. in princip. quis dicatur Dux, Marchio. Feudum autem ducatus inde nominatum puto, quod primum exercituum ducibus concessum fuerit. Marchia vero a Marcha, ideſt, limite nominata est, eo quod vt plurimum iuxta mare sita sit, d. c vni. quis dicatur Dux, Marchio. Cęterum Principes superiorem non recognoscentes, non solum suprascripta feuda, sed & alia inferiora dignitatem annexam non habentia, in feudum concedere solent, vt cum aliquem de plebe de villa aliqua, territoriis iurisdictionem habentibus, in totum vel partem inuestiunt, d. c. vni. quis dicatur Dux, March. Comes. ca. vni. §. similiter, ver. si quis de manso. si de inuesti. feu. contentio fuerit. quique de huiusmodi inferioribus feudis inuestiti sunt, etiam Capitanei dici possunt. d. c. vni. quis dicatur Dux Marchio, vel Comes. Deinde Duces, Marchiones, Comites etiam feuda conferre possunt. c. vni. ver. Marchio. de his, qui feud. dare poss. quorum valuasores dicuntur, quondam Regis vel regni valuasores dicti. d. ver. March. quos & barones, & capitaneos, recte dixeris. c. vni. ver. idē est. de nat. feu. conspicuamq;, non tñ absolutam, nobilitatem habent, Iacobj. in

suo

ſuo tractatu,de feudis,in ver.in feudum.in 8.diuiſ.Sicuti nec ij, qui a Principibus ſuperiorem nō recognoſcentibus, feuda inferiora receperūt, qui etiam valuaſores maiores rectè dicunt.d.c.vni.Quis dicat Dux, March. vel Comes.Proindè valuaſores maiores, ſeu Barones, rurſus aliis,vt puta nobilibus,feuda cōcedere poſſunt,quorum vaſalli valuaſores minores dicūtur.d.verſ.Marchio.quos etiam Capitaneos rectè nominaueris,mediocremq; nobilitatem habēt.d.c.vni.verſ. ſi capitanei.De feu.March. & Ducatus.Deniq; & valuaſores minores,ſeu nobiles,aliis,vt puta plebeis,vel paganis,feuda cōferre poſſunt, qui omnes valuaſores minimi, ſeu valuaſini dicūtur.d.c.vni.in fine princip. Quis dicatur Dux,March. Comes. nullamque veram nobilitatē habent. Ferrarienſis in practica ſua,in forma libelli ad reuocatio.feudi,in ver.ac nomine. in 8.diuiſ. Ex quib. omnibus colligere licet, feudorum, & vaſallorū quatuor gradus eſſe: Primus eſt Ducum, Marchionum,& Comitum: Secūdus valuaſorum maiorū: Tertius valuaſorū minorum: Quartus valuaſinorum minorū. d.c.vni. Quis dic. Dux,Marchio,Comes. Colligitur etiā eū, qui de feudo aliquo inueſtitus fuerit, etſi ignobilis ſit, feudi tamē adepti nomine, eam nobilitatem conſequi,quā feudū, de quo inueſtitus eſt,annexam habet.Hincque videmus nōnunquam eos, qui obſcuro loco nati ſunt, ad ſummum inter vaſallos nobilitatis gradū peruenire: nonnunquam ad ſecundum: nōnunquam ad tertium, pro feudi adepti,& perſonæ cōcedentis qualitate,quod ipſi vel a Principibus ſuperiorem nō recognoſcētibus, vel Ducibus,Marchionibus, Comitibus, Baronibus aliiſq; maioribus vaſallis, in benemeritorū remunerationem, conſecuti ſunt.arg. d.c.vni. Quis dicatur Dux,Marchio,Comes.Porro etſi quōdam valuaſini, aliique plebei, vel pagani homines feudum dare nō potuerint, Baldus in d.verſ.Marchio, hodie tamen quilibet laicus, qui liberā ſuorum bonorum adminiſtratiōnē habet, ſiue maſculus,ſiue fœmina, ſiue vrbanus,ſiue ruſticus ſit, propria ſua bona in feudum de nouo cōcedere, & feuda antiqua renouare,eaque ratione ſibi vaſallos acquirere poteſt.c.vni.in princip. verſ. noui. verſ fœminam,in fine. Per quos fiat inueſt. Iaſon, in prælud iis feudorū. in 6. quæſtione.Cum ergo pupilli, vel adulti legitimā bonorum ſuorum adminiſtrationem nō habeant, nec ea alienare queāt. l.ſi curatorem. C.de in integr.reſt.mi.conſequens eſt, vt ipſi res ſuas de nouo in feudum dare non poſſint.d. verſ.noui. Quod verū eſſe puto, etiamſi tutoris, vel curatoris eorundem authoritas in eam rē acceſſerit. Cum enim feudum in ſolis rebus immobilibus, vel quæ inter immobilia cōnumerātur,conſiſtat.c.vni.verſ.ſciendum.de feu.cog.nec huiuſmodi pupillorū, vel adultorum res ſine ludicis decreto, & cauſæ cognitione alienari poſſint.l.j.l.magis puto.ff.de reb.eorū. qui ſub tut. vel cura.ſunt. l.prædiorum, & l.ſi prædium, verſ.emptor. C.de prēd. vel aliis rebus mino. Cōſequitur,vt ipſæ ſine ludicis decreto,& cauſæ cognitione, in feudū dari nō poſſint,licet alias tutoris curatoriſue authoritas in eam rē accedat. Nam noui feudi conceſſio, vera alienationis ſpecies eſt.Et quo ſatis apparet, pupilli tutorē, vel adulti curatorē, pupillo,vel adulto abſente & ignorāte, multo minus id facere poſſe,Doctores in d.verſ.noui. Cæterū antiquis vel paterni feudi inueſtiturā, etiam pupillo, vel adulto abſente & ignorante, tutor vel curator facere poteſt: Sicuti & vice verſa crediderim,pupillum,qui aliquem intellectum habet, & adultum etiam ſine tutoris, vel curatoris authoritate, de antiquo vel paterno feudo,defuncti vaſalli hæredes inueſtire poſſe:Cum ea re,obligatione, qua eiſdem obſtringebantur,ſe liberent, nec conditionem ſuam deteriorem faciant. Nam ſuum non alienant, ſed quod a parentibus ſuis antea alienatum fuit,iuris neceſſitate impellente, approbant.arg. l.cum a matre. C.de rei vendicat. Qui enim vaſalli defuncti hæredem de antiquo,vel paterno feudo inueſtit,eam ſolam poſſeſſionem,quam antea hæres iuſte conſecutus eſt, confirmat,nec ei aliquid iuris, quod antea non habuit,tribuit.d.c. vni.in princ.per quos fiat inueſtitura. Concluditur ergo nil obſtare, quominus pupillus, vel adultus, etiam ſine tutoris vel curatoris authoritate,antiqui vel paterni feudi inueſtituram facere poſſit, quod & Andreas de Iſer. & Baldus rectè cenſuerunt,in d.c.vni.per quos fiat inueſtitura. Quinimo arbitrarer pupillum,vel adultum, ſine tutoris vel curatoris authoritate,feudum antiquum, vel paternum etiam innouare poſſe,ſi modo ea in re poſſeſſio ab eis ad vaſallum tranſferenda non ſit,Nam ſi transferenda eſſet, tutoris vel curatoris authoritas in eam rem neceſſaria eſſet. l. poſſeſſionē. ff. de acqui. vel amit. poſſ.Adultum tamen, qui curatorem non haberet,per ſe ſolum id facere crederem,arg.d.l.ſi curatorem,in 2.parte.alias ſi curatorem haberet,pupillo æquipararetur. d.l.ſi curatorem, in princip. Quid autem de clericis dicemus,an ipſi, ſicuti laici, bona ſua patrimonialia in feudum de nouo concedere poſſint? Et poſſe,dubium non eſt: Cum ipſi,ſicuti laici,eas alienandi liberam poteſtatem habeant c.vnico.in princ.& ibi glo.& Doctores.de clerico,qui inueſtituram facit. Cæterum eccleſiarum ſibi ſubiectarum res,de nouo in feudum concedere non poſſunt.c. vni.epiſcopum,abbatem,vel abbatiſ. Cum nec eas alienandi poteſtatem habeant.l.iubemus.ii.cum authen.ſequen.C.de ſacroſa. ecc. Quicunque ergo eccleſiæ prælatus eccleſiæ ſibi ſubiectæ rem in feudum de nouo conceſſerit,poterit ipſe, vel alius cuius intereſt,huiuſmodi ceſſionem retractare,atque rem cōceſſam recuperare: ſiue ea res nouiſſime, ſiue diutiſſime eccleſiæ acquiſita fuerit.Doctores in d.cap.vni.epiſcopum,vel abbatem,vel abbatiſſ.& d.l.iubemus.C.de ſacroſan.ec.Ea autem eccleſiæ res in feudum de nouo data cenſebitur,quę ante ingreſſum eius,qui eam dedit, in feudum concedi nō cōſueuit.d.c.vni.in fi.de cleri.qui inueſti.fac. & Docto. ibidem. Certum tamen eſt Romanum Pontificem,ex poteſtatis ſuę plenitudine,cuiuſuis eccleſiæ res,etiam de nouo,in feudum conferre poſſe, ar.c.licet eccleſiarum.de præben.lib. vi.c.pro poſuit.in fine.de conceſſione præben.Atq; etiam quemlibet eccleſiæ prælatum, ex poteſtate ab eodem ſibi ad id ſpecialiter, data idem poſſe,ar.c.ii.de feudis.c.ii.de rebus ecc.alienā. vel non. Quinimo ſi eccleſiæ res ab his laicis poſſiderentur, a quibus eiuſdem prælatus eas nulla ratione cōſequi poſſet: potentiori alicui laico,etiam de nono, qui in feudum dari poſſent qui eas ab huiuſmodi iniuſtis poſſeſſoribus recuperaret, atq; recuperatas in feudum ab eccleſia teneret.d.ca.ii. verſi.alia.& in fi.de feudis.Cæterum archiepiſcopi,epiſcopi, abbates,& abbatiſſæ,præpoſiti,atque plebani: reliquiq; eccleſiarum prælati & clerici,titulum perpetuum in beneficiis eccleſiaſticis habentes, antiquæ eccleſiæ rem (quæ antea in feudum dari ſolita eſt,poſteaq; poſtremi vaſalli,ſine hærede decedentis morte, vel alienatione, vel delicto ad eccleſiam rediit) rurſus in feudum dare poſſunt.d.c.vni.epiſcopum,abbatem,vel abbatiſſa.ibi,quod autem.d.c.ij.de feudis.d.c.vni. in prin.de his qui feudum dare poſ.& gloſ.ibidem.eamq; de ciſionem veram eſſe,Bal.& Iaſ.tradidere,in d.c.vni.in princ. de his qui feu.dare poſ etiam ſi in eam rem capituli conſenſus non accederet,ar.c.vni.in fi.ver.in clericorum.ſi de inueſti.inter do. & vaſallum lis oriatur.quod & paſſim vſus obſeruat.Supracriptæ quoque regulæ locum eſſe Bal.aliiq; cenſuerunt in c.vni.qui ſuc.tenean.etiam ſi eccleſiarum prælati de prodigalitate ſuſpecti eſſent,ſi modo de ea, tanquam bonorum eccleſiæ decoctores,accuſati non ſint.Si enim eſſent etiam antiquas eccleſiæ res in feudum concedere non poſſent. Adde & ſupraſcriptam regulam locum ſibi vendicare poſſe,etiam ſi feudum antiquum,& ab eccleſia quondam ꝓfectum,iam apertum,& ad eccleſiam plene reuerſum eſſet, atq; aliquot annos apud eccleſiam remanſiſſet, priuſquam prælatus iam mortuus eſſet, nec huiuſmodi feudum, ante mortem ſuam alteri conceſſiſſet: Hoc enim non obſtante, eiuſdem ſucceſſor ipſum in dominico inuentum, alteri in feudum nihilominus recte concedere poterit.d.c.vni. in fin. de clerico,qui inueſt.fa.& ibi Bald.& Andr.de Iſer.Niſi forte feudum antiquum per prælati,vel capituli ſtatutum,vel antiquam poſſeſſionem ad eccleſię menſam redactum, atque incorporatum eſſet,quod Bal. & Aluaro.rectiſſime tradiderunt,in d.c.vni.de cle.qui inueſt.fac Deniq; poſt Bal. & Iaſo. in d.c.vni.in prin.de his,qui feud.da.poſ. cenſerem & eam eccleſiæ rem,q̄ in feudum dari ſolita eſt,non ſolum extraneis, ſed & prælatorū conſanguineis in feudum dari poſſe,ſi modo eccleſiæ oneri futuri non ſint. Quod autem tradidimus eccleſiarum prælato s antiquas eccleſiæ res in feudum dare poſſe,id ita accipiendum eſt, vt ſolius eccleſię ſibi ſubiectæ res in feudum dare poſſint.d.c.vni.in prin.epm, abba.vel abbatiſ.Nam vt Bal.recte exiſtimauit,in d.c.vni.in prin.de his, qui feu.da.poſ.ſuperior prælatus de feudis antiquis,ad prælati inferioris ſibi ſubiecti collationem ſpectantibus,inueſtituram facere non poteſt. Verum Romanus Pontifex non ſolum eccleſię Romanæ, ſed & aliorum omnium eccleſiarū rum res,vel antiquas,vel nouas in feudum cōcedere potest, cum omnes eccleſiæ ipſi æqualiter ſubiectæ ſint.d. c.licet eccleſiarum.quod & Alua.& Iaſ.probarunt in d.c.vni. in prin. de his,qui feu.da.poſ.Legatos tamen a latere eccleſiarum in legationis ſuę prouincia ſitarum res,vel antiquas,vel nouas in feudum dare non poſſe,Archi.in c.de eccleſiaſticis.xxv.q. ii.Bal.Alua.atq; Iaſon recte putarunt,in c.vni.in prin. de his qui feu.da.poſ.Niſi forte Romanus Pontifex eam ptātem ipſis expreſſe atq; ſpāliter mandarit.ar.auth.perpetua.ibi,quib. hoc aſſignatur.C.de ſacroſan.ec.Illud autem conſtat, quod ſicuti eccleſiæ prælatus,ita & prelatura vacante, capitulum res in feudum concedere poſſit.Doct.in d.c.ii.Sed quanto tē pore eccleſiæ res in feudum datas eſſe oportet,vt in feudum dari conſuetæ dicantur,atq; in poſterum aliis in feudum iure concedi

re concedi possint? Et Bald. putauit, in d.c. vni. in prin. de his, qui feudum dare pos. quod si manifeste constaret, feudi concessionem in ecclesię vtilitatem vergere, triginta annorum spatium sufficere. Si vero certum esset, feudi concessionem in ecclesiæ perniciem tendere: tantum tempus, cuius initii memoria non existat, necessarium fore: Sinautem vtrunq; dubium esset, quadraginta annorum tempus constituendū esse. Quam sententiam aduersus Iacobinum, in prædicto loco, ipse recipio: cum probabilis sit, multasque Doctorum altercationes, opinionumque fluctus tollat. Omittendum tamen non est, infeudandi consuetudinem circa vnam, atque alteram rem introductam, ad alias ecclesiæ res extendendā non esse, ar. l. j. §. Iulianus, ff. de itin. actuq; priua.

QVAE PERSONAE FEVDVM *accipere possint.*

Cap. VI.

IEnimuero feudum Recipere omnes regulariter possunt. his solis exceptis, quibus id expresse interdictum est. d.c.vni. in fi. versic. personam. per quos fiat inuest. Hincq; est, quod non solum liberi homines; sed etiam serui, feuda recipere possint. d. versi. personam. receptaq; dominis suis acquirere. ar. §. item vobis. Instit. per quas perso. nobis acqui. Si tamen dominus seruum suum de feudo scienter inuestiuerit: ea re libertatem ipsi dedisse credet, ar. l. super seruis. C. qui mili. pos. lib. xii. Eoq; nomine feudum concessum, seruo libertate donato acquireretur, l. cum filio fa. ff. de lega. lib. pri. Sicuti & eo casu, quo seruus alienus, domino sciente & patiente, ab alio de feudo ita inuestitus est, vt feudum concessum ipsi acquiratur, And. de Iser. in d. ver. personam. Hinc si quis errore ductus, eum quem liberum, aut libertum esse credebat, de feudo inuestiuerit: nomine erroris, qui concedentis consensum excluſit, l. si per errorem. ff. de iurisd. inuestitura facta, nulla erit, d. ver. personam, in fi. Hinc etiam est, quod rustici, fœminæ, ca. vni. §. filia. de succes. feu. item & filiifamilias etiam hac conditione adiecta, ne patri vsusfructus acquiratur, de feudo inuestiri possint, ar. auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. &c. Quod vsq; adeo verum est, vt si feudi dominus in filiifamilias conditione errauerit, eum errorem, inuestitura facta, non obesse, And. de Iser. recte putarit, in d. ver. personam. Hinc deniq; est, q̄ pupilli infantib. maiores, & rationem intellectum habentes, itē & adulti curatorem habentes, vel soli, vel cum tutore curatoreue feudum recipere possint, ar. §. j. Insti. de autho. tu. l. cōtra iuris, ff. de pac. Cum ea tamen differentia, vt pupilli antequam ad pubertatis tempus venerint, fidelitatis iuramentū, neq; per se, neq; per alium præstare cogantur. c. vni. §. si quis. ver. si minor. & §. seq. in prin. si de feu. defu. cont. inter do. & agn. Adulti vero siue curatorem habeant, siue non habeāt, cogantur, ar. auth. sacramenta pube. C. si aduer. vend. c. imperialem. in fi. prin. ver. prēterea de prohi. feu. alie. per Feder. Verum pupilli, infantes, furiosi & mente capti, cum nullam prorsus rationem habeant, etiam cum tutoris, vel curatoris authoritate, de feudo inuestiri non possunt: sed eorundem nomine tutores curatoresue inuestientur, atq; seruient. Doctores in d. ver. si minor. Adde & eum, qui ex accidenti, vel etiam a natura mutus, surdus, cæcus, claudus, vel alias imperfectus, feudum recipere, atq; receptum retinere non prohiberi. And. de Iser. Bal. & Alua. in c. vni. §. fi. ver. mutus. episcopum, abbatem, abbatissam. Dominus enim illius, cui feudū concedit, defectum sciens, & eidem feudum concedens, ipsi eam gratiam facere creditur, vt si per se commode seruire non possit, per substitutum seruiat. Quid autem de personis ecclesiasticis dicemus: an feudum recipere possint? & eas ecclesiæ suæ nomine feudum eidem non onerosum regulariter recipere posse, certum est, ar. c. vni. §. fi. de capi. Corr. Hinc que passim videmus, non solum ecclesias cathedrales & collegiatas: sed etiam monasteria, feuda a principibus profanis concessa, atque profanam iurisdictionem habentia, possidere. Suo autem nomine clerici non solum ab ecclesia, sed & profanis quoque hominibus, clericorum conditionem nō ignorantibus, feuda recipere similiter possunt, ar. d. §. fi. Nam domini, tam profani, quam spirituales, clericis feuda concedentes, & eorundem conditionem exploratam habentes, feuda scienter concedendo, ipsis tacitę permittere videntur, vt si officiis diuinis impediti, domino suo personaliter adesse, debitaque seruitia prēstare non possint, per substitutum tunc agant, vt præpositus, in d. §. fi. And. de Iser. atq; Aluaro. in c. vni. in fin. de feu. fœm. elegantissime tradiderunt. Ex quo colligere licet, nil impedire, quo minus clerici feuda ab omnibus seruitiis libera (quæ passim Franca vocamus) suo nomine recipere, & possidere possint. Verum si in feudi concessione dominus clericum, ad seruitia personaliter præstanda, conuentione facta, obstringeret, concessio nulla esset, si seruitia personalia præstando, clericus a diuinis ministeriis auocaretur, ar. glo. fi. in d.c. vni. in fi. de feu. fœmin. Ceterum Franciscani, & Cistertienses, neq; liberum, neq; seruitiis obnoxium feudum, neq; suo, neque ecclesiæ nomine recipere possunt, cle. j. ver. prouida. ver. cumq; annui. de ver. sig. c. recolentes. de statu monac. quod & quidam ad reliquos clericos, qui ex mendicantium numero sunt, vt puta Dominicales, Augustinenses, & Carmelitas extendunt, licet vsum aliud passim recipisse, videamus. Quid ergo? an clerici & ecclesiæ, feudorum a laicis receptorum nomine, coram ijsdem conueniri poterunt? Et non posse, iuris canonum interpretes cōmuniter responderunt, in c. si diligenti. de fo. compe. & arg. c. si caste. eo. ti. Sed in cotrariam sententiam Bal. in c. vni. de cōtro. feu. apud pares terminan. Aluar. in c. vni. de contro. inter epis. & vasal. atq; Ias. in prelud. feu. in prin. iuerunt, quam & ego veracem esse credo. Nam constat feudi controuersiam, inter vasallum & alium exortam, apud feudi dominum terminandam esse. c. ex transmissa. ver. per dominum. de fo. compe. Si ergo feudum a laico concessum sit clerico, qō de eo inter vasallum clericum, & alium clericum, vel laicum mota, apud laicum feudi dominum terminari debebit, c. ex transmissa, in prin. Sicuti & vice versa, si ab ecclesia, eiusdem ue prælato, atque alio quolibet clerico alicui laico feudum datum fuerit, contentio de eo inter vasallum laicum, & aliū vel laicum, vel clericum superueniens, coram eccles. a feudi domino, vel eiusdem prælato, atq; alio quolibet clerico feudi domina agitabitur & decidetur. c. verum. de fo. comp. Sin autem inter dominum & vasallum, de feudo quęstio nascatur, per pares conuasallus domus, vel curiæ dirimetur, idq; siue dominus siue vasallus, vel laicus, vel clericus sit, d.c. vni. de contro. apud pa. termina. d.c. vni. in prin. de controu. inter epis. & vasal. Consequitur ergo, feudi secularis (quod a laico promanauit) qōnem in seculari foro ventilandam & decidendam esse. Ecclesiastici vero feudi (quod ab ecclesia, vel aliquo clerico processit) controuersiam, in foro ecclesiastico, nulla personæ vasalli ratione habita. Natura enim causæ clerici personam ad se trahit, non e contra Ias. in prælu. feu. in prin. Præsertim cum ex ea re clericus lædi non possit, nec feudi controuersia clerici personam, sed feudum ipsum tantum respiciat.

DE INVESTITVRA PROPRIA, *& impropria.*

Cap. VII.

IEudum non sola Concessione inter viuos, vel vltima voluntate facta, sed inuestitura quoque subsequente, constituitur. Feudum namq; sine inuestitura nullo mō constitui posse, traditum est in c. vni. ī prin. quib. mod. feu. const. po. Licet ea in re consuetudinibus istis in Siciliæ regno, q̄ria obseruatione derogatum esse, And. de Iser. tradiderit, in c. vni. ī prin. de his, qui feu. da. pos. Videmus que hodie in quibusdam locis, sola dñi concessione, absque aliqua inuestitura, feuda constitui atq; acquiri. Inuestitura aūt (quam alio noīe inuestitionem dicere possumus. c. vni. in prin. si de inuest. inter do. & vasa. lis oriatur). est concessionis rei feudalis per dñm factæ cōfirmatio. Quę aut propria, realis & corporalis, aut impropria, abusiua, & verbalis est. Propria, realis & corporalis inuestitura est, quæ reali traditione rei in feudum concessæ, fit, vt puta cum feudi dñs personaliter, vel per alium noīe suo, vasallum in verā rei feudalis possessionem, corporaliter inducit, eoq; mō rem feudalē ei tradit. c. vni. in prin. quid sit inuest. c. vni. in fi. de no. for. fide. Per quam inuestituram nō solum vera rei feudalis possessio, sed vtile quoq; dñium acquiritur. Doc. in d.c. vni. in prin. quid sit inuest. Impropria vero, abusiua & verbalis inuestitura est, q̄ verbis vna cum actu corporeo, fit, vt puta, si feudi dñs corā curię suę parib. vel aliis extraneis, vasallo dixerit, istius baculi ensis, hastæ, annuli vel alterius rei mobilis traditione, te de talis fundo, vel castro, feudi noīe inuestio. d.c. vni. in prin. qd sit inuest. c. ex ore. in prin. de his, quę fi. a ma. par. ca. c. ii. de cō sue. Quę quidem īuestitura vasallo neq; possessionem, neq; vtile dñium, rei in feudum de nouo concessæ, tribuit d.ca. ex ore. ver. quia vero. ar. l. cum hęredes. in prin. de acq. pos. c. pertuas. de do. Si tñ præscripta abusiua inuestitura in fundo, castro, vel alia re, de qua inuestitura fieret, celebraretur, vel dñs vasallo fundum, vel aliam rem in feudum concessam, vicino loco demonstraret, eiusdemq; vacuam possessionem se tradere, diceret, ea re vasallum rei in feudum concessæ possessionem,

Source : BIU Cujas

ſeſſionem, vtileque dominium non minus conſequi putarē, quam ſi ipſi rei pedem intuliſſet. ar. l. qui meo. § ſi venditorē. ff. de acq. poſſ. l. clauibus. ff. de ϗhen. emp. Verum ſi ſupraſcripta demonſtratio ex loco tam remoto fieret, vt res demonſtrata oculis facile percipi non poſſet: per eam, rei demōſtratæ poſſeſſionem, vtileq; dominium in vaſallum non tranſferri lac. recte putauit, in tracta. ſuo, de feu. in ver. inueſtiuit. Cum enim res demonſtrata, & in feudum conceſſa, a vaſallo videri non potuerit, demonſtratio nulla fuit: ſicq; conceſſio antea facta nuda rei manſit: per quam ſolam rei feudalis poſſeſſionem dominiumq; vtile in vaſallum non tranſferri, ſatis conſtat, ar. l. quemadmodum. ff. de acq. poſſ. l. traditionib. C. de pac. l. ſi ager. ff. de rei ven. Cæterum etſi ſupraſcripta verbalis inueſtitura vaſallum poſſeſſorem non faciat, eius tamen vigore vaſallus ea inueſtitus, propria ſua authoritate feudum ſibi conceſſum ingredi: eoq; modo eiuſdem poſſeſſionem ſibi acquirere poteſt, vt Pontificii, in d. ca. ii. de conſue. atq; Feudiſtæ, in d. c. vni. quid ſit inueſt. vno ore cenſuere, arg. l. prędio. de acq. poſſ. Et ſi forte feudum conceſſum longum, & latum, pluribuſq; fundis diſtentum ſit: vnius fundi poſſeſſionem ingredi ſufficiet, vt per hoc totius feudi poſſeſſio acquiſita cenſeatur. Cum enim feudum, ſicuti hæreditas, quid vniuerſale ſit: merito vnius fundi poſſeſſione naturaliter compræhenſa, totius feudi poſſeſſio appræhenſa intelligetur: ſicuti & vna re hæreditaria contrectata, totius hæreditatis res contrectatæ creduntur, ar. l. reſtituta. ff. ad ſenat. Treb. quod And. de Iſer. tradidit, in d. c. vni. quid ſit inueſtitu. communiterq; receptum eſt. Si tamen fundi feudales per locorum, vel territoriorum interualla diſtarent: propter eorū dem diſtantiam ſupraſcriptæ traditioni locus non foret. Ad de & feudi dominum, qui ſupraſcriptam verbalem inueſtituram fecit, eiuſdem vi ac feudi, de quo ĩueſtituram fecit, poſſeſſionem tradendam, vaſallo pręciſe obligari: nec id, quod ipſius intereſt præſtando, liberari. c. vni §. ſi facta. ſi de feu. cōtent. ſit inter do. & agna. vaſ. & ſi forte in vacuæ poſſeſſionis traditione, moram fecerit: vaſallo omnem vtilitatem, quā alias, mora non facta, habiturus erat, præſtare debebit. dcto c. vni. in fi. de no forma fide. Si tamen abuſiua inueſtitura dę feudo alicui facta: feudi dominus de eodem feudo alteri veram inueſtituram fecerit: primo inueſtito id, quod ſua intereſt pręſtando, liberabitur. Quia feudi poſſeſſionem ei tradē di amplius facultatem non habet. gl. communiter approbata, in ver. dominium, in d. §. ſi facta. Eritq; hoc ſecundo caſu inueſtitus, in feudi iure potior: propter feudi poſſeſſionem ſibi primo traditam: atq; vtile eiuſdem dominium ſibi primo quæſitum, ar. l. quoties. C. de rei ven. Eamq; ſententiam verā eſſe, Andr. de Iſer. atq; Aluar. merito tradiderunt, in d. §. ſi facta. etiam ſi primo inueſtiti iure ſaluo, poſſeſſio ipſa tradita fuerit. Cum enim primo inueſtitus, aduerſus ſecundo inueſtitum nullum ius habeat: ſupraſcripta verba in feudi traditione expreſſa, nihil operari poſſe, laco. recte exiſtimauit, in d. loco. Si quoq; in feudi traditione dominus ſecundo inueſtito iniunxerit, vt ſi primo inueſtitus feudum ei traditum petierit, eidem tradat: vel ſi feudum a ſe peti cōtingit, ipſum ſibi reſtituat, vt petenti tradat: ſecundo inueſtitus in feudo retinendo potior erit: Nec eiuſdem poſſeſſionem primo inueſtito preciſe tradere cogetur: ſed id, quod ipſius intereſt. p̄ſtando, liberabitur. ar. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de ver. ob. l. ſi quis ab alio. §. fi. ff. de re iudi. Verum ſi feudi dominus eiuſdem poſſeſſionē ſecundo inueſtito ſub conditione, in hunc modum tradiderit: Iſtius feudi poſſeſſionē ita tibi trado: vt ſi primo inueſtitus ipſam petierit: eo ipſo ad eum reuertatur: primo inueſtiti ius potius erit, & traditio ſecundo inueſtito facta, pro non facta habebitur. Nam poſſeſſionem, ſicuti res, ſub cōditione tradi poſſe certum eſt. l. qui abſente. §. j. ff. de acq. vel amit. poſſ. Idemq; fore Alu. cenſuit, in d. §. ſi facta, in fi. ſi poſteaquam primo inueſtitus feudi poſſeſſionem nactus eſt; eo etiam ſciente, nec cōtradicente, feudi dominus alium, etiam ignorantem, de eodem feudo inueſtierit: eiuſdemq; poſſeſſionem ei tradiderit. Qui enim feudi poſſeſſionem primo nactus eſt, in eiuſdem iure potior eſt. ar. d. l. quoties. Si autem dubium fuerit, vtri feudi poſſeſſio primum tradita ſit: is in iure feudi potior cenſebitur. q prio-rem titulum habuerit; quod Bald. tradidit, in d. §. ſi facta. alii que ſecuti ſunt. Quid ergo, ſi de re aliena, vel alteri obligata, inueſtitura facta ſit: in ea euicta, vaſallus de ea inueſtitutus, cōtra dominum inueſtitorem euictionis nomine agere poterit? Et duobus concurrentibus poſſe, certum eſt: Imprimis ſi vaſallus authori ſuo, ideſt, domino denunciarit, ſibi de feudo recepto ab alio litem motam eſſe: atque dominus ipſum in iudicio defendere recuſarit, vel neglexerit: Eaque ratione vaſallus, tanquam ſcilicet minus inſtructus, de aliena re inueſtitus, conuictus fuerit. c. vni, ſi de feu. vaſal. ab aliquo interp. ſue. l. ſi fundi. ver ſi cum. ff. de euic. Alua. in d. c. vni. §. j. de feu. vaſal. Proinde ſi vaſallus rem, de qua inueſtitus fuerit, alienā fuiſſe ignorarit, nec diſtinguitur an dominus inueſtitor eam ſuam fuiſſe crediderit, an alienam eſſe ſciuerit. c. vni. in prin. ibi, ignorans vero. de inueſt. de re alie. facta. Verum ſi vaſallus rem, de qua inueſtitus fuit, alienam fuiſſe ſciuerit, ea euicta, contra dominum inueſtito rem euictionis nomine agere non poterit, d. c. vni. in prin. de inueſt. de re ali. fac. & Doc. ibidem; niſi ſpeciali pacto de euictione ſibi proſpexerit. Sed quid ſi de feudo, ab alio vaſallo ex inueſtitura ſibi legitime facta, poſſeſſo, verus eiuſdem dominus alteri inueſtituram fecerit: an ea inueſtitura ſtatim valida erit? Et validam fore certum eſt, etiam ſi in eam vaſalli poſſidentis conſenſus nō acceſſerit, ſi modo ipſe ea ex re detrimentum nullum patiatur: eoq; defuncto feudum ad dominum reuerti ſperetur, c. vni. §. moribus. in fi. ſi de feu. defun. conten. c. ii. de feud. da. in vicem legis commiſ. Sed cum demum effectum capiet, cum feudum domino, aut eiuſdem hæredi apertum fuerit. dicto §. moribus, in prima par. Verum ſi eccleſiaſtica perſona talem inueſtituram fecerit: non aliter effectum capiet, niſi ipſi, non etiam eiuſdem ſucceſſori, feudum apperiatur. d. §. moribus, in ſecunda par. Si quoq; dominus de feudo alteri legitime ſemel conceſſo, alium inueſtiens, vaſallum poſſeſſorē defunctum credat, cum adhuc ſuperſtes ſit: erroris, domini conſenſum declarantis, ratione, arg. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. inueſtituram factam, nullius momenti eſſe Andreas de Iſer. atq; Alua. cenſuerunt. in d. ca. ii. Idemq; & ipſi de ea inueſtitura reſponderunt in d. ca. ij. quę tanquam de feudo per vaſalli mortem vacante facta eſt: cum feudum ipſum nō morte, ſed alio modo vacaret, ar. c. ſuſceptum. de reſcri. lib. vi.

DE INVESTITVRA NOVA ET VETERI, coram quibus fieri debeat.

Caput viij.

Nueſtitura autem facta, ſi noua, ideſt, de nouo feudo facta ſit: non niſi per pares curiæ domini, qui eam fecit: uel per breue teſtatum, ideſt, inſtrumentum publicum a duobus ad minus curię paribus confirmatum, probari debet. c. vni in prin. ver. ſi eum. quid ſit inueſt. c. vni. qui teſtes ſint neceſ. ad no. inueſt. proban. Quod verum intelligas, ſi dominus qui inueſtituram fecit, alios vaſallos (quos curiæ, uel curtis domus ſuæ pares dicimus) habeat: Si vero non habeat, extranei, vel breue teſtatum ab aliis confirmatum, ad nouæ inueſtituræ comprobationem ſufficiet. d. c. vni. verſ. conſules. qui teſtes ſint neceſ. c. vni. ver. quod autem. de conſue. recti. feudi. Si vero ĩueſtitura facta vetus, ideſt, de antiquo, & veteri feudo facta ſit, ad eam probandam extranei (fœminis exceptis) ſufficientes erunt. d. c. uni. in fi. qui teſtes ſint neceſ. quinimo vt inueſtitura noua, ſiue pròprie, ſiue abuſiue facta, ſtatim ab initio viribus ſubſiſtat: eam coram duobus ad minus paribus curiæ illius, qui eam fecit, factam eſſe oportet: adeo vt ſi dominus, qui eam fecit, alios vaſallos habeat, nec ſaltem duo ex eis interfuerint, ſed alii teſtes tantum: inueſtitura, tā quam debita ſolennitate omiſſa, facta nulla ſit: Etiam ſi eā factam dominus confiteretur. d. c. vni. in prin. quid ſit inueſt. d. c. vni. in princ. qui teſtes ſint neceſ. Verum ſi dominus, qui inueſtituram nouam, vel improprie vel abuſiue fecit, alios vaſallos non haberet, eam corā aliis extraneis teſtib. fieri ſufficeret, d. ver. quod autem. c. vni. verſi. quod aūt. de not. feu. Sane admonendi ſumus, q̄ ſi nulla inueſtitura præcedente, nec duob. curiæ ſuæ parib. præſentib. (cum aliquos haberet) dñs iuſſerit te fundum ſuum ĩgredi, & feudi noīe poſſidere, tuq; ingreſſus fueris, & feudi noīe poſſidere cœperis: ea tñ re, verum, & rectum feudum acquiſiuiſſe nō diceris. Et ideo, licet fundi poſſeſſionem taliter adeptā, quoad vixeris, quaſi feudi noīe retinere poſſis, tuus tñ hæres in hoc ius nullo mō ſucedet. d. c. vni. poſt prin. quib. mo. feu. conſti. Niſi forte dño p̄ſente, nec ϗdicente, & ſeruitium tuum quaſi a vaſallo recipēte, in ſupraſcripti feudi poſſeſſione integri anni tpe, & feudi nomine fueris, atq; aſſerto iureiurando hoc ipſum comprobare poſſis, c. vni. ver. inde etiam. de conſue. rect. feu. & gl. ibid. in ver. aliquo. Cæterum ſi dñs coram duob. curiæ ſuæ parib. vel his deficientib. coram aliis probis & honeſtis viris, te caſtri ſui poſſeſſionem ingredi, & ingreſſum feudi noīe tenere iuſſiſſet, eumq; iuſſum adimpleuiſſe, inueſtituræ loco haberet, feudumq; rectum adeptus eſſe dicereris. d. c. vni. in prin. verſi. quod aūt. de conſue. recti feu. d. c. vni. in fi. prin. quid ſit inſte. Relinquitur ergo, dñi iuſſum pro poſſeſſionis traditione nō haberi, nec rectum feudum conſtituere, niſi vel aliqua inueſtitura ipſum præceſſerit, vel coram duob. curiæ paribus vel aliis teſtib. omni exceptione maiorib. vel in rei, quæ poſſideri iu-

Source : BIU Cujas

ri iubetur præsentia factus fuerit, ar.gl.in ver.inuestiuit in ca. pro illorum.de præben.& digni. Illud autem constat, nō interesse per se ne, an per alium, vt puta procuratorem, quis in uestituram vel faciat, vel suscipiat. c. vni. §. j. in fi. ver. sed verū. per quos fiat inuest. Constat etiam non referre, quo loco in uestituræ negocium expediatur: dūmodo locus tutus & honestus sit. Præpo. in c. j. quo temp. mil. inuest. pe. deb. Denique cōstat, in inuestitura abusiua illud perpetuum esse, quod ipsa nimirum fidelitas sacramentum præcedere debeat. c. vni. quid præce. debe. an inuesti. Nimis enim durum esset, eū qui abusiue de feudo inuestitus est, ad fidelitatis sacramentū cōpelli. Cum feudum, cuius nomine fidelitatis iuramentum p̄ statur, nullo modo consecutus sit. Doct. in d.c.vni. quid præce. debeat. Et tamen inuestitura iure denegari potest, qui statim ab initio fidelitatem præstare recusat. d.c.vni. in fi. versi. nulla. per quos fiat inuest. Cæterum inuestitura vera, fidelitatis iuramentum non solum præcedere: sed etiam sequi pōt, vt puta, si primo inuestitura abusiua facta sit: deinde fidelitatis iuramentum p̄stitum, & postremo inuestitura vera, ex obligationis necessitate, subiecuta fuerit. c. vni. in fi. de no. for. fide. At si statim ab initio propria inuestitura facta fuerit, p̄cedet, fidelitatisq; iusiurandum sequetur. d.c.vni. quid præce. deb. Ex quo colligere licebit, abusiuam inuestituram, supervacaneam fore, si propria inuestitura statim ab initio facta sit. la. de Belui. in c.vni. quid sit inuesti. Sed e diuerso, abusiua inuestitura semel facta, propria inuestitura nihilominus subsequi debet. d.c.vni. in fi. de no. for. fidel.

DE IVRAMENTO FDELITATIS LIGIO, & non ligio.

Caput ix.

CONsequens igitur est, Vt fidelitatis iuramento agamus, quod a vasallo domino præstat, d.c.vni. in fi. quid præce. deb. atq; alio nomine homagium, vel vasalligium nuncupatur. c. ex diligenti. de simonia. c. fi. de reg. iu. c. grandi. de sup. neg. prela. lib. vi. Eiusdemq; duæ sunt species, ligium nempe, & non ligium. Fidelitatis iuramentum ligium est, quod solis principib. superiorem non recognoscentibus, p̄statur. Ideoq; aduersus omnes tutius mundi homines, nullis prorsus exceptis, ne quidem aliis prīcipib. vel profanis, vel spū alib. superiorem similiter nō recognoscentib. qualis est Romanus Pontifex, Imperator, Gallia rum Rex, & similes. cle. pastoralis. ver. rursus. & gl. ibid. in ver. homoq; ligius. de sen. & re iudica. Hincq; est, ꝙ qui tale iuramentum præstitit, homo ligius nuncupetur: quasi ei, cui ipsum præstitit, aduersus omnes indiscriminatim homines, iuramenti præstiti nomine, ligatus & obstrictus. Ex quo colligere licet, quem duorum hominum ligium esse non posse, d.gl. in ver. homoq; ligius in cle. pastoralis. Fdelitatis vero iuramentum non ligium dr̄, in cuius præstatione aliquis nominatim excipitur: vt si asserto iureiurando, domino a quo feudum recipi, fidelitatem aduersus omnes indiscriminatim homines promittam: excepto priori domino meo, cui ante fidelitatem iurau i: vel excepto Romano Pontifice, Imperatore, vel Rege. c.vni. in fin. ti. Hic finitur lex. c. Imperialem. in fi. de prohi. fe. alie. per Fede. Nec referre puto, superioribusne Principibus, an inferioribus, & superiorem recognoscentib. vel aliis quibuscunq; dominis eisdem subiectis, hmōi iuramentum p̄stetur. Sed quamuis principibus superiorem nō recognoscentibus vtrunq; fidelitatis iuramentum præstari possit: inferiorib. tamen Principibus, aliisq; dominis eisdem subiectis, iuramentum fidelitatis ligium præstari nō potest: sed non ligium tantum. Nam etsi in omni præstatione iurisiurādi, inferiorib. dominis facti, nemo nominatim exceptus sit: Romanus tamē Pontifex, Imperator, Rex, vel alius Princeps superiorem non recognoscens, tacite exceptus intelligitur, ar. d.c. Imperialem. in fi. & c. venientis. de iureiu. Cuius respectu iuramentum præstitum, non ligium dici debet. Quā sententiam aduersus nonnullos Spe. tradidit, in ti. de feud. §. quam. in prin. Iasonq;, in præl. feu. in vii. diui. & Iaco. in prędicto loco, merito amplexi sunt. Cū itaq; Prīcipes superiores in omni fidelitatis iur̄o nominatim excipi debeāt. d.c. imperialem. in fi. vel si nominatim excepti non sint: tacite excepti intelligantur. Doc. in d.c. imperialem. in fi. consequitur vasallum, qui domino suo fidelitatem iurauit, aduersus supremū suum Principem eidē opem ferre non teneri. Quinimo nec expresso pacto, nec iureiurando, ad id se astringere posse, ar. l. non dubium. in fi. C. de legi. c. non est obligatorium. de reg. iu. lib. vi. cum huiusmodi pactum iuramentum ue, tanquam bonis moribus repugnans, iuris authoritate improbatum sit, d.c. imperialem. in fi. Nec huic traditioni reluctatur, quod vasallus etiam aduersus parentes, proles, fratres, aliosq; consanguineos dominum defendere cogatur. d.c.vni. in fi. hic finitur lex. Nam Principis superioris salus, parentum, filiorū, consanguineorumq; saluti præponenda est. Authē. vt cum de ap. cogno. §. aliud quoq;. versi. causas autem. ibi, si eos. Ex quo similiter inferre licet, vasallum, qui domino suo fidelitatem iurauit, eidem aduersus patriam supperias ferre, non teneri, nec de sacramento præstito ad id obligari. Nam aduersus patriam nec filius parenti, nec parens filio opem ferre debet. l. minime. ff. de relig. & sump. & sump. fun. ergo nec. vasallus domino: Cum ex naturali ratione, filius parenti, & econtra, arctiori vinculo obstrictus sit, quam vasallus domino. Adde & reipub. patriæq; salutem, parentum liberorumque saluti anteponendam esse. d. ver. causas autem. Ergo & dominos habeat, an ex iuramenti præstiti vi, vnum aduersus alterum defendere tenebitur? Et eum dominum, cui fidelitatis iuramentum primo præstitum fuit, quiq; primum dns esse cœpit, aduersus alium, qui postmodum dominus factus est, defendere debere crederem, non econtra, ar. d.c.vni. §. fi. in fi. ver. illud quoq;. de prohi. feu. alie. per Fed. c. qui prior. de reg. iu. lib. vi. Nam certum est, prioris iuramenti vires ad istum secundum dominum sese extendentes, nisi in eiusdem prestatione nominatim exceptus fuerit) subsequentis iuramenti vi infirmari non posse, ar. c. intellecto. in fi. de iureiu. Verum si dubium esset, nec constare posset, vtri primum fidelitatis iuramentum præstitum esset, neutri subsidium ferre tenetur: Ne vnum defendendo ignoranter, alterum forsitan inique lædat. Ferarien. in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in ver. contra debitum. Si tamen manifeste cōstaret, alterum iuste bellum mouisse, alterum vero iniuste: Eo casu eum, quem iustum bellum fouere constaret, aduersus alterum defendendum putarem. Certum enim est, eum vasallum, qui scit dominum suum iustum bellum fouere, aut id dubitat, ei tam ad alterius offensionem, quā ipsius defensionem auxilium præstare teneri: Eum vero, qui ꝑrium exploratum habet, ad eiusdem defensionem tantum dominū suum iuuare teneri, ad alterius vero offensionem (nisi velit) non teneri, c.vni. in prin. hic finitur lex. quod aduersus Iac. in tracta. suo, de homagiis, in prin. non in eo solum vasallo verum esse crediderim, qui iuramentum non ligium tm̄ feudi nomine præstitit, sed & eo quoq;, qui superiori alicui prīcipi superiorem non recognoscenti, iusiurandum ligium p̄ stiterit. Sane domino, vel a principe in exilium misso, vel a Pontifice excommunicato, vasallus nullius iusiurandi vigore opem ferre, seruitiaq; p̄stare cogitur: Qm̄ excommunicatione, vel exilio durante, fidelitatis sacro solutus est. d.cap. vni. in fi. prin. hic finitur lex. Idemq; a fortiori censendū erit, si feudi dns hæreticus effectus sit. ar. l. j. C. de hære. & Manih. Cæterum & si vasallus, qui iur̄m non ligium tm̄ p̄stitit, ēt sidni sui voluntate, feudum de iure refutare possit, c. vni. in fi. de vas. qui ꝙ const. Loth. qui tm̄ fac̄m ligium p̄stitit; dno inuito, feudo suo renunciare non pōt, quia ꝯctus cum superioribus Principib. initi, legis vicem obtinent. l. j. C. de do. inter vi. & vxo. l. Cęsar. ff. de pub. & vect. & commis. Præterea ꝙis iureiurando non ligio, vel vasallo feudi noīe dno p̄stito, feudi dns in istis bonis feudalib. iurisdōnem non habeat. Doc. in c. cæterum. de iud. attamen iuramento ligio feudi noīe a vasallo dno p̄stito, feudi dns non solum in bonis feudalib. sed ēt aliis oīb. vasalli bonis (dummodo ab alio dno in feudum non teneant̄, iurisdōem hēt. Cum. n. vasallus iuramentum ligiū domino præstando, se eiusdem iurisdictioni principaliter, i. ipsius dni potissimum, non feudi tm̄ noīe subiciat, per consequens & oīa sua bona eiusdem iurisdōdi subiicere vr̄, ar. authen. ingressi. C. de sacrosc. ec. l. si paterfa. ff. de adopti. Sed cum vasallus iusiurandū non ligiū dno p̄stando, non nisi feudi recepti noīe, ꝓnā suā eidē obstringat, dns non, nisi rōne rerū in feudū concessarū, iurisdōnē in eū hēt: quod elegāter Spe. tradidit, in d.§. qm̄. ver. decimoseptimo q̄ritur. Iasonq; in præl. feu. in vi. diui. in fi. Et Iac. in prædicto, merito approbarūt.

DE SVMPTIBVS ET IMPENDIIS, QVAE INTER seruiendum fiunt.

Caput X.

QVid ergo? An vasallus vel ligius, vel non ligius, ppriis suis sumptib. dno suo opē ferre, atq; debita seruitia p̄stare teneat? Et non teneri, Inn. cē fuit in c. sicut, de iureiu. Nisi vel dni vasalliq; ꝙuētio, vel alibi ꝙria obseruatio aliud induxerit. Sed hac in re, verior mihi visa est Spe. in d.§. qm̄. ver. vigesimosecundo q̄rit. atq; Iac. snīa, in trac. suo. de feu. in ver. & ꝓmiserunt. in prin. existimātiū, vasallū ppriis suis sumptib. dno suo adesse, atq; seruitia debita eidē p̄stare debere, si feudum ab eo receptū, opulentum, magnique emolumenti sit, atq; vasallus hmūi sumptus facile ferre possit, ar. l. suo vi ctu cum.

Source : BIU Cujas

cum l.seq. ff. de ope.libert.Iasonque, in l.si non sortem.§.libertus. ff.de condict.indeb. Hincque traditum est. in d.c.vni. §.firmiter,de prohib. feu. alienat.per Federi.vasallum a dño suo in publicam expeditionem vocatum, tempore præfixo propriis suis sumptibus, & personaliter uenire, uel aliũ idoneum nomine suo mittere, uel dimidium feudi sui reditus unius anni, domino suo subministrare debere, alias feudo suo priuaretur.Hinc etiam constitutum est, in c.unico,in 2. parte.de allodiis,quod cum Imperator publica expeditione indicta: Romam,coronæ Imperii consequendæ causa profiscitur, omnes eiusdem uasallos,siue in Germania,siue in Italia degentes,propriis suis sumptibus, uel personaliter,vel per idoneum substitutum comitari, uel pro feudi sui quantitate militiæ stipendia persoluere debere, alias feudo suo priuarentur. Suprascriptorum capitulorum electionem uasallo concedendã, Doctores nostri existimarunt, in d.§.firmiter.Nisi forte uasallus in re militari, uel expediti consilii,uel magnæ experientiæ fuerint, uel tã potens, tantæq; nobilitatis uel authoritatis sit, ut ipsum in expeditionem personaliter euntem, plurimi comitaturi sint.Andreas de Isernia,& Aluar.in d.§.firmiter. Si tamen feudi dominus territorii sui fines,cum militiæ copiis egredi vellet, non nisi dñi sui sumptibus,vasallus eum sequi teneretur,quod Aluar.tradidit in d.c.vni.de noua for.fidelit.Iacobinusque, in prẽd.loco comprobauit.Nisi forte inter dñm & vasallum, inuestiturę tempore,aliud specialiter conuentum sit. arg l.contractus. ff. de reg.iur.Sane si feudi dñs inops & pauper esset, atque bellorũ ingruentium necessitate præmeretus, hoc casu vasallus opulentus & diues, pecunia sua exercitum dño suo fouere teneretur. Aluarot.& Præpos.in c.vnico.§.licet.si de feudo defun. content.Sic in collocanda etiam nuptui filia, vasallus opulentus & diues dñm suum, inopia & egestate pressum, iuuare teneretur.atg.l.qui liberos. ff. de ritu nupt.Quam traditionem ad filiam spuriam extendendam non esse Iacobinus rectius existimauit, in tractatu suo, de feu. in ver. qui quidem inuestiti, in fi.arg. l.vxore.§.patris naturalis. ff. de legat. lib.3. Et si enim iure canonum filiæ spuriæ alimenta debeantur, c.cum haberet.de eo, qui duxit in vxorem quam polluit per adult.eaque ratione & dos ei debita videatur: attamen,non pro alimentorũ quantitate, dos ei dari debet, quæ eiusdem patrem magnopere grauare non potest. Cæterum ad dñi filiã religionem profitentẽ, suprascriptam traditionem non extendendam esse, a fortiori argumento sumpto, putarim, arg.c.inter corporalia.de transla.epis.quod & Iacobinus probauit,atque ex facto, sibi quondam proposito,se respõdisse retulit,in prædicto loco. Sanè si dñs,vel se,vel filiũ suum ad militiæ,vel Doctoratus insigne promouere pergeret,si dñm aliquod temporale,si terram,seu villam aliquam sibi comparare vellet, his casibus vasallo eidem subueniendum non esse,crediderim,quod & Ioannes Andreæ, in add it.ad Spec. in tit.de feud.§.quoniam, circa finem.vers. & nota.aduersus Speculatorem, in d. vers.& not.rectius sensit.falsum tamen est,vasallum in dñi sui ab hostibus capti,redemptionem cõtribuere debere,si alias dñs, sine graui facultatũ suarũ dispẽdio,& magna patrimonij sui diminutione, se redimere posset,quod & æquum,& de cõsuetudine feudali,c.vni.§.porro. verũ item si delator. quæ fuit prima causa benef.Et cæterũ disputationi.c.cum Apostolus.§.prohibemus. de censib.consonum est. Cęterum dñm ex delicti a se perpetrati, vel ęris alieni a se conflati causa comprehensum, & in vincula coniectum,vasallus pecunia sua liberare non tenebitur.Iacobinus in d.loco,circa finem. Sicuti nec ipsum debitis grauatũ subleuare, id est, creditoribus debita persoluere, tenetur,nisi forte propter ipsum vasallum huiusmodi debita contracta essent.Aluar.& Præpos.in c.vbi. §.licet. Si de feudo defuncti content.Dominus.n.creditorib. pressus,& ære alieno grauatus, bonis cedendo sibi consulere potest.l. 1. C.qui bonis cedere possunt. Proinde etsi regulariter vasallus liberto æquiparetur glo.antep. in c.vni.de milite vasallo, qui cont.est, & gl.in vers.cũ patronus. ff. de offi.præfec.vrb. ad liberti tamen exemplũ.l.i.in fi. C.de oper. liber. vasallus dominum suum inopem, & exhaustum alere non tenebitur, nisi forte ex vasalli facto inops factus fuerit: Quod aduersus Speculatorem, in tit.qui filii sint legitimi.§.i.vers. sed nũquid dominus.Bar. in l.alimenta.in 2.par.in pen.q. ff. de liberis agnos.atq; Iason.in d.§.libertus.Ioan.And.tradidit,in addit.ad Spec.d.ver.sed nũ quid.quod Aluar. cõiterq; huius argumenti Interpretes,cõi calculo probarunt, in d.§.licet. Denique etsi libertus patronum suum in ius, sine Iudicis permissu vocare non possit.l. quique litigandi.ff.de in ius vocan.l.venia. C.eod.tit.vasallus tamen dominum suum vocare poterit,quod aduersus Spec. in tit.de feu.§.quoniam.vers.decimoseptimo quęritur. Alex. in l.generaliter.ff.de in ius voc. Bal.Aluar. & Præpos. rectius censuerũt,in d.c.vni.circa fin.De milite vasal. qui contumax est ar.gl.antep.ibidem.Famosa tamen actione,vtputa de dolo.l.non debet.ff.de dolo malo.atque etiam vnde vi Interdicto.l.i.§.interdictum. ff. de vi & vi arma. vasallus aduersus dñm suum experiri non poterit,sed eiusdem loco actionem in factum simplicem proponet. arg.d.l.non debet.§.interdictum.quod & glossa tradidit in d.c.vni. de milite vasallo,qui cont.& Speculator in d. vers. decimoseptimo quæritur.ibi, item vasalli,cõmuniterque probarunt.Igitur & ipse recipio.

DE FORMA IVRAMENTI FIDELITATIS.

Cap. XI.

SAnè cauere debet feudi dominus,ne a vasallo suo insolitum, & inauditum fidelitatis iusiurandum exigat,ne huiusmodi iusiurandum per uim, uel iustum metum extortum credatur.Baldus in c.vnic.qualiter iura. debeat vasall.Præstabit ergo hoc iusiurandum, secundum formam ab Oberto nobis traditã in d.c.vni.qualiter vasall. iurare deb. c.vni.de forma fidelit.&c.vni.de noua forma fidelit.vel secundum eam formam,quę in præstandi iuramenti loco, cõtraria forsitan obseruatione,inoleuerit. In hoc autem fidelitatis iuramento hæc continentur,incolume,tutum,honestum,vtile,facile,possibile, & postremo auxilium,consiliumque.d.c.vni.de for.fidelit. Quæ quidem omnia in eiusdem præstatione nominatim exprimi debent, si iurans simplex, & significationis nominis fidelitatis ignarus sit.d.c.vni.post prin.de no.for. fidelit. d.c.vni. in prin. qualiter iurare debeat vasal. domino fidelit.Si uero eam cognitam habeat,suprascripta omnia generaliter, in hunc modum iurare sufficiet: Ego Titius vasallus ad hæc sacrosancta Dei Euangelia iuro, ꝙ ab hac hora in posterum, usque ad vltimum uitæ meæ diem, tibi Caio domino meo,ꝓ oem homine, excepto Imperatore, vel Rege,vel priori dño meo, fidelis ero.d.c.vni. in prin. de no.for. fidel.Quę autem sit suprascriptorum verborum vis,Obertus de Ortodocuit,in d.c.vni.de forma fidelit.Ex quibus recte intellectis, satis colligere licet, suprascriptum fidelitatis iuramentum, seruitutis velut vmbram quãdam inducere, licet & uasallus non solum ad supra scripta,sed & alia quam plurima domino suo teneatur: idque præter suprascripti iuramenti uinculum.Quæ omnia hoc loco recẽsere superuacaneum esset,cum ex eis nonnulla supra retulerimus, reliqua uero infra suis locis commodius tractabimus.Illud tamẽ in præsens scire debemus, eum qui suprascriptum fidelitatis iuramentum præstitit, dominum suum aduersus seipsum defendere non teneri, arg.c.petitio. & ibi glo.fin.de iureiuran. gl.in uer.contra omnes,in c.uni.§.finali,in fine.hic finit.lex. Quoniam in omnibus actibus, cõuentionib. & contractib. generalibus,loquentis persona semper excepta intelligitur, ar.l.inquisitio,& ibi Doc. C.de solutionib.quod & Iacobin⁹ probauit,atque ex facto sibi quondam proposito, se respondisse,retulit in tractatu suo,de feud.in ver.qui quidem inuestit. Cum ergo pater & filius una eademque persona, iuris interpretatione censeantur.l.finali, in fine. C. de impub. & aliis substit. patreque magis filiorum suorum, quã propriæ vitæ timeant.l.isti,uer.pen. ff.quod met. cau. satis crederem, eam consuetudinis legem obseruandam non esse,arg.c.fin. de consuet.§.fin.qua expresse scriptum est, vasallum dominum suum aduersus patrem,filium,aut fratrẽ,defendere debere.d.c.vni.in fi.in tit.hic finitur lex. Nam id,& ab eo Decalogi præcepto(habeas in honore parentes) & a lege naturæ alienum est. Ideoque nec eorum sententiam recipiendam putarim,qui censent,in d.c.uni in fi. hic finit. lex.ꝙ si vasallus hic dominum, illic patrem in mortis periculo constitutum uideret,& alteri opem ferre posset,utrique non posset, domino potius, quam patri subueniendum esse, cum id & naturæ uinculum tollat,& pietatem lędat.Adde & a Iacobino receptum esse,in trac. suo.de feu.in uer. & promiserunt, circa fi.quod si vasallus libertus sit, dñm suum aduersus patronum defendere non obligatur,ne patronum offendẽdo, tanq; ingratus,in pristinã seruitutem detrudatur.l.alimenta. in 2.parte.ff.de liberis agnoscend.ar.l.pen. & ult. C.de bonis liber.Ergo & a fortiori idẽ in patre, uel filio vasallo, respectu filii uel patris,censendum erit: Eamq; sniam,& æquitas, & rationis dictamen expostulat.Deniq; nec aduersus alium quemuis, vasallus dñm suum defendere cogetur, si uel aduersa ualetudine,uel ægestate laboret,uel alia iusta causa excusetur.Iacobinus in d.loco.Sed quid?an suprascriptum fidelitatis iuramentum per procuratorem præstari possit? Et nõ posse Bal.tradidit, in l.i.ff.de rerum diuis. & c.2.in fi.de ordi. cogn. Eo quod huiusmodi iuramentum reuerentiam annexam habeat,quam personaꝑ, non per alium exhiberi debere putauit.Sed ipse sibi contrarius, postea contra sensit in l.

vni.

Source : BIU Cujas

vni §. ne autem. C. de cadu. tol. & c. j. quo temp. mil. inuest. quã sententiam Alua. aliiq; frequentiore calculo exceperunt, in d. c. j. quo temp. mil. ar. c. vni. circa fi. versi. sed vtrum. per quos fiat inuest. & recte: Nimis enim graue esset, eum, qui ex iusta causa abesset, aut morbo, vel alio iusto impedimento detẽtus, dominum suum personaliter adire non posset, per procuratorem hoc iusiurandum prestare non posse. Procuratorem tñ ad hoc spāle mandatum hr̃e oportet, arg. c. fi. de iura. cal. lib. vi. Idemq; & ī vniuersitatis sindico, Bal. respõdit in d. c. vni. in fi. ver. nulla. per quos fiat inuest. Sane si feudi dominus ex iusta causa motus, vasallum suum in suam præsentiã venire velit; vasallus personaliter venire debebit, nec dominus procuratorem ipsius, etiam speciale ad hoc mandatum habentem, inuitus admittere cogetur, quod Iacobinus recte tradidit in tractatu suo, de feu. in verbo, qui quidem inuesti- post princip.

DE MVTVA DOMINI ET VASALLI obligatione.

Caput xii.

SEd cum vasallum Domino suo ad multa obstrictum, supra tradiderimus: nunquid ex diuerso dominum vasallo obstringi dicemus? Et vicissim obstringi satis constat. Nam generaliter traditum est, dominum vasallo suo in his omnibus mutuam vicem referre debere, ad quæ vasallus domino suo obligatus est. Et si id non fecerit, merito malesidum censeri d. c. vni. in fi. de for. fidel. c. de forma. in fi. 22. q. v. Hincq; vulgo receptum est, in d. c. vni. in fi. hic finitur lex. dominum vasallum suum etiam aduersus parentes, liberos, & fratres defendere debere. glos. fi. communiter approbata. hic finitur lex. Adeo quidem, vt si ex vasalli parte, iusta vel offendendi, vel defendendi cã subsit, atq; dominus a vasallo suo, vel spāliter, vel gñaliter requisitus, ei opem ferre recuset, vel negligat, cum possit, iure suo, i. feudi proprietate priuetur, proprietasq; ad vasallum transeat, atq; cum vsuefructu, vtiliq; domino consolidetur. Sicuti & vice uersa, vasallus suo feudo priuaretur, si a domino suo, vt eũ adiuuaret, admonitus, cum posset, cumq; iusta cã subesset, id facere recusaret, vel negligeret. Doc. in glos. pe. Traditum namq; est dominum, qui eam feloniam commisit, per quã vasallus feudum amitteret, si eam commisisset, feudi ꝓprietate priuari. c. vni. qualiter dom. propr. feu. priue. c. vni. §. fi. in prin. si de feu. defun. conten. sit. Quæ quidem decisio etsi stricti iuris rigore aduersus dominos inuitatur, obseruanda tñ est, cum expresse scripta inueniatur, ar. l. prospexit. in fi. prin. ff. qui, & quibus manum. nisi vel alibi q̃ria obseruatione, vel spāli vasalli dominiq; conuentione, eidem derogatum sit, quod in vsu frequens est, licet nonnulli potentiores domini potẽtia sua ducti, ægre admodum eidem acquiescere velint.

Quid ergo? an sicuti vasallus domino, ita & vicissim dominus vasallo suo fidelitatem iurare debebit? Et non debere, And. de Iser. Alua. atq; alii tradidere in d. c. vni. in fi. de form. fid. quod & ipse sequor. Nam palam est, dominum patrono, & vasallum liberto, æquaparari, gl. in c. vni. de mili. vasal. qui contumax est. Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. & tamen constat patronum ob reuerentiam a liberto sibi debitam, eidem calumniæ iusiurandum præstare non teneri. l. qui bona. §. pe. ff. de dam. infe. l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandũ. ff. de iureiu. Ergo nec dominus ob reuerentiam a vasallo sibi debitam, eidem fidelitatis iusiurandum prẽstare tenebit̃. Hincq; Panor. censuit, in ca. breui. de iureiu. dominum non nisi ex vrbanitate vasallo suo ad mutua seruitia teneri, non autem ex consuetudinis scriptæ necessitate: quam sententiã a veritate alienam esse supra ostendi: Certum enim est, dominum uasallo suo ad mutuam vicem ex cõsuetudinis scriptæ necessitate obligari, d. c. vni. in fi. de for. fidel. citra tamen iuramenti vinculum. Eaq; in re melior est domini conditio quam vasalli: sicuti & in eo, q̃ sine vasalli sui consensu proprietatis ius, quod in fundo habet, alteri obligare posset. glo. j. in d. c. imperialem de prohi. feu. alie. per Fede. licet vasallus sine domini sui licẽtia, feudum suum nullo modo hypothecare possit, d. c. imperialem. post prin. quod Ia. de Bel. Bal. cæteriq; vno ore censuere, in d. c. imperialem. & d. gl. j. Prosndę feudi dominus proprietatis ius, quod in feudo habet, sine vasalli sui voluntate, ecclesiæ conferre potest. d. c. vni. versi. si vero contigerit. de allod. quamuis vasallus sine domini sui venia, vtile suum dominum in ecclesiam transferre nõ possit. c. vni. ver. Mediolanenses. ibi, idem potest. de alie. feu. Denique si dominus vasallo suo, vel feudum aliquod ex domini sui voluntate, vel aliam rem non feudalem pignori obligauerit, vasallus fructus ex ea perceptos, vel qui percipi debuerũt, in sortem computare debebit. l. j. & ii. C. de pig. act. l. j. C. de distra. pign. & c. j. de vsur. Verum si vasallus domino suo feudum ab eo receptum, hypothecæ iure cõcesserit, dominus fructus ex eo recollectos, in sortis diminutionem computare non tenebitur. c. j. de feu. quod ea rõne constitutum est: qñ dominus, qui feudum a se quondam concessũ, a vasallo pignoris iure recipit, eiusdem tam vtile, quam directum dominium, ex vasalli sui voluntate habet. Et ideo fructus, quos ex ea recollegit, non ex re aliena, sed sua propria collegisse intelligitur. Vnde non mirum, si ipsos in principalis debiti diminutionem computare non teneatur. Ex qua rõne colligere licet, Innocentii III. constõnem in d. c. j. non solum in feudo ecclesiæ, sed ab alio quouis, vel a clerico, vel a profano domino concesso, locum sibi vendicare posse, qđ Panor. recte tradidit in d. c. j. communiterq; receptum est. In summa, admonendi sumus, alia duo fidelitatis iuramenta esse, per quorum alterũ alicuius domini domestici, seu famuli eidem fidelitatem iurant, non quidem feudi ab eo recepti nomine, sed ea rõne, quod in eiusdem familiã recepti sint: in eaq; forte administrationem aliquam gerant. d. c. vni ver. si vero. qualiter iura. debe. vasa. Per alterum vero alicuius domini subiecti, eidem fidelitalem iurant, non quidem feudi ab eo consecuti nomine, sed ea ratione, q̃ domicilii in eiusdem territorii siti nomine eiusdem iurisdictioni subsint d. versi. si vero qualiter iura. debe. vasal. In quibus quidem iuramentis, iurans domini vitam, membrum, mentem, i. eius arcana eælare, eiusdemq; rectum honorem se conseruaturũ nominatim asserit. d. ver. si vero. in fi.

Libri Primi finis.

DE IVRE FEVDORVM
GVLIELMI HANNETONII
LIBER SECVNDVS.

DE PRAESCRIPTIONIBVS rerum feudalium.

Cap. I.

INuestitura vera Vel eo, qđ pro vera ī uestitura habetur feudum acquiri ex superiorib. satis constat. c. vni. in fi. de feud cog. c. vni. in prin. de cõsue. recti feu. Abusiua vero inuestitura non item. c. ex ore, ver. qua vero. de his quæ fi. a ma. par. capi. licet & ea quoq; feudum constitui posse, ex superiorib. colligere liceat. Acquiritur feudum & xxx. anno. præscri. Nam si quis xxx. anno. spacio rem aliquam, vt feudum possederit, & seruitia dño exhibuerit, quamuis de ea nunquam inuestitus fuerit: triginta tñ annorum p̃scriptione eam acquisiuisse dicetur. c. vni. §. fi quis. si de feu. defun. conten. Nec in hac p̃scriptione seruitia singulis annis p̃stari oportet, sed ea semel p̃sta esse sufficit, dummõ xxx. ann. tp̃s in posterum subsequaẽ. ar. d. §. si quis. ver. seruitium. Et si forte xxx. ann. spatio cõpleto, circa rẽ p̃scriptã controuersia suboriaẽ, vasallũ, qui eã p̃scripsit, iure non oportet, quod eã tanq̃ feudũ, suprascripto tpe possederit. nisi forte statim ab initio eã pignoris iure possidere cœperit. c. vni. post prin. de vsu Mediola. p̃m quosdam. Quinimo & eo casu si de pignoris titulo manifeste cõstaret, nec ltĩme ꝓbari posset, p̃ subsequentẽ inuestiturã pignoris immutatũ, atq; rẽ pignoris iure primũ concessam, in feudi cãm postea quersam esse, nullo q̃tũuis diuturno tpe, feudi p̃scriptionẽ induci posse, crederẽ. Cũ cõstet neminẽ possessionis cãm sibi mutare posse. l. qui bona. §. j. ff. de acq. pos. & in rerũ feuda. sicut nõ feudaliũ p̃scriptione, bona fides ad p̃scriptionẽ necessaria sit, ar. c. fi. de p̃scri. Sed quid si dñs eiusdẽ nomine p̃ xxx. an. spatiũ, seruitia ab aliquo receperit, tãq̃ is fundus feudalis esse cũ feudalis non sit, antea re feudalis effect' esse dicet? Et feudalẽ factũ Bal. in d. §. si quis, itaq; Spe. in titu. de feu. §. qm̃. ver. tertio q̃ro. rectissime existimauerunt. Ex qb. oib. colligere licet: dñm, qui rẽ feudalẽ, tanq̃ liberã xxx. ann. spacio, sine interpellatione aliqua possederit, ea possessione, eius rei libertatẽ p̃scripsisse, eaq; p̃scriptione eiusdem vtile dñiũ cũ directo consolidatũ esse, qđ Bal. & Præpo. merito ꝓbarũt in d. §. si quis. Quæ quidẽ oĩa in feudis secularib. atque priuatorũ vera sunt. Cæterũ in feudis ab ecclesiis, & reipub. receptis 40. an. spatiũ ad p̃scriptionẽ necessariũ esse, And. de Iser. atq; Alua. rectissime tradiderunt in d. §. si quis. ar. authẽ. quas actiones. & ibi gl. in ver. excludunt. C. de sacros. ecc. Sed

cum

cum aliæ res immobiles non feudales decem, vel viginti annorum tpe præscribi possint.l.fi.C.de præscrip.lon. temp.§.fi. Insti.de vsuca.quamobrem xxx.ann.spatio,ad rerum feudalium præscriptionem necessarium est:d.§.si quis. Id in causa esse arbitror,q̄ rerum feudalium præscriptio durior, maiorisq; præiudicii sit.Nam per eam vasallus domino,& vice versa dominus vasallo,ad multa obstringit̄, quod supra suo loco satis demonstraui.

DE INTESTATA VASALLI DEFVNCTI descendentium successione.

Cap. ij.

FEudum quoque Successione acquiritur.d.c.vnico. de feu.cog.in fi.c.vni.de consue.recti feu.eaq; vel testata,vel intestata.Sed q̄uis testata successio ad cō seruandam adimplendamq; testatoris voluntatem, intestatæ successioni præferatur.l.quandiu.ff.de acq.hær. quia tñ in feudis intestatæ successionis ius pregnantius, potentiusq; q̄ testatæ est,ideo de ea primo loco,& de testata secundo loco verba facere constitui.Vt itaq; intestatæ feudorum successionis ius,confusa decisionum varietate a Doct. nostris obumbratum, clarius eluceſcat:circa ipsum certas conclusiones, cum suis ampliationib.restrictionibusq; eo ordine, quē intestatæ successionis nā exposcit,subiiciam. Vnde imprimis sciendum est,antiquam feudorum originem, vel nullā, vel tenuem admodum successionē habuisse.Nam statim ab initio originis feudorum, in dñi feudum cōcedentis ptāte fuit: feudū concessum qñcūq; vellet,p̄carii instar,reuocare.Deinde vsu inoleuit,vt per annum integrum feudum semel concessum,firmitatem hr̄er.Postea vero eo ventum est,vt ad recipientis vitam perduraret.Proindeq; receptum,vt ad eos vasalli filios,quibus id beneficii feudi dñs concessisset, deueniret.Et postmodum tpis tractu inductum est,vt ad omnes vasalli filios masculos intestata feudi successio æqualiter pertineret.Postremo vero lege a Conrado Imperatore promulgata,ad nepotes ex filiis masculis hoc ipsum ꝓductum fuit, c.vni.§.j.in princ. de his qui feu.da. pos.Hæc quidem,vt nihil antiquitatis ignoretur,relata sint.Quid aūt hodie in intestata feudorum successione obtineat,videamus:Et qnia in feudorum,sicnti aliorum hominum successione liberorum cā prima & potissima est,ideo circa ipsorum successionem hic pro regula primum trado,quod nempe hodie oēs liberi masculi,i.defuncti vasalli filii nepotes ex iisdem,& ex nepotib. pronepotes,reliquiq; ex masculis descendentes, vsq; in infinitum intestatæ successionis iure ad feuda recta & vera,siue antiqua sint,siue noua succedant.c.vni.in prin.de succes.fra. & grad.succe.c.vni.in prin.de na.suc.feu.Quæ quidem regula cum eo moderamine intelligenda est,vt qui inter vasalli defuncti liberos,in proximiori gradu fuerint, cæteris in remotiori gradu existentib.in feudi successione prę̄ferantur,ar. d. c.vni.in prin.de suc.feu.Atq; in parentis defuncti feudū ęqualiter succedunt,d.c.vni.in prin.de suc.feu.etiam si in reliquis eiusdem bonis,ex inæqualibus partib.hæredes instituti sint. Bal.in l.vt iusiurandi,ver.si liberi.ff.de ope.lib.Nec suprascriptis obloq̄uitur,q̄ nepotes ex filio præmortuo nati & relicti vna cum patruo, vel patruis suis superstitib. in aui defuncti feudo,inæqualiter succedant,ar.d.c.vni. de succ. feu.Nam idea rōne contingit, qñ in suprascripto casu,nepotes non ꝓprio,sed representationis iure succedunt,i.patris sui præmortui loco: Ideoq; non nisi illam feudi portionē consequi p̄nt qñ eorundem pater si superstes esset,consequeretur. Nam si superstes esset, ad nullam prorsus feudi portionem admitterētur.quia ipsæ eos vno gradu præcederet,atq; per q̄ns a feudi auiti successione excluderet.Doc.in d.c.vni.in prin.de suc. feu.Vt autem suprascriptę regulæ locus sit, non referre Bal. & Alua.existimarunt,in d.c.vni.an agna.vel fil.defun. in parentum ptāte liberi sint,an emancipati. Eos tñ nāles & legitimos,statim ab ipso natiuitatis tpe,esse oportet. Nam si legitimi tm̄ essent,ad feudorum successionem non admitterē tur,d.§.si quis.ver.adoptiuus. si de feu.defun. Nec ēt vel soli, vel cum aliis admitterentur,ꝙsi nāles tm̄ essent,licet in posterum Principis rescripto legitimi facti essent.d.§.si quis.versi. nāles. Quod verum intellige,nisi princeps in suo rescripto expresse eum, & ad feudi quoq; succcessionem, legitimum fecisset,gl.& Doc.in d.ver.nāles. Nam vbi de principis cōtra ius rescribentis voluntate,ex aliqua cta in rescripto, expresse q̄stat,ea imprimis sequenda est.Doc. in l. rescripta.C.de p̄ci. impe.of.Cęterum filii nāles tm̄, qui subsequentis matrimonii vi legitimi facti sunt,tam ad feudorum,q̄ aliorum bonorum successionem pleno iure vocantur.c.j.& c. tanta est vis. qui fi.sint le.l.cum quis.C.de nat.lib.Cum.n.magnus sit matrimonii fauor, eiusdem effectum ampliari potius q̄ restringi conuenit,Io.An.& Panor.in d.c.tanta.Verum cum principis, filium nāl̄ē legitimantis,rescriptum iuris communis dispositionem impugnet,tanquam odiosum,merito restringi debet,d l.scripta.& l.fi.C.si q̄ ius vel vti.pub.quamdiu de contra principis reseribentis voluntate expresse constare nō potest,Doc.in d.l.fi.& ver.naturales.

EX QVIBVS CAVSIS FILII NATRALES & legitimi a paterni feudi successione excluduntur.

Caput iij.

ADde etiam filios naturales & legitimos, a feudi successione nonnunquam excludi:Vt si ex matrimonio ad Morganaticam i.ea lege q̄cto, vt filii ex secunda coniuge minus nobili nascipturi,patri in id tantummō succedant, quod ab eo matrimonii tpe expressum fuerat.Tales.n.filii,ēt priorib. filiis defunctis,in feudum nullo mō succedunt,nec in alia bona nō feudalia illis extantibus,secus eis defunctis.c.vni.de fil. natis ex matri.ad morga.d.§.si quis.ver.mulier.Quæ quidem Morganatica pactio,etsi ratione atq; iuris ciuilis authoritate improbetur,ar.l.pactum.C.de colla. attñ & iureiurando firmari,& longo vtentium vsu recipi potest,ar.c.quamuis.de pac. lib.vi.d.c.vni.§.si facta.ver.filii.si de feu.defunc. conten.sit.Et ideo,si eius loci,in quo inita est consuetudo, eidem suffragetur,valebit,d.ver.filii.in fi.aꝰ vero non item.arg.d.l.pactum. Quia dura atq; odii plena est,Doc.in d.c.vni.de fil.na.ex matri.ad mor. Deinde si vasalli defuncti filius naturalis & legitimus, patre adhuc viuente feudi,dñm offenderit,nec ante patris sui mortē,de offensa dño satisfecerit,in mortui patris feudū non succedet.c.impe.§.fi.in prin.de proh.feu. alie. per Fed.Idēq; censendū erit,si vasalli defuncti filius naturalis & legitimus, in vasallū patrē suū eā ingratitudinē exercuerit, vt eiꝰ noīe,ab oīb.eiusdē bonis,iuste & ltīme exhr̄datus sit. ar.Auth.vt cū de ap.cog.§.aliud quoq;.Præterea,si vasalli defuncti filius naturalis & ltīmus a nā,vel mutus, vel surdꝰ,vel cœcus,vel claudus,vel mancus,vel aꝰ imperfectus sit, a feudi paterni successione excludet.Quia ꝓp naturę impedimētum,dño suo seruitia debita p̄stare non posset,c.vni.an mutus,vel alias imperfe.c.vni.§ fi.ver. mutus.ep̄m,vel abba. vel abba.& Doc.ibidē. Idēq; & ego s. scripta rōne motus cēserē si defun.vasalli filius succes.tpe,s.scriptos defectꝰ ex accedēti pateretur.arg. d.ver.mutus,generaliter loquentis.Si tñ vasalli defuncti filiꝰ, propter supra scriptos defectus a feudi paterni succcssiōe excluſus ageret: vt quia eiusdem pater nulla allodialia bona possederit, ad quæ ipse succedere possit: vel si quæ pater possederit,tā exigua sint: vt illis commode se alere non possit: pro personæ suæ qualitate & feudi vel opulentia,vel tenuitate ex eiusdem fructib.alendus erit.d.ver.mutꝰ, post princ.& Doct. ibidem. Sed an filius, vel nepos clericus vna cum fratribus suis laicis, vel solus patri,vel auo ī feudū succedere possit? Et posse iuris canonum, in c.in præsentia, de probatio.& iuris ciuilis interpretetes, in auth.ingressi, C. de sacrosanct.eccl.communiter respondērūt, si per idoneū substitutum feudi domino seruire,se paratum offerat.glo.in ver.succedere.c.vni.de feudo fœm. Cum enim vasallum etiā laicum,per substitutum dño suo acceptabilem seruire regulariter sufficat.d.c.imperialem.§.firmiter,in prin.Ita & si clericus diuinis ministerijs præditus, dño suo personaliter seruire non possit:attamen per alium idoneum hoc poterit: Iōque ad feudi,sicut aliorum bonorum successionem, l.fi.§.1. C.de epis.& cleri.amittendus vī: Præsertim,si feudum paternum, seu antiquum sit: in quo personę industria electa nō vī. Quam sententiam, tanquam communem,pleriq; secuti sunt,arg.c.ex transmissa.c.verum.de foro comp. c.vni.§.fi.de cap.Corradi.Eamq; tam in Germania, quàm Gallia,vsus rę cepit.Ioan.Fabri in §.vni.Insti.de leg.patro.tute.Verum Cardinalis in d.c.vni.§.j. de his,qui feu.da.poss. Iacob. de Belluiso in d.c. vni. §. si quis decesserit.de feudi defun.Andreas de Isernia,in d.c.vni.in fi.de feu.fœm.Bal.in d.§.si quis per trigita.ver.qui Clericus.Aluaro.in d.ver.qui Cler. Barto. in l.si finita,§.si de vectigalibus.ff. de damno infe.& alii quamplurimi in prędictis locis in contraria sententia fuerunt: atq; existimarunt,Clericum etiam in feudum paternum nullo modo succedere posse.d.c.vni.ver. ex hoc.de feu.fœm.d.c.vni.in fi.An mutus,vel alias imperfect. Quā sententiam & Bartholomeus a Cassenæo probauit in Consued.Burgundiæ,in ti. de feud.§.v.in ver.prædicendum. eamque ipse sequor. Cum enim vasallus Clericatus superueniētis ratione feudo antea quæsito ex continenti priuetur.d.ver.qui clericus.cap. vni.de vasallo miltic,qui arma bel.deposuit.a fortiori & clericatus

adeptus

Source : BIU Cujas

adeptus eum impediet, quominus feudum antea non quęsi tum, per successionem acquirere possit. Nec huic sententię refragatur, quod clericum etiam suo nomine feudum recipere posse, supra traditum est, c.vni.§.fi.de cap.Cor.d.c.ex trā ſmissa.& d.c.verum. Quia dñs, qui clerico cuius condōnem exploratam hēt feudum concedit, pſonæ ipsius industriam nullo mō respicit, sed ei tacite concedit, vt cum ipse reb. diuinis occupatus, seruitia debita pſonaľr p̄stare non possit idoneum substitutum p̄stet. And.de Iser.in c.vni.in fi.de feu. fœ. At in feudis a clerici parentib.ante q̄sitis, statim ab initio pſonæ ipsorum industria electa est. Cum ergo clericus reb.diuinis occupatus, seruitia debita pſonaľr p̄stare non possit, c. vni.in fi.de vasal.mili.qui arm. nec ea p̄ substitutum idoneū p̄stare pōt, ar.d.c.vni.in fi.an mutus, vel alias imper. Nam vt eleganter Bal.tradidit, communiterq; receptum est, in c.vni. de mili.vas.qui contu.est. illi soli vasalli per idoneum substitutum seruire p̄t, qui si vellēt, nullo vel naturæ, vel iuris impedimento obstante, p̄ se seruire possent. Nec s̄. scriptis iurib. ad hanc nostram sniam euidentib. Iac.in tract. suo, de feu. in ver.& quibuscunq; hæredib. in fi. rñsio satisfecit, qui ait aut uasallum superuenientis clericatus rōne feudo suo priuari, atq; clericum in feudum paternum succedere non posse, cū per idoneum substitutum, feudi dño seruire recusat, vel feudum, quo de agitur, tale est, vt substituti seruitium nō admittat. Ea namq; rñsio, suprascriptorum iurium dispositionem, in nimias angustias deducit, atq; eorundem expressis verbis repugnat. d.ver. qui clericus, in ver. hoc ipso. d.ver. ex hoc. in ver. nullo modo. Quapropter inspectis feudalium placitorū traditionib. hāc nostram snīam veriorem esse putarim, licet ꝺriam plurib. in locis vsu receptam esse non inficiar. Admonendi tñ sumus, hanc nostram snīam, non nisi in feudis rectis, & veris, atq; clericis in maiorib. ordinib. constitutis, locū sibi vendicare posse. Nam in feudis ab omni seruitio liberis, atq; in simplicis tonsuræ clericis, ꝺriæ snīæ locum esse, omnes, qui in hac nostra opinione fuerunt, vno ore fatentur, in d.ver. qui clericus. & d. ver. ex hoc. Monachos autem tam conuersos, q̄ in sacris constitutos, parentib. suis in feudū nō succedere, sine cōtroversia receptum est. in d.c. in præsentia. & d.auth. ingressi. ar.d.ver. qui clericus. d.vers. ex hoc. d.c.vni. de vasa.mili. qui arm. bel. depos. Ne feuda monasteriis acquiri. d. authē. ingressi. atq; ea occasione ad dominos, præter eorundem voluntatem, nunquam regredi contingat, ar.c.vni. ver. Mediolanen. in fi. de alie. feu. Postremo liberi nāles, & legitimi, qui parentum hæreditatem ex testō, vel ab intestato sibi delatam repudiant: a feudorum, tam antiquotum, q̄ nouorum successione excluduntur. Quia ex quo feudorum cō modum petunt, hr̄ditatis onus, ex dictamine rōnis, subire debent. d.c.vni. an agn. vel fi. defun. Quam quidem snīam traditionemq; veram esse, Ia. de Bel. ī c.vni. de eo, qui sibi, vel hę. And. de Iser. atq; Alua. in d.c.vni. an agna. uel fil. censuerunt, si vasallus pro se & hæredib. suis, feudum receperit, vel de eo simpľr inuestitus fuerit. Eo namq; casu pro se & hæredibus suis ipsum recipisse creditur. Sinaūt vasallus pro se & filiis suis, feudum consecutus esset repudiata parentum hr̄ditate, filii hmōi feudum retinere possent. Quia nō vt hr̄des, sed vt filii principaľr ex dñi concedentis voluntate, ipsum pſequerentur, quod Bal. atq; Alua. tradidere in d.c.vni. an agna. vel fil. Ex quo colligere licet, eam filiam, q̄ dote contenta, successioni paternæ asserto iureiurando renunciauit, d.c.quamuis. ad illius feudi saltem successionem admittendam esse, quod eiusdem p̄ pro se, & filiis suis masculis & fœminis receperit. Qñ non vt hr̄s principaľr, sed vt filia ipsum consequi, cupit, quōd Alua.& Prępoli. elegantissime tradidere. in d.c.vni. an agna. vel fil. Idemq; in filio, qui asserto iureiurando, studiorum, vel alia causa impellente, patris successioni renunciauit, recipiendum esse, eadem ratio dictat.

DE NOMINE HAEREDIS, QVOVSQVE *in feudi successione porrigatur.*

Cap. ijii.

IN præsenti autem Argumēto hæredis appellatione imprimis descendentes in linea directa existentes, & proinde, illis deficiētibus, collaterales continenť. Extranei vero hr̄des non itē, ēt si quis de feudo pro se & hr̄dib. suis quibuscunq;, inuestitus fuerit. Ea namq; gñalia verba inuestitura expressa, ad eas tñ pſonas, q̄ ex feudalium placitorum dispōne, ac intestato ad feuda succedūt, restringenda esse, Iac. ex facto sibi ꝓposito rñdit, latiusq; cōprobauit in p̄di. loco. Nam si ad extraneos hr̄des extēderenť, feudum concessum nunq̄ ad dñm reuerti cōtingeret. Nemo n. sine extraneo hr̄de facile moriť, cū & fiscus vltimo loco admittaťur. l.j. C.vñ vir & vxor. Si cui tñ p̄ se & hr̄dib. suis, & c. quib. dederit, feudum concessum fuerit, & aperta dñi concedentis voluntate, feudum taliter adeptū, ēt in extraneos, vel actu inter viuos, vltima voluntate transfire poterit, quod la. recte tradidit in p̄di. loco. Adde ēt in p̄senti argumento, non oēs indiscriminatim descendētes, & collaterales hr̄dis appellatione venire, sed eos solos, qui masculi sunt, atq; ex masculis descenderunt. c.vni.§. simil. ver. ꝓfecto. de le. Cor. Nam ad nepotes ex filia, vel pronepotes ex nepte, & sic deinceps, feudi successio non petiňet. d.c.vni. ver. ad filias. de suc. fra. Illud ēt hoc loco omittendū non est, in p̄senti argumento, filiorū appellatione oēs descendentes masculos, & ex masculis natos cōprehendi. d.c.vni. ver.& si clientulus.& ibi gl. in ver. reuertťur. ibi, sed instabit. de alie. feu. Si quoq; parentes sibi primo, deinde ex interuallo filiis suis de aliquo feudo prouidiť sent p̄ nouam nempe inuestituram, ipsis adhuc superstitib. filiis de eo feudo factā, dubium non esset, quin repudiata parē tū hr̄ditate, filii hmōi feudū consequi possent, idq; ex tacita parentū suorū voluntate, Bal. in d.c.vni. an cog. vel fil. Adde & filiū, qui a p̄re suo ex re certa, vel certis reb. institutus est, fratrib. suis, vel aliis extraneis vlr institutis, eam, vel eas res, ex quib. hr̄s scriptus est, repudiare posse, atq; nihilominus p̄ successionē feudorū paternorū ab eo ꝓ se, & hr̄dib. suis receptorū, portionē cōsequi Nā si ipse rem, vel res in patris testō sibi relictas amplecteretē, ex patris tñ voluntate, nullo hr̄ditario onere grauaretē, quia legatarii loco haberetē, d.l. quoties. C.de hære. instī. Hinc q; Bal. a fortiori arg. sumpto, recte intulit in d.c.vni. an agna. vel fil. filiū patris testō p̄teritū, ad feudorū paternorū successionē nihilominus admitti, q̄ quis cū posset, p̄ inofficiosi q̄relam, vel ɔ tabulas bono. pos. patris testñ non impugnarit atq; ruperit, ar.l.filio p̄terito, ver.fi. de iniu. rup.& irri. fac. test. eoq; noīe defuncti patris hr̄ditatē tacite repudiasse videaťur. Idēq; & de filio, qui patris testō iniuste exhęredatus, eidem acquieuerit, rñdēdum est. Nam hodie p̄teritio & exhr̄datio æquiparanť. auth. extra eam, & auth. licet. C.de lib. p̄ter. exhær. Proinde ad feudi aviti successionem nepotē admittendum recte existimauit in d.c.vni. an agna, vel fil. & si patri præmortui hr̄ditatem ante repudiarit. Quia nō aui, de cuius successione agiť, sed patris præmortui hr̄ditatem repudiauit. Deniq; si defuncti vasalli filius, agnatis consentientibus, de feudis paternis tanq̄ nouis ab eorundem dñis inuestitus fuerit, ēt patris defuncti hr̄ditatem repudiando, ea sine aliquo onere hr̄ditario retinere poterit, d.c.vni. an agna, vel fi. Ideo aūt agnatorū consensus ad eā rē necessarius est: qñ, nisi paternorū feudorū inuestitura, in suprascriptū modum renouata esset, statim defuncti hęreditate repudiata, ipsa adiensdē agnatos deuoluereť. d.c.vni. an agna. vel fil. esseťq; casus, in quo defuncti agnatus, filio excluso, ad feudi defuncti successionem admitteretē, sicuti & cū vasallus delicti a se perpetrati rōne feudo suo priuaťur. Tum. n. eiusdē agnati, filio in hmōi feudi successione pręferuntur. c.vni. si vasal. feu. pri. cui deferať. Nisi forte delictū perpetratū tale sit, ob qđ ēt agnati feudi successione priuarentur, de quo infra latius agemus.

DE INTESTATA ASSCENDENTIVM *& collateralium successione.*

Caput v.

QVod autem ad vasalli defuncti ascēdētes, eorundēq; successionē attinet, secundę reľę loco rñdeo: Eos deficientib. descēdentib. in feudo nullo mō succedere posse, c.vni. i prin. de na. succ. feu. Si n. feudum, de cuius successione agiť, paternū, vel antiquū sit, patrem filio, vel auū nepoti, & sic deinceps succedere impossibile est, cū feudū paternū, vel antiquū a p̄re, vel auo in filiū, vel nepotē, & sic deinceps defluat. Sinaūt nouū fuerit vasallo, qui ipsum recipit, sine liberis masculis descendente, neq; eiusdē patri, auo, proauo, & sic deinceps vlteriori ascendēti, nec eiusdē agnatis deferť, sed statim ad dñm ipsum regredieť, c.vni. versi. his uero. ibi, si enim de succ. fra. licet in aliis bonis nō feudalib. iure scripto aliud dispositū sit. l. nā & si parentib. in prin. ff. de inoffi. testa. Auth. vt cū de ap. cog. §. siue igiť. Cæterū si qs feudū de nouo acquirat, ipsumq; acq̄sitū post mortē ad filiū suū, intestatæ successionis iure transmittat, eūq; filiū in posterū sine descēdentib. mori ꝙtingat, hoc casu tale feudum, vasalli defuncti agnatis exclusis, ad eiusdē auū, ꝓauū, uel aliū ulteriorē ascēdentē, intestatę successionis iure deuolui debere, indubitāter crediderim. Si quoq; p̄r, uel auus adhuc superstes, in filii, uel nepotis fauorē feudo suo renunciarit, posteaq; feudo sibi q̄sito, filius, uel nepos sine descēdētib. p̄moriať, eo casu feudū paternū vasalli defuncti agnatis exclusis, ad eiusdē patrē, uel auum potius reuerti Præpositus tradidit in d.c. uni. de vasal.

decre.

Source : BIU Cujas

decrep.ætatis. Cum enim iſtis caſibus, facti impoſſibilitas aſcendentium ſucceſſioni non reluctetur: ergo nec iuris impoſſibilitas reluctari debebit. Iam vero ad collaterales veniẽ do, circa ipſorũ ſucceſſionem imprimis ſcire oportet, quod ſtatim ab initio originis feudorum, vltra fratrum filios (quos fratres patrules vocamus) eorundem ſucceſſio non defereba tur. Deinde vſu receptum eſt, vt vſque ad ſeptimum gradum incluſiue deuoluerentur. d. c. vni. §. hoc quoque, in fine. de ſucceſ. feudi. Poſtremo obtinuit, ut vſque in infinitum exten derentur. d. c. vni §. i. verſic. hoc quoque ſciendum. de his, qui feud. dare poſſ. Vnde pro tertia regula trado, q̃ hodie feudum paternum, vel antiquum, id eſt, feudum, quod in acquirentis deſcendentes maſculos ſemel deuolutum eſt, vlteriori bus deſcendentibus deficientibus, inteſtatæ ſucceſſionis, iure in eos collaterales, tam aſcẽdentes, quam deſcendentes, & ex maſculis deſcendentes vſque in infinitum deuoluetur, idque ſecundum prærogatiuam vnicuique gradu iure conceſſam. d. verſ. hoc quoque. capit. vni. ver. hic vero. de ſucceſ. fratrum, vel grad. ſucce. ca. vni. in fi. princip. de nat. ſucceſſ. feu. d. c. vni. in fi. ſi vaſal. feudo priuetur. Quę quidem traditio vſq; adeo vera eſt, vt etiam, ſi quis vaſalli defuncti agnatus in remotiſſimo, vel etiam centeſimo, ſi poſſibile eſſet, linea collateralis deſcẽdentium gradu exiſtat, nec eum in gradu alius agnatus præcedat, defuncto vaſallo in feudum iure ſuccedere poſſit; quod Angelus, conſilio ſuo 106. atque Iacobinus, in tractatu ſuo de feudis, in verſi. præſentes & recipientes, in prin. tradi derunt, communiterque receptum eſt. Licet Andreas de Iernia, in d. c. vni. §. i. de his, qui feudum dare poſſ. atque Baldus in authentic. defuncto. C. ad Senatuſconſult. Tertullianum. improbabiliter contra ſenſerint. Idemque & in regnorũ ſucceſſione conſtituendum, Aluarottus recte cenſuit, in ca. vni. ver. ſi capitanei. de feu. Marchiæ, vel ducatus, vel Comitatus. Ex quibus colligi poteſt, in inteſtata feudorum ſucceſſione, inter eos, qui de latere veniunt, fratrum cauſſam primam & potiſſimam eſſe. Et ideo quamdiu defuncti vaſalli fratres ſuperſunt, illi ſoli ad feudi ſucceſſionem vocantur, niſi forte ex fratre præmortuo nepotes extent. Nam hi vna cum patruis ſuperſtitibus, ad patrui defuncti feudum in ſtripes ſuccedunt, idque repræſentationis iure, ideſt, in patris ſui loco ſuccedendo. d. ver. his vero. quemadmodum in aliis bonis non feudalibus ſuccedunt. authen. ceſſante. C. de legiti. hæred. Cæterum an in feudorum, ſicuti aliorum bonorũ ſucceſſione fratres ex vtroque parente fratri defuncto coniuncti, vel eorundem filii, fratres ſuos ex vnico tantum parente fratri defuncto cõiuncti (quos fratres cõſanguineos, vt puta patri appellamus) excludantur, merito dubitari poſſet. argum. d. authen. ceſſante, poſt princ. authent. poſt fratres. C. de legitimis hæredi. Sed non excludere Baldus, Aluarottus, in d. c. vni. de ſucce. fratrũ, atque Iacobinus, in prædicto loco, recte putarunt, atque ex facto deciſo retulerunt. Quoniam in ſucceſſionibus feudalibus cognationis ius (quod eiuſdem matris ratione inter fratres contrahitur) nil prodeſt. d. verſ. ad filias, in d. c vni. de ſucc. fratrum, ſed ſolum agnationis ius, quod ab eodem patre procedit, ſufficit: Et ideo fratrem ſuperſtitem (qui fratri defuncto in feudum ſuccedere cupit) ab eodem patre procreatam eſſe ſatis eſt, & ſi ex eadem matre progenitus non ſit, non autem econtra. d. ver. filias, Bal. in l. i. C. de legit. hæred. Sinautem nulli defuncti vaſalli fratres extent, ſed ſoli præmortuorum fratrum filii ſuperſint, patruo ſuo defuncto in feudo omnes ſimul ſuccedent, etiam ſi ex vno fratre prę̃morruo plures ex alio vero pauciores filii extent. d. ver. hoc quoque ſciendum. in princip.

DE SCCESSIONE IN CAPITA ET ſtirpes.

Cap. VI.

SEd an in hoc caſu in ſtirpes, an in capita ſuccedere debeãt, ſubſiſto. Verũ cum ī feudalibus placitis hoc expreſſe deciſum non ſit, in eo id ſequendum erit, quod iure ſcripto tantum inuenitur, argum. capi. vni. in ver. ſtrenuus. de feud. cogni. An igitur iure ſcripto duorum, vel plurium fratrum præmortuorum filii: patruo defuncto in ſtripes, an in capita ſuccedant, videndum eſt, Eos in ſtripes ſuccedere, Accurſius, in d. authen. ceſſante, in gloſſ. i. in fine. & l. lege 12. tabu. gloſſ. fina. C. de legiti. hęred. tradidit. ar. §. ſi autem, ver. illud palam. cum § ſeq. Auth. de hæred. ab inteſta. venien. Cuius opinionẽ non ſolum iuris ſcripti Interpretes in d. authent. ceſſante, & d. l. lege duodec. ta. ſed & iſtius quoque argumenti ſcriptores, vt puta Baldus, Aluarottus, in d capi. vni. de ſucceſſ. feup. Andręas de Iſernia, in d. c. vni. de ſucceſ. fratrũ. atque Iacobinus in prædi. loco, in bonorum feudalium ſucceſſione communiter receperunt, arg. authen. poſt fratres. j. C. de legiti. heredi. Cæterum Azo in ſumma ſua in tit. de legi. hæred. Accurſius, in §. hoc etiam, in uerſi. ſuperſtites, in fine. Inſti. de legi. agnat. ſucceſ. atque Baldus, in d. authen. ceſſante, ſibi contrarii, Hoſtien ſis, in Summa, in tit. de ſucceſſ. ab inteſtato. §. viſo igitur, verſ. quid ſi fratrum. Iacobus Butrigarius, atque Salycetus, in d. authent. ceſſante, contra cenſuerunt, crediderunt que fratrum prę̃mortuorum filios, patruo ſuo in capita, ſuccedere argu. §. ſi igitur, & ibi, quandoquidem, in d. Authent. de hæred. ab inteſtato ven. Quam ſententiam & Zaſius quoque ſecutus eſt, lateque defendit in ſingularibus ſuis intellectibus, in c. incip. tribus fratribus. Eamque ipſe recipio. Cum tam Pã dectarum, in l. poſt conſanguineos, in princip. ver. hæreditas. ff. de ſuis & legitimis hæredib. quam Inſtitutionẽ, in d. §. hoc etiam, in fine, & Codicis iure in d l. lege duodecim tabul. in fine, comprobatur: Nec ea iura ab Authenticis correcta, probari poſſint. Nam quod traditur, poſt fratres fratrũque filios in ſtripes ſuccedi. d. authen. poſt fratres. 2. d. §. ſi vero, in prin. in d. Authen. de hæredib. ab inteſt ven. de illis, fratrum præmortorum filiis intelligitur, qui una cum patruo ſuperſtite, patruo defuncto ſuccedunt, non de illis, qui nullo patruo ſuperſtite, vna cum fratribus patruelibus, auo defuncto ſuccedũt. Quod ex ipſius Authenticæ contextu, in d. §. ſi vero. manifeſte conſtat, in quo ad antecedentia expreſſa fit relatio, nec in antecedentibus vlla filiorum fratrum inter ſe ſuccedentium mentio oſtendi poſſit. d. §. ſi igitur. & d. § ſi autem. Secundum ergo ipſius Authenticæ contextum, alius contextus inde trã ſumptus, & ab Irenerio in Codicem relatus, in d. authentic. poſt fratres. 2. interpretãdus atq; intelligendus eſt. Adde nullam probabilem differentiæ rationem reddi poſſe, cur alio iure fratrum filii inter ſe alio iure fratrum nepotes ſuccedãt: Et tamen fratrum nepotes in capita, non in ſtirpes inter ſe ſuccedere, omnes vno ore fatentur. in d. authen. poſt fratres. Ergo idem & in fratrum filiis recipiendum erit. d. ver. hæreditas. Nec huic ſententiæ obloquitur, quod fratrum filii, qui in tertio collateralium deſcendentium gradu exiſtũt, patrui defuncti, patruo, amitæ, auunculo & materteræ in æquali gradu exiſtentibus, prę̃ferantur. d. ver. illud palam. Id enim non ea ratione contingit, quod fratrum filii in parentum ſuorum locum ſuccedant, ſed ob id, quod ſicuti in linea directa, l. ſcripto hærede, in fine. ff. vnde liberi. ita & in linea collaterali, ſucceſſio facilius, in gradus inferiores, quam ſuperiores deuoluitur. Nec etiam huic ſententiæ repugnat, quod duorum pluriumue filiorum præmortuorum nepotes: vel plurium prę̃mortuorum nepotum pronepotes, & ſic deinceps, auo ſuo, vel proauo in ſtirpes, non in capita inter ſe ſuccedant. §. fin. in fine. Inſtitu. de hęred. quæ ab inteſta. deferun. Authen. in ſucceſſione. C. de ſuis & legi. hære. Id enim ea ratione conſtitutum eſt, quoniam repreſentationis ius in lineæ directæ deſcendentibus a ſecundo gradu vſque in infinitum locum habet: In tranſuerſalibus vero etiam deſcendentibus nõ itẽ. Niſi cum propriis Thiis, ideſt, patruo ſuo, amita, auũculo, vel matertera: patruo amitæ, auunculi, vel materteræ defunctis ſuccedant. d. §. ſi igitur, in fine, & §. ſeq. ibi, quando quid. d. authen. ceſſante, in princip. Eiuſque differentiæ rõ eſſe poteſt, qa deſcendentes in linea directa exiſtentes arctioris ſanguinis vinculo aſcẽdentib. in eadẽ linea exiſtẽtibus obſtricti ſunt, quàm deſcẽdentes in linea collaterali exiſtentes aſcendentibus in eadẽ linea exiſtũt. Relinquitur itaque duorum pluriumue fratrum præmortuorum filios patruo ſuo in capita, non in ſtirpes ſuccedere, ita, vt patrui defuncti hæreditas inter eos, ſecundum perſonarum numerum, diuidatur, non ſecundum eas portiones, quas eorundẽ parentes cõſequerentur, ſi ſuperſtites eſſent. Hancque ſentẽtiam ſuperioribus annis Carolus V. Imperator in Comitiis Ratiſponæ lege promulgata, firmauit, adeo vt hodie ſupraſcriptæ diſputationi locus non ſit. Cum ergo ſupraſcripta noſtra ſententia vera ſit, idem & in duorum pluriumue fratrum præmortuorum filiis amitę ſuæ defunctæ ſuccedentibus cenſendum erit. Idemque recipiendum & in duarum pluriumue ſororum præmortuarum filiis, materteræ ſuæ vel auunculo ſuo defuncto ſuccedentibus. Nec etiam intererit, an ex ſolis fratribus, vel ſolis ſororibus prę̃mortuis, an partim ex fratribus, partim ex ſororibus præmortuis filii extent. argumen. d. §. ſi vero. in Authentic. de hæredi. ab inteſta. ven. Cum ergo hæc omnia ex iuris ſcripti diſpoſitione vera ſint, conſequens eſt, vt aſſeramus, quorumue fratrum præmortuorum filios maſculos patruo ſuo defuncto in feudis, ſicuti in aliis bonis non feudalibus, in capita, non in ſtirpes ſuccedere. argum. d. ver. ſtrenuus. Licet diffiteri non poſſim, in pluribus locis vt contraria obſeuatione vel municipali lege huic noſtræ ſententiæ tam in feudis, quam in bonis allodialibus derogatum eſſe. §. 9. in tit. de ſucceſſ. in Conſuetudine Burgundiæ. Cumq; ex iuris ſcripti diſpoſitione certum, & indubitatum ſit, fratrum

Source : BIU Cujas

trum nepotes, reliquosq; collaterales descendentes in bonis allodialibus patruo suo magno, reliquisque collateralibus ascendentibus in capita tantum succedere. d. authentic. post fratres, 2.d.versic.si vero. Bart.in d.versi.hæreditas. Idem meri to & in feudorum successione constituemus,in d.versicu.stre nuus, quod & Iacobinus probauit,in prædicto loco,in fine. Sed cum iure scripto expresse cautum sit,in bonis allodialib. descendentes in linea directa existentes,a secundo gradu in finitum ascendentibus in stripes succedere.d.authent. in successione.& l.nepotes.C. de suis & legit. hered. Idem & in bonorum feudalium successione respondebimus,cum feudalia placita in solis defuncti vasalli filiis successionis æqualitatem constituerint.d capi.vni.§.i.in fine princip.d. capi.vni.in prin. De succes.feudi.Sane & si filios,retento feudo,patrum hæreditatem repudiare non posse, supra tradiderim : defuncti tamen vasalli agnatus hoc potest.d.capitu.vni. An agnatus vel fil.Eiusque differentiæ rationem esse puto: Quia filii patribus suis tam arcto sanguinis vinculo coniuncti sunt, vt iuris interpretatione vna eademque persona esse credantur. l. finali. in fine,C.de impub.& aliis substit.Ideoque pietatis ratio eos inuitos impellit,vt si feudum paternum consequi velint,eorũdem hæreditatem adire cogantur ; ne parentes sine hærede decedentes ea creditoribus hæreditariis iniuria afficiantur. Verum defunctorum vasallorum agnati , eisdem tam arcto sanguinis vinculo coniuncti non sunt.Ideoque eorũdem hereditate repudiata,sine aliquo onere hæreditario feudum paternum consequi,& retinere possunt, d.ca. vni.in princip. An agnatus,vel fil.capitu.vni.§.similiter , versic. filius.de capitan. qui cu.vendid.Quam sententiam veram esse arbitror , etiam si feudum,de quo ageretur,a primo acquirente,pro se & suis heredibus quibuscunque acquisitum fuisset,licet Iacobus de Beluiso,Andreas de Isernia,& Aluarottus contra censuerũt in capitu.vni.de eo,qui sibi,vel hæred.Sed quid si agnatus inuentario facto,vasalli defuncti hæreditatem adierit, an vsq; ab bonorum tam feudalium,quam allodiarium, vires a creditoribus hæreditariis conueniri poterit? Et nõ posse videtur quoniam bona allodialia non successionis,sed proprio iure consequitur. Ego tamen contra censerem respectu saltem fructuum ex bonis feudalibus perceptorum, non ipsorũ bonorum feudalium,quę alienari non possunt,vt suo loco ostẽdam.Nam vulgo receptum est in d.capitu.vni.An agnat. vel filius defunct.filium defuncti vasalli adita etiã in suprascriptũ modum patris hereditate , vsque ad bonorum etiam feudalium vires creditoribus hereditariis teneri:Ergo & agnatus tenebitur , suo quoque priuilegio tum demum frueretur,cum vasalli defuncti hæreditatem repudiarit. Nam vt constat etiam hoc casu ex feudorum fructibus ab eo receptis, & relictis , debita hereditaria persolui.d.c.vni.post princ.An agna. vel fil.

DE SVCCESSIONE COLLATERALium in feudis,beneficiisque nouis.

Cap. VII.

ENimuero ad noua feuda collaterales non succedunt. Nam si is,qui feudum nouum acquisiuit sine filiis vel nepotibus ex iis, aliisq; descendentibus masculis moriatur ; feudum de nouo quæsitum ad dominum,qui ipsum concedit , regreditur.d.c.vni.§.i.ver.sin autem.de his,qui feudum.c.vni.ver. is vero,ibi,Si enim Titii.de succes.fratrum.c vni.de benefi.frat. Quæ quidem traditio vsqueadeo vera est, vt etiam si duo fratres plureue simul , vel vna,vel duabus inuestituris de nouo feudo inuestiti fuerint , alter tamen alteri non succedat. d.c.vni.vers.si duo.de feud March. Ducatus , vel Comitatus. capitu. vni. in principio. de fratrib.de nouo benefic. inuestit. Quamuis itaque alicuius rei,vt puta castri,donatione a principe duobus vel pluribus cõmuniter facta vnius ex eis postea sine filiis , vel aliis descendentibus morientis portio, reliquis rei donatæ,sociis ex speciali beneficio accrescat,l. vni,C. si liberal.Imper.socius sine hered.decess.lib.x. In feudis tamẽ nouis,etiam a Principibus duobus pluribusue fratribus concessis,illius,qui sine herede descendente decesserit , portio reliquis,fratribus non accrescet.arg.d.ver.si duo,in princip,d.c. vni.in princi.de fratrib.de nouo benefi. inuest.Idemque a fortiori censendum erit, si duobus pluribusue extraneis feudum a principe concessum sit, si tamen statim ab initio inter feudi dominum & fratres feudum nouum recipientis , expresse nominatim conueniisset,vt alter alteri sine hærede descendẽti succedat,dum ex lege conuentionis domino excluso frater superstes fratri defuncto in noui feudi portionem succedet.d. ver. Sinautẽ.d.ver.si duo.ĩ fi.d.c.uni.§.fi.in fi.de suc.feu. Idẽq; erit,si feudum nouum a fratribus in militia acquisitum fuerit.d.c.vni.in fin.de benefic.frat.Idem etiam respondebitur,si feudum duobus fratribus, uel puribus de nouo concessum indiuisibile sit,Vt si iurisdictio patronatus,ius uenandi,ius piscandi,vel aliud ius incorporale,& p consequẽs indiuisibile, in feudum concessum sit, quod Iacobus de Beluiso , Baldus, atque Aluarotus indiuiduitatis feudi ratione probarunt,in d.c.vni.de fratribus de nouo benefic.inuest. Hoc tamen casu fratrem superstitem,ad quem fratris defuncti portio deoluta est, eiusdemq; æstimationem feudi domino prestare oportet.Ei namque in hoc satis fauetur:quod æstimationem portionis fratris defuncti feudi domino præstando , integrũ feudum retinere possit . Quamuis enim antiquitus non improbabiliter dubitatum fuit.in gloss.in d.cap. vni. de fratr. de no. benefic.inuestit.an suprascripto casu feudi dominus fratri superstiti portionis suæ æstimationem offerendo integrum feudum ad se reuocare possit? Postea tamen benigniori sententia receptum est,vasallũ domino suo portionis fratris defuncti æstimationem offerendo, eidem in feudum retentione pferri,tum feudi semel recepti ac possessi,tum uasalli debitoris fauore.Doc.in d.c.vni.de frat.de no.benefi. inuestit. licet obtinuerit,& certis vicissim casibus feudi dominum portiõis fratris superstitis æstimationem offerendo,in feudi reuocationẽ eidem preferri debere,vt si solius fratris premortui contemplatione feudum vtrique fratri concessum iure fuerit :vel si portionis vacantis ius pinguius sit , quam fratris superstitis, vt Iacobus de Beluiso,Andreas de Hernia atque Aluarortus tradiderunt in d.c.vni.de frat.de no.benefi. inuest.Illud tamẽ sciendum est,fratrem superstitem,fratris defuncti portionem suprascripto modo redemptam,iure feudi non possidere,nisi id ipsum expressim conuentum fuerit. Aluarottus iam dic. loco.Si quoque feudum nouum duobus fratribus, vel pluribus & singulis insolidum concessum fuerit domino excluso: alter alteri non decrescendi iure succedet , id est, eo iure,ne fratri superstiti aliquid decrescat.Bal.in d.c.vni.de succes. feudi. Verum in aliis suprascriptis casibus,successorio iure frater fratri succedit id est , eo iure , quo de ordine in ordinem vel de gradu in gradum defuncti hereditas defertur.l prima.§. quibus.ff.de succes.edict. Cum enim defuncti vasalli descendentes nõ extant,liberorũ ordine seu capite relicto , ad agnatorum ordinem,seu caput feudi successio deuoluitur.In quo similiter si fratres nõ extant,fratrum gradu relicto,ad fratrũ filios,& sic deinceps feudi successio transmittitur.Iuri autem accrescendi in feudis tum locus erit,cum vasallus pluribus filiis,vel aliis ex eius descendentibus,vel his deficientibus,pluribus fratribus,vel aliis ex eis descẽdentibus relictis,mortuus est . His enim casibus,si vnus filiorũ vel fratrum portionem suam repudiet,vel morte, vel alio impedimento ppeditus eã non amplectatur, reliquis amplectẽtibus ipso iure accrescet. arg.l.vni.in fi.& Doct.ibidem.C.quando non peten.par.petẽ. accres. Cęterum si statim ab initio duobus pluribusue feudum nouum concessum fuerit;inter eos iuri accrescendi locum non esse,Speculator,in titu.de feu. §. quoniam.vers.trigesimosexto quæritur , atque Panormitan. in c.2.ext. de feudis,recte putarunt.In contractibus enim iuri accrescendi locum non esse regulariter Bartolus,in l.si mihi.ff. de uer.obli. atque Alexander,in l.re coniuncti.ff.de lega.lib.3.tradiderũt. Ergo nec in cõtractu feudali erit, præsertim cum tum demũ uero iuri accrescendi locus sit , cum ille,de cuius pertione p ius accrescendi consequenda agitur , in ea nullum adhuc ius quęsiuit,vt quia eam nondum est amplexus. Nam postquã ius in ea quæsitum est,non iuri accrescendi , sed iuri accessorio proprie locus est.Specculator d.ver.decimosexto quæritur.Do.in d.l.vni. & d.l.si mihi.ff.de verb.obligat.Præterea si feudum nouum a fratre ex communibus bonis acquisitum fuerit,idque feudi domino sciente eo uiuente,eiusdem frater pro parte ipsum sibi acquirat . Eo vero defuncto ad ipsius successionem domino excluso admittetur.arg.d.c.vni.in fin. de benefic. fratris. Ideo autem in hoc casu domini scientia exigitur,ne forte ipse inuitus,alium quam voluerit vasallum sibi acquirat . Et ideo si communi pecunia donino id ignorante feudũ emptum fuerit, neque emptore viuente, neque eo mortuo feudum emptum ad eiusdem fratrem pertinebit. d.capitu.vni.in fine.de frat.de no.benefi.inuestit.Quamdiu tamen frater feudum suprascripto modo acquirentis,id quod in eam rem de cõmuni expendit,alteri fratri pro competenti parte non restituerit : feudi acquisiti fructus eidem communicare tenebitur.d.vers.si duo, in fine, & versicu.sequenti,in fine,etiam si eidem non cohabitet, quod aduersus Glossæ atque Aluarotti sententiam , in d. versiculo sinautem , in ver.nominatim, Germaniæ consuetudo recepit . Denique si communi collateralium noĩe,feudum nouũ quæsitũ sit: collaterales ad eiusdem successionem admittentur,d.ca.vni.in fine.de benefi.fratr.Sed quid,an his, casibus, quibus collaterales ad

les'ad feuda noua ſuccedere ſupra probauimus,in infinitum eorundem ſucceſſio extendetur? Et ad ſeptimum vſque gradum tantum incluſiue eorundem ſucceſſionem his caſibus extendendam,Iacobus de Beluiſo,Baldus,Aluarottus atque alii putarunt,in cap.vni.§.hoc quoque, in fine, de ſucceſſio. feudi. Verum ego ſupraſcriptis caſibus, feudi noui ſicuti paterni,vel antiqui ſucceſſionem vſque in infinitum hodie extendendam arbitror.d.capit.vni.§.i verũc. hoc quoque ſciendum.de his,qui feudum.d.capit.vni.in fine.de nat.ſucceſſ. feudi.licet quondam ad ſeptimum vſque gradum tantum extẽdebatur.d.§.hoc quoque.in fin.

DE FOEMINARVM IN FEVDIS ſucceſſione.

Cap. VIII.

QVid autem de fœminis dicemus? an in feuda ſuccedant? Et pro regula traditum eſt, quod quamuis ex iuris ſcripti diſpoſitione fęminæ, vt maſculi,in bonis allodialibus ſuccedant,auth.in ſucceſſione,in fine,C.de ſuis & legi.lib.authen.defuncto,in fi.C.ad S.Tertull. attamen ex conſuetudinis feudalis lege fœminæ in feuda nõ ſuccedunt.d.c.vni.§.i.ver.hoc autem notandũ.de his qui feudum dare poſſ.d.c.vni.§.fi.in princ.de ſucceſſ.feu.d.c.vni.verſ. ad filias.de ſucceſſ.fratrum. c.vni.in prin.de natu. ſucceſſ.feud. Idque ppter ſexus muliebris fragilitatem.c.vni.in fi. An mutus,vel alias imperfect.non ſolum in corporis, ſed & ingenii quoque viribus conſiſtentem. Et ideo & ſi fingas mulierem corporis robore præcellere,atque ad arma tractanda idoneã eſſe:eo tamen nomine in feudum non ſuccedet. Quia cum imbecilli conſilii ſit.c,forus.in fi.de uerborum ſigni.feudi dominum conſilio iuuare,ſecreta ſibi commiſſa retinere, atq; alia multa in fidelitatis iuramento contenta, commode explicare non poterit.Quod Iacobinus aduerſus Iſerniam,in d. verſ.hoc autem ſciendum,recte tradidit,in tract.ſuo,in verſi. & fratris. Vẽdicat autem ſupraſcripta regula ſibi locũ,etiam ſi quis pro ſe,& hæredibus ſuis feudum recepiſſet.argu.c.vni. §.ſimiliter.ver.profecto.de lege Corradi.c.vni.ver.& ſi clientulus,in fi.de alienat.feu.Vendicat etiam ſibi locum in feudo ad ſeruitia non aſtricto, vt quia inter feudi dominum & vaſallum ſtatim ab initio conuenit, nę eius feudi nomine aliqua ſeruitia præſtarentur. arg.d. ver. hoc autem notandum, & d.§.fina.in prin.Nam licet in huiuſmodi feudo ſeruire neceſſe non ſit:alia tamen, quæ in fidelitatis iuramento continentur,nec fœminis conueniunt, explicanda ſunt: quod Iacobinus in d.loco aduerſus Bal.in §.i.circa finem, de his,qui feudum dare poſ. probabiliter cenſuit,eique accedo.Si tamẽ feudum de quo ageretur,Francum eſſet,id eſt,ab his, omnibus,quæ fidelitatis iuramento continentur,liberum:Bal.atq; ſequacium ſnĩæ locus eſſe poſſet. In huiuſmodi enim feudo fidelitatis iuſiurandum pręſtandum non eſſe,certum eſt. In feudo etiam ex domini voluũtate ex empto ſupraſcriptam regulam locum ſibi vendicare.Andræas de Iſernia exiſtimauit, in d.uerſi.hoc autem notandum,argum.eiuſdem,& d.§.fina. in princi.Cuius opinionem Alardinus de Laude, in c.uni.de his,qui feudum dare poſ.atque poſt eum Iacobinus, in prædicto loco,aduerſus Odofredum,in Summa feudali,in tit. Qui poſſ.ſucced.in feud.recept.atque ſecũdum eam ex facto quõdam emerſo iudicatum retulit,quam & ipſe ſequar. Nam licet feudum emptum ſit,eo tamen nomine feudum eſſe non deſinit,nec allodiale fit. Si quis tamen feudum ea lege emiſſet, vt pro eo cenſum annuum penderet: Odofredi ſententiæ locum eſſe,atque ad huiuſmodi feudi ſucceſſionem fœminã admittendam putarem.Quia huiuſmodi emptio priorẽ feudi naturam immutaret,ipſumque cenſuale faceret. Eoq; nomine non feudi,ſed contractus vi fœmina ſuccederet, quod Baldus,in c,ſignificauit.de reſcriptis,atque Iacobinus, in prædicto loco,probarunt. Denique ſupraſcripta regula adeo vera eſt,vt non ſolum fœminæ,ſed nec maſculi ex eis deſcendẽtes in feudum ſuccedere poſſint.d.ver.hoc autem notandum. Cæterum ſi ſtatim ab initio inter feudi dominum & vaſallũ expreſſe & nominatim conueniſſet,vt etiam fœminæ in feudum conceſſum ſuccederent, tum ex lege conuentionis fœminæ,atque ex eis deſcendentes,tam fœminæ quam maſculi in huiuſmodi feudum ſuccędent. d. ver.hoc autem ſciẽdum. d.§.fina.in princip. d. ver.ad filias.d.c.vni.in princi.de nat.ſucceſſ.feudi. Et tametſi capitula iuramenti fidelitatis mulierib. non conuenire, ſupra comprobauimus: non tamen erit qđ dominus conqueratur cum ſibi imputare debeat, quod de fœminarum ſeruitiis, earundemque iureiurando contentus fuerit,Aluarottus in d.c.vni.de eo,qui ſibi,vel hæred.ſuis maſcul. Quod verum intellige, ſi quis pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis & fœminis de feudo aliquo inueſtitus fuerit. Verum ſi in inueſtitura expreſſe actum fuerit, vt Titia vaſalli acquirentis filia in feudum conceſſum ſuccedat,ipſa quidem ſuccedet, non autem deſcendentes ex ea. Quoniam pactum perſonale,perſonam non egreditur.l.ſi unus §.ante omnia.ff.de pact.Proinde ſi feudum,de quo ageretur, maternum, id eſt, matri pro ſe & hæredibus ſuis conceſſum eſſet, tum etiam ſi id ſpecialiter pactum non eſſet,matris filiæ,nepotes atque nepres ex eis,& ſic deinceps ſuccedent.c. vni. in princi.de feudo fœmi.d.c.vni.in princip.de nat.ſucceſſ.feudi. Quia qualitas fœminea ſtatim ab initio huiuſmodi feudo indita durat, quam diu de filiorum extantium obſtaculo non conſtat: quodBal. Aluarottus,atque Præpoſitus,aduerſus Gloſſam,in d.c. vni. in princip.de feudo fęmi.atque Andræas de Iſernia,in ca.vni. An marit.ſucced.vxori, tradiderunt, communiterque receptum eſt in c.vni.in princ.de feudo fęm. Præterea ſi defuncti vaſalli filia feudum paternum, vel antiquum a domino redemerit:vel dominus benignitate & munificentia ductus eã propter patris benemerita & amorem de feudo paterno, vel antiquo tanquam nouo inueſtiuerit: ea ratione filia ipſum conſequeretur:nec feudum paternum,vel antiquum defuncti vaſalli filiæ ſupra ſcripto modo quæſitũ, a defuncti vaſalli parentibus,id eſt,agnatis reuocari poterit,ſi in eam redemptionem, vel quaſi nouam inueſtituram agnati cõſenſerint. c. vni.Quemad.feu.ad fil.pertin.d.c.vni.§.fin.poſt princip. de ſucceſſ.feu.c.vni.in fine.An agnat.vel fil. Si uero non conſenſerint,poterit feudum paternum,vel antiquum ab eiſdem reuocari,atque filia ad eiuſdem reſtitutionem condemnari. ca. vni.§.hoc quoque.de ſucceſſ.feu.c.vni.in fine.De alienat. pater.feudi.Quid ergo, an fęminæ ex ſpeciali pacto in feudum ſecundum ſupraſcripta ſuccedentes,vna cum maſculis extantibus ad feudi ſucceſſionem admitti debebunt? Et admitti debere certum eſt,ſi ſtatim ab initio inter feudi dominũ & vaſallum hoc expreſſim conuenerit.arg.l.contractus.verſ. ſocietas,in fin.ff.de regu.iu.vel ex inueſtituræ verbis manifeſte colligi poſſit,tam feudi dominum, quam uaſallum id uoluiſſe Bal.in l.quoties.ff.de ſuis & legi.hæred.

FOEMINAE, MASCVLIS EXtantibus,a feudi ſucceſſione excludũtur.

Cap. IX.

VErum ſi vaſallus ſtatim ab initio ſibi,& hæredib.ſuis maſculis,atq; his deficiẽtibus fęminis feudi inueſtituram accepiſſet: dubitatio nulla eſſet,quin maſculis extantibus fęminæ ab huiuſmodi feudi ſucceſſione excluderentur,arg.c.vni.in princip.de eo,qui ſibi vel hæredibus ſuis maſculis.Idemque etiam ſi vaſallus ſibi & hæredibus ſuis maſculis & fęminis,feudi inueſtituram accepiſſet.capitu.vni.§.quoniam, Epiſcop. Abbat. vel Abbatiſ. Quamuis enim copula, Et, eius naturæ regulariter ſit, vt æqualiter coniungat, in hoc tamen conceſſionis,& receptionis feudi negotio ipſam non æqualitatem, ſed ſucceſſionis ordinem denotare, communi ſententia receptum eſt. c.vni. De eo,qui ſibi,vel hæredibus ſuis.argumen.d.§.quin etiam,& d.§.fi.Idque propter maſculorum prærogatiuam conſuetudinis feudalis lege ipſis iuſta ratione conceſſam, quæ contrahẽtium pactionibus non tam facile tolli creditur.Feudo ergo ĩ ſupraſcriptum modum conceſſo & recepto, fęminæ in eiuſdem feudi ſucceſſione locus non erit,quamdiu ex eo, qui de feudo primum inueſtitus fuit, aliquis maſculus, ſiue in directa,ſiue in collaterali linea conſtitutus,atque etiam remotiſſimo gradu ſitus ſupererit. d.c.vni. ver.cumque ſapientes.de eo qui ſibi,vel hęred.ſuis. Idemque etiam in feudo fęmineo cenſendum erit:ad cuius ſucceſſionem fęmina ſimiliter non vocabitur,quamdiu aliquis maſculus extabit.d.c.vni.in princip.de feu.fęmi.Quapropter ſi vaſallus filio,& filia relictis,decedat, filius ad feudi ſucceſſionem admittetur, filia vero excludetur. Idemque erit, ſi vaſallus duas filias reliquerit, quarum vna filium,altera filiam habuerit.Nam filius ſolus, qui & vaſalli defuncti nepos eſt,filia excluſa, inteſtatæ ſucceſſionis iure totum feudum conſequitur.d.c.vni.§. ſimiliter.in prima parte.de Capitan.qui curiam vendi. & ibi gloſſa,& verſi. maſculus.Idem quoq; erit,ſi vaſallus duos maſculos reliquerit,quorum vnus filium,alter vero filiam habuerit. Hoc nãque caſu mortuis filiis,filius ſolus,filia excluſa,ad totius feudi ſucceſſionem vocabitur. d.§. ſimiliter, in fine primæ partis, ibi,& econtra, ibique gloſſa, in ver.ſi filios. Denique idem erit, ſi vaſallus vna tantum filia ſuperſtite, & hærede relicta moriatur, quæ in poſterum duobus filiis ex mari-

Source : BIU Cujas

to ſuo procreatis, deceſſerit, quorum vnus filium, alter vero filiã reliquerit. Hoc enim caſu filius vnicus ſuperſtes, patrui ſui filia ſuperſtite excluſa, totum feudum inteſtatæ ſucceſſionis iure ſibi vendicabit: quia maſculus eſt, atque a primo acq rente defluxit. Nec eum impediet, quod huiuſmodi feudum ad fœminam ſemel deuolutum eſt. d.c. vni. de eo, qui ſibi, vel hæred. in prima parte, & gl. ibidẽ. Idem per omnia reſpondebitur, ſi ſupraſcripti uaſalli primi acquirentis filię filium, & filiam ſuſtuliſſet, atque ex eo filio nepotem. Hoc enim caſu filio mortuo, nepos amitam ſuam a feudi ſucceſſione exeludet: cum eiuſdem mater, ſi ſuperſtes fuiſſet eam excluſiſſet, Glo. tradidit in d.c. vni. de eo, qui ſibi vel hær. ibi, nunquid. atque Alua. Præpoſitus, & Iacobinus in prædicto loco probarunt. Sed quid, ſi ſupra ſcripta vaſalli primi acquirentis filia, duas reliquiſſet filias, quæ i matris defunctæ feudũ pro æqua libus portionibus ſucceſſiſſent, vt quia nullum maſculi ſuperſtitis impedimentum paſſæ fuiſſent, an poſtea altera ſorore filio maſculo relicto, mortua: is filius ſuperſtes materteram ſuam ſuperſtitem a feudo inteſtatæ ſucceſſionis iure antea p parte quæſito, repellere poterit? Et poſſe Andreas de Iſernia, in d.c. vni. de eo, qui ſibi, vel hæred. putauit: Quaſi ſub ea tacita conditione matertera feudi portionem, inteſtatæ ſucceſſionis iure conſecuta ſit: ſi in poſterũ nullus maſculus naſceret. Sed in contrariam ſententiam Iacobus de Beluiſo, Bal. Alua. in d.c. vni. de eo, qui ſibi, vel hæredi. atq; Iacobinus in tractatu ſuo, de feu. in uer. & fœmina, in fine, iuerunt, communiterque receptum eſt. d.c. vni. de eo, qui ſibi, vel hæredi. Quam & æquiorem, & iuris tam ſcripti, quam non ſcripti traditionibus inſpectis, veriorem eſſe putarim. Cum. n. ſemel matertere in portione ſua feudali ius legitime quæſitum ſit, ſine ſuo facto eo priuari non poteſt. l. quod noſtrum. ff. de reg. iur. cum id ius pure & ſimpliciter, ſine aliqua conditione ex legitima ſucceſſione acquiſiuerit. Quod ergo diximus, fœminas maſculo extante a feudi ſucceſſione excludi, locum ſibi vendicat in feudo acquirendo, non autem acquiſito perdendo. Quia a iure acquirendi facilius quis repellitur, quam iure iã quæſito priuaretur. arg. l. patre furioſo. ff. de his, q ſui, vel alieni iuris ſunt. In feudo quoque conditionato, id eſt, ad certum ſeruitium aſtricto. d.c. vni. §. fin. in fi. de Capitan. qui cur. vend. ſupraſcriptæ regulæ locum non eſſe, Iacob. de Beluiſo, Bald. Alua. atque alii tradiderunt, in d. §. quin etiam ſi in huiuſmodi feudi inueſtiura expreſſe actum fuerit, vt per fœminam, vt alium eiuſdem nomine, ſicut per maſculum ſeruitium, exp̃ſſum & determinatum præſtari poſſet: Nec mirum, cum hoc caſu expreſſa domini concedentis, atque vaſalli recipientis voluntate, fœmina vna cum maſculo ad huiuſmodi feudi ſucceſſionem vocetur. Et ideo ſi in huiuſmodi feudi inueſtitura nulla fœminæ mentio facta fuerit, ſupraſcriptę regulæ ſtandum erit. Proinde ſi duo fratres de nouo beneficio p ſe & hæredibus ſuis maſculis & fęminis inueſtiti fuerint, atque alter ex eis, altero adhuc ſuperſtite, vna filia relicta deceſſerit, eiuſdem portio filiæ, non fratri, defertur. c. vni. de duobus fratribus a capita. inueſtit. Ex quo enim feudum ſtatim ab initio duobus ſimul conceſſum fuit quiſque merito ſuis deſcendentibus potius, quam collateralibus conſuluiſſe creditur. dicto capit. vnico. de duobus fratribus. Et ideo inueſtitura duobus fratribus gñaliter facta, in duas ſingulares inueſtituras reſoluitur, cenſeturqne primum vni fratri ſpecialiter facta, deinde alteri: atque ita utriuſque hæredibus ſpecialiter prouiſum fuiſſe. Denique ſi alibi conſuetudo inoleuerit, vt fęminæ vna cum maſculis extantibus ad feudi ſucceſſionem admittantur, ea ſpecialis conſuetudo generali feudorum cõſuetudini derogabit. arg. c. vni. de feu. cognit. atque eiuſdem vi fęminę vna cum maſculis in feudum ſuccedent: etiam ſi vaſallus defunctus pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fęminis de huiuſmodi feudo inueſtitus non fuiſſet. Idemque erit, ſi alibi hoc ipſum expreſſa municipali lege cautum ſit. arg. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Illud tamen notandum, ſpecialium locorum ſtatuta conſuetudines feuda cõcernentes, ſecundum generales feudorum conſuetudines ſemper interpretandas eſſe: quamdiu ſtatuti verba, aut conſuetudinis obſeruatio non repugnat. arg. eorum, quæ traduntur in c. quoniam dilectus, in fi. de conſuetudine. quod Iacobinus, in prædicto loco, aduerſus Andræam de Iſernia, in d.c. vni. De eo, q ſibi, vel heredi rectiſſime tradidit, atque in ſtatutis & conſuetudinibus alia quæuis iuris argumenta concernentibus, cõmuni ſententia receptum eſt. in d.l. quoniam dilectus, in fine, & l. de quibus. ff. de legibus. Sed quid, ſi in feudi inueſtitura expreſſe cautum fuerit, vt deficientibus maſculis, feudum ad vnam fęminam tranſeat, contingatque maſculis in poſterum deficientibus plures fęminas in eo gradu ſitas inueniri, ad quem inteſtati ſucceſſio delata eſt: an primogenita in huiuſmodi feudũ ſuccedat, an ſorte res dirimetur: an domino feudi electio dabitur, vt ex omnibus vnam, quam maluerit ad huiuſmodi feudi ſucceſſionem eligat? Et feudi domino electionem dandam eſſe, Bal. in d.c. vni. §. i. ver. hoc autem notand. de his, qui feudum. Alua. in d.c. vni. de eo, qui ſibi, vel hęred. atque Iacobinus cenſuerunt. Quod & ego æquius & probabilius eſſe puto, ne dominus aliam vaſallam, quam velit inuitus conſequatur. Illud autem circa ſupraſcriptam regulam omittendum non eſt, quod fęmina a feudo per maſculos ſuperſtites ſemel excluſa, in perpetuum excluſa maneat, etiam in poſterum omnium maſculorum impedimento ceſſante. Quæ deciſio etſi dura atque ab humanitate aliena ſit, eam tamen ipſe amplector: Quoniam communi Doctorum calculo ſine controuerſia aliqua recepta eſt, in dicto §. quoniam etiam, & dicto verſiculo, cumque ſapientes. Quinimo non ſolum fęmina, ſed & eiuſdem ſoboles, ſiue naſculina, ſiue fęminina ab huiuſmodi feudorum ſucceſſione in poſterum excluſa manebit, etiam ſi poſtea nullum omnino maſculinum ſupereſſe contingat, arg. l. vni. ver. ad filias, de ſucceſ. feudi. Rupto enim principali, acceſſorium eodem modo concidere neceſſe eſt. c. acceſſorium. de re. iur. li. 6. Quæ omnia & ad leges Municipales (quæ aduerſus iuris communis diſpoſitionem, in l. maximum vitium. C. de liberis præte. vel exhęred. auth. in ſucceſſione. C. de ſuis, & legit. lib. & auth. defuncto. C. ad Senatuſconſul. Tertull. etiam a bonorum allodialium ſucceſſione fœminas, extantibus maſculis, excludũt) extendenda ſunt. Illis enim ſemel excluſis, nec ipſe, nec ex eis vſq; in infinitum deſcendentes, in poſterum, etiam maſculis deficientib. ad illorum bonorum ſucceſſionem admittentur, a quibus legis Municipalis vi ſemel excluſę fuerunt, quod Bal. eleganter tradidit in d. §. quin etiam, communiterque receptum eſt. Hæc itaque de inteſtata feudi ſucceſſione dicta ſufficiant.

DE TESTATA FEVDI SVCCESSIONE.

Caput X.

QVod ad teſtatam feudi ſucceſſionẽ attinet, pro regula ſciendum eſt, Teſtatorem vaſallum teſtamento ſuo, vel codicillis de bonis feudalibus diſponere non poſſe. d.c. vni. in fine, princi. de ſucceſſ. feudi. c. vni. §. donare. Qualiter olim po. feu. alie. Quę quidẽ regula vſque adeo vera eſt, vt etiam vaſalli teſtatoris deſcendentibus agnatis deficientibus, locum ſibi vindicet. Nam extraneo hærede inſtituto, ſi vaſalli teſtatoris deſcendentes vel agnati ſuperſtites ſint, illi defuncti vaſalli teſtamentum infringent. Si vero non extent, vaſalli teſtatoris teſtamentum ipſo iure reſcinderetur, atque feudum, de quo extraneus hæres inſtitutus eſt, ad dominũ ſuum reuertetur, quod Alua. atq; Præpoſitus tradidere, in d.c. vni. in princi. De ſucceſſione feu. Ex quibus colligere licet, in poteſtate patris ſi tum non eſſe vt teſtamento ſuo, vel codicillis alteri filiorum duas feudi ſui partes aſſignet, alteri vero vnã, vel quod fortius eſt, alteri ſoli feudorũ integrũ cõcedat, alterũ vero prorſus excludat, vel ſingulos, vel aliquos ex eis portionis ſuæ feudalis noĩe certę penſionis annuæ ſororib. ſuis, vel aliis perſoluẽdę ſolutione grauet. Et ſi forſan aliquid iſtorum ſimiliumque fecerit, ipſius diſpoſitione reiecta, filii in feudum, de quo agitur, æqualiter ſuccedent. c. uni. in princ. de ſucceſſ. feu. c. vni. §. i. in prin. de his, qui feu. dare poſſ. Quod Bal. in d c. vni. de prohib. feu. alien. And. de Iſernia atq; Aluaro. in d.c. vni. in fi. prĩ. de ſucceſ. feu. tradiderũt, atque Iacobinus ſecutus eſt, in d. tractatu ſuo de feu. in uer. & cũ pacto. in prin. ar. d.c. vni. in fi. prĩ. de ſuc. feu. Quam quidẽ deciſionem non ſolum in feudo antiquo, vel paterno, ſed & nouo quoq; verã eſſe credo, Etiãſi feudũ nouũ patri teſtatori, vel ĩduſtria, vel pecunia, vel alia qualibet re ſua, vel beneficiorũ atque benemeritorum ſuorũ nõ filiorum cõtemplatione acquiſitum fuerit. ar. d.c. vni. in fi. prin. de ſuceſ. feu. licet Andr. de Iſernia, in c. vni. §. fi. uer. item ſi fuerim. Qui. mo. feu. amit. Aluaro. in d.c. vni. in fi. prin. de ſuc. feu. contra cẽſuerũt, arg. l. qua ratione. §. i. uer. hoc quoque, ff. de acquir. rerum dom. Quorũ ſnĩæ hac in re non ſubſcribo. Cum. n. feudi conſuetudo vaſalli defuncti filiis hoc priuilegiũ ꝯceſſerit, vt ad oĩs ĩdiſcriminatim feudi ꝯceſſionẽ æqualiter admitti dẽant. d.c. vni. ĩ prin. de ſuc. feu. & d. §. j. in fi. prĩ. ab eorũdem parte nuda eiuſdem volũtate hoc priuilegũ ẽt in feudo nouo eiuſdẽ adimi non poterit, ar. l. nemo põt. ff. de le. li. i. Præſertim cũ inueſtitura patri ſuo de feu. ẽt nouo ſemel facta, ipſis ius ſaltẽ in ſpe q̃ſitũ ſit. arg. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. Adde & ſupraſcriptam deciſionẽ veram eſſe, etiã ſi vaſalli teſtatoris filii in bonis allodialibus ſicuti feudalib. ex inæqualib. portionib. hæredes inſtituti ſint, atq; bonorũ allodialium hr̃ditatẽ ꝑm patris ſui voluntatẽ adiiſſent. Ea em̃ aditio

filios

filios in bonis feudalib. patris ordinatione grauatos non impediet, quominus in posterum, si velint in feudalibus æqualiter succedant. arg. d. c. vni. in fin. princip. de successione feudi, & d. c. vni. §. fi. ff. de his qui feu. Ne enim filii patris hæreditatem in bonis allodialibus constitutem, secundum eiusdē ordinationem adeundo, etiam bonorum feudalium respū, patris testamentum approbasse creduntur: licet Andreas de Isernia in contraria sententia fuerit, in d. c. vni. De succes. feu. argu. c. qui semel. de reg. iu. lib. vi. Cæterum si vasalli testatoris filii eiusdem ordinatione grauati, statim ab initio in suprascriptā patris sui ordinationem expressissent: vel eā ī posterū expresse ratam haberent, suprascriptæ decisioni locum non fore crederem, arg. l. si quis in conscribendo. C. de pact. c. præsenti. ff. de reg. iur. in 6. Quia consentienti non fit iniuria, neque dolus. Ex quibus omnibus colligere licet, in illis locis, in quibus specialis consuetudo inoleuit, vt primogenitus solus ad oīa feuda succedat, patrem testamento suo, vel codicillis disponere nō posse, vt secundo vel tertio geniti ad certā feudi portionem succedant, nisi in eam rem expressus primo geniti consensus accesserit. Nec ēt primogenitū grauare posse, vt aliis suis fratrib. a feudo exclusis, certam annuam pensionem præstet, nisi ipse specialiter in eam rem consenserit: Qđ & vsus in illis locis diligentissime obseruat, arg. d. c. vni. in fin. princip. de succes. feu. Quod autē supra tradidi, patrem vasallum de bonis suis feudalibus, neque testamento suo, neque codicillis disponere posse: extraneorum respectu locum sibi vindicat; Quibus neque legati, neque fideicōmissi titulo feudum relinqui potest, ēt si uasallus pro se & hæredibus suis quibuscunque de feudo inuestitus fuisset, qđ supra comprobaui. Verū si vasallus testō suo, vel codicillis, ei qui alia intestatæ successionis iure ad feudi successionem admissus fuisset, de feudo prouidisset, prouisio valeret, vt Iacobinus rectissime tradidit, in prædicto loco. Sed quid, si vasallus testō suo, vel codicillis de bonis feudalibus disposuerit, neque sua dispositione ei consuluerit, qui alias intestatæ successionis iure ad eiusdem successionem admissus fuisset, an feudi dño statim ab initio in eam rem expresse cōsentiente, vel eā in posterū expresse ratā habēte, vasalli dispositio valebit? Et valere Bal. existimauit, in d. §. donare. Quō olim feu. ali. po. Ego vero eā in domini feudi præiudicium tantum valere, crederem, vt si feudū de quo vasalli testō, vel codicillis suprascripto modo dispositum esset, nouum esset, nec aliquis ex vasallo descendens supereesset. Hoc, n. casu, feudi dominus sibi præiudicare poterit suo consensu. Verum in descendentium, vel agnatorum præiudicium eam non valere putarē, vt si ex testatore vasallo descendētes, vel his deficientibus collaterales superesſent. Hoc enim casu domini feudi consensus legitimis vasalli hęredibus præiudicium adferre non potuit. ar. c. non debet. de reg. iur. lib. 6. quod Iacobinus recte censuit, in prædicto loco. Quid ergo, si vasallus in testō suo, vel codicillis feudū suū Ecclesiæ, vel monasterio legauerit: an legatum valebit? Et legatum valere Host. in Summa in ti. de immu. Eccle. §. in quātum, ver. sed nec, ar. l. i. l. generali, & l. illud. C. de sacros. ec. putauit. Verū Bal. Alua. in d. §. donare, atque Iacobinus, in p dicto loco, contra censuerunt, arg. d. c. vni. in princ. de succes. feud. Quorum opinio mihi probabiliter videtur, nec cū magno domini pręiudicio, feudum semel concessum ad eum nunquam regredi contingat. c. vni. ver. Mediolanensi. sibi, inde pot. & vers. seq. de alie. feu. Si ergo suprascriptum legatum nō valet: consequens est, vt nec res legata, nec eiusdem æstimatio Ecclesiæ præstari debeat, quod Bal. in l. i. C. de sacrosanct. Ecclesiis, Alua. atq; Iacobinus, in prędicto §. comprobarūt, licet Spe. contrarium censuisse visus fuerit in ti. de loc. & cōduct. §. nunc aliqua. versi. centesimo decimoseptimo quæritur. Sed nunquid feuda in fideicommissi generalis restitutionem veniunt? Et regulariter non uenire, Bart. in l. si patroni, in prin. ff. ad Senatusconsult. Treb. Bal. in l. cum vnum, C. de fideic. atque Iason, in prælu. feudorum, tradiderunt. Quod & ego aduersus eosdem verum esse crederem, etiamsi is cui fideicommissum vniuersale restituendum est, ex numero liberorum, vel agnatorum vasalli defuncti sit, vel eorum, qui in feudorum inuestitura comprehensi sunt. Vt enim vniuersalis tam bonorum feudalium, quam allodialium institutio facta subsistat: eos institutos esse oportet, qui alias intestatæ successionis iure feudum cōsequerentur, quod s. comprobaui. Ergo cum ipsi fideicommissarii hæredes grauati, ex fideicommissi vniuersalis onere feuda extraneo fideicommissario restituere non cogantur, vt Barto. atque Iason, in prædictis locis, tradunt: Consequens est, vt nec ea aliis legitimis, vasalli defuncti hęredibus restituere compellantur. Eo enim onere a vasallo testatore fideicommissi vniuersalis vigore grauari non potuerunt, vt omnia feuda fratribus suis: vel vasalli defuncti hęredibus restituere cogantur, ne ea occasione consuetudinis feudalis dispositionem in d. c. vni. in fin. princ. de successione feudi, facile eludi cōtingat. Sed an feuda in petitionem hæreditatis veniant? Et uenire dubium non est. Si petitionis hæreditatis actio ab eo intentata fuerit, qui intestatæ successionis iura ad vasalli defuncti feuda vocatur. glossa fin. in l. item videndum. §. fi. ff. de peti. hære. Bartolus in l. Iurisiurandi. ver. si liberi. ff. de oper. liber. Sed frequentiori calculo receptum est, vt petitionis hæreditatis actio non solum a legitimo defuncti vasalli hærede, vel alio quolibet in feudorum inuestitura noīatim cōprehenso, sed ab extraneo quoque in iudicium deducta, defuncti vasalli feuda complectatur: Dummodo ille, aduersus quem mota est, nullum feudi detinendi ius habeat: quod Cynus, atq; Bartolus tradiderunt in d. l. item videndum, & d. l. si patroni. atque Iacobinus securus est in prędicto loco. Nec huic decisioni obloquitur, quod extraneus in feudo nullum ius habere possit, argumen. d. ca. vnic. in principio. de succe. feu. Nam vt id verum concedamus: constat tamen in iudicium petitionis hæreditatis non solum ea, quæ in defuncti domino erant venire, sed etiam ea, quæ a defuncto mortis suę tempore detinebantur. l. & nō tantum. ff. de peti. hæred. Sed an etiam feuda in legitimam filiis naturę iure debitā, i. quartam, vel trientē, vel remissem ex patris defuncti substantia, Authen. nouissima. C. de inoffi. testam. ad excludendam inofficiosam testamenti querelam cō putari posse dicemus: Et non posse, Angelus existimauit, in d. l. si patroni, in princip. arg. glo. 1. in fine, ibidem. Quia legitima tanquam æs alienum a patre filio debetur, Iason in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. lib. j. Sed posse Nicolaus de Neapoli, in l. pater filiam, in princ. ff. ad leg. Falcid. Gulielmus de Cuneo, Baldus atque Cynus in l. omnimodo. §. imputari: C. de inoffi. testam. censuerunt. Quorum opinionem, tanquam receptiorem & veriorem, & ipse sequor. Nam & dotem, quę a patre filiæ ex iuris necessitate debetur. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. in legitimam imputari constat. l. quoniam nouella. in fine, C. de inoffi. testam. Sed sicuti dos a patre profecta, & ab eo adhuc superstite soluta, in Falcidiam, vel Trebellianicam institutionem iure debitam non computatur, quia eam iure proprio, non hęreditario filia habet. dict. l. pater filiam, in principio. ita nec feuda computabuntur, cum filio iure proprio, non hæreditario debeantur. capitu. vnico. in fine principij. de feu. succes. hacque in re Angeli, in dicta l. patroni, in princi. sententiam veram esse fateri debemus. Si quoque feudum ab auo, vel vlteriori ascēdente ad nepotem, vel vlteriorem descendentem deuolutum sit, in legitimam a patre filio iure naturæ debitam non computabitur; Quia huiusmodi feudum patris, de cuius hęreditate agitur respectu aduentitium, non profectitium censetur glos. notabilis, & ibi Barto. & Angelus, in l. quęsitum, in princip. ff. de leg. i. Et aduentitia in legitimam non computari constat. l. scimus, in princ. ver. in repletionem. C. de inoff. testamen. Hoc autem loco admonendi sumus, quod licet quōdam in feudo Ducatus, Comitatus, & Marchię, successioni tam intestatę, quam testatę, locus non fuerit. c. vni. in princip. de feu. Ducat. March. Hodie tamē in eis, sicut in aliis feudis successio locum habet. Et quamuis etiam quondā feuda minoribus valuasoribus concessa iura feudi non censebantur, nec testatę, vel intestatę successionis iure in valuasorum minimorum liberos, vel agnatos deuoluebātur, sed quādocunque concedentibus visum erat, regulariter reuocari poterant. ca. uni. §. finali. de his qui feu. c. uni. de feu. dat. mini. valuas. Hodie tamen huiusmodi feuda, tam in successionibus, quam in aliis cōsuetudinis feudalis articulis, cum aliis maioribus feudis ad eandem æqualitatem reducta sunt. c. vni. in fi. de nat. feu. glo. final. in d. §. fi. In summa, p̄tereundum non est, quod quamuis ex iuris scripti dispositione, omnibus, & liberis, & parentibus, & agnatis, & cognatis deficientib. uir & vxor in bonis allodialibus sibi inuicem in solidum ab intestato succedunt. l. vni. C. & ff. vnde uir & vxo. in feudis tamen neque testatæ, neque intestatæ successionis iure sibi inuicem succedunt, nisi specialiter a dominis de illis inuestiti fuerint. capitu. vni. An marit. succ. vxo. & Aluarotus ibidem. Sed nunquid aliis modis feudum acquiri posse dicemus? Et non posse certum est. Quemadmodum enim rerum dominia non nudis pactis, & titulis, sed traditionibus & vsucapionibus transferuntur. l. traditionibus. C. de pact. ita nec feuda (in quibus vtile saltem dominium in vasallum trāsfertur) donatione, emptione, vel alio, quouis titulo acquiri dicuntur: sed inuestitura vera ex suprascriptis, similibusque præcedentibus titulis postea facta, quæ inuestitura veræ traditionis loco habetur, vt supra in prędcedentibus satis comprobaui.

Libri secundi Finis.

Source : BIU Cujas

DE IVRE FEVDORVM
GVLIELMI HANNETONII
LIBER TERTIVS.

DE AMISSIONE FEVDI.

Caput I.

SI vaſallo defuncto eiuſdem hæres a feudi dño, vel ex diuerſo dño defuncto, vaſallus a domini defuncti hærede intra annum & diem inueſtituræ renouationē petere, fidelitatemque offerre neglexerit, tanquam ingratus, feudum ſuum amittet. c.vni.in prin. Quæ fuit prima cau.beneficii amitt.c.vni.in prī. de Capit.Corradi.c.vni.in fine.ver.præterea.de prohibita feu. al.Si tamē vaſallus, vel vaſalli defuncti hęres miles fuerit, ex ſpeciali beneficio anni,& menſis ſpacio gaudebit. c.i.Quo tē po.mil.inueſt.pet.deb. Siue ergo paganus, ſiue miles inueſtituræ renouationem petere debeat: intra ſupraſcripta tēpora vel feudi dominum, vel eiuſdem hæredem ādibit:atque ab eo inueſtituræ renouationem cum debita reuerentia,c.vni. verſ. quoniam.In quib.cau.feu.amitt. & fidelitatem ſtatim ab initio offerendo,petet:idque inſtanter, & coram aliis curiæ domini paribus,id eſt,conuaſallis,vel his deficientibus aliis idoneis teſtibus.c.vni.in fi.verſ.nulla,& ibi gloſſa fin. in princip. per quos fiat inueſtit.c.uni.in princip.& §. ſi vero, in fi. Quid ſit inueſti.Facta vero inueſtituræ renouatione,genibus flexis, & manibus ſuis inter domini manus concluſis,fidelitatem eidem iurabit, & viciſſim dominus in mutuæ fidelitatis ſignū, ipſum exoſculabitur.c.vni. quid præced.deb.Spec.in ti.de feu. §.qñ.verſ.Primo aūt.in fin.Quib. peractis ex| continenti breue teſtatum,id eſt, inſtrumentum publicum ſuper inueſtituræ renouatione facta, fidelitateque præſtita conſcribetur,ad perpetuam rei geſtæ fidem & memoriam.ar. d.§.ſi vero,in fi. c.vni.verſ.conſules.Qui teſt.ſint neceſſ. Ex quibus ſatis appareret,eum qui inueſtituræ renouationem petere tenetur,non ſolum inueſtituram petere,ſed & fidelitatem quoque præſtare debere,vt ſupraſcriptā amiſſionis feudi pœnam euitet:quod gl.tradidit in d.c.vni.in prin. Quæ fuit pri. cau. in ver. petēdo, atq; And.de Iſer.rectiſſime approbauit,ī d.gl.ar. d.c.vni. ī prī. de Cap.Corr.Hæc.n.duo in recognitionis ac reuerētiæ ſignū a vaſallo,vel eiuſdem hīde feudi dño, vel eiuſdem hæredi intra ſupraſcripta tempora prēſtari, conſuetudinis feudalis lex optima ratione voluit.d.c.vni.in princi.Quæ fuit prima cau. Sed an ex die mortis,vel vaſalli,vel domini ſupraſcripta tempora currere dicemus? Et nō ex mortis,ſed potius ſciētiæ eiuſdem die ſupra ſcripta tempora currere crederem. c.vni.§.donarē,verſ.porro.ibi,ex quo ſciuerit,Qualiter olim feud. pot. alienari.Cum.n.alieni facti ignorantia regulariter probabilis ſit,l.fi.in fi.ff.pro ſuo. culpæ vel negligentiæ aſſcribi non poterit,quæ vna cum ſupraſcriptorum temporum lapſu ad ſupraſcriptā pœnā incurrendā neceſſaria eſt.d.ver.prēterea,gl.i. in d.c.i.Quo tēp.mil.inueſti.Quinimo crediderim & eo caſu quo vaſallus ſuperſtes a defuncti domini hærede inueſtituræ renouationem petere debet,non niſi ab aditę hæreditatis die ſupraſcripta tēpora currere, arg.l.fi.§.fi.in princi.ff.de inoffic. teſt.Eo vero caſu,quo vaſallo defuncto eiuſdem hares a feudi domino inueſtituræ renouationem petere debet, ſtatim a ſcientiæ die ſupraſcripta tempora currere incipient. Sed per eorundē lapſū defuncti vaſalli hæres,qui nondū inueſtituræ renouationē petiit,feudo ſucceſſionis iure ſibi delato, nō priuabitur,niſi ante ſupraſcriptorum temporū lapſū defuncti, vaſalli hæreditati ſe immiſcuerit,quoad Bal.in d.c.vni. in prīci.de Capit.Corradi.Atque Alex.conſ.ſuo 29.circa fi.i.vol.cē ſuerunt:atque Iacobinus ſecutus eſt,in tract.de feu.in ver. ita quod ipſi.in fi.Sed nunquid feudi dominus,vel eiuſdem hęres ſupraſcripta tempora coarctare poteſt? Et vaſallo eiuſdemue hærede conſentiente poſſe,dubium non eſt, arg.l.ſi quis in 2 ſcribendo.C.de pact.Cęterum eo inuito non poſſe, Andreas de Iſernia, Aluarottus, atque Nicolaus de Neapoli, putarunt in d.c.vni.in princip. Quę fuit prima cauſ. Quod & ego probo.Nam cōſtat ipſa in vaſallorum, atque hęredum eorundē fauorem a conſuetudinis feudalis lege introducta eſſe: Nec p alterum alterius non conſentientis conditio deterior fieri debet.l.non debet.ff.de regul. iuris. Vaſallum tamē eiuſdemue hęredem,qui ante ſupraſcriptorum temporū elapſum, a feudi domino, eiuſdemue hærede ſpecialiter rogatus fuerit,vt ſibi debita ſeruitia prēſtet,ſi ea præſtare noluerit,tāquā ingratum feudo ſuo priuari,Iacobus de Belloviſo, Alua.Nicolaus de Neapoli,atque Cardinalis exiſtimarunt,in d.c.vni.in princip. Quæ fuit pri.cau.ar.ver.ſed nō eſt alia,ver.p̄dictis. ibid. q & ego ſequor.Eiuſdemue differentię eam rationē eſſe puto, q̄ quāuis vaſallus, eiuſdemue hęres in renouationis inueſtituræ petendę tempore expreſſa conſuetudinis feudalis lege priuilegiatus ſit:in ſeruitiorum tamen præſtandorum tempore priuilegiatus non inueniatur.Cum ergo vaſallo,vel domino defuncto,feudum antea conſtitutum priſtinę ſuæ naturæ nihilominus remaneat,credendum eſt eam conſuetudinis feudalis legis mentem fuiſſe:vt vaſallo defuncto, eiuſdem hęres feudi domino ſuperſtiti: vel feudi domino defuncto,vaſallus ſuperſtes defuncti domini hęredi debita ſeruitia,ſi opus eſſet ſtatim, ſine aliqua temporis dilatione prēſtaret: Preſertim cū ſupraſcriptis caſibus ad debita ſeruitia præſtanda nullam tēporis dilationem tribuere, conſuetudo feudalis inueniatur. Quam rationem Bartholomeus a Caſſenæo, aduerſus Franciſcū de Curte.in d.c.i.in prin.Que fuit pri.cau. benefi. amit.,p babiliter reddidit,in conſuetud.Burgund.in ti.de feu. §.i.verſ. aduerti.eamque ipſe probo. Sed quid,ſi uaſallus,qui īueſtituręę renouationem petere, fidelitatemq; offerre debebat, hoc nondū acto,intra ſupraſcripta tempora moriatur, an eiuſdē hæredi ad inueſtituræ renouationem petendam, fidelitatemque offerendam ſupraſcripta tempora integra dabuntur? an vero id ſolum,quod de defuncti vaſalli temporibus reliquū eſt,eidem competat? Et ſi feudum, de quo ageretur, antiquū eſſet:defuncti vaſalli ſucceſſorem integris tēporib⁹ frui debere,Iacob.de Beluiſo,Andræas de Iſernia,Bal. atque Alua.cēſuerunt,in d.c.i.Quo temp.mil.inueſ,pet.deb.in gl.in ver.veluti mortis.Quoniam hoc caſu ſucceſſor non ex proximi prędeceſſoris,ſed alterius remotioris beneficio potius ſucceſſori edicti iure feudum conſequitur.Ideoque tempus a prędeceſſore conſumptum, eidem in ſuum præiudicium computari nō debet. Præſertim cum ſucceſſoris inueſtitura fidelitasq;, cum prædeceſſoris inueſtitura fidelitateq; nihil cōmune habeat.Si vero feudum,de quo ageretur,nouum, ideſt,a defuncto vaſallo de nouo acquiſitum eſſet, atque feudi domino defuncto,& inueſtituræ renouatione ab eiuſdem hærede nōdum petita,fidelitateque nondum præſtita vaſallus mortuus eſſet eiuſdem ſucceſſor id ſolum,quod ex defuncti vaſalli tēporibus ſupereſſet,ad inueſtituræ renouationē petendam, fidelitatemque prēſtandam haberet. d.gl.in ver.veluti mortis, in fi.Quia ex defuncti vaſalli beneficio, huiuſmodi feudum immediate conſequeretur.

DE PLVRIBVS VASALLI, dominique defuncti hæredibus, quo ad beneficii renouationem. Cap. II.

QVid ergo, ſi vaſallus, plurimis legitimis hęredibus relictis, deceſſerit, an quilibet ipſorum a feudi domino inueſtituręę renouationem petere: eidemque fidelitatis iuramentum præſtare tenebitur? Et ſi vni hęredum ſoli totum feudum ī hęreditatis diuiſione adiudicatum fuerit,eum ſolum ad ſupraſcripti debiti prēſtationem teneri certum eſt.c.vni.§.ſi quis per trig.ver.omnes,in fin. Si de feu.defunc.content.Si uero feudum ad ſingulos hæredes ex diuiſione peruenerit:vt quia defuncti vaſalli feudum inter ſe pro virilibus portionibus diuiſerint,hoc caſu dubium non eſt,quē libet ipſorum ſpecialiter & inſolidum pro perſona ſua,& inueſtituręę renouationem petere, & fidelitatem prēſtare debere.d.ver.prēterea,ibi,ita.de prohi.feu.alie.per Fede. Fidelitatis enim iuramentum indiuiduum eſt. Bal.in d.ca.vni. §.1. Si de feu.def.cont. Et conſtat, in his, quæ natura ſui indiuidua ſūt, quemlibet hęredum inſolidum teneri. l. hęredes.§.quod pro emptore.ver.an ea.ff. famil.erciſcundę.l.2. §.ex his. de verbo. oblig.Quam ſententiam Angelus,Alex.& Iaſon probarunt in d.§.ex his.Sed ſi omnes defuncti vaſalli hęredes feudum p indiuiſo poſſideant,maximę dubitationis eſt, an omnes ſimul generaliter inueſtituręę renouationem petere,fidelitatisque iuſiurandum pro omnium perſona prēſtare ſufficiat,an quemlibet ipſorum pro ſua perſona ſupraſcriptum debitū ſpāliter,& inſolidū præſtare oporteat: Et arbitror oportere, arg.d.ver.omnes,ibi,maxime.d.uer.prēterea.ibi,Ita vt. Quod & Iſernia, Cal. Alua. Præpoſitus, allique oēs cenſuerunt,in d.ver.oēs.Iacobinusq; ſecutus eſt,in tracta. ſuo de feu.,in ver. qui qdē īueſtiti,poſt prin.Et ego recipio:qm̄ fidelitatis iuſiurādū indiuiduū eſt.Iaſon in l.i.§.ſed ſi mihi.ff.de ver.ob.Poterūt tñ ſupraſcripti hīdes vnū ex cohīdib.eligere,q̄ ſuo oīumque cohęredū noīe fidelitatē iuret. ar. c.vni.§.i.ver.pſonā,in fi.Per quos fiat inue.cūq; feudi dñs admittere debebit,niſi p babili cā motus,ipſū admittere recuſet. Do.ī d.ver.pſonam. Cū.n.fidelitatis iuām ab vno omniū noīe pſtatur, oēs iuraſſe intelligūtur: Quod Baldus,Aluar.Præpoſitus,in ver.omnes,atque Iacobinus,in præd.loco,rectè cenſuerunt. Et ſi ſeruitium huiuſmodi feudi contemplatione domino prēſtandum

Source : BIU Cujas

dùm diuiduum ſit, à ſingulis hęredibus pro parte præſtabitur, arg.l.j.C.ſi cert.pet.l.pro hæreditariis. C.de hæred actio.l. ea, quæ.C.famil.erciſcun. Si verò indiuiduum ſit, cuiuſmodi eſt, dominum in expeditionem ſequi, ſimiliaque facta præſtare, ſupraſcripti hęredes omnes virum vnum idoneum ſubſtituent, qui ſuprà ſcriptum factum, ſimiliaque omnium hæredum nomine explicet. Quo ſolo feudi dominus contentus eſſe debebit, ſi æquè idoneus ſit, atque vaſallus defunctus erat. Etſi enim hæredes numero plures ſint: quia tamen in vnius locum tantùm ſucceſſerunt, pro ſingulari perſona habentur.l.cui fundus, in fine. ff. de condi. & demonſt. Andræas de Iſernia, in d.ver. omnes. Sed quid è contra, ſi feudi dominus pluribus legitimis hæredibus relictis, deceſſerit: an vaſallus ſuperſtes ab omnibus defuncti domini hæredib. inueſtituræ renouationem ſpecialiter petere, eiſdemque omnibus fidelitatem in ſolidum iurare tenebitur? an vni hæredũ tantùm ſupraſcriptum debitum pręſtari ſufficiet? Et ſi in diuiſione hæreditatis defuncti domini, vni ſoli hæredi totius feudi ius, & ſuperioritas adiudicatà ſit: dubium non eſt, ei ſoli ſuprà ſcriptum debitum præſtandum eſſe, ar.d ver.omnes, in fine. Si autem huiuſmodi feudi ius ſuperioritaſue ab omnibus defuncti domini hæredibus pro diuiſo, vel indiuiſo poſſideatur: eosq; omnes vt dominos ſuos vaſallos ſemel agnouerit: in poſterum eos omnes agnoſcere, ipſisque omnibus fidelitatem iurare debebit, arg.d.ver.omnes, in principio. Sibi enim imputare debet, quòd volens eos vt dominos, ſemel agnouerit. Si quoque ſtatim ab initio huiuſmodi feudi plures domini fuiſſent: vt quia à pluribus dominis conceſſum ab initio fuiſſet: hoc ſimiliter caſu ab omnibus defuncti domini hęredibus, vaſallus inueſtituręe renouationem petere, ipſisque omnibus fidelitatem iurare deberet, etiamſi eos vt dominos ſuos anteà non agnouiſſet. Qualitas enim huiuſmodi feudo ſtatim ab initio indita, hanc interpretationem exigit.glo.in ver.oportet.in l.ſi vſusfruct.leg.arg.text.ibidem. ff.de vſufructu, & quemadmodum. Præſertim cùm fidelitatis ſacramentum, tanquam ſeruitutis ſpecies, indiuiduum ſit, d.glo.in ver.oportet. Iſtisque duobus caſibus, Bartoli & Iaſonis, in l.de pupillo.§.ſi plurium.ff. de noui oper.nunciat. Baldi, in l.j.xxii.quæſt.ff.de rerum diuiſ. Angeli, in d.§. ex his, atque aliorum multorum opinionem verã eſſe dicimus. Cœterùm ſi feudum ab vno domino tantùm, ſtatim ab initio conceſſum fuerit: deinde ipſe pluribus hæredibus relictis, deceſſerit: hoc caſu vaſallus, ſi eos omnes non vt dominos ſuos anteà non recognouerit, nõ niſi ab vno defuncti domini hærede inueſtituræ renouationem petere, eidemque fidelitatis iuramentum præſtare tenebitur d.verſ. Prętera. ibi, ita tamẽ. Hocque caſu vera erit Gloſſæ ſententia.in d.verſ.omnes quã Iacobus de Beluiſo, cœterique omnes feudorum interpretes frequentiori calculo receperunt, in d.ver.omnes. Sed quẽadmodum ſupraſcripto caſũ domini defuncti hæredib. cum cui ſupraſcriptum debitum præſtetur, eligendi poteſtatẽ dandam non eſſe, omnes qui in ſupraſcriptam ſententiam inierunt faſſi ſunt: ita quoque aduerſus eoſdem, atque Iacobinũ, in d.loco, cenſeo, vaſallo eam poteſtatem concedendam nõ eſſe: ſed præcisè ei, q̃ inter defuncti domini hæredes natu maximus fuerit, fidelitatis iuſiurandum pręſtandum, atque ab eodem inueſtituræ renouationem petendam eſſe: Quod & Baldus tradidit, in d.ver.præterea. & rationi magis accedit, & frequentiori vſu paſſim receptum eſt. Adde & poſt petitam inueſtituræ renouationem, præſtitumque fidelitatis iuſiurandum, vaſallum, vel eiuſdem hæredem feudi domino, vel eiuſdem hæredi omnes res feudales nominatim & ſpecifice dinumerare, declarareque debere, alioqui à beneficii ſui iure cadere: quòd Baldus, Aluarottus, Præpoſitus, in d.c.vni.verſ. illud.de prohib.feudi alien.per Frederici, atque Iacobinus in tracta.ſuo. de feud.in ver. dictique vaſalli promiſe.cog.tradiderũt, vſuſque paſſim recepit: atque in quibuſdam locis quadraginta dierum ſpatium, intra quod id fiat, conſtituit: ſupraſcriptamq; pœnam ſatis duram, humanitate impellente, mitigauit.§.quartus, in tit.de feu.in conſue.Burgund. Quod quidem onus vaſallo, eiuſdemùe hęredi partim ĩ recognitionis ſignum, partim ad meliorem directi dominij conſeruationem, facilioremque controuerſię ſuper re feudali inter dominum & vaſallum ortæ deciſionem, iniunctũ fuit: Et recte.

EX QVIBVS CAVSSIS VASALLVS LEGI timæ renouationis omiſſę pœnam euitet.

Caput III.

SEd quod ſupra tradidi, vaſallum, vel eiuſdem hæredem, qui intra ſupraſcripta tẽpora inueſtituræ renouationem non petiit: vel fidelitatis iuſiurandum non præſtitit: vel res feudales nõ dinumerauit, à beneficij ſui iure cadere, perpetuum nõ eſt. Imprimis enim, ſi feudum ex concedentis & recipientis conuentione ita acquiſitum ſit, vt eius nomine ſupraſcripta præſtari nõ debeant, ſupraſcriptis traditionib. locus non erit.d.c.vni. in princip.de capit.Corradi.d.c.vni.in fine.Per quos fiat inueſtitura. Si quoque feudum ita acqſitum nõ ſit, ſed rectum ſit: atq; eius nomine hęc omnia à vaſallo eiuſdemùe hęrede intra ſupraſcripta tempora pſtanda ſint, nec pſtentur: ſubſit tamen iuſta & probabilis cã, quæ eum à dolo, lataùe culpa & negligentia excuſet, ſupraſcriptam pœnam euitabit.d.c.j.in fine. Quo temp.mil.inueſt.pete.debeat.c.fina. de prohib.feu. alienat. per Lotha.d.c.vni.in fine ptincip.verſic.præterea.de prohibita feu.aliena.per Fede. Vt ſi alterutrius mors ante ſupraſcripta tpa elapſa, ſupuenerit, ſi iuſta vaſalli, eiuſdemùe hęredis abſentia, vel iuſtum impedimẽtum obſtiterit: Si hoſtiles incurſus, vel inimicitię capitales, vel peſtis, vel vaſalli eiuſdemùe hæredis incarceratio ẽt ipſius culpa contingens, eum à ſupraſcripti debiti pſtatione impediuerit.d.c.j.in fine, & d.c.fi.in fine, & Doc.ibidem. Si deniq; feudi dñs, vel eiuſdẽ hæres, maiori excommunicatione ſupraſcriptis tporib. excõmunicatus, vel relegatus fuerit.arg.c.j.in princip.de exc.lib.6. Denique ſi feudi dñs vaſallo, vel eiuſdem hęredi locũ ſuſpectum, incommodum, peſtilentem, & ad quem nõ niſi in magnis ſumptib. veniri poſſet, ad ſupraſcripta peragenda pſigeret, à ſupraſcripta commiſſa pœna vaſallus, eiuſdemue hęres excuſaretur, ſi modò ſe alio congruo loco ad ſupra ſcripta peragenda paratum offeret. Cœterum ſi vel loco, vel tẽpore incongruo, vt puta noctis, prandij, vel balnei ad ſupra ſcripta præſtanda ſe paratum pberet, non excuſaretur: niſi forte feudi dominus alibi inueniri nõ poſſet: quod Doc.noſtri ſine controuerſia cenſuere, in d.c.j. Quo temp.miles. Proinde ſi vaſallus eiuſdemue hæres feudũ, de quo agitur, nõ poſſideat, nec eiuſdem poſſeſſionem ſine litib. conſequi poſſet, à ſupraſcripta pœna excuſabitur, ſi modo dolus ei inputari non poſſit. Quod Gulielmus de Cuneo, Baldus, Salicetus, & alii tradidere, in l.ſolennibus, C.de rei vindicat. atque huius argumẽti Interpretes ſecuti ſunt, in d.c.vni. Quæ fuit prima cau. beneficii amitt. Idemque erit, ſi defuncti vaſalli hæres rem feudalem eſſe ignorauit. arg §.vaſallus.in fi.in tit.ſi de feu.defun. & glo.ibid.in ver.cælauerit. Habet enim iuſtam ignorãdi cauſſam, an res feudalis ſit, arg.l.qui in alterius locum. ff. de regu. iur.l. eius qui.in fine. ff. Si certum petatur. Præterea ſi defuncto feudi domino inter duos pluresue eiuſdẽ hæredes, de eiuſdem feudo contentio eſſet, nec uaſallus ſuperſtes intra ſupraſcripta tempora ſupraſcripta debita alteri ipſorum pręſtitiſſet, ab amiſſionis feudi pœna excuſaretur: Si modo antea proteſtatus fuiſſet, quod per ſe non ſtaret, quominus ſupraſcripta onera exequeretur. Si tamen alter ipſorum hæreditatis defuncti domini poſſeſſionem nactus fuiſſet, etiam contẽtione durante eidem ſupraſcripta debita intra ſupraſcripta tempora pręſtanda eſſe, Præpoſitus cenſuit in d.c.i. Quo tẽp. miles inueſtituram pet.deb. Niſi forte vaſallus conteſtatione de ꝓiudicio alteri non inferendo prius facta, alteri ſupraſcripta debita pręſtare mallet, arg.l.final. C.de petit.hęre. Porrò ſi vaſallus, vel eiuſdem hæres decem & quatuor annis minor eſſet, nec tutorem haberet, ob ſupraſcripta debita non pſtita ſupraſcriptam pœnam non incurreret.d.cap.i.in fine, in ver.vel infantia. Quo temp.mil.inueſt.pet.deb.d.verſ.præterea, in ver.maior.xiiii.annis. Verum ſi tutorẽ haberet, ob neglectam rerum feudalium dinumerationem, vel renouationis inueſtituræ petitionem, tanquam ſi quatuordecim annis maior eſſet, priuationis feudi pœnam incurreret: qđ & Iacobus de Beluiſo ſenſit, in d.c.i. Quo temp.mil.& vſus paſſim recepit.§.ii.in tit.de feu.in conſuetud. Burgund. Ob non pręſtitam verò fidelitatem, ſiue tutorem hr̃et, ſiue non: minime tñ incurreret, d.c.vni.§.ſi qui s, in fi.cum §.ſeq.ſi de feudo defun. Niſi forte iam decẽ & quatuor annis maior factus, intra anni & diei tempus fidelitatem pręſtare neglexerit. Quo tamẽ caſu aduerſus pœnam, quam incurrit in integrũ reſtitui poſſet: qđ Iacobus de Beluiſo, Andreas de Iſernia, Aluarottus, cęterique ſine dubitatione receperunt, in d. verſ.preterea.ar.l.j. & l.interdum.ff. de minorib.licet gloſſa in dicto verſ. pterea, in ver.quatuordecim annis, & Hoſtienſis in Summa ſua, tit. de feu §.qb.verſ.ſed nunqd, ea in re dubitarint. Deniq; & ſi nulla iuſta cã ſubſit, q̃ vaſallũ eiuſdẽue hęredẽ a ſupraſcripta pœna excuſet: ſi tñ feudum, de quo agitur, parui emolumenti ſit, ſupra ſcripti debiti intra tempora legitima non præſtiti nomine, vaſallum eiuſdemue hæredem ſupra ſcriptam pęnam non incurrere Ludouicus Romanus tradidit, in conſil. ſuo 220.incip. tu qui habes feu. atq; Aluarottus recepit in d. c.vni.in fine. Per quos fiat inueſtit.ar.l.penul. ff.de pę. c.odia. de reg.iur.lib.vi.qđ an verum ſit, ſubſiſto. Illud aũt conſtat, q̃ & ſi nulla iuſta cauſa ſubſit, quæ vaſallum eiuſdemue hæredem a ſupraſcripta pœna excuſet: ſi tamen ſupraſcriptis tem

Source : BIU Cujas

porib. elapſis, feudi dominus, vel eiuſdem hæres, vaſallo, vel eiuſdem hæredi īueſtituræ renouationē petenti annuerit: vt ab iiſdem ſolita ſeruitia petierit & receperit: ea re pœnā, quā vaſallus, eiuſdem ue hæres antea incurrerat, ipſi remiſſam videri: eoque nomine in poſterum priuari feudo ſuo non poſſe: quod glo. tradidit, in d.c.i. quo tēp. mil. in ver. & in mēſem. argu. l. poſt diem, ff. de lege commiſſ. & l. fina. in fine. ff. de eo quod certo loco, & Ferra. in Praxi ſua in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in ver. nec ſuperſtitibus, poſt medium, ſecutus eſt, & ego probo, ſi modo dominus, vel eiuſdem hæres ſciens id fecerit. Nam ſi ignorans, vel dubitans id egeſſet, pœnam ſibi commiſſam remiſiſſe non videretur. l. mater decedens, ver. nec enim, ff. de inoffic. teſtam. l. nec ignorans. C. de dona. l. fin. C. de condict. indeb. Idemque eſſet, ſi ab initio dominus proteſtatus ſe iure ſuo ſaluo id agere. argum. l. 2. in fine princip. ff. ſi quis caut. Sed nunquid vaſallus eiuſdē ue, hæres, qui ſupraſcripta debita intra ſupraſcripta tempora præſtare neglexerit, temporibus elapſis moram ſuam purgare poterit? Et ſi domini temporalis vaſallus ſit, non poſſe Aluaro. atque Præpoſitus cenſuere, in d.c.i. Que fuit prima cau. benefic. amitten. partim quia id expreſſa feudalis conſuetudinis lege cautum non ſit, nec legibus clementiores eſſe debeamus, Authentit. de ludic. §. oportet. circa medium. partim, quia communi ſententia traditum eſt, purgationi moræ locum non eſſe, cum diei expreſſe pœna adiecta eſt, l. prima. in princip. verſ. habebit igitur hæres, ibi. niſi forte. ff. de penu leg. vt in præſenti caſu. Si tamen Epiſcopi, Abbatis, vel alterius prelati vaſallus eſſet, æquitate Canonica dictante, poſſe cenſerem, dummodo id ex continenti faceret, id eſt, antequam ſuper feudi priuatione a feudi domino, eiuſdemue hærede in ius vocatus eſſet, arg. c. fin. ver. Emphiteuta. ibi, niſi cleric. de locat. & conduc. quod & Guido papa ex facto deciſum retulit, deciſ. ſua num. 166. Hæc quidem omnia locum habent in illis feudis, in quibus inueſtitura ſemel facta, & fidelitas ſemel præſtita fuit. Cœterum in illis feudis, in quibus illa antea acta non fuerunt, non inueſtituræ renouatio, ſed inueſtitura peti dicitur. Bal. in d. ver. præterea. Nec etiam eis ad inueſtituram petendam, vel fidelitatem præſtandā certum tempus lege feudali expreſſum inuenitur. In huiuſmodi tamen feudis, ſi vaſallus abuſiue antea inueſtitus a domino ſuo, veram inueſtituram promittente, legitime, id eſt, ter interpellatus fuerit, vt fidelitatem præſtet: nec poſtea tribus edictis legitime, id eſt, ſeptem vel decē pluribuſue diebus ſingulis edictis interpoſitis, a curiæ domini ſui paribus, id eſt, con vaſallis citatus iurare voluerit tanquam contumax & ingratus feudo ſibi conceſſo priuari poterit, argu. d. c. vni. §. i. Quæ fuit prima cauſ. benefic. amit. Idque non ſolum in eo vaſallo qui antea abuſiue tantum de feudo ſibi conceſſo inueſtitus fuit: ſed & eo quoque vaſallo, qui antea veram feudi ſibi conceſſi inueſtituram, id eſt, poſſeſſionem accepit, aduerſus Gloſſam. in d. §. i. in ver. conuenti, veram eſſe credo. Quemadmodum enim feudi dominus poſt præſtitum fidelitatis, iuſiurandum præciſe cogi poteſt, vt vaſallum abuſiue & verbaliter inueſtitum antea, in vacuam rei feudalis poſſeſſionem mittat, ca. vni. in fine, de no. for. fidel. ita & viciſſim æquum eſt, vt vaſallus, antea vere inueſtitus præciſe compelli poſſit ex continenti, id eſt, nullo temporis ſpatio indulto, fidelitatem domino ſuo præſtare: vel niſi præſtiterit, a beneficio ſuo cadat. Cæterum circa ſupraſcripta admonendi ſumus, neque inueſtituræ primum facte, neque renouationis eiuſdem nomine feudi domino laudemium ſoluendum eſſe, vt Baldus tradidit, in c. quæ in Eccleſiarum. de conſtit. atque Ioannes Reinaldi approbauit in c. Imperialem. de prohi. feu. alie. per Fridericum.

DE ALIENATIONE BENEFICII generatim ac vniuerſe.

Caput IIII.

Si quoque vaſallus feudum ſibi cōceſſum illicite, ideſt, ſi ſine domini ſui cōſenſu in extraneum alienarit, tamquam ingratus ipſum amittet, d.c. vni. in princip. iuncto verſ. callidis, de prohib. feu. alie. per Frider. c.i. de prohibita feu. alie. per Lothar. Sed quoniam in hoc alienationis feudi articulo conſuetudinis feudalis iura admodum diuerſa ſunt, ea repetere altius, vtile erit. Antiquitus enim in quibuſdam Italiæ partibus vaſallus integrum feudum pro ſuo arbitrio, & ſine domini voluntate alienare poterat, atque eo iure, ſi feudum ſemel alienatum in poſterū recuperari contingebat, in feudi cauſam recadebat. c. vni. in princip. Quid iuris ſi, ſit poſt alie. c. vni. uer. Mediolanenſes, de alienat. feu. In aliis uero Italiæ partibus pro parte tantum feudum ſine domini voluntate alienari poterat: idque per libellum, id eſt, Emphiteuſim, uel pignoris obligationem. c. uni. in i. parte, uer. rurſus. Quib. mod. feu. amit. d. c. uni. in princi. de aliena. feu. & gl. ibidem, in uer. de libello. Quo quidem conſuetudinis iure, ſi in poſterū vaſallum ſine domini uoluntate alienantem, uel eiuſdem hæredem ſine legitimo hērēde mori cōtingebat, a recipiente nec feudi dominum recognoſcere uolente, ad ipſum dominum feudi reuertebatur. Quia alias reuerſum fuiſſet, ſi alienatum non eſſet, idque feudi domino nullo temporis obſtaculo obſtante. d. c. uni. uer. & ſi clientulus. c. uni. in fi. prin. Qualiter olim feu. d. uer. rurſus. Eodem quoque conſuetudinis iure in Eccleſiam, quæ nunquam moritur, partis feudi alienatio in perpetuum fieri non poterat, quāuis in priuato hoc ipſum permiſſum eſſet. c. uni. uer. inde poteſt præſumi: de alie nat. feudi. Nec etiam ſub uiliſſima, ut puta duorum denariorum, penſione partis alienatio ad libellum in perpetuū fieri poterat, quoniam in fraudem facta præſumebatur. d. c. uni. §. donare, in fi. princip. Qualiter olim feu. alie. pot. Alio uero cōſuetudinis iure, neceſſitate impellente, feudi pars inuito domino uendi poterat, d. c. uni. uer. neceſſitate, Qualiter olim feud. aliena. Et rurſus alterius cōſuetudinis iure feudum locari poterat, niſi locatio fraudulenta eſſet. d. §. donare. ibi, licet. Proinde & alterius conſuetudinis iure: ſi vaſallus totū feudum alienaret, cum tantum partē alienare poterat, feudum alienatū apud accipientem eo vſque remanebat, donec vaſallum alienantem, uel eiuſdem hæredem ſine hærede decidere contingebat. Quo caſu adueniente, ad dominum redibat. c uni. in fi. Apud quem, uel apud, &c. Denique & alia conſuetudine proximo agnato feudi paterni alienati redemptio, pro equali p̄cio cōceſſa fuit, ſi alienationi antea nō conſenſerat, uel in poſterum annali ſilētio (cum ſciret) uel expreſſa refutatione ab eo beneficio excluſus non erat. Agnatis uero non extantib. eadem redimendi facultas feudi domino concedebat. d. §. donare. uerſicu. porro. Cum ergo harum omnium conſuetudinum, ſimilimūque diuerſitas in ſingulis Italiæ ciuitatibus & curiis, circa feudi alienationem multarum & diuerſarum ſēntiarum cauſa eſſet, d. c. uni. in princi. Qualit. olim feu. alie. Cumque ſub iſtarum cōſuetudinum umbra, vaſalli fraudes, & callidas feudorum alienandorum machinationes excogitaſſent, ut eis obuiam iretur, atq; Imperii honor expeditionū utilitas conſeruaretur, ſupraſcriptis omnib. alienandoꝝ feudorū conſuetudinib. reiectis, nouiſſime Fridericus Imperator omnem omnium feudorum alienationem generaliter prohibuit, conſtituitque in poſterum, feuda neque in totū, neq; in parte, neq; aliquo alienationis diſtractionisq; genere ſine dominorū uoluntate alienari poſſe, eoſq;, qui contra fecerint, feudo alienato priuauit, atque tabellionem, qui ſuper alienatione facta inſtrumentum ſciens conſcripſerit, amiſsionis officii & infamiæ, & mutilationis manus pœna affecit. Quinimo & feudorum alienationes prius factas reuocauit: nullius que temporis præſcriptionem eis, vel aliis in poſterū futuris prodeſſe voluit. c. Imperialē, in prin. de prohi. feu. alienat. per Frederi. Quā quidem conſtitutionem in feudo tam perpetuo quā temporali locum ſibi uēdicare, aduerſus Hoſtienſem, ī ti. de immu. Eccleſia. §. in quātum. ver. ſed nec illa immunitas. atque Panormitanū, in c. fi. col. 3. de feu. verius eſt. Hęc quidē & ante ſupraſcriptā Frederi. Imperatoris cōſtitutionē, Lotharius Imperator, minus tū plene, cōſtituerat in c. i. de proh. feu. alie. per Lothar. atq; ēt antiqua feudorū cōſuetudo in feudo in Domini curte, vel extra ſito receperat. c. uni. §. fi. in fi. Quib. mod. feu. ami. ti. 1. Si ergo vaſallū contra ſupraſcriptā Imperatorum prohibitionem, integrū feudum quouis mō alienare contigerit, ipſum integrū feudum amittere, dubium non eſt: Sed an feudi parte tm̄ alienata, totum feudum amittatur, dubitatur. Nam totū feudū amitti Bal. putauit in d.c. vni. Qual. olim feu. al. po. ēt ſi minima rei feudalis portiuncula alienata fuerit. Sed hoc caſu partē alienatam tm̄ amitti, Gl. in d.c. vni. ver. amitti, de prohi. feu. ali. per Fred. cenſuit. per tex. in c. vni. de vaſal. qui cōtra conſti. Lotha. Quod & ego poſt Panormitanum, in d.c. fi. de feu. col. 2. probo, ēt ſi maior feudi pars alienata fuerit. Nā pœnā cum delicto cōmenſurari cōuenit, ar. l. ſancimus. C. de pœnis. Ob illicitam autem alienationis cām, integrum feudum vel pars alienata vſq; adeo hodie amittitur, vt vaſallo non proſit, etiam ſi ipſum in poſterum, vel partem alienatam & ſemel traditam, ex continenti recuperet. d. c. vni. in fi. prin. Quid iuris, ſi poſt alienat. Alienatione. n. facta ſtatim feudum, vel pars alienata in commiſſum cecidit. Alua rot. in d.c. in prin. Quid iuris, ſi poſt alienat. atque culpa commiſſa per traditionem obſequentem pœnæ executionē ſecū traxit. Bal. in d.c. vni. in prin. quā in poſterum remitti feudalis conſuetudinis rigor non patitur, licet forte Canonica æquitas aliud expoſtulet. Speculator, in ti. de loca. §. nunc aliqua, de Iure emphiteutico. ver. 96. queritur. ar. c. ſi quis presbyterorum, in fi. princi. de re. Eccleſ. alie. vel non.

DE

DE BENEFICII ALIENANDI FORMIS, vt permutatione, oppignoratione, pro annuo reddítu obligatione, in ſolutum datione, locatione, ad pias cauſas donatione, in dotem datione, eaque ſpecie alienationis, quæ ſit ob vrgentem neceſſitatem.

Caput v.

A Deo autem Omnis feudorum alienatio hodie prohibita eſt, vt vaſallum nec feudum permutare poſſe, Spe. in ti. de feu. §. quoniã. ver. 32. quæritur, atque Alua. in d. c. vni. de prohi. feu. ali. per Fed. putarint: quibus & ipſe accedo. Nã alienationis verbo, & permutatio cõtinetur. c. nulli, ver. alienationis, de reb. Ecc. alie. vel non. Et quãuis Eccleſiæ res, quæ generaliter alienari prohibitæ ſunt, l. iubemus, in fi. cta auth. ſeq. C. de ſacroſanct. eccle. certis caſibus alienari poſſunt, auth. ſed & permutare, cũ duab. ſeq. C. c. tit. feudalem tamen rem ſine domini conſenſu nullo caſu permutari poſſe crediderim. Quia rei feudalis directum dominium apud dominum permanſit: quo ſine facto ſuo dominus priuari non poteſt. l. id quod noſtrum. ff. de reg. iuris. Nec etiam pignori vel hypothecæ feudum obligare vaſallus ſine domini ſui cõſenſu poterit. d. c. vni. in prin. ver. pignorare. de prohib. feu. ali. per Fed. & gloſ. ibidem. Idque tam in parte feudi, quam integro feudo hodie verum eſſe, aduerſus Gloſſam, in d. c. vni. de alienat. feu. ĩ ver. de libello, Sẽtio. Alienationis enim verbo, hypotheca vel pignoris nexus ꝓtinetur. l. ſancimus. C. de reb. alie. nõ ali. ſed cum pignus in debitoris dominio remaneat. l. pignus. C. de pignor. actione. Cumque vaſallus feudum ſuũ hypothecando eiuſdem poſſeſſionem in creditorem nõ trãſferat: æquum eſſe videtur, vt eatenus feudi pign⁹ vel hypotheca permittatur, quatenus certa luendi & redimendi ſpes ex vaſalli pignorantis vel hypothecantis parte ſubſit: quod & Baldus probaſſe videtur, in d. l. ſancimus. Sed & æquius eſt, feudi fructus pignorari uel hypothecari poſſe, licet feudum ipſum non poſſit: quod & Iaſon, in l. 2. C. de iure emph. ꝓbauit, & ipſe recipio. Sed & feudum ipſum etiam integrum domino ſuo vaſallum pignori vel hypotheca obligari poſſe, nulla dubitatio eſt, cum dominus ipſe ei rei ſatis conſentire credatur: quod & Bal. Aluaro. cæterique, in d. c. uni. de ꝓhib. feudi alienat. per Fed. & Pontificii in c. i. de feu. ſine cõtrouerſia merito tradiderunt. Vt ergo neceſſitatibus feudi occaſione vaſallo emergentibus ſubueniatur, vt puta vaſallus dominum ſuum in expeditionem ſequatur, feudum etiam extraneo pignori uel hypothecæ obligari poſſe crederem: qđ & Baldus antea ſenſit, in l. 2. C. communia de legat. Sed ſi ſecundum ſupraſcripta vaſallus ſine domini ſui conſenſu feudum ſuum regulariter hypothecare non poteſt: conſequens eſt, vt nec ſine domini ſui uoluntate penſionẽ, ſeu redditum annuum ſuper eo conſtituere poſſit: quod & Guido Papa ex facto deciſum retulit. deciſ. 183. & ipſe probo. Nec a fortiori vaſallus feudum ſuum in ſolutum dare poterit: quod & Bal. tradidit in d. c. vni. de prohib. feu. alie. per Fede. Datio enim in ſolutum alienationis ſpecies eſt, ac quæ venditioni ęquipara tur. l. apud Celſum. §. ſi quis. uer. authoris. ff. de doli mali exc. Sed an feudum locare vaſallus poſſit? Et ad modicum tꝑs, puta quinque vel nouem annos, poſſe arbitror. Alienatione enim prohibita locationem ad modicum tempus prohibitam non cenſeri, Iaſon recte tradidit in l. 3. C. de iure Emphyteu. argumen. Clemen. j. de reb. Eccle. non alien. niſi forte in tam potentem rei feudalis locatio fieret, vt eam non facile recuperandi, timor eſſet. Bal. in l. manumiſſiones. C. de iuſtit. & iure. Cæterum ad longum, vel longiſſimum tempus, vt puta 10. vel 20. vel 30. uel plurium annorum uaſallum regulariter feudum alienare non poſſe aduerſus Iaco. Fabri, in §. adeo. Inſtit. de locat. & conduc. crederem. Huiuſmodi. n. locationem (cum proprie emphyteuſis ſit) veram alienationis ſpeciem eſſe, Panormitanus in c. ad audientiam, de rebus Eccle. alien. uel non, atque Fel. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. recte ſenſerunt. d. l. fi. uer. ſimilique modo. C. de reb. alien. non alien. Idque verum eſſe Bald. tradidit, in d. c. uni. de proh. feu. alie. per Fed. etiam in locatione expreſſe actum probaretur, ne utile dominium penes vaſallum, locatorem exiſtens, in conductorem transferetur. Quam ſententiam aduerſus Felinum, in d. c. quę in Eccleſiarum, ipſe recipio. Sed nunquid uaſallus ſine conſenſu domini feudo ſuo ſeruitutem, uel acquirere, vel imponere poteſt? Et acquirere quidẽ certum eſt, imponere uero non. item cap. uni. §. ex contrario. de inueſt. de re alie. fa. Seruitutis enim acquiſitio, feudi conditionem meliorem facit: Seruitutis uero impoſitio, deteriorem. Cum itaque feudi alienatio generaliter prohibita ſit: ſeruitutis conſtitutio in eo prohibita intelligetur. d. l. fin. ver. ſimiliq; modo, C. de reb. al. nõ alie. Et ideo ſi forte vaſallus feudo ſuo ſeruitutem imponi paſſus fuerit: uaſallo quidem donec feudum poſſederit, ſeruitus impoſita obeſſe poterit: legitimis vero ſucceſſoribus, ad quos inteſtatę ſucceſſionis iure feudum in poſterum pertinebit, uel domino ad quem ĩ poſterum ex aliqua cauſa feudum reuerti contigerit, non nocebit: etiamſi per longiſſima tempora perdurarit. d. cap. uni. in fi. princ. de inueſt. de re alie. facta. Si quoque ſeruitio a vaſallo hominib. feudo ſubiectis remiſſo, feudum in poſterum ad dominum reuerti contingat: tali remiſſioni dominus ſtare nõ cogetur. Do. in d. c. vni. in fine princ. de inueſt. de re alie. facta. Si ergo ſecũdum ſupraſcripta uaſallus ſeruitutem, uel vrbanam vel ruſticam feudo ſine domini uoluntate imponere non poſſet: cõſequens eſt, ut nec in eo vſumfructum, ſine domni ſui voluntate conſtituere poſſit. Do. in d. cap. uni. de prohi. feu. alien. per Fed. Rerum tamen feudalium fructus pro tempore, quo feudum apud eum remanebit, uaſallus uendere poterit: Aluaro. & Prępoſitus in d. cap. uni. de prohib. feu. alie. per Fed. Adde quod ſicuti antiquitus, cap. uni. §. donare. qualiter olim feu. amitt. ita & hodie uaſallus feudum ſuum uel alteri donare, uel ĩ animæ ſuæ ſalutem Eccleſiæ, Xenodochio, aliiſque piis locis legati, uel fideicommiſſi titulo ſine domini ſui conſenſu relinquere non poterit. d. capi. uni. in prin. ibi, uel pro anima iudicare. de prohibi. feud. alie. per Fed. Et quemadmodum olim uaſallum feudum ſuum in dotem filiæ ſuæ dare non potuiſſe conſtat. §. donare. ita nec hodie poſſe, poſt gloſſam, in verbo alienandi, ibi, nec feudum. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſt. omnes uno ore ſenſerunt, in d. §. donare. Et recte: Datio enim in dotem vera alienationis ſpecies eſt: nam res in dotis cauſam data penes dantem non remanet, ſed per traditionem in accipientis dominium tranſit etiamſi a patre filię in eiuſdem poteſtate exiſtenti, tradita ſit. l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciſc. ita tamen, ut matrimonio conſtante mariti eſſe dicatur. l. doce ancillã, C. de rei vendicatione. Ex quo colligere licet, patrem feudum ſuum filię ſuæ in dotem ea lege dare non prohiberi: vt poſt mortem ſuam feudum ad legitimos ſucceſſores, ſi qui ſuperſunt, uel his deficientibus ad dominum ipſum reuertatur; quod & Iohannes Andreæ, in cap. 2. de feu. & ibidem Panormitanus, Fely. in d. cap. quæ in Eccleſiarum. atque Bal. in d. cap. vnico, in prin. de prohib. feu. alien. per Fed. ſenſerunt, & ipſe probo. cap. Imper. de donat. inter vir. & vx. cum in iure ſcripto dotis cauſam ſemper & vbique præcipuam eſſe conſtat, l. j. ff. ſoluto matr. Authen. res quę. C. communia de legat. Sed an propter famis, vel aliam neceſſitatem vaſallus feudum ſuum ſine domini ſui conſenſu alienare poterit? Et non poſſe Bal. tradidit, quem alii ſine controuerſia ſequuti ſunt in d. c. vni. Qual. olim feu. alien. po. per tex. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſt. Verum ego traditionem ita temperandam exiſtimo, vt vera ſit, ſi neceſſitas, quam vaſallus patitur, non ita vrgens ſit. Quamuis enim uaſallus feudum ſuum alienando directo domino quod penes dominum remãſit, ſe non immiſceat: quia tamen feudi dominus in feudo ſuperioritatis ius habet: hoc caſu vaſallum ſine eiuſdem conſenſu feudum ſuum alienare non poſſe probabile eſt. arg. c. ſi quis propter neceſſitatem, de furt. Verum ſi fames ſit, vt niſi eidem ꝑ feudi alienationem ſubueniretur vaſallo, vel prolibus, vel eiuſdem vxori vitę periculum adferre poſſit: hoc caſu vaſallum ad huiuſmodi neceſſitati ſubueniendum, feudum ſuum impune alienare poſſe crederem. Nam & vidimus huiuſmodi neceſſitatem actum alioqui improbiſſimum, probabile reddere. l. fi. C. de patrib. qui fil. diſtrax. l. vt vim, ff. de iuſt. & iure. clem. vni. in princ. de homicid. volunt. vel caſ. Ergo & alienationis actum non ita probabilem, reddit probabilem.

DE TRANSACTIONE SVPER FEVDO, de in arbitrum, & arbitratorem compromiſſo: de alienatione, quæ ipſo iure nulla: de ea, quæ a domino fit.

Caput vi.

Sed nunquid Vaſallum ſine domini ſui conſenſu cum aduerſario ſuo ſuper feudo tranſigere dicemus? Et poſſe omnes vno ore ſenſerunt, ſi modo tranſigendo feudum penes ſe retineat, vel apud aduerſarium ſuum priſtinum poſſeſſorem relinquat, argu. l ſi pro feudo. C. de tranſactioni. Si tamen vaſalli iura liquida eſſent: hoc caſu ipſe ſine domini ſui licentia tranſigendo feudum ſuum penes aduerſarium ſuum relinquere non poſſet. Quia fraus præſumeretur Iacobinus in tracta. ſuo, de feud. in ver. & cum puto. de non alien. col. 5. Cæterum, an feudum ſuum in aduerſarium ſuum, vel alium trãsferendo, vaſallus

ſine

Source : BIU Cujas

ſine domini ſui venia tranſigere poſſit, magnopere dubitatur. Sed reiectis Doctorum noſtrorum lōgis inuolucris, in d. c. Imperialem, cap. vni. de controuer. inter vaſal. & alium de benefi. ipſum etiam in domini ſui ſuorumque legitimorum ſucceſſorum præiudicium tranſigere poſſe crederem: dummodo ſine fraude, id eſt, ex probabili dubiæ litis timore id ageret. d. c. vni. ibi, vel cum aduerſario. de cont. int. vaſa. & aliū. c. vni. §. vaſallus, in fi. ſi de feu. defun. Pecunia autem a vaſallo tranſactionis nomine recepta, non feudi, ſed ipſius propria erit. d. §. ſi vaſallus, in fin. Adde etiam vaſallum ſine domini ſui conſenſu ſuper feudo in arbitros compromittere poſſe. Quia conſuetudinis feudalis lex arbitros de feudali controuerſia cognoſcere: eamque ſua ſententia decidere, permiſit. c. vni. in fi. prin. ver. ſi autem, in ver. vel arbitro. de leg. Contra. c. vni. ibi, vel arbitrum. de inueſt. in mar. facta. c. vni. ibi, vel arbitro. An apud iud. vel iur. dom. quod & Hoſtiē. in ſua Summa, in tit. de arbitris. §. de qua re, ver. ſed nūquid vaſallus. Spe. in tit. de arbit. §. reſtat. ver. ſed nunquid vaſallus, & alii frequētiori calculo tradiderunt, & Iacobinus merito ſecutus eſt in d. loco. In arbitratorem autem vaſallum ſine domini venia ſuper re feudali compromittere non poſſe, omnes ſine controuerſia ſenſerunt, in d. ver. ſi autem. tum quod coram arbitratore iudicium nullum ſit. Do. in c. Quintauallis, de iureiu. & in l. j. ff. de recept. arbit. tum quia lege feudorum nulla arbitratoris mentio facta inueniatur. Sed quod ſ. traditum eſt, vaſallum propter alienationē a ſe illicite factam, feudo ſuo priuari: an eo caſu locum ſibi vendicabit, quod alienatio viribus non ſubſiſtit? Et non vendicare. Bal. in l. 2. C. de Epiſc. aud. atque Aluaro. in cap. vni. de alienat. feudi. exiſtimarunt. Quum ex nihilo nihil ſubſequi ſoleat. Sed ego cōtra ſentio: nam alias Federici Imperatoris cōſtitutioni, priuationis feudi pœnam vaſallo imponenti locus non eſſet: Cum conſtet eam omnes alienationis feudi ſpecies tam præteritas quam in poſterum futuras annullaſſe, atque in irritum deduxiſſe, d. c. Imperialem, in prin. ver. nos autem. Quamuis ergo feudi alienatio ſine domini cōſenſu in extraneum facta ex ſuprascriptæ conſtitutionis diſpoſitione viribus non ſubſiſtat, ea, quæ in Eccleſiarum. in 2. par. de conſt. quia tamē propter recuperandi difficultatem, domini intereſt eam factam nō eſſe: ideo ſuprascripta conſtitutio vaſallum eam de facto & īutiliter celebrantem, amiſſionis feudi pœna punire voluit. Sed quid è contra, an dominus ſine vaſalli ſui voluntate, feudum ipſum alienare poterit? Et non poſſe certum eſt: quoniam vaſalli intereſt non mutari dominum. cap. vni. §. ex eadem lege. de lege Conradi. d. cap. Imperialem. §. firmiter. in fi. cap. 2. Quo tempo mil. inueſt. pet. deb. Si tamen dominus totam Curiam, ſeu territorium alienaret, hoc expreſſim acto, vt feudalia etiā iura vna cum curia alienarētur. hoc caſu feudi alienatio a domino, etiam vaſallo incōſulto atque inuito, facta, valeret. d. §. ex eadem lege. cap. vni. in princip. de cap. qui cur. vend. Sicut & vice verſa feudi alienationem a vaſallo etiam ſine conſenſu domini factam viribus ſubſiſtere crediderim, ſi vaſallus generaliter cum omnibus aliis ſuis bonis feudum ſuum nominatim alienarit. cap. vni. §. licet vaſallus, ver. generali, Si defeu. defun. Multa enim per veniuerſitatem tranſeunt, quæ ſola alienari non poſſent. l. quidam. ff. de acq. re. do. l. 2. ff. de fundo dota. Sed ſi regulariter dominus ſine vaſalli ſui conſenſu feudi ius alienare non poteſt: cōſequēs eſt, vt nec vaſallum inuitum alteri delegare poſſit. arg. tot. tit. ff. de nouat. & deleg. Operarum tamen vſus, ſeu commoditas, ſicuti & in liberto, ita & in vaſallo, eo etiam inuito & in conſulto, alteri delegare poteſt: citra tamen mutationem vt patroni, l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. vel domini: hoc eſt retēto nihilominus iuramenti vinculo. Quod enim onus vaſallo iniungetur, ſi operas, quas mihi præſtaturus eſt, alteri, me iubente, præſtet? Quid ergo ſi dominus ſine vaſalli ſui voluntate, contra legis feudalis prohibitionem, feudum alienet: an proprietate ſua priuetur? Et non priuari, Bal. recte ſenſit, in cap. 2. Quamuis enim contrarium eadē ſit diſciplina, §. i. ver. videmus. Inſt. de his, qui ſui, vel alie. iuris. atque ex omni felonia, qua vaſallus feudo priuatur, dñs proprietate ſua priuet, c. vni. Qual. dom. pp. feu. gl. in c. vni. de for. fi. hac tñ in re non idē in dño, qđ in vaſallo rñdebim⁹, cū diuerſa rō aliud ſuadeat, atq; interpretatiōe legū pœnę molliē dæ potius quam exaggerandæ ſint. l. penult. ff. de pœnis, cap. odia, de reg. iur. lib. 6. Si enim rei emphyteuticæ dominus, & dominium ſuum directum ſine emphyteutæ conſenſu alienando, a iure ſuo non cadit: vt Doctores noſtri vno ore faſſi ſunt, in l. 3. in fi. C. de iure emphyt. Cum tamen emphyteuta ſine domini ſui conſenſu meliorationes ſuas vendendo, & ius ſuum emphyteuticum in alium transferendo, iure emphyteutico cadat. d. l. 3. in fine. Quanto minus feudi dominus, feudum ipſum ſine vaſali ſui conſenſu alienando, proprietate ſua priuabitur: cum feudi dominus, minus debeat vaſallo ſuo, quam rei emphyteuticæ dominus emphyteutę ſuo. Si quidem hic vel precio ſtatim ab initio numerato, uel annuam penſionem præſtando, rem emphyteuticam a domino ſuo conſecutus ſit, l. 2. & ibi Doct. C. de iure emphy. ille vero feudum ſuum gratis conſecutus ſit. d. cap. j. in fine. de feu. da. in vic. leg. commiſſ. Proinde lōge iuſtior ea pœna eſt, quæ ob feloniam commiſſam delinquenti infertur: quam quæ propter alienationem factam, alienāti imponitur: ideo que ad feudi dominum facilius extendi potuit.

DE NECESSARIA BENEFICII EXTRAneo facta traditione, vt illius adimendi ſpecies locum habeant: & de iis, quorum conſenſus, approbatioque ad alienationem requiritur: & de ratihabitione tacita & expreſſa.

Caput vij.

QAeterū admonēdi ſum⁹ ī ſupra ſcriptis omnibus alienationis ſpeciebus vaſallum ſine dñi ſui conſenſu feudum ſuum alienantem, feudo alienato nō antea priuari, quam alienatione antea celebrata, ad traditionem realem, id eſt, corporalem poſtea proceſſerit: quod & Bal. tradidit in cap. vni. in princ. verſ. aut ſi libellario. Quib. mod. feu. amit. Nam traditionibus, nō nudis pactis rei feudalis vtile dominium, poſſeſſioque trāsferuntur. l. traditionibus, C. de pact. Cum ergo conſtet, q̄ eam rem generaliter, quam poſſidemus noſtro nomine, poſſim⁹ alieno nomine incipere poſſidere, l. quod meo, in princ. ff. de acquir. poſſ. Conſequens eſt, vt idem fore cenſeamus, ſi vaſallus illius, in quem feudi alienatio facta eſt, nomine feudum alienatum, ſe poſſidere conſtituerit: quod poſt Paulum de Caſtro, in l. j. §. ſi rem. ff. depoſiti, Iacobinus merito probauit in tractatu ſuo, de feud. in ver. & cum pacto de non alienando, col. 3. Admonēdi quoque ſumus ſuprascripta omnia eo caſu locum ſibi vendicare, quo feudi alienatio in extraneū facta eſt. Nam in eum vel eos, qui alias tāquam in proximiori gradu exiſtente vaſallo defuncto inteſtatæ ſucceſſionis iure feudum cōſecuturi eſſent, vaſallus etiam ſine domini ſui voluntate feudum ſuum alienare nō prohibetur, quoniam ea alienatio refutatio potius quam alienatio dicenda eſt. c. vni. ī prin. ver. & licet. de ali. pater. feu. Ex quo colligi poteſt, quòd ſi feudum, de quo ageretur, nouum eſſet: non niſi in filios, aliosſque deſcendentes alienari poſſet, in agnatos vero non item. d. verſ. & licet. Quoniam inteſtatæ ſucceſſionis iure feudum nouum agnatis non defertur. in cap. vni. §. i. ver. ſin autem, de his, qui feu. dare poſſ. cap. vni. in prin. de benefi. frat. Verum in extraneum non niſi domini voluntate, feudi alienatio permiſſa eſt. ca. vni. in prin. ibi, ſine permiſſione. de prohib. feu. alienat. per Federi. in ver. ſi vero, in prin. Quinimmo & ſi legitimi feudi alienandi ſucceſſores ſuperſint, eorundem quoque conſenſum in eam rem accedere oportet. Quoniam certa ſpes eſt, feudum ad eos aliquando peruenturum. cap. vni. in prin. de alien. pater. feu. Et ideo, ſi ex domini voluntate, præter tamen legitimorum ſucceſſorum conſenſum, feudum in extraneum alienatum fuerit: poterunt legitimi ſucceſſores huiuſmodi alienationem intra 30. annorū tempus reuocare. gloſſa communiter approbata in cap. ſiqs, ver. Titius, in fi. in ver. per annum. Si de feu. defun. conten. ſit. Si vero nō in extraneū, ſed in remotiores ſucceſſores, præter proximorum ſucceſſorum conſenſum, feudum alienatum fuerit: non niſi intra tempus anni ex ſcientiæ demum die computandi, alienatio facta reuocari poterit. d. uer. Titius, & glo. ibid. Idemque a fortiori erit, ſi in vnum tantum ex eis, q̄ proximum ſucceſſionis gradum ſimul obtinent, præter reliquorum conſenſum, feudum alienatum fuerit. arg d. ver. Titius. Nam reliquos in eodem gradu exiſtentes, qui in eam rē conſenſum ſuum non accommodarunt, huiuſmodi alienationem præter ſuum conſenſum factam pro illis portionib. quas alias vaſallo defuncto proximitatis nomine conſecuturi erant, reuocare poſſe, Bal. exiſtimauit. in cap. vni. de vaſal. q̄ contra conſtit. Lothar. arg. d. verſi. Titius. Sed quid, ſi ex omnium proximiorum cōſenſu, feudum in remotiores alienatum fuerit: idque præter eorum conſenſum, qui intermediis gradibus conſiſtunt: an alienatio factā ab eis reuocari poterit? Et poſſe Iacobinus, in prædi. loco, poſt Aluarottum, in cap. vni. in prin. de alie. pater. feu. putauit, argum. d. ver. Titius, quod & ego probo. Cum enim ipſorum quoque interſit, eorundem ſimiliter conſenſū requiri debere ratio dictat, ar. l. fi. in fi. de author. præſt. Sed an ſuprascriptis omnibus, ſimilibusque caſibus, quibus vel domini, vel legitimorum ſucceſſorum conſenſus ad feudi alienationem neceſſarius eſt: eorundem

Source : BIU Cujas

rundem consensum alienationem factam subsequi sufficit: an alienationem factam precedere debebit? Et sufficere, putaui, si eam sublequatur. d. cap. vni. in prin. ibi, vel postea ratum habentibus. de alienat. pater. feudi. quod & Andreas de Isernia merito probauit in d. cap. vni. de prohi. feudi alienat. per Fede. Ratihabitionem enim retrotrahi, & mandato cõparari, certum est. l. ti. C. ad S. C. Macedonianum. Sed vt feudũ ex domini, vel legitimorum successorum consensu alienatũ dicatur: an eorundem expressus cõsensus necessarius erit: an tacitus sufficiet? Et tacitum sufficere, Glossa existimat, cap. j. in versi. permissione, de prohib. feudi alienat. per Loth. quã huius argumenti Interpretes communiter secuti sunt, in d. cap. j. Ego aduersus Ioannem Rainaldi, & Bertrandum Capreolam, in d. cap. Imperialem, eam sententiam veram esse credo: si vel feudi dominus, vel legitimi successores ipsi alienationi interfuerint: & cum contradicẽdo alienationem ipsam impedire potuerint, tacuerint tamen: Hoc enim casu præsentia scientiaque domini, uel legitimorum successorum una cum taciturnitate tacitum eorum consensum inducũt. regula, qui tacet. de reg. iur. lib. 6. & Dyn. ibid. gl. communiter approbata, in l. Caius. ff. de pigno. actione. Verum si uel feudi dominus, uel legitimi successores alienationi non interfuerint, etsi eam celebrandam præsciuerint, uel postea celebratam itellexerint, nec contraxerint, sed tacuerint, ea patiẽtia, & taciturnitate alienationi uel celebrãdæ, uel celebratæ cõsensum suum adhibuisse non credentur. Bart. in l. quo enim. uer. rem rat. habe. Hocque casu Iohannis Reinaldi, & Bertrãdi opinionem ueram esse puto. Illud autem constat, consensum a domino ĩ feudi alienationem præstitum, ipsi in dñio directo nullum præiudicium adferre: Cum constet uasallũ in iuris sui alienationem tantummodo a domino suo consensum requirere, quod Andreas de Isernia tradidit, in d. ca. uni. de prohib. feudi alienat. per Fed. & Aluarottus, in d. capi. unico. aduersus Baldum, in capitu. unico. §. præterea, Quibus mod. feud. amitt. merito recipit.

DE IIS CASIBVS, κατὰ τῶν ὑποθέσεων, QVIBVS BENEficii alienatio sine consensu domini, a beneficiario, etiam in extraneum recte fieri potest.

Caput viij.

Oeterum si in feudi inuestitura dominus hæc verba expressisset: Hanc rẽ tibi in feudum cedendo, pro te, tuis successorib. & quibus concedere seu in quos alienare volueris: vasallum etiam in extraneum, & sine domini sui consẽsu feudum taliter sibi concessum impune alienare posse, Baldus, in l. j. quæst. 45. ff. de rerum diuisio. atque Salycetus, in l. fi. ff. de iure emphy. tradiderunt, quod & Iacobinus in tract. suo, in versi. ita quod ipse vasallus, aduersus Speculatorem, in tit. de locat. §. nunc aliqua, versi. nonagesimo quarto quæritur, recepit. Et recte: Vt enim supra scripta verba aliquid operẽtur, per ea uasallo liberam alienandi uoluntatem a domino tacite cõcessam, intelligere debemus. Idem sine dubio censendum esset. si feudi dominus in inuestitura hæc verba protulisset: Concedo tibi hanc rem in feudum, ita quod tu hæredes tui, & cui donare concedereue uolueris, ipsum habeant & possideant, cap. vni. De feu. non haben. prop. Secus foret, si feudi dominus ita dixisset: Et cui in feudum dare voleris. Hoc enim casu feudum cõcessum propriam feudi naturam haberet: illo vero non item. Si quoque vasallus sine domini sui licentia feudum suum in extraneum, hac conditione adiecta, alienarit: Si domino meo placuerit, vel saluo domini mei beneplacito, a supra scripta amissionis feudi pœna excusabitur: quòd Bal. tradidit, in cap. vni. §. hoc quoque, de succes. feudi. atque Iacobinus ex facto quondam sibi proposito se respondisse, atque obtinuisse retulit, in tract. suo, in versi. & cum pacto de non alienando. Conditio. n. actum, cui adiicitur, suspendit, eiusdem defectus ipsum vitiat, l. cedere diem, versi. vbi sub conditione. ff. de verb. significa. l. qui absenti. §. i. ff. de acquir. poss. Et ablatiui absolute positi, in cõditionis vim resoluuntur. l. a testatore. ff. de condit. & demõ. A supra scripta etiam amissionis feudum pœna vasallus excusabitur, si sine domini sui consensu his verbis feudũ alienauerit: Vendo tibi feudum meum in quantum de iure possũ, & non aliter. Baldus in d. versi. hoc quoque. Idemque esset, si hęc verba exprimeret: Vẽdo tibi feudum meũ, domini mei, & meorum legitimorum successorum iure saluo: & subiiceret, Et non aliter, alioue modo vendere intendo, Bal. in cap. vni. §. fi. in fi. Quę fuit prima cau. benefi. amittẽ. Nisi forte in eum alienarit, a cuius manib. feudi possessio, vel nullo modo, vel difficulter recuperari posset. Hoc enim casu ĩ vasallo sine domini sui consensu alienante, & tradente fraus præsumeretur: quæ supra scripta pœna puniretur. Bald. in d. § hoc quoque. & Aluaro in d. cap. vni. in prin. de prohib. feu. alie. p Fede. Protestatio enim, quæ cõtrario protestantis facta tollitur, protestanti prodesse non potest. Ioannes Andreæ, & Docto. in cap. ea te. de iureiuran. Et ideo si vasallus domini sui honore saluo, feudum suũ sine eiusdem cõsensu alienaret, & traderet: a supra scripta pœna non excusaretur. Idemq; esset, si domini sui consensu saluo, feudum suum alienaret & traderet. Quia ante alienationem, vel in ipso alienationis actu domini sui consensum requirere tenetur. Bald. in l. vni. C. de his, qui pœnæ nom. Idem denique, si simpliciter domini sui, vel legitimorum successorum suorum iure saluo, feudũ suum alienaret & traderet, vt Bald. in d. cap. vnico. §. fin. in fi. Quæ fuit prima causa benefic. amitt en. tradidit, & Panormitanus retulit, in ca. 2. de feudis. Porro si vasallus feudum suũ, feudum esse ignorans, sed allodium credens, alienarit: eo nõ priuabitur. cap. vni. §. si vasallus, in princ. Si de feu. defun. cõt. sit. cap. vni. in princ. de controuer. inter domi. & empt. feud. Quod verum intellige, si probabili, vt puta alieni facti ignorantia vasallus dictus feudum suum alienauerit, ad l. fi. ff. pro suo. Verum si facti proprii, vel iuris ignorantia ductus, vasallus id feciſſet, a supra scripta amissionis feudi pœna nõ excusaretur. argum. l. quisq. C. de rescin. vend. l. Constitutionis. C. de iuris & facti igno. Quod verum esse Bal. atque Aluarot. voluerunt, in d. cap. vni. de controuers. inter dominum & vas. etiam si vasal. vel viginti quinque annorum minor, vel miles, vel mulier fuerit. Sed contrarium Glos. sensit, in d. cap. vni. in ver. Igno. in fin. quam aliis frequentiori calculo secuti sunt in d. cap. vni. Ego Baldi & Aluarotti sententiam veram esse putarim si supra scriptæ personæ facti sui proprii, nec admodum antiqui ignorantia ducta feudum suum alienasset: vt puta cum sua industria ipsum antea acquisiuissent. argũ. l. plurimum. ff. de iuris & facti ignor. Verum si iuris errore ductæ, hoc feciſſent, contra censerem. Nam non solum in dãno vitando, de quo hoc casu agitur: sed & lucro quoque captando ipsis ius ignorare permissum. l. regula, in princ. ff. de iuris & facti ignorant. Sed si de vasalli ignorantia dubitetur, an ea in re ipsius iuramento standum erit? Et standum esse certum est, si a feudi domino ipsi legitimè prius delatum fuerit. argum. d. cap. vni. ibi, si vasallus iura. pot. & argum. §. item si quis, Instit. de actionib. Sed non aliter dominus vasallo iusiurandum deferre cogetur, nisi aliquibus coniecturis vasalli iuuetur. Docto. in d. ca. vni. Vt quia defuncto vasallo, qui diu non seruierat, successit, argum. l. qui in alterius. ff. de reg. iuris. Cœterum si aduersus vasallum præsumptiones aliter extarent: vt quia a feudi domino pro seruitiis aliquando requisitus fuisset, iusiurandum non esset: ne periurio viam aperiri contingeret: quod Iacob. de Beluso, Andreas de Isernia, & reliqui recte senserunt, in d. cap. vni. Vbi autem feudum a vasallo ignoranter alienatum constat: emptoris abitrio & electioni committitur, vt ipse vel vasallo authori suo, vel si maluerit domino restituat idque siue a domino, siue vasallo cõuentus fuerit d. cap. vni. de contruer. inter dom. & vasal. Si tñ vasallo restituat, ab eo etiam inuito vel precium numeratũ, vel id quod sua interest, consequetur. d. versi. vasallus. in prin. in cap. vni. si de feu. defun. contr. Sin domino restituat, nec a vasallo nec a domino quicquam consequetur. sibique imputabit, quod vasallum cum suo dispendio dimittere: atque dominum sine emolumento eligere maluerit. argum. l. quod quis. ff. de reg. iur. Poteritque hoc casu vasallus feudum a domino suo recuperare: quia per alienationem ignoranter factam, ipsi apertum non fuit: tumque emptor aduersus vasallum ad precium numeratum consequendum, regressum habebit, vt Bald. eleganter censuit in d. cap. vni. argum. l. bonam fidem. ff. de actionib. & obligat. Denique si alibi ea specialis consuetudo inoleuerit, vt vasalli feuda sua, etiam in extraneos, & sine domini sui cõsensu libere & ĩpune alienare possint, valebit: & supra scriptæ Imperatoris Federici constitutioni ĩ eo loco, in quo inoleuerit, derogabit. ar. l. de quib. ver. inueterata. ff. de legib. iuncta l. sed ea, ff. eod. Nec huic decisioni Imperatoris Fed. constitutio repugnat in d. c. vni. in prin. ibi, nulla temporis præscrip. de proh. feu. alienat. per Federic. Nam licet longi temporis præscriptio ad consuetudinem inducendam necessaria, non tamen ibidem consuetudo de feudis sine dominorum consensu in extraneos alienãdis tollitur, sed simplex præscriptio alienationis feudi, sine domini consensu in extraneum antea factæ, vel in posterum faciendæ. Hincque est, q̃ in multis partibus ea specialis cõsuetudo recepta sit, vt vasallus domino suo inuito, vel igorante, feudum suum etiam in extraneum impune alienare possit: nisi forte dominus ipse precium, quod ab extraneo vasallo offeretur, ipse numerare velit Ioannes Fabri. in §. j. in fine. Instit.

de rerum

de rerum diuisione. Quæ tamen consuetudo ea ratione nō accipienda videtur, q̄ in magnam Imperij vel Regni perniciem tendat, eiudemque vires non mediocriter extenuat. d. cap. vni. in princ. de prohib. feu. alien. per Fed. in d. cap. vni. in prin. de proh. feu. alienat. per Loth.

DE LAVDEMIAE SOLVTIONE INVESTITVRA tempore. De euictione, cuius nomine beneficiarius venditor emptori tenetur. De vnius beneficii inter cohæredes diuisione.

Caput ix.

SAne quibus casibus feuda à vasallis licite alienata fuerint, si is in quē alienatio facta est, a feudi domino de eo inuestiri cupiat, inuestituræ nomine laudemiam ipsi per soluere debebit. argum. l. fi. ver. & ne auaritia. C. de iur. emph. Quid ergo: an feudo empto & a vasalli venditoris domino, vel eiusdem legitimis successoribus secundum suprascripta reuocato, & euicto: emptor contra vasallum euictionis nomine, ad precium numeratum recuperandum, vel si maluerit, ad id quod sua interest consequendum, regressum hēbit? Et si bonæfidei emptor sit, hoc est, feudum a se emptū, feudum fuisse ignorarit, regressum habere certum est. d. ver. nos autem. in fi. & glossa ibid. in versic. ex empto, ibi, sed nunqd, argum. l. empti. C. de euictio. Sin autem malæ fidei fuerit, regressum non habere, Glossa respondit in d. versi. nos autem. & d. cap. j. in ver. precia. de prohib. feud. alien. per Lothar. Idque verum esse existimauit, etiamsi vasallus venditor, stipulatione interposita, de euictione ipsum expressim cauisset. d. gl. in ver. ex empto. ibi, puto, Cum enim venditio, quæ prīcipalis est, tanquam contra legum interdicta sciēter celebrata viribus non subsistat: consequens est stipulationem super euictione, quæ accessoria est, interpositā nullius esse momēti, Bal. in d. ver. nos autem, argum. l. non dubium. C. de legib. Nec tamen hoc casu vasallus venditor precium a malæfidei emptore receptum, sibi retinebit. d. cap. j. ver. si quis. de proh. feu. alienat. per Loth. sed fisco applicabitur, argum. l. Lucius. ff. de iure fisci. Sed quid si vasallus, qui scienter & illicite feudum suum alienarit, ita inops & exhaustus sit, vt nulla spes reliqua sit bonæfidei emptorem, precium numeratū ab eo vnquam recuperaturum: nihilominus feudi dominus feudū per alienationem illicite factam sibi apertum commissi iure ab eo auocare poterit? Et non posse hoc casu, æquitatis ratione ductus, censerem. argum. l. ideoque, cum l. seq. ff. de dolo male. Nisi forte precium numeratum ipsi refundere vellet. Cum enim dominus de lucro captādo certet, bonæ fidei vero emptor de damno vitando cōtendat: eius potius rationem habendam æquitas dictat. arg. l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. Ideoque hoc casu ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa esse videbitur, ei subueniendum esse putarim. arg. l. j. ff. ex quib. cau. ma. in integ. rest. Ex quo colligere licet, quod si vasallus, qui feudum suum ignorans alienauit: ipsum postea a bonæ fidei emptore reuocet. d. §. si vasallus, non antea bonæ fidei emptorē ad feudi restitutionem teneri, donec de eo, quod sua interesset, a vasallo sibi satisfactum fuerit: præsertim si de eiusdem fide, vel facultatibus dubiter. Bal. in d. ver. nos autem, in gl. ex empto. Sed cum diuisio alienationis vmbram habeat, ar. l. iter omnes, C. de præd. & aliis reb. mi. an feuda diuidi posse dicemus? Et regalia, seu dignitatum feuda, qualia sunt feuda Ducatus, Marchionatus, Comitatus, diuidi non posse, Fredericus Imperator sanxit. d. c. vni. §. firmiter. ver. præterea. de prohib. feu. alienat. per Federic. Si tamen suprascripta maiora feuda statim ab initio pluribus concessa essent, in posterum diuidi posse crederē. Quoniam eam aptitudinem ex tacita concedentis mente statim ab initio recepisse crederentur, Socinus q. 165. inci. visis inuestituris. Idemque a fortiori esset, si in eam rem & omnium cohæredum, & domini feudi expressus consensus accessisset. arg. d. c. vni. ibi, sine permissione. vel ex speciali Principis feudum concedentis priuilegio eiusdem diuisio antea concessa esset. Aluaro. in ver. præterea. Si quoque alibi vel ea consuetudo inoleuisset, vel id statutum conditum esset, vt maiora sine domini consensu diuidi possent, suprascriptę Imperatoris Federici sanctioni derogaret. Bal. Aluar. & alij oēs in d. ver. præterea: Si modo scientibus & patientibus principib. inoleuisset, vel conditum esset. Aluaro, iam in d. loco, Soc. in d. cōs. Ioannes Andreæ, in addit. ad Spec. in Titulo de feud. Hincq; & in tota Italia, & in multis superioris Germaniæ partibus etiam feuda maiora hodie diuidi dicemus: in Gallia vero atque in inferiori Germania rarius. Siquidem ibi solus primogenitus primogenituræ iure, ea sibi vendicat. Sane suprascriptorum feudorum commoditatem & redditus diuidi Federici constitutio non prohibuit. Et ideo poterit regale, seu dignitatis feudum vni consortum, id est cohæredum sub certa & annua pensione adiudicari, vel extraneo cuidam locari: eaque pensio inter reliquos feudi cohæredes pro rata distribui: vel quilibet cohæredum alternis temporibus eo feudo vti, vt Barto. tradidit in l. inter tutores, in fine ff. de administr. tuto. atque Bald. Aluaro. cœterique probarunt in d. ver. præterea. Cœterum inferiora beneficia dignitatem annexā non habentia, etiam sine dominorum volūtate diuidi posse, certum est: si modo in eam rem omnes cosortes cōsenserint. d. versi. pręterea. ibi, aliud autem. & Docto. ibidem. Quod quidem obtinet, etiam si huius feuda in iure iurisdictionis, vel aliis iuribus incorporabilib. consistant. Ipsius tamen iurisdictionis, vel aliorum iurium incorporalium substantia nō diuidetur, cum per rerum naturam diuidi minime possit. l. fin. ff. de iure patr. Sed eiusdem territorium, si commode diuidi posset, cautionibus, ne alius alium impediat, interpositis, per regiones diuidetur: Vel si commodam diuisionem per regiones non recipiat: vt quia vnius tantum castri iurisdictio ī feudum data sit: eiusdem commoditas vel per pensiones, vel alterno vsu diuidi poterit: quod Bar. sensit, in d. l. inter tutores, & Bal. atque Aluaro. expresse tradiderunt, in d. vers. pręterea. Vni autem hęredum feudum, alteri allodium adiudicari pot se, nemo dubitat. cap. vni. §. si quis per triginta. ver. omnes. Si de feu. defun. content. & Docto. ibidem. Et si defuncti vasalli plura feuda inueniantur: vni hæredum hoc feudum, alteri aliud adiudicari poterit. cap. 2. de prohib. feu. alien. per Loth. Nec ex diuisione facta feudorum natura immutabitur. d. c. 2. Et si post diuisionem factam vnus ex cohæredibus sine legitimo successore maioratur: eiusdem portio ad reliquos cohæredes superstites, successorio iure non ad dominum reuertetur, nisi aliud expressim conuenerit. d. cap. 2. & ibi Doctor. Quæ quidē omnia hodierna cōsuetudine receptissima sunt.

DE SVBINFEVDATIONE, CVM ALTERI feudorum pro consimili fide et obsequio fruendum conceditur: Et cuius domini voluntate fiat alienatio: & a quo inuestitio petenda: & cui iure commissi aperiatur. Item de voluntaria beneficii amissione per renunciationem: & cui hæc noceat.

Caput x.

ADde etiam vasallum hodie, sicuti antiquitus, alteri etiam extraneo, & sine domini sui consensu, feudum suum siue in totum, siue in partem, in feudum recte concedere posse. cap. vnico. §. similiter. de lege Conradi. Panormitanus, Fely. & cœteri in c. quæ in ecclesiarum. de cōsti. Quod quidem procedit, si sincere, & sine fraude: hoc est precio nō accepto, nec libello facto, id est emphyteusi celebrata, hoc faciat. cap. vni. post princ. vers. si vero. Qualiter olim feu. capit. vni. §. j. ibi, per feudum. Per quos fiat inuest. Proinde si sine domini sui præiudicio id explicet: hoc est eiusdem conditionis & qualitatis viro, cuius ipse est, in feudum concedat: vt puta equali vel maiori, seu ei, qui ad domino feudi seruiendum, aut aptior, aut ad minus eque apt⁹ sit. d. §. similiter. ibi, vt si dans. Denique si eiusdem legibus, quib. ipse accepit, feudum suum, alteri in feudum det. d. §. similiter. versi. profecto. & l. Pomponius refert. §. cum quis. ff. de acq. possessio. Nec ad uersus Baldum, in cap. vni. versi. præterea. de capit. Conra. referre puto, an feudum de quo agitur, ecclesiasticum sit, an seculare. Vtrumque enim etiam sine domini venia in feudum recte concedi, post Iacobum de Beluiso, in cap. vni. in princ. de his, quæ feu. & Aluarotum, in d. versi. præterea. arbitror, receptiusque est. Nisi forte decimarū feudum esset: huiusmodi enim feudum sine prelati consensu, ecclesiæ vasallus ī feudum alteri concedere non posset. cap. prohibemus. de decimis. Speculat. in ti. de pignori. in fi. personæ vero prophanæ, nec cum ipsius prælati consensu. cap. quos. & cap. prohibemus. de decim. Innoc. Panor. Io. Andreæ, & Paul. Castr. ibid. verum si in feudi inuestitura inter dominum & vasallum expressim conueniisset, ne feudum alienari posset sine domini consensu: huiusmodi feudum alteri subinfeudari non posset. Alienandi enim prohibitionem, expressa contrahentium pactione inductam, pręter Imperatorum prohibitionem aliquid operari oportet: ne frustra interposita inueniatur. argu. l. j. §. nunciatio. ff. de oper. noui nunc. quod Bal. & cœteri tradiderunt in d. versi. præterea. Iacobinusque sequutus est ī tractu suo, in uersi. & cum pacto de non alienando. in princip.

Sed si feudo secundum suprascripta subinfeudato, subuasallus ipsum alienare cupiat: an prioris domini, a quo feudū pro-

proceſſit: an ſecundi, qui ipſum infeudauit, conſenſum requirere debebit? Et ſecundi domini conſenſum requirere debere, Bertrandus Caprioli, in d.cap.vni.§. fin. verſi illud.de prohib.feu.alie.per Federicum. atque Ioannes Fabri in §. adeo, Inſtitut. de locato & conduc. aſſeruerunt: vt ſubinfeudatio, quæ contractus feudalis ſpecies eſt, iuxta contractus feudalis naturam permiſſa credatur, argum.l. plenum.§. Aequitii, in princip.ff.de vſu & habit. Sed prioris domini conſenſum requirendum eſſe Iacobus de Beluiſo, Bal. & cæteri frequentiori calculo exiſtimarunt, in d.verſ.illud.iux.glo. ibidem, in verſi.niſi requiſitus.quod & Iacobinus ſequutus eſt, in prædicto loco. Et ego probo. Vaſallus enim feudum ſuum ſubinfeudando, vtile dominium quod habuit, in ſubuaſallum trā ſtulit. Quamuis ergo ſubuaſalli dominus dicatur, d.ver.illud. attamen non niſi domini vmbram retinuit. Vnde merito prioris domini potius, quam ipſius conſenſus requirendus eſt: Et niſi interuenerit, feudum tāquam illicite alienatum, commiſſi iure priori domino aperietur.d.glo.in verſi.niſi requiſitus. Niſi forte eiuſdem copia commode haberi non poſſit, vt Iacobinus eleganter tradidit in prædicto loco. Cæterum ſubuaſallo defuncto, eiuſdem hæredes non a priori, ſed ſecundo, proximo & immediato domino inueſtituræ renouationem petere: eidemque fidelitatis iuramentum præſtare debere, Ioannes Reinaldi exiſtimauit, in d.c. Imperialem, in fi.princ. verſi. præterea. argu.l.eiuſdem, in verſi.a proprio domino, de prohi.feu.alien.per Frederic. Illud autem palam eſt, ſubuaſallum, qui domini ſui dominum offenderit: ſi a domino requiſitus, ipſi de offenſa non ſatisfecerit, feudo ſuo priuari: feudumque ſuum ad dominum, a quo ipſe tenebat, reuerti: niſi pro domini ſui ſeruitio maiorem dominum offender it.d.ver.illud. Si quoque vaſallus, idemque dominus a domino ſuo requiſitus, ſubuaſallum, qui maiorem dominum offendit, diligenter non quæſiuerit, vt eidem de offenſa commiſſa ſatisfaciat: feudum ſuum amittet.d. verſic.illud. & ibi Docto. Sed an etiam vaſallus feudum ſuum vel in totum, vel in partem domino ſuo inconſulto & inuito refutare, id eſt, in eiuſdem manus reſignare poterit? Et non poſſe gloſſa reſpondit in cap. quæ in eccleſiarum. in verſi.alienando.in fi.de conſtitutionibus.& d. cap.vni.in princ. verſi.callidis, in ver amittam. Quod & Panormitanus, & Fely.in d.cap. quæ in eccleſiarum. & Speculat.in ti.de feu.§.quoniam. verſi. vigeſimo octauo quæritur. & alii nonnulli ſecuti ſunt in d. verſ.callidis. Quoniam, vt ſupra demonſtrauimus, contract⁹ feudalis tam domini, quam vaſalli gratia celebratur. Et in ⁊tractibus obligationi ſemel legitimè conſtitutæ, aduerſario non conſentiente renunciare non licet.l. ſicuti. C.de act. & ob. Sed refutare poſſe, expreſſa cōſuetudinis feudalis lege cautum eſt, in cap.vni.in fi.de vaſal.qui contra conſti. Loth. Cui tāquam rationabili, ſine dubitatione, ſtandum eſt: cùm ex naturali ratione cuilibet fauori ſuo renunciare permiſſum ſit.l.ſi quis in conſcribendo. C. de Iure. Quamuis enim dominus feudum ſemel conceſſum, vaſallo inuito, & ſine iuſta cauſa reuocare non poſſit: ne vaſallo iniuriam fieri contingat, vaſallus tamen, etiā ſine domini ſui voluntate, feudo ſuo recte nunciare poterit, cum ea ex re domino ſuo præiudicium nullum fiat: quod & vſus paſſim obſeruat, & quamuis glo.in cap.vni.in fi.de capit.qui cur.vend. (quam Iacobinus in tractatu ſuo, in verbo, & cuius extra ex dictis, in princ. refutauit, cæterique communi calculo ſecuti ſunt in d. cap. vni.in fin.) ſupraſcriptam deciſionem in feudo non niſi ſimpliciter, & indeterminate conceſſo, verā eſſe voluerit: in feudo vero ad certum ſeruitium dato, non item: vt quia eo caſu ad certam ſeruitij ſpeciē vaſallus ſe obſtrinxit. Ego tamen ſine diſtinctiōe aliqua eam generaliter veram eſſe putarem, cum conſuetudinis lex non diſtinguat, nec probabilis aliqua ratio ſubſit, quæ ſupraſcriptam diſtinctionem exigat: nec ēt eam Germaniæ conſuetudo admittat. Quæ quidem omnia vſque adeo vera ſunt, vt etiam feudum alteri antea ſubinfeudatum, vaſallus in ſubuaſalli ſui, etiam reluctantis præiudicium domino ſuo refutare: eaque refutatione ſubīfeudationem prius factā, in irritum reuocare poterit. cap.vni.ver.rurſus. Quib.mod.feud.amitta. Bal.in cap.vnico. de alien. pater. feu.cap.vni.circa finem princip. Qualiter olim feu.alie.pote. Niſi forte vaſallus priori domino ſeruire, atque ab eo feudū recognoſcere voluerit.d. cap. vni.in fin. prin. Qualiter olim feud.alie.pot. Et ſi feudum refutatum nouum fuerit, non ſolum vaſallo refutanti: ſed eiuſdem quoque liberis refutatio nocebit. Niſi liberorum etiam intuitu feudum datum fuerit. Sin autem feudū refutatum antiquum ſit: refutantis agnatis refutationem factam non nocere, ſed refutante defuncto, eiuſdem deſcendentibus deficientibus, eiuſdem agnatis feudum refutatum reuocare poſſe, Bal.in cap.vni, §.hoc quoq; de ſucceſſ.feu. & cap.vni.de alien.pater. feud. atque Aluarot. in cap.fin. Quæ fuit prima cau.beneficii amitt. ſenſerūt, communiterque receptum eſt. Si quoque feudi antiqui diuiſione inter duos fratres facta: alter fratrum partem ſuam in fratris ſui fauorem, domino ſuo refutarit: fratre, qui totum feudū conſecutus eſt, ſine hærede decedente, frater refutans ſuperſtes eidem in hoc feudum ſuccedere non prohibebitur, Niſi ſupraſcriptam partis feudi refutationē ea lege feciſſet, vt frater de eo feudo tanquam nouo inueſtiretur. Aluar.in cap.fi. de prohib.feu.alienatio.per Loth.in cap.vni.de vaſal. decrep. ætatis. Ex ſupraſcripta itaque refutationis cauſa vaſallū ſponte ſua voluntate feudum amittere conſtat.

DE BENEFICII AMISSIONE: VARIISQVE cauſſis, ob quas στρατιωτικὸν κτῆμα commiſſum, beneficiario adimitur.

Caput xi.

CEterum ex defectus accidentaliter ſuperuenientis cauſa, vaſallus etiam inuitus feudo ſuo de nouo prius acquiſito priuatur: vt puta, ſi poſtquam feudum de nouo acquiſiuit, mutus, ſurdus, claudus, cæcus, vel alias imperfectus efficiatur.cap.vni.§.fin.verſi.mutus. Epiſcopum, Abbatem, vel Abbatiſſ.glo.in cap.vni.in prin. An mut. vel alias imperfect. & ibi Docto. Cum enim ſeruitiorum præſtandorum gratia huiuſmodi feudum vaſallo ſtatim ab initio, nullo defectu laboranti conceſſum ſit: eaque ī poſterum propter defectum ſuperuenientem deficiat: conceſſionem ſimiliter deficere, atque filiis, quam agnatis excluſis, feudum antea conceſſū ad dominum regredi, conſentaneum eſt. Andre. de Iſer. & Aluaro.in d.cap.vni.§.fin. Quæ fuit prima cau.beneficij ami. Verum ſi vaſallus propter religionis profeſſionem, vel clericatum ſuperuenientem feudum nouum amittat.d. cap. vni. in fine.§.ſi quis per triceſimum.verſi.qui clericus. Si de feud. defun.cap.vnic.de vaſallo milite, qui arma bellica depo. feudum amiſſum ad eiuſdem deſcendentes, ſi extent, deuoluet, ſi deficiant, ad dominum reuertetur. Aluaro.in d.§.ſi. Cæterum feudum antiquum, vel paternum, propter quemuis defectum accidentaliter ſuperuenientem non amitti, æquitati conſonum eſt. argum. d. cap. vni.in prima parte. An mutus. Nec caſus ſuperueniens feudum ex antiquorum parentum facto, vaſallo prius acquiſitum eidem adiuuat: Cum nil impediat, quo minus in poſterum per ſubſtitutum eque officio ſe ſeruiat. Doct. in d.cap.vni. Proinde ex delicti a ſe perpetrati cauſa, vaſallus feudum ſuum varie amittit: Imprimis ſi domino ſuo interrogante, ſciens & prudens feudum inficiatus, atque in poſterum a domino ſuo de mendacio conuictus fuerit.cap.vnico.§.fi.de lege Conradi.d.cap. vni. §. vaſallus.ſi de feu.defun. Si cum domini ſui vxore filia, nepte, ex filio nuru, ſorore ſecum agente rem habuerit, vel habere tentauerit, vel alias turpiter luſerit.cap.vni. poſt prin. verſi. item ſi fidelis. Quib.mod.feud.amit.titu.j.cap. vni.§. item qui dominum.ver.rurſus. Quæ fuit prima cauſa benef.ami. c.2.in fi. de feu.ſine culpa non amit. Eamque deciſionem ad domini feudi concubinam, vel domini pediſſequam non extendemus, prout Iacobinus recte cenſuit in tract.ſuo, de feud. in verſi.quæ quidem inueſt.col.x. Cum pœnæ potius molliēdæ, quam exaſperandę ſint.l.pen.& l.abſentem.ff.de pœn. Idem erit, ſi vaſallus in domini ſui caſtrum, vel vicum violentum impetum fecerit: dominum, vel dominam ibi eſſe ſciens.d. §.item qui.verſi.porro.d.cap.vni.verſi. ſimiliter. Quib. modis feudum amit. Si in dominum ſuum impias manus, vel alias graues iniurias atque contumelias intulerit: vel eiuſdem uitæ veneno, gladio, vel aliter inſidiatus fuerit, d.verſi.porro. Si dominum ſuum non mortuum, nec ad mortem vulneratſi in prælio dimiſerit.d.cap.vni.in fi. prin. Quib.mod.feu.amit. tit.j.& 2. Niſi forte certum eſſet, vaſallum in domini ſui defenſione perſiſtendo, omnino periturum fuiſſe. Iacob.in tractatu ſuo, de feud.in verſi.& promiſerunt.colum. xv. Nā ſaltem propriam domini ſui ſaluti iure anteponere poteſt.glo. j. in fi.in d.cap.vni. Quib.mo.feu.amit.titu.j.argum.l.vt vim. ff.de Iuſt. & Iure. Vel niſi ad domini defenſionem omnis inutilis effectus: vt puta brachiis, vel manibus mutilatus fuiſſet, arg. cap.2.in fi.in verſi.cum potuerit.de feu.ſine cul.non amit.gl. j.poſt princ.d cap.vni. Quib.mod.feud.amitta.ti.j. Si domino ſuo cum poſſet, iuſtitiam adminiſtrare recuſauit.d.verſi.porro, ſiue de ipſius feudo, ſiue de alio agatur. Doct. in d.verſic. porro.argumē.gloſ. ibidem, in uer. Iuſtitiam. hinc que eſt, ꝙ ſi vaſallus a domino ſuo ſuper feudo in ius ter legitimè vocatus, comparere noluerit, ob eiuſdem contumaciam dominus a Curiæ ſuæ paribus, in feudi de quo agitur, poſſeſſionē mittatur. Et ſi vaſallus intra annum comparens, contumaciam ſuam non purgauerit: feudo ſuo penitus priuetur. cap. vni.

Source : BIU Cujas

vni.de mili.vasal.qui contu. Item si vasallus erga dominum suum tam contumaciter se gerat, vt ea seruitia prestare nolit, quæ prestari statim ab initio inter eos conuenit: vel præstanda Curiæ domini sui pares sua sententia diffinierunt: vel præstari recti feudi natura expostulat, feudum suum amittet. d.§. item qui dominum. ver. sed non alia. capitulo primo. de feud. sine culpa non amitten. capitu. vnic. §. firmiter. in princi de prohib. feudi alienat. per Frederic. capitu vni. in 2. parte. de allodiis. Si modo suprascripta seruitia præstare in ipsius potestate situm fuerit, atque ea præstari domini necessitas expostularit. d. versi. sed non est alia, in fine dicti cap. 1. Si quoque vasallus dominum suum de crimine accusarit: vt alium, qui eum accusaret, subornarit: vel pro accusatore fideiusserit: vel sponte, & nulla necessitate impellente, dominum suum de crimine accusarit: vel in criminali causa testimonium aduersus ipsum tulerit, feudum suum perdat. ca. vni. §. in quib. versi. similiter. de consuetudine recti feudi. & gl. ibidem, in verbo, priuabit. Si modo dominus ex ea re graue dispendium sustulerit. d. §. item qui dominum. vers. item si delator. Nisi forte vasallus dominum suum accusando, suã suorumque iniuriam persequeretur. d. glo. in ver. perdit. Vel patriam suam, aduersus eiusdem proditionem, tutaretur. ar. l. minime, in fi. ff. de relig. & sump. fun. In ciuili etiam causa, præsertim modica, vasallus aduersus dominum suum, etiam sponte testimonium ferre non prohibetur. argum. d. ver. similiter. & Docto. ibid. Proinde si vasallus dominum suum a captiuitate, vel morte, cum potuerit, non liberarit, feudo priuatur. d. versi. item si delator, in fine. cap. vni. §. fin. in prin. de alie. paterni feudi. Nisi forte dominus captiuitati, vel morti iustissimam causam dedisset: quod Andreas de Isernia tradidit, cæterique secuti sunt in d. §. item si delator. Si etiam vasall⁹ pecuniam suam domini sui nomine numerando, cum posset, eum a periurio non liberarit, feudum suum nõ amittet. d. versi. fin. in fi. cap. vnico. §. licet. in fi. prin. Si de feu. defun. cõtentio sit. Cæterum, si vasallus vel in domini sui perniciem, mortemue ab aliis aliquid machinari animaduertat: nec cũ posset, etiam vltro hoc ipsum ei indicet: vel ex hostium obsidione inimicorumque conspiratione: vel alia qualibet causa vitæ, vel aliud graue periculum ipsi animaduerterit immi nere: nec homini periculum, cum posset, auxilio etiam vltro allato, auertat: tanquam ingratus, feudo suo carebit. d. capit. vni. §. ad hoc. versi. tu tamen. hic finitur lex. Extra autem suprascriptum casum vasallus regulariter domino suo seruitia vltro offerre non tenetur. d. §. licet. Et quamuis etiam longo tempore seruitium non præstiterit, feudum tamen non amittet, nisi forte interea a domino suo requisitus fuerit. d. §. ad hoc, d. versi. licet. Nec propter seruitia quantumuis longo tempore non præstita, vasallus i posterum libertatem aduersus ea præscripisse dicetur: Nisi interea temporis dño sciente & patiente se pro non vasallo gesserit. Flor. in l. hæc autem verba. ff. de seruit. vrb. prædiorum.

ALIAE INGRATI ANIMI SPECIES, ET accepti a domino beneficii immemoris. Exempla culpæ in non dominum commissæ, ob quam aufertur militare prædium.

Caput xii.

DOrro si vasallus cum domini sui inimicis, vel hostibus amicitiam, vel fœdus inierit: vel in aliis sic versatus fuerit, vt potius inimicus, quàm fidelis credatur: vel domino suo clandestine, vel manifestè insidiatus fuerit, feudo suo priuabitur. ca. vni. Quot testes sint necess. glo. in ver. concubuerit, in d. versi. item si fidelis. Idem erit si vasallus fratrem suum, vel neptem ex eo, in eum finem interfecerit, vt totum feudũ consequatur. d. cap. vni. post prin. versi. sunt. Quib. mod. feud. amit. ti. j. cap. vni. An ille qui interfec. fratrem dom. Vel aliud graue crimen, quod parricidii appellatione continetur, commiserit. d. § cap. vni. §. fin. versic. si vero non. Quæ fuit prima cau. beneficii amitten. Verum si domini sui fratrem interfecerit, benecium non amittet. d. c. vni. in prin. An ille, qui interfec. Nam licet domini sui fratrem occidendo, in dominum ipsum grauius peccare videatur: tamen proprium, eiusdem ue filium interficiendo, in primis naturaliter magis peccat. Proinde feudi occasione deliquit: vnde eo merito priuand⁹ est, Iacobi. in tractatu suo, de feud. in ver. dictique vasal. promis. non commit. felon. Superiori vero casu feudi occasione non deliquit: Vnde eo tam facile priuandus non est. Nam alias ex consequenti diceremus, quod si vasallus intimum aliquem domini sui amicum interfecerit, feudo suo priuare. tur: quod absurdum esset. Bald. & reliqui in cap. vni. An ille, qui interfe. Sane si vasallus domini sui fratrem in eiusdem q- tumeliam occidisset, feudo suo priuaretur. Iacobus de Belus, & cæteri in d. cap. vni. An ille, qui. Idem esset, si per proditionem ipsum occidisset: Nam etiam extraneum proditorie interficiendo feudo suo priuaretur. d. cap. vni. post prin. An ille, qui etiam. Ergo a fortiori eo priuabitur, si domini sui fratrẽ eo modo interfecerit. glos. in ver. fratrem. in d. ver. similiter. Quibus mod. feudum amittatur, titu. j. Qui cum hominem proditorie interfecit, sine summo sno dedecore & infamia in domini sui Curia in posterum versari non potest. glossa in d. c. vni. post princ. eum, qui tale delictum perpetrauit, vt ī posterum sine summa infamia in domini sui Curia versari non possit: eius delicti nomine feudo suo priuandum esse. Docto. in d. cap. vni. Si ergo vasallus domini sui fratrem aperto Marte occidendo, feudo suo non priuabitur: consequẽs quoque est, vt aduersus Iacobinum de Ardizone, atque Aluarottum, in d. cap. vni. An ille, qui interfece. censeamus, nec eum vasallum feudo suo priuari, qui conuasallum, suo aperto Marte interfecit. Insuper si vasallus filius feudi dominum offenderit, & vasallus idemque pater, a domino suo requisitus, vt filium suum ad se deducat, vt ipsi de offensa commissa satisfaciat: vel si filius id agere nolit, eum a se repellat: ipsũque neglexerit, a feudo suo cadet. c. vni. §. fi. in prin. de prohi. feu. alie. per Fede. Eamque decisionem & ad reliquos vasalli domesticos, feudi dominum offendentes extendendam esse Docto. nostri existimarunt in d. §. fin. Excepta tamen vasalli vxore, quam propter offensam in feudi dominum commissam, vasallus a se abdicare non tenetur: quod Bald. tradidit in d. §. fi. cæterique sine controuersia secuti sunt. argum. l. fin. §. fin. C. de furt. Suprascriptæ quoque decisioni non nisi ī ea offensa locum esse, crediderunt: ob quam vasallus feudo suo priuaretur, si eam commisisset: quod receptius probabiliusque est, ne vasallum ex alieno delicto, grauiori pœna affici contingat, quam ex suo ipsius proprio, argum. l. non debet. ff. de regu. iur. Quin quoque vasallum feudo suo priuari posse, Bal. in cap. vni. §. per. de pace tenen. censuit, qui feudo abutitur, ipsumque *insigni* detrimento affecit; vel qui feudi subditos enormiter, & præter omnem humanitatem tractauit: atque a feudi domino admonitus, in sua *insolentia* & tyrãnide perdurauit. argum. d. §. penul. Adde etiam, cum vasallum litigatorem, qui lite super feudo pendente, ipsum violẽter inuaserit, litem cẽptam perdere, atque duplum æstimationis feudi violenter occupati persoluere compelli: feudum vero ipsum, hoc est, vtile eiusdem dominium non item, nisi quoad causæ iustitiam. Nam de eo in posterum nouo iudicio experiri non prohibetur. cap. vnico. §. si iudex. ver. si tuo. in fi. de pace tenen. Quamuis ex iuris scripti dispositione, litigator rem allodialem, lite pendente, vel non pendente violenter inuadens, si dominus sit, eiusdem dominium penitus amittat. l. si quis in tantam. C. vnde vi. §. 2. Institu. vi bono. raptor. Cæterum eum vasallum, qui secreta a domino sibi cõmissa alteri aperuerit, feudo suo omnino priuari certum est: si id scienter, & in domini sui perniciem fecerit. cap. vnico. Quibus modis feudum amit. tit. 2. & Docto. ibidem. Et generaliter vasallus feudum suũ amittet: si quid amiserit aduersus ea, quæ in iuramẽti fidelitatis præstatione, vel tacite, vel nominatim promisit. cap. vni. de noua. for. fid. Hoc enim agẽdo fidem domino suo datam, & iurisiurandi religione corroboratam fallit, & peierando grauissime delinquit, argumen. l. j. ff. de constit. pecu. vnde merito odio & pœna dignus est. In summa, si vasallus aduersus dominum suum aliquam ex illis quatuordecim ingratitudinis caussis cõmiserit: ob quas de iure scripto pater filium suum exhæredare potest, Auth. vt cum de appel. cognosc. §. aliud quoque. versi. causas. Vel ẽt aliquam ex illis ingratitudinis, vel repudii caussis, ob quas vel donationes iure perfectæ in irritum reuocari. cap. fin. de donat. vel matrimonia rite contracta dissolui possunt. l. consẽsu, C. de repud. extr. de sponsalib & matrimonio, per tot. cum multis seq. tit. feudo suo priuari poterit. d. cap. vnico. §. j. versi. prædictis. Quæ fuit prima causa benefi. amitten. Denique si aliqua causa consuetudinis lege non expressa emergat, ex qua feudum iuste adimi posse videatur, discretus iudex omnibus circumstantijs diligenter perspectis, animaduertet, an causis consuetudinis lege expressis, uel similis, uel iustior sit: atque eadem uel maiori iustitia, æquitateue expostulante, uasallum feudo priuabit. d. §. j. uersi. sed quia natura. Illud autem omittendum non est, q⁹ si feudum partim ecclesiæ, partim eiusdem prælato concessum fuerit, ob aliquam ex supra scriptis causis a Prælato commissam, ecclesiam feudo cõcesso, non nisi ad Prælati uitam priuari. Et recte cap. unico. §. 1. de cap. Contra. Nec etiam prætereundum est, vasallum etiam sine culpa sua, feudum suum amittere, si post eiusdem cõcessionem, dominus ipsum alicui ecclesiæ, ex quouis titulo cõtulerit: Nisi forte in posterum ipsum, tanquam nouum, ab ecclesia ex eiusdem benignitate receperit. ca. uni. uer. si vero,

de allod.

Source : BIU Cujas

de allod. Sed ſi vaſallus dominum ſuum venia non petita, in ius vocarit, non eo nomine feudo ſuo priuabitur? Et priuari nonnulli putarunt: ſed Bal.contra ſenſit in cap. vnic.de milite vaſallo,qui cont.eſt. quem cœteri frequentiori calculo ſecuti ſunt:& recte.Nam vaſallo in Prætoris, de in ius vocando,edicto non continet, certum eſt.l. quique litigandi, ff.de in ius vocando.Si quoque vaſallus aduerſus dominum ſuum manus leuarit,non tamen percuſſerit: eo nomine feudo ſuo priuandus non erit.argum. cap. vni. §.1. de capit. qui cur.vend.licet iniuriarum vtili actione teneatur.l. item apud Labeonem.in prin.verſic.ſi quis. ff.de iniu.& fam. Nec enim quæuis occaſio ad feudi priuationem ſufficit.cap.vni.verſi.ſi quis.in quib.cauſſis feu.cap.vni.§.2.in fi. quæ fuit prima cau. benef.amit.Nã expreſſa conſuetudinis feudalis lege,vaſallus in ſufficientes,īmo nimias amittendi feudi anguſtias deducitur:vt ex ſuperioribus ſatis liquet.

DE RATIONE AC MODO, QVO EX CAVSSIS antecedentibus commiſſum à vaſallo beneficium admittitur: nimirum an ipſo iure,an vero per declaratoriam iudicis ſententiam.

Caput xiii.

QVid ergo? an ex ſupraſcriptis omnibus cauſis vaſallus ipſo iure feudo ſuo priuatur? an per ſubſequentē iudicis ſententiam ipſius feudi priuationem inducentem? Et in caſibus cōſuetudinis lege expreſſis, ipſo iure priuari certum eſt.cap. vni. §.ſi quis per 30. verſi.qui clericus. qui.ſi de feudo defun.cont. Idemque & in caſibus a conſuetudinis lege non expreſſis, dicemus:ſi inter dominum & vaſallum ſtatim ab initio conuenerit: vt ex omnibus indiſcriminatim cauſſis, vaſallus ipſo iure feudum ſuum amittat. Sed an reuocationis inueſtituræ conſtituto tempore non præſtitæ: atque fidelitatis non præſtitæ caſum, ex illorum caſuum numero eſſe dicemus,in quibus ipſo iure feudum amittitur? Et eſſe Iacobinus exiſtimauit,in tractatu ſuo,de feud.in ver. quiquidem inueſti.argum.verſi.amit.in cap. vni.in prin. Quæ fuit prima cau.bene.ami.Sed non eſſe crederem,argum.verſi.carebit.in d.cap.vni.in prin.Quę fuit prima cau.benef.ami.& ver.amit. in cap.imperialem,in fi.prin.& ver.redeat, & ver.reuertatur, ibidem.& ver.damnetur.in cap.j.in fin. Quo tempore miles inueſt.pet.Idemque aduerſus Ioannem Reinaldi, in d.capit. imperialem.§.firmiter,atque Iacobinum,in tractatu ſuo,de feud.in verbo,& promiſerunt eidem domino ſuo, circa fin. de eo caſu reſponderem, quo vaſallus a domino ſuo ſpecialiter requiſitus, eidem in bello aduerſus hoſtem opem ferre vel recuſauit,vel neglexit.argum.ver.amittat,in d.§.firmiter. & ver.perdat.in cap.vni.in fi.de Allodiis.An vero illicitæ alienationis caſus,ex eorundem caſuum numero ſit, in quibus ipſo iure feudum amittitur,ſubliſto. Nam ex eorundem numero eſſe,Gloſſa in cap. vni. verſi.callidis.in ver.reuertatur, de prohib.feu.alie.per Feder.Baldus,Aluarottus & cœteri in d.gl.& c.vni. Quæ fuit prima cauſa.ſenſerunt.argum. d.verſic. callidis,circa finem.& glo.in ver.modis omnibus, in Authē. vt defuncti,& eorum funera. poſt prin.in ver.ſancimus. Sed magis eſt, vt ex eorundem numero non eſſe cenſeamus. Si quidem generaliter traditum ſit, ex nulla regulariter culpa vaſallū feudo ſuo priuari, niſi ipſa & legitime prius ꝓbata, atque a Curiæ domini paribus comprobata fuerit.d.cap.j.de feu.ſine cul.non amit.cap.3.in princ. Quo tempore mil.Nec ab ea generali traditione illicitæ alienationis caſus, conſuetudinis lege ſpecialiter exceptus inueniatur.Ergo nec ipſum a ſupraſcripta regula excipiemus: præſertim cum mitius ſit, pœnam per iudicis ſententiam,quàm ipſo iure inferri: & in iurium interpretatione,pœnæ molliendæ potius, quàm exaſperandæ ſint.l.pen.ff.de pœn.Quia tamen vaſallus feudum ſuum illicite alienando,& realiter poſtea tradendo,iure, qđ in feudo hēt, ipſe ſe priuat:ſententiam iudicis vtilis dominii priuatiuā ſubſequi,ſuperuacaneū foret.Et ideo ea iudicis ſententia in poſterum ſufficiet, qua illicita feudi alienatio,& ꝑ conſequens eiuſdē priuatio declarabitur,feudū dño applicādo.Bal.in cap.vni.in fi.de his, qui feu.dare poſſunt. Quæ declaratio bonæfidei emptori hoc proderit, vt in poſterum aduerſus vaſallum eius euictionis nomine regreſſum habeat, argum.l.1.ff.de euictio.idque ſenſiſſe ſupraſcripta Gloſſa,viſa eſt in d.verſi.callidis.licet Doctores noſtri eam aliter interpretati ſint. Adde etiam in his omnibus ſententiam iudicis declaratoriam ſubſequi debere,in quibus ipſo iure priuationem fieri,expreſſa conſuetudinis lege cautum eſt. cap. cum ſecundum leges.verſi. bona, de hære. libro 6. Quod & Bart. tradidit in l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci. argum. tex.ibi poſt prin.cōmuniterque receptum eſt. Si tñ dñs ante ſnīam iudicis declaratoriam ſubſecutam, priuationem ipſo iure factam exequendo: feudum ipſo iure ſibi apertum a vaſallo, vel alio poſſeſſore conſecutus eſſet,ea executio non reuocaretur.Quod verum intellige, ſi vaſallo,vel poſſeſſore non reſiſtāte,huiuſmodi executio facta ſit.Si enim illis inuitis facta eſſet,eius nomine dominus ipſius feudi directo dominio forſitan priuaretur: atque ipſum feudum ei, cui violenter abſtulliſſet,reſtituere compelleretur. argum l. ſi quis in tantam.C. vnde vi.& d.§.2.Inſti.vi bon.rap. Dominus enim feudum ex aliqna iuſta cauſſa ſibi apertum,non propria ſua auctoritate,ſed per iudicem ipſum conſequi debet.argum. d. cap. i. de feu.ſine cul.non amit.c.vni.de mil.vaſal.qui cont. eſt.l. extat. ff.de eo,quod metus cau.Quod & Iacobus de Beluiſo,atque Bal.probarunt in d.c. vni.§.fi. de his qui feud.Et ideo, ſi poſt culpam commiſſam vaſallus timeat,ne dominus ante ſentētiā iudicis,vel priuatiuam,vel declaratoriam ſubſecutam,feudum violenter & de facto ſibi auferat,iudicem accedet, qui ſibi vim fieri a domino prohibebit.argum.l.ſi ſuper.circa finem,& ibi Bal.C.de tranſactio.Si ergo dominus feudum aliqua cauſa ſibi apertum conſequi velit: aduerſus vaſallum,vt quemlibet feudi poſſeſſorem legitimè experiri debebit, arg. d.c.vni.de mil.vaſal. Sed qua nam euictione experietur? Et ſi aduerſus vaſallum experiatur,etiam ſi feudum,de quo agitur,ipſo iure ſibi apertum nō ſit, directa rei vendicatione experiri poterit,argum.l.ſi hæres,2.in princ.ff ad SC.Trebel. Et ſi vaſallus feudo ſuo ipſo iure non priuatus, aduerſus dominum vendicantem de vtili dominio apud ſe exiſtente excipiat:dominus de vaſalli culpa replicabit,aſſerendo ipſum eiꝰ nomine vtili ſuo dominio priuandum eſſe: Quod Iacobus de Beluiſo tradidit,Balduſque ſecutus eſt,in d.ca.vni. §.2.ver. porro. Quæ fuit prima cau.Sin autem dominus aduerſus tertium quendam feudi poſſeſſorem agat: & feudum, de quo agitur,ipſo iure ſibi apertum ſit: directa rei vendicatione ſi militer experiri poterit. Si vero feudum,de quo agitur, ipſo iure ſibi apertū non fuerit: condictione ex conſuetudinis lege competente,dominus aget.argum.l.vni. ff.de condict. ex lege.vel,vt Bal.voluit,in c.vni.de controuer.inter dominum & emptorem feudi. etiam hoc caſu directa vendicatione experiri poterit.arg.c. vni.§.j.in fi.prin.de inueſt.de re alie.fa.Su praſcriptis ergo actionibus dominus agens,& vaſalli contra ſe ingratitudinem vel aliam amittendi feudi cauſam allegās, eam legitime idem, quinque teſtibus omni exceptione maioribus probare debebit.cap. vni. Quot teſtes ſint neceſſ. Et ideo ſi teſtes vel iuris, vel facti infamia laborent, idonei non cenſebuntur: Ne dominis vaſallos ſuos feudis ſemel conceſſis,facile priuandi cauſſa detur.Bal.ibidem.Supraſcripta autem probatione facta pares Curiæ domini,qui de hac re cognoſcunt: vel vaſallum, vel alium quemuis feudi poſſeſſorem feudum, de quo agitur, domino reſtituere iubebit vna cum fructibus a culpæ commiſſæ die perceptis: Siquidē ab ea die malæfidei eſſe cœperit. Bald. in Authen.inceſtas.C. de inceſt.nup.Idque obtinet ſiue iure ipſo, ſiue per ſubſequētem iudicis ſententiam feudi priuatio facta ſit.arg.l.certū, & notatorum ibi.C.de rei ven.& l.fructus, ff.eo. tit.

DE HAEREDIBVS DOMINI, AN CONTRO-uerſiam amiſſionis beneficii ſuperſtiti beneficiario, eoque vita defuncto,ipſius hæredibus mouere,& beneficium vendicare poſſint.

Caput xiiii.

SEd quid ſi iuſta amittendi Feudi culpa a vaſallo commiſſa,dominus tacuerit: nec vaſallo amiſſionis feudi controuerſiam mouerit,poſteaquam diſceſſerit: an eiuſdem hęres ſuperſtiti vaſallo eam controuerſiam mouere,feudumq; ab eo vendicare poterit? Et non poſſe Gloſſa ſenſit in cap. vni.§.fin.verſi.non ſuccedit, de prohib.feu. alie. per Frede. & in l.omnimodo,in prin.verſic. nam ſi nullam,in uer.non liceb.C.de inoffic. teſt argum.tex.ibidem, & in l.j. & in fin.C. de reuo.donat.Dominus enim culpam a vaſallo commiſsā ſciens,& cum poſſet eiuſdem querelam non deponens,vaſallo eam tacite remiſiſſe creditur.præſertim cum in eo ſilētio vſque ad ultimum uitæ ſpiritum perſeuerarit.Ex quo colligere licet, ꝙ ſi dominus culpā a uaſallo commiſſam ignorarit: uel ſi ſciuerit, præcipiti morte præuentus, uel alia iuſta cauſa præpeditus, eiuſdem querimoniam ante mortis tempus præponere non potuerit, ſupraſcriptæ ſententię locum non fore; Quod Iacobus de Beluiſo tradidit,in c. vni. §. prēterea.

Quib.

Source : BIU Cujas

Quib. mod. feud. amittat. tit. j. communiterque receptum est Sed quid ex diuerso dicemus, si vasallus post iustam amittendi feudi caussam a se commissam: ante eiusdem querelam à domino aduersus se motam decesserit: an dominus superstites aduersus vasalli defuncti filium, aliumue descendentem eam proponere, eaque proposita feudum ab eo vendicare poterit? Et posse Ioannes Reinaldi existimauit in d. § fin. Quoniam in feudis defuncti vasalli delictum seu culpam, eiusdem descendentibus nocere palam est. ca. vni. §. licet. ver. si vasallus culpam. si de feu. defuncti. cap. vni. Si vasallus feudo priuetur: Sed Andreas de Isernia, Baldus, Aluarottus, & cœteri frequentiori calculo contra senserunt in d. §. fi. argu. glo. ibidem, in versi. priuetur. in 2. parte. Et ego sequor. Nam Dominus, qui culpam a vasallo commissam, sciret, & cum posset, eisdem controuersiã vasallo ante eiusdem mortem non mouit, eam tacite remisisse intelligitur, præsertim cùm hæc querela seu actio pœnalis sit: & de iure ciuili traditum sit, actiones pœnales, etiam ad pœnam pecuniariam parti applicandam, in defunctorum qui deliquerunt, hæredes, regulariter non transire. l. vni. C. ex delict. defun. §. 2. Insti. de p. petu. & temporal. actionib. Nec etiam de iure Canonum: cũ agens de lucro captando non damno vitando agit, vt ĩ hoc nostro casu, argumẽ. cap. fin. in fi. & ibi Docto. de sepulturis, Si tamen dominus culpam vsallo commissam ignorasset, vel dum sciuisset, ad eiusdem querelam mouendam se præparasset, neque præcipiti morte vasalli præuentus, vel alia iusta causa præpeditus, id adimplere potuisset: vasallo culpam remisisse non crederetur. argumen. l. mater decedens. versicu. nec enim. ff. de inofficio. testamento. Atque per consequens feudum ab eiusdem descendentibus vendicare non prohiberetur. argum. glo. in versi. regressum, in cap. vni. §. præterea. Quib. mod. feud. amit. tit. j. Hæc quidem vera sunt cum vasallus ex culpa a se commissa ipso iure feudo suo priuatus non est. Verum si culpæ à se commissæ nomine vasallus, vel ex consuetudinis feudalis dispositione: vel ex domini & ipsius conuentione, feudo suo ipso iure priuaretur: quoniam hoc casu offensa commissæ pœnæ executionem secum traheret: ea pœna in eiusdem descẽdentes transiret, atque per consequens dominus etiam aduersus eiusdem descendentes feudum ipsum vendicare posset, vt Bal. eleganter tradidit in d. §. fin. & reliqui sine contro uersia secuti sunt. argum. glo. in l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. Illud autem omitendum non est, quod si aliquem de feudo inuestire promisero atque is ante inuestituram factam, iustam amittendi feudi culpam aduersus me cõmiserit: si in posterum inuestituram petat, doli mali exceptione à me repelli posse, argum. l. dolo facit fi. de doli mali except. Si modo offensam ab ipso aduersus me commissam ex continenti probare possim: Quod Andreas de Isernia aduersus glossam rectius tradidit in §. fin. in versi. dominum. cœterique probarunt. Si tamen offensa à me ipsi obiecta altiorem indaginem requireret, suprascriptæ Glossæ locus esset: nec inuestituram denegare possem, saluo tamen mihi offensæ commissæ & allegatæ iure. Baldus in d. §. fi. arg. l. fi. circa finem. C. de compensationib.

DE SVCCESSIONIBVS IN BENEFICIA, morte beneficiarii: vel prætermissione inuestituræ: vel auxilii denegatione: aut alienatione illicita: aut voluntaria renunciatione: aut fortuito aliquo defectu legitime vacantia.

Caput xv.

FEuda itaque multifariam Aperiri ex superioribus satis apparet. In primis enim feuda vasalli morte aperiri superiori capite late demonstrauimus: Quo casu, si feudum apertum nouum fuerit, ad vasalli descẽdẽtes vsque in infinitũ, successionis iure, deuoluetur. ca. vni. in prin. de succes. fratrum. Quibus deficientibus, eiusdem agnatis exclusis, ad dominum reuertetur. cap. vni. §. j. versi. sin autem. de his, qui feud. Ita tamẽ vt si vasallus defunctus aliquas necessarias, vel vtiles expensas in re feudali fecerit: dominus cogatur, vel eiusdem hæredibus iustam ipsarum æstimationem præstare: vel pati, vt ipsas auferant. cap. vni. §. j. in fi. Hic finitur lex. Fructuum vero ex huiusmodi feudo prouenientium hæc ratio habetur: vt si vasallus priori anni parte, hoc est, post calendas Septembris, usque ad calendas Martias decesserit: omnes illius anni fructus ad dominum pertineant: Si uero posteriori anni parte, hoc est, per calendas Martias, usque ad calendas Septembris vasallus decesserit: fructus interim percepti eiusdem hæredum sunt. d. cap. uni. §. his consequenter, & ibidem Aluarott, & And. de Iser. Si vero feudum vasalli morte apertum antiquum sit: imprimis eiusdem descendentib. vsq; in infinitũ, illisq; deficientib. eiusdem agnatis vsq; in infinitum similiter successionis iure deferetur: Quib. cessantib. ad dñm demũ regreditur. c. vn. de na. suc. feu. Inde ob inuestituræ renouationem constituto tpe non petitam, fidelitatemq; eodem tpe non præstitã, feuda aperiri s. ample docuimus. Quo casu, si feudũ apertũ nouũ fuerit, vasalli negligentis, tam descendentib. q̃ agnatis exclusis ad dñm redire, dubitatio nulla est, arg. d. c. Imperia. in fi. prin. ver. præterea. de proh. feu. ali. per Feder. Cæterum si antiquum sit, vasalli descendentib. exclusis, ad eiusdem agnatos deferri, non ad dñm redire, post Andream de Iser. in c. j. quo temp. mil. atq; Aluarot. in c. vn. §. fi. quæ fuit pri. cau. benef. amit. crediderim, arg. d. c. vni. in fi. quæ fuit pri. cau. bene. amit. licet in ꝓria sñia Ioannes Reinaldi, in d. vers. præterea, ar. eiusdem. atq; Castrensis, in l. adoptiuum, ver. patronum. ff. de in ius voc fuerint: eamq; Iacobinus probarit: atque ẽt ꝑm eam facto iudicatum fuisse retulerit ĩ tract. suo, De feu. in ver. quæ quidem inuest. præst. Deinde ob non præstitum a vasallo spãliter requisito, dño suo, aduersus, eiusdẽ hostem auxilium, feudum aperiri s. comprobauimus. c. vni. in fi. de allodiis. d. c. Imperer. §. firmiter. Quo casu ũ feudum aptũ nouum sit: & descendentib. & agnatis exclusis, ad dñm regredi oẽs sine controuersia fassi sunt: Si vero antiquũ fuerit, idem fore Iac. de Belnisio, Bertran. Capreolæ atq; Bal. post glossam censuere in ver. facultatem. in j. par. in fi in c. vni. de allodiis. §. fi. Quod & Alua. probauit in d. c. vni. Quæ fuit pri. cau. & nouissime Iacobinus in iudicando indubitanter sequendum putauit in trac. suo, de feu. in ver. & permiserũt eidem. Sed hac in re Andreæ de Ise. sñiam æquiorem, & verio rem putarim, existimantis in d. §. firmiter, feudum ex suprascripta causa apertum, si antiquum fuerit, a dño excluso, superstitib. vasalli agnatis applicari. d. gl. in ver. facultatẽ. ĩ 2. par. in d. c. de allodiis. Deinde illicita alienatione feuda aperiri, s. profuse ostẽdimus. Quo casu si feudum apertum nouum sit: vasalli illicite alienantis tam agnatis, q̃ descendẽtib. exclusis, ad dñm reuertetur. c. vni. §. fi. in fi. quæ fuit pri. cau. bene. ami. c. vni. de vasal. qui ꝯ. Præcedente tñ sñia iudicis declaratoria, non priuatiua, vt s. comprobauimus. Quod verum esse puto, ẽt si in feudo nouo frater fratri conuentione succederet. arg. c. vni. §. fin. ver. item si fuerint, & ibi gl. in ver. reuertetur. Quib. mod. feu. amitt. ti. j. Cæterum si feudum illicita alienatione apertum antiquum fuerit: vasalli alienantis descendentib. exclusis, ad eiusdem agnatos, non dominum, ẽt hodie, sicuti olim, transire: frequentiori & æquiori calculo receptũ est. arg. c. vni. §. si quis decesserit. ver. Titius. Si de feu. defun. cõ. sit. c. vni. §. j. & ibi gl. in ver. partẽ. post med. de succes. feu. Quia tñ ad rei emphyteuticæ, dño inconsulto alienatæ, exemplum l. fi. in fi. C. de iure emphiyt. feudum ẽt antiquum illicita alienatione apertum, ẽt vasalli alienantis agnatis exclusis, ad dominum hodie reuerti, nonnulli probabiliter, rigorose tamẽ tradiderunt. argu. c. vni. in princ. vers. al. in fi. de proh. feu. ali. p Fed. Aluar. consuluit, in d. §. fi. in fi. vt statim feudi antiqui alienatione illicite facta, vasalli alienantis agnati traditioni possessionis obstent, atq; super ea re domini subsidium implorent: qui si rem negligat, in dolo esse credetur. Ideoque feudi illicite alienati ab eo, in quem alienatio facta est, auocandi & vendicandi potestas domino non concedetur: sed agnatis possessionis feudi traditionem impedientibus, argum. d. vers. Titius. & c. vni. §. j. in fi. Per quos fiat inuest. Proinde refutatione feuda aperiri, supra comprobauimus: Quo casu si feudum apertum nouum sit, vasalli refutantis tam agnatis, quã descendentibus exclusis, ad dominum, in cuius fauorem refutatio facta est, in posterum regredietur: Sin antiquum sit, donec vasallus refutans, eiusdemque descendentes superfuerit, domini erit: Illis vero defunctis, ad agnatos veniat. Bal. in d. §. j. Alua. in d. §. fi. in fi. Porro defectu vasallo accidentaliter superueniente, feuda aperiri s. docuimus: Quo casu si feudũ apertum nouũ sit, & filiis & agnatis exclusis, ad dominum pertinebit: Si vero antiquũ fuerit domino excluso, ad uasalli descendentes, & illis deficientibus, ad eiusdem agnatos deueniet, Docto. in dicto. §. fin.

DE SVCCESSIONIBVS IN BENEFICIA, delicto beneficiarii: aut violenta inuasione occupationeque vacantia.

Cap. xvi.

DEnique & delicto feuda varie aperiri, supra ostendimus: Quo casu si feudũ apertum nouum fuerit, omnibus vasalli delinquentis & descendentibus & agnatis exclusis, ad dominum reuer-

Source : BIU Cujas

reuerti,certum eſt.glo.in ver.ad proximos.ibi,item nulla.& Alua.ibid.in d.§.fi.nō habita diſtinctione,an delicti a vaſallo perpetrati tpe,vel concepti,vel nati fuerint an non fuerīt. Vaſallum.n.in feudo a ſe de nouo acquiſito, his omnib. qui ex ea acquiſitione ditarentur, præiudicare poſſe probabile eſt.Nec ēt habita ratione,an in dñm,an in alios delictum,qđ feudi priuationem induxit,commiſſum fuerit. Ex paternis n.vitiis,filiorum.reliquorumq; deſcendentium vitia nō immerito præſumuntur,ar.l.quiſquis.§.j.in fi.C.ad l. Iuli.maieſtatis.l.quod ſi nolit.§.2. ver. qui mācipia. ff. de ædilit.edi.Sin autem feudum apertum antiquum fuerit, oīb.vaſalli delinquentis deſcendentib.excluſis,ad dñm ſiliter regredi, dubitatio nulla eſt.d.c.vni. §. licet, ver.ſi vaſallus culpam. Si de feu. defun.cont.ſit.Non habita diſtinctione, in quem delictum. quod feudi priuationem induxit, perpetratum fuit.c.vni.ſi vaſal.feu. pri. cui defe. Sed an ēt vaſalli delinquentis agnatis excluſis:feudum antiquum, & ex delicti in dñi perſonam cōmiſſi cauſſa iam apertū, ad dñm redeat,magna diſceptatio eſt. Nam ad agnatos ſupeſtites potius tranſire Gloſſa æquitate ducta,exiſtimauit,in ver. par.poſt med. ī d.c.vn.ſi de ſuc. feu.ar.d.ver.ſi vaſal.culp. Quā ſnīam & And.de Iſer.ſecutus eſt,in d.c.vni.ſi vaſal.priuetur.ar.eiudem.Cœterū adgnatis ēt excluſis,ad dñm reuerti gl.exiſtimauit in ver.reuocab.in tin. in d.ver.ſi vaſ.culp.& ver.facult.in d.c.vni.in fi.de allod. ar.d. §.fi.in prin.c.vni.Quę fuit pri.cau.Quam opinionem Bar.in l.eum qui.ff.de interdict & relegat.Iac.de Beluiſo, Bal.Alua. & cœteri frequentiori calculo probarunt in d.§ fi. Eāq; tanquam communem,& de conſuetudinis lege veriorem,in d. §.fi.in prin.in c.vni.cir.fi. An ille qui interf.fratr. ipſe ſequor: Vt dñs hanc ſaltem iniuriæ ſuæ vltionem heat.d.§.fi.in fi.pri. Nam quod traditum eſt, feudum antiquum ex delicti a vaſallo perpetrati cauſa apertum : a vaſalli delinquentis agnatos in quarto gradu exiſtentes, qñq; tranſire. d. ca.vni.Si vaſal.feu.priuet.& d.ver. ſi vaſ.culpam.locum ſibi vendicat, cum delictum commiſſum non dñi, ſed alterius perſonam reſpicit.hoc.n.caſu vaſalli delinquentis deſcendentib. & domino excluſis,ad eiuſdem agnatos feudum apertum pertinere,cōſuetudinis lex expreſſe tradidit in d. §.fi.ver.ſi vero.& c. vni.in princ.An ille,qui interfecit.Agnatos inquam eos,qui in quarto, vel remotiori gradu vſque in infinitum exiſtunt: non eos,qui in primo, vel ſecundo, vel tertio gradu extant. hi namq; vt deſcendentes,ſiliter excluduntur.d.ver.ſi vaſall⁹ culpam.Si quidem in eis,ſicuti in deſcēdentib.pp arctiſſimū ſanguinis vinculum,eiuſdem criminis exempla merito metuantur.arg.l.humanitatis.in fi.j.partis. C.de excuſat.tutorū. Quod Iac.de Belui.tradidit in d.c.vni. An ille,qui inter. atq; aduerſus Andream de Iſer.d.ver.ſi vaſallus culpam.& Alua. in d.§.fi.receptus eſt. Sane ſi vaſallus vel in domini ſui, vel alterius perſonam tale delictū cōmiſerit : ob quod ex cōſuetudinis feudalis diſpoſitione, ciuiliter non puniatur, id eſt, feudo ſuo directo non priuetur: ſi tñ eius delicti nomine cōtra eum criminaliter agatur, atq; ſentētia aduerſus eum criminaliter lata,eiuſdem bona publicentur,ar. l.j. ff. de bonis damnato. & l.deportati.ff.de bonis proſc. hoc caſu tale delictum a vaſallo commiſſum,ēt in feudo tam antiquo, quā nouo eiuſdm deſcendentib.oblique nocere,Bart.in d.l.eū q. atque Bald.in d.c.vni.An ille,qui aduerſus dñm.in regu.non debet.de reg.iu.lib.6.Io.An.& Panor.in d.c.fi.de feu.rectī⁹tradiderūt.Et ideo ſi feudum,de quo agitur,nouum fuerit:vaſalli deſcendentib.& agnatis excluſis, nō ad fiſcū trāſibit,ſed ad dñm reuertetur. Sin autem antiquum,deſcendentibus & dño excluſis,ad agnatos, nō ad fiſcū perueniet:publicatis n. generaliter vaſalli bonis,eiuſdem feuda non publicari, Bar. Ale.in l.fi.§.ſi de vect.ff.de dam.iufe. Bald. in l.j.in pri.q.ff.de rer.diui. An.de Iſer.ī c.vni.poſt prin.ver.item ſi fratrem.quib. mo.feu.ami.tit.pri.atque alii nonnulli ſenſerunt.Nec eorun dē dños præter ſuam culpā in deteriori conditione conſtitui contingat,ar.c.non debet.de reg. iur.lib. 6.& l.non dēt. ff.de reg.iur.c.j.in fi.j.par.de proh.feu.alie.per Loth.Nec etiā huic ſententiæ Bonifacii VII.conſtitutio reluctatur,in c. fœlix.in fi.prin.ver.ſi quę vero feuda de pœnis,lib.6.Nam in eos dirigitur,qui ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem,hoſtiliter proſecuti,tanquam criminis læſæ maieſtatis rei damnātur:atque omnib.ſuis bonis,etiam feudalib. & emphyteuticis priuantur.arg.d.l.quiſquis.§.j.Vnde hoc caſu,ne dñi feudi publicati conditio,præter eiuſdem culpam deterior fiat,Speculator rectiſſime tradidit in tit.de feu.§.qñ.ver.40.quær.feudum publicatum vendendum, atque precii recepti partem vnam feudi domino pro eiuſdem directo dominio,alteram vero fiſco,vtilis dominii nomine,numerandam eſſe. Sane ſi feudum,de cuius publicatione ageretur, tale eſſet, vt ex dñi & vaſalli conuentione,etiam ad extraneum hæredem trāſire poſſet.ar.c.vni.de feudo non hab.propriam.in generalem omnium bonorum publicationem veniret. Sed non niſi ad id tempus penes fiſcum remaneret, ad quod alias penes vaſallum remanſiſſet,argu.l.Statius. §. Cornellio. ff.de iure fiſci.poſtea vero ad dominum, ſi nouū eſſet:vel ſi antiquum, ad vaſalli delinquentis agnatos deuolueretur.Alua.in d.§.fi. Vaſallus quoque feudum ſuum apud alium conſtitutū violenter inuadens, ſuæq; temeritatis nomine eius feudi amittens.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Bal. in l.pe. C. ſi à nō cōp. iud.feudi poſſeſſionem violēter ablatam, non domino ſuo, nec agnatis ſuis:ſed poſſeſſori reſtituere cogetur.ar.d.l.ſi quis in tantam. Ita tamen, vt penes poſſeſſorem diutius non remaneat,q̄ penes vaſallum manſura fuiſſet.Iaco. de S. Georgio,in tractatu ſuo,in verſi.dictique vaſalli promiſerunt,nō commit.felo.in fi.

QVIBVS BENEFICIARII DELICTVM OBſit : & ex quibus cauſſis dominus beneficii proprietate cadat : & cui proprietas commiſſa hoc iure deferatur?

Caput XVII.

SEd quamuis Ex ſupraſcriptis generaliter colligere liceat, vaſalli delictū ſiue in dñi ſui,ſiue alterius perſonā cōmiſſum, in feudo tam antiquo, q̄ nouo,omnib.eiuſdē deſcendentib.regulariter: agnatis vero aliqñ nocere:id tñ perpetuum non eſt. Nam ſi vaſallus domino ſuo ſecum colludente, in eum delinquerit: huiuſmodi delictum,nec eiuſdem deſcendentib.nec agnatis nocebit.Bal.in d.cap.vni.ver.item ſi libellario.quib.mod.feu ami. titu.j.Idem erit, ſi delicti a vaſallo in dominum commiſſi, dominus cauſam dederit.Aluarot.in d.§. fi.Si quoque vaſalli delinquentis deſcendentes, vel agnati ad feudum nomine proprio,non ex vaſalli delinquentis perſona venirent, eiuſdem delictum ipſis non noceret.Barto.in d. l.eum qui.Bald. in l.lege 12.tab.C.de legit.hær.Vt ſi ſtatim ab initio feudi dominus vaſallo feudum pro ſe,ſuis deſcendentibus, & agnatis nominatim cōceſſiſſet: vel idipſum vaſallus in ſtipulationem expreſſe deduxiſſet: vel feudi dominus in eiuſdem inueſtitura hæc verba expreſſiſſet, Tale feudū tibi & tuis hæredibus concedo:vel vt de vno in alium tranſeat : vel vobis omnibus principaliter; vel attētis veſtrum ſingulorum meritis. Bald.in d.§.fin.& d.cap.vnico.Si vaſal.feudo priuetur. Adde nec delictum patris filio in eo feudo nocere, quod delicti à patre commiſſi tempore, apud auum adhuc exiſtebat. Bar. in l.eum qui.Bal.in d.cap.vni.Si vaſal.feu. priue. Qinimmo ipſe filius,idemque nepos, patre ſuo per iudicis ſententiam a futuro feudi iure ſeclaſo, ſtatim eiuſdem locum ſuccedere incipit.argum.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth. Denique ſi feudum ob eam cauſam alicui cōcedūm fuerit: quod cōcedentem ab hoſtibus, vel latronibus eripuerit,vel alias a morte liberarit,ex nullius delicti cauſa amitti, & per conſequens domino, vel agnatis aperiri poterit. argumen l. ſi pater.§.fin.ff.de donat. Cœterum admonendi ſumus, illis omnibus caſibus, quibus feuda ad nos iure reuerti, ſupra comprobauimus, dominum ad vaſalli debita perſoluenda non teneri.argum.cap.vni.An agnatus,vel fili.def. Iacob de Beluiſo,Aluarottus in cap.vni.in prin.ver.quid ergo.de inueſti.de re ali.fa. Verum enimuero cum ex honeſtatis ratione, dominus vaſallo ſuo in omnibus propemodum naturam vicem præſtare teneatur.cap.vnico.in fin.de for.fide.vltimo loco admonendi ſumus,ex omni offenſa,qua vaſallum feudo priuari ſupra tradidimus,& dominum feudi proprietate priuari,non habita ratione,in vaſallum,an alium commiſſa fuerit? Nec diſtinguendo an vaſallus iuratus ſit,an minus. d.c.vni.§.fi.in prin.Si de feudo defun conten.ſit.c.vni. Qualiter dominus feudi proprie. priuet. Si modo ex pacto ſtatim ab initio inito,iurare non teneatur. Alias enim, ſi ſine iuſta cauſa iurare recuſarit,atque an iuramentum præſtitum a domino ſuo offenſus fuerit:eius offenſi nomine dominus feudi proprietate non priuabitur.Aluarot.in d.c.fin.in prin.Sane ſicuti vaſalli, ita & domini offenſam in iudicium legitime deductam. atque quinque idoneorum teſtium numero probatam.arg.c.vni.Quot teſt.ſint neceſ.& ſubſequente iudicis ſententia vel declaratoria, vel priuatiua approbatam eſſe oportet,vt proprietatis feudi priuationem inducere poſſit.arg.c.j.de feu.ſine culp.non amit.Proprietas ergo in hunc modum aperta,pro offenſæ commiſſæ diuerſitate, vel vaſallo,vel domino,vel agnatis defertur,ſecundum ea,quæ ſupra de feud. ob vaſalli delictum apertis,uel domino, uel agnatis applicandis diximus.

Source : BIU Cujas

DE IVRE FEVDORVM
GVLIELMI HANNETONII
LIBER QVARTVS.

DE COMPETENTI SVPER BENEFICIO MOtæ quæstionis & controuersiæ disceptatore, ac iudice. Caput I.

VTrectius cognosci possit, quomodo feudales controuersiæ decidantur: in primis inuestigandum puto, qs in eis iudex competens sit. Et si inter primi gradus vasallos, quales sunt Duces Comites, & Marchiones, de regali feudo qō oriatur:, supremus Princeps, a quo ipsi se inuestitos dicunt, iudex competens erit. cap. vni. in prin. Apud quem, vel quos contro. feu. fini. c. vni. in prin. de lege Conra. Idemq; dicem⁹, si inter alios priuatos, qui se a supremo aliquo Principe de feudo inuestitos asserunt, controuersia nascatur. d. ca. vni. in prin. ibi, quicunque fuerint. de lege Conradi. Si vero inter alios, vel secundi, vel tertii, vel quarti, gradus vasallos, sup feudo vel toto, vel parte, seu eiusdem finibus quæstio incidat, atque litigatores eiusdem domini indubitati vasalli sint, (vt quia eos ab ipso alia feuda, ab illo de quo agitur diuersa hre constat) dns ille solus iudex competens erit. c. vni. §. si. versi. præterea, & ibidem glo. in ver. duos. de proh. feu. alienatione p Federicum. Licet in quibusdam locis ex spāli cōsuetudine cum domino, vel Curiæ suæ pares, vel alii adiuncti necessarii sint. Sed si duorum vasallorum super feudi litigantium, alter sit indubitatus vasallus domini feudi, de quo cōtentio est: alter ambiguus (vt quia eum ab ipso aliud feudum, ab eo de quo contenditur diuersum, hre constat) pares Curiæ illius domini. i. cōuasalli, qui eidem domino aliorum feudorum, quæ ab eo tenent nomine, fidelitatem iurarunt, iudices competentes erunt. d. c. vni. in prin. ibi, si inter valuasores de lege Cōradi. d. c. vni. in prin. ibi, si vero. Apud quem, vel apud quos. Si autem vterq; ipsorum domini feudi, de quo controuertunt, ambiguus vasallus sit, atq; feudum ipsum suum ꝓprium, & de nouo sibi concessum esse dicat, iudex ordinari⁹ vel arbiter communi ipsorum consensu electus, iudex competens erit: Idq; siue eūdē, siue diuersos inuestitores asserāt. d. c. in prin. ver. si autem. de lege Conr. c. vni. in prin. An apud iudicem vel Curiam dñi. c. vni. §. 2. ver. si dño. & ver. si tres. de pace tenen. & eius vio. Nec enim hoc casu constat, quis sit dns feudi. de quo agetur. gl. & in d. c. vni. An apud iudicem. Si vero vterq; vasallorum ambiguorum feudum, de quo disceptant, antiquum esse prætēdāt, dns illius feudi, vna cū Curiæ suæ paribus iudex competens erit. Hoc enim casu feudi, de quo agitur, ipsum dominū esse constat. Sed si alter ipsorum feudum ipsum antiquum esse contendat: alter suum proprium, & de nouo à se acquisitum asserat, secundum recentiorem cōsuetudinis legem pares Curiæ domini soli iudices competentes erunt, etiamsi is, qui feudum nouum esse cōtēdit, à domino causam habeat: hoc ē, pecunia numerata feudum ipsum, tanquam nouum, vel eiusdem partem ab ipso redemerit: Eaque ratiōe aduersus ipsum de euictione regressum hre possit. d. c. vni. post prin. ibi, & responsum. An apud iudicem, vel Curiam dñi. Licet secundum antiquiorem cōsuetudinis legem, hoc casu solus iudex ordinarius, vel arbiter, iudex competens fuerit. d. c. vni. in prin. de inuesti. in mar. fa. Quæ ꝙsuetudo cū rōnabilior fuerit, frequentiori fortasse vsu hodie passim recepta est. Sane si inter vasallū, & aliū nō vasallū de feudo lis oriat̄, corā iudice ordinario lis decidet̄. ar. c. vni. de ꝙt. inter vas. & aliū. Idq; siue vasall⁹ aduers⁹ aliū agat, siue alio agēte, excipiat. d. c. vni. ibi, ipse. n. de ꝙ. int. vas. & aliū. Idēq; rñdebim⁹, si īter feudi dñm, & aliū nō vasallū de feudo ꝓtētio sit. ar. c. cū sit gñale. de fo. cōp. & l. iuris ordinē. C. de iurisd. om. iu. Cęterū si inter feudi dñm & vasallū ď feudi vel īuestitura, vel amissione, vł violētia qō nascat̄: eiusdē cognitio decisioque ad pares Curiæ ipsius dñi, si quos hēt, ptinebit. d. ver. ꝑterea. ibi, si vero. in d. c. vni. de ꝓh. feu. ali. per Fed. c. vni. in prin. de ꝓt. feu. apud par. c. vni. in princi. ver. si inter. de alienat. pr̄. feu. l. c. vni. de ꝓtr. inter Epis. & vas. Quod qui dē obtinet, ētsi feudi dns ex supremorū prīcipū superiorē nō recognscentiū numero sit. Si tñ Curiæ suæ pares, ꝑꝑ eiusdē, tyannidē, vel aliū iustū metū, de suprascripta ꝙtrouersia cognoscere, & iudicare non auderent, in subsidiū Romanus Pontifex adeund⁹ eēt. ar. c. nouit. de iud. Vel si feudi dns superiorem aliquem Principem recognosceret, ad eum cūdum esset. ar. cap. vni. in fi. de mili. vasal. qui cont. est.

DE PERSECVTIONIS GENERE, DEQVE LItigātium beneficiariorum, & domini iudicantis persona, quod hæc ipsa forū non immutent: & de paribus Curię iudicibus, quod eiusdem cum vasallis litigantibus gradus esse debeant: & de numero parium, quod non omnes simul cognoscere & iudicare teneantur: & de casib. quib. testes potius esse pares debeant, quā iudices: & de eiusdem inuitis & recusantib. ad iudcatum cogendis. Cap. II.

HAec quidem Oīa locū sibi vendicāt, non solū si feudi noīe petitorio iudicio, vtpote directa, vel vtili rei vēdicatione. ar. d. c. vni. de ꝙtro. inter vas. & aliū. c. vni. in prin. ver. rei aūt. de inuest. de re alie. fa. sed ēt si possessorio, vt puta īterdicto vñ vi, vti possidetis, vel ꝓsiti agat̄. Qď Inn. Bal. Panor. atq; alii, in c. cęterū. de iudiciis, aduers⁹ Glossā, in d. c. cęterū. ver. q̄diu. ibi. s. in iudicio tradidere, receptiusq; est. arg. d. c. vn. ver. si vero vasal. de mil. vasa. q ꝙtu. est. Ideoq; vasallū aduers⁹ dñm suū, vñ vi interdicto, feudi spoliati noīe expiri posse, aduers⁹ Inn. cōiterq; Doc. in d. c. cęterū, putarim, ar. d. ver. si vero vas. Vt ēt suprascriptis oīb. locus sit, nō referre puto, an vasalli de feudo litigantes laici sint: & feudi dns, q ď eorū ꝙtrouersia cognoscit, eccleſiastic⁹. d. c. cęterū. & c. ex ꝑte. de fo. cōp. An ex diuerso, vasalli de feudo ꝙtendētes clerici sint: dns vero, corā quo eorundē ꝓtentio ventilat̄, laic⁹. c. ex transmisa. c. verū. de fo. cōp. vel feudi dns cū vasallo suo litigās ecclesiastic⁹, & curiæ suę pares prophani. Nām. n. cāæ ꝑphanç. i. feudi secularis vasalli clerici pson̄ suo priuilegio nō obstā. c. diligenti. de fo. cōp. ad se trahere, Inn. Panor. in d. c. cęterū. Bal. in c. vn. de ꝙtr. feu. apud par. & Alex. ꝙs. suo 78. in j. vol. sēserunt. Qď aduers⁹ Iacobi. in tract. suo, de feu. in ver. & dicti vasalli ꝑdict. reb. feu. ꝙuē. post prin. ipse recipio: Verūq; eē puto, ētsi feudi dns ꝙ vasallū suū clericum, delicti ab eo ꝙmissi noīe ciuiliter ad feudi priuationē agat. Cūq; corā curię suæ parib. conueniat. Contra censerē, si delicti à vasallo clerico ꝑpetrati noīe, aduersus eū crīaliter agere t̄. ar. c. clerici. de fo. comp. Pares aūt Curiæ, q de feudali ꝓtrouersia cognoscunt, eamq; decidunt, cum vasallis esse debere eiusdē grad⁹, cuius vasalli litigantes, Io. An. Inn. & Panor. putarūt. in c. cęterū. Et recte. Sed an oēs Curiæ pares simul cognoscere, iudicareq; dēbunt? Et non debere putarim. Nā ad ꝑbationē nunq̄ necessarii sunt, vt j̄. docebimus. Nec eadem causa eidem & testes, & iudices esse possunt. l. nullus. ff. de testi. l. vn. C. ne qs in sua cā iud. Et ideo, si inter feudi dñm & vasallū de feudo cōtentio sit, in primis dns illū aut illos pares, quos voluerit, eliget: Et proinde vasallus ſm numerū a dño comprobatum, idē faciet. d. c. vn. post prin. de ꝙtr. feu. apud par. Sed qd si feudi dns tā paucos Curiæ suæ pares hēat: vt oēs, vel ad iudicandū, vel testificandum necessarii sint? Et si feudi controuersia talis sit, in qua nō nisi ꝑ Curiæ pares probatio fieri possit, c. vn. in prin. qui test. sint necess. Curiæ pares non testes, sed iudices potius erunt: & si esse nolint, cogentur. arg. l. fi. ver. iudicandi. ff. de muneri. & honori. l. pen. versi. qui autem. ff. de vacat. & excusat. mune Qď aduersus Iacobum de Beluiso, & Aluarottum, in d. c. vn. An apud iudi. vł curiam dñi. verum esse puto: ētsi cōtrouersiæ ortæ cognitionē, decisionemq; antea non acceptassent Idēq; & de feudi dño Glossa respondit, in d. ver. p̄terea. ī ver. duos. ibi, sed quid. Eos. n. inuitos ēt statim ab initio ad cognoscendū, iudicandūq; cōpelli posse, receptius est. d. ver. p̄terea, & c. vn. de cōt. apud pa. Nisi forte iusta excusationis causa se tueant̄. Quo casu vel ordinari⁹ iudex adeūd⁹ erit. d. gl. in ver. præterea. ar. d. c. cū sit generale. vel ex cōi litigatorum cōsensu arbiter eligendus. Inn. in d. c. cęterū. vel in subsidium supioris iudicis auxilium implorandum. ar. d. c. vn. in fi. de mil. vas. qui cont. est. Sicuti & eo casu, quo feudi dominus in Curia sua nullos pares hēat, qui de feudali controuersia cognoscere possint. ar. c. vni. in fi. de conten. inter dom. & vasal. Sed ne pares Curiæ in feudali controuersia iudices esse facile detrectēt in qbusdā locis ex spāli fidelitatis forma statim cum de feudo inuestiunt̄, iurare cogunt̄, qď ipsi in posterū requisiti, & iudicabunt, & iustitiā, q̄ poterunt administrabunt. Et quē admodū de iure scripto oēs iudices statim ab initio officii sui, ēt inuiti iurare tenentur: quod in posterum ſm iustitiā semper iudicabunt. Auth. iusiurandū, quod præstat̄ ab ijs, q administ. hab. Ita & se dñm, & Curiæ suæ pares etiam inuiti statim ab initio iudicij hoc iusiurandū præstare debere Iacobi. in d. loco existimauit, & recte, ar. d. ver. p̄terea. in fi. Fidelita

ti

Source : BIU Cujas

tis enim iuſm a paribus domino ſemel præſtitum ſufficere non dēt:cū ſolius dñi non ēt vaſallorum cum domino litigantium fauorē reſpiciat.Et ſi feudi dominum, vel fauore, vel alia praua affectione ductum, vel pecunia corruptum, aduerſus vaſallum ſuum coram ſe litigantem, iniquam ſententiam tuliſſe conſtiterit: feudi proprietate priuari poterit. argum.cap.vni.in fi.Si de feu.defun.contentio ſit.c.vni. Qualiter dominus prop.feu.priu. Sane ꝙ ſupra tradidimus,feudi controuerſiam nonnunquā coram feudi domino, nōnunq̄ coram curiæ parib.agitandam eſſe:exceptionē patitur,ſi vel litigatorum priuilegium,vel loci conſuetudo aliud expoſtulet.Baldus in d.verſi.præterea.

DE FORMA EXERCENDI IVDICII, ET cauſſas beneficiarias coram ſuo iudice diſceptandi ratione ac modo. Caput III.

COgnito igitur, Coram quibus iudicibus feudales cōtroueriæ,& agitari, & finiri debeant: conſequens eſt vt perueſtigemus quo ordine id faciendum ſit.Et ſi in aliquo iudicii articulo conſuetudine feudali aduerſus i⁹ ſcriptum quid ſpecialiter receptum ſit,id ſine dubitatione obſeruabimus.In alijs vero iudicii articulis iuris ſcripti ordinem ſequemur,arg.c.vni.in fi.j.partis, de feudi cognitione.Et ideo in feudorum,ſicuti aliarū rerum controuerſijs,actor ſtatim ab initio Reum in ius legitime vocare debebit.d.c.vni.& ibi gl.in ver.ſed ſi.de mil.vaſal.qui cont. Et reus,vel trina citatione,vel vna peremptoria legitime vocatus venire debebit.d.c.vni.in fi.de inueſt.in marit.d.ca.vni. in fi.An ap.iud.vel cur.ar.l.2.ff.ſi quis in ius voca. nō ie. Qui vbi comparuerit, exceptiōes declinatorias fori,id eſt iuriſdōnis illius iudicis,ad quem vocatus eſt, ſi quas habuerit,ante litem conteſtatam proponere poterit:ētſi feudi dñs, vel Curiæ pares iudices ſint.d.gl.in ver.ad dñm.in d.c. vni.de inueſt. in marit.facta.ar.l.nemo. C.de iuriſd.om.iud. vel ſi eorundē iuriſdōnem,cum poſſit,declinare nolit: foro ſuo renuncian do & in eos,tanq̄ iudices alias incompetentes,ſcienter & cū aduerſarii ſui voluntate conſentiendo, eorundem iuriſdōnem prorogare poterit.d.gl.in ver.duos,in fi.in d.ver. prętea. Quod aduerſus Baldū in l.j.ff.de iud.Inn. Ioan. An.com muniter Doctores,in d.c.cœterum.verius puto, arg.l.j.& 2.ī prin.ff.de iu.l.j.C.de iu.om.iu.vel & ſi Reus dñi, vel partium ad quos vocatus eſt,forum declinare non poſſet(vt quia cō petētes iudices ſunt) ex certis tñ,& iuſtis cauſis ꝙs ſibi ſuſpectos allegare, eoq; nomine eos recuſare poterit: idq; ſm iuris vel canonum.c.ſuſpicionis,in prin.de off.iu.dele.cū ſpāli, in pri.de appel.ſi feudum,de quo diſceptatur eccleſiaſtici vel ciuilis,ſi ſeculare fuerit,diſpōnē: Auth.ſi vero cont. C.de iu. dūmodo tñ añ litis ingreſſum id fiat.ar.l.apertiſſimi,in prin. C.de iud.c.inter Monaſteriū,de ſen.& re iu. Quod aduerſus Iacobum de Beluiſo in c.j.de inueſt.in maritū facta, Bal.tradidit,in d.ver.prætera.receptiuſq; hī in d.ver.prætera. Reo aūt comparente,nec dñi, vel parium ad quos vocatus eſt,iuriſdōnem declinante: Actor imprimis libellum edere debebit,vt ex eo deliberare poſſit,liti ne cedere,an contendere vltra dēat.ar.auth.offer. C.de lit.cōt.l.j.in prin.ff.de eden.cap.j. de libelli obl.Tumque reus in hunc modum cōuentus,ſi viciſſim actorem, ſuper alia re non feudali reconuenire velit nulla actoris exceptione ſibi obſtante,poterit.gl.fi.in d.c.j.de controuer.feu.apud par.curiæ. ar.l.cum Papinianus, in fi.C. de ſent.om.iud.Doct.in ver.prætę.Si mō apud eundē,vel eoſdē iudices hoc agat,arg.auth.& conſequenter.C.d.tit.l.ſi idē cū eodem.§.j.ff.de iuriſd. Nec de cauſa mere ſpirituali apud dñm vel pares laicos reconueniat.ar.c.quanto.c.cām.de p̄ſc. Proinde inter actorē & reū litē cōteſtari oportet. arg.c.j.de lit.ꝙt.C.eod.Quo peracto,ſtatim vterq; calūniæ vitādæ iuſm p̄ſtabit.ar.l.2.C.de iu.cal.Si mō inter vaſal.de feu.ꝙtentio ſit. Nā ſi inter feudi dñm & vaſal.controuerſia fuerit,vaſallus à dño ꝓp eiuſdem reuerentiam hoc iuſiurandum exigere non poterit,& per conſequens nec dñs a vaſallo.c.j.§.j.de conſue. recti feudi,vt inter eos æqualitas(quæ in iudiciis vel maximè obſeruanda eſt.c.in iudiciis.c.non licet,de reg.iur.lib.6.)conſtituatur.Et ſi dñs volens id iuſm præſtiterit,a vaſallo inuito ipſum exigere non poterit.Quod aduerſus Iacobum de Beluiſo,in d.§.j.Bal.& Aluar.rectius tradiderunt:ne in dñi ptāte ſitum ſit,pro ſuo arbitrio vaſallum hoc beneficio priuare. Sane ſi vel ante,vel poſt litē conteſtatā,reus in non ꝓparando,vel iudici non optemperando contumax extiterit:contumaciæ eiuſdem coercendæ nomine,actor vel in rei petitæ (ſi in rem actione actum ſit)vel ſi in perſonā actione actum fuerit,in bonorū eiuſdē, pro debiti declarati mēſura,ex primo,vel poſt anni poſtea ſubſecuti lapſum, ex ſecundo iudicis decreto mittetur.d.§.j.de mil.vaſal.qui cōt.eſt.ar.c.qñ frequenter.§.fi.vt lit.non ꝙt.auth.& qui iurat. C de bon.auc.iu. poſſ. Et ſi reus ante ſupraſcripti anni lapſū comparens, vel iudici obſequens, contumaciam ſuā excuſarit,atq; ī iudicio poſtea ſiſtēdi ltīmam cautionem p̄ſtiterit, aduerſarioq; ſuo oēs impenſas ob ſuā cōtumaciā frūſtra factas refuderit, audiet,rerumq; ſuarum poſſeſſionem recuperabit.d.c.j.de mil. vaſal.ar.c.cum veniſſet.de eo,q mit.Cumq; exceptiones per emptorias, ſi quas habuerit, aduerſus actoris intentionem objcere poterit ar.l.pemptorias.C.ſnīas reſcindi non poſſe.

DE GENERIBVS PROBATIONVM IN REbus cauſſisque beneficialibus: & de præſumptionibus,quæ aſſerētē probandi onere leuant: & de iureiurando ad controuerſiæ ſuper beneficio natæ deciſionem in defectum plenæ probationis deferendo. Caput IIII.

INde ad probationes deuenitur. Qua in re imprimis actor intentionem ſuā,ar.l.q accuſare.C.de edē.l.2.ff.de prob.proinde reus ſuā exceptionem ltīme ꝓbare dēbit, ar. l.exceptionę,in fi.C.de ꝓbat.Idq; vel per aduerſarii cōfeſſionem.ar.c.p̄ſentiū.de teſtib.lib.6.vel idoneos teſtes.ar.c.ſuper. de teſtib.cogendis:vel breue teſtatū.i.inſtr̄m publicum. ar.in exercendis,C.de fi.inſt.vel p̄ſumptiones.ar.l.fi.C.de ꝓba. vel ī ſubſidiū,ꝓ iuriſiurādi ſibi delato p̄ſtationē.ar.l.j.ff. de iurei. l.j.C.de reb.cred.Si aūt de noua feudi inueſtitura cōtētio ſit, eā ꝓ duos ad minus Curiæ pares,breue teſtatū ab eis cōprobatū ꝓbari oportebit.d.c.i.in prin. Qui teſt. ſint neceſ.ad no. d.c.j.in prin.ver.fi.n.Quid ſit inueſt.c.j.in prin.ver.alii. de cōt. inter dñm & fid.In illius tñ ꝓbōnis defectū, ꝓ duos alios exneos teſtes oī exceptione maiores:vel inſtr̄m publicū, ab eis ꝙfirmatum,eā ꝓbare ſufficiet.Vt ſi dñs feudi,de cuius inueſtitura diſceptaī, inueſtituræ tpe nullos alios vaſallos habuerit: vel ſi quos habuerit, ꝓbationis faciendæ tpe non ſupſint.c. j.§.j.in fi.Quid ſit inueſt.c.j.in prin.ibi, teſtes vero,& §. j.ī prī. Si de inueſt.inter dñm & vaſ.lis oria.d.c. j.ver. conſules. Qui teſt.ſint nece.d.c.j.in prin.ver.qđ aūt.de cōſu. recti feudi.Si.n. inueſtituræ tpe feudi dñs alios vaſallos habuerit:& duo ſaltē ex eis inueſtituræ factæ non interfuerint, ſed oēs abfuerint: inueſtitura ſine eis facta, tanq̄ ſubali ſua ſolennitate deſtituta,virib.non ſubſiſtet.d.c.j.in prin.Quid ſit inue.d.c.j.in prin. Qui teſt.ſint neceſ.Nā ſi oēs vaſalli abſint,duo ad minus expectādi ſunt.d.ver.qđ aūt.ibi,nec dicaī.gl.in ver. inueſtiturā. in d.c.j.in prin.Si de inueſt.inter dom.& vaſal.Hæc qdē ī feudo ſeculari vera ſunt:cœterū ad feudi eccleſiaſtici nouā īueſtituram ꝓbandā pariter,& pares, & exnei teſtes admittunī. d.c.j.in fin. prin. Si de inueſt. inter dñm & vaſal. Sicuti & ad veterē feudi tā ſecularis,q̄ eccleſiaſtici inueſtiturā ꝓbādā.Sane in feudalib.ꝓtrouerſiis etſi regłr vel actor agendo,vł re⁹ excipiēdo aliq̄ qualitatē allegās ſup qua i⁹ ſuū fundet, ſi in cā obtinere velit,eā ltīme probare dēat.c.j.§.j. Si de feu.defu. ꝙt.ſit.c.j.de ꝓtr.inter maſ.& fœm.Si aliqua p̄ſūptione iuuet: illa a ꝓbandi onere ipſū ſubleuabit, onuſq; ꝓrium ꝓbādi in aduerſariū trāſferet.Vt ſi qs agēdo,vel excipiendo feudū antiquū eē aſſerat,aduerſarius vero ipſū nouum eſſe cōtendat. c.j.de ſucceſ.fra.& gra.ſucced.d.c.j.ī 2.par.de inueſt.in mar.fa. d.c.j.ī prin.Si de feu.def.ꝓtr. Vel ſi qs feudū rectū,& ꝓpriū eē affirmet,aduerſari⁹ vero ipſū nō rectū eē dicat.d.c.j.§.fi.quid ſit inueſt.Niſi forte aduerſari⁹ ꝓria &vehemētiori p̄ſumptio. iuueī, q̄ alteri⁹ p̄ſumptionē extīguat.Sed plene probōnis inopia emergēte, ne veritatē iuſtitiāue ſupprimi ꝙtingat,iurātis ſacro feudi ꝓtrouerſia decidēda erit.d. c.i.in prin.de ꝙtr. inter dñm & fid.c.j.§.j.in fi.quid ſit inueſt.ar.l.admonēdi.ver.ſolēt. ff.de iurei.Et iō iudex,q de ea cognoſcit,illi litigatori iuſiurā dū deferet, q vel ſemiplene ꝓbauerit,vel maiori p̄ſumptione iuuaī.ar.c.fi.in 2.par.ver.p̄ſumptione.de iureiu.Vel omni p̄ſumptione vtrinq; deficiēte,ille q feudū, de quo agiī,poſſidet.c.vni.in prin.de ꝓtē.inter dñm & fid.ver.cōmodū.Inſt.de interd.Vel ſi neuter poſſideat,illi cui & ꝓſonarū,& cāe qualitatibus diligenter inſpectis, potius deferēdū ſm ſuam ꝙſciētiā putauerit.d.c.j.poſt prin.ver.ſacrum.de ꝙſu. recti feu.d.c.j. in fi.de ſuc.fratrū.ar.c.fi.in fi.de iureiu.Hoc autem iuſiurādū cū ea electione deferetur:vt ille,cui defertur,iuret,id qđ intē dit verū eē : idq; cū duodecim ſacramentalibus.i.duodecim viris ſiue parib. ſiue aliis,qui ſimiliter iurent ſe credere id verum eſſe,quod litigator iurauerit.Vel iurare noluerit, iuſiurandum ſibi delatum aduerſario ſuo referat:vt ſiłiter cū duodecim ſacralib.iuret,ſuam intentionem verā eē. Qui ſi iurare noluerit tanq̄ legitime ꝙuictus,ꝙdemnabitur.d.c. j. §. j.Si de īueſt.feu.inter dñm & vaſ.d.c.j.ī fi.prin.& §. j. in prin.quid ſit inueſt. Quod ſm recentiorem conſuetudinem tū demū locum ſibi vendicabit, cum hoc iuſiurandum a parte parti

Source : BIU Cujas

delatum fuerit. Nam ſi a iudice parti delatum ſit, hodie illi, cui delatū eſt, cum duodecim vaſallis, vel ex parentib. ipsū neceſſario p̄ſtare coget: alias ſuccumbet. d. ver. ſacr. in fin. ar. d. c. fi. in fi. de iureiur. Quod s̄ diximus poſſidenti feudum, de quo agitur ſupraſcriptum iuſm deferendum eſſe, obtinet ſi dño ſciente, & non contradicente per annum in feudi poſſeſſione fuerit. d. c. j. in fi. Si de inueſt. inter dñm & vaſal. nec ꝙ ſe aliquam præſumptionem habuerit: alias. n. etſi poſſeſſor fuerit iuriſiurādi poteſtate non fruetur. cap. vni. in 2. part. de feu. guard. & caſtal. c. j. in j. parte. de pig. da. feu. quid iur. ar. c. vni. de feu. da. in vicem legis commiſſ. Niſi forte alia præsūptione, quæ priorem elidat, iuuetur: vt ſi is, q̄ de fundo pignori ſibi obligato, ſe inueſtitum dicit, per 30. annos continuos ipſum ſine aliqua pignoris conteſtatione, ab aduerſario ſibi facta, feudi nomine poſſederit. c. vni. de vſu Mediola. Sed & ſi cōtrouerſia inter dñm & vaſallum, ſuper feudo orta: dño improbatione deficiente, vaſallus poſſidens non niſi ſuprascripto iureiurando prius præſtito, abſoluatur: Vaſallo tñ in probatione deficiente, dñs poſſidens ēt nullo ſacramento p̄ſtito abſoluitur. d. c. j. §. fi. de conſue. recti feudi. Si quoque defuncto alicuius feudi dño, quis ſe eiuſdem vaſallum aſſerat: & defuncti dñi ſucceſſor id neget: ſi ex præcedētis inueſtituræ tenore cōſtet feudum illud rectum eſſe: decreto parium compelletur ſucceſſor, eum qui ſi eiuſdem verum vaſallum aſſerit, verbaliter. i. literis datis īueſtire, anteq̄ de principali cā cognoſcatur, hoc eſt inueſtiget, an feudum vaſalli ſit, an minus. cap. j. ver. ſed laudatum de contro. inter Epiſ. & vaſal. Idque verum puto, non ſolum ſi certum ſit illum vaſallum à ſucceſſore aliud feudum tenere: eaque ratiōe eiuſdem indubitatum vaſallum eſſe. d. c. j. ver. ſi inter. de alie. pater. feu. Sed etiam ſi id ambigatur, vel etiā conſtet eum ab ipſo nullum prorſus feudum tenere. d. ver. ſed laudatum. fidelitatis tamen iuſiurandū hoc poſteriori caſu nō antea præſtabit, q̄ de principali cauſa cognitum fuerit. d. ver. ſed laudatum. Eiuſdem. n. cognitione facta certo conſtabit, vtrum de fidelitate vaſall⁹ iurare debeat, & propter iuramentum præſtitum inueſtiri. d. ver. ſed laudatum. in fi. d. ver. ſi inter. ibi, ſed ſi nihil. Superiori vero caſu etiam antequam de principali cauſa cognitum ſit, fidelitatem præſtabit. Si quidem eo caſu, ea ex re nullum præiudicium ipſi contingere poſſet. d. c. j. ver. fin. de cont. inter Epiſ. & vaſal. Cœterum ſi ex præcedentis inueſtituræ tenore conſtiterit, ſupradictum feudum rectū non eſſe, antequam de principali cauſa cognitum fuerit, ſucceſſor ſupraſcriptum vaſallum verbaliter inueſtire debebit. d. ver. ſed laudatum. ibi, de ſuo recto feudo. d. ver. fin. dicto ver. ſi inter. ibi, de ſuo recto.

DE SENTENTIA CONTROVERSIARVM beneficialium diffinitiua: deque appellationibus: & de temporibus earum. Caput V.

Robationibus ergo ſecundum ſupraſcripta factis, iudex pro eo litigatore ſententiam diffinitiuam feret: qui, vel plenius vel efficacius probarit, vel iureiurando ſibi delato p̄ ſe iurauerit, arg. §. veritas. §. illicitas. ff. de offi. præſid. Idq; ſecundum ſolēnitatē a iure ſcripto traditam. cap. fi. de ſententia & re iudi. lib. 6. l. 1. & fi. C. de ſent. ex breuicu. recitan. Quæ quidem ſententia, ſi contra vaſallum lata fuerit: non ſolum ipſi, ſed & eiuſdem quoque agnatis, etiam ignorantibus, & non citatis præiudicabit. Quod aduerſus Andream de Iſernia in d. cap. 1. verſi. ſi vaſallus culpam. ſi de feu. defun. content. ſit. receptius eſt.

Si quoque vaſallo cum extraneo litigante, aduerſus vaſallum lata fuerit: etiam feudi domino, vtilis dominii reſpectu, nocebit: directi vero dominii intuitu, non item. capit. vni. in fi. de controuer. int. vaſall. & alium. A qua quidem ſententia appellari poterit, ad aliarum ſententiarum ab aliis ordinariis iudicibus, & ſuper allodialibus prolatarum exēplum. A domino itaque feudi, vel paribus Curiæ eiuſdem ad alium ſuperiorem dominum, cui feudi domin' immediate ſubeſt, appellari poterit. argum. l. Imperatores. ff. de appellatio. c. Romana. de appellat. in 6. Et in huiuſmodi appellatione intra decem dies, vel interponenda. ar. authen. hodie, C. de appel. vel intra annum, vel ex iuſta cauſa biennium perſequenda, & fienda, Auth. ei, qui appellat. C. de temp. appella. cap. cum ſit Romana. cap. perſonas. cap. ex rationc. de appellat. atque etiam in petendis a Iudice à quo apoſtolis, & ſui præſentatione corā iudice ad quem facienda. c. ab eo. de appellatio. in 6. l. præſes. C. de appel. tempora a iure ſcripto cōſtituta obſeruabuntur. Illud aūt omittendum non eſt, q̄ ſi in controuerſiis feudalibus ad Imperatorem immediate appelletur: appellante intra hebdomadas ſex vtiles vna cum ſuis parib. a quib. appellauit, ſe p̄ſentare debere. c. 3. in fi. & ibi gl. fin. Quo temp. mil. in reliqs vero, Iuris ſcripti traditiones ſequimur arg. ver. ſtrenuus, c. j. de feu. cogni.

DE BENEFICIIS IMPROPRIIS, ET A VEra propriaque beneficiorum natura ſpeciali contrahentium pactione diſcedentibus: deque variis generibus eorundem. Cap. VI.

Vm de vulgata Regula altero ꝙrio rū cognito, cognoſcatur & alterum. §. j. Inſti. de his qui ſui, vel alieni Iuris ſunt, atque in ſuperiorib. libris, recti ſeu proprii feudi nām late expoſuerimus: ex illis facile collegi poſſet, quæ feuda non recta, ſeu degenerātia ſint. Nā generaliter ea feuda a recti feudi nā degenerare dicenda ſunt, quæ ex conuentione inter feudi dñm & vaſallū ſtatim ab initio, id eſt, conceſſionis inueſtituræue tempore inita, vel præter, vel ꝙ communem feudi nām in aliquo, vel aliquib. capitulis ſpālem nām induerint. ar c. j. §. fi. Quid ſit inueſt. Di cēda inquam, ſunt ea omnia feuda degenerantia eſſe illius, ſeu illorū capitulorū reſpū, q̄ p̄ ſpālē ꝙhentiū pactionem alterata ſunt. reliquorū vero capitulorū nō īmutatorū ītuitu, ea recta, & ſimplicia eſſe dicem⁹. Bal. in l. j. 16. q. ff. de rer. diui. c. j. de cap. Cum ergo feudū rectum gratis concedi dēat. ca. j. in fi. de feu. in vicem legis com. c. j. in fi. In qui cau. feu. amitt. ſi dñs feudum pecuniæ nomine conceſſerit, eius capituli, id eſt, emptitiæ conceſſionis reſpectu, degenerans dicetur: alio rum verbo capitulorum intuitu rectum erit. Gratuita enim conceſſio, de feudi ſubſtantia nō eſt, ſed nā. i. innata quadā qualitate, ex generali feudorū cōſuetudine radicata. Et ideo ſalua feudi ſubſtātia, ſaluis ēt reliquis naturæ feudi capitulis, ꝙhentium pactionibus remitti pōt. ar. l. paciſci. l. in emptionib. ff. de pa. l. pacta cōuēta. in prin. ff. de ꝙh. empt. Ex quibus apparet, ad bonorū allodialiū exemplū, non ſolū a vaſallis, q̄ ea iā acquiſierunt. c. j. in fi. de nat. feu. c. j. in fi. de ben. fra. c. j. in prin. de inueſt. in marit. fa. ſed ēt a dñis ipſa iā primum cōcedentib. c. j. Quemad. feud. ad fil. pertin. etiam precio eorundē nomine numerato, feuda emi poſſe: atq; emptiōe nō obſtāte, feuda nihilomin⁹ eſſe: ſed emptitia, hoc eſt, eius capituli reſpū degenerantia. Qđ aduerſus gloſsā, & Iacobū de Beluiſo in d. c. j. de benefi. fratrū, frequentiori calculo receptum eſt: vſusq; paſſim obſeruat. Et iō quēadmodū bona allodialia ea lege vendi poſſunt: vt ſi ꝙd⁹ intra certā diē diſpliceat, inempta ſint. l. 3. ff. de cont. emp. §. pen. Inſt. de emp. & ven. ita & feuda eſſe poſſe crediderim, ar. ver. ſtrenuus. in d. ca. vni. de feudi cog. Et ſicuti rerū allodialiū venditionib. pactū, vel legis cōmiſſoriæ, vel addictionis in diē adiici pōt. l. 2. & 3. ff. de lege cōmiſ. l. 1. & 2. ff. de in diē addict. ita & feudorū vēditionib. hoc pactū adiici poſſe, putarī: hocq; caſu Oberti ſnīam in c. j. in fi. de cap. qui curiā vendidit. verā eſſe dicem⁹. Et iō ſi tibi fundū ea lege vendidero, vt eiuſdē precio intra certā diē nō p̄ſoluto: ipsū in poſterū nō ut ꝓpriū, ſed vt feudalē hēas: nihil obſta. arbitror, quo minus huiuſmodi ꝙuentio viribus ſubſiſtat. Qđ aduerſus gloſsā ī d. c. j. de feu. da. in vic. leg. ꝙmiſ. verū eſſe cenſerē, ſiue ea ꝙuētio inita eſſet ſup̄ pte feudi eiuſ dē p̄cio, añ p̄ſtitutam diē pro parte tm̄ ſoluto: ſiue ſuper integro fundo, atq; eiuſdē precio añ præſtitutā diē, nulla ex pte ſiue ēt aliqua ex parte, non tñ integre numerato: quod And. de Iſer. atq; Aluar. ꝓbarunt in d. c. j. ar. Doc. in tract. de empt. Cęterū cum de Iure ſcripto pactū legis cōmiſſoriæ in pignorib. reprobatū ſit. l. j. & fi. C. de pact. pig. c. ſignificāte. de pignorib. Ideo conceſſio feudi per huiuſmodi pactum facta, de cōſuetudinis lege virib. non ſubſiſtit: d. c. j. de feu. da. in vicē legis ꝙmiſ. Hocq; caſu Gerhardi ſnīam verā eſſe dicem⁹, in §. fi. in c. j. de cap. q̄ curi. vē. Sane qm̄ fidē de feudi ſubia eſſe oēs vno ore faſſi ſunt. ar. c. j. §. fi. in fi. Per quos fiat inueſt. feudū ea lege dari non poterit, ne eius noīe vaſallus dño ſuo fidē ſeruare teneat: & ſi ita datū fuerit, ea lege reiecta, fides ſeruanda erit: cōceſſioq; facta valebit. Nā traditum eſt, pacta ꝙ ſubſtantiā interpoſita, contractib. non obeſſe, ſed vitiari. l. cū p̄cario. ff. de precario. Itē cū feudū rectum nā ſui perpetuum ſit. d. c. vni. in fi. In qui. cau. feu. conſequens eſt illud feudū nō rectū dici debere: qđ ita datū eſt, vt ad vaſalli hīdes non tranſeat: ſed eiuſdē, vel dñi morte finiatur; cuiuſmodi eſt feudū ſoldatæ. Vel ſi feudū ita cōceſſum fuerit, vt q̄cunq; dño concedē ti vſum fuerit, reuocari poſſit, ar. d. c. vni. de na. feu Hincq; eſt qđ feudū Guardiæ & Caſtaldiæ ex feudorū degenerantium numero ſit: Nā poſt anni tp̄s a dño concedente iure auferri p̄t ēt p̄cio Guardiæ, vel Caſtaldiæ ꝙſequendæ noīe numerato, non reſtituto. c. j. in j. par. De feudo Guardiæ, vel Caſt. ī 2. par. de pign. feu. da. Feudū aūt Guardiæ ꝙſtituitur, cum quis caſtri, vel territorii ſui cuſtodiam alicui cōmittit: atque ipſi in Guardiæ. i. cuſtodiæ ſuæ mercedē ſeu remunerationē, feudū aliqđ ꝙcedit: vñ Cuſtodes Guardiani dicunt. Feudum autē Caſtaldiæ ꝙſtitui dicet, ſi quis rerum ſuarum Caſtaldum,

id

Source : BIU Cujas

id eſt,gubernatorem eligat: atque ipſi in Caſtaldiæ, id eſt,gubernationis ſuæ mercedem,feudum aliquod cõſtituat. Quæ feuda ideo anno trãſacto reuocari poſſunt, quia m Guard. & Caſtal.officium de natura ſui eo tempore finitur.Niſi nominatim longius tempus ei præſtitu um fuerit. d.cap.j.in fi. primæ partis. Iacob. de Beluiſo, & Andre. de Iſernia,& reliqui ibi.de feudo Guard.& Caſtald.Ex quibus colligere licet, quod ſi hiſce temporibus alicuius officii annalis nomine, alicui in laboris ſui mercedem , feudum aliquod conſtitutum fuerit,exacto anno ei auferri poſſe,argum.d.cap.j.in ſ. parte.etiam eo precio ipſi non reſtituto,quod ab initio officii conſequendi nomine numerauit.argum.d.ca. j. in prima parte.Sibi enim imputabit,quòd ſciens officium , de quo agitur,anni ſpacio finiri eius nomine precium numerarit. argum.l.j.ff.de condict.indebiti. Si tamen feudi dominus , vel Guardiam,vel Caſtaldiam , vel aliud officium annuum ante anni tempus ſine iuſta cauſa reuocaret : feudum eiuſdem nomine conceſſum,nihilominus perduraret, vt Andreas de Iſernia atque Aluarottus eleganter tradiderunt in cap.j.Sed quamuis nonnulli arbitrentur feud. Camerę , vel Cauenæ vaſalli morte extingui,eoque reſpectu degenerans eſſe : eorum tamen ſententiæ ſubſcribere non poſſum : ſed Iaſonis ſententiam,in pręludiis feud.in fine , ſequi malo,exiſtimantis ipſum ad accipientis hęredes tranſire : ſiquidem id cõſuetudinis lege improbatum non ſit.cap.vni.in fi.de feu. cõg.ca. vni.in prin.de notis feud. Cœterum feuda habitationum à recti feudi natura degenerãt.Vt ſi cui dominus,vel caſtri habitatio in feudum concedatur: quæ cum perſonalis.l.habitatio.§.j.ver.vtrum.ff.de vſu & habita. eiuſdem quoque feudũ perſonale erit: niſi aliud nominatim conuenerit. Ea etiam feuda, quæ, ad redituum redimibilium exemplum , redimi poſſunt,degenerare dicuntur.argum.d.cap.vni.in fi.In quib. cau.feu.amitt.Idemque de feudis aduocatiæ, procurationis, notarię,iudicaturæ,& conſimilium officiorum dicemus,huiuſmodi enim feuda anni ſpatio finiri Doctores noſtri vulgò tradiderunt,in cap.vni.§.publici.de pace tenenda & eius viol.argum.d.cap.vni.in j.parte,de feu.Guard. & Caſta.& ca. vni.in 2.parte,de pigno. da.feu.quid iuris. Proinde & ea omnia feuda impropriam feudi naturã habere certum eſt , quæ ad bonorum allodialium inſtar , vel vltima volũtate,vel actu inter viuos in extraneos libere transferri poſſunt : cuiuſmodi ſunt ea feuda,quę alicui ea lege conceſſa ſunt, vt ipſe & ſui hæredes,& quibus ipſe dederit,habeant.ca.j. de feu.nõ habente propriam feu.naturam.Quę quidem feuda etſi propriam feudi naturam nõ habeant,eo capitulo inſpecto:aliis tñ capitulis inſpectis iure feudi recti cenſentur.Et ideo ex eiſdem culpis amittuntur,quib.vera feuda amitti ſolent.d.cap. j.circa.fi.de feu.non hab.c.j.§.fi.ver.feudũ.Si de feu.defun.cõtent.ſit. Excepto tñ alienationis ẽt ſine dñi voluntate factæ, culpa:ob quam huiuſmodi feuda in commiſſum nõ cadũt, vt ſ.comprobauimus. Sed ſi vaſallo alienata fuerint , apud emptorem feuda eſſe deſinent:atque vt allodialia,ab empto re pleno dominii iure poſſidebuntur.d.ver.feud.in fi.d.cap.j. de feudo non hab.propri. Si tamen feuda vaſallis ſ[illegible]tim ab initio eum omni dominio , tam directo , quam vtili, cum actionib.& directis & vtilib. conceſſa fuerint , feuda nihilominus erunt, ſed eius capituli reſpectu degenerantia.d. c.j. §. fi.de inueſt.de re alie.fact.c.j.in fi.in quib.cau.feu. amit. aliorum vero capitulorum intuitu recta. Quod aduerſus quoſdam receptus eſt:qui ea feuda ſimpliciter eſſe negarũt,quod enim directum feudi dñium vna cum vtili in vaſallum trãſeat,ꝙ feudi ſubſtantiam non eſt,ſed nãm.d.c.j.in fi.in quib. cau.feu.amit.quæ ſalua rerum ſubſtantia pactionib. immutari poteſt.d.l.in emptio.de pact. Vnde ex ꝙrio inferre licet, quod ſi feuda ita conceſſa fuerint, vt vtile eorum dñium in vaſallos non tranſeant,feuda nihilominus eſſe,ſed eius capituli recte degenerantia,reliquorum vero non item.Iaſon in præl.feu.Feuda quoq; ea lege data, vt ad oẽs vaſalli hæredes, tam fœminas q̃ maſculos tranſeant.c.j.§.fi.de ſuc.feu.c.j. ver. ad filias.c.j.in prin.epiſco. vel abb.impropria ſunt.Nam propria feuda ad ſolos maſculos ex maſculis deſcendentes, ſucceſſionis iure deuoluentur.d.§.fi.in prin.d.ver.ad filias.in prĩ. c.j.§.j.ver.hoc autem notãdum.de his qui feu.da.poſ.c.j. ver. etſi clientulus.de ali.feu. Et cum de gñali feudorum conſuetudine ad omnes eiuſdem gradus hæredes,ſucceſſionis iure, æqualiter pertineant.d.§.j.in fi.princip.d.c.primo. in princip. de ſucceſſio. feu. conſequitur illud feudum degenerans eſſe, quod ad eum ſolum, qui inter plures eiuſdem gradus hęredes natu maior eſt,ſucceſſionis iure tranſit,quale eſt,Galliç, Angliæ atque Siciliæ Regnum,argumen. ca.licet.de voto & voti redempt. Porro & feuda ſine inueſtitura , vel vera vel abuſiua conſtituta,vel ſine inueſtiura vera,vel eo quod pro vera inueſtitura habetur, acquiſita, impropriã naturam habent,argumen.capitu. primo.in princip. quibus modis feu conſtit.poteſt.cap.primo.in princip.de conſuetu. recti feudi. Hincque eſt,quod ſi quis domino iubente , alicuius rei poſſeſſionem feudi nomine, inueſtitura tñ non interueniente, nactus fuerit,donec quidem vixerit,eam quaſi feudi nomine retinere poſſit,poſt mortem vero ad ſuum legitimum hę redem non tranſmittat.d.c.j.in prin.& ibi gl.in verbo parib. de conſuet. recti feu.Secus eſſet, ſi coram ſuæ curiæ paribus dominus vaſallum in rei ſuę poſſeſſionem feudi nomine ire iuſſiſſet.d.c.primo.in prin. & ibi gl.in ver.parib.de conſue. recti feu.Præterea & feuda franca, hoc eſt, ab omnib.ſeruitiis libera,eo reſpũ degenerantia ſunt,eamq; cõuentionẽ , qua ſeruitia feudi noĩe p̃ſtari ſolita,remittunt,validã eſſe, An. de Iſer.rectiſſime exiſtimauit in d.c.j.in qui.cau.feu.Siquidẽ feudi nãm tñ , non ſubſtantiam impugnet. Idẽq; de illis feudis dicemus in quibus ſolitorum ſeruitiorum obligatio ĩ aliud onus, vtpote certam vel pecunię penſionem vel frumenti, vini,olei,ſalis, aliarumque rerum præſtationem commutata eſt.Quę q̃dẽ paſſim frequentia ſunt. Idemq; de eo feudo rñdebimus,ꝙ ad certa ſeruitia determiataq; officia cõceſsũ eſt.d.c.vni.in fi.de capi.qui cur.vend.& glo.ibid.Vt quia ſeruitia,quæ eius noĩe p̃ſtare dẽnt, ſtatim ab initio noĩatim exp̃ſſa fuerũt.d.c.vni.In qui.cau.feu. amit. Cum tamen ex puri & ſimplicis feudi natura ſeruitia incerta indeterminataq; eſſe debeant.Doct.in c.vni.in fi.de capi. qui vend.Iacobi.in tract. ſuo de feud.ĩ ver.& ꝓmiſerũt,ver.22. q̃ritur.Ea deniq; feuda quæ ad reddituũ redimibilium exemplum , redimi poſſunt, degenerare dicentur.Poſtremo quemadmodum reliq ꝙctus ex conuentione legem accipiunt, naturamq; iuduunt.l.contract.de reg.iur.& tex.magiſtralis in l.naturalis.§. ſed ſi facio. ibi,& poteſt mandatum.ff.de præſcrip. verb.ita & feudalis ꝙctus.Et ideo inueſtituręfeudi,de quo agitur , tenor in primis inſpiciendus , atque in omnibus diligentiſſime attendendus eſt:ad eumq; omnia,tanquam ſcopum,referenda ſunt.c.j.§. fina.Quid ſit inueſt.Et qui aliquam feudi,de quo agitur,qualitatem,a propria feudi natura degenerantem allegat : ſiue eam ſpeciali contrahentium pactione inductam,ſiue ſpeciali alicuius loci conſuetudine receptam aſſerat : ipſam probare debet. Siquidem generalis feudorum conſuetudinis præſumptionem contra ſe habeat. d.§.fi.

Alias feudorum degenerantium ſpecies in ſuperioribus occaſione nacta explicatas,in pręſens non repeto,ne aduerſus vetus Iuriſperitorum prouerbium , rem actam agere cogar.

FINIS.

TRACTATVS FEVDALIS

IACOBINI DE S. GEORGIO IVRECONSVLTI CLARISSIMI

omnibus ciuilibus practicis commodiſſimus.

SVMMARIVM.

1 *Carolus,nomen pulchrum eſt & excellens; & quibus parentibus genitus ſit hic Carolus,de quo fit mentio in hac materia inueſtituræ.*
2 *Nominis pulchri & honeſti impoſitio , bonum aliquid præſupponit,turpis uero malum.*
3 *Principibus in pupillari ætate exiſtentibus dari tutores debent,per quos regantur.*
4 *Tutoribus principum pupillorum ſufficit exhibere, quales inueniri poſſunt fideiuſſores pro ſuſcipienda ipſa tutela.*

Et uide de Domina Blanca Francorum regina.

CAROLVS DVX SABAVDIAE.

1 2 CArolus Pulchrum & excellens nomen eſt.† Dicit enim glo.in l.facta.in §.ſi in danda.ff.ad Trebe.†quòd bonum eſt habere pulchrum nomen,per contrarium turpe,malum eſt.Genitus eſt hic Carolus ab illuſtriſſimo, & diuo Principe Domino,D. Amedeo Sabaudię Duce,qui maximis fulget miraculis, & ab illuſtriſſima & excellentiſſima Domina D.de Yolani primogenita Chriſtianiſſimorũ Regũ Frãcię quę poſt mortẽ p̃lati ſui coniugis tutrix fuit illuſtriſſimi Dñi,D.Philiberti Sabaudię Ducis ipuberis.

Source : BIU Cujas

3 Nam & Princeps impuberes reguntur per tutores.cap.gran
4 di.ext.de ſupplen.neg.præl.li.6.† Et hoc caſu ſuffiçiũt fideiuſ-
ſores tales, quales reperiri poſſunt. Vnde cum Domina Blã-
ca Regina Francorum vellet eſſe turrix filii ſui impuberis,
& dediſſet quoſdam fideiuſſores, aliqui dicebãt eam repellẽ
dam pro tanto regno. Dominus Hubertus de Bobio, tũc le-
gens in ſtudio Vercellen. conſuluit eam non repellendam,
ſed ſufficere fideiuſſores, quos dare poterat: alioquin ſeque-
retur quòd ſimiles Principes carerẽt tutore. Iſta ſunt verba
Alb.de Ro.in l.de creationibus.C.de Epi. aud.

SVMMARIVM.

1 *Ducis appellatione quis intelligatur.*

1 DVX. †Aduertite, quia ſecũdum Papiam dicitur Dux, quia ducit populum, vel exercitũ mi
litum.l.duces.C.de offi. militarium iud. Vel dicit Dux à ducatu.ca.j.in tit. de feu. Marchi. Et de plu-
ribus & diuerſis ducibus habetis tex.in l.2.C.de offi.præfec.
præto.Africæ.habetur etiam de Duce in cap.j.in titu.quis di-
catur Dux, Marchio, Com. & in cap.imperialem.§.præterea
Ducatus, in tit.de prohib.feu.alie. per Fed.

SVMMARIVM.

1 *Duces, quis creare poſſit.*
1 *Ducem, an poſſit ſibi populus eligere, Imperatore abſente.*
3 *Et quid de Duce Venetorum. ibidem, & nu.3.*
4 *Venetiæ ciuitas, an ſubdita ſit in ſolidum ipſis Venetis.*
5 *Gabellas, an imponere poſſint Ianuenſes mercatoribus, & maria ſua trã ſeuntibus, & eorum merces confiſcare abſque Imperatoris conſilio.*

1 QVæro in primis, à quo creantur iſti Duces? Dicite quod creantur ab Imperatore.d.cap.j. in titu.de feud.
Marchi. & etiam a Rege in Regno ſuo. cap. in
apibus.7.quæſtio.1.& ita vult Iacob. Aluarot.in
2 ca.j.in tit.quis dicatur Dux, Marchio, Comes.† Sed an popu
lus ſibi poſſit eligere Ducem in abſentia Imperatoris? Con-
cludite quòd non de iure, arg.§.interim.in Authen.de defen.
ciuita. Sed de conſuetudine, quia Imperator ſcit & tolerat,
valet electio, vt videmus in Ianuenſibus & Venetis, qui eli-
gunt ſibi Ducem: tales enim Duces non tamen ſunt domi-
ni proprie, ſed habent quandam præeminentiam, & habent
concilia populi vel maiorum: ita dicit Bal.in propriis termi-
3 nis in l.decernimus.C.de ſacroſan.eccle. † Et de Duce Vene-
4 torum habetis tex.in cap.expoſita.extra de arbi.† Sed an ciui
tas Venetiarum ſit libera ipſorum Venetorum? Concludi-
te quòd ſic, quia eſt fundata in mari, & ciuitates in mari ædi-
ficatæ efficiuntur ædificantium.l.in tantum.ff.de rer.diuiſio.
Secus eſt in aliis ciuitatibus, quæ fundantur in territorio ali-
cuius, quia illæ ſubſunt iuriſdictioni illius: iſta ſunt verba Bal
di in rubri. ff.de rer. diuiſio. circa.4.colum. allegat nota. per
5 Specu.in tit.de relig.domi.ver.quid ſi ciuitas.† An autem Ia
nuenſes, quia habent eorum maria diſtincta, poſſint impo-
nere gabellas mercatoribus tranſeuntibus per eorum ma-
ria, & eorum merces confiſcare inconſulto Impe.videte per
Bal.in præall ega.rub.circa 3. colum.

SVMMARIVM.

1 *Filii Regum, Ducum vel Comitum, an poſſint viuentibus eorum patri-
bus appellari Reges, Duces vel Comites.*
2 *Legitimandi poteſtas, an intelligatur translata ſimul cum Ducatu eidẽ,
quem Imperator Ducem creauit.*
3 *Notarios, ſeu tabelliones creandi poteſtas, cui de iure competat.*
4 *Famæ quampiam reſtituere, ad quem pertineat.*

1 DVbitatur etiam. †An filiꝰ Regis, Du
cis, vel Comitis, vi-
uente patre poſſit appellari Dux, Marchio, vel
Comes? glo.eſt not.in c.fin.24.quæſtio.1.quæ de
terminat quod ſic, ſed improprie ita appellatur. Facit opti-
me l.in ſuis.in verbo, quodammodo.ff.de lib.& poſth.† Que
2 ro de pulchra quæſtione, quam vidi de facto: Imp.creauit ali
quem Ducem, ſicut creauit ſanctiſſimum Dominum, Do.
Amedeum, qui erat Comes Sabaudiæ: an ex hoc intelliga-
3 tur in eum tranſtuliſſe poteſtatem legitimandi? Videtur pri
ma facie dicendum, quod non, quia talis poteſtas competit
Imperatori, & non inferiori.l.j.C.de iure aureorum anullo.
& l.quæris.ff.de natali.reſtit. & §. illud in Auth. quibus mo-
3 dis natu.effi.ſui.† Sicut etiam creare tabelliones competit ſo
li Principi, id eſt, Imperatori, vt nota.Innocen.in cap.cum.P.
4 tabellio.ext.de fide inſtrumento.† Idem quando agitur de re
ſtitutione ad famam.l.j.§.de qua.ff.de poſtu. no. per cano.in
cap.cum te.ext.de re iud.cum ergo iſta ſint ſpecialiter reſer-
uata ſupremo Principi, non videntur tranſire in generali ceſſione.cap.quod translationem.ext.de offi.delega. & l j.in
prin.ff.de offi.eius, cui man.eſt iuriſd.& arg.§.in generali.in
tit.ſi de feu.defunc.fue.controue.& ar.l.obligatione genera-
li.ff.de pig. Contrarium determinabitis, quia ex ipſo, q Im-
perator creauit Principẽ noſtrum Ducem, & in dominio ip
ſius Ducis nõ exercet aliquam poteſtatem ſeu iuriſdictionẽ,
niſi per ipſum Ducem, ex hoc vr tranſtuliſſe ī eum omnem
ptãtem imperialem in dño ipſius Ducis, per ea, quæ ſcribũt,
Cy.de Piſtor.& Bal.in l.ea lege.C.de condi.ob cau.in illa quę
ſtione de illo qui habebat caſtrum allodiale, & illud dedit fi
liæ in dote cum pacto de alienando, pro hoc facit, quod no-
tat Bal.in l.1.C.qui admi.ad bo.poſ.& l.precibus.C.de impu-
be.& aliis ſubſti.in quibus locis dicit, q tales Domini in eo-
rum terris ſunt vice Principis, talis ergo legitimatus a Princi
pe noſtro, habetur pro vero legitimato in toto dñio Duca-
li Sabaudiæ.facit quod no.Bal.in l.generalis.C.de ſen.paſ. Et
ita conſuluit Paulus de Caſt.pro Duce Mediolani, ſuo cõſi.
227. Hoc eſſet indubitatum, ſi Imperatori in creatione Du-
cis dediſſet illi poteſtatem ſpãlem legitimandi, vel appoſuiſ-
ſet in reſcripto verba, quæ ſunt appoſita in reſcripto celſitu-
dinis Ducalis Sabaudiæ, in hæc verba, ita q præfatus Dux in
toto ſuo dominio poſſit ea, quæ Reges Rom.& Imp.facere
poſſent, transferendo in eum omnimodam ptãtem imperia
lem.& quamuis ſpecialis poteſtas non eſſet data, nec appo-
ſita eſſent verba prædicta, tamen prædicta legitimatio eſſet
valida, quantum ad dominium Ducale, ſecundum Paul.de
Caſt.in loco allegato. Ad l.j. C.de iure aure. annulo. cũ con
cor.reſpondebitis, q procedunt quantum ad hoc, vt in toto
imperio habeatur pro verè legitimato: quia tũc eſt neceſſe,
q illa legitimatio fiat ab Imperatore, vel alio habẽte ſpecia
le mandatum, aut ſpecialem poteſtatẽ, cur ſecus, vt habeat
pro verè legitimato in toto dominio Ducis.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſoria poteſtas, an tranſeat ad ſucceſſorem eius, ſi duo Duces,
vel Comites compromiſerunt ſub nomine appellatiuo.*
2 *Tutelæ poteſtas an tranſeat ad ſucceſſores.*
3 *Fideicommiſſio caſtri, vel alterius proprietatis, an & quando videatur
facta, etiam ſucceſſoribus, cuius fidei prædicta primo commiſſa fue-
runt.*

1 ADdo† vobis aliam quæſtionem. Duo Nobiles, ſeu Com.conten
dentes, fecerunt compromiſſum ī Duce Sabau-
diæ ſub nomine appellatiuo tantum. Mortuus
eſt ille Dux, vtrum ſucceſſor in ducatu ſuccedat
in illa poteſtate compromiſſoria? Videtur, quòd ſic, per cap.
quoniam Abbas.ex.de offic.& poteſta. iu.deleg. Cõtrarium
determinabitis, quia talia compromiſſa fiunt ex confiden-
tia, & poteſt eſſe, quod confidebant compromittentes ī Du
cem Sabaudiæ, qui tunc erat, & non de ſucceſſore. Item po-
teſt eſſe, quòd ille Princeps, in quem eſt factum compromiſ
ſum, eſt prudentiſſimus & iuſtiſſimus, & tamen ſucceſſor nõ
erit talis. Ita determinat Bal.in cap.j.§. hoc quoque, circa 3.
colum.in titu.de ſucceſ.feu.in libello feudi.vbi dicit, ſe ita cõ
ſuluiſſe in cauſa Comitis Sabaudię, qui de xliij.caſtris feuda
lib.imperii compromiſerat in Regem Francorum ſub no-
mine appellatiuo, & mortuo Rege, nondum lata ſententia
ſucceſſor in regno volebat cognoſcere de cauſa, & illam de
cidere. Idem vult ipſe Bald.in cap.j.in titu.de inueſt.in mari.
fac.in lib.feu. Eandem opinionem tenuit ipſe Bald.in præal-
leg.cap.quoniam Abbas.alleg.no.per Bar.in l.qui liberis. §.
hæc verba.ff. de vulga. & pupilla. Addite eundem Bald. in l.
fin.§.ſed & ſi quis.C. communia de lega. Addo Ioan.de Im.
idem volentem in præallegato cap. quoniam Abbas.ſubii-
2 cit ipſe Bald.in d.§.ſed & ſi quis.† quòd idem eſſet, ſi quis da
ret filio in tutore Regem Francorum: quia talis poteſtas nõ
3 tranſiret ad ſucceſſorem in regno. † Idem dicit, ſi quis com-
mittat caſtrum ſuum fidei alterius. Nam, illo defuncto, talis
poteſtas non tranſibit ad ſucceſſorem. Ad dictum cap.quo-
niam Abbas. reſpondebitis, vt reſpondent præfati Docto.
in locis pręallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Regnum, vel Ducatus eius, qui intrauit religionem, animo ibidem per-
manendi perpetuo, an videatur tranſire in eandem religionem.*
2 *Reges duo ſeu Duces, an ſimul, & ſemel poſſint in eodem regno vel Du-
catu dominari.*
3 *Succeſſorium edictum, an, & quando habeat locum in regalibus digni-
tatibus, ſicut ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus.*

Source : BIU Cujas

Et quę iura veniant in tali ſucceſſione nu.5.

4 *Primogenitus quis dicatur.*

6 *Regalis dignitatis ſucceſsio ſemper tranſit ad conſanguineos, licet reperiantur in centeſimo gradu conſanguinitatis.*

7 *Tutor vel curator primogeniti, an, & quando curam habeat, vel tutelã bonorum ipſius primogeniti effecti furioſi.*

8 *Regni, Ducatus, vel Marchionatus ſucceſſor, quis efficiatur, an ſecundo genitus, an vero natus ex primogenito defuncto ipſius Regis, Ducis, &c.*

9 *Puberes effecti, an, & quando poſsint abſque curatore publica tractare negocia.*

10 *Delphinatus, Vicecomitatus, & Baronia dignitates, an, & quibus rationibus diuidi non poſsint.*

11 *Succeſſor regni, vel alterius dignitatis Regalis, vter efficiatur, an natus ante acquiſitam ipſam dignitatem, an vero poſt.*

1 QVid ſi † Vel Dux intret religionem, animo ibi perpetuo remanẽdi, vtrũ Regnũ ſeu Ducatus trãſibit in monaſteriũ? Cõcludite quòd non. & ita tenet glo. in c. ſcripſit nobis regina, 27. q. 3. † An autem in eodem Regno vel
2 Ducatu poſſint eſſe Duo Reges vel Duces? Bal. in l. fi. ff. de re. diuiſ. videtur velle, quòd non. Et pro iſta ſententia facit optime tex. in c. imperialem, §. præterea ducatus, in tit. de prohi. feu. alie. per Fed. in li. feudo. Item facit, quia abſurdum eſſet, ꝙ in eodem Ducatu eſſent duo capita, quaſi monſtrum, ar. c. quoniam in pleriſque, extra de offi. ord. Dicit tamen Albe. in c. fi. in 8. colum. C. de iuriſdi. omn. iud. quòd in partibus Vltramont. iuriſdictiones ſunt diuerſæ, & merum, & mixtum imperium per Comites & Barones. Et ibi vendunt, & donant, & faciunt, ſicut de aliis rebus. Subijcit tamen ipſe Alb. ſe credere, quòd hoc ſit potius de facto, quam de iure. † Sed
3 an iſtis regalibus dignitatibus, ſicut ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quæ ſunt regales dignitates ſec. Bal. c. 1. in tit. de feu. March. ſit dare ſucceſſorem, ſeu edictum ſucceſſorium. tex. in c. j. §. fi. in ti. de feu. alie. determinat, quòd non. Subijcit tamen tex. quod de conſuetudine vſurpatum eſt. Et ſi intelligimus illa verba, vſurpatum eſt, de praua & mala ꝙ ſuetudine: tunc vĩ obuiare tex. in c. præterea Ducatus. Iac. de Belloui. xi. vicibus legit libellum feudorum, & communiter Feudiſtæ in d. c. j. §. fin. intelligunt illum textum, non in praua & mala conſuetudine, ſed bona. Et ita ſenſit glo. ibi ĩ verbo, uſurpatum. & ideo Bal. eleganter in d. c. j. in titu. de feud. Marc. dicit iſta verba formalia notanda, ꝙ in iſtis dignitatib. Regalibus, ut ſunt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus in ſucceſ. eſt attendenda conſuetudo: quòd eſt bene notandũ, ſecundum eum, quia frequens & frequẽtiſſima eſt mors Ducum, & aliorum Principum. Aduertite tamẽ, ꝙ D. Andreas de Iſer. in d. c. j. in titu. de feu. Marchi. diſtinguit elegãter hoc modo: Aut Ducatus, Comitatus, vel Marchionatus conceditur alicui in exercitium, non proprietatem, vt aliquãdo facit Eccleſia Romana de Ducatu Spoleta. & de Marc. Anco. & iſto caſu Ducatus, Comi. vel Marchionatus non tranſit ad hæredes: quia intelligitur electa induſtria perſonæ. l. inter artifices, ff. de ſolutionibus. & l. vnica, §. ſinautem. C. de caducollen. Idem eſt, quando Ducatus Comitatus, vel Marchionatus conceditur alicui non in proprietatem, ſed fructuum perceptionem: & iſto caſu etiam non tranſit ad hæredes, ſicut nec Soldata ad hæredes tranſit, capitu. j. in titulo, Quis dicatur Dux, Marchio, Com. Quandoque vero Ducatus, Marchionatus, & Comitatus conceditur in proprietatẽ, & tunc bene tranſit ad hæredes: & ita poteſt intelligi tex. in d. c. præterea Ducatus, non tamen ad omnes hæredes, ſed pri
4 mogenitum. & ita quotidie obſeruatur. † Quis autem dicat primogenitus habetis bonum tex. in c. Ioſeph. ext. de verb. ſignifi. In primis igitur duobus caſibus ſuperius relatis poteſt intelligi tex. in c. j. §. fin. de feu. alie. & licet iſta diſtinctio Andre. de Iſer. ſit vtilis & fundamentalis, non tamen recedatis à
5 communi ſententia ſupra relata. † Et eſt notandum, quod tales Duces, Marchiones, & Comites, quoad vniuerſitatem ipſius Ducatus vel Marchionatus, dicuntur habere utilia iura, & utile dominium: ſed quãtum ad ſingularia feuda, quæ ſunt in illo Ducatu uel Marchionatu, dicuntur habere directa iura, & directum dominium: ita dicit eleganter Bal. in l. 1. C. unde leg. quod vult Bal. in proœmio. ff. in j. char. in princip. 4. colum. Idem vult in rubri. alias, in l. j. ff. de bo. poſ. hær. petitione. Retẽta ergo concluſione, ꝙ iſta feuda Regalia trã
6 ſeunt ad hæredes: † Volo, ꝙ notetis unum perpetuo, qđ vult Bal. in d. c. j. in titu. de feu. March. quod ſi tota domus regia moreretur, & repetiretur aliquis, qui eſſet etiam in centeſimo gradu: puta de domo Borboni, certe ille talis ſuccederet in regno, ratione conſuetudinis, & perpetui ſanguinis: licet in aliis ſucceſſionibus ſit ſecus, quia non progrediuntur ultra decimum gradum, ut habetur §. fina. Inſtitu. de ſuccet. cog. Et hoc ſequitur clariſſimus Doc. D. Mart. de Lau. in
7 d. c. j. † Sed, quid ſi primogenitus eſſet demens uel furioſus, an Ducatus, Marchionatus, uel Comitatus regeretur per curatorem illius dementis? Videtur prima facie dicendum, ꝙ ſic, per c. grandi. ext. de ſup. negl. præla. lib. 6. In contrarium determinabitis, quia conſuetudo, quæ defert ſucceſſionem iſtarum regalium dignitatum ad primogenitum dummodo ſit habilis, ſed quia patitur vitium perpetuum, quia natus eſt talis, certe ſecundogenitus ſuccedit: & ita determinat Bal. in cap. j. §. hoc quoque, circa. 4. ſeu 5. column. in titu. de ſucce. feu. Ad c. grandi. ſupra allegatum reſpondebitis, quod debet intelligi, quando ex accidente, & poſtfacto ſuperueniſſet furor, uel dementia. addite eundem Bald. idem uolentem
8 in rep. l. j. C. de ſum. Trinita. & fide catho. & quod vult ipſe Bal. in authen. hoc amplius. C. de fideiuſ. † Sed pone, deceſſit Rex, uel Dux, uel Marchio relicto filio ſecundo genito: relicto etiam nepote, nato ex primogenito defuncto: quis iſtorum ſuccedat, an patruꝰ, an vero nepos, qui eſt natus in primogenito? Bart. in auth. poſt fratres. C. de le. her. determinat pro patruo contra nepotem. Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de feu. determinat pro nepote contra patruum ꝑ multas rationes, quas ibi aſſignat. Bald. in l. liberti libertæque, C. de ope. lib. determinat pro nepote nato ex primogenito: & ibidem dicit, ꝙ licet Papa pronunciauerit contrarium in regno Angliæ, præferendo Robertum ſecundo genitum filio primogeniti, tamen ſecundum eum Papa ibi magis partialis fuit, quam Apoſtolicus: ſed ipſe Bal. in l. 3. C. de ſuis & leg. dicit, quòd Papa pronunciauit pro rege Roberto, propter ſuam prudentiam, quia erat ſecundus Salomon. cum iſta opin. quòd nepos debeat præferri, tranſit Paul. de Caſtro in l. maximum vitium, C. de lib. præte. vel exhær. & iſtam ſententiam videamus quotidie ſeruari. De hac materia videte pleniſſime per Bal. in aliquibus lecturis, in l. cum antiquioribus. C. de iure deli. vbi facit decem argumenta pro nepote, & totidem in fauorem patrui: tandem concludit, quòd ſi hãc dubitationem poſſumus decidere vel ex verbis inueſtiturę, vel conſuetudine, bene quidem, alias autem recurrendem eſſet ad interpretationem ſuperiorum: poſtea ſubiungit hæc verba, ſoluat Apollo. De iſto puncto etiam habetur per eundẽ Bal. in l. ſi viua matre. C. de bon. mater. & ibi etiam per Cyn. Et quia ſupra dixi, quòd quando Rex, Dux, vel Marchio eſt
9 impubes, quòd tunc regitur per tutorem, d. c. grandi. † Quid ſi factus eſt pubes, an tutela ſit finita, adeo, quòd nec debeat habere curatorem, ſed poſſit per ſeipſum adminiſtrare? Et pro parte negatiua videtur, quòd non poſſit adminiſtrare, ſed debeat ei dari curator. In primis adducitur l. 1. ff. de min. vbi dicitur, quòd tales adulti non habent firmum conſiliũ. Secũdo, adducitur l. 2. & ijs, qui ve. æta. impe. vbi licet minor ſit diſcretus, tamen nõ poteſt impetrare veniam ante 20. annum ætatis. Tertio, minores xxv. an. non poſſunt adminiſtrare propria negocia: multo minus ergo publica, in quibus agitur de maiori præiudicio, arg. c. periculum. de electio. lib. 6. & l. nec cauſas, C. de appel. Quarto iſti tales minores non habent ſtabilem mentem, ergo nõ debent adminiſtrare publica negocia, l. fi. C. de teſt. mili. Quinto, indecorum eſt, ꝙ alios regant, cum ſeipſos regere neſciunt. c. indecorum, ext. de ęta. & quali. & ordi. præfic. Ad idem adducitur 12. Prouerbiorũ: Dabo pueros principes eorum. Et Eccleſiaſtes x. c. dixit: Veh tibi terra, cuius Rex eſt puer, & cuius Principes mane comedunt. Item pro hac ſententia ſpecialiter allegatur, ꝙ in quibuſdam Regnis & Ducatibus de conſuetudine non appellatur ĩ criminalibus. Erit ergo valde periculoſum, ꝙ Princeps, licet maior 14. ann. ſi ſit minor 25. ꝙ debeat iudicare in criminalib. Pro parte autem contraria videtur, ꝙ poſſit abſque aliquo curatore. facit, ꝙ maior 14. ann. debet poſſe adminiſtrare regnum ſeu Ducatũ, ex quo eſt finita tutela. Secundò, pro hac parte arguitur de ſexu ad ætatem. Nam licet mulier prohibeatur iudicare, l. fœmina, ff. de reg. iur. tamen ſi ſibi debeatur aliqua dignitas ſecularis, ipſa poterit iudicare. Exemplum habetis in Comitiſſa Matilda, de qua loquitur glo. fin. C. de recep. arbi. Habetur etiam in c. dilecti, ext. illo eodem titu. Patet etiam exemplum in illuſtriſſima Regina Ioanna, q̃ fere xl. an. rexit ſceptrum regale Apulię, & a quingẽtis annis citra non fuit ei ſimilis in gratia & virtute, vt verbis Bal. vtar. in c. j. §. hoc quoque. circa. 4. col. in tit. de ſucceſ. feu. Eadem ratione debet hoc poſſe Dux maior annis 24. licet minor xxv. Tertiò adducitur l. cum prętor, ff. de iud. vbi ſolum prohibetur impubere iudicare, ratione ætatis. Tandem Ioan. And. in loco allegato concludit negatiue, videlicet, ꝙ nõ poſſit ſine curatore. Addite, ꝙ licet ipſe non dicat, quod Old. ſuo conſ. 50. tenuit eandem opi. Bar. autem in l. quidam conſulebant. ff. de re iudica. dicit, ꝙ talis Princeps factus maior 14. ann. poterit abſque curatore adminiſtrare ea, quę ſunt iuriſdictionis, qu'a poſtquàm ſupremus iudex cõtulit iſtã dignitatem Ducatus alicui in proprietatem, & ſic voluit, ꝙ tranſiret

Source : BIU Cujas

ad hæredes,certe vī voluisse,& disposuisse,dispensare, quòd etiā minor xxv.an.possit administrare iurisdictionem aliam absque curatore,arg.d.l.quidam consulebant.ea autem,quę non sunt iurisdictionis, sed concernunt administrationem regni,seu Ducatus, debebit administrare cum curatore. arg. l.spurij.in §.j.ff.de decurio hanc opinio.Bart.sequutus est D. Abb.Siculus in c.cum 20.annum,extra.de offi.del.Io.de Im. in præallegato c.grādi.post multa dicit se credere, q̄ ex quo talis minor xxv. an. iure proprio succedit in Regno seu Ducatu tali dignitate,q̄ poterit ea facere, quæ alius minor. 25. an.facere possit,iuxta l.si curatorem hēns.C. de in inte.resti. mino.Et cum ista opinio. Io. de Imo. pertransit simplr Dñicus de S.Geni.in præallegato c.grandi,in pen.col.Sed ꝙ Bar. & Pan.fortiter vī facere tex.ī l.ad Rempubl.ff.de mu. & hono.vbi tex dicit,q̄ minores 25.an.non possunt administrare Rempub.Sed sustinēdo Bar.cuius opinio in plerisq; Regnis, & Ducatib.seruatur,potestis rīdere ad l.ad Rempub.q̄ loqr̄ in illis,qui assumuntur ad regimen Reipublicæ per viam electionis;nos aūt loqmūr in eo,qui iure proprio succedit in regno seu Ducatu subsequenter,quia dixi.s.q̄ istæ tres dignitates Ducatus, Marchionatus, & Comitatus non diuiduntur d.§.præterea Ducatus.Et idem est in regno.c.licet. ext. de vo.
10 & vo.redemp.†Quæro,quid in Delphinatu, Vicecomitatu, & Baronia? Concludite, idem esse ex identitate rationis.Ita determinat Io.Ray.in suo compendio feud. in d. §.præterea, sed operæ preciū est vendere,quę nam est ratio,q̄ istæ tres dignitates non debēt diuidi Dicitē , q̄ triplex potest assignari ratio.Prima est,quia ista feuda sunt magna in tīn,quod Bal. in c.j.in tit.de feu.March.dicit,q̄ sunt regales dignitates, & si diuiderentur,redigerentur ad nihilū.arg.§.j.in Auth.de triē. & semis.& l.plane.ff.fam.er.Secunda ratio, quia ista tria feuda sunt nominata,& si diuiderentur,perderent noīa,& consequenter carerent fructu seu effectu,l.a nullo, C.de feriis.& l.defensores,C.de defen.ciui. Tertia ratio est, qa, vt dictū est, ista feuda sunt dignitates,& dignitas est indiuisibilis. c.maio-
11 rib.ext.de præb.†Sed iuxta hoc quæro de notabili qōne.Habens regnum suum decessit relicto vno filio nato ante acqsitam dignitatem,relicto ēt alio filio, nato post acquisitam illam dignitatem,quis istorū dēt succedere in Regno, seu Ducatu ? Vī prima facie dicendum,q̄ natus ante acquisitam dignitatem:quia tpe mortis patris reperit se primogenitum.l. 2.§ hæreditas,ff.de suis & legit. & tūc ei hæreditas competit, l.j.§.si impuberi. ff. de collatio. bonorum.in contrarium facit,quia ille natus ante acquisitam dignitatem Ducalē, non poterat dici filius Ducis,vt vult gl.nō.in l.Imperialis, §.illud, C.de nupt.Optime facit l.si senator.C.de digni.lib.12.Et hāc opinio.q̄ natus post acquisitam dignitatem p̄feratur, tenuerunt Iaco.de Belloui.Cy.& Io.Fab.in d.§.illud,sed mihi magis placet opinio, quæ reperitur in scriptis Gulielmi de Cu. in d.l.si senator.q̄ aut pater successit in dignitate Regni , vel Ducatus fm nālem ordinem successionis, puta quia erat de stirpe Regia,vel Ducali: & isto casu natus ante acquisitam dignitatem erit præferendus,tanquam primogenitus,qa saltem erat,pronepos,vel nepos,vel consanguineus Regis , vel Ducis, & sic erit ei implicitus status Regalis seu Ducalis, & spem probabiliter hēbat ad Regnum seu Ducatum. Aut illa dignitas Regalis seu Ducatus obuenit patri aliter,quam p successionem,puta per electionem,vel alias, quia non superat amplius aliquis de stirpe.Et tunc natus,post adeptam illā dignitatem,erit preferendus : quia filio antea nato non erat implicitus status Regalis seu Ducalis, nec spē hēbat , seu hīę poterat probabiliter ad illam dignitatem.Et in hac opi. videtur inclinare Io.Ray.in d.§.prēterea.

SVMMARIVM.

1 *Subditi alicuius domini se alteri domino submittere volentis,an, & quando contradicere possint.*

2 *Regales dignitates,an, & quando statuto, vel consuetudine induci possit,ut diuidantur.*

VLterius † Quæro : Dux vult submittere se, & terram alteri domino, nunquid subditi possint contradicere? Host.& Ioan. And. Panormita.& Imo.in cap.dilecti filii.extra de maiorit. & obe.dicunt,quod hoc casu admitti debet contradictio subditorū : quiaquēamadmodum interest domini non perdere subditum,ita interest subditi , non mutare dominū. ita dicit notabiliter Inn.in c.auditis.ex.de rescri.Item interest ipsorum subditorum,non habere tot dominos,per ea, quæ habentur in c.2.in titu.de duobus fratribus de no.bene.inue. Ad prædicta addo Bal.in l.debitori.C. de pac. vbi dicit no.q̄ sicut subditi non possunt facere ligam seu confœderationē, vel pactionem alīq in præiudiciū superioris,qui eorū est dñs: Ita ꝙ, ipse dñs non pōt prædicta facere in præiudicium subdi
2 torum , †Quæro, quia dixi s. q̄ istæ dignitates non diuidun-

tur,an per statutum, vel consuetudinem possit induci , vt diuidantur? Ioan.And.in addi.ad Specu.in rubr.de feu.in addi. incipien.non omittam.determinat,q̄ sic.Et hanc opi.tenuerunt And.de Iser.Iac.Alua.& Do.Marti.Laud.in d.§.præterea.dūmodo scientibus & patientibus Imperatoribus hoc factum fuerit.allegat bonum tex.in l.si emptione.§.omnium. ff.de contrahen.emptio.& vend.& l.j.in fi.ff.de aqua. plu.ar. & l.hoc iure.§.ductus aquæ, ff.de aqua quoti.& æsti. optime facit c.super quibusdam.§.præterea.ext.de verbo. signi.

SVMMARIVM.

1 *Regiæ dignitatis Domini,vt sunt Rex, Dux, Marchio, Baro, Delphinus & huiusmodi,an & quando possint expellere mercatores; vel alios in suo territorio negociantes.*

2 *Popularium appellatione,qui veniant.*

ITem quęro, † Nunquid Dux possit expellere mercatores, qui venerunt in suum territorium, & eis auferre bona,si non recedant ? Concludite , q̄ ipsis de nouo venire volentibus posset interdicere ingressū sui dominij.arg. l.Diuus Pius aucupibus.ff.de ser.rust. præd. sed postquam sunt ingressi , & cœperunt habitare,non potest sine causa eos expellere , quia mundus est communis patria omnibus:& expellere,est īterdicere: & interdictio nō debet fieri sine causa.l.relegatorū.ff.de inter.& releg.Et post quam venerunt in territorium, sunt sicut reliquus populus. Hinc habetis text.singu.in Auth.de quæstore.ibi,ciuitas nostra populosa.vbi singulariter probatur,q̄† appellatione po
2 pularium.,veniunt etiam aduenæ forenses , vnde contra naturalem æquitatem, & bonum publicum fieret , si expellerentur sine causa.Ista sunt verba ferè formalia Bal. in cap.1. in tit.de for fide.in versi.seu.Et hanc decisionem sequitur D. Panor.in c.quoniam in plerisque.in j.col.ext.de offi.ord.

SVMMARIVM.

1 *Iudæos de suo territorio expellere,& eorum auferre bona,an, & quando liceat sine peccato Regiæ dignitatis domino.*

VLtimo quæro, † Nūquid Dux vel Rex sine pctō possit expellere Iudæos de suo territorio , & eis auferre bona? Arguitur primo,q̄ nō,per l.nullus.C.de Iudæ. Secundo,per c multorum,& per c.sicut,ext.de Iud. Tertiò,ipsi possunt præscribere tunc aduersus Christianos.§.porro. 16.q. 3.Item per eorū consortium possumus eos lucrari Deo omnipotenti.23.q.3.c.si infideles.& si expellantur , non poterimus eos lucrari.Ita Papa nō debet eis auferre bona, sed eos tolerare,quandiu potest,vt not.Inn.in c.quod super his.ext. de vo.& vo.redemp.In contrarium facit, quia propter mortem Christi facti sunt serui, vt habetur in c. & si multorum, ext.de Iudæ.vnde Princeps potest eos vēdere,ergo multò magis expellere,agrumē.l.1.& 2.C.si ser.expor.veneat. Pro hac parte facit,quod nota.Archid.in cap.qui sincera. xlv.dist.vbi dicit , quòd per rationem prædictam Princeps potest eis auferre bona.facit , quod nota. ipse Archid. in cap. fraternitatem. liij. distinctio . ad idem facit text. in cap. Iudæi , ext.de Iud.vbi probatur, quòd si conuertantur ad fidem , non sunt eis auferenda bona: ergo à contrario, si non conuertantur, &c.Item pro hac sententia facit text.in capitu. sicut.ext.illo eodem titu.vbi dicit, quòd bona sunt eis auferenda sine licē tia terrenæ potestatis : ergo a contrario cum licentia potest hoc fieri.Item tolerantur apud nos ex pietate & gratia,d.capi.& si Iudæos,& cap.si multorum.ergo hoc non dicit redigi ad necessitatem,argum.l.non quicquid. ff.de Iud.Concludite, quòd si Christianis immineat periculum vel scandalum ex habitatione Iudæorum in illa terra,tūc Princeps sine peccato potest eos expellere.Itē determinat Alb. de Ro.ex mente Old.suis consilijs,in Rubrica,C.de Iudæis.

SVMMARIVM.

1 *Marchio & Marchia vnde dicantur .*

2 *Marchio,an & quando testari possit de Marchionatu,quem tenet in feudum ab Imperatore.*

3 *Virili membro carens, per quod emittat vrinam, an & quando succedere possit in dignitate Regali.*

4 *Fęminæ,quibus rationibus in feudo succedere prohibeantur .*

5 *Hermaphroditus,an & quando possit in bonis feudalibus succedere.*

5 *Marchio feudum seu castrum Marchionatus alienans an præiudicet filio.*

7 *Diuisio facta inter duos Marchiones, alteri quorum cedit totum feudum, alteri uero totum allodium,& quando valeat .*

8 *Feudum de nouo Marchioni concessum,an & quando intelligatur esse de Marchionatu, ita q̄ diuidi non potest,sicut nec Marchionatus.*

Marchio

Source : BIU Cujas

MArchio in Italia, †In primis, ſi vultis ſcire quare dr̃ Marchia, cum Marchio dicatur, a Marchia: vide tex. in c.i.in titu.quis dicatur Dux, Marchio, Co. Et, vt dixi vobis in prȩcedentibus, Marchia eſt dignitas regalis, ſecũdum Bal. in c.i.in ti.de feu.Mar. nec debet diuidi Marchia, imo nec poteſt.c.i.§.præterea.in tit.de prohi. feu. alienati. per Fed.
2 hinc videmus, quod vadit ad primogenitum. † Sed quæro vtrum Marchio poſſit teſtari de Marchia quam tenet in feud. ab Imperatore? Concludite, quod non. c.i.in princi. in titu.de ſuc.fe. Ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo valẽte vel manente, niſi ex tenore inueſtituræ appareret conceſſam illi fuiſſe poteſtatem teſtandi, nam in materia feudali accipite vnam maximam, quod a tenore inueſtituræ non eſt recedendum, quia derogat omni iuri & oĩ naturæ feudoru̇m.tex. eſt no.in c.i.in fi.ibi, propter tenorem inueſtituræ, in ti.de duo. fra.a cap.
3 inue.† Item quæro March. deceſſit relicto quodam, qui habebat vnum foramen rotundum, per quod emittebat vrinam, ſed membrum ſeu roſtrum non habebat intra teſticulos, vnde fuit quæſitum, an deberet ſuccedere in feudo pſertim Marchionali? †Si dicimus iſtum eſſe fœminam, non debet ſuccedere in feudo, quinque rationib. Primo, ratione naturali, qa
4 fœmina non poteſt portare arma. hinc dicit gloſſ. in capi. i.§. hoc autem: in ti.qui feu.da.poſſ. quod fœmina non leuat fãdam. i. inimicitiam contra hoſtes. Secundo, propter iuſtitiam honeſtatis, quia non debet ſe immiſcere cœtibus virorum: maxime, quãdo eſt illuſtris. l.ſi qua illuſtris. C. ad Orficianum. Tertio, propter fragilitatem ſexus. Quarto, propter lubricitatem voti: quia ter mutatur in hora. Quinto, propter periculoſitatem ſecreti, & iſta omnia ſunt diſcrepãtia a natura feu.
5 c.i.in tit.de for. fidelit.† Si vero dicimus, iſtum hominem eſſe Hermaphroditum, tunc ſi magis caleſcit in ſexu maſculino, quam ſeminino, eſt ſucceſſibilis in feudo, ita no. gl. in l.de quibus. ff. de ll. & placet la. de Ardiz. in ſumma, ſua in ti.de ſucce. feu. In quæſtione prędicta nonnulli dicebant iſtum hominẽ non debere ſuccedere in feu. per tex. in c.i.in ti.an mut. fur. vl aliter imperfectus. Sed Bal. in l.fin. in 3. colum. C. de ſuis & legiti. dicit, ſe conſuluiſſe contrarium in quodam ex Marchionibus de Malaſpina. & mouebatur, quia etſi in iſtis pudendis, in quibus eſt vtiliſſima pars corporis, non apparet, quod iſte homo ita natus incaleſceret magis maſculino, quam fœminino, tamen in aliis actibus virtutum, & in corporis agilitate ille erat virilis, conſuluit Bal. eſſe ſucceſſibilem. Idem vult ipſe Bal. in c.i.§.fin.in ti. Epiſcop. vel Abba. in li. feu. Ad c.i.an mut. fur. vel aliter imperfe. reſpondet Bal. in d.l.fin. quod, quia iſta imperfectio eſt occulta, iſte eſt ſucceſſibilis in feu. Eãdem op.
6 tenuit D. Marti. de Lau. in d.c. proxime allegato. † Quæro vlterius, Marchio alienauit feudum ſeu caſtrum Marchionatus, nunquid prȩiudicet filio? Bal. in c.i.§.hoc quoque, in 3. colum in tit.de ſuc.feu. determinat, quod non, quia Marchion ipſum feudum Marchionale capit de manu Imperatoris, nõ autem ex ſucceſſione: & ideo tale feudum alienatum non reuertitur ad Imperatorem, ſed vadit ad ipſum filium: Iſta determinatio Bal. placet, ſed non ſua ratio, quia hodie inductũ eſt, quod etiam in feu. Marchionali habeat locum ſucceſſio,
7 c.i.de feu. alien.† Quid autem, ſi duo Marchiones faciant diuiſionem hoc modo, quod vnus ex eis habeat totum feudũ, alter vero totum allodium, an talis diuiſio valebit? Bal. & Iacob. Alua. in d.§. prȩterea Ducatus. determinant, quod ſic, qa iſta non eſt diuiſio Marchionatus, imo magis integratio. Allegant no. per gloſſ. in l.ſi familiæ. C. famil. erciſcun. vbi gloſſ. dicit, quod in diuiſione vni poteſt aſſignari totum feudum, & alteri totum allodium. Ego limito iſtam deciſionem, niſi totũ feudũ fuiſſet aſſignatũ in diuiſione illi fratri, qui habebat partem, & totũ allodiũ fuiſſet aſſignatũ alteri fratri antiquo, de quo non erat ſpes, quod haberet prolem, vel forte naturaliter erat caſtratus. Nam talis diuiſio præſumitur eſſe facta in fraudem ſuperioris, ad quem forte feudum erat deuoluturũ, per not. in c. Imperialem, §. callidis, de prohi. feu. alie. per Fed.
8 †Sed, quid ſi Marchioni concedantur noua feuda, an intelligantur eſſe de Marchionatu, ita quod diuidi non poſſunt, ſicut nec Marchionatus? Bal. quem cæteri ſequuntur in d.§. ꝓterea Ducatus. determinat, quod non, quia Marchionatus eſt limitatus. Et ideo illa noua feuda non ſortiũtur natura Marchionatus. argum. l.in agris. ff. de acquiren. rerum domin. Niſi ipſa noua feuda eſſent vnita Marchionatui, quia tunc ſortirentur naturam ipſius Marchionatus, arg. l.inter ſocerum, §. cum inter. ff. de pac. dota. faciunt notata in c.i.§.ſi quis de mã ſo. in tit. Si de inueſt. feu. fue. controuer.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem, an & quando exercere poſſit vnus ex tribus aut pluribus fratribus, in territorio ipſis communi, abſq; aliis.*

2 *Iuriſdictionis prouentus appellatione, veniunt damna, & mulctæ, & pœnæ.*

3 *Delinquens in fratris ſui territorio, quod ei ex materna hæreditate ceſſit in ſortem, an poſſit ab ipſo puniri.*

4 *Delinquens in caſtro ſibi & alii domino communi, an & quando poſſit a condomino ſuo puniri.*

5 *Iuriſdictionis cuiuſpiam duo vel tres Domini ſi in exercẽdo ipſam iuriſdictionem diſcordent, quod erit iuris remedium.*

1 DVbitatur etiam, †Magnificus dominus Nan⁹, D. & Marchio Reni deceſſit, relictis tribus filiis, ſcilicet Aleramo, Ioanne, & Fran.q̃ritur nunquid vnus ex eis poſſet exercere iuriſdictionem ſine aliis in illo territorio Reni communi? Gul. de Cu. in l.j.ff. de officio Conſu. arguit primo, quod ſic: quia iuriſdictio eſt indiuidua, & ea, quæ ſunt indiuidua, tranſeunt ad hæredes in ſolidum. l.i.§.ex his, ff. de verb. obligatio. & l.hæredes.§.an ea. ff. famil. erciſ. In contrarium determinat ipſe, quia licet, quando ſunt plures iudices ordinarii, vnus ipſorum poſſit exercere iuriſdictionem ſine allis, tamen nõn ſic eſt in propoſito noſtro. Ratio differentiæ ſecundum eum, quia plures ordinarii habent vſque a principio diſtinctam iuriſdictionem, ſed filii prȩfati Marchionis vſque a principio non habuerunt diſtinctam iuriſdictionem, quia ſucceſſerunt patri: & ideo coniunctim debent exercere iuriſdictionem, allegat. §.ſi vero canonicum, in authenti. de mand. Princi. qui §.eſt in viij. chart. illius authen. Et cum iſta opinione tranſit Ray. de Forli. Bart. autem in l. Pomponius ſcribit, ſi vni. alias incipit, ſi vni, ff. de re iudica. tenet totum contrarium, mouetur: quia ea, quæ ſunt indiuidua, tranſeunt ad hæredes in ſolidum. §. ex his. & §. an ea. ſuperius alleg. limita tamen hoc procedere, niſi agatur de commodo mulctarum ſeu pœnarum, quia tunc vnus ſine aliis non poſſet iudicare iuriſdictionem, allegat in arg. l.hæredes. §. fina. ff. ad Trebel. Bald. in d.l.vnica. ff. de offic. Conſul. in vii. qõ. tenet opin. Guil. contra Bar. & figurat caſum in his terminis. Quidam miles habẽs feudum cũ iuriſdictione in certo loco, deceſſit, relictis tribus filiis, quȩritur, nũquid vnus ex eis ſine aliis poſſit exercere iuriſdictionem? Determinat, quod non, ſed debẽt coniunctim exercere iuriſdictionem, & iudicare, vel committere vni, quia vice vnius corporis funguntur, argum. l.cui fundus. ff. de condi. & demon. Ang. in d.l Pomponius ſi vni. determinat ſimpliciter, quod vnus ex dictis filiis poterit exercere iuriſdictionem ſine aliis, etiam ſi agatur de cõmodo mulctarum. mouetur, quia iudices tam ordinarii, quam delegati, debent habere commodum ſportularum, l.cum clericis. C. de Epiſ. & cleri. & auth. offeratur, C. de litis cont. Et tamen ſi iudices ordinarii vnus ex eis poteſt exercere iuriſdictionem, & iudicare ſine aliis, vt habetur in d.l.vni. ff. de offi. Conſul. Itẽ ſi ſint plures, ex. de offi. delega. ſub alternatiua, de qua in c.cum plures. ext. de offi. deleg. li.vi. vnus ex eis ſolus poteſt exercere iuriſdictionem. d. cap. cum plures. licet habeat commodum ſportularum. §. nẽ autem labor. in authen. de iud. Ergo idem debemus dicere, in quæſtio prædicta, quod vnus ex filiis dicti Marchionis poſſit ſine aliis exercere iuriſdictionem, & iudicare, licet agatur de commodo mulctarũ ſeu pœnarum. Do. An. de Bu. in c.prudentiam, ext. de offi. deleg. ſequitur opi. Guli. D. Pet. de Anc. Card. Flo. & Abbas Siculus in d.c.prudentiã ſequuntur Bar. in d.l. Pomponius. cum limitatione, quam ipſe Bartol. ibi ponit. Dominus Ioan. de Imol. in l. Pomponius. dicit, quòd motiuum Ang. ibi non eſt bonum, quia licet iudices delegati habeãt ſportulas, tamen non habent commodum eius, de quo principaliter agitur, & Bar. ſequitur, quando commodum eius, de quo agitur, ſpectat ad ipſos iudicare debentes, quia cum habeant regalia in loco, debent habere commoda mulctarum & pœnarum. Item dicit quòd ordinarii non debent capere ſportulas, ſed debent eſſe de ſalario publico contenti, vt habetur in c.cum ab omni. de vi. & hone. cl. Et in d §. ne autem labor. Ad iura allegata per Ang. reſpondetur, quod non loquuntur de ſportulis dandis iudici
2 ordina. ſed dandis executori. † Addite ad dictum Imo. quod damna, mulctæ, & pœnæ ſunt fructus iuriſdictionis. Ita dicit Bar. in l.fi.ff. ſolu. ma. & Bald. in l.j. C. de fru. & lit. expen. facit, qd̃ not. Azo in ſumma. C. de pœn. Tales ergo mulctæ ſpectant ad habentem iuriſdictionem. ipſe autem Imo. in prȩal legato c.prudentiam. dicit, quod l.hæres. §.fi. ſuperius allegat. modicum facit. Pro limitatione Bar. ſubiicit Imo. ibidem, ꝙ quia iuriſdictio eſt indiuidua, tranſit ad omnes filios præfati Marchionis ſeu Comitis in ſolidum, ita, quando agitur de cõmodo mulctarum, tamen vnus ſine aliis poterit cognoſcere & exercere iuriſdictionem, & erit locus prævention̄i ſecundum eum, argum. c.propoſuiſti, ext. de fo. compet. Et ſic Imo: ſimpliciter adhæret opi. Bar. vt unus ſolus poſſit exercere iuriſdictionem, etiam ſi agatur de commodo mulctarum. In ſecreto iuris putarem opi. Gu. de Cu. & ſequacium eſſe verio-

rem.

Source : BIU Cujas

rem. Moueor, quia iſtud ius excedendi iuriſdictionem competit illis tribus filiis, tanquam corpori hæreditario, quia cõperit eis, vt ſucceſſoribus prefati Marchionis, per ea, quæ habentur in capi. ſignificauit, ext. de reſcrip. vnde non debet vnus ſine aliis poſſe exercere illã iuriſdictionem, argum. l. fundum. ff. de ſer. ruſt. præd. & l. fi. ff. comm. præd. Secundo moueor, quia licet vnicuique dicto filiorum cõpetat dicta iuriſdictio inſolidum, tamẽ competit eis complexiue, vt notat Bal. in ca. Imperialem, §. præterea Ducatus, in titulo, de prohi. ali. feu. per Fed. & ideo vnus ſine aliis non poterit eam exercere. Tertio moueor; quia licet dicti filii deriuauerint a prefato Marchione habente iuriſdictionem, tamen quia iure ſucceſſionis eſt ad eos duoluta, vnus ex eis non repræſentat perſonam defuncti, niſi pro portionibus gl. eſt ordi. in l. ii. §. fin. ff. de Præto. ſtip. habetur in l. cum a matre. C. de rei vend. Item licet iuriſdictio predicta, & quia indiuidua, deſcenderit in dictos filios inſolidum, & ipſo iure competat vnicuique inſolidũ, tamen eſt ſine effectu, niſi alii conſentiant, arg. l. itinere. ff. de ſer. ruſti. predio. Preterea, pro hac parte facit quia ius tutelæ eſt apud plures tutores in ſolidum. l. inter tutores. ff. de admi. tu. & tamen hoc fallit, quando ageretur de actu, per quem tolleretur ſeu finiretur tutela, quia tunc vnus ex tutoribus ſine alijs illum actum exercere non poſſet. l. fina. C. de auct. preſtan. Vnde, ſi in caſu predicto vnus ex filiis & hæredibus prefati Domini poſſet in ſolidum exercere iuriſdictionem ſine aliis, fieret prejudicium cohæredibus, quoad honorem, quia iudicare, eſt honor. l. omnem honorem. C. quando prouoc. non eſt neceſ. & c. vt debitus honor. ext. de appel. Item, fieret eis præiudicium quo ad commodum pecuniarum, quando ageretur de commodo mulctarum, ego tamen vidi iudicare pro opi. Barto. per magnificum Conſilium Taurini, dum quidam nobilis de aduocatis ſine conſenſu ſuorum conſortiũ induxiſſet quandam mulctam contra quendam, qui erat homo & ſubditus omnium dominorum illius loci. † Sed reſtat 3
videre quid ſi filii & hęredes prefati Domini Nani inter ſe diuiſerint caſtra, quæ pater tenebat, & contingat vnum ex illis filiis delinquere in territorio alterius, an poterit ab eo puniri? Bart. in prælegata l. inter tutores, determinat, quod non, quia non intelligitur diuiſa iuriſdictio inter eos, cum ſit indiuiſibilis, ſed intelligę, facta diuiſio, tantum, quantum ad exercitiũ & adminiſtrationem: vnde, quãtum ad habitum, iuriſdictio eſt apud vnumquenque inſolidum. Et ideo par in parem non habet imperium. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Treb. nam Magiſtratus. ff. de recep. arb. Et hanc opinio. Bar. ſequuti fuerunt Anto. de Butr. & Ioan. de Imo. in prælega. c. prudẽtiam. & idem tenet Dominicus de ſancto Geni. in ç. 2. in vlt. colum. ext. de arbi. lib. vi. Dominus Abbas Siculus in prælle gato c. prudentiam, dicit quod dictum Bart. poſſet procedere quando illa iuriſdictio eſſet feudalis, quia tunc eſt indiuiſibilis. d. c. Imperialẽ. §. præterea Ducatus. de prohi. feu. al. per Fed. Cęterum, ſi non eſſet iuriſdictio feudalis, dicit diſtinguendũ eſſe, quod aut illa iuriſdictio competit dictis hæredibus puta in diuerſis caſtris, & tunc bene poſſunt inter ſe diuidere; etiã quoad iuriſdictionem & territorium, ſicut defunctus potuiſſet inter eos diuidere, ſi voluiſſet. Et hoc intelligendum ſecũdum eum, niſi iuriſdictio ſonaret in nomen dignitatis, quia tunc eſſet indiuiſibilis. c. licet. de vo. & vo. redemp. Si autem iuriſdictio non eſt feudalis, nec ſonat in nomen dignitatis, & competit dictis hæredibus in vno & eodem loco, tunc nõ poſſunt eam diuidere, etiam quoad territoriũ, ne in vno & eodem loco videantur duo capita, quaſi mõſtrum. c. quoniã inpleriſque, ext. de of. ordi. quia tendunt in præiudicium publicum per ea, quæ habentur in l. fi. C. ſi contra ius vel utilita. pub. Addite, quod Bal. in d. §. præterea Ducatus, dicit dictum Bal. ſuperius relatum, poſſe procedere in feudo Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, quia tũc iuriſdictio eſt indiuiſibilis. d. §. præterea. ſed in iuriſdictione inferiori alicuius territorii, dicit, quod uera diuiſio iuriſdictionis & adminiſtrationis fieri poteſt. allegat not. per Guil. de Cu. in l. fin. ff. de rerum diui. Mihi videtur, quod iſta fuerit ſentẽtia Bar. in l. arbor. §. iudex. ff. communi diuidun. vbi dicit, quod aut iuriſdictio inhæret perſonę, & tunc non poteſt diuidi, ſicut nec reliqua iura incorporalia, aut iuriſdictio inhęret territorio, & tunc bene poteſt diuidi, ſicut caſtrum & territorium eſt diuiſibile. & iſta ſẽtentia placet. Subiungit in d. l. inter tutores, quod propter delictum ſeu feloniam vnius ex filiis, & hęredibus præfati Domini, ſuperior poterit exercere iuriſdictionem in toto territorio, ſeu in bonis vtriuſque: quia diuiſio p̃dicta intelligitur facta, quantum inter eos, non autem quantum ad aliũ. Bal. autem in d. §. prętera Ducatus. dicit Bar. maledicere loquendo priuatiue, quia ſi duo habeant ſeruitutem, quę eſt qd indiuiſibile, & vnum ex eis perdet eam, alter per ius non decreſcendi totum habebit. argum. l. aquam. ff. quemad. ſerui. ami. vel ſecundum eum iuriſdictio pertinebit ad dominum, quia dominus: & ad vaſallum, quia vaſallus, & commoda iuriſdictionis dinident inter ſe. Ego in quæſtione facti pro opi. Bald. contra Bartol. adducebam pulchram notam. d. Bal. in ca. i. in tit. qui. mo. feu. amit. circa 4. colum. vbi dicit, quod ſi commune Peruſii teneat feudum ab Eccleſia, vel a Principe, & cõmune diuiditur inter nobiles & ignobiles, & nobiles committãt feloniam contra dominum dignam priuatione feudi, hoc non habebit præiudicare ignobilibus. allegat nota. in cap. in noſtra. extra de iniur. & dam. da. Secundo adducebam tex. no. in l. ſi communem. ff. quemad. ſer. amitt. vbi probatur quòd ſi pupillus, & alius maior habeant rem communem, p̃ſcriptio nõ nocebit maiori propter conſortium impuberis. Tertio allegabam pulchra no. in c. i. ext. de præſcrip. vbi dicũt quod ſi res eſt communis Epiſcopo, & Capitulo ſede vacante poſt mortem Epiſcopi, licet capitulum ſit negligens, tamẽ præſcriptio non coucurret aduerſus eccleſiam vacantem. allegabam etiam pulchram glo. in §. ſed & coutinuo, in verbo, vicinię, de pœ. di. j. vbi formatur quæſtio de duobus habentibus domum communem, quorum vnus habet partem ſuperiorẽ, & alter inferiorem, an propter delictum vnius tota domus debeat deſtrui? Et cõcluditur q̃ nõ. & iſta ſententia appa- 4
ret mihi humanior. † Iuxta p̃dicta quęro, quid, ſi ſint duo domini eiuſdem caſtri, & vnus ex eis ibi delinquit cõtra alterũ, an poſſit ab illo puniri? Bald. in c. i. in fin. col. in titu. qualiter vaſal. iura. debet fid. determinat, quod non, quia par in parẽ non habet imperium, vt dixi. fallit ſecundum eum, quando vnus eſſet maior in adminiſtratione, quam alter. Secundo fallit, quando non recognoſcunt ſuperiorem. allegat Bal. no. per Guil. in d. l. fina. ff. de rer. diui. Ego addo quartam fallentiam, quando difficilis eſſet aditus ad ſuperiorem, vel talis qui non poſſit reſiſtere, adhoc allego pulchra not. per Bald. in ſua pulchra repetitione. l. i. C. vnde vi. facit l. nullus. & l. nemo. C. de Iud. & quod habetur per Ang. & Pau. de Caſtr. in l. receptum eſt. ff. de iuriſdictio. omnium iud. & per Gul. & Bal. 5
in l. fi. ff. de re. di. † Sed ponam', quod ſint duo, vel tres domini in eodem caſtro ſeu territorio, & diſcordent in exercendo iuriſdictionem, ſeu in uſu ipſius iuriſdictionis, quod erit remedium? Cõcludit, quod ſuperior poterit eos ad concordãdũ, vel ſaltem ad diuidendum vſum ipſius iuriſdictionis alternis temporibus. arg l. Lucio, de aqua quoti. & eſti. Ita dicit nota. Ang. in l. ii. §. ex his. ff. de ver. obli. allegat Inn. in c. prudentiã, in glo. quæ incip. nobis, ext. de offi. dele. Ego addo Dominum Pa. & idem volẽtem in c. fi. in i. col. ext. de re iudi. allegat gl. peregrinam in c. licet, xvj. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem, an, & quando amittat vnus ex pluribus fratribus, ſi in territorio, quod ſibi ex paterna hæreditate prouenit, deneget iuſtitiam & iuriſdictionem ſuis ſubditis adminiſtrare.*

2 *Rector, ſeu Cancellarius Vniuerſitatis, qui ſcholari roganti ſe ad examẽ admitti, id denegarunt, an ex eo priuari debeant dignitate Rectoratus vel Concellariæ.*

3 *Delinquens in ſuo territorio, in quo iuriſdictionis proprietatem non habet vt vaſallus, ſed ſolam duntaxat adminiſtrandi poteſtatem, an, & qualiter veniat mulctandus.*

4 *Itinera ſeu ſtratæ locorum vbi pedagia colliguntur, ſecura ſeruare debent domini dictorum locorum.*

1 QVæritur etiam. Ponamus, quod vnus ex pędictis filiis præfati Do. Nani in caſtris, & locis ſibi aſſignatis in diuiſione, deneget iuriſdictionem ſeu iuſtitiam ſuis ſubditis. an per hoc deberet priuari iuriſdictione ſua? Videtur prima facie dicendum, quod ſic, p id, quod not. Bal. in ca. i. in titu. qualiter dominus propr. feu. priue. in lib. feu. vbi dicit, quod ille, qui abutitur dominio facit ſe indignum dominari. In contrarium facit, quia ſpeciale eſt, vt ſi iudex ſecularis deneget iuſtitiã clericis quod dẽat priuari iuriſdictione, auth. ſtatuimus. C. de Epiſ. & Cler. Pet. de Bel. in d. auth. refert hanc quęſtionem de facto contigiſſe in Comite Flandrẽſi, qui ſæpe fuerat requiſitus a ſubditis, vt faceret eis iuſtitiam, quod denegauerat. Subditi autem fuerunt Pariſiis ad exponendam hanc querelam Sereniſſimo Francorum Regi, allegando, quod ipſe Comes debebat priuari iuriſdictione ex cauſa predicta. Dicit Pe. de Bel. quod parum habebat curare prefatus Comes de hoc reſpectu auferendę iuriſdictionis. Sed eſt bene verum, propter denegatã iuſtitiã ſubditis, tenebatur eis ad intereſſe, & quod propter hoc incurrerat indignitatem ſuperioris, propter quam poterat puniri arbitrio ſuperioris. §. ſuper hoc, in auth. de quęſt. & §. ſit tibi. in authen. de mand. Princip. Et hanc opinionem, quod propter denegatam iuſtitiam Dom. terræ non poſſit de iure priuari iuriſdiõne, ſed ſolum incurrat indignationem ſuperioris

Source : BIU Cujas

perioris,ob quam cauſam poſſit arbitrio ipſius ſuperioris puniri,ſequuntur Cy.Bal.Alb.de Ro.& Pau. de Caſt.in authen.
2 ſtatuimus.†Et ex hoc loco inferút ibidem, quod ſi ſcholaris ſufficiens ad intrādum examen rigoſum ſæpe requiſierit Cācellarum ſtudii,& Rectorem Vniuerſitatis, vt eum admitterent ad examen & doctoratum, nihilominus tamen ſi talis non admittatur,non tamen priuaretur officioCācellariatus, vel dignitate Rectoratus,ſed ex hoc bene incurrunt indignationem ſuperioris, propter quod poſſunt ſuperioris arbitrio puniri.Ego in iſto puncto do vobis paratum remedium ad faciendum priuare Dominum terrę ſua iuriſdictione,videlicet quod ſubditi recurrant ad ſuperiorem,& faciant Dominum terræ moneri per literas Principis, quod velit miniſtrare iuſtitiam ſubditis ſuis,& eos tractare modo debito,cum commination de auferendo illi caſtrum: nam ſi tunc faciat, bene poterit priuari,& ita intelligitur quod vult Bal.in cap. j.§.pu-
3 blici latrones.in titu.de pa.tenen.& eius vio. in lib.feud.†Sed quid erit in non habente proprietatem iuriſdictionis, quam habet vaſal.ſed ſolam adminiſtrationem,vt iudex?Concludite,quod aut deliquit in iuriſdictione omittēdo, aut committendo.Primo caſu non debet priuari iuriſdictione,ſed ſuo tē pore poterit puniri d.c.ſuper hoc,in authen.vt dif.iud.Secundo uero caſu deliquit circa res,& tunc non priuabitur iuriſdictione,ſed bene faciet litem ſuam.l.fi.ff.de va.& extrao. cog. Si vero deliquit circa perſonas, quia eſt minus ſecurus, tunc bene poterit priuari iuriſdictione. Idem eſt ſi committat baratariam in officio,quia ſtatim poterit priuari iuriſdict. l. iudices.C.de dignitat.libro.xij. Prædicta ſunt verba Cy. in addi. & Bal.in lectura antiqua,in 2.l.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie.
4 iuris.†Vnum etiam notetis,quod iſti Marchiones, Comites, & Barones,terrarum tenentur tenere ſtratam ſecuram in oībus locis in quibus colligunt pedagium. & ideo ſi aliquis derobaretur in illo territorio,præfati Domini tenerentur emē dare damna.Iſtud eſt elegans dictum Bal. in primo lib. feud. in tit.qui feu.da.poſ.in ii.char.ſui cōmenti, ſuper verbo, March.allegat Arch.c.ſi quis peregrinos. alias incipit, ſi quis Romipetas.xxiiij.q.iij.Eo enim ipſo,ꝙ dominus terræ facit dare bullettam trāſeuntibus,intelligitur eis dare fiduciam & ſecuritatem per totum ſuum territorium,per ea quæ no.Bal.in c. i.in ti.quæ ſint rega.dum allegat Odof.in auth.habita.C.ne filius pro patre.Et hæc notetis.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus Marchionis, vel Baronis, habentis quędam caſtra in Francia,& quędam in Lombardia.ſi ex teſtamento,quod pater in Francia condidit,inſtitutus ſit hęres ſimpliciter,an cenſebitur hęres omnium caſtrorum prædictorum. Et quid ſi dictus Marchio vel Baro decedat inteſtatus.Ibidem num.2.*

1 INſuper quæro. †Quidam Marchio, vel Baro habebat multa caſtra in Francia,vbi eſt conſuetudo,quod primogenitus ſuccedat, habebat etiam multa alia in Lombardia,vbi viget ius commune, condidit teſtamentum in Francia, & inſtituit ſimpliciter hęredē primogenitum, vtrum ex hac inſtitutione ipſe primogenit⁹ debeat habere etiam caſtra,quæ ſunt in Lombardia? Concludite,quod aut condidit teſtamētum de iure communi, puta in præſentia ſeptem teſtium rogatorum,& tunc talis inſtitutio trahetur ad omnia caſtra .l.ex pacto proponebatur. ff.de hære.inſti.Aut fuit teſtatus ſecundum legem Francorum,puta in præſentia duorum teſtium,& tunc ſunt opiniones. Vera tamen concluſio eſt,quod cum effectus inſit ſuæ cauſę & ſuo titu.ſicut titulus eſt vniuerſalis,ita eius effectus eſt indiuiſibilis.l.non ſolum.§.& quia in teſtamento.l.propter litem.§. fin.ff.de excu.tuto.Et hanc opin. teneatis, licet Iac Bu.dixerit inſpiciendum eſſe locum aditionis,quod non eſt verum, qa aditio dependet ex teſtamento,non autem a loco,l. Titius.§. Romę.ff.de excu.tut. Et ſic primogenitns inſtitutus habebat
2 omnia caſtra.†Quid autem,ſi Marchio, vel Baro deceſſiſſet inteſtatus.Dicunt quidam idem eſſe argumentum, ac ſi fuiſſet teſtatus.ar.l.conficiuntur.ff.de iure codi. Sed vos determinabitis contrarium,quia hoc caſu primogenitus habebit caſtra,quæ ſunt in Francia,reliqua vero caſtra diuidentur inter omnes ęqualiter,non obſtat,quod ille,qui decedit inteſtatus fuiſſe teſtatus videatur.Quia reſpon.quod hæc eſt quædam fictio,quæ non prębet titulum teſtati.gloſ.eſt ordi. in l.Lucius, in vltima char.in glo.fin.ff.de hære. inſt. prædicta ſunt verba Bal.poſt Guil.Cyn.& Bart. in l. cunctos populos. C.de ſum. tri.& fide catho.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, quot modis ſumatur.*
2 *Tyrannus,an veniat appellatione Principis.*
3 *Princeps vt quis merito dici poſſit,quæ requirantur.*
4 *Princeps obligatur ex ſuo contractu,ſicut priuatus.*

PRinceps Pedemontiū. †Aduerti te,quod hoc nomen, Princeps, ſumitur multis modis,aliquando large,& tunc pro quolibet habente dominium ſeu dominationem aliquam, & ſic compræhendat habentem aliquam Baroniam, & hoc probatur ſumendo arg. ab etymologia vocabuli. dicitur eñ princeps a præ,& capio,quaſi primum tenens. Facit optime tex.in ca.quamuis.ext.de ver.ſigni.vbi dicitur, quod quilibet qui præponitur aliis,poteſt appellari ꝓpoſitus. Hinc dicimus quod apes,& grues dicuntur habere principem, c.in apibus. vij.quæſt.i.Secundo modo capitur Princeps, prout principatus eſt quædā dignitas ſæcularis,vt principatus Achaiæ & Pedemontium.Tertio ſumitur non ita large, nec ita ſtricte, vt antea dixi,& hoc modo ſumitur in Clem.j.ext.de baptiſ.& eius effectu,& eſt glo. in ver. regum, melior de corpore iuris.
2 & ex illa eadem glo.†tu colligis, quod appellatione Principis,non venit tyrānus.Princeps tantum eſt, qui digna præcipit:Tyrānus eſt,qui in Repub. non iure principatur. Et dicit Phil.3.Politicorum, quod Princeps tendit ad bonum commune: Tyrannus vero ad proprium.De materia Tyranni habetur per Bar.in ſuo tra.de Tyrannide,& per Bart. in l.determinamus.C.de ſacroſan.eccl.Et dicit Ang.in l.officium.ff.de
3 rei ven.quod vere ſub iuſto domino,ſumma libertas eſt.†Dicamus nunc aliqua de Principe paucis.Inprimis,nihil eſt magis peculiare in Principe, quam humanitas, per quam ſola Dei immutatio ſeruatur.Ita formaliter dicit tex.in l.fin. C.de teſta.Item Princeps debet quærere duo,ſcilicet bonam conſciētiam,quoad Deum, & bonam famam, quoad homines. c.nolo.xii.q.i.Item eſt rigor iuſtitię,ſi eſt,vt eſſe debet,non autem tartarus.l.prohibitum.C.de iure fiſc. lib.x. Nec decet prīcipem priuilegium reuocare.c.decet.ext.de reg.iur. in libr. vi. habetur in c.quod delicto, ext.de conſan. & affi. Item quando aliquid facit ex certa ſcientia. illud non debet in dubium refricari.& ita dicit Bar.in l.conficiuntur.in prin.ff. de iure codicil.Et quando aliquid facit ex certa ſcientia,non eſt illi licitum dicere,cur ita facis.Ita dicit Bald.in prooe. feu.in 3.char.
4 †Addite,quod Princeps ex ſuo contractu obligatur, ſicut priuatus.c.i.ext.de proba. Itē, licet Deus ipſi Principi ſubiecerit leges. & hoc eſt, quod dicimus, quod Princeps eſt ſupra ius poſitum,c.propoſuit.ext.de conceſ.pręben.tamen non ſubiecit ei contractus:immo ex cōtractu obligatur,ſicut alius. Ita dicit Bal.in cap.i.ti.de natu.feu. Ex quo infert ibidem, quod quia Federicus Imperator primus fecit communitatem Papiæ Comitem inueſtiendo eam de aliquibus caſtris in terris: nec ipſe Federicus prædeceſſor, nec eius ſucceſſor poſſent reuocare ſine culpa communitatis Papiæ. facit, quod habetur in c.j.in tit.de feu. ſine cul.non amit. Item, Princeps contrahendo,etiam cum ſubditis ſuis obligatur, & ciuili & naturali ratione,ſicut alii obligantur.Iam ſi ipſe ex contractu non obligaretur aliis,ita nec alii illi ex natura correlatiuorum,& ſic eſſet illi interdictum commertium,& eſſet exul,vbi debet eſſe omnium præſul. Iſta ſunt verba formalia Bal. in l. Princeps.ff.de ll.Et idem in l.2.in 3.char. C.de ſerui. & aqua,dicit eleganter, quod Princeps lege poſitiua obligatur a dictamine rationis,quia eſt animal rationale,& nulla authoritas Prīcipis, vel Senatus poteſt facere, quod Princeps obligetur ex ratione naturali,cum ſit animal rationale,allegat l.ii.ff.de vſufr.ea.rerū,quæ vſu conſu. Et eſt Proconſul Dei omnipotē. vt no.glo.in Rub.in authen.de hæred.& Falci.

SVMMARIVM.

1 *Princeps,an & quando ex ſolo titulo donationis vel venditionis transferat dominium in alium.*
2 *Principis factum,vbi interpretari poteſt,& ad commune ius referri,nū quam intelligitur diſpenſatum.*

1 SEd quęro. †Nunquid Princeps ex ſolo tivēditionis vel donationis trāſferat dominium in alium? Bald.in prooe.feud.in 3.cha.ſub ver.inci.dixi ſexto,videtur velle,quod ſic per l.bene a Zenone.C.de quadri. preſcrip.Itē per l.cum duobus.§.idem reſpondit, ſocius, ff.pro ſocio. iuncta l.pe.C.de do.inter vi.& vxo.inducendo ſic,nam lex tranſfert dominium ſine traditione, d. §. idem reſpondit.& l.ſi vt proponis.C.de ædifi.priua.Si ergo lex inanimata poteſt hoc facere,ergo & Princeps,qui eſt lex animata in terris,in auth. de Conſul.Ad idem adducit l.fin.C.de ſacroſan.eccle.Addite quod iſtam opi.tenuit expreſſe Ang.in l.officium.ff. de rei vē dica.in fi.colum.Contrariam ſententiam tenuit And.de Iſer. in ca.i.in tit.quid ſit inueſt.in lib.feu.allegat tex.no.in l.fin. C. de loca.prædio.ciuilium ſeu fiſca.& templo.li. xi.vbi probat

text.

Source : BIU Cujas

tex.q̃ vtile dñium nõ trãsfertur p̃ Prĩcipẽ in emphy. ſine tra ditione. Et ſic eſt neceſſe, quod res tradatur vel ſaltem ſit apud ipſum emphy. Et ſecundum hanc opinionem ſæpe cõſuluit per regulam. l. traditionis. C. de pact. Ad idem allego tex. in p̃allegato c. quid ſit inueſtitu. inducendo hoc modo. Si enim ex abuſiua inueſtitura, quæ fit per traditionem enſis vel baculi, transfertur dominium per Principem in alium ſine traditione, ad quid requireretur realis inueſtitura, de qua in d.c. i. Mouetur etiam, quia Princeps in dubio videtur velle contrahere de iure communi. Ita notabiliter dicit Bal. in cap. i. §. fin. in titu. de noua for. fideli. † Et idem Bal. in l. bonorum. C. q̃ admi. ad bo. poſſeſ. poſ. vbi ita formaliter dicit, quod quando factum Principis poteſt interprætari, & referri ad ius commune, nunquam intelligitur diſpenſatum, uel inutile confirmatum. alle. Ioan. And. Innocen. c. dudum, extra, de deci. ſi ergo Princeps in dubio videtur velle contrahere de iure communi, ſequitur quod ex ſolo titulo non transfertur dominium, l. ſi ager. per locum a ſpeciali. C. de ſacroſ. ec. Ad motiua in cõtrarium adducta, ego reſpõdebã in quæſt. facti, primo ad authoritatẽ Bal. in proœm. feudorum, in tertia charta, quod illud dictum debet intelligi, quando conſtat de certa mẽte Prĩcipis, quod omnino ex ſolo tit, voluit transferre dominium ſine traditione, & ad hoc allego vobis eundem Bald. in d.c. i, §. fin. in vlt. colum. in titu. de noua for. fidel. vbi expreſſe dicit, quod l. omnes. & l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcrip. debent intelligi interueniente traditione, vnde vt euitemus cõtrarietatem Bald. debemus dicere, quod in proœmio feudo, in 3. char. loquitur, & debet intelligi, quãdo Princeps expreſſe voluit transferre dominium ex ſolo ti. abſque traditione. illud autem quod ſcribit in §. fin. intelligitur, quando ſumus in dubio quia (vt antea dixi) in dubio Princeps intelligitur velle contrahere de iure cõi. Ad authoritatẽ Ang. in d.l. officium. ff. de rei uend. reſpondebitis eodem mõ. & hoc ſonant verba ſua, dum dicit, quod Princeps ex certa ſcientia ſua poteſt transferre dominium ſine traditione. Ad l. bene a Zenone, patet reſponſio ex ſupradictis. Ad l. cum duob. §. idem, inn cta. l. penul. C. de dona. inter uirum & vxorem, reſpondebitis, quod non eſt mirum, quod lex mortua in hoc habeat maiorem poteſtatem, quam uiua, vt patet in le. commiſſa. ff. de publi. & vectig. Ad l. fi. C. de ſacroſanct. eccl. reſpondeo, quod ille tex. loquitur in vendente vel donante rem Eccleſię vel fiſco: ſed nos loquimur contra, quando Princeps vendit vel donat priuato. Elicio ergo hic pulchram concluſionem, quod Princeps ex ſolo titulo non transfert dominium ad alium ſine traditione. Et hanc opin. ſequitur clariſſimus Doct. Dom. Mar. de Lau. in d.c. i. quid ſit inueſti.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, an ex contractu ſui prędeceſſoris obligetur, vide per totum capit. vſque ad finem.*
2 *Principis priuilegia quæ ſint.*
3 *Princeps hereditatem adire poteſt per procuratorem.*
4 *Princeps de plenitudine poteſtatis, poteſt ſupplere circa libellum.*
5 *Verba, ſub pœna indignationis a Principe prolata, cuius ſint efficacię.*
6 *Principis miſericordiæ, ſeu benignitati, vel gratiæ ſe ſubmittens, debet per ipſum Principem benigne tractari.*
7 *Princeps ſolo verbo poteſt quem creare Doctorem.*
8 *Principis ſententia capitalis, quam ira ſeu furore ductus tulit in aliquem, non eſt ſtatim executioni mandanda, ſed differenda per xxx. dies.*
9 *Principis teſtimonium, vbi non agitur de facto ſuo, eſt validus & efficacius teſtimonio notarii.*
10 *L. bene a Zenone. multas & pulcras habet in ſe limitationes.*
11 *Princeps poteſt creare Comites Palatinos cũ poteſtate, quod poſſint creare tabelliones, illegitimos legitimare, & nu. 14.*
12 *Conditio a ſola Principis poteſtate dependens, an, & quando apud nos reputatur impoſſibilis, & ex contractibus reiici debeat, & nu. 13.*
15 *Princeps poteſt eſſe iudex in cauſa propria: non autem inferior: qui ſuperiorem recognoſcit.*
16 *Ius accreſcendi, an & quando habeat locum, vbi Princeps ſupremus cõceſſit in feudum rem duobus coniunctim.*
17 *Princeps, an & quando rem vni conceſſam poſſit alteri concedere.*
18 *Periurium in Principe eſt grauius, quam in alia perſona.*
19 *Princeps in ſuo territorio poteſt creare nouam dignitatem.*
20 *Donatio Principis, facta filio in poteſtate conſtituto, an & quando valeat.*
21 *Forenſis, ne in aliena ciuitate litigare compellatur, quibus fouebitur remediis.*

1 SEd an Princeps † obligetur ex contractu prædeceſſoris? Videtur velle, quod ſic. Guido de Suza. Cyn. & Bal. in l. digna vox. C. de legi. dicunt, quod tũc demum pactum Principis obligat eius ſucceſſorem, quando continet iuſtitiam naturalem & æquitatem. Et ex hoc inferunt, quod ſi Imperator faceret pacem vel capitula cum ſubditis ſuis, propter generale bonum publicum, ſucceſſor Imperatoris non debeat infringere illam pacem ſeu capitula, niſi dolus, vel fraus interueniſſet ex parte ſubditorũ allegant d.c.i. & l. in ſumma, ff. de cond. indeb. Inferunt etiam quod ſi pacta fierent hodie inter Regem Francorum, & Regem Anglorum, illa pacta deberent conſeruari per eorum ſucceſſores. facit quod habetur in ca. nouit. ext. de iudi. Idem autem Bald. in l. i. ff. de conſti. pecu. dicit, quod pactum celebratum cum Imperatore non ligat ſucceſſorem. Ratio eſt ſecundum eum, quia imperium non tranſit ad ſucceſſorem, ſed per electionem, vt habetur in c. venerabilem. ext. de electio. Et ideo ſucceſſor non debet habere cauſam a prædeceſſore, hoc tamen debet limitari ſecundum eum niſi Imperator faceret ea, quæ ſunt de natura ſui officii, vt infeudare. Nã tunc ſucceſſor teneretur ſtare illi in feu. in aliis autem inferioribus a ſupremo Principe. concludite audaciter, quod pactum ſeu contractus Principis obligat ſucceſſorem, quia hodie indultũ eſt, quod in Ducatibus, Marchionatibus, & Principatibus habeat locum ſucceſſio. c.i. in ti. de feu. March. Ad prędmiſſa videte no. per cano. in præallega. c.i. ext. de probat. & per Do. Panormi. in c. quæ in eccleſiarum. in penul. colum.
2 ext. de conſt. † Nunc addo vobis, quod in principe multa ſunt ſpecialia. In primis, non tenetur ſeruare ordinem iudiciarium, vt habetur in c. in cauſis. ext. de re iud. in c. ad petitionẽ. extra. de accuſ. debet tamen facere citari partem, quia citatio ſit ad finem defenſionis, quę quidem defenſio, eſt de iure gentium, ſeu naturali, & ideo Princeps non debet eam obtinere, Clemen. paſtoralis. ext. de iudi. Nam coram Principe habet locum inueſtigatio & examinatio veritatis, ad quã inueſtigandam opus eſt relatione. Iſta ſunt verba Bal. in l. fin. C. de legi. qui ad hoc ponderat glo. ibidem in verbo, quo minus. Addit eundem Bal. in c. i. §. fi. de noua for. fi. in vl. colum. vbi dicit, quod quicquid facit princeps, facit vt Deus, & Deꝰ eſt ipſa veritas, vt no. Ioann. Andr. in not. in c. cum eſſes, ext. de teſta. & non fallit, nec fallitur l. fin C. de ponde. & auri illati, lib. xi. & ideo debet cauſſam decidere inſpecta veritate, etiã ſi ordo iudiciarius eſſet peruerſus. allegat ipſe Bald. text. ind.
3 c. ad petitionem. † Secunda ſpecialitas eſt in Principe, quia ipſe poteſt adire hæreditatem per procuratorem, quod nõ poſſet priuatus, l. Paulus, alias incipit, per procuratorem. ff. de acquiren. hæred. Et quod Princeps hoc facere poſſit, vult Bar. in d.l. Paulus. dum ſoluit contrarium l. i. ff. de off. procu. Cęſ. Ego addo Bal. idem volẽtem in l. i. C. qui admit. ad bo. poſ. Tertia ſpecialitas eſt, quia creat tabelliones, vt notatur per Innoc. & omnes Cano. c. cum P. tabellio. ext. de fide inſtrum. Quarta ſpecialitas eſt, quia reſtituit ad famam. l. i. §. de qua. ff. de poſtu. nota. per Bar. & alios, in l. infamem, ff. de publ. iudi. Et per
4 Cano. in ca cum te. ext. de re iud. † Quinta ſpecialitas eſt, quia Principi licitum eſt egredi vires libelli. Ita no. Ant. de But. in c. licet Hely. ext. de Simo. Et Dom. Panor. in c. cum ſuper. ext. de confeſ. in fi. 2. col. ſeu in princip. tertiæ, vbi dicit eleganter, quod ſi reus fateatur defectum iuris ſui, & tamen actor nihil probauit, ſi cauſſa ventilatur corã inferiore a Principe, reus erit abſoluendus: ſi vero ventilatur coram Principe, ex eadẽ inſtantia, ſine noua petitione poterit priuare reum, qui confeſſus fuerit defectum iuris. allegat Spe. in tit. de acti. & peti. § ſuper actionibus. ver. Sed quid ſi reus. Ego addo Bal. in repe. l. Aemilius. circa 18. colum. ff. de min. vbi dicit, q̃ Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt ſupplere circa libellũ ex cauſis ſibi notis, quia coram Principe non attenditur ineptitudo libelli, & potius attenditur cauſſa, quam concludit, ſed coram delegato a Principe attendimus concluſionem. Et ita intelligitur, quod notat Innoc. in c ſuper literis. ext. de reſcrip. Sexta ſpecialitas eſt, quia licet geſta per falſum procuratorem poſſint ratificari per dominum, vt habetur in l. licet. ff. de iudi. tamen geſta per falſum procuratorem in audientia Principis non poteſt ratificari per Dominum. ita dicit eleganter Bald. in l. falſus, in i. colum. C. de fur. alleg. not. per Inn. in c. ex parte decani. ext. de reſcript. Septima ſpecialitas eſt, quia omnis pœna in Principe eſt arbitraria. Ita dicit Bal. in l. cunctos populos, in lec. or. circa viij. colum. C. de ſum. tri. & fi. ca. Octaua ſpecialitas eſt, quia Princeps poteſt iudicare ſecundum ſuam conſcientiam, ita no. Bar. in l. i. in fin. C. colũ. vt quæ ſint aduo
5 ca. par. † Nona ſpecialitas eſt, quia quando Princeps cõminatur vaſallo ſuo ſub pœna indignationis, prędcipiẽdo illi aliqd iuſtum, ſi vaſallus non obediat, illa verba ſub pœna indignationis, important, q̃ poterit eũ priuare feudo. Ad hoc allego, vobis Bal. in c. i. §. porro. in titu. quæ ſit prima cauſſa benefic. amit. in lib. feu. vbi dicit, quod quando in literis Apoſtolicis apponuntur iſta verba, indignationem Petri & Pauli, & beatorũ Apoſtolorum ſe nouerint incurſuros, talia verba comminatoria important, quod inobedientes poſſint priuari eorum beneficiis, Addite, quod de iſta pœna indignationis loquitur Bal. in repeti. d.l. cunctos populos. Idẽ Bal. in authẽ ſtatui.

Source : BIU Cujas

ſtatui mus. in queſt. de Comite Flandrenſi. C. de Epiſ. & cle. vi detur velle quod ille qui incurrit indignationem ſuperioris poteſt puniri arbitrio ipſius ſuperioris. Addite tex. in l. ii. C. de petit. bo. ſubla. libr. x. vbi dicit text. indignationem noſtri numinis, &c. Decima ſpecialitas eſt, quod citatus a Principe etiam die feriata tenetur comparere: iſtud eſt notabile dictū Bart. in l. 2. §. quaſi. in fin. colum. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. Vndecima ſpecialitas eſt, quia licet in integrum reſti. petita aduerſus ſententiam non debeat pendenti tali iudicio ſentētia executioni mandari, l. ſi cauſa cognita. C. de trāſa. tamen fallit, quando poſtulatur reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam Principis, quia tunc nō ceſſabit manus executoria, c. ſuſcitata, ex. de in integrum reſtit. Et ita vult Bal. in l. j. C. de in integrum reſtitu. poſtu. ne quid noui fiat, & idem vult ipſe Bald. in d. l. ſi cauſa cognita. Duodecima ſpecialitas eſt, quia Princeps poteſt ferre ſuam ſententiam ſine ſcriptis, ità dicit Alb. de Roſa. in auth. niſi breuiores, C. de ſen. & interlo. om. iudi. Decimatertia ſpecialitas ſeu fallentia eſt, quia Princeps debet abſtinere ab omni re illicita plus, quam alii. Et multa licent aliis, quæ non licēt Principi. l. pe. & ibi Bal. ita colligit, ff. de hære. inſti. Decimaquarta ſpecialitas eſt, quia Princeps poteſt contrahere compaternitatem per procuratorem. Ita dicit Bal. in l. vnica. §. ne autem. in 3. colum. C. de cadu. tollen.

6 †Decimaquinta ſpecialitas eſt, quia quando quis ſe ſubmittit gratiæ & miſericordiæ Principis, per talia verba, non videt contuliſſe abſolutum arbitrium in ipſum Principem, ſed debet benigne tractari ab eo. quia talia verba debent intelligi ciuiliter. ita dicit Ang. in l. ſi cui. ff. de ſerui. tit. generali. allega. tex. & Innoc. in c. veniens. ext. de renun. facit quod habetur ī cap. ſane. illo eod. titu. Decimaſexta ſpecialitas eſt, quia Princeps legitimat illegitimos. §. fi. in auth. quibus mo. na. effi. ſui. habetur in cap. per venerabilem. ext. qui fi. ſint legi. Decima ſeptima ſpecialitas eſt, quia ſolus Princeps reſtituit in integ. per viam gratię aduerſus ſententias criminales, l. relegati. ff. de pœ. Decimaoctaua ſpecialitas eſt, quia ſolus Princeps concedit veniam ætatis, l. i. & ii. C. de his, qui ve. ęt. impe. Decima nona ſpecialitas eſt, quia ipſe ſolus interponit decretum in arrogationibus. l. ii. ff. de adop. Vigèſima ſpecialitas eſt, quia ipſe ſolus interponit decretum ſuper emancipatione infantis. l. iubemus. C. de emanci. libe. Vigeſimaprima ſpecialitas eſt, quia ipſe diſpenſat ſuper naturalibus. l. qui in prouincia. ff. de ri. nupt. Vigeſimaſecunda ſpecialitas eſt, quia ipſe ſolus poteſt auferre ius alterius. l. queris. ff. de nata. reſti. Vigeſimatertia ſpecialitas eſt, quia ſolus Princeps poteſt facere ſtatuta ſuper lit. pen. & non inferior, in Authent. vt cum de app. cog. in princ. & no. per Cano. in c. fin. ext. vt li. penden. Vigeſimaquarta ſpecialitas eſt, quia ipſe ſolus delegat libere merum, & mixtum imperium. l. vnica, in fin. C. qui pro ſua iur iſdict. Vigeſimaquinta ſpecialitas eſt, quia ſolus Princeps imponit ſuperindictum. l. i. C. de ſuperindi. li. x. Vigeſima ſexta ſpecialitas eſt, quia eius prēſentia ſupplet omnem defectum ſolennitatis. tex. eſt in l. omnium, & ibi not. C. de teſtamen. Vigeſima ſeptima ſpecialitas eſt, quia ipſe ſolus confert magnas dignitates. l. probatione. C. de diuer. offic. lib. xij. Vigeſima octaua ſpecialitas eſt, quia ipſe ſolus deſignat inſulam deportatis a Præſide, vt habetur in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. Præſid. Vigeſimanona ſpecialitas eſt, quia quando ipſe Princeps aduocat ad ſe cauſſam, nullus inferior Iudex debet eſſe ita audax, vt ſe intromittat de illa cauſſa. Item dicit Bald. in c. vt noſtrum. ext. de appel. not. in c. cum M. Ferrarien. ext. de conſtitu. & quomodo, & qualiter debeat ad ſe aduocare

7 cauſſam, declarat Bal. poſt Innocen. in d. c. vt noſtrum. † Trigeſima ſpecialitas eſt, quia princeps ſolo verbo poteſt quem creare Doctorem. Ita dicit Angel. in l. i. C. de ſenten. paſ. Trigeſimaprima ſpecialitas eſt, quia princeps contractui celebrato in magnum damnum ſui principatus non tenetur ſtare. Ita dicit Albericus de Roſate in l. i. ff. de offi. procura. Cęſa. Trigeſimaſecunda ſpecialitas eſt, quia ſi compellit aliquē ad emendum bona alicuius, puta Sempronii, talis compulſio principis excuſat emptorem a mala fide, ita quod poterit rem illam prēſcribere, quantumcunque ſciat illam eſſe alienam. Ita dicit Nicola. de Nea. in l. nouiſſime. ver. quid enim. & per illum tex. ff. quod falſ. tuto. auth. Quod notetis ad limitationem eorum, quæ habentur in c. fin. ext. de præſcrip. & in regula, poſſeſſor, ex. de re. iu. lib. vi. Trigeſimatertia ſpecialitas eſt, quia licet inferior a principe non poſſit aliquem cogere ad pacem ſeu cōcordiam, ſed bene hortari, tamē princeps quando partes diu litigauerunt, poteſt eas cogere ad pacem & concordiam. Primum dictum probatur in l. furti. §. qui iuſſu. & ibi glo. & Bar. ff. de his, qui not. infa. Secundum dictum probatur ex his, quæ ſcribit pulchre D. Panormi. in c. cum in

8 ter R. ſeniorem. ext. de elec. †Trigeſimaquarta ſpecialitas eſt, quia licet in criminalibus ſententia debeat ſtatim mandari executioni, vt habetur in. l. cum reis. C. de pœ. tamen ſi princeps ira ſeu furore ductus, ferat ꝯ aliquē ſententiam capitalē, non erit ſtatim exequenda, ſed differenda per xxx. dies. Ita dicit glo. in cap. cum apud Theſſalo. vbi glo. enumerat multos alios caſus, in quibus differtur executio ſententiæ capitalis. x. q. 3. Trigeſimaquinta ſpecialitas eſt, quia licet ſit magna dubitatio, vtrum promiſſio facta per priuatum ſine cauſſa intelligatur facta animo donandi, qui articulus tangitur in l. 2. §. circa. ff. de exce. & in l. a Titio. ff. de verbo. oblig. & per Cano. in cap. ſi cautio. ext. de fide inſtrum. tamen in principe eſt ſpeciale, quia promiſſio illius ſine cauſſa facta, in dubio intelligatur facta ex cauſſa donationis, quia proprium principis eſt donare. c. i. ex. de dona. Limitabitis tamea hoc procedere, niſi ex tali præſumpta donatione enormiter lęderetur, vt not. per Inno. & Io. And. in no. in c. grandi. ext. de ſupplen. negli. prę. li. vi. Trigeſimaſexta ſpecialitas eſt, quia perſona ignominioſa non debet ſtare coram principe: ita dicit Ang. in l. i. § ignominia, ff. de his, qui not. infa. Trigeſimaſeptima ſpecialitas eſt, quia licet ad interpretandum præſcriptionem requiratur ſaltem citatio partis, vt habetur in l. cum notiſſimi. C. de præſcrip. xxx. vel 40. annorum, tamen hoc fallit in principe, quia cum faciliter non poſſit adire ſuperiorem, ſola ſua ꝓteſtatio interrumpit pręſcriptionem. Ita notatur per Canon.

9 in c. nihil cum ſcandalo, extra de pręſcrip. †Trigeſimaoctaua ſpecialitas eſt, quia licet teſtimonium vnius notarii ſit præſtātius, quam alterius qui non eſſet notarius, vt no. Bal. in auth. ſed cum teſtator. circa 3. colum. C. ad l. Fal. tamen teſtimoniū principis plus valeret, quando tamen non ageretur de facto ſuo. Ita dicit Ant. de Iſer. in cap. ſancimus, in titu. quo tempo. mil. in vſi. feu. Trigeſimanona ſpecialitas eſt, quia licet corā īferiore a principe nō ſufficiat facere ſolam narrationem facti in libello, ſed opus concluſione, vt no. omnes Doct. in l. edita. C. de eden. tñ coram principe ſufficit ſola facti narratio ſine concluſione. Ita dicit Ang. in quibuſdam lect. in l. oīum. C. de teſt. Quadrageſima ſpecialitas eſt, quia qñ princeps vēdit aliquā rē, emptor eſt ſtatim ſecurus, nec pōt ab ipſo res ipſa euīci, nec per alium, ſed dominus rei uenditę infra quadrienniū habet regreſſum contra principem ſeu fiſcum. l. bene a

10 Zenone. & l. omnes. C. de quadrien. prēſc. †Sed aduerte, quia l. bene a Zenone, habet multas pulchras limitationes. Prima limitatio eſt, quia habet ſolum locum in Imperatore, nō autem in principe inferiore, niſi princeps inferior haberet regalia ab Imperatore. Ita dicit Bal. in c. ad Apoſtol. ex. de re iudi. lib. vi. vel niſi ipſe princeps inferior exercuiſſet regalia per tē pus, cuius initii memoria non extat in contrarium, quia tale tempus habet uim priuilegii ſeu tit. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & ęſti. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. ext. de ver. ſig. Secunda limitatio eſt, quia d. l. bene a Zenone. habet demum locum, quando princeps rem, quam alienauit, poſſidebat. Ita Bal. in l. fin. C. ſi contra ius vel vtil. pu. Tertia limitatio eſt, quia illa lex demum habet locum interueniente traditione. Ita eleganter dicit Bal. in c. i. §. fin. in vlt. colum. in tit. de noua forma fideli. in lib. feud. Quarta limitatio eſt, quia illa lex demum habet locum quando princeps bona fide vendidit rem, quam credebat eſſe propriam, licet in veritate eſſet aliena, ſecus ſi mala fide vendat, puta quia bene ſcit rem alienam. iſta eſt glo. aurea in l. ſecunda. C. de commu. rerum alien. Quinta limitatio eſt, quod lex prędicta habet locum, quando princeps vendidit rem iure proprio, ſecus ſi iure creditoris, quia tunc emptor non eſſet ſtatim ſecurus; ita notabil. dicit Bal. in cap. Rex pacificus. in prin. v. colum. in prōœ. Decretal. allegat. l. fundus qui, ff. de reſcin. ven. & l. eleganter. in prin. ff. de pig. act. & l. fi. C. ſi aduer. fiſc. Sexta limitatio eſt, quia d. l. bene a Zenone, nō habet locum, quando alienaret rem eccleſiæ. Nam tunc emptor non eſt ſtatim ſecurus. ita dicit gl. no. in c. quicunque militum, xii. q. i. quam gl. appr. Can. maxime Io. de Ana. in c. 2. ex. de reb. eccl. non alie. Septima limitatio eſt, quia illa l. demum habet locum, tribus concurrētib. primo quod princeps vendiderit rem, quam poſſidebat. Secundo, quod eam vendat bona fide. Tertio, quod præceſſerint ſolemnes ſubhaſtationes, iuxta l. i. & l. ſi tempora, & l. duplex ratio. C. de fide inſtrum. & iure ha. fiſ. li. x. Iſta ſunt verba Bal. in l. i. in 2. colum. C. de hæred. vel act. vendi. Et ibidem dicit, quod antiqui Doctores ita ſemper intellexerunt illam legē. Aduertite ad illud, quod dicit Bald. de ſubhaſtatione, qa videtur mihi dubium. Nā l. bene a Zenone. de ſubhaſtatione non loquitur. præterea lex habet locum, etiam quando princeps donat, & tamen nemo dixerit in donatione requiri ſubhaſtationem, & nunquam vidi ſeruari iſtud dictum Bald. in quantum loquitur de ſubhaſtatione. Tenebitis tamen men-

11 ti dictum illius, quia non reperio contradicentem. † Quadrageſimaprima ſpecialitas eſt, quia ad ſolū principem ſpectat creare Comites Palatinos cum poteſtate, quod poſſint legitimare illegitimos, & creare tabelliones. ita dicit Bald. in l. reſcripta. C. de præci. Imp. offer. Quadrageſimaſecunda ſpeciali-

tas

tas eſt,quia vbi eſt Princeps, ibi non poteſt committi dolus. Ita vult Bal.in d.l.reſcripta.allegat.l.probatorias.C.de diuerſ. offic.lib. xii. Tutius , iudicio meo, eſſet dicere, quod vbi eſt Princeps,non præſumitur dolus. Ad hoc allego not.per Bar. in ſimili,in l.i.C.de prædi.Decur.li.x.quod vbi eſt interpoſitū iudicis decretum , ibi præſumitur dolum abeſſe. Sed tamen iſta nō pręſumptio iuris , & de iure, imo bene admitteretur probatio in contrarium. l.non eſt veriſimile. cum ibi not.ff. quod me.cauſa.Quadrageſimatertia ſpecialitas eſt, quia vbi eſt Princeps,ibi eſt ſecuritas,& nulla formido,niſi vana , quæ non patrocinatur formidoloſo, poſſet tamen probari contrarium. Iſta ſunt verba Bal.in l.i. C.de his,qui me.iu. nō ap.

12 Quadrageſimaquarta†ſpecialitas eſt,quia illud,qđ dependet a ſola poteſtate Principis, reputaī apud nos impoſſibile. Ita dicit Barto.in l.fin.C.de ſen.paſ Et ad hoc ſolet allegari tex. not.in l.apud Iulianum.§.fi.de leg i.optime facit l.4.in princ. ff.de fideicom. lib. text.ſolet allegari ad hoc, videlicet quod quæ iure ſingulari veniunt,non attenduntur, nec ſunt in cōſideratione.facit etiam l.ii.§.tractari.ff.ad ſena. Tertul.& habetur per Bar.in l.cōtinuus.§.cum quis.ff.de ver.ob.Sed iſtud commune dictum debet limitari, niſi eſſet tale negotium, quod Princeps de facili concedere conſueuiſſet, nam tūc nō reputaretur impoſſibile. argum.l.vel vniuerſorum. ff. de pig. act.Et ita volunt Pau.de Caſt. & Raph.Cu. in d. §.cum quis, & Rom.in l.2.ff.de re iud.allegat tex. in l. qui cum maior.in ver.facile. ff.de bon.liber. & l.pe.& fin.ff.de cadau.punitorū. mihi videtur qꝑ iſta limita.probetur in d.l.apud Iulianum,§.

13 fin.in ver.non ſoleant.†Ex præmiſſis infertur,quod ſi in teſtamento alicuius eſſet appoſita aliqua conditio, quæ non poſſit impleri ſine conſenſu Principis, talis conditio reiiceretur propter impoſſibilitatem.l i.ff.de condi.inſti.& l. obtinuit.ff. de condi & demon.Sed hoc vltimum debet limitari,niſi eſſet neceſſarium , ad validitatem diſpoſitionis teſtatorum , vt quando legaſſet filio illegitimo ſub conditione ſi legitimare tur per Principem.Hanc limitationem ponit Baldus in l. i.in vi.colum.C.de conſti.& ſubſtitu. Addit Baldus in d.l.apud Iulianum,§.fi.quod quando eſſet factum,quod penderet a voluntate vnius tātum,illud apud nos reputaretur impoſſibile. & ita colligebat ex illo §.fi.dicens, quod Ray. de Forli.ita tenebat.ſed iſtud eſt dubitabile, qa ſi teſtator in teſta. legat mihi rem,quæ eſt Titii,valet legatum ſaltem quoad æſtimationem.l.cum rem alienam.C.de legat. & tamen hoc pendet a voluntate ſolius Titii.Io.de Imo.in d.l.apud Iulianū.§.fi.ſub dubio forte dicit, quod dictum Bal.poſſet defendi intelligendo,quod pendeat a voluntate tantum ſcilicet domini loci, quia tunc idē iudicaremus,quod in Principe , & hoc iudicio meo eſt de mente Bar.in d.l.fi.C.de ſent.paſſ. Quadrageſimaquinta ſpecialitas eſt,quia Principes conſuetudines multum vulgatas pręſumuntur ſcire,ita eleganter dicit Bal.in l.2.in fi. C.quæ ſit longa conſuetu. Quadrageſimaſexta ſpecialitas eſt, quia Principes non poſſunt concedere reſcriptum reparationis , deſertionis appellationis , niſi apponant clauſulam , Non obſtante,vel aliam æquipollentem,ex qua appareat de præciſa intentione Principis.ita dicit Bald.in l.impetrata,circa fin C.ſent.reſcin.non poſ. Quadrageſimaſeptima ſpecialitas eſt,quia Princeps ex certa ſciētia poſſet tollere omnia pedagia nobilib. Lombardię,quæ acquiſiuiſſent ex conſuetudine , quia poteſt derogare cuilibet conſuetudini cum clauſula,Ex certa ſcientia,multo magis poſſet moderari & taxare illa pedagia propter immoderatas extorſiones, quæ fiunt. Iſta ſunt verba Bald.in c.fin.in vlt.charta,ext.de conſuetudi. Quadrageſima octaua ſpecialitas eſt, quia ſolus Princeps po

14 teſt apponere clauſulam,de plenitudine poteſtatis.†Et ex his infertur,quod licet ipſe princeps creauit Comitem Palatinū cum poteſtate,quod poſſet legitimare illegitimos,tamen ille Comes Palatinus nō poſſet legitimare in præiudicium filiorum legitimorū, nec aliorum, quibus eſſet ius iam quæſitū, quia eſt ſpeciale priuilegium principis,vt de plenitudine poteſtatis poſſit ius vnius auferre,& dare alteri Et hanc poteſtatem in dubio non intelligitur tranſtuliſſe in Comitem Palatinum.Oporteret ergo,quod ſpecialiter fieret mentio in conceſſione de tali poteſtate.ita dicit not. Bal.in l.ij.circa vii.col.

15 ſeu octauam, in verſic.xvii.quæro.C.de ſerui.& aqua.†Quadrageſimanona ſpecialitas eſt , quia princeps poteſt eſſe Iudex in cauſa propria,ſed non inferior , qui recognoſcit ſuperiorem.l.proxime.ff.de his,quæ in teſtam.delen.& l. hoc Tyberius Cæſar.de hære.inſti.no.per Can.in c.cum veniſſet,ext. de iudi. Quod autem recognoſcens ſuperiorem non poſſit Iudex in cauſſa propria,habetur no.per Bald.in c.i. in titu.de inueſt.in mari.fac. in li.feu. ſolet etiam no. in l.fin.ff.de re.diuiſ.Quinquageſima ſpecialitas eſt,quia princeps ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatam , poteſt reſcindere , quia talis tranſitus in rem iudicatam eſt de iure poſitiuo , & princeps eſt ſuper ius poſituum,& contra illud poteſt diſpenſare. c.propoſuit.ext. de conceſſio. præben. not. in l. quoties. & in l.reſcripta.C.de præci.Impera.off. & quod poſſit princeps reſcindere rem iudicatam, decidit Do.Panor in ca. qualiter & quando.in ij.colum.ext.de accu.Sed ſi Princeps aliquid mandaret contrarium iuri naturali , non eſt illi obediendum,qa contra ius naturale non habet poteſtatem diſpenſandi. Ita dicit Bal.in c.cum adeo.ex.de reſcrip.optime facit tex.in Cle. Paſtoralis.ext de reg.iur.& quod not.Panor.in c.i.ext.de cau. poſſ.& propri.vbi declarat illam Clem.paſtoralis.An autem princeps ab Epiſ. qui ſunt in ſuo dominio , poſſit exigere ſacramentum fidelitatis? Concludite,quod aut Epiſcopi tenēt bona feudalia,& in feudo conceſſa per Principem Eccleſiis ipſorum. Et tunc tenentur iurare fidelitatem principi,vt habetur in c.verum,ext.de foro compe.Si autem non eſſent bona feudalia,ſed eſſent bona libere conceſſa eccleſiis,tunc prīceps non poſſet exigere iuramentum fidelitatis ab ipſis reſpectu illorum bonorum.Iſta eſt diſtinctio Do.Panor.in d.c.veniens.ext.de accuſa. Quinquageſimaprima ſpecialitas eſt,qa licet in cōtractibus regꝝ nō habeat locum ius accreſcēdi. l ſi mihi & Titio.ff.de verb.obli.tamen fallit in donatione facta a principe ſupremo.l.vnica.C.ſi lib.imperia.ſoci.ſine hęre.de

16 deceſ. lib.x. †Sed hic cadit celeberrima dubitatio,quam vide in practica,nunquid hoc procedat in principe ſupremo,concedente in feudo rem duobus in eodem inſtrumento & coniunctim?Prima facie videtur dicendum quod non,quia tex. ſunt expreſſi,quod ſi duo fratres ſunt inueſtiti de eodem feudo,non habet inter eos locum ius accreſcendi. c.i.§. cum vero Corradus,in i.tit.qui feu.da.poſ.vt in d.c.i.in ti.de duo. fra. a cap. inueſt.& in c.i.in titu.de duo.fra.de no.benefi.inueſt.in vſi.feu.Sed Bal.in l.vnica.§.i.circa vlt.colum.in ver.vnū ſcias. C.de cad.tollen. tenet expreſſe , quod habebit locum ius accreſcendi,quia iſtud eſt feudum imperiale.allegat l.uni. C. ſi lib.impe.ſoc.hoc idem tenuit ipſe Bal.in prædallegato c. 1. in titu.de duo.fra.de nouo benefi. inueſt. Et idem dicit in feudo conceſſo duobus a Rege. Hanc eandem opin.ſecuti fuerunt Raph.Cu.& Pa de Ca.in d.l.ſi mihi & Titio.Mouētur, qa in libello feudorum non reperitur deciſum,quod hoc caſu prohibeatur ius accreſcendi,ergo ſtandum erit regulæ d. l. vni. ſi lib. impe. ſoci. Contrariam ſententiam tenuerunt And.de Iſer.& Ia.Alua.in d.c.i.in titu.de duo.fra.a capi.inueſt. Mouentur per iura,quæ ſupra in princi.allegaui.Eandem ſentētiam amplexi fuerunt Cy.de Piſto.& Bartho. de Sali.in l.vnica. C. quando non peten.partes petent.accreſ.Mouetur Sali. quia, l.i.C.ſi lib.impe.ſoci.loquitur in conceſſione gratuita,ſed feudum non eſt per omnia gratuītum , quia ꝑ feudo præſtatur ſeruitium Domino.Ego puto priorem opi.eſſe de iure verio rem per d. l. 1. ſæpe allegatam,& iudicio meo hoc ſentit ibi Bar.Ad motiua in contrarium allegata poteſtis reſpondere, & primo ad tex. feudales ſupra in contrarium allegatos , qꝑ intelliguntur in feudo conceſſo ab inferiore: nos autem loqmur in feudo conceſſo a ſupremo Principe.Ad motiua Sali. reſpondebitis,qꝑ non obſtant, per ea quæ eleganter declarat Baldus in prooe.feudo.dum quærit, an feudum poſſit appellari gratia. Aduertite ad id quod dixi ſupra de Rege: quia dictum Bal.in d.c.i.de duo.fra.in no.bene.inueſt. intelligo procedere in Rege non recognoſcente ſuperiorem , alioquin ſi recognoſcat ſuperiorem,tunc non eſt loco principis, ꝑ not. in ca.per venerabilem, ext. qui filij ſint legiti.& cap. cum te, ext.de re iu. & ideo non procederet dictum Bal. Et pro iſta limita.do uobis pulchrum tex.in c.j.in fi.in ti.quali.fra. ſuc.vbi textus dicit,qꝑ eſt ſpeciale in feu.acquiſito in hoſte Regis: ergo contrarium eſt dicendum in feudo habito ab ipſo Rege.

17 †Quinquageſima ſecunda ſpecialitas eſt, quia dicunt qdam quod princeps donat, vel vendit rem duobus diuerſo tempore,& ſecundo emptori ſeu donatorio rem tradidit,tamen primus,cui res non fuit tradita,erit potior.Et ita dicunt debere limitari,l.quoties. C. de rei vendi. vt non habeat locum in principe vendente,vel donante eandem rem duobus diuerſo tempore.Sed qa iſte eſt paſſus vtilis, & quotidianus , & valde ſingularis,decreui eam diſcutere.In primis reperio Bald.in l.i. C.de loc.prædio.ciuili,vel fiſc.libr.xj. dicere,quod ſi princeps conceſſit vni caſtrum , non poteſt,poſtea illud caſtrum alteri concedere etiam cum clauſula . Motu proprio , niſi in ſecunda conceſſione apponat clauſulam,Non obſtante cōceſſione alteri facta. Secundo,pro iſta parte adduco Bald. in l. omnes.in fi.de quadr.pręſc.vbi in quibuſdam lec. dicit,qꝑ illa l.omnes, non procederet in cōceſſione facta a principe,quia ſi princeps concedat caſtrum vni,deinde auferat ſibi ſine defectu & culpa illius,cui conceſſit,& deinde concedat alteri , tamen primus erit præferendus,allegat l.aſſiduis, §. exceptis.C. qui potio.in pig.hab. Tertio,adduco Bal.in c.ad audientiam. ext.de præſcr.vbi dicit,quod per priuilegiū principis fit tranſlatio iuris ſine apprehenſione poſſeſſionis. Quarto, pro iſta ſententia adduco eundem Bal. In l.ii. quam legit cum prima.

C.de

Source : BIU Cujas

C. de legibus.vbi in princ.commen.dicit,q̃ ſi princeps concedat caſtrum alicui,eſt ſibi defendendum,non autem auferendum.Et ſi alius poſtea impeteret, ſecunda impetratio erit ſurreptitia,& non valebit.alias.gl.or.in l. ſi qua loca. C.de fun.& ſal.rei domi.lib.xi.Et dicit Pau.de Ca.in d.l.2.de le. quod Bald. ſæpe de hoc faciebat mentionem in ſcholis & in lectura,quia iſte caſus acciderat in perſonam ſuam, qua Vrbanus Papa vj. conceſſerat ipſi Bal. vnum caſtrum in Comitatu Eugubienſi, & poſtea idem papa conceſſerit alteri,ita quod dominus Bal. nunquam potuit habere poſſeſſionem, licet longo tempore litigauerit in curia Romana. Quinto,pro eadē opinione poteſtis allegare eundem Bal.in prooe. feu. circa ix.co.in ver.certum eſt autem, quod duplex eſt inueſtitura. &c. vbi dicit iſta verba,vtrum per donationem principis transfertur dominiū ſine traditione:Et videtur,quod ſic, ſecundum eum per not.p Ioann.And.in not.in c.olim.ex.de verb.ſig.& per Cle.auditor. ext.de reſcrip.& per l.bene a Zenone.& de quadri.prę̃ſc. & per l.Cęſar.ff.de public.& per l.cum duobus.§.idem reſpondit. ff.p ſocio.poſtea dicit,quod refert,an princeps contrahat, an vero priuilegium concedat. Comprobetis etiam iſtam ſententiam authoritate eiuſdem Bal.in c.i.in ti.quid ſit inueſ.vbi dicit hęc verba.Et no. quod iſte titulus non loquitur in priuilegiis, &c. Et an ſit priuilegium cognoſcemus.ſ.quando cōceſſio fieri abſenti nemine recipiente pro eo, quod ſit contractus cognoſcemus,ſi ibi ſit appoſita ſtipulatio,vel factum.Et ibidem dicit,q̃ ſi princeps vel papa dicat, Aſſigno tibi caſtrum tale cum plenitudine iuris ex hoc erit trāslatū dominium ſine poſſeſſione facti,facit quod not.ipſe Bal.in l.fin.in pri.commen. ff. de conſti. pecu.Sexto,allegabitis Ang.in propriis terminis in l.officium. ff.de rei ven.vbi dicit, quod licet p̃ inſtrumentum non probetur dominium,fallit in inſtrumento donationis factę a princi pe,quia poteſt transferre dominium in alium pro libito,volūtatis,loquitur tamē, an quando donatio eſt facta ex certa ſciē tia Principis.Septimo,ad idem allegabitis D.Lu.Ro.conſ.288. alias in conſi.298.inci.circa prę̃miſſum dubium, &c.vbi determinat,quod quando princeps conceſſit rē vni, & nō tradidit: deinde concedit alteri & tradit, quod primus eſt potior.& ita dicitur debere limitari d. l. quoties. C. de rei ven.Mouetur,q̃ ſimile videmus in beneficialibus. Nam ſi beneficium concedatur vni,& poſtea concedatur alteri,& ſibi tradatur, tamen primus erit potior.c.tibi quæ.ext.de reſcri.li.vi. & c. ſi tibi abſenti. ext.de pręben.eo.lib.c.i. de conceſ.pręben.eadem combinatione.Secundo mouetur,quia l.quoties,non habet locum in perſonis eccleſiaſticis vendentibus,& eſt ratio,quia in eorum cōtractibus non debent committi fraudes neque conceſſiones.c. per tuas.ext.de dona.& ca.i.§.i.in tit. de feu. alien. Et iō idem debemus dicere in principe: quia non debet quempiam decipere.l.i.C.de his,qui ve.ætat.impe. Et nihil eſt, quod magis fulgeat in Principe,quam recta fides.epiſt. Inter claras. C. de sū. tri.& fide cathol.Et quod illa l. quoties, non habeat locum in perſonis eccleſiaſticis uoluerunt Inn.Hoſtien.& Ioa.And.in c. continebatur ext.de his,quę fiunt a prę̃l.ſi. conſen.ca.Octauo, ad idem poteſtis adducere illud,quod vult Bal. in commento pacis Conſtan.in ver.Opizoni,alias in ver.amplius.vbi dicit,q̃ ſi princeps concedat alicui beneficium,habuit locum regula, Qui prior eſt tempore,potior eſt in iure.l.in concedendo.ff.de aqua plu. arcend. quod dicit eſſe notandum an conceſſiones, quas facit princeps de aquis publ. vt ſemper intelligantur eſſe reſeruata iura illius,cui primo facta fuerat cōceſſio.l.item Labeo.§.j.cum ſua parua gl. ff.fami.erciſcun.Tandem pro veritate refero me ad iſtam concluſionem, quod aut princeps contrahit ſeu diſponit per viam contractus,& tunc in dubio intelligitur velle contrahere de iure communi,& ex ſuo conttactu non transferetur dominium ſine traditione. l. ſi ager.ff.de rei vendi.& l.fina.C.de ſacroſan.eccl.niſi apparet de præciſa intention principis,quod vellet dominium transferri ſine traditione.Et ita intelligo no.p Ang.in d.l.officium, aut princeps vult concedere gratiam ſiue priuilegium.Et hoc caſu confiteor, q̃ transfertur ius ſine traditione, & iſta concordia eſt de mente D.Bal.in c.i.§.fi.in ti.de no.for.fide.in vlt.col. Quinquageſima tertia ſpecialitas eſt, q̃ oīs cōtractus celebratus cum principe hēt naturam bonę fidei contractuum.Iſtud eſt elegans dictum Bal.in commune Pacis Conſtan.in prima char.in verbo,Oēs.

18 in 2.colum.†Quinquageſimaquarta ſpecialitas eſt, quia licet crimen periurii ſit graue in omni perſona, tamen in principibus eſt grauiſſimum,quia eorum verbum etiam ſine mero debet eſſe firmiſſimum.ita no.Inn.in c.ad apoſtolicę, ex.de re iu. lib.vi. Quinquageſimaquinta ſpecialitas eſt, quia ſupremus princeps poteſt de plenitudine poteſtatis auferre feudum vaſallo,ſi tamen ira faciat, tenetur ei ad intereſſe.Et idem ſi Papa auferat beneficium alicui ſine cauſa, debet ei prouidere de alio conſimili beneficio. Et ſi commune Peruſii vēdat redditus lacus Peruſini per quatuor annos,deinde de plenitudine poteſtatis auferat emptoribus,tenetur eis ad intereſſe.Iſta omnia ſunt verba Bal.in c.i. §.ad hæc,in vij.colum.in titu.de pace iu fir.in vſi.feud.Et idem Bal.in c.i.§.cum autem, in ti.de controuer.inueſtit.dicit,quod princeps poteſt accipere vtile dominium vaſalli & dare in alia re directum,& ſic permutare directum dominium cum vtili,quod eſt notandum.Quinquageſima ſexta ſpecialitas eſt,quia princeps omnem dilationem legalem poteſt abbreuiare,etiam ſine cauſa.Ita dicunt Pet.de An. & Ioan.de Imo.in c.ex ore.ex.de his quę fiunt a maio.par.Mouentur per illum tex.iuncto c.2.ext. de conceſſi. præben.nam in d.ca.2.ad conferendum beneficia eccleſiaſtica vacantia datur ſemeſtere,& tamen papa in d.c.vxore.abbreuiabit ad vnū menſem.Et notetis iſtud dictum per no.per Barto.& alios in l. 2.ff.de re iudi. Quinquageſimaſeptima ſpecialitas eſt,quia licet authoritas Principis ſit ſuprema,tamen non poteſt facere, q̃d teſtis,qui reddit malam rationem,probet. ita dicit Bald. in l.ſi

19 non ſpeciali,in fin.colum.C.de teſta.†Quinquageſimaoctaua ſpecialitas eſt,quia princeps in ſuo territorio poteſt creare nouam dignitatem.Et ideo princeps noſter Dux Sabaudię poſſet creare Comites & Marchiones.Ita dicit Andr.de Iſer. in c.1.§. ſi quis de manſo.in penul.colum.in ti.de contro. inueſt.in lib. feu.& dicit Bal.in l.3.C.ad Trebe.quod Reges habent regalia, & ita ſeruat totus mundus Quæ autem ſint regalia, videte in c.i.in prin.in tit.quæ ſint regal.& pulchre per Bal.in c.i.in prin. in ti.Epiſcop.vel Abba.in li.feu. Quinquageſimanona ſpecialitas eſt,quia licet regulariter quis non poſſet ſtipulari alteri. l.ſtipulatio.§.alter.ff.de ver.ob.tamen fallit in ſupremo principe,vt ſunt Imperator & Papa.Ita voluit gl.no.ī prooe.Decre. in ver.ſeruus ſeruorum.Contra tamen vaſallus non poteſt ſtipulari domino ſuo.Ita dicit Bald.in l.i.in vlt.colu. C.per quas perſonas no.acquir.Sexageſima ſpecialitas eſt,quia ſupremus princeps poteſt ſnīas inferiorū caſſare vnico verbo, ita dicit Ang.in l.j.C de ſe.Sexageſimaprima ſpecialitas eſt,quia quando ſeruitium eſt fiendum principi, non poteſt eo inuito fieri per ſubſtitutum.Ita dicit Bal.in c.j.ſi. ti.Epiſc.vel Abb. Sexageſimaſecunda ſpecialitas eſt,quia poteſt facere de ciue forensē propter ſuum delictum.Item dicit Bald. in l. ſi quis filium C. de li.præt. Sexageſimatertia ſpecialitas eſt, quia quando ipſe ſolus habet poteſtatem monetę cudendæ.cap.i.in titulo,quæ

20 ſint rega.†Sexageſimatertia ſpecialitas eſt, quia licet regulariter donatio per patrē facta filio in poteſtate non ualeat. l.i. & 2.C.de inoffi.dona. tamen fallit in Rege ſeu principe donante filio in poteſtate,quia talis donatio erit valida, dummodo exprimat ſe donare authoritate regia. Ita no.dicit Bal. in ca.i. §.item ſacramenta.in antep.colum.in titu. de pace tenen.int. ſubd.& iur.firma. Sexageſimaquinta ſpecialitas eſt,quia ſi ſupremus princeps aliqua donet filiofam.in illis pater non habet vſumfructum,quia talia bona donata dicuntur peculiū quaſi Caſtrenſe.tex.eſt no.in l.cum multa.C.de bo.quę lib.& ctiam ſingulariter probat, quod fœmina poteſt habere peculium quaſi Caſtrenſe.Sexageſimaſexta ſpecialitas eſt, quia talis prę̃ſumitur intentio principis,qualis legis, & rationis naturalis.l.nec auus.C.de emancip. libero.& l.ex facto. ff.de vulg. & pupil.ita dicit Bald. in c.i.in tit.apud quem vel quos quę̃ſt.

21 feu.defi.ſeu termi.debe.†Vltimo habetis notare vnum, quod quando forenſis habet litigare in aliena ciuitate, habet remedium paratum,vt princeps ſuus ſcribat Principi ſui aduerſarii ne compellat eum litigare extra propriam ciuitatem,quia forenſis ſecure nō litigat in aliena ciuitate.Ita docet Bar.in ſuo tractatu Repræſaliarum,in tertia charta.

SVMMARIVM.

1 *Comes quis propriè dicatur.*
2 *Comitum filii,an & qualiter poſſunt comites appellari.*
3 *Feudorum Comitalium priuilegia ſeu ſpecialitates,quæ ſint.*

1 Comes de Villaris. †Hic eſt aduertendum, quod Comes proprie loquendo dicitur ille,qui fuit inueſtitus de Comitatu.Alii vero Comites,qui nō ſunt inueſtiti deComitatu,non dīr ꝓprie Comites ſed abuſiue,vt ſunt Comites ſacri Palatii,q̃ legitimant naturales,& ſpurios,dāt tutores,& creāt tabelliones,& alia,put in eorū priuilegiis cōtinetur.Bene facit, quod no.gl.ī l.i.ff.de tu.& cura.da.ab his. Iſta ſunt verba Bal.in c.j.ī verbo,Comes, in ti.quis dicatur Dux,Marchio,vel co.†Item filii Comitum habentium Comitatum, poſſent appellari Comites ſpe, ſed non re.Et ita intelligitur quod not.gl.pulchra in c. fi.34.q.i.de Comitiſſa Matilda habebitis gl.in l.fi.C.de arb.& in l. ſed ſi ſu ſceperit.§.liberti.ff.de iud.no.per cano.in c.delecti.ext. de arb. Addite ad id, quod dixi ſupra, quod Comites non habentes Comitatum non dicuntur propriè Comites, quod hoc facit ad quæſtionem,quam vidi de facto. Quidam Comes Palatinus habebat poteſtatem legitimandi naturales & ſpurios,exceptis filiis naturalibus Ducum,Marchionum,& Comitum:

modo

modo quidam Comes Palatinus habebat vnum filium naturalem: dubitatum fuit nunquid dictus Comes virtute potestatis legitimandi sibi à Cæsare concessa posset legitimare illum filium Comitis abusiue? Quidam dicebant quod non; propter illa verba, Exceptis filiis Ducum & Comitum. Sed contrariū est verum, quia illa verba, exceptis filiis Comitum, debent intelligi de his, qui sunt proprie Comites, argum. l. i. § qui in perpetuum. ff. si ager vecti. vel emphy. pe. & argum. §. sed quoties. Instit. de iure naturali. Si tamen Comes inuestitus de Comitatu iniuste expelletur de ipso Comitatu, bene dicatur proprie Comes, quia verum est dicere ipsum fuisse inuestitum de Comitatu cum territorio. Ita tenet præclarus Doctor Domi. Marti. Laud in allegato. c. i. in titu. quis dicatur Dux, Marchi. vel Com. † Addite etiam, quod ista feuda Comitalia habent magnam specialitatem, quia licet creditor in actione personali possit petere se mitti in possessionē feudi, quod habet vasallus, & possit peruenire ad missionem in possessionem ex secundo decreto, nō quod ius feudi transferatur in ipsum creditorem, neque etiam vtile dominium, quod habet vasallus in feudo, sed solum percipiet ipse creditor fructus & redditus dicti feudi, vt elegāter notatur per Bar. in l. finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infecto. & per Ang. in l. eorum, illo eod. tit. tamen in feudo Comitali non fit missio in possessionem, nec substantia feudi comitatus transibit in creditorem, sed solum percipiet fructus. ita not. dicit Bald. in authen. & qui iurat. in 4. char. C. de bo. aucto. iudi. poss. quod est bene no. vnum etiam notetis, quod quando creditor in actione personali mittit in possessionem feudi vasallus debitor tenebitur præstare seruitia domino suo, non autem creditor missus in possessionem, secus si missio in possessionem fieret ratione rei, vt in casu dam. infec. ista est pulchra theorica Bar. in d. §. si de vectigalib.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius foraneus, quis dicatur.*
2 *Vicarius generalis Episcopi ordinariam habet iurisdictionem.*
3 *Episcopus potest causam pendentem coram vicario suo generali ad se aduocare, & ipsi inhibere, ne de ea se intromittat, etiam sine causa.*
4 *Episcopus pro suæ voluntatis libito potest vicarium suum generalem reuocare.*
5 *Pedemontium Princeps dicitur uicarius perpetuus Imperatoris.*
6 *Superior an & quādo inhibere possit inferiori, ne sua vtatur iurisdictione.*
7 *Dominus nō potest de primis causis rusticorum se intromittere, vbi aliquē de loco inuestituit cum mero & mixto imperio.*
8 *Vicarius, seu locum tenens à Rege vel Duce creatus, an & quando possit Rege vel Duce absente consensum præstare in alienatione rerum feudalium.*
9 *Vicarius, seu locum tenens Principis potest omnia præter ea, quæ pœnam sanguinis concernunt expedire.*
Et quid de vicario Episcopi, Ibidem. nu. 10.
11 *Vicerector, quem rector constituit, an et quando gaudeat immunitate qua rector.*
12 *Vicarium, vel locum tenentem Episcopi vel principis offendens Episcopū vel Principem offendisse dicitur.*
13 *Causa delegata per superiorem alicui potestati, an & quando mortua ipsa potestate, transeat in vicegerentem.*
14 *Locum tenens locum tenentem creare vel constituere non potest.*

VIcariusqùe perpetuus. Pro declaratione istorum verborum debetis scire, quod Prælati Ecclesiastici, puta episcopi, habent aliquando vica-
1 rios foraneos, habent etiam suos vicarios generales. † Et dicitur vicarius foraneus ille, qui ab Episcopo deputatur ī aliqua parte diœcesis, & talis vicarius non habet ordinariam iurisdictionem, sed delegatam, & ideo appellatur ab eo ad Episcopum, & ita vult glo. ord. in Cle. & si principalis. ext. de rescrip.
2 † Vicarius autem generalis Episcopi habet ordinariā iurisdictionem, vt habetur in ca. perlectis. 25. dist. & in ca. sua. ext. de offi. vica. & per glo. in d. Clem. & si principalis. & tribunal istius vicarij generalis, est vnum & idem cum tribunali Episcopi.
3 † Et ideo a sententia lata per talem vicarium generalem non appellatur ad episcopum, tex. est in c. non putamus. ext. de consuet. lib. vi. Et aduertite, quod quando aliqua causa pendet coram vicario generali Episcop. potest ipse Episcopus illam causam ad se aduocare, & inhibere ipsi vicario, ne de ea se intromittat etiam sine causa, & quicquid faceret in illa causa, post inhibitionem, nihil valeret. Ita notat Innocen. in cap. Romana. ext. de appella. lib. vi. † Imo quod plus est, ipse Episcopus p libito voluntatis posset suum vicarium generalem reuocare. Ita notant Panorm. & Imo. in ca. vt nostrum. ext. de appellat. Ergo multo magis potest inhibere, ne de certa causa cognoscat. arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend. & argu. c. pastoralis. §. item cum totum. ext. de offi. delega. Et ita voluit Panormitanus, & Imola in dicto ca. vt nostrum. Et sicut Episcopus potest reuocare pro libito suæ voluntatis suum vicarium; gesta tamen ante talem reuocationem remanebunt valida. ita expresse tenet Baldus, in l. solent. §. sicut. ff. de offi. proconsul. & Lega. allegat not. per Inno. in c. intimasti. ext. de appel. & hoc sequitur clarissimus. D. Phil. de Perusio in præallega. c. vt nostrum. † Signāter ergo Diuus Princeps noster appellat se vicariū perpetuū imperialē. Quia si non esset vicarius perpetuus, & nō vicariū in ti. haberet, certe Imperator pro libito voluntatis posset eū
5 6 reuocare, vt patet ex prædictis. † Sed iuxta prædicta moueo vobis elegantem dubitationem, nunquid superior possit inhibere inferiori, ne sua iurisdictione vtatur? Archidiaco. in c. de persona. xi. q. i. determinat, quod non. Ordo enim confunditur, si sua iurisdictio vnicuique non seruaretur. d. c. de persona. Fallit quando causa esset deuoluta ad ipsum superiorem per viam appellationis, vel per uiam nullitatis, per viam restitutionis in integrum. l. si causa cognita. C. de transac. & l. 4. C. de accusat. Item fallit, quando ille cui fit inhibitio, haberet iurisdictio. commissam ad nutū superioris, vt est vicarius Episcopi. Hæc omnia sunt verba Baldi in l. i. C. quomodo & quando iud. quod superiorem potest inhibere inferiori, ne vtatur sua iurisdictione, nisi quando ille inferior recognoscit illam iurisdictionem ab ipso superiore, de quo etiam per eundē Bald. in l. eleganter. §. si quis potest. ad fi. colum. ff. de condictio. ind. Addite eundem Bal. in c. i. §. ad hæc. circa iiii. colum. in titul. de pa. iura. firma. in lib. feud. vbi dicit, quod omnes iurisdictiones refluunt a Cesare, sicut a fonte. Et dicuntur fluere per concessiones, commissiones & cōfirmationes. Item dicuntur refluere ad eum per uiam appellationis vel nullitatis querele. Et eo ipso, quod Cæsar cepit cognoscere de causa, est impositū silētium inferiori. Allegat ad hoc ipse Bal. no. per Inno. in c. cum M. Ferra. ex. de consti. optime facit d. c. vt nostrum. extra de appel. Subiungit Bal. in d. §. ad hæc. quod alii inferiores a Cæsare, licet vnus sit maior altero, non tamen potest inhiberi, ne sua vtatur iurisdictione, per not. per Archid. in d. c. de persona. nisi causa esset deuoluta ad ipsum superiorem, vel per viam appellationis, vel nullitatis, vt supra declarauī. Addo vobis, quod si dominus inuestiuisset vasallum de aliquo loco cum mero & mixto imperio & omnimoda iurisdictione, & ille vasallus in illo loco constituisset officialem, coram quo iter subditos illius vasalli agitaretur aliqua quæstio, non posset ipse superior inhibere illi officiali, ne de dicta causa cognosceret. †
7 Et est ratio, quia postquam dominus inuestiuit aliquem de loco cum mero & mixto imperio ac omnimoda iurisdic. non potest se intromittere de primis causis rusticorum illius loci, quia vasallus habet vtile dominium, quod in hoc præfertur directo, & ad hoc allegabitis Bal. in rubrica, alias in l. i. ff. de re. diui. in xliii. q. Putarem tamen superiorem posse mandare officiali ipsius vasalli, vt in certum tempus decidat causam illā, per ea quę habentur in c. pastoralis. in princ. ext. de officio ordin. & in c. nullus, ext. de iure patro. †
8 Sed pone, Dux, vel Rex fecit unum suum vicarium seu locumtenentem, an absente Rege vel Duce poterit ille locumtenens præstare cōsensum in alienationibus rerum feudalium? concludite, quod aut ille locumtenens habet potestatem limitatam, ex qua limitatione possumus comprehendere talem licentiam fuisse illi concessam vel denegatam, & tunc res est clara, argum. l. si procurator ad vnam speciem. C. de procu. Scriptura enim illius locumtenentis probat suos limites. l. fideiussores. § pro Aurelio. ff. de fideiuss. Et solemus dicere, quod limitata causa limitatū producit effectum. l. in agris. ff. de acqui. re. do. & l. Fulcinius. §. quod si aduersus. ff. quibus ex causis in poss. eatur. Si autem simpliciter constituisset eum suum locumtenentem, tunc intelligeretur illi data potestas præstandi consensum in alienationibus feudorum. Ita no. dicit And. de Iser. in c. imperialem in princi. in ti. de prohi. alie. feu. per Fed. in li. feu. Sed ponamus quod ipsa constitutione Rex vel Dux interdixisset ipsi locū tenenti alienationes, an tunc poterit præstare consensum? Andr. de Iser. in præalle. c. imperialem. determinat quod sic, quia. aliud est consentire, & aliud alienare. l. aliud. ff. de verbo. sign. ego allego meliorem tex. in. l. si pater. in fin. ff. de manu. vindi. Conclusionem prædictam probat præfatus Do. alia ratione, quia non debet princeps suos subditos decipere, & imputandum est ei, quia apertius non fuit locutus. Ad primum allegabitis. l. i. C. de his, qui ve. æta. impe. Ad aliud l. veterib. ff. de pac. addite ad præmissa id, quod vult Arch. in c. re actiua. lxiii. dist. vbi dicit, quod quando Rex vel Comes est absens, sufficit requirere consensum & authoritatem sui vicarii. Et hoc sequitur Bal. in c. cum venerabilis. ext. de consue. vbi subiicit, quod in absentia superioris sufficit requirere consensum sui locum tenentis. †
9 Addite, quod locumtenens potest omnia prēter quā eā, quę concernunt pœnam sanguinis. §. ad hæc prohibemus. in Authen. de colla. Quod est verum, quando est constitutus authoritate hominis. Sed si fuisset authoritate legis constitutus,

Source : BIU Cujas

tus,bene posset expedire etiam ea,in quibus veniret imponenda pœna sanguinis,& ita debetis temperare glo. ordin.
10 in l.ij.C.de his,qui vicem alterius gerunt. † De iure autē canonum omnia possent expediri per locumtenentem. ca.in episcopatu.ext.de rapt.Ista sunt verba Bal. in authen. sed nouo iure,in prin.col.C.de ser.fug.addite Ang.idem volentem in l.si prior.§.a Titio,ff.qui potio.in pi.habean.bene faciunt no.per Bar.in l.filius,ff.de legationibus.vbi dicit, ꝙ quando
11 †vicerector constitutus esset a rectore, non habet eandem immunitatem, quam habet rector. sed si esset constitutus ab vniuersitate,haberet eandem immunitatem,& eundem honorem,quem habet rector.Non ob.l.sed si hac, §.fi.ff.de in ius vo.vbi libertus non tenetur tutori,vel curatori patroni ad eandem reuerentiam, ad quam tenetur erga patronum:quia ad illum tex. ego responderem per id, quod vult tex.not.in l.seruus si hæredi.ibi, personæ duntaxat eius, qui demonstratus est,adhæret. ff.de statu liber. Probat enim ille tex.ꝙ quando aliquid indulgetur personæ,nō egreditur personam. sed sic est,quod verba illius edicti, de in ius vocan. diriguntur in personam patroni,ideo non egrediuntur per-
12 sonam. †Addite etiam,quod ille,qui offendit vicarium Episcopi,vel Principis,dicitur offendere Episcopum,vel Principem.Ita dicit Bal.in d.l.sed si hac,in §.fi.ff.de religio.& sumpti.fune.De vicegerente habetis in d.l.ij.C.de his, qui vicem alterius gerunt.& per Bald.multum eleganter, in l.obseruare,§.fi.alias est in l.aliquando,ff.de offi.Proconsl.& leg.Quid
13 †autem si causa esset delegata Potestati Astensi per superiorem,an mortuo Potestate, transibit potestas in vicegerentem?Concludite,ꝙ aut ille vicegerens erat deputatus ab ipso Potestate, & tunc non succedit in delegatione: secus si fuisset deputatus a superiore,per no.per Guil.de Cu.in l.& si prætor,ff.de offi.eius,cui mand.est iurisd. Vnum etiam notetis, †ꝙ locumtenens non dat, neque constituit locumtenē
14 tem.Ita singulariter determinat Bld.in l.j.§.a præfectis. ff.de leg.3.quod notetis.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura propria realis,& corporalis quæ sit,& quæ impropria, & abusiua,& nu.2.*

3 *Inuestitura abusiua, quid operetur,& nn.4.*

5 *Inuestitura cum possessionis traditione facit secundum, cui facta est,potiorem primo,quem dominus inuestiuit abusiue.*

6 *Inuestiens vasallum per inuestituram abusiuam cum traditione possessionis,a qua postea ipse inuestitus cecidit,& ad manus ipsius domini peruenit,an teneatur iterum ipsam possessionem tradere vasallo.*

7 *Possessionis feudi traditio duob. facta,cui præsumatur facta prius,si cui ipsorum primo tradita fuerit ignoretur.Et quid si dominus solum promisit feudum alicui,quem tamen abusiue non inuestiuit,& nu.8.*

9 *Vasallum inuestiens de mero imperio inuestituram facere debet cum traditione gladii in manibus ipsius vasalli.*

10 *inuestituræ verba quæ Francorum Rex expressit Principi Tarentino de principatu Achaiæ, an præsumant feudi concessionem,an vero donationem.*

11 *Inuestituræ abusiua & propria, an & quando requirantur in traditione feudi.*

12 *Inuestire,an & quando possit dominus aliquem de feudo, quod alius tenet ab ipso domino.*

13 *Inuestitura alicui facta de feudo eius,quem dominus credebat mortuū, an & quando valeat.*

14 *Inuestitura feudi quod dominus per mortem vasalli credebat vacare,cū non per mortem, sed aliam ob causam vacaret,an valeat si in ea nō exprimatur vera vacationis causa.*

15 *Feudi recognitio, seu confessio facta vni consortum recipienti pro se, & aliis consortibus absentibus,an & quando operetur, ꝙ dominium videatur acquisitum ipsis consortibus.*

1 **Nuestiuit talem.** Pro declaratione debetis scire,ꝙ habemus duplicem inuestituram feudi. † Quædam dr inuestitura propria,realis & corporalis, vt qñ princeps induxit aliquem in possessionem alicuius rei,dicendo, vade in possessionem, & accipe pro feudo,ita probat tex.in capitulo primo,in titulo de consuetudi. tecti feudi.in lib.feudo.Et per istam inuestituram realem & corporalē bene transfertur dominium,& possessio rei feudalis, vt habetur in dicto c.primo.Et ita vōlunt omnes Scribentes in cap.
2 primo,in titu.quid sit inuestitura.†Quædam vero dicitur inuestitura impropria & abusiua, vt quando princeps inuestit aliquem de feudo per traditionem baculi vel ensis. Ita
3 probatur in dicto cap.primo,quid sit inuestitura. †Sed quid operatr̄ ista inuestitura abusiua?dicite quod si fit in ipsa re,de qua inuestit,vel est in loco,in quod potest transferre possessionem,saltem per inspectionem oculorum. Et tunc bene transfertur possessio.l.clauibus. ff. de contrahenda emptio. l.quod meo,§.si per venditorem.ff. de acquirenda possessio Sed si hat inuestitura abusiua in loco remoto, per illam nō transfertur dominium,neque possessio rei feudalis, quia est in titulo concessionis, & per illum solum titulū non transfertur dominium,neque possessio,l.si ager.ff. de rei vendi. & l.fina.C.de sacrosan·eccle.Sed per talem inuestituram abusiuam intelligetur data licentia inuestito, vt propria authoritate possit apprehendere possessionem feudi.Ita volunt Inn. & Cano. & maxime dominus Panormit. in penultima columna,in capitulo secundo,extra de consuetu.& Bald.& cęteri Sriben.in dicto cap.primo,quid sit inuestitu.& per eundem Bal.eleganter in rub.C. de contrahen.emptio. & vendi in xviii.q.ff.de rebus diuin.no.in dicta l.præd.ff. de acquiren. da possess.& per Ang.in l.Papinianus.§.primo,ff. de inofficitestamen.per Cano.in c.per tuas,extra de dona.†Item ista in
4 uestitura abusiua operatur alium notabilem effectum,nam si dominus per traditionem hastæ vel ensis, vel alterius rei corporeę faciat inuestituram abusiuam, cogitur postea præcise tradere possessionem tali vasallo inuestito, adeo quod præstando interesse non liberaretur,tex.est in cap. si facta.in titu.si de feu.defunct.fuerit controuer.in vsibus feudo. limitabitis hoc procedere, nisi dominus cōcedat feudum alicui per inuestituram abusiuam,& deinde inuestiat alium,& tradat illi possessionem. nam tunc ipse secundus erit potior. l. quoties. C. de rei vendi.Et dominus præstando interesse ipsi primo inuestito liberabitur. Ita vult gl. communiter approbata in dicto capit.si facta.†Sed quid si dominus, postquam
5 inuestiuit aliquem abusiue de feudo, inuestiat alium de eodem feudo,& tradat illi possessionem,& in traditione dicat hoc modo,trado tibi possessionem talis feudi saluò iure primi inuestiti,quis istorum erit potior? And.de Isern.& Iacob. Alua.in d. c.si facta,dicunt quod secundus nihilominus erit potior,quia primus inuestitus nullum ius hēt ꝙ secundum.Il
11 la verba,saluo iure,nihil operātur,ar.eius quod diximus, ꝙ non pōtest imponi seruitus prædio non existenti in rerum natura,l.j.ff.de of.præd. Quid autem retento eodem themate,si dñs dicit tradendo possessionem secundo inuestito, volo ꝙ si primus inuestitus petat a te possessionem istius feudi, quod etiam restituas,vel si petat eam a me, volo ꝙ eam tradas mihi,vt eam illi restituam?præfati Doc.ī præal.c. si facta. determināt ꝙ etiam illis casib.potior erit cā secundo inuestiti,nec tenebitur præcise restituere possessionem primo inuestito,tñ ipse secundus inuestitus non tradendo tenebitur ad interesse,l.si quis ab illo.§.fi.ff.de re iu.& l. stipulationes non diuiduntur,ver.Celsus.ff.de ver.obl. Aduerte tñ,ꝙ si dñs tradēdo possessionem inuestito secundo diceret hoc mō, volo ꝙ si primus inuestitus petat istud feudum,ꝙ extunc dñs sit ipsius,& possessio reuertatur ad eum, tūc certe potior esset cā ipsius primo inuestiti,quia possessio bene pōt tradi sub conditione.tex.est no.l.qui absenti.§.j.ff.de ac.pos.Sed quid si primus inuestitus adeptus fuerit possessionē feudi, deinde dñs inuestiat ꝑm ignorantem, & tradat illi possessionem feudi sciente primo inuestito,qui postea ita tacuit ꝑ annū. Cōcludite ꝙ potior erit primo inuestitus.Item nota.dicit Ia.de Ardi.in ti.q.mo.feu.acq.sub rub.qñ sunt inuestiti separatim, &
6 hoc placet Ia.Alua.in d.c.si facta. in fi.col.ꝙ no.†Sed pone, dñs inuestiuit vasallū per inuestituram abusiuā,deinde tradidit illi possessionē,sed vasa.postea ex interuallo cecidit a possessione,q̄ peruenit ad ipsum dñm, vtrum dñs iterum tenebit tradere illam possessionem vasallo? Vr ꝙ non,quia dñs tradendo semel vr fuisse liberatus,ꝑ no.in l.fi.ff.de acq.pos. Cō trariam determinat Bal.& oēs in d.c. si facta. quia dñs tenet ad duo,videlicet ad tradendum, & præstandum patientiam quia feudum est species seruitutis.Ita vult gl.or. in l. si cuius. in prin.ff.de vsuf Et ista patientia hēt tractum successiuum, vnde per traditionem dñs non est liberatus. l. corruptionē. cum sua gl.C.de vsuf.l.inter castellanum.ff.de recep. arb.no. in l.sed si possessori.in prin.ff.de iureiur. Vos limitabitis istā conclusionem,nisi interim ipsi dño superueniisset aliqua exceptio,q̄ haberet excludere ipsum vasallū, puta exceptio p̄scriptionis,ꝑ id,quod hr in d.l.corruptionem.versi.nisi talis.
7 †Et quia supra mētionem feci de traditione possessionis,ponamus ꝙ uon constet cui primo fuerit tradita possessio feudi, dicite quod præsumetur facta habenti priorem titulum, secundum Bal.in dicto c.si facta,quem cęteri sequuntur, de
8 quo dixi vobis in d.l.quoties.C.de rei vend. †Iterum dubitatur,ponamus quod dominus solum promiserit feudum,sed tamen non fecit aliquam inuestituram abusiuam. Concludite,quod dominus non tunc tenetur præcise tradere possessionem illius feudi,nec habebit locum disputatio,d.ca.si facta.sed dominus solum obligabitur ad interesse, d. l. si quis ab illo.§.fi.Ita elegāter determinat And.de Ise.in d.c.si facta. quem sequuntur ibi cęteri Scriben. maxime Iacob.Alua. & Dom.Marti.de Laude.quod est bene notandum pro limita-

Source : BIU Cujas

tione dicto capitulo ſi facta. Quod dixi de vltimo caſu, tene
ri ad intereſſe, intelligatis procedere quãdo fuit promiſſio
ſolennis, alioquin ſi fuiſſet ſimplex & nuda promiſſio, non
obligare dominum ad intereſſe, l. nunquam nuda. ff. de ac-
quirendo rerum dominio. & l. nuda. ff. de donationibus.
& l. ſecunda, §. circa ff. de excep. doli. & l. obligationum ſub-
ſtantia, §. fina. ff. de act. oblig. Hanc pulchram limitationem
ponit Iacob. Alua. in capitulo primo, §. fina. in titulo de no-
9 ua forma fide. in libro feudorum. †Addite ad id, quod ſupra
aliquando dixi, quod ad faciendum iſtam inueſtituram abu
ſiuam non refert an dominus tradat haſtam, vel aliquod
aliud corp oreum in manibus vaſalli, vt probatur in capitu-
lo primo, in principio. in titulo quid ſit inueſtitura. tamen
quando dominus inueſtit vaſallũ de mero imperio, decens
eſt, quod hoc faciat per traditionem enſis in manibus vaſal
li, quia enſis ſignificat merum & maius imperium, & ſignũ
debet congruere ſignato. C. de fabri. libro xi. no. per glo. in l.
penultim. ff. ex quibus cauſis maiores. Non tamen dico hoc
eſſe neceſſarium, ſed dico eſſe decens, poteſtas enim gladii
eſt poteſtas ſanguinis effundendi, vt habetur in l. imperium,
ff. de iuriſdiction. omnium iudicum. Et enſis importat iſtud
ſignum ſicut dicimus, quod erectio furcarum eſt ſignum
meri imperii, vt no. expreſſe Barto. in l. prima, C. vt nemin.
liceat ſigna, ſeu vela regia prædio impo. Et idem Bal. in capi
tulo primo, in titulo quid ſit inueſtitura. Et iſtud quod dicẽs
ſit principem inueſtientem de mero imperio hoc facere per
traditionem enſis, tenet Bald. in ſuis punctis feudo. quæ po-
10 ſuit in fine operis, poſt concluſiones. †Sed quæro de quæſtio
ne, quæ fuit de facto: Rex Francorum Principi Tarentino fe.
cit conceſſionem de Principatu Achaiæ per hæc verba, do-
namus, damus, & tradimus tibi titulo donationis, & inueſti-
uimus quicquid ad nos ſpectat in Principatu Achaiæ ratio-
ne feudi aperti, vel alias transferendo in te directam & vti-
lem actionem, ita quod non recognoſcas alium in ſuperio-
rem, vel dominum, niſi nos pro dicto principatu: dubitatum
fuit, an iſta fuiſſet conceſſio feudi, an vero donatio? Quod ſit
conceſſio feudi, probatur hoc modo. Actus dubii, qui habẽt
inter ſe multam ſimilitudinem, & quorum natura fere eſt ſi
milis, dignoſcuntur & diuerſificantur ex ſignis. probatur, qa
teſtamentum dignoſcitur a codicillo per inſtitutionem, vel
exhæredationem. l. non codicillum. C. de teſtamen. & dona-
tione cauſa mortis. l. Seia. ff. de dote prælega. Et contractus
emptionis ex ſignis dignoſcitur a locatione. §. adeo. Inſtitu.
de locato & conducto. Sed in conceſſione facta prælibato
principi ſunt ſigna feudi, vt patet ex verbo, inueſtimus, quod
importat feudi acquiſitionem, capitulo ſecundo, in fine, in
titulo de feudi cognitione. & in capitulo primo, in titu. quid
præcedere debeat, an inueſt. vel fide. Eſt etiam ĩ conceſſione
prædicta aliud ſignum feu. ſcilicet quia facta erat retentio
ſeruitutis, facit capitulũ Obertus. in titulo in quibus cauſis
feu. amitti. Item eſt aliud ſignum, quia in conceſſione prædi-
cta dictum fuit, ita tamen quod non recognoſcas alium in
ſuperiorem vel dominum pro dicto principatu, niſi nos, il-
lud verbum, dominum, eſt ſignum feudi, capitulo primo,
ibi, ſicut vaſallus domino, in titulo qualiter vaſal. iura. deb.
fideli. & in rubrica de controuer. feu. inter vaſallum & aliũ.
eſt etiam aliud ſignum, quia in conceſſione facta illi princi-
pi, fuit facta commemoratio cuiuſdam alterius conceſſio-
nis feudi de eodem principatu, ergo iſta ſecunda conceſſio
videtur accedere, & eſſe talis prima, argumen. l. inter ſoce-
rum. §. cum inter. ff. de pact. dota. Pro alia parte, quod conceſ
ſio prædicta non ſit feudum, ſed potius donatio, facit quia
concedens fuit vſus iſto verbo, donamus. Et quando verba
ſunt clara, non eſt ab eis recedendum, l. ille aut ille. §. cum
in verbis, & l. non aliter. ff. de legatis tertio. Dicendum eſt er-
go iſtam eſſe donationem, non autem feudi acquiſitionem.
l. prima, ff. de donation. Ad idem facit, quia in conceſſione
prædicta dictum fuit, quicquid iuris habemus in dicto prin-
cipatu ratione feudi aperti vel alias, per quæ verba affertur
fuiſſe translatum in illum principem nedum vtile domi-
nium, ſed etiam directum, argumen. l. fina. ff. de penu. lega. &
l. Iulianus. in princip. ff. de legatis tertio. Optime facit tex. in
l. Aurelius. §. teſtamento ita ſcripſerat. ff. de libe. lega. & hoc
eſt contra regulam naturalem feudi, per quam in vaſallum
transfertur ſolum vtile dominium, directum autem rema-
net apud concedentem, cap. primo, §. rei autem. in titu. de in
ueſtitu. de re alie. fac. in vſibus feudorum. ca. vnico, in verbo,
vtiliter. in titu. de contro. inter vaſall. & alium benefi. Tertio
pro iſta parte facit, quia concedens in conceſſione appoſuit
iſta verba, directam & vtilem actionem transferendo, ergo
nulla remanſit apud dominum concedentem, argumen. a
ſufficienti caſuum enumeratione, quod argum. eſt validũ in
iure, l. obligationum fere, §. placet. ff. de actio. & oblig. Quar
to, hæc ſententia comprobatur per tex. in l. pe. C. de donatio.
inter virum & vxo. & in l. ſancimus. §. i. C. de donat. Quinto
corroboratur iſta opinio, quia ille cui facta erat iſta conceſ-
ſio, erat princeps, & ſimiliter concedens, vnde magis eſt prę
ſumenda donatio & liberalitas in talibus, quam in aliis, l.
ſed ſi ſuſceperit. §. i. cum ſua gl. ff. de iudic. & l. ſi ſeruus com-
munis. ff. de dona. inter virum & vxo. & c. i. extra de dona. Et
in hanc opi. vltimam inclinant Old. & Albe. de Roſ. in rub.
C. de dona. Et hanc ſententiam tenendo oportet reſpondere
ad motiua ſupra in contrarium facta, quibus reſpondebitis.
primo ad primum, dum dicebatur quod ex ſignis debebat
dici feudum, reſpondete quod argumen. ab iſtis ſignis acci-
dentalibus non cõcludit de neceſſitate, ſicut dicimus, quod
ſignum accidentale, puta delatio annuli non infert de necef
ſitate matrimonium, l. neque ſine. C. de nup. & c. illud. & ibi
no. extra de pręſumpt. Ad illud motiuum, dum dicebatur,
quod in conceſſione prædicta fuerunt appoſita iſta verba,
ita vt non recognoſcas alium in dominum, & ſuperiorem
niſi nos, per quæ verba iudicatur, quod ſit feudum, reſponde
te hoc non eſſe verum, quia illud verbum, dominum, habet
latam ſignificationem, in tantum, quod verificatur in quali
bet ſuperioritate etiam modica, l. liber homo. §. ſeruus au-
tem, ff. de verb. ob. Nam etiam Imperator vocat ſe dominũ
totius mundi ſolum ratione iuriſdictionis, l. deprecario. ff.
ad legem Rho. de iac. Non obſtat retentio ſeruitii, quia per
eam non arguitur de neceſſitate, quod ſit feudum, vt decla-
rat Bal. multum no. in l. liberti. in fi. penul. colum. C. de ope.
libe. Accipite, ſimiles proteſtationes ſeruilis miniſterii non
arguunt de neceſſitate, quem eſſe ſeruum, l. liberos. C. de
libe. cau. habetur in l. ii. ſupra de inge. manu. Non obſtat etiã
verbum, inueſtimus, quia non infert, quod de neceſſitate ſit
feudum, maxime in propoſito noſtro, quia præceſſerat ver-
bum, donamus. vnde verbum, inueſtimus, recipit declaratio
nem per verba præcedentia, l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg.
11 j. †Nunc quæro, nunquid in feudis ſit neceſſaria vtraque in-
ueſtitura, ſcilicet tam abuſiua, quam propria. Iaco. de Bel. in
d. c. j. in ti. quid ſit inueſtitu. in vſi feu. dicit quod ſic, ſi incipi-
mus ab inueſtitura abuſiua, ſecus ſi incipiamus a propria &
reali, quæ fit per traditionem poſſeſſionis; quia tunc illa ſuf
ficit, & eſt potens ad acquirendum feudum c. primo, in prin.
in titu. de conſue. recti feudi. Vos autem poteſtis tenere con
trarium, & dicere, quod ſola propria inueſtitura quæ fit per
traditionem poſſeſſionis, non eſt ſufficiens ad acquirẽdum
feudum, quia nuda traditur poſſeſſio, quæ non confert ius in
re, nec transfert dominium ſine titu. l. nunquam nuda. ff. de
acquiren. rerum dominio. habetur in l. traditionibus. C. de
pac. Vnde licet dominus dicat alicui, vade in poſſeſſionem
talis caſtri, ex hoc non dicetur illi feudum acquiſitum. Ad
idem facit tex. in d. cap. primo, in titu. quid ſit inueſti. vbi tex.
requirit vtranque inueſti. Non obſtat c. primo, in ti. de con-
ſuet. recti feudi. quia reſpondetur, q̃ ibi non interuenit ſola
traditio poſſeſſionis, imo etiam interuenit titulus conceſſio
nis feudi, quod probatur: quia tex. ibi dicit, quod dominus di
xit, vade in poſſeſſionem talis caſtri. Ecce iſta eſt traditio poſ
ſeſſionis. Deinde dominus dixit, & teneas pro feu. Ecce iſte
eſt titulus conceſſionis feudi. Vnde opin. Iaco. de Bel. non vi
detur vera, niſi eius dictum intelligatis ſecundum prædicta.
12 †Quæro etiam, vtrum dominus poſſit me inueſtire de ſeudo
quod alius tenet ab ipſo domino? Tex. in cap. ſecuudo, in
titu. de feudo da. in vicem legis commiſſo. in vſibus feudo-
rum. Refert Placen. tenuiſſe ſe talem inueſtituram nihil va-
lere, niſi primus inueſtitus conſentiat, deinde refert Media-
lanen. & Cremonen. tenuiſſe totum contrarium. Videamus
quæ opinio ſit verior. Pro opi. Placen. facit, quia pactum de
futura ſucceſſione eſt improbatum, quia inducit votum, &
c. l. fi. C. de pac. habetur in l. ſtipulatio hoc modo concepta.
ff. de verborum obliga. Pro opin. Mediolanen. & Cremonẽ.
facit, quando in aliqua lege referuntur varię opin. & auctor
illius legis nullam reprobat expreſſe, tunc vltima opinio eſt
tenenda, ſicut dicimus de opi. glo. vt vult glo. in l. qui filium.
ff. ad Trebellianum. Sed iſta opinio Mediolanen. & Cremo.
in dicto c. ſecundo, refertur pro vltima, ergo illa eſt tenẽda:
ſicut dicimus de opin. Inn. cuius vltima opinio, quam refert
pręſumitur approbata, tanquam ſua, vt dicit expreſſe Bal. in
authen. ex teſtamento. in ii. col. C. de collatio. & idem Bald.
in l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff. de iuriſdi. omnium iud. Item
pro opi. Medio. facit illud vulgatum, quod mihi non nocet,
& alteri prodeſt, de facto eſt concedendum. l. in creditore. ff.
de euic. & l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia ar. ſed iſta ſecunda
inueſtitura nihil nocet primo inueſtito. ergo, &c. Ad idem
facit, quorum non intereſt, non ſolent audiri. c. cum inter. ex
tra de ele. & l. j. in prin. ff. de appe. recipi. ſed ipſius primi inue
ſtiti nihil intereſt, quod alius inueſtiatur, ergo iſta ſecunda
inueſtitu. debet eſſe valida. Vos dicatis opin. Mediolanen. &
Cremonen. eſſe veriorem, intelligendo tamen eam ſane,

quando

Source : BIU Cujas

quando ſcilicet,iſta ſecunda inueſtitura non ſit pure.ſed ſub conditione,ſi primus inueſtitus deceſſerit ſine hęredibus maſculis. Nã ſi fieret pure,non valeret,niſi prius inueſtitus conſentiret,d.c.ii.& c.moribus.in ti.ſi de feu.defun. fuerit contr. in vſibus feudorum.habetur in c.j.in titu.hic poteſt eſſe titulus,qui ſuc.teneantur.Ad motiua ſupra facta pro opin. Placen.reſpondebitis multis modis.Maxime de l.fi.C.de pac. reſpondetur multis modis.primo , quia iſte contractus debet valere,quia fit ſuper re ipſius domini,qui non eſt obligatus primo vaſallo ad non infeudandum alteri,vnde ſecunda inueſtitura debet valere per ea,quæ habentur in l.ſi ita quis.§. ea lege.ff.de verborum oblig.Accipite ſimile, ego conſtitui tibi vſumfructum in fundo meo, certe poſſum adiicere , ꝙ poſt mortem primi vſufructuarii volo,quod vſusfruct. eiuſdem fundi pertineat ad talem,l.qui fructus.& l.fundi Trebatiani.ff.de vſufruc.lega.Sed in veritate iſta ſolutio non bene euacauit contrarium de l.fi.C.de pactis.Bald.in dicto capitulo ſecundo,in ti.de feu.da.in vicem le.commiſ. aliter:reſpondet dicens,quod iſtud non eſt pactum de futura ſucceſſione, ſed potius de caducitate conceſſionis,quia feudum eſt collatum alteri ſub conditione,ſi aperiatur domino. Sed iſta ſolutio non bene tollit contrarium , quia negari non poteſt, quin militet ratio voti captandę mortis. Tertio loco dicunt quidam,quod iſta inueſtitura valet,quando fit ſub conditione,ſi primus vaſallus deceſſerit ſine hæredibus maſculis. Et hoc moribus & conſuetudine eſt receptum, quaſi velint dicere iſti,quod licet pactum de futura ſucceſſione nõ valeat, tamen bene poteſt validari per ſtatutum vel conſuetudinẽ. Et ita intelligunt dictũ capitulo moribus. & ita voluit Bald. in l.cum Archimedor.in vltima columna.C.vt in poſſeſſio. lega.Sed certe ipſemet Bald.tenuit totum contrarium in l.ſecunda,C.quę ſit long.conſuetu.Poteſtis aliter dicere concordando opin. prædictas, vt ſcilicet opin.Mediolanen.& Cremonen procedat , quando non conceditur feudum certę pſonæ,ſed conceſſio fit certæ perſonæ,puta, quia dominus dixit hoc modo inueſtio te de primo feudo, quod mihi domino aperietur,argumen.l.iii.§.de illo.ff. pro ſocio. Hoc enim caſu ceſſat ratio l.fi.C.de pact.Opin. vero Placen. procedat, quando dominus inueſtit aliquem de feudo certæ perſonæ, nam tunc militat ratio illa,ſcilicet timor inſidiarum,& hoc
13 eſt de mente Dom.Marti.de Lau.in dicto cap.ſecundo.† Sed ꝙro,ponamus,quod princeps iueſtiat me de feudo Sempronii,quem credebat eſſe mortuum,& tamen in veritate viuebat.And.de Iſer.& Iaco.Aluaro.in dicto c.ii.de feu. da.in vicem leg.commeſſo.determinat talem inueſtituram non valere,quia error habet impedire conſenſum.ff. de iuriſdictio. omnium iudi.& l.qui cum tutoribus.ff.de tranſac.niſi in inueſtitura eſſet dictum,inueſtio te de feu. Sempronii , ſiue ſit
14 deuolutum,ſiue deuoluendum. ‡ Sed iuxta hoc dubitatur, ponamus,quod dominus iueſtiat hoc modo, Inueſtio te de tali feudo quod vacat per mortem Sempronii , & tamen in veritate non vacabat per mortem,ſed alia ratione. Præfati Doc.in d.c.ſecundo.tenent,inueſtituram non valere,quia talis inueſtitura tãquam ambitioſa eſt reſtringenda ad ſuum caſum,& non extendenda,tex.eſt notabilis in c. ſuſceptum. extra de reſcrip.libro vi.facit c.quamuis.extra de præben. eodem lib. Cautela ergo eſt, ſi vultis euitare iſtam dubitationem,quod faciatis in inueſtitura apponi iſta verba, ſiue vacet feudum per mortem Sempronii,ſiue alio quouis modo. Et ita limita,d.c.ſuſceptum.quam limitationem ponunt D.
15 de Rota,ſua concluſione xxviii.incip.Item ſi mandetur.†Vlterius quæro de quæſtione valde notabili. Quidam confeſſus fuit ſe habere , & tenere in feudum quoddam caſtrum a quodam milite recipiente dictam confeſſionem,& recognitionem pro ſe & quibuſdam ſuis conſortibus , qui tunc erãt abſentes,vtrum illi conſortes poterunt agere ex illa confeſſione,& recognitione?Dy.ſuo conſilio xv.incip.Quidam cõfeſſus fuit ſe habere feudum. &c. determinat quod ſic, quia talis confeſſio habetur loco traditionis,vt vult glo. or.& eſt gl.magna,in prin in l.ab emptione.ff.de pac.ergo acquiſitũ eſt dominium illis conſortibus,& cõſequenter poſſunt agere ratione illius dominii,etiam ſine ceſſione. nam ſicut per procuratorem nobis acquiritur,ita per neg.geſtorem ratihabitione ſubſecuta.Facit quod habetur in l.quod procurator ex re.& in l.per procuratorem.ff.de procur. Dicit etiam Dy. in eodem conſilio,quod ſi per illam confeſſionem & cognitionem declaratur rem eſſe feudalem, acquiritur ipſis cõſortibus actio perſonalis,i.condictio ex moribus,etiam ſine aliqua conceſſione.Sed huic concluſioni videtur obſtare,quia nos habemus,quod duo ſpecialia non poſſunt ſimul cõcurrere.l.ſi mihi & Titio.ff.de cond.& demon.Et ideo dicimns, ꝙ reſcripta , & priuilegia non valent , quando continent duo ſpecialia,l.j.C.de dot.promi . Et hoc ſolet primum allegari in curia Regis,& Imp.Sed reſpondebitis tenendo opin. Dy.quod licet duo ſpecialia non poſſint ſimnul concurrere,tamen duæ fictiones,quæ ſint de iure communi,quarum vna oritur ex altera,vt habetur in l.ſingularia.ff.ſi cert. peta. bene poſſunt ſimul concurrere.Addite,quod opi. Dy. ſupra relatam ſequutus eſt Bal.in l.prima.in fi.col. C. quando lice. ab emp.diſce.

SVMMARIVM.

1 *Frater,an & quando fratri ſuccedat in feudo nouo.*
2 *Et quid in feudo antiquo.nu.6.*
Frater fratri abſenti paciſci,aut ſtipulari non poteſt in conceſſione feudi ſibi a domino facta.
3 *Clauſula, itaque te deficiente ſine liberis talis extraneus ſuccedat in feudum,an aliquid operetur, ut paciſci poſsit pro extraneo in feudalibus .*
5 *Verba,concedimus vobis Titio & Sempronio , & cuilibet veſtrum tale caſtrum in feudum,an & quando operentur, quod deficiente Titio ſine liberis, Sempronius habeat totum feudum.*
6 *Ius accreſcendi,an & quando habeat locum in feudo ab Imperatore nel Rege conceſſo.*
8 *Feudum antiquum quod eſſe dicitur,& an princeps poſsit de nouo feudo facere antiquum.*

1 NObiles Agaſi & Anto. de Sola fratres.† Ibi fratres.Debetis ſcire pro regula, quod in feudo nouo frater non ſuccedit fratri,niſi hoc nominatim ſit dictum in inueſti.c.j. & ii.in ti. de duo. fra.a capi.inueſti.& cap. primo,in titu. qualiter fra.fra.ſucce.
2 Sed hic moueo vobis pulchram dubitationem, an frater in conceſſione feudi ſibi facta per dominum poſſit paciſci fratri ſuo abſenti?Videtur prima facie dicendum,quod non,ꝙa alteri ſtipulari ſeu paciſci nemo poteſt.l.ſtipulatio iſta, §.alteri.ff.de verborum oblig.Sed certe veritas eſt in contrarium quia ſpeciale eſt in feudo beneficio domini, quod fratri abſenti frater paciſci poſſit,c.j.§.ſi autem vnus,in ti.qui feu.dare poſ.nec eſt opus,quod apponantur verba inflexa hoc modo,concedimus tibi Titio præſenti ſtipulanti , & recipienti tam nomine tuo , quam etiã nomine Sempronii fratris tui abſentis:hoc enim caſu non eſſet dubium,per not.per gl. in l.huiuſmodi.in prin.ff.de leg.primo,& in l. ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler,ff.de ver.obl.ſed ſufficit dicere,concedimus tibi tale caſtrum,ita quod tu,& frater tuus habeatis in feudum . Ita determinat eleganter Bal.& Sali in propriis terminis, in l.fi. C.res inter alios acta. Allegant Odof.ita tenere in ſua laudabili ſumma feudorum,ſuper rubrica, qui poſſ.ſucce.in feu.
3 †Sed moueo vobis pulchram dubitationem , nunquid pro extraneo poſſim paciſci in feudalibus,vt ecce princeps dicit hoc modo,concedimus tibi tale caſtrum in feudum , ita ꝙ te deficiente ſine liberis talis extraneus ſuccedat in feudo. Odofre.in ſumma ſua,ſub rubrica præallegata,qui poſſ.ſucce.in feu.determinat quod non,mouetur per regulam pręal legaram, quia alteri ſtipulari vel paciſci nemo poteſt : item quia ſpeciale eſt in fratre,vt in feudo poſſit paciſci fratri ſuo abſenti,vt dictum eſt.Et hanc opi.Odof.ſequitur Bal.in c.primo,in 4.col.in ti.ſi vaſal.feu.priue.cui defer.debe. Hanc eãdem opi.ſequutus eſt Iaco.Aluaro. in pręal.c.primo,in ti.de
4 duo.fra.de no.benefic.inueſti.†Limitabitis tamen iſtam concluſionem procedere,niſi interueniſſent verba inflexa dicẽdo hoc modo,concedimus tale caſtrum in feudum tibi Titio præſenti.ſtipulanti & acceptanti tam nomine tuo,quam etiam nomine talis extranei,per no.per glo.in d.l. huiuſmodi.Et notetis bene deciſionem Odof.& Bal.quia vidi caſum
5 in practica.†Quid autem,ſi dominus dicat hoc modo, concedimus vobis Titio & Sempronio,& cuilibet veſtrum tale caſtrum in feudum,nunquid videatur actum,quod deficiente Titio ſine liberis,Sempronius habeat totum feudum?Bal. in c.j.§.ſi.in ti.de ſuc.feud. in vſib.feu.determinat quod ſic,& ſequitur ibi Iac. Alua.allegat l.ſi pluribus, ff. de leg.ii.& l.cre-
6 ditor.§.duob.ff.man. †An autem in feudo cõceſſo ab imperatore vel Rege habeat locum ius accreſcendi?Bal.in c. 2.in ti.de duo fra.de no.ben.inueſt.determinat ꝙ ſic, per l.vnicã. C. ſi ſoc. lib.impe.deceſ.lib.x.Sed Cy.& Sali.in l.vni. C.quando non pet.par.pe.accre.in xi.q.tenet contrariam,quia regulam habemus, ꝙ in contractibus nõ habet locum ius accreſcendi,l.ſi mihi & Titio,ff.de ver.ob.Hanc etiam opin.ſecutus eſt An. de Iſer.in pręal.c.j.in ti.de duo.fra.Ego iſtum articulum plene vobis examinaui ſupra in verbo,princeps.Ad-
7 dite,†ꝙ quanquam duo fra.de eodem feudo fuerint inueſtiti in eo.inſtr.tñ vnus non ſuccedit alteri in illo feu.nouo,niſi hoc nominatim ſit dictũ in inueſt.c.j.§.itẽ ſi fuerint,in ti. q. mod.feu.ami.In feudo aũt antiquo,auito, & paterno nõ eſt dubium,ꝙ frater ſuccedat fratri,vt hĩ in ca.j. in titu. de grad.

Source : BIU Cujas

ſuc.in feu.no.in dicto c.j.& ij.in titu.de feud.fra. & in dicta l. vnica.C.quando non peten.par.†Et dicitur antiquum nedū quando deriuauit a progenitoribus,vt dicam infra,& habe tur in c.primo,§.hoc quoque.in ti.de ſuc.feu.Sed etiam quādo princeps inueſtiendo aliquem de feudo,quod eſt nouum appoſuit iſta verba, inueſtimus te de tali caſtro, vt illud habeas in feudum antiquum, auitum & paternum,quia eſt in poteſtate principis de nouo feudo facere antiquum. Ita tenet Bal.quem cęteri ſequuntur,in c.j.in tit.de alie. feu.pat.in lib.feu.quod notetis,quia eſt quotidianum.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura de aliquo feudo ſi facta fuit alicui a ſuo domino, an preſumatur fuiſſe preſens is, cui facta eſt inueſtitura.*
2 *Filiis,dictio,in materia feudali qualiter accipienda ſit,& quos comprehendat.*
3 *Hæres verbum,in materia feudali appoſitum,quid comprehendat.*
4 *Fiſcus hæres efficitur eius, qui filios aut vlteriores in gradu non habet.*
5 *Maſculi deſcendentes omnes vſque in infinitum ſuccedunt in feudo. Et quid de collateralibus,nu.6.*
7 *Vſq;,dictio,an & quando ſtet incluſiue,& quando excluſiue.*
8 *Principis ſententia,an & quando faciat ius generale.*
9 *Filius exhęredatus,an & quando ſuccedat in feudo.*
10 *Filium exhæredatum poſſe in feudo ſuccedere,quomodo intelligatur.*
11 *Frater ex vtroque parente, an & quando in ſucceſſione feudali excludat fratrem ex patre tantum.*
12 *Frater vterinus tantum,an admittatur ad ſucceſſionem feudi.*
13 *Fratrum filii,an ſuccedant in feudo per capita an vero in ſtirpes.*
14 *Feudum recipiens pro ſe & filiis, intelligitur recipere nedum pro iam natis,ſed etiam pro naſcituris.*

1 PRæſentes. & recipientes pro ſe & eorum filiis.†ibi preſentes. Quęro quid ſi in inſtrumento inueſtituræ contineatur,quod dominus inueſtiuit talem de tali feudo,an præſumatur ꝙ talis fuerit preſens? Bal.in rub.C.de contrahen.emptio.& venditio.in xviii.queſtio.determinat quod ſic,mouetur,quia inueſtitura eſt tactus, qui fit a præſenti in preſentem.An autē inueſtitura poſſit recipi per procuratorem, & iuramentum fidelitatis præſtari per procuratorem, tangam vobis infra in
2 proſecutione materiæ,ibi,pro ſe & filiis. † Quęro, qualiter iſtud nomen,Filiis capiatur in materia feudali,an ſcilicet cō prehendantur etiam nepotes,pronepotes, & deinceps? Videtur prima facie dicendum quod non,per no.per Bart. in l.liberorum.ff.de ver.ſig.dum tangit illum articulum,an in cō tractibus appellatione filiorum, comprehendantur nepotes? Vos autem determinabitis totum contrarium, & dicetis,quod in materia feudali ſub hoc verbo, filiis, compręheuduntur omnes deſcendentes maſculi.ita vult gl. notabi. in c.j.in ver.Et ſi clientulus.in gl.ſuper verbo, ad dominum. in ver.ſed tu inſtabis.in ti.de alie.feu.Hanc ſnīam ſeruat Bal. ibidē,& idē Bal.in c.q̄ in eccleſiarū.ex.de conſt.in antep.col. Et hęc opi.comprobat̄ ꝓ tex.in d.ver.ſi clientulus.dū illa lra æqparat iſtos duos caſus,ſ.qñ quis recipit ꝓ ſe & filiis. Nā primo caſu,qñ recipit ꝓ ſe & hīdib.maſculis, intelligit̄ de oīb.
3 hīdib.maſculis,vt̄ ꝓbat̄ in d.ver.& ſi clientulus.†Nā verbū, hīs,appoſitū in mā feudali,intelligit̄ de filio maſculo,c.fir. §.ꝓfecto.in ti.de leg.Cor.Cōprehendunt̄ ēt nepotes,& ꝓnepotes,& vlteriores,p̄ſertim,qa illa verba, ſine hīde deceſſerint,in mā feudali ſunt poſita ſub ꝙdōne, vñ debemus intelligere de filiis & vlterorib.in gradu,non aūt de hīdib. extraneis,qa alīs feudū nunq̄ reuerteret̄ ad dñm,ſi intelligeremus
4 de hīde extraneo. † Cū nemo decedat ſine hīde,qa ſaltē fiſcus vltimo admittit̄.l.j.C. vñ vir & vx. pari mō eſt dicendū, ꝙ qñ qs recipit feudū ꝓ ſe & filiis,vt cōprehendant̄ ēt nepotes & vlteriores,& hanc ſnīam audacter teneatis & ad not. ꝓ Bar.in d.l.liberorū.rñdebitis,ꝙ loqt̄ in mā ɔctuū,ſed ɔctus feudalis non eſt ꝓprie ɔctus,imo magis dī gīa.qa participat magis de lucro & bñficio,q̄ de onere,vt declarat Bal.poſt la co.de Be,.in ꝓc.feu.cir.vi.col.dū tractat, an feudū poſſit dici gīa.Cū igit̄ magis participet de lucro & bñficio, debemus attribuere ei,de quo magis participat.l.q̄rit̄.ff.de ſta.ho.ad hoc bñ faciunt no.ꝓ Bar.in l.Ariſto.ff.de do.q̄ dicit,ꝙ ſi vendo tibi rē ꝓ decē,& ꝓ certo equo,& ille equus valeat vltra decē, erit ꝓmutatio,non aūt venditio.Ad idē faciunt no.ꝓ Bar.in l.ſi mihi & Titio.ff.de ver.o b.vbi dicit,ꝙ ɔctus emptionis dī ɔctus lucratiuus,non aūt oneroſus,qñ ab initio ɔctus nihil dat̄,ſed ſolū conſtituit̄ vna parua penſio, puta penſio vnius certi ſiogulis annis ſoluēdi directe dño,& hoc ēt voluit Bar. & Sal. in l.vni.C. qñ non pet.par. Opinionē prędictam,ꝙ in materia feu.appellatione filiorum, comprehendantur omnes deſcendentes maſculi,poteſtis comprobare, quia verba intelligi debent ſecundum naturam contractus. l. ſi ſtipulatus.ff.de vſu.Sed ſic eſt,quod in feudalibus appellatione filiorum,veniunt omnes maſculi deſcendētes.dicto ver.& ſi cliē tulus.ergo &c.Et ab iſta opin.non recedatis,licet aliquando viderim aliquos conſuluiſſe contrarium.Eſt ergo concluſio quod in feu.omnes deſcendētes maſculi ſuccedunt vſque in infinitum,quod probatur in c.primo, §. hoc quoque ſciendum.in titulo qui feu.dare poſ.†Videamus nūc,quid in collateralibus,vſque ad quotum gradum ſuccedant in feudis? Tex.in dicto c.§.hoc quoque ſciendum.determinat quod ſolum vſque ad ſeptimum gradum.Et hanc ſententiam ſecuti fuerunt And.de Iſer.in d.c.j.§.& quia vidimus.& Bald.in authen.defuncto.in j.col.C.ad ſenatuſcon.Ter. Vos autem determinabitis, quod etiam tranſuerſales ſuccedant vſque ad infinitum.Et hanc opinionem tenuit gloſſ.in c.j.§. hoc quoque.in ti.de ſuc.feudi.& gl.in c.ſi capitanei.alias eſt § in ti.de feu.Mar.Eandem opinionem amplexi ſunt Bald.& Ange.in quodam conſilio,quod eſt inter cōſilia Ang.incipit,Sanctiſſima & illuſtriſſima Regina.numero cvi. Et ibi concludunt, quod feudum non reuertitur ad dominum. Immo vltimus ex tranſuerſalibus dicetur ſucceſſor primi acquirentis. Hæc opin.probatur expreſſe in c.primo,in ti.de natura ſucce.feu. & in c.primo,in ti.ſi vaſal.feu.priue.cui deferri debe.Limitabitis tamen hanc opinionem procedere,quando feudum de perſona primi acquirentis tranſitum fecit ad deſcendentem ipſius acquirentis.Nam tunc ad tranſuerſales illorum deſcēdentium a primo acquirente progreditur feudum vſque ad infinitum,ſecus quando feudum ex perſona acquirentis nō fecit tranſitum ad deſcendentes ipſius acquirentis,ſed ad collaterales ex pacto,vel alias, quia tunc non progreditur, niſi vſque ad ſeptimum gradum ipſorum collateralium,ita voluerunt Ioā. Fazolus de Piſis in laudabili ſumma feudorum in ti.qui in feu.ſucce.poſ.& quali.ſucce.& Iac.de Belui.Nico. de Neapo.Bald.& Iacob.Alua.in dicto c. ſi capitanei.Et hāc limitationem perpetuo notetis de materia iſta,an collaterales ſuccedant vſque in infinitum,an vero ſolum vſque ad ſeptimum gradum.Vide etiam Odofred.in ſua ſumma, qui in feu.ſucce.poſſ.Et per Hoſtien.in ſua ſumma, in titulo qualiter conſtitua.feu.& qualiter acquir. Sed quia tex.in dicto §. hoc quoque ſciendum,dicit collaterales ſuccedere vſque ad
7 ſeptimum gradum.†Quæro vtrum illa dictio,vſque, ſtet incluſiue,vel excluſiue? And.de Iſer.in dicto §.& quia vidimus, & in dicto §.hoc quoque ſciēdum,determinat,quod ſtat incluſiue,ſubiungens,Honorium Papam ita pronunciaſſe tēpore rebellionis Siciliæ contra eccleſiam Romanam, & illa pronunciatio principis definitiua facit ius generale quoad omnes,l.fi.C.de legi.Vos autem determinabitis totum contrarium,quia beneficia principum ſunt latiſſime interpretāda.l.fi.ff.de conſt.princip.Et in materia fauorabili iſta dictio, vſque,ſtat incluſiue,vt no.in l.meminiſſe.ff. de offi. proconl.
8 & leg.& in l.patroni.§.primo,ff .de le.tertio.†Non obſtat, ꝙ dicitur,quod ſententia principis facit ius generale,quia illud debet intelligi, quando eſt lata ſecundum leg. vel præter legem: ſecus ſi contra legem.Et ita debet limitari dicta l. fi. C. de legi.Ita dicunt notabiliter Bal.& Ang.in præallegato con
9 ſilio,incip.Sanctiſſima & illuſtriſſim a Regina. †Quæro ſub ſequenter vtrum filius exhæredatus ſuccedat in feudo, Ioan. de Ardizo.Veronen.in ſua laudabili ſumma,in ti. de ſucceſſ. feu.ſub rub.An filius ſuccedat ī feudo,determinat quod ſic, ſi teſtamentum ſit irritum,ſecus ſi ex eo ſit addita hæreditas l.ſi exhæredatus.ff.ad ſenatuſcon.Syllan.Eandem opi.tenuit And.de Iſer.in c.primo,in prin.in ti.de ſuc.feu.Cum modificatione tamen quando mala mente fuit facta exhęredatio. Facit,quod habetur in l.multi non notæ.ff.de libe. & poſth. Addit ipſe Iaco. de Ardizo. in loco præallega. quod licet filius exhæredatus excluditur a ſucceſſione feudi paterni,non tamen excludetur a ſucceſſione collateralium,l.prima,§.penul.ff.de ſuis & legi.Subiunxit ibidem,quod ſi ſit exhæreda, tus ab auo,tātum excludetur a ſucceſſione feudi ipſius auiſed tamen ſuccedet in feudo patris.Item ſi filius ſit exhæredatus a patre,nepos ſuccedet auo in feudalibus patredefuncto,vel eo viuente, quando nepos non eſt in poteſtate pa-
10 tris.†Aduerte, quod illud, quod dicitur. exhæredatum poſſe ſucce.in feu.debet limitari,niſi legitime,& iuſta ex cauſa fuerit exhæredatus,quia omnis cauſa, quæ eſt ſufficiens ad exhæredationem filii,ſufficiens eſt ad priuandum eum feudo, tex.eſt notabilis in c.j.§.prædictis modis.in tit. quæ ſit prima cau.benefi.amit.Non tamen intelligatis, ꝙ quælibet cau.ex qua opinio & fama exhæredati grauatur, ſit ſufficiēs ad priuationem feudi.& eſt tex.in præalle.c.j.§.illud enim certum eſt.in titu.quæ ſit prima cauſa benefic. amit? Etiam prædicta ſunt de mente Ia.Alua.in c.primo.§.& quia in titu. qui feu. dare poſ.Addite vos ad prædictā no.per Ang.in §. ſoluto. in Auth.

Source : BIU Cujas

Auth.de nup.vbi dicit,quod licet filii ſuccedant in feudo paterno quandoque licet non ſint hæredes patris,de quo dicetur vobis infra tamen ſi ſint ingrati, repellendi ſunt a ſucceſſione.Et prædicta omnia notetis.† Sed nunquid frater ex vtroque parente in ſucceſſione feudalium excludat fratrem ex patre tantum,quem fratrē conſanguineum appellamus? Ia.de Ardi.in ſumma ſua,in ti.præal.de ſuc.feu.ſub rubricella,an frater ex vtroque parente,determinat quod non, imo ambo admittentur ad ſucceſſionem bonorum feudalium defuncti.& hanc ſententiam ſequitur Bal.in l.j.C.de leg.hęr. idem voluit ipſe Bal.& ſequitur Ia.Alua.in c.j.in ti. de gradi. ſucc.in feu.Aſſignat ipſe Bal.rationem, quia in materia ſucceſſionis feudorum ius cognationis nihil infert,& quāquam in fratre ex vtroque parente concurrant duæ qualitates, tamen quia altera ipſarum eſt impertinens,non auget effectū. Et ſecundum iſtam ſententiam fuit iudicatum in cauſa nobilium de Canalibus Dominorum Caſſaletarū, & Combe nianę.Et ſic habetis colligere, quod licet in coceſſione allodialium frater ex vtroque parente excludat fratrem ex patre tantum,auth.ceſſante.C.de leg.hæ.tamen ſecus eſt in ſuccеſſione bonorum feudalium,quod notetis.† An autem frater vterinus tantum admittatur ad ſucceſſionem feudi? Bald. & Ang.in cōſilio ſuperius allegato, Incipiente, Sanctiſſima & illuſtriſſima Regina,determinat quod non,quia iure cognationis uon eſt dare ſucceſſionem in feudalibus,c.i.§.j. in ti.de grad.ſucc.in feud †Sed vlterius dubitatur,vtrum filii fratrum,quos patrueles appellamus,ſuccedant in capita, an vero in ſtirpes,verbi gratia,ſunt tres fratres, Petrus, Martinus, & Iacobus,qui fuerūnt inueſtiti de feudo antiquo, & patrono,moritur Petrus relicto vno filio,moritur deinde Martinus relictis duobus filiis, poſtmodum moritur Iacobus nullum relictis liberis:Nunquid ſi filius vnicus Petri,& alii duo filii Martini ſuccedant in feudo Iacobi per capita, an vero per ſtirpes? Iſta inueſtigatio eſt magnæ vtilitatis. Nam ſi ſuccedunt in capita,fierent tres partes de dicto feudo,ſi vero ſuccedant per ſtirpes tantū,reportabit vnicus Iacobi filius quātum ambo filii Martini.Iac. de Ardizo. in ſumma ſua,in tit. de ſucceſ.feu.determinat eos debere ſuccedere per capita.Eādem opin.tenuit Bald.in authen.ceſſante.C.de legiti.hæredi. vbi dicit Doc.communiter ita tenere aſſignando rationem, quia ſicut ſeruitium feudi diuiditur per capita,ita etiam ſucceſſio,argumento ad proportionem commodi, & incommodi,l.ſcundum naturam,ff.de reg.iu.pro iſta opin.adducit tex.in c.j.§.his vero deficientibus,in ti.de grad.ſuc.in feu.vbi tex. videtur velle,quod deficiente deſcendente admittantur fratres,& filii fratrum,vlteriores autem admittantur per capita,& etiam,quando filii ſtatrum ſuccedunt alicui collaterali.Ad idem allegatur tex.in c.decedenti fideli.in ti.de capi. extraor.Vos autem determinabitis totum contrarium,& dicetis,dictos patrueles debere ſuccedere in ſtirpes, nō autem in capita,quam ſententiam ſecutus eſt And.de Iſer.in pręal. c.j.in ti.de gra.ſuc.in feu.Eandem opi.tenuit Bal .in c. j.in ti. de grad.ſuc.in feu.vbi dicit,ꝙ qui gloſſator in d.auth. ceſſante.tenuit, quod in allodialibus ſuccedunt in ſtirpem, non vult ipſe Bal.recedere ab opi.gloſ.quia ſecundum eum non poſſemus habere meliorem teſtem. Idem tenuit ipſe Bald. in dicto cap.primo,in ti.de grad.ſucce.in feud.& in c.primo, in prin.in titu.de ſucceſ.feud.& placet ibi Iacob. Alua.Nam cum in allodialibus ſuccedant in ſtirpem de iure communi, nec habemus tex.in contrarium in feudalibus, non eſt a iure communi recedendum,c.primo,§.ſciendum eſt autem.in titulo de feu.cogni. Ad motiua ſupra in contrarium allegata reſpondebitis,& primo ad d.§.his vero deficienti. quod ille tex.non dicit,quod ſuccedatur in capita,nec in ſtirpes, ſed ſimpliciter dicit,quod ſuccedūt, vnde debemus intelligere, quod ſuccedāt eo modo, quo ſuccedunt de iure communi, qno iure in allodialibus ſuccedūt in ſtirpes,vt no.in d.auth. ceſſante.Nam caſus a iure non diſpoſitus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.l.ſi extraneus,ff.de condi.cau. da. Ad rationem aſſignatam per Bald.in d.auth.ceſſante. poteſtis reſpondere,quod non eſt bona,quia nos habemus,quod ſi defunctus reliquerit filium, & plures nepotes ex alio filio,illi nepotes ſuccedunt defuncto in ſtirpes cum filio eiuſdem defuncti.§.cum filius,Inſti.de hære.quæ ab inte. Et tamen attē ta ratione Bald. deberent ſuccedere in capita. Præterea non eſt verum,quod ſeruitium feu.diuidatur in capita,immo diuiditur ſecundum quotam , & portionem feudi, d.l. ſecundum naturam.ff.de reg.iu.Ad auctoritatem Bal.in auth.ceſſante,reſpondebitis, quod ipſemet Bald. tenuit contrarium in locis præal.Ad ca.decedente fideli. poteſtis dicere,ꝙ quia illud c in paucis libris reperitur, eſt apocryphum,nec debet allegari pro iure,vt vult gl.in c.quoniam.in ti.de prohi.alie. feu.per Lot.& alia gl.in c.j.in ti.quot teſtes ſunt neceſ.ad proban.feu.ingra.Et ſecundum iſtam opi.ſæpe conſuluit,& pendet modo quæſtio de facto.vnde concludite in iſta materiae quod ſi nepotes ſine patruo ſuccedunt alicui patruo,vel ſucedunt cum patruo alteri patruo,tunc ſuccedunt ſtirpes in feudalibus, ſi vero ſuccedunt alicui alteri collaterali, ſuccedunt in capita,& prædicta ſunt de mente Bar.in l. poſt con. ſanguineos.ff.de ſuis & legiti.& Ioan.de Lugna .in cle.plures extra de iure patro.vbi refert conſilia Doc.Bononien.Et ita concludit D.Mar.de Lau.in præal.c.in ti.de grad.ſuc.in feud
14 †Addite etiam, quod ille qui recipit feud. pro ſe & filiis,intelligitur recepiſſe non ſolum pro filiis iam natis, ſed etiam pro naſcituris.Et hoc eſt de mente Bal.in l.ſi manumiſſus. in
15 fi.colum.C.de libe.& eorum libe.†Quid autem,ſi quis receperit feudum pro ſe & fratre ſuo,an intelligetur recepiſſe,p tota linea tranſuerſali? Bal.no.in c.quæ in eccleſiarum.in antepen.colu. extra de conſti. determinat quod non.mouetur quia frater proprie loquendo eſt ille, qui ex eodem ſemine nullo alio gradu interpoſito oritur, vnde in inueſtitura facta,vt ſupra,non compræhēditur filius fratris,nec frater patruelis,per no.per Iac.But.in l.j.C. de ſucceſ.edi.Et notetis bene iſtam determinationem.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina,an & quando regulariter ſuccedat in feudo, numero 2.3.4.vſque ad num.*10.
7 *Comitatus , quem quis emit promittens pro eo ſoluere cenſum ſingulis annis,an præſumatur feudalis ,ſicut eſt cenſualis.*
10 *Fęmina,an admittatur ad ſucceſſionem feudi , vbi quis recipit feudum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis,& fęminis.*
11 *Fęmina an ſuccedat fratri ſtatim poſt mortem patris ſuccedenti,ſi pater recepit feudum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis,& fęminis.*
12 *Fęmina,quę per conuentionem ſuccedit in feudo deficientibus maſculis alias non,an poſtea ſuperueniente maſculo ipſa excludetur a ſucceſſione feudi.*
13 *Fęminæ non patet locus in ſucceſſione feudi,donec extat maſculus.*
14 *Inueſtitura feudali continente,quod deficientibus maſculis ſuccedat fęmina,ſi plures extent fęminæ ſucceſſibiles,quæ illarum ſuccedet.*
15 *Feudum duobus fratribus conceſſum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fęminis,ſi vnus illorum decedat relicta fęmina,an illa ab alio veniat excludenda.*
16 *Fęminæ non patet locus in ſucceſſione feudi,quandiu ſupereſt maſculus. & num.*17.

1 ET fęmlnis,&c. †Aduertite hic, quod fœmina regulariter non ſuccedit in feudo,c.j.in tit.de benefi.fœmin. immo nec nepos ex filia,tex.cum no.in c.j.§.hoc autem notandum,in ti.qui feu.da.poſ.Et ratio, quare fœmina non ſuccedat in feudalibus,declaratur per Bald.in l.quoties.C.de ſuis & legi.vbi aſſignat plures rationes, quas ſupra
2 aliquando vobis recenſui.†Iſta regula fallit in aliquibus caſibus.Primus eſt,quando pactum eſt in inueſtitura, quod fœmina ſuccedat.Ita dicit glo.magna in c. primo, §.cum vero Corradus.in titulo quí feu.dare poſ.Aduertite tamen , quia multum refert,qualiter verba pacti ſint concepta . Nam ſi ſimpliciter dictum fuit,quod fœmina ſuccedat in feudo,tūc ordine ſucceſſiuo admitteretur ad ſucceſſionem filię nepotis,proneptis,& deinceps.Sed ſi actum eſſet,quod Titia filia ſuccederet in feudo, tunc ipſa bene admitteretur,non autē deſcendentes ab ea, quia pactum perſonale non egreditur perſonam.l.ſi vnus.§.ante omnia.& l.qui in futurum.§.ſi ex altera.ff.de pactis.Ita determinat Andre. de Iſern.in dicto §. cum vero Corradus.alias in §. hoc autem notandum. in ti-
3 tulo prędallegato.qui feud.dare poſſunt.†Secundo fallit,quā do feudum eſt maternum,ſed hoc intelligatis deficiente maſculo.Nam etiam in feudo materno maſculus prędertur,tex.
4 eſt in dicto capitulo primo,in titu.de benefi. fœmi.† Tertio fallit,quando filia redimit feudum a domino. Quarto fallit,quando dominus propter ſeruitium patris dedit feudum filię.Has duas fallentias ponit glo. in dicto capitulo cum ve-
5 ro Corradus.in glo.quę incipit,ſic ergo.†Quinto fallit,quādo feudum ad nullum ſeruitium fuit datum. Nam tunc fœmina ſuccedit in feudum, ita dicit Bal. in capitulo primo,§. & quia vidimus quaſi in fine colum.in titulo qui feud. dare poſſunt.allegat tex.in capitulo ſicut militi. in titulo de capi. extraor.Sed vos tenebitis totum contrarium,per tex.generaliter loquentem in dicto §.hoc autem notandum.vbi datur pro regula,quod fœmina non ſuccedit in feudo . Non obſtat tex.in dicto c.ſicut militi.quia illud c.reperitur in paucis libris.Et ideo poteſt dici apocryphum,nec debet allegari pro lege.Ita vult glo.no.in capit.fi.in verſicu.ſi iuſta cauſa.in titu.
6 de prohi.aliena.feud.per Lotha.in vſibus feudorum.†Sexto fallit in feudo empto, nam in tali feudo fœmina ſuccedit

Source : BIU Cujas

magis ex natura contractus,quam feudi.Illud eſt elegans dictum Odofr.in ſua ſumma, in titu.qui poſ.ſuccedere in feudum.Et dicit Bald.in d.§.& quia vidimus,quaſi in fine colu. quod ſi iſtud dictum eſſet verum, eſſet valde notandum,ſed And.de Iſer.in præallegato §.cum vero Corradus, alias in §. hoc autem notandum, ſuperius allegat. tenet contrarium, per regulam,quæ ponitur in dicto §.hoc autem notandum. & Do.Marti.de Laud.in dicto §.& quia vidimus,expreſſe tenet opinio.Andr. Et in quæſtione facti vidi iudicare contra opinionem Odofred.Poteſtis tamen eius opinionem ſaluare in vno caſu,ſcilicet,quando quis emiſſet Comitatum, &
7 pro eo promiſiſſet ſoluere cenſum ſingulis annis. † Nam licet talis comitatus ſit cenſualis,non tamen propterea eſt feudalis,& non præſumitur feudalis, niſi probetur. Et ideo fœmina poteſt in tali comitatu ſuccedere, ita dicit Bal.in capitulo ſignificauit,extra de reſcrip.† Septimo fallit,quando fœmina eſſet conſueta in armis, ſicut legitur de vxore Mithridatis Regis,quæ ſe aſſuefecerat in armis amore mariti,vt eſſet præſens in illius periculis,vt narrat Valerius Maximus in titu.de amore coniugali.Nam hoc caſu mulier conſueta pugnare in armis,eſſet ſucceſſibilis in feudo,ita dicit Andr. de Iſer.in dicto c.primo,§.hoc autem notandum, in titulo qui
9 feu.dare poſ.Sed iſta fallentia nunquam mihi placuit, quia feudum conceditur non ſolum propter pugnam, ſed propter alia multa,de quibus in c.primo,in ti.de noua for. fide. inter quæ continetur,quod vaſallus præſtabit conſilium domino,& ea,quæ ſibi committentur per dominum, tenebit ſecreta. Et iſta non conueniunt mulieribus, quia earum conſilium eſt fragile,c.foris,extra de ver.ſig.Item neſciunt tenere ſecreta.Et ideo ego tenerem contra And. per rationes, quas aſſignat Bal.in dicta l.quoties.C.de ſuis & leg.†Octauo
10 fallit,quando conſuetudo diſponeret, quod fœmina ſuccedat in feudo,vt in regno Siciliæ.Nam tunc talis conſuetudo eſſet ſeruanda,c.primo,in ti.de feu.cog.in libro feudo. † Sed quid ſi quis recipiat feudum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis,an tunc fœmina admittetur ad ſucceſſionem feudi?dicite,quod non,ſed demum deficiente maſculo.Tex. eſt valde no.in c.primo,§.quinetiam.in ti.epiſcopum vel abbatem.in libello feud. Nam illa copulatiua,&,non copulat æqualiter,ſed denotat ordinem ſucceſſiuum.Secus ſi dictum eſſet in inueſtitura, quod quis recipit feudum pro maſculo ſimul cum fœmina,vel diceretur,quod fœmina ſuccedat ſicut maſculus,vel recepiſſet feudum pro maſculis cum fœminis. Nam in iſtis caſibus fœmina ſuccederet cum maſculo. Ita determinat Bal.in dicta l.quoties, C.de ſuis & leg.in ii.colum.Limitabitis tamen tex.in d.§.quinetiam, vt non procedat,quando feudum eſſet conditonatum.i.datum ad certũ ſeruitium, quod poſſet expleri per fœminam, vel per aliũ eius nomine,ſicut per maſculum.Nam tunc fœmina ſimul admitteretur cum maſculo,ita voluit Iacob.de Bel.Nico.de Neap.Bal.& Iac.Alua.in d.§.quinetiam. Et ſic habetis,quod tex.in dicto §.quinetiam,debet reſtringi ad ſimplex & rectũ feudum.Non autem procedit in feudo conditionato, quod
11 eſt perpetuo notandum.†Sed ponamus,quidam recepit feudum pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, & inueſtitus deceſſit relictis vno maſculo & vna fœmina,ſed maſculus illico,& ſtatim deceſſit,vtrum ſemina admittetur ad ſucceſſionem illius feudi?glo.no.in dicto § quinetiam, determinat quod ſic,quia non dicitur maſculus viuere,ex quo deceſſit illico.Et hanc opi.tenuerunt Iac.de Bel.Nico. de Neapo. Bal.& Iac.Alua.in dicto §.quinetiam, & dicit ibi ipſe Iaco. de Bel.ita fuiſſe pronunciatum & obtentum in regno Apulię.ſed Andr.de Iſern.dicto §.eſt in opinione contraria,quia cum fœmina per maſculum fuerit ſemel excluſa,non debet eodem iure admitti,quo fuit excluſa, l. inter ſtipulantem.§. ſacram.ff.de ver.ob.Secundo,quia vnico momento reſcinditur teſtamentum,l.ii.C.de poſthu.hære.inſti. & momentũ multum operatur,vt habetur in l.ſed & partus,§.fin.ff.quod metus cauſa.Item ſi pater ſubſtituat filio,quo caſu morietur ſine liberis,& decedat relicto filio,qui illico decedat, fideicõmiſſum non habebit locum,l.ex facto,§.fi.ad Treb. Vos ſequimini opi.glo.in d.§. quinetiam. quia eſt multũ humana. Ad motiua Andreæ de Iſer.poteſtis reſpõdere,quod ex quo maſculus illico deceſſit,cenſetur fœmina nunquam fuiſſe excluſa.Et hoc veriſimile fuit de mente contrahentium facit l. ſemper in ſtipulationibus,ff.de reg.iur.Ad l.ex facto.§. fin.ff. ad Treb.ego reſponderem,quod ibi ſubſtitutio fuit facta ſub conditione, ſi filius decederet ſine liberis, ſed in propoſito noſtro fœmina non fuit poſita in conditione,ſed fuit poſita copulatiue. §.in inueſtitura.Addite q̃ ille dī illico decedere, qui decedit antequam ſibi imponatur nomen in baptiſmo quod tempus ſecundum vetus teſtamentum erat octo dierum.Ita dicit Inn. in c.nam & ego,extra de ver.ſig.& Bald.&
12 Alu.in d.c.quinetiam.†Sed ponamus, quod feudum ſit conceſſum alicui pro ſe & hæredibus ſuis,hoc pacto,quod quãdiu extarent maſculi,haberẽt illud feudum,& quod deficientibus maſculis fœminę admittantur, an ſi tale feudum iam deriuauit in fœminas,quia ſucceſſerunt in illo,& poſtea ſuperueniat maſculus,an ille maſculus excludet fœminas?Cõcludite quod ſic,per tex.ad hoc no.in c.j. in ti.de eo qui ſibi, & heredib. ſuis.vnde vaſallus qui tenet illud feudum, debet illud recognoſcere a maſculo ſuperſtite,non autem a fœmina,dicto c.j. Accipe exemplum, Rex Aragonum inueſtiuit Comitem de quodam feudo, Comes inueſtitor deceſſit relictis duobus filiis maſculis,qui poſtea deceſſerunt,quorum vnus reliquit filiam,& alter filium maſculum,certe miles infra annum & diem debebit recognoſcere feudum ab illo filio maſculo,non autem a filia.Secus eſſet, ſi inueſtitor non recognoſceret ab alio,vt ecce,ego habeo feudum allodiale, quod a nemine recognoſco, ego inueſtio te de dicto caſtro in feudum,deinde morior, ego inueſtior relictis filio maſculo & fœmina, certe tu debebis recognoſcere illud feudum nedum a filio meo maſculo, ſed etiam a filia, quia ego caſtram non recognoſco ab alio, & in iuribus meis ita ſuccedat filia,ſicut filius,l.maximum vitium,C.de lib.præte.vel ex
13 hær.Et hoc notetis pro limitatione d.c.primo.†Quid autem ſi ſit conſuetudo in patria,quod fœminę ita ſuccedãt infeudo ſicut maſculi, ſtante tali conſuetudine duo fratres inter ſe diuiſerunt feudum,deinde vnus ex eis deceſſit relicto filio maſculo,alter vero deceſſit relicta filia,vtrum hoc caſu relictus filius maſculus excludet fœminam? videtur dicendum, quod ſic,per tex.in dicto cap.j. & per rationem ibi poſitam, quę eſt,quod donec maſculus ſupereſt, non patet locus fœminæ in ſucceſſione feudi.Sed And.de Iſern.in d.c.j. determinat oppoſitum propter conſuetudinem,de qua ſupra. Et ſic attenta iſta opi.And.habetis aliam limitationem ad d.cap.j. Sed iſta opi.And.de Iſer. apparet mihi dubitabilis per rationem poſitam in c.j.Ad motiua,quę facit And. de conſuetudine,ego reſponderem, quod illa conſuetudo debet taliter ītelligi,& interpretari,quod minus lędat diſpoſitionem feudalem,quam fieri poſſit,c.cum dilectus,extra de conſue.no. in l.ii.C.de nox act.†Sed iuxta prędicta dubitatur,ponamus quod in inueſti.dictum ſit, quod deficien. maſculis feudum vadat ad vnam fœminam, & contingat plures fœminas eſſe,quę deſcenderunt a tenentibus feudum, quid erit hoc caſu?Bal. mouit iſtam quæſtionem in c.j.§. hoc autem notandum,in titu.qui feu.dare poſ. Et prima facie videtur velle,q̃ primogenita ſit hęres,& debeat habere illud feudum excluſis omnibus aliis fœminis.Deinde dicit,quod res erit dirimẽda ſorte,l.ii.C.quando & quibus,quarta pars debe.lib.x. Finaliter dicit,quod erit electio domini, vt eligat vnam ex illis mulieribus,quam voluerit. Et iſtã opin. vlti.dicit multũ æquam per ea,quæ habentur in l.id, quod pauperibus.C.de epiſ.& cl.& in l.Arethuſa.ff. de ſtatu homi. Et cum iſta opi. ſimiliter tranſit Iaco.Alua.in d.c.primo,in ti.de eo, qui ſibi & hære.ſuis.Ego pro iſta vltima opinione aſſigno optimam rationem,quia ſi forte res dirimeretur,dominus reperiretur habere vaſallam ingratam, vt ergo habeat vaſallam gratã, dicendum erit ſtandum eſſe electioni domini. Ratio prędicta probatur ad liquidum,in c.j.in ti.de duo.fra.de nouo be-
15 neſi.inueſt.in lib.feud.†Item ſi feudum ſit conceſſum duob. fratribus. puta Titio & Seio pro ſe & hęredibus ſuis maſculis,& fœminis,& vnus ipſorum, puta Titius decedat relicta fœmina, an Seius excludet illam fœminam, an vero econtra?Dicite quod illa filia excludit Seium in ſucceſſione dicti feudi,quãtum ad portionem Titii patris ſui, quia vnuſquiſque videtur proſpicere ſuis hæredibus,c.primo,in ti. de duo.
16 fra.a capi.inueſt.†Item ſi quis receperit feudum pro ſe & hęredibus ſuis,hoc pacto, quod quandiu maſculi ſupereſſent, deberent ſuccedere in dicto feudo,& deficientibus maſculis quod fœminæ admittantur.Et iſte ſic inueſtitus decedat relicta vna filia,quę ſucceſſit in feudo,& contingat poſtea illam filiam decedere relicta ea filia, relicto etiam nepote ex filio præmortuo. An ille nepos excludet amitam ſuam a ſucceſſione?gl.no.determinat quod ſic in prędall.c.j.in tit.de eo qui ſibi & hæredibus ſuis,per rationem,quam ponit ibi tex. dũ dicit,quod quandiu ſupereſt maſculus, non patet locus fœminę in feudi ſucceſſione.Et pro hac ſententia facit, quia pater illius maſculi excluſiſſet illam mulierem a ſucceſſione feudi,ergo eodem modo nepos debet eam excludere,l.hæredem,ff.de reg.iu.Et hanc opi.ſequuntur Doc. in præalleg. c.
17 j.†Sed reſtat pulchrior dubitatio. Ponamus quod inueſtitus de feudo ſm formã d.c.j.decedat relictis duab.filiab. q̃ in dicto feudo ſucceſſerũt,deīde ꝓtingat vnã ex illis mori relicto nepote maſculo, vtrũ ille nepos excludet ſuã mãm a feudi ſucceſſione?nonnulli Doc.in d.c.interpretati ſunt gl.ibi tenere,q̃ ſic.Sed certe ſi ſubtiliter conſiderabitis,illa gl.non loqtur in iſtis terminis,ſed loquīt de amita,vt dixi in qõne ꝓxima.And.

Source : BIU Cujas

ma·And.de Iſer.in præallega. capit. tenuit dictum nepotem excludere materteram, quia licet illa matertera iam ſucceſſerit in feudo, tamen ipſum feudum intelligitur ad eam deueniſſe conditionaliter, ſcilicet ſi non ſuperueniret maſculus: ergo ſuperueniente maſculo illa matertera debet excludi, dicto c.primo. Et iſta incertitudo, an maſculus ſit naſcitu rus vel non, habetur pro conditione, l.dies incertus.ff. de cōdit.& demonſtra. Eueniente ergo conditione perinde eſt ac ſi illa matertera non ſucceſſiſſet in feudo.l.proinde.ff. ſi certum petatur. Et pro iſta opin. And de Iſern. optime facit cap. primū, in ti.an ma.ſucc.vxo.& c.primo, in ti.de beneſi. fœm. & cap.primo, in ti.de natu.ſucceſ.feudi. Contrariam opinionem tenuerunt Iaco.de Bel. Nico.de Neap. Bald. Iac. Aluar. in dicto c.primo, Ia. Alua. atteſtatur iſtam eſſe communem ſententiam Docto. quod matertera non excludatur a feudo, in quo iam ſucceſſerat. Et mouentur præfati Docto. quia cum dicta matertera iam ſucceſſerit in dicto feudo, fuit illi ius quæſitum: vnde ſine facto ſuo illi auferri non poteſt, l. id quod noſtrum.de regu. iuris. Superuenientes ergo maſculi non debent eam excludere. Secundo mouetur, quia multa impediuntur fieri, quæ tamen non tolerantur iam facta.l.patre furioſo.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alien.iuris. Tertio de natura dominorum eſt, vt poſtquam ſunt quæſita, ſint perpetua, vt no.in l.ſiue poſſidetis.C.de probation. Cum ergo ipſi materteræ dominium feudi ſemel fuerit quæſitum, debet perpetuo apud eam ſtare. Quarto, Iaco. Aluaro. pro iſta ſententia, quam dicit valde eſſe æquam, adducit tex. in cap.primo. Et licet in iudicando ab iſta ſententia non ſit recedendum, tamen in ſecreto iuris forte opin. Andr. de Iſern. eſt de iure verior per rationem, quam ponit tex.in dicto c. primo, ibi, donec ſupereſt maſculus, non patet locus fœminæ. Ad motiua in contrarium facta poſſet reſponderi, & primo ad primum, dum dicitur, quod fuit quæſitum ius materterę, poteſtis dicere, quod fuit illi acquiſitum ius conditionaliter, ſcilicet, niſi maſculus ſuperueniret, dicto c.primo. Superueniēte ergo maſculo, debet matertera excludi. Ad aliud dum dicebatur, quod dominia debent eſſe perpetua, reſpondetur, quod hoc debet limitari, niſi dominium ſit delatum alicui ſub conditione reſolutiua, nam tunc non eſt perpetuum, ſed temporale, l.ſub conditione. ff.de ſolutio. & l. in annalibus, & l.fi.C.de leg. Et ita contingit in propoſito, quia illi materteræ intelligitur eſſe quæſitum reſolutiue, ſcilicet, niſi maſculus ſuperueniret. Et hanc opinionem Andr. de Iſer. fortifico tali ratione. Quotieſcunque in lege eſt reſtricta ratio, tunc illa lex reſtringitur, ampliatur, & limitatur ſecundum limites rationis. tex.eſt no.in l.cum patre.§.dulciſſimis.ff.de lega. ii. habetur in l.ſcire oportet.§.ſed & ſi maxime.ff.de excu.tuto. ſed ratio poſſita in dicto c.primo, militat in caſu iſto, conſequenter tex. in dicto c.primo, debet ampliari ſecundum limites illius rationis, vt dixi ſupra. Non recedatis ab opi. Iac. de Bel. & ſequacium.

SVMMARIVM.

1 *Feudum conceſſum per hæc verba, concedo tibi feudum pro te & quibuscunque hæredibus tuis, an poſſit etiam ad hæredes extraneos porrigi.*

2 *Hæredis appellatione in materia feudali, intelligendum eſt de deſcendentibus maſculis.*

3 *Feudum per hæc verba datum, concedo feudum Titio pro ſe, & ſuis hæredibus, & cui dederit, an poſſit etiam ad extraneum tranſire.*

4 *Clerici, an ſint in feudo ſucceſſibiles.*

ET quibuſcunq; hæredib.

1 †Quia in pleriſque inueſtituris apponuntur iſta verba, Concedo tibi feudum pro te & quibuſcūque hæredibus tuis, dubitatur, nunquid per iſta verba generalia feudum porrigatur ad hęredes extraneos? Bal. in c.imperialem.in prin.circa v.colu. in ver. ſed quid ſi conceſſum. in ti de prohibi.alie.feu.per Fede.determinat quod ſic, in tantum ſecundum eum, quod vaſallus inueſtitus modo, quo ſupra, poterit feudum legare etiam extraneo, quia legatarius in re legata quodammodo cenſetur hæres, tex.eſt no. in l.id tempus.§.primo, ff.de vſuc. Idem voluit Bal.in l.prima. in 34. q.ff.de re.diu. vbi ad hoc allegat notata per Cy. in l.liberti libertæque.C.de opē.lib. Idem ſenſit ipſe Bald.in d.l.j.in xlviii. q. Sed idem Bal.in c.primo, §.donare.in ti.quali. olim poter. feu.alie.determinat totum contrarium, dicens quod illa verba, quibuſcunque hæredibus, reſtringuntur ad habiles, per ea, quæ habentur in l.prima, C.de ſacroſan.eccl.& per Iaco. de Are.in l.prima, §.item nunciatio.ff.de ope.no.nun. Nam ſecundum eum ſi omnes vocarentur, ſequeretur, quod deficientib. agnatis, & cognatis, vocaretur vxor defuncti, quod eſſet impropriare feudum duobus modis: primo quantum ad qualitatem hæredum, qui non eſſent agnationis communis, ſecundo quia fœmina ſuccederet contra naturam regularem feudorum, c.j.in ti.de beneſi.fœmi. & in c.j.§.hoc autem notandum.in ti.qui feu.da.poſ. Addite eundem Bald.in l.cum virum. in fi.col.C.de fideicommiſ.vbi dicit, quod quā do feudum eſſet conceſſum alicui pro ſe & quibuſcunq; hæredibus, tale feudum veniret in reſtitutione fideicommiſſi, quia fideicommiſſarius eſt precarius hęres, l. quęrebatur, de teſta.mili. Poſtea ſubiungit, quod forte illa verba, quibuſcunque hæredibus, referuntur ad perſonas habiles, non autem extraneas. Do. Marti.de Lau.in d.§.donare.ſequitur opi. Bal. vt iſta verba referantur ad alios idoneos, Alexā. de Imo.in l. Gallus.§.etiam ſi parente.ff.de lib.& poſthu.tenet opi.quam tenet Bal.in præallegata l.prima, in xxxiiii.q.ff.de rer. diui.allegat tex.in c.primo, in ti.de feu.non haben.propriam natu. feu. Ego in quæſtione facti coſului, quod iſta verba tam generalia ſunt reſtringenda ad perſonas habiles ad ſuccedendum in feudo. †Mouebar in primis, quia appellatione hæredis, in materia feudali, intelligimus de deſcendentibus maſculis, c.j. §. profecto.in ti.de lege Corra. verba enim debent intelligi ſecundum materiam ſubiectam.l.ſi vno.in princ.ff. loca.& ſequuntur naturam contractus, in quo interponuntur, l.ſi ſtipulatus, ff.de vſur. Non obſtat dictio, quibuſcunq;, quia debet reſtringi iuxta materiam ſubiectam, l.ſi. cum ſua glo. C.ſine cenſu vel reliq.& d.l.j.C.de ſacroſan.ecc. Ad d.c.j. de feu.non haben.prop.na.feu. †ego reſponderem, quod ibi dominus inueſtiendo dixit, concedo feudum Titio pro ſe, & ſuis hæredibus, & cui dederit. Nam per verba illa, & cui dederit, intelligitur dominus dediſſe licentiam vaſallo trasferendi dictum feudum in alium etiam extraneum. Et ſi vnquā contingeret vobis iſte caſus in iſta patria Ducalis Sabaudiæ, ponderate bene verba inueſtituræ, quia conſueuerunt in inueſtituris apponi verba, quibuſcunque hæredibus, de more tamen patriæ capacibus, & tunc articulabitis, quod de more patrię eſt, quod ſolum ſuccedant deſcendentes & agnati, non autem extranei. De hac materia vide etiam per eundē Ale.de Imo.ſuo conſi.iii.in j.volum.conſiliorum. †An autē clerici ſuccedant in feudo.Iac.de Bel.in c.ſi deceſſerit.in tit.ſi de feu.defun.fue.contr.determinat quod nō, p qua opi.videtur eſſe tex.in d.ca.j.§.qui clericus.in ti.proxime allegato, vbi tex.dicit, qui clericus efficitur, hoc ipſo feudū amittit.& Doc. ibi, maxime Bal.in verbo, clericus, exponunt, dummodo ſit in ſacris, veluti in ſubdiaconatu, qui eſt ſacer ordo.c. a multis.extra de ęta.& quali. Ad idem adducitur tex.in c.j.§.j.in ti. de mil.vaſal.qui ar.bel.depo. Item adducitur tex. qui eſt multum pungitiuus, in c.j.in fi.in ti.an mut.ſur.vel aliter imperf. & tex.in c.j.in ti.de bene.fœmi. Hanc ſententiam, quod clericus in ſacris conſtitutus nō ſit ſucceſſibilis in feu. tenuit Bal. in d.c.j.§.qui clericus.& Albe.de Roſa. in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.ecc. Contrariam opi.tenuit Bal.in ſua ſumma, in ti. de bene.fœm.c.j.in ver. Ex hoc clericus. & Archi. in c.ſi qua mulier.xix.vlti. Eandem opi.tenuerunt Innocen. Hoſt. Ioan An. Io.de Lig. Io.de Imo.& Panor.in c.in præſentia. extra de proba. vbi tenet clericum eſſe ſucceſſibilem in feudo. Idem tenuit Bar.in ſua rep.d.auth.ingreſſi.quam morte præuentus non potuit publicare, ſed meo Ale.eius generi poſtea publicauit. Hoc idem tenuit Bar.de Sal.in authē.ingreſſi. vbi dicit quod communiter Doct. ita tenent. Et cum hac quæſtio cōtigiſſet de facto in perſona epiſcopi Palmenſis, præſtantiores Doctores Bononien.& Papien. conſuluerunt pro iſta parte, concludēdo epiſcopum Palmenſem ſucceſſibilem in feudo paterno, vt refert clariſſimus Doct. D. Mar. Leu. in c.j.§.& quia vidimus.in ti.qui feu.da.poſ. Et ibi etiam refert ſe publice diſputaſſe iſtum articulum in ſtudio Papien. Ergo cum quæſtio contigiſſet de facto in perſonam Reuerendi & generoſi domini Ioanneti ex Comitibus Valupergiæ Prioris ſancti And.de Taurio, conſului pro iſta parte, ſcilicet, quod debebat ſuccedere in feudo paterno cum fratribus ſuis, & fuit inueſtitus per celſitudinem Ducalem Sabaudiæ de portionem dicti Comitatus ad eum ſpectantis, adducebam tex. in c.i.§.fi.in ti.de cap.Corradi.& glo.no.in c.j.quæ incipit, niſi forte.in ti.de beneſi.fœmi. vbi glo.notanter.dicit, quod clericus ſuccedet, & poterit ſeruire domino per ſubſtitutum, & quia gloſ. habet quam plurimos Doctor. pro ſe, dicebam ab iſta ſententia non eſſe recedendum, per no.per Ia.Butri. in l. vnica.C.ſi pro ſua iuriſdic.maxime quia Sal.in d.auth.ingreſſi.refert Doc.communiter ita tenere. Mouebar etiam, quia clerici ita bene ſunt ſucceſſibiles, ſicut laici.l.Deo.& authen. tica presbyteros. C.de epiſcopis & clericis. item mouebar, quia regulam habemus, quod omnes deſcendentes maſculi ſuccedunt in feudo, dicto §. & quia vidimus. Allegabam etiam pro iſta parte Ioan. Rayn. in ſuo compendio feud.in cap.imperialem.in §.firmiter.circa xxiii.columnam, in titu.

Source : BIU Cujas

de prohi feu. alien. per Federi. vbi dicit, clericum admitti ad ſucceſſionem feudi, ſi dominus velit, c. primo, §. fi. in titu. de cap. Corradi. Et inſtat prefatus Docto. quomodo ſeruiet domino in bello ipſe? reſpondet, quod clericus in ſacris non pugnabit in propria perſona propter ſanguinis effuſionem, & propter periculum irregularitatis, c. primo, extra de cleri. pug. in duel. Sed exhortabitur alios bellatores in aciem belli, allegat Ioan. Allancum Marlien. in ſua ſumma, in tit. quibus modis feu. amit. ver. ſed quid ſi ſit clericus. vel poterit ſeruire per ſubſtitutum acceptabilem domino, vult glo. in præ allegato c. primo. in titu. de benifi. fœ min. Ad motiua adducta ſupra pro parte contraria ego reſpondebam. Et primo ad c. qui clericus. & ad c. primo, an mutus & ſurdus, & c. & ſimilia iura dicentia, clericum non eſſe ſucceſſibilem in feudo, quod debent intelligi, quando eſſet tale feudum, cui vaſallus non poſſet ſeruire, vel nollet per ſubſtitutum, alias autem ſi velit ſeruire per ſubſtitutum domino acceptabilem, tunc admitteretur ad ſucceſſionem feudi, vt ſupra pulcherimis authoritatibus, & motiuis comprobaui. Ad authoritatem Iaco. de Bel. Bal. & Alb. ego reſpondebam, quod erant plures Docto. præſtantiſſimi, qui tenebant contrarium, quorum nomina ſupra recitaui. Habetis iſtum articulum pleniſſime expeditum. Quid autem ſi actum ſit in inueſtitura, quod vaſallus non poſſit ſeruire per ſubſtitutum, ſed in propria perſona. dicite, vt habetur per Doct. maxime per Alua. in c. moribus. in ti. ſi de feu. defun. fue. contro.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, quomodo definiatur.*
2 *Princeps, an poſſit alienare ea, quę ſunt principatus.*
3 *Princeps, an poſſit infeudare regalia.*
4 *Regalia, quæ dicantur.*
5 *Feudum multipliciter diuiditur.*
6 *Feudum ſimplex & rectum eſt, quod non habet ſeruitia determinata.*
7 *Domus alicui in feudum conceſſa ad habitandum, an poſſit alteri locari.*
8 *Fudum paternum eſt, quod fuit acquiſitum a patre.*
9 *Res in feudum paternum conceſſa non tranſit vltra quartam generationem.*
10 *Feudum nouum, quid ſit.*
11 *Epiſcopi & alii prælati, an poßint infeudare de nouo res eccleſiæ.*
12 *Eccleſia, qualiter prouideri poſſit de feudo, quod non poteſt recuperare.*
13 *Feudum habens propriam naturam feudi, & feudum quod non habet propriam naturam feudi, qualiter dicantur.*
14 *Feudum curſoris ſi concedatur claudo, an valeat talis conceſſio.*
15 *Feudum conditionatum quid ſit, & quam habeat efficaciam.*
16 *Feudum maſculinum aut femininum, qualiter dicatur.*
17 *Feudum reale aut perſonale, qualiter dicatur.*
18 *Domus alicui in feudum conceſſa ad vtendum & fruendum, an poſſit trãſire ad hæredes*
19 *Feudum ligium & non ligium, qualiter dicantur.*
20 *Feudi ligii virtus, quę & quanta ſit, & nu. 22.*
21 *Feudum non ligium, quid ſit.*
22 *Inſtrumentum homagii, qualiter ſit concipiendum.*
23 *Feudum nobile aut ignobile, qualiter dicantur.*
24 *Feudum minus nobile aut mediocriter nobile, quid ſit.*
25 *Feudum non nobile ſeu burgenſe, quando dicatur.*
26 *Feudum liberum & francum, qualiter fieri dicatur.*
27 *Feudum annale ſeu perpetuum, qualiter dicatur.*
28 *Feudum iurabile, & non iurabile, quale ſit.*
29 *Feudum diuiſibile, aut indiuiſibile, quale dicatur.*
30 *Feudum tranſitorium ad omnes hæredes quid ſit, & quid non tranſitorium ad omnes hæredes.*
31 *Feudorum quoddam ſeculare, quoddam eccleſiaſticum.*
32 *Eccleſia dono recipiens a Rege, vel Barone, vel Duce Comitatum vel Baroniam, an tenebitur ad tributa, ad quę prius tenebatur.*
33 *Donatio eccleſiæ facta, an pacto poſſit reuocari.*
34 *Donatio per principem eccleſiæ facta, an per ſucceſſores poſſit reuocari.*
35 *Eccleſia recipiens feudum, an teneatur iurare fidelitatem.*
36 *Conſuetudo infeudandi bona eccleſiæ, quantum tempus requirat, vt induca tur.*
37 *Stante conſuetudine eccleſiæ infeudandi maſculos tantum, an poßit quis ab illa infeudari proſe, & ſuis hæredibus tam maſculis, quam fęminis.*
38 *Ante conſuetudine eccleſiæ infeudandi tantum vnam vel duas ree, an poſſit alteri infeudari plures.*
39 *Tenens rem eccleſiæ in feudum, an poſſit alteri infeudare.*
40 *Tenens feudum ab eccleſia, an poſſit vendere cum conſenſu prælati illius eccleſię.*
41

1 IN feudum. †Hic ante omnia eſt videndum de definitione feudi. Dicite, quod feudum eſt beneficium ex beneuolentia datum, retenta proprietate, translatoque vſufructu in recipiendo pro ſe & hæredibus ſuis maſculis & fœminis, ſed ſi de his fœminis dictum ſit, ita vt ipſe recipiens & eius hæredes domino ſeruire teneantur. Iſta definitio probatur in c. primo, in ti. in quibus cauſis feudum
2 ami. †Circa hoc quęro, nunquid princeps poſſit alienare ea, quæ ſunt principatus? Concludite ex mente Bal. quem cæteri ſequuntur in proœ. feudorum, in ꝰ verſic. expedita. quod ſi vult alienare expropriando ſeu abdicando a ſe omne dominium, iuriſdictionem, & proprietatem, tunc non poteſt, quia hoc eſſet deformare principatum. Et ita in c. intellecto. extra de iureiu. de quo per eundem Bal. in proœ. Digeſtorũ in ii. char. facit, quod habetur in c. in apibus. vii. q. prima. vbi glo. dicit, quod Imperator Gręcus non eſt propriæ Imperator, ſed Romanus. Aut vult alienare retinendo proprietatẽ, ſeu directum dominium, transferendo vtile in alium per viam in feudationis, & tunc poteſt hoc facere, niſi talis infeudatio vergeret in magnum prędiudicium principatus, puta, quia Rex paſſim infeudat modo vnam ciuitatem, modo aliam, & iſtud eſt deſtruere regnum, vt no. in c. grandi. extra de ſupplen. negligen. præla. facit l. ſumma ratione. ff. de pecu. Nam ſecundum And de Iſer. & Bal. in loco allegato, in feu.
3 non debet minuere coronam regalem. † Vnum notetis, ꝙ quando princeps infeudat regalia, nihil valet infeudatio, niſi ea ſit appoſita clauſula, motus proprii, vel clauſula, ex certa ſcientia, l. prima. C. de pet. bonorum. ſubla. lib. x. Et ita vult
4 Albe. de Roſa. in l. quoties. C. de preci. Impe. offe. † Quæ autẽ dicantur regalia, habetur in c. primo, in tit. quæ ſint regal. &
5 per Bald. in c. primo, in ti. epiſco. vel Abba. †Nunc deſcendo ad diuiſ. feu. & debetis ſcire, quod habemus multas feu. diui. Prima diuiſio eſt, quia quoddam dicitur regulare, ſeu habere annexam dignitatem, quoddam non, feudum quod habet annexam dignitatem, dicitur feudum Regale, Ducale, vel Marchionale. c. primo, in ti. de feu. Marchiæ. cap. primo. quis dicatur Dux, March. vel Com. Alia vero feuda non habent annexam dignitatem, arg. per locum a contrariis, Inſti. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. Et de iſtis dignitatibus dixi ſu-
6 pra in verbo, Dux, & in verbo, Marchio. † Secunda diuiſio feudorum eſt, quia quoddam dicitur ſimplex & rectum, quod non habet ſeruitia determinata, cap. fi. in tit. de capita. qui curiam vendi. Et dicit notanter Io. Rayn. in ſuo compendio feu. in c. imperialem §. firmiter. circa xxii. colum. in ti. de prohib. alien. feu. per Fede. quod dicuntur feuda pactionata, ſeu conditionata, quando in conceſſione eſt determinatum certum ſeruitium, puta de aſſociando vxorem domini, vel de filia maritanda. Et hoc caſu vaſallus non tenetur niſi ad ea, quæ in pactionibus expreſſa ſunt. l. prima, §. ſi conueniat. ff. depoſi. l. in traditionibus. ff. de pact. l. legem. C. illo eod. titu. Subiicit tamen Io. Rayn. in loco allegato, quod attendenda eſſet nihilominus conſuetudo patriæ. l. venditor. §. ſi conſtat. C. commun. prædio. l. iii. in fi. ff. de teſt. habetur in l. prima. C.
7 quę ſit lon conſuet. † Iuxta hoc dubitatur, quod ſi dominus concedat in feudum domum alicui ad habitandum, an ipſe recipiens poterit illam domum alteri locare? Bald. in proœm. feu. in ii. diuiſione, determinat, quod ſic, per l. arborib. §. vſufructuarius. ff. de vſufru. niſi domus eſſet alteri conceſſa, ita quod habitaret eam contemplatione, & pro honore domini, nam tunc non poſſet locare, ar. l. vnicę. §. ne autem.
8 C. de cad. tollen. & l. inter artifices. ff. de ſolutio. † Tertia diuiſio feudorum eſt, quia quoddam dicitur paternum, quoddã antiquum, & quoddam nouum. Paternum dicitur, quod fuit acquiſitum a patre, c. primo, §. his vero. in ti. de gradibus ſucceſ. in feu. & cap. primo, in ti. de nat. ſucc. feu. Dicit tamen eleganter Bal. in cap. primo, §. hoc quoque. in fi. col. in tit. de ſucc. feud. quod paternum feudum dicitur proprie vſque ad quartum gradum, & continentur hę perſonæ, pater, auus,
9 prouus, & atauus, ab inde vero ſupra antiquum. † Ex quo infert ſingulariter, quod quando conceditur alicui res in feudum paternum, tale feudum non extẽdetur vltra quartam generationem. Et ideo cum magno myſterio in inueſtituris apponuntur iſta verba, in feudum antiquum & paternum, quod eſt menti tenendum, ſecundum eum. Et ſic patet quã-
10 do dicatur antiquum. † Nouum autem feudum eſt illud, ꝙ de nouo fuit acquiſitum. ca. primo, in ti. qui teſt. ſunt neceſſ. ad probandam nouam inueſtituram. & c. primo, & ii. in tit.
11 de duobus fra. de no. benefi. inueſtitu. † Iuxta prędicta formo vobis pulchram quæſtionem. Vos ſcitis, quod epiſcopus, & alii prelati prohibentur in feudare de nouo res eccleſiæ ſolitas autem bene poſſunt c. ii. extra de feu. Ponamus, epiſcopus inueſtiuit aliquem de quodam caſtro eccleſiæ, & in inueſtitura aſſeruit illud feudum eſſe antiquum, recognoſcẽs,

quod

Source : BIU Cujas

quod ille,cui concedebat,& prædeceſſores illius conſueuerunt tenere in feudum,vtrum per iſta verba probetur feudū eſſe antiquum,vt ſic valeat infeudatio, & ſic epiſcopus inueſtiuit illum tanquam de veteri & antiquo feudo?Bal.in proœmio feu.in 3.diuiſione,determinat quod per prædicta verba non probatur feud.eſſe antiquum,quia præſumuntur talia verba prolata in fraudem legis,largum.l.qui teſtamen.ff. de proba.& l.cum quis decedens.§.Titia honeſtiſ.ff. de legat. tertio. Nam talia verba enunciatiua prolata inter prohibitos,non probant neque diſponunt,l.ſi forte.& l.caſtrenſe. ff. de caſtren.pecu.Secus ſecundum Bal.in loco proxime alleg. ſi prælatus cum capitulo aſſeruiſſet feudum eſſe antiquum, & iuraſſet cum capitulo omnia vera eſſe, quæ continentur in illo inſtrumen.inueſtiturę,& prælatus eſſet homo diligēs, & in capitulo eſſent perſonæ prudentes. Nam tunc crederetur talibus verbis enunciatiuis,allegat tex.cum glo.or.in authen.hoc ius porrectum.C.de ſacroſan.ecc.Vos tenebitis cōtrarium,primo per tex.in c.primo,extra de rebus eccle.non alie.lib.vi.& per l.iubemus.ibi, nec ſi omnes.C.de ſacroſan. ec.& per no.in c.qnod quibuſdam.extra de fideiu.& in c.grauis.extra de depo.alioquin eſſent aperta via fraudibus, contra c.quanto,extra de diuor.& l.in fundo.ff. de rei ven.ad gl. dictæ authen.hoc ius porrectum.ego reſponderem,q̄ loquitur in mutuo,nos autem loquimur in alienatione rerum immobilium eccle.Et hoc eſt de mente Bar.in dicta authē.hoc ius porrectum. Quod dixi ſupra, q̄ ſi prelat⁹ in inueſtitura atteſtetur feudum eſſe antiquum , & inueſtiat tanquam de veteri & antiquo, q̄ per talia verba nō probabitur feudum eſſe antiquum,limitabitis,niſi talia verba enunciatiua reperirentur ſcripta in aliquo inſtrumēto antiquo,nam tunc ſtaretur talibus verbis,& præſumerentur eſſe vera, per no. per Cy.& Bal.in l.emancipat.C.de fide inſtrumen.& Io.An.poſt Hoſt.in c.Alber. extra de teſt.& per Ant.de But.in c.quoniā contra falſam,extra de proba.no.per Doc. maxime Ang.in
12 repe.l.ſciendum.ff.de verborum oblig. † Addo vobis aliam pulchram limita. Nam ſi eccleſia feudum,q̄ eſt in manibus potentis,nullo modo poteſt recuperare,tunc prælatus poterit infeudare alteri,qui extirpet illud feudum de manibus alterius potentis cap.ii.extra de feu.Sed hoc procedat in rebus non feud.Puta aliqua res eccle.quę non eſt feudalis,de facto occupatur per potentem,ita,q̄ prælatus non poteſt eam habere,an poterit infeudare alicui potenti de nouo, vt recuperet eam?Ioan.Andre.conſulit,quod non,quia apta eſſet via fraudibus.Nam prælatus volens infeudare alicui ſuo cōſanguineo vel amico,pateretur inuadi rem eccleſiæ per potentem ad finem,quod poſtea poſſet infeudare de nouo,& hāc opin.ſequitur D.Abbas in præalleg.c. ii. Aduertite etiam ad id,quod ſupra dixi , quod non ſtatur verbis aſſertiuis prælati aſſerentis feudum eſſe antiquum , quia ſecus eſſet in principe. Nam ſi princeps inueſtiat aliquem de aliquo caſtro in feudum antiquum,auitum & paternum, licet in veritate ſit nouum,tamen habebit naturam feudi antiqui. Ita dicit no. Bal.quem cæteri ſequuntur,in c.primo,in ti.de alien.feu.pa-
13 te.quod eſt bene notandum.† Quarta diuiſio eſt,quia quoddam eſt feudum habens propriam naturam feudi : aliud vero non habens propriam naturam feudi . Feudum habens propriam naturam.eſt,quod ſequitur propriam,& regularē naturam feudi.Feudum vero non habens propriam naturā eſt,quod non ſequitur regularem naturam feudorū,de hoc habetur in c.primo,in ti.de feu. non haben propriam natu. Accipite exemplum,propria & vera natura feudi eſt,q̄ non poſſit alienari ſine conſenſu domini.c.imperialem,in princ. in ti.de prohi.alien.feu.per Federi.vnde ſi dominus conceſſerit alicui rem in feudum pro ſe & hęredibus, & cui dederit, iſta verba,Et cui dederit , habent impropriare naturam feudi,adeo quod tali modo inſtituтus poterit alienare,d.c.j. Itē propria & vera natura feudi eſt,quod ſit trāſitorium ad omnes deſcendentes,c.primo,§.cum vero.in ti.qui feu.dare poſſunt.vnde ſi concedatur alicui in feudum guardiæ vel caſtaldiæ,quia tale feudum non tranſit ad ſucceſſores,c.primo,in tit. de feudo guardiæ.dicitur feududum non habens propriā
14 naturam feudi. †Sed quid ſi feudum curſoris ſit conceſſum claudo,an valebit conceſſio?Bal.in prin.feud. determinat q̄ ſic,quia licet claudus non poſſit currere, tamen poterit feudum locare alteri valenti currere,c.primo,§. donare,in titu. qualiter pote.feu.alien.Quandoque ſufficit habitus & potēcia,licet non ſit actus,l.fideicommiſſa,§. ſi ſeruo,ff.de leg.iii. habetur in l.ſi duobus.ff.de leg.j.Et quia dicit de natura feu. ſi vultis ſcire,quid ſit ſubſtantia,& quid natura, & quid accidens,vide opti.glo.in l.pacta conuenta.ff.de contrahen. em. & dicit Bal.in c.cæterum.extra de iudi.quod natura eſt naturalis ratio formæ,& ſuæ origini cohærens:quod autem amplius eſt,non eſt naturale,ſed accidentale.Et accidens poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem,vt habetur in dicta l.pacta conuenta Subiicit ibidem,quod pacta , quę nō cadunt in propriam naturam recti feudi,vt ſi apponatur pactum,quod vaſallus aſſociet dominam , vel de filia domini maritanda, talia pacta faciunt feudum cenſeri conditiona-
15 tum,ideſt,datum ad certum ſeruitium.†Et de iſto feudo conditionato habetis tex.cum ſua glo. meliorem de corpore iuris,in c.fi.in ti.de ca.qui curiam ven. Et magna eſt virtus huius feudi conditionati,quia vaſallus non poteſt illud refutare inuito domino,nec dominus renunciare poteſt fidelitati, & feudum reuocare,quia obligatio certa , fortior eſt quam incerta , quia obligatio certa non recipit interpretationem legalem,l.qui Romæ,§.Flauius Hermes.ff.de uerbo. obliga. & ita vult Bal.in d.c.cęterum. Et per prædicta limitatur ca.j. in ti.de vaſal.qui contra conſti.Lotha.feu.alien.vbi habetur
16 quod vaſallus inuito domino poteſt refutare feudum.† Quīta diuiſio feudorum eſt, quia quoddā eſt maſculinū , quoddam fœmininum.Maſculinum dicitur, quod tranſit ad maſculos,non autem ad fœminas.c.primo,§.hoc autem notandum.in ti.qui feud. dare poſſimmo etſi de fœminis ſit facta mentio, tamen fœminę non ſuccederent , niſi demum deficientibus maſculis,c.primo,§.quinetiam.in ti.epiſco.vel abba.& late declaraui ſupra in ver. fœminis. Fœmineum vero dicitur,quod tranſit ad fœminas,hinc dicimus, quod maternum feudum dicitur , quod fuit acquiſitum a fœmina ſuperiore, quia eſt cōmunis agnationis,vel cognationis , de hoc habetur in c.primo,in ti.de beneſi.fœmi.& in c.primo, in ti. quem ad feu.ad fil.perti.& in c.primo,in titu.an ma.ſuc.vxo.
17 †Sexta diui.feu.eſt, quia quoddā eſt reale , quoddā pſonale, quoddā perſonaliſſimū. Feudum reale eſt , q̄ tam ex parte dantis,quam recipientis tranſit ad hæredes.ca.j. § cum vero Corra.in ti.qui feu.date poſ.Perſonale dicitur,quod non trā ſit ad hęredes,vt feu.guardiæ,& caſtaldiæ,c.primo , in tit. de feudo guard. Perſonaliſſimum dicitur,quod neque ex parte concedentis,neque recipientis tranſit ad hæredes . Accipite exemplum Soldata,in c.j.§.ſoldata,in titu. qui dicatur Dux,
18 Com.Mrc.†Sed circa prædicta dubitatur,quid ſi alicui ſit cōceſſa domus in feud.ad vtendum & fruendum,an talis conceſſio tranſibit ad hæredes recipientis?Bald.in pręludiis feudo.in ſexta diuiſione,determinat quod non allegatt l. ſi habitatio,§.primo,ff.de vſu,& habita. Vos determinabitis totum contrarium, quia in definitione feudi bene ponuntur illa verba,ad vtendum & fruendum,c.primo,in ti.in quibus cauſis feu.amit. Et verba debent intelligi ſecundum naturā diſpoſitionis,in qua apponuntur,l.inſulam. ff. de præſcriptis verb.& l.ſi vno.in prin.ff.loca.Sed de natura feudi eſt , quod tranſeat ad hæ.dicto §.cum vero:ergo &c.Ad l. ſi habitatio. §.j.reſpondebitis,quod ibi de natura diſpoſitionis non erat,
19 qđ tranſiret ad hę.†Septima diui.feud.eſt, q̄a quoddā eſt feudū ligiū quoddā non ligiū.Feudū ligiū nō dat , neq; recipit ab eo , qui non recognoſcit ſuperiorem , & dicitur ligium eo,quod ligat,vel quia legalitatem continet, & in iſta fidelitate ligia non debet vaſallus excipere aliquem:immo debet iurare fidelitatem domino contra omnem hominem, nullius alterius fidelitate excepta,vt in titu.de cap. extraor. ſunt duo capitula quorum vnum dicit hoc modo , pro feudo ligium hominem duorum eſſe non poſſe,& hoc vult glo.no. in verbo,homoque ligius.in cle. paſtoralis. extra de re iudi. Et quod quis non poſſit eſſe homo ligius duorum,tenet Bal.
20 in auth.hoc amplius.circa iii.colum.C.de fideiuſ.† Addo vobis,quod huius homagii ſeu feudi ligii tanta eſt virtus,quod omnia bona hominis ligii dicuntur eſſe ſub iuriſdictione domini nedum feudalia , ſed etiam alia , quia homo ligius principaliter obligat perſonam ſuam,& in conſequentiam bona,ar.l.ſi paterfam.ff.de adop.ita quod dominus habet iuriſdictionem in omnibus bonis ligii, ſiue ſint feudalia , ſiue non,dummodo non teneatur in feudum ab alio,Ita elegan ter vult Spe.in ti.de feu.§.quoniam ſuper homagiis.ver.xvii.
21 †Feudum non ligium eſt,quando vaſallus in ſacramento fidelitatis excipit priorem dominum.c.imperialem §.fi. in tit.
22 de prohi.feu.alie.per Fede.† Addite alium magnu m effectū huius feudi ligii, quia in eo non habet locum pœnitentia, hinc nec inde,quia turpe eſſet principi frangere fidem,& q̄a beneficium principis debet eſſe perpetuum,§. illud. in auth. conſtitutio,quæ de dig.Ita ſingulariter determinat Bal.in d. c.cæterum,in antepe.col.extra de iud.Et hoc eſt bene notandum pro limitatione d.c.primo,in ti.de vaſal. qui contra cō
23 ſti.Lotha.feu.alie.† Et ſi vultis ſcire formam concipiendi inſtrumentum homagii,vide Spe.in d.c.§.quoniam. in princi. Vnum notetis,quod licet quis pręſtet mihi homagium,non tamen eſt ſeruus meus,ſed remanet liber homo, in tantum, quod bene poteſt teſtari de bonis ſuis.ita dicit Bal.in l.j.C.de
24 hęredita.Decur.allegat glo.ordi.Inſti.de iure perſona.† Octaua diuiſio feu.eſt,quia quoddam eſt nobile,quoddam ignobile,ſeu Burgē.Feudum nobile eſt illud, quod nobilitat poſſeſſorem.

Source : BIU Cujas

fessorem. Et dicit Bal. in præludiis feudorum, quod antiquũ feudum sapit nobilitatem, nouum autem non, quia nobilitas non nascitur in ictu oculi, allegat. l. stemmata. ff. de grad. Vos melius dicite ex mente Iacob. de Bel. in prooem feudo. quem refert, & sequitur Ioan. And. in addi. ad Spe. in rub. de præscrip. quod feudorum quoddam est nobile, quoddam minus nobile, quoddam mediocriter nobile, & quoddam non nobile. Nobile feudum est, quando Papa concedit feudum Ducatum, Marchionatum, vel Comitatum. Ista enim feuda sapiunt nobilitatem, vt habetur in ti. quis dicatur Dux, Marchio. vel Com. Minus † nobile est, quando Dux, Marchio, vel Comes infeudat alteri. Mediocriter nobile est, quando habẽtes feudum a Duce, Marchione, vel Comite infeudant alteri. † Non nobile seu Burgen. dicitur, quando conceditur a minimis valuasoribus, c. j. §. cæteri. in titu. quis dicatur Dux &c. dicit enim Bal. in c. j. in verbo, Marchio. ad fi. in ti. qui feuda. pos. quod etiam rustici possunt infeudare, dummodo habeant rerum suarum administrationem. allegat c. primo, §. noui vero. in tit. per quos fiat inuestitura. † Habemus etiam feudum liberum & francum. A superioribus diebus in quodam instrumento inuestit. legi ista verba, concessit talis princeps tale castrum in feudum liberum gentile & Francum, vnde dubitatur de significatione istorum verborum, Ioan. And. in addi. ad Spec. in rubri. de præscrip. circa fi. dicit, quod ista verba indefinita & indefinite prolata important, quod tale feudum omni libertate sit liberum, & ab omni seruitio absolutum. l. in tradendis. ff. communia prædio. Subiungit alios dicentes, quod hic capiẽda est vulgaris, & communis interpretacio, vt apud vulgũ verba sonant. c. ex literis, ex. de sponsa Addite elegant, quod vasallus talis nihilominus non erit exẽptus a capitulis, quæ continentur in forma fidelitatis. c. 1. in tit. de for. fideli. & in c. 1. tit. de no. for. fidel. &c. de forma, xxii. q. vi. alioquin nisi ita dicamus, sequeretur, quod esset quædam donatio, non autem concessio in feudum. Eandem opi. tenuit Iaco. Alua. in prooem. feudo. in ii. diuisione. Addo vobis Ioan. de Imo. idem dicentem in effectu, in cap. ad nostram. in penul. colum. extra de rebus ecc. non alien. Et de isto feudo Franco, vide per Bal. in l si plures. C. de condic. inser. Et per eundem in c. primo, in ti. de cap. qui curiam vendi. Et notate bene prædicta, quia plerunque apponuntur in inuestituris. Nona diuisio est, quia quoddam est feudum annale, quoddam perpetuum. Regulariter enim omnia feuda sunt perpetua, c. primo, §. cum vero Corradus. in ti. qui feud. dare pos. Annale vero dicitur feudum Guardiæ, & Castaldię quia lapso anno quandocunque potest auferri, tex. habetis in c. primo, in fi. in ti. de controuer. inter dominum & vasal. de inuesti. feu. habetur in c. primo, in tit. de feudo Guard. Dicit tamen Bal. in prooemio feudo. pe. diuisione, quod iste annus per pactum potest augeri, nam prouisio conuentionalis super tempore potentior est, quam legalis, quia cessante legali habet locum conuentionale, l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædi. edic. per quem tex. probatur secundum Bald. loco, quo supra, quod per pactum potest fieri, vt feudum guardię nullo tempore possit auferri, quod notetis. † Decima diuisio est, quia feudorum quoddam est iurabile, quoddam non iurabile. Feudum iurabile est, pro quo iuratur fidelitas domino. Non iurabile est, quando conceditur eo pacto, vt fidelitas non iuretur, c. primo, §. nulla, in tit. per quos fiat inuesti. in libro feu. † Vndecima diuisio est, quia feu. quoddam est diuisibile, quoddam indiuisibile. Nam regulariter omnia feuda diuisibilia. Sunt tamen quędam indiuisibilia, vt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, c. imperialem, §. prętera. in ti. de prohi. alie. feu. per Fed. de quo per Bar. in l. inter tutores. ff. de admi. tu. per Bal. in l. prima, ff. de offi. consu. per Can. maxime Panor. & Imo. in c. prudentiam. in prin. extra. de of. dele. Et dixi vobis supra in verbo, Comes, & in verbo, Marchio. † Duodecima diuisio feudorum est, quia quoddam est transitorium ad omnes hæredes. Et illud est regulare in feudo, quia transit ad omnes descendentes ęqualiter, c. primo, §. cum vero. in ti. qui feu. dare pos. Aliud vero est non transitorium ad omnes hęredes, immo solum ad primogenitum, vt in Francia, in Anglia, & in Sicilia, secundum Ia. de Bel. in prooe. feu. de quo habetur in c. licet, extra de voto, & voti redem. † Decima tertia diuisio est, quia feudorum quoddam est seculare, quoddam ecclesiasticũ. Seculare est illud, quod recipitur a principe seculari, c. primo, in verbo, Marchio. in ti. qui feu. dare pos. Aliud vero est ecclesiasticum, quod recipitur vel conceditur ab ecclesia, c. primo, in ti. de cleri. qui in uestituram accep. & c. primo, §. fi. in ti. de cap. Corr. † Sed hic quęro, vtrum si Rex, Baro, vel Comes donet ecclesię Comitatum vel Baroniam, an ecclesia tenebitur subire tributa, ad quę per prius tenebatur? Inn. in c. verum, extra de foro competen. determinat quod non, nisi in donatione hoc fuerit expressum. Addo vobis Ange. idem volentem in l. fi. C. de reuocadona † Et dicit no. Ange. in l. caueri. ff. communia prædiorum, quod quando princeps donat ecclesiæ castrum, vel territorium, bene potest sibi reseruare per pactum, casu quo ecclesia aliquid faciat contra ipsum donantem, vt dominium rei donatæ reuertatur ad donatorem laicum, vel quod ipsi laico donanti liceat propria authoritate ingredi ipsam rem donatam ecclesię, allegat Innocen. in dicto cap. verum. † Addo vobis, quod quando Imperator, Rex, Dux, vel Marchio fundat ecclesias, & dotat de bonis Imperii vel Ducatus, successor in Regno, vel Ducatu, vel Marchionatu non poterit reuocare illam donationem, nisi Regnum, vel Ducatum ex hoc enormiter lęderentur. Ita no. dicit Spec. in ti. de instrum. editione. §. nunc autem videndum. in fine. allegat no. in c. intellecto, extra de iureiurā. cum multis aliis iuribus. vide ibi. † Quero etiam, vtrum quando ecclesia recipit aliquam rem in feu. a principe seculari teneatur iurare fidelitatem? Bal. in prooemio feudo. in vltima diuisione, dicit reperiri quoddam caput extraord. cuius verba formalia sunt hęc. De negocio, de quo nos consulere voluisti secundum vsum curiæ feudi, respondemus, quod pro feudo, quod ab aliquo per ecclesiã retinetur seu recipitur, nulla fidelitas debet iurari. Sed Bald. in loco proximo allegato dicit hoc procedere, quia nomine eccle. non prętenditur iuramentum fidelitatis, sed nomine prętati, vt habetur in c. veritatis, extra de iureiuran. Addo vobis, quod D. Panor. in cap. veniens, extra, de accusa. in prima col. dicit, quosdam dicere, quod princeps secularis habet fundatam iurisdictionem super omnibus bonis temporalibus eccl. in tantum, quod prętatus pro talibus bonis temporalibus tenetur prętare homagium principi seculari. sed ipse D. Panor. intelligit hoc prędecedere, quando talia bona temporalia fuerunt per principem secularem concessa ecclesiæ in feudum, iuxta ea, quę habentur in dicto ca. verum, extra de foro compet. sed si non fuissent concessa in feud. sed liberaliter donata ecclesię, non tenetur prælatus prętare homagium, alleg. Inno. in c. solitę, extra de mai. & obe. Quandoq; vero eccl. concedit alteri in feudum, & circa hoc aduertite, quia prælati prohibentur infeudare de nouo, res autem solitas infeudare bene possunt, ca. ii. extra de feu. † Sed hic cadit pulchra dubitatio, quantum tempus requiratur ad hoc, vt inducatur consuetudo infeudandi bona ecclesię? Bald. in c. j. in ti. qui feud. dare pos. in iii. colum. distinguit hoc modo, aut infeudatio est damnosa ecclesię, & hoc casu requiritur tantum tempus, cuius initii memoria non extat. In contrarium aut infeudatio est vtilis ecclesię, & tunc sufficiunt xxx. anni: aut est dubium, & tunc requiritur tempus xl. annorum. Et hoc modo dicit posse concordari opinionem Docto. circa hoc variantium, & nihil allegat. Sed in veritate primum mẽbrum distinctionis Bal. non videtur verum, quia quando infeudatio esset damnosa ecclesiæ non induceretur consuetudo etiam per tempus, cuius initii memoria non extat in cõtrarium, tex. est in c. primo, de consue. lib. vi. Non obstat, si dicatur, quod tale tempus habet vim priuilegii, c. super quibusdam, §. prętera, extra de verbo. signifi. & l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidi. & æsti. quia respondetur, quod iura proxime allegata debent limitari, nisi consuetudo sit minus damnosa eccle. dicto c. primo, extra de consue. lib. vi. Item secundum membrum distinctionis Bal. non videtur esse verũ, quia nos habemus, quod contra ecclesiam non præscribitur minori tempore xl. annorum, authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. & c. de quarta, extra de prescrip. vnde dum Bal. dicit de tempore xxx. annorum, non videtur bene dicere. Præterea, quando constaret, quod infeudatio esset vtilis ecclesiæ vel necessaria, prælatus cum consensu capituli adhibitis etiam aliis solemnitatibus requisitis bene posset infeudare, etiam si esset res non consueta infeudari, ca. ad nostram, extra de rebus ec. non alien. Vnde mihi magis placet opin. Iacob. de Bel. & And. de Iser. in dicto c. primo, qui feudare pos. dum dicunt, quod ad inducendum istam consuetudinem infeudandi bona ecclesiæ requiritur tempus lx. annorum. Ego hanc opi. comprobo, quia sicut ad præscribendum contra ecclesiam requiritur illud tempus, vt supra, ita & ad inducendum consuetudinem contra ecclesiam requiruntur etiam xl. anni. Ita dicit D. Panorm. in c. fi. in ix. colu. extra de consue. allegat Inno. in c. cum dilectus, illo eo. titu. Item pro ista opinione facit, quia quando inducitur consuetudo contra ius, requiritur tempus xl. annorum, vt notatur in c. fi. extra de consuetu. libro vi. Sed ista consuetudo est cõtra ius, patet, quia res ecclesiæ aliter prohiberetur alienari & infeudari, c. nulli, & c. si quis præsbyterorum, extra de rebus ecc. non alie. & l. iubemus. C. de sacrosan. ecc. Aduerte tamẽ quia ad istam consuetudinem inducendam requiruntur alia. Nam requiritur, quod consuetudo sit rationabilis, & non damnosa ecclesiæ, dicto c. primo, extra de consuet. lib. vi. Secundo requiritur tacitus consensus capituli, quemad-

modum

modum dicimus, ꝙ ad inducendam conſuetudinem in populo requiritur tacitus conſenſus populi, l. de quibus, ff. de legibus. Tertio requiritur, quod ſaltem bis in xl. annis illa res fuerit infeudata, ar. l. iii. in fi. C. de epi. au. Ita dicit Iac. de Bel. in præal. c. primo, in ti. qui feu. dare poſ. Ego addo Io. de Im. idem volentem in c. ii. in vlt. char. extra de feu. Poteſtis addere aliud requiſitum, quia ad inducendum iſtam conſuetudinem infeudādi bona eccleſiæ requiritur bona fides, per ea, quæ habentur in c. fi. extra de præſump. & in c. fi. extra de conſuet. lib. vi. Aliquando tamen prelatus poteſt infeudare quantumcunque ſit res, circa quam non erat inducta conſuetudo infeudandi. Accipe exemplum, quādo feudatarius eccleſiæ alienauit rem feudalem in potentiorem, & eccleſia non poteſt recuperare. Nam tunc poterit infeudari potē tiori ad finem, quod recuperet, ita dicit eleganter Bald. in d. c. j. in ver. abbatiſſa, in ti. qui feu. dare poſ. allegat tex. no. in c. ii. extra de feu. Non obſtat ſi dicatis, quod prælatus erit periurus, quia iurare non tenetur infeudare Roma. Pont. in conſulto, quia reſpondet Bald. loco quo ſupra, quod quamuis ſit periurus, non tamen eſt depoſitus, l. iubemus, §. œconomus, C. de ſacroſan. ec. Vnum etiam notetis, quod quantumcunque ſit res conſueta infeudari, ſi tamen feudum reuertatur ad eccleſiam, & ipſa eccleſia reperiatur egens, de pauper tate potius debebit retinere illam rem, quam infeudare alteri. Ita dicit Ia. de Bel. in præall. c. j. qui feu. dare poſ. allegat tex.
38 in auth. vt determina. ſit num. cleri. † Quid autem, ſi eccleſia conſueuit infeudare in maſculos tantum, & concedit in feudum alicui recipienti pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis tam maſculis, quam fœminis, vtrum infeudatio reſpectu fœminarum valebit? Ia. de Bel. in præal. c. j. arguit ad partes vtraſque, & tandem concludit, quod non, niſi præceſſiſſent benemerita recipientis, alleg. c. j. in ti. quemad. feud. ad filiam pertine. non præcedentibus autem ipſius benemeritis, non valeret illa infeudatio, quantum ad fœminas, quia conſuetudo non debet extendi de perſona ad perſonam, argu. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac. no. in c. fi. extra de offi. archid. Sed an ſaltem valebit, quantum ad maſculos? Bal. in præalle. cap. primo, in verbo, abbatiſſa, in ti. qui feu. dare poſ. determinat quod ſic, allegat l. ſi Titio & ei. ff. de le. ii. Addite vos Io. de Imo. idem determinantem in d. c. ii. in vltim. charta, extra de feu. Et pro hoc facit, quia in diuiduis & ſeparabilibus vtile per inutile non vitiatur, vt vult glo. in l. pecuniæ fœnebris, ff. de vſu. no. in l. j. §. ſi poſtulanti, ff. de verbo. obli. habetur in l. Sancimus.
39 C. de donat. Quid autem ſi ſit inducta conſuetudo in eccleſia infeudandi vnam vel duas res, an prælatus poterit infeudare alias res? Concludite quod non, quia talis conſuetudo non debet extendi de re ad rem, l. prima, §. Iulianus. ff. de iti. actuque priua. Et hoc eſt quod vult Bald. in præal. c. j. in verbo, abbatiſſa. vbi dicit, quod conſuetudo habet tantum de potentia, quantum de actu. Si ergo conſuetudo eſt inducta circa vnam vel duas res, non debet extendi ad alias res eiuſdem eccl. † An autem ille, qui tenet in feu. ab eccl. poterit eādem rem infeudare alteri? Ia. de Bel. in præal. c. j. in ti. qui feu. dare poſ. determinat quod ſic, tribus tamen cōcurrentibus. Primo, quod infeudet perſonæ æquali. Secundo, quod infeudet ſub eiſdem pactis & conditionibus, ſub quibus ipſe hēt. Tertio, quod infeudatio non fiat in fraudem. De hoc habetis optimum tex. cum glo. ordi. in c. primo, §. præterea, in tit. de cap. Corra. in lib. feu. Limitabitis tamen determinationē iſtam, niſi eſſet feu. decimale, nam ſi laicus canonice & legitime fuerit inueſtitus ab eccleſia de aliquibus decimis, talis feudatarius non poterit infeudare alium laicum de eiuſdem decimis. Ita voluit Inno. Hoſtien. Ioan. Andre. Ioan. de Lign. & D. Panormi. in c. prohibemus, extra de decim. Et dicit ibidem ipſe Panormi. quod Doct. communiter ita tenent, quicquid ſentiat glo. ibidem. Dicit etiam Iac. de Bel. in præalle. c. j. in ti. qui feu. dare poſ. quod ſi eccleſia receperit feudum ab aliquo, poterit eam rem infeudare alteri ſeruatis his, quæ habentur per glo. in præalleg. c. primo, §. præterea, in ti. de cap.
41 Corradi. † Quæro, vtrum ille, qui tenet feudum ab eccleſia, poſſit illud vendere cum conſenſu prelati illius eccleſiæ? Cōcludite quod ſi vellet vendere agnato proximiori ſucceſſuro in illo feudo, poteſt hoc facere etiam ſine conſenſu prela ti, c. primo, §. & ſi clientulus, in ver. fratri. in tit. de feu. alien. ſi autem velit vendere alteri, Ia. de Bel. in præal. c. primo, in tit. qui feu. dare poſ. dat duo remedia. Primum remedium eſt, quod ipſe vaſallus eccleſiæ vendat cum conſenſu prælati, & tutius eſſet etiam habere conſenſum capituli, & paciſci expreſſe ante contractum, in ipſo contractu, & poſt contractum, quod emptor debeat recognoſcere eccleſiam in dominam, & recognoſcere illud feudum ab ea, & ei ſeruire de illo feudo. Secūdum remedium, quādo magis frequentatur, quod ipſe vaſallus eccleſiæ refutet illud feudum in manibus prælati, & ipſe prælatus det poſtea emere volēti. Et ſi ille volens emere timeat periculum euictionis, ſtipuletur de euictione ab ipſo vaſallo, & faciat ſibi caueri de idemnitate. An autem talis refutatio habeat preiudicare agnatis, tangitur in c. j. in ti. de vaſal. decrep. ęta. & in c. Titius, in ti. ſi de feu. de fun. fue. controuer.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum, villa, & municipium, in quo differant.*
2 *Ædificare caſtrum vel fortalitium, an alicui liceat in ſolo proprio.*
3 *Pertinentia caſtri, qualiter ſit conſideranda.*
4 *Princeps concedens vel donans alicui caſtrum, an intelligatur concedere vel donare iuriſdictionem.*
5 *Princeps vendens caſtrum, an & iuriſdictionem vendere cenſeatur.*
6 *Recognoſcens ſe tenere caſtrum in feudum, an intelligendus ſit recognoſcere iuriſdictionem.*
7 *Conceſſio alicuius caſtri, an compræhendat molendina in aquis illius caſtri ſita.*
8 *Vendito territorio, an cenſatur vendita quælibet iuriſdictio.*
9 *Vendens caſtrum, an intelligantur etiam venditi vaſalli ſi quiin illo ſint.*
10 *Inuadente aliquo caſtrum alienum, an poſſit princeps confirmare ipſi in inuaſori.*
11 *Tempore guerræ, an poſſit dominus ſuperior ponere cuſtodes in caſtro, quod tenetur in feudum.*
12 *Vendens caſtrum reſeruata quadam domo, an poterit poſtea illam domū in fortalitium ædificare.*
13 *Verba generalia ſunt ciuiliter, & prout ratio dictat, intelligenda.*
14 *Duobus vnum caſtrum poſſidentibus, ſi vnus expellat alium, an ille expulſus poſſit cedere omnia iura ſua alteri.*
15 *Expenſę factæ in rerum cuſtodia, quo caſu ſint repetendæ, vel non.*
16 *Caſtrum an in dubio præſumatur feudale.*
17 *Fideiuſſor, qui fideiuſſit pro Caſtellano alicuius caſtri, an teneatur pro robaria facta per ipſum Caſtellanum in territorio illius caſtri.*
18 *Prædones caſtrorum cadentes a poſſeſſione nunquam poſſunt vendicare.*
19 *Papa concedens alicui caſtrum in feudum, an cenſeatur etiam concedere ſpiritualia.*
20 *Princeps, an inuito vaſallo & prelato poſſit ponere armigeros, vel cuſtodes in campanili eccleſię*
21 *Caſtellanus inuitatus ab inimicis, an poſſit tractare cum ipſis domino ignorante.*
22 *Caſtellanus, qui promiſit caſtrum non ponere in manus inimicorum, tenetur de hoc curam adhibere.*
23 *Vendens caſtrum, an teneatur vſq; ad illius traditionem cuſtodire.*
24 *Caſtro commiſſo ſub protectione, an etiam cenſeatur commiſſa iuriſdictio.*

DE caſtro rubei montis. Ibi de caſtro.

1 † Quę differentia ſit inter caſtrum, villam, & municipium, videte per Bar. in l. j. §. j. ff. de lib. agnoſ. per Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. no. in l. ſi hęres. §. vi
2 cis, ff. de lega. j. † An liceat in ſolo proprio ædificare caſtrum ſeu fortalitium, & an caſtrum dirutum liceat reædificare, ha
4 betur no. per Inn. in c. Piſanis, extra de reſti. ſpo. † Et habetis in iſta materia notare, quod caſtro pro pertinentiis nil corporale attributum eſt, niſi quod a principe vel ſtatuto ſit aſſignatum. Ita dicit Innoc. in c. cum ad ſedem. extra de reſtitu. ſpo. Et dicit Bal. in c. j. in ii. colum. in titu. de conſue. recti feu. in libro feu. quod caſtro nulla ineſt iuriſdi. actiue, quia nullum eſt illi aſſignatum territorium, quod dicitur a terrendo, l. pupillus, §. territorium, ff. de ver. ſig. Iuriſdictio autem paſſiua bene ineſt caſtro, l. nulli, §. quod ſi in vico, C. de epi. & cle. & §. ſi quis autem ex qualibet, cum ſua glo. in Auth. quibus mo. na. effi. ſui. Et quod nullum corporale pro pertinentiis ſit attributum caſtro a principe vel ſtatuto aſſignatum, tenet etiam Ioan. An. in nouel. in c. ſi ciuitas, extra de ſenten. excommu. lib. vi. Optime faciunt no. per Bar. in extrau. quoniam nuper. in verbo, Lombardiæ. Et per eundem Barto. in
4 ſuo conſilio incipien. Quæritur vtrum iuriſdictio. † Sed an ſi princeps concedat, vel donet mihi caſtrum, intelligatur conceſſiſſe ſeu donaſſe iuriſdictionem? Bart. in l. ſi quando. ad fi. col. C. de bo. vacan. lib. x. determinat quod ſic eandem opin. tenet Bal. in l. cum multa. C. de bonis quę lib. vbi dicit, quod ſi Imperator vel eccleſia Romana concedat alicui caſtrum, videtur illud conceſſiſſe cum pleniſſima iuriſdictione, quia beneficium principis debet latiſſime interpretari. l. beneficium, ff. de conſti. prin. & c. cum dilecti. in fin. extra de dona. Eandem opi. tenet Ang. in l. prima, §. qui mandatam. ad fin colum. ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdict. Idem voluit D. Pe. de Anch. in c. pręterea, extra de offi. & pot. iud. delega. De qua materia vide per Bar. in locis allega. per eundem in l. ii. ff. de ver. ſig. Et per Gul. de Cu. & Bal. in l. j. §. cum vrbem, ff. de

ff.de offi.præfec.vrb.& per eundem Bal.in l.fi. ff. de conſtit. prin.Et per eundem in c.primo,in ti.de cap.qui curiam ven. di.& per eundem Bal.in l.pe.C.de conditio.inſer.per Spe. & Ioan.And in ti.de iuriſdi.omnium iud.in §.j.per Do. Floria.
5 de ſancto Petro,in l.j.§.j.ff.de vſufru.pe.† Quid autem ſi prin ceps vendat mihi caſtrum,an videatur vendidiſſe iuriſdictio nem in illo.vide no.per Bar.in l.inter eos,ff.de acqui.rerum domi.in pœna noua,quia aliqui libri non habent lectam il
6 lam rubricam. † Sed quid ſi quis recognoſcat ſe tenere in feudum tale caſtrum a tali Duce vel Marchione,an videatur recognouiſſe iuriſdictionem & territorium? Olddr.multum ſolenniter diſputauit iſtam quæſtionem, & eius argumenta & motiua pro vtraque parte refert Bal. in præalle.c. primo, in ti.de cap.qui curiam vendi.& eandem videtur determina- re,quod non,niſi obſeruantia,vel communis modus loquē di, vel alius actus exterior aliam interpretationem inducat. Eandem opin.tenuit Iaco.Alua.ibi in d.c.j.Ego addo Albe. de Roſa.idem volen.in l.fi.C.de iuriſdi. omn.iudi.vbi etiam no.dicit,quod ſi Rex concedat mihi caſtrum cum omni iu- re, quod ibi habetur, nunquam tamen videtur conceſſiſſe jus regium,quod ibi habet nō ſicut dominus, ſed tanquam Rex, quia tale ius regium in ſpecie veriſimiliter non fuiſſet cōceſſurus,ergo non debet venire in conceſſione generali,
7 ar.l.obligatione generali.ff.de pign.† Quæro etiam,Imperator conceſſit mihi caſtrum,an videatur mihi conceſſiſſe mo lendina,quæ ſunt in acquis dicti caſtri Bal.& Iacob.Alua.in præal.c.j.in ti.de capi.qui curiam vendi.concludunt, quod ſi princeps conceſſiſſet mihi iuriſdictionem , per hoc non in- telligeretur conceſſiſſe molendina , quia licet iuriſdictio ſit ſub Imperatore , tamen molendina non ſunt imperatoria. alle.l.ſed Celſus in §.j.ff.de contrahen.emp.& ea quæ haben tur per gl.in l.inter publica.ff.de verbo.ſigniſi.Si autem con- cedat mihi caſtrum cum pertinentiis, & omnibus iuribus ſpectantibus ad illud caſtrum , tunc bene venient molendi- na,dummodo ſint ipſius concedentis,ſecus ſi eſſent priuata rum perſonarum,quia illa non intelligerentur conceſſa,al- legant l.Publius,§.j.ff.de condi.& demon.Addit Bal. ibidem quod in generali conceſſione facta titulo lucratiuo,non ve- nit niſi ius,quod habet ipſe conceſſor,l.traditio. ff. de acqui.
8 rerum dom.† Sed ponamus,quod Baro habet certa prædia, in quibus habet quaſdam domos, in quibus facit colligi pe- dagium,& exigi a tranſeuntibus, habet etiam ibi furcas ere ctas, quæ ſunt ſignum meri Imperii , ipſe vendidit mihi illa prædia cum omni iure,quod ibi habet,an videatur mihi vē didiſſe merum imperium,quod ſignificabatur per illam ere ctionem furcarum, & an videatur mihi vendidiſſe ius colli gendi pedagium ſeu paſſagium? Bal. eleganter in l.a procu- ratore,C.mandat.determinat quod non, quia aliud eſt pro- prietas feudorū,& aliud proprietas iuriſdictionis, vnde vno conceſſo,non intelligitur conceſſum aliud per ea , quę no. ſcribit Inno.in c.ex literis,extra de iure patro.Non obſtant il la verba generalia,cum omni iure quod ibi habet,quia ſecū dum Bal.debent referri ad ea,quæ ſunt de natura rerum vē- ditarum,vt vult Innocen.in dicto cap.ex literis.facit l.ſtipula tus.ff.de vſur.Addite Bald.in d.l.a procuratore,quod ſi Baro vult vti dictis domibus pro colligendo paſſagio,debebit ſol-
9 uere penſionem emptori. † Dubitatur etiam,quid ſi vendo tibi caſtrum,& ibi habeo homines vaſallos,nunquid ſub vē ditione caſtri veniēt illi vaſalli? Bal.in c.in generali,in ti.ſi de feu.defunct. fue contro.determinat quod non,quia caſtrum ſunt meri & habitationes, vaſalli autem ſunt quid nobilius, quia homo eſt digniſſima creaturarum,l.iuſtiſſime.ff.de ęd. edi.Item contra,ſi vendidi tibi homines meos vaſallos,quos habeo in tali caſtro , non tamen videor vendidiſſe caſtrum, quod vaſalli ſunt pars,& non totum,vnde non compræhen dit illud quod differt corpore & ſignificatione , ſecundum
10 Bal.in dicto c.in generali.† Vnum etiam notetis,quod inua denti caſtrum alienum de facto,princeps non poteſt confir- mare ipſi inuaſori caſtrum , maxime & per ſurreptionem,
11 gl.no.in l.ſi qua,C.de fun.& ſal.rei dominicæ, lib.x.† Quęro, vtrum tempore guer.dominus ſuperior poſſit ponere cuſto des in caſtro,quod tenetur in feudum ab ipſo domino? Ang. in auth.nunc ſi hæres.C.de litigi.& per illum textum deter- minat quod ſic.Subiungit ibidem, quod ille qui habet deci- mam in aliquo territorio,poteſt ibi apponere cuſtodes pro ſuo intereſſe,ne decipiatur in decima per poſſeſſores, alleg. l.ſi ita,§.dominus,ff.de vſu & habi.vbi Alber.de Roſa. idem determinat,& ita me conſulente fuit iudicatum in quadam cauſa vertente inter dominum Laynici,& populares,qui te
12 nentur ſoluere decimam caſtro Laynici.† Quæro †etiam,q- dam vendidit mihi caſtrum reſeruata quadam domo , & antequam traderet mihi caſtrum,fecit fieri vnum magnum fortilitium in illa domo,an hoc facere potuerit de iure? Cō- condite quod non , quia venditor nedum tenetur mihi ple-

ne tradere,ſed etiam tenetur mihi tradere tuto,& libere. Et quia fecit illud fortilitium in illa domo , nō ſinit me tuto & libere poſſidere,c.Piſanis.extra de reſti.ſpo Et hoc eſt de mē te Bar.in l.ratio,§.primo,ff.de act.emp. Addo Bald.idem ex- preſſe volen.in l.j.C.de pac.inter emp.& ven.Pone,princeps conceſſit mihi caſtrum ſeu caſtellaniam cum quarta parte obuentionum.Modo contingit , quod quidam de illo loco commiſerunt delicta contra ipſum principem , per quæ de- bebant perdere bona, an debeam habere quartam partem illorum bonorum? Videtur dicendum quod ſic, quia ſocius ſocio communicat etiam ea,quæ ſibi debentur propter de- lictum,l.cum duobus,§.pen.ff.pro ſocio. Item nomen obuē tionum eſt generaliſſimum,vt no.in l.ſi vrbana.ff. de condi. indebi. In contrarium facit,quia illud, quod alicui debetur in vindictam ſuæ iniuriæ,non debet alteri conferre , tex. cū glo.in l.cum emancipati.§.emancipatur,ff.de colla. bon. Et hoc fortificatur optima ratione , vt ipſe princeps habeat vl- tionem ſuę iniuriæ,tex.eſt no.in c.j.§.pen.in tit.quæ ſi prima cauſa benefi.amit.in lib.feu.Secus ſi eſſent pœnæ,quæ debe- rentur ex aliis delictis inter alios commiſſis, quia tunc debe rem habere quartam partem obuentionum. Et iſtam partē teneatis,quam tenet Bal.in d.c.primo,in pen.col.in ti. de ca- pi.qui curiam vendi.in vſib.feu. Ad iura ſupra proxime con traria allegata reſpondebitis , & primo ad l. cum duobus. §. pe.quod multa ſunt ſpecialia in ſocietate vniuerſali.hinc vi demus, quod dominium tranſit ſine traditione per contra- ctum ſocietatis vniuerſalis,l.ii.ff.pro ſocio.l.j.§.j. cum ſua gl. C.de vſuca.pro dote.Ad aliud,dum dicebam,per verbum ge
13 nerale debet generaliter intelligi : † reſpondere,quod verba generalia debent intelligi ciuiliter , & prout ratio dictat , & non abuſiue.l.ſi cui,ff.de ſer.tit.generali.l.creditor,§.Lucius. ff.manda.& l.obligatione generali,ff.de pign.& c.in genera- li,in ti.ſi de feu.defun.fue.contro. Quæro etiam,mulier dedit viro in dotem vnum caſtrum cum iuriſdictione in territo- rio illius caſtri,quidam homines commiſerunt certa malefi cia,propter quæ eorum bona fuerunt confiſcata, vel pœnæ & mulctæ fuerunt contra eos impoſitæ , an pertinebunt ad maritum,an vero ad mulierem? Concludite, quod pertine- bunt ad maritum,quia ſunt fructus iuriſdictionis, & fructus rerum dotalium ſpectant ad maritum pro oneribus matri- monii,l.pro oneribus,C.de iure do.Ita no. determinat Bart. in l.fina.in princip.ff.ſolu. matrimoni. Et homnes ſequuntur.
14 † Item quæro , ſunt duo fratres habentes vnum caſtrum cō- mune,vnus expulit alium de facto, exputſus iuit ad quandā ciuitatem ibi propinquam,& mediante certa pecunia cedit illi ciuitati omnia iura ſua in illo caſtro,an ceſſio ſit valida? Concludite quod non,& ſequitur Pau.de Ca.in l.cum alle- gas,C.ne fiſ.uel.reſpub.procur. ali. patro.cau.præſti. Vlterius quæro,princeps tempore Guerræ indigebat fortilitio ſui va ſalli, vt habilius poſſet facere Guerram contra hoſtes,ipſe princeps cepit illud caſtrum,quod facere potuit etiam inui- to vaſallo,l.ii.C.de naui.non excuſau.lib.xi.Et ipſe princeps, vt melius poſſet bellare,fortificauit illud caſtrum , & ibi fe- cit magnam impenſam , finita guerra vaſallus repetit illud caſtrum:princeps dicit,quod ſibi refici impenſam factam in fortificatione illius caſtri,an debeat ſibi refici per vaſallum? Concludite quod non:quia principaliter fecit illam impen ſam ad ſui vtilitatem,licet ſecundario cedat in vtilitatem va ſalli,ſed inſpicimus , quod principaliter agitur, l. ſi quis nec cauſam,ff.ſi certum pet.l.j.ff.de autho. tuto.bene faciunt ea, quę habentur in l.ii.§.idem Labeo,ff. ne quid in loco publi. & in l.fi.ff.de impen.in re.do.fac.& in l.ex duobus,ff. de neg. geſt. Ita in terminis decidit Bal.in ti.ff.de offi.procon.& lega. Et quod in caſu prædicto princeps etiam inuito vaſallo poſ ſit fortificare caſtrum,tenet Albe.de Roſa.in l.fi.ff.de vſu, &
15 habit. † Dubitatur , legatario eſt legatum caſtrum vel fortili- tium,adueniente conditione legati,hęrus petit expenſas me dio tempore factas pro cuſtodia illius caſtri, an poſſit talem impenſam,vel mulier ſoluto matrimonio repetit caſtrum, quod viro dederat in dotem , vir ſeu eius hęres petit impen ſam factam pro cuſtodia illius caſtri,an poſſit ? Concludite quod non,quia quotieſcunque ex natura ipſius contractus, vel quaſi,vel vi obligationis quis tenetur ad cuſtodiam , nō poteſt repetere impenſam factam pro cuſtodia, alias ſic, ita volunt Ang.& Imo.in l.ſumptus.ff.de leg.j. Et dicunt hoc eſ ſe notandum,quia ſæpe oritur contentio inter magnos do- minos de impenſa cuſtodiæ, quando agitur de reſtitutione ciuitatum,vel caſtrorum,& tenebitis menti dictam diuiſio-
16 nem. † Item quæro, an caſtrum pręſumatur eſſe feudale? ego ſępe conſului,quod non,niſi aliter probetur,quia res non p̄ ſumitur eſſe feudalis,imo libera & allodialis , niſi probetur aliter. Ad hoc adduco no. per Ioan.An.in addi.ad Spe.in tit. de feu.§.quoniam ſuper homagiis.ver.xxx.in quadam addi- tione,quia incipit,ceſſante.& itā vult Bald. in c.inter filiam.

in titu.

Source : BIU Cujas

in titu.ſi de feu.defun.fuc. contro.Et idem Bald.in c.i.§.ſi autem.circa iiii.col in ti.de controuer.inueſt.& idem Bal.in l. libertas.ff.de ſtatu homi.& in auth.ſicut.C.de ſacroſan.eccl. Et probatur optima ratione,quia feudum eſt ſpecies ſeruitutis,glo.nota.in l.ſi cuius,§.j.ff.de vſufru. Et omnis res præſumitur libera,non autem ſeruilis,niſi conſtet de contrario l. altius.C.de ſeru.& aqua.Pro ſententia prędicta adduco Bal. in c.ſignificauit extra de reſcrip.vbi dicitur,quod etiam Comitatus præſumitur allodialis,niſi probetur feudalis,quia ſecundum eum omnis lex præſumitur libera,ſi tamen tenens caſtrum prætenderet habere iuriſdictionem,certe illa iuriſdictio non præſumeretur teneri iure priuato, ſed potius iure publico,quod cõſiſtit in magiſtratibus.l.j.§. huius ſtudii.ff.de iuſti.& iure. quod eſt de iuriſdi. vt patet in definitione ipſius iuriſdictionis,quia eſt poteſtas de publico introducta, l. j. ff. de iuriſdi.omnium iud.no.per glo.magnam circa medium, in §.iuſiurandum vero.in Auth.de defen.ciuita.Et ipſa iuriſdictio tanquam minus plena deriuatur a pleniſſima, quæ eſt in principe.l.j.in prin.ff.de offi.eius,cui man. eſt iuriſdi.& l.more.& l.& quia.in verbo principaliter, ff.de iuriſdi.omn. iudi.Stant enim ſimul,quod corpora locorum, puta caſtrũ iure priuato tenerentur, & ſint allodialia, & tamen iuriſdictio iure publico teneatur,vt patet ex notatis per Innocen. in c.cæterum.extra de iudi.dum facit differentiam inter feudum rerum,& feudum iuriſdictionis. Et ita in propriis terminis decidit Pau.de Caſtr.in ſuo conſilio clxiiii. quod incipit,In nomine Domini amen. in cauſa, quam magnificus
17 habet,in ix.col.illius conſilii.†Item quæro,fideiuſſor, qui fideiuſſit pro caſtellano caſtri ſeu rochæ, an teneatur pro robaria facta per ipſum caſtellanum in territorio ipſius caſtri? Bal.in l.j.in prin.ff.de magi.conuen.determinat,q̃ non,quia fideiuſſit apud rempublicam,non autem apud priuatos,qđ notetis,ſed ego limitarem iſtud dictum, niſi forma fideiuſſionis eſſet late concepta,iuxta ea,quæ infra dicam.Sed ponamus, princeps commiſit cuſtodiam caſtri alicui caſtellano,deinde fuit facta violentia illi cuſtodi per inimicos,an ipſe caſtellanus tenebitur?Diſtingue,quod aut illa violentia p̃ceſſit culpa caſtellani,puta, quia non habebat arma ad ſe defendendum, vel non habebat victualia neceſſaria, & tunc ipſe tenetur,ar.l.ſi merces.§.culpa.ff.loca. Aut non præceſſit culpa,& tunc non tenetur,l.quæ fortuitis.C. de pigno. acti.
18 †Item prædones caſtrorum debent eſſe aduiſati, ne cadant a poſſeſſione,quia ſi caderent,non poſſent vendicare, imo etiam debent eſſe aduiſati illi, qui a principio incœperunt poſſidere caſtrum etiam bona fide ſine titulo,quia ſi poſſeſſio reuerteretur ad verum dominum caſtri, non poſſent vẽdicare caſtrum a vero domino.Iſta ſunt verba Ang.in l.ſi qs
19 emptionis.C.de præſcri.xxx.vel xl. annorum.†Quid autem, ſi Papa concedat caſtrum in feudum alicui Comiti,an in tali generali poſſeſſione veniant ſpiritualia?Innocen.in c.ex literis.extra de iure patron. determinat quod non.Sed quæro, vtrum ille, qui habet caſtrum in cuſtodiam a principe, debeat credere literis generalibus principis, per quas mandat, quod reddatur caſtrum?Concludite quod non,ſed debet ipſe cuſtos recipere ſigna ſpecialia ſibi a principe data,& ſi credat literis generaliter principis,non excuſatur, immo punitur.Ita eleganter dicit Bal.in c.ſignificauit.extra de app. Vlterius quæro, princeps commiſit cuſtodiam caſtri caſtellano per tempus ſemeſtre, quidam fideiuſſit pro illo caſtellano, deinde in abſentia fideiuſſoris princeps prorogauit illud ſemeſtre ad tantundem tempus, vtrum fideiuſſor tenebitur? Ange.no.in l.ſi vnus.§.ſi cum reo.ff de pactis.determinat, q̃ non.bene facit l.ſi cum Hermes.C.loca.Item fideiuſſores cuſtodum caſtrorum, & fortilitiorum non tenentur ex eo,q̃ ipſi cuſtodes,& caſtellani fuerint condemnati ob proditionem factam Ita no.dicit Alber. de Roſa. in l.j.ff. de in litem iurand.Ego limitarem hoc procedere,niſi forma fideiuſſionis fuiſſet late concepta,per ea,quæ habentur in l.fideiuſſores magiſtratuum,ff.de fide. Et notabitis,quod ille princeps dicitur poſſidere caſtrum,ad cuius inſtãtiam ibi ponitur caſtellanus. Ita dicit Bal.in l. traditionibus.in princip. colum.
20 C.de pactis. †Sed dubitatur, vtrum princeps inuito vaſallo poſſit ponere gentes armatas, vel cuſtodes ſuper campanili,vel turri eccleſiæ,inuito prælato?Videtur prima facie dicẽdum,quod non,quia res eccleſię prohibentur alienari. ca.ſi nẽ exceptione.xii.q.ii.& c.nulli.extra de rebus eccl.non alie. & l.iubemus.C.de ſacroſan.eccl.Ergo multo minus debent poſſe occupari.Item in re propria quilibet eſt moderator & arbiter.l.in re mandata.C.manda.In contrarium facit,quia princeps hoc facit tempore guerræ pro defenſione patriæ, & reipub.& nos habemus,quod vtilitas publica eſt præferẽda priuatæ.l.vnica.§.pen.C. de ca.tol. Et iſta ſecunda opinio eſt verior de iure,vt voluit Iaco. de Raue.Pet.de Bellaper.& Ang.in l.nullius.C.de ſumma Tri. & fide catho.Ad argumẽta in contrarium facta reſpondetur,& primo ad iura allegata prohibentia res eccleſię alienari,q̃ iſta non eſt alienatio, ſed pro neceſſitate incumbenti,& pro defenſione reipu.Ad l.in re mandata.dicite,quod procedit,dummodo ille, cuius eſt res,diſponat,ſeu diſponere velit ſecundum iuris ordina-
21 tionem †Haberis etiam notare, quod caſtellanus inuitatus ab inimicis vt prodat caſtrum, poteſt attendere ad illam inuitationem, & facere duplicem tractatum, ſed cum inimicis, prius tamen hoc nunciato domino caſtri.Ita dicit Ang. in l.quicunque.C.de ſer.fugi.Et idem voluit ipſe Ang.in l.ſi quis ſeruo perſuaſerit.& per illum tex.C.de fur.ego non lau-
22 do,quod ita fiat.†Item caſtellanus, qui promiſit non ponere caſtrum in manibus inimicorum, tenetur etiam curare, ne caſtrum deueniat ad manus ipſorum inimicorum, alioquin ſi poſſet impedire & non impediat, dicitur prodere caſtrum l.ſi.C.de acqui.poſ.Ita determinat Ang.in l.non impoſſibile.in ſi col.ff.de pac. Non obſtat,quod habetur in l.culpa caret.ff.de reg.iu.& in l.metum.§.ſed licet.ff.quod metus cauſa.vbi habetur,quod ille,qui poteſt impedire offenſam committendam in alium,& non impedit, non tenetur:quia reſpondetur,quod illa iura loquuntur, quando quis non eſt obligatus ad impediendum, ſed ſecus eſt in caſu noſtro. An autem ille, qui non eſt obligatus impedire offenſam committendam in alium, licet non teneatur in foro contentioſo,an ſaltem teneatur in foro conſcientiæ?vide glo. in dicta l.culpa caret.dicit etiam ipſe Ang.in l.metum.ff. quod met. cau.Nota contra miſeros caſtellanos,& cuſtodes caſtri, qui immediate cum intelligunt obſeſſionem caſtri eſſe fiendam per inimicos,illico recedunt, nam male faciunt,& ſunt puniendi,non enim ad ſonum tubę,vel eorum debent recedere de caſtro, ſed viriliter ſe defendere, ſi tamen inimici iam inuaſiſſent,& caſtellanus poſtea recedat, non eſt puniendus quod notetis.dicit etiam Bal.in c.illud,extra de maio.& ob. quod caſtellanus non debet exire de caſtro etiam pro dando ſubſidium toti ciuitati.dicit etiam Salic. in l.prima. C.de cuſto.& exhib.reo. quod caſtellani caſtrorum & rocharum debent de nocte cuſtodias duplicare, alias eis imputabitur.
23 †Quæro etiam,quidam vendidit mihi caſtrum,nunquid antequam accipiam poſſeſſionem, teneatur ipſe vẽditor illud cuſtodire?Bal.in l.ſi traditio.C.de act.emp.determinat,quod ſic.Moueo etiam vobis elegantem dubitationem, quidam promiſit alteri accomodare caſtrum ſuum, ſeu turrim contra oẽm hoiẽ,vtrum ipſe promiſſor tenebitur accõmodare contra ſemetipſum?Concludite quod non,ita vult glo. ord. in c.petitio.extra de iureiuran.Et eſt ratio, quia in generali ſermone non cõpræhenditur perſona loquentis.l.inquiſitio.C.de ſolu.Et hanc opin.tenuerunt Docto.in l.frater a fratre.ff.de condi.indebi.plus voluit Cy. & Bald. in dicta l.cum acutiſſimi.C.de fideiuſſor.quod non tenebitur, neque contra ſemetipſum, neque contra eius deſcendentes.Plus voluit ipſe Baldus in l.prima,xliiii.quæſtion.ff.de rerum diuiſione. quod non tenebitur accommodare contra p̃ximos ſuos,allegat.l.humanitatis.C.de excu.tu.Sed contra proxime dicta videtur eſſe tex.in c.primo.in fi.in titulo hic finitur lex,& incipiunt conſuetu.reg.vbi habetur, quod vaſallus tenetur ad iuuare dominum contra patrem, & contra filios. Sed pro concordia,dicetis,ſecundum Alber.de Roſa.in dicta l.ſi frater a fratre.quod tex.in dicto § fi. loquitur in vaſallo,qui p̃pter iuramentum fidelitatis,quod tenet a domino,eſt obligatus iuuare dominum:nos vero loquimur in alio,quam in vaſallo.In quęſtione prædicta, vt ipſe teneretur accommodare contra patrem & contra filios, videte omnino Bart. in l.conſulari.ff.de ſena. & Bald. in l.dominos. in antepenulti. columna.C.quod cum eo.Aduertite etiam,quia ille,qui p̃miſit accommodare caſtrum,ſeu turrim cõtra omnem hominem,non tenetur contra ſuam propriam ciuitatem, ſeu patriam.ita vult glo.valde notabilis in c.de forma.xxii.quæſtio.v.habetur per Bal.in c.primo,in princip.in titu.de noua forma fide.in ii.columna.Non teneretur etiam accommodare contra Papam per no.in dicto ca.petitio.neque etiam contra Impertorem.cap.imperialem:§.fi.in titulo de prohibita alie.feu.per Federi.neque etiam ille,qui promiſiſſet ſuo Baroni accommodare caſtrum, ſeu turrim contra hominẽ teneretur contra Regem ſuperiorem, qui non recognoſceret ſuperiorem,per not.per Specu.in titulo de feudis.§.ſecũdo,ver.quinto dico.& per Bal.in dicto c.imperialem §. fina.
24 quaſi ad finem eo.Et hęc bene notetis. †Adhuc dubitatur, quod ſi caſtrum committitur ſub protectione, & regimine alicuius, an ille dicatur habere iuriſdictionem in illo caſtro,vt ſingulariter per Barto.in leg.prima, C. de excuſatione mino.

SVMMARIVM.

1 *Merum imperium quomodo diffiniatur.*

2 *Nobilis*

Source : BIU Cujas

2 *Nobilis quid consequatur, dum illi castrum conceditur.*
3 *Carcer est quadruplex.*
4 *Inuestitus de castro cum mero imperio, an possit omnia quæ sunt meri imperii.*
5 *Inuestitus de castro cum mero imperio, an poterit bannire subditum.*
6 *Pœnæ pecuniariæ, an sint meri imperii.*
7 *Nobilis inuestitus de castro, cum iurisdictione tantum, an possit concedere statuta in suo territorio.*
8 *Inuestitus cum iurisdictione de aliquo castro, an possit facere confiscationem omnium bonorum alicuius, aut gratiam dare condemnato ad mortem.*
9 *Merum habens imperium, an habebit cognoscere de causis appellationum.*
10 *Inuestitus cum iurisdictione tantum, an poterit dare licentiam tollendi corpora suspensorum ad furcas.*
11 *Verba ista, do & concedo tibi tale castrum cum plena iurisdictione, an includat merum imperium.*
12 *Verba ista, omnimodā iurisdictionem, quid importent.*
13 *Merum imperium, an possit per prescriptionem aut consuetudinem acquiri.*
14 *Merum imperium non potest contra Imperatorem prescribi.*
15 *Vacante imperio succedit ecclesia, sed an poterit currere præscriptio.*
16 *Merum, mixtumque habens imperium, & omnimodam iurisdictionem in aliquo loco, an poterim imponere talis sen collectas, aut noua pedagia. & num. 18.*
17 *Merum habēs imperium in aliquo loco, an debeat succedre decedentibus absque herede.*
19 *Merum habens in aliquo loco imperium, an poterit prescribere ius colligendi pedagium in loco suo.*
20 *Vsus colligendi pedagia per tempus, cuius initii memoria non extat in contrarium, præsumitur iustius.*
21 *Vasallus, an & quanto tempore possit prescribere, aut acquirere ius pedagiandi.*

CVm mero, mixto imperio.

1 & omnimoda iurisdictione. † Ibi cū mero. Hic ante omnia est videndum de diffinitione meri imperii. Bar. in l. imperium. ff. de iurisdi. omnium iud. sic definit, merum imperium est iurisdictio, quæ expeditur officio iudicis, publicam vtilitatem concernens: Addit Bart. ibidem quod sub hac diffi. comprænduntur etiam nedum causæ inquisitionis, hoc est, quando iudex super criminibus procedit per inquisitionem, iuxta c. inquisitionis. extra de accu. & no. in l. ea quidem. C. de accu. & in l. ii. §. si publ. ff. de adul. sed etiam causæ accusatio nis: nam causæ istę criminales expediuntur officio iudi. nobili: nō autem expediuntur per actiones, quibus deseruiat iudicis officium mercenarium, sed ipse Bar. in hoc videtur sentire contrarium in l. iudex. ff. de re iu. Sed vos teneatis opi. Barto. in dicta l. imperium. & saluando Bar. a contrarietate, potestis dicere quod in l. iudex, supra allegata, loquitur de officio iudicis, quod deseruit accusationi iam institutæ, puta in citando, seu dando dilationes, sed in d. l. imperium, loquitur de officio iudicis nobili, quo īstituitur accusatio, s. quando accusator petit reum a iudice puniri, & pro ista opi. est optimus tex. in l. placet. C. de peda. iud. in ver. quod non ita. dum tex. ibi dicit, ex officio, & indubitanter ille tex. loquitur de officio iudicis nobili, alioquin ille ver. nō differret a principio illius l. & dicitur ibi, quod causæ īdelegabiles expediuntur officio iudicis, subaudi nobili. Et illę causæ indelegabiles sunt causę meri imperii. l. j. in prin. ff. de officio eius cui man. est iurisdi. Non obstat l. illicitas. §. fi. ff. de ōf ficio præsi. quia respondetur, quod loquitur in mulcta, & magna est differentia inter pœnam. & mulctam. l. aliud. §. inter mulctam. & l. si qua. cum gl. ff. de ver. sig. Et plus arbitrii habet iudex in mulcta, quam in pœna, vt no. per Bar. in l. j. in fi. ff. de pœn. & in d. l. si qua pœna. & per Canon. in c. nisi specia
a litas. extra de offi. leg. † Sed quæro, quid consequitur nobilis, quando illi castrum conceditur cum mero imperio? Concludite, quod poterit animaduertere in facinorosos homines, & imponere, seu imponi facere pœnam mortis vel mutilationis, prout qualitas delicti exigit. l. imperium. ibi, animaduertendi in facinorosos homines, ff. de iurisdictio. omn. iudicum. Item in suo territorio, in quo habet merum imperium, poterit erigere furcas. Nam erectio furcarum est signū meri imperii, vt dicit Bal. in l. prima. C. vt nemi. liceat sine iudi. auct. prædiis alien. sig. impo. vnde infert ibidem, quod si inter duas ciuitates sit contentio de mero imperio, non licebit alteri earum lite pendente erigere furcas, alioquin altera pars poterit propria auctoritate euelliere. l. j. C. vt nemini lic. sine iudi. auct. sig. imp. & c. quia erectio furcarum sit signum meri imperii. vult etiam Bald. in l. a procuratore. C. mand. habetur per eundem Baldum in c. primo, in ti. quid sit inuestitura, & per Ang. in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufru. Item poterit ipse nobilis inuestitus de castro cum mero imperio carcerare, seu carcerari facere subditos, vel alios delinquentes in
3 suo territorio. † Aduertite tamen pro declaratione, q̄ quadruplex est carcer. Quidam enim est perpetuę pœnæ, iuxta dispositionem sacrorum canonum aliquando imponentiū pœnam perpetui carceris. c. nouimus. ext. de ver. sig. habetur in c. cum non ab homine. & in c. atti clerici. extra de iudic. Et isto casu, quia pœna perpetui carceris equiparatur pœnæ mortis, vt voluit Innocen. in c. qualiter & quando. extra de accu. isto casu carcer est meri imperii. Aliquando carcer est modicę coerctionis, vt est dare exemplum, quando baiulus, seu nuncius, alicuius facit fallam ambasiatā: nam index pō test eum iubere detrudi in carcerem, l. ii. C. de sportu. & hoc casu carcer non est meri imperii. Aliquando vero carcer fit gratia custodiæ, & tunc debemus inspicere causam, propter quam. Nam si fiat causa litis pecuniariæ, non erit meri imperii, sed iurisdictionis, si vero fiat ex causa criminis perpetrati, tunc carcer erit meri imperii. Aliquando carcer est domesticus, qui tamen non permittitur nisi in casibus a iure de officio præsi. Et hoc modo carcer non est sub aliquo gradu iurisdictionis, quia permittitur etiam priuato. Doctrinam præ dictam de quadruplici specie carceris Bal. ponit in dicta l. imperium. in prima lect. ff. de iurisd. omnium iud. nam bis legit
4 illam l. † Item inuestitus de castro cum mero imperio poterit tormentare, seu tormentari facere, quia talis tormentatio est meri imperii, & ideo est indelegabilis, §. si vero ignoti. in Auth. de testi. Item poterit absoluere in causa criminali, quia talis absolutoria est de mero imperio, sicut condemnatoria in causa criminali. Nam absolutoria, & condemnatoria non differunt penes speciem iurisdictionis, licet differant quantum ad formam pronunciationis, & ideo talis absolutoria in causa criminali non poterit delegari, sicut nec condemnatoria. tex. est no. in l. solent. ff. de offi. proconsu. & lega. † Item inuestitus de castro cum mero imperio, poterit bānire subditum, quia bannire est de mero imperio. l. illicitas. §. qui vniuersas. & ibi Bal. hoc notat. ff. de offi. præsi. Item po
6 terit relegare, quia relegatio est de mero imperio, secundū Bal. in d. l. imperium. allegat ea, quæ habentur in §. item relegati. Insti. quib. mo. ius pa. po. sol. Item poterit fustigare, quia fustigatio est meri imperii, & vbi non exigitur plena cause cognitio, est de mero imperio, per no. in l. ictus fustium. ff. de his, qui no. infa. & l. leuia. ff. de accu. Et ita no. Bal. in d. l. imperium. † Sed an pœnę pecuniarię dicantur esse de mero imperio? Bar. in d. l. imperium. ff. de iurisdi. omnium iudi. probat q̄ mulcta seu pœna, quantumcunque leuis, est de mero imero imperio, & propterea videtur quod Baldus male dixerit in l. fi. ff. de off. prę fe. vigil. vbi dicit, quod si papa seu princeps cō cedat mihi nomina in tali castro, excepto mero imperio, q̄ isto casu omnes pœnæ pecuniarię pertinebunt ad me, quia non compræhēduntur sub reseruatione meri imperii. Et ex
7 mente Bar. in d. l. imperium, tenet opi. Bar. contra Bald. † An autem nobilis inuestitus de castro cum iurisdictione tātum possit condere statuta in suo territorio? Ange. mirabiliter in d. l. imperii. in iii. colum. determinat, quod non, quia condere legem est de mero imperio, vnde nō competit alii, quam principi. l. non ambigitur. ff. de legi. Ego tenerem cōtra Ang. quia potestas statuendi dependet ab habēte iurisdictionem. Item notant Can. in c. cum omnes. & in c. cum accessissent. extra de const. & Ang. in l. j. ff. quod quisque iuris. no. per Barto. in l. omnes populi. ff. de justi. & iure. vnde si nobilis est inuestitus de castro cum iurisdictione, etiam si sit appositā dictio taxatiua, tantum, tamen poterit condere statuta. Ad motiua Ang. ego responderem fatendo, quod condere legē vniuersalem est de mero imperio supremo, sed condere legem particularem est magis iurisdictionis simplicis, quam meri imperii, vt supra probaui. Et propterea Bal. eleganter in l. nulli. C. de sen. & interlo. om. iu. quærit an condere statuta, sit meri imperii, an vero iurisdictionis? Et respondetur, quod aut loquimur complexiue, & tunc est meri imperii, quia bene possent fieri statuta de reseruatis principi: aut loquimur distributiue, & tunc debemus inspicere qualitatem materiæ subiectæ, si ergo nobilis est inuestitus cum mero ac mixto imperio, & iurisdictione omnimoda, indubitanter in terra
8 sua poterit facere statuta etiam pœnalia. † Sed an inuestitus taliter poterit facere cōfiscationem omnium bonorum alicuius? Vt dicendum, q̄ non, per l. j. & etiam in rub. C. ne sine iuss. princi. li. confi. in ꝙrium determinabitis, quia glo. ibidem determinat, q̄ habentes merum imperium bene pñt confiscare. & videte ibidem plene per Bar. de Sa. Sed an īuestitus modo, quo supra post latam sn̄iam in cā capitali poterit facere gratiam condemnato? Concludit q̄ non, sed rescribere principi, l. j. §. j. ff. de qō. & l. diui fratres. ff. de pœ. Et ita colligitur ex no. p̄ Bar. & cæteros. in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iud.

Source : BIU Cujas

iud.& ꝑ Bal.in d.l.imperium.in j.lec. vbi numerat oĩa reſer-
9 uata principi.†Sed an ille,cui conceſſum fuit merum impe-
rium,habebit cognoſcere de cauſis appellationum, vt ecce
habens merum mixtumq; imperium, & omnimodam iu-
riſdictionem in loco,vbi conſtituit ptãtem,ſeu vicarium ge-
neralem habentem ordinariam iuriſdictionem, vertitur cã
corã illo ordinario,pars quæ ſuccubuit, appellauit ad dñm
illius loci,qui ibi hẽt merum imperium, & omnimodã iu-
riſdõnem,an poterit cognoſcere de ipſa appellatione?¦Con-
cludite ꝙ non, quia cognitio ipſarum cãrum appellationũ
non venit in gñali conceſſione meri, & mixti imperii & oĩ
7 natio. † Vlterius quæro, nunquid flumina veniant in conceſſione feudorum, puta, quia Princeps dicit, concedo, tibi tale caſtrum cum territorio de tali flumine uſq; ad tale. Arc. format iſtam quęſtionē in capitulo, eccleſias. xiij. quæſtione prima, & concludit, quod veniunt flumina propter iſtam dictionem, De, Ad, & vſque, & veniunt vbi incipiunt, & vbi finiunt. Et ita determinat Baldus no. in capitulo primo, §. ſi quis de manſo. in penul. columna. in titulo de controuer. inueſti. & etiam propter iſtam dictionem, ad, quę eſt adiunctiua, vt volunt præfati Docto. in locis allegatis. Et an iſta dictio, vſque, ſtet incluſiue, vide per Bartol. in l. patronus. §. primo & ſecundo. ff. de leg. 3. & per eundem in l. meminiſſe, ff. de offi. Proconſul. & Lega. & per Bald. in authentic. cui re
8 lictum. C. de interd. vi. toll. † Sed ponamus, quod flumen ſit in confinio duarum ciuitatum, ſed duorum territoriorū, reſpondeo, præſumitur eſſe cuiuſlibet vſque ad medium fluminis. l. arbor. ff. communi diui. & ideo in iis, quæ continentur vſque ad medium fluminis præſumptio eſt pro vtraque ciuitate, quoad iuriſdictionem. ita no. Bar. in tra. Tiberiadis, in x. columna, in verſicu. Item videndum eſt. & etiam voluit Baldus in capitulo ex literis. circa penul. column. ext. de probatio. quod eſt bene notandum. Limitetis tamen hoc eſſe verum, niſi per alteram ciuitatem tantum fuiſſet illud flumen poſſeſſum, quia tunc iuriſdictio, & diſtrictus pertineret ſo-
9 lum ad illam ciuitatem. Sed † pro declarati one, quando quis dicatur poſſidere, vel quaſi aliquod flumen, reſpondeo, q̄ ille, qui habet imperium & iuriſdictionem in illo flumine, præſumitur illud poſſidere, ita dicit Bar. in tract. Tiberiadis. ſub rubrica de alueo. Et eſt de mēte Bal. in l. ſi plures. in x. columna. C. de conditio. inſer. Et hoc notetis, quia ſępe contingit, & hoc multum facit contra Brixienſes pro Veronenſi-
X bus. Nam ciuitas & Domini Veronæ, qui pro ſuis temporibus fuerunt, ſemper exercuerunt imperium & iuriſdictionem in lacu Gardæ, & ideo dicuntur poſſediſſe illum lacum, & adeo, quod ita fuit determinatum per magnificum con-
10 ſilium Sapientium ciuitatis Venetiarum. † Vnum etiam notetis, quod ſicut in terra eſt dare iuriſdictionem & imperiū, ita & in aquis & fluminibus. Ita determinat expreſſe Ange. in l. inſulæ Italiæ, ff. de iudi. & Bartol. in lege prima. C. de claſ. libr. xi. Et not. cano. in capitulo vbi periculum. extra. de elec. libr. vi. Et ex hoc infert Angel. in d. l. inſulæ. ff. de iudi. quod ſi maleficium eſſet commiſſum in mari, in aliquo loco magis propinquo ciuitati ipſarū, iuriſdictio & diſtrictus ſuper
11 ipſo maleficio competeret ipſi ciuitati Piſanæ. † Quo dixi ſupra, ius piſcandi in fluminibus eſſe commune, debet limitari multis modis. Primo ſi flumen eſſet priuatum, quia tūc ei, cuius eſſet, liceret piſcari, & non aliis. tex. eſt in l. iniuriarū actio. ff. de iniur. Secundo fallit, quando quis præſcripſiſſet, vt ſolus piſcaretur in tali loco fluminis. dicta l. iniuriarum actio. §. fina. cum ſequen. Tertio fallit, quando illud ius piſcandi eſſet priuatum, puta, quia Princeps mihi vendidiſſet certam piſcariam in certo loco talis fluminis. Et ita poteſt intelligi capitulo primo, in verſicu. piſcationum redditus. in titulo quæ ſint rega. in li. feudorum. Quarto fallit, quando vicinus meus ſe obligaſſet per ſtipulationem, quod ſibi nec hæredibus ſuis vnquam liceret piſcari in tali flumine, nam tunc talis conuentio eſt valida. text. eſt cum gloſſa in l. venditor. in princip. ff. commun. præd. Et dicit ibi Paul. de Caſtr. q̄ hoc habet locum nedum in mari, ſed etiam in aliis aquis. Quinto fallit, quando eſſet conſuetudo, quod non liceret alicui piſcari in tali flumine niſi pro vſu publico. Nam tunc talis conſuetudo bene valeret. d. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. prædi. Et aduertite, quod iſtud ius piſcandi prę-ſcribitur tanto tempore, cuius initii memoria non extat in contrarium, quia per tempus prædictum prę-ſcribuntur etiam loca publica. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aq. quoti. & æſti.
12 † An autem ſufficiat quem fuiſſe per ſpatium xx. vel xxx. annorum ad hoc, vt alium ſuperuenientem poſſit prohibere piſcari, habetis de hoc gloſſ. ord. in §. flumina. in verſicu. omnibus, inſti. de rerum diui. Per præmiſſa infertur ad quæſtionem, nunquid quis poſſit præſcribere, quod ſolus habeat molendinum in flumine publico? de quo videte Bald. in propriis terminis, in l. Item lapilli. in 2. & 3. quæſtio. ff. de rerum diuiſione.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, inueſtire, quid importet.*
2 *Fodere licet cuilibet in fundo proprio ſine læſione ſuperficierum.*
3 *Princeps inueſtiens vaſallum de caſtro & territorio cum ſalinis, & argentifodinis, an intelligi debeat etiam de ſalinis & argentifodinis repertis in loco publico.*

1 CVm argentifodinis & ſalinis. † Quæro de publica quæſtione, vt ſciamus quem effectum operentur iſta verba in inueſtituris. Quidam priuatus habebat vnum prædium in monte, & ibi erant venæ ſubterraneæ, vbi reperiebantur metalla auri vel argenti, vel cotes, quæ ſunt lapides ad acuendum ferrum, quidam volebat metalla illa fodere ſub dicto prædio, dominus prędii prohibebat, quęritur nunquid hoc poſſit? videtur, quod ſic, quia ſicut quicquid eſt ſupra illud prędium vſque ad cœlum, eſt ipſius priuati, cuius eſt fundus. l. altius. C. de ſer. & aqua. ita quicquid eſt inferius debet pertinere ad ipſum fundum. hinc eſt, quod licitum eſt mihi fodere in fundo meo, dummodo non tangam de fundo vicini mei. l. fluminum. §. fi. & l. Proculus. ff. de dam. infec. Secundo, pro iſta par. tex. in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſolut. mat. vbi ſi in fundo dotali reperiantur lapidicinæ, vel argētifodinę, pertinent ad vxorem, & idem in ſalinis. l. formia, §. ſalinæ. ff. de cenſib. Tertio, iſta ſententia comprobatur per l. venditor. § ſi conſtat. ff. communia prædio. inducendo per locum a ſpeciali. Nam ibi inuito domino fundi licebat fodere lapidicinam, quia conſuetudo loci ita ſe habebat, ergo
2 videtur tenere illa litera, ſecus eſſe de iure communi. † Contrariam ſententiam tenuit Paul. de Caſt. in d. §. ſi vir in fundo. vbi dicit ſe habuiſſe quæſtionem de facto in ciuitate Pergami de quibuſdam, qui per aliquod tempus foderant ſub terra prędiorum priuatarum perſonarum, & ibi reperiebantur cotes, & erāt venæ ſubterraneæ, reperiebatur etiam ibi metallum argenti, conſuluit ipſe Paul. de Caſtro, quod cuilibet licebat ſub terra fodere, ſine lęſione tamen ſuperficici prædiorum propter publicam vtilitatem. allegat text. cum ſua glo. in l. quoſdam. & in l. cuncti. C. de metal. lib. xi. Ad l. venditor. §. ſi conſtat. ipſe reſpondet, quod loquitur in lapidicina, quę reperitur in ſuperficie fundi, qui non poteſt fodi ſine lęſione fundi, vſi inuito dño fundi non licet fodere, niſi conſuetudo habeat contrarium. d. §. ſi conſtat. ſed nos loquimur in venis metallorum argenti & auri, quæ ſub terra reperiuntur, & ſine læſione ſuperficiei fundi poſſunt fodi, & idē dicit in cotib. p̄dictis. Ad tex. in d. §. ſi vir in fundo. ipſe reſpondet, quod debet intelligi ſecundum prædicta. Sed contra iſtam opinionem videtur tex. in cap. i. in verbo, argentariæ. & in ver. ſalinarum. in tit. quę ſint rega. in lib feudorum, vbi text. videtur probare, quod ſalinę & argenti fodinę ſunt de regalibus, & ſic ſpectant ad principem. Domi. Flor. de ſancto Petro, Doc. Bononien. in l. ſed ſi inter duos, alias in l. eqſ ſimum. §. inde eſt quæſitum, ff. de vſufru. dicit, quod quando iſta metalla auri vel argenti reperiuntur in fundis priuatorum, pertinēt ad ipſos priuatos, qui ſunt domini feudorum, ſed ſi reperiantur in locis publicis, tunc pertinent ad principem. d. capitulo primo, in ti. quæ ſint regal. do. Martin. Laud. in dicto capitulo primo, idem videtur velle, quod Dominus Flor. dicens, q̄ ſi ſalinæ reperiuntur in loco publico, ſpectant ad principem, quia ſunt de regalibus. & ita intelligitur tex. in d. capitulo primo, in verbo, ſalinarum. Idem in aurifodinis, & argentifodinis, ſed ſi reperirentur in loco prinato, erunt domini ipſius fundi. pro hac opin. ego allego tex. ad literam
3 in l. 3. in fine. cum ſequen. ff. de reb. eorum. &c. † Ex præmiſſis patet, quem effectum operentur verba prædicta, quando ponuntur in inueſtitura? nam ſi princeps inueſtiat de caſtro & territorio cum ſalinis, & argentifodinis, & ſalinæ ſeu argētifodinæ reperiantur in loco publico, pertinebunt ad ipſum vaſallum, qui eſt loco principis. ſed ſi reperiantur in feudis priuatorum ſpectabunt ad illos, qui ſunt domini illorum. & iſta ſententia videtur mihi de iure verior, & de cotibus prædictis habetis textum in l. cotem ferro. & in l. Cæſar. ff. de Publica.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Filius, an possit feudum paternum acceptare, & repudiare hæreditatem paternam.*
2 *Regula, quòd filius debet simul acceptare feudum & hæreditatem paternam, aut vtrumque repudiare.*
3 *Titulus, an filius vel agnatus, qualiter sit interpretandus. & numero 4. & 5.*
6 *Stante statuto quòd femina excludatur ab hereditate paterna, an si pater habeat feudum ad fœminas transibile, an virtute talis statuti excludatur femina ab ipso feudo.*
7 *Filius si uiuente patre renuntiet hereditati paternæ cum iuramento, an excludetur à feudo paterno.*
8 *Filius, an beneficio inuentarii possit acceptare feudum paternum, & hæreditatem patris.*
9 *Filius renuntians feudo & hereditati paternę, an si postea illa possideat sit liber à seruitutibus feudalibus, aut oneribus hereditariis.*
10 *Carboniana bonorum possessio, vel bonorum possessio ventris nomine, an habeant locum in feudalibus.*
11 *Nepos repudians hereditatem patris, an possit succedere auo in feudo auito.*
12 *Pater acquirens feudum de nouo, an possit illud stipulari vni ex filiis, ita quòd alii nihil habeant.*
13 *Mortuo patre infeudato, an continuetur possessio feudi in filium.*
14 *Filius, an succedat in feudo prescripto per patrem.*

ITa quod ipsi inuestiti habeant. † Quæro vtrum filius possit acceptare feudum paternum, & repudiare hereditatem paternam. Concludite quod non, imo habet necesse aut acceptare vtrunque, aut vtrunque repudiare, secus est in agnato, quia potest acceptare feudum & repudiare hereditatem. tex. est in c.i. in tit. an filius vel agnat. Ratio diuersitatis, est, quia filius habet feudum mediante patre, vnde venit, ex persona patris, cum oritur a patre, sed agnatus non sic capi. i. in titu. de grad. succe. in feud. & in cap. i. in ti. de succes. feud.

2 † Regulam prędictam, quod filius habet necesse vtrumque acceptare, vel vtrumq; repudiare, limitabitis multis modis. Primo, vt procedat, quando inuestitura est facta alicui pro se & hæredibus suis, nam hoc casu non potest filius vasalli acceptare feudum & repudiare hereditatem, sed habet necesse vtrumque acceptare, vel repudiare vtrumque. Et ita intelligitur ille titulus, an fil. vel agna. Secus si inuestitura esset facta pro se & filiis suis, vel pro se, & liberis suis. nam hoc casu liberi possent acceptare feudum, & repudiare hæreditatem, argum. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. libe. & l. cum patronus. §. cum libertus. & l. si operarum. ff. eodem titu. Hanc limitationem dedit Iac. de Ar. Veronen. & idem voluit Andr. de Iser. in d. capitu. i. & idem And. in c. i. §. hoc quoque. in tit. de succes. feudorum. Hanc eandem opi. tenuit Ia. de Bel. in capitu. i. in ti. de eo qui sibi & hære. suis. Bald. quoque in d. capit. i. in titu. an filius vel agna sequitur istam sententiam faciendo tres casus. Primus, est quando quis accepit feudum simpliciter. Secundus, quando accepit pro se & hæredibus suis. Et istis duobus casibus, secundum eum, habet locum titulus, an filius vel agnatus. Tertius est casus, quando accepit feudum pro se & filiis suis, vel pro se & liberis suis, & hoc casu liberi potuerunt retinere feudum, & repudiare bona hæreditaria. Addo vobis Ioan. de Imo. idem volentem in capitulo, ex parte. in fin. xv. colum. extr. de feu. & ibidem dicit Imo. quod ista

3 est communis opinio † Secunda limitatio est, quia titulus, an filius vel agnatus debet intelligi quãdo filius incepit. primo acceptare feudum, nam tunc non potest repudiare here. paternam, sed habet necesse vtrunque acceptare, sed si primo incępisset acceptare hereditatem paternam, bene posset postea repudiare feudum paternum inuito domino, capitul. i. in titu. de vasal. qui contra constitu. Lotha. Et hanc limitationem ponit Odof. in summa sua, sub rubricel. Vtrum quis possit repudiare hæreditatem patris. & placet Bal. & Iacob. Alu.

4 in d.c.i. † Tertia limitatio est, vt titu. an filius vel agna. debeat intelligi, quando ad filium aliquid peruenit de hęredita. paterna, vel peruenire potest, alioquin si nihil in bonis habet pater, & ipse pater alienasset feudum, tunc fil. admitteretur ad illud feu. quamuis nihil de bonis hæreditariis haberet. Ita dicit eleganter Iacob. de Bel. in capitu. Titius. in fin. colum. in tit. si de feu. defun. fue. controu. in li. feud. Hoc dictum sequitur Bal. in l. cum secundum. in fin. colum. C. de fideicommis. Addite Ioan. Rey. idem volentem in suo commento c. imperialem. verfic. pœna. in vii. colum. in ti. de prohib. alien. feud. per Fede. Et placet D. Mart. Laud. in d. capitulo primo, an fil.

5 vel agn. † Quarta limitatio est, quia text. in d. capit. i. an fil. vel ag. debet intelligi, quando filius potest habere hæreditatem patris, puta, quia fuit hæres institutus a patre, vel succedit ab intest. Alioquin si esset institutus in re certa, vel solummodo in legitima, alio vniuersaliter instituto, tunc licet filius non dicatur hæres patris, vt habetur in l. si quis priore. ff. ad Treb. & in l. quoties. ff. de hære. inst. tamen poterit habere feudum paternum, secundum Iacob. de Ardi. & Iacob. de Belui. & Iacob. Alu. in d. capitulo primo. Et hoc casu secundum eos nõ tenebitur filius respondere pro oneribus hæreditatis. Idem dicit Bald. in eo. capitulo primo, quando filius esset pręteritus in test. paterno, nec necessitabitur, annullare testamentũ paternum, quia nullum est in eius fauorem, vt habetur in l. filio prætherito. ff. de iniu. rup. irritoque test. ergo potest renuntiare. l. si iudex circumuento. §. de min. & l. si quis in conscribendo, C. de pact. Idem in exhæredato a patre, quia non obstante exhæredatione poterit habere feu. auitum, secun. An. de Iser. in c. i. in tit. de suc. feu. de quo per Iaco. Aluar. in d. tit.

6 an filius, vel agna. † Quinta limitatio est, quia si vigore statuti filia excluditur ab hæreditate paterna, & pater haberet feudum, quod transiret ad fœminas, posset illa filia habere feudum, quantumcunque sit excluſa ab hęreditate paterna, & hoc est de mente Bal. in d. l. cum secundum. in fin. & de mente eiusdem in dicto capit. j. an filius vel agna. Et hoc expresse

7 vult ibi Iacob. Alua. † Sexta est limitatio, quam ponit Bald. in eodem cap. primo, dicens, quod si filius viuente patre renuntiet hęreditati paternæ cum iuramento quod facere potest, vt habetur in capitulo quamuis, ext. de pac. li. vi. tamen mortuo patre poterit habere feudum paternum, quamuis renunciauerit hęreditati paternę. Et ibi dicit Bald. quod ista cautela non fuit ab aliis adinuenta, neque excogitata. Et pro ista limitatione facit, quia in generali renunciatione hęreditatis paternæ non comprehenditur feudum, secundum Bal. in authen. in successione. C. de suis, & legit. Optime facit tex. in cap. in generali. in titu. si de feud. defun. fuerit controuers.

8 † Septima fuit limitatio And. de Isern. in d. cap. j. an filius, vel agna. & cæteri sequuntur. dicit enim, quod filius potest acceptare feudum paternum, & hæreditatem patris beneficio inuentarij. Et istud inuentarium est magnæ vtilitatis, quia libe rabit bona feudalia ab oneribus hęreditariis, & solum tenebitur filius creditoribus hæreditariis, iuxta facultates hęreditatis paternæ, quod est valde notandum. Vos autem dicite, quòd licet dictum Andr. de Iser. sit verum. pro quo faciunt not. in l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberand. tamen iudicio meo ista proprie non est limitatio, seu fallentia ad capitu. primum. an filius vel agna. quia hoc casu filius bene habet vtrunque, licet hęreditatem paternam acceptauerit

9 cum beneficio inuentarij. † Sed pone, filius renunciauit feudo, & hæreditati paternæ, deinde reperitur tenere ipsum feudum, vel hæreditatem paternam, nunquid tenebitur ad seruitia feudi, & ad onera hęreditaria? Iac. de Ardi. & Iaco. Alua. in d. cap. j. an filius vel agna. determinabant quòd sic, per

10 l. si is qui. ff. de acquirend. hęredita. † An Carboniana bonorum possessio, de qua in l. j. C. de Carbon. edict. vel bonorum possessio ventris nomine habeant locum in feudalibus? Bal. eleganter in dicto cap. j determinat quod sic, & cæteri sequũtur per rationem leg. j. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam.

11 † Quæro vlterius, nepos vult repudiare hęreditatem patris, succedere auo in feudo auito nunquid possit? Odoffred. dicebat, quod non, per generalitatem sæpe allegat. titu. an filius, vel agna. Et idem videtur velle Bald. in l. qui se patris. C. vnde libe. Sed ipsemet Bald. in dicto cap. primo. an filius, vel agna. circa hoc eleganter distinguit hoc modo, aut filius decessit in tali statu, in quo potest habere hæredem, aut non. Primo casu distinguendum est, quia aut ipsi filio erat feudum acquisitum, & tunc nepos non potest venire ex persona aui ad illud feudum, sed oportet, quod tunc veniat tanquam hęres hęredis. l. finali. C. de hæredibus instituend. aut ipsi filio non erat feudum acquisitum, & tunc quia ex persona patris non potest venire, quia respectu patris feudum est caducum, ideo nepos admittetur ex persona aui. Secundo casu quando decessit filius in tali statu, in quo poterat habere hęredem: tunc dicit Baldus, quod feudum est separatum ab hæreditate, & ideo nepos potest illud obtinere ex persona aui? Et hanc distinctionem sequitur Iacob. Aluarot. & Domi. Mart. Laud. in dicto capitu. primo. Dicebat tamen Ioan. de Blonoſco, quod nepos non potest admitti ad feudum auitum ex persona aui, nisi fuisset cõceptus tempore mortis ipsius aui, per leg. Titius. ff. de suis, & legitimis. & per l. si quis filium. C. de inofficio. testamẽ. Sed hoc est falsum, secundum Baldum in dicto capitu. primo. quia cum liberi succedant vsque ad infinitum, capitu. primo. §. cum vero Corradus, in tit. qui feud. dare poss. & agna. saltem vsque ad septimum gradum, vt habetur in c. j. §. hoc quoque. in ti. de suc. feu. impossibile esset dicere, cp omnes essent concepti tempore mortis eius, qui fuit stirps cõis agnationis. Et talis impossibilitas patet per rerum

Source : BIU Cujas

naturam, & ideo non indiget probatione, vt inquit tex. in l. vbi autem non apparet. §. illud. legum, nam ipsa manifestissima est. ff. de verb. obl. Addite vos, quod Bal. tenet eandem sententiam in l. si in persona. C. de fideic. vbi dicit q̃ ētnepos conceptus post mortē aui est successibilis in feudo. & hoc placet D. Mar. Lau. in d. c. i. §. hoc quoq;, in ti. de suc. feu. Ad l. Titius. & ad l. si quis filium. s̄. in contrarium allegatas respondebitis, quod loquuntur in successione hæreditaria, sed in feudalibus nepos non succedit tànquam in re hæreditaria, sed tanquam ex prouidentia principali: vel aliter, successio feudorum non defertur ex lege ciuili, communi, vel prætoria, sed beneficio Corradi, & ex moribus ampliandis be-
12 neficium Corradi. dicto, §. cum vero Corradus. † Sed quæro, pater acquirit feudum de nouo nunquid potest illud feudū stipulari vbi ex filiis, ita quod alii nihil habeant? Bald. in l. i. in 38. quæstio. ff. de rerum diuisi. determinat quod sic per ea, quæ habentur in l. auus. ff. de pac. & in l. continuus, §. fina. ff.
13 de verborum obligationibus. † Item quæro, nunqd mortuo patre infeudato continuetur possessio feudi in filium? Bald. in l. cum antiquioribus. circa ix. colu. vbi tractat materiam primogenitur̃. C. de iure delibe. videtur velle quod sic. Sed in contrarium est veritas, quia possessio feudi non transit ēt in filium nisi sit apprehensa, per no. per gl. in l. cum miles. ff. ex quibus cau. maior. facit l. cum hæres. in princip. ff. de acqui. poss. Et hanc sententiam tenuit Io. Rey. in commento. c. imperialem. §. prēterea si quis infeudatus, in tit. de proh. alie. feud. per Feder. & Bald. expresse in c. i. in ii. colum. in titu. qd
14 sit inuesti. † An autem filius succedat in feudo præscripto p̃ patrem? Videtur quod non, quia non dicitur esse vera inuestitura. Cōtrarium determinabitis, in primis auctoritate Bal. in c. fina. in tit. de feu. da. in vicem le. commissoriæ. Mouetur Bald. quod præscriptio æquipollet veritati, vt nota. in l. i. C. de seruitu. & aqua. Et hanc sententiam dicit probari in d. capit. fi. vbi dicitur, quod si quis per xxx. annos tenuit rem tāquam feudalem prēstando seruitia domino, deinde moriatur, filius succedit in tali feudo præscripto. Secundo comprobabitis hanc decisionem auctoritate eiusdem Bald. in l. liberti. C. de oper. liber. & placet Domi. Mar. Laud. in c. i. in i. colum. in ti. quibus mo. feu. consti. po. quod noteris. Quæro etiam, vasallus decessit relicto filio, & dominus cōsentientib. agnatis inuestiuit illum filium tanquam de feudo nouo, licet esset feudum antiquum deinde moritur filius inuestitus sine liberis, an agnati, succedāt in illo feudo, an vero dominus superior illius feudi? glo. no. in d. c. i. in tit. an filius vel agn. determinat quod agnati erunt exclusi. Et hanc sententiam secuti fuerūt Iacob. de Ardi. & And. de Iser. Bald. & Iaco. Aluarot. ibidem. Sed ponamus, quod non consentientibus agnatis fuisset ille filius inuestitus tāquam de feudo nouo, vbi tamen erat feudum antiquū, an talis inuestitura præiudicabit agnatis? Bal. quem cæteri sequuntur in dicto c. i. proxime allegato, determinat quod non, quod dominus in præiudicium agnatorū non potest mutare, seu alterare naturam feudi, argu. l. fina. ff. de pact. & l. si post mortem. §. fin. ff. de bo. poss. cont. tab. Et ista theorica multū bene probatur in dicto ca. i. an filius vel agna. Eodem modo vasallus in prēiudicium agnatorum nihil potest facere in feudo antiquo. Hæc regula probatur in c. i. in §. & eorum. & ibi Bald. in titu. de vasal. decrep. ætatis, & quia regulam habemus, quod mortuo patre filius infra annum & diem debeat facere sibi renouare inuestituram, cap. imperialem. §. si quis infeudatus, in tit. de prohi. alie. feud. per Fed. alias priuabitur feudo, vt ibi quæro, an sufficiet probare lapsum anni & diei a morte patris? Cōcludite, quod nō, sed oportet etiam probare, quod filius se immiscuit hæreditati paternæ habendo scientiam mortis paternæ. Item oportet probare, quod habebat conscientiam qualitatis feu. & nisi probentur, non poterit priuari feu. licet sit lapsum tēpus anni. ita eleganter determinat Bal. & cæteri sequuntur, in c. i. in titu. de capi. Corra. quod est bene notandum in practica. Et hanc opinionem sequutus est clarissimus Docto. Alexand. de Imo. suo consil. lxxix. quasi ad fin. in i. volumine suorum consiliorum.

SVMMARIVM.

1 *Verba ista, Et quibus concedere, & alienare voluerint, quid importent.*
2 *Verba, ista, cui ius dabit, in inuestitura feudali apposita, non debent alterare naturam feudi.*
3 *Inuestitura feudali facta non data licentia alienandi, an poterit taliter in feudatus subinfeudare alium sine licentia domini.*
4 *Subinfeudatio non durat, nisi ad uitam subinfeudantis.*
5 *Subinfeudans, an possit aliquid sibi de feudo retinere.*
6 *Dominus superior, an possit compellere vasallum vasalli sui ad sibi seruiendum.*
7 *Præscriptio ueniens in sequelam tituli, ad quem peruenit titulus, ad eundem reuertitur ius præscriptionis.*
8 *Vasallus, an sine licentia domini possit rem feudalem concedere in emphyteusim.*
9 *Vasallus, an possit rem feudalem concedere ad libellum.*
10 *Vasallus, an in re feudali possit constituere seruitutem.*
11 *Vasallo remittente suis hominib. aliquod seruitium, si feudum ad dominū reuertatur, an tenebitur stare illi remissioni.*
12 *Liberum dominium non habens non potest libere transferre rem, sed cū sua qualitate.*
13 *Vasallus, an possit in re feudali alteri constituere vsumfructum.*
14 *Vasallus, an possit concedere annuos fructus in re feudali. & numero 15.*
16 *Vasallus, an de rebus suis feudalibus possit in testamento relinquere pauperibus.*
17 *Vasallus, an pro filia sua maritanda possit dare feudum in dotem.*
18 *Mulier habens feudum, an possit illud marito dare in dotem.*
19 *Maritus, an possit in feudo constituere uxori suæ donationem propter nuptias.*

ITa etiam quòd ipsi vasalli,
1 & eorum hæredes, & successores, & quibus concedere, & alienare voluerint, habeant & possideant. † Quæro, quem effectum importent ista verba, Et quibus concedere & alienare voluerint? In hoc reperio varias opin. nam Spe. in ti. de lo c. §. nunc aliqua. ver. 94. refert opi. Ia. de Bel. & dicit, quod essent apposita in inuestitura, tamen vasallus seu emphyteuta non poterit alienare rem feudalem seu emphyteuticam sine consensu domini, quia verba prędicta debent intelligi secundum naturam contractus. l. si stipulatus. ff. de vsur. & l. si vno. ff. loca. Et cum ista opi. transit Ioan. And. ibi in add. ad Specu. Bal. autem in l. i. in xlv. q. ff. de rerum diui. dicit, quod quando in inuestitura feudi sunt apposita ista uerba, Concedo tibi rem in feudum pro te & hæredibus tuis, & cui concedere seu alienare volueris, ista verba important liberam potestatem alienandi dictum feudum etiam sine licentia domini. allegat tex. ad literam, in c. i. in ti. de feu. non haben. propri. natu. feu. Idem in effectu voluit ipse Bal. in l. liberti, libertęque. in pe. columna. C. de ope. lib. Bar. de Sal. in l. fin. in pen. column. C. de iure emphy. etiam tenet contra opin. Spec. mouetur, quia nisi ita dicamus verba prædicta nihil operarentur, contra c. si papa. de priui. lib. vi. & l. si quando. ff. de leg. i. Subiungit tamen, qd̃ verba prędicta non importabunt, quod dominus videatur remisisse laudemium, quod debebat consequi ex illa alienatione, & putat Iac. de Bel. ita voluisse Ang. quoque. in l. cum essent. §. per plurium. ff. de ser. rust. pr. etiam tenet contra Spe. dicens quod per ista verba, & quibus concedere voluerit, datur libera potestas alienandi etiam sine licentia domini. Io. de Imo. in cap. voluit, in antepenul. char. ext. de loc. etiam tenet contra opinionem Speculato. per rationem prędictam, quia alias verba prędicta nihil operarentur, subdit tamen tenendum esse menti dictum Speculat. cum quo transit Ioan. Andr. & ideo secundum eum dubium esset tenere contrarium Io. Rey. in suo commento. c. imperialem. §. habito. circa. 3. colum. in tit. de prohi. feu. al. per Fed. hanc opinionem reducit ad concordiam, hoc modo, aut in inuestitura sunt apposita ista verba, Ita quod tu & hęredes tui, & quibus dare & concedere volueris, idem habeant, & isto casu poterit vasallus alienare sine licentia domini propter illud verbum. Habeant, quod debet intelligi cum effectu, ita quod vasallus habeat liberam potestatem alienandi, & quod ille, in quem alienabit, habeat illud feudum. allegat l. habere, duobus modis. & l. id apud. ff. de ver. sig. Et ita secundum eum proprie loquitur tex. in d. c. vnico, in tit. de feu. non habenti propriam naturam feu. Aut simpliciter sunt apposita ista verba, Et quibus concedere seu alienare volueris, vel inuestiuit vasallum cum pacto, quod posset alienare, & isto casu nō poterit alienare sine licentia domini. & ita intelligatur opi. Spe. In secreto iuris putarem, q̃ quando dominus in inuestitura dat licē tiam alienandi, vel apponit illa verba, Et quibus concedere vel alienare volueris, quod hoc casu vasallus possit alienare sine licentia domini, vt volunt Bal. Sal. Ang. & Imo. in locis allegatis, quia alias istud pactum nihil operaretur. Et D. Alexan. de Imo. in suo consi. alias x. iii. volum. tenet contra Spe.
2 tenebitis tamen menti concor. Io. Rey. † Quid autem si in inuestitura essent apposita ista verba, concedo tibi talem rem in feudum pro te & tuis hæredibus. &, cui ius dabit? Bald. in d. l. libe. in penult. colum. dicit quod per ista verba, cui ius dabit, nō intelligitur alterata natura feudi, imo important meram naturam feudi, quia inuestitor retulit pactum ad ius. allegat no. per Bar. in simili, in l. Caius, ff. so. mat. faciunt no. ī l.
3 qui mutuā. ff. mand. † Sed ponamus, q̃ in inuestitura non sit data licentia vasallo, neque tacite, neque expresse alienandi

feudum

Source : BIU Cujas

feudum, vtrum ipſe vaſallus inueſtitus de feudo poſſit ſubinfeudare alium de eodem feudo ſine licentia domini: Videtur prima facie dicendum, quod non, quia infeudando dicitur vaſallus alienare, quia transfert vtile dominium. l. fin. C. de re. alien. non alien. & alienatio eſt interdicta vaſallo ſine licentia domini. c. imperialē, in prin. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. in vſi. feud. In contrarium determinabitis per text. in c. i. §. i. in ti. qualiter olim pote. feu. alie. & in c. 2. §. ſimiliter. & §. perfecto. in ti. de le. Cor. & in d. c. imperialem. §. callidis. & §. firmiter. & in §. illud. Aduertite tamen, quod tria requirūtur ad hoc vt vaſallus poſſit ſubinfeudare ſine licentia domini. Primo, quod hoc faciat ſincere & ſine fraude. Secundo, quod ſubinfeudet, ei qui ſit ſimilis conditionis, & qualitatis, ſicut eſt ipſe vaſallus: debet enim ſubinfeudare pari vel maiori, non autem inferiori ſe. Tertio eſt neceſſe, quod ſub infeudet ſub eiſdem pactis & conditionibus, ſub quibus tenebat ipſe feudūm. Iſta eſt glo. valde notabilis communiter approbata in c. i. §. præterea. in titu. de capi. Corra. in li. feud.

4 † Vnum tamen volo notetis, quod quando vaſallus ſubinfeudat alium, illa infeudatio non durabit niſi ad vitam ipſius ſubinfeudantis: vnde ſi ipſe ſubinfeudans moriatur ſine liberis, & ſit feudum antiquum, agnati poterunt poſtea reuocare illud feudum, quia reſoluto iure datoris reſoluitur &c. c. i. §. rurſus. in ti. de contro. inue. & l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pignorib. Et ideo in quæſtione facti, cum quidam nobilis videns ſe carere prole, & eſſe in ſenectute, ſubinfeudaſſet alium in feudo, & deceſſiſſet ſine liberis, conſului, q agn. poterant reuocare illam infeudationem, & ad hoc allegaui in propriis terminis An. de Iſer. in c. i. §. i. in ti per quos fiat inue. & placet ibi D. Mar. Lau. & idē voluit ipſe D. Mart.

5 in c. Titius, in tit. ſi de feu. defun. fue. controuer. † Sed quia dixi ſupra, vaſallum poſſe ſubinfeudare alteri, quęro an aliqd remaneat apud ipſum vaſallum ſubinfeudantem? Prima facie videtur dicendum quod non, quia vaſallus, ſubinfeudādo alteri transfert vtile dominium, quod habet, vnde nihil videtur apud ipſum remanere, per ea, quæ habentur in l. ex aſſe. ff. ad Tre. & in l. ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff. cōmod. Vos determinabitis contrarium, & dicetis, quod apud ipſum vaſallum ſubinfeudantem, remanet quoddam quaſi vtile dominiū ratione iuris vaſallici, quod habet in vaſallū, quem ſubinfeudauit, ita dicit not. Io. Rey. in præal. c. imperia

6 lem. §. illud. in ti. de proh. alie. feu. per Feder. † Item quæro de pulchra quæſtione, nunquid dominus ſuperior poſſit cōpellere vaſallum vaſalli ſui ad ſeruiendum? gl. mouet iſtam quęſtionem, in c. i §. fi. in tit. de contro. inue. & nihil clare determinat. Iaco. de Belui. & And. de Iſer. in d. §. fi. determinat q dominus ſuperior non poſſit vaſallum vaſalli ſui ad ſibi p̄ſtandum ſeruitia compellere. Mouetur, quia vaſallus vaſalli mei non eſt vaſallus meus, ſicut ſocius ſocii mei non eſt ſocius meus. l. nam ſocius, ff. pro ſocio. Bal. autem in d. c. fi. ad fi. colum. determinat contrarium, dicens q dominus ſuperior poterit compellere ſecūd. vaſallum ad præſtandum ſibi ſeruitia, & compellet eum per ſubtractionem beneficii. allegat ea quæ habentur. in §. adeo. Inſti. de loca. & cond. Item ſecund. Bal. poterit dominus ſuperior habere regreſſum contra vaſallum vaſalli ſui, tanquam contra debitorem debitoris ſui. allegat no. per glo. & Doctor. in l. pro hęrede. §. ſi quid tamen. ff. de acqui. hęr. Ia. Alua. in d. §. fi. ſequitur opi. Bal. quā corroborat per tex. in c. 2. §. illud quoque, in ti. de proh. alie feu. per Fed. alle. etiam Ia. de Ard. Veron. in ſumma ſua feud. in ti. qui. mo. feu. amit. ſub rubricella, eodem pacto vaſallus det in feudum, Io. Rey. in commen. d. c. imperialem, §. illud, dicit, quod in hoc caſu ſecundus vaſallus requiretur a ſuo proprio & immediato domino, & dominus ſuperior requiret ſuum vaſ. immediatum, vt ſibi prębeat ſeruitia, & ille vaſallus præſtabit ſeruitia domino ſuo cum iuuamine ſui ſubuaſalli. Et pro iſta ſententia faciunt no. in capit. i §. fi. in titu. de pac. iur. firm. in li. feu. in ſecreto iuris putarem ſecundum vaſallum non poſſe compelli per dominum ſuperiorē, qui non eſt ſuus dominus immediatus. Primo, quia actio perſonalis, quæ competit ipſi domino, non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. & l. fina §. fi. ff. de contrah. empti. Et pro iſta ſententia facit optime tex. qui non reperitur in hoc correctus, in c. i. in §. i. in ti. qua. olim pote. feu. alie. Ad motiua allegata per Bal. vos poteſtis reſpondere, & primo ad not. in d. §. adeo. quod licet ibi dicatur, q primus emphyteuta poſſit agere ꝙ ſecūdum emphyteutā, vel actione præſcriptis verbis, vel condictione ex lege, tamen ibi non dī, quod dominus directus poſſit agere contra ſecundum emphyteutam. Ad l. pro hærede. §. ſi quid tamen. cum ſua gl. poteſtis reſpōdere, quod ibi bene dicitur, & nota. quod creditor, poteſt facere ſe mitti in poſſeſſionem iuris libertorum, & vaſallorum debitoris ſui. de quo. per Bartol. in l. ſi finita. §. ſi de vectialibus. ff. de damno infec. & per Bald. eleganter in authen. & qui iurat. C. de bon. autho. iudic. poſſi. Sed indicto. §. ſi quid tamen, non legitur, nec notatur, quod dominꝰ ſuperior poſſit compellere vaſallum vaſalli ſui ad præſtādū ſibi ſeruitia. Ioannis tamen Rey. ſuperius allegata mihi placent. † Sed quid ſi ſecundus vaſallus acquiſiuerit in feudo ins

7 ex preſcriptione forte, quia tam ipſe, quam primus vaſallus fuerunt inueſtiti de re aliena, an reſoluto iure primi vaſalli redeat illud ius preſcriptionis ad primum dominum ſuperiorem? Bal. no. & Iacob. Alua. in d. c. i. §. fin. in tit. de controu. inueſti. determinat quod ſic, quia quando præſcriptio venit in ſequelam tituli, ad quem peruenit titulus, ad eundem reuertitur ius præſcriptionis. allegant l. ſi alienam, & l. qui alienā ff. de dona. cau. mor. & ea, quæ notantur in l. indebi. §. fi. ff. de.

8 cond. inde. † Vlterius quæro de quęſtione quotidiana, vtrum vaſallus ſine licentia domini poſſit rem feudalem concedere in emphyteuſim? glo. in c. imperialem. in titu. de prohi. alie na. feu. per Federic. determinat quod non, quia talis conceſſio in tit. de lege Corra. & per d. c. imperialem. §. illud. in tit. de prohi. alie. feu. per Fed. emphyteuſis eſt alienatio. §. alienationis. in Authen. de non alien. col. ij. & l. fin. C. de re. alie. non alienan. & illam gl. ſecuti fuerunt Iaco. de Belui. Bertra. Caprio. Bal. Iaco. Aluar. & cęteri poſteriores. & iſta ſententia placuit Io. Blācho de Marſil. in ſumma ſua feudor. in ti. quib. mod. feu. amit. in §. emphyteuticus vero contractus. Et hanc eandem ſententiam ſequitur Ioann. Rey. in commento. d. c. imperialem. in ii. char. limitat tamen hoc procedere in feudo habente propriam naturam feudi, alioquin ſi non haberet propriam & rectam naturam feudi. vt eſt dare exemplum in cap. i. in tit. de feu. non haben. propriam natur. feud. tunc vaſallus poſſet bene in emphyteuſim concedere ſine licentia domini. Hanc ſententiam audacter teneatis, licet Ioann. Fabri, in d. §. adeo, Inſti. de lo. & condu. tenuit contra dicens, quod ſicut pater poteſt dare feudum in dotem pro filia, vt videbitis infra, ita etiam vaſallus debet poſſe in emphyteuſim concedere. Sed iſta opinio nullo modo poteſt ſuſtineri, quia vt dixi ſupra, conceſſio in emphyteuſim eſt alienatio, quæ eſt interdicta vaſallo. d. c. imperialem. Sed dicet aliquis, vaſallus poteſt ſubinfeudare ſine licentia domini, vt ſupra, quare ergo non poterit in emphyteuſim concedere? reſpondete, quod ratio diuerſitatis eſt, quando vaſallus ſubinfeudat, hoc facit ſub eadem conditione, & qualitate, & ſub eodem titu. ſub quo habet: ſed quando concedit in emphyteuſim, hoc non facit ſub eodem titulo, ſed diuerſo, & in habentibus ſymbolum facilis eſt tranſitus. l. ſpadonem. §. qui multa iura. ff. de excuſa. tut. Aduertite tamen, quod Petrus Iaco. in titu. de condictione ex lege. cap. imperialem. §. callidis. dicit quod de conſuetudine videmus obſeruari, q vaſalli paſcua, terras incultas, & eremos concedunt quotidie in emphyteuſim ſine licentia domini, & conſuetudo tolerat hoc. Et de iſta conſuetudine etiam atteſtatur Ioan. Fabri, in d. §. adeo. & Io. Rey. in d. c. imperialem in §. i. allegans genitorem ſuum etiam tenere ceſſante conſuetudine. Teneatis qđ ſupradixi. & iſta fuit vna de cauſis, quare Marchio Mōtisferrati priuauit N. Dominos ſancti Stephani eorū feudo, quia multa bona feudalia conceſſerant in emphyteuſim, & mul

9 ta alienauerant ſine licentia eorum Domini. † An autem vaſallus poterit rem feudalem concedere ad libellum? concludite quod non, per d. c. imperialem, ibi ſub quadam colluſione nomine libelli, ſit ergo cautus, vel habeat licētiam domini ſui. & ita expreſſe determinant Doct. maxime Ioā. Rey. in d. c. imperialem. §. i. Non obſtat text. in c. i. in fi. de ali, feu. pa. vbi dicit tex. quod agnatus agnato pōt rem feudalē dare ad libellum, quia reſpōdet quod illa non eſt alienatio ſed magis refutatio, vt probat illa litera. & ſi vultis ſcire, qui dicatur contractus libellarius, videte Bart. in l. ſi fini. §. de vectigalibus. ff. de dam. infec. Et clarius per Bal. in c. i. §. aut ſi libellarii, in ti. qui. mo. feu. amit. & ibi declarat etiam, quę differentia ſit inter contractum precarie, & contractum libel-

10 lorum. † Vlterius eſt quęrendum, vtrum vaſallus in re feudali poſſit conſtituere ſeruitium, loquor de ſeruitute quæ debetur a re rei l. qui alie. §. fin. ff. de nego. geſ. concludite quod non in præiudcium domini, quia cenſetur alienatio quædā. l. fin. C. de re alie. non alie. ſed in præiudicium ipſius vaſalli bene valet conſtitutio ipſa, per text. ad hoc no. in c. i. §. quid ergo. in ti. de inue. de re alie. fac. in li. feu. in l. & quinciali. C. de ſer. & aqua. & per gl. magnam in ſui prin. in c. i. §. præterea. in ti. de cap. Corra. in li. feu. Et hoc ſequitur magnus effectus, quia ſi feudum aliqua iuſta cauſa redeat ad dominum, non tenebitur pati illam ſeruitutem, quam vaſallus impoſuerit rei feudali. d. §. quid ergo. quia reſoluto iure datoris. & c. l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pignoribus. & capi. i. §. rurſus. in titu. de controuer. inue. Limitabitis tamen hoc procedere, quā do feudum reuertitur ad dominum vt dominum, ſecus ſi reuerteretur ad eum tanquam priuatum, veluti, quia vaſallus

Source : BIU Cujas

ipſi domino donaſſet feudum vel eum hæredem inſtituſſet: nam tunc ſuccederet regula, quæ dicit, quod ex qua perſona lucrum quis ſentit, debet illius factum approbare. l. ex qua p-ſona. ff. de regu. iur. habetur in l. cum a matre. C. de rei vend. Ita determinat Pet. de Bella per. in l. 3. ff. de ſerui. tit. generali. & Pet. Iacob. in tit. de act. in rem, quæ datur, pro re, quæ cedit in cõmiſſum, in ver. item eſt notandum. Et hoc idem voluit Ioan. Rey in d. cap. imperialem §. habito, in 4. char. in ti. de p-hi. alie. feud. per Federic. Et prædicta ſunt notanda ad multa, maxime ad pulchram quæſtionem, quæ frequenter contin-
11 gat in practica. † Vaſallus pro certa quantitate pecuniæ ſibi tradita remiſit hominibus ſuis quoddam auxilium ſeu ſubſi dium, quod ſibi debebatur ratione feudi ab hominibus armatis, ſeu de quibuſdam equitibus, contingit quod dictum feudum aliqua de cauſa, aperitur domino, & reuertitur ad ip ſum dominum, certe non tenebitur ſtare illi remiſſioni, nec debebit eam acceptare pro regula ſupra dicta, Quod reſolu to iure datoris &c. Ita expreſſe determinat Ioan. Rey. in d. §. habito, vbi dicit ſe vidiſſe hanc quæſtionem de facto. Ad-dite vos Bal. in l. ſi duobus. §. ſed quia noſtra maieſtas. ad fin.
12 colum. C. commu. de leg. vbi poſt Cyn. de Piſto. †quærit de ta li quæſtione, quod nobilis tenebat caſtrũ in feudũ a quodã principe, ipſe nobilis vaſallus alienauit quoſdam de homini bus ſuis, dehinc commiſit feloniam, per quam feudum fuit apertum domino, an alienatio illa facta de dictis hominib. reſcindatur? determinat quod ſic per regulam d. §. rurſus. & d. l. lex vectigali, quia ſecundum eum ille, qui non habet do-minium liberum, nõ poteſt libere transferre rem. ſed cũ ſua qualitate ſic. l. ſi quis domum. §. i. ff. loc. Addite etiam Ang. in d. l. lex vectigali, vbi idem in effectu voluit, quod Ioann. Rey. Et ita conſului in quadam cauſa magnifici Comitis Decha-lant, cuius quondam pater fecerat quandam remiſſionem ſeu quittãtiam hominibus de quadam annua præſtatione, quę ſibi debebatur ratione feudi, & illam remiſit pro certa
13 quantitate pecuniæ. †Subſequenter quęro, nunquid vaſallus in re feudali poſſit alteri conſtituere vſumfructum, vel vſum inter viuos, & in vltima voluntate? Aliqui uoluerunt dicere quod ſic in præiudicium ipſius conſtituentis, ſed non in præ iudicium domini, per ea, quæ dicta ſunt in quæſtione proxi-me prędcedente glo. vero in d. c. i §. præterea. in glo. magna, in prin. in ti. de capi. Corra. determinat, quod talis conſtitutio v-ſusfructus, vel vſus, nullo modo valebit. Et hanc ſententiam tenuerunt Iacob. de Ardizo. in ſua ſumma feudorum, in tit. qui. mo. feud. amit. § cum prædictum. ver. nunquid poſſit. & Ioann. Blanchus de Marſilia, in ſumma ſua, in tit. quib. mod. feud. amit. ver. nunquid poterit vſumfruct. &c. & placet Iac. Alua. in ca. imperialem, in prin. in ti. de proh. feu. al. per Fed. Hanc quoque opin. ſequutus eſt Ioan. Reyn. in d. §. habito, in 4 char. mouetur, quia conſtituere vſumfructum eſt aliena re. d. l. ſi. C. de re. alie. non alie. Ad idem inducit l. ſed ſi pecu-nia. §. nec vſusfruct. ff. de re. eo. Item quia vſusfructus eſt pars dominii. l. iii. ff. de vſufruc. ſicut ergo vaſallus ſine ſcientia do-mini non poteſt alienare ſuum vtile dominium, ita nec põt alienare vſumfructum, qui eſt pars dominii. Pro eadẽ ſenten-tia adducit tex. in d. c. imperialem. vbi inhibentur alienatio-nes, & trãslationes rerum feudalium etiam quoad poſſeſſio-nem. Et nos habemus, quod vſufructuarius dicitur poſſidere. l. iii. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. & l naturaliter, in princ. ff. de
14 acqui. poſ. †ſubiungit, quod vaſallus ſine licentia domini nõ poſſet cõcedere annuos fructus ſeu redditus in re feudali, qa talis conceſſio vſusfructus. l. cum ita. ff. de vſufru. leg. & l. Quin tus. ff. de ann. leg. licet quandoque conceſſio in annuum red-ditum differat a conceſſione vſusfructus. l. fundi Trebatiani.
15 ff. de vſufruct. leg. † Aduertite, quia licet vaſallus non poſſit in rebus feudalibus concedere vſumfructum, vel vſum ſine licentia domini, tamen bene poſſet vendere fructus rerum feudalium pro tempore, quo feudum remanet apud eum vſ ad certum tempus, quia iſta non dicitur alienatio feudi. in l. in ædibus. §. j. ff. de dona Ita dicit Alua. in d. c. imperialem. & Ioann. Rey. in d §. habito. Hinc ad propoſitum dicit no. Bal.
16 in c. i. in princ. in ti. de ſucce. feu. †quòd ſi vaſallus in ſuo teſta mento grauet filium ſuum, quia de vino, quod naſcetur in ſua vinea feudali, det omni anno duas ſalmas amore Dei, tale relictum bene valebit, quia non dicitur diſponere de re feu. ſed de fructib. ſeparatis a feu. & non dicitur rem aliena-re ille, qui alienat fructus ſeparatos, allegat d. l. in ædibus. §. i.
17 de donat. †Rurſus quæro, vtrum vaſallus pro filia ſua mari-tanda poſſit. dare feudum in dotem ſine conſenſu domini? Videtur quod ſic, per tex. in c. i. in ti. de inueſt. quam Titius ac cepit a Sempr. & per tex. in c i. in ti. de eo, qui ſibi & hæredib. ſuis. Contrariam opi. tenuit glo. in c. imperialem. in ti. de pro hi. alie. feu. per Feder. & alia glo. in c. i. §. donare. in ti. qualiter olim pote. feu. ali. Pro hac opin. videtur eſſe text. in d. §. dona re. ibi. Vel in dotem pro filia dare. Et hanc ſententiam tenue-runt Iaco. de Bel. Nico. de Neapo. & Bal. in d. §. donare. & in d. c. i. in ti. de inueſt. quam Titius acce. a Sempro. Sed primam opi. quod imo poſſit dari in dotem ſine conſenſu domini, te nuit Iaco. de Ardizo. in ti. qui. mo. feu. amit. ſub rubricella, In dotem pro filia. & huius ſententię videtur fuiſſe Cy. in l. vo-luntas. C. de fidecommiſ. In hac varietate teneatis, quod pa-ter pro filia non poteſt dare feudum in dotem ſine licentia domini, ſaltem quando daret illud æſtimatum. Pro hoc ad-duco, quia ſi non eſt licitum vaſallo alienare feudum etiam pro neceſſitate famis ſine licentia domini, vt no. in c. i. §. aut ſi libellario. in ti. qui. mo. feu. amit. multo minus debet poſſe dare in dotem pro filia. Et dicit Dom. de Rota, ſua concluſio ne cxcviij. incip. Item quod pater, &c. quod ſi vaſallus ſine li-centia domini det feudum in dotem pro filia, talis datio nõ durabit niſi pro vita ipſius vaſalli. allegat nota. in ca. nuper. ext. de dona. inter virum & vxor. Ioan. Rey. in ſuo commen-to. d. c. Imperialem. in ti. de prohi. ali. feu. per Fed. in §. habito, circa 8. & 9. colum. diſtingit, aut vaſallus dat feudum æſtima tum pro filia maritanda, & tunc poteſt hoc facere, nec te-netur ſoluere laudemium, aut dat feudum æſtimatum tali æſtimatione, quæ faciat emptionem, & iſto caſu debet requi rere conſenſum domini, & ſoluere illi laudemium. Videatis ibi per eum. In ſecreto iuris crederem tenendam eſſe opinio nem gloſſ. ſuperius allegatarũ, quę ſunt ſuffultæ auctoritate famoſiſſimorum Doctor. & iſtam ſententiam tenendo re-ſponderem ad iura pro prima parte, quod allegata non lo-quuntur in patre dotante filiam, ſed in ipſa muliere habẽte
18 feudum in dotem. †Nunc eſt videndum de ipſa muliere ha-bente feudum, nunquid poſſit illud dare in dotem marito? Iac. de Bel. in præallegato §. donare. determinat, quod ſine li-centia domini non poterit hoc facere. Sed Ia. de Ard. in titu. quib. mo. feu. amit. ſub rubricella, Mulier habens feudum. de terminat totum contrarium, dummodo det illud inæſtima-matum, nec apponat pactum de lucranda dote per maritũ, & non habeat aliunde bona pro ſe dotanda. Et iſtam opin. ſequitur Iaco. Alua. in d. §. donare. mouetur, quia hoc caſu mulier ſuum vtile dominium non abdicat a ſe, imo retinet vſumfructum pro ſe alimentanda, vt habetur in l. in rebus, & in l. pro oneribus. C. de iure dot. Secundo mouetur, quia dominus ex hoc non patitur magnum præiudicium, igitur non oportet eius conſenſum requirere. & addit ſimile in pi-gnorando feudo, quia ſi ipſe pignorans retineat feudũ apud ſe, ex hoc non priuatur feudo, ſecus ſi tradat alteri, vt plene no. in d. c. imperialem. & in c. i. §. aut ſi libellario. in ti. qui. mo. feu. ami. non tamen: vt dixi, poterit apponere pactum, quod ipſa præmoriente maritus lucretur feudum dotale, per text.
19 no. in c. i. §. fin. in ti. de inueſti. de re alie. fac. † Sed an maritus in feudo poſſit cõſtituere donationem propter nuptias vxo ri ſuæ? Bal. in d. §. donare, videtur velle quod ſic, arg. auth. dos data. C. de dona. an. nup. & argum. auth. æqualitas. C. de pact. con. tam ſu. do. &c. Vos intelligetis dictum Bal. procedere, qñ non fit pactum de lucranda donatione propter nuptias, per ea, quæ proxime dixi.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſingulis annis ad certum cenſum obligatus, an triennio abſti-nens cadat a feudo.*

2 *Obligatus ad cenſum cenſuarium ex contractu, an abſtinendo poſſit cade-re a iure ſuo. & nu. 3.*

4 *Lex, ſi quis maior. ff. de tranſactio. locum habet in omni conuentione iu-rata.*

5 *Emphyteuta perſonę priuatæ, an per ceſſionem triennalẽ cadat a iure ſuo.*

6 *Vaſallus non tenetur afferre ſeruitium domino, donec ſit interpellatus, niſi ſciat periculum imminere.*

7 *Vaſallus, an teneatur alimentare dominum exiſtentem in inopia.*

1 IT cum pacto, quod dicti vaſalli præſtent ſingulis annis ipſi domino vnũ eulem argenteum, vel x. libras piperis. &c. †Cir-ca hoc quæro, nunquid vaſallus, qui ſingulis an nis tenetur præſtare domino certũ cenſum, ſi ceſſet per trien nium in ſolutione dicti canonis cadat a feudo? Inn. & Ioan. An. in c. ad Apoſtolicæ. ext. de re iu. li. vi. videtur velle, quod ſic, pro quib. facit ille tex. ver. poſſet. Eandem opi. tenuit Bal. in c. quę in eccleſiarum, ex. de conſt. pro quo facit tex. in l. ij. C. de iu. emphy. Contrariam opi. tenuerunt Spe. in ti. de loc. §. nunc aliqua. uer. 85. & Dominicus de ſancto Gemi. in d. c. ad apoſtolicæ. & Fran. Zaba. in c. potuit. ext. de loca. Eandem ſententiam tenuit Ia. Alua. in c. i. §. Sed non eſt alia. in ti. quæ ſit prima cau. benefi. amit. & ibidem atteſtatur ſe ita conſu luiſſe cũ D. Pa. de Ca. Hęc ea. opinio placuit D. Mart. de Lau. in prooœmio feu. circa ſecundam char. & dicit D. Alexan. de

Imo.

Source : BIU Cujas

Imo.in ſuis conſiliis, ſuo conſi. 9.in tertio volum. quòd iſta eſt communis opinio,pro qua facit tex.in cap.j.§.licet.in tit. ſi de feu. defunc.fue.controuer.vbi dicit, quòd licet vaſallus ſtet ad offerendum ſeruitium domino etiam per longum tẽ pus, non debet priuari feudo,niſi fuerit requiſitus de præſtã·
2 do ſeruitio.† Item quotieſcunque ex contractu præſtatur cẽ ſus cenſuarius,etiamſi ſtaret per decem aut centum annos, quib.nõ ſolueret cenſum,non caderet a iure ſuo,vt vult pul chra glo.communiter approbata in cap. conſtitutus. ext.de reli.do.habetur per Bar.in l.j.in princ.ff.de publi. Ergo mul to minus feudatarius debet cadere a iure ſuo, cum feudum detur amore & pro honore Domini.cap. j.in prin.in titu.de feu.da.in vicem leg.commiſſo.Et tenendo ſententiam com munem,ꝙ non cadat,poteſtis reſpondere ad motiua aduer ſantia,& primo ad l.2. C. de iure emphyteut. quia loquitur in emphyteuta perſonæ priuatæ: nos autem loquimur ĩ feudatario,& inter iſtos eſt magna differentia. Ad cap. ad apoſtolicæ.reſpondet,ꝙ ibi Imperator Federicus non fuit priua tus à Romano Pontifice ex ea ſola cauſa,ꝙ non ſoluiſſet cẽ ſum pro feudo, immo concurrebant ibi multæ aliæ cauſiæ, maximè,quia exinaniuit feudum. Nam Papa ex leui cauſa non poteſt deponere Imperatorem, ſed requiritur grauis, & ita not. quòd habeat turbare vniuerſalem ſtatum totius Chriſtianitatis.iſta ſunt verba Bal.in l.fi.in fi.colum.C.de legi.allegat d.c.ad apoſtolicæ. Ad tex.in d.c.j.§.ſed non eſt alia. in titu.quæ ſit prima cauſa benefic.amit. reſpondete, ꝙ dẽt intelligi,quando feudum principaliter fuit conceſſum propter annualem præſtationem,& ex ipſa cauſa tantum.nam tunc vaſallus bene cadit a feudo:ſecus ſi fuit facta conceſſio principaliter,vt fidelitas promittatur & præſtetur.nam tunc illa præſtatio cenſus cenſetur cauſa impulſiua, & non finalis.facit Innocen.in l.2.§.fin.ff.de donat.& in l.j.§.ſexum.ff. de poſtu.Et hanc reſponſionem accommodat Iacob.Alua. in d.§.Sed non eſt alia. Et ideo Dominus Marti. de Lau.in prooemio feudorum, in d. 2. char. dicit ad propoſitum, ꝙ ſi feudum eſſet tale in quo contrahendo habuiſſent principaliter reſpectum ad ipſam præſtationem cenſus magis, q̃ ad beneficium & amorem,tunc vaſallus ceſſans ſoluere talem cenſum per triennium bene caderet a iure ſuo: & ideo dicit, ꝙ quando caſtra ſingulis annis ſolent dare ciuitati in principali feſto ipſius ciuitatis bigam. vel banderiam, hoc ſignificat honorem & ſubiectionem,quaſi caſtra ſint ſubiecta ipſi ciuitati.alleg.Anto.de Butri.ita tenere in cap. literis. ext.de reſtitu.ſpoliato.Et ſecundum ſententiam prędictam, ꝙ vaſallus non priuetur,licet ceſſauerit per triennium ſoluere cenſum domino, conſuluit venerandum collegium Mediolanenſe.Et principalis Compoſitor illius conſilii fuit clariſſimus & generoſus Doct.D.Ioan.de Caſtellio.vt refert D.
3 Marti.de Lau.in loco præallegato.†Ego concluſionem prædictam communem limito, niſi vaſallus iuraſſet ad ſancta Dei Euangelia ſoluere domino dictum annuum cẽſum.nã tunc ſi vno ſolo anno ceſſaret in præſtatione, poſſet contra eum agi ad pœnas.l.ſi quis maior.C.de tranſact. vt priuare-
4 tur commodo ipſius contractus. † Nam illa.l.ſi quis maior. habet locum in omni conuentione iurata,vt volunt Doct. communiter ibi. Et pro iſta limitatione adduco auctoritatem Bal.in cap.querelam.in glo.j.ext.de iureiur.vbi dicit, ꝙ licet in caſu illius decretalis oporteat expectari biennium, tamen ſi ibi fuiſſet interpoſitum iuramentum,certe ſuffeciſſet ceſſatio per vnum ſolum annum propter iuramentum. Ad idem pro corroboratione huius limitationis adduco elegans conſilium D.Alexan. de Imo.in primo volum.ſuo.cõſil. 126.incipit.Redemptoris Domini inuocato ſuffragio,nõ
5 puto &c. vbi dicit,†ꝙ illud,quod dicit̃,ꝙ ad hoc,vt emphyteuta perſonæ priuatæ cadat a iure ſuo,requiritur ceſſatio p triennium.l.2. C. de iure emphyteu.debet limitari, niſi emphyteuta iuraſſet in contractu emphyteutico ſoluere canonem ſingulis annis. nam tunc ſufficeret ceſſatio per vnum ſolum annum, quia poſſet agi cõtra emphyteutam ad pœnas dictæ l. ſi quis maior. ad finem, ꝙ priuetur omni commodo contractus. Alia limitatio põt ſumi ex his, quæ vult Iacob.Aluarot.in dicto §.ſed nec eſt alia. videlicet, quòd ſi conceſſio feudi fuit facta principaliter propter illam annuã præſtationem cenſus,tunc vaſallus bene caderet a iure ſuo. Aduerte tamen,ꝙ ſi in inſtrumento eſſet ſcriptum hoc modo,Talis conceſſit talem rem in feudum pro annua quantitate frumenti,illud non erit proprie feudum, ſed magis contractus emphyteuticus,vel contractus innominatus: & iõ ille,cui fit talis cõceſſio nõ cenſetur iure feudatarii, nec tenetur præſtare fidelitatem:Iſta ſunt verba Bald. in l.liberti.in 6. colum.ibi,item nota,ꝙ ſi inſtrumentum.C.de oper.li.habetur per eundem Bald.in cap.ſi cautio.ad fin.colum.ext.de fide inſt. Habetis examinatum iſtum paſſum plenius, quàm
6 vnquam alibi viderim.†Addite, quòd vaſallus non tenetur offerre ſeruitium domino,ſed debet expectare, donec ſit interpellatus a domino, niſi vaſallus ſciat magnum periculũ immineꝛe domino,quia tunc debet ſe offerre etiam non ĩterpellatus.tex.eſt no.in cap.licet, alias cap. j. §.licet.in titu.ſi de feu.defunc.fuer.contro.Et ibidem deciditur,ꝙ licet dominus ſtet in periculo incidẽdi in periurium, eo quia pecuniã debitam non poteſt ſoluere in termino,licet vaſallus illi nõ ſubueniat de illa pecunia,cum poſſit,non tamen dẽt perdere feudum, quod eſt bene notandum. Et ſic habetis, quòd vaſallus non tenetur de neceſſitate prouidere ſaluti animæ
7 domini ſui. † Sed circa hoc moueo pulchram dubitationẽ: vaſallus videt dominum indigere & laborare inopia, an teneatur ipſum alimentare? Specu.in titu.qui filii ſint legi. §.j. ver.vtrum dominus.arguit ad partes, & nihil clare determinat.Iacob.de Ardi.Veronen.in ſumma feu.in titu. qui.mod. feu.amitta.ſuper rubricella, Vtrum vaſallus teneatur alere dominum indigentem: determinat vaſallum ad hoc non teneri,quia non reperitur iure cautum.Et hanc opin.Iaco. de Ardi.refert Ioan.An.in addi.Spec.in d.titu.qui fil.ſint legi.in §.j.circa.3.colum.& tranſit cum iſta opinione: pro qua opinione facit, quia donatarius non tenetur alere donatorem indigentem, vt pulchra glo. in l.in condemnatione.ff.de regu.iur.Sed aduertite,quia in hoc vltimo gl.tenuit contrariũ in l.fi.C.de reuo.dona.Docto. ibi has glo. reducunt ad cõcordiam hoc modo:aut fuit facta donatio de aliqua re ſingulari,& tunc donatarius non tenebitur alimentare donatorẽ, & ita intelligatur gloſ.in d.l.in condemnationem. aut facta fuit donatio vniuerſitatis bonorum,vł donatio fuit magna, & tunc donatarius tenetur alimentare donatorem, & ita ĩtelligatur glo.in d.l.fin.Re deundo ad propoſitum placet mihi ſententia Iacob.de Ardizo. & Ioan. Andr. quòd vaſallus non tenetur alimentare dominum indigentem. & hanc sẽtentiam ſequitur Iacob.Aluaro.in præal.c.licet,per l.3.§.pe. ff.de admi.rerum ad ciui.pertinen.Limitat tamen concluſionem prædictam niſi feu.conceſſum vaſallo eſſet magnum, vel dominus omnia bona ſua dediſſet ipſi vaſallo, vel dominus factus fuiſſet egenus facto vaſalli & culpa ſua, puta pro defendendo eum.Ad hoc addit optime tex.in cap.j.§.fin.in titu.Epiſc.vel Abb.in vſi.feu.vbi dicit,quòd licet mutus non poſſit retinere feudum, tamen ſi feudum eſſet magnum, debet illi dimitti tantum de illo feudo,vnde poſſit viuere. Optimum ergo conſilium eſt, quòd dominus in inueſtituris apponat pactum, quòd vaſallus teneatur præſtare alimenta domino in ſuo caſu neceſſitatis:nam licet tale pactum ſit præter communem regulam feudorum,tamen erit ſeruandum, per ea, quę habentur in cap.1.in ti. de feudo non haben.propr.nat.feu.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini.*
2 *Generalis bonorum obligatio,an includat feudum,& nu.3.*
4 *Vaſallum alienando feudum ſine licentia domini eſſe dignum priuatione feudi,qualiter ſit intelligendum.*
5 *Verba iſta.Talis feudatarius dedit,vendidit & tradidit talem rem feudalem Titio,& conſtituit ſe tenere & poſſidere nomine ipſius Titii,in venditionis inſtrumento appoſita,quid operentur.*
6 *Verbum,Saluo,&c. inſtrumento venditionis feudalis appoſitum multũ operatur.*
7 *Vaſallus,an poſſit tranſigere ſuper re feudali ſine licentia domini.*
8 *Vaſallus poteſt tranſigere cum aduerſario, dummodo ipſe vaſallus retineat feudum.*
9 *Vaſallus, an poſſit compromittere ſuper re feudali ſine licentia domini.*
10 *Vaſallus, an poſſit compromittere in arbitratorem ſine licentia domini.*
11 *Vaſallus, an per ſimplex compromiſſum factum in arbitratorem ſine licentia domini poſſit admittere feudum.*
12 *Tranſactio ſuper re feudali ſine licentia domini, an debeat præiudicare agnatis ipſius vaſalli tranſigentis.*
13 *Vaſallus,an poſſit ſine licentia domini locare feudum ad longum ſeu longiſſimum tempus.*
14 *Vaſallus,an poſſit alienare feudum propter neceſſitatem aliquam.*
15 *Statutum,quo permittitur vaſallis alienare feudum licentia domini, an ſit validum.*
16 *Conſuetudo,permittens vaſallum poſſe alienare feudum ſine domini licentia,an ſit valida.*
17 *Agnatus poteſt alienare feudum alteri agnato proximiori, ad quem feudum eſſet peruenturum.*
18 *Alienatio feudi, an poſſit per agnatos ipſius alienatoris reuocari.*
19 *Conſenſus domini requiſitus ad feudi alienationem, an debeat præcedere alienationem,an ſufficiat poſt ipſam.*
20 *Tacitus conſenſus domini,an ſufficiat ad feudi alienationem.*
21 *Feudum ſubinfeudatum,an poſſit alienari,& cuius conſenſum requirat.*

Vaſallo

Source : BIU Cujas

22 *Vasallo vasalli feloniam committente contra Principē, a quo primus vasallus feudum recognoscit, cui veniet feudum applicandum.*

23 *Venditio facta per hæc verba, Vendo, & trado tibi tale feudum saluo iure domini & agnatorum meorum, &c. an requirat domini consensum.*

24 *Venditio feudi facta cum clausula, Saluo iure domini, an sine consensu domini sit valida.*

25 *Vendens feudum cum iis verbis, Saluo honore domini licentia non optata, an debeat feudum.*

26 *Feudum alienās cum iis verbis, In quantum iure posum, &c. an excusetur ab amissione feudi.*

27 *Vendens feudum sub conditione, si domino placuerit, an excusetur a feudi perditione.*

28 *Solennitate per statutū inducta in feudali alienatione, an ipsa omissa dēat feudum amitti.*

29 *Domino dāti licentiā vasallo alienandi feudum, an remanebit saltuum ius directi dominii.*

30 *Feudum sine domini licentia alienatum, an aperietur domino, aut agnatis alienantis.*

31 *Feudum antiquum potest etiam sine domini licētia alienari in agnatum proximiorem in illo successurum & nu. 33.*

32 *Feudum, an possit alienari in agnatum remotioris gradus sine consensu omnium proximiorum.*

34 *Tribus fratribus feudum antiquum habentibus si vnus det alteri partem suam, & deinde monachatur, an illa pars spectare debeat ad illū solum aut alios duos.*

35 *Filii alienātes feudum antiquum, an debeant præferri agnatis ipsius alienatoris.*

36 *Consensus agnati de feudi alienatione, an præiudicet filio ipsius alienantis.*

37 *Refutatio feudi antiqui per vasallum domino facta, an debeat præiudicare agnatis ipsius refutantis.*

38 *Vasallo feudum vendere volente, si agnatus offerat iustum precium, extraneus autem offerat vltra, quis veniet præferendus, & numero 39.*

40 *Duorum habentium feudum antiquum si vnus vendat partem suam alteri, an ille, qui acquirit, teneatur se facere inuestiri infra annum & diem.*

41 *Inuestitura feudi acquisiti, quo casu sit a domino infra annum & diem petenda.*

42 *Feudo antiquo alienato, quis erit in reuocando præferendus, an filius alienatoris, an agnati.*

43 *Alienatio feudi facta per patrem, quando habeat præiudicare filio.*

44 *Alienatio feudi legitime facta, & cum licentia domini, an, & quādo, & a quibus possit reuocari.*

45 *Vasallum alienantem feudum sine licentia domini debere illud perdere, qualiter sit intelligendum.*

T cum pacto de non alienando. Quod operatur istud pactum, statim vobis declarabo: sed pro pleniori discussione præmitto vobis, † q vasallus non potest sine consensu domini alienare feudum. cap. imperialem. in princ. in titu de prohib. alie. feu. per Feder. & in cap. j. in titu. qualiter olim pote. feu. alie. Etiam verbum alienationis hoc casu capitur largè, & comprehendit etiam permutationem, & īsolutum donationem, qui duo contractus æquiparantur venditioni. l. apud Celsum. §. auctoris. ff. de except. doli. & l. fin. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Item comprehendit donationem, qa vasallus sine consensu domini non potest donare feudum, immo nec relinquere pro anima. cap. j. §. donare. in titu. allegato, qualiter olim pote. &c. item vasallus sine consensu domini non potest pignorare feudum. d. cap. imperialem. in prin. alias priuabitur feudo, quòd intelligatis verum, quādo transtulit possessionem in creditorem, alias autem per simplicem hypothecationem nudo consensu celebratam non perderet feudum. l. alienatum. ff. de verb. signifi. ita dicit Bal.
2 & cœteri sequuntur in d. cap. imperialem. † In generali autē obligatione bonorum non veniunt feuda. cap. j. §. in generali. in ti. si de feu. defun. fuer. cont. Si ergo vasallus alienando feudum sine consensu domini priuatur feudo ipso iure, vt vult glo. in cap. imperialem. §. callidis. in verbo, reuertatur, quid operatur istud pactum de non alienando appositum in inuestiura? Respondeo, quòd multum operatur, quia cessante tali pacto, vasallus sine consensu domini potest alteri subinfeudare, dummodo hoc faciat sincere & bona fide, & subinfeudet pari, vel maiori, & sub eisdem pactis, sub quib. tenebat, vt vult glo. or. communiter approbata in c. primo. §. præterea. in ti. de cap. Corra. in lib. feu. Si tamen ī inuestitura apponatur istud pactum de non alienando, non poterit postea vasallus sine consensu domini subinfeudare, quia qñ noua prohibitio adiicitur antiquæ prohibitioni, habet applicare, vt no. in l. j. §. item nunciatio. ff. de oper. nou. nuncia.
1 Ita eleganter vult Bald. & cœteri sequuntur in d. §. præterea.

3 † Quod dixi supra, q non apposito in inuestitura pacto de non alienando, q vasallus sine consensu domini potest subinfeudare alteri, limitat singulariter Bald. sub dubio tamen forte, in d. §. præterea. nisi esset feudum ecclesiasticum, quia tunc vasallus posset alteri subinfeudare sine consensu Prælati, quia quod omnes tangit, ab omnib. est agnoscendum. l. fi. C. de aucto. præstan. Sed Iaco. de Bel. in cap. j. in princ. in titu. qui feud. da. pos. in hoc tenet contrarium, æquiparando in hoc priuatum, & Ecclesiam, quia poterit subinfeudare sine licentia domini, nisi esset feudum decimale, quia tunc vasallus Ecclesiæ non posset subinfeudare illud feudum decimale sine consensu Prælati, per ea, quæ habentur in cap. prohibemus, ext. de de decim. Et cum ista opin. transit Iacob. Aluar. in d. cap. præterea, allegans no. per Specu. in tit. de pig. in §. 1. versi quid de decimis. & secundum istam sententiam aliquā
4 do consului. † Item quod dixi supra, vasallum alienando feudum sine licentia domini esse dignum priuatione, & priuari feudo ipso iure, intelligatis procedere, quando ipse vasall⁹ processit ad traditionem realem, alias autem per venditionem nudo consensu factam non priuaretur feudo. Ita not. dicit Bal. in cap. j. §. aut si l ibellario. ti. qui. mod. feu. ami. in vl. colum. allegat. l. alienatum. cum ibi notatis per Dy. ff. de ver.
5 significa. † Ex hoc infertur ad quæstionem quotidianam: pone, in instrumento venditionis sunt apposita ista verba, Talis feudatarius dedit, vendidit, & tradidit talem rem feudalē Titio, & constituit se tenere, & possidere noīe ipsius Titii, an ex talibus verbis dicatur processisse ad traditionē, adeo, q debeat priuari feudo? Specu. in tit. de emp. & vend. §. i. in prima forma instrumēti venditionis, ī verbo emptione, videtur velle, quòd in contractu emphyteutico, vel feudali, talia verba apposita in instrumento non operentur, nisi ficte, & impropric, adeo q res feudalis non habet pro realiter tradita. & q illa verba, dedit & tradidit, non important realem traditionem, voluit Bartol. quem cœteri sequuntur, in l. prædia. ff. de acq. pos. Et sic videtur velle Specu. quòd in casu præmissio vasallus nō amittat feudum, ex quo non tradidit corporalem possessionem. Sed Pet. Iacob. in tit. de condi. ex leg. c. imperialem. §. callidis. sub rubricella, de actione eadem. ver. item qđ iubet nobis. dicit, q quando vasallus concipit instrumētum
6 venditionis modo, quo supra, q addat ista verba, † Saluo tamen iure domini, saluaque & retenta voluntate & consensu domini, a quo mouetur dictum feudum, nam per talia verba vasallus excusat ab amissione feudi: quia illud verbū, Saluo, magnum operatur effectum. l. si debitor. ibi, salua cā pignoris. ff. qui. mod. pig. vel hypo. solui. & l. j. ibi, salua lege, & l. vniuersi. ibi, saluo canone. C. de fun. patri. lib. xi. habetur in l. item Labeo. §. j. ff. famil. erciscun. Item quando vasallus facit apponi in instrumento ista verba, dicitur facere contrarium conditionale, quia illa verba, Saluo & retento consensu, & voluntate domini, sunt ablatiui absoluti, qui resoluuntur in vim conditionis. l. ab emptione. ff. de pac. & l. a testatore. ff. de cond. & demon. Et nos habemus, q defectus conditionis habet impedire translationem possessionis dominij. tex. est no. in l. quia absenti. in §. j. & ibi per Bar. ff. de acquir. pos. Pau. de Cast. in l. j. §. si rem. ff. depos. loquendo tamen in alijs terminis, quia loquitur quando vasallus vendidit feudum, & cōstat illum tenere, & possidere nomine emptoris, deinde statim recuperauit feudū, vī velle ibidem, q in casu ibidem posito per eum vasallus nihilominus priuetur feudo. Iacob. Aluaro. in cap. j. in tit. quid iuris sit, si vasallus post alienationem feudi recuperauit. loquendo in terminis, in quibus loquitur Paul. de Cast. videtur velle, q vasallus non amittat feudum. Dom. Mar. de Lau. in ca. imperialem. ī prin. in titu. de prohib. alien. feu. per Fede. dicit, q sicut vasallus alienando & tradendo realiter feudum sine licentia domini amittit feudum, ita idem est secundum eum, quando tradidisset per constitutum. l. quòd meo, in prin. ff. de acquiren. pos. Ego in quæstione facti sequutus sum istam opinionem, & mouebar, quia vasallus hoc casu quantum in se fuit, alienauit feudū. & licet per constitutū dicatur interuenire ficta traditio, tamen bene transfertur vera possessio, vt habetur ī d. l. quod meo. vnde peribide est, ac si processum fuisset ad corporalem traditionem, & tene menti prædicta, quia videbis in practica. Subsequenter circa istam materiam alienationis, in qua dixi, q si vasallus sine licētia domini alienat feu-
7 dum, q perdit illud, † videndum est, an possit transigere sine licentia domini super re feudali, quando est mota illi quæstio? Text. in cap. si vasallus de suo feudo. in titu. si de feu. de func. fuer. controuer. & expressius in cap. j. in titu. de contro. inter vasal. & alium de benefic. videtur velle, q sic, dummodo sincere, & bona fide transigat. Ioan. Rayn. in suo compēdio feudo. in cap. imperialem. §. habito. circa. 17. colum. videtur velle idem per iura proxime allegata, subiungens, quòd

quando

Source : BIU Cujas

quando vaſallus tranſigit retinendo feudum, non debetur aliquod laudemium domino: ſecus ſi vaſallus pro trāſactione transfert feud. in alium, quia tunc ſoluendum eſſet laudemium. Bal. autem in præalleg. cap. j. in titu. de controu. inter vaſal. & ali. de benefi. refert in primis quandam apoſtillam, quam habebat, in effectu continentem, quòd vaſallus ſine licentia domini poteſt tranſigere, per iura proxime allegata. Poſtea ſubdit tamen, quod in contrarium facit, quia ille, qui eſt prohibitus alienare, intelligitur etiam prohibitus trā ſigere. l. non ſolum. C. de præd. min. deinde dicit, ibidē, diſtinguēdum eſſe, ꝙ aut vaſallus trāſigit retinēdū vel dimittēdū feudum apud poſſeſſorem, & tunc valet tranſactio: aut tranſigit transferendo feudum in alium, & tunc non poteſt hoc facere ſine licentia domini. ſubiungit circa primum membrum, ꝙ licet in aliis cōtractibus ille, qui dimittit rem apud alium, dicatur alienare. l. quædam mulier. ff. de rei vendic. & l. ſi ſponſalibus. §. j. ff. de iu. dot. tamen ſecus eſt in eo, qui dimittit ex cau. tranſactionis, quia non dicitur alienare. tex. eſt no. in l. ſi pro fundo. C. de tranſact. Idem Bal. in cap. imperialem. in princ. circa 13. colum. in titu. de prohi. alie. feu. per Feder. dicit, ꝙ vaſallus ſine licentia domini poteſt tranſigere, dummodo faciat ſincere & bona fide, non autem fraudulēter, & præſumetur bona fide tranſigiſſe, quando dubius erat euentus litis, & cauſa erat valde dubia contra vaſallum: ſecus ſi fuiſſet de facili decidibilis, & faciliter poterat liquidari. l. in ſumma. ff. de cond. indeb. ſubiungit ibidem, ꝙ dēt cauere vaſallus, ne tranſigendo aliquid promittat aduerſario, ſed ſolum dimittat feudum apud ipſum poſſeſſorem aliqd recipientem. Addit ibidem, ꝙ licet in contractib. nominatis quis teneatur de euictione. l. j. ff. de rer. permut. tamen ſecus eſt in tranſactione, d. l. ſi pro fundo. item ille, qui cedit liti, non dicitur alienare. d. l. ſi pro fundo. idem Bal. in d. cap. ſi vaſallus. dicit, ꝙ tunc vaſallus dicitur bona fide tranſegiſſe, qñ denunciauit domino, vel per eum non ſtetit. Iacob. Aluaro. in d. cap. ſi vaſallus. in hac dubitatione dicit, ſe reperire varias opiniones: nam quidam dicunt, ꝙ vaſallus poteſt tranſigere ad ſui præiudicium, non autem domini. Alii dicunt, quod aut denunciauit domino, aut non. Alij dicunt, quod aut dominus poſt trāſactionem vult venire ex perſona ſua contra illam tranſactionem, & tunc poterit hoc facere: aut vult venire ex perſona vaſalli, & tunc non admittetur. alii dicunt, ꝙ aut vaſallus tranſigit retinendo feudum, & dando aliquid aduerſario, & tunc licita eſt tranſactio, quia licitum eſt vaſallo redimere vexationem, iuxta illud, Redimite tempora veſtra, & vexationes, quia dies mali ſunt. cap. dilectus. ext. de Simo. Aut vaſallus tranſigit transferendo feudum in alium, & tunc non poteſt hoc facere ſine licentia domini,

8 quia eſſet alienatio. d. l. non ſolum. † Ex omnibus prædictis elicio vobis tres concluſiones. Prima eſt, vaſallus poteſt trāſigere cum aduerſario, dummodo vaſallus retineat feudum. Secunda concluſio, quæ elicitur ex dictis Bald. in locis alleg. eſt, vaſallus ſine licentia domini tranſigendo poteſt dimittere feudum apud poſſeſſorem: quia hoc caſu non dicitur alienare. d. l. ſi pro fundo. Tertia concluſio, vaſallus ſine licentia domini non poteſt tranſigere transferendo feudum in aliū. Ad præmiſſa bene faciunt not. per Bar. in l. nulli. ff. de tranſa. & per Cano. in cap. veniens. ext. de tranſact. Secundam concluſionem ſupra relatam ego limitarem, niſi iura vaſalli eſſent liquida, quia tunc ſine licentia domini non poſſet tranſigendo dimittere feudum apud poſſeſſorem, quia præſumeretur fraus: & omnis machinatio, per quā deuenitur ad alienandum feudum, eſt interdicta vaſallo. d. cap. imperialem. in prin. & in §. callidi. in tit. de prohib. alie. feu. per Fede. † Sed an

9 vaſallus poſſit compromittere ſuper re feudali ſine licentia domini? Tex. in cap. j. §. ſi inter. in titu. de le. Corr. in vſib. feu. videtur velle, ꝙ vaſallus ſine licentia domini poſſit compromittere in arbitros. Idem videtur velle tex. in cap. j. in titu. de inueſti. in ma. fac. in cap. j. in titu. apud quem, vel quos. & ita tenuit glo. in d. cap. imperialem. §. pen. & in d. c. ſi inter. Hanc opi. ſequuti fuerunt Pileus in ſua ſumma feudorum, & Iaco. de Belu. & Nico. de Neap. in capitulis ſuperius allegatis. & Iacob. Ardizo. in ſua laudabili ſumma feu. in tit. de cōten. feu. ſub rubricella, ſi contentio eſt inter vaſallum. & iſtam opinionem tenuit Spec. in titu. de arbi. §. reſtat. ver. ſed nunquid vaſallus. & placet Hoſtien. in ſua ſumma, in titu. de arb. §. de qua re. ver. ſed nunquid. And. de Iſer. in d. cap. ſi inter. arguit, quod primo immo vaſallus poſſit compromittere ſine licētia domini, quia datur illi facultas litigandi actiue & paſſiue ſuper feudo. cap. j. in tit. de controuer. inter vaſal. & alie. de benefic. ergo debet eſſe licitum compromittere in arbitros, quia arbitria ſunt redacta ab inſtar iudiciorum. l. j. ff. de arbi. poſtea dicit, ſed cum hodie omnis alienatio ſit prohibita vaſallo, ſeu omnis machinatio & circumuentio, per quā poſſet deuenire ad alienationem. d. cap. imperialem. in prin. & in §. callidis. & l. ſcite oportet. in §. j. in verbo, alia via. ff. de tuto. & curato. da. ab his. certe videtur, ꝙ ſit prohibitum vaſallo compromittere ſine licentia domini, quia per tale compromiſſum iuncta ſententia arbitrorum, poſſet deueniri ad alienationem feudi. In ſecreto iuris eſt tenendum, ꝙ vaſall⁹ etiam ſine licentia domini poteſt compromittere in arbitros, quia tex. eſt in d. §. ſi inter. & in aliis iuribus ſuperius allegatis. Nam conſuetudines feudorum permiſerunt, ꝙ arbiter poſſet cognitor & deciſor ſuper re feudali, vt probaui ſupra. & iſtam opin. ſequutus eſt Iacob. Aluaro. in d. §. ſi inter. Subdit tamen ibidem not. ꝙ dominus poſſet prohibere vaſallo ne compromittat. allegat. l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtem.

10 † Sed dubitatur adhuc, an vaſallus poſſit compromittere in arbitratorem ſine licentia domini? In hoc audacter teneatis ꝙ non, quia licet ipſe vaſallus agendo, & ſe defendendo ſuper re feudali poſſit ſtare in iudicio ſine licentia domini, præalleg. cap. j. in tit. de controuer. inter vaſal. & alien. de benefi. tamen coram arbitratore non eſt iudicium, nec qua ſi iudicium. Ita no. Innocen. in cap. Quintauallis. ext. de iureiu. Præterea ex legib. ſeu cōſuetudinib. feudorum deputatæ ſunt certæ perſonæ ad cognoſcendum de cau. feudali. ī primis aliquando cognoſcit dominus feudi, aliquando pares curiæ, aliquando iudex ordinarius, vt plene no. in cap. cæterum. extra de iudi. & in cap. j. in titu. de controuer. apud pa. curiæ. ali quando cognoſcit arbiter. d. §. ſi inter. ſed de arbitratore nullibi cauetur: ergo nos non dicere debemus. ar. l. ſi ſeruum. §.

11 non dixit Prætor. ff. de acquir. hæred. † Vnum tamen perpetuo notetis, ꝙ vaſallus per ſimplex compromiſſum factum in arbitratorem ſine licentia domini nō amitteret feudum, ſed demum illud amitteret, quod per ſententiam arbitratorum transfertur poſſeſſio feudi in alium. Et hoc eſt de mēte And. de Iſer. in d. ca. j. §. ſi inter. & expreſſe hoc vult ibi Iaco. Aluaro. Pro qua ſententia optime faciunt ea, quæ dixi, ꝙ ꝑ ſolum contractum venditionis factę de re feudali ſine licentia domini vaſ. non amit. feu. ſed demum, ſi procedit ad traditionem. allegaui Bald. in cap. j. §. aut ſi libellario. in titu. qui. mo. feu. ami. in lib. feu. Sed ſupra aliquando dixi, ꝙ vaſallus poteſt tranſigere ſuper re feudali ſine licētia domini, dūmodo tranſigat bona fide. †

12 Quæro, nunquid talis tranſactio p̄iudicabit agnatis ipſius vaſalli? And. de Iſern. & Iacob. Aluain d. cap. ſi vaſallus de ſuo feudo. determinat ꝙ non, quia vaſallus quantum ad ſui preiudicium bene poteſt tranſigere, ſed non in præiudicium agnatorum, per ea, quæ habentur in cap. j. in titu. de alie. feu. pater. Et hoc procedit, etiāſi agnati ſciuiſſent illam tranſactionem, quia non neceſſitantur ad contradicendum, ſicut neceſſitantur quando vaſallus litigat in iudicio, & agnati ſciunt cauſſam agitari. l. ſæpe. ff. de re iu. nam etiam inuitis agnatis poſſet vaſallus ad ſui præiudiciū tranſigere, per ea, quæ habentur in l. Caius. ff. de pign. ac. & in cap. veniens. ext. de tranſa. non eſt ergo curandum de eo

13 rum contradictione: & notetis. † Quæro vlterius, nunquid vaſallus ſine licentia domini poſſit locare feudum alteri ad longum ſeu longiſſimum tempus? Videtur prima facie dicēdum ꝙ ſic: quia locatio etiam ad longiſſimum tempus non eſt alienatio, vt vult gloſ. reputata ſingulari in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. Contrariam ſententiam tenuit Bald. in d. §. aut ſi libellario. & omnes ſequuntur, quia per locationem ad lōgum tempus transfertur vtile dominium. l. j. §. qđ autem. ff. de ſuperficie. & l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. vel emph. peta. habetur in Clem. j. ext. de re. Eccle. nō alie. Et ad glo. d. §. inſtituto. reſpondebitis ꝙ Dyn. & communiter Docto. eam reprehendunt. dicit tamen Bald. in d. §. inſtituto. & ſequitur ibi Iacob. de Aluaro. ꝙ illa glo. poſſit ſaluari, quā do in contractu locationis factæ ad longum tempus expreſſe actum fuiſſet, ꝙ conductori non acquireretur ius in re. & idem videtur velle Bald. in d. §. aut ſi libellario. nam pacta dant legem contractibus. l. j. §. ſi conueniat. ff. depoſi. ad modicum tempus autem, puta ad nouem annos, bene poſſet vaſallus locare feudum: quia tunc conductor non acquirit ius in re, vt habetur in d. Clem. j. & ibi bona glo. ext. de reb.

14 eccle. non alien. † Quæro etiam, nunquid vaſallus propter aliquam neceſſitatem, præſertim famis, poſſit alienare feudū ſine licentia domini? Videtur ꝙ ſic, quia propter talem neceſſitatem licitum eſt patri vendere filium. l. j. C. de patri. qui fil. diſt. Item neceſſitas facit actum probabilem. tex. eſt no. in l. qui potuerint. ff. de manu. teſta. Ideo dicit Angel. in l. Diu⁹. ff. de pet. hær. ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ nullus audeat facere arengam, ſeu propoſitum de imponendo aliquam collectam ſub tali pœna, & contingat ſuperuenire neceſſitatem vel ꝑpter cladem famis, vel guerræ, & aliquis faceret arengam de imponendo collectam propter talem neceſſitatem, non caderet in pœnam ſtatuti: nam neceſſitas nō eſt legibus ſubiecta. cap. 2. de ieiunio. Contrariam ſententiam tenet expreſſe Bal. in cap. j. in prin. in titu. quali. olim pote. feud. alie. & cæte

Source : BIU Cujas

ri ſequuntur, maxime Aluaro. mouetur Bald. quia dominus habet ſuperioritatem ī feudo, & habet proprietatem: & vbi eſt ſuperioritas, ibi eſt auctoritas, vt not. in l. j. ff. de auctor. tu. & ideo vaſallus etiam propter neceſſitatem non poteſt alie nare feudum ſine licētia domini: ſed dicet aliquis, quòd hoc videtur mirum, quia vaſallus alienando ſe non intromittit de directo dominio domini, ſed ſolum de vtili dominio ipſius vaſalli. Sed ad hoc reſpondet Bald. quòd vtile dominiū vaſalli nō eſt francum, ſed obnoxium ſeruituti & obſequio domini, ideo fuit ſtatutum, ne vaſalli poſſint alienare feuda ſine licentia dominorum, quia per tales alienationes diminuebantur feuda. cap. j. in verbo, attenuatas. in titu. de prohi. alie. feud. per Lothar. & cap. imperialem. in prin. in tit. de pro hib. alie. feu. per Fed. Ad iura ſuperius in contrarium allegat. reſpondebitis, quòd procedunt, quando ille, qui vult alienare rem, non habet in illa re ſuperiorem, eo quia habet liberum dominium: & tunc de illa re poteſt diſponere pro libito voluntatis. l. in re mandata. C. de mand. l. j. C. de ſacroſanc. eccl. De hac q. tractat etiam ipſe Bald. in cap. j. §. at ſi libellario. in ti. quib. mod. feu. ami. & ibi determinat ad quod ſupra. Et idem Bal. in l. voluntas. C. de fidecom. nihil circa hoc clare determinat. ſubdit tamen ibi, ꝙ vaſallus etiam ſine licentia domini poteſt vendere fructus rei feudalis ad modicum tempus, quia iſta nō diceretur alienatio. allegat l. in ædibus.
15 §. ex rebus, ff. de dona. † Dubitatur etiam, vtrum valeat ſtatutum, quo permiſſum eſt vaſallis alienare feuda ſine licentia dominorum? Concludite ꝙ ſi eſſent eccleſiaſtica feuda, & ſtatutum ſit conditum a laicis, nihil valet. cap. quæ in eccleſiarum. & cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. ex. de conſtit. imo quòd plus eſt, legatus etiam de latere non poſſet hoc promittere. l. prohibere. §. plane. cum ibi no. per Barto. ff. ꝙ vi aut clam. Statutum autem conditum a laicis ſuper feudis nō eccleſiaſticis bene valeret. ita determinat Iacob. Aluaro. in cap. j. in tit. quali. olim pote. feu. alie. quod limitat procedere, niſi tale ſtatutum fuiſſet factum in fraudem alienationis. allegat tex. in c. imperialem. in prin. & in §. callidis. in tit. de prohib. feu. alie. per Fed. Addite vos, ꝙ tale ſtatutum ſiue decretum non præiudicat agnatis. ita tenet Domi. Mart. de Lau. in d. cap. j. §.
16 donare in titu. proxime allegato. † Sed hic cadit pulchra dubitatio, nunquid valeat conſuetudo, quæ permittit vaſallis alienare feudum ſine licentia dominorum? Videtur quòd non: quia tex. in d. cap. imperialem. volens excludere omnē præſcriptionem, dicit nullius temporis præſcriptione obſtāte: vnde per iſta verba videtur tolli cōſuetudo, quia ab hoc inducatur conſuetudo, vt requiritur præſcriptio ſaltem longi temporis, & ideo dicit longa conſuetudo. l. 2. & rubri. C. quæ ſit long. conſue. habetur in l. de quibus. ff. de legi. Sed Io. Ray. in commento d. cap. imperialem. in §. circa 24 colum. determinat conſuetudinem valere: non obſtat tex. in d. cap. imperialem. ibi, nullius temporis præſcriptione impediente: quia ipſe reſpōdet, ꝙ ibi tollitur ſimplex præſcriptio, ſed nō tollitur compoſitum: id eſt, conſuetudo. nam ſecundum eū licet lex vel decretum tollat ſimplex pactum, non tamē ſub iſta generalitate ſermonis dicen. non obſtantibus quibuſcūque conuentionibus & pactis, non comprehenduntur pacta ſententiata per curſum temporis confirmata, nec etiam pacta iuramento firmata. Iſta eſt glo. no. in Clemē. dudum. alias incipit, ſuper cathedram. §. fin. ex. de ſepul. no. in cap. cū non deceat. ex. de elect. lib. 6. † Et aduertite, ꝙ præmiſſa pro-
17 cedunt, quando alienatio feudi fieret ī extraneum. ſed agnatus bene poteſt alienare feudum alteri agnato proximiori, ad quem feudum eſſet peruenturum. textum habetis in cap. j. §. ſi quis vero. in titu. de feu. alie. prohib. per Loth. & eſt ratio, quia iſta non eſt proprie alienatio, ſed potius quædam refutatio, vt habetur in cap. j. in titu. de alie. feu. pater. Sed ſi fieret alienatio remotiori, tunc agnatus proximior poſſet illā alienationem reuocare, ſecundum Bart. in cap. j. in tit. de vaſal. qui contra conſtit. Lothar. ſed debet agnatus proximior eſſe aduiſatus, quia a die, qua ſciuit illam alienationē factā in agnatum remotiorem, non habet niſi vnum annum ad reuocandum. cap. Titius. in titu. ſi de feu. defunc. fuer. contro.
18 † Si autem alienatio feudi eſſet facta in extraneum, tunc agnati ipſius alienatoris poſſent illam alienationem reuocare infra 30. annos. ita vult glo. communiter approbata in d.
19 c. Titius. † Quæro quando vaſallus alienat feudum, requiritur conſenſu domini, nunquid ſufficiat ꝙ conſenſus ſequatur alienationem, an vero debeat præcedere? And. de Iſer. & Iacob. Aluaro. in d. cap. imperialem, in titu. de proh. alie. feu. p Fede. determinant ſufficere, ꝙ talis cōſenſus interueniat poſt alienationem. mouetur, quia talis conſenſus tendit ad tollēdum impedimētum, propter quod prohibebatur alienatio, vnde debet ceſſare effectus impedimenti. l. vbi lex. ff. de vſuc. item agebatur ſolum de præiudicio ipſius domini, vnde ſufficit, ꝙ conſenſus poſtea interueniat. l. in concedendo. in fin. ff. de aqua plu. arcen. An autem quando in actu aliquo requiritur auctoritas, debeat illa auctoritas interuenire in ipſo actu, vide per cano. in cap. conſuetudinis. ext. de conſue. & per Barto. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acqui. vel omit.
20 hæred habetur in § tutor. Inſtit. de auct. tuto. † Sed hic cadit pulchra dubitatio, an ſufficiat tacitus conſenſus domini, puta, quia dominus bene ſciuit alienationem factam per vaſallum, & expreſſe non contradixit, an videatur conſenſiſſe? Glo. in cap. j. in verbo, ipſorum permiſſu. in titu. de prohibi. alie. feud. per Lothar. tenet, ꝙ hoc caſu ſcientia domini habeatur pro conſenſu. Pro qua opinione faciūt iura infra ſcripta, ſ. l. j. C. de remiſ. pigno. l. ſi hypothecas. illo eo. titu. l. quidam. ff. de euic. l. creditor ff. de verbo. ſignifi. l. honor. §. fin. ff. de mune. & hono. Et hanc opinionem ſequitur Iacob. de Belu. in d. capitu. j. & dicit Iacob. Aluaro. in d. cap. j. §. præterea. in titu. quibus mod. feud. amit. ꝙ Docto. communiter ſequūtur iſtam opinionem: ſed Bertrā Caprioli, in d. ca. imperialem. in princ. & in præallegat. cap. j. expreſſe tener contrarium: mouetur, quia ſcientia & patientia domini nō debet haberi pro conſenſu, ſed pro contradictione. l. qui vas. §. vetare. ff. de fur. & l. filiusfam. §. inuitus. ff. de procu. nam dominus debet ſcire ius ſuum ſemper durare. l. ſicut. §. non videtur. ff. qui. mod. pign. vel hypo. ſolu. & ſi vellemus tenere illā opinionem poſſemus reſpondere ad iura allegata per Iaco. de Belui. & primo ad l. i. C. de remiſ. pigno. ꝙ ibi eſt ſpeciale fauore libertatis ad l. ſi hypothecas. ꝙ ibi illud procedit p̄pter ſubhaſtationē ſolenniter factā. l. 2. & l. ſi tempora. C. de fide inſtrum. & iure ha. fiſ. lib. x. Ad l. quidam. de euic. reſpondebitis, ꝙ ibi non interuenit ſolum ſcientia & patientia, ſed etiam participatio precii. Ad l. creditor. dicatis ꝙ ibi ille, de cuius præiudicio agebatur, conſenſerat. Ioan. Reyn. in ſuo commento d. cap. imperialem. §. habito. circa 13. colum. ita diſtinguit: aut dominus non habuit certam ſciētiam, ſed erroneam, & tunc non videtur conſenſiſſe alienationi feu. l. 2. ff. de iudi. nam nihil eſt magis contrarium conſenſui, quàm error. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. omnium iud. & l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact. aut dominus habuit certam ſciētiā, & tunc ſi non fuit præſens contractui, tunc talis ſcientia & patientia non habetur pro conſenſu, quia vaſallus non debebat denunciare domino, & petere conſenſum & licentiā ab eo: vnde cum iſta denunciatio fiat non tantum ad finem certiorandi dominum, ſed etiam ad obtinendum licentiam ab eo, ſola ſcientia & patientia non habetur pro conſenſu, per Barto. in l. denunciaſſe. §. j. ff. ad l. iul. de adulte. ſecus ſi denunciatio ſolum requireretur quantum ad certificandum, quia tunc haberet locum illa vulgata regula, qui certus eſt, amplius certificari non debet, l. j. in fi. ff. de ac. emp. ſi uero dominus nedum ſciuit alienationem, licet etiam fuit præſens contractui, & tacuit, dicit præfatus Docto. adhuc non habetur pro conſentiente, quia iſta prohibitio alienationis feudi nedum eſt inducta ad fauorem dominorum, ſed etiam Rei publicæ, d. cap. j. in titu. de prohib. alie. feu. per Loth. non obſt. l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. quia loquitur in rē, de qua poteſt haberi liberum commertium. Tandem præfatus Docto. concludit tenendam eſſe opinionem Bertra. Caprioli, tanquam veriorem in iudicando non eſt tutum recedere ab opin. Gloſſatorum, attento ꝙ Doct communiter, vt refert Iacob. Aluaro. in d. §. præterea. ſequuntur opin. gloſſa-
21 torum, in ſtricta diſputatione verior eſt opi. Ioan. Rey. † Quæro de quæſtione quotidiana, pone: ego conceſſi Titio quoddam caſtrum in feudum, Titius illūmet feudum ſubinfeudauit Sempronio, Sempronius vult alienare feu. quæro, an habeat neceſſe requirere conſenſum mei prioris domini, an vero ſufficiat habere conſenſum a Titio domino immediate ipſius Sempronii? Glo. format iſtam quæſtionem in capit. imperialem, in §. illud. in titu. de prohib. alie. feu. per Feder. & tandem videtur inclinare, ꝙ requiritur conſenſus maioris, ſeu prioris domini. Et iſtam opin. tenuerunt Iaco. de Belui. in d. §. illud. & Iaco. Blanchus Marſilienſis in ſua ſumma feu. in titu. qui. mod. feu. amittat. in primo fol. in verſi. item ſi vaſallus vaſalli, & in x. fol. in ver. domini verbū intelligas. Hāc opin. tenuit Iacob. de Ardizo. in ſumma ſua, in titu. qui. mo. feu. amit. ſub rubricella, an ſufficiat conſenſus maioris domini. Idem tenuit Azo in ſumma ſua, in titu. de iure emphy. & Specu. licet loquatur in re emphy. in titu. de loca. §. nunc dicendum. verſi. 26. Et hanc ſententiam tenet expreſſe Bald. in §. illud quem §. legit. cum §. ſuper. in cap. imperialem, & dicit ibi Bald. hanc eſſe veritatem. Et iſta opinio placuit Iacob. Aluaro. in d. cap. imperialem. in prin. Motiua præfatorum Doctorum ſunt hæc, in primis, quia quando dominus concedit rem in feudum alicui, puta, Titio, transfert in ipſum Titium vtile dominium, & ſi ipſe Titius poſtea illam rem feudalem ſubinfeudet, ſeu alienet alteri, transfert ſuum vtile dominiū in accipientem: ergo nihil remanet apud ipſum Titium primum

Source : BIU Cujas

mum vaſallum,quia vtile dominium non poteſt diuidi,nec poſſunt eſſe plures vtiles domini inſolidum,ſicut nec directi. l.3.§.ex contrario.ff.de acqui.poſ. & l.ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum.ſt.commo.cum ergo nihil remanſerit apud ipsū Titium,certe conſenſus in alienando non debet requiri ab eo,ſed a priore domino, apud quem remanſit directum dominium. Secundo mouetur, quia prima cauſa feudi accepit fundamentum a priore ſeu antiquiore domino,appellatione domini intelligimus de directo l.j.§.qui in perpetuum. ff.ſi ager vectiga.vel empy.peta.Et iſtam ſententiam tenendo reſpondebitis ad d.§.illud.quod non loquitur in terminis alienationis,ſed in offenſa ſeu delicto, quod delictum non reſpicit rem,ſed perſonam: & delictum vnius non aggrauat alium.l.ſancimus.C. de pœn.Et iſtam opinio. tenuit ēt Petr⁹ Iacobi in interdicto,Vnde vi,alias,de poſſeſſione. Contrariā opin.tenuit Bertran.Caprioli, in d.§.illud. & Domi.Ioā.Fab. in §.adeo. Inſti.de loca.mouentur iſti Docto. primo per tex. in d.§.illud.nam ſecundum omnes quotquot ſunt vaſalli habent vtile dominium:& primus vaſallus dicitur dominus ſecundi, & ſecundus tertii, & ſic de ſimilibus. quòd probant hoc modo:nam certum eſt, ꝙ vaſallus poteſt alteri feudum ſubinfeudare,vt vult glo.approbata.cap.j.§.præterea,in titu. de cap.Corra.in lib.feu.ſed ſic eſt,ꝙ quando permittitur aliquis contractus,intelligitur ſecundum ſui naturam permiſſus.l.plenum.§.equitii.ff.de vſu & habi.l.ſi vno. in prin.ff.lo. l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.& certum eſt, ꝙ tradēs rem in feudū, habet certa iura ratione fidelitatis,& ex natura feudi, & ratione iſtorum iurium dicitur habere vtile dominium.nec eſt inconueniens, ꝙ plures ſint vtiles domini diuerſis reſpectibus,p er ea,quæ habentur in l. ex aſſe.ff.ad Treb.Ad idem ad ducunt tex.in d.§.illud.vbi probatur, ꝙ etiam dominus immediatus,qui recognoſcit feudum ab alio,appellatur domi nus,reſpectu ſecundi vaſalli.Item adducunt d. cap. imperialem.in §.præterea ſi quis maior.alias incipit, præterea ſi quis infeudatus.in verbo, a proprio domino. cum ergo ſecundū eos primus vaſallus quantuncunque transferat feudum in ſecun.tamen retinet vtile dominium,vel ſaltem habetur ꝓ vtili dominio : ergo ſecundus vaſallus ſi velit alienare illud feudum, debet requirere conſenſum ab ipſo immediato & proprio domino, non autem a priore ſeu antiquiore domino.Ioan.Reyn.in d.§.illud,dicit ſe aliquando conſuluiſſe ſecun.opinionem Bert.Caprioli,& Ioan.Fab. ſubdit tamen,ꝙ ſemper fuit dubius in iſto articulo per id, quod vult Specul. in tit.de feu.§.quoniam.ver. quando quæritur. vbi quærit de
22 tali quæſt.† ponamus quòd vaſallus vaſalli committat feloniam contra Principem, a quo primus vaſallus recognoſcit feudum,cui applicabitur illud feu.Reſpondet, quòd applicabitur Principi illius terræ, ſed quia non eſſet inconueniens, ꝙ Princeps haberet ſubditum in ſuum dominium, ne inuitus ei aſſocietur.l.actione.§.ſocietas.ff. pro ſocio.nec eſt conueniens,ꝙ Princeps ſeruiat ſubdito ſuo:ideo dicit,ꝙ vtile dominium debet vendi, & precium fiſco applicari illius Principis, remanente domino, & proprie apud dominum immediatum.& ſic iſtud dictum Specul. videtur facere pro prima opin.ſed certe tenendo opin. Caprioli, poſſetis reſpondere, ꝙ Spec.loquitur in domino generali illius terræ, & tex.in d. §.illud.loquitur in domino maiore feud.Ego in iſto puncto ſæpe conſului ſecundum primam opinionem, quæ eſt magis communis,& non eſſet tutum in iudicando ab ea recedere,attento ꝙ Gloſſator tenet opi.iſtam in d.§.illud, per Iacob.Butr.in l. vnica.C.qui pro ſua iuriſdict.& dicit Bald.in l. hæreditas. C. depoſiti, quod auctoritas gloſſatorum, & c. Limitabitis tamen concluſionem prædictam procedere,niſi maior ille ſeu antiquior dominus eſſet abſens:quia iſto caſu ſufficeret cōſenſus proximi,& immediati domini, & hoc eſt de mente Iacob.Aluaro.in d.cap.imperialem.in princip. Secundo limitabitis, niſi prior dominus in conceſſione feudi alteraſſet naturam feudi, puta, quia dediſſet licentiam vaſallo alienandi cui vellet,iuxta cap.j.in titū.de feu.non haben.propri.natu.feu. nam tunc licentia non eſſet ab eo requenda, ſed eſſet requirenda a proximo & immediato dño, & hoc eſt de mente Cyn. in d.l. fin. C. de iure emphyteutic. & de mente Ioan.Rey.in §.illud.Et hæc notetis,quia frequē-
23 ter contingunt in practica.†Sed ponamus, vaſallus alienans feudum dicat hoc modo. Vendo & trado tibi tale feudum ſaluo iure domini,& agnatorum meorum,& aliter non, & iſte vaſallus non habuerit conſenſum domini, nunquid per illa verba proteſtatoria excuſabitur a pœna priuationis feudi? Bald.in cap.j.§.fin.in titu.quæ ſit prima cauſa benefi.ami. in vſi.feud.determinat quòd non, quia cum teneretur denūciare domino,& non denunciauit, videtur contempſiſſe ipſum dominum, & conſequenter debet perdere feudum. per dictū §.fin. Item quia in præiudicialibus proteſtatio nihil ꝓdeſt.cap.olim.ext.de cenſi.ſi tamen adderet iſta verba,vt nō aliter,nec alio modo:tunc ſecundum Bald. excuſaretur a cō miſſo.allegat. l.ſi quidem,cum ibi not.C.de except.& l.item Labeo.§.j.ff.famil.erciſcun.& l. ſi locuples.ff.de manu.teſta.
24 † Quid ſi dicat hoc modo, Ego vendo tibi & trado tale feudum ſaluo conſenſu domini, an iſta verba proficiant ad excuſandum vaſallum a perditione feudi? Bal.no.in l.vnica.C. de,his,quæ pœ.no.&c.in pe.ſeu antepe.col.determinat quòd non mouetur,quia licentia debet requiri a domino ante factum,vel in ipſo actu,& talis proteſtatio non prodeſt, quia traditio eſt facti, & factum eſt contrarium proteſtationi.faciunt nota.in cap.cum M.Ferrar ext.de conſtit.& in capit.ſo
25 licitudinem ext. de appella. † Sed quid,ſi dicat, Ego vendo & trado tale feudum ſaluo honore domini,an tunc excuſabitur ab amiſſione feudi? Concludite ꝙ non, per nota.per Hoſtien.& Ioan.Andr.quòd male ſeruat ius, qui illud in toeneruat: & dicit, ꝙ hoc fuit de facto in quodam Seneſcallo
26 Regio,qui iuſſit hominem ſuſpendi ſaluo iure ſuo.† Sed qd ſi vaſallus alienans feudum ſine licentia domini dicat hoc modo,Ego vendo tibi tale feudum in quantum de iure poſſum,& aliter non,an tunc excuſetur ab amiſſione feudi?Barto.in cap.j.in §.hoc quoque,in titu.de ſucceſſ. feu. refert Iac. de Ardizo. tenere ꝙ ſic: ſed hoc limitat Bald. niſi captio domini poſſet interuenire, puta in traditione caſtri,quod cum difficultate poſſet recuperari per dominum : nam tunc dolus eſt in traditione, qui debet purgari per amiſſionem feudi,& hoc eſt,vt diximus, quia procedit venditio vt infirma, & ſequitur traditio vt infirmanda,vt no.in l.& elegan ter, in princip.ff.de dolo.Item proteſtatio nihil reuelat in his, quæ ſunt facti,vt dixi : & iſtam limitationem Baldi ſequitur Iac.
27 Aluaro.in d.cap.imperialem.in princ.† Si tamen vaſallus diceret,Ego vendo feudum,ſi domino meo placuerit, iſto caſu bene excuſaretur a perditione feudi. Ita ſentit Bal. in d.§. hoc quoque.& expreſſe determinat Iacob.Aluaro. in d.cap. imperialem.allegat l.ſi locuples. ff.de manu. teſta. Ego idem conſului, dum quidā vaſallus feudum ſine licentia domini alienaſſet,& in alienatione dixiſſet hæc verba Ego alieno tale feu.ſaluo tñ beneplacito Principis,& non aliter, nec alio modo : dum fiſcus ageret ad commiſſionem dicti feudi,obtinui iudicari in ſacris audientiis, ꝙ ipſe vaſ. non amiſerat feudum,quia illi ablatiui abſoluti,ſaluo ſemper beneplacito,reſoluūtur in vim cōditionis, id eſt,ſi placuerit domino meo, & non aliter.l.a teſtatore.ff.de condi.& demonſt. & l.ab emptione.ff.de pact. & defectus conditionis habet annullare actū.Et quòd traditio dominii,& poſſeſſionis poſſit fieri ſub conditione,eſt tex.no.& ibi Bar. in l.qui. §.j. ff.de acquirend.
28 poſſeſſ.†Sed pone,quòd per ſtatutum ſit inducta ſolennitas in vēditione feudi,vel rei emphyteuticæ, & vaſallus ſeu emphyteuta vendat illud feudum, non ſeruata ſolennitate ſtatuti,an debeat perdere feudum? Bald.in l.2.C. de epiſc. audien.determinat, quòd non : quia talis venditio facta non ſeruata ſolennitate ſtatuti eſt nulla.l. cum hi. §. ſi Prætor.ff. de tranſact. & verbum venditionis abſolute prolatum in ſtatuto non comprehendit venditionem, quæ eſt nulla.argu.l. 4.§.condemnatum. ff.de re iudi. Eandem opinionem tenuit Iacob.Aluaro.in d.cap.j.in tit.quid iuris ſit, ſi vaſallus per alienationem feudi recupera. ad finem, in vſibus feudorum.
29 †Sed dubitatur adhuc,ponamus, ꝙ dominus det licentiam vaſallo alienandi feudum, vtrum remanebit ipſi domino ſaluum ius directi dominii,& ius vaſallagii, quod habebat in illo feudo? Ioan.Reyn.in cap. imperialem.in 13.colum. in §.habito. in verſicu.quæro, hic habes,videtur velle,quod non. mouetur, quia qui alteri conſentit, ſua iura perdit, & aliena fortificat.cap.j.§.præterea.& ibi not Bald. in titu. qui. mod.feud.amitta.& l.fin.ff.de inoffi.teſtam.& ideo dicit præfatus Docto. ꝙ vtile erit domino, ꝙ tempore licentiæ dicat hoc modo, Damus tibi licentiam alienandi feu. ſaluo noſtro directo dominio,& iure noſtro ſemper ſaluo, argumē. l.ſi debitor.§.j.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſolui.Sed contrariā opin.tenuit And.de Iſer.in d.cap.imperialem.in prin.in titu. deprohib.alie.feu.per Fede.& Bald.in cap.ij.in primis verbis ſuis,in titu.quo tempore miles.& Iacob.Aluaro.in d.cap.imperialem.& Domi.Mart.de Lau.in d.cap.ij.mouentur, quia tempore licentię fuit ſolum cogitatum de venditione vtilis dominii ipſius vaſalli : ergo non debemus facere extenſionē ad directum.allegant cap.afferte mihi.ext.de præſump. & allegant etiam cap.hoc quippe.3.quæſt. 6. vos comprobabitis iſtam opin.quam ſequutus fui ſæpè conſulendo, quia limitata cauſa limitatum producit effectum.l.in agris. ff. de acq. re.do.& l.Fulcinius.§.quid ſit latitare.ver. quid ſi aduerſus.ff. qui.ex cau.in poſſ.ea. Cum ergo talis licentia intelligatur limitata reſpectu vtilis dominij,quod habet vaſallus,certum & limitatum debet producere effectum. Et ideo dominus per talem licentiam non præiudicat ſibi in ſua proprietate ſeu directo domino.Et vltra præfatos Docto. reperi iſtā opi.

tene-

teneri per Iacob. de Ardiz.in ſumma ſua,in tit.quib.mo.feu. amit.ſub rubricella,an emptor, qui emit ſub voluntate dñi.
30 †Sed quæro de quæſtione pulchra & quotidiana,vaſallus alienat feudum ſine licentia domini, an illud feudum aperietur domino,an vero agnatis?glo.in ca.j.§.hoc quoque.in tit. de feu.ſuc.tenet,quod ſi eſt feudū nouum, vadit ad dominū: ſi antiquum,ad agnatos. Et hanc opin. tenuerunt Ioā.Blanchus Marſilienſis in ſumma ſua, quandoque feudum reuertitur ad agnatos. Eandem opinionem tenuerunt Iacob.de Belui.And.de Iſern.& Nico.de Neapo.in d.§.hoc quoque.& Bald.ibidem. licet in cap.j.§.fin.in titu.quæ ſit prima cauſa beneſi.amit.videatur velle contrariū,per illum text.quia vaſallus alienando feudum ſine licentia domini videtur dominum contemnere, & ideo vt habeat iniuriæ ſuæ vltionem, tale feudum debet ſibi aperiri, quantumcunque ſit antiquū. & Io.de Imo.dicit in cap.2.ext.de feu. ꝙ in iudicando non eſſet tutum recedere ab opin.gl.d.§.hoc quoque.& Ioan.Ray. in d cap.imperialem.in §.pœna.dicit, ꝙ iſta eſt magis cōmunis opin. refert tamen Bertram.Caprioli tenere cōtrarium, per iura hodierna, ſcilicet per cap.imperialem. Iacob. Aluar. in d.cap.j.§.fin.dicit hanc quæſtionem eſſe dubiam per d.cap. imperialem. & per d. cap. ex parte. & poſt Bald. in d.cap.fin. in cap.j.in titu.quæ ſit prima cauſa beneſi. amit.dat pro cautela, quod agnati ſe opponant pro eorum intereſſe, ne fiat traditio poſſeſſionis feudi,& ꝙ requirant dominum directū, vt prohibeat fieri traditionem dicti feudi,& ſi dominus hoc non faciat, dicitur eſſe in dolo, nec debebit lucrari de dolo ſuo, & ſi prohibeat traditionem fieri, non dicetur feudum
31 alienatum.l.alienatum. ff.de verbo. ſigniſi. † In iſta materia alienationis feudi debetis etiam ſcire, ꝙ feudum antiquum ēt ſine licentia dñi poteſt alienari ī agnatū proximiorē, qui fuiſſet ſucceſſurus in illo feudo, ſi alienatio facta non fuiſſet.cap.j.in titu.de alie.feud. pater.& cap.j.§. ſi clientulus.ibi, Fratri vel nepoti.in titu.de alie. feu. habetur in cap. Titius.in titu.ſi de feu.defunc.fuer.controuer. Et ſi fiat alienatio ī vnū agnatum ex proximioribus, & ſint alii agnati in pari gradu cum illo emptore,qui non conſenſerunt venditioni, reuocabunt illam alienationem pro partibus, in quibus fuiſſent ſucceſſuri,ſi alienatio non fuiſſet facta.Ita vult Bald.in cap.j.
32 in titu.de vaſal qui contra conſtitu.Lotha. † Sed moueo vobis elegantem dubitationem,ponamus,ꝙ vaſallus alienauerit feudum in agnatum remotioris gradus cum conſenſu proximiorum agnatorum,ſed tamen agnati ſecundi vel tertij gradus conſenſerunt, vtrum conſenſus proximiorū agnatorum ſufficiat ita,ꝙ alienatio feudi antiqui & paterni facta in illum agnatum remotioris gradus ſit valida & ſtabilis? Collegium Mediolani in quæſtione facti cōſuluit,talem alienationem eſſe validam. Et idem conſuluerunt Bar.de Sali. & Dominus Chriſto. de Caſtel. adducentes pro iſta opi.tex. in cap.j.verſi.& licet.in titu.de alie.feu.pater. Nam illa dictio & licet, debet in iure aduerſari & in facto,quod nō faceret, ſi intelligeremus, ꝙ debeat interuenire conſenſus omnium agnatorum,quando fit alienatio in agnatum gradus remotioris.Secundo pro iſta ſententia adducebatur text.in cap.1. §.Sed etiam res.ibi, niſi tibi vel proximiori. in titu.per quos fiat inueſtitu.in libro feudorū. Tertio pro hac parte adducebatur in d.cap.j. §. & ſi clientulus. ver.fratri uel nepoti. in titu.de alien.feud.Quarto adducebatur tale motiuum, quia ceſſat ratio prohibitionis alienationis,quæ militat, quando alienatio feudi fit in extraneum,forte exoſum,& non cōſortem in illo feudo.videtur enim ceſſare iſta ratio, quando fit in agnatum quantumcunque remotioris grad.Contrariam ſententiam tenuerunt Bertram.Caprioli, vt refert Ioan .Ray. in cap.imperialem.§.habito.circa 14.ſeu 15. colum.in tit.de prohib.feu.alie.per Fede.vbi Capriolus tenet, omnes agnatos eſſe vocandos,& omnibus eſſe fiendam oblationem, qa agit̄ de intereſſe omnium: ergo omnium cōſenſus debet requiri.l.fin.C.de aucto. præſtan. & Io. Faxolus de Piſis, in ſua ſumma feu.in titu.de alie.feu.ſic inquit,Item vaſallus alienabit & vēdet feudum agnatis, & cōſanguineis,qui ſe mortuo fuiſſent ſucceſſuri in illo feudo.Ecce ꝙ non permittit alienationem fieri,niſi in illos agnatos, qui eſſent ſucceſſuri: ergo in agnatum remotioris gradus nō debet poſſe fieri, niſi omnes alii agnati conſentiant.idem tenet Odof.in ſua ſumma, in ti.qui perſo.vaſal.ven.feu.Et placet Iaco.de Belui. in d.ca. imperialem.in princip.ubi dicit ipſe Iacob. ꝙ vaſallus poteſt alienare feudum etiam ſine licentia domini in agnatum, q erat ſucceſſurus in illo feudo: ſed agnatus remotioris gradus non erat ſucceſſurus: ergo,&c.Et in hanc partem videtur inclinare Bald.poſt multam diſputationem in præallegat.cap. j.in titu.de alie.feu.Eandem opinionem tenuit Ioan. de Lig. in Clem.j.ext. de iure patro. & ſecundum iſtam opinionem conſuluit ſacrum collegium Bononienſe. & ita etiam conſuluit Dom.Mar.de Lau.in quadam cauſa nobilium de Scarampis ciuium ciuitatis Aſtenſis,vt ipſe refert in d.cap. Titi⁹. Ego iſtam ſententiam ſæpe tenui conſulendo, adducendo bonum tex.in d.cap. Titius. vbi proximior agnatus reuocat alienationem factam in agnatum remotiorem. Et quia in ſecreto iuris iſta opi.eſt verior,quam etiam tenet Iacob. Aluaro.in d.cap.j.de alie.feu.in fin.primæ colum. ego reſpōdeo ad motiua tenentium opinionem contrariam, & primo ad primum de cap.j.verſi.& licet. in titu.de alie.feu. pater.ꝙ illa dictio,& licet,bene aduerſatur in iure & in facto,quia ſi alienatio feudi eſſet facta in extraneū,nihil valeret,vſque a principio,niſi interueniſſet cōſenſus agnatorum ipſius alienatoris:ſed quando fit in agnatum remotioris gradus, fateor, ꝙ illa alienatio valet,ſed reuocabiliter,quia agnati,qui non conſenſerunt illi alienationi,reuocare poſſint illam de gradu ad gradum, quia iſta ſucceſſio reuocatoria competit de gradu ī gradum ipſorum agnatorum.ita vult Dom. Andre. de Iſern. in cap.j.in §.hoc quoque.in titu.de ſucce. feu. optime facit l. cum pater.§.libertis. ff.de leg.2.& l.cum ita legatur. §.fin.eo. titu.Ad ſecundum motiuum de d.§.ſed etiam res.reſpondeo vt ſupra proxime:vel aliter, ibi proximior agnatus nolebat forte reuocare.Ad tex.in d.§.& ſi clientulus. ibi, fratri vel nepoti, reſpondebitis,ꝙ illa verba ibi ponuntur pro tota agnatione,vt vult Bald.ibidem.vel fateamur,ꝙ alienatio facta in agnatum remotioris gradus, valet cum conſenſu proximiorum agnatorum:ſed tamen agnati ſequentis gradus poterūt reuocare alienationem,ſi non conſenſerunt ipſi alienationi. Ad vltimum argum.pro reſpontione debetis conſiderare in hac materia feudali tria iura. Primum eſt prohibens alienationem in extraneum, & permittens inter agnatos, & iſtud ius ponitur in cap.j. in titu.de alie.feu.pat. Secundum eſt ius inducens reuocationem ipſius alienationis,quando fit in agnatum gradus remotioris,& iſtud ius ponitur in cap.j.§.ſed etiam res.in tit. per quos fiat inueſtitu. Tertium, eſt ius inducens reſolutionem alienationis, de quo in cap.& ſi clientulus.In propoſito noſtro ex primo iure non fit reuocatio ita bene ex ſecundo,& tertio. Et hanc opinionem comprobabitis alio fundamento, quia vaſallus non poteſt teſtari de feudo in præiudicium agnatorum.cap.j.ibi,nulla ordinatione defuncti.in tit.de ſucce.feu. ergo debet multo minus poſſe contrahere in præiudicium ipſorum agnatorum. l. ſeruū
33 filij.§.eū qui chirographum. ff.de leg.j. † Ex præmiſſis elicio vobis tres concluſiones.Prima eſt,ꝙ alienatio feudi antiqui poteſt fieri in proximiorem agnatum, qui erat ſucceſſurus ī illo feudo,ſi alienatio non fuiſſet facta. Et iſtam concluſionem firmat Iacob.de Belui.in d.cap.imperialem. & Doctor. in cap.j.in titu.de alie.feu. pat.Secunda concluſio, ſi ſint plures agnati in pari gradu, & alienatio feudi antiqui fiat in vnum ex eis,reliqui exiſtentes in pari gradu poterunt p ſuis portionibus reuocare alienationē. hanc concluſionem firmat Barto.in cap.j.in titu.de vaſal. qui contra conſtit. Loth. Tertia concluſio, ſi alienatio feudi antiqui fiat in agnatum remotioris gradus cum cōſenſu proximiorum agnatorum: tum agnati ſecundi & tertii gradus, qui non cōſenſerunt,poterunt illam alienationem reuocare, vt ſupra pulcherrimis
34 auctoritatibus probaui. † Expræmiſſis deciditur alia quæſtio,quam habui ſuperioribus diebus de facto: ſunt tres fratres habentes feudum antiquum, vnus donat partem ſuam illius feudi alteri,deinde ingreditur religionē,& monachat̄, an donatarius ſolus habebit illam partem, an vero æqualiter ſpectabit ad ipſos duos fratres, qui remanſerunt in ſeculo? Ego conſului, ambos fratres debere admittit, allegando Baldum in præallegato capit. j.in titu. de alien.feu. pat.in vlt.colum. mouetur, quia ſi ſolus donatarius habuerit illud feudum, eſſet contra intentionem primi parentis, qui pari intentione ſibi & ſuis hæredibus proſpicere voluit, nec fuit de eius intentione,ꝙ vnus ſupplantaret alium. cap.j.in titu. de duo.frat.a cap.inue.Item adducit tex.in cap. j.in tit.de mili.vaſal.qui ar.bel.depo. vbi tex.dicit, ꝙ dominus vel agnat⁹ concedit ſe habere debere feudum ipſius ingreſſi regligionē, & in quantum illa litera dicit, ꝙ dominus contendit, debet intelligi in feudo: inquantum autem dicit, ꝙ agnatus contēdit,loquitur in feudo antiquo.& illud verbum, agnatus,eſt indefinita locutio,quæ æquipollet vniuerſali,cum eadem ſit
35 ratio &cōditio ipſorū contentorū ſub illa vniuerſitate.†Sed quæro,vtrum filii illius,qui alienauit feudum antiquum,debeat in reuocando alienationem præferri agnatis ipſius alienatoris? Concludite, ꝙ ſi alienatio eſt facta iure & conſuetudine permittēte, tunc filii alinatoris præferētur: ſi vero alienatio ſit facta iure & cōſuetudine refragāte, tunc agnati ipſius alienatoris erunt præferendi.iſta concluſio approbatur a Doct.in c.Titius.in titu.ſi de feu.def.fuer.controuer.& in cap.j.§.& ſi clientulus.in titu.de alie.feu.& in cap.j. §.hoc quoque,in tit.de ſucc.feu. Aduertite ad id, quod ſupra dixi, agnatos admitti ad reuocandam alienationem feudi anti-

qui

qui factam per vasallum, nam per hoc debet limitari, nisi ipsi agnati sint hæredes ipsius alienatoris, quia tunc non possent venire contra factum ipsius defuncti, quia adeundo hæreditatem, intelliguntur approbare gesta per defunctum. l. cum a matre. C. de rei vendica. & l. si ab eo. in fin. C. de libe. causa facit. l. ex persona. ff. de regu. iur. Sed si ipsi agnati antequam adirent hæreditatem vasalli, qui feudum alienauit, cū fecissent inuentarium de bonis defuncti, tūc bene possent reuocare alienationem feudi, quia confectio inuentarii cōseruat hæredi omnia iura, & actiones, vt vult pulchra glos. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Et ita volunt Doct. in cap. j. in fin. an fil. vel agna. & Bald. in l. qui se patris. circa 9. colum. C. vnde lib. & Ioan. de Imo. in cap. 2. circa xvii. col. ext. de feud. Item, licet vasallus alienando feudum non possit præiudicare filio, vt vult Bald. in d. §. hoc quoque. tamen hoc fallit, si ipse filius aliquid postea habet de hæreditate patris: nam tunc alienatio illi præiudicaret, nisi inuentarium
36 conficiat per ea, quæ dixi supra.† Sed dubitatur, nunquid, si agnatus consentiat in alienationem feudi antiqui, talis consensus habeat præiudicare filio ipsius consentientis? concludite ex mente Iacob. de Belu. Bald. & aliorum Doctor. in d. cap. j. §. hoc quoque. in tit. de succe. feu. in distinctione, quā facit ibi Bald. circa 7. colum. q̄ aut fuit simplex & rudis consensus, puta, quia agnatus solum dixit, quòd consentiebat alienationi, & tunc talis simplex consensus non præiudicat filio ipsius consentientis: aut fuit consensus obligatorius, puta, quia non solum consensit alienationi agnatus feudi antiqui, sed etiam se obligauit promittendo non contra facere, nec vnquam contrauenire, & tunc talis consensus obligatorius bene nocebit filio, si sit hæres patris, quia ita p̄misit, quia non est illi licitum contrauenire facto patris, l. ea quæ
37 a patre. C. de rest. milit. †Sed dubium est, quidsi vasallus feudum antiquum refutet in manibus domini, nunquid ipsa refutatio præiudicabit agnatis ipsius refutantis? Concludite quòd non, nisi donec viuit ipse refutans, & eius descendentes. Istam opin. firmat Bald. in d. §. hoc quoque, in 6. colum. in sua prima conclusione. idem voluit ipse Bal. in cap. j. in 2. colum. in titu. de alie. feu. pat. Eandem opin. tenuit Iacob. de Adizo. Veronen. in sua summa feudo. in titu. quib. mod. feu. amit. sub rubricella, si vasallus refutat feudum domino. Et in hanc partē inclinat Iacob. Aluaro. in cap. j. §. fin. in 37. cōclusione. in tit. quæ sit prima causa benefic. amitten. in vsib.
38 feudo. † Verum quia dixi supra, obligationē seu semostam debere fieri omnibus agatis per vasallum, quando vult alienare feudum, quæro si agnatus offerat iustū precium, extraneus autem, qui vult emere feudum, offert vltra iustum precium, quis istorum erit præferendus? Bald. in l. 2. in fin. col. C. de rescin. ven. disputat istam quæstionem, & tandem determinat contra agnatum, quia res tantum valet, quantum wendi potest. l. si seruus. ff. de condictio. furti. & authen. hoc i⁹ porrectum. C. de sacrosanct. eccl. & l. prætor. §. in eum. ff. de bon. aucto. iudi. pos. & l. 2. & 3. C. si pp publ. pensi. Limitat tamen hanc suam decisionem, dummodo non interueniat fraus, neque colluſio cum eo, qui offert vltra iustum. allegat de ista materia no. per Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de emp. & vend. §. nunc dicendum restat. ver. item not. in fin. illius additionis. Vult ergo Bald. in effectu, q̄ agnatus debeat offerre & dare illud precium, quod reperitur ab alio, nec sufficit, quod ipse agnatus offerat iustum & cōmune precium. Et istam opin. sequutus est Iaco. Aluaro. in cap. j. §. sed & res. in titu. per quos fiat inuest. in lib. feu. mouetur per illum tex. ibi, æquali precio. Addite vos quòd Ange. in l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verb. oblig. videtur velle contrarium in ter-
39 minis huius quæstionis. pone † dicit ipse, quòd consors promiserit consorti non vendere talem rem, nisi sub pœna. contingit quòd cōsors offert iustum precium, sed quidam alius offert multo plus nunquid consors sine metu pœnæ poterit vēdere illi multo plus offerenti? Determinat Ang. q̄ non, qa sufficit, q̄ consors offerat iustum precium. & ita dicit fuisse disputādo determinatum. allegat pro hac sua decisione no. per Ioan. And. in addi. ad Specula. in addi. prædicta. Sed certe ibi Ioan. And. determinat totum contrarium per rationem, quam dixi: nam illud dicitur iustum precium, quod potest ab alio reperiri, vt in iuribus supra allegatis optime facit l. 2. ff. de in diem addict. Pro agnato videtur facere glos. in l. 2. C. de rescin. ven. ibi dicit, q̄ nō debemus inspicere precium, q̄ reperitur ab vno vel duobus, sed id quod communiter reperietur de precio talis rei. Ioan. de Imo. in d. §. cohęredes, p concordia istarum opin. dicit distinguendum esse, q̄ aut disponens verisimiliter considerauit precium, iuxta id quod reperitur ab alio, & isto casu debemus tale precium inspicere, nō autem id quòd posset communiter reperiri. Exemplum, ego vendo tibi librum pro decē cum pacto, q̄ si infra mensem melior mihi conditio offeratur, res sit mempta: isto casu debemus attendere precium nō secundum id, quod communiter reperitur, sed iuxta id qđ reperitur ab alio, qui plus offert, quantum primus emptor soluerit. & ita intelligitur l. 3. §. fin. ff. de in diem addict. aut disponens considerauit iuxta id, quod communiter reperitur, & tunc debemus attendere tale precium, non autem id quod reperiretur ab vno vel duobus. Exemplum, quando agitur, vt rescindatur contractus venditionis, vel suppleatur iustum precium, eo quia vēditor allegat rem fuisse venditam minus dimidia iusti precii, & hoc casu attendimus precium commune, non autem singulare. & ita intelligatur glo. d. l. 2. C. de rescin. vend. aut sum⁹ in dubio, & tunc si agitur de condemnādo aliquem ad precium, satis est attendere precium secundum quod communiter p osset reperiri, quia in dubiis fauere debemus reo, quoad decisoria. l. Arrianus. ff. de actio. & obligatio. & l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. no. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. obligat. & idem si agatur de conseruatione iuris iā quæsiti. quandoque vero quis vult ius de nouo sibi acquirēre prōpter pretium, quod offert, & tunc ipse debet offerre preciū, quod reuera reperitur ab alio, nec sufficit, q̄ offerat iustum precium, quia satis est q̄ sibi gratificetur, vt preferatur aliis absque eo, quod velit aduersarius pati damnum in recipiendo minus precium, quàm ab alio reperiatur, & ita dicit debere intelligi notata Ioan. And. in addit. prædicta. † Quæro
40 vlterius, sunt duo fratres, vel agnati habentes feudum antiquum & paternum, vnus ex eis vendit partem suam alteri, vtrum ille, qui acquisiuit illam partem, teneatur se facere inuestiri per dominum infra annum & diem? Glo. in cap. j. §. sed etiam res. super versi. proximiori. ad fin. in titu. per quos fiat inuest. mouet istam quæstionem, & nihil determinat, & illa glo. in fi. dicit, q̄ de hoc pollicetur se alibi dicturam. Sed Petr. de Ceruia ibi se dicit nescire, vbi Iac. Coliobi Glossator feudorum de hoc notauerit. Ego reperi istam quæstionem plene tractatam per Iacob. de Ardizo. Veronen. in sua laudabili summa feud. in titu. quib. mod. feu. acqui. sub rubricella, si de parte sua inuestitus. vbi distinguit, & eius distinctionem sequutus est And. de Iser. in d. cap. sed etiam res. q̄ distinguūt hoc modo: Aut isti duo fratres seu agnati iam fuerunt inuestiti per dominum de suis partibus, & iam præstiterant fidelitatē. Et hoc casu frater seu agnatus, qui acquirit patrē alterius, tenetur facere se inuestiri de illa parte acquisita ȝ. diem & annum, iuxta capit. j. in titu. quo tempore miles. Et idem est secundum eos, si vnus ex eis ex delicto perdidit partem suam, quæ obuenit alteri, iuxta ea quæ habentur in cap. j. in titu. si vasal. feudo priuetur cui deferri debe. in vsibus feudo. Aut vnus ex ipsius fratribus seu agnatis nondum agnouerat portionem suam vel amisit eam, eo quia īfra annum & diem non fecit se inuestiri per dominum, iuxta cap. imperialem. §. præterea si quis maior. in titu. de prohibi. alienatio. feudi. per Federi. & hoc casu, quia alter frater seu agnatus habet portionem alterius ex iure accrescendi, non tenetur tunc pro illa parte, quæ accreuit, facere se inuestiri, quia sufficit q̄ semel fuerit inuestitus de parte sua. idem enim iudicamus de augmento, quod de eo, cui fit augmentum. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. do. Facit optime pro decisione prædicta proxime, l. liber homo. §. Titius. ff. de hære. insti. Et hanc doctrinam sequitur Iacob. Aluaro. in d. §. sed etiam res. & D.
41 Mar. de Lau. in cap. j. §. j. in titu. quid sit inuest. † Ex prædictis infert not. And. de Isern. in d §. sed etiam res. q̄ si pater donaret feudum filio suo emancipato, vel frater maior natu, qui secundum consuetudinem Regni Francorum succedit in toto feudo, donat illud feudum fratri suo minori. certe ipse filius emancipatus, & ille minor frater haberet necesse petere inuestituram a domino infra annum & diem pro illo feudo sibi donato, quia cum veniant iure diuerso, inter eos non est locus iuri accrescendi. l. sed cum patrono. ff. de bonor. pos. nota. in l. vnica. C. quan. non peten. partes pet. accres. Et hanc determinationem sequitur Dominus Marti. de Lau. in
42 d. cap. j. §. j. in titu. quid sit inuest. †Quæro vlterius, quādo feudum antiquum est alienatum, quis præferatur in reuocando illam alienationem, an filius alienatoris, an vero agnati ipsius alienantis? Concludite, quòd si talis alienatio est facta cum iure & consuetudine permittente, tunc filius alienatoris præfertur domino, & etiam agnatis in reuocando: secus si iure & consuetudine refragante sit facta alienatio, qa tūc agnati præferuntur. Ita dicunt Io. de Belu. & Bal. in ca. j. §. hoc quoque. in tit. de succes. feu. & est de mente Bart. in l. eum q. ff. de inter. & releg. & no. in cap. Titius. in titu. si de feu. fuer. ꝯtrouer. vbi Iacob. de Belu. dicit esse tex. ad hoc sing. Addite, q̄ conclusionem prædictam sequitur Iacob. Aluarot. in cap. j. §. fin. in xxv. conclusione in titu. quæ sit prima causa benefic.
43 amit. † Dubitatur etiā, quando alienatio feudi facta per patrem habeat præiudicare filio, quando est facta sine licentia domini. Concludite, q̄ ita demum præiudicat filio, si sit ali-

quid

quid habiturus de hæreditate paterna, ſecus ſi nihil eſſet habiturus, quia tũc alienatio facta per patrem illi non præiudicaret. Ita dicit Iacob. de Bel. in d.cap.j.in titu. an fil. vel agnatus. Idem eſt, ſi filius eſſet habiturus ſolã legitimam in bonis patris, vt not. in d.cap.j. an fil. vel agna. Et ideo in quæſtione facti, cum quidam pater alienaſſet multa feuda antiqua, & veniens ad mortem in ſuo teſtamento inſtituiſſet filium primi gradus in ſola legitima, & nepotem ex eo inſtituiſſet hæredem vniuerſalem, dixi, q̃ ille primi gradus filius poterit reuocare feuda alienata per patrem. & ita reperi Doctor. tenere in d.cap.j. proxi. allega. Idem eſt, ſi filius cõfeciſſet inuẽtarium de bonis allodialibus, nam tunc alienatio facta p̃ patrem ſibi non præiudicaret, ſecundum Andr. de Iſern. & cæteros Docto. in d.cap.j. an fil. vel agna. Optime facit glo. ord.
44 in l. fin. §. in computat'one. C. de iure deliber. † Addite, quòd quando alienatio feudi antiqui facta legitime cum licentia domini abſque tamen conſenſu agnatorum, agnati demũ admittentur ad reuocandam illam alienationem mortuo alienatore, filius autem alienatoris admittetur ad reuocandum etiam viuente alienatore, dummodo refundat preciũ. tex. eſt in cap. Titius. in titu. ſi de feu. defun. fuer. controue. Si non legitime facta ſit alienatio, tunc reuocabitur etiam viuente alienatore, vt no. in d.cap. Titius. & ita determinat Iacob. Aluaro. in d.cap.j. §. fin. in xxvii. concluſione, in titu. quę
45 ſit prima cau. bene. amit. † Finaliter in hac materia alienationis, volo notetis vnum, q̃ illud, quod dicitur, q̃ vaſallus alienãs feudum ſine licentia dñi perdit illud, debet intelligi, quãdo ſcienter alienat, ſecus ſi erranter. Iſte eſt text. not. in cap.j. in titu. de controuer. inter dom. & emp. Sitis ergo cauti in libellando, vt in libello dicatis, quòd talis vaſallus ſciens talẽ rem eſſe feudalem, eam alienauit.

SVMMARIVM.

1 *Verba iſta. Et cum pacto, &c. inueſtitura feudali appoſita, quid operentur.*
2 *Pater, an poſsit vni filiorum aſsignare totum feudum.*
3 *Diſpoſitio teſtamentaria, qua vaſallus teſtatur de rebus feudalibus in alios, quam in eos, ad quos feudum erat peruenturum, an ſi dominus illa ratificet, ſit tenenda.*
4 *Si vaſallus teſtetur de re feudali præſente domino, & preſentib. agnatis, an ſibi præiudicabitur ex eorum præſentia.*
5 *Legatum de re feudali Eccleſiæ vel monaſterio factum, an valeat. & num. 6.*
7 *Feudum, an veniat in petitione hæreditatis.*
8 *Feudum, an veniat in reſtitutione fideicommiſſ. vſque ad nu. 12.*
12 *Legatum factum in cauſam profanam, an & qualiter ſolui debeat.*
13 *Pater, an poſsit in teſtamento diſponere, q̃ in feudalib. primogenitus filiorum ſuorum ſuccedat ſolus, & inſolidum, & ſic ſucceſsiue.*
14 *Pater, an poſsit vni ex liberis aſsignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam.*
15 *Pater, an delinquendo poſsit præiudicare filio in feudo.*
16 *Feudum Francum, quid dicatur.*
17 *Feudum, an computetur in legitimam debitam filio de iure naturæ.*

IT cum pacto, quod de ipſo feudo poſſint ipſi vaſalli inueſtiti teſtari, & p̃
1 vltimam voluntatem diſponere. † Aduerte, q̃ eſt valde vtile apponere iſta verba in inueſtitura, nam ſi apponantur, vaſallus non poteſt teſtari de feudo, & ſi teſtaretur, non valeret ſua diſpoſitio. text. eſt ad literam, in cap.j. in prin. ibi, nulla diſpoſitione defuncti in feudo valẽte vel manente. in titu. de ſucce. feu. Quod limitabitis, niſi vaſallus in teſtamento inſtituiſſet filium, uel agnatum, ad quẽ in omnem euentum feudum erat peruenturum: quia tunc talis diſpoſitio teſtamẽtaria eſſet valida exemplo eius, quod dicimus, q̃ licet alienatio feu. ſit regulariter prohibita fieri ſine licentia domini, tamen hoc fallit, quando alienatio fieret in agnatum proximiorem, qui erat omnino ſucceſſurus in feudo: nam tunc talis alienatio eſſet ualida. cap.j. in titu. de alie. feu. pa. & ita determinat Ioan. Reyn. in ſuo compẽ. feu. in §. habito. in xxi. ſeu xxii. colum. in ti. de prohib. aliena. feu.
2 per Fed. † Sed circa prædicta quæro de notabili quæſt. nũquid pater poſſit vni filiorum aſſignare totum feudum? Sunt q̃ dicunt, q̃ ſic, dummodo illud acquiſierit pater ex ſua probitate. argum. l. Diui fratres. ff. de iure patron. Alii dicunt, q̃ poteſt hoc facere, dummodo aſſignet benemerito, per l. vl' libertus. ff. ſi quid in fra. pa. & per l. ſi Rufinus. C. de teſtamen. mil. Bald. in cap. imperialem. in prin. circa 6. colum. in titu. de prohib. alien. feu. per Fede. determinat, q̃ pater non poteſt hoc facere, niſi de voluntate omnium aliorum filiorum, vel niſi ratificant illam aſſignationem. mouetur, quia lex feudalis expreſſe diſponit, quòd feudum vadat ad omnes filios æqualiter. cap.j. §. & quia vidimus. ibi, ad omnes æqualiter pertineat, in j. titu. feu. Et ideo pater etiam in teſtamento nõ poſſet vni filiorum aſſignare totum feudum, niſi fratres illius, cui fit aſſignatio, approbent diſpoſitionem teſtamentariam paternam, per tex. ad hoc not. in l. ſicut. §. venditionis. ff. qui. mod. pign. vel hyp. ſol. nam quòd ad omnes filios æqualiter pertineat feudum, eſt inductum fauore ipſorum filiorum, nõ autem fauore domini. & ideo hoc caſu feudum non iret ad dominum. l. fin ff. de litigio. Addite ad corroborationem huius deciſionis id, quod vult And. de Iſer. in præalleg cap.j. in titu. de ſucce. feu. vbi dicit, quòd pater non poſſet vni filiorũ aſſignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam, quia prouidentia legalis ſeu conſuetudinis feudorum, præſtat hoc priuilegium filiis, vt æqualiter omnes ſuccedant in feudo. d. §. & quia vidimus. vnde cum priuilegium ſit a lege cõceſsum, non poteſt auferri ab alio, quam ab ipſa lege. §. fin autem. in Authen. de nup. & l. ſi arrogator. ff. de adopt. Et ita ſequitur Iacob. Aluaro. in d.cap.j. in titu. de ſucceſſ. feu. in princ. Addite, quod idem voluit ipſe Iacob. Aluaro. in præalleg. §. & qa vidimus. vbi dicit, quòd filij æqualiter ſuccedunt in feudo, quamuis ſint inæqualiter inſtituti. Addite Ange. in l. item videndum. §. fin. ff. de per. hæred. vbi dicit, q̃ pater non poteſt prælegare ſeu aſſignare feudum totũ vni ex liberis. Et hanc opin. tenet expreſſe Ioan. Reyn. in ſuo commento. cap. imperialem. §. habito. circa vii. colum. in tit. de prohib. ali. feu. per Fede. & ibidem atteſtatur Docto. communiter ita tenere. allegat etiam Iacob. Aluarot. Veronen. in titu. qui. mod. feud. amitta. in ſua ſumma. §. ad prædictum. verſi. verum ſed vno
3 poſſit. † Sed ponamus, quod vaſallus teſtetur de rebus feudalibus in alios, quam in eos, ad quos feudum erat peruenturum, & dominus viuente ipſo vaſallo vel eo mortuo ratificet illud teſtamentum, vtrum valebit illa diſpo. teſtamentaria? Bald. in d.cap.j. §. donare. in titu. quali. olim pote. feu. alie. determinat, quòd ſic. Sed ego in quæſtio. dicebam, quòd illa ratificatio bene valebat in præiudicium domini ratificãtis, quia potuit ſibi præiudicare: ſed ſi erat feudum antiquũ & paternum, illa ratificatio nõ potuit valere in præiudiciũ agnatorum ipſius vaſalli, quibus dominus non potuit per ſuam ratificationem præiudicare, argum. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcend. Optime facit regula, non debet. ext. de regul. iur. lib. 6. Et ita reperi tenere Dominum Marti. de Lau.
4 in d. §. donare. † Sed quid ſi vaſallus teſtetur, de re feudali, p̃ſente domino, & agnatis, nunquid illi præiudicabitur ex eorum præſentia? Bal. in d. §. donare. vĩ velle, q̃ ſic, dum allegat tex. no. in l. ſicut. §. venditionis. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. Caueant ergo agnati, ne ſint præſentes, quando agnatus te-
5 ſtatur de bonis feudalibus. † Nunc quæro de elegãti quæſtione, vaſallus in teſtamẽto legauit rem feudalem Eccleſiæ vel monaſterio, vtrum tale legatum valeat? Hoſt. in ſua ſumma, in titu. de immu. Ec. § inquantum. ver. ſed non eſt illa immunitas. determinat legatum valere. mouetur, quia Imperator multa priuilegia conceſſit Eccleſiis, maxime, quia poſſint eis fieri relicta pro anima. l. generali. & l.j. & l. illud. C. de ſacroſan. Eccl. Vnde cum illa priuilegia poſtea fuerint approbata p̃ Eccleſiã, non potuit poſtea Imperator faciendo tex. eſt in d §. donare. auferre iſta priuilegia Eccleſiis conceſſa. 2 ſ. q. 2. cap. priuilegia. nec eſt veriſimile, q̃ tot iura emanata ĩ fauorem Eccleſiarum voluerit vno verbo tollere. l. ſi quando in princ. C. de inoffi. teſtam. Limitat tamen hoc procedere, quãdo eſſet feudum paternum reale, & perpetuum, & conſuetudo haberet, q̃ vaſalli poſſint ſeruire domino per ſubſtitutos: ſecus ſi eſſet feudum perſonale, & vaſalli eſſent obligati perſonaliter exhibere ſeruitia domino: tunc enim legatum rei feudalis factum Eccleſiæ nihil valeret. Tandem ipſe dicit, q̃ ſi dominus directus ſentiat ſe grauatum, & læſum ex illo legato, adeundus eſſet Papa, quia adhiberet remedium ſup hoc. Hanc eandem opinionem tenuerunt Henricus Archiepiſc. Eubodinenſis in ſua ſumma, titu. j. vt refert Bald. in d. §. donare. & ad tex. d. §. donare. dum dicit, nec pro anima iudicare. reſpondet præfatus Summiſta, quòd ille text. eſt falſus, & quod illa verba, nec pro anima iudicare, non debent ſtare in illo textu, & ſi ſint, debent tolli, vel aliter illa verba debẽt intelligi, quòd feudum erat perſonale, vel quod vaſallus feciſſet dictum legatum Eccleſiæ in fraudem domini, puta, quia finxit in ſuo teſtamento, quod multa ſeruitia receperat ab illa Eccleſia, & ita ſcribi fecit machinando fraudem contra dominum ſuum. Idem voluerunt Hoſtienſ. & Ioan. Andr. in capitu. quæ in eccleſiarum. extra de conſtitutio. & iſta opinio placet Oldra. de Ponte, ſuo conſilio clxxxiij. Contrariam opinionem tenuerunt Ioan. Blanchus de Marſilia, in ſua ſumma, in titu. quibus modis feu. amittat. §. item nec pro anima. allega. tex. in dic. §. donare. & Ioan. Reynald. in dicto capitu. imperialem. §. habito, circa. 20. ſeu 21. colum. mouetur, quia nulla diſpoſitio teſtamentaria valet in bonis feudalibus

Source : BIU Cujas

libus.c.j.circa prin.in tit.de ſuc.feu. Secundo, quia magnum præiudicium fieret domino ſuperiori, quia poſtquàm feudũ eſſet in manibus Eccleſiæ, quæ nunquam moritur, nunquã eſſet reuerſum ad ipſum dominum, & Eccleſiæ, quæ debet auctrix & cultrix eſſe iuſtitiæ, non debet pari neque in ſe, neque in aliũ aliud ſiniſtrum fieri, vt tex. dicit formalis in c. j. idem poteſt præſumi, in titu. de alie. feu. Et hoc eſt, quod dicunt ſecundum eum Gallici, feuda emphyteuſes non debere in manu mortua alienari. Subdit, quòd Gallici in eorum inueſtituris ſolent apponere iſta verba, inueſtio te de tali feudo, vel de tali re emphyteutica cum pacto, qđ tu nõ alienes in Eccleſias, neque in milites, neque in potẽtiores. Hanc opinionem ſequitur Bal. in l. j. in lectura, nõ dico in repetitione, C. de ſacroſanct. eccleſ. vbi dicit, quòd tale legatum eſt adeo nullum, quòd nec ipſa res feudalis, neque æſtimatio deberet ſolui Eccleſiæ. alleg. c filius, ext. de teſta. & l. apud Iulianum. §. fin. ff. de leg. j. Et ipſemet Bald. in d. §. donare. ſequitur iſtam opi. dum dicit, tu dic nihil deberi. allegat. l. vxor patrui. C. de leg. in hac opinione reſidet Iacob. Alu. in d. §. donare. vbi tenet, quòd etiam æſtimatio feudi non debetur Eccleſiæ legatariæ, ſed ipſe Bald. in c. quæ in eccleſiarũ. ext. de conſti. in vi. ſeu vi. col. dicit, quòd de æquitate canonica legatum rei feudalis factum Eccleſiæ valet, niſi ſecundum eum feudum eſſet ductum eſſet caducum morte vaſalli, qui fecit legatum. Vos declarate iſta verba hoc modo. Pone quòd vaſallus, qui fecit legatum de re feudali, deceſſit nullis relictis liberis nec agnatis: iſto caſu feudum reuertitur ad dominum, & ideo dicit effici caducum morte vaſalli, quid dicemus in hoc articulo? In ſecreto iuris ego tenerem legatũ nihil valere pp magnũ præiudicium, quod fieret domino ſuperiori. Item quia text. eſt rotundus in d. §. donare. dum dicit, nec pro anima iudicare. & cum uerba illius text. ſunt clara, non debemus ab eis recedere. l. aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. non aliter. eo. ti. & abſurdum eſt dicere, quòd illa verba nõ debuerint ibi poni, quia ſufficit ita ſcriptũ eſſe. l. proſpexit. ff. qui, & a qui. ma. lib. ſi. & adhuc magis abſurdum eſt dicere, quòd illa verba
6 debeant remoueri & tolli. † Iuxta prædicta quæro, præſuppoſita opinione illa pro vera, quòd legatum factum Eccleſiæ de re feudali non valeat, an ſaltem ſolui debebit æſtimatio ipſi Eccleſiæ legatariæ? Spe. in titu. de loc. §. nunc aliqua, ver. cxvii. videtur, primo velle, quòd æſtimatio debebitur Eccleſiæ. allegat tex. ad hoc no. in l. filiusfa. §. ſi quid alicui. ff. de leg. j. poſtea idem Spe. ſubdit, quòd de conſuetudine eſt in aliqb. locis, quòd Eccleſia capiat illud feudum ſibi relictum, & cp poſtea teneatur illud vendere alicui, ut debita ſeruitia domino præſtentur. Sed contra hoc videtur text. ad literam, in c. 1. ext. de immu. Eccle. lib. 6. Poſtea ſubdit ipſe Spec. quòd conſuetudo in aliquibus partibus habet, quòd hoc caſu Eccleſia legataria debeat præcezenare, id eſt ſoluere præcezenũ, ſeu laudemium, & talis conſuetudo eſt ſeruanda, quia eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de lega. Et cum hac opi. ſimpliciter tranſit Ioan. Rey. in d. c. imperialẽ. §. habito. in 21. col. Bal. autem in d. §. donare. & ibidem in l. j. in antep. col. C. de ſacroſan. Eccl. in lectura dicit, quòd Eccleſiæ non debet ſolui etiam æſtimatio feudi. alleg. c. filius. extra de teſt. & l. vxor patrui. C. de leg. & d. §. donare. Eandem opi. amplexus fuit Iac. Alua. in d. §. donare. & iſta ſententia plus placet. Ad l. filiusfami. §. ſi quid alicui. ego reſponderem, cp ille tex. intelligitur, quia res legata erat ĩ commercio communi, licet non eſſet in commercio legatarii, ſed rei feudalis cõmercium nõ eſt in communi, vt patet in d. §. imperialem. in prin. in titu. de proh. alie. feu. per Fed. † Subſequenter quæro,
7 vtrum feudum veniat in petitione hæreditatis? De hoc habetur per glo. no. in l. item videndum. §. fin. ff. de peti. hær & reperio Bar. in hoc variaſſe. Nam in d. l. item videndum. §. fi. ſequendo opi. Cy. indiſtincte reprobat illam gl. ſed ipſe Bar. in l. vt iuriſiurandi. §. liberi. ff. de ope. libe. aliter loquutus eſt, dicens, quòd feudum venit in petitione hæreditatis, dummodo agens petitione hæreditatis ſit filius, vel de aliis comprehenſis in inueſtitura. Et ipſemet Bartol. in l. ſi patroni. ff. ad Treb. ampliauit illud, quod dixerat in d. §. ſi liberi. dicens, qđ etiam etraneus poteſt agere petitione hæreditatis ad res feudales, dummodo agat contra eum, qui non habet ius detinẽdi illud feudum. Non obſtat ſi dicatur, quòd feudum nõ trãſit ad extraneos hæredes. c. j. in prin. in titu. de ſucceſ. feu. & c. j. §. cum vero Corr. in fi. in ti. qui feu. da. poſ. Cum ergo extraneus non habet aliquod ius in feudo, quomodo agente petitione hæreditatis veniet in illo iudicio? Quia ad hoc motiuum reſpondeo, quòd verum eſt, quòd extraneus non habet ius in proprietate feudi, id eſt, in vtili dominio. Sit ergo cautus ipſe extraneus, ut in libello non faciat fundamẽtum ſuper vtili dominio ipſius feudi, quod erat apud defunctum, ſed ſuper poſſeſſione, ſcilicet quòd defunctus tempore mortis ſuæ tenebat & poſſidebat talia bona: nam in iudicio hæreditatis nõ ſolum ea veniunt, quæ erant in dominio defuncti, ſed etiam ea, quæ detinebantur per ipſum defunctum. l. & non tantum. ff. de pe. hære. & in l. ſi patroni. rectè & ſanctè loquutus eſt Bar. & longe melius, quàm alibi ſupra. Eſt ergo concluſio, quòd venit feudum in petitione hæreditatis nedum quando filius, vel alius de comprehenſis in inueſti. feudi, agit petitione hæreditatis, ſed etiam quando extraneus, dummodo ille, contra quem agitur, non habet ius detinendi feudum, nec poterit ille conuentus excipere, quod ipſe extraneus agens illud ius habet in proprietate, ſeu vtili dñio feudi, & quod pertinet ad alium, quia non eſt licitum ipſi reo opponere de iure tertii, ut no. per omnes Docto. in l. ſeruum. C. de ſeru. fugit. & per Barto. in l. 1. ff. de except. rei iudic. habetur etiam in l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſer. ven. & in l. loci corpus. §. competit. eo. tit. Et ex prædictis habetis optime declaratam doctrinam Bar. in l. patroni. vbi ſatis obſcure
8 videtur loqui. † Dubitatur etiam, vtrum feudum ueniat in reſtitutione fideicommiſſi? Declaro: pater habens duos filios, vnum ex eis, quẽ prædiligebat, inſtituit ſuum hæredem vniuerſalem, alium vero in re certa: deinde in eodem teſtamento filium hæredem vniuerſalem rogat, vt ad tempus incertum reſtitueret hæreditatẽ ei, qui erat inſtitutus in re certa, vtrum in iſta reſtitutione veniant feuda, quæ erant apud
9 filium hæredem vniuerſalem inſtituta? † Vel ponite alium caſum, qui fuit de facto: quidam nobilis habens quatuor filios, tres ex eis hęredes vniuerſales inſtituit in omnibus bonis tam allodialibus quam feudalibns, alteri vero filio titulo legati, non autem inſtitutionis reliquit certam quantitatem pecuniarum, & in teſtamẽto appoſuit clauſulam codicillarem: mortuo illi nobili teſtatore dicebatur, quòd teſtamentum erat nullum, quia hodie filio debet relinqui titulo honorabiliori inſtitutionis. §. cęterum. & §. ſi autem hæc nõ obſeruata fuerint. in Auth. vt cum de appel. cog. Si ergo teſtamẽtum erat nullum, ſequitur quòd omnes illi quatuor filii in feudalibus debent omnes ęqualiter ſuccedere: ſed dicebatur quòd virtute dictæ clauſulæ codicillaris ille filius, cui erat relictum factum in titulo legati, teneatur reſtituere fratribus ſuis vniuerſaliter inſtitutis quartam partem rerum feudalium ad eum ſpectantium. Nunc intelligitis, quid ſit dicere, an feudum veniat reſtitutione fideicommiſſi? Dy. & Bar. in præalleg. l. ſi patroni. ff. ad Treb. dicunt, cp ĩ reſtitutione fideicommiſſi non veniunt feuda, cum vna tantum limitatione, niſi ille fideicommiſſarius, cui eſt fienda reſtitutio, eſſet de comphenſis ĩ inueſtitura, puta, quia eſſet de deſcendentibus ipſius teſtatoris. Ad præmiſſa faciunt no. per Io. And. in add. ad Spe. in titu. de loca. §. nunc vero aliqua. in additione incipiente, quæſtio non eſſet dubia, iuncta quadã addi. per eũ poſita in ver. 158. Sed contra iſtam eorum limitationẽ ego arguo fortiter d. c. j. in prin. in ti. de ſucce. feu. vbi dicit tex. quòd nulla diſpoſitio teſtamentaria valet in feudalibus. Item ego in aliquibus concluſionibus, ſeu quæſtionib. pręcedentibus, concluſi vobis, vt vult Bal. ĩ c. imperialem, circa 6. col. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. & idem Bald. & Angel. in l. item videndum. §. fin. ff. de pet. hæ. ergo videtur, quòd pater non poſſit vnũ ex filiis grauare reſtituere feudum alteri filio, quia per iſtam viam de facili eluderetur diſpoſitio d.
10 c. j. de ſucc. feu. † Vnde in hac materia eſt concludendum, cp aut feudum fuit conceſſum alicui pro ſe & liberis hęredib. & hoc caſu, ſi filius grauatus reſtituere fratri ſuo bona feudalia, ſponte adeat hęreditatem paternam, videtur ex hoc approbare diſpõnem teſtamentariã patris, vt habetur in l. cũ a matre. C. de rei vend. & in l. ſi ab eo. in fin. C. de lib. cau. vnde ſibi præiudicauit, & ideo in reſtitutione fideicommiſſi bene veniẽt feuda. Et hoc eſt, quod voluit Io. An. in addi. prædicta, dum dicit, cp filius adeundo hĩditatem pĩnam ſine proteſtatione ſibi præiudicabit, & tenebitur reſtituere feuda: ſi vero ĩ inueſtitura dictum eſt, quòd feudum eſt conceſſum tali recipienti pro ſe & liberis ſuis, non appoſito illo uerbo, hæredib. eo caſu filius poſſet repudiare hæreditatem paternam, & acceptare feudalia, ut dicit Io. An. in add. ad Spe. in tit. de feud. §. quoniam. uer. directo. & Bal. poſt antiquos Doct. in c. j. in titu. an fil. uel agna. & idem Bal. in l. 3. in fi. C. de legi. & Cyn. in l. ſi manumiſſus. C. de lib. & eorum lib. & Bar. in l. 2. ff. de interdic. & releg. & ita limitatur d. capitulũ primũ, an filius uel agna. hoc caſu, quia hoc feudum nõ eſt quid hæreditarium, quantumcunque filius hęres inſtitutus ſit grauatus reſtituere hæreditatem fratri ſuo, & acceptet hæreditatem paternã etiam ſine proteſtatione, tamen in reſtitutione fideicõmiſſi non venient feudalia, nec tenebitur ipſe filius grauatus reſtituere feuda alteri filio. Notetis bene prędicta, quia debetis eſſe cauti, vt aduertatis ad tenorem inueſtituræ. nã dicit Bal. in prooe. feudorum, in 4. char. cp a tenore inueſtituræ nõ eſt recedendum, quia vim contractus oſtendit. allegat pulchrũ tex. in cap. j. in fin. in titu. de duo. fra. a cap. iñueſti. in lib. feu.

Source : BIU Cujas

11 † quod dixi supra, in restitutione fideicommissi non veniunt feuda, quando hæreditas est restituenda ei, qui non est comprehensus in inuestitura, sed est extraneus, nisi in inuestitura essent apposita ista verba, fuit concessum feudum tali accipienti pro se & quibuscunque hæredibus suis. Nam hoc casu feudum est omnino hæreditarium propter illam dictionē. Quibuscunque, & ideo bene veniret in restitutione fideicommissi, etiamsi restitutio esset sienda ei, qui nō est de comprehensis in inuestitura. ita determinat Bald. in l.j. in 24.q. & in xlvi. ff. de re. diu. bene facit, ꝙ vult ipse Bald in d.c. imperialem, in vii. col. in titu. de prohi. feu. alie. per Feder. vbi dicit, quòd licet alias feudum non possit legari, tamen si in inuestitura sint verba prædicta, Quibuscunque hæredibus, admittet ipse legatarius, quia ipse legatarius in re legata est quodāmodo hæres. allegat l. id tempus. §. j. ff. de vsucap. & licet ipse Bal. in c.j. §. donare. in ti. qual. pot. feu. ali. dicat, quòd illa verba generalia, Quibuscunque &c. sint referenda ad idoneos & habiles, & idem Bal. videatur hoc sētire in l. cum virum. in fine. C. de fideic. tamen mihi plus placet opinio, quam posuit in illa l.j. ff. de re. di, quia illa verba, Quibuscunque, debent aliquid operari, per ea, quæ habentur in l. Balista. ff. ad Trebel. & per no. per glo. magnam, in fi. in l. sed & siquis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. pro hac parte est bona gl. in l. cum pœna. ff. de arb. quæ singulariter dicit, quòd licet quando mouetur emptori de re per ipsum empta quæstio, si compromittat sine consensu venditoris & arbitri rem assignent alteri, non poterit postea emptor agere de euictione contra suum venditorem. l. si dictum. §. si compromisero. ff de euiction. tamen si in instrumento venditionis sint apposita ista verba, quod venditor promisit de euictione quomodocunque res euincatur, & contingat eam euinci p̄ viā compromissi, tamen emptor poterit agere de euictione,
12 & hoc operatur dictio, quocunque modo. † Sed pone, quòd vasallus in testamento legauerit certam pecuniarum quantitatem in causam profanam vel piam, qualiter debebit fieri solutio talis legati? Ioan. Rayn. in d. cap. imperialem. §. habito, in xxi. colum. determinat quòd fiet solutio de bonis allodialibus, eis deficientibus fiet solutio de fructibus rerum feudalium: nam quia de illis bene potuit vasallus disponere. Ad præmissa optime facit quod nota. Bald. in cap.j. in prin. circa 4. seu 5. colum. in tit. de succe. feud. vbi dicit, quòd si testator grauat filium suum, vt de vino, quod colligetur in tali vinea feudali, det omni anno duo sextaria Sempronio, tale relictū valebit, quia non dicitur testari de feudo, sed de fructibus separatis, non dicitur alienare rem. allegat l. ædibus. §. rebus.
13 ff. de donation. † Vlterius quęro de quęstione quotidiana, nunquid pater in testamento possit disponere, quòd in feudalibus primogenitus filiorum suorum succedat solus, & in solidum, & sic successiue, quòd primogenitus descendens a filiis semper debeat in feu. succ. ita tamen, quòd aliis prouideatur secundum qualitatem eorum? Pau. Cast. suo consi. 173. habeo ego in consilio 163. & incipit, In nomine domini amen, in cau. quam habet magnificus Dom. Titius. determinat, quòd pater potest ista disponere. mouetur primo per l. 3. post princ. C. de secundis nuptiis, vbi dicitur, quòd in his quæ mulier lucratur a primo viro, quę lucra tenetur reseruare liberis primi matrimonii, potest ipsius mulier eligere vnū ex illis liberis, & alios excludere. Et licet ille tex. sit hodie correctus per authen. hoc lucrum, illo eod. titu. tamen non est illa lex correcta in sui ratione. Secundo mouetur, quia ius patronatus, quod habet patronus in libertum, transit ad filios ipsius patroni æqualiter. l. ut iusiurandum. §. si liberti. ff. de oper. liber. & tamen possit pater patronus eligere in illo iure patronatus vnum ex filiis suis, & illi soli assignare illud ius patronatus, & alios excludere. l.j. ff. de assig. liber. Tertio p̄ hac parte adducit, quia si quis sit grauatus, ut post mortem suam aliquid relinquat in familia sua, potest ipse grauatus eligere vnum ex illa familia, & alios excludere, & ita faciendo dicetur reliquisse in familia. l. filius famil. §. pen. ff. de leg. j. & l. vnū ex familia. ff. de lega. 2. Quarto hanc sententiam suam comprobat auctoritate Specula. in titu. de loca. §. nunc vero aliqua. versicu. 78. vbi dicit, quòd si pater recipit rem in emphyteusim pro se & liberis suis, potest in vltima voluntate eligere vnum ex filiis, & illi assignare soli illam rem emphyteuticam, & alios excludere. & hoc est etiam de mente Bald. ī authen. si quas rumas. C. de sacrosanct. eccl. deinde ipse Specu. secundum Pau. de Cast. referendo subiicit hæc verba, & idē forte est dicendum de feudo. ad cap.j. in prin. in ti. de succes. feu. vbi dicitur, quòd in feudalibus non valet dispositio testamentaria, ipse respondet, quòd verum est, quòd feudatarius non possit in vltima voluntate disponere de feudo in extraneum, sed in vnum ex filiis suis bene potest dispo nere, maxime secundum eum, quando hoc fieret propter bonū subditorum, vt contingit in feudis iurisdictionis ciuitatum, castrorum, & oppidorum. Nam vtilius est subditis, quòd regantur per vnum, quàm per plures dominos. c. in apibus. 7. q.j. & l.2. §. nouissime. ff. de ori. iur. vbi probatur, quòd expedit multitudinē potius regi per vnum, quàm per plures, & hoc probatur secundum eum, quia quando erit solus vnus dominus, cessabit discordia, quæ faciliter generatur inter plures dominos. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Nam nos vidimus, quòd frequenter quis priuatur iure suo absque sui culpa, non tamen sine causa, vt habetur in c. antiqua. ext. de priuilegiis. & hoc suadet consuetudo, quæ in multis locis habetur, maxime in partib. Gallicanis, in quibus primogenitus succedit. & talis consuetudo est attendenda. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. Sed salua reuerentia tanti D. ego tenerem contrarium. moueor ī primis, quia vasallus in feudo antiquo nō potest immutare edictum successorium, neque alienando. c.j. in tit. de alie. feu. pa. neque disponendo per vltimam voluntatem. casus est in præalleg. c.j. in ti. de suc. feu. nec est sufficienter responsum ad illum text. per Paul. de Cast. quia, vt aliquando concluſi vobis in superioribus, liberi debent in feudalibus succedere æqualiter, tex. est in c.j. §. & quia videmus, in tit. qui. feu. da. poss. vbi text. ita formaliter di-
14 cit, vt ad omnes liberos æqualiter pertineat. † Dixi etiam vobis in præcedētibus, quòd pater nō posset vni ex liberis assignare duas partes feudi, & alteri filio tertiam, hoc voluit expresse And. de Isern. & Iac. Alu. in præal. c.j. in prin. in titu. de suc. fe. ergo multo minus debet posse pater assignare totum feudum vni ex liberis, vt vult expresse Bal. in cap. imperialē. circa 5. col. in tit. de prohi. feu. ali. per Fed. no. per Bal. & Ang. in l. item videndum. §. fi. ff. de pet. hære. Et hanc sententiam p̄probo, quia si pater posset hoc facere, s. quòd primogenitus semper habeat totum feudum, prejudicaretur domino superiori, cuius interest habere plures subditos, & vasallos, qui teneantur sibi præstare fidelitatem. c. omnes. in ti. si de feu. def.
15 fuer. contro. in lib. feud. † Item pater delinquendo non potest præiudicare liberis in feudo saltem antiquo, vt voluit Cy. in l.2. C. de liber. & eorum libe. & in l.2. C. de oper. lib. Habetur per Bal. in l.3. ff. de interdict. & relega. & per Bar. in c.j. in prin. in tit. de suc. feu. no. in c.j. in ti. si vasa feu. priu. cui defer. li. Rursus in feudo antiquo liberi non habēt feudum a patre, licet dicūtur illud habere ex prouidentia antiquorum progenitorum. vnde illud, quod lex dedit eis, non debet pater posse auferre eis. tex. est no. in l. si arrogator. §. sed an impuberi. versic. cæterum. ff. de adop. Ad alia motiua Pa. de Cast. potestis vni ęo verbo respondere, quòd non loquitur in feudalibus. Ad no. Spe. in versi. 73. in fi. respondebitis, quòd cum reuerentia non dicit hoc, quod refert D. Pau. de Cast. sed dicit per verba formalia, & hoc idem cōsueuit quæri de feudo. posset tamē opinio D. Pau. forte procedere in feudo Franco. & adhoc allego vobis Bald. in authen. nisi rogati. in fi. co. C. ad Treb. vbi dicit, quòd licet regulariter dispositio testamentaria non va-
16 leat in feudalibus, tamen fallit in feudo Franco. † Et quid sit feudum Francum, declarat Io. And. in add. ad Spec. in rubrica de præscrip. & ego declaraui vobis supra super verbo, In feudum. Item puto, quòd quando feudum esset de nouo cōcessum alicui, quòd posset vasallus domino pacisci, qđ primogenitus tantum succedat in illo feudo, quia pacta apposita in feu. sunt seruanda: dant enim legem contractui. l. j. §. si conueniat. ff. depositi. & quantuncunque sint pacta insolita & contra naturam feudi, bene sunt seruanda. tex. est in c.j. §.
17 pe. in fi. in tit. quid sit inuest. in lib. feu. † Formo vobis pulchrā quæst. nunquid feudum computetur in legitimam debitam filio de iure naturæ? Ang. in l. si patroni. ff. ad Treb. ī prin. per quandam gl. quæ est ibi. infert, quod omnia ea, quæ institutus esset habiturus, etiamsi nunquam fuisset ipsi prouisum in testamento, non computantur in Trebellianicā, neque in Falcidiam. & ideo infert, quòd feuda, quæ transeunt ad filios vt filios, non autem ad filios hæredes, non debent computari in legitimam seu quartam iure naturæ debitam filio. & hoc dicit esse quotidianum & menti tenendum. Idem Ang. in §. optime. in auth. de nup. col. 4. dicit, quòd sicut illud, quod lucrātur filii per transitum parentum ad secunda vota, nō imputatur in legitimam, ita secundum eum, quod est remansurum apud filios vt filios, non autem apud filios vt hæredes, non dēt computari ī legitimā iure naturæ debitā filio. Ibidē dicit, ꝙ pater non posset filio assignare feudum pro sua ltīma. Ni. de Nea. ī l. pater filiam. ff. ad l. Fal. dicit, ꝙ per illū tex. solet dici & notari, ꝙ feuda, quæ p̄ ex necessitate tenetur relinquere filio, non imputant illi in legitimā, neq; in Falcidiā debitā iure institutionis, quod ipse non credit verum, qa nos habemus, ꝙ pater de necessitate tenet dotare filiā. l. qui liberos. ff. de ri. nup. & l. fi. C. de do. promis. & tñ dos ipsa imputatur in legitimam filiæ. l. qñ nouella. C. de inoffic. testa. & pro ista parte adducit ea, quę habentur in §. cū vero. in Auth. de trien. & semis. Rapha. Cuman. in d.l. si patroni. solum dicit,

quòd

Source : BIU Cujas

quòd feudum vel emphyteusis obueniens filio vt filio, non autem filio vt hæredi, non imputatur in quartam Trebellianicam, neque Falcidiam. Guil. de Cu. & Bal. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. testam. dicit, quòd feudum acquisitũ pro se & liberis, bene imputatur in legitimam filiorum: quia licet alienari non possit, tamen sufficit, quòd possit transmitti ad hæredes, ad hoc vt imputetur in legitimam. addit Bald. ipse in d. §. imputari. quòd ea, quæ nota. Barto. in l. j. §. nec castrẽse. ff. de colla. bono. procedunt, quo ad hoc, vt sciamus an ipsa feu. conferantur & veniant in collationem, non autem vt sciamus an imputentur in legitimã, sed iudicio meo Bar. in d. §. nec castrense. videtur sentire, quòd feud. quod transit ad filios, vt hęredes, debet imputari in legitimam, Bar. de Saly. in d. §. imputari. sequitur opinio. Guil. & Bal. Vnde iudicãdo non esset tutum recedere ab ista opin. quæ est a tot & tantis viris approbata. & iudicio meo glo. d l. si patroni. non bene probat dictum Angel. superius relatum, quia licet ex illa gloss. possit inferri, quòd ea, quæ de necessitate relinquuntur filiis, non imputentur in Falcidiam seu Trebellianicam, nõ tamen sequitur, q̃ non dẽant imputari in legitimam: vt ecce dos a patre profecta, & in vita patris soluta, non computatur in quartam Falcidiam seu Trebellianicam in prẹiudiciũ filiæ, quia non habet eam titulo hæreditario. l. pater filiam. ff. ad leg. Falcid. & tamẹn talis dos imputatur in legitimam filiæ. d. l. quoniam nouella. & sic ex illa glo. in d. l. si patroni. non ponitur super aliquod bonum fundamentum. Retenta tamen opinio. Guil. de Cu. Nico. de Neapo. Bald. & Saly. pro vera, limitabis eam, vt non procedat in feudo, quod non est profectum a patre, de cuius hæreditate agitur, sed est profectum ab auo, & a superioribus: nam tunc tale feudum quoad nepotem non censetur profectitium, sed aduentitium, vt vult glo. nota. & ibi per Bar. & Angel. in l. quæsitum. in prin. ff. de legat. j. & in l. qui in aliena. §. interdum. & ibi per Bald. & Angel. ff. de acquiren. hæred. & per Barto. & cœteros in l. Gallus. §. quid sit is. ff. de lib. & posthu. Et nos habemus, quòd aduentitia computantur in legitimã debitam iure naturæ. l. scimus. §. sancimus. versicu. repletionem. C. de inofficio. testamen. & ita alias consului in quęstione facti, & multi Doctor. se subscripserunt. Sed adhuc dubitatur, sunt duo fratres habentes feudum antiquum, vnus ex eis carens liberis masculis, & habens vnicam filiam, eam instituit in certa quantitate, iubens eam debere esse tacitam & contentam, deinde fratrem suum hæredem vniuersalem instituit, nunquid bona feudalia ipsi? fratris defuncti sint facile obligata illi puellę pro dicta quantitate sibi relicta? Videtur prima facie dicendum, quòd sic, quia ipsa filia hæres instituta in certa quãtitate habetur loco legatariæ. l. quoties. & ibi nota. C. de hęre. institu. & l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. & nos habemus, quòd omnia bona defuncti sunt obligata pro legatis. l. j. & 2. C. communia de lega. Item testator potest legare rem hæredis sui. l. vnum ex familia. de legatis. 2. l. si res. ff. de legat. 3. ergo multo magis obligare. Item inter agnatos debet valere dispositio testamẽ. postquam in omnem euentum feuda ad eos sunt peruentura cap. j. in titu. de alie. feu. pa. & qui potest condere testamentum, non tenetur decedere intestatus. l. posthumus. ff. de inofficio. testamen. in princ. Bald. in l. 2. in prin. 2. colum. C. communia de lega. determinat totum contrarium. mouetur, quia feudatarius non habens liberos non dicitur transmittere feudum capitu. j. in titu. de gra. succe. feu. Secundo mouetur, quia nulla ordinatio testamentaria defuncti valet in feudalibus. cap. j. in princip. in tit. de succ. feud. Tertio feudatarius non potest feudum pro aliqua cau. obligare. c. j. §. donare. in titu. qualiter olim poterit feu. alie. nisi obligaretur pro necessitatibus feudo incumbẽtibus, puta pro seruitiis domino exhibendis, vel nisi obligaretur cum spe luitionis, absque tamẽ traditione ipsius feudi. l. alienationis. ff. de verborum significatio. Et pro ista parte facit, quia feudum per mortem feudatarii efficitur caducum. l. lex vectigali prædio dicta. ff. de pignor. vnde nõ debet obligari per feudatarium, per cuius mortem caducatur. l. vxor patrui. C. de legat. & cap. j. §. rursus. in titu. de controuer. inuest. in lib. feud. qui tex. solet obligari, quòd resoluto iure datoris, resoluetur ius acceptoris. concordat tex. in d. l. lex vectigali.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti species est triplex.*
2 *Dominus non debet a vasallo exigere iuramentum fidelitatis insolitum.*
3 *Iuramentum fidelitatis quandoque datur ratione familiaritatis seu domesticitatis.*
4 *Vasallus non debet reuelare secreta domini sui.*
5 *Iuramentum assecurationis, quod dicatur.*
6 *Iuramentum assecurationis, an sit præstandum post iuramentum fidelitatis etiam ratione feudi factum.*
7 *Clerici domestici & familiares alicuius Principis, an possint cogi ad iuramentum assecurationis.*
8 *Iuramentum fidelitatis quandoque datur ratione habitationis.*
9 *Tenentes & possidentes prædia in territorio alicuius domini, an teneantur præstare iuramentum fidelitatis.*
10 *Iuramentum fidelitatis, an possit per procuratorem præstari.*
11 *Syndicus vniuersitatis, an & qualiter possit præstare iuramentum fidelitatis pro ipsa vniuersitate.*
12 *Tutor, an possit præstare iuramentum fidelitatis pro pupillo.*
13 *Vasallus, an teneatur præstare iuramentum fidelitatis filio domini ipso uiuente.*
14 *Homines subditi vasallo, an teneantur præstare iuramentum fidelitatis domino principali.*
15 *Vasallus, qui iurauit fidelitatem domino, an teneatur adiuuare dominum contra patrem vel fratres.*
16 *Dominus, an teneatur præstare fidelitatem vasallo suo.*
17 *Iuramentum fidelitatis, quæ debeat continere. & nu. sequentib.*
18 *Vasallus, an possit dominum suum accusare criminaliter, aut contra ipsum testificari.*
19 *Vasallus commiscens cum concubina domini sui, an debeat feudo priuari.*
20 *Vasallus carnaliter cognoscens pedissequam domini, an sit feudo priuandus.*
21 *Bonis viris detrahentes, pessimi dicuntur.*
22 *Vasallo relictis pluribus hæredibus decedẽte, an quilibet hæres teneatur ad iuramentum fidelitatis domino ratione feudi.*
23 *Pluribus hæredibus feudum tenentibus, quod est obligatum domino ad aliquod seruitium, qualiter ipsi hæredes præstabũt illud seruitium. & numero 30.*
24 *Vasallo decedente relicto vnico filio infante, an ille infans tenebitur præstare iuramentum fidelitatis, an tutor eius.*
25 *Pupillus, an teneatur iurare fidelitatem domino feudi, aut petere renouationem.*
26 *Impubes proximus pubertari, an teneatur præstare sacramentum fidelitatis.*
27 *Vniuersitate feudum tenente, an omnes de vniuersitate teneantur ad iuramentum fidelitatis.*
28 *Domino feudi pluribus relictis hæredibus decedente, an vasallus tenebitur omnibus iurare.*
29 *Vasallus, an possit inuito domino refutare feudum.*
30 *Vasallus, si tenetur ad aliquod seruitium ratione feudi, quando sunt plures hæredes eiusdem domini, qualiter illud præstabit.*
31 *Emphyteuta vel censuarius, an possit refutare rem emphyteuticam vel censuariam inuito domino.*
32 *Vasallus non possidens si renouationem inuestiturę infra annum & diem non petierit, an debeat perdere feudum.*
33 *Tempus petendi renouationem feudi, an possit per dominum augeri vel minui.*
34 *Vasallus, qui debebat perdere renouationem inuestiturę, si decedat prope terminum petendi, an successores habere debeant integrum tempus ad petendum.*
35 *Dicens filium priuari debere feudo ob non petitam inuestituram, quid habeat probare.*
36 *Vasallus, an possit iurare pro se & successoribus suis.*
37 *Mora circa petitionem inuestiturę feudalis, an possit purgari.*
38 *Tempore ad petendum inuestituram feudi lapso, si dominus recipiat inuestituram a vasallo, an videantur remisisse culpam moræ.*
39 *Vasallus sub qua forma debeat petere a domino inuestituram, seu renouationem inuestiturę feudalis.*
40 *Vasallus forma debita petẽs inuestiturã, si sit recusatus, an sit liberatus.*
41 *Ignorans rem esse feudalem, an si tempore lapso non petat inuestituram, debeat priuari feudo.*
42 *In priuatione feudi, an requiratur sententia.*
43 *Tempus petendi inuestituram feudalem, an locum habeat in fœmina succedente in feudo.*
44 *Vasallus, an teneatur præstare domino seruitium infra annum & diem determinatum ad petendum inuestituram feudalem.*
45 *Inuestitura feudi, an infra annum & diem peti debeat casu, quo pater instituat filium iam natum, & posthumum prætereat.*
46 *Vasallo infra tempus statutum inuestituram non petente, an feudum transire debeat ad agnatum.*
47 *Vasallus nullo casu repellendus venit aut liberandus a iurõ fidelitatis.*
48 *Vasallus, quibus causis excusetur a non petitione inuestiturę. & numero 51. & 52.*
49 *Infans non potest inuestire alium de feudo sine tutoris authoritate.*
50 *Tutor nõ petens inuestituram feudi pro pupillo, an pupillus debeat amittere feudum.*
53 *Pupillus doli capax, an excusetur a petitione inuestiturę feudalis vltra tempus debitum.*
54 *Inuestitura feudalis, an possit recipi per procuratorem.*
55 *Inuestitura retrofeudi, a quo sit exigenda.*
56 *Vasallus debet honorifice petere inuestituram, seu renouationem feudalem.*
57 *Inuestitura feudalis, in quorum præsentia peti debeat.*

Source : BIU Cujas

58 *Laudemium, an debeat pro feudi inueſtitura ſolui domino.*
59 *Feudum, non debet pecunia, ſed honore acquiri.*
60 *Ius retentionis & prælationis, an locum habeat in materia feudi.*
61 *Diſpoſitio, ſtatuti, quòd creditor poſsit capere tenutam in bonis debitoris etiam feudalibus an habeat locum licentia domini non obtenta.*
62 *Vaſallus, an poſſit hypothecare feudum aut in ſeruitutem ponere, & an ſi contingat dominum illud emere, teneatur ad illam ſeruitutem.*
63 *Vaſallus imponens ſeruitutem rei feudali, an mereatur illud perdere.*
64 *Feudo aliquo caſu ad dominum reuertente, an tenebitur dominus ad debita vaſalli.*
65 *Dominus inueſtiendo aut renouando feudum, an poſſit pacta inſolita appo nere & nu.67.*
66 *Dubium in materia feudali, qualiter ſit interpretandum.*
68 *Pactum impoſſibile vel probroſum in inueſtitura feudali appoſitum, ipſam vitiat.*
69 *Inueſtitura feudi facta cum pacto turpi & probroſo, an poſſit retineri, aut reuocari.*
70 *Poſt inſtrumentum inueſtituræ feudalis factum, an poſsit dominus inuito vaſallo, vel vaſallus inuito domino apponere aliquod pactum inſolitũ.*
71 *Pactum in inueſtitura feudali factum, quòd propter quamcunque felõniam domino factam non poſſit vaſallus feudo priuari, an ſit validum.*
72 *Pactum, quod pater perdat feudum propter delictum filii, an ſit validum.*
73 *Pactum, quod vaſallus ad nullum ſeruitium teneatur, in inueſtitura feudali appoſitum, an ſit validum.*
74 *Feudo conceſſo per hęc verba, Concedo tibi talem rem in feudum nobile, gentile & Francum, an vaſallus & eius ſucceſſores erunt adſtricti ad iuramentum fidelitatis.*
75 *Iuramento fidelitatis per vaſallum præſtito, an poſſit dominus illi vaſallo imponere collectam.*
76 *Vaſallus, an teneatur præſtare domino auxilium in dotatione filiarum ſuarum.*
77 *Vaſalli, an teneantur redimere vel auxilium dare, vt redimatur dominus a captiuitate.*
78 *Vaſallus, an teneatur dominum inopem alimentare.*
79 *Vaſalli, an teneantur domino præſtare auxilium pro filia ſua ſpuria maritanda.*
80 *Vasalli, an teneantur auxliarii domino pro filia monachanda.*

QVi quidem inueſtiti præſti
1 terunt iuramentum fidelitatis prælibato eorũ domino.† Pro intelligẽtia iſtorum verborum debetis ſcire, quòd triplex eſt ſpecies iuramenti. Prima ſpecies eſt, quando vaſallus ratione feudi, quod tenet a domino, præſtat iuramentum fidelitatis: nam ei, qui non vult iurare fidelitatem, poteſt denegari inueſtitura. cap. nulla. in tit. per quos fiat inueſtitura. Et iſte vaſallus iurare debet fidelitatem domino, ſecundum formam traditam in capi. j. in titu. de forma fide. in cap. j. in titu. de no. forma fide. Vltra ea, quæ in dictis duobus capitulis continẽtur, eſt vnum aliud capitul. fidelitatis ſcilicet, quòd ipſe vaſal. exaltabit dominũ ſuum, & ſuum dominum inquantum poterit. ita dicit glo. quæ reputatur ſingula ris, in cap. j. in tit. qual. vaſal. iura. deb.
2 fide.† Et aduerte, quòd dominus non debet a vaſallo ſuo exigere iuramentum fidelitatis inſolitum: nam iſta iuramenta inſolita preſumuntur impreſſiua, & per vim ſeu metum extorta. ita dicit Bald. in cap. j. proxime alleg. in verbo, ſicut vaſallus debet eſſe domino. & ibi refert ſe ita reſpondiſſe cuidam magnifico viro eum conſulenti ſuper ardua cauſa. optime facit quod voluit Ioan. Andr. in cap. j. ext. de præſcri. lib. 6. in nouel. & quod notat Bald. in commento pacis Conſtã. in verbo, patronus. Multa alia circa iſtud iuramentum fidelitatis, quod vaſallus domino ratione feudi præſtat, dicam in
3 fra.† Secunda ſpecies iuramenti fidelitatis eſt, quam quis preſtat ratione familiaritatis ſeu domeſticitatis, quamuis nõ teneat aliquod feudum ab illo domino. Exemplum accipite, quando quis eſt Camerarius, vel Conſiliarius, vel magiſter hoſpitij, vel pincerna, vel dapifer alicuius domini: nam iſte talis quãuis nullum feudum recognoſcat ab illo domino, tamen tenetur præſtare ipſi domino iuramentum fidelitatis ratione domeſticitatis ſeu familiaritatis, puta, quia habet aliquid ex dictis officiis in curia domini, vel aliquod aliud officium, & habitat in domo domini, & iſte talis debet ſolum iurare tria, ſcilicet, quòd iuxta poſſe ſaluabit vitã, membrũ, & rectum honorem domini, & eius mentem. Iſta omnia ꝓbantur in d. cap. j. §. ſi vero domeſticus, in titu. quali. vaſal. iura. deb. fide. Et aduerte, quòd tex. in d. §. ſi vero domeſticus, in fin. habetur dupliciter, nam aliqui libri habent, & eius mentem: & tunc debetis intelligere mentem, id eſt, ſecretum ſeu
4 credentiam domini, quia iſte domeſticus & familiaris† non debet reuelare ſecreta domini, quòd intelligatis de reuelatione ad detrimentum ipſius domini, ſed ad vtilitatem domini bene poſſet. ita dicit pulchra glo. in cap. j. in verbo pandam, in tit. de no. for. fide. ſupra allegato. & probatur in d. cap. j. in tit. qual. vaſal. iura. deb. fide. Alii libri habent iſtud verbum, mortem: & tunc debetis intelligere, quòd iſte domeſticus & familiaris iurat pro poſſe, quòd euitabit mortem domini. Et ſi vultis ſcire rationem, quare fuerit adinuentum huiuſmodi iuramentum fidelitatis, dicite, quia nulla peſtis eſt efficacior ad nocendum, q̃ familiaris inimicus. l. data. C. de dona. & ſæpe iſti domeſtici & familiares machinantur multa cõtra dominum ſuum: unde ratione ſuſpicionis euitandæ tenen-
5 tur præſtare huiuſmodi iuramentum fidelitatis † & iſtud appellatur iuramentũ aſſecurationis. Sunt tamen aliquæ perſonæ, in quibus non cadit ſuſpicio: vnde filius non tenetur præſtare iuramentum aſſecurationis patri, licet ſit de familia quia cenſetur eadem perſona cum patre. l. fin. C. de impub. & alijs ſubſti. nec econtra tenetur præſtare huiuſmodi iuramentum filio, quia non eſt veriſimile, quòd aliquid machinetur contra eum, cum magis diligat filium, quam ſemetipſum. l. iſti quidem. in fi. quod met. cau. Item vxor, licet ſit domeſtica, non tenetur viro ad huiuſmodi iurm, quia non eſt veriſimile, &c. cum dicatur ſocia diuinæ & humanæ domus. l. aduerſus. C. de crimi. expi. hæredi. & vxor & maritus cenſẽtur eadem caro. cap. Martinus. ext. de cog. ſpiri. Sunt autem aliquæ meretrices, quæ gaudent de morte maritorum. Et ita debet intelligi glo. in l. pater Seuerinam. in §. ſocrus. ff. de cõdi. & demonſt. alia glo. in l. fi. C. de dot. promiſs. Item dicuntur domeſtici illi, qui ſperant ſuccedere domino, & ideo ſi ſtarent in domo domini tenerentur præſtare iuramentum aſſecurationis propter ſuſpicionem, ita dicit eleganter gl. in præallega. cap. j. in titu. qualiter vaſallus iura. deb. fide. Et illã glo. ſequuti fuerunt Petrus de Ceruia, Iacob. de Belu. Andr.
6 de Iſern. Bald. & Iacob. Aluar. ibidem. † Sed ponamus, quòd vaſallus præſtiterit iuramẽtum fidelitatis dño ratione feudi, quod tenet ab eo, & deinde ipſe vaſallus recipiatur in domeſticum & familiarem ipſius domini, tenebitur ne vltra primum iuramentum præſtare huiuſmodi iuramentum aſſecurationis? Bald. in commento pacis Conſtãtiæ, in verbo, vaſalli noſtri. & Iacob. Aluaro. in d. cap. j. in fi. colum. in titu. quali. vaſal. iura. debe. fide. determinant quòd ſic. mouentur, quia iſta ſunt diuerſa facta: ideo de vno non fit recta illatio ad aliud. l. ſi maritus. C. de donat. inter virum & vxo. & l. fin. ff. de calum. Vno tamen iuramento poterit vtrumque explere ſecũdum eos. † Sed quid ſi clerici ſint domeſtici & familia
7 res Principis, puta quia ſint cõſiliarii ipſius Principis, vel camerarii, vtrum inuiti poterunt cogi præſtare iuramentum aſſecurationis? Si tenerent feudum a domino, non eſt dubium, quòd poſſent cogi ad præſtandum iuramentum fidelitatis, alias dominus poſſet eis auferre feudum, vt no. in cap. verum. ext. de fo. compe. & in ca. nimis. & in cap. petitio. ext. de iureiurand. Sed ego quæro, quando non tenent feudum a domino, ſed ſunt domeſtici & familiares ipſius domini? Cõcludite, quòd inuiti non poſſunt cogi, ſed tamen vltro & ſpõte bene poſſent præſtare huiuſmodi iuramentum aſſecurationis. & hoc eſt de mente Iacob. de Ardizo. in titu. de his, qui iurare debe. fidelitatem. ſub rubricella, qui ſunt, qui iura. non debe. no. in d. cap. nimis. & in d. cap. petitio. faciunt not. per Specu. in titu. de feud. §. quoniam. ver. nos vero.† Ter
8 tia ſpecies iuramenti fidelitatis eſt, quando quis iurat fidelitatem domino ratione habitationis, quam habet in terra ipſius domini: nam iſte talis licet nihil teneat in feudum ab ipſo domino terræ, tamen quia habitat in territorio illius
9 tenetur illi præſtare fidelitatem.† Eſt & alia ſpecies iuramenti fidelitatis, quam tenentur preſtare illi, qui tenent & poſſident aliqua prædia in iuriſdictione ſeu territorio alicuius domini: nam tales etiam ſi ibi non habitẽt, tenẽtur præſtare illi domino iuramentum aſſecurationis, iurando fidelitatem ſecundum formam dicti cap. primi. in fi. in titu. quali. vaſ. iura. deb. fide. Et hanc opinionem tenuerunt Andr. de Iſer. & Iacob. Aluaro. ibidem. Sed ego in quæſtione facti conſului cõtrarium. mouebar authoritate Hoſtienſis, quem ſequuntur Ioan. Andr. Panormita. & Imo. in cap. nimis. ext. de iureiur. vbi dicunt, quòd non ex hoc ipſo, quòd aliquis poſſidet bona intra Regnum ſeu Prouinciam alicuius domini, tenetur illi præſtare fidelitatem, quia non preſumitur feudatarius, niſi ꝓbetur, quia iure naturali primęuo omnis perſona, & omnis terra erat libera. j. diſtin. cap. ius gentium. bene facit c. 47. Geneſis, quod allegat glo. in cap. quanquam. ext. de cenſi. li. 6. per quã probatur, quòd omnis res præſumitur libera, nec præſumitur eſſe feudalis, niſi probetur, vt dicit Bald. in cap. inter filiam. in titu. ſi de feu. defunc. fuer. controuer. in vſi. feud. Non obſtat, ſi dixeris, quòd eſt fundata intentio illius Principis ſeu domini in toto ſuo territorio: quia reſpondeo, quòd eſt hoc verum quantum ad iuriſdictionem, ſecus quantum ad proprietatem rerum, vt in ſimili habetur in lege, bene a Zenone. C. de quadrien. preſcrip. & in capitu. omnes Baſilicæ. 16. quæſtio. 7. & ita vult D. Panorm. in capitu. diligenti. in prin.

Source : BIU Cujas

in prin.colum.ext.de præſcriptio.Secundo mouerbar, quia aut dominus terræ vult ſibi præſtari iuramentum fidelitatis ratione perſonæ illius, qui poſſidet prædia in territorio ipſius,& tunc petitio domini non eſt iuſta, quia ille non habitat in illius territorio: aut vult eam ſibi præſtari ratione bonorum, quæ poſſidet in territorio ipſius domini: & tunc adhuc ipſi domino non eſt mos gerendus: quia ex quo ipſa bona non ſunt feudalia,ſed allodialia,nō tenetur poſſeſſor præſtare iuramentum fidelitatis. & ita me cōſulente fuit iudicatum in fauorem N.Bernardi ex Marchionibus Romagniani, qui poſſidet quædam præ̨dia in dominio Aſtenſi, in quodam territorio nobilium de Scarampis. Addunt præfati Doc.ſcilicet And.& Ia:quòd illud iuramentum fidelit. quod præſtatur ſecundum formam.d.c.j.in fi.in ti.qua.vaſ. iura.de. fid.ſuppletur per id,quod habetur in c.tibi domino.lxiij.diſt. amplius dicit ipſe And. quòd illa forma iuramenti recipit ſupplementum per tex.in c.j.in tit.de no.for.fid.quia ibi nulla fit mentio de feu.Sed Iac.Aluar.in hoc tenet contrarium, quia de mente.d.c.j.in fi.fuit facere apertam differentiam inter iuramentum fidelitaris, quod præſtatur ratione ſolius iuriſdictionis, veluti quia habitat ī iuriſdictione ſeu territorio alicuius domini:& iuramentum fidelitatis, quod tenetur p̄ſtare vaſallus ratione feudi,iuxta.cap.j.in tit.de for. fide.& c. j.in tit.de no.for.fide.tandem dicit Iacob.Aluar.quòd in hoc
10 eſſet ſtandum conſuetudini, quòd notetis. † Nunc quæro, vtrum iuramentum fidelitatis poſſit fieri per procuratorem conſtitutum a vaſallo?Bal.in l.j.in j.colum.ff.de re.diui.determinat,quòd non.mouetur,quia tale iuramētum habet annexam exhibitionem reuerentiæ, quæ præſentialiter debet fieri,non autem per alium: quemadmodum ſi vaſallus teneretur aſſociare dominum, nō poſſet hoc exequi per alium. l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condi.inde. Eandem opinionem tenuit ipſe Bal.in c.2.in fi.com.ext.de ord.cog.vbi dicit, quòd homagium requirit corporalem præſentiam, & ideo iuramentum fidelitatis nō poteſt præſtari per procuratorē, ſed ipſemet Bal.in l.vnica.§.ne autem.in 2. colum.C.de cad. tol.expreſſe,quòd iuramentum fidelitatis poſſit præſtari per procuratorem.& de hoc eſt optimus text.in c.j.§.ſed vtrum. in titu.per quos fiat inueſtit. Et hanc ſententiam tenet ipſe Bald.in cap.j.quo temp.mil.in 4.colum.vbi dicit, quòd quādo vaſallus eſt abſens, & non poteſt commode adire dominum,poteſt præſtare iuramentum fidelitatis per procuratorem.& hoc ſequitur Iaco. Aluaro.ibidem. & ipſe Iac.Alu.fit mat in c.omnes filii.in titu.ſi de feu.defunc.fuer.controu.Et ſecundum iſtam opinionem, quæ eſt magis communis. ſæpe conſului,cum limitatione tamen,quòd procurator hēat ſpeciale mandatum, ad hoc ſcilicet, ad præſentandum corā domino:& ad præſtandum iuramentum fidelitatis, & ab eo obtinen.inueſtiturā ſeu renouationem inueſtituræ. Ad hoc allego vobis Arch.in cap.tibi domino.lxiij.diſt. & Bal.ita expreſſe dicentem in cap.j.§.fin qui incipit,nulla. in ti. præallegato,per quos fiat inueſt.& videbitis omnino no. per Bal.& Aluaro.in cap.j.in titu.quo tempo. mil.Et quòd hoc caſu oporteat procuratorem habere ſpeciale mandatum,tenet D. Mar.Lau.in d cap.j.proxime alleg.vnde ſint aduiſati vaſalli,
11 vt habeat ſpeciale mandatū procurator.† Idem eſt dicēdum in ſyndico vniuerſitatis, quia ſi nomine vniuerſitatis vult p̄ſtare iuramentū fidelitatis, eſt neceſſe, quòd habet ſpeciale
12 mandatum ad hoc ſecund.Bal.in d.§.nulla. † Tutor autem, qui habet liberam adminiſtrationem bonorū, bene poſſet præſtare iuramentum fidelitatis pro pupillo, quamuis non haberet ſpeciale mandatum ad hoc ſecund.Bald. in d.§.nulla. Addite,quòd concluſio prædicta,quòd iuramentum fidelitatis poteſt præſtari p procuratorē,debet limitari hoc modo,quia dominus non cogitur acceptare procuratorem, ſi dicat,quòd vult videre vaſallum per vultum, quia forte hēt eum ſuſpectum,& vult eum admonere & terrere:nam hoc caſu poteſt requirere, quòd vaſallus veniat p̄ſonaliter. Iſtud eſt ſtupendum dictum Bal.in ſuis concluſionibus feu. quas poſuit in fi.operis,& hoc dicit in pe.concluſione tituli, quo temp.miles.quòd nunquam exeat memoriam veſtram. Addite ad ea, quæ dixi ſupra circa iuramentum aſſecurationis, quòd aliquæ perſonæ,quæ non tenentur præſtare iuramentum huiuſmodi.Nā filius non tenetur præſtare,neque vxor,
13 vt ſupra dictum eſt.† Sed an vaſallus teneatur præſtare iuramentum fidelitatis filio domini,ipſo domino viuente? Cōcludite,quòd non,per ea,quæ habentur in cap.j. in princi.in tit.de cap. Corradi. & in cap. imperialem. §.præterea ſi quis maior.alias incipit,præterea ſi quis infeudatus. in tit. de pro hi.al.feu.per Fed.in c.j.in tit quo temp.mi. Limitetis, niſi feudum eſſet conceſſum ſub ea lege, quod vaſallus teneatur p̄ſtare fidelitatem etiam filio ipſius domini:nam tale pactum eſt ſeruandum,quia pacta dant legem contractibus.l.j.§.ſi conueniat.ff.depoſiti Præterea ſunt de mente Ia. de Arī ſua ſumma.in tit.qualiter vaſal.deb.iura.fidelitatem.Sunt ēt de-
14 mente Iaco. Aluaro.in c.j.in titu.de for.fide. † Moueo vobis pulchram quæſtionem, nunquid homines, qui ſunt ſubditi vaſallo domini, teneantur præſtare iuramentum fidelitatis ipſi domino ſuperiori? Concludite quòd nō, quia homo vaſalli mei non eſt propriè homo meus, & ideo non poſſum ipſos cogere ad preſtandum mihi iuramentum fidelitatis,niſi in inueſtitura fuiſſet appoſitum pactum, quod nedum vaſallus, ſed etiam homines ſui tenerentur præſtare fidelitatē ſuperiori domino,vel niſi ipſe ſuperior dominus haberet generalem iuriſdictionem.Iſta ſunt verba pulchra Bal. in commento pacis Conſtan.in vlt.char.ibi,exeunte Ianuario. alle-
15 gat Specu.in titu.de feu.§.quoniam.verſi. 4. † An autem vaſallus,qui iurauit fidelitatē domino,teneatur adiuuare dn̄m contra patrem & fratrē? Concludite q̄ ſic. tex.eſt ad literā, in cap.j.§.fi.in ti.hic finitur lex, & incipiunt conſuetu.regn. Non tamen tenetur adiuuare dominum contra propriam patriam ipſius vaſalli.ita dicit glo.peregrina in cap.de forma. 22.quæſt. v.Item non teneretur adiuuare dominum contra ſemetipſum,quia in generali ſermone non continetur perſona loquentis.l.inquiſitio.C.de ſol.Et de hoc hētis opt.text. cum ſua glo.in ca.petitio.ext.de iureiuran. ex qua glo.habetis colligere,quòd ſi vaſallus iurauerit tradere caſtrum fulcitum domino contra omnem hominem, non tenetur tradere contra ſemetipſum. & ita conſului pro dominis Tran-
16 ferelli contra communitatem Cherii.† Sed nunquid econtra,dominus tenetur iurare fidelitatem vaſallo ſuo? Videtur prima facie dicendum quod ſic,quia in his omnibus, ad quę vaſallus tenetur domino, in illis dominus debet vaſallo ſuo reddere pares vices,alioquin ipſe dominus malefidus eſt.c.1. §.dominus quoque.in titu.de for.fide.& d. cap. de forma.22. quæſt.v.Sicut ergo vaſallus tenetur iurare fidelitatem domino, ita videtur econtra. Et iſtam partem viſa fuit tenere gl. in cap.imperialem § fin in titu.de prohib.alien feu. per Fed. Sed vos concludite audaciter contrarium, ſecundum And. de Iter.& Doct.communiter, quorum opin. ſequutus eſt Ia. Alua.in d.c.j.in tit.de for. fide. quia non reperi hoc iure cautum, ergo nos dicere nō debemus.l.illam.C. de colla. Ad gl. in d.cap.imperialem.§.fin.reſpondebitis,quòd non dicit contrarium,ſi bene inſpiciatur,& ſi diceretur contrarium, male diceret.nam dominus æquiparatur patrono,&vaſallus liberto,vt no.in cap.j.in tit.de mil.vaſal. qui contu.eſt.& nos habemus,quòd patronus non tenetur preſtare iuramentum liberto ob reuerentiam ipſius patroni.l.qui bona. §. pen.ff.de damn.infec.& l.iuſiurandum & ad pecunias.§.qui iuſiurandum.ff.de iureiur.ergo nec dominus debet teneri præſtare iuramentum fidelitatis vaſallo ſuo. Ad motiuum ſupra in contrarium factum de d. §. dominus quoque.reſpondebitis verū eſſe,q̄ dominus tenetur reddere pares vices vaſallo,abſq; tamen præſtatione alicuius iuramenti. Ecce ergo vnam diſparitatem inter dominum & vaſallum. Alia diſparitas eſt, quia licet vaſallus non poſſit pignorare feudum ſine licētia domini.d.cap.imperialem. ſupra allegato,tamen ecōtra dominus poſſet pignorare ſuam proprietatem ſine licentia domini.Ita concludunt Iacob.de Belu.Bald. & cæteri Scribentes in d.cap. imperialem.ſuper gl.j.mouet iſtam quæſt.& clare non determinat. Tertia eſt diſparitas, quia licet vaſallus non poſſit ſuum vtile dominium transferre in Eccleſiam ſine licentia domini, cap. j. §. inde poteſt.in titu.de feu.alie.& tractaui vobis in ſuperiorib. tamen dominus poſſet transferre ſuam proprietatem in Eccleſiam ſine conſenſu vaſalli.§. ſi vero contigerit.in titu.de allo. Quarta diſparitas eſt, quia ſi vaſallus feudum ſuum pignoret domino ſuo, non tenebitur dominus fructus computare in ſortem.tex.eſt not.in ca. j.ext.de feu.& tamen ſi dominus pignoraret vaſallo aliquod caſtrum, vaſallus teneretur computare fructus in ſortem.l. j.& 2.C.de pig.actio.Non obſtat ſi dicatur, quod tex.in cap. j.extra. de feu. loquitur in feudo Eccleſiæ, & in vaſallo pignorante feudum Eccleſiæ,à qua illud tenebat,quia reſpondeo,quòd iſta non eſt ratio ſpecialitatis, ſed ratio illius text. ſecundum Hoſt.ibi,& magis communiter Cano.eſt,quia qñ vaſallus pignorat feudum domino, ex quo dominus reperitur habere nedum directum, ſed vtile dominium apud ſe de voluntate vaſalli, dominus dicitur percipere fructus de ſua propria,non aūt de re aliena:non eſt mirum,ſi dn̄s nō tenet computare fructus in ſortem. & ſic cōcludatis in diſpoſitione d.c.j. habet nedum in feudo, quod tenet ab eccleſia locū, ſed ēt in feudo,qđ tenet ab alio dn̄o.Et ita logt Pan. in d.c.j.
17 hī ēt in c.j.ext.de vſu. †Quæro,quæ ſunt illa,quę cōtinent in iuſo fidelitatis? Tex.in c.j.ī ti. de for.fi.dicit, q̄ in p̄dicto iuſo cōtinēt.ſ.ſcripta.ſ.īcolume, tutū, honeſtū, vtile,facile,poſſibile.Sed videdū ē de effectu iſtorū verborū. Dicite q̄ verbū, Incolume,īportat, q̄ vaſall⁹ nō erit in aliquo facto auxilio vel ꝯſilio, p̄ quod dn̄s patiatur dānum in ſuo corpore,i nō

Source : BIU Cujas

tenetur vaſallus procurare pro poſſe, ne alius hoc faciat, & hoc vult glo.valde no.in cap.de forma.22.quæſtio.5.quæ eleganter dicit,ꝙ in factis negatiuis non ſufficit ne faceret, ſed eſt neceſſe etiam procurare,ne alius faciat,l.in lege.ff.de cõtrahen.empt.& vend.& l.facere.ff.de verbo.ſignific.† Ex præ-
18 miſſis infertur, quòd vaſallus nõ debet accuſare dominum ſuum criminaliter, neque ſubmittere aliquem, qui accuſet ipſum dominum:neque debet fideiubere pro eo,qui accuſauit dominum, neque debet ſponte ſe offerre ad ferendum teſtimonium in cauſa criminali contra ipſum dominum ſuum:alias ſi ſecus faciat,eſt dignus priuari feudo. Hæc omnia vult glo.no.in cap.j.§.Item ſi delator.in glo quæ alias incipit,perdit.& eſt glo.magna, in titu.quæ ſit prima cauſa bene.amit.quod intelligatis, niſi vaſallus ſuam vel ſuorum iniuriam proſequeretur:nam tunc excuſaretur a pęna, vt vult illa eadem glo. Item ſi vaſallus hoc faceret pro defenſione patriæ cõtra quam dominus commiſiſſet perditionem, tũc etiam vaſallus excuſaretur,vt vult in d.cap.de for. Nam vidimus, quòd licitum eſt filio occidere patrem pro defenſione patriæ.l.minime.ff.de relig. & ſump.fu.Secundo loco, quæro, quid importet verbum, Tutum? Reſpondetur, quod importat, quod vaſallus non erit in damno domino ſuo de ſecreto ipſius: nam in iuramẽto fidelitatis continetur, quòd vaſallus non pandet, neque manifeſtabit ſecretum domini ſui,quod ſecretum dominus commiſit vaſallo ſuo. cap.j. in tit.de no. for. fid. Sed pone, dominus dixit vaſallo ſuo,ꝙ volebat occidere Caium, nunquid vaſallus potuit pandere tale ſecretum? Concludite quòd debet ī primis rogare dominum, inquantũ poteſt, vt velit abſtinere a tali delicto,dicendo illi,ꝙ niſi abſtineat hoc reuelabit illis, qui poſſunt ꝓdeſſe & non obeſſe,vt ſunt Sacerdotes: immo quod fortius eſt,poterit impune dicere illi, quem dominus occidere volebat, Amice caueas tibi, quia quidam vult te occidere,nemi nem nominando.ita dicit glo.no.in cap.nerui teſticulorum. 13.diſtinctione.Tertio quęro quid importet verbum,Honeſtum? Reſpondetur, ꝙ importat ꝙ vaſallus debet ex iuramẽto fidelitatis ſeruare erga dominum ea, quæ pertinet ad iuſtitiam, & generaliter omnia, quæ tendunt ad honeſtatẽ: vnde debet cauere,ne cucurbitet dominũ, neque carnaliter commiſceat cum filia domini,neque cum nepte, nec cum nuru,nec cum ſorore domini.ita probat tex.in cap.j.§.j.in ti. quib.mod. feu.amit. & in cap. j.§.rurſus.in tit.quę ſit prima
19 cau.ben.amit.† Quid autem ſi commiſcuerit ſe cum concubina domini? Dicite ꝙ ſi concubinatus eſt licitus de iure ciuili,puta, quia ambo ſunt ſoluti.l.in concubinatu.ff.de cõcubi.tunc vaſallus priuaretur feudo, ſecundum Iac.de Ardi. & Iaco.Aluaro.in cap.j.§.j. in fi.qui.mod.feud.amit. optimè facit tex.in l.item legato.§.parui.de leg.3. Sed in veritate iſta determinatio eſt valde dura: nam cõcubina eſt ext.perſonas ſpecificatas in lib.feud.ſed in d.§.j.& in d.§.rurſus, & cum ſimus in pœnalibus, non debemus facere extenſionem. reg.
20 odia.ext.de regu.iur.lib.vi. † Quid autem ſi vaſallus carnaliter cognoſceret pediſſequam dominæ? Dicite, ꝙ non eſt dignus priuari feudo,licet male faciat.ita dicunt Anto.de Iſer. & Iaco.Aluaro.in d.cap.j.in ti.quib mod.feu.amit. Et aduertite,ꝙ dominus econtra debet vaſallo reddere pares vices.c. j.§.dominus quoque. in titu.de for.fide. & ex hoc infero vobis, ꝙ domini terrarum non poſſunt compellere ſubditas ſuas,vt vadant ad tripudiandum in caſtro ſuo, quia ab omni iure ſuperioritatis ītelligitur exceptum ius honeſtatis. iſta ſunt verba Bald.in l.quod ex liberta.C.de oper. liber. Quarto quæro,quid importet verbum,Vtile? Reſpondetur ꝙ importat,ꝙ vaſallus pro poſſe procurabit vtilia domini,neque erit illi in damno de reb.& poſſeſſionibus ſuis.d.cap. j. in tit. de for.fide.Item in ſacramento fidelitatis continetur, ꝙ vaſallus non erit domino ſuo in damno de ſuis munitionibus, id eſt, ꝙ hoſtibus & inimicis domini nõ reuelabit munitiones,ex quibus ipſe dominus intendit ſe defendere contra hoſtes.ita probat tex.in d.c.j.in verb.munitionib.in tit.de for.fi. facit optime l.j.& ij.C.de comm. & merca. &l.oẽ delictum. §.exploratores. ff. de re mil. Quinto eſt videndum, quid iſta verba Facile & poſſibile,important? reſpondetur, ꝙ important hoc ſcilicet,quod id, quod eſt, vel poteſt eſſe facile vel poſſibile domino, vaſallus non faciet: difficile, neque impoſſibile domino, accipe exemplum: dominus erat in tractatu maritandi filiam ſuam, & erat illi facile & poſſibile eam matrimonialiter copulare cum aliquo,vaſallus ſeminauit zizaniam in tantum, ꝙ impediuit illud matrimonium: vel dominus intendebat cõtrahere matrimonium, cũ vna, & erat hoc illi facile & poſſibile, ſed vaſallus ſeminauit diſcordiam,ita ꝙ non eſt amplius poſſibile, ꝙ illud matrimonum locum habeat:ipſe certe vaſallus eſt periurus, & debet perdere feudum,quia venit cõ iura fidelitatis,quod eſt notan
21 dum.† Addo vobis,quod ſummè deteſtandi ſunt, qui bonis viris detrahunt,& poſſunt accuſari de crimine ſtellionatus, & eſt pœna arbitraria.iſte eſt tex.cum ſua glo.aurea in l. 3.§. item ſi quis.ff.de crimin. ſtellio.Addite etiam,ꝙ in iure fidelitatis continetur,ꝙ vaſallus exaltabit dominum inquãtum poterit.glo.eſt ſing.approbata in cap.j. in titu.qual. vaſal.iu-
22 ra.deb.fide.† Nunc quæro, ponamus ꝙ vaſallus decedat pluribus relictis hęredibus, an quilibet ipſorum hęredum tenebitur pręſtare iura fidelitatis domino ratione feudi, quod eorum pater tenebat? Concludite quod ſi vni ex eis fuerit adiudicatum totum illud feudum, tunc ille ſolus tenebitur præſtare.tex.eſt in cap.omnes.in fi.in titu.ſi de feu.defun. con trouer.fue.in lib.feud.Si vero omnes hæredes poſſident illud feudum,tunc ſi poſſident pro diuiſo, quia illud diuiſerunt inter ſe,tunc quilibet ipſorum tenebitur pręſtare iura. fidelitatis domino,quia iura.fidelitatis eſt indiuiduum,& in his quę ſunt indiuidua,quilibet hęredum tenetur inſolidum.l. hęredes.§.an ea.ff.fami.erciſcun.& l.2.§.ex his.ff. de verbo. oblig. Et hanc opinio.tenuit Ange.in d.§.ex his. & idem Angel.tenuit in l.loci corpus. §.ſi fundus. ff. ſi ſerui. vendi.optime facit quod no.glo.in l.ſi cuius.§.j.ff.de vſufru.Si vero ipſi hæredes vaſalli poſſident illud feudum pro indiuiſo, eſt magna dubitatio vtrum omnes ſimul teneantur pręſtare iura,an vero quilibet ipſorum. Et iſta inueſtigatio ex maximi frugi, quia ſi tenemus, quod omnes ſimul teneantur, erit ſolum vnum ius vaſallaticum: ſi vero tenemus,quod quilibet ipſorum in ſolidum teneatur præſtare iuramentum fidelitatis, tunc erunt plura iura vaſallitica. In dubitatione prædicta reperio Ioan.Blanchum de Marſilia,in ſua ſumma,in ti.de ſacra.fide.in §. item dubitari conſueuit. arguere ad partes, & tandem nihil clare determinat. Vos poteſtis concludere, quod immo quilibet ipſorum in ſolidum tenetur iurare fidelitatem,per rationẽ, quam ſupra allegaui,ſcilicet,quia iuramentum fidelitatis eſt indiuiduum. Et iſtam ſententiam voluit Ang.in d.§.ex his.& in d.§.ſi fundus. & idem tenuit Iacob.Aluaro.in d.cap. omnes filii.eandem opinio.amplexus fuit Ioan.Reyn.poſt multa argumenta hincinde,in ca. imperialem.§.pręterea ducatus.in titu.de prohib.alie.feu.per Fed. poſſunt tamen ipſi hæredes eiuſdem eligere vnum ex eis qui iuret fidelitatem nomine ſuo,& etiam nominibus aliorum, quia quando iurat etiam nominibus aliorum,omnes dicũtur iurare.argum.l.ita autem.§.geſſiſſe.ff. de admin.tut.& ita vult Iac.Aluar.in d.c.omnes.& pro iſta parte facit id, quod ſupra aliquando concluſi vobis, ſcilicet quod iuramentum fidelitatis poteſt præſtari per procuratorem habẽtem ad hoc ſpeciale mandatum,ſecũdum magis communem opi.Fallit tamen in iuramento fidelitatis,quod venit præſtandum a ciuibus,non ratione feudi,ſed iuriſdictionis, quia tale iuramẽtum debent pręſtare ſinguli perſonaliter, nõ autem per procuratorem.ita no.dicit Bald.in l.vnica.§. ne autem. C. de ca-
23 du.tol.& ipſe Bal. in pace Conſtan.† Sed ponamus,ꝙ feudũ, quod tenẽt plures hæredes eiuſdem vaſalli, ſit obligatum domino ad aliquod ſeruitium,qualiter ipſi hæredes pręſtabũt illud? Concludite ex mente And.de Iſer.& Iaco. Alu. in d.c. omnes.ꝙ aut illud ſeruitium eſt diuiduum, quia conſiſtit in aliqua re diuidua, & tunc quilibet illorum vaſallorum tenebitur pro parte,quia ipſo iure fit diuiſio a lege.l.j.C.ſi cer.pe. & l.ea,quæ in nominibus.C. fami.er.ſi vero ſeruitium eſt indiuiduum,puta ire ad prelium vel exercitum cũ dño,& iſto caſu ipſi hęredes vaſalli defuncti dabunt æquè idoneum ex ſeipſis, qui ſeruiat domino in prelio ſeu exercitu.nam debet ſufficere dño,ꝙ habeat vnũ æquè idoneũ,ſicut erat vaſallus defunctus.l.iã tñ. §.ſi plures.ff.iu.ſol.nã plures hĩdes,qui ſucceſſerunt vni vaſallo, habentur pro vno. l. cui fundus. ff. de condi.& demon.& ideo debet ſufficere domino, ꝙ habeat æquè idoneum,ſicut erat prior vaſallus.l.qui autem. §. 2. ff.
24 de conſti.pecu.† Sed ponamus, ꝙ vſallus,qui tenebat feudũ a domino,deceſſerit vno filio relicto infante hærede, vtrum ille infans tenebitur pręſtare iuramentũ fidelitatis, an vero erit excuſatus,ſi non præſtet? Bal.quem cæteri ſequunt̃,ī c.j. & per illum tex.in verbo,infantia.in tit.quo temp.mil.in vſi. feu.determinat,ꝙ erit excuſat⁹, qa ex ſeipſo omnia ignorat. allegat.l.ſi.in fi.ff.rem pupill.fal. fo.facit optime l.j. C.de fal. monc.Sed nunquid tutor iſtius infantis tenebitur ad præſtãdum iur̃m fidelitatis pro ipſo infante? Concludite, ꝙ poterit illud pręſtare,ſed non neceſſabitur,ſecun.Ia.Aluar.in c.ſi minori.in ti.ſi de feu.defunc.fuer.contr.faciunt no.per Bal.in c.j.§.nulla.in tit.per quos fiat inueſt. Et ad propoſitum dicit Bal.in l.j.in 20.quęſt.ff.de rer.diui.ꝙ infans non poteſt inueſtiri de feudo,quia ī iueſtitura requirũtur verba.allegat pul-
25 chrum tex.in l.mulier.ff.de verb.ob.† Sed quid dicemus ī pupillo? Concludite ꝙ non tenetur iurare fidelitatẽ, neq; petere renouationem inueſtiturę,tamen feudũ retinebit.tex.habetis in pręalle.c.ſi minori.& in c. ſi quis deceſſerit,in tit.prę allega. ſi de feu. defun. Sed ponamus, quod ipſe pupillus ſit

doli

Source : BIU Cujas

doli capax. And.Iſern. in præalleg.cap. ſi minori. dicit,quòd iurabit fidelitatem,per l.vt iuriſiurandi.§. dabitur. ff.de ope. liber.& per l.fi.ff.de liber.cau. Vos autem tenebitis,iſtum impuberem quantuncunque doli capacem eſſe excuſitum,vt non præſtet dictum iuramentum fidelitatis, per d.c.ſi minori.& hoc tenet Iac.Alu.cum quo concordat Bald.in d.c.j.in tit.quò tempo.mil.vbi dicit,q̃ durante pupillari ætate, dicit̃ habere ſolum ſemiplenum intellectum. allegat glo. in l.negociis.ff.de reg.iur. † Quid ſi impubes eſſet proximus pubertati,an tenebitur præſtare ſacramentum fidelitatis? And.de Iſer.in d.ca. ſi minori.determinat, q̃ ſic,per d.§.dabitur.Sed vos tenebitis contrarium,& dicetis eum debere excuſari durante pupillari ætate, per tex.in c.ſi minori. & c.ſi deceſſerit. vbi ſunt textus aperti. Et quotieſcunque in materia feudali habemus textum decidentem dubitationem emergentem, non debemus recurrere ad deciſionem legis.ca.j. §.ſtrenuus autem legiſperitus.in titu.de cog.feu. ſi vero hæres vaſalli eſſet maior 14.annis, minor tamen xxv.& intra annum & diẽ non peteret renouationem inueſtituræ,offerendo iuramentum fidelitatis, caderet a feudo: poſſet tamen petere reſtitutionem in integrum. c.imperialem.§.præterea ſi quis maior. alias incipit,præterea ſi quis infeudatus.in ti.de proh. ali feu. per Fede.& ita not. per omnes. Ad quem autem vadat iſtud feudum, quod perditur propter non petitam inueſtituram intra annum & diem,an ad dominum,an vero ad agnatos, ego dicam vobis ĩfra.† Sed reſtat quærere,ponamus, eſt vna vniuerſitas ſeu communitas, quæ tenet ab aliquo domino feudum,an ſinguli de illa vniuerſitate tenebũtur præſtare iuramentum fidelitatis ratione illius feudi? Concludite,q̃ nõ, ſed ipſa vniuerſitas præſtabit iuramentum fidelitatis per ſyndicum ſuum.& eſt ratio,quia illud feudum eſt vniuerſitatis, non autem ſingularitatis de illa vniuerſitate. l. ſed ſi hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius vo.& l.intantum.§.vniuerſitatis.ff.de re.diu.& l.2.ff.quod cuiuſque vniuer.& c.qui manumittitur. 12.q 2.optime facit l.municipibus.ff. de cond.& demon.ita tenet expreſſe Io.Rey.in d c.præterea ducatus. optime faciunt no.per Bal.in c.j.§ nulla.in ti. per quos fiat inueſti.vbi loquitur de tutoribus,& ſyndicis. † Quid aũt econtra, ſi dominus decedat relictis pluribus hæredibus, an vaſallus tenebitur præſtare iuramentum fidelitatis omnibus illis hæredibus in ſolidum? Glo.in l.cuiuſcunq;. §.j.ff.de vſufr.determinat q̃ ſic,& illam glo.ſequitur Bald. in l.j.in 22.q.de re.dii.& Ang.expreſſe in l.loci corpus.§.ſi fundus ff. ſi ſerui.vendic.idem tenuit Io.de Imo.in l.2.§.item ſi in facto. in ſi. col. ff.de verbo.oblig Contrariam opin. tenuit gl. in c.omnes filii.ſupra allega.nam ibi glo.arguit ad partes multũ ſolenniter,& tandem cõcludit,vaſallũ non teneri præſtare iuramẽtum fidelitatis,niſi vni ex hæredibus domini.& illam glo.ſequuti fuerunt Per.de Ceruia,Ia.de Belu.Caprio. in c.omnes. & Bal.in c.imperialem.§.præterea Ducatus.in vlti. colum.in tit.de proh.alic.feu.per Fed.Refert tamen Bald. in d.§.præterea Ducatus.vnam opin. quæ habet, q̃ iuramentum fidelitatis hoc caſu debeat præſtari antiquiori ex hæredibus domini,argum.l.fin.ff.de fide inſtrumen.Et opin.prædictam,quòd vni tantum ex pluribus hęredibus ſit præſtandum ſacramẽtum fidelitatis,tenuit Ioan.And.in addi. ad Specula.in titu. de feu.§.quoniam.verſi.29. Placet etiam iſta ſententia Ioan. Reynald.in d. §. præterea ducatus.& iſta ſententia tanquam magis communis ſeruatur in practica. Pro iſta opin.facit, quia pro eodem feudo non cogitur vaſallus habere plures dominos.iſta ratio probatur in d.§. præterea ducatus. in fin. Poteſtis tamen in hac materia ex mente Ioan. Rey. in loco præallega.ſic concludere, aut vni ex pluribus hęredibus domini fuit adiudicatum totum feudum,& tunc illi ſoli debet præſtari iuramentum per d.cap.omnes.in fi.aut ipſi tales hęredes domini eiuſdem tenent illud feudum, ſeu illam ſuperioritatem feudi pro indiuiſo inter ſe,vel pro diuiſo, & tunc ſi vaſallus ſemel agnouit illos plures dominos, habet ſibi imputare,quia tenetur omnes agnoſcere, & omnibus præſtare iuramentum fidelitatis: idem eſt, ſi ab initio fuiſſent plures domini illius feudi, puta, quia plures domini conceſſerunt illud feudum vaſallo, & ſic feudum eſt originatum a pluribus dominis,& tunc vaſallus tenetur præſtare fidelitatẽ omnibus.aut feudum habuit principium ab vno domino, deinde ille dominus deceſſit relictis pluribus hęredibus, & tunc teneatis concluſionem, quam ſupra concluſi, ſcilicet, quòd vaſallus poterit eligere vnum ex illis pluribus,& ei iurare fidelitatem nomine omnium, & iſta electio non pertinet ad plures ipſos hęredes eiuſdem domini, ſed ad vaſallũ. l.plerunque.§.fin.ff.de iu.do.Et diſputatio prædicta eſt maximæ vtilitatis, quando vaſallus vult obtinere licẽtiam alienando feudum,vel vult obtinere inueſtituram, vel renouationem inueſtituræ:nam non cogetur adire ipſos plures hæredes eiuſdem domini. Reperio quoſdam in hoc articulo dicere, quòd ſi vaſallus non vult iurare fidelitatem pluribus hęredibus domini,poteſt dimittere feudum: ſed iſta opinio
29 numquam mihi placuit †Nam ſi quęritur,vtrum vaſallus in uito domino poſſit refutare feudum? Concludite ſic,aut feudum eſt ſimpliciter conceſſum, & non conditionatum, & tũc vaſallus poteſt dimittere illud inuito domino: ſed eo dimiſſo debet cauere, ne offendat dominum propter reliquias præcedentis vaſallagii,de hoc habetis tex.in cap.j.in titu.de vaſal.qui contra conſt.Lotha.Non obſtat, ſi mihi dicatis,quòd quæ ab initio ſunt voluntatis,ex poſtfacto ſunt neceſſitatis.l.ſicut.C.de actio. & obligatio. & l.in commodato. § ſicut.ſi commo quia reſpondetur, quòd feudum ſimplex, & non conditionatum intelligitur conceſſum gratia ipſius vaſalli recipientis tantum, per ea, quæ habentur in cap. j.in titu.in quib.ca. ſeu. amit. Aut eſt feudum conditionatum, id eſt,conceſſum ad certum & determinatum ſeruitium: & tunc vaſallus inuito domino non poteſt refutare illud, quia contractus fuit celebratus gratia vtriuſque. iſta eſt glo. ordinaria communiter approbata, in cap. fina. in titu.de capi.qui curiam vendi. in vſibus feudo. nor. in d.cap. imperialem.§. callidis.Item ſi in conceſſione feudi interueniſſet ſtipulatio, tunc ſi vaſallus refutaret illud feudum,in quo interuenit ſtipulatio, teneretur domino ad intereſſe. Item ſi ex parte vaſalli interueniſſet iuramentum, tunc ipſe vaſallus propter iuramentum non poteſt refutare inuito domino, quia iuramentum imponit præciſam neceſſitatem.glo. eſt ſing. in l.ſi pecuniam.in princ.in verbo, neceſſe habeas.ff.de condi.ob cauſam.ſed hęredes ipſius vaſalli, qui iurauit, bene poſſent refutare feudum,quod non eſt conditionatum,quia iuramẽtum defuncti non tranſit ad hæredes, quia eſt perſonaliſſimum.cap.veritatis.ext.de iureiuran.& ibi not.Ita not.determinat Bal.in proœ feudo.in 2.charta,in verſi.ſed pone quòd contractus.Ex prędmiſſis apparet, quòd opinio illorum, qui dicunt, quòd quando vaſallus non vult iurare fidelitatem pluribus hęredibus domini, quòd poteſt dimittere feudum,
30 non eſt vſquequaque vera. † Sed adhuc dubitatur, quando ſunt plures hęredes eiuſdem domini, & vaſallus tenetur ad aliquod ſeruitium ratione feudi, qualiter præſtabit ſeruitiũ? Vera concluſio eſt,quia aut ſeruitium conſtat in dando, & tunc præſtabit illud omnibus hęredibus pro portionibus eorum:ſi vero eſt ſeruitium, quod non eſt diuiduum,ſed indiuiduum,puta,quia vaſallus tenetur ire ad prelium vel exercitum cum domino ſuo,tunc quia eodem tempore nõ poſſet bene iuuare plures hęredes eiuſdem domini ſaltem ĩ diuerſis locis, hoc caſu poterit eligere vnum ex pluribus hæredibus domini per l. ſi quis ingraueſcente. §. ſi cum omnes.ff. ad Senatuſconſ.Syl.Iſta ſunt de mente Ioan.Reyn.in d.§.præterea Ducatus.& de mente Iacob.Aluaro.in d. cap.omnes filii.in vlti.colum.Dicit tamen eleganter Bald.in l.j.in 23. quęſtio.ff.de rer.diui. quòd bene faciet vaſallus gratificari antiquieri vel digniori, per ea,quæ habentur in l. fi.ff.de fide inſtrumento.& in cap.j.extra de ma.& obe. Subdit idem Bald. in illa 23. quæſtio.quod hoc procederet, quando ipſi plures hæredes domini haberent bellum contra tertium: ſed ſi haberẽt bellum inter ſe, vaſallus non tenetur iuuare aliquem ex eis,quia ſibiipſis inuicem obſtat.alleg. l.inuicem. ff. de hęred.inſtitu.Et quia tractaui ſupra, nunquid vaſallus poſſit re-
31 futare feudum inuito domino. † ſi uis ſcire, vtrum emphyteuta, vel cenſuarius poſſit refutare rẽ emphyteuticam vel cenſalem inuito domino. vide per Barto.in l. is cum quo.ff.
32 de aqua pluuia arcen. † Sed pone, quòd vaſallus non poſſidens non petierit remotionem inueſtituręintra annum & diem,an debeat perdere feudum? Andr. de Iſern. in capit.j. in princ.in titu. quę ſit prima cauſa benefi. amit.determinat quòd non,& hanc eandem opinionem tenuerunt Bald. & Sali.& Paul.de Caſtro in l.ſolennib.C.de rei vendic.per l.forma.§. ſi eum ego. ff. de cenſi. hanc eandem opinionem tenuit Fran.Zaba.in cap.ſecundo.extra de feud. pro qua opin. adducitur tex.in cap.j.in princip. vbi fit mentio de poſſeſſione,in titu.per quos fiat inueſtitu. facit etiam, quia vaſallus priuatur propter contumaciam, vt habetur in cap.j.in titu. quo tempore miles. & non poteſt dici contumax, quando non poſſidet.item ad hoc,vt vaſallus priuetur feudo,requiritur dolus.cap.fin.in titu.de cap.Corrad.ſed non poteſt dici in vaſallo,qui non poſſidet,dolus. Concluſioni prędictę adhæret Iacob.Aluaro.in præalleg.cap.j. in titu.quæ ſit prima cauſa benefic.amitten.Et hanc ſententiam audacter ſequimini,
33 ſecundum quam conſului. † Item quæritur, vos ſcitis,q̃ vaſallus, ſi ſit miles, non habet annum & menſem ad petendum renouationem inueſtituræ:ſi uero ſit alius,q̃ non ſit miles,hẽt annum & diẽ.c.j.pręal.in ti.quo temp.mil.& in c.imperial.§ præterea ſi quis maior.in ti.de proh.ali.feu.per Fede, nunquid dominus,cui venit præſtanda fides, & a quo debet vaſallus petere renouationem,poſſit illud tempus minuere

Source : BIU Cujas

Ego iſtam quæſtionem habui in practica tempore vitæ Reueren. patris Domini Dominici de Riſpolio,& Comitibus, ſancti Martini Epiſcopi Iporrigien. nam immediate, quòd fuit adeptus poſſeſſionē Epiſcopatus, volebat exigere a ſuis vaſallis renouationes inueſtiturarum,& iuramentum fidelitatis. ego illi conſului, quòd tempus anni & diei indultum vaſallus ex diſpoſitione iurium feudalium non poterat minuere.& ita tenet And.de Iſer.& ſequitur Iacob. Aluarot.& Mar.Lau.in præallegat.cap.j.in tit.quo tempore mil. mouētur,quia iſta dilatio eſt conceſſa vaſallis in eorum fauorem, & ideo dominus non poteſt minuere. l. qui hoc anno. & l. eum qui Calendis.§.quoties ff.de verb.obligatio. & §.in diē. Inſtitu.de verbo.oblig.niſi vaſallus conſenſiſſet abbreuiatio ni illius temporis: & tunc ſi intra tempus conuentum non veniſſet ad petendum reuocationem inueſtituræ, & ſe obligaſſet ad ita faciendum ſub pœna priuationis feudi. tūc nō ſatis faciendo termino ita uto & conuento, perderet feudū, & ſi talis conuentio ſeu promiſſio fuiſſet facta apud acta iudicis competentis, nihil aliud eſſet fiendum, niſi quòd fieret executio illius obligationis,per ea, quæ habentur in cap. quod autē.2.quæſt.j.& in l.acta. ff.de re iu. & in l.rale pactū. §.qui prouocauit.ff.de pact.Si vero talis conuentio ſuper decurtatione temporis fuiſſet facta inter dominum & vaſallū extra iudicium,tunc via ordinaria eſſet agendum contra vaſallum.l.ſi pacto, quo pēnam. C.de pact.niſi vaſallus in caſu contrafactionis dediſſet licentiam domino propria auctoritate apprehendēdi rem feudalem.l.4.C.de pign.& hæc note-
34 tis,quia ſunt quotidiana.†Sed iterum dubitatur, pone quòd vaſallus,qui debebat petere renouationē inueſtituræ, deceſſit intra tps anni & diei, forſitan in nono menſe, vtrum ſucceſſor illius vaſalli habebit integrum annum & vnum diem ad petendum renouationem inueſtituræ,an vero ſolū quod ſupereat defuncto? glo.circa hanc quæſtio. pro & contra in præallega.cap.j.in titu.quo tempo.mi.clare non determinat. Vos concludite,quòd ſi feudum eſt antiquum,ſucceſſor habebit integrum annum & vnū diem ad petendum renouationem inueſtituræ, quia non venit ad feudum ex prouidentia defuncti, ſed venit ex quodam edicto ſucceſſorio: vnde tempus decurſum in vita vaſalli defuncti, non debet computari ipſi ſucceſſori,per l.j. §. quibus.ff. de ſucce.edic. Et iſtam opinionem tenuerunt Ioan.And.in add. ad Specula.in tit.de feud.§.quantum.verſi.27.& Iacob.de Ardizo.in ſua ſumma, in titu.quib.mod. feu.amitta.ſub rubricella, ex quo tempore incipit currere annus. Eandem opin.tenuerunt Nicola.de Neapo.& Iacob.de Belu.in præallega.cap. j. in titu.quo tempore mi.ſed ſi feudum nō eſſet antiquum,veluti acquiſitum a patre meo de nouo, & dominus ſuperior illius feudi deceſſiſſet,& pater meus,qui tenebatur petere renouationem inueſtituræ a ſucceſſore illius domini ſui, decedat in nono mē ſe, & petijt renouationem inueſtituræ, certe ego filius non habeo integrum annum & diem, ſed ſolum illud tempus, quod ſupererat ipſi patri meo. & eſt ratio, quia hoc caſu venio ad feudum ex prouidentia patris mei, qui illud acquiſiuit.& hoc volunt eleganter Iacob.de Belu.& Nico.de Neap. in præalleg.cap.j.tit.quo tempo.mil.Aduertite tamen, quòd iſtud tempus petendi reuocationem inueſtituræ non cūrrit filio,niſi a die.qua ſe immiſcuit hæreditati paternæ:quia tex. de hoc loquētes vtuntur iſto verbo,hæres:& licet filius mortuo patre ſtatim efficiatur ſuus hæres a lege. l. j. §.qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.tamen quantum ad onera non dicitur hæres niſi poſt immixtionem realem, vt habeatur in l.neceſſariis ff.de acquiren.hæred. & in l.nam nec emā
35 cipatus.ff.de lega.j.& in l.j.C.ſi vt ſe ab hæ.abſt.†Et ideo ille, qui vult dicere filium eſſe priuatum feudo, vel priuari debere feudo ob non petitam inueſtituram intra annum & diē, debet probare, quòd filius realiter ſe immiſcuit hæreditati paternæ, & habuit ſcientiam mortis paternæ. Ita eleganter determi.Bald.in cap.j.in titu.de cap.Corra.& Iacob.de Alua rot.in d.cap.in princ.in tit.quæ ſit prima cauſa benefi. amitt. & ita obtinuit in quæſtio.facti. Quæro ſubſequenter de quæſtione quotidiana,vaſallus iurauit fidelitatem Prælato,& ſucceſſoribus ſuis canonicè intrantibus, vel iurauit fidelitatem domino ſeculari recipienti pro ſe & ſucceſſoribus,vtrū moriente illo prælato, vī dño ſeculari tenebitur ipſe vaſallus iterato prēſtare iuramentum fidelitatis ſucceſſori illius Prælati, vel dñi ſecularis?Concludite, q̄ non,licet ab ipſo ſucceſſore tenetur ipſe vaſallus petere renouationem inueſtituræ, iuxta c.imper.§.præterea ſi quis infeudatus.in ti.de proh ali.feu. per Fede. tñ iuīm fidelitatis non tenebitur reiterare.& ita tenuit Ia.de Ard.in ſum.ſua,in ti.qui.mo.feu.ami.ſub rubricella,qñ vaſallus dēat iurare.ita ēt tenuit Spe.in ti.de feu. §.qñ. ad fi.& ita ēt voluit Ia.de Bel.& Ia.Alu.ī c.j.in prin.in ti.quæ ſit j.cā ben.ami. Hoc ēt ꝓbat in c. veritati. & ibi per Butr.& Imo.ext.de iurei.& eſt ratio,qa qñ vaſallus præſtitit iuīm fidelitatis domino ſeu Principi, recipiendo pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, tale iuīm eſt reale, & perpetuum reſpectu ipſius domini recipientis,& vaſallus bene potuit obligare ſe & animam ſuam,nedū erga illum Principem, ſed etiam erga ſucceſſores illius Principis, & ideo non tenetur in perſonas ſucceſſorum iterare iuramentum fidelitatis,quia ſine cauſa iuramentum non debet præſtari.c.& ſi Chriſtus.ext.de iurei.reſpectu autem ipſius vaſalli iurantis tale iuīm eſt perſonale: & ideo mortuo vaſallo,qui iurauit fidelitatē, hæres ſeu ſucceſſor ipſius vaſalli bene tenuerit iterato præſtare iuīm fidelitatis:quia vt dixi,iuīm reſpectu recipientis eſt reale,ſed reſpectu ipſius iurātis eſt perſonale,vt voluit no. Inn.ī c. veritatis. ext.de iureiu.& quotidie allegatur iſtud dictum in iudiciis &
36 in ſcholis.† Amplius dico vobis,q̄ quamuis vaſallus iuraſſet fidelitatem pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, tamen mortuo ipſo vaſallo ſucceſſor tenebitur iterato præſtare iuīm fidelitatis, quia ipſe vaſallus iurando non potuit ligare animam ſucceſſorum:& iuīm ipſius iurantis eſt perſonale, & non egrediet perſonam,ita dicunt Cano.in d.c.veritatis.Ego addo Bal.ita expreſſe dicētem in l.litigator.C.de fru.& li.exp.Et iſta teneatis menti.†Nunc eſt videndum,vtrum vaſallus, qui intra an-
37 num & diem non petiit inueſtituram ſeu renouationem inueſtituræ,poſſit purgare moram.Ia.de Ardizo.in ſua ſumma, in titu.quib.mod.feu.ami.ſub rubricella,ex iuſta cauſa excu. vaſal.determinat q̄ ſic,dummodo vaſallus celeri ſatisfactione ſtudeat ſibi conſulere.cap.potuit.ext.de loca.l.ex hoc edicto.§.ſi quis.ff.de ali.iud.mutan.cauſa facta.Sed Bal. in c.j.in prin.in tit.quo tempo.mil.cuius opinionem cœteri ſequuntur,maxime Ia.Alu.in c.j.in prin.in ti.quę ſit pri. cau.benefi. amit.& D.Mar.de Lau.in d.c.j.in ti.quo temp.mil. tenent cō trarium,mouentur, quia in ſtatutis legis non purgatur mora.itē iſte ẽctus feudalis habet in ſe quandam tpalitatem, videlicet quouſq; vaſallus obtēperat ſtatutis feudalib.l. epiſtola.§.fi.ff.de pac.l.quæro. §.inter locatorem. ff. loca. Secundo mouentur per elegantem theoricam,quam ponit Dyn.in l. ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb. oblig. vbi dicit, q̄ qñ propter moram fit translatio dominii, ibi non admittitur purgatio moræ.l.qui ob rem.ff.de cond. indeb. ſed ī propoſito noſtro, ſi uaſallus intra annum & diem non petat inueſtituram ſeu renouationem,ipſo iure vtile dominium ipſius vaſalli reuertitur ad dominum.c.imperialem.§ callidis.in verbo libere reuertatur.cum ſua glo.& eo.c.§.pręterea,ſi quis maior. in tit. de proh.alie.feu. per Fed.ergo non eſt locus purgationi moræ.Item quotieſcunque propter moram fit reſolutio contractus,ibi nō admittitur purgatio contractus, niſi vtraque parte conſentiēte.l.commiſſoriæ.C. de pac. inter emp.& ven.& l.poſt diem.ff.de lege commiſ.Præterea hic eſt dies & pœna, & ideo nō debet eſſe locus purgationi moræ. l. traiectitiæ.§. de illo.ff.de actio.& oblig.Ad motiua Iacob. Ardizo.reſpondebitis,quòd tex.in d.ca.potuit.non loquitur in materia feudali,ſed emphyteutica. & cum non reperiatur cautum in lege feudorum,q̄ vaſallus poſſit purgare moram, certe nō debemus eſſe clementiores lege.§.oportet. in Auth.de iudi.Sed habemus ſcriptum in iure feudorum, quòd vaſallus non petēs inueſtituram ſeu renouationem inueſtiturę, priuatur feudo.d.c.j.in tit.quo temp.mil.& in d.§. pręterea ſi quis maior.
38 ergo &c.†Sed iuxta prædicta dubitatur. Ponamus, q̄ dominus poſt annum & diem recipiat inueſtituram ſeu obedientiam a vaſallo, vtrum videatur illi remiſiſſe ingratiudinem, ſeu culpam moræ, ita q̄ non poſſit poſtea petere illud feudum pro commiſſa ratione inueſtiturę ſeu renouationis infra annum & diem non petitę? Glo. ordinaria in prealleg. c.j.in ti.quo tempo.mil.determinat in fauorem vaſalli, & ꝑ dñm.opti.facit quod no.gl.2.C.de iure emphyt. Sed illa glo. debet ītelligi, quando dominus ex certa ſcientia ita feciſſet, ſecus ſi per ignorantiam,quia ignorabat lapſum eſſe tps,nā ignorans non vī ius ſuum remittere.l.mater.ff.de inoffi.teſt. & l.nec ignorans.C.de dona.& l.qui cum tutoribus. §. qui p fallaciam.ff.de tranſact.& l.ſi per errorem.ff.de iuriſd. omn. iu.Idem eſt,ſi dñs dubitaſſet,quia idem iudicamus de dubitāte,quod de errante.l.fin.C.de cond.ind.Primum membrum quatenus dixi, q̄ dñs ſciens tempus eſſe lapſum admittendo poſtea vaſallum ad inueſtituram & obedientiam, vī illi remittere commiſſionem feudi,limitabitis niſi dñs recipiendo vaſallum ad inueſtituram & obediētiam fuiſſet proteſtatus, q̄ ſaluum eſſet ius ſuum: nam tunc non vī remiſiſſe pœnā commiſſionis.l.2.in prin.ff.ſi quis cauti. no.in l.fin.& l.centū Capuæ. ff. de eo quod certo loc. & ſufficeret quod dominus tempore,quo recipit vaſallum ad inueſtituram ſeu obedientiam,apponeret iſta verba, Saluo iure noſtro. Nam per iſta verba vī proteſtari, quòd non intendit remittere pœnā priuationis & cōmiſſionis.l.ſi debitor.§.j.ff.qui.mo. pig. vel hypoth.ſolu.Et ita expreſſe vult Io.Rey. in d.c.imper.§.inſuper.
39 in vlt..colum.in titu.de prohibi.aliena.feu.per Federi. †Item dubita-

Source : BIU Cujas

dubitatur,ſub qua forma debeat petere vaſallus a domino inueſtituram,ſeu renouationem inueſtiturę? Glo.or. in c.j. §.ſi nulla,in tit.per quos fiat inueſt.dicit,ꝙ vaſallus debet petere ſub hac forma, Illuſtriſſime Princeps, Domine mi metuende,ego peto a te inueſtituram feudi,quod a te teneo, & poſſideo:& hoc ſi eſt feudum antiquum, ſi vero ſit nouum debet dicere, peto inueſtituram talis feudi, quod a te debeo poſſidere. Subdit illa gl.quod vaſallus debet offerre fidelitatem domino ſuo.Sed Do.ſuper illa glo.dicunt, quod quamuis vaſallus non offerret fidelitatem, ſed ſimpliciter peteret inueſtituram, tamē tacite intelligeretur offerre fidelitatem: & ideo eſſet perinde ac ſi expreſſe obtuliſſet eam. argum. l.
40 cum quid.ff.ſi cer.pe.& l.non recte.C.de fideiuſſ. † Sed ponamus,quod dominus aditus per vaſallum modo, quo ſupra, recuſet inueſtire ipſum vaſallum. Concludite quod ipſe vaſallus liberatur a cōmiſſo, & nihilominus dominus tenetur ipſi vaſallo ad intereſſe,capitulo primo,§.fin.in titu.de for.fideli.Item ſi dominus per annum & diem differat vaſallum inueſtire,priuabitur proprietate illius feudi,quia dominus erga vaſallum tenetur ad pares vices.cap.i.§.dominus quoque. in titu.de for.fidelit. & c. de forma.xxii.q.v. Sed ſic eſt, quod ſi uaſallus differat per annum & diem petete inueſtituram, ſeu renouationem inueſtituræ a domino ſuo, priuabitur iure ſuo,ca.imperialem.§.præterea ſi quis maior.alias incipit, præterea ſi quis infeudatus. in ti. de prohibi.alien.feu.per Fede. ergo eodem modo, ſi dominus negliget per annum & diem inueſtire vaſallum, debet priuari proprietate. Et pro hac ſententia adducitur optimus text.in c.domino committente.in titu.ſi de feu.defunc.fuer.controuerſ. quem text.pro hac deciſione allegat glo.in d.cap.i.§.fin in tit.per quos fiat inueſt.Et hanc opi.ꝙ dominus hoc caſu priuatur proprietate,tenuerunt Ia.de Bel.Nico.de Neap.Sali.& Ia.Alua. in d.§. fin.Dicunt tamen præfati Doctores, ꝙ iſta communis concluſio debet limitari,niſi dominus eſſet ignorans,veluti,quia ignoraret illum,qui petit inueſtit. ſeu renouationem inueſtituræ, eſſe filium & hæredem defuncti, vel eſſe agnatum vaſalli defuncti,& ſic de ſingulis.nam hoc caſu dominus excuſaretur,& non amitteret proprietatem illius feudi. & hoc ēt voluit Bertra.Caprioli,in d.§.fin. Sed Io.Rey. in d.§.præterea ſi quis maior.dicit ſe aliquando fuiſſe ſequutum opi.contrariam. mouetur,quia ſecundum eum non reperitur iure cautum,quod dominus hoc caſu debeat priuari proprietate, licet hoc reperiatur cautum in vaſallo.d.§.pręterea, & in pœnalibus non debemus facere extenſionem.l.interpretatione. ff.pe pœ.& l.cum quidam.ff.de libe.& poſthum.Sed vos non recedatis ab opin.glo.& Docto. quia ad no.Io.Rey.patet re-
41 ſponſio per ea,quæ dixi ſupra.†Vnum tamen notetis,ꝙ ſi qs ignoraret rem eſſe feudalem, & non peteret inueſtituram intra annum & diem, non debet priuari feud. quia æquitas conſuetudinis feudorum hoc caſu conſeruat eum illæſum a pœna priuationis.ita no.determinat Bald.in l.fin.C. ſi penden.app.mors interue.Optime facit tex.in ratione ſui,in l.generali.C.de tabul.li.x.et in l.fi.ff.de decr.ad ord.fa.etiam.l.nec ignorans. C.de donat. Accipite ſimile in hærede in emphy. qui ignorabat rem eſſe emph.& ideo non ſoluit canonem, per triennium,nam non cadit a iure ſuo,vel ſaltē eſt illi concedenda reſtitutio in integrum ex clauſula in generali,ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur,de qua in l.i.ff.ex qui.cau.maio.Et ita uult gloſſ.in l.ii.C.de iure emphy.de quo per Bar.& cæteros in l.filiusfam.§.in hac.& in l.ad diem.ff.de verbo. obliga.
42 & per Cano.in c.potuit.ext.de loca.†Item dubitatur de alia quæſtione,nunquid vaſallus non petens inueſtituram ſeu renouationem inueſtituræ intra annum & diem, amittat feudum ipſo iure,an vero requiratur ſententia priuatiua? videtur dicendum,quod ipſo iure priuetur feudo, per text.in ca.i. in verbo, amittit.in titu.quæ ſit prima cauſa beneſi.amitten. Nam ibi loquitur text.per verba præſentis temporis dum dicit, amittit. & nos habemus,quod quando lex loquitur per verba præſentis temporis, vel etiam præteriti, tunc inducit priuationem ipſo iure.ita dicit glo.ordi.in l.iubemus. §.œconomus.C.de ſacroſanct.eccle.& gloſ. in l.in criminali. C.de iuriſdi.om.iud.& in c.ſi diligenti.ext.de fo.comp.Pro hac parte etiam facit, quod in prōpoſito noſtro eſt dies & pœna, & dies interpellat pro homine.l.magnam .C. de contrahen. & commi.ſtipu.& vbi eſt dies & pœna,non eſt locus purgationi morę.l.traiectitię. §.de illo.ff.de actio.& obligatio.Item vidimus,quod ſi vaſallus alienat feudum irrequiſito domino, priuatur feudo ipſo iure.probat tex.cum ſua gloſſ. in c.imperialem.§.callidis.in verbo,libere reuertatur.in titu. de prohi. alie.feu.per Federic. In contrarium, quod hoc caſu vaſallus non priuetur feudo ipſo iure,ſed requiratur ſententia priuatiua,videtur eſſe tex.ad literam in d.c.imperialem.§.præterea ſi quis infeudatus. vbi tex.vtitur iſto verbo,amittat,quod eſt futuri temporis,& quando lex vtitur verbo futuri temporis, non importat priuationem ipſo iure, ſed requiritur ſententia priuatiua.ita vult gl.in d.§.œconomus.& in d.l. in criminali.Ad idem adducitur tex.in c.i.poſt principium,ibi,ſe cariturum cognoſcat.in ti.quæ fuit prima cau.bene. amit. in vſi. feu.pōderandum eſt illud verbum,Cariturum,quod videtur importare, vt requiratur ſententia priuatiua. Ad idem opti me facit tex.quia vaſallus non debet priuari feudo, niſi conuincatur iuſtis culpis & cauſis.c. i.in ti.de feu. ſine culpa non amit.& vaſallus non petendo inueſtituram intra annum & diem potuit habere aliquam iuſtam excuſationem.c.i.in ti. quo tem.mi.vbi enumerantur multæ cauſę, qbus excuſāt vaſallus. & de iſtis cauſis eſt neceſſe,quod cognoſcatur,& diſcutiatur,& ideo eſt opus ſentētia. & ideo Pe.Iaco.in libello ſuper ꝙdōne,dicit libellū ſub hac forma cōcipiendū, dico ꝙ talis,qui tenebat,& poſſidebat talem rem in feudum, non petiit intra annum & diem inueſtituram a me domino,prout petere debebat, quare peto per veſtram ſententiam definitiuam pronunciari eum priuari debere feud.& ſic vult Pe. Iacobi,quod iſta priuatio non inducatur ipſo iure.In hoc articulo ego concluderem,vaſallum priuari ipſo iure, ſi tamē dominus velit.ad hoc adduco vobis tex.cum gl.in l. fi. in fin. C.de iure emphy.in verbo,cadat.ſcilicet ipſo iure.& glo. valde nota.in l.ii.ff.ſi ager vectig.vel emphy.pet. ſub.ſi dominus velit,& non aliter.Bal.in l.fin.in fi.colum.C.de reuo.dona dicit,quod iura,quæ dicunt,vaſallum priuari ipſo iure feudo, debent intelligi,ſi dominus velit,& non aliter.Et iſta verba, ſi dominus velit,ſunt magni effectus,quia ſi dominus faciat actum contrarium, veluti quod poſt annum & diem recipiat ſeruitium a vaſallo,vel requirat eum, vt faciat renouationē illius feudi, ex hoc deprehenditur,quod nō vult eum eſſe priuatum,per ea,quæ notant glo.& Doctores,in cap.i.in princ.in titu.quo temp.miles.Nam non ſolum verbis, ſed ēt factis declaratur voluntas.text.eſt in l.reprehēdēda. C.de inſt. & ſubſti.& l.non tantum,alias incipit,Pau.reſpondet non tā tum verbis.ff.rem ra.habe.& l.de quibus,ff.de legi. Sed ponamus,quod minor 25.annis non petierit inueſtituram intra annum & diem,an amittit feudum? Vt bene intelligatis iſtā difficultatē,præmitto vobis, quod ſi eſſet minor xiiij.annis, non perderet feudum, quamuis intra annum & diem non peteret inueſtituram.c.ſi minori.& c.ſi quis deceſſerit.in ti.ſi
43 de feu.defunc.fue.controuer.†Et aduertite,quia Bal. in d. ca. imperialem,§.pręterea ſi quis,dicit,quod etiam in fœmina, quando ſuccedit in feudo,non currit iſtud tempus anni, & diei,niſi demum poſt ætatem 14.annorum, licet in duodecimo anno effecta ſit pubes.& opi.Bald.ſequuntur cæteri Scribentes in d.§.prætetea.Si vero ille,qui debet petere inueſtituram ſeu renouationem inūeſtituræ,ſit maior 14.annis,& minor 25.ipſo iure currit illi tempus anni & diei, ita quod priuatus erit ipſo feudo:tamen poterit petere reſtitutionem in integrum.ita dicit glo.ſub dubio tamen forte,in d.§.pręterea ſi quis.ſed Bald.Nic.de Neap.And.de Iſer.Ia.Aluar. ibi firmiter tenent reſtitutionem in integrum eſſ concedendam ipſi minori,quia eo ipſo quo,l. intra annum & diē non petiit inueſtituram,dicitur læſus, l.interdum.& l.ait Prætor.ff.de mi. no.Non obſtat,ſi mihi arguas de l.fi.C.qui.cau.in integ.reſti. non eſt neceſ.& d.l.fi.C.de tempo.in integ.reſt. peten. vbi videtur probari, quod ipſo iure non currunt tempora adūerſus minorem,quia reſpondetur,quod illa lex tollit veteres p̄ ſcriptiones inductas a iure veteri ante illam legem, ſed non tollit pręſcriptiones poſtea inductas per nouas leges ſeu conſtitutiones,vel per ſtatuta municipalia,vt no. in ca.conſtitutus.ext.de in integ.reſtitutio. Non obſtat etiam ſi dicatur, ꝙ ſi vera ſit cōcluſio,quod minor xxv. annis debeat reſtitui, ſi non petierit inueſtituram vel renouationem inueſtituræ intra annum & diem,quod dominus habebit neceſſe interim ſtare in ſuſpenſo vſque ad 29.annum ipſius vaſalli,quia vſq; tunc poteſt petere reſtitutionem,& ſic videtur ſequi magnū inconueniens, quia reſpondet Bal.& Ia.Al.in d.§. pręterea ſi quis,quod cautela eſt, vt dominus conſtituat minorem in vera contumacia per admonitionem parium,vel alio modo ſi pares non habet,nam tunc non poterit poſtea petere in integr.reſtitutionem,per l.ſi ex cauſa,§.ſi in commiſſum, ff.de
44 mino.†Sed vtrum vaſallus interim,id eſt, antequam labatur tempus anni & diei,quod quidem tempus eſt ſtatutum ad petendam inueſtituram,ſeu renouationem inueſtituræ, tenebitur pręſtare ſeruitium domino,& ſi interim non præſtet vel offendat dominū,an priuabitur feudo? Ia.de Bel.Ni. de Nea. Pet.de Cerura,& Ia.de Alu.in d.c.i.in prin.in ti.quæ ſit prima cauſa beneſi.amit.determinant,quod ſic,per §. ſed nec eſt alia.& per §.prædictis autem modis.in eodem.c.i.Item mouetur,quia nos videmus, quod donatarius & filius priuantur propter eorum ingratitudines,quamuis non ſint aſtricti iu-

ram

ram.Primum de donatario probatur in l.fin. C.d reuo.don. De filio probatur in §.cauſas.in Authenti.vt cum de ap.cog.
45 & in d.§.prædictis autem modis. † Quid autem ſi pater inſtituat filium iam natum, & poſthumum exiſtentem in uētre prętereat, an hoc caſu filius inſtitutus mortuo patre teneatur intra annum & diem petere inueſtiturā, ſeu renouationem inueſtiturę? Concludite, quia licet prętereitio poſthumi ſuſpendat additionem hæreditatis. l.ventre prætерito. ff.de acqui.hær.& l.illud.§.fi. ff.de bo.poſſ.cont. ta. tamen ipſe filius inſtitutus tenebitur petere inueſtituram intra annum, & diem, quia in omnem euentum eſt fienda. l.quod ſi dubiter. ff.de ac.hę. Ita determinat Bal. in c.i.in 5.cōlum. in tit. an fil. vel ag.& placet Ia.Alu.in d.c.i. in uiu.quæſit prima cau.be
46 nefic.amit.† Rurius quæro, vaſallus intra annum & diem nō petiit inueſtituram ſeu renouationem inueſtiturę, vtrum illud feudum applicabitur agnatis ipſius vaſalli, an vero domino ſuperiori ipſius feudi? Pro.in d.c.imperialem. §. prætерea ſi quis.in ti.de prohi.alie.feu.per Fed.videtur expreſſe velle, q̄ applicetur domino, quia tex.ibi dicit, ad dominum redeatur. Et hanc opi.tenet expreſſe Io.Rey. in d.§.prætерea. mouetur ſignanter per illum tex.qui ſimpliciter dicit, q̄pertinet ad dominū, non facta diſtinctione an ſint agnati, vel non; quia cū indiſtincte loquit, indiſtincte debet intelligi, vulgata.l.de pretio.ff.de Pub.& l.i.§.generaliter.ff.de leg.præſt. Nō obſt. ſecundum eum, quod pari modo tex.in d.c. imperialem.§.callidis, dicit, quod ſi vaſallus alienat feudum inconſulto domino, quod applicatur domino, & tamen communiter Doct.diſtī guunt in caſu alienationis, an feudum ſit nouum, & tunc applicatur domino: ſi vero antiquum, applicatur agnatis. Ita videretur dicendum in propoſito, quia reſpondet ipſe, quod deciſio d.§.callidis.diſtinguitur per alia iura feudorum, diſtinguentia inter feudum nouum & antiquum. c.i.in ti.de alien. feu.pa. In propoſito noſtro reperiuntur iura diſtinguentia, ergo, &c. Contrariam ſententiam tenuerunt And. de Iſer. in c. i.in ti.quo temp.mil.& Iaco.Alua.ibid.& idem Iaco.in c.i.§. fin.in xx.concluſione.in titulo, quę ſit prima cauſa benefic. amitten. Et Mar.de Lau ſequitur iſtam opinionem in d.§ prętерea ſi quis. Iſti tamen diſtinguunt, an feudum ſit nouum, & tunc reuertitur ad dominum, an vero ſit antiquum, & tūc agnati præferuntur domino, exemplo eius, quod diximus de feudo alienato inconſulto domino, quia ſi eſt antiquum, deuoluitur ad agnatos, non autem ad dominum, vt dixi ſupra. Addite ad primā opi. quod feudum etiā ſi ſit antiquū, hoc caſu reuertatur ad dominum. Tenuit Odof.in ſum. ſub rubricella, ad quos feudum reuertatur, quando amittatur. & Bal. videtur tenere iſtam opi. Odof.in c.vnico.in iii.colum.in ti.ſi vaſal.feu.prine. cui defer.debe. Et opi.placet Pau.de Caſt. in l.adoptiuum.§.patronum.ff.de in ius vocan. Addite, quod iſta opi.eſt de mente gl.in c.i.§.item ſi fuerit.in ti.qui.mo.feu. amit.& de mente gl.in c.i.ī fi.in verbo, libram.in ti.de pa. iur. fir. Pro hac opi.facit, quia vaſallus, qui negligit intra annum & diem petere inueſtituram ſeu renouationem inueſtiturę, videtur dominum contemnere, vnde feudum debet applicari domino, vt ſuæ iniuriæ habeat vltionem. Iſta ratio probatur in c.i.§.fin.qui incipit, denique.in ti.quæ ſit prima cau.be nefi.amit. Optime faciunt no.per Bal.in l. qui ſi paternis. circa 9 colum. C.vnde lib.& per cū.Bal.in c.i.§.aut ſi libellario. in ti.qui.mo.feu.ami.& quod notat Bar.in l.eum qui.ff.de interdic.& relega. Et hanc ſententiam tenuit Alex.de Imo. ſuo conſ.x.alias j.in 3.volum.ſuorum conſiliorum. Et ſecundum iſtam opi.fuit iudicatum in ſacris audientiis, quæ tentæ fuerunt in hac ciuitate Thaurini, iam longo tempore fluxo, me
47 conſulente in cauſa multum ardua. † Notetis etiam vnum, quod vaſallus quantumcunque ſit periurus aliqua ratione tamen non repellitur neque liberatur a iuramento fidelitatis: quia tale iuramen tū tendit in ſui odium. Ita tenet Bal.in l. Lucius.ff.de his, qui no.infa.& idem Bal.in l.vnica.C.de cōfeſſis.& in l.i.in princ.colum.C. ſi plu.vna ſen. Ego allego op. tex.cum gl. in c.cum in eccleſiis.ext.de maio.& obedien. vbi D.Panor.colligit, quod etiam a periuro exigitur iuramentū, quoniam illud iuramentum tendit in odium ipſius periuri.
48 Nunc videndum eſt, † quæ ſint cauſę, propter quas vaſallus excuſatur, ſi intra annum & diem nō petiit inueſtituram? In quo concludite, quod multæ ſunt cauſæ. In primis infantia domini uaſalli non habentis tutorem. Ita dicunt Ia.de Bel.&
49 Ia.Alu.in d.c.i.in tit.quo tem.mil. † Aduertite tamen, q̄a licet infans non poſſit inueſtire alium etiam de feudo antiquo ſine tutoris authoritate, tamen ſi eſſet pupillus maior infante, licet non haberet tutorem, tamen poſſet reuocare inueſtituram feudi antiqui, & recipere vaſallum ad fidelitatem in feudo antiquo: quia tunc nihil dicitur alienare, ſed iam alienatum confirmare.c i.& ibi not. per omnes Doct. in titu. per quos fiat inueſti. An autem pupillus poſſit liberare vaſallos,
50 & fidelitatē, vide p̄ Bal.in l.i. in xviij.q.ff.de re.diui. † Quid autē ſi vaſallus ſit pupillus, & habeat tutorem, & non petierit inueſtituram intra tempus debitum, an perdat feudum? Tangitur in c.ſi minori. & in c.ſi deceſſerit.in ti. ſi de feu. defunc. fue.contro. Secunda cauſa eſt infamia, & intelligatis de infamia ipſius domini, puta, quia eſt bannitus a Cæſare, vel a Rege domino ſuo, vel eſt excommunicatus. Nam durante excommunicatione, vaſalli ſunt liberati a ſacramento fidelitatis.c.i.in titu. hic finitur lex, & incipiunt conſuetudines reg. in vſi.feu.gl.in præalleg.c.i.in tit.quo temp.miles. videtur probare, quod omnis excommunicatus eſt infamis. non autem intelligas de infamia vaſalli, quia tunc vaſallus non eſt alleuiandus, imo magis puniendus & aggrauandus, ne de dolo ſuo commodum reportet. l ſiue hæreditaria. ff.de neg.geſt.& l.relegatorum.ff.de interdict.& releg.& c. intelleximus. extr.
51 de iudi. † Tertia eſt cau. ſcilicet, quādo inimicitia capitalis eſt orta inter dominum & vaſallum, nam tunc uaſallus excuſaretur. ita probat tex.in d.c.i.in verbo, inimicitiæ.in ti.quo tēpo.miles, quod limitetis, quando inimicitia eſt orta abſque culpa vaſalli: alioquin ſi præceſſiſſet eius culpa, non eſſet excuſatus. l.ſi merces.§.culpæ.ff.loca. Leuis autē inimicitia cauſata inter dominum & vaſallum non habet eum excuſare ſecundum Bal.& omnes in d. c.i. Quę autem dicatur inimicitia capitalis habetur per gl.in l.licet.ff.de arbi. & idem ſi eſſet orta inimicitia inter vaſallum & tertium, abſque tamen culpa ipſius vaſalli, in tantum quod non eſſet tutus acceſſus ad dominum propter inimicos capitales vaſalli: nam tunc vaſallus excuſaretur, ca.accedens.ext.vt li. non conteſt. Addite Io.Rey.in d.c.imperialē, §.prætерea ſi quis, quod idem & ſi eſſet guerra in patria, ita quod uaſallus ſine periculo vitę non poſſet habere acceſſum ad dominum. Nam tunc excuſaretur ipſe vaſallus. Vel ſi dominus eſſet in loco peſtificato, per not.in l.de ætate, ff.ad Treb.& per gl.in c.ad ſupplicationem. ex.de renun. An autem generales guerrę exiſtentes in patria habeant excuſare a perſonali comparitione, vide pulchram deciſionem Domini de Ro.ſua conclu.212. incipiente, Item
52 guerræ generales. † Quarta cau.eſt abſentia. ita p̄bat lex ī d.c. in verbo, abſentia. & ſi intelligitis de abſentia vaſalli, intelligatis hoc verum, quando vaſallus eſt abſens cauſa Reipubl. vel alia iuſta, & probabili cauſa alioquin ſi eſſet abſentia voluntaria non excuſaretur per ea, quæ habentur in l.ſi ff.de in integrum reſtit. Si vero intelligatis de abſentia domini, tunc talis abſētia, ſiue ſit iuſta, ſiue iniuſta, habet excuſare vaſallū, quia non tenetur ſequi dominum. l.Męuia. l. fin.ff. de annu. lega. Ita dicunt Bal.& cæteri Doct.in d.c.i.& ipſemet Bald. referendo quendam tex. Iac.Aurelia.dicit in c.i.in princip. in ti. quę ſit prima cauſa benefi.amitten. quod Lombardi non tenentur tranſire alpes pro petenda inueſtitura, vel propter ho
53 ſtem, quod notetis. † Sed quia dixi vobis ſupra, quod pupillaris ætas excuſat in iſta materia, quæro quid ſi pupillus eſſet dolicapax & proximus pubertati? Quidam dicunt, eum non excuſari per l. imperialem, ff.de furt. Sed vos determinabitis contrarium, quia lex eum excuſat, quando eſt minor 14.annis.c.imperialem.§.prætерea ſi quis maior. in titu. de prohib. alie.feu.per Fede. ſicut in ſimili dicimus in teſtamento. l.qua ætate, ff.de teſtamen. Et pro hac parte facit, quia quamuis ſit doli capax, tamen non aſtringitur ad iuramentum fidelitatis
54 ſecundum Guil.& Barto.in l.qui iuraſſe.ff.de iureiuran. † Sed ponamus, quod princeps ſit ext.patriam ſuam, & dimiſit procuratorem ſeu commiſſarium ſpecialem ad recipiendum inueſtituras, nunquid ipſe princeps per ſuum procuratorē ſeu commiſſarium poterit recipere ipſas inueſtituras ſeu renouationes inueſtiturarum? Concludite quod ſic, per tex. in c.i. §.ſed vtrū, in ti. per quos fi.inue. & ita determinat Io. Rey.in
55 d.§.prætерea ſi quis maior. † Sed ponamus, ego teneo feudū ab vno dño, & ille tenet feudū ab alio dño ſuperiore, & iſtud appellatur retro feudum, an erit fienda inueſtitura a dño immediato, quia ille eſt proximus dñs ipſius tenentis feudum? Habetis tex.in d.§.prætерea ſi quis.expreſſe dicentem, quod a proprio domino eſt petenda inueſtitura. Et ita vult Ioā. Rey. in d.§.prętерea ſi quis. Quod plenius examinabo vobis infra, quando tractabo de feloniis, quas committunt vaſalli con-
56 tra dominos. † Et aduertatis, quando vaſal. vadit ad dominū pro petendo inueſtituram vel renouationem inueſtiturę, debet eum adire honorifice, probatur per tex.pulchrum in ca. Obertus, in ti.in qui.cau.feu.ami.vbi tex.dicit, quam humiliter, quam benigne, quam debeat ſe deuote vaſal.habere erga dominum ſuum.& tex.in c.i.in ti.de mil.vaſal. qui contu.eſt. in li.feu.dicit, quod uaſallus ſalua reuerentia debet cōuenire dominum. Et quod hoc caſu vaſ.debeat ire ad dominum honorifice tenet gl.in c.i.§.fi.qui incipit, nulla. ī gl.magna, in ti. per quos fi.inueſti. Sed Iacob. de Bel.in d.§.nulla. dicit, quod vaſallus hoc caſu debet ire cum pompa ad dominum, quan

do

Source : BIU Cujas

do consuetudo ita se habet, alias secus. argum. l.testamenta.
57 C.de test.Quæritur,in quorum præsentia & testimonio vasal lus debeat petere inuestituram seu renouationem inuestituræ a domino suo? Glo.magna in d.§.nulla.dicit, quod est petenda coram paribus curiæ,vel quibuslibet aliis testibus.plus dicit illa glo.quod valet inuestitura sine testibus. Sed hoc vltimum damnat Iaco.de Bel.& Docto.ibi,quia testes suut necessarii pro huius actus solennitate.c.i.in tit.qui test. sunt necess.ad proban.inuestitu.Circa tamen principalem quæstionem sic concludite,quod aut agitur de inuestitura noui feudi, & tunc requiruntur duo, vel tres testes ex paribus curię, id est,ex conuasallis sub eodem domino constitutis. cap. i.in princip.& in §.i.in titu.quid sit inuest.& poterit ista inuestitura fieri sine scriptura,nisi agatur inter partes,quod fiat scriptura,iuxta l.contractus.C.de fide instrum.& tunc fiat scriptura a duobus vel trib⁹ curiæ signata, & ista scriptura feudorū appellatur breue testatū.d.c.i.post prin.in tit. quid sit inuesti. Et prædicta intelligatis procedere, si dominus habet tales pares curiæ,alioquin sufficerent alii testes etiam extranei. d.c.i. in tit.qui test.sunt necess.ad proban.inuestitu.Si vero ageretur de renouatione feudi veteris, tunc coram quibuscunque testibus etiam extraneis,exclusis tamen mulieribus, posset fieri ista renouatio inuestituræ.d. capitul. i. proxime allegato.
58 †Item quæro de quæstione quotidiana,utrum pro inuestitura feudi debeat solui laudemiū domino, quod in aliquibus partibus appellatur trezenum ? Quidam dicunt quod sic,exemplo eius,quod dicimus in cōtractu emphyteutico,in quo soluitur laudemium domino.l.fin.§.& ne auaritia. C.de iur. emph.Vos concludite in ista quæstione,quod si agatur de renouatione feudi antiqui,puta per mortē principis, vel mortem vasalli,quibus casibus est petēda renouatio inuestituræ, hoc casu nullum laudemium debet solui domino,& ideo si mortuo patre filius petat renouationem inuestituræ, non tenetur soluere laudemium domino. Ita tenet Bal. in c.quæ in ecclesiarum.ext.de const.& Io.Rey. in §. prēterea si quis maior.in pen.colum.aut agitur de inuestitura noui feudi, puta, quia,vasallus alienauit feudum , & emptor petit a domino, vt eum inuestiat,an hoc casu debeat solui laudemium? Qui-
59 dam dicunt quod non:†quia feudum non debet acquiri per pecuniam,sed amore & honore domini.Ita probat tex. in c. j.in ti.de feu.da.in vi. leg.commiss.Et pro ista parte facit secūdum Iaco.de Bel.&Nico.de Neap.in c.i.in ti.de benefi.fra.qa collatio feudi,quando fit a domino nobili,debet esse mera, & ab omni remuneratione pecuniarum absoluta . §. illud, Authen. constit.quæ de dign. Proprium enim principis est liberaliter donare.c.i.ext.de dona. Sed si collatio feudi fiat ab humili & infimo domino,semper habet annexam remunerationem pecuniariam.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petit. hæred. & l.si vero non remunerandi.§.Papinianus. ff.mand. Bertram.Caprioli,in prælallegato c.i. in ti.de benefi.fratrum. dicit,quod licet glo.ibi teneat, quod feudum non possit acqri a domino per pecuniā,ita bene ab alio, tñ dicit ,quod etiā a domino potest acquiri per pecuniam,per tex.ad hoc notabilem,in c.i.in uerbo,redemerit,quemadmo.feud. ad filium pertine.ad d.c.i.in tit.de feu.da.in vi.leg.commisso.ipse respō det,quod verum est,quod feudum. non potest acquiri a domino per pecuniam , scilicet principaliter, sed in consequentiam bene potest acquiri.Quid dicemus.Iacob.deBel.& Nico.de Neap.vt antea dixi,in prælle.c. i. in ti.de benefi.fra. dicunt,quod feudum per pecuniam non potest acquiri a domino,ita bene ab alio.Sed Bertra.Caprioli, est in opin. contraria,vt dixi supra.And.de Iser.in prealleg.c.i. de benefic. fra. & Ia.de Ardizo.in summa,in v.char.sub regula,vtrum dominus pro pretio,&c.tenent,quod imo per pecuniam feudum possit acquiri a domino.Et in hanc sententiam inclinat Bal. in d.c.i.de bene.fra.dum dicit,quod dominus potest vendere feudum mediāte pecunia,sed de vrbanitate debet abstinere. deinde dicit,quod dominus debet concedere feudum pro p̄tio,sed modico, non autem debet cōcedere cum isto pretio. Postea dicit ipse Bald.quod dominus non debet vendere feudum pro pretio,si tamen,vendat, vēditio valebit,& hęc oīa, dicit ipse Bal.volens soluere contrarium.d.c.i.in ti.de feu. da. in vi.leg.commi.Ia.Alu.in c.i.in ti.de benefi. fra. tenet expresse,quod etiam a domino possemus acquirere feudum pro pecunia.Et pro ista opi. quam audaciter sequimini allegatur in primis tex.in c.i.fi.in primo ti.feu. & tene in c. Titius.in ti. si de feu.defunc.fue.contr.& ext.in præll.c.i.non violando literam in ti.quemadmod.feu.ad fil.pertine.& tex.in c.j.& ii.in ti.de duo.fra.de no.benefi.inuest.& tex.in c.i.de benefi. fra. & tex.in c.i.in ti.de nat.feu.& tex.in c.i.in ti.de inuest. in ma.fac. Adducit etiam Iac.Alua.pro eadem opi.tex.in c.ad nostram. ext.de reb.Eccles.non alien. Adducit etiam optimam rationem, quia feudum æquiparat militiæ. §.optimum.in Auth. de exhi.re.Et nos habemus quod militia potest emi pecunia, l.omnimodo.§.imputari.C.de inoffi.testam.& l.fina.C.de pigno.ergo & feudum.Istā opinio.tenendo , restat respondere ad d.c.i.in ti.de feu.da.in vi.leg.commisso.cui respondebitis, quod ideo sibi feudum non potuit acquiri per pecuniam,qa pactum & conuentio ibi reprobatur a iure.Cæterum si essemus in casu,in quo pactum seu conuentio a iure non reprobaretur,tunc indistincte posset feudum requiri per pecuniā. & ista sunt de mente An.de Iser.in d.c.i.de benefi. fra.& qualiter frater in bene.fra.succe.& ex mente Iac. Al. & idem tenet Iac.de Ardizo.in sua summa,circa v.char.sub rubr.quod
60 potest dominus uerus dare feudum pro pretio.†Quæro nūc, nunquid in ista materia habeat locum ius retentionis & prę lationis?vos scitis, quod emphyteuta vult vendere suas meliorationes,dominus præfertur offerendo tantum pretium, quantum emphyteuta repetit ab alio. l fin.§ i C de iure emphy.& c.potuit.ext. de loca. nunquid habeat locum , quando vasallus vendit rem feudalem,vt dominus præfertur aliis offerendo pretium,quod vasallus ab alio repetit ? Cōcludite quod talis redemptio est permissa domino vel agnatis, verūtamen quod agnati prę ferentur domino in redimendo eodem pretio, est tex.no.in c.i.§.porro.in ti.quali.olim po.feud. alie.Vbi autem agnati refutassent,vel essent excluſi,vel non extarent,tunc indubitanter ius retentionis & prę lationis spectaret ad ipsum dominum. d. §. porro. Aduertite tamen,qa tale ius prę lationis & retētionis amittitur per refutationem, vel lapsum anni, tex. est notab.in d. §.porro, quod bene no.
61 tetis.†Vlterius quæro,statuto vel consuetudine loci cauetur quod creditor possit capere tenutam in bonis debitoris etiā feudalibus,& deinde vendere,& vltra statutum nō procedit, nullamque facit mentionem de domino, vtrum hoc casu habebit locum dispositio d. §. porro. vt sic dominus habeat ius prælationis, & rerentionis, & possit prohibere venditionem fieri de re feudali?glo.valde nota.in d.§ porro.determinat quod sic:& illam glo.sequuti fuerunt Ia. de Bel. Nico. de Neap.Bal.& Doct.communiter. tale enim statutum recipit interpretationem a iure communi.l i.C.de nox. & c.cum dilectus.ext.de consuet.no.in l.si in computatione. ff. de iure
62 delib.& hanc opi.sequitur etiam Ia.Alu.in d.§.porro. †Item quæro de pulchra quæstione,vasallus tenens feudum hypothecauit illud,vel imposuit seruitutem in re feudali:cum aūt vasallus vendit,illud feudum hypothecatum , vel in quo est imposita seruitus , dominus vult prę ferri pro eodem pretio, vtrum ipse dominus , si iure retentionis & prælationis præferatur alteri emere volenti , teneatur seruare illam hypothecam vel seruitutem?videtur prima facie dicendum quod sic, quia cum eodem pretio emat, & succedat in locum venditoris, res debet ad eum transire cum sua causa , & cum suo onere.l.alienatio.ff.de contrahen.empt.& vend.& l. traditio. §.i.ff.de acquiren.re.do.& l.si debitor. C. de distr.pi.& l si prędium.C.de euic.& l.via constitui.§.si fundus. ff. de serui. rusti. præd.Secundo, quia hypothecatio fit authoritate legis l.lex vectigali prędio dicta.ff.de pig.similiter seruitus imponit̄ authoritate legis,vt no.in l.iij.ff.de serui. tit. generali.ergo vī q dominus habeat seruare talē seruitutem,& talem hypothecam.Vos determinabitis totum contrarium , quia cum iure prę lationis feudum deuoluatur ad dominum,euanescit seruitus & hypotheca,quia licet vasallus in sui prę iudicium poterit onus imponere.l.& in prouinciali. C.de ser. & aqua. tamen in præiudicium domini nō potuit tale onus imponere. tex.est valde no.in c.i.§.quid ergo.in ti.de inuestitura de re alien.fac.Et ita determinat Ioannes Blanchus de Marsilia , in summa sua feudorum,in titulo,quibus modis feudum amittit.in ver.sed nunquid seruitutem , & ita etiam volunt Doct. in d.l.& in prouinciali.Et pro ista sententia facit, quia resoluto iure datorum,resoluitur ius acceptorum.c.j.§.rursus. in ti. de controuer.inuestitu.& d.l.lex vectigali prędio dicta. & ita etiam tenuit Ioan.Rey.in d.c.imperialem. §. præterea si quis maior.in ti.de prohi.alie.feu.per Feder. Ad argumenta supra in contrarium facta respondebitis,& primo, dum dicebatur q̄ res transit cum sua causa,& cum suo onere,respondebitis, quod hoc est verum, quando transit iure priuati, puta, quia dominus simpliciter &directo emit rem feudalem a vasallo, sed nos loquimur,qñ feudum peruenit ad dominum,vt dñm iure sui dominii,quo iure habet ius retentionis, & prælationis,vt dixi,& in isto casu in ipsius præiudiciū non potuit imponi seruitus,vel hypotheca constitui in re feudali. Ad secūdum argumentum, dum dicebā, quod hypothecatio,& impositio seruitutis fit auctoritate legis, ego respondeo fatendo,& ideo dum res feudalis stat apud vasallum , illa seruitus & hypotheca tenet, sed quando feudum peruenit ad dominum vt dominum,tunc extinguitur illa seruitus, & hypoteca,quia resoluto iure datoris, &c. De hac materia habetur per Bertra. Caprio. & Iaco.de Belu.in d.§.quid ergo . & in d. cap.i.§.rursus.Barto.autem in l.in diem.ff.de aquaplu.arcen.

ni

Source : BIU Cujas

in articulo prædicto, vtrum resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, sic distinguitur, quod quandoque ius datoris, resoluatur de necessitate, maxime ex prouisione legis, & tũc resoluto iure datoris, resoluit̃ ius acceptoris l.3.§ sed & Marcellus.ff.de in diẽ add.idẽ si facto vasalli non ordinato.d.l. lex vectigali.secus si facto vasalli ad hoc ordinato.l.bouem.§.pi-
63 gnus.ff.de Aedi.ed.†Et aduerte, quia quamuis vasallus impo nit seruitutem in re feudali, non tamen per hoc meretur p· dere feudum, quia, vt dixi supra, solum sibi præiudicat, non autem domino.ita dicit Ia.Alu.in d.§.quid ergo, quod notetis. Vos limitabitis conclusionem prædictam procedere, vide licet quando dominus non tenetur seruare seruitutem impositam per vasallum in re feudali, scilicet, quando feudum reuertitur seu deuoluitur ad dominum vt dominum, secus si reuertitur ad eum vt priuatum, veluti, quia uasallus donasset feudum ipsi domino, vel instituisset dominum hæredem in illo feudo, nam tunc dominus bene tenetur seruare ipsas seruitutes, argum.l.ex qua persona.ff.de re.iur.& ita determinat Ioan.Rey.in suo compendio.feudo.in cap.imperialem.§.habito, circa 20.colum.allegat no.per Pet.de Bellaper. in l.4.ff. de serui.ti.generali. Bene faciunt not.in l. & in prouinciali.ff. de seruit.& aqua. Per præmissa infertur ad affranchimenta, q̃ faciunt aliquando vasalli hominib. suis: quia si feudum postea reuertatur ad dominum vt dominũ, certe dominus non tenebitur seruare illa affranchimenta, per regulam prædictam, quia resoluto iure datoris, &c. Et ita in propriis terminis determinat Ioan.Rey.in d.§.habito.in illa 20. colum. vbi dicit, quod cum quidam vasallus hominibus suis remisisset, certum auxilium tibi debirum de certis hominibus armorũ equitibus, & postea feudum fuisset deuolutum ad dominum superiorem, fuit determinatum, quod dominus non tenebatur seruare illam remissionem, seu illud affranchimentum, & ad hoc allegat specialiter tex.in d.c.imperialem. §. præterea. & in §.callidis.in verbo, libere reuertat.licet glos. ibi aliter intelligat illum tex. Ego addo vobis Bal.concor.in l. fin.§. sed quia nostra maiestas.in fi. C. communia de leg. vbi dicit, quod quidam miles tenens feudum a domino, ailenauerat certos homines illius feudi, deinde euenit casus, quod feudũ fuit reuersum ad dominum, determinat q̃ illa alienatio nõ prꝯiudicabit domino, per d. §. rursus.in c.i.in ti.de contro.inuesti. Et est optimus tex.in ca.i.§.præterea.in tit.qui.mo.feud. amit. nam secundum Bald. in loco supra proxime allegato ille, qui omnino non habet liberum dominium, non potest libere alienare, sed solum cum qualitate & conditione sua, addite etiam ad passum de affranchimento in d.l.lex vectiga
64 li.†Sed an, quando feudum aliqua de causa reuertitur ad do minum, teneatur ipse dominus soluere debita vasalli? Concludite quod non, quia etiam agnatus, qui succedit agnato solum in bonis feudalibus, non tenetur soluere debita agnati defuncti.tex.est ad literã, in c.i.in tit.an fil.vel agna. ergo eadem ratione non debet teneri dominus. & ita notabiliter determinat Iac.Alu.in d.c.i.§.quid ergo.circa fin.eo.tit. de inue
65 sti.de re alie.fac. quod notetis perpetuo. † Nunc quæro, vtrũ, quando dominus inuestit vasallum, vel renouat illi inuestituram, possit ipse dominus in renouatione inuestituræ, vel in prima inuestitura apponere aliqua pacta insolita, veluti, quod ipse vasallus teneatur dominam ad missam associare in diebus festiuis, vel vasallus vult, quod in inuestitura apponatur pactum, quod etiam fœminę succedant in ipso feudo sicut masculi? Concludite, quod talia pacta insolita, quę sũt contra regularem naturam feudi, bene possunt apponi in inuestitura, ad hoc allego vobis tex.in c.i.in §. fin.in ti. quid sit inuestitura.in vsi.feu. bene facit c.1.in fi.in ti.quib.mod. feud. amit. & in c.i in ti.de nat.succ.feu. In dubio tamen concessio feudi intelligitur facta secundum propriam naturam feudorum, & secundum regulares consuetudines feudorum, d.§.fina. & solita bene præsumuntur apposita in inuestitura, non autem insolita.l.fina.in verbo, quotidiano vsu. C.de fideiuss. & c.cum M.Ferransis.ext.de const.alleganti ergo pacta insolita incumbit onus probandi, vt uolunt omnes Doctor.in d.§. fin.& per illum tex.in tantum, quod Iac.de Belui.Bal. & Aluaro.in d.§ fi.dicunt, quod alleganti talia pacta insolita & extranea fuisse apposita in inuestitura, nõ deberet deferri iuramentum in supplementum probationis, quod nunquam e-
66 xeat memoriã.†Item notetis in hac materia, quod si oriatur dubietas super concessione feudorum, talis dubietas est relinquenda interpretationi consuetudinis, vt sic secundum consuetudinem & simplicem naturam feudorum intelligatur facta concessio per dominum, & vasallum ad id se obligasse, siue sit dubietas iuris, siue facti.l.quod si nolit.§ quia assidua. de Aedil.edic.& d.l.fi.C.de fideiuss. Ita voluit Ia.de Bel.& Bal. & omnes in d.§.fi. Sed ponamus, quia dixi supra, pacta etiam insolita posse apponi in inuestitura feudi, quod etiam est de mente Bal.in l.post cert.C.de liberali.cau. vbi dicit, quod natura feudi pactis augetur, & minuitur, allegat.l.ii. C. de iure emphy. debet limitari nisi talia pacta sint contraria dispositioni iuris communis.l.pacta quæ contra.C.de pact. & l.iuris
67 gen.& l.si vnus.§.sed generaliter.ff.de pact.†Sed an in inuesti tura possit dominus apponere pactum, quod vasallus teneat̃ pulsare coram domino de cythara vel alio instrumento. An dræ.de Iser.& Iac.Alu.in d.§ fin.in ti.quid sit inuestitura, determinãt quod sic, dummodo hoc fiat ob aliquam honestã, & iustam causam, alioquin histrionibus non est licitum: donare.c.donare. 86. distin. Quid autem si vasallo obligato ad pulsandum, vel ad sociandum dominam diebus festiuis supueniat aliqua dignitas, ita quod non sit ei honestum hoc facere, an erit tunc excusatus? Ia.Alu.in d.§.fin.determinabitis, quod sic, per l.ij. C.vbi Sen.vel cla.Idem si ętas vasalli non pateretur.l.ii.de fun.pa.li.xi.Idẽ si superueniret infirmitas. l.arboribus.§.de illo, ff.de vsufru. Debet enim seruitium esse conueniens vasallo, & consideratur ex ætate & dignitate & valetudine, & an esset illi magnum incommodum hoc facere, vel ignominia, vel esset inhonestum. Ad hoc allegabitis l.patronus qui.ff.de operis liberto. & l.eius.eod.ti.& l.Nepos Procu lo.ff.de verb.signi.& l.si cum dies.§.pen.ff.de arbi.l.fin. C. de oper.liber.& l.si locus.ff.de iudi. Aduertite tamen, quia in casibus prædictis vasallus tenetur seruire per substitutum, per l.ad similitudinem, C.de Epis.& cleri.& per l.fin.C.de princi-
68 pib.agent.in reb.lib.12.† Sed quid si in inuestitura sit appositum aliquod pactum impossibile vel probrosum, Concludunt præfati Dom.in d.§.fin.quod per tale pactum vitiabitur inuestitura, quia tale pactum appositum in contractu, vitiat ipsum contractum.l.non solum, ff.de action.& obligatio. &
69 §.si impossibilis, institu.de inut.stipu.† Sed ponamus quod in inuestitura sit appositum aliquod pactum turpe vel probrosum, & nihilominus dominus tradidit possessionem feudi vasallo, an vasallus poterit illud retinere, an domin⁹ vero repetere? An.Iser.in d.§.fin.dicit, quod vasallus poterit tale feudũ retinere, mouetur, quia in pari causa turpitudinis, est melior conditio possidentis.l.3.& l.4.& l.pen.ff.de condi.ob tur.cau. Et licet ab ista opin.non esset recedendum, tamen ego reddo dubitatissimam, per l.si militem.C.de condi.ob turp.caus.ltẽ quia licet ex parte vasalli versetur turpitudo, tamen ex parte domini non versatur aliqua, ergo dominus debet posse repetere per condi.ob cau.facit quod habetur in c. qui venatoribus.86.distinctio. Dicit tamen eleganter Iaco.de Ardizo. Veronensis, in sua summa feudorum, in ti.quib.mod.feu.acqui. sub rubricella, de feudo, quod datur ad certum seruitium, q̃ quando dominus in inuestitura apponit aliquod pactum illicitum vasallus loco illius pacti illiciti tenetur ad aliquod licitum, ne istud totum cedat sibi lucrum, argum.l.legatum.ff.
70 de vsufru.lega. quod notetis.†Item addite, quod postquam est confectum instrumentum inuestituræ, non potest dominus inuito vasallo, nec econtra vasallus inuito domino appone re aliquod pactum insolitum, argumen.l.fin. C. arbi. tute. & l.cum satis.§.caueant. C.de agr. & censi.li.xi. Et ideo dicit Speculi.in ti.de feu.§.quoniam super homagiis quod in homagiis non debet induci aliqua nouitas. optime facit, quod no.Bal. in c.i.in verbo, sicut domino. in ti.quali.vasal.iura. debe.fide. Et ad propositum dicit eleganter Bal. & ceteri sequuntur, in c.i.in fi.colum.in titulo de feu.Guar.& Castal. in vsib.feudo. quod si per impressionem vel errorem recognitio feudi sit facta, aliter quam more solito, talis recognitio nocebit poste-
71 ris, quod dictum tenete menti.†Sed restat quærere, ponamus quod dominus faciat pactum cum vasallo, quod non possit illi dominus auferre feudum propter aliquam feloniam seu ingratitudinem, an tale pactum valebit? Videtur prima facie dicendum, quod sic, quia non habemus, quod verba contractus sunt subtiliter consideranda §.nos igitur.ibi, subtilius cõsiderantes.in Auth.de resti.fidei.& tex.in c.si cui militi. tit. de capi.Corrad.dicit hæc verba, Tenorem inuestituræ considerantes, & vim verborum ac sensum partium intuentes. Ad idem optime facit tex.in l.i.§.si conueni.ff.depositi. In contrarium facit, quod no.Spe.in ti. de dona.in §.i.vers.quid si actũ est. Ego reperio istam conclusionem in indiuiduo tangi per Bal.in l.j.& l.2.ff.de rer.diuisi. vbi dicit, quod quando felonia cõmissa per vasallum est crimen seu delictum, tunc tale pactum nihil valet, quia daret materiam delinquendi contra l. conuenire, ff.de pact.dot.& l.si vnus, §.illud nulla. ff. de pact. Sed si esset quæstio exhibendę reuerentię, bene valeret, quia reuerentia, quę debetur iure contractus, non autem ratione personę, bene potest pacto remitti. allegat l.si quis crediderit. ff.de pact. Idem Bal.in cap.i.in 2.colum in verbo, porro, in ti. de feudo Guardiæ, & Castal. arguit ad partem, & tandem videtur concludere, q̃ si effet ingratitudo contractus, veluti qa vasallus intra tempora debita non petiisset inuestituram, vel non præstitisset seruitia, tunc secũdum eum valebit pactum & remissio. Nam secundum eum ista remissio seruitiorum,

est

Source : BIU Cujas

est modificatio obligationis nascentis: si vero esset ingratitudo delicti, tale pactum remissiuum nihil valeret. d.§.illud nulla. & d.l.conuenire. Ad prędmissa vide Ioan. An in addi. ad Specu. in rub. ext. de feu. in quadam addi. incipiente, extat. vide ēt
72 Jaco. Alua. in d.c.i.§.fi. in ti. quid sit inuestitura. † Addite, quod non tamen valeret pactum appositum inuestituræ, quod pater perdat feudum propter delictum sui filii, quia pœna imponenda est delinquenti, & non obedienti propter delictum tertii. ita dicit Bal. in l.j. circa 4. colum. de his, quæ pœnæ no. allegat tex. in l. paterfam. testamento. ff. de hæred. insti. Sed an valeret istud pactum, quod iuramētum fidelitatis non præstitum, nec propter alia seruitia vasallitia, nec ppter aliud quicquam, propter quod feudum perdi soleat, vasallus non priuetur feudo, sed teneatur in certam pœnam pecuniariā? Dicite tale pactum valere, ita quod propter alienationem feudi irrequisito domino factam, vasallus non amittet feudum. ita tenet Ioan. And. in addi. ad Spe. in rub. de feu. & in l. j.§.si conueniat. ff. depositi. & in capitu. i. in tit. de feu. non haben. propri. na. feu. & hanc sententiam sequitur Alua. in d.§.
73 fina. † Dubitatur etiam an valeat huiusmodi pactum appositum in inuestitura, scilicet, quod vasallus ad nullum seruitium teneatur? concludite tale pactum valere per tex. in ca. j. §. nulla. alias in c. nulla. in titulo, per quos fiat inuestitu. & per tex. cum glo. magna, in princip. in c. fin. in ti. de capi. qui curiā vendi. Addite tamē quod tale feudum eisdem modis, & cau sis, & culpis amittetur per vasallum, sicut & reliqua feuda. Ita dicit Andr. de Iser. in c. vnico. quod incipit, Obertus. in ti. in qui. cau. feu. amit. Et hoc dictum sequitur, & commendat
74 Alex. Imo. in suo consi. 30. in vlt. colum. in primo volu. † An autem, quando alicui vasallo conceditur feudum, per hæc verba, Concedo tibi talem rem in feudum nobile, gentile, & Francum, talis vasallus & eius successores erunt astricti præstare domino sacramentum fidelitatis? Ioan. And. in addi. ad Spe. in rub. de præscrip. in pe. & in fi. colum. determinat quod sic: quia licet tale feudum sit Francum, a seruitiis tamen non erit liberum, neque Francū in his, quæ sunt de natura & forma curiali fidelitatis, quod dictum notetis. posset tamen dominus expresse pacisci, quod ipse vasallus non teneatur præstare iuramentum fidelitatis. d.§. nulla. Item si Princeps concedat, seu donet alicui vnū castrū cum pleno & omnimodo dominio directo & vtili, nihil sibi reseruando, nec appareat aliqua mentio ipsius vasalli, talis donatio non valebit, per ea, quæ vult Bal. in prooemio feudo. in ver. expedita definitione. & est de mente eiusdem Bal. in commento pa. Constan. in verbo, Successorem. Et ita voluit Ioan. de Imo. in rubrica, ff. de ver. oblig. & Alex. in l. filio, quem pater. ff. de libe. & posth.
75 & attestatur se ita consuluisse. † Videndum est etiam, nunqd quando vasalli iurauerint fidelitatem alicui Comiti vel Baroni, possit ipse Comes vel Baro ipsis vasallis suis imponere collectam? Spe. in ti. de feu. §. quoniam. quasi ad fin. illius §. in ver. & no. quod vasalli Comitum & Baronum. dicit quod vasalli dominorum tenentur eis seruire in sex. Primo pro exercitu Imperatoris. Secundo pro correra. i. quando Imperator facit transitum per illum locum. Tertio pro filia maritanda. Quarto pro militia pro se vel filio suo. Quinto pro captiuitate ipsius domini. Sexto & vltimo pro terra, quam vult ipse Comes vel Baro acquirere. Pro parte contraria, quod Comes vel Baro vasallis suis non possit imponere collectam seu taliam, adduco Barto. in l. i. in fin. colum. C. de excu. mune. lib. x. vbi dicit, quod illi, quibus conceduntur castra sub regimine & protectione, & cum mero, mixtoque imperio, & cum omnimoda iurisdictione, & non possunt subditis taliā seu collectam imponere. & ideo dicit, quod in capitulis inter Archiepiscopum Mediolan. ex vna parte, & N. de Vbaldis ex altera, dictum fuit, quod castra occupata per ipsos de Vbaldis remanere deberent sub eorum regimine & protectione, & cum mero & mixto imperio. Et tamen propter hoc hominibus illorum castrorum non poterunt imponere collectam. & ibi declarat, quid important ista verba, Sub regimine & protectione. Secundo pro hac parte adduco Bal. in l. cū muita. in fin. colum. C. de bo. quæ lib. vbi quærit, an dominus pro sua necessitate possit uendere rem sui vasalli? & arguit qp sic, quia quæ ipsius vasalli sunt, & eorum esse cognoscant. l. 2. & fi. C. in qui. cau. coloni censiti dominos, acc. poss. libr. xi. Tandem dicit contrarium esse verius, quia dominus non potest subditis suis imponere collectam. Non obstant iura proxime allegata, quia intelliguntur quoad protectionem & defensionem, non autem quo ad exactionē taliarum, quia cū talis exactio taliarū sit de regalibus, competit soli Principi. l. placet. C. de excu. mune. lib. x. & l. i. C. de superindict. eo. lib. Addit ibidem, quod in eadem sententia fuit Ricar. Malum. qui dicebat, hoc esse multum notādum. Tertio pro hoc parte adduco Bal. in l. hi quibus. C. de fideicommiss. liber. vbi dicit quod Domini terrarum non possunt subditis suis imponere angarias seu collectas, nisi ex consuetudine vel conuentione, nam secundum eum, determinat seruitia suis finibus debere esse contenta. allegat Arch. & l. cum satis. §. caueant. C. de agri. & cē. li. xi. Et idem Bal. in l. ex hoc iure. ad fi. colum. ff. de iusti. & iu. quærit de tali q. vtrum quando princeps subditis suis imponit collectam, inducatur obligatio naturalis? Ip se respondet quod si illa impositio collectæ concernit publicam necessitatem, tunc bene inducitur obligatio naturalis, secus si concernat effrenatam voluntatem principis. Subiicit ibidem, quod olim rustici Imperatori non soluebāt nisi modicum ęs, puta, xxvi. denarios pro quolibet capite, seu fumante. Et ita vult glo. in l. ager. §. i. ff. de ver. signi. Hodie vero secū dum Bal. probo dolore principes sanguinem populorum exhauriunt, expellunt, excoriant, & vix precarium dimittunt spiritum. Albe. de Rosa. in rub. ff. de mun. & ho. circa 7. chart. dicit hæc verba, Hodie propter longam vacationem imperii Reges, Comites, Barones, & alii dominantes & crudeles Tyranni subditis suis imponunt collectas pro libito voluntatis, nulla etiam necessitate vel vtilitate vrgēte, nedum laicis, sed etiam ecclesiis & eorum bonis, maxime in Italia, quæ secundum eum nulla lege, nulloque ordine gubernatur. In isto pū cto concludo, quod nobiles domini terrarum non possunt subditis imponere collectam, nisi hoc ius habeant ex consuetudine, vel ex pacto seu conuentione. De hoc vltimo non est dubium. l. i. §. si conueniat. ff. depositi. Non est etiam dubium, quod ex consuetudine possint acquirere ius colligendi, vt vult Alber. de Rosa. in rub. C. quæ sit lon. consuet. in xi. & confirmo, quia in huiusmodi collectis attenditur consuetudo. Ita dicit Bal. in l. j. C. de mulie. & in quo loc. & idem Barto. in l. ii. C. de incoli. li. x. in tantum quod ipse Bald. in l. vnica, C. de auro corona. lib. x. dicit no. quod valet consuetudo, qp forenses, qui possident prædia in alieno territorio, teneantur ad custodiam sicut incolę illius loci. Prędicta procedunt maxime, si esset consuetudo collectandi vsitata per tempus, cuius initii memoria non extat in contrarium, quia tunc haberet vim priuilegii. c. super quibusdam. §. præterea. ext. de verb. significa. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. Cessantibus autem consuetudine & conuentione, in secreto iuris tenetur, quod nobiles domini terrarum nō possunt subditis imponere collectam. Ad præmissa videatis Ale. de Imo. in ii. colum. consil. xxxv. Redeo nunc ad id, quod determinat Specu. in ti. prædicto de feu. §. quoniam. ver. & not. quod vasalli Comitum: & reperio Roffredum in summa, in ti. de villanis. & in ti. sacramentum cuiuslibet vasalli, in §. iste. Ergo tenete opi. Spe. in d.§. notat. Eandem opin. tenuit Ioan. Blan. de Marsi. in sua summa, in ti. qui. mo. feu. amit. circa 4. char. in §. erunt autem. sequitur opin. Spe. supra alleg. & eam comprobat per multa iura, excipit tamen casum de militia, quia in illo casu tenet, subditos non teneri ad illam expensam contribuere, quia dominus militiam assumit pro libito volūtatis, vnde cum voluntarie hoc faciat, non est illi subueniendum. l. ii. §. siquis cum possit. ff. siquis cau. l. fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satis. cogan. Et plenius tractat ipse Ioan. Blan. hanc materiam, quam viderim scriptum ab alio. Sed Petrus Iacobi in sua summa, in ti. de causis, ex quibus vasallus, quantum est de iure scripto, &c. in §. audiui. expresse tenet contra opinio. Specu. & sequacium, dicens ista non procedere de iure, nec iusta seu rationabili consuetudine: imo dicit qp illi, qui ista scripserunt, malum exemplum præbuerant ad subiugandū pauperes subditos. Et contra opin. Spe. addit tex. in d.l. cum satis. §. caueant. C. de Agri. & censi. li. xi. vbi tex. dicit, quod dominus subditis suis non debet inferre molestiam imponendo eis collectas, neque in angariando eos, nisi ad solita. Item dicit quod opin. Spe. & sequacium non probatur lege, ergo hoc dicere non debemus. l. illam. C. de coll at. Addite quod Io. And. in addi. ad Specu. in d. ver. & nota quod vasalli Comitū, dicit nonnullos tenuisse contra determinationem Spec. maxime in 3. 4. & 6. casibus. Nam circa subsidium ad filiam maritandam dicit, quod illi tenentes opinio. contrariam dicunt se non videre, quare Spe. ita dixerit, nam mater non tenetur dotare filiam, vt habetur in l. neque mater. C. de iure do. Item frater non tenetur dotare sororem. l. cum plures. §. pen. de admi. tut. ergo multo minus subditus debet teneri ad maritandum filiam Domini. Item quia officium paternum est dotare filiam. l. fin. C. de do. promis. & l. qui liberos ff. de ri. nup. & l. obligamur, §. lege, ff. de ac. & obl. si ergo est officiū paternū, certe vasallus seu subditus non debet ad hoc teneri. Addite Bal. in c. i. §. similiter, in tit. de capi. Corra. per illum tex. dicit, quod vasalli non tenētur præstare adiutorium domino suo, quando maritat filiam suam nisi, super hoc esset specialis cōsuetudo, nam cum ille tex. in §. similiter. dicat, vasallos teneri ad præstādum adiutorium in illo casu expresso in illa litera, certe bene sequitur, quod in alijs non debent teneri, argum. l fi. C. de pac. quę super dote. Hanc eandem opi. tenuit Paul. de

Castr.

Source : BIU Cujas

Cast.in l.fi.C.de statu.& imagi.& in l.neminem. C. de sacrosc. Eccle.in quibus locis dicit,quod quando dominus habet supportare aliqua onera, puta onus maritandi filiam vel aliud onus debet huiusmodi onus supportare de suis bonis,non autem in hoc grauare subditos. Item super casu, de quo loquitur Spe.scilicet,quando dominus vult acquirere terram, quo casu dicit Spe.vasallos subditos teneri præstare adiutoriū domino.Ioan.An in addi.prædicta refert nonnullos tenuisse cōtrariū.mouentur p tex.in c.licet vasallus,in ti.si de feu.defunc.sue.controuer.in lib.feu.vbi tex.dicit, quod licet vasallus habeat pecuniam,& sciat dominum indigere, vt soluat suo creditori,cui promisit & iurauit soluere, tamen non tenetur ipse vasallus subuenire domino:& licet non subueniat, tamen non priuabitur feudo. Si ergo vasallus non tenetur hoc casu subuenire domino,nec soluere debita domini, multo minus debet teneri præstare subsidium domino, quando vult emer terram.Addatis ad præmissa,quod Hostien. in summa,in tit. de immu.Eccle.§ i.incip.a quibus muneribus.paulo post pri. illius.§.sequitur opin.Spe.in d.§.quoniam.ver.& nota.mouetur,quia homo cuilibet indigenti tenetur subuenire ex præcepto dominico.c.non satis.86.distin.& c.i. ext.de commo.ergo multo magis vasalli & subditi tenētur subuenire domino in vi.casibus superius recitatis.& subdit Hostien. quod generalis consuetudo quasi vbique ita seruat.Iaco.Alu.in prealle. c.i.§.similiter.in fin.colum.in ti.de capi.Corra.In primis refert Bal.ibi tenere,quod in casibus prædictis vasalli non tenentur prestare auxilium domino,nisi super hoc sit specialis consuetudo.deinde ipse Iacob.de hac materia se remittit ad not.per Spe.& Io.An.in addi.ad d.§.quoniam.ver.& no.Remittit etiā se ad no.per Roffre.in libellis suis. & ad Iaco.de Ardiz. in sua sum.feu.in ti.quali.vasal.iura.debe.fide.sub rubricella,si & nihil aliud clare determinat circa premissa.Ioan.Rey.in d.c.imperialem.§.firmiter.in xviii.& xix.colum.in titu.de preh. feu. alie.per Fede.reassumit sigillatim dicta Spe.in d. ver. & nota. & in primis circa subsidium, quod præstatur Corredo Imperatoris vel Regis, dicit, quod illud est auxilium, quod præstatur pro expensis,quando princeps transit per aliquem locum, & vltrà consuetudinem dicit hunc casum iuribus posse comprobari,quia videmus,quod Episcopi quando procurant, Papa vel Legatus eis potest pro tali impensa imponere suis clericis charitatiuum subsidium. c.cum Apostolus.& ca. procurationes.de censi.& c.accedentes. & c. cum ex officii.de prescrip item auxilium,quod præstatur pro exercitu Imperatoris vel Regis, est secūdum Ioan.Rey.quia prestantur aliqua pro victu & succursu,& ultra consuetudinem dicit, hoc iure probari primo per l.nem.inem.& l.placet.C.de sacrosanc. Ec
76 cle.Item per l.ii.C.de cursu publi.lib.xii. †Circa alium casum scilicet maritagii filiarum dicit,quod de consuetudine vasalli & subditi tenentur in hoc præstare auxilium & adiutorium. & hoc secundum eum potest iure comprobari quia pater tenetur de necessitate dotare filiam,l.qui liberos. ff. de ri. nupt. & l.fin.supra de dotis promis.vnde vasalli & subditi tenentur præstare subsidium domino,quando ex tali dotatione diminueretur patrimonium & status domini. Ad hoc bene facit, quod dicit Cy.in l.neque mater.C.de iure do.vbi dicit, quod licet mater regulariter non teneatur dotare filiā, tamen hoc fallit,quādo mater esset opulenta & diues, filia vero esset valde inops.nam hoc casu mater tenetur dotare filiam. Et prædicta Ioan.Rey.intelligit procedere, quando dominus faceret expensas,puta, quia maritat filiam, secus si filius domini duceret vxorem,quia tunc dominus non dat,sed recipit dotem. & vasalli & subditi non tenentur illi prastare subsidium. Ad præmissa allegat Ioan.Blanch.de Mar.in summa sua,in titul. qui.mo.feu.amit.in §.erunt etiam prædicta circa casum militie.dicit ipse Io.Rey. in loco superius alleg. quod si dominus faciat se creari militem ex necessitate,puta, pro conseruatione bonorum & nobilitatis sui generis,iuxta l.iii.§.Præses.& l. honorem,ff.de mune.& hono.tunc si ex hoc dominus efficeretur pauper,& diminueretur eius status,tunc vasalli & subditi tenerentur præstare auxilium ipsi domino. Nam dicunt q̄dam,quod propter paupertatem perditur nobilitas,quod nō placet,per l.humilem.C. de incest. & inut.nup.& tex. no.in l. nobiliores.C.de commer.& merc.vbi nobilitas & diuitiæ ponuntur vt diuersa, diuitiæ tamē possunt esse causa impulsiua nobilitatis,& prosunt ad magnitudinem,& potentiam,nam vt ait Philosophus, Nil magnanimum potest fieri sine pecunia.de quo per Bar.in l.i.C.de digni.libr.12. Si vero necessitas non vigeat ad assumendam militiam,tunc vasalli & subditi, non tenerentur præstare auxilium domino, quia imputetur sibi,quod nulla necessitate subsistente fecit se creari militem argum.l.item hi qui.& l.qui data opera.ff.ex quib.cau. maio.
77 †Circa quintum casum, videlicet captiuitatis domini, dicit Io.Rey.quod si dominus non posset soluere suam redemptionem sine magno & graui dispendio,& bonorum suorum diminutione, tunc vasalli & subditi tenentur conferre & præstare auxilium domino,vt se redimat ab hostibus,& vltra cō suetudinem hoc potest iure probari,quia videmus, quod Episcopi propter necessitatem imponūt clericis suis charitatiuū subsidium.c.cum Apostolus.c.prohibemus.ext.de censib.& c. quia plerique.de imm.Eccl.& c.non minus.& c.aduersus. eo. ti.Sed prædicta intelligatis procedere, nisi dominus esset carceratus seu detentus propter crimen suum,vel ad instantiam creditorum,quibus non satisfacit, & faciūt ipsum dominum tenere in arresto,vel si iurauit soluere creditori intra certum diem,& incumbat periculum, ne incurreret periurium,his etiam casibus vasallus non tenetur iuuare dominum,nec præstare illi auxilium.c.licet vasallus,in tit.si de feu.defunc. fuerit contr.& c.fi.in ti.de alie.feu.pa.Ergo dominus ext.casus proxime dictos,si esset captiuus apud hostes & inimicos,& nō posset se redimere sine magna diminutione sui patrimonii, certe vasalli & subditi tenentur illi præstare auxilium . facit text. no.in c.i.§.sed etiam qui delator.ibi,& cognouerit dominum suum,in tit.quę sit prima causa benefi.amit.in vsi. feudo. Aduertite tamen,quod hoc casu dominus debet petere subsidiū moderate & charitatiue & gratiose, nō aūt cum violentia.c.
78 vnico,circa medium.x.q.3.†Circa sextum casum, quando dominus fecit acquisimentum,idest emit aliquam terram: concludit Ioa.Rey.in loco alle.quod si acquirit illam terram pro sustentamento suo,quia alias non bene posset sustinere statū suum, tunc vasalli & subditi tenentur præstare auxilium ipsi domino,quia tenentur ipsum inopem alimentare. l. alimentare.& l.fi.ff.de lib.ag.&l.Diuus Claudius.ff.de iu. pat. de quo per Spe.in ti.de feu.§ quoniam.ver.xvii.& Per.Ia.in distinctionibus suis feudorum,sua vii.dist & per Bar.in suo trac.alimentorum.§.quæro an vasallus habet.& in c.i.post prin.in titu.de no.feu.Ergo eadem ratione debent illi subuenire, quando emit terram pro sustentamento suo.Mar.de Lau.in d.ca.i.§.firmiliter,in ti.de capi.Corra.sequendo opi.Bal.dicit vasallos & subditos non teneri præstare auxilium domino in casibus p̄dictis,nisi super hoc sit specialis consuetudo.Dominus Alex. de Imo.in suis apostil.super l.placet.C.de excusa.mune.li.x. dicit vasallos & subditos teneri in casibus prædictis subuenire domino,quando ex se non posset hoc facere. allegat Alb. de Ros.ita tenere in suo Alphabeto. in verbo,dominus.Ego circa maritagium filiarum domini,teneo opin.Spec.Hostien.& aliorum prealligatorum,quam sententiam sequutus fui, & in consulendo,& in iudicando cum aliis prestantissimis Doc. Et vt videtis quotidie,generalis consuetudo habet,quod vasalli & subditi prestant adiutorium domino,quando maritat fi-
79 liam. † Sed restat vna pulchra dubitatio,præsuppositio, quod de iure vel consuetudine vasalli vel subditi teneantur præstare auxilium in casu pradicto, an teneantur præstare subsidiū domino,quādo maritat filiam suam spuriam? Istam quæstionem non reperi tactam ab aliquo Scribente, preterquam a Domino Mar.de Lau.in c.i.in ti. an apud iudi.vel curi. domini quæst.feu.termi.debe.vbi attestatur se consuluisse quod sic. motus,quia pater de iure cano,tenetur alimentare filiam spuriam.c.cum habe.ext.de eo,qui duxit in ma, eam quam poll. per adult.Et ideo etiam tenetur eam dotare per not.per Bart. in l.fi.ff.de his qui.vt indi.& per Bal.in authen.ex complexu. C.de incest.& nefa.nup.Ego teneo totum contrarium,quia si dominus faciat fundamentum super consuetudine generali, de qua dixi supra,dico,quod talis consuetudo tanquam gratiosa non dēt extendi de persona ad personā ,neq; de casu ad casum.ita inquit Innoc.& cæteri sequuntur in capi.fin.ext.de offi.Arch.no.in ca.fi.ext.de consue.Item habeo legem dicentem,q̄ pater filiam suam spuriam non tenetur dotare.tex.est no.in l.vxorem. §.pater naturalis.ff.de leg. 3. est bene verum, quod Bal.no.in l.neque mater.C.de iu.do.intelligit d.§.pater. naturalis.procedere,quando filia spuria non est inops, vel ex honesto exercitio potest sibi quærere dotem . Nam his casib. pater non tenetur eam dotare, alias sentit secus esse. Sed quāquam ista limitatio Bal.procederet adhuc, tamē idem sentio quod supra,quia præsuppositio,quod pater teneatur eam dotare,tamen non tenetur ei tantum donare, quantum filię naturali & legitimę,sed solum tenetur ad dotem correspondentem alimentis. & ex hoc non multum diminueretur honor, & status principis. Et ideo dicerem , vasallos & subditos non
80 teneri hoc casu prętare adiutorium domino.†Sed adhuc superest alia pulchra quęstio, præsuppositio,quod vel ex pacto, vel consuetudine vasalli & subditi teneantur præstare auxilium domino , quando maritat filiam, an tenebuntur quando ipsa intrat religionem?Ego in quæstione facti cum plurib. aliis valentibus Doct.consului,quod sic.mouebar authoritate Cy.Alb.& aliorum Doct.in authen.sed quamuis. C. de rei vxo.act.vbi dicunt,quod bonum est argumentum de matrimonio carnali ad spirituale.ca.inter corporalia.ext. de transla.Epi.Item magis est curādum de anima, quam de corpore.

capitu.

Source : BIU Cujas

c ptæcipimus.xij.q.j.& l.ſancimus.C.de ſacroſ.Eccleſ.& §. ſin autem.in authen.vt cum de ap.cog. Item Deus omnipotens eſt nobilior omni alio viro abſque aliqua comparatione. Si ergo ſubditi tenentur ad onus maritagii, quando filia domini contrahit cum aliquo matrimonium, ergo multo magis quando contrahit cum Deo, vel ſaltem tenentur præſtare adiutorium domino in eo, quod eſt conſuetum dari monaſterio in tali caſu, habita conſideratione perſonæ, & onerum, quæ in ſimilibus conſueuerunt ſupportari. & ita conſului, & multi alii præſtantiſſimi Doctores ſe ſubſcripſerunt pro generoſis dominis Lucernę.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus, ad quæ ſeruitia teneatur domino ſuo.*
2 *Vaſallus inueſtitus cum iis verbis, Cõcedo tibi feudum liberum & Frã cum, an teneatur ſeruire domino in guerra, & an ſuis ſumptibus.*
3 *Vaſalli an extra territorium domini teneantur dominũ iuuare in guerra.*
4 *Dominus volens acquirere nouam terram, an poſſit cogere vaſallos ſuos ad ſecum eundum.*
5 *Vaſalli tenentur iuuare dominum pro defenſione ſeu recuperatione terræ propriæ quantumcunque etiam ſit remota.*
6 *Vaſallus, quando teneatur iuuare dominum in guerra.*
7 *Vaſallus, an teneatur iuuare dominum alium iniuſtè lædere volentem.*
8 *Vaſallus, an teneatur iuuare dominum ſe iniuſtè defendentem.*
9 *Bellum, quando dicatur eſſe iuſtum.*
10 *Inferior a Principe, an poſſit propria auctoritate bellum indicere.*
11 *Vaſallus habens plures dominos bellum gerentes, quem iuuabit.*
12 *Vaſallus vaſalli, quem dominum teneatur iuuare, an mediatum, an immediatum.*
13 *Vaſallus, contra quos teneatur iuuare dominum ſuum.*
14 *Vaſallus, an teneatur iuuare dominum etiam contra patrem aut fratrem.*
15 *Dominus, an teneatur iuuare vaſallum ſuum.*
16 *Vaſallus clericus, an teneatur iuuare dominum temporalem in guerra.*
17 *Vaſallus dimittens dominum in bello non mortuum, nec vulneratum, an veniat feudo priuandus.*
18 *Vaſallus, quibus caſibus poſſit licite dimittere dominum in bello.*
19 *Vaſallus deſerens dominum in bello, an ſi nullum dominum incommodũ ſequatur debeat perdere feudum.*
20 *Duorum fratrum feudum ab eodem domino tenentium, ſi vnus deficiat, alter non, an ſatisfaciens excuſabit alium.*
21 *Vaſallus ignorans dominum ſuum vulneratum in bello, an ſi eum relinquat, ſit feudo priuandus.*
22 *Dominus vadens contra Saracenos, an poterit petere auxilium ab hominibus ſuis.*
23 *Dominus, an pro defenſione patriæ ſuæ poſſit facere quęſtam ab hominibus ſuis.*
24 *Vaſalli promittentes dominis ſuis præſtare auxilium de ſuis placitis & litigiis, quid intelligantur promittere.*
25 *Dominus vadens ad ſupremum Principem pro obtinendo aliquo priuilegio, an poſſit exigere à ſuis ſubditis expenſas vel auxilium.*
26 *Domino feudi bellum gerente ſi vaſallus velit perſonaliter auxiliari, dominus autem petit quantitatem pecuniæ, cuius erit electio.*
27 *Vaſallus ſi ſit homo nobilis, famoſus, & potens, an poterit ſeruire domino ſuo in bello per ſubſtitutum.*
28 *Feudum pactionatum non eſt vltra pacta & conuenta exigendum.*
29 *Dominus, an teneatur præſtare vaſallo auxilium in iis, in quib. tenetur vaſallus domino.*
30 *Vaſallus multis cauſis excuſatur a non præſtando ſeruitio domino.*
31 *Mulier dans viro ſuo feudum in dotem, ſi vir autem non præſtat ſeruitia domino, an feudum amittetur.*
32 *Vaſallus ſeruiens domino per ſubſtitutum minus idoneum, an & qualiter ſit feudo priuandus.*
33 *Vaſallus, qualiter debeat vocari in auxilium domini ſui.*
34 *Succeſſor feudi, an teneatur idem præſtare iuramentum, quod præſtitit anteceſſor.*
35 *Vaſallo in ſeruitium domini ſui deficiente, an poterit dominus propria auctoritate apprehendere feudum, & abſque ordine iudiciario occupare.*

ET promiſerunt eidem do-
1 mino ſuo præſtare debita ſeruitia. † Quæro primo, ad quæ ſeruitia teneatur vaſallus domino ſuo? dicatis quod in primis tenetur ille præſtare auxilium in guerra.d.ca.domino guerram faciente.in tit. hic finitur lex.& incip.conſue.reg.in lib.feu.& c.i. ver.& ſi contigit.in ti.de no.for.fide.& in c.i.in ti.qui.mod.feu.amit. Secundo quęro, cuius expenſis teneatur vaſallus præſtare adiutoriũ in guerra? Hanc quęſtionem reperio tactam apud Iacob.de Ardizo.in ſumma ſua, in ti.qui.mo.feu. amit.ſub rubricella, an vaſallus teneatur ſeruitium offerre domino. & per eundẽ in rubrica, ſeu ti.ſub domino. & per eundem in rubrica, cuius expenſis vaſallus teneatur iuuare dominum. Concludite in hac materia, quod aut ex tenore inueſtiturę poteſt apparere, cuius expenſis hoc ſit expediendum, & tũc debet ſeruari forma inueſtiturę, quia pactum factum inter principem & ſubditum eſt ſeruandum.c.i.ext.de probatio.habetur per Bald.in c.j.in ti.de na.feu.& per eundem no.in l.princeps. ff.de leg.facit l.i.§.ſi conueniat. ff. depoſiti. Si vero hic non poteſt apparere ex tenore inueſtiturę, ſed eſt dubium, tunc dicatis, quod aut vaſallus habet feudum bonum, & ſufficiens ad exhibendum ſuis ſumptibus tale ſeruitium domino, & tunc debet ſeruire ſuis propriis ſumptibus.l.ſuo victu.cum duabus ll.ſeq.ff. de oper.liber. Si vero habet feudum exiguum, quod non eſt ſufficiens ad huiuſmodi expenſas ſupportandas, tũc tenetur ſeruire expenſis domini.l.quod niſi.ff.de oper.liber.l.i. §.præterea ſi matrem.ff.de tu.& ratio.diſtra.& l.a tutoribus. §.pen. ff.de admini.tuto.prædicta ſunt de mente Dy.& Bar.in l.Meuia.§.i.ff.de annu.leg & ita etiam vult Bal.in l.qui manumittuntur.C.de ope.liber.hoc etiam vult expreſſe Ang.in l.ſi nõ ſortem.§.libertus.ff.de condi.indebi. Eandem diſtinct. ſequitur Iaco.Alu.in c.i.circa v.colum.in ti.de no.for.fide. Præmiſſa procedunt, quando dominus vocat vaſallum, vt adiuuet ipſum dominum in patria ipſius domini, alias autem ſi vellet, ꝙ vaſallus exiret patriam ipſius domini ad cauſam guerræ, tunc vaſallus debet ſeruire ſumptibus domini ſecundum Iac. Al.in loco proxime allegato, qui ad hoc allegat. l. cum ſępe, C.de erog.milita.anno.li. 12. Si autem vaſallus duceretur in exercitu Imperatoris quando ipſe Imperator vadit Romam pro ſumendo coronam, tũc deberet ſeruari forma tra-
2 dita in c.i. §.fi. in tit. de pace iura. fir.in li.feu. † Tertio quęro, ponamus, quod princeps in inueſtitura appoſuerit iſta verba, Concedimus tibi tale feudum Liberum & Franęum, an tunc talis vaſallus teneatur ſeruire domino in guerra, & an ſumptibus ſuis, an vero ſumptibus domini? Oldr. de Ponte Lauden.diſputauit iſtam quęſtionem, & determinauit, quod iſte vaſallus non tenetur ire ad exercitum domini ſui, quia virtus iſtorum verborum, Liberum & Francum, ſignificat iſtum vaſallum eſſe liberum & abſolutum ab omni ſeruitute, ita quod dominus nullum onus poteſt imponere. l. ſi quidas. & l.in tradendis. ff.communia prædior. Tenetur tamen vaſallus ad ea, quę ponuntur in c.i.in ti.de for.fide.& inter alia nõ numeratur, quod vaſallus teneatur ire ad exercitum domini & ire ad guerram. Et pręſuppoſito, quod vaſallus teneretur ire, tamen non deberet ire ſumptibus ſuis, ſed domini.c.pudenda.xxiiij. q.i. Subiicit Oldr. quod dominus tali vaſallo ſuo non poterit imponere collectam, ſeu taliam pp illa verba, Liberum & Francum. Et ſi teneretur vaſallus ad collectas, cognitio tamen nõ pertineret ad dominum, quia nõ debet eſſe iudex in cau.propria.no.in rubro & nigro. C.ne qs in ſua cau.no.in c.cum veniſſent.ext.de iudi.& c.cæterum, illo eo.tit. Hanc opi.Oldr.ſequitur Bal.in c.i.in vlt.colum. in ti. de capi.qui curi.ven.in vſib.feud Eandem ſententiam tenuit
3 Iac.Alu.in c.fi.in tit.proxime allegato. † Quarto quæro, vtrũ vaſalli teneantur adiuuare dominum in guerra, extra territorium ſeu patriam ipſius domini? Et prima facie videtur dicẽdum quod non, per l.ext.territorium.ff.de iuriſdi.omni. iudi. Contrariam opin.tenuit Bal.in c.i.in prin.ii.colum.iu ti.qui.mo.feu.amit.quia ſecundum eum in quocunque loco eſt dominus cum ſuo exercitu, ibi cenſetur eſſe ſuum territorium, quia territoriũ dr a poteſtate terrendi.l.pupillus. §.territoriũ. ff.de ver.ſign. Sicut diſtrictus dicitur a diſtringendo, vt voluit glo.in §.rurſus, Inſti.de actio.& probatur in c. ne Romani.§. ſane.ex.de ele. imo etiam in mari dicitur diſtrictus.c.vbi periculum.ext.de elec.lib.vi.& auth.ſed nouo iure. C.de fur.alias incipit nauigia. Et ideo dicit ipſe Bal.in d.c.i.quod Regem eũtem cum exercitu ſuo in Hiberniam, pro faciendo guerram vaſalli ipſius Regis tenentur eum ſequi. Prædicta tamen intelligatis procedere, quando dominus hoc facit pro defenſione ſua, & ſi bellum eſt iuſtum pro parte ſua. & pro hac opin. bene facit tex.in ca.i.in verſi.& ſi ſciuero.in ti.de no.for.fide. vbi tex.indiſtincte dicit vaſallum teneri adiuuare dominum, nec diſtinguit in quo loco ſit dominus. Et hoc idem tenet An.de Iſer.in d.c.i.in titu.qui.mod.feu.amitt. ſubiungens, ꝙ hoc procederet multo magis, quando inimicus domini, veniret ĩ offenſionem ipſius domini, & dominus potius vellet traducere exercitum ſuum ad loca inimici, quam pugnare in patria propria, vt faciunt veri duces belli, qui potius volunt ire cum exercitu ad locum hoſtium, quam pugnare in domo, & hoc faciunt, vt confundant hoſtes, & eos retrahant ab obſidione, vt fecit Scipio, quando iniuit bellum cõtra Hannibalem, nam duxit ſuum exercitum in Africam, vt retraheret Hannibalem ab obſidione Romana & Italica.
4 † Sed quid ſi dominus non gratia ſuæ defenſionis, ſed vt acqrat nouam terram ſeu prouinciam, velit ſecum ducere vaſallos ſuos, an tenebuntur eum ſequi? An.de Iſe.quem cæteri ſequuntur in d.c.dicit, quod ſi vellet eos ducere longe extra

patriam

patriam ipſius domini, non tenerentur eum ſequi: quia de hoc caſu veriſimiliter non fuit cogitatum tempore inueſtituræ. argument. l. qui cum tutoribus. § primo. & l. cum Aquiliana. ff. de tranſaction. Aut vult eos ducere patrum extra patriam, & tunc hoc eſt tolerabile, per l. quod niſi. in fine. ff de
5 oper. liberto. † Si tamen ipſe dominus extra ſuam propriam patriam habet terram iam multis temporibus acquiſitam, tunc vaſalli bene tenerentur adiuuare dominum ad defendendum illam patriam, vel recuperandã, ſi eſſet amiſſa, quã tumcunque eſſet in loco remoto, per tex. ad hoc notabilem
6 in c. i. ver. & ſi contigerit. in tit. de no. for. fide. † Quinto quæro quando vaſallus teneatur adiuuare dominũ in guerra? Concludite, quod ſi guerra ſit iuſta, tunc vaſallus tenetur adiuuare dominum, ſecus ſi ſit notorie iniuſta, an tñ hoc caſu teneatur eum adiuuare, & eum defendere, ſtatim videbitis. Quando vero eſt dubium, tunc vaſallus tenetur adiuuare dominum. Hæc omnia habentur in c. domino guerram facien te, in ti. hic fin. lex, & inci. conſue. re. Sed pulchrum eſt videre quando dicatur dubium, an guerra ſit iuſta vel iniuſta. iſta inueſtigatio eſt magnæ vtilitatis, quia cum nos habemus, quod per negationem res redditur dubia l. 3. C. quib. ad liber. procla. non li. dicet aliquis quod ſemper erit in poteſtate domini facere, quod uaſallus ſemper eum adiuuabit, quia quando vaſallus dicit guerram eſſe iniuſtam, dominus negabit, & per illam negationem reddetur res dubia, & ſic vaſallus tenebitur adiuuare dominum. Sed vos cõcludite, quod tunc diceretur eſſe dubium, quando dominus habuit conſilium ſuorum Procerum, & Conſiliariorium, qui cum principe deliberauerunt bellum eſſe aſſumendum. Nam illud dicitur bene deliberatum, quod fuit deliberatum a conſilio ſeniorum. l. conſenſu. C. de repu. Seniores enim præſumuntur ſapiẽtes. c. eſtote. i. q. i. & in ſenibus præſumitur ſcientia, ſecundũ Bald. in l. ſenium. C. qui teſta. facere poſ. no. in l. Gallus. in princi. ff. de libe. & poſthum. And. de Iſer. in d. c. domino guerram. amplius dicit, quod nedum dicitur dubium, quando princeps ita deliberauit cum ſuo conſilio, ſed etiam quãdo ipſe ſolus hoc dixiſſet, quia iura dederunt ipſi principi poteſtatem indicendi bellum l. vnica, C. vt ar. vſ. lib. xj. no. in ca. ſicut noſtris. ext. de iureiuran. & per Bart. in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtli. reuer. habet enim vaſallus credere ſuo principi, nõ autem ſibimet formare conſcientiam. l. prohibitum. C. de iure fiſci. libr. x. Eſt ergo concluſio, quod aut conſtat bellum eſſe iuſtum, & tunc vaſallus tenetur adiuuare dominum: aut eſt notorie iniuſtũ, & tunc non tenetur. & ita vult etiam glo. & Arch. in c. de forma. xxii. q. v. Aut eſt dubium an bellum ſit iuſtũ, vel iniuſtũ, & tunc vaſallus tenetur adiuuare dominum, quando autem dicatur dubium, declaraui ſupra. Et opi. An. de Iſer. ſequitur
7 Alu. in d. c. domino guerram. † Sexto quæro circa prædicta, vtrum vaſ. teneatur adiuuare dominum, qui iniuſte vult offendere alium? Concludite quod non, ſi tamen vellet, poſſet hoc facere, & dominus deberet hoc habere gratum. Sed tamen vaſallus non excuſaretur a damnis, quæ ſupportarentur per aduerſarium domini, per no. per Inno. in c. fin. ext. qđ me cau. Et ita inquit Bal. in d. c. i. in ti. qui. mo. feu. amit. Quod autẽ hoc caſu vaſallus non ſit obligatus, nec neceſſitetur adiuuare dominum. probatur, quia etiam ſocietas contracta ad facinora nihil valet. l. nec prætermittendum. ff. pro ſo. & l. ſi a reo. §. ſi reus. ff. de fideiu. imo dico vobis attentari poſſe, quod hoc caſu, quando dominus vult iniuſte offendere aliũ vaſallum, non poteſt, nec debet adiuuare dominũ, quia plus peccaret, quam ille, qui principaliter facit. tex. eſt no. in c. qui
8 peccatoribus. i. q. iii. † Septimo quæro, ponamus quod defenſio ex parte domini ſit iniuſta, an vaſallus tenebitur adiuuaꝛ dominũ? prima facie videtur ꝙ nõ, quia iuſtum aggreſſorem non eſt licitum propulſare. l. ſi ſeruus, C. de his, qui ad Eccle. conf. Item iſta non eſſet iuſtitia, quia iuſtitia tribuit vnicuiq; ius ſuum, & ius eſt ars boni & æqui, &c. l. i. ff. de iuſti. & iure. In contrarium habetis tex. in d. c. domino guerram. vbi probatur, quod etiam, quando defenſio ex parte domini eſt iniuſta, tamen vaſallus tenetur adiuuare dominum. Et pro iſta ſententia facit, quia defenſio etiam iniuſta proprie non eſt maleficium l. i. §. ignoſcendum. ff. de bo. eorum, qui mor. ſi. ꝙ ſciue. Cum nec locus, nec tempus iſtud patiatur. l. i. ff. de exercito. Item quia vaſalli cenſentur milites & ſtipendarii dominorum. c. imperialem. § nrmiter. in ti. de proh. alien feud. per Fede. & l. milites. C. loca. & §. fi. in c. i. in ti. de pace iur. fir. vnde iuſtũ eſt, & æquum dominos protegi, & defendi a ſuis vaſallis, quantumcunque ex parte dominorum defenſio ſit iniuſta. Bal. autem in d. c. i. in ti. hic fin. lex. dicit, quod in caſu illo eſt permiſſa defenſio etiam iniuſta, in odium voluntarie impugnãtiũ ipſum vaſallum ſine principis authoritate, quod non eſt licitum. l. vnica, C. vt armo. vſus inſcio prin. interdi. ſit. li. xi. Concludamus ergo, quod de iure feudorum vaſallus debet iuuare dominum ſuum, quantumcunque ex parte domini ſit iniuſta defenſio. non enim debemus recedere a tex. d. cap. i. in ti. hic fini. lex. Sed an hoc procedat de iure diuino? Concludite quod non, per dictum Apoſtoli dicentis, eos dignos morte, qui peccatum conferunt. Et dicit S. Tho. de Ag. no, ſecunda ſecundæ, q. lxviii. articulo ſecundo, quod multa ſecundum leges humanas relinquuntur impunita, quæ tamẽ quantum ad diuinum iudicium ſunt peccata, dat exemplum in ſimplici formicatione, & in falſa defenſione in cauſa ſanguinis: & iſta ſententia comprobatur: quia vt dicit idem ſanctus Thom. ſecunda ſecundę, q. 4. articulo finali. Principibus ſecularibus homo in tantum tenetur obedire, inquantum p̃cipit iuſta. Alioquin ſi iuſtum non habuit principatum, ſed vſurpatum, vel præcipiat iniuſta, non eſt ei parendum, niſi pp accidens, id eſt pro euitando ſcandalo. facit quod habetur in c. ſi quando. ext. de reſcript. Ad idem adducitur dictum Apoſtoli, dum dicit, Eſtote ſubditi omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue Regi tanquam præcellenti, ſiue Ducibus tãquam ab eo miſſis. Quę verba formaliter ponuntur in c. ſoli tæ. in princip. ext. de maio. & obed. Item de iure cano. non eſt licitum vaſallo iuuare dominum, quando ex parte domini eſt iniuſta defenſio, quia miſericordius eſt peccãtibus opem non ferre, quam ſi impendamus, imo dicit tex. no. in ca. ſi res aliena. xxiiij. q. vi. quod magis peccat ille, qui opem fert peccanti, quam ille qui principaliter peccat. Et hanc ſententiam quod de iure cano. procedat, quod dixi, tenet Iaco. de Belui,
9 in d. cap. i. in ti. hic fin. lex. † Sed eſt videndum, quando bellũ dicatur eſſe iuſtum. Hoſtiẽ. in capi. pro humani. in glo. ſuper verbo, formidãtes, ext. de homi. li. vi. dicit quod ſeptem ſunt ſpecies belli, ſcilicet Romanũ contra infideles. l. hoſtes. & ibi per Bar. ff. de ca. & poſtl. re. Iudiciale, quod fit authoritate iudicis pro defenſione ſuæ iuriſdictõnis contra contumaces, & rebelles. l. nõ eſt ſingulis, ff. de reg. iu. & l. q reſtituere. ff. de rei vẽ. & l. i. ff. ſi quis iusdi. non obtẽ. Licitũ, vt in caſu l. i. & ii. C. qñ liceat vnicuique ſine iudi ſe vind. Præſumptuoſum, vt in l. i. & ij. C. de ſeditio. Temerarium, puta, quando aliquis facit aliquid contra authoritatem iuris. c. perpendimus. & in ca. audientia. ext. de ſenten. excommun. Voluntarium, vt quando quis non ſubſiſtente cauſa legitima indicit bellum neceſſarium, defendẽdo ſe aduerſus iniuſtam oppugnationem alterius. & de iſto tractatur in c. i. in ti. hic fini. lex. Aduertite, ga bellum Romanum, iudiciale, licitum & neceſſarium, ſunt bella iuſta, præſumptuoſum vero & voluntarium, ac temerarium, ſunt iniuſta. Sed quia aliqua ex bellis prędictis ſunt priuata, & nos agimus de bello publico, videndum eſt quo caſu ſit licitum, & dicatur iuſtum. Concludite, quod contra infideles ipſo iure a lege permiſſum eſt, & dicitur bellum iuſtũ, vt no. plene per Bar. in l. hoſtes. & per Cano. in c. quod ſuper. ext. de vo. & vo. redempt. De Chriſtianis autem ad Chriſtianos, ad hoc, vt dicatur bellum iuſtum, eſt neceſſe diffidatio. Nam ille, qui offendit alium ſine diffidatione, eſt proditor. ita dicit Ioan. An. in nouel. in d. c. pro humani. ext. de homi. li. 6. Et iſtud dictum refert Bal. in c. i. in fi. 4. colum. in titu. qui bus mo. feu. amit. in uſi. feu. ibidem dicit, ꝙ ille, qui dat alteri portionẽ venenatã, dicitur proditor. alle. Iac. But. in l. i. C. de male. & mathe. Redeundo ad propoſitum, illud bellum dicitur iuſtum, quod indicitur ab Imperatore, vt habetur in d. l. hoſtes. vel ab alio, qui non recognoſcit ſuperiorem, cum hodie ſit diuiſum imperium, vt dicit pulchra gloſſ. in rubric. C. de ſtud. libe. vrb. Rom. libr. 11. Item requiritur, quod bellum fiat iuſta de cauſa, quæ præſumitur in principe. l. omnium. C. de teſtam. iuncta l. humanum. C. de legi. & eſt bona gloſ. in l. relegati. ff. de pœ. & vult Cy. in l. reſcripta. C. de preci. Impe. of
10 fe. † Item ſi bellum indiceretur ab inferiore a principe, eſſet neceſſe, quod hoc fieret cum auctoritate ſuperioris ad hoc, quod diceretur iuſtum. Alioquin ſi inferior a principe ſine auctoritate ſuperioris indiceret bellum, incideret in pœnam læſæ maieſtatis. tex. habetis in l. 3. in verſi. eadem lege. ff. ad legem Iuliam maieſt. Item requiritur diffidatio, vt dixi: requiritur etiam, quod fiat ex cauſa iuſta. Et dicit Hoſtien. in d. c. pro humani. quod iſta cauſa debet declarari per ſententiam, & eſt ratio, quia non eſt deueniendum ad bellum, niſi deficiente omni alio remedio. l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. cre. l ſi alias, §. belliſſime. ff. quod vi, aut clam. l. nullus. C. de iudę. habetur per Io. Fa. Inſtit. de iure natu. in §. ius autẽ gentium. Ego allego opin. text. in c. i. in titu. de mili. vaſall. qui contumax eſt. Addite, quod Ioan. Blanch. de Marſilia, in ſua ſumma feudorum, in ti. quibus modis feudum ami. in §. & debet dominum adiuuare. dicit eleganter quod bellum ex quatuor iudicatur eſſe iuſtum, ex perſona, ex re, ex animo, & ex authoritate. Ex perſona, quæ debet eſſet ſecularis, & non eccleſiaſtica propter ſanguinis effuſionem. capit. clericis. ext. ne cler. vel mo. & cap. clerici. & c. ſępe. 23. q. viij. Et dicit Innocen. in c. olim. ext. de reſt. ſpo. quod Pralati poſſunt intereſſe in bello, & proſequi, ſed non occidere. Ex re, puta pro rebus ſuis p

prijs

Source : BIU Cujas

priis repetendis,& pro pia defenſione patriæ. Et dicit Inno. in c.olim.quod iſto caſu,ſi clerici proiiciant lapides vel alia contra aduerſarios,dummodo non occidant, non efficiuntur irregulares.e.pe.& fi.extra de cle.percul. Ex animo, quia bellum non debet fieri propter odium, vel vindictam, vel cupiditatem,ſed propter charitatem,iuſtitiam, & obedientiam,& vt deueniatur ad pacem,iuxta illud,ſi vis pacem,para bellum.c.noli exiſtimare. 23.quæſt.prima.Ex authoritate, quia ille,qui inducit bellum contra alium,& habet ſuperiorem eccleſiaſticum, debet de illius authoritate indicere bellum.Iſta eſt glo.in c.excommunicamus.circa medium. quæ gl.incipit,argumentum ab authoritate,extra de hære.Si vero habet ſuperiorem ſecularem, debet de authoritate illius
11 indicere bellum,vt ſupra dixi.†Octauo quæro, vaſallus habet plures dominos,qui habent guerram cõtra alios diuerſos,& ſeparatim,quem ipſorum iuuabit vaſallus?Doc.concludunt in c.imperialem,§.firmiter.in ti.de prohi.feu.alien. per Fed.& Io.Blan.in ſumma ſua feudo,in ti. quibus modis feu.amit.in §.vbi vero plures domini.& idem in d.ſumma, in ti.de for.fide.in §. ſi vero dominus decedit pluribus hæredibus relictis.dicit, quod aut vaſallus poteſt omnes iuuare, & tunc debet hoc facere,alias debet iuuare antiquiorem, & intelligatis antiquiorem reſpectu alterius feudi,c.primo, §. fi.in ti.hic finitur lex.& inci.conſue.reg.alias incipit ca. contra omnes.illo eo.ti.Si autem non poteſt apparere, quis ipſorum dominorum ſit antiquior, quod poteſt accidere dupliciter.primo reſpectu duorum feudorum, ſecundo reſpectu vnius feudi,puta quia ſunt condomini vel fratres,& tũc refert,aut feudum erat a principio vniꝰ domini, aut pluriũ dominorum. Si loquimur,quando erat plurium dominorum.& non appareat quis ſit antiquior,tunc vaſallus poterit gratificari vni ex eis,& inter eos erit locus gratificationi, argu.l.ſi.ff.de relig.& ſump.fune.& l.ſi quis in graui.§.ſi cum omnes.ff.ad Syllan.& l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter.ff.de lega.ii. Et hoc ne per concurſum ſe impediant.l.ii.§.fina.ff.qui.modis vſufru.amit.Secundo vero caſu, quando reſpectu vnius feudi habet vaſallus plures dominos, tunc refert, aut illud feudum alias fuit ſub vno domino,& poſtea deuenit ad plures. Et iſto caſu,quia vaſallus non cogitur habere plures dominos,vt no.in c.omnes filii.in ti.ſi de feu.defun.fue.contro uer. ideo hoc caſu præſtabit ſeruitium illi, quem ipſe vaſallus eliget, niſi conſenſiſſet in ipſos plures dominos, quia tunc eſt dicendum,vt dicetur infra. Si vero feudum vſquè a principio erat ſub diuerſis dominis, & tunc ſi ſeruitium cõſiſtit in dãdo,& ſic eſt diuiſibile, vnicuique domnorum dabit portionem ſuam.Et idem,ſi ſeruitium conſiſtat in faciẽdo,dummodo factum ſit diuiduum. Si vero eſſet factum in diuiduum, tunc cuilibet dominorum teneretur inſolidum, & eſt locus gratificationi,ita quod ſoluendo vni ipſorum liberabitur,maxime ſi ſoluat,& præſtet ſeruitium ei, qui priꝰ eum requiſiuit.Et ita diſtinguit Ioan.Reyn.in dicto §. firmiter,circa 12.colum.& Ioan.Blanchus in locis allegatis. Addite,quod Bald.in l.j.in xxiii.quæſt.ff.de rerum diuiſio. dicit, quod hoc caſu, quando vaſallus habet plures dominos habentes guerram contra diuerſas perſonas ſeparatim, vaſallus poterit gratificari vni ex eis.Subiungit,quod bene faciet gratificari ſeniori,vel digniori.allegat l.ſi.ff. de fi.inſtrumen. Addite eundem Bal.in l.prima.§.ne autem. C. de cadu.toll. circa iii. colum. vbi dicit, quod hoc caſu vaſallus debet ſeruire antiquiori domino,per c.primũ,§.contra omnes. in ti. hic finitur lex,& incip.conſue.reg.Poſtea dicit,quod immo ſeruiet vtrique de eorum fundo, iuxta redditus feudi miniſtrando pecunias vni ex ipſis dominis pro habendo gentes, & alteri mittendo gentes de terra ſua.De conſilio autem tenetur præſtare ſeruitium antiquiori,non autem vtrique,qa non poteſt eſſe tergiuerſator. item de ſua propria perſona præſtabit ſeruitium antiquiori domino.Sed prædicta ſecundum eum,non poſſunt habere locum in vaſallo ligio,quia non poteſt eſſe vaſallus ligius duorum dominorum.Ita vult glo.nota.in clemen.paſtoralis.extra de re iudica. De materia prædicta aliquid tangit ipſe Bald.in l.quæritur.ff. de ſtatu
12 homi.mihi placet ſententia Bal.in dicto §.ne autem. †Nono quæro,ponamus vaſallus vnius domini habet alium vaſallum de eodem feudo,non eſt dubium, quod vltimus vaſallus iuuabit alium ſuum dominum,ſed dubitatur,quid ſi dominus mediatus, & dominus immediatus habeant guerram contra diuerſas perſonas, cui ipſorum tenebitur vltimus vaſallus ſeruire in guerra? Concludite, quod ipſe vltimus vaſallus tenebitur iuuare dominum ſuum immediatum,non autem mediatum,capitulo primo,§.fina. ibi, aut ſub Rege dominum ſuum, &c. Nam ille dominus immediatus eſt proprius dominus ipſius vaſalli,capitulo imperialem.§.illud.in titulo de prohibita feu. alien.per Federi. Non obſtat, ſi dicatur, quod ipſe vaſallus non debet offendere, dominum domini fui,dicto §.illud.quia reſpondetur,quod verum eſt,quod non debet eum offendere, ſed per hoc nõ ſequitur,quod ſit dominus ipſius vltimi vaſalli,quia ſocius ſocii mei non eſt ſocius meus, l. nam ſocii.ff.pro ſocio. Itẽ homo hominis mei non eſt homo meus, vt per plure probat Specu.in titulo de feudis.§. quoniam, verſicu. decimo quarto quæritur. Accipite pro deciſione prædicta vnæm ſimile. Vaſallus,qui refutauit dominum,non debet offendere dominum,a quo tenebat feudum illud propter reliquias præcedentis vaſallagii, capitulo primo, in titulo vaſal. qui contra conſtitutio.Lotha.& tamen ille non eſt amplius dominus ipſius vaſalli,qui feudum refutauit. Eſt & alia ratio, quare vaſallus non debeat offendere dominum domini ſui,quia ius ipſius vaſalli dependet a primo domino, & res eſt affecta.Hinc videmus,quod reſolutio iure datorum, &c. capitulo primo, §. rurſus. in titulo de controuer. inueſtitu. Concludamus ergo,quod in quæſtione prędicta vaſallus debet adiuuare ſuum immediatum dominum, non autem mediatum.Concluſionem prædictam limitabitis,niſi dominus mediatus eſſet dominus vniuerſalis patriæ, ſeu prouinciæ,& ſeruitium,quod expoſcit,concernit vtilitatem publicam, vt ecce quidam Baro in partibus Franciæ habet guerram contra alium Baronem, & ipſe Baro requirit vaſallos ſuos, vt veniant ad adiuuandum eum in guerra. Rex Francorum habet etiam guerram contra alium Regem, qui vult eum expellere de regno, & vocat vaſallos ſui Baronis prædicti,vt veniant ad adiuuandum eum.nam ſi rex,qui eſt vniuerſalis dominus patrię, ſeu prouinciæ, vocet vaſallos illius Baronis pro communi vtilitate,ſeu defenſione patriæ, vel alia cauſa concernente publicam vtilitatem, vaſalli illius Baronis tenebuntur adiuuare Regem, ſecus ſi vocaret eos pro negotio non concernente publicam vtilitatem, quia tunc tenerentur ſeruire ſuo Baroni. Ita eleganter determinat Specu.in titulo de feudis.§.quoniam, verſicu. xvi. quæritur.Idem voluit Ioan.Rey.in dicto capitu.firmiter. circa xv.colum.& Lud.Roma.in l.ſi quis in graui.§.ſi cum omnes,ff.ad Sylla.Decimo quæro,dominus mediatus,& dominus immediatus, qui habet ſub ſe vaſallum, habent guerram adinuicem, vtrum ille vltimus vaſallus teneatur adiuuare dominum domini ſui,an vero dominum ſuum immediatum? Quidam dicunt, quod neutrum ipſorum tenebitur adiuuare,niſi ipſi domini inter ſe ratificent,alias impedirent ſe per concurſum,argum.l.ii.§.fi.ff. quibus mo.vſufruc. amit. Sed iſta opin. nunquam placuit, nec placebit,per ea, quæ ſtatim dicam vobis. Et in veritate ipſe vltimus vaſallus hoc caſu erit in magna perplexitate, quia ſi adiuuabit mediatum dominum contra ſuum immediatum, erit dignus priuari feudo,c.primo,§.porro. in titu. quæ ſit prima cauſa benefi.amit. Item ſi adiuuabit ſuum immediatum contra dominum domini ſui,etiam amittit feudum, quia non debet illum maiorem dominum offendere, niſi pro ſeruitio alterius antiquioris domini,capitulo imperialem,§.illud.in titu.de prohibi.alie.feu.per Federi.Bertra.Caprioli, in capit. primo,in titu.de noua.for.fide.diſtinguit hoc modo, aut dominus mediatus,qui eſt dominus domini, facit guerram iuſtam,vel eſt incertum ſeu dubium,an ſit iuſta vel iniuſta,& hoc caſu ille vltimus vaſallus debebit adiuuare dominum mediatum,quia tenetur eum adiuuare contra omnes, excepto antiquiore domino,c.primo,§.ſi.qui incipit contra omnes.in titu.hic finitur lex,& incip.conſue.reg. Sed iſte dominus immediatus vaſalli non eſt antiquior,ergo, &c. Aut ipſe dominus mediatus facit guerram iniuſtam, & tunc vaſallus tenebitur adiuuare ſuum proximum, & immediatum dominum. Vos autem in hoc arti.ex mente Docto.maxime Ioan.Rey.in dicto capitu. imperialem. §. firmiter. circa xii. colum. audacter teneatis, quod ſiue guerra ſit iuſta ex parte proximi,& immediati domini,ſiue ſit incertum an ſit iuſta ſiue iniuſta, vaſallus tenebitur potius adiuuare ſuum proximum & immediatum dominum.immo etiam ſi guerra eſſet iniuſta certitudinaliter ex parte ipſius immediati domini,tamen vaſallus tuus tenebitur eum adiuuare defendẽdo,per tex.in c.j.in tit.hic finitur lex. Et pro iſta ſententia facit,quia ipſe vaſallus immediatus eſt proprius dominus ipſius vaſalli,non autem imediatus,d.ca.imperialem.§. illud. & eſt opti.tex.in ca.j.§. fi.ibi, aut ſub Rege dominum ſuum non adiuuerit,&c.in tit.de pa.iura.fir.ad idem facit, quia ſicut ipſe dominus immediatus vaſalli non tenetur adiuuare dominum ſuum in guerra contra ſemetipſum, vt ſtatim oſtendam,ita non debent monſtrare contra ſe ſuum vaſallum,qui debet eſſe pars ſui adiutorii.l.nimis graue.C.de teſti.Non obſtat huic concluſioni tex.in d.§.illud. quia loquitur in alia offenſione, quam iuuamine domini ſui proprii. Limitabitis tamẽ iſtam concluſionẽ,niſi ipſe dñs mediatus eſſet vniuerſalis patriæ,& ſeruitium,quod expoſcit, concer-

Source : BIU Cujas

neret communem, & publicam vtilitatem totius patrię. nã tunc ille vaſallus, de quo ſupra dixi, debet potius adiuuare dominum mediatum contra ſuum proximum, & immediatum dominum, per ea, quæ vult eleganter Specu. in titu. de feudo. § quoniam. verſi. 16. quam limitationem notetis. Vn
13 decimo † quæritur, contra quos vaſallus teneatur adiuuare dominum ſuum? Concludite, quod contra omnes etiam cõtra patrem, & contra filium, & fratrem ipſius vaſalli. Iſta deciſio probatur ad literam, in d. c. j. §. fina. qui incipit, contra omnes. in titu. hic finitur lex. Excipitur tamen antiquior dominus, quia vaſall. non tenetur adiuuare dominum ſuum contra alium dominum antiquiorem. d. §. contra omnes. Et appello antiquiorem dominum illum, cui ipſe vaſallus, vel eius anteceſſores preſtiterant fidelitatem. Item excipitur Imperator, quia vaſallus non tenetur adiuuare dominum ſuum contra Imperatorem vel Regem in ſuo regno. ca. j. in prin. in ti. de no. for. fide. ideo quando quis iurat fidelitatem alicui domino, excipiendum eſt Imperator, vel Rex in ſuo regno, c. imperialem §. fi. in ti. de prohi. alie. feu. per Fedri. Et quod dixi de Rege, ponit Bal. in d. §. fi. Item excipitur Papa, quia in omni iuramento intelligitur excepta perſona ipſius Papæ. c. venientes. extra de iureiu. Item excipitur perſona ꝓpria ipſius vaſalli. ita tenet glo. ordina. communiter approbata in d. §. contra omnes. Eandem opi. tenuit gl. in cap. petitio. extra de iureiu. Et eſt ratio, quia in generali ſermone nõ continetur perſona loquentis. l. inquiſitio. C. de ſolu. Et ideo ſi vaſallus iuraſſet dño dare tempore guerrę vnum equum armatum, non tamen teneretur eum dare contra ſemetipſum. Item excipitur patria propria. l. vt vim. cum l. ſequenti. ff. de iuſti. & iu. l. poſtliminium. in §. filius. ff. de capti. & poſtl. reuer. Et ita vult gl. nota. in §. contra omnes. & idem voluit
14 gl. in cap. de forma. 22. quæſtione v. † Item quod dixi ſupra, vaſallum teneri adiuuare dominum etiam contra patrem, & filium, & contra fratrem ipſius vaſalli, limitabitis, niſi ex hoc læderetur pater, vel filius, vel frater vaſalli circa ea, quæ ſunt de iure naturali, ꝙa iura naturalia ſunt immutabilia, §. ſed naturalia. Inſtitu. de iure natura. &c. Iſtam limitationem ponit Bald. in c. primo. in principio illius cap. in titu. de noua forma fide. In veritate, dura fuit determinatio, quod vaſallus teneatur adiuuare dominum contra patrem ipſius vaſalli, quia nos habemus quod duo vincula ſunt fortiora vno. Authen. itaque. C. communia deſucceſſ. & cap. primo. alias ſecundo. extra de tteu. & pa. Sed filius obligatur patri iure naturali, imo de iure diuino, item & iure ciuili propter patriam poteſtatem, vaſallus autem non obligatur domino, niſi iure ciuili ex lege feudorum. Item dicit Hoſtien. in c. grauem. extra de exceſ. præla. quod magis obligamur patribus noſtris ſpiritualibus, quam carnalibus, quia tex. habem⁹ expreſſum in d. §. contra omnes. quod vaſallus tenetur adiuuare dominum contra patrem proprium, ab illo tex. no. eſt recedendum, quia lex quantumcunque dura, eſt obſeruanda. l. proſpexit. ff. qui & qui. An autem econtra dominus teneatur adiuuare ſuum vaſallum? Concludite, quod ſi habet guerram iuſtam, quod ſic, intantum, quod tenetur ipſum vaſallum adiuuare etiam contra patrem, filium, vel fratrẽ ipſius domini. Iſta eſt glo. no. communiter approbata in dicto §. contra omnes. in ti. hic finitur lex. & incip. conſue. reg. & Docto. communiter approbant illam glo. pro qua bene facit, quia dominus tenetur reddere pares vices vaſallo. capi. j. §. dominus quoque. in ti. de for. fide. & c. domino commit tente. in titu. ſi de feu. defunct. fue. controuer. Et ſi dominus non adiuuaret vaſallum habentem iuſtam guerram, certe priuaretur proprietate, & conſolidaretur cum vſufructu, ſicut quando vaſallus non adiuuando dominum priuaretur feudo. Ita contra dominus debet priuari proprietate. ita vult glo. in dicto § contra omnes. Et iſta eſt ſtricta determinatio
16 contra dominos † Duodecimo quęro, ponamus vaſallus ſit clericus, puta, quia epiſcopus, abbas, vel alius prælatus, qui tenet feudum a domino temporali, vt plerunque contingit de quo habetis tex. in c. j. §. fi. in titu. de cap. Corra. item licet clericus non admittatur ad feudum, tamen poteſt admitti, ſi dominus velit. c. j. §. perſonam. in ti. per quos fi. inueſtit. an tenebitur adiuuare dominum ſuum temporalem in guerra? Dubium facit propter ſanguinis effuſionem, & quia ſub eſt timor, ne ipſe clericus ĩcurrat irregularitatem, quia vſus armorum eſt prohibitus clericis. c. j. & ii. xxiij. q. viii. & toto ti. de cle. pug. in duel. Io. Blan. in ſua ſumma feudo. in tit. quibus mo. feu. amit. in § ſed quid ſi erat clericus determinat, ꝙ ipſe prælatus exhortabitur bellatores in guerra, non autẽ pugnabit in propria perſona, per no. per Inno. in c. olim. ext. de reſtitut. ſpol. vel mandabit hominem aptum ad pugnam acceptabilem domino ſuo c. imperialem. §. firmiter. in titu. de prohi. ali. feu. per Fed. Hodie tamen ſecundum eum, quãdo prælati tenent feuda adominis temporalibus, non vadunt perſonaliter ad bellum, ſed ſubueniunt, & contribuũt ſecundum conuentiones, quæ vulgo appellantur Caluacata, vel contribuunt per æs & liberam, ideſt, ſecundum vires patrimonii. l. omnes. C. de ope. publi. Hanc eandem opinio-
17 nem tenuit Ioan. Rey. in d. §. firmiter. in xviii. colum. † Decimotertio quęro, ponamus, quod vaſallus fuerit cum domino ad bellum, deinde dimiſit dominum in bello non mortuum, neque vulneratum mortifere, an veniat feudo priuãdus? Concludite, ꝙ eſt iuſta cauſa priuandi vaſallum feudo, c. j. in prin. in ti. qui. mo. feu. amit. d. c. j. §. item qui dominum, in ti. quæ ſit prima cauſa benefic. amit. non debet ergo eum dimittere in bello, ſed perſeuerare in adiutorio ipſius opem ferendo manibus, clamoribus, & corporum obiectu. l. j. §. pen. ff. ad Sylla. & licet iſta iura loquantur de ſeruo, tamen idem eſt in vaſallo, c. j. ver. ſed quia non ſufficit in ti. de for. fi de. vbi tex. dicit, quod vltra illa ſex, quę ibi ſunt in tex. vaſallus tenetur præſtare conſilium & auxilium domino ſuo & debet eum adiuuare verbo & effectu. Eſt tamen differẽtia inter ſeruum & vaſallum, quia ſeruus debet ſaltem domini ſui præponere propriæ ſaluti. tex. habetis in l. j. §. hoc autẽ ſenatuſconſultum. ver. ſerui. ff. ad ſenatuſconſ. Sylla. Sed vaſallus ita non tenetur, quia poteſt præponere ſalutem propriam ſaluti domini ſui. Ita vult gl. approbata in c. j. in prin. in ti. quib. mo. feu. amit. pro quo gl. facit, quia in iuramento fidelitatis ſemper ſubintelligitur clauſula, ſi vaſallus poteſt. c. ii. in verbo, ſi potuerit. in tit. de feu. ſine cul. non amit. & in c. fi. in titu. de alie. feu. pater. & in c. j. §. adhæc. in ti. hic finitur lex. & incip. conſue. reg item eſt bonum argu. de vaſallis ad libertos. ita dicit glo. in ca. j. §. ſi vero. in verbo reuerentia. in tit. de mili. vaſal. qui contu. eſt. Sed libertus tenetur alere patronum indigentem, niſi liberto alimentato aliquid ſuper ſit. l. ſi quis a libertis. §. pen. ff. de libe. agno. Eſt ego concluſio, quod ſi immineret periculum vitę ipſius vaſalli, poſſet ſuã propriam ſalutem ſaluti domini ſui præponere. Et iſtã ſententiam etiam tenuit Ioan. Blan. in ſumma ſua feudo. in ti. qui. modis feu. amit. §. item ſi dominus habuit. & placet Io. Rey. in dicto §. firmiter. Et ſic habetis duos caſus, quibus vaſallus poteſt dimittere dominum in pugna. † Primus eſt ca-
18 ſus, quando dominus eſſet mortuus in prælio, vel mortifere vulneratus d. c. j. in ti. quibus modis feu. amit. Secundus caſus eſt, quando vaſallus erat periturus, niſi fugiſſet, & dominũ dimiſiſſet in prælio, quia vt ſupra dixi, poteſt præponere ſalutem ſuam ſaluti domini. Addite tertium caſum, quando dominus erat omnino periturus. ita tenet expreſſe Barto. in l. ſi quis in graui. in princ. ff. ad Syllan. Quartus eſt caſus, quãdo vaſallus in prælio amiſit brachia, nam licet recedat & dimittat dominum in prælio, non tamen eſt dignus priuari feudo. Iſta eſt glo. no. communiter approbata in dicto c. primo. in prima gl. in ti. quibus mo. feu. amit. Quintus eſt caſus, quando vaſallus graui infirmitate detineretur in bello, per ea, quæ notantur in l. quæſitum. ff. de re iudi. Sextus eſt caſus valde dubius, ſcilicet, quando bellum ex parte domini eſt iniuſtum, & hoc eſt certum, tunc vaſallus poterit in prælio dimittere dominum impune, quia licita fuit pœnitentia, argu. l. ſi quis libellos. C. de appella. Et ĩ hanc ſententiam inclinat glo. j. in præalle. c. j. in ti. qui. modis feu. amit. & illam gl. ſequuti fuerunt Ia. de Bel. Andr. de Iſer. & Bald. Mouentur, quia ſufficit ſi cui vel in paucis amici laborib. ſuccurratur, l. tutori. C. de neg. geſt. Item quia ſi velit reſiſtere peccato, nõ eſt redarguendus. cap. in malis promiſſis. xii. quæſtione 4. bene ergo facit vaſallus, ſi non perſeuerauerit in adiuuando dominum in bello iniuſto, quia tempus peccatum non minuit, ſed auget. c. fi. de conſue. Dicit tamen Bald. in c. j. in titu. quib. mod. feu. amit. quod prædicta debent limitari, niſi ipſe vaſallus fuiſſet cauſa, quod alius non iuerit ad bellum cum domino, qui alias erat iturus, niſi fuiſſet ille vaſallus. nam hoc caſu vaſallus ſi dimittat dominum in prælio quantumcunque iniuſto, perfide agit, & de eo poſſet dominus iſte cõqueri, ar. l. nam & ſeruus. §. ſi viuu. ff. de neg. geſt. Bertra. Caprioli, in prę. al. c. j. in ti. de no. for. fide. aliter diſtinguit. Sed ꝙ eius diſtinctio non placet, eam non refero. teneatis quod ſupra dixi. † Quæro ponamus, quod vaſallus recedat a bello campeſtri, vbi erat dominus, ſed tamẽ eius fuga nihil habet nocere domino, vtrũ hoc caſu vaſallus debeat priuari feudo? Videtur quod non, quia quod eſt ſine effectu delicti, nõ debet nocere. l. mancipia. C. de ſer. fugi. In contrarium determinat Bal. Iac. Alua. in d. c. primo. in titu. quibus modis feu. amitti. per illum tex. nam ille tex. ſolum exigit, quod vaſallus dimittat dominum in prælio non mortuum, neq; mortifere vulneratum, ad hoc vt priuetur. facit l. j. ff. ſi is qui lib. eſſe iuſ. fue. Item quia ipſe vaſallus ita fugiendo dedit malũ exemplum cæteris. l. Cicero. ff. de pœ. † Decimoquinto quæro, ſunt duo fratres tenentes feudum ab eodẽ domino, vnus ipſorum reliquit, alter vero ſua probitate defenſauit dñm,

nunquid

Source : BIU Cujas

nunquid vnus excuſabitur propter alterum? Bald. & Iacob. Aluaro. in dicto cap. primo. quibus modis feudum amit. determinat quod ſic, ratione conuentionis, per l. ſi is qui duos. in princip. ff. de libe. lega. Subiiciunt præfati Docto. ibidem quod item eſſet, ſi vna communitas teneret feudum ab vno domino, & homines illius ciuitatis eſſent diuiſi inter albos nigros, & vna pars ciuitatis delinqueret in dominum, altera vero non. nam communitas propter hoc non priuaretur feudo, quia neutra pars per ſe facit communitatem, & ideo delictum vnius non debet nocere alteri. allegant nota. in c. in noſtra. extra. de iniur. & damno dato. Vos poteſtis allegare, quæ habentur in l. metum accipiendum. ff. quod me.

21 cau. †Decimoſexto quæro, ponamus quod dominus eſſet in veritate mortifere vulneratus in bello, & vaſallus hoc ignorans recedat a bello, & dimittat ibi dominum, concludite quod non priuabitur feudo: quia licet error quandoq. excuſet delictum, non tamen auget. l. inter omnes §. recte.

22 ff. de fur. †Decimoſeptimo quęro de pulchra quæſtione dominus vadit contra ſaracenos, & hoſtes fidei Chriſtianæ. An poterit hoc caſu facere quæſtam, & petere auxilium ab hominibus ſuis? Ioan. Blanchus in ſumma ſua feud. in titu. quibus modis feu. amit. §. ad hæc autem ſciendum. determinat quod ſic, ſi dominus ſine graui damno ſuo non poteſt ſupportare talem expenſam. Mouetur, quia pro exercitu imperatoris poteſt hoc petere, multo magis pro exercitu ſummi Imperatoris, ideſt, Ieſu Chriſti. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccl. Nam longe grauius eſt diuinam offendere maieſtatem, quam temporalem. authen. gazaros. C. de hæreticis. Et hanc determinationem ſequitur Ioan. Rey. in dicto §. firmiter. in c. imperialem. in ti. de prohi. feu. alie. per Feder. Idem dicunt prędicti Doct. quando Imperator indiceret bellum publicum contra hoſtes, & inimicos eccleſiæ, vel contra hoſtes ſui regni. Nam ſi Imperator vel eccleſia ſine graui damno poſſet ſuſtinere talem expenſam, poſſent facere

23 quæſtam ab homnibus ſuis, & petere auxilium. †Decimo octauo quæro, an dominus pro defenſione ſuæ patriæ poſſit facere quęſtam ab hominibus ſuis. Ioann. Blāchus in loco prędicto, & Ioan. Reyn. in dicto §. firmiter. determinant, quod ſic. Ego addo vobis dominum Panorm. in c. in noſtra. in fi. col. extra de iniu. vbi dicit, quod ſi dominus inuaditur, & timor ſit ſubitaneus, & improuiſus, tunc nedum vaſalli, & feudatarii, ſed etiam reliqui ſubditi illius domini, immo etiam clerici tenentur adiuuare ipſum dominum. ca. peruenit. extra de immu. ec. & c. ſi nulla. & c. omni timore. 23. quę ſtione viii. Si tamen non ſubſit talis timor ſubitaneus, tunc dicit vaſallos, & feudatarios teneri adiuuare dominū, alios vero non, quia ſatis eſt,, quod honorent dominum de redditibus, & gabellis, vt eos defendat tempore neceſſitatis. cap. princeps. & c. regum. 22. quęſtione v. & hoc ſecundum eum, quando dominus per ſe ſufficeret, alioquin putat Panorm. omnes per ſe teneri adiuuare dominum pro ſalute ipſi⁹ domini & patriæ. c. ſi nulla. & c. omni timore. 23. quęſtione 8. Et notetis hanc deciſionem Panorm. Addite ad id, quod dictum eſt de clericis, id quod no. Bar. in l. j. C. de curſu publico. lib. 12. vbi dicit, quod quando inimici inuadunt ciuitatē, & quotidie faciunt prædas hominibus illius ciuitatis, certe clerici tenentur hoc caſu præſtare adiutorium contra tales

24 inimicos, quod notetis. †Decimonono quæro de alia quæſtione, in partibus prouinciæ fiunt multa inſtrumenta, in quibus vaſalli, & ſubditi promittunt dominis ſuis præſtare auxilium de ſuis placitis, & litigiis, quid operabuntur iſta verba, placitis & litigiis? Quidam dicunt, quod iſta verba operantur, vt vaſalli & ſubditi teneantur aſſociare dominū ad litigium. Sed certe ita intelligendo parum, vel nihil ſeruirent prædicta verba, contra l. ſi quando. ff. de leg. primo. Vnde Ioan. Blanchus in titu. quibus modis feud. amitti. in §. primo. & quę dicta ſunt terminant, quod verba prędicta important, quod vaſalli. teneantur adiuuare dominum in habendo aduocatum, & miniſtrando domino pecunias, vt litigare poſſit, & ſupportare ſumptus litis, maxime pro defenſione feudi, allegat l. hactenus. ff. de vſufru. & l. hoc amplius. §. pe. & l. quamuis. & l. ſi proprietarius. ff. de damno infecto. & l. ſi ex duobus. ff. de noxa. Sed Pet. Iacobi in titu. de cau. ex qui. vaſal. de iure ſcripto. in iſta materia ſic diſtinguit, quod aut litigium concernit ſolum vtilitatem domini, & tunc ipſe dominus debet de ſuo facere expenſas. aut litigium concernit vtilitatem omnium ſubditorum, & tunc debent ſupportare expenſas, aut litigium concernit communem vtilitatem, ſcilicet cau. domini quam ſubditorum, & hoc caſu debent ſubditi contribuere pro rata, ſed ad hoc non allegat iura. Sed Ioan. Blan. allegat iura ſuperius allegata. Et per prę

25 dicta †deciditur alia pulchra quæſtio, ponamus, dominus vadit ad ſupremum principem pro obtinendo aliquas literas, vel priuilegia, vel gratiam, an ſubditi tenebuntur contribuere ad huiuſmodi expenſas? Concludite, quod aut impetratio concernit commodum ſolius domini, & tunc debet facere expenſas de ſuo proprio, aut concernit vtilitatem ſubditorum, & tunc ipſi tenebuntur, aut concernit vtilitatem, tam domini, quam vaſalli, aut ſubditorum, tunc ſubditi tenebūtur contribuere pro rata, per ea, quæ proxime dixi. bene faciunt no. per D. Panor. in c. cum Apoſtolus. extra de cenſib.

26 †Vigeſimo quæro, vaſallus vult ire perſonaliter ad pręſtandum auxilium domino in expeditione belli, ſed dominus vult potius habere pecuniam, ſed dimidiam partem reddituum feudi illius anni, cuius erit electio? Doc. communiter in d. §. firmiter. dicunt, ꝙ electio ſpectabit ad vaſallum. l. plerunq;. in fi. ff. de iu. do. Et iſta ſententiam teneatis, licet Ia. de Bel. in c. j. §. fi. in ti. de pa. iur. fir. aliter diſtinguat, dicens, ꝙ aut vaſallus eundo perſonaliter poteſt præſtare magnum auxilium, & commodum domino interuentu ſuæ perſonæ, & tunc debet ire vaſal. perſonaliter. c. j. §. præterea ſi vaſallus. & §. item ſi delator. ver. cognouerit. in titu. quę ſit prima cauſa bene. amit. Aut interuentu ſuę perſonæ non poteſt præſtare magnum commodum domino, & tunc erit electio ipſius vaſalli. d. l. plerunq;. in fi. Sed ad iura proxime alle. per Iac. de Bel. poteſtis reſpondere, ꝙ loquimur in caſu ſpeciali, quādo vaſallus tenetur vltro ſe offerre propter magnum periculū

27 iminens domino. †Vigeſimoprimo quęro, ponamus, ꝙ vaſallus ſit homo nobilis, famoſus, & potens, qui ſi accedat perſonaliter ad expeditionem belli, ibit bene aſſociatus cū multis gentibus, & ſi mittit ſubſtitutum, non ibit ille ſubſtitutus tot gentibus, vtrum dominus poterit recuſare illū ſubſtitutum? And. de Iſer. & Ia. Alua. in d. §. firmiter. determināt ꝙ ſic, niſi ille ſubſtitutus ſit ductnrus tot perſonas, quot duceret vaſallus. Idem dicunt, quando vaſallus eſſet homo magni conſilii, & magnæ induſtriæ: nam dominus poſſet recuſare ſubſtitutum, & dicere, quod vult perſonam ipſius vaſalli, quia eſt differentia inter artifices. l. inter artifices. ff. de ſolutio. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Dicit tamen Iac. Alua. occurrendum eſſe malitiæ domini. l. in fundo. ff. de rei vendica. puta ſi forte dominus mediante pecunia, quam offert vaſallus, poſſit ęque idoneum reperire, ſicut eſt ipſe vaſallus. de hoc etiam habetur per Iaco. de Ardizo. in ſumma ſua feudo. in titu. quibus modis feud. amit. ſub rubricella, an

28 per alium vaſallus poſſit ſeruire. †Vigeſimoſecundo quæro demus, quod feudum ſit pactionatum, ſeu conuentionatū, puta, quia tempore inueſtituræ fuit conuentum, quod vaſallus tempore guerræ teneretur præſtare domino tot pedites, vel tot homines armatos, vel vnum vel duos equos armatos, nunquid hoc caſu ipſe vaſallus tenebitur pręſtare domino ſeruitia, de quibus ſupra dixi? Ioan. Reyn. in dicto §. firmiter. determinat quod non, quia dominus hoc caſu non poteſt a vaſallo exigere, niſi illud, quod deductum fuit in pactum, & ita vult glo. valde nota. in capitu. primo. §. fin. in gl. magna, in principio. in titu. de cap. qui curiam vendi. Et eſt ratio, quia dominus ita paciſcendo cum vaſallo videtur voluiſſe recedere a diſpoſitione legis, & cōtentari de eo, quod fuit deductum in pactum, l. fina. C. de pactis. quæ ſuper dote. debet etiam attendi conſuetudo patriæ. l. venditor. §. ſi conſtat, ff. communia prędio. l. iii. §. fina. ff. de teſtib. l. j. C. quę ſit lon. conſue. Et notetis bene iſtam deciſionem, quia vt pluri

29 mum omnia feuda ſunt pactionata. † Vigeſimotertio quæro, vtrum ſicut vaſallus tenetur præſtare auxilium domino iuxta ea, quę dixi, ita æquæ dominus teneatur præſtare adiutorium vaſallo ſuo? Concludite, quod ſic, quia dominus debet reddere vaſallo pares vices. capitu. j. §. dominus quoque. in ti. de for. fide. & in c. de forma. §. dominus. xxi. q. v. Hoc tamen intelligatis procedere, niſi obſtant pacta vel conſuetu

30 dines. †Vigeſimoquarto quæro, quot ſunt cauſę, ex quibus vaſallus excuſatur, ſi non præſtet ſeruitium domino? Dicite quod multis de cauſis excuſatur. Primo, ſi dominns eſſet excommunicatus vel bannitus, nam interim non teneretur vaſallus illi obedire. tex. eſt in cap. j. in princip. in titu. hic finitur lex Secundo ſi dominus eſſet hæreticus, vt probatur in §. j. ii. in Authen. de priuil. dot. hęred. muli. non pręſtan. Tertio excuſatur, ſi dominus eſt infamis, quia portę dignitatum infamibus ſunt clauſę, & infames debent eſſe excluſi ab omni beneficio. l. ſecunda. C. de dig. lib. xii. & l. nec infames. C. de decurio. libro x. Item quia reatus omnem honorem excludit. l. j. & ii. C. vbi ſena. vel clari. Quarto excuſatur vaſallus, ſi pignorauit feudum eccleſiæ, a qua tenebat illud. nam eccleſia percipiet fructus, nec tenebitur eos computare in ſortē. tex. eſt no. in c. j. extra de feu. Et interim dum eccleſia directa domina percipiet fructus, vaſallus non tenebitur ſeruire ipſi eccleſia de illo feudo pignorato. Idem eſt, ſi dominus pignoraſſet feudum ſuum domino temporali, a quo illud tenenebat, quia interim dum ipſe dñs percidiet fructus, vaſallus non tenebitur pręſtare ſeruitia ipſi dño de illo feudo.

Source : BIU Cujas

ita dicit Ioan. Reyn. in dicto §. firmiter. in fi. antepenulti. col. dicit tamen esse differentiam inter hos casus, quia licet ecclesia, cui vasallus pignorauit feudum, non teneatur computare fructus in sortem, tamen dominus temporalis, cui vasallus feudum pignoraret, tenebitur fructus in sortem cõputare. Sed vos in hoc termiuabitis contrarium, quia cum dominus hoc casu percipiat fructus, ratione sui directi dominii, non tenebitur illos computare in sortem. Ita dicunt Hostien. & Panormit. in dicto c. primo. extra de feud. & dicit ibi Panormit. quod ista est communior opin. Quinto excusatur vasallus, si seruitium, quod petit dominus, non possit præstari, non tamen cum honestate, quia vel continet turpitudinem, vel est contra bonos mores, vel lædit pietatem, vel æstimationem, nam his casibus excusatur vasallus in seruiendo domino, nec tenetur ei seruire. l. filius. & conditiones. ff. de condi. institution. optime facit, quod not. Bald. in l. quod ex liberta. C. de operi. liber. Sexto excusatur propter sexum, veluti, mulier habeat feudum, iuxta capit. primum. in titulo, de benefic. fœmin. habetur etiam in capitulo primo. in titulo, quemadmodum feudum ad fil. pertine. nam non congruit sexui muliebri, quod vadat personaliter ad expeditionem belli, tenebitur tamen ipsa mulier seruire domino altero de duobus modis, scilicet contribuendo in sumptibus domini de redditibus feudi. iuxta tex. in dicto §. firmiter. vel seruire per substitutum, & si habeat virum, poterit seruire per eum, vt habetur in dicto §. firmiter. in verbo, ac-
31 ceptabilem. †Sed hic cadit pulcherrima dubitatio, quam habui de facto pro generosa Anna de Montelauero. Mulier dedit viro feudum in dotem, maritus pro illo feudo non præstitit seruitia domino, vtrum ipsa mulier amittat illud feudum dotale? Quidam dicunt, quod sic, dummodo ipsa possit habere regressum contra virum, cuius culpa fuit feudum amissum, quia maritus est soluendo, & potest vxorem conseruare indemnem. Et isti ad hoc allegant, l. si fundum. ff. de fundo dota. & l. cum te. C. ne vxo. pro mari. Si vero maritus non est soluendo, tunc succurretur mulieri in illo feudo, authen. siue a me, C. ad Velleian. Alii dicunt, & ista opin. plus placet, quod feudum dotale committitur, & habebitur pro commisso durante tempore matrimonii, in odium viri, sed post mortem viri restituetur feudum mulieri, vel eius hæredibus, & ad hoc allegatur optimus tex. in capitu. primo. in fine. in titulo. de capi. Corra. in vsibus feudorum. Septima causa excusationis est propter ætatem minorem, quia vasallus est infans, nam infantis nullæ sunt operæ. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. poterit tamen seruire per substitutum, vt plene no. in c. si quis decesserit. in titu. si de feu. defunct. fuerit contro. Item propter ætatem maiorem excusatur a seruitio personali, puta, quia est maior annis septuaginta, l. prima. & l. fina. C. qui ęta. vel prof. se ex. libro 10. & l. maiores. ff. de iure immu. hoc tamen vltimo casu cogetur satisfacere per cõtributionem reddituũ feudi, vel mandare substitutum idoneum, iuxta dictũ §. firmiter. Octaua excusatio est propter infirmitatem, nam ęgrotantes seruire reputantur. hi enim, quos ægros curamus, seruire nobis intelliguntur, qui nobis seruire cupientes, propter aduersam ualetudinem impediũtur. Ita probat tex. not. in l. cum hæres. §. Stichus si hæredi. ff. de sta. libe. intelligatis tamen de grani infirmitate, non autẽ de leui. l. quæsitum. ff. de re iudi. Nona est causa excusationis propter paupertatem vasalli, quia non habet vnde facere sumptus possit pro præstando seruitium domino. De quo tamen dicatis, vt per Ioan. Blanchum de Marsilia, in summa sua, in titulo quibus modis feu. amit. §. seruiet autem. De cima causa excusationis est, quando constaret, quod guerra ex parte domini esset iniusta, c. primo, hic finitur lex. & in cip. consue. reg. de quo dicatis, vt dixi plene in prçcedentibus quæstionibus, dum examinaui quotuplex est guerra. Vndecima excusatio erit, si vasallus nolit adiuuare dominum cõtra antiquiorem dominum, nam debet ipse vasallus prçferre dominum antiquiorem, nec tenetur adiuuare dominum contra dominum antiquiorem. dicto c. primo. §. fin. qui incipit, contra omnes. in ti. præalleg. hic finitur lex. Decima secunda causa excusationis est, quia vasallus non tenetur adiuuare dominum contra propriam patriam, vt vult glo. in d. §. contra omnes. & alia gl. in d. c. de forma. 22. q. v. Decima tertia causa excusationis est, quia vasallus non tenetur adiuuare dominum contra dominum vniuersale totius patriæ, de quo plene dixi supra. Decimaquarta excusatio, si vasallus sit seruus alicui⁹ domini, nam vos scitis, quod etiam seruus potest inuestiri de feu. ca. i. §. personam. in titu. per quos fi. inuesti. vnde dominus inuestiendo talem personam, videtur eam inuestire cum sua conditione, & qualitate, s. saluo iure seruitutis, arg. l. pen. §. equitii. ff. de vsu & habi. nam dominus inuestiẽdo talem personam, quam scit esse sub iugo seruitutis alterius, habet sibi imputare, neq; tenetur ipse seruus adiuuare dominum feudi contra dominum seruitutis, quia ille dominus respectu seruitutis est antiquior, & habet maiorem potestatem in seruum, quam dominus in feudo, quia nos habemus, q̃ domini in ipsos seruos habent quasi potestatem vitę & necis. Insti. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & l. j. & ii. ff. illo eo. ti. & seruus debet pręponere salutem domini sui saluti proprię. l. j. § ferui. ff. ad Sylla. Et tamen vasallus ad hoc non tenetur, vt dicit gl. no. in d. §. contra omnes. Concludamus ergo, q̃ q̃ñ vasallus est seruus alicuius domini, non tenetur adiuuare ipsum dominum contra dominũ suum respectu seruitutis. Et ita Io. Blan; in summa sua, in tit. de for. fide. §. consueuit. ver. similis potest notari quæstio. Decimaquinta causa excusationis est, quia vasallus si sit libertus alicuius non teneretur adiuuare dominum feudi cõtra patronum, quia offendendo ipsum patronum possit redigi in seruitutem pristinam, q̃ esset sibi durum & graue. l. pe. & fi. C. de bo. & libe. & l. manumissori. C. de obseq. a libe patro. pręstan. Decimasexta causa excusationis est propter dignitatem superuenientem vasallo, puta, quia cœpit esse tanti status, tanteque dignitatis, quantę est dominus, arg. l. iudicium soluitur. ff. de iud. tenebitur tamen hoc casu seruire per sub
32 stitutum, ar. l. nullus qui. C. de decur. lib. x. Quæro †nunc, vtrũ hoc casu, quando vasallus non vadit personaliter ad adiuuandum dominum in prælio, neque mittit substitutum idoneum, neque mandat dimidiam partem reddituum feudi illius anni, quo casu est dignus priuari feudo, an priuetur ipso iure, an vero requiratur sententia priuatiua? Videtur prima facie dicendum, quod non priuetur ipso iure, quia text. in d. c. imperialem. in §. firmiter. in ti. de prohi. feu. alie. per Fe de. dicit quod amittat, & sic vtitur verbo futuri temporis. Et nos habemus, quod quando lex loquitur per verba futuri temporis, requiratur sententia priuata, per no. per gloss. in l. fi. C. de iuris. om. iudi. & in l. iubemus. §. œconomus. C. de sacrosan. ec. Sed Ioan. Rey. in d. §. firmiter. in pen. colum. tenet oppositum, dicens, quod hoc casu vasallus priuatur ipso iure. mouetur per tex. in d. §. firmiter. in verbo, modis omnib. quæ verba important secundum eum priuationem ipso iure, & ad hoc nihil boni allegat. Ego allego vobis glo. in terminis hoc dicen. in §. sancimus. in verbo, modis omnibus. in Authẽ. vt def. feu fu. colla. v. Aduertite tamen, quia bene requireretur sententia declaratoria, vt dicit præfatus Doc. in d. §. firmiter. & mihi placet per c. cum secundum leges. extra de hær. lib. vi. & per l. eius qui delatorem. ff. de iure fi. Et com probo opin. prædictam, quod ipso iure perdatur feudum in casu prædicto, per tex. in c. j. §. fin. in ti. de pace iura fir. vbi text. dicit, liberam habeat facultatem. & illud verbum, liberam importat id, quod ipso iure. Ista est pulchra glo. in c. imperialem. §. callidis. in verbo, libere reuertatur. in ti. de proh. feu. alie. per Fede. Subsequenter quæro, nunquid hoc casu, si sit feudum antiquum, committatur, & aperiatur domino, an vero vadat ad agnatos? And. de Isern. in dicto §. firmiter. videtur velle, quod si sit feudum nouum, aperiatur domino, sed si sit antiquum, agnati præferantur domino, sed Iac. de Bel. Bertra. Capri. & Bal-post glo. in d. c. j. §. fi. in titu. de pace iur. fir. in vsibus feudorum. & Ia. Alua. in c. j. §. fi. in 45. conclusione, tenent oppositum, scilicet, q̃ etiam si sit feudum antiquum, hoc casu aperiatur domino, exclusis agnatis mouentur, quia talis iniuria respicit personam domini, vnde vt habeat suę iniuriæ, vltionem, feudum debet sibi aperiri. hãc rationem ponit tex. in d. c. j. §. fin. in titu. quæ sit prima causa benefi. ami. Immo dicunt, quod etiam concernit vtilitatem publicam, & propter hoc dominus debet præferri agnatis. Et istam sententiam audacter sequimini in iudicando, attẽto quod glo. in d. §. fi. de pace iura. fir. tenet istam opin. & est suffulta auctoritatibus præstantissimorum Docto. maxime quia tex. in d. §. firmiter. & in dicto §. fi. dicunt expresse, quod dominus modis omnibus habeat potestatem capiendi tale feudum, nec distinguitur ibi, an sit feudum antiquum, vel nouum, & cũ generaliter loquatur, debet generaliter intelli
33 gi. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. †Item quæro, dixi supra, vasallum teneri adiuuare dominum, si dominus vocet vasallum. Quæro ergo, quomodo & qualiter debeat vocari ipse vasallus? gl. in §. fi. in ti. de pace iur. fir. dicit, quod dominus per seipsum, vel per suum procuratorem vocabit vasallum. Bene facit l. item veniunt. §. petitam. ff. de peti. hær. vel dominus mandabit literas vasallo, in quibus continebitur, quod ipse vasallus debeat venire ad p̃standũ adiutoriũ dñio. In aliquib. partib. fit ista vocatio p̃ edictũ in albo p̃positũ. Et ita practicat̃ in regno Siciliæ, ꝑm Ia. de Bel. in d. §. fi. & talis p̃sue tudo est obseruanda. l. iii. §. fi. ff. de test. & l. j. & l. fi. C. de mãci. li. Dicit tñ Bal. in d. §. fi. q̃ sufficeret mitti gñale p̃clama ĩ terris & locis dñii reqrẽtis. alle. l. si eo tpe. C. de remis. pig. Et no. in c. si qs. de ma. & obe. Vnde tñ no. perpetuo, qđ p̃dictæ cãę, ex quib. põt sequi priuatio feudi, nisi eis obtẽperet̃, dẽnt esse

roboratæ

Source : BIU Cujas

roboratæ ſolemni numero teſtium parium curię. Sed ſi dominus non haberet pares curiæ, admitterētur alii teſtes omni exceptione maiores. l. optimam. C. de contrahen. & committen. ſtipu. Ita eleganter dicit Bal. in dicto §. fi. quod nun
34 quam exeat memoriam veſtram. † Vltra quæro de pulchra quæſtio. ſupra aliquando dixi, quod vaſallus iurat adiuuare dominum contra omnes, excepto tamen imperatore. Quæro, frater meus primogenitus tenebat quoddam caſtrum in feudum a Duce Aurelianen. & erat feudum paternum, & antiquum, ego vero teneo aliud caſtrum in feudum a Duce Biturenſi, frater meus iurauit fidelitatem Duci Aurelianen. & promiſit adiuuare eum contra omnes alios excepto Imperatore: moritur frater meus ſine liberis, & ego illi ſuccedo *in illo* feudo paterno, an debeam iurare, ſicut ipſe iurauit, & præponere Ducem Aurelianen. D. Domino meo Biturен. an vero æque debeam præponere D. Dominum meū Biturenſem? Videtur prima facie dicendum, quod in iuramento fidelitatis præſtando debeam iurare, ſicut iurauit frater meus, quia ex perſona hæredis non fit mutatio, neq; variatur obligatio, l. ii. §. ex his. ff. de ver. ob. item res tranſit cū ſua cauſa, & ſuo onere. l. traditio. §. quoties. ff. de acq. rer. do. Contrarium determinabitis, ſcilicet, quod debeo præponere Ducem Biturenſem Dominum meum antiquiorem, nā prioritas, & poſterioritas dominorum iudicatur ex perſona eius, qui iurat. iſte eſt tex. in c. ij. in ti. de prohi. alie. feu. per Lothar. Debeo ergo in iuramento fidelitatis præſtando Duci Aurelianen. excipere Dominum meum antiquiorem, ſcilicet, Ducem Bituren. c. j. §. fi. in ti. hic finitur lex, & incipi. conſue. reg. in uſibus feudorum. Non obſtat primum motiuum d. l. ii. §. ex his. ff. de verb. obl. quia illud quod dicitur, quod ex perſona hæredis non fit mutatio, debet intelligi hoc eſſe verum, quantum ad hoc, vt hæres teneatur ad id, ad quod defunctus tenebatur, ſed quantum ad modum, & quantitatē, bene fit mutatio, & variatio, quod patet, nam licet debitor habeat ſolidam obligationem contra ſe, & creditor habeat obligationem actiuam inſolidum contra debitorem, tamē mortuo creditore diuidit obligatio inter hæredes ipſius creditoris. l. j. C. ſi cer. pet. & l. pro hæreditariis. C. de hære. act. & l. hæredes. §. an ea. ff. fam. er. Item licet legatarius non poſſit pro parte agnoſcere legatum, & pro parte repudiare, tamen hæredes legatarii hoc facere poſſunt, vt habetur in l. legatorum. ff. de leg. ii. Non obſtat ſecundum motiuum, quod res tranſit cum ſua cauſa, quia hoc non eſt perpetuum, immo quādoque ex perſonis hæredis fit mutatio, & alteratio. l. Paulus reſpondit. in §. j. ff. de acqui. hære. & l. fi. in fi. C. fami. erciſ. & l. fin. C. de inoffi. teſtamen. Item obligatio, qua tenebatur frater meus, non afficiebat rem, ſed perſonam ſuam. Et ideo ego ſucceſſor non debeo iurare, ſicut ipſe iurauit, ſaltem in hac materia feudali, in qua propriæ non eſt ſucceſſio hæreditaria, imo feudum antiquum, & paternum habemus beneficio, & prouidentia ſuperiorum, vt no. in c. primo, in tit. an filius vel agna. in c. Titius. in ti. ſi de feu. defun. fue. contr. & in c. j. §. & quia vidimus. in ti. qui feu. da poſ. Et iſtam quæſtionem in propriis terminis decidit Ioan. Rey. in c. imperia-
35 lem. in §. fi. in ti. de prohi. alie. feu. per Feder. † Vlterius quæro de quæſtione quotidiana, vaſallus vocatus a domino non fuit in adiutorium ipſius domini, ego dixi ſupra, quod feudum ipſo iure eſt commiſſum ipſi domino, nunquid dominus propria auctoritate abſque ordine iudiciario poterit apprehendere, & occupare illud feudum? Ia. de Bel. in d. c. j §. fi. determinat, q̄ non. allegat c. j. in ti. de mili. vaſa. qui cont. eſt. & c. j. in ti. de feu. ſine cul. non amit. Bal. in d. §. fin. diſtinguit, quod aut inobedentia vaſalli eſt notoria, & tunc ſi domin⁹ habeat iuriſdictionem, ſicut ſi ſeruitium deberetur alteri, poſſet dominus mittere illum in poſſeſſionem ex primo decreto, propter inobedientiam vaſalli, ita hoc caſu dominus habens iuriſdictionem poterit mittere ſuum fiſcum in poſſeſſionem. l. comiſſa. ff. de publi. & l. cum duobus. §. idem reſpondit ſocius, ff. pro ſocio. Si vero dominus non habet iuriſdictionem, tunc debet proponere ſuam querelam, & petere ſe mitti in poſſeſſionem illius feudi. l. negantes. C. de actio. & ob. l. ſi cum nulla. ff. de re iudi. & l. prima. C. de exerci. & l. prima. C. de execut. rei iudic. Et ſi vaſallus dubitat, ne ſibi auferatur poſſeſſio, de facto habet paratum remedium, quia debet adire ſuperiorem, qui percipiat ne vis fiat ipſi poſſeſſori, adiecta clauſula, quod ſi ſenſerit ſe grauatum, compareat recepturus iuſtitiæ complementum, per no. per glo. & Bart. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de operis noui nuncia. Ego allego pulchrum text. & Bald. ibidem in l. ſi ſuper poſſeſſione. C. de tranſactionib. Ioan. Rey. in dicto cap. imperialem. §. firmiter. in vltima columna. in titu. de prohibi. alien. feu. per Federicum. refert Reuerendum Patrem Dominum Pontiū Rey. genitorem ſuum in quęſtione facti conſuluiſſe in quadam cauſa Do. Guliel. de Banno, qui habebat tertiam partem principatus, & cōtendebatur de quodam caſtro ſuo in ipſo principatu, & determinaſſe dominum propria auctoritate poſſe occupare feudum commiſſum, ex eo, quod vaſallus non iuit ad præſtandum adiutorium domino in prælio. Et mouebatur per textum in dicto §. firmiter. in verbo, modis omnibus. nam ſi dominus haberet neceſſe petere per iudicem tale feudum, non bene diceret ille tex. dum dicit, modis omnibus. & hoc dicit patere inter conſilia præfati domini Pontij in conſi. 78. Et eſt ſciendū, quod in illo principatu eſt vſus & ꝙſuetudo, q̄ dñi feuda ſibi cōmiſſa, & aperta p̄ſt ꝓpria auctoritate occupare. Ad cle. paſtoralis. de re iudi. & ad c. apl̄æ. de ſen. & re iu. lib. vi. rñdebat, q̄ loquunt̄ de felonia ſeu culpa commiſſa in faciendo, nos autem loquimur in felonia commiſſa in non facien. ſcilicet in non præſtando adiutorium domino. Sed ipſe Ioan. Reyn. dicit ſe putare tutius, & ſecurius eſſe expectare ſententiam declaratoriam. Sed pro opinione præfati Domini genitoris ſui alleg. tex. in c. fi. in ti. de pace iur. fir. qui tex. dicit, liberam in vſus ſuos habeat redigen. facultatem, per quæ verba ſignificatur, quod dominus propria auctoritate poteſt occupare feudum. Ad idem addit, quia iſta facultas appræhendendi rem poteſt cōcedi per hominem. l. 3. C. de pig. ergo & per legem. l. non impoſſibile. ff. de pactis. nam aliquando lex concedit vindictā fieri propria auctoritate. l. j. & ii. C. quando licе. ſine iu. ſe vindi. Et in propoſito noſtro lex videtur dare facultatem iſtam ſcilicet, quod domini propria auctoritate poſſint occupare feudum, vt patet in dicto §. fin. & §. firmiter. & ita acquieuit præfatus Do. Ioan. Reyn. Ego autem in ſecreto iuris teneo, quod dominus hoc caſu non poſſit propria auctoritate feudum occupare, & in primis adduco tex. in dicto §. fina. in titu. de pace iur. fir. & retorqueo illum tex. contra Ioan. Rey. & genitorem ſuum, quia tex. ibi dicit conuinci. ſi ergo oportet vaſallum conuinci, certe debet citari, quia poteſt illi cōpetere defenſio. forte enim allegabit aliquam iuſtam cauſam, per quam erit dignus venia. Pro iſta ratione facit tex. in l. 3. §. ſi ad idem. ff. de re mili. Secundo adduco tex. in c. j. in titu. de feudo ſine culp. non amit. vbi tex. dicit, quod vaſallus non debet ſpoliari feudo, niſi culpa conuicta, ergo ſi oportet eum conuincere de culpa, neceſſario oportet eum citare. Tertio facit tex. in cle. paſtoralis. vbi probatur, quod princeps etiam contra ſubditum non poteſt ſupplere defectum citationis, ſeu defenſionis, quia eſt de iure naturali, vt probatur ibi, & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. l. prima. §. cum arietes. ff. ſi quad. pau. feciſ. dica. Quarto citationem, & cauſę cognitionem dicitur inſtituiſſe Deus omnipotens. j. qō. prima. vbi probatur, quod Deus omnipotens peccatum ſodomorum noluit punire, niſi deſcenderet, & videret. Item noluit punire Adam, niſi prius eum vocaſſet, & audiuiſſet. Geneſis tertio. Quinto adduco bonum textum cum glo. in l. fina. C. de legib. vbi Bald. colligit, quod princeps, antequam veniat ad ſententiam, debet citare partem, & ſi procederet ad ſententiam ſine cauſę cognitione, & partis citatione, ſententia redderetur nulla. Sed pro eadem ſententia facit tex. in c. primo. extra de cau. poſ. & propric. vbi tex. dicit iſta verba, Nec nos contra partem inauditam aliquid poſſumus definire. Sexto pro hac parte facit tex. in c. licet epiſcopus. extra de præben. in vi. vbi dicit tex. quod quantumcunque conſtet clericum tenere duo beneficia incompatibilia, tamen non debet ſpoliari poſſeſſione illius beneficii, quod vacat ipſo iure per adeptionem poſſeſſionis alterius, niſi prę̄miſſa cauſę cognitione, ad quod eſt facienda citatio. l. in cauſæ. §. cauſa autem cognita. ff. de mino. bene facit l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. nec placet mihi reſponſio data per prę̄fatum Dom. Rey. ad cle. paſtoralis. & ad c. ad apoſtolicæ. dum dicebat, q̄ illa iura loquuntur in felonia, ſeu culpa commiſſa in faciendo, nam iſtud motiuum retorqueo contra eum. Nam eſt maior culpa commiſſa in faciendo, quam in non faciendo, vt probat glo. in l. ſi mora. ff. ſol. matri. Si ergo in culpa, quę conſiſtit in non faciendo, dominus poteſt propria authoritate occupare feudum, vt vult prę̄fatus Doct. multo magis debet hoc licere domino, quando culpa conſiſtit in faciendo, quia eſt grauior. Et tamen hoc caſu, quando culpa conſiſtit in faciendo, requiritur ſententia, d. c. ad apoſtolicę. ibi, ſententialiter priuamus. & idem probatur in dicta clem. paſtoralis. Non obſtat l. j. & ij. C. quando liceat ſine iud. quia reſpondeo, quod ibi eſt ſpeciale in odium illorum latronum, & depopulatorum agrorum. Non obſtat aliud motiuum, quod in caſu noſtro lex dat poteſtatem occupandi feudum propria auctoritate, quia nego iſtud eſſe verum, per text. in c. j. §. quicunque. ibi, ordine iudiciario. in ti. de pace tenen. & eius viola. Concludamus ergo, quod in caſu prędicto ſcilicet, quando vaſallus non prę̄ſtitit adiutorium domino in guerra, non licet domino propria auctoritate occupare feudum. Et ſecundum iſtam opinionem conſului.

Source : BIU Cujas

Iacob. de S. Georg.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ, propter quas vaſallus veniat feudo priuandus, quæ & quot ſint.*
2 *Vaſallus inueſtituram non petens infra tempus debitum debet ipſo priuari.*
3 *Filius vaſalli offendens dominum feudi, an patri præiudicet.*
4 *Pater debet in filium animaduertere, quãdiu eſt in ipſius poteſtate, qua propter tenetur de offenſa ipſius filii.*
5 *Stante regula, q̃ filio vaſalli dominum offendente vel deducatur ad dominum, vel ſeparetur a patre, cuius erit eligere.*
6 *Deductio offenſoris ad dominum, qualiter & ad quem finem fieri dicatur.*
7 *Filius emancipatus, an ſi offendat dominum feu. quod tenet pater, teneatur aut præiudicet patri.*
8 *Filius vaſalli an poterit propter offenſam domino factam exhæredari.*
9 *Vaſallus offendens dominum, an ipſo iure priuetur feudo, aut an requiratur ſententia.*
10 *Dominus feudi debet habere iniuriæ ſuæ vltionem.*
11 *Vaſallus vaſalli offendens dominum principalem venit feudo priuandus quod feudum applicandum venit domino immediato.*
12 *Vaſallus primus committens feloniam, propter quam priuatur feudo, an præiudicet vaſallo, cui de eodem ſubinfeudauit, ita quod ius ſuum perdat.*
13 *Vaſallus primus, ſi poſt offenſam reſtituatur, an etiam ſecundus recuperabit iura ſua.*
14 *Vaſallus fœdus faciens cum inimico domini, venit feudo priuandus.*
15 *Vaſallus occidens fratrem proprium, aut fratrem domini ſui, an ſit feudo priuandus, & nu. 16.*
17 *Proditor quis dicatur.*
18 *Damnatus de crimine, an debeat perdere bona.*
19 *Vaſallus occidens ſeipſum, an perdat feudum pro ſuis hæredibus.*
20 *Vaſallus occidens conuaſallum, an priuari debeat feudo.*
21 *Vaſallus poſt feloniam domino factam effectus furioſus, an ex feloniis, & culpis præcedentibus pati poſſit ſententiam priuatiuam feudi.*
22 *Dominus occidens fratrem aut proditorem, an ſi non compareat, priuabitur proprietate feudi.*
23 *Vaſallus non faciens iuſtitiam domino ſuo, an ſit feudo priuandus.*
24 *Dominus iuſtitiam vaſallo non faciens, an proprietate feudi veniat priuandus.*
25 *Vaſallus ferens contra dominum teſtimonium, an poterit eo priuari feudo.*
26 *Vaſallus aduocans contra dominum ſuum, an ſit feudo priuandus.*
27 *Vaſallus iudicans contra dominum ſuum, an debeat feudo priuari.*
28 *Vaſallus reuelans ſecreta domini ſui debet feudo priuari.*
29 *Vaſallus inhoneſte agens cum vxore domini ſui, ſiue vidua, ſiue nondum traducta, vel cum aliis affinibus, aut pediſſequa, venit feudo priuandus.*
30 *Cauſis, qxibus pater poteſt exhæredare filium, & donator reuocare donationem, eiſdem meretur vaſallus perdere feudo, & numero 41. & 47.*
31 *Vaſallus committens inceſtum, ipſo iure priuatur feudo.*
32 *Vaſallus per lenocinium volens vxorem domini ſui alteri adulterandam traducere, debet feudo priuari.*
33 *Vaſallus aſſaliens caſtrum domini ſui, debet perdere feudum.*
34 *Conuentus ſuper feudo negans rem eſſe feudalem, dignus eſt feudo priuari.*
Idem in emphyteuta, nu. 35. & fideiuſſore & ſocio.
36 *Deterioratio feudi notabilis, an ſit cauſa ſufficiens amittendi feudum. Idẽ de vſufructu.*
37 *Vaſallus ſciens dominum ſuum eſſe incluſum vel detentum nec curat illum liberari cum poſſit, debet feudum amittere.*
38 *Verba iſta, Indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli, &c. in literis Apoſtolicis appoſita, quid operentur.*
39 *Nomine pœnæ grauiſſime, intelligitur mors.*
40 *Vaſallus effectus monachus, debet feudo priuari.*
41 *Miles Hieroſolymitanus, an ſit in feudo ſucceſſibilis.*
42 *Vaſallus iurans occidere dominum, non tamen occidit, feudo an priuabitur.*
43 *Vaſallus aliqua rationabili cauſa manũ mittens in dominum, an debeat feudo priuari.*
44 *Vaſallus inſidians vitæ domini vencno vel aliter, an veniat feudo priuandus.*
45 *Vaſallus feudum alienans irrequiſito domino, debet illud amittere.*
46 *Vaſallus contumax in cauſa feudali, debet feudum amittere.*
47 *Vaſallus ſi commiſerit cõtra dominum aliquam ex iuſtis cauſis, ex quib. donator poteſt reuocare donationem, priuari debet feudo.*
48 *Vaſallus vocans dominum in ius venia non petita, an debeat perdere feudum.*
49 *Vaſallus eleuans manum contra dominum, licet non percutiat, tenetur tamen actione iniuriarum.*
50 *Mutus, ſurdus, vel alias imperfectus non debet poſſidere feudum.*
51 *Dominus cui iniuria facta fuit, ſi taceat vſque ad mortem, an cenſeatur remiſiſſe, ita quod poſt eius mortem nihil præiudicet iniuria vaſallo.*
52 *Vaſallus committens domino feloniam, ſi ipſe vaſallus decedat ſine querela, an poſſit ſucceſſoribus præiudicare.*
53 *Donatio inter virum & vxorem dicitur morte confirmari, ſi perſeueret voluntas.*
54 *Pars ciuitatis, vel communitatis offendens, an præiudicet alteri parti.*
55 *Probatio ingratitudinis, ſeu iniuriæ factæ domino feudi, quot teſtes requirat.*
56 *Dominus feudi, agens contra vaſallum pro iniuria, an teneatur probare locum & tempus commiſſæ iniuriæ.*
57 *Dominus feudi promittens alicui feudum, an in petitone inueſtituræ poterit apponere feloniam præteritam.*
58 *Feudum amiſſum propter delictum vaſalli, ad quem tranſire debeat.*
59 *Vaſallus grauiter delinquens in alium quam dominum feudi, an poſſit feudo priuari, & in quem tranſire debeat feudum.*
60 *Delictum patris, an in materia feudali noceat filio, & ſi ſit, ad quem trã ſibit feudum, nu. 61.*
62 *Vaſallus committens homicidium in alium quam in dominum feudi, an ſit feudo priuandus.*
63 *Confiſcatis bonis vaſalli, an confiſcatum cenſeatur ipſum feudum.*
64 *Vaſallo committente feloniam, propter quam debeat perdere feudum, an ſi dominus remittat & feloniam & feudum, remanebit antiquum ſicut prius.*
65 *Vaſallo rem feudalem apud alium conſtitutam inuadente, cui applicandum erit ius feudi.*
66 *Proprietas feudi, an veniat in publicatione bonorum.*

Dictique vaſalli promiſerũt
1 non committere feloniam contra dominum ſuum.† Pro declaratione iſtorum verborum eſt ſciendum, quod multæ ſunt cauſæ, multęq; feloniæ, propter quas vaſallus meretur priuari feudo, quas hic per ordinem recenſere conſtitui. Prima igitur cauſa eſt, quando vaſallus ir requiſito domino alienat feudum. c. imperialem. in princip. in titu. de prohibita. feu. alien. per Federic. Et hoc caſu vaſallus ipſo iure priuatur feudo, tex. eſt cum glo. in verbo, libere. in dicto capitulo imperialem. in §. callidis. Et de hac materia plene tractaui vobis ſupra in illis verbis, & promiſerunt
2 non alienare.† Secunda cauſa eſt, quando non petit inueſtituram intra tempus debitum, iuxta dictũ capi. imperialem. §. præterea ſi quis maior. & iuxta cap. primo. in titu. quo tempo. miles. de qua materia plene dixi vobis. §. in illis. Et prædicti vaſalli inueſtiti fuerunt.† Tertia cauſa eſt, quando vaſalli
3 filius offendit dominum, nam ipſe vaſallus idemque pater ſi fuerit requiſitus a domino, debet ſuum filium deducere ad dominum offenſum, vt ſatisfaciat illi de offenſa, vel debet ipſe pater ſeparare filium a ſe, alias meretur priuari feudo. tex. habetis in dicto capitulo imperialem. §. inſuper. Et idem eſt de omnibus aliis domeſticis ipſius vaſalli, ſi offendunt dominum, excepta tamen vxore, quia licet offendat dominum, tamen vaſallus non tenetur eam ſeparare a ſe. Ita dicit Bald. & cæteri ſequuntur in dicto §. inſuper. per l.
4 manifeſtiſſimi. §. fina. C. de furtis. †Sed circa hoc formo vobis vtiles multas quæſtiones, & in primis quæro, quæ nam eſt ratio, quod vaſallus in caſu prædicto tenetur deducere filium ad dominum? Ioan. Reyn. in dicto § inſuper. dicit rationem eſſe, quia cum filius ſit in poteſtate patris, poteſt pater eum caſtigare, & in eum animaduertere. l. congruentius. C. de patria poteſta. vnde debet de filio ſuo facere iuſtitiam domino. Et nos habemus, quod quando vaſallus requiſitus non facit iuſtitiam domino, meretur priuari feudo, capitulo primo, §. item qui dominum. in titu. quæ ſit prima cauſa benefic. amitten. Alia eſt ratio, quia quando requiſitus non adducit filium ad dominum in caſu prædicto, videtur contemnere dominum, & ideo debet priuari feudo, c. primo, §. fi. in ti. proxime allega. Sed quæ poteſt eſſe ratio, quod tenetur ſeparare filium a ſe? Præfatus Doc. dicit, quia niſi ita faciat, videtur copulare amicitiam cum inimicis domini. Nam ex quo filius offendit dominum, factus eſt inimicus domini, vnde pater retinendo eum in domo apud ſe, videtur copulare amicitiam cum inimicis domini. Et iſta eſt ſufficiens cauſa, ad priuandum eum feudo. iſte eſt tex. no. in c. primo, in titu. quot teſt. ſunt neceſſ. ad proban. feu. ingratitu. Ita etiam, vult glo. in l. liberi. C. de inoffi. teſtamen. & glo. in l. prima, §. cum patronus. ff. de officio præfect. vrbis. de quo dicam vobis in-
5 fra.† Secundo quæro, cuius erit electio prædictorum duorũ, ſcilicet, quod vel deducat filium offenſorem ad dominum, vel quod ſeparet eum a ſe? Ioan. Reyn. in d. §. inſuper. dicit, quod electio erit vaſalli, quia in alternatiuis ibi regulariter

eſt electio

Source : BIU Cujas

8 eſt electio debitoris,l.plerunque.§.fi.ff.de iure doti. †Tertio quæro,qualiter & ad quem finem fiet iſta deductio offenſoris ad dominum? And. de Iſer. quem cæteri ſequuntur in dicto §.inſuper.dicit,quod fiet ad finem,vt ipſe filius offenſor ſe ponat in manibus domini,tanquam in arbitratorem,qui puniet eum,ſicut iudex facere poſſet.Si tamen excedat modum in puniẽdo,poterit peti redctio uad arbitrium boni viri,l.penul.cum ſua glo.ff.de arbi.& l.tertia. C.de do. promiſ. poterit etiam eum relegare,vt ſtet extra prouinciam,ſeu terram ipſius domini. Quod vltimum intelligatis procedere, quando eſſet talis dominus,qui haberet poteſtatem relegãdi,l.prima,ff.de interdi.& releg.bene facit l.fina ff. de iniu.& c.veniens extra de iureiuran.Poteſt etiam fieri iſta deductio ad alium finem, ſcilicet, vt ipſe filius offendens ſtet iuri,& per viam iudiciariam cognoſcatur & vendicetur, iuxta ea,
7 quæ habentur in l.reſcripta.C.de preci.impe.offeren.† Quarto quęritur,nunquid prædicta habeant locum, etiam ſi filiꝰ ſit emancipatus a patre? Bald.& Iacob. de Aluaro. in dicto §. inſuper. determinat quod ſic, quod patet quia vaſallus idem debet facere de domeſticis ſuis, quantumcunque ſint extranei,dicto §. inſuper. non tamen poteſt dare filium offenſorem pro noxa,ſecundum Bal.in dicto §.inſuper.allegat
8 §.fi.Inſtitu.de noxa.†Quinto quæro, iuxta prædicta,vtrum, quando filius vaſalli offendit dominum, poſſit pater ex hac cauſa eum exhæredare? Bal.quem cæteri ſequuntur,in dicto §.inſuper.determinat quod non,quia iſta cauſa non connumeratur inter cauſas, quibus pater poteſt exhæredare filiũ, de quibus habetur in §.cauſas.in Auth.vt cum de appel. cogno.& per glo.magiſtram in c.Quintauallis extra de iureiu. Item licet pater in caſu dicti §. inſuper. ſeparet filium a ſe, non tamen perdit ius patriæ poteſtatis, ſecundum Bald. ibi,
9 qui adducit.l.abdicatio.C.de patria poteſtate.†Sexto quęro, vtrum in caſu dicti §.inſuper,vaſallus priuetur ipſo iure, an vero requiratur ſententia priuatiua? Ioan.Rey.in dicto §.in ſuper.determinat requiri ſententiam priuatiuam, quia tex. vtitur ibi verbo futuri temporis,dum dicit,priuetur.facit gl. ordina.in l.in criminali.C.de iuriſdict.omnium iudic.Item, quia tex.in dicto §.inſuper, dicit quod hoc caſu oportet, q̃ dominus requirat vaſallum,& vaſallus ceſſet hoc facere,& in iſtis requiritur cauſæ cognitio,c.j.in ti.de feu.ſine cul.non
10 amit.†Septimo quæritur,vtrum in caſu dicti §.inſuper.agnati præferantur domino? Concludite quod non,immo dominus excludit agnatos,quia contemptus,ſeu delictum cõcernit perſonam domini,vnde debet habere iniuriæ ſuæ vltionem,c.primo,§.denique.in ti.quæ ſit prima cauſa.& ita vult
11 Dom.Ioan.Rey.in dicto §.inſuper.in prin.in 3.col.†Quarta cauſa principalis eſt,ſi vaſallus vaſalli offendat maiorem dominum,quia tũc meretur priuari feudo, & tale feudum applicatur domino immediato.Et ſi primus vaſallus ſit requiſitus per dominum,quod requirat ſubuaſallum, & ſarisfaciat domino de offenſa, & ipſe primus vaſallus ita requiſitus non requirat ſubuaſallum,priuabitur feudo. Hęc duo dicta probantur in c.imperialem.in §.illud.in titu.de prohi. feu.ali.p Fed.Sed dicet aliquis veſtrũ, nos habemus,q̃ vaſallus vaſalli mei non eſt vaſallus meus,ſicut ſocius ſocii mei, non eſt ſocius meus,l.nam ſocii.ff.pro ſoc.habetur in l.Modeſtinus.ff.de ver.ſig.ergo licet vaſallus vaſalli offendat priorem dominum,non debet perdere feudum, quia ille prior, & magnus dominus non eſt dominus ſuus. hanc dubitationem mouet gl.in dicto §.illud.ſed non reſpondet. Iacob. de Bel.ibi reſpondet,quod licet ipſe maior dominus non ſit dominus vltimi vaſalli,tamen ipſe vaſallus vaſalli offendendo maiorem dominum debet priuari feudo.quia ſeruitium afficit feudum,ſicut ſeruitus afficit rem,l.via conſtituii.§.ſi fundus.ff.de ſerui. ruſti. prędi. Item quia vaſallus non debet copulare amicitias cum inimicis domini, vt dicam in ſequentibus,immo tenetur ſeruare amicitias cum amicis domini, quia contrariorum eadem eſt diſciplina,l.j.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.Item feudum deriuatur generaliter ab alio priori & maiori domino, igitur vaſallus vaſalli non debet offendere,ſed potius honorare,ar.l.ſi vero non remuneradi.§.inde Papinianus.ff.mand quicquid autem eſt cauſa cauſę,eſt cã cauſati.l.fi.C.de her.inſti.Sed opponitur, & imo videtur q̃ tex.in d.§.illud.in ſecundo caſu, male loquitur, nã dicitur ibi,quod ſi vaſallus vaſalli offendat maiorem dominum,& ille maior dominus requirat vaſallum ſuum, vt requirat ſubuaſallum & ſatisfaciat domino de offenſa, & ſi ipſe primus vaſallus ita requiſitus non ita faciat, debet priuari feu.Sed hoc vꝝ falſum, quia vaſallus non habet niſi vtile dominium, quia directum remanſit apud dominum,qui feudum conceſſit.ita probat tex.in c.j.in ver.vtiliter.in tit.de contr.inter vaſ & alium de benefi & in c.j.§.j.ibi, quaſi vendicare.& in §.fi.in ti.de inueſt.de re alie.fac. Et hoc vult glo. in l.ſi vt certo. §. ſi duobus vehiculum. ff.commo. vnde ip

ſe vaſallus ſub infeudando alium de eodẽ feudo transfert in ipſum vltimum vaſallum vtile dominium,ita q̃ nihil remanet apud ipſum primum vaſallum, vt not. in l.ex aſſe.ff. ad Trebel.Ergo ipſe primus vaſallus nihil habet,quo poſſit priuari.Solu.Ad iſtud argum.multis modis reſpondetur. Primo,quod primus vaſallus priuatur iure vaſallagii, quod habet in ſuum ſubuaſallum.Vel aliter ſecundum Io.Rey.in d. §.illud circa 7. colum. Primus vaſallus ſubinfeudando alii retinet quoddam quaſi vtile dominium pro iure vaſalligii, & ideo illo iure poteſt priuari.Et ita vult etiam Io.Fab.in §. adeo.Inſti.de loc.Vos.poteſtis aliter reſpondere, quod quando vaſallus ſubinfeudat alium de eodem feudo,hoc caſu eſt reperire duplex vtile dominium,ſ.vtile ſuperius, & iſtud remanſit apud primum vaſallum ſubinfeudantem. & aliud vtile dominium inferius, & iſtud fuit translatum in ipſum ſubuaſallum,& ita dicit eleganter Bal.in c.cæterum,in pen. colum.extra de iud.De iſto puncto habetur per Bal. in c. ſane.in vlti.col.de renunc.Sed quæro vlterius, vtrum in caſu, §.illud.vaſallus priuetur feudo ipſo iure, an vero per ſententiam? Dicite,quod per ſententiam,& hoc probat tex in d.§. illud.vbi vtitur verbis futuri temporis,vt eſt dictio, amittat & priuetur.Et quando lex loquitur per verba futuri temporis,requiritur ſententia,vt vult gl.ordi.in l.in criminali.C.de iuriſd.omnium iudi.& l.iubemus.§.œconomus.& § ſane.C. de ſacroſan.eccle.& ita tenet Ioan.Rey.in dicto §.illud.Quęro etiam, vtrum in caſibus dicti §. illud. agnati pręferantur domino, an vero econtra dominus præferatur agnatis? Dicite,quod in primo caſu illius,§.ſcilicet, quando vaſallus vaſalli offendit dominum maiorem, tunc feudum applicatur immediato domino feudi. Ita probat tex. in dicto §. illud, ibi,ad dominum ſuum a quo tenebat, reuertatur. Et ſic in iſto caſu eſt expeditum,quod dominus pręfertur agnatis, & idem eſt in ſecundo caſu illius §. illud. quia maior eſt ratio in ipſo ſecundo caſu,quam in primo:quia in primo caſu ipſe maior dominus fuit offenſus per vltimum vaſallum, & contemptus per primum vaſallum, & ideo in recompenſationem iniuriæ ſibi illatæ debet habere feudum, & præferri agnatis,capitulo primo,§.primo,denique.in titulo, quæ ſit
12 prima cauſa benefi.amitten.†Vlterius quæritur, primus vaſallus commiſit feloniam,propter quam priuatur feudo,an vaſallus cui de eodem ſubinfeudauit,perdat ius ſuum? Videtur quod ſic, quia reſoluto iure datoris, &c. l.lex vectigali. ff.de pigno.cap.primo.§.rurſus.in titulo. de controuer. inueſtitu.In contrarium facit, quia felonia ſeu delictum vltimi vaſalli non præiudicat eius domino immediato,d.§.illud.ergo idem eſſe debet econtra,ſcilicet,quod delictum primi vaſalli non debet præiudicare vltimo,quia vaſallus vaſal.mei, non eſt vaſallus meus,argum.l.nam ſocii,ff.pro ſocio. habetur in l.Modeſtinus.ff.de verborum ſig.Io. Fab.in § fi. Inſtit. de vſufruct. pro deciſione dictæ quæſtionis diſtinguit,quod aut dominus conſenſit primo vaſallo, quando ſubinfeudauit alteri,& tunc delictum primi vaſalli non nocet vltimo: quia primus vaſallus tantum perdit iura ſua, & vltimus vaſallus ſuccedit in locum primi, & efficitur immediatus vaſallus prioris domini. Aut dominus non conſenſit ſubinfeudationi.& tunc vltimus vaſallus priuatur iure ſuo, propter feloniam primi vaſalli,qui erat dominus ipſius vltimi vaſalli, niſi ipſe vltimus vaſallus ſit paratus ſeruire priori domino,& recognoſcere ab eodem feudum,cap.primo,§ j. verſi. excepto.in titu.qualiter olim pote.feu.alien.Et notetis bene iſtam diſtinctionem,quam ſequitur Ioan.Reyn.in d.§.illud.
13 †Sed ponamus,quod primus vaſallus,qui erat priuatus poſtea reſtituatur, an vltimus vaſallus etiam recuperabit iura ſua? Concludite quod ſic, rebus manẽtibus in integro ſtatu, hoc eſt,quod iura vltimi vaſalli non eſſent in alium translata.ita vult Iac.de Bel.& cæteri ſequuntur in c. primo. in titu. hic finitur lex, &c. Cęterum ſi iura vltimi vaſalli iam erant in alium trãslata per fiſcum,tunc reſtitutio primi vaſalli nõ facere quod vltimus vaſallus reciperet iura ſua,quia dominus reſtituendo primum vaſallum, non poteſt tollere ius quęſitum alteri,arg.c.quamuis.extra de reſcrip.lib.6 no.in l. Gallus.& §.quid ſi tantum.ff.de lib & poſt.in l.fi.C.de ſentẽ. paſ.ſed an dominus,ſeu princeps reſtituendo primum vaſallum poſſet facere, q̃ illa reſtitutio traheretur ad res iam medio tempore alienatas,& translatas in alium? Bald. in d. §.& quid ſi tantum.poſt Cy.arguit ad partes, & concludit quod non,quia princeps non poteſt tollere ius quæſitum alteri,vt no.per Bar.in l.fi.ff.de conſt.prin.notatur in l.reſcripta.C.de preci.impe.offeren.& l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.pub. & in c. quę in eccleſiarum.extra de conſtitu.bene facit,quod notat Bart.in l. quęcunque.C.de fide inſtru.& iure haſtę fiſc libro x.vbi tractat, nunquid quando ciuitas reſtituit expulſos,an poſſit libere diſponere de bonis expulſorum,quæ iam erant alienata in alios? De materia hac tractat Bald. in Com-

Source : BIU Cujas

14 mento pacis Coſtan. in verbo, priuilegia. † Quinta cauſa principalis eſt, quando vaſallus copulauit amicitiam, ſeu fecit confœderationem cum inimicis domini ſui, nam iſta eſt iuſta cauſa priuandi vaſallum feudo, ita tenent gl. in l. prima, §. cum patronus. ff. de offic. præfec. vrba. & gloſſ. in l. liberi. C. de inoffi. teſtamen. & glo. in c. primo, in verbo, concubuerit. in ti. quibus mod. feu. amit. Et probatur aperte in c. primo, in ti. quot teſt. ſunt neceſſ. ad proban. feu. in gra. De hoc tractat etiam Bal in l. j. in xli. q. ff. de rerum diuiſio. & dicit Ioan. de Imo. in clemen j. de iureiuran. hęc verba formalia. No. quod ille dicitur venire contra eccleſiam, qui facit ligam cum inimicis eccleſiæ, vt fecerunt ſecundum eum Florentini, qui fecerunt ligam cum ſereniſſimo Rege Francorum. Sed dicit ipſemet Imo. quod Deo propitio illa liga fuit potius pernicioſa, quam vtilis. Concluſionem prædictam intelligatis procedere, quando talis copulatio amicitiæ fuiſſet facta in damnum, & iniuriam domini. Ita vult glo. in præallega. c. primo. in titu. hic poteſt eſſe titu. quibus modis feu. amit. &c. Eſt & de mente gl. in c. primo. §. potro. in ti. quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & ſequuntur ibi An. de Iſer. Bal. & D. Mar. de Laude. Placet etiam iſta ſententia Ia. Al. in illo paruo titu. hic poteſt eſſe titulus, &c. Et ſatis probatur in c. primo, in tit. quot teſt. ſunt neceſ. ad proband. feu. in gra. Et hoc infert notabiliter ipſe And. de Iſer. in dicto §. porro. quia non ſufficeret dominum probare, quod vaſal. copulauit amicitiam cum inimicis ipſius domini, niſi etiam probet, quod hoc fecit in iniuriam, & damnum ipſius domini, puta, vt inimici redderentur potentiores domino, nō autem incumbit vaſallo onus probandi iſtam negatiuam, ſ. ꝙ non copulauit amicitiam cum inimicis domini in damnum, vel in iniuriam ipſius. Ratio, quia copulare amicitiam, non eſt de genere malorum, immo eſt operæ pretium, & virtuoſum. l. datæ culpæ. §. amicos. ff. de ver. ſig. immo eſt præceptum diuinum, vt patet Eccleſiaſtici 7. circa princ. Noli pro amico eſſe inimicus proximo. quia ergo iſta copulatio amicitiæ eſt de genere bonorū inducit præſumptionem pro vaſal. quia transfertur onus ꝓbandi in dominum, vt teneatur probare, ꝙ illa copulatio fuerit facta in iniuriam & perniciem ipſius domini. Dicit ēt D. Mar. de Lau. in c. primo. in ti. quibus mo. feu. amit. ꝙ ſi vaſal. copulaſet amicitiam cum inimicis domini iuſto timore ductus, excuſaret a perditione feudi, ar. l. nouiſſime. ff. ꝙ fal. tu. auct. Eodem modo ſi vaſal. fideiubeat pro inimico domini, ita demum meretur perdere feudum, ſi illa fideiuſſio fuit facta in iniuriam & pernicię domini. Ita eleganter dicit Bal. in d. §. porro. in j. col. alleg. Spe. in ti. de treg. & pa. in ver. ſed po-

15 ne, quod dictum bene tene menti. † Sexta principalis cauſa eſt, ſi vaſa. occidat fratrem ſuum proprium, ad finem, ꝙ obtineat totum feudum, ſeu totam hæreditatem, vt probatur expreſſe in c. j. an ille, qui intef. fra. domini ſui, &c. Secus ſi interficiat fratrem domini ſui, quia tunc non perdit feudum, d. c. j. Sed dicet aliquis, nonne vaſallus occidendo frarrem domini magis delinquit in dominum, quam quando occidit fratrem proprium? Reſpondete quod non, immo naturaliter magis peccat & delinquit, quando occidit fratrem proprium, quia ſpargit ſanguinem proprium. l. j. & l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parrici. Item quādo occidit fratrem propriū, delinquit ratione feudi, & ratione rei, quę eſt ipſius domini, non dicitur delinquere in rem ipſius domini, quia vaſallus nihil recognoſcit a fratre domini. Alioquin niſi ita dicere mus, ſequeretur, quod ſi vaſallus occideret aliquem magnū amicum domini, quod deberet p[illegible]uari feudo, quod non eſt dicendum ſecundum Bal. & omnes in d. c. primo, in ti. an ille qui interfe. fra. Sed adhuc arguet aliquis veſtrum, & dicet, ꝙ immo vaſallus occidendo fratrem domini debet perdere feudum, quia ſi carnaliter copularetur cum ſorore domini manentis in domo ipſius domini, deberet perdere feudum. c. primo, §. j. ibi, aut cum ſorore domiui concubuerit. in titu. qui. mo. feu. amit. Soluite, ꝙ illa copulla carnalis cum ſorore domini eſt grauior offenſa, quam ſit offenſa in occidēdo fratrem dñi. l. iſti quidem. ff. quod met. cau. Et prima offenſa per copulam carnalem non eſt excuſabilis. l. j. C. de rap. virg. Alia vero offenſa quandoq; eſt excuſabilis, c. j. §. ſi quis aliū.

16 in ti. de pa. tenen. & eius viola. Quod dixi ſupra, vaſallum occidendo fratrem domini non perdere feudum limitabitis, niſi illum occidiſſet in iniuriam domini, quia tunc perderet feudum, & applicaretur domino. Iſta eſt glo. perpetuo notā da in c. j. §. item ſi fratrem in ti. quib. mod. feu. amit. & illam glo. ſequti ſunt Iac. de Bel. & Ia. Alua. in d. c. j. in tit. an ille qui interfe. fra. &c. Secundo limitabitis, niſi vaſallus proditorie occidiſſet fratrem domini ſui, quia tunc debet perdere feudum, d. c. j. proxime allegato. & eſt ratio, quia propter tale ꝓ dimentum non poſſit ſine dedecore ſtare in curia domini, & ideo eſt dignus priuari feudo d. ca. j. Item quia cum ſemel commiſerit proditionem, ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodē genere mali. l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accu. & reg. ſemel malus. de reg. iu. lib. vi. Item, quia proditor non meretur habere beneficium, c. clericus, 47. diſt. quia neſciret eſſe fidelis, & feudum dicitur a fidelitate. c. j. §. nulla. alias eſt c. nulla. in titu. per quos fiat inueſti. Et dicit Bal. in d. c. j. in ti. an ille qui interfe. fratrem. quod proditor debet eſſe alienus ab om-

17 ni facie dominorum. † Sed pro declaratione quæro, quis dicatur proditor? Bar. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pę. dicit, quod proditor dicitur ille, qui mente aliud gerit, & vnum facto demonſtrat. aliud accipe exemplum: tu & ego ſumus ſocii itineris, tu me ſocium itineris percutis, vel offendis abſque aliqua cauſa, vel dum ambo ſederemus ad eandem menſam, tu me percutis non pręcedente rixa, vel cum eſſes amicus meus, & confiderem de te, tu me offendis per retro, his omnibus caſibus dicitur proditor. Secus ſi aliquis ſit inimicus meus, nam per inimicitiam oſtendo, quod non debet confidere de me. hoc caſu ſi percutiam eum, vel offendam, non dicor proditor. Et dicit eleganter Ioan. And. in no uel. c. pro humani. extra de homi. lib. vi. quod ille, qui offendit alium ſine diffidatione dicitur proditor. Hoc dictum ſequitur Bald. in authen. item nulla communitas. C. de epiſ. & cle. & idem dicit Bal. in c. j. in titu. quibus modis. feu. amit. dicit etiam no. Iac. de But. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. quod ille, qui dat alteri potionem venenatam, dicitur proditor, quod voluit ipſe Butriga. in l. j. C. de malefi. & mathema. hoc dictum ſequitur Bal. in d. c. j. in ti. quib. mo. feu. amit. & Ia. Alua. in d. c. j. in ti. an ille, qui interfe. fra. Vnū etiam notetis pro differētia, quam facit textus in d. c. primo, an ille, qui interfe. fra. ſcilicet, quod ſi vaſallus occidit fratrē ſuum, & habeat bona feudalia, priuatur feudo. Sed ſi occidat fratrem domini, non priuatur feudo. Nam ſi vaſallus occidat fratrem ſuum proprium, vt perdat totum feudum, poterit ex lege feudorum procedi contra eum ciuiliter ad priuationem feudi, ſed ſi occidat fratrem domini, non poterit cōtra eum ciuiliter agi ad priuationem feudi. Quantum autem ad criminalem proceſſum, non eſt differentia inter caſus prædictos. Nam ſi vaſallus, qui occidit fratrem domini ſui, condemnetur criminaliter de homicidio, in conſequentiam iſtius iudicii criminalis poterit condemnari ad priuationem feudi. ita eleganter dicit Bal. & ſequuntur Iac. Alua. & D. Martinus de Lau. in d. c. primo. Quod notetis pro declara-

18 tione & intellectu d. c. primo. † An autem hodie damnatus de crimine debeat perdere bona? dicite, vt habetur in auth. bona damnatorum. C. de bon. damnato. Ego reddo vobis iſtam deciſionem Bal. valde dubitabilem, quia tex. in d. c. primo. loquitur indiſtincte, nec facit differentiam inter proceſſum ciuilē & criminalem, ergo indiſtincte debet intelligi, l. prima, §. & generaliter. ff. de leg. præſtan. In iudicando tamē non eſſet tutum recedere ab opinione Bald. & ſequacium.

19 † Vlterius pone, quod vaſallus occidat ſeipſum. Bald. quem cæteri ſequuntur in dicto cap. primo, determinat quod non perdet feudum, quia antequam ſit mortuus, non eſt damnatus ad perditionem feudi: poſtquam autem mortuus, feudū facit tranſitum ad eius hæredes. l. [illegible]. C. qui teſtamen. face. poſ. nec vlla pœna mortuo iure fori poteſt imponi, l. ſi alicui pę na. ff. de pœn. Addo vobis, quod ille qui occidit ſeipſum, debet gaudere ſepultura canina. ad hoc allego vobis tex. cum

20 gl. in c. placuit. xxiii. qō. v. † Sed ponamus, ꝙ vaſallus occidat conuaſallum, an priuabitur feudo? videtur ꝙ nō, quia ſi occidendo fratrem domini non perdit feudum, multo minus debet priuari, quando occidit conuaſallum. tamen Iaco. de Ardizo. & Iac. Alua. in d. c. primo. determinant contrarium, per l. omne delictum. §. ſi quis. ff. de re mil. & l. verum. in prin cip. ff. pro ſo. & l. vnica. C. ſi ſocius lib. imp. ſine hærede deceſ-

12 ſe. lib. x. Et notetis bene iſtam deciſionem. Sed dubitatur, qd ſi vaſallus poſt commiſſam feloniam efficitur furioſus, an ex feloniis, & culpis pręcedentibus commiſſis, dum erat ſanæ mentis, poſſit pati ſententiam priuatiuam feudi? Bald. quem cæteri ſequuntur in dicto capitulo primo, dicit, quod proceſſum ciuilem & ſententiam ſuper proceſſu ciuili bene poteſt pati dato ſibi curatore, ſed proceſſum criminalem nō patitur etiam dato ſibi curatore, quia in criminalibus comparet vt acceſſorius, non autem tanquam fundās iudicium. l. clarum. de aucto. præſtand. Regulæ enim iuris non patiuntur, quem criminaliter condemnari per adminiſtrationem, l. ſeruum quoque, §. publicæ. ff. de procur. l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. De crimine autem commiſſo, dum eſt in furore, condemnari non poteſt, quia patitur mentis exilium, tex. habetis in l. diuus, ff. de officio pręſid. Et quod dixi de furioſo, procedit etiam in phrenetico, de quo habetis in l. ob quę vitia, ff. de ædilitio edicto. & per Baldum in l. ſecunda, C. de reſcindenda venditione, & etiam in eo, cui propter venenum ablatus eſt intellectus, ſecundum Bald. in dicto capi-

22 tulo primo. † Dubitatur etiam, nunquid ſi dominus occidat

aliquem

Source : BIU Cujas

aliquem proditorie, vel occidat fratrem ſuum, ita quod nō poteſt cōparere ſine dedecore, an priuetur proprietate feudi? Videtur quod ſic, quia quibus caſibus vaſallus priuabitur feudo, eiſdem caſibus dominus priuatur proprietate, ca. j. in .q. liter do minus proprie. priue. & cidomino committente. in ti. ſi de feu. defun. fue. contro. In contrariū determinabitis, & dicetis, q̄ ad inſtantiam vaſalli dominus non priuabitur proprietate, quia vtile eſt vaſallo, quia interim non tenebitur præſtare ſeruitia domino, c. primo, in ti. hic finitur lex. & incip. conſue. reg. Et eſt magna ratio diuerſitatis, an vaſallus occidat fratrem ſuum proprium vel alium proditorie, vt declarat Iaco. Alua. in dicto c. primo, non obſtat c. ij. in titu. qualiter dominus prop. priue. cum ſimilib. quia loquuntur, quando dominus committit offenſam in perſonam vaſalli, nos vero loquimur, quando committit offenſam in perſo-
23 nam alterius. †Septima cauſa priuationis eſt, quando vaſallus non fecit iuſtitiam domino, nam meretur perdere feudum, c. j. §. item qui domino. in ti. quæ ſit prima cauſa benef. amit. Et debetis intelligere hoc modo, q̄ dum dominus moueret quæſtionem vaſallo ſuper re feudali, ipſe vaſallus noluit vnquam parere iuri, imo contumaciter, & pertinaciter dicit ſe nolle reſpondere. Iſta enim eſt iuſta cauſa priuandi cum fundo. & ita intelligitur tex. in d. §. item qui domino. ſecus ſi ſuper alia re non feudali recuſaſſet exhibere iuſtitiam domino modo quo ſupra, tunc enim nō priuaretur feudo, quia iudicium ſuper vna re nō extenditur ad aliam. l. ſi vn⁹, §. ante omnia. ff. de pact. Et quia in pēnalibus non debemus facere extenſionem, l. interpretationem, ff. de pœn. & regula iuris, & c. de reg. iu. lib. vj. Sed ſi vaſallus non faciat iuſtitiam in cauſa criminali domino ſuo, puta, vaſallus erit iudex in ciuitate Mediolani, dominus ipſius vaſalli cōmiſit ibi vnū delictum, de quo accuſabatur, & erat cauſa, in qua dominus debebat relaxari cum fideiuſſoribus, iuxta l. j. & ii. ff. de cuſt. reorum. Sed vaſallus iudex noluit vnquam dominum ſuū admittere cum fideiuſſoribus. Nico. de Neapo. & Andre. de Iſern. in dicto §. item qui domino. determinant, quod vaſallus priuabitur feudo, quia ſi priuatur, quando non facit iuſtitiam domino de re feudali, multo magis venit priuandus, quando non facit iuſtitiam domino ſuo in cauſa criminali. l. abſentem. ff. de pœn. Secus ſi non faceret iuſtitiam domino ſuper alia re, quam feudali, vt dixi ſupra, & pro hoc eſt opt. tex. in c. vaſallus. j. in fi. in titu. ſi de feu. defun. fue. controuer.
24 †Sed quid econtra, ſi dominus non facit iuſtitiam vaſallo, nunquid priuabitur proprietate feudi? Gl. no. in d. §. item qui domino. determinat, quod ſic, & illam glo. Doct. ſequuntur quia in hoc dominus & vaſallus iudicantur ad p aria, & ex qua cauſa vaſallus priuaretur feudo, ex eadem cauſa dominus debet priuari proprietate, capitulo primo, in titu. qualiter dominus proprie. priue. & cap. domino committente. in titu. ſi de feu. defun fuerit contro. & c primo, §. dominus quo que, in titu. de for. fide. & c. de forma. 22. quæſt. v. Addit glo. in dicto §. item qui domino. quod per hoc patet deciſio quę ſtionis formarę per glo. in c. primo. §. primo, in tit. quid ſit inueſti. vbi gloſſ. format pulchram quæſtionem. Ponamus, eſt contentio inter vaſallum & dominum, nam vaſallus dicit ſe fuiſſe inueſtitum de tali feudo, dominus vero negat, vaſallus vult probare per pares curiæ, ſed ipſi recuſant iurare, & deponere, vaſallus requirit dominum quod compellat eos ad ferendum teſtimonium, dominus non vult eos compellere, & ſic denegat iuſtitiam vaſallo, certe dicit illa glo. quod dominus priuabitur proprietate, ſed Bal. in dicto c. j. in §. primo, in ti. quid ſit inueſti. repræhendit illam gl. mouetur, quia ex quo contenditur de ipſo feudo, adhuc non conſtat eſſe feudum, ergo dominus non debet priuari proprietate, arg. l. diuus. ff. de teſt. mili. Præterea & ſi per probationes conſtaret illud eſſe feudum, adhuc videtur velle Bald. quod dominus non priuetur proprietate, quia ipſi vaſallo adiudicaretur proprietas, non autem ipſum feudum. Quod eſt contra mentē Barto. in dicto §. primo. Ia. Alu. in dicto §. primo. dicit, quod ipſe eligeret mediam viam, & relinqueret hoc arbitrio iudicantis: non enim quælibet contumacia vaſalli in non exhibendo iuſtitiam domino, eſt iuſta cauſa priuandi vaſallum feudo, dicto §. item qui domino. Similiter non omnis contumacia domini in non exhibendo iuſtitiam vaſallo, eſt iuſta cauſa priuādi dominum proprietate, quia in hoc dominus & vaſallus regulantur a pari, vt ſupra dixi. Vos autem ſequimini gl. in d. §. j. in ti. quid ſit inueſti. quam gl. ſequuti fuerūt ibidem Ia. de Bel. And. de Iſer. & D. Mart. de Lau Ad motiua Bal. dum dicit, q̄ hoc eſſet contra mentem illius tex. reſpondebitis, quod ille tex. non negat, an vaſallus poſſit petere dominum priuari proprietate, vnde quando dominus nō vult compellere pares curiæ ad ferendum teſtonium pro vaſallo litigante contra dominum, ipſe vaſallus habet tria remedia, & electio pertinet ad eum poteſt enim primo adire ſuperiorem domini ſui, vt eum cogat ad faciendum, quod illi pares curiæ perhibeant teſtimonium, c. primo, in ti. ſi de inueſt. inter dominum & vaſallum lis ori. Secundum remedium eſt, quia in defectu parium poterit vaſallus probare intentionē ſuam per teſtes etiam extraneos, d. §. j. in fi. in ti. quid ſit inueſtitu. Tertium remedium eſt, quia poterit petere, dominum ſuum priuari proprietate feudi, & ita procedat gl. in d. §. primo. †Sed quid ſi vaſallus ferat teſtimonium contra dominū
25 ſuum, an iſta erit cauſa priuandi feudo vaſallum? gl. ordi. in c. primo, in §. ſed & qui delator, in ti. quæ ſit prima cā benefi. amit. determinat quod ſic. Sed illa gl. ſecundum Doct. ibi debet intelligi, quando vaſallus tulit ſponte teſtimonium contra dominum ſuum, ſecus ſi fuiſſet coactus, puta, quando reſiſtebat deponere contra dominum. non enim cogebatur deponere contra dominum, ſicut nec libertus contra patronum, l. inuiti. ff. de teſti. & tamen iudex non obſtante tali reſiſtentia coegit ipſum vaſallum ad ferendum teſtimonium, nam hoc caſu excuſaretur vaſallus, per ea, quæ habentur in
26 l. poſt legatum. §. his vero. ff. de his qui. vt indig. † Quod autē ſi vaſallus aduocat contra dominum ſuum? Gl in d. §. ſed & qui delator. determinat, q̄ debet priuari feudo, ſi ſponte aduocauit, ſecus ſi fuiſſet coactus ad hoc per ſuperiorem, quia tunc excuſaretur, & illam gl. ſequuntur Nic. de Neap. An. de Iſer. & Ia. Alua. Optime faciunt ea, quæ habentur in c. fi. extra de poſtu. & per Spe. in ti. de poſtu. in §. j. ver. item q̄ poſtulat, faciunt etiam no. in l. fi. ff. de inoffi. teſta. & quod habetur
27 in l. qui cum maior. §. ſi patroni. ff. de bo. lib. †Dubitatur etiā quid ſi vaſallus iudicat contra dominum ſuum, & illa ſentētia in cauſa appellationis ex eiſdem actis fuit reuocata, & non ex nouis, an hoc caſu debeat priuari feudo? An. de Iſer. poſt glo. in §. ſed & qui delator. dicit conſiderandum eſſe, q̄ ſi detegatur vaſallum habuiſſe malum animum in iudicando perperam, & contra iuſtitiam, tunc venit puniendus, & hoc eſt intelligendum ſecundum Nico. de Neapo. ibidem, quando cauſa eſt grandis & magna, & dominus ex illa ſentētia eſt paſſus magnum damnum, per tex. in dicto c. primo, §. præterea ibi, grandem iacturam facere molientem, in titu. præalleg. quę ſit prima cauſa benefic. amit. Si vero iudicauit contra dominum per imperitiam, puta, quia credebat ſe iuſte iudicare, tunc eſt in culpa, argumen. l. ſi quis fundum. §. j. ff. loca. debebat enim conſulere peritiores, quod cum non fecerit, fuit diſſoluta culpa, quæ eſt proprie dolus. l. quod Nerua. ff. depoſiti. & ideo meretur puniri. Si autem conſuluiſſet peritiores, tunc eſſet excuſatus per ea, quæ habētur per Bar. in l. in bonorum. ff. de bon. poſſi. ti. generali. & predicta ſunt de mente And. de Iſer. & Iaco. Alua. in dicto §. ſed & qui de-
28 lator. † Octaua cauſa priuationis feudi eſt, quando vaſallus reuelat ſecretum domini. ita probat tex. in paruo titulo, quibus modis feudum amitti. qui titulus ſequitur ſi titulum de feudo da. mi. valua ſoribus. Tria tamen requiruntur ad hoc, vt vaſallus hoc caſu priuetur feudo. Primum eſt, quod dixi videlicet, quod reuelet ſecretum domini. Secundo, quod ex tali reuelatione dominus patiatur detrimētum. Tertio, quod vaſallus reuelauerit animo damnificandi dominum. Hæc tria probantur in tex. & gl. & ibi Docto. hæc volunt in dicto paruo titulo, quibus modis feudum amit. Sed hic cadit vna pulchra dubitatio, ponamus, dominus dicit quod reuelatio facta per vaſallum ceſſit in detrimentum ipſius domini, vaſallus autem hoc negat, cui incumbit onus probandi, an domino, vt probet affirmatiuam: an vero vaſallo, vt probet negatiuam? Concludite, quod onus probandi incumbit vaſallo, quia præſumptio eſt contra vaſallum, quia reuelando ſecretum domini, facit contra ſacramentum fidelitatis, c. primo, in verbo, ſecreto. in ti. de for. fide. & c. j. §. & ſi quid. in tit. quid ſit inueſtit. Addite, quod ipſi vaſallo dicenti, quod non manifeſtauit credentiam animo damnificandi dominum, incumbit onus probandi, quia præſumptio eſt contra eum, & facit contra iuramentum fidelitatis, d. c. primo, in verbo, ſecreto. in ti. de for. fid. Et ſi probationes hīc inde factę eſſent dubiæ, ſtaremus iuramento vaſalli, per ea, quæ vult glo. in §. aliæ. Inſti. de actio. & gl. in l. ſi cui. §. iiſdem. ff. de accuſa. habetur per gl. in c. ſignificaſti. extra de homi. Sed operæ pretium eſt videre, qualiter probabit vaſallus iſtam negatiuam, quod non animo damnificandi dominum, reuelauit ſecretum? And. de Iſer. cum quo cæteri tranſeunt in præalleg. ti. hic poteſt eſſe titulus, quibus modis feu. amitti. Dat exemplum probandi iſtam negatiuam, ſcilicet, quia vaſallus cauſa laudandi dominum in ſuis magnificis geſtis reuelauit ſecretum, & ſic de ſimili. Addite, q̄ vaſallus non debet reuelare munitiones domini ſui: alioquin venit contra ſacramentum fidelitatis. ita dicit Ia. Alu. in c. j. in ii. colu. in tit. de for. fide. dat ſimile de his, qui dant inimicis hoſtibus, vel mittunt nuntior, vel literas ad hoſtes, nam committunt crimen læſæ maieſtatis, l. j. ii. & iii. ff. ad l. Iul. maie. facit l. omne delictum. §. exploratores.

res.ff.de re mili.Item addite,q̃ Bal.in commento pacis Conſtan.in vlti.char.in verbo, credẽtia,dicit,q̃ ſi Antiani ſeu Decuriones ciuitatis iurauerunt tenere aliquam credẽtiam,ſeu ſecretum,& aliquis eorum illud reuelauit in detrimentum communitatis,ille debet ab officio remoueri,ſubiicit,quod vbicunque imponitur pœna remotionis ab officio,tunc de cauſa poteſt cognoſci etiam durante illo officio :alioquin ſi expectaremus finem officij,fruſtratoria eſſet illa remotio.allegat l.iubemus.C.ad leg.Iul.repetun.ibidem dicit, quod abſcondere ſecreta Regis,bonum eſt,vt in Lombar. de his qui ſecreta Regis fraudulenter inquirunt.dicit etiam , q̃ ſecreta dominorum meritò ſubditis communicantur.allegat l.proximos.C.de prox.ſacro.ſcrin. lib.12. † Nona cauſa, propter quam vaſallus meretur perdere feudum eſt,quando concubuit cum vxore domini ſui,vel concubere ſe exercuerit,vel poſuit illi manus ad mamillas, vel ad barbam inferiorem, vel ſi iacuerit cum filia domini,vel cum ſorore domini, dũ ſunt in domo ipſius domini , vel cum nepte ipſius domini , vel cum nuru.Hæc omnia probantur in tex.& gloſ. in cap.j. §.item ſi fidelis.in ti.quib.mod.feu.amit.& in c.j.§.rurſus , in tit.quæ ſit prima cau.benefi.amit.in vſib.feud. Quod dixi de vxore domini,intelligatis procedere , quando ſcienter hoc fecit,non autem ſi ignoranter:puta,quia vaſallus vxore ſua abſente reperit dominam in lecto ſuo iacentem , & putans eam vxorem propriam,carnaliter eam cognouit:nam tunc non deberet priuari feudo.ita dicit pulchra gloſ. in d.paruo tit.hic poteſt eſſe titulus,qui.mo.feu.amit.Sed quid dicemus quando domina eſt vidua.And.de Iſer.& Iaco.Alua. in c.ij. in ti.de feu.ſine cul.non amit.determinat, q̃ vaſallus priuabitur feudo,quia dum ſtat vidua , cenſetur eſſe in matrimonio.bonus eſt tex.in l.fi. C.de bo.mater.Item quia ipſe vaſallus debet ſeruare honorem ipſi domino,tã viuo,quam mortuo.l.apud Celſum.§.aduerſus.ff.de excep.doli. optime facit glo.ordi.in l.fideicommiſſum.C.de fideicom. & in l.ſororẽ, C.de his,quib.vt indi. Quid in ſponſa domini nondum traducta ad domum? Iac.de Ardizo.& Iac.Alua.in d.c.j.in titu. quib.mo.feu.amit.determinãt, q̃ vaſallus priuabitur feudo: allegant §.ſi vxor.Inſtit.de nup.& l.qui in prouincia.§.i.ff.de rit.nupt.& l.in legibus.ff.de teſt.Idem dicunt ibi in matre domini,ſi adhuc non tranſiuit ad ſecunda vota.§.ſi autem . in Auth.de Conſulib.dicunt ibidem præfati Docto. ſi vaſallus ſe immiſceat carnaliter cum concubina domini, quia parũ differt ab vxore.l.item legato.§.parui.ff.de leg.3.Et hoc intelligunt procedere,quando concubinatus de iure ciuili ſit permiſſus:puta,quia ambo ſunt ſoluti.l.vnica.C.de concubi.& l.in concubinatu.in fi.illo eo.titu-Et hanc ſententiam tenet etiam Io.Rey.in commento c.imperialem.§.fin.in pe. char. in titu.de prohib.alien.feu.per Feder. Quid autem erit,ſi vaſallus ſe immiſceat pediſequæ domini? Videtur prima facie dicendum,q̃ debeat priuari feudo, quia in iuramento fidelitatis continetur honeſtas.c.j.in verbo, honeſtum , in tit. de for.fide.Itẽ vaſallus nihil inhoneſti debet agere in domo domini,vt dicit glo.in c.de forma.22.q.6.Sed And.de Iſer.& Iaco.Alua.in d.c.j.§.j.quib.mod.feu.amit.determinant cõtrarium,quia hoc non reperitur iure cautum.Item iſta non eſſet ſufficiens cauſa ad exhęredandum filium. §. cauſas.in Authen.vt cùm de appel.cog.nec etiam eſſet iuſta cauſa reuocandi donationem.l. fina. C. de reuo.dona. Et iſtud argumentum procedit in iure feudorum:† quia quibus de cauſis pater poteſt exhęredare filium , & donator reuocare donationem , ex eiſdem cauſis vaſallus meretur perdere feudum.iſte eſt tex.no.in c.1.§.prædictis autẽ modis.in titu.quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. † Item vaſallus committens inceſtum,ipſo iure perdit feudum.& quãquam Papa poſtea diſpenſet in matrimonio,tamen non pręiudicatur ei,cui eſt apertum feudum.Iſta ſunt elegantia verba Bal. in l.j. in j.q. ff.de re.diuiſi.& hoc dictum ſequitur Iac.Alua.in d.§.item ſi fidelis.†Sed adhuc dubitatur,vaſallus per ſuum lenocinium conatus fuit uxorem domini tradere alteri adulterandam , an propter hoc debeat perdere feudum , Glo.no.magna ad ſui fi.in d.c.j. § ſed & qui delator,in ti.quę ſit prima cau.&c. determinat quod ſic,& appellat iſtam eſſe egregiam ingratitudinem uaſalli . Sed Andr. de Iſer. & cæteri Do. ibi intelligunt illam glo. procedere, quando ultra colloquium ille, pro quo laborabat vaſallus leno , iam deuenerat ad aliquẽ actum,puta, quia oſculatus fuerat dominã , vel amplexus, vel poſuerit illi manus ad locum pudibundum, alioquin ex ſolo colloquio habito cum ea , non deberet vaſallus perdere feudum.ad hoc faciunt no. per Bal.in l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis & clericis , vbi dicitur, quod quando lex punit affectum , licet non fuerit ſequutus effectus , talis lex debet limitari , niſi ille effectus ſteterit in meris finibus colloquij . Et hæc ſententia corroboratur , quia ſi ipſemet vaſallus habuiſſet ſolummodo colloquium cum vxore domiui ſui de materia fornicationis,ex hoc ſolo non priuaretur feudo, vt volunt Docto. in dicto §. item ſi fidelis.in d.c.j.quibus modis feu.amit.ita idem dicendum in propoſito noſtro.Sed cõtra iſtam determinationem aliquis arguet,nõne vaſallus tractando ſimilia venit contra iuramentum fidelitatis,in quo continetur honeſtum?d.c.j.in ti.de for. fide.ergo debet perdere feudum . Sed huic motiuo reſpondebitis, quod non omnis occaſio eſt ſufficiens ad priuationem feudi,ſed debet eſſe ingratitudo magna & egregia.ita dicit tex. formaliter.in c.Obertus.in titu.quibus modis feu. amit. In q̃ poſito colloquium non tantum operatur , quantum actus ſubſequutus,vt no.in l.quod ait. ff. de adulter. Item pœnæ ſunt molliendæ,non autem aſperandæ,l.interpretatione. ff. de pœ.Aduerte tamen,quia licet vaſallus ex ſolo colloquio turpi habito cum domina non debeat perdere feudum , tamen alia pœna deberet puniri,l.j.& ibi Bar.ff.de extraor. criminib.†Decima cauſa priuationis eſt,quando vaſallus aſſaliuit dominum,vel caſtrum ipſius domini, nã meretur perdere feudum,c.j.§.ſimiliter.in ti.qui.mo.feu.ami.& c.primo, §.porro.in ti.quæ ſit prima cauſa benefi.amit.Et dicitur aſſalire,quaſi in alium ſaltum facere,ſiue pedes,ſiue eques, ſiue in terra,ſiue in aqua,l.j.§.ſi cum arietes,ſi quadru.pau.feciſ. dica.& l.quædam.§.ſi nam.ff.ad l. Aquil. Et dicitur proprie aſſaltus , quando perſonæ poſſunt ſe contingere. ſi autem vnus eſſet in vna terra , & alter in alia, non dicitur proprie aſſaltus. Ita dicit Bald.quem ceteri ſequuntur in dicto §.ſimiliter.Et dicitur vaſallus aſſalire caſtrum domini, quando eſt ita prope,quod poteſt iacere iaculum , & expugnare caſtrũ, ſecundum Bal.quem cæteri loquuntur , in dicto §.ſimiliter. Aduerte , quia licet text.ibi vtatur iſto verbo, ſciens, tamen glo.ibi ſubaudit,maxime,quaſi dicat,quod etiam ſi vaſallus ignoret illum dominum eſſe in illo caſtro, contra quod facit aſſaltum,tamen ſi caſtrum ſit ipſius domini,vaſallus debet perdere feudum , quia iſte aſſaliendo caſtrum ipſius domini dicitur facere contra ſacramentum fidelitatis, quia hoc tendit in damnum domini,c.primo,in ti.de forma fide. Non obſtat ſi arguatur de c.primo,§.illud.in titu.quæ ſit prima cauſa benefi.amit.vbi tex.dicit, quod ex quolibet periurio vaſallus non debet priuari feudo, quia ille tex. intelligitur de periurio commiſſo circa alienationem, nam in parte non alienata non ſuccedit priuato,c.primo,in titu. de vaſallo,qui contra conſti.Lotha.Nos vero in propoſito loquimur de periurio commiſſo circa offenſam domini,quæ quidam offenſa eſt grauior. Sufficit ergo,quod vaſallus ſciat caſtrum eſſe domini, quando fecit aſſaltum , licet ignoret dominum ibi eſſe. Non obſtat etiam huic concluſioni tex.in c.primo,in paruo titu.hic poteſt eſſe titulus , quibus modis feud.amit.vbi tex.dicit,ſcientem aſſalierit. quia reſpondebitis,quod ille tex.ponderat ſcientiam ex eo , quod ſi vaſallus ignoret illum eſſe dominum , contra quem facit aſſaltum, non debet perdere feudum,ar.l.ſi ignorans.ff.loca niſi ignorantia eſſet craſſa & ſupina;l.nec ſupina,ff.de iuris & fac.ign.

† Vndecima cauſa eſt, ſi vaſallus conuentus ſuper feudo neget ſcienter illam rem eſſe feudalem,nam tali negatione dignus eſt priuari feudo,c.vaſallus.j.& c.vaſallus.ii.in titu.ſi de feu.defun.fuerit contro.Et intelligetis hoc procedere in vaſallo , qui negat per dolum, vel latam culpam,alioquin ex negatione non priuaretur,ſecundum Bal.eleganter in d. ca. uaſallus,j.Ita dicit debere intelligi iura imponentia pœnam propter negationem,vt eſt dare exemplum in eo,qui negat relicta facta piis locis,§.item mixta.Inſti.de act.& in eo , qui negat ſe poſſidere,l.fi.ff.de rei vendi.& in authen.item ſi poſſeſſor.C.qui potio.in pig.hab.& in eo,qui negat res remanſiſſe in hæreditate.l.Paulus.& l.hæreditatum.§.fi.ff.ad legem Falcidiam. & in eo qui negat feudum , nam omnia talia iura debent gloſſari,ſi negatio fiat per dolum , vel latam culpam.quod perpetuo tenemenți. † Quod dixi de vaſallo negante rem eſſe feudalem,idem intelligetis in emphyteuta negante rem eſſe emphyteuticam,quia ſi conuincatur de mẽdacio,debet perdere ipſam rem emphyteuticam.Ita dicit notabiliter Ange.in l.fina.ff.de rei vendicatione.Addite , quod idem eſt in eo, qui poſſidet nomine proprio , & conuentus in iudicio nominat aliam , dicens contra veritatem ſe nomine illius poſſidere,nam ſi conuincatur de mendacio , debet perdere poſſeſſionem illius rei.Ita dicit Specu. in titulo, de locato.§.nunc aliqua.verſicu.68.& Bal.no.in l. prima.C. de his,quæ pœnę nomine. & Ange. in dicta l. fina. ff. de rei vendicatio.quod notetis perpetuo.Addite,quod quibus caſibus dixi ſupra vaſallum , emphyteutam , & alios priuari propter negationem , hoc debet intelligi quando negatio fit in ſpecie . Secus ſi reſpondendo libello vaſallus vel emphyteuta vtatur verbis iſtis generalibus,Nego narrata, prout narrantur fore vera , & petita,prout petuntur fieri debere.Nam per talem negationem vaſallus,vel emphyteuta nõ

priuaretur

priuaretur iure ſuo.ita dicit eleganter Barto.in l.ſi dubitetur §.ita demum.ff. de fideiuſſo. & fuit originale dictum Iacob. de Butr.in authen.offeratur.ſequitur ibi Bal.C.de lit.conteſt. Et ideo in quæſtione facti,quod quidam emphyteuta negaret rem eſſe emphyteuticam, cum conuictus de mendacio vellet ſe iuuare beneficio decreti ducalis, diſponẽtis emphyteutas propter non ſolutionem canonis non debere perdere res,quantumcunque tempore ceſſauerint,niſi fuerint interpellati,conſului, quod qui negauerat primo in ſpecie rẽ eſſe emphyteuticam, quod non poterat amplius ſe iuuare beneficio decreti. Adducebam ſimile de fideiuſſore, quia ſi neget ſe eſſe fideiuſſorem, & conuincatur de mendacio,nõ poterit poſtea ſe iuuare beneficio diuiſionis, de quo beneficio habetis in §.ſi plures.Inſtitu.de fideiuſſoribus. Adducebam etiam ſimile de ſocio,qui ſi neget ſe eſſe ſocium,& cõuincatur de mendacio, non poterit poſtea ſe iuuare beneficio,vt non excutiatur,niſi inquantum facere poteſt. Et ad
36 hæc omnia allegabam,Barto.in dicto §.ita demum. † Duodecima cauſa priuationis eſt, ſi vaſallus deteriorauit feudũ deterioratione notabili. Nam iſta eſt iuſta cã priuandi eum feudo,ita no.dicit Bal.in c.primo §.publici latrones.in tit.de pace tenend.& eius viola.idem expreſſe voluit Pau.de Caſt. in authen.qui rem.C.de ſacroſan.eccle.Et ad idem bene facit,quod vult Bald.in l.ſecunda,ff.qui ſunt ſui, vel alien.iur. vbi dicit,quod ille,qui abutitur dominio,facit ſe indignum dominari.Et ideo Bal.in dicto § publici latrones.dicit,quod quando dominus caſtri male tractat Burgenſes illius loci ſiue caſtri,ſuperior poteſt eum monere, vt eos tractet modo debito & conſueto, & facere illi comminationem, quod alias eum priuabit feudo. Et cum iſta quæſtio mihi occurriſſet in practica, ita conſului. Pro ſententia prædicta facit, quia vaſallus æquiparatur vſufructuario, capitulo primo, in fine,in titu.quibus cauſis feudum amit. Et nos habemus quod ſi vſufructuarius male vtatur vſufructu,deteriorando rem deterioratione notabili,debet priuari vſufructu. Ita tenet Guli. de Cun. & ſequitur Pau. de Caſtr.in dicta authen. qui rem.& allegant l.cognouimus,de mancip.& colo.libro vndecimo.& l.eos.C.de aquæ ductu, eodem lib.& l.hoc amplius. in princip. ff. de damno infecto.licet Bald.in l.prima, §.habet autem.ff.quemadmodum cau.vſufru. dicat eum ſolum teneri ad intereſſe.vnde committitur ſtipulatio ad intereſſe,quia promiſit vti frui arbitrio boni viri.Sed adhoc poteſtis reſpondere, quod iſtæ pœnæ ſunt diuerſæ:nam fateor quod committitur ſtipulatio ad intereſſe contra vſufructuarium male vtentem, dicto §. habet autem & nihilominus imponitur illi pœna priuationis.Et de iſto annihilante feudum habetis pulchre tex.in cap.apoſtolicæ.in verbo, exami
37 nauit.extra de re iudic.libro 6. †Decimatertia eſt,ſi vaſallus ſciat dominum ſuum eſſe incluſum vel detentum, & nõ curauit eum liberare cum poſſet. Nam iſta eſt iuſta cauſa priuandi eum feudo.cap.primo,§.ſed & qui delator. in tit.quæ ſit prima cauſa benefi.amit.Sed Andr. de Iſern.quem cæteri ſequuntur ibi, limitat illum text.procedere, quando dominus eſſet iniuſte detentus,ſecus ſi iuſte, puta præcedente ſui culpa,vel delicto, nam tunc vaſallus nõ tenetur eum liberare,quod notetis.Aduertite etiam,quia tex.in dicto §.ſed & qui delator.non dicit, quod hoc caſu vaſallus priuetur feudo,ſed bene dicit, quod indignationem domini non euitabit.ſed glo.ibi dicit,quod iſta verba important pœnam priuationis feudi.Bart. tamen in extrauagan. qui ſint rebelles, quæ ſequitur extrauagantem, ad reprimendum, in verbo, indignationem,dicit,ſe non videre quid importent iſta verba,indignationẽ noſtram ſe nouerit incurſurum,niſi ſecundum eum,quod imperator de cætero non exhibebit gratioſum ſe ei,qui incidit in ſuam indignationem. Vos autem ſe quimini gloſſ. in dicto §.ſed & qui delator. & dicatis,quod iſta verba, indignationem domini non vitabit, important priuationem feudi.& ita volunt ibi Doctor. maxime Bald.
38 & Iaco.Alua.†Addit ipſe Bald.in dicto cap.primo,§. porro. in eodem tit.quæ ſit prima cauſa benefi.amitten. quod quãdo in literis Apoſtolicis apponuntur iſta verba, indignationem Apoſtolorum Petri,& Pauli nouerit ſe incurſurum,talia verba important, quod contrauenientes mandato Apoſtolico, merentur priuari beneficiis eccleſiaſticis.quod notetis.Ego addo vobis pulchrum tex. de iſtis verbis in clemẽ. exiui de paradiſo.in fi.extra de verborum ſign.Addo etiam, quod de iſtis verbis,ĩdignationem noſtram,&c.habetis pulchrum tex.in l.ſecunda, ibi, indignationem noſtri nominis ſuſtinebit.C.de peti.bon.ſubla.libro x. habetur in §. primo, in Authen.de quæſtore.& in §.primo,in Authen.vt nullii iudicum.Et de iſtis verbis etiam ponit Bald.in repe.l. cunctos populos.C.de ſumma tri.& fide catho.bene faciunt no. per Bald.poſt Per. de Bellaperti.in authen.ſtatuimus. C. de epi-
39 ſcopis & clericis.† Quid autem ſi lex dicat,grauiſſimam pœnam pro delicto infligendam, & non declaret,quæ ſit illa pœna? Concludite,quod illa verba,grauiſſimam pœnam, important pœnam mortis.Iſta eſt glo.ſingu.in l.ſecunda.C. de eunuch.tamen tex.cum gloſſ.videtur velle idem in l.pri-
40 ma.C.de fideicom.†Decimaquarta cauſa eſt,ſi vaſallus efficiatur clericus, vel ingrediatur religionem. c.qui clericus.in titu.ſi de feu.defun.fuerit contro.& c.primo. in titu.de vaſallo qui arma bel.depo.Intelligatis tamen hoc ſane, quando eſt clericus in ſacris, alias autem ſi eſt ſub ſimplici tonſura, & ſuſceptione minorum ordinum,non priuatur feudo.Iſta
41 voluit Iacob.de Belui. & Bald.in dicto c.qui clericus.†Quid autem in militibus Hieroſolymitanis, an ſint ſucceſſuri in feudum,vide per Iaco. Alua.in c.primo,in ti.de uaſal.qui arbel.depo.Decima quinta cauſa eſt,quando uaſallus dimittit dominum in prælio campeſtri non mortuum, neq; mortifere vulneratum: nam iſta eſt iuſta cauſa priuationis feud. c.j.in prin.in ti.quibus mod.feu.amit. quod plene ſupra examinaui,in uerbis illis,& promiſerunt ipſi uaſalli præſtare fidelitatem,& debita ſeruitia. Decima ſexta cauſa eſt,ſi uaſallus fuerit in conſilio, quod dominus amittat uitam,uel recipiat aliquam læſionem in perſona,uel iniuriam,uel contumeliam:nam iſta eſt iuſta cauſa cum priuandi feudo,c.j.ibi, ego iuro,quod nunquam,&c.in ti.de no.for.fide.nam faciẽdo iſta uenit contra ſacramentum fidelitatis,iurat enim vaſallus ad ſancta Dei Euangelia, quod non erit in conſilio, uel auxilio uel facto,quod dominus amittat membrum,uitam,uel recipiat aliquam læſionem in perſona,uel iniuriã, uel contumeliam,ut probat tex.in d.ca.j.plus probat tex.in d.c.j.in fine.quod uaſallus tenetur iurare, quod nihil intentabit in contumeliam domini uel ſuorum. Ita probat iſte tex.in uerbo tuorum quem tex.perpetuo notetis. Qui autem comprehendantur appellatione ſuorum, declarat glo. in l.ſi fœmina.C.ad ſenatuſcon.Turp. Decimaſeptima cauſa eſt,quia ſi uaſallus ſciat aliquod magnum periculum imminere domino,& ultro ſe non offerat ad occurrendum illi periculo,cum poſſit, ex iuſta cauſa priuabitur feudo. Ita probat tex.in c.licet uaſallus.in ti.de feudo defun.&c.in cap. primo.ad hoc in titu.hic finitur lex.& incip.conſue.regu.Et notetis bene iſtos tex.quia realiter uaſallus non tenetur præſtare ſeruitium domino, niſi requiſitus ab ipſo domino.c.j. uer.& ſi ſciuero. in titu.de noua forma fide. Et tamen hoc limitatur, niſi uaſallus ſciat aliquod magnum periculũ imimminere domino: nam hoc caſu etiam irrequiſitus debet ſe offerre, quod notetis perpetuò.Decima octaua cauſa eſt, ſi vaſal. ipſas manus immiſerit in perſonam domini,vel in honeſtam iniuriam illi intulerit, nam meretur perdere feudum. tex.habetis in c. 1.§. porro. in ti.quæ ſit prima cau. be-
42 nefic.amit. † Sed circa hoc dubitatur, quid ſi vaſallus iurauerit occidere dominum, non tamen occidit eum, an priuabitur feudo? And.de Iſer.in d.§. porro. & Iaco.Alu.determinat quod non,quia non omnis occaſio eſt ſufficiens ad priuationem feudi,ſed eſt neceſſe,quod ſit grauis. ca.i.in verbo,Egregiæ ingratitudinis.in titu.in qui.cau.feu.amit. Secus ſecundum præfatos Doct. ſi cũ aliquibus aliis iuraſſet ſe occiſurum dominum,nam tunc meretur priuari feudo.allegaui ad cap.i.§.conuenticula.in ti.de pace iur.fir.in li. feudorũ
43 †Item dubitatur,quid ſi vaſallus manus imponat in perſonam domini ad bonum finem,puta cauſa corrigendi eum, quia iuuenis eſt,vel qa eſt furioſus dominus, & vaſallus dubitat ne ipſe dominus offendat aliquem, in his caſib. an priuabitur feudo? Concludite quod non.l.i.C.de emen.propin
44 quo.& per ea,quæ habentur in l.Diuus.ff.de offi.prę.† Decimanona cauſa eſt,ſi vaſallus villæ domini inſidiatus fuerit veneno,gladio,vel aliter. Nam iſta eſt cauſa eum priuandi feudo,tex.eſt in cap.j.§.porro,in fin.in ti. præalle. quæ ſit prima cauſa benefi.amit.quod intelligatis procedere,ſi ipſe vaſallus ad hoc faciendum laborauerit,per tex.in d.c. ſi volue
45 rit.in ti.de capi.qui.cur.vendi.†Vigeſima cauſa eſt, quando, vaſallus alienat feudem irrequiſito domino,c. imperialem in princi.in ti.de prohi.alie.feu.per Fede. Et hoc caſu priuãt ipſo iure.Iſte eſt tex.no.cum glo.in d.ca.imperialem.in §.callidis. Sed hoc intelligatis eſſe verum, quando ipſe vaſallus proceſſit ad traditionem rei feudalis, puta inducendo emptorem in poſſeſſionem,vel conſtituendo ſe tenere,& poſſidere nomine emptoris,quo caſu per tale conſtitutum trãsferrur vtile dominium,& poſſeſſio in emptorẽ. l.quod meo in princip.ff.de acq.poſ.no.per gl. in l. ab emptione. in gloſſ. magna.ff.de pac.Alioquin ſi vendidiſſet,vel donaſſet feudũ & non proceſſiſſet ad traditionem, non tamen priuaretur feudo ſecundum Bal.in c.i.in ti.qui.mo.feu. amit. Et de hac materia plene tractaui vobis ſupra in verbo, Et cum pacto
46 de non alien.†Vigeſima prima cauſa eſt,ſi vaſallus trina vice citatus pro cauſa feudali nunquam comparuerit, dominus poſt trinam citationem mittetur in poſſeſſionem

ipſius

ipſius feudi. Et ſi poſtea vaſallus per annum perſeuerauerit in contumacia, dominus poterit eum priuare feudo. tex. eſt in cap. j. in tit. de mili. vaſal. qui contum. eſt. in lib. feud. & intelligatis hoc, quãdo emanauerũt tres citationes per interualla, vt probat illa litera. Sed hic cadit pulchra dubitatio: ponamus, quòd vaſallus in prima citatione dixerit ſe nolle comparere, nec venire, an erit neceſſe amplius eum citare? glo. in capitu. venerabilib. ext. de ſen. excom. li. 6. videtur velle quòd ſic: quia ex. potuit hoc dicere. Item quia fortè ſe emendabit. Et iſtam opin. tenuit Pet. de Bellapert. vt refert Cyn. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quãdo iud. & Bal. in l. tres denunciationes. C. cod. titu. refert, quod iſtam opin. tenuit diſputando Do. Barth. de Pratis. pro iſta ſentẽtia facit, quia debemus interpretari in partem benigniorem. Cõtrariam opin. tenuit glo. in c. de illicita. 24. q. 3. & hanc opin. tenuit Imo. in c. ad petitionem. ext. de accu. eandem tenuerunt Bart. & Bal. in d. l. tres denunciationes. & idem tenet And. de Iſer. & ſequitur Iac. Alua. in præalle. cap. j. in tit. de mili. vaſal. &c. Mouetur primo per c. j. ext. de dolo & contum. lib. 6. Secundo, quia ex quo ſumus certi quod ipſe vaſal. in prima citatione dixit ſe nolle venire, non eſt amplius expectandus ar. l. continuus. §. cum ita, ff. de verb. oblig. & præſumitur animi perſeuerantia, non autem mutatio. l. cum tacitum. ff. de probat. Item debet eſſe differentia inter veram contumaciã, & fictam. l. Fulcinius. §. fi. ff. qui. ex cau. in poſ. eq. Præterea ex quo ita pertinaciter, & ſuperbe reſpondit, dicẽdo ſe nolle venire, & ſic non vult facere iuſtitiam domino de feudo, certe meretur priuari. c. j. §. item qui domino, in titu. quæ ſit prima cauſa benefic. amit. Item ex quo ſumus certi de ſua volũtate, quod nou vult venire, quia loquela ſua eum manifeſtũ facit, non debemus amplius eum citare ad præſumẽdam cõtumaciam, ſeu cõuincendam eius malitiam, per no. per Io. And. in c. irrefragibili, ext. de offic. ord. bene faciunt no. per Specu. in titu. de primo decre. §. reſtat. ver. hoc autem notandum. Item pro iſta opin. facit, quia numerus citationum eſt inductus de benignitate. l. nonnunquam. & l. poſt edictum, ff. de iudi. Sed iſte vaſallus, qui dixit ſe nolle venire, fecit ſe alienum ab iſta benignitate. l. non poteſt videri. ff. de iudi. Reſtat reſpondere ad dictũ cap. i. in titu. de milit. vaſal. vbi vidẽtur requiri tres citationes, & reſpondebitis ad illum text. quod in ficto contumace, non autem in vero, quod probo per illum tex. dum dicit, hic non reſpondet. Nos autem loquimur in vero contumace. ſimiliter in eo, qui dixit ſe nolle venire. dom. Panor. in capi. cum parati eſſemus, ext. de appel. in iſto puncto ita diſtinguit, aut quærimus, nunquid ex ſola relatione nuncij referentis, quod citatus dixit ſe nolle venire, poſſit ipſe citatus ſtatim puniri de contumacia? Et hoc caſu dicendum eſt, quod non, quia potuit ipſe citatus ita dicere calore iracundiæ, & potuit eum pœnitere, per no. per glo. in cap. ex literis. ext. de diuor. Aut quærimus, nũquid ipſo citato non veniente, qui protulerat illa verba poſsit vt manifeſtus contumax reputari, ita quod excludatur ab appellando, & patiatur alias pœnas, quas conſueuerunt pati manifeſti contumaces? Et hic dicendum eſt quod ſic, quia facto comprobauit id, quod verbo prædixerat. Et notetis bene iſtam diſtinctionem. De iſta materia habetur per Bart.

46 Angel & Imo. in l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appel. † Vigeſima ſecunda cauſa eſt, ſi vaſallus commiſerit contra dominum aliquam ex illis cauſis, ex quibus donator poteſt reuocare donationem, nam erit iuſta cauſa eum priuandi feudo, vt habetur in cap. j. §. prædictis autem modis. in titu. quæ ſit pri-

47 ma cau. benefic. amitt. habetur in c. fi. ext. de donat. † Vigeſimatertia cauſa eſt, ſi vaſallus contra dominum ſuum commiſerit aliquam ex illis, ex quibus pater poteſt exhæredare filium iuxta §. cauſas. in Authen. vt cum de appel. cog. tex. eſt in d. §. prædictis autem modis. & notetis bene illum §. quia

48 eſt ualde terribilis. † Vigeſimaquarta cauſa, ſecundum quoſdam eſt, ſi vaſallus vocauerit dominum ſuum in ius non petita venia: ſed hoc mihi non placet quouis modo, quia dominus non eſt de perſonis, quæ comprænduntur in edicto prætoris de in ius vocando. & iſtæ pœnales prohibitiones imò verius ambages, non habent locum, niſi in caſibus à iure expreſsis; ita formaliter dicit Bald. & cæteri ſequuntur in præalleg. c. j. ad fi. col. in titu. de mili. vaſ. qui contum. eſt, & ibi concludit poſt glo. quòd vaſallus poteſt vocare dominum ſuum in ius, etiam venia non petita. allegat no. in l. quæſitũ & in l. generaliter. ff. de in ius vo. Subiungit ibidem, quòd quis poteſt agere contra ſuam propriam patriam, vel fiſcum venia non petita. De materia iſta tangitur in §. pœnales. Inſti. de actio. Vigeſima quinta cauſa ſecundum quoſdam eſt, ſi vaſallus eleuauerit manum pro percutiendo dominum, licèt eum non percuſſerit: ſed certe iſta non eſt iuſta cauſa priuandi vaſallum feudo, ex quo vaſallus nõ peruenit ad actũ, c. ſi voluerit. in tit. de capi. qui curi. vendi. facit l. ſi quis vxori. §. nec verbo. ff. de fur. Nam ad hoc vt vaſallus priuetur feudo, neceſſe eſt, quòd ſit magna cauſa. ca. j. §. illud, in titu. quæ ſit prima cauſa benefi. amit. non enim quælibet leuis occaſio eſt ſufficiens ad priuationem feudi. ita dicit tex. in titu. in

49 quibus cau. feu. amit. † Eſt bene verum, q̃ vaſallus ex illa ſola eleuatione manus tenetur actione iniuriarũ. text. eſt not. in l. item apud Labeonem. §. j. ff. de iniur. ſed tamen ex hoc non priuabitur feudo, vt dixi. Et ita expreſſe tenet Ia. Alua.

50 in §. porrò. in titu. ſæpe alleg. quæ ſit prima cauſa. † Vigeſimaſexta cauſa eſt, ſi vaſallus efficiatur mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus. c. j. §. fin. in tit. Epiſco. vel Abb. & c. vnico. in titu. an mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus. Sed Domini, iſta non eſt proprie felonia, vel culpa vaſalli. Præterea, an talis debeat priuari feudo, non eſt vſquequaque expeditum, ſed eſt diſtinguẽdum, vt diſtinguunt Doc. in iuribus proxime

51 allegatis. † Nunc quæro de pulchra queſtione, vaſallus commiſit aliquam feloniam ſeu culpam, per quam meretur p. dere feudum, ſed dominus nunquam fuit conqueſtus de ipſo vaſallo, imò tacuit vſque ad mortem, an hæres ipſius domini poſſit mouere quæſtionem contra vaſallum propter illam feloniam? glo. in c. j. §. i. in tit. quib. mo. feu. amitt. determinat q̃ non, quia dominus ita tacendo vſque ad mortem intelligitur remiſiſſe vaſallo illam feloniam, per l. fina. in fi. C. de reuo. dona. Idem tenuit glo. in c. i. §. porro. in tit. quæ ſit prima cau. benefi. amit. & glo. in c. imperialem. §. inſuper. in titu. de prohi. alie. feu. per Fede. no. in l. omnimodo. C. de inof fic. teſtamen. & in c. fi. ext. de dona. ſed Iacob. de Belui. in præalleg. c. i. §. i. in titu. qui. mo. feu. amit. ita diſtinguit, aut dominus ignorauit illam feloniam commiſſam per vaſallum, vl̃ ſi ſciuit celeritate mortis præuentus, non potuit querelam proponere contra vaſ. de illa felonia, vel alia iuſta de cauſa non potuit hoc facere, & tunc hæres domini admittetur ad faciendum querelam contra vaſallum, ar. l. mater decedẽs, ff. de inofficio. teſt. & l. excipiuntur. §. fi. ff. ad Sylla. Si vero dominus ſciuit feloniam commiſſam, per vaſallũ, & habuit ſpatium, & facultatem conquerendi de vaſallo, & tamen non fuit conqueſtus, hoc caſu hæres domini non poterit querelam facere contra vaſallum. & ita procedant glo. ſuperius allegatæ. Et hanc doctrinam Iaco. de Belui. omnes Docto. ſequuntur. placet etiam Iaco. Alua. in d. §. inſuper. in d. ti. quibus modis feudum amit. De hoc etiam habetur per Ioan. Blanchum de Marſilia, in ſumma ſua, in tit. quib. modis feudum amit. in ver. quid ſi potuit dominus. & in eo. tit. in §. cõ ſueuit quæri. De hac etiam quæſtione tractat Bald. in l. i in 39. q. ff. de re. diuiſi. & Iaco. de Ardizo. in ſumma ſua, in titu. quib. mod. feu. amit. ſub rubricella, ſi dominus conqueſtus in vita. Eandem ſentẽtiam amplexus fuit Ioa. Rey. in d. §. in-

52 ſuper. † Sed quid dicemus, econtra, vaſallus commiſit feloniam contra dominum, deinde vaſallus deceſſit nulla querela facta contra eum per dominum, modo dominus ex illa felonia vult agere contra filium vaſalli, an poſſit? Ioan. Blanchus in ſumma ſua feudorum, in titu. qui. mo. feu. amit. in verbo, ſed quid ſi potuit dominus, determinat q̃ dominꝰ non audietur, quia delictum patris in feudalibus non nocet filio. l. ii. §. nullum. ff. de Decurio. l. milites prohibentur. ff. de re mil. l. Emancipatum. §. 2 ff. de Sena. Item quia morte delinquentis extinguitur delictum, l. i. & ii. C. ſi reus vel accuſ. mor. fue. & l. rei iudicatæ. in §. hæredi. ff. ſolu. matri. Sed Ioan. Rey. in c. imperialem. §. inſuper. in ti. de proh. ali. feu. per Fed. refert Reuerendum Patrem dominum Pontium eius genitorem in quadam quæſt. facti conſuluiſſe contrarium, & bene ſecundum eum. mouentur, quia ad hoc vt intelligatur remiſſa felonia vaſ. eſt neceſſe q̃ dominus tacuerit vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, quia nunquam propoſuit querelã de illa felonia. l. fi. C. de reuo. don. & c. fin. ext. illo eo. tit. Cum ergo ponamus vaſallum prædeceſſiſſe, & dominum velle querelam facere contra filium vaſalli, apparet q̃ dominus non tacuit vſque ad mortem, ergo non intelligitur remiſiſſe feloniam. Secundò, quia iniuriam paſſi eſt remittere, non autem iniuriantis. l. athletæ. §. dat remiſſionem. ff. de ex

53 cu. tuto. † Tertio, nos habemus, q̃ licet donatio inter virum & vxorem nihil ualeat, ne mutuo amore ſe ſpolient. l. i. & 2. ff. de dona. inter vir. & vxo. tamen ſi incipiat a traditione, cõfirmatur morte mariti donantis, ſi in illa voluntate perſeuerauerit vſque ad mortem. l. Papinianus. ff. illo eo. titu. de dona. inter virum, & vxo. Et tamen ſi mulier donataria prædecedat viro, illa donatio non confirmabitur, imò annullabitur. l. à marito. C. de dona. inter virum & vxor. Ad motiua Ioan. Blanchi reſpondebat D. Pontius, & primo ad primũ, dum dicitur, q̃ in feudalibus delictum patris non nocet filio, ipſe reſpondebat hoc non eſſe uerum, vt apparet in c. ſi vaſallus culpã, in tit. ſi de feu. defun. fue. cõtrou. & in c. i. in ti. ſi vaſ. feu. priue. cui defer. debe. Eſt bñ verum, q̃ ſit diſtinctio inter feudum nouum & antiquum, vt dicam vobis infra.

Ad

Ad aliud dum dicebatur, ꝙ crimina morte extinguuntur, respondebat, ꝙ hoc est verum quantum ad pœnam criminalem, sed secus est quoad ciuilem applicandam parti, vt in proposito nostro. Vos tenebitis opi. Ioan. Blanchi per no. p glo. in d. §. insuper. Item quia hæc pœna venit ex delicto, vñ nō transit contra hæredem. l. eius qui delatorem. ff. de iure fisci. & d. l. rei iudicatæ. in §. hæredi. Item quia ista actio sapit quasi vindictam, vnde non datur hæredi, nec contra hæredem. text. est cum glo. no. in l. cum emancipati. §. emancipatus. ff. de colla. bo. Et istam opi. sequuti sunt And. de Iser. Bal. Iaco. Alu. & Marti. de Lau. in d. §. insuper. intelligunt tamen istam conclusionem procedere, quando dominus sciuit feloniam commissam per vasallum, & habuit congruum spatium ad proponendum querelam contra ipsum vasallum, & tamen nunquam proposuit in vita ipsius vasalli, vñ non debet admitti ad proponendum querelam contra filium ipsius vasalli. Si enim, secundum Bald. iudicium ingratitudinis non fuit motum contra offensorem, non debet posse moueri cōtra filium, per d. l. rei iudicatæ. in §. hæredi. & per alia iura superius allegata. Ista enim pœna, vt dixi, descendit ex delicto, & per hoc apparet non obstare d. l. a marito. secus esset, si dominus iurasset feloniam commissam per vasallū, quia hoc casu per mortem vasalli non intelligeretur dominus remisisse illam, quia nemo præsumitur remittere ius qđ ignorat. l. mater decedens. ff. de inoffi. test. Idem esset si dominus se præparasset ad mouēdum querelam erga vasallum, sed morte præuentus hoc facere non potuit. Nam hoc casu non intelligeretur voluisse dimittere feloniam, per not. per glo. in c. j. §. j. in titu. quibus modis feudum amit. Et opinionem prædictam contra dominum Pontium, & Ioann. Rey. potestis comprobare optimo fundamento. nam vasallus & dominus iudicantur ad paria. c. j. §. dominus quoq; in tit. de for. fideli. & c. de forma. xxij. q. v. Sed si dominus contra vasallum committat feloniam, per quam debeat priuari proprietate, & vasallus in vita domini nunquam fecerit querelam de illa felonia, intelligitur eam remisisse, adeo ꝙ contra hæredem domini non poterit eam mouere. Ita singulariter decidit Bal. in c. domino comittente. in titu. si de feu. defun. fue. contro. Ergo idem debemus dicere econtra. & dicit no. Iac. Alua. in d. c. domino comittente. ꝙ si dominus adulterauit filiam sui vasalli, vel acriter verberauit suum vasallum, dominus perdet proprietatem feudi, & illa proprietas applicabitur vasallo, quod est bene notandum. Quod dixi supra, pę nam delicti commissi per vasallum non transire contra hæredem vasalli, limitabitis procedere, nisi sit pœna, quæ ipso iure sit commissa, quia hoc casu traheret secum executionem, & ideo transiret in hæredem, per no. per gl. in l. iij. §. qđ autem. ff. quod quisq; iur. in alterum, &c. Et ideo si esset culpa commissa in alienando feudum, quo casu vasallus ipso iure priuatur feudo, vt vult gl. in c. imperialem. in §. callidis. in verbo, reuertatur. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. vel eēt talis felonia, in qua esset appositum pactum, ꝙ si vasallus committeret illam feloniam, voluit ipso iure esse priuatus feudo, hoc casu per mortem vasalli non extingueretur delictum, immo contra eius hæredem posset proponi querela per dominum, quantumcunque nunquam proposuisset erga vasallū dum viueret: ita dicit singulariter Bald. & omnes sequuntur in d. §. insuper. Addo vobis, ꝙ si vasallus committat feloniam dignam priuatione feudi, & condemnetur per sententiam ad priuationem feudi, tenetur restituere omnes fructus perceptos a die feloniæ commissæ, quia commissa felonia incœpit immediatè esse malæfidei possessor, & ideo tenetur omnes fructus restituere nedum quando ex ipsa felonia succederet causa priuationis, per not. per glo. singularem, in Auth. de incest. & nefa. nupt. in princi. & per Bald. in auth. incestas. C. de incest nupt. sed etiam quando requireretur sententia priuatiua, quia a die feloniæ tenebitur restituere fructus. Et est ratio, quia dominus petit restitutionem ei⁹, ꝙ alias fuit suum. facit l. videamus. post prin. in §. j. ff. de vsur. Istud est dictum singulare Guil. de Cu. & sequitur ibi Pau. de Cast. in l. j. C. de his, quibus vt indig. ꝙ nunquam exeat me-
54 moriam vestram. † Sed pone, quædam communitas tenet feudum a Principe, & vna pars ciuitatis commisit feloniam aduersus Principem, an ipsa communitas priuabitur feudo? Concludite ꝙ non: quia vna pars ciuitatis contra hendo vel delinquendo non potest præiudicare alteri, per ea, quæ no. in capi. in nostra. ext. de iniur. & damno dato. Ita formaliter determinat Bald. in c. j. in princi. in versi. pone, communitas Perusina. in titu. qui. mod. feud. amit. optime faciunt no. per Barto. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœ. vbi declarat quomodo dicatur ciuitas vel communitas delinquere: habetur etiam in l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. Ego habui consulere in alia quæstione in istis terminis. Quidam Episcopus habebat multos vasallos, vnus ex illis asaliuit castrum Ecclesię illius Episcopi, & sic commiserat feloniam, ego fui interrogatus, vtrum solus Episcopus posset remittere feloniam illi vasallo? Ego dixi ꝙ aut illa felonia seu iniuria respiciebat personam ipsius Prelati, & tunc ipse solus poterat remittere: si vero respiciebat nedum Prelatū, sed etiam totam Ecclesiam, dicebam, ꝙ solus prælatus non poterat remittere, quia prælatus non poterat renunciare iuribus quæsitis Ecclesiæ. capit. accedentibus. ext. de priuile. Itē quia prælatus non est dominus Ecclesiæ, sed procurator & administrator. c. ij. ext. de dona. Et nos habemus, ꝙ administrator non potest facere gratiam remissiuam, vt no. in l. Præses. C. de transact. Et ad prędmissa allegabam Bald. in terminis, in c. j. in iij. colum. in titu. qui feud. da. poss. Pro sententia prædicta optime facit, quia Prælatus solus non potest remittere iniuriam illatam Ecclesiæ, vt vult pulchra glo. in capit. cum desideres. & in capit. ex tenore. & in c. contingit. ext. de sentent. excommu. Limitabam tamen istā opinionem, nisi expediret Ecclesię habere pacem cum illo vasallo, puta, qa erat potens & terribilis, & nisi Prælatus remisisset ei illam felonią, probabiliter dubitabatur, ne destrueret omnia bona Ecclesiæ. Nam hoc casu dicebam solum Prelatum sine consensu capituli posse remittere feloniam. Ad hoc allegabam l. pactum curatoris. C. de pact. vbi dicit, ꝙ solus tutor potest facere pacem de morte patris pupilli, quando expediret ipsi pupillo. Et hæc notetis, quoniam quotidiana.
55 † Nunc quæro, quot testes requiruntur ad probandum ingratitudinem seu feloniam contra vasallum? Dic, ꝙ oportet, ꝙ sint quinque, & ꝙ illi quinque sint summæ, & integræ opinionis. Ita probat tex. in capit. j. in titu. quot testes sunt necess. ad proban. feu. ingrat. Et notanter dicit illa litera, ꝙ debent esse summæ, & integrę opinionis. Ex quo infert ibi eleganter Bald. ꝙ si essent testes infames infamia vel facti vł iuris, non essent idonei ad probandum ingratitudinem, seu feloniam contra vasallum. Et hoc optima ratione fuit statutum, ne domini faciliter inducantur ad priuandum vasallos feudis per testes viles, & deploratæ vitæ. Et licet aliqui dixerint, ꝙ ille tex. in d. cap. vnico, non est authenticus, tamen Nico. de Neap. Iacob. de Bel. & omnes Scribentes in c. si voluerit. in titu. de capi. qui curiam vend. tenet, ꝙ immo est authenticus, & est lex, & pro lege seruari debet. Et etiā tenet Iac. Alua. in d. capit. vnico. Et sic habetis vnum casum, in quo non sufficiunt duo testes, sed requiruntur quinque. Alium casum habetis, quando agitur de probando solutionem debiti ex contractu in scriptis celebrato. Nam tunc ad probandum ipsam solutionem requiruntur quinq; testes. l. testium. C. de testi. Idem est in confessione solutionis. authen. rogati. C. de testi. Item in donatione causa mortis etiam requiruntur quinque testes. l. fi. C. de donatio. cau. mortis. Item in codicillis etiam requiruntur quinque. l. fin. C. de codi. Addo vobis, quia quando lex vel statutum ad aliquid probandum requirit testes esse summę ac integrę opinionis, tunc aduocatus debet esse cautus in articulando, ꝙ tales testes, qui producti sunt contra talem vasallum ad probandum ingratitudinem, erant summę & integræ opinionis & famę, & ita probare. Ita determinat Ang. in l. cum ab initio. & in l. sed si quis ex signatoribus. & in l. tabularum. §. si quis non negans, ff. quemad. testa. aperi. & Ioan. de Imo. in d. §. si quis non negans. circa 9. colum. sub dubio tamen sequtur opin. Ange. Refert tamen ibi Dominum præceptorem suum, Do. Fran. de Ramponibus consuluisse contrarium cū Do. Ioan. Et mouentur præfati Doctores, quia quilibet præsumitur esse bonus, & integræ opinionis & famę, nisi probetur contrarium. l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. ii. & c. fi. ext. de pręsum. & c. vnico, ext. de scrutinio. habetur in capit. si forte. ext. de elect. lib. vi. Sed Ioan. de Imo. in d. §. si quis non negās. dicit sequendo opinionem Ang. vt supra, ꝙ licet quis pręsumatur esse bonę opinionis & famę, tamen non pręsumitur esse summę, & integrę opinionis in gradu superlatiuo. Et ideo articulandum est, ꝙ testes, qui producuntur contra vasallum, sint tales, & talis conditionis, ꝙ nunquam exeat memoriam vestram. Et ita dicebam in ardua quęstione facti, cum quidam Princeps contra quendam nobilem ex Marchionibus de Chareto allegaret ingratitudinem, & feloniā dignam priuatione feudi, & fuissent quinque testes examinati, dicebam, ꝙ in processu articulato, ꝙ illi testes tempore suarum depositionum essent summę, ac integræ opinionis, ideo processum esse absolutorium. & notetis bene.
56 †Dubitatur, nunquid, quando dominus agit contra vasallum ciuiliter ad priuationem feudi propter feloniam commissam per ipsum vasallum, teneatur ipse dominus in libello specificare locum & tempus commissæ felonię per vasallum? Bart. in l. item exigit. ff. de do. & idem Barto. in l. prętor edixit. in princi. ff. de iniu. videtur velle ꝙ sic, dum dicit, pro doctrina, ꝙ vbicunque actor in libello impingit dolum

contra

Source : BIU Cujas

contra aduerſarium, vel infamia eſt ſequutura ex illo delicto, de quo ciuiliter agitur, tunc deberet exprimi locus & tẽpus commiſſi delicti. Et ideo ſi quis agat actione iniuriarũ contra alium, quia talis actio infamat. l. j. ff. de his, qui not. infam. habet neceſſe in libello exprimere locum, & tempus iniuriæ illatæ. Et pro opi. Barto. eſt optimus tex. in cap. tuæ, ext. de procura. Sed Bal. in c. j. in princi. in v. colum. in verſi. quæro cum ciuiliter agatur. in titu. qui. mo. ſeu. amit. tenet totum contrarium, dicens, ꝙ iura allegata per Barto. non probant, quòd debeant exprimi locus & tempus commiſſi delicti, quando ciuiliter agitur, vt in propoſito noſtro: ſed illa iura bene dicunt, quòd certa ſubſtantia & qualitas eſt exprimenda in libello, & iſta eſt ſolennitas intrinſeca, immo ſubſtantia libelli. l. nec exemplum. C. ad l. Cor. de falſ. Sed ꝙ apponatur ſolẽnitas extrinſeca, ſeu locus & tempus commiſſi delicti, hoc non probant illa iura, ſecundum Bald. Et ideo Specu. in titu. de accuſa. ver. 2. dum format libellum, quando agitur de accuſatione ciuiliter, non tum ponitur locus, neque tempus commiſſi delicti. Fatetur tamen ipſe Bal. ꝙ opi. Barto. ſeruatur in pleriſque locis: vos tandem ſequimini opi. Barto. Et quando agitur de crimine ciuiliter, vel impingitur dolus, vel ſequitur infamia contra reum, non eſt vagãdum cum diſcrimine alterius æſtimationis. Iſtam rationem ponit tex. in d. l. prætor edixit, & ex iſtis verbis infertur, quod ſi vagari nõ debemus, quod habemus neceſſe exprimere locum & tempus commiſſi delicti. & ita conſului ī illa ardua
57 quæſtione. †Sed pone, dominus promiſit Titio certum feudum, deinde ipſe Titius petit ſe inueſtiri de dicto feudo, dominus excipit ſe non teneri propter feloniam, quæritur an ipſe dominus teneatur inueſtire Titium de dicto feudo promiſſo? Glo. in d. cap. imperialem. §. firmiter. & §. inſuper. determinat, quod dominus tenebitur eum inueſtire non obſtante exceptione dictæ feloniæ. Sed iſtud videtur ſatis durum, & iniuſtum, quod ille qui poteſt facere deſtrui ædificium, non poſſit reſiſtere vt ædificium nõ fiat ex eadem cauſa & culpa, ex qua ædificium, poſſet deſtrui. l. nec nõ. §. ex quibus cauſis maio. Idem videtur, quod dominus poſſit condicere obligationem ex promiſſione, quam fecit. Videtur enim promiſiſſe ad finem, quod ipſe Titius eſſet gratus, modo reperitur ingratus, & ſic cauſa reducta eſt ad nõ cauſam, imo cauſa non fuit ſequuta. ergo dominus poteſt concedere ſuam promiſſionem. l. i. ff. de condict. ſine cauſa. Si ergo dominus habet actionem, multo magis debet habere exceptionem. l. j. §. Is autem. ff. de ſuperficie. & reg. l. inuitus. §. cui damus. ff. de regu. iur. Item ſi ipſe vaſallus eſſet inueſtitus, poſſet priuari, ergo fruſtra petit, quod reſtituturus eſt. l. dolo facit. ff. de except. doli. Et fruſtra expectatur caſus, cuius euentus nihil habet operari. l. aliquando. §. fi. ff. ad Velleia. & capitu. cum contingat. ext. de offi. dele. Et hanc ſententiam ſequitur Andr. de Iſer. in d. §. inſuper. Intelligatis tamen hoc ꝙ cedere, qñ cõſtat de felonia, de qua excipit ipſe dñs, vel ſaltẽ ipſe dñs offert incontinenti ſe paratum probare de illa felonia. argumen. l. fin. C. de compen. & l. ſi is a quo. ff. vt in poſſ. leg. Alioquin ſi probatio dictæ feloniæ exigeret altiorem indaginem, cogeretur dominus inueſtire vaſallum reſeruata ſibi exceptione feloniæ. Et eſt ratio, ſecundum Bal. in d. §. inſuper. quia petitio, quam facit vaſallus in caſu præmiſſo, potius tendit ad adipiſcendum poſſeſſionem, quam concernat petitorium, & ideo nõ exigitur libellus, per no. in c. j. §. fi. in ti. ſi ꝙ quos fi. inue. Et ideo exceptiones requirẽtes exactiorẽ indaginem, ſunt reſeruandæ in alio iudicio, per ea, quæ habentur in l. fi. C. de edi. Diui Adr. tol. Et ſententiã prædictam ſequitur Iaco. Alua. in d. §. inſuper. dicens quod hoc caſu iudex ſtatuet ipſi domino certum terminum ad probandum feloniam commiſſam, argum. l. ſi quis libertatem. §. plene. ff.
58 de peti. hære. †Videamus nunc, ad quem vadit feudum, qd amittitur propter delictum vaſalli? Concludite, quod ſi eſt feudum nouum, & delictum ſit commiſſum in perſonam domini, tunc feudum reuertitur ad dominum excluſis omnibus deſcendentibus vaſalli, & etiam agnatis, vt dominus habeat ſuę iniurię vltionem, ita probat tex. in c. i. fi. in ti. quę ſit prima cauſa benefi. amit. & hanc cõcluſionem ſequũtur omnes Doctor. Si vero feudum ſit paternum & antiquum, & vaſallus commiſerit delictum in perſonam domini, tũc feudum etiam reuertitur ad dominum excluſis omnibus deſcendentibus, & agnatis ipſius vaſalli. Hanc opinionem tenuit glo. ſi. in capit. fin. in vltima glo. in titu. de pa. iuramen. fir. in vſi. feudo. Eandem opi. tenuit glo. in cap. ſi vaſallus cul pam. in ti. ſi de feu. defun. fue. contro. Eandem ſententiam tenuerunt Iaco. de Belui. Nico. de Neap. & Bal. in d. §. fi. in titu. quæ ſit prima cauſa benefic. amit. & idem Bal. in cap. i. in ti. ſi vaſal. feu. priue. cui deferri debe. refert, quod iſtam opinionem tenuerunt Ia. de Arc. & Odof. idem tenuit Ia. de Ardiz. in ſumma ſua, in titu. quib. mod. feu. amitt. Addite quod hoc idem tenuit Bar. in l. 3. ff. de interdi. & rele. Et placet Io. Rey. in capi. imperialem. §. pœna. in 5. colum. in tit. de prohi. alie. feu. per Fede. Contrariam opinionem tenuit glo. magna circa fin. c. i. §. i. in tit. de ſuc. feu. Et hanc opinionem tenuit An. de Iſer. in d. c. vnico. in ti. ſi vaſ. feu. priue. cui deferri debe. & placet Hoſt. in ſua ſumma, in ti. de feu. Reperitur tertia opi. de qua habetur in c. fin. in ti. de capi. extraordi. vbi dicitur, quod in caſu præmiſſo feudum reuertitur ad dominum, donec ſint aliqui ex deſcendentibus illius vaſalli, qui deliquit in perſonam domini. Secunda opinio, quam tenuerũt An. de Iſer. & Hoſt. eſt æquior & humanior, tamen in iudicãdo non eſſet recedendum a prima opinione, attento quod gl. hoc tenuit in locis allegatis, & opi. glo. eſt ſuffulta auctoritate tantorum virorum. Retenta igitur prima opinione, pro vera limitabitis eam procedere, niſi vaſallus commiſerit delictum in perſonam domini ipſo domino cõſentiene, nam tunc feudum non deberet reuerti ad dominum. ita nota. decidit Bal. in capitu. i. §. aut ſi libellario. in ii. colum. in ti. quib. mod. feu. amit. per l. fi. de eo, per quem fac. erit. & per l. filiæ meæ. ff. ſo. matr. Hanc opinio. ſequitur Iac. Alu. in d. c. i. §. fin. in tit. quę ſit prima cauſa benefi. amit. Ego cõfirmo optimo fundamento. nam ſi in terra alicuius domini ſit ſtatutum, quod qui dederit damnum in vinea alicuius, vel commiſerit tale delictum, puniatur in x. applicandis ipſi domino terræ, certe ſi dominus cõſentiat illud damnum dari, vel delictum committi, pœna ipſi non applicabitur. Ita dicunt nota. Guil. de Cun. & Ang. in l. ſed ſi hac. in princip. ff. de in ius vocan. Secundo limitabitis concluſionem prædictam, niſi vaſallus culpa domini incidiſſet in pœnam amiſſionis feudi, nam tunc tale feudum non reuerteretur ad ipſum dominum. Ita tenet Ia. de Ard. in ſumma ſua, in titu. qui. mo. feu. amit. ſub rubricella, ſi vaſallus excogitauerit culpam. & ita etiam tenet Iaco. Al. in d. §. fi. in ti. quę ſit prima cau. benefi. amit. Tertio limitabitis, niſi feudum per dominum eſſet cõceſſum Titio & filiis nominatim, ita quod ipſi etiam viuente patre haberent partem in illo feudo: nam tunc delictum patris non noceret ipſis, quantũ ad portionẽ ipſis filiis pertinentem. argum. l. ſi quis Titio. ff. de vſufr. accreſcen. l ii. §. fratris. ff. ſi quis aliquem teſt. prohi. Optime faciunt not. in l. ex facto. §. fin. ff. ad S. C. Trebellian. hanc limitationem ponit Ioan. Andre. in additio. ad Specul. in titu. de feu. §. fin. ver. 10. & eſt de mente Bar. in l. iii. ff. de interdi. & releg. & ita etiam vult Andr. delſer. in capitu. i. in tit. ſi vaſ. feu. priue. cui defer. debe. Nam ex quo dominus concedens feudum expreſſe nominat filium ſeu filios illius, cui facit conceſſionem, videtur contemplatione illorum nominatorum expreſſe feciſſe illam conceſſionem ſaltem pro parte. Secus ſi eos non nominet, quia tunc videtur contemplatione patris hoc feciſſe, per ea, quæ habentur in l. cum aliquis. C. de iure delib. & in l. auia. §. Titio. ff. de condi. & demonſtra. Quarto limitabitis, niſi ī inueſtitura eſſent appoſita iſta verba, Cõcedo tale feudum Titio, & eius hæredibus de vno ad alterum reuertendo. vel ſi dicat hoc modo, Concedo vobis omnibus prĩcipaliter, vel ſi dicat, Concedo vobis feudum attentis meritis vestrum ſingulorum: nam his caſibus delictum vnius nõ haberet aliis præiudicare, quia vnuſquiſque per ſe conſideratur, non autem vnus repręſentat perſonam alterius. Ita eleganter determinat Bal. quem omnes ſequuntur in d. §. fi. in ti proxime allegato, quæ ſit prima cau. benefi. amit. Ibidem ſubiungit de mente Iac. de Rauen. in ſua ſumma feud. quod aliquale eſt feudum, quod nulla culpa, nullaque ingratitudine eſt amiſſibile, puta ſi ſit cõceſſum ex eo, quod dantem a morte liberauit, vel ab hoſtibus vel latrũculis. allegat tex. valde no. in l. ſi pater. §. i. ff. de dona. Et iſtud dictum refert & ſequitur ipſe Bal. in capitu. j. in iij. colum. in ti. an mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus. & Do. Martin. Lauden. ibi ſequitur iſtud dictum. Quinto limitabitis, ſecundum quoſdam, niſi feudum eſſet conceſſum generi, nam tunc delictum vnius non haberet præiudicare cæteris, quia iure hæreditario non veniunt, ſed genituræ, & ex tenore inueſtituræ, maxime ſi ſint regalia ita in feudum conceſſa, quia talia cum ſint nobiliora & potiora, iure hęreditatio non deuoluuntur. Alii tenent oppoſitum dicentes, quod ſi Marchio committeret delictum in perſonam domini ſui, puta Regis vel Ducis, tota Marchia deuolueretur ad ipſum Regem vel Ducem, quia hoc cenſetur ineſſe inueſtituræ, ergo pro expreſſo debet haberi, argum. l. tale pactum. §. fina. cum ſua glo. ff. de pact. & l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de Aedil. edic. Bal. in d. §. fin. in i. colum. in tit. quæ ſit prima cauſa benefi. amitten. dicit, quod prima opinio ſeruaretur de iure communi. ſecũdo vero ſeruaretur de iure conſuetudinario. Et ita tranſit Ia
59 cob. Alua. ibi. †Sed ponamus, quod delictum non ſit commiſſum in perſonam domini, ſed alterius, cui hoc caſu applicabitur feudum? Concludite, quod ſi vaſallus graniter &

enor-

Source : BIU Cujas

enormiter delinquens in alium, quam in perſonam domini, priuatur feudo, ſi feudum eſt nouum reuertetur ad ipſum dominum excluſis omnibus deſcendentibus, & agnatis ipſius vaſalli. Iſta concluſio probatur per textum in capitulo primo.in titulo, an ille qui interfe.fra.domini ſui.& in dicto §.fina.in titulo,quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. Et iſtam ſententiam ſequuti ſunt Andre. de Iſernia, Pet.de Ceruia,Nico.de Neapo.Iacob.de Beluiſo.Bald. & omnes in dicto §. fina. in titulo proxime allega. Si vero ſit feudum paternum, & vaſallus grauiter, & enormiter delinquat in alium, quam in perſonam domini,tunc tale feudum tranſit ad agnatos proximiores excluſo domino,excluſis etiam deſcendentibus ipſius vaſalli. Iſta concluſio probatur in dicto §.fina.in titulo quæ ſit prima cauſa benefic.amitten.no. in capitulo ſi vaſallus culpam.in titulo ſi de feu. defun. &c. Et hanc opinionem ſequitur Andre.de Iſer.in capitulo vnico.in titu.ſi vaſal.feu.priue.cui defer.debe.& placet Iaco. de Belui. cum quo trāſit Bald.in dicto §. fina. in titulo, quæ ſit prima cauſa beneſi.amitten. Quidam tamen dicunt,quod hoc caſu feudum tranſit ad agnatos, ita demum, ſi ſint in quarto gradu,vel vltra,ſecus ſi eſſent in ſecundo, vel tertio. Mouentur,quia quemadmodum hoc caſu excluduntur deſcendentes ipſius vaſalli delinquentis, ita etiam debent excludi eius agnati vſque ad tertium gradum, eo quia præſumuntur ratione proximitatis, vel conſanguinitatis ſimiles in delinquendo. Et iſti referunt Iacob. de Ardizo.ita tenereī ſumma ſua feudorum. in titulo,quibus modis feudum amit.rubricella,quandoque feudum reuertitur ad agnatos. Sed certe Iacob. de Ardizo. ibi hoc non dicit, immo dicit, quod feudum hoc caſu tranſit ad agnatos in continenti, non expectata morte vaſalli delinquenſis. Sed tex.in capitulo ſi vaſallus culpam, in titulo ſi de feudo defunct.fuerit controuer.videtur velle,quod agnati hoc caſu excludantur quando ſunt infra quartum gradum. Sed ad illum tex.poteſtis reſpondere,quod habuit reſpectum ad iura antiqua, ſecundum quæ agnati admittebantur ad feudum vſque ad quartum gradum duntaxat. Sed poſtea per alia iura fuit inductum, vt tranſiret ad agnatos vſque ad ſeptimum gradum,capitulo primo.§.hoc quoque, in titulo de ſucceſſione feudi. Sed hodie hoc eſt extenſum, vt agnati admittantur vſque in infinitum. Ita tenet pulchra.glo.approbata in capitu.primo, in titulo de feudo Marchiæ. Et hæc ſunt de mente Andr. de Iſern. in dicto capitu.ſi vaſallus culpam. & de mente Iaco. Alua.in dicto capi.primo, §.fina. in titu.quæ ſit prima cauſa benefic. amitt. Sed certe iſte intellectus deſtruit,ſiue violat illum tex. in dicto capi.ſi vaſallus culpam. & tex.in capi.primo.in titu.ſi vaſal.feu.priue.& reperi quod Iaco.de Bel.in c.primo.in titu.an ille qui interfe.fra. domini ſui.apoſtillando ibi tex. dum dicit ad proximum agnatum, ſubaudit ipſe Iac. dummodo ipſe agnatus non ſit infra tertium gradum. Et ſic vult,quod in caſu præmiſſo agnati repellantur a feudo vſque ad tertium gradum incluſiue. Alii vero agnati,qui ſunt in quarto gradu,admittuntur.& eſt ratio,quia vſque ad tertium inconcluſiue excluduntur, quia ratione coniunctionis,& proximitatis præſumitur ſimilitudo,& eadem audacia,argumen.l.quiſquis.C. ad legem Iuli. maieſta.& argumen.l.humanitatis.C.de excu.tuto. Et in iudicando forte ſeruaretur iſta opinio, quicquid dixerit Iaco. Alua.in dicto c.primo.§.denique. in ri. quæ ſit prima cauſa benefi.ami.Nam dicit Ioan.de Imo.in c.cæterum. in prima colum extra de iudic. quod in materia feudali magis debemus ſequi Iacob.de Belui.tanquam magis peritum, qui plures legit libellum feudorū, vnde magis debemus adhærere ſuæ opinioni,quam aliorum Doctorum,nec valet ratio Iacob.Alua.quam in in dicto §.denique, dat ad tex.in dicto ç. ſi vaſallus culpam,quia ipſe arguit vſque ad quem gradum, & nos loquimur a quo gradu veniant agnati. Facio ergo in iſta materia duas concluſiones.Prima eſt, quando vaſallus priuatur feudo per delictum non commiſſum in perſonam domini, ſed alterius, tunc vaſalli, qui ſunt in quarto gradu vel vltra, admittentur ad illud feudum, ſed illi, qui ſunt vel in primo,vel in ſecundo, vel in tertio gradu,repelluntur per rationem prædictam. Et iſta fuit opinio Iacob. de Belui.quę probatur in dicto capitulo primo, ſi vaſallus culpam.& ita debet temperari d.capi.primum. in titu.an ille qui interfe.&c.Sed Iacobus Alua.in dicto § denique.vult quod etiam proximiores agnati,qui ſunt infra tertium gradum,admittuntur.& idem tenuit ipſe Alua.in dicto capit.ſi vaſallus culpam. Secunda concluſio eſt, quod nedum vaſalli,qui ſunt in quarto gradu, in caſu prædicto admittūtur, ſed etiam gradatim alii vſque in infinitum,per no. per gloſ. in capitu.primo.in titu.de feudo Marchiæ,& per gloſſ.in dicto capitulo ſi vaſallus culpam. Et hoc expreſſe voluerunt Ang.& Imo.in l.eorum.ff.de damno infecto. Addite quod Bald.in capitulo primo,§.iudices.in tertia columna.in titu. de pace iura.firm.dicit hæc verba,moneo te,quod in dubiis a textu, & a regula non recedas. cum ergo habeamus text. in dicto capit.ſi vaſallus culpam.adhærere debemus opinioni Iacob.de Belui.cum quo videtur tranſire Bald. in dicto c.
60 ſi vaſallus culpam. † Videamus nunc generaliter,nunquid in materia feudali delictum patris noceat filio? Cyn. de Piſto.in l.ſecunda.C. de libe. & eorum libe.dicit, quod aut filius venit ad feudum ex perſona patris,& tunc delictum patris nocet ipſi filio, aut filius venit ad feudum iure proprio, & ex perſona propria,& tunc delictum patris non nocet ipſi filio. Exemplificate hoc vltimum in caſu,quando feudū eſſet conceſſum alicui pro ſe & liberis deſcendentibus, vel pater fuiſſet ſtipulatus feudum pro ſe, & liberis deſcendentibus. Nam vult Cyn. quod hoc caſu delictum patris non noceat filio.Et hanc opinionem tenuit Barto. in l.eum qui. ff.de interdi.& releg.& Bal.in l. lege duodecim tabula.C.de legi.hæred.& Sali.in dicta l.ſecunda.C.de libe.& eorum lib. & Pau.de Caſtro.in l.adoptiuum,§.fina. ff. de in ius vocan. Pau.in l,ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de damno infecto. & idem & clarius ac apertius determinat idem Pau.de Caſtro ſuo conſilio clxii.incipien. cira cid quod primo quæritur. & eſt de mente Pe. de Bellaperti. & Ioann.de Imo.in l.ſtipulatio iſta §.ſi quis ita.ff.de verborum obligatio. Ita etiam vult Imo.in capit. fina. extra de feudis. Optime faciunt nota.per Moder.in l.apud Iulianum.§.ſi quid alicui. ff. de legatis primo.Et notetis bene iſtam deciſionem,quia eſt ſingularis.Sitis ergo aduiſati bene conſiderare tenorem inueſtituræ, quia ſi feudum ſit conceſſum alicui pro ſe,& liberis,ſeu deſcendentibus ſuis,tunc quia liberi non veniunt ad feudum ex perſona patris ſed iure proprio, certe delictum patris nō habebit nocere filiis.Barto.autem in dicta l. eum qui. ita diſtinguit:aut feudum adhuc non erat quæſitum patri, puta, quia erat apud auum, & tunc delictum patris non nocet filio,eiuſdemque nepoti:immo ipſe nepos incipit tenere primum locum ſublato patre ſuo de medio.l.Gallus.& quid ſi tantum.ff.de liberis & poſthum. Aut feudum erat iam quę ſitum patri, & tunc ſi pater commiſit delictum, propter quod directo veniebat priuandus feudo,puta,quia deliquit in dominum,vel fecit contra conuentionem feudi,tunc delictum patris nocet filio non facta diſtinctione, an filius tempore delicti patris eſſet natus, vel non, vel conceptus, vel non. Nam indiſtincte repellitur filius,& omnes deſcendentes,capi.primo. in titu. ſi vaſal. feudo priue.cui defer.debe.& capitulo primo,in titulo an ille, qui interfe.fra.domini ſui.Item ſi deliquiſſet prodendo,velut quia proditorie occidiſſet hominem,ſecundum Iaco.de Belui.in capitulo primo,proxime allegato.Et eſt ratio, quia ſicut pater deliquit, pereſumitur contra filium,cum ſit eadem perſona cum patre,l.fina.C.de impub.& ali. ſubſtitutio.Et quemadmodum pater propter homicidium proditorie perpetratum non poſſit niſi cum ignominia ſtare in curia domini, ita nec filius.facit quod no.glo.in l.quod ſi nolit §. ſi mancipium. ff. de ædilitio edicto.& in l.cum vnus.in princip.ff. de alimen. & cib. lega. Aut pater aliter deliquit, quam contra dominum,vel contra conuentionem feudi, ita quod directe nō veniret priuandus feudo,ſed ſubſequenter, ideſt,per quandam conſequentiam, puta, quia propter delictum per eum commiſſum eius bona veniunt publicanda. Et tunc concludit Barto.in dicta l.eum qui. quod aut feudum tranſit ad filium tanquam patris ſucceſſorem, & hoc caſu delictum patris nocebit filio. Aut feudum tranſit ad filium vt filium, quia venit iure proprio: puta, quia pater ſtipulatus eſt feudum pro ſe & liberis,& tunc delictum patris non nocebit filio, vt pbaui ſupra,per multas pulcherimas auctoritates. Aduertite ad id,quod dixi ſupra,ſcilicet quando filii veniunt ex perſona patris,& tanquam hæredes patris,quod tunc delictum patris eis nocet. †Sed ad quem hoc caſu vadit feudum?Specu.in titulo de feudis. §. quoniam. verſiculo quadrageſimo quæritur.dicit,quod hoc caſu feudum vendetur,& precium eius diſtribuetur hoc modo, quia pro portione vtilis dominii dabitur vna pars fiſco, & alia domino directo,Barto. autem in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus.ff de damno infecto.dicit,quod licet propter delictum publicentur bona vaſalli,tamen feudum non tranſibit in fiſcum.probat per ſimile,nam eo ipſo,quod vaſallus efficitur clericus vel religioſus perdit feudum,ſed tamen non tranſit in eccleſiam vel monaſterium,cap.qui clericus. in ti.ſi de feudo defun.fuerit contro.cap.primo.§.fina. in titu. de benefi.fœmi. Item probat, quod vaſallus tenetur ad ſeruitutem perſonalem.cap.Obertus.§.fina.in tit.qui cauſis feu.amit.& propter hoc habetur vtile dominium, dicto §. fina.vnde non debet tale dominium ſeparari a cauſa ſua, vt tranſeat in fiſcum, quia cenſetur electa induſtria perſonæ: alia enim eſt opera

vnius

vnius perſonæ, & alia alterius. l. ſi non ſortem. §. libertas. ff. de condi. indeb. Bal. in l. prima. in ii. colum. C. de bon. lib. dicit, quod ſunt aliqua, quæ non confiſcantur, ſcilicet ius patronatus & feudum. Idem Bald. in l. prima, in prima quæſt. ff. de re iudi. dicit, quod in generali confiſcatione bonorum non veniunt feuda: quia efficeretur conditio deterior domini, quod eſſe non debet, c. primo, vbi eſt tex. no. in ti. de prohi. alie. feu. per Lotha. Item cum vaſallus hoc caſu habeatur pro mortuo, l. prima, §. fi. ff. de bon. poſ. contra tab. debet feudum redire ad ſuam proprietatem, non autem debet tranſire in fiſcum: nam cum fiſcus non poſſit eſſe fidelis ſuorum inferiorum, nec poſſet eſſe in ſeruitio perſonalis, certe non debet habere feudum, idem Bal. in c. primo, in ti. an ille qui
62 interfe. fra. domini ſui. dicit, † quod pro homicidio perpetrato per vaſallum in alium, quam in perſonam domini, & nō proditorie, vaſallus ex lege feudorum directo non poteſt priuari feudo ciuiliter, ſed ſi criminaliter agatur contra eum, & ſeruatur ſententia ſuper crimine homicidii criminaliter contra ipſum vaſallum, bene priuabitur feudo. Ioan. de Im. in dicto §. ſi de vectigalibus. dicit, quod ſi offenſa eſſet commiſſa in perſonam domini vel in perſonam alterius proditorie, vel vaſallus occidiſſet ſuum fratrem proprium, vt haberet totam hereditatem, iſtis caſibus vaſallus bene priuare rur feudo dicto capit. primo, in titulo an ille qui interfe. fra. Idem ſi vaſallus occidiſſet fratrem domini ſui ob deſpectū, & iniuriam ipſius domini, tunc bene priuaretur feudo. ad hos adduco vobis elegans dictum And. de Iſern. in capitulo primo, §. item ſi fratrem. in titu. quibus modis feu. amitti. vbi dicit, quod ſi vaſallus occidit fratrem domini ad hunc finē, ſcilicet, vt domus careret tam ſtrenuo milite, ſicut erat ille frater domini, hoc caſu priuabitur feudo, & aplicabitur ipſi domino, per l. quiſquis. ibi, de nece etiam virorum illuſtrum. C. ad legem Iuli. maie. Extra caſus prædictos ſi vaſallus committeret homicidium, propter quod bona ſua debe rent publicari, puta, quia ſtatuto cauetur, quod propter quodlibet homicidium bona publicentur, ſicut erat olim de iure communi. l. deportati. C. de bon. præſcrip. hodie eſt ſecus de iure Authenticorum. authen. bona damnatorum. illo eodem titulo. certe vaſallus indiſtincte non priuabitur
63 feudo. † Ecce quod magis communis opinio Doct. eſt, quod confiſcatis bonis vaſalli non confiſcatur feudum. Et hanc ſententiam tenuit Oldra. de Pon. ſuo conſi. xvii. Sed contra iſtam opinionem adduco fortiſſimum tex. in ca. fœlicis. ver. ſi qua vero feuda. extra de pœ. lib. vi. vbi dicitur, quod ſi propter homicidium perpetratum per vaſallum publicentur eius bona, vaſallus priuabitur feudo. Sed ad illum tex. reſpō debitis, vt reſpondit Ioan. de Imo. in c. fin. extra de feu. quod ibi vaſallus commiſerat homicidium in perſonam Cardinalis ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ex hoc offenderat vniuerſalem eccleſiam, & conſequenter offenderat eccleſiam, a qua tenebat feudum ille vaſallus, c. cum apoſtolica. extra de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capit. vnde non eſt mirum, ſi illud feudum applicatur particulari eccleſiæ offenſę, Alexan. de Imo. in d. §. ſi de vectigalibus. in iſto puncto quotidiano ita diſtinguit, aut propter ſententiam criminalem latam contra vaſallum, ipſe vaſallus non poſſet ſeruire domino, puta, quia eius bona fuerunt confiſcata perſententiam, & ipſe vaſallus fuit bannitus a territorio, in quo erat feudum, hoc caſu, quia habetur pro deportato, vt vult glo. in l. relegati. Inſti. quibus modis ius pa. pote. ſol. Notatur per omnes Doct. in l. j. C. de hære. inſti. & quia vaſa. hoc caſu habetur pro mortuo. d. l. j. §. fi. ff. de bon. poſ. contra tab. tunc ipſe priuabitur feudo, tamen hoc caſu feudum non tranſibit in fiſcum, ſicut non tranſibit cum vaſallus efficitur clericus, vel monachus, vt dixi. Et quia ea, quæ ſui natura non tranſeunt ad hæredes extraneos, non tranſeunt etiam in fiſcum, vt vult. gl. in l. eum qui. de interdi. & releg. & in l. j. ff. de bo, lib. & l. j. C. de bo. lib. Sed feudum ſui natura non tranſit ad hæredem extraneum. c. j. §. ſi clientulus. in ti. de alien. feu. no. in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. Tranſibit ergo hoc caſu feudum ad agnatos, ſi eſt paternum, c. ſi vaſallus culpam. in tit. ſi vaſal. feu. priue. cui defer. debe. Si vero ſit nouum, reuertetur ad dominum, c. primo, §. fi. in tit. quæ ſit prima cauſa bene. amitt. Aut propter ſententiam criminalem latam contra vaſallum, ipſe vaſallus non impediretur ſeruire domino, nec haberetur pro mortuo, & hoc caſu poteſt procedere diſtinctio Ioan. de Imo. ſuperius recitata. Aduerte quod communis opinio, quę habet quod confiſcatis generaliter bonis vaſalli, feudum nō confiſcatur, nec tranſit in fiſcum, immo tranſit ad agnatos, vt dixi ſupra, quod etiam placet Ioan. Rey. in c. imperialem. §. pœna. in ti. de prohi. alien. feu. per Fed. debet limitari, niſi eſſet tale feudum, quod tranſire poſſet ad hęredem extraneum, puta, quia ſub tali pacto fuiſſet conceſſum, quod fieri poteſt per ea, quæ habentur in c. j. in ti. de feu. non haben. prop. nat. feu. nam hoc caſu feudum bene poſſet tranſire in fiſcum, ſed non duraret apud fiſcum, niſi quatenus duraſſet apud ipſum vaſal. l. Statius Florus. j. Cornelio Fęlici. ff. de iure fiſci. & l. lex vectigali: prædio dicta ff. de pign. Non obſtat ſi dicatur, ergo hoc caſu vaſallus per ſuum delictum præiudicabit agnatis contra tex. in c. ſi vaſallus culpam. in ti. ſi de feu. defun. fuerit controuer. tex. in c. primo. in ti. ſi vaſal. feu. priue. cui defer. debe. quia poteſt reſponderi, quod non cenſetur fieri in præiudicium agna. ex eo, ꝙ fiſcus non retinebit illud feudum, niſi pro eo tempore, quo duraſſet apud vaſallum delinquentem, dicto §. Cornelio Fę
64 lici. † Dubitatur etiam, an ſi vaſallus committat feloniam, propter quam debeat perdere feudum, & dominus remittat ipſi illam feloniam, & remittat feudum, an illud feudum remanebit antiquum ſicut erat prius, ita quod agnati ſuccedant in eo, perinde ac ſi vaſallus nunquam commiſiſſet illam feloniam: glo. no. in cap. imperialem. §. inſuper. in titu. de proh. alie. feu. per Fede. dicit, quod remanebit antiquum, & agnati ſuccedent in eo. Idem voluit pulchra gloſſ. in l. peculii. §. ſi ęre alieno. ff. de pecu. Et illam gl. in dicto §. inſuper. ſequuntur ibi Iaco. de Belui. & cæteri Scribentes, ſed Bal. ibi temperat illam glo. procedere, niſi vaſallus propter felonią eſſet ipſo facto, & ipſo iure priuatus feudo per ſententiam legis, nam tunc ſecundum eum feudum efficeretur nouum ex noua inueſtitura facta per dominum. Mouetur, quia ſi teſtamentum efficiatur irritum per capitis diminutionem, deinde teſtator emancipatus confirmet illud, tantum agetur ex firmante, non autem ex confirmato. l. qui eſt liberis. §. teſtamento. ff. de bon. poſ. ſecundum tab. Si vero vaſallus ipſo facto non erat priuatus feudo propter feloniam, ſed vertebat priuandus per ſententiam, hoc caſu feudum remanebit antiquum, & agnati in eo ſuccedent, & ita intelligatur glo. in dicto §. inſuper. Addite qnod Ioan. Reyn. in dicto §. inſuper. dat aliam pulchram limitationem ad glo. prędaile gatam, dicens, quod ſi dominus iam apprehendiſſet corporalem poſſeſſionem feudi, licet remiſerit feloniam vaſallo, & eum inueſtiat de feudo, quod erat antiquum, tamen hoc caſu erit feudum nouum, per no. in l. ab emptione ff. de pactis. Et notetis perpetuo iſtam limitationem, quæ eſt etiam de mente Bal. in l. prima, in xli. quæſt. ff. de rerum diuiſione. De hac materia habetur etiam per Dyn. & Barto. in l. quod dicitur. ff. de impen. in re. do. fac. & per Bal. in l. prima. C. quā do non peten. partes peten. accreſ. & per Pau. de Caſt. ſuo cō
65 ſilio lxii. † Quæro etiam, vaſallus inuaſit de facto rem feudalem apud alium cōſtitutam, an ius feudi applicabitur domino, an vero agnatis, an vero violentiam paſſo. Ioan. de Im. in dicta l. eorum. ff. de damno infecto. determinat, quod aplicabitur violentiam paſſo, non autem domino, nec agnatis, ſed ipſe violentiam paſſus non retinebit feudum, niſi quantum duraſſet apud ipſum vaſallum, qui intulit violentiam, arg. l. neceſſario. §. ſi ff. de peri. & commo. rei vendi. bene faciunt no. per glo. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. Addit Imo. in dicta l. eorum quod contra iſtam deciſionem videntur facere no. per Barto. in dicto §. ſi de vectigalibus. ſed ipſe reſpondet, quod ipſe loquitur in diuerſis terminis, ſcilicet, quando vaſallus commiſit delictum, propter quod eius bona veniebant confiſcanda: nos vero loquimur quando vaſallus non commiſit delictum propter quod eius bona non veniebant confiſcanda. bene faciunt no. per Bar. in d. l. ſi quis in tantam in fi. colum. & quod pœna. l. ſi quis in tantam. habet locum in feudalibus, tenet Bald. in l. ſi de proprie
66 tate. C. ſi a non competen. iud. † Vltimo eſt videndum, nunquid in publicatione bonorum veniat proprietas feudi, quæ ad ipſum dominum pertinebat. Ioan. de Imo. in dicto §. ſi de vectigalibus. dicit, quod non ſine felonia, propter quam bona domini ſunt publicata, fiunt commiſſa in perſonam vaſalli, ſiue in perſonam alterius, imo illa proprietas aplicabitur ipſi vaſallo. tex. eſt no. in c. domino committēte. in ti. ſi de feu. defun. fue. contro. Sed And. de Iſer. in d. c. domino committente. dicit, ꝙ ille tex. caret ratione, & non eſt in vſu, ſ. quando dominus commiſit feloniam in alium, quam in perſonam vaſalli.

SVMMARIVM.

1 *Refutatio feudi fit multis modis, multisq; de cauſis.*
2 *Contractu feudati celebrato per ſtipulationē, an poterit vaſallus refutare feudum.*
3 *Vaſallus iurans domino fidelitatem, & conuentorum formalitatem, an teneatur ſtare contractui feudali.*
4 *Filius vaſalli mortuo patre immiſcens ſe paternæ hæreditati, an poterit poſtea refutare feudum.*
5 *Pactum factum a fratre fratri recipienti pro ſe & ſuis hæredib. de non petendo*

Source : BIU Cujas

petendo feudum, intelligendum eſt de liberis, non extraneis.

6 *Pactum interpretandum, aptandum, & declarandum eſt ſecundum rei naturam in pactum deductæ.*

7 *Renuntians feudo in manibus domini, an perfecte renuntiare dicatur.*

8 *Renuncians feudo in manibus domini ſui, an præiudicet filiis ſuis.*

9 *Vaſallus qui ſubinfeudauit alteri feudum, ſi refutet illud feudum in manibus domini, an reſoluetur illa ſubinfeudatio.*

19 *Infeudalibus aſcendens non ſuccedit deſcendenti.*

11 *Renuntiatio quælibet facta in manibus non ſui iudicis, non valet.*

12 *Bis inueſtitus de eodem feudo, an renuntians vni inueſtiturę renuntiet alteri.*

13 *Feudum, an nuda renuntiatione perdatur.*

ET vnus ex dictis vaſallis re-
1 futauit feudum. † Aduertite, quod refutatio feudi fit multis modis, multiſque de cauſis. Aliquando enim vaſallus refutat feudum volens ſe eximere a ſeruitio feudi, vt ecce, dominus facit guerrã, & vocat vaſallum, vt veniat ad eum adiuuandum, vaſallus cõſcientia motus, vel animi timiditate vult potius refutare feudum, quam ſeruire domino, nũquid inuito domino poterit refutare feudum? videtur quod nõ, quia feudum dicitur a fide & fidelitate, c. nulla. in tit. per quos fiat inueſtitura. & graue eſt fidem fallere. l. i. ff. de conſt. pecu. Pro perfecta concluſione huius pũcti concludite hoc modo, quod aut feudum fuit datũ ad certum ſeruitium, & determinatum, & hoc caſu, quia contractus eſt vltro citroque obligatorius, non poteſt vaſallus refutare feudum inuito domino. arg. l. ſicut. C. de actio. & oblig. & l. in commodato. §. ſicut. ff. comm. Et ita tenet expreſſe gl. communiter approbata in c. fi. in ti. de cap. qui curi. vend. in vſib. feu. Aut feudum eſt rectum, & ſimplex, non autem conditionatum, id eſt, quod nõ eſt datum ad certum ſeruitium. Et hoc caſu vaſallus etiã inuito domino poteſt tale feudũ refutare. tex. eſt no. in cap. i. in tit. de vaſal. qui contra conſti. Lotha. Aduertite tamen, quod licet hoc caſu poſſit refutare feudũ, adeo q̃ nõ teneatur poſtea ſeruire domino de illo feudo, tamen non debeat poſtea offendere ipſum dominum pp reliquias præcedẽtis vaſalligii, & præcedẽtis amicitiæ, & ſi ſecus faceret, deberet puniri. Ita dicunt omnes Doct. in d. ca. i.

2 † Sed quid ſi cõtractus feudi ſit celebratus per ſtipulationem prout hodie cõmuniter fit in omnibus inſtrumentis, & ſi nõ apponitur, præſumitur. l. ſciendum. ff. de verb. obli. Aut hoc caſu vaſallus poterit refutare feudũ inuito domino? videtur prima facie dicendum quod nõ, quia ſtipulatio dicitur a firmitate. Inſti. de verb. obl. in princip. Item non eſt in poteſtate debitoris diſſoluere vinculũ obligationis. l. ſicut. C. de act. & obli. Item obligatio perſonalis cohæret perſonæ, non autem rei. l. fi. § fi. ff. de cõtrah. em. l. i. §. ſi hæres. ff. ad Treb. vnde vaſallus cedendo rei nõ debet liberari. l. ſed cum fructuarius. ff. de vſufu. In hac quæſtione Bal. in prooemio feud. in 2. char. determinat, quod nõ obſtante ſtipulatione poterit vaſallus renuntiare feudo inuito domino, ſed tamẽ tenebitur ad intereſſe, p ea, quę habentur in iuribus præalleg. bene faciunt not. per Doct. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. om. iud. & per Cano. in c.

3 i. ext. de iu. † Quid autẽ ſi vaſallus non ſolum iuraſſet fidelitatẽ domino, ſed etiam iuraſſet dictorum conuentorum formalitatem? Bal. in loco proxime allega. dicit, quod aut loquimur quantũ ad ipſum vaſallum iurantem, & tunc haberet neceſſe p̃ciſe ſtare contractui feudali, nec poſſet inuito domino renuntiare, quia iuramentũ imponit p̃ciſam neceſſitatẽ, vt vult glo. ſing. in l. ſi pecuniam. in verbo, neceſſe habeas. ff. de condi. ob cauſ. Ecce quod Bald. ibi approbat illam gloſ. etiam ſequuti ſunt Bald. & Salice. in l. i. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. Aut loquimur in hærede iurantis, & tunc ipſe poſſet renuntiare, ſed tamen tenebitur domino ad intereſſe. Ratio diuerſitatis inter vaſallum iurantem, & eius hæredem eſt, quia vinculum p̃ciſum & ſpeciale iuramenti eſt perſonale ex parte iurantis. ita notat Imo. quem cę

4 teri ſequuntur in capi. veritatis. ext. de iureiur. † Aduertite tamen, quod ſi filius mortuo patre īmiſcuiſſet ſe hæreditati paternæ, non poſſet poſtea refutare feudũ. tex. habetis in ca. i. in ti. an filius vel agnat. De materia p̃dicta habetur per Bal. in l. i. in xiii. char. & ſequen. ff. de re. di. Aliquando vero refutatio feudi fit ad finẽ, vt quis excludatur a ſucceſſione feudi, vt ecce, Titius & Sẽpronius fratres habentes bona tam allodialia quã feudalia deuenerunt ad diuiſionẽ, & Sempronio in diuiſione fuit adiudicatum totum feudum vel pars, & Titius fecit pactum de non petendo dictum feudũ a fratre ſuo Sempronio vel hæredib. illius, modo contingit, quod Semproni⁹ deceſſit ſine hærede maſculo, nunquid pactũ illud de non petẽdo nocebit Titio, vt non ſuccedat in dicto feudo? Concludite, pactum p̃dictũ nihil nocere, imo Titius ſuccedet īillo feudo paterno, nõ obſtãte pacto prædicto. ita probat text. in c. fi. in ti. ſi de feu. defun. fuer. contro. & in c. i. in ti. de eo qui ſi

5 nẽ fecit agna. † Et ſic habetis ex illis iuribus notanter colligere, quod pactũ a fratre fratri recipeniti pro ſe & ſuis hęredib. de non petendo feudum, intelligitur de liberis, non autem extraneis, nã in feudalib. appellatione hęredis, intelligimus de filio maſculo, c. ij. §. profecto. in ti. de lege Corra. non autem intelligimus de hæredibus extraneis, vt plene not. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Treb. Quod procedit etiam ſi pactum fiat per modum liberationis, vt in iuribus præallegatis. & ſic reſtringitur pactum. & dicit Bal. in d. c. fi. in ti. ſi de feu. defun. & c. ſecredere quod idem eſſet ſi fieret per modum renuntiationis: quia ſecundum eum renũciatio habet uim pacti perſonalis, quia fit contemplatione certæ perſonę. tex. eſt no. in l. iubemus. C. ad

6 Velleia. † Item colligitis ex duobus capitulis ſuperius allegat. pactum interpretari, aptari, & declarari ſecũdum rei naturã in pactum deductæ. nam quod contemplatione certæ perſonæ fieri præſumitur, perinde habetur ac ſi illa perſona eſſet nominatim expreſſa, quod eſt notandum. Sed iuxta p̃dicta quæro de quæſtione, in qua cõſului, duo fratres habentes feudum paternum fecerunt inter ſe diuiſionem, & adinuicẽ ſibi promiſerunt de euictione. item adinuicem renunciarunt omni iuri, quod haberent in illo feudo, vel habere ſperarent, vel poſſent, utrũ ſi alter ipſorũ moriatur ſine deſcẽdentib. & ſuccedat in illo feudo? Ego conſului, fratrẽ ſuperſtitẽ admitti ad ſucceſſionem. non obſtãte illa promiſſione de euictione; quia non intelligitur facta promiſſio de euictione caſu in quo feudum ſui natura reuertitur ad alium, dummodo diuidentes ſcirẽt res eſſe feudales. nec hoc caſu habet locũ l. vindicantem. ff. de eui. Ita volunt Cyn. & Bar. & Bal. in l. ſi familiæ. C. de famil. erciſ. ita limitantes gloſ. Ibi ergo patet quod promiſſio de euictione nõ habet obſtare. Dicebam etiam quod illa verba, Renuntiarunt omni iuri, quod haberent vel habere poſſent ſeu ſperarent, non excludebant fratrem ſuperſtitẽ a ſucceſſione feudi fratris defuncti ſine liberis præall. c. i. de eo qui fi. fecit ag. Et cum mihi diceretur, quod in illo c. & in c. fin. in ti. ſi de feu. defun. fue. controuer. non erat facta renunciatio per p̃dicta verba, ego defendebam quod ratio aſſignata per glo. & Bal. in dictis iuribus erat vniformis, & militabat in caſu prædicto, quia ratio illorum iurium eſt, quod pactũ cenſetur perſonale, & renunciatio perſonalis, quia intelligitur facta contemplatione fratris & ſuorum deſcendentium, non autem alterius. Quinto plus dicebam, quod ſi taliter renuntians voluiſſet omnino, & in totũ amittere ius feudi, hoc facere non potuiſſet, niſi renuntiando in manibus domini ipſius feudi. Ad hoc adducebam Bal. ī d. c. i. in ver. omnino. in titu. præalleg. de eo qui fi. fec. ag. Non enim tale pactum vel renuntiatio intelligitur factum, vel facta in fauorẽ illius, cui noſtra non intereſt acquirere, per no. per Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. in 7. q. ff. de verbo. obliga. Et ad præmiſſa videatis clariſſimum Doc. Dominum Frã. de Accoltis de Are. ſuo cõ.

7 3. vbi etiam ita determinat. † Limitabitis tamen p̃dicta procedere, niſi agnatus omnino renunciaſſet feudo, vt probatur in d. c. i. in ver. omnino. in ti. de eo qui fin. & c. Et omnino dicitur renuntiare, quando renuntiat in manibus domini cũ pacto. de quo ſupra, vt dicit Bal. ibi. Idem ſi agnatus renuntiaſſet feudo eo pacto, vt vaſallus qui habet feudum, inueſtiretur de illo feudo tanquam de feud. nouo. Nam hoc caſu agnatus renuntians non ſuccederet in feudo illius agnati inueſtiti, vt ſupra, vt expreſſe probatur in eo. c. vnico. in fi. in tit. proxi. alle.

8 Aliquando vero vaſallus renuntiat feudo in manibus domini ſui. bene videndum eſt. nunquid talis renuntiatio habeat præiudicare filiis ipſius renuntiantis Bal. in l. qui ſe patris. in 8. colum. alias in 5. in verſ. item quæritur. C. vnde lib. relata prius opinione Nicol. de Mat. diſtinguit hoc modo, aut pater conſentit aliquid in ſui præiudicium, & tunc quia ſimplici conſẽſu non abſorbetur ius de futuro. l. i. §. quod ait. ff. quorum legat. & tempore renuntiationis in filiorum eſt futurum, ideo talis cõſenſus patris non præiudicat filiis. Aut pater renũtiat, & tunc quia renuntiatio in iure creando, quod creat p̃ mortem, ſi eſt facta, ipſa renũtiatio ante mortem non obſtat filiis glo. no. in l. fin. in gl. quæ incipit, vt in auth. C. de bo. liber. Aut pater ſimul conſentit & renuntiat, & tunc quia quantum in eius fauorem non eſt introductum, renuntiare non poteſt, vt vult pulchra gloſ. in l. iubemus. §. ſcientes. C. de ſacroſanct. eccle. Ideo non habet nocere filiis. Aut pater renuntiat feudo, & promittit non venire contra renuntiationem, & tunc ſi p̃mittit de ſe, tñ tũc nõ nocet filiis, q̃ filij mortuo pr̃e veniũt iure nouo, dummodo ſint hæredes patris ſecũdum naturam feudi. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de le. 2. l. Paulo Callinico, §. fi. ff. de le. 3. Aut promiſit pro ſe & ſuis liberis, & hęredibus, & hoc caſu dicit Bal. in loco allegato. idem. in feudo quod in aliis bonis filiis alienatis per patrem l. cum a matre. C. de rei vẽdi. no. per Doc. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Aduertite, quia Pau. de Ca. ſuo conſ. 154. inc. In Chriſti noīe amẽ.

Source : BIU Cujas

circa pri.in vi.colum.illius consilii dicit, quod quemadmodum pater renuntiare potest iuri patronatus ad prejudicium liberorum,& suorum descendentiū, ita quod mortuo patre filij non succedent in iure patronatus,vt vult Arc. in c.i.ext. de iu.patr.lib.vi.ita potest pater renūciare feudo ad præiudicium liberorum & descendentium suorum, quia ius patronatus defertur filiis ad instar bonorum feudalium. Addite eū dem Bal.in l.si in personam.C.de fideicomm.vbi dicit,quod si Titius habeat feudum,& filius eius post mortem patris renuntiet illi feudo,non præiudicabit nepoti, quoniam ex pacto successorio admittetur ad feu. quia ipse nepos est proximior agnatus,& ideo illi præiudicari non potuit per renunciationem sui patris.c.si vasallus culpam.in ti.si de feu.defun. Item non obstante renunciatione predicta feudum remanet paternum.c.i.& ibi no.in ti.de vasal.decrep.æta. Subiicit Bal.in d.l.si in persona, quod si Titius accepit feudū,& filius, & nepos Titius repudiauerint illud, non præiudicabunt pro nepoti,imo pronepos admittetur ad feudum, qa ex natura feudi descendentes succedunt vsque in infinitum.ca.i. §.hoc autem notandum, & §. cum vero Corradus. in titu. qui feud.da.pos.Et opin.Bal.in d.l.fin. in persona sequitur Alexā. de Imo.suo consi.8.in 4.colum.illius consilii,in 3.volum.Addite pulchram limitationem ad præmissa, nam si pater renū tiando feudo non potest præiudicare suis liberis, quia censētur duæ concessiones,vna pro parte,alia pro filiis.l.quodcunque.§.si quis.ff.de verb.oblig.& ideo pater non potest renunciare ad prejudicium filiorum.ita dicunt nota.Dy. Bal.& Angel.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de lega.i. Et Paul. de Cast. ibi valde magnificat illud dictum, dicens se ita consuluisse & obtinuisse refert tamen se tunc non fuisse recordatum de illa decisione, & notabis perpetuo istam pulchram limitationem.Addite in quantum Bal.in d. l. qui se patris,dicit,quod refutatio feudi facta per patrem nocet quandoque liberis, posset dubitari, nunquid si vasallus refutet feudum antiquum in manibus domini, an talis refutatio nocebit agnatis?Concludite quod non.ita vult Bal. & omnes sequuntur in ca.i.in tit.de alien.feu.pat.Sed pulchrum est videre, an hoc casu agnati poterunt statim reuocare feudum?gl. in præallegato c. determinat quod non, sed demum mortuo ipso refutante.Iaco.de Belui.ibi determinat contra illam glo. mouetur, quia cum vasallus feudum refutauerit, perdit oē ius suum,ita quod nullę reliquiæ feudi remanent apud eum. Ergo statim debent admitti agnati ad reuocandum.cap. i.an ille qui interfe.fra.domini sui.& argum.l.idem erit. in fi.cum l. sequen.ff.de assig.lib.Bal.autem cap.i.in §.hoc quoque.in sua prima conclusione.in ti.de succes.feudi.determinat, quod talis refutatio non nocet agnatis, nisi demum viuente ipso refutante, & suis hæredibus. Et hanc opinionem sequutus est ipse Bal.in prælleg.ato c.i.in ti.de alien.feud. pat. vbi dicit sequendo gl. ibi,quod agnati demum poterunt reuocare mortuo ipso refutante,& suis hæredibus, quia refutatio habet in se consensum:& ille,cui facta est refutatio,poterit habere illa commoda,quæ posset habere ipse refutans,si non refutasset:sicut in simili dicimus,in eo, qui tenet rem ad libellum seu precarium,qui ingreditur religionem, vel alium locum ad quem plene se transfert,& dedicat, per ea, quæ habentur in authen.ingressi.C.de sacrosanct.eccle. & c.vt lex continentiæ.26.q.3.Item quia durante iure refutantis,debet durare ius acceptoris.l.peto.§.prædium.ff.de lega.3.& l.lex vectigali prædio dicta.ff.de pig.Hanc eandem opinionem tenuit Iaco.Al. in c.i.§.fin.in sua 36.conclusio.in ti.quæ sit prima causa benefic.amit.allegat Ia.de Ardizo.ita tenere in summa sua, in tit. qui mod.feu.amit.sub rubricella,si vasal.feu. idem refuta.Idē tenet ipse Ia.Al.in d.c.i.in titu.de alie.feud. pat. & ab ista sententia in iudicando non recedatis. quam opinionem sæpe se
9 quutus sum in consulendo.† Dubitatur etiam,vos scitis quod vasallus etiam sine licentia domini potest infeudare,seu subinfeudare feudum quod habet.ita vult glo.magna,circa fi. in c.i.§.præterea.in tit.de capi.Corra.ponamus quod vasallus, q subinfeudauit alteri feudum, refutet illud feudum in manibus domini,vtrum resoluetur illa subinfeudatio?Bal.eleganter in d.c.i.in ti.de alie.feu.pater.determinat quod sic,intantū quod refutatio valebit in præiudicium eius,cui fuit facta. allegat Odof.ita tenere in sua summa,in tit.qui.mo.feu. amitt.in ver.vndecima causa est. Et in veritate ista sententia videtur probari in cap.1.§.rursus.in ti.qui.mo feu.amit.Sed hanc conclusionem limitabitis procedere nisi ipse subinfeudans sit paratus seruire priori domino, in cuius manibus est facta refutatio,& recipere ab eo investituram.Hanc limitationem ponit Iaco.de Belui. Nic.de Neap.Bal.& Do.Mar.de Lau.in d.§. rursus.Ex qua limitatione habetis colligere,quod licet rex.in d.§ rursus.dicat,ipse subfeudatus nullo iure poterit se defendere,tamen iste terminus vniuersalis negatiuus recipit limitationem,de qua supra.Optime facit tex.cum glo.in l.ob æs. C. de prædi.mino.& text.cum gl. in l.fi.C.sine cen. vel reli.Idem tenuit Iac.Alua.in d.c.i.in tit.de alie.feu.pat. vbi dicit, quod
10 ista opinio habet magnam æquitatem.† Sed iuxta prædicta quæro de alia pulchra quæstione.Pater habens feudum anti quum facit inuestiri filium de illo feudo, refutando feudum in manibus domini,ea conditione,quod inuestiret filium de eodem feudo,& ita factum est in successiu temporis. decessit ille filius sine liberis superstite patre,dubitatū fuit,vtrū pr succederet in illo feudo? Vr dicendum qp nō,quia in feudalibus ascēdēs non succedit descendenti.tex.est in c.i.in ti.de na.suc. feu.Idē quia pater renunciauit seu refutauit,ergo non debet amplius admitti ad illud. l. quæritur. §.pen. ff.de Aedil.edic. Sed Iaco.Ardizo.in sua summa,in ti.de suc. feu. sua rubricella,an ascendentes succedant,determinat contrarium,dicens, quod pater non vocabitur ad illud feudum iure successionis, sed antiquo suo iure,quia feudum erat antiquum.Et hāc opinio. sequutus est Iaco. Alua.in d.c.i.de na.suc. feud. Eandem sententiam tenuit Do.Mar.de Lau.in c.i.in ti.de vas. decrepi. æta.mouetur,quia in materia feudali respicimus agnationē, dirigendo oculos ad stipitem communis agnationis.c.i.in ti. de gradi.suc.feud.Sed feudum,de quo loquimur,incepit a illi pite,a quo iste pater refutans descenderat,ergo debet ipse succedere in tali feudo.non obstat prælleg.c.i.in titu.de na. suc. feu.quia loquitur in feudo nouo, & tunc ascendens non succedit descendenti,licet sit secus in allodialibus,Authen.defuncto.C.ad senatusconf.Tertul.nos vero loquimur in feudo antiquo.Non obstat secundum motium,dum dicebam, quod ex quo pater renuntiauerat,non debet admitti ad illud, quia respondeo,quod talis refutatio extinguitur per mortem filii, cuius contemplatione fuerat facta.l.iubemus. & ibi plene p
11 Bal.C.ad Velleī.† Addite,quod licet valeat refutatio facta in manibus domini, tamen si fiat in manibus filii ipsius domini,nihil valebit,vel in manibus vxoris domini, quia renunciatio facta in manibus non sui iudicis, nihil valebit. ita dicit Ioan.Andr.in cap.ex ore.ext.de his quæ fiunt a maio. par. capituli. & ita dicit Bald.in rub.in titu.de vasal. decrepi. æta.
12 † Item si apparēt duæ inuestituræ ī diuersis codicibus factæ, quamuis renuntietur vni, non tamen dicetur renunciatum alteri,argumen.l.suum hæredem: C. de iure delibe. multum prodest habere geminam promissionem. l. si tibi certam.ff.de adimen.leg. Ista est pulchra determinatio Bal. in ca.i. §.si vero.in titu.de feu.Guardiæ. † Item feudum nuda renunciatio-
13 ne non perditur, nisi renunciatio fiat in manibus domini,vel nisi feudatarius patiatur alium inuestiri de ipso feudo: nam natura domini tam directi quàm vtilis est, qp nuda renuncia tione non perdatur,nisi alteri acquiratur.l.si quis vi.§.differētia,ff.de acqui.pos.Non obstat l.postquam liti. C.de pac.quia est ibi speciale odio litium,vel ibi erat iudex qui supplebat p absente.ista sunt verba Bal.in auth.in successione,in fi.col.C. de leg.hæ.Vltimo quæro de tali quæst.Erant tres fratres habētes feudum paternum,s.Titius,Sempronius,& Caius. Caius partē suam feudi donauit Sempronio fratri suo,deinde fuit monachatus:fuit cōtētio de tali feudo.Dicebat ad se pertinere pro dimidia,Sempronius autem contendebat habere totum virtute donationis,quęritur quid iuris? Videtur prima facie dicendum,quod solus donatarius debeat habere,per tex. in c.i.in tit.de alien.feu.pat.In contrarium facit, quia resoluto iure datorum,resoluitur ius acceptorum. c.i.§.rursus. in ti. quibus mod.feu.amit.Item per factum illius Cai non potuit præiudicari tertio.argum.l.fin.ff.de pac.Item si solus Sempronius deberet habere illud feudum, hoc esset contra mentem primi parētis, qui pari intētione voluit sibi & suis hæredibus prospicere,c.i.in ti.de duo.fra.a capi.inuesti.Nec fuit de intentione patris,quod vnus alium supplantaret.Præterea pro hac parte est tex.in c.i.in ti.de vasal.qui ar.bel.dep. vbi tex.dicit, qp quando vasallus assumit habitum religionis, dominus vocatur ad feudum,si est nouum.Si vero feudum est paternum & antiquum,vocatur agnatus.& illa dictio, Agnatus,est dictio indefinita,quæ equipollet vniuersali.l.si pluribus. ff. de legatis 2.quia par est ratio & conditio contentorum sub illa indefinita.Et in hanc partem,scilicet,quod solus Sempronius donatarius non debeat habere feudum,inclinat Bal.in prælleg.c.i.in vlt.col.in ti.de ali.feu.pa.sequitur ibi Mart.de Lau.& secundū istam opinionem consului,licet Iac.Alua.in prælleg.cap.i.in titu.de alien.feud.pater.intelligit Bal.velle,quod solum donatarius debeat habere feudum, sed mihi videtur quod Baldus determinat oppositum.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an circumscripta promissione teneatur recognoscere feudum a domino,ad ipsius domini requisitionem.*

2 *Recognoscens se tenere quoddam castrum in feudum, an per talem recognitionem videatur recognoscere territorium, & iurisdictionem*

Source : BIU Cujas

dictionem.

3 *Rex cõcedens castrum cum omni iure, quod ibi habet, an censeatur cõcessisse ius Regium.*

4 *Dispositionem totius inducere omnes partes, qualiter intelligatur.*

5 *Recognoscens castrum in feudum, an & quando intelligatur recognoscere territorium.*

6 *Feudatarius non præsumitur nisi, probetur.*

7 *Allodium quid sit.*

8 *Dominus, an possit imponere vasallo recognitionem feudi sua pœna amissionis rerum, & an talis pœna possit exigi. nu. 9.*

10 *Iudex præcipiens alicui sub pœna, si non pareat, an & quo pacto poterit talis pœna exigi.*

11 *Pœnæ, quare præceptis adiiciantur.*

12 *Dominus feudi imponens pœnam vasallo quo casu possit talem pœnam exigere.*

13 *Recognitio feudi facta aliter quam more solito, an noceat posteris ipsius recognoscentis.*

14 *Recognoscens se tenere in feudum a tali domino, præter talem dominum, an videatur recognoscere iurisdictionem in homines.*

15 *Vasallus, an teneatur domino feudi ostendere omnes res feudales, pro qb. est subditus, & nu. 19.*

16 *Vasallus negans feudum, si postea conuincatur, venit feudo priuandus.*

17 *Vasallus negans se habere instrumentum feudi, an tenebitur illud exhibere.*

18 *Vasall. an teneatur domino ostendere feudum & quantitatem feudi.*

20 *Iudex ecclesiasticus, an possit inquirere de titulo eorum, qui possident beneficia ecclesiastica.*

21 *Recognoscens se tenere in feudum, & emphyteusim ab aliquo, an præiudicet sibi & hæredibus suis.*

22 *Recognoscens feudum pro se & quibusdam, an acquiratur ius pro illis quibusdam.*

23 *Tenens feudum ab vno domino, si recognoscat se tenere ab alio, an vero domino præiudicet*

24 *Recognoscens se tenere feudum animo donandi bona sua, an præiudicet liberis.*

25 *Recognitio feudi facta per subditum in fauorem domini ipso ignorãte, an possit domino.*

26 *Confessio sine causa non præiudicat.*

27 *Præstans censum Ecclesiæ de re sua, quæ ex antiquis instrumentis apparet sua, an censeatur transferre dominium in Ecclesiam.*

28 *Feudatarius, qualiter debeat facere recognitionem domino feudi.*

Dictique vasalli promiserunt cognoscere dictum feudum specifice, particulariter, & distincte, quotiescunq; fuerint requisiti. †Circa materiam recognitionis quæro primo, vtrum circumscripta promissione prædicta teneatur vasallus recognoscere feudum a domino ad requisitionem ipsius domini? cõcludit Bald. quod sic. ad hoc allego vobis Bal. in propriis terminis, in l. plures apochis. C. de fi. instr. vbi dicit esse idem in emphyteuta, quia ad requisitionem directi domini tenetur recognoscere rem emphyteuticam, de quo vltimo dicite vt plenius per eundem Bal. in authen. si quas ruinas. C. de sacro san. eccl. Secundo, quæro de pulchra & quotidiana q. Quidã †nobilis recognouit se tenere quoddam castrum in feudum ab illustrissimo domino nostro, Do. Sabaudiæ Duce, vtrũ p talem recognitionem videtur recognouisse territorium & iurisdictionem: Ista est quæstio disputabilis, vnde pro pleniori discussione procedam arguendo, & disputãdo quo hic veritas melius inueniatur. l. munerum. § mixta. ff. de muneri. & ho. Pro parte igitur affirmatiua facit, quia castrum & territorium constituunt vnum totum, quod est ītra certos fines positum. l. pupillos. § territorium. ff. de verb. sig. vnde non debet diuerso iure censeri, scilicet, quod una pars sit libera & allodialis, alia vero feudalis. l. cum qui ædes. ff. de vsucap. Pro quo facit, quia territorium subiacet castro. l. nulli. C. de Epi. & cleri. argum. l. qui ex vico. ff. ad municip. vnde recognito castro videtur, quod intelligatur recognitum territorium, maxime, quia castrum & territorium sunt sicut principale & accessorium. c. si quis episcoporũ. & c. possessio territorii. 16. q. ii. Tertio ad idem facit, quia territorium videtur coniunctum castro, ergo recognito castro, videtur recognitum esse cõnexũ & coniunctum, vt habetur in c. translato. ext. de consti. Quarto fecit, quia appellatio castri est apta comprehendere iurisdictionem, vt no. Inn. in c. ex literis. de iure pat. ergo recognito castro, videtur recognita iurisdictio. Quinto pro ha sentẽtia videtur facere tex. in l. i. § initio. ff. de officio præfe. vrb. vbi dicitur, quod commissa alicui ciuitate intelligitur sibi commissum territorium, licet nihil sit expressum de territorio. Pro parte negatiua adduco infra scripta motiua. Primo, qa recognitio talis est generalis, & generalitas parit obscuritatẽ. l. ita fideicommissum. ff. de iure fi. Et nos habemus, quod in obscuris id, qd minus obscurum est, semper sequitur lex. l. ĩ obscuris. ff. de regu. iur. Sed sic, est quod iurisdictio, maxime meri imperii, est maior, quam sint mœnia vrbana vel rustica; ergo non debet comprehendi sub recognitione prædicta, per notata in cap. sedes. de rescrip. in c. qui ad agendum, ext. de procu. li. vi. Secundo facit, quia talis recognitio est indiscreta, & sine causa, ergo non valet. l. cum de indebito. §. fin. ff. de proba. & per consequens non debet acquiri aliquod ius aduersario. Et prima est fortis ratio, quia aut prima recognitio inducitur ad feudi constitutionem, & tunc non valet, quia ita certus est modus constituendi feudum sibi per inuestituram, c. i. in tit. qui. mod. feu. consti. potest. ergo per simplicem recognitionẽ non constituetur feudum. argu. l. interrogatam, & l. liberos. & l. parentes. C. de lib. causa. aut prima recognitio inducitur ad probandum feudum iamdudum constitutum, & tunc etiam non valet, quia est facta sub incerta re, & genere. arg. l. certum. in prin. ff. de confe. Tertio ad idem facit, quia castrũ & territorium, & iurisdictio habẽt diuersa nomina, ergo nõ sunt idẽ l. si idẽ. C. de codicil. ergo recognito vno nõ ītelligit recognitum aliud. ar. l. Lucius. § collegio. ff. de le. 3. Quarto, in interpretatione vocabulorum debemus attendere communem vsum loquendi. l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fun. instru. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de le. 3. & l. numis, eo. ti. Sed ex communi vsu loquendi castrum dicitur, quod murotenus cingitur, territorium vero dicitur illud, quod est ext. ergo recognito vno non intelligatur recognitum aliud. l. i. & l. vt Alfenus. ff. de verbo. signi. Quinto, appellatione ciuitatis non comprehenditur diœcesis. ca. Rodulphus. ext. de rescript. cap. quamuis. §. quanquam. de præben. li. vi. Vnde pari ratione appellatione castri non comprehenditur territorium. Sexto facit tex. in l. si quãdo. C. de bo. vocan. lib. x. vbi probatur, quod appellatione rei donatæ nõ veniũt in donatione, nisi de quibus sit expressum. Septimo cõfirmo primam sententiam, quia in translatione iuris de vno ad aliud, accessorium non cohærens principali, sed diuisibile ab eo, translato principali non transfertur. l. quoties. ff. de contrahen. emp. sed territorium nedum est diuisibile de castro, imo etiam diuisum medio pariete, ergo territorium non venit in recognitione castri. l. si quis duas. ff. communi. prædio. Octauo corrobro opi. tertiam, quia de eis vt de diuersis diuersa iura traduntur. l. i. C. si curia. relicta. ciui. rus habita. voluc. lib. x. Item appellationis fluminis non comprehenditur ripa. l. i. §. in flumi. ff. de flum. Præterea ille, qui vendidit prædium excepto fonte, non videtur exceptasse solum quod est circa fontem l. qui duo prędia. ff. de ser. rusti. prædio. ad idem facit l. si qñ. C. de bo. vaca. li. x. Et hanc partem Oldr. de Ponte, credidit validioribus rationibus esse fulcitam, nisi secundum eum obseruantia, vel communis loquendi modus, vel aliquis alius actus exterior aliam interpretationem inducat. Et cum ista opinione pertransit Alb. de Ro. in l. fin. in vltima colum. C. de iurisdi. om. iudi. †Et ex præmissis infert ipse Albe. ad elegãtem quæstionem: Serenissimus Rex Francorum concessit vnum castrum cum omni iure, quod ibi habet, an videatur concessisse ius regium, quod ibi habet vt Rex non sicut dominus? Et determinat, quod non, quia sub illis verbis generalibus, Cum omni iure, nõ videtur ius regium concessisse, quia veri similiter illud in specie non fuisset concessurus argum. l. obl. generali. ff. de pig. facit c. in generali, in ti. si de feu. defun. fue. contro. Bal. autem in præalleg. c. i. in ti. de ca. qui curi. ven. circa vii. colum. in hoc ita concludit, quod aut castrum & territorium possidentur eodem iure, & eodem titulo, & tunc ille qui recognoscit castrum in feudum, intelligitur etiam recognoscere territorium, secus si diuerso iure, & aduerso titulo possideantur, vel non appareat de iure possessoris. arg. l. sed cum patrono. ff. de bo. pos. ti. generali. facit quod not. In no. in c. cum ad sedem. ext. de resti. spo. †Subdit ipse Bal. in loco proxime allegato, quod quædam se habent vt pars in toto, & tunc dispositio totius inducit omnes partes. l. si vnus §. si cum mihi. ff. de pac. Quædam etiam se habent vt pars circa totum vt alluuio in fundo, & tunc est, quod in casu præcedẽti, nisi essent agri limitati. l. in agris. ff. de acqui. rerum domi. Quædam vero se habent vt continens & contẽtum: & tunc aut significatio continentis sumitur ex contento, aut de p se. Primo casu nomine continentis continetur contentum; & ideo si quis præficiatur ciuitati, intelligitur præfectus hominibus illius ciuitatis, quia ex significatione ciuium sumitur ciuitas. facit l. i. §. cum vrbem ff. de offic. præfec. vrb. Secundo vero casu secus est. & ideo appellatione facci non continetur farina, nec econtra. l. qui saccum ff. de fur. Quædam vero se habẽt vt nectens & cõnexũ, & tũc debemus distinguere ī termobilia & īmobilia iuxta l. quẽadmodũ. C. đ agr. & cẽs. li. xi. & l. đbitor. ff. đ pi. Quędã vero se hẽnt vt prīcipale & accessoriũ, & tuc si accessoriũ accedit đ necessitate tũc sub appłõe prīcipalis ꝙtinet accessoriũ. sd addes. §. si qs mulierẽ ff. loci

Source : BIU Cujas

Et ide o ſi ſtatuto vel cõſuetudine territorium ſit aſſignatũ caſtro, quia tunc talis conſuetudo, ſeu ſtatutum inducit neceſſitatem, ideo ille, qui recognoſcit caſtrum in feudum, intelligitur recognoſcere territorium. §. ſi quis igitur ex qualibet. in Authen qui. mo. natu. effi. ſui. Aut eſt acceſſorium, quod non accedit de neceſſitate, & tunc non continetur ſub principali niſi in diſpoſitione ſit appoſitum aliquod verbum ampliatiuum, vt ſunt iſta verba, Integro ſtatu, vel cum omni iure, l. ſi quando. C. de bo. va. lib. x. facit. l. ſed & ſi quid. §. proprietatis ff. de vſufru. Solennis doc. Domi. Pet. de Ancha. in rubricella, acceſſorium, de re. iur. lib. vi. tenet expreſſe cum opin. Old ſuperius relata. mouetur per l. i. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. Secundo mouetur, quia in caſtro repræſentatur quędam vniuerſitas agrorum inter fines illius caſtri poſitorum. l. pupillus. §. territorium ff. de verb. ſig. Ioan. An. in c. ex literis, ext. de iure patro. quod villa & caſtrum ſunt quædam nexa vniuerſitatem deſignantia, quæ continent honorem diſtrictum & iuriſdictionem, & ideo tranſeunt cum uniuerſitate, licet alias per ſe non tranſirent. capi. cum Bertoldus. ext. de re iud. & l. in modicis. ff. de contrahen. emp. Tertio, pro hac ſententia adducit præfatus Doct. no. per Oldra. ſuo conſil. xlix. vbi, tenet, quòd Princeps concedendo ſimpliciter Eccleſiæ pro anima ſua caſtrum, videtur etiam conceſſiſſe merum & mixtum imperium, quaſi imperium videtur addere adminiſtrationem, quam quis habet ratione territorii. l. fi. C. vbi & apud quem in integrum reſtituti. cog. agitan. ſit. & l. quicunque caſtellorum. C. de fundis limitoſis, & terris, & palu. lib. xi. Eſt enim iuriſdictio adiacens territorio ſiue ei cohærens, argum. l. creditor. §. fi. de act. emp. ad inſtar ſeruitutum, quæ debentur a re rei, quæ concomitantur rem, ad quemcunque trãſeat d. l. via conſtitui. §. quæcunque. ff. de ſer. ruſt. prędio. & l. teſtatrix. §. i. ff. ſi ſerui. vendi. Cum ergo in conceſſione caſtri videatur etiã conceſſa iuriſdictio, per conſequens eſt neceſſe concludere, quod videatur etiam conceſſum territorium, in quo exercetur iuriſdictio, ſicut in caſtro. Alioquin eſſet diuidere territoriũ a caſtro, in quo ẽt exerceẽ iuriſdictio: vñ cõcludit p̃fatus. Doc. qđ ſicut p̱ conceſſionẽ caſtri etiam vr̃ conceſſa iuriſdõ, ita ẽt vr̃ conceſſum territorium, in quo exercetur iuriſdictio ſicut in caſtro. & ad prædicta allegat ca. paſtoralis. extr. de dona. vbi conceſſione ſimpliciter facta veniũt omnia iura, quæ habet Epiſcopus in Eccleſia, quam conceſſit alteri. Addit D. Pet. quod Bald. tenet opin. prædictam in l. cum multa. C. de bonis quæ lib. ſed non reperio quod Bal. ibi de hoc loquatur. Nõ obſtat prædictũ. c. fœlicis. ext. de pœ. li. vi. vbi dicitur, quod ſi ciuitas propter ſuum delictum priuatur dignitate pontificali, appellatione non compræhenditur diœceſis, per id, qđ habetur in c. Rodulphus, ext. de reſcrip. quia reſpondetur, q̱ illa decretalis. Fœlicis, loquitur in actu odioſo. facit quod nota. in c. ſi ciuitatis,. ext. de ſen. excõ. in vi. In hoc pulchro paſſu ego tenerem opi. Alb. de Roſa. per motiua p̱ ipſum adducta. Ad motiua. do. Pe. de Anch. ego reſponderem, quod loquit̃ in conceſſione facta a principe, quæ quidem cõceſſio debet late interpretari inquantum concernit præiudicium. Principis concedentis, per Inno. & Cano. in c. cum dilecti. ext. de dona. & per Docto. in l. beneficium. ff. de conſti. prin. Nos autem loquimur, quando priuatus recognoſcit ſe tenere caſtrum in feudũ ab aliquo principe, quo caſu non fit ita lata interp̃tatio, ſicut in conceſſione principis, per ea quæ notantur in l. veteribus. ff. de pac. & in l. quidquid. ff. de verbo. obl. Limitarem tamen dictum Ab. niſi recognoſcẽs apponeret aliquod verbum ampliatiuum, vt ſunt iſta verba. Integro ſtatu, vel cũ omni iure, per d. l. ſi quando. C. de bo. va. lib. x. vel niſi obſer-
6 uantia vel communis vſus loquendi aliud induceret. †Subſequenter quæro de quæſtione, quotidiana, dominus terræ petit, quodomnes & ſinguli homines poſſidentes prædia in ſuo territorio recognoſcant ſe tenere illa prædia, vel ī feudũ vel in emphyteuſim, vel in cenſum, vel tanquam tributaria, homines ſe opponunt dicentes, illa prædia eſſe libera & allodialia, & non teneri recognoſcere, Dominus replicat, quod habet fundatam intentionem ſuam ſuper omnib. prędiis ſituatis in ſuo territorio, vnde quęritur quid iuris? Pro parte Domini terræ facit illud quod dicit tex. no. in l. ii. C. in qui. cauſ. & c. lib. xi. vbi tex. dicit, cuius ipſi ſunt, eiuſdem omnia ſua bona eſſe cognoſcant. Secundo, ad idem facit textus in ſimili, c. omnes baſilicæ. 16. q. 7. probatur, quod Epiſcopus habet fundatam ſuam intentionem de iure communi in oĩ bus eccleſiis ſituatis in ſua diœceſi: ergo pari ratione videtur fundata intentio domini terræ ſuper omnibus reb. ſituatis in ſuo territorio. In contrariam partem determinabitis. In primis adduco vobis auctoritatem Hoſti. in c. nimis. extr. de iureiur. vbi dicit, quod nõ. etiam hoc ipſo quod, quis poſſidet prædia inter regnum, & prouinciam alicuius domini aſtringitur ei ad fidelitatem, quia non præſumitur feudatarius niſi probetur. Nam ſecundum eum iure priuato natura li omnis p̱ſona, & omnis res erat libera. c. ius gentiũ. i. dic. ſi cit quod no. gl. in c. quanquam, ext. de cenſi. li. vi. Addit. do. Alb. Pa. in d c. nimis. quod Reges, Duces, & alii domini temporales non habent fundatam intentionem ſuã ſuper ſingularibus rebus ſituatis & extantibus in eorum domino, nec etiam ſuper vtili, vel directo dominio, niſi aliter probẽt. Addite eundem Panor. in c. ſi diligenti. in princi. commenti. ext. de præſcriptio. vbi dicit, quod Comites, & alii Domini temporales fundant intentionem ſuam de iure communi ſuper ſingulis rebus ſituatis in eorum dominio, quantum ad iuriſ dictionem, nõ autem ſuper proprietatibus ipſarum rerum. Ad idem adduco vobis Bal. in c. ceterum. in uerbis finalibus, ext. de iudi. vbi dicit, quod nulla res præſumitur eſſe feudalis, niſi probetur. Et idem voluit ipſe Bal. in c. inter filiam in titu. ſi de feudo defun. fuer. controuer. vbi dicit, quod omnis res p̃ſumitur eſſe allodialis & libera, niſi probetur de contrario. Et idem ſubdit, quod feudum eſt ſpecies ſeruitutis. allegat gl. or-
7 di. in l. ſi cuius, in princip ff. de vſufru. alleganti ergo, & c. †Allodium enim eſt quędam proprietas, quę non recognoſcitur niſi a ſolo Deo ſecun. Bal. in d. cap. inter filiam. addite eundẽ Bal. in authen. ſicut C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicit, quod oĩs res p̃ſumitur libera, niſi doceatur ſubiecta ſeruituti. Optime facit, quod vult ipſe Bal. in l. libertas. in prin. comm. ff. de ſtatu homi. vbi dicit quod libertas eſt plurimum poſſe in eis, q̃ decet poſſe, Subdit quod libertas præſumitur, & ideo ſecundum eum nemo præſumitur homo, vel fidelis alterius, quia fidelitas & homagium ſapiũt ſeruitutem, allegat illam gloſ. ord. in d. l. ſi cuius. Concludo ergo ex præmiſſis pulcherrimis auctoritatibus, quod domini terrarum non fundant intẽtionem ſuam de iure communi ſuper prædiis & poſſeſſionibus ſituatis in diſtrictu eorum, ex eo, quod ſint domini terrarũ, niſi doceant quod illa prędia ſint feudalia, emphyteutica, vl̃ ſeruilia. Ad ar. ſupra, in oppoſitũ factum d. l. 2. C. in qui. cau. li. 11. vbi tex. dicit, cui⁹ ipſi ſunt, eiuſdem omnia ſua bona eſſe cognoſcant, reſpondeo, quod debet intelligi quoad petitionem, & iuriſdictionem, non autem quoad directum dominium vel vtile. Optime faciunt no. per Bal. in l. cum multa, in
8 fi. colum. C. de bon. quæ lib. † Inſuper q̃ro de alia pulchra & quotidiana quæſtione, dominus petit a ſubdito ſuo, quod recognoſcat ſibi quę tenet in feudum vel emphyteuſim ab eo, & imponit illi pœnam amiſſionis rerum, quo caſu ita non faciat, vtrũ talẽ pęnã poſſit imponere & impoſitã exigere? Pro pleniori diſcuſſione huius qõnis præmitto vobis, qđ iudicibus licitum eſt ſuam iuriſdictionem defendere pœnali iudicio. per mulctas, & pœnas. l. i. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp. Videamus ergo, nunquid dominus feudi poſſit imponere pœnã vaſallo & ſubdito ſuo, quod niſi veniat ad recognoſcendum dictum feudum, perdit illud. Inno. in ca. cæterũ ext. de iudi. in gl. ſua, incipiente, qui dicunt, dicit eleganter, quod nunquam, vel raro imponitur pœna, niſi amiſſionis feudi, vel alia, ſuper re feudali, quod dictum eſt valde notabi
9 le. †Sed videamus, an ſi, talis pœna imponitur poſſit exigi? Prima facie videtur dicendum quod ſic, per l. 3. §. i. verſ. prius tamen. ff. vbi pupil. educa. debe. etiam per d. l. i. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. & per l. ad diem. ff. de ver. obl. & l. Lucius. ff. de actio. emp. In contrarium facit, quia videtur iſta quędam comminatio. per l. interlocutio. & l. programma. C. commina. vel epiſto. & per c. relatum, ext. de iure patro. & per c. nõ minus. in fi. ext. de ĩmmu. Eccle. Ioan. Blanchus de Marſilia, in ſua ſumma feudorum, in ti. qui. modis feudum amit. circa fin. in ver. quæro de q. & c. refert. quod iſta quęſtio frequenter contingit in practica in prouincia, quia domini præcipiunt ſubditis ſuis ſub pœna amiſſionis feudi, & tandem refert ſe ad iſtam concluſionem, quod ſi tale præceptum ſub pœna amiſſionis feudi fiat cum cauſa ſeu ob cauſam ad naturam feudi pertinentem, puta, quia dominus præcepit ſubdito ſuo ſub pœna prædicta, quod vaſallus veniat ad faciendum recognitionẽ, vel ad exhibendum ſeruitium, vel ad præſtãdũ iuramentum fidelitatis, vel homagium & c. niſi prędicto pa reatur, incurretur pęna, & committetur, quod dictum bene notetis. Pro hac ſententia optime facit quod vult Bart. in l. 3.
10 §. i. ff. vbi pupil. educa. debe. †Vbi dicit, quod ſi iudex faciat alicui præceptum ſub pœna & non pareatur præcepto, talis pœna poterit exigi, dummodo præceptum fiat cũ cauſa, ſeu quod ipſum prędceptum non ſit nudum a cauſa, nec ſit negocium, in quo requiratur, vt præcedat cauſæ cognitio, tunc talis pœna non poſſet exigi, quia præceptum nudum a cauſa non valet, vt vult Cyn. in l. quoties. C. de fidecommi. & Bart. in l. filiusfam. in §. Diui. ad fi. colum. ff. de lega. i. Et hoc etiã expreſſe vult Bar. poſt Martinum in l. pater. §. Iulius Agrippa ff. de leg. iii. Non obſtant l. interlocutio. & l. programma. allegatæ ſuperius, quia procedunt in his, in quibus debet præcedere cãæ cognitio. Vnum tñ aduertite, quod licet vbi pœna adiicitur præcepto. nudo a cauſa, & non prędcedit cauſę cogni-

ſæ cognitio,non poſſit exigi ad vnguem, tamen ex inobe liē
ta ſeu contumacia pœna fiet arbitrio iudicis. Ita videtur
velle Bartol.in d.l.i. ff. ſi quis ius di.non ob. & Ioann.Andre.
11 in addi.ad Spec.in tit.de iuriſd.omn.iud.in fin. †Addite quod
iſtæ magnæ pœnæ imponuntur vt magis homines timeāt,&
vt euitentur atrocia,non autem vt exigantur ad vnguem.ita
dicit Ioan.Rey.in compendio ſuo feudorum,in d.c imperia-
lem.§.præterea ſi inter.Subdit, quod quando imponitur pœ
na fuſtigationis pedis, vel pœna æris & perſonæ, de qua vlti-
ma pœna loquitur gl.ſingularis in Authen.de armis.§.opor
tet.dum illa glo.dicit, In ære & in perſona, tales pœnę non
exiguntur ad vnguem,ſed reducuntur & mitigantur ex arbi
12 trio iudicis.†Ex pręmiſſis concludo vobis,quod quando do-
minus facit præceptum vaſallo ſeu ſubdito ſuo ſub pœna a-
miſſionis,ſi tale præceptum ſit factum ob cauſam pertinen-
tem ad naturam feudi,vt eſtvidere in exemplis ſupra poſitis,
tale præceptum valebit & poterit exigi, ſecus ſi præceptum
non pertineret ad naturam feudi. Ego confirmo illam opi-
nionem,per tex.cum Bal.in capit.i. §.item ſi delator.in ver-
bo,indignationem,in titu.quæ ſit prima cauſa benefic.amit.
vbi dicit,quod dominus poteſt comminari vaſallo ſub indi-
gnatione beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli. Nam talis
pœna importabit priuationem beneficiorum, quod notate.
Item adduco pulchrum tex.in l.2.ibi, indignationem noſtri
nominis ſuſtinebit.C.de peti.bon. ſubla.lib.10.bene facit,qđ
notat Bald.poſt Pet.de Belu.in authen.ſtatuimus.C.de epiſc.
& cleric. vbi loquitur de iſta pœna indignationis. bene facit
tex.in §.i.in Authen.de quæſt.& tex.in §. & non permittas.in
Authen.de man.Prin.Et in hanc partem inclinat Ioan. Rey.
in d.cap.præterea ſi inter.addite tex.in c.ex tranſmiſſa. ext. de
for.comp.vbi Domi.Pa.colligit,quod in ſpectantibus ad feu
dum dominus poteſt præcipere vaſallo ſub debito fidelitatis.
13 †Item in materia recognitionis notate vnum,quod recogni
tio feu.facta aliter,quam more ſolito per impreſſionem, vel
errorem,non nocet poſteris ipſius recognoſcentis.ita not.di-
cit Bald.in capitu.i.ad fin.colum.in ti.de feu.Guar.& caſtal.al
legat l.ſi per impreſſionem. C.quod me.cau.& illud dictum
ſequuntur omnes poſteriores. Et ideo ipſe Bald.in commen
to pacis Conſtā.ſuper verbo,pactiones.dicit,quod in homa-
giis & fidelitatibus non dēt induci aliqua nouitas,quia inde-
bita ſeruitia præſumūtur a ſubditis extorta.bene facit quod
notat ipſe Bal.in cap.i.in tit.qual.vaſal.iura. debe. fide.Ita di-
cit ſe reſpondiſſe cuidam magno viro eum conſulenti, & in
facto multum arduo. Addite euidenter Bal.in l.nec ſivolens.
C.de lib.cauſa. vbi per illam l. dicit,quod ſi rex faciat aliquā
ciuitatem confiteri eſſe ſuam, vel iurare ſibi fidelitatem,cū
ſua non ſit,talis confeſſio,& tale quidem iuramentum non
piæiudicabit.Et idem dicit in papa & Imperatore, qa in hoc
redigūtur ad inſtar tertii. Et ideo dicit, quod ſi ciuitas Peru-
ſina non ſubeſſet Papæ, & non eſſet de iuriſdictione pa-
pæ, omnia pacta, & inſtrumenta cum ipſa ciuitate cele-
brata eſſent caſſa & irrita. Notanter dixi ſupra,per errorem
vel impreſſionem:Nam ſecus eſſet ſi ſponte ex certa ſcientia
quis faceret recognitionem aliter, quam more ſolito, nam
tunc bene ſibi præiudicaret,vt colligitur ex not. per Bald. in
d.cap.j.in ſi.in tit.de feu.guar.& caſtal.& per eundem Bald.in
authen.niſi rogati.in fi.colum.C.ad Trebel.vbi dicit,quod q̄
dam ſunt feuda, pro quibus non prēſtatur ſacramentū fideli
tatis.Et hoc caſu,ſi per errorem prēſtetur iuramentum fideli
tatis,cius tranſgreſſio non induceret periurium: ſecus ſi ex
certa ſcientia hoc faceret.allegat l.ſed & ſi quis. §. fi.ff.ſi quis
14 cautio. † Nunc quæro,de pulchra quæſtione,quidam reco-
gnouit ſe tenere in feudum a tali domino quidquid habet in
tali loco,excepta tali domo,nunquid videatur recognouiſſe
iuriſdictionem quam habet in homines illius loci? Videtur
quod ſic,quia iſtud verbum,quidquid,& verbum,omne,ſu-
muntur ex vniuerſo.l.hæredes mei.in princi.& l.Baliſta.ff.ad
Trebell.Nam qui omne dicit,nihil excludit.l.a procuratore.
C.man.& l.omnes.C.ſine cen.vel reli.c.ſolitę.ext.de maio. &
obe.In contrarium facit,quia ex quo ipſe recognoſcens exce
pit rē corporalem,ſcilicet domum, ex vi talis exceptionis vi
detur voluiſſe declarare, quod nō intendebat recognoſcere
incorporalia,ſicut eſt iuriſdictio.argum.l.nam quod liquidē.
§.ſi cui.ff.de penu leg.Nam virtus exceptionis eſt duplex,ſcili
cet eximere,& abſtrahere,& virtutem verbi indefiniti & ob-
ſcuri declarare.l.fi.§.cui dulcia.ff.de triti.vi.vel ol. leg. Nam p
præcedentia declarantur ſubſequentia,& econtra.l. ſi ſeruus
plurium.§.fi.ff.de le.i.& l.legatorum.§.qui plures. ff.de leg. 2.
Cum ergo ipſe recognoſcens exceperit rem corporalem,da-
tur intelligi q̄ de re incorporali,id eſt,iuriſdictione nō ſenſit.
Concludite,quod aut recognoſcens dixit hoc modo, Reco
gnoſco quidquid poſſideo in tali loco,excepta tali domo,&
tunc non videtur recognouiſſe iuriſdictionem,quia eſſet tra
here verba ad ſenſum improprium. Nam cum iuriſdictio ſit
incorporalis,nō poſſidetur proprie.l.ſeruus. §.incorporales.
ff.de acqui.re.dom. Ita diſtinguit Bal.in c.i.circa 8.ſeu 10.co-
lum.ex mentę Old.in ti.de cap.qui cur.ven.in vſi.feu.Vnum
etiam notetis ī hac materia,quod literæ, ex quibus poteſt ſe
qui priuatio feudi,dēnt eſſe munitæ & roboratæ teſtimonio
partium,ſi vaſallus,cui dirigūtur literæ,habeat pares,ſi vero
non adſint pares,ſufficiat eas roborare teſtimonio aliorum
teſtium,omni exceptione maiorum.l.optimam.C.de cōtra.
& commit.ſtipul.Ita dicit eleganter Bal.in d.c.i.§.fi.in pe.co-
15 lum.in ti.de pace iur.fir.†Nūc quæro de quotidiana quæſtio
ne,dominus petit a vaſallo,quod ſibi indicet,& oſtendat res
feudales,pro quib⁹ ipſe vaſallus eſt ſubditus ipſi domino,an
vaſallus teneatur hoc facere? Glo.in c.imperialem. §.pe.in ti.
de prohi.alie.feu.per Fed.videtur velle quod ſic.Ioannes Blā
chus de Marſilia,in ſua ſumma feudorum, in ti. de cōtentio
ne feud.in ſecunda parte illius tituli. §. pone quod dominus
agit contra vaſallum.in hac quæſtione adducit multas ratio
nes pro & contra.& dicit hanc quæſtionem eſſe ſabbatinā,
vtilem,& valde quotidianam,ac multum frequentatam in
regno Siciliæ.videamus ergo argumenta & motiua ad vtrā-
que partem,& tandem melius concludamus. Pro parte igi-
tur affirmatiua,quod vaſallus teneatur indicare,& oſtēdere
res feudales domino,facit,quia alias ipſe dominus poſſet pa
ti damnum in futurum,puta ſi vaſallus decederet ſine hęre
de vel committeret aliquam feloniam,propter quā deberet
priuari feudo.vnde officio iud. incūbit prouidere,ne domi-
nus damnum patiatur.l.illicitas.§.i.ff.de of.Prēſi. Secundo p
hac parte facit,quia vaſallus præſumitur in dolo, ex quo nō
vult oſtendere res feudales domino.argum.l.duobus.C.de re
ſcin.vendi.& argum.l.fin.C.de fide inſtrumen. Tertio præſu-
mitur dolus in vaſallo,quia non vult obtemperare domino
petenti ſibi oſtēdi res feudales. l. non poteſt dolo carere.ff.de
reg.iu. Quarto ex vitioſa locutione vaſalli prēſumitur dolus
contra eum.Nam cum confitetur ſe vaſallum, & cum peti-
tur ab eo p oſtendat res feudales, dicit ſe neſcire, vel p grā-
uius eſt,dicit,Nolo oſtendere. Quinto intereſt domini,quod
ſibi indicātur,& oſtendantur bona feudalia,l.ſi defenſor.§. il
lud.ff.de interr.actio. Sexto, niſi ita dicamus,dabitur occaſio
malignandi contra l.in fundo.ff.de rei vend. & contra c.quā
to.ext.de diuor.& illud,quod malignū propoſitum inducit,
eſt euitandum.l.3.ff.de iureiuran.Ioan.Blanchus in loco alle
gato pro iſta parte adducit iura infraſcripta: primo.l.falſus.
§.qui alienum.ff.de fur.l.reſtituta.ff.ad Treb.text.in l. 4.§.co-
ges.in Authen.de man.Prin.l.ſicut datam.C.de lib. cau. l.fin.
C.ad exhiben.Item lac.de Bel. in loco præallegato pro iſta
ſententia adducit iura infra ſcripta.ſcilicet, §. hoc autem. in
Auth.de coll.col.8.l.ſi quis argentum.§.i.C.de dona.l.quam-
uis.ff.de pig.ac.& l.ſi cui.ff.de ſerui.ti.generali.Vos poteſtis ad
dere pulchrum tex.in l. Titius Sempronii.ff.de ac.empti.Pro
parte negatiua,quod vaſallus non tenetur indicare feudum
domino, facit forte, quia vaſall⁹ ignorat,vnde ratione igno
rantię debet excuſari,& poteſt petere, quod eum dominus
informet,ar.l.Iulianus. §.i.ff.de act.empti.& l.cum ſex, ff.de
Aedil.edi.& l.quæ ſub conditione.§.mortuo.l.fi. ff. de condi.
inſti.Secundo,forte dictum feud. eſt paternum & antiquum,
vnde præſumitur ignorantia in vaſallo.l.qui in alterius. ff.de
re.iur.Tertio,imputandum eſt domino,quia nō debet igno-
rare res ſuas, nec debet ignorare feuda quæ mouētur ab eo.
argum.l. quiſquis. C. de reſcin. ven.Quarto,domino petenti
incumbit onus probandi,quia nemo tenetur dicere titulum
ſuę poſſeſſionis.l.cogi.C.de peti.hære.Quinto,actor debet p-
bare,& fundare intentionam ſuam, non autem exigere de
domo rei.l.nimis graue.C.de teſt.cap.cum ſuper. ext.de cauſ.
poſſ.& pprie.Sexto,pro hac parte text.feudales adducunt. Et
in primis adduco tex.in ca.vaſallus ſi feudum.in verbo,con-
uictus.in ti.ſi de feu.defun.fu.contro. Nam ille tex.in verbo,
conuictus,debet intelligi,ſcilicet,per probationes factas per
dominum, ergo vaſallus non tenetur inſtruere dominum.
Item adduco tex.in c.vaſallus feudum.in ti.proxime allega-
to.Item tex.in ca.fin.in tit.de leg. Cor. Septimo.l.plures apo-
chis.C.de fide inſtrum. Quid dicendum? Hoſtien.in ſumma
ſua,in ti. de feu.§.quibus modis. verſi. quid ſi vaſallus.deter-
minat,q̄ ſi vaſallus,cōfiteatur ſe vaſallum tenetur indicare
& oſtendere res feudales domino, alias autem oēs res,quas
tenet ipſe vaſallus,præſumuntur feudales,& moueri de feu-
do illius domini,pro qua opinione optime facit quod vult
Alb.de Ro.in l.Titius Sempronii hæres.ff.de act.emp.vbi di-
cit,quod ſi cenſualis vel emphyteuta ſoluat mihi fictum, &
cōfiteatur ſe mihi obligatum ad fictum annum,niſi oſtēdat
mihi res,pro quibus præſtat mihi illum fictum omnia bona
ſua præſumuntur fictualia,allegat in argu.l.pluribus.ff.de ac-
cept.l.forma.§.2.ff.de cēſi.no.p Spe.in ti.de loc. §.nūc aliqua.
ver.75.& ver.76.& ea quæ hñr per Pile.in q̄ſtionib.ſuis ſua q.
18.incipien.quidam ruſticus. Et de hac materia ipſe Albe.di

Source : BIU Cujas

eit ſe n otaſſ e in l.ſi certis annis. C.de pac. Alii dicunt, quod vaſallus ten etur indicare, & oſtendere res feudales domino, ſed ſi iuret ad ſancta Dei Euangelia ſe ignorare, excuſabitur, arg.l.ſi quis pro redemptione.C.de dona.& argum.l.fin. C.de bo.auc.iu.p oſ.& ar.l.fin. C.de iure do.Ego ad hoc allego pul chram gl.in 1.2.in verbo,iurata fide.C.quando & qui.quarta pars debe.lib. 10.vbi glo. dicit, ꝙ vxor defuncti tenetur pate facere bona defuncti hæredibus.Addite Bal.in l.i.C. de na.li. vbi determinat, quod concubinæ habent venenū,& vt pate faciant bona amaſii defuncti poſſunt poni ad torturā.Subii cit, ꝙ vxor ſolum aſtringitur iuramento,per glo. prædictam. & illamet gl.in l.ii.dicit,ꝙ vaſallus tenetur patefacere feudū. D.Azo,quem Bald.in l.contractus.C.de fi.inſtru.appellat vas & fontem legum in quæſtione prædicta, determinat vaſallū oſtendere & indicere teneri feudum domino,quia cum con fiteatur,debet ſuam confeſſionem reddere certam, l.certum. in prin.ff.de confeſ.& c.longinquitate.xii.q.2.Ad hoc adduci tur l.Titius hæres Sempronii,ſuperius allegata.præfati Doct. ſcilicet Io.Blanchus & Ia.de Belui.in locis allegatis determinant etiam contra vaſallum,vt teneatur oſtendere feudum, domino,niſi prętendat iuſtam ignorātiam, puta ſucceſſit in ius alterius.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.Et hoc poterit opera ri ſacramentum ea,quæ dixi ſupra.Si tamen pactum eſſet recens,de quo caſu dominus non poteſt prætendere ignorantiam,tunc vaſallus non teneretur illi iudicare feudum, imo ipſe dominus haberet probare intentionem ſuam,l.actor.C.
16 de proba.†Aduertat tamen vaſallus,ne neget feudum, quia ſi poſtea conuincatur de mendacio per dominum, priuabitur feudo.ca.vaſallus.in ti.ſi de feu.defun.fue.contro. Et idem eſſet in emphyteuta negante emphyteuſim,quia ſi cōuincatur de mendacio priuabitur poſſeſſione illius rei.Ita dicit Angel.ad literam,in l.fi.ff.de rei ven.quod notetis. Plus dico vobis,quod idem eſſet in eo,qui fraudulenter diceret ſe poſſidere rem nomine alterius ad finem differendi iudicium,& euitandi iudicium,nam ſi conuincatur de mendacio, debet priuari poſſeſſione illius rei. Ita dicit no.Bald.in l.i.C. de his qui poten.nomi. quod notetis.Bal.in cap.vaſallus.i. refert in primis opinio.Iaco.de Bel.quam ſuperius recitaui. refert etiam opi.Iac.de Ardizo.& deinde ipſe dicit,quod in iſtis factis implicitis & antiquis,vbi non apparēt inſtrumēta,nec teſtes originarii;recurrendum eſt ad communem omnium memoriā & famā.l.ſi arbiter.ff.de probū.l.at qui natura,§.cū me abſente,ff.de neg.ge.nam fama ſm eū,quæ diu viguit,inducit iuris præſumptionem,& ſuper hoc ſecundum eum poterunt interrogari domeſtici,per not.in l.3. C. quando & quibus quarta pars debe.li.x. & in l.ſi in rem agat aliquis.ff.de rei vendi.Addite, quod in factis antiquis multum operatur fama,vt vult Bal.in l.proprieta.C.de proba.& Ang.in d.§. cum me abſente.& idem Bal.in l.cum ſuper.C.de rei vend.Et cum iſta opin.
17 Bal.pertranſit Domi.Mar.de Lau.in d.c.vaſal.i.† Addit Bald. in loco proxime allegato,quod ſi vaſallus iuret ſe non habere inſtrumentū,non tenebitur illud exhibere domino. argu. l.fin.C.de fide inſtrumen.Si vero habeat inſtrumentum, vel confiteatur ſe illud habere,tenebitur illud exhibere domino. d.l.Titius hęres Sempronii.vbi quis cogitur edere inſtrumentum iure contractus. & l.ſi prædiorum.C. ad l. Falci.vbi cogitur edere inſtrumentum iure vltimæ voluntatis.& l.maritus. §.fin.ff.ad l.Falc.vbi tenetur exhibere inſtrumenta ex iuris diſpoſitione. Et ſi vaſallus recuſet exhibere inſtrumenta inueſtiturarum,poterit contra eum practicari elegans dictū Inn. in c.G.perpetuus.ext.de fide inſtrum.vbi dicit Inn. quod quādo quis habet inſtrumentum,quod tenet exhibere, & ſi hoc facere recuſat,poterit comminari, quod ſi non exhibeat intra talem diem priuabitur cōmodo inſtrumentorum. & illud dictum Inno.ſequitur Bal.in d.c.vaſallus.in fin.colum. & idem Bal.in l.2.C.vt li.pen.Addatis eundem Bal.in ca. i.in tit.
18 de vaſal.qui contra conſt.Lotha.†vbi dicit,quod in hac dubitatione, an vaſallus teneatur oſtendere domino feudum & quantitatem feudi.Iac.de Ardizo.ſecundum Bal.in ſua ſumma,in ti.quib.mo.feu.amit. ſub rubricella,ſi dubitetur,quod & quantum ſit feudum,tenet, quod niſi vaſallus oſtēdat feudum & quantitatem feudi,totum præſumetur feudale, quia indefinita & incerta poſſeſſio æquipollet vniuerſali. ipſe vero Bal.in loc. prædict. dicit diſtinguendum eſſe,quod aut dominus agit contra vaſallum,& tunc ipſe dominus debet probare intentionem.alleg.l.i.§.ſi quis argentum.ff.depoſi.Similiter ſi vaſallus agat contra dominum, debet ſuam intentionem probare.Et ſi ambo agunt contra tertium, debent probare ſuam intentionem, quia ſecundum Bald. ſicut cauſa incerta in libello debet probari per agētem.vt vult Inn.in c. ex parte Abbatiſſ.ext.de priui.ita & res,de qua eſt mentio facta in libello.& ita quieuit Ioan.Rey.in capitu.imperialem. §.il-
19 lud.†Vos poteſtis in hoc pulcherrimo & quotidiano paſſu concludere, vaſallum teneri indicare & oſtendere feudum domino,niſi prætendat probabilem,& iuſtam cauſam ignorantiæ.d.l.qui in alterius.Non ob.motiuum ſupra in contrarium factum dum dicebatur,quod nullus cogitur docere de titulo ſuæ poſſeſſionis. l.cogi.C.de petit.hær.& l.fi.C.de rei vē di.& c.vni.ext.vt eccleſi.benefi.&c.Et hoc ſecundum poteſtis corroborare auctoritate Bar.in l.pe.C.de cond præd.fiſcali.li. 11.qui dicit,quod ſi Rex citet Baronem,vt veniat ad oſtendē dum,quo iure teneat caſtra,quæ poſſidet,talis citatio erit nulla,quia nemo cogitur oſtendere titulum ſuę poſſeſſionis. d.l. cogi.cum ſimilibus.Ad idem poteſtis addere Hoſt.& Ioan.de Imo.in c.dilect.filius Abbas.ext.de offi.or.vbi dicit hęc verba formalia. Nota argumentum contra Principes occupantes, & inuadentes caſtra & iuriſdictiones, q̄ ab aliis ab antiquo detenta fuerunt, niſi eis oſtendatur titulus. Nam contra iuriſdictionem uidentur requirere titulum,cum poſſeſſor non teneatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, & ſufficit quod ab antiquo ita fuerit obſeruatum,& procedere,ſecund.eos in
20 Principe ſeculari.†Sed Iudex Eccleſiaſticus bene pōt inquirere de ti.eorum,qui poſſident benefica eccleſiaſtici a,quia fun data eſt eius intentio in tota diœceſi.c.omnes baſilicæ.16.qō. 7.& c.de xenodochiis.ext.de reli.do.Sed intentio principis ſecularis non eſt fundata de iure communi, per ea quę habentur in c.nimis.ext.de iureiuran.Reſpondebitis iſtis motiuis,ꝙ poſſent procedere,quando ille,qui poſſidet caſtrum, non cō fitetur ſe vaſallum,imo prætendit ea caſtra ad ſe ptinere pleno iure, nec confitetur ſe illa tenere in feudum. Nos vero loquimur,quando confitetur ſe vaſallum & feudatarium, nā tunc tenetur feudum oſtendere,& indicare domino,& oſtendere titulum.Ad hoc allego vobis Bald.in l. 2. C. quomodo & quando iudex.Et ꝙ vaſal.tenetur oſtendere inſtrumētum inueſti.domino,allego vobis Bal. ita dicentem in l. inſtrumē
21 ta.C.de fideicommi.†ſubſequenter eſt quærendum,vtrum,ſi quis recognoſcit ſe tenere in feudum & emphyteuſim ab aliquo,talis recognitio præiudicet ſibi & hęredib.ſuis? Concludite,ꝙ ſi recognitio ſit facta per errorem, non præiudicabit hæredibus ſuis,quia error habet impedire conſenſum.l.ſi per errorem.ff.de iur.om.iud.& l.qui cum tutoribus.ff.de tranſa. Idem ſi recognitio eſſet facta per impreſſionem, quia non habet præiudicare poſteris.ita dicit Bal. quem omnes ſequūtur,in cap.ſi eo.in ti.de feu.Guar. & Caſtal.Et quod recognitio erronea non habet præiudicare, adduco uobis Baldum in l.non idcirco. C.de iuris & fac.igno. vbi dicit,quod ſi ego ſoluo cenſum tanquam pro re emphyteutica, referendo me ad antiquum contractum non emphyteuticum,ex hoc non ꝙſtituitur res emphyteutica,quia vſque a principio apparet de errore,& error in principio inducit errorem,in proceſſu vero excludit conſenſum.vnde ſolemus dicere,ꝙ a primordio tituli poſterior formatur euentus. l.vnica.C.de impo.lucr.de ſcri.li.10. Ad idem allego Ange.in l.qui rem propriam.C.locā.vbi dicit,quod ſi nobilis recognoſcat in feudum ab Eccleſia caſtrum ſuum vel podere, ex hoc non transfertur dominium in Eccleſiam, probato quod caſtrum & podere erant allodialia.Sed ſi ex certa ſcientia, & non per errorem recognoſceret rem ſuam a monaſterio vel baſilica tanquam cenſualē,ex iſta recognitione facta ex certa ſcientia res ipſa efficeretur cenſualis.iſta verba ſunt Bald.in l. ſi functiones.C.de
22 donatio.†Iuxta prędmiſſa dubitatur de tali quæſtione: quidā confeſſus fuit, & recognouit ſe tenere in feudum quoddam caſtrum a quodam milite recipiente dictam confeſſionem, & recognitionem nomine ſuo, & etiam nomine quorundā aliorum,quorum ipſe miles erat conſors,queritur, nunquid ex illa confeſſione & recognitione ſit acquiſitum ius dictis conſortibus abſentibus,& hæredibus ipſorum conſortum, ita ꝙ poſſint agere abſque aliqua ceſſione? Dyn.ſuo conſi. xv. inci. quidam fuit confeſſus ſe tenere in feudum,& cæ. determinat quod ipſis conſortibus etiam abſentibus erit acquiſitum ius. Mouetur,quia talis confeſſio habet vim traditionis, per ea, quæ vult glo.ordi.in l.ab emptione,in glo.magna. ff. de pact. dum illa glo.vult quod ſi dicam,confiteor me tenere & poſſidere tuo nomine,tantum valeat,quantum ſi dixiſſem,conſtituo me tenere & poſſidere tuo nomine. Ad idem facit.l. interdum,in prin.§.fi. & etiam l.qui bona fid.ff.de acqui.poſ. Si ergo talis confeſſio habet vim traditionis, ergo eſt acquiſitum dominium etiam illis abſentibus conſortibus,& conſequenter eſt eis acquiſitum ius agendi etiam ſine ceſſione. l.p procuratorem.ff.de procu.& l.3.in prin.ff. quod vi aut clam. Et ſicut per procuratorem acquiritur nobis, ita & per negotiorum geſtorem ratihabitione ſequuta,facit.l. fi.C.ad Macedo.Item ſecundum Dyn.in conſi.præallegato,ſi per talem cō feſſio. declaratur rem eſſe feudalem,certe acquiritur actio perſonalis ipſis conſortibus,vt poſſint agere condictione ex morib.feudi cōditionati,ex l.feudali. Non obſtat ſi diceretis, quod duæ ſpecialitates non dēnt in eodē ſubiecto cōcurrere. l.pe.C.de do.pro.& l.mulier & Titio.ff.de cō.& de. ꝙa rō dat, quod

quod fictones, quæ ſunt de iure ciuili, & quorum vna oriatur ex altera, bene poſſunt concurrere. l. ſingularia ff. ſi cert peta. Et quæſtionem Dy. ſupra relatam Bal. In l. penul. in fi. colum.
23 ſequitur. C. quando lice. ab emp. diſce. † Dubitatur etiam, quid ſi feudatarius, qui tenet feudum ab vno domino, recognoſcat ſe tenere illud feudum ab alio domino, vtrum per talem recognitionem prę̃iudicetur vero domino? Hoſtien. in cap. verũ. mext. de ſo compe. diſtinguit dicens, quod aut feudatarius hoc facit mala fide, & tunc non prę̃iudicat vero domino, alioquin ſecũdum eum eſſet in facultate vaſalli ſubtrahere dominium ipſi domino, cum per ſubtractionẽ poſſeſſionis ſæpe perdatur dominium. c. ſæpe contingit. ext. de reſti. ſpo. & l. fina. C. de rei ven. Aut feudatarius hoc facit bona fide, & tunc præiudicat vero domino quoad poſſeſſionem, non autem quoad proprietatem, allegat. l. i. §. Iulianus. ff. de libe. agno. & l. quod Labeo, ff. de Car. edic. Si vero dubitatur, an hoc faceret bona vel mala fide, iſtud diſcutietur coram iudice, & multum conſiderabitur fama loci, per iura proxime allegata. Hanc opinionem ſequitur Ant. de But. in d. cap. verũ. cum modificatione tamen, ſi verus dominus hoc ſciuit, & tacuit, per no. in c. ii. ex. de in integ. reſti. & in cap. olim. 3 ext. de reſti. ſpolia. Domi. Panormit. in d. c. verum. aliter non determinat, ſed ſe remittit ad not. per eum in d. c. olim. 1o. de Imo. in d. c. verum, dicit, quod talis recognitio non præiudicat vero domino, nec quoad proprietatem, nec poſſeſſionem. mouetur, quia dominus habet ciuilem poſſeſſionẽ, feudatarius autem habet naturalem, vt eleganter no. in l. 3. §. ex cõtrario. ff. de acq. poſſ. & in l. ſi vt certo. §. ſi duob. vehiculum ff. com. vnde per factum ipſius feudatarii dominus nõ priuatur ſua ciuili poſſeſſione, niſi de ea expellatur vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. allegat pulchrã gl. in l. j. §. fi. in gloſ. magna. ff. vſufruct. quemadmo. caue. Addite vos Bal. in l. ii. C. de ope. lib. vbi in q̃ ſtione prædicta dicit, quod ſi de iure, vel commodo principali & veri domini aliquid minuitur alteri domino, tunc talis non præiudicabit vero domino. l. in concedendo. in princ. ff. de aqua plu. arcẽ. cum & prorogatio ſimplicis iuriſdictionis non poſſit fieri per vaſallum in præiudicium domini, vt notat Ioan. And. in nouel. in c. cæterum, ext. de iudic. & Barto. in l. i. §. & poſt operis ff. de noui oper. nuncia. Si uero vaſalus poteſt omnibus illis dominis integraliter ſatisfacere, tunc talis recognitio valebit quantum ad obligationem perſonalem, non autem quantum ad realem, quia cum ſit vnius, non poteſt eſſe alterius, nec etiam præiudicabit vero domino quantum ad poſſeſſionem. allegat l. fin. C. de acquiren. poſſ. Sed ꝺ iſtam determinationẽ Bald. & Imo. adduco vobis pulchram glo. in l. interdum. §. fin. ff. de acquiren. poſſ. quæ glo. dicit, ꝙ ſi ille, qui precario me rogauit, qui habet naturalem poſſeſſionem, & ego rogatus habeo ciuilem, conducat rem illam ab alio, quam a me, vel cõſtituat ſe poſſidere nomine alterius, priuat me mea ciuili poſſeſſione. Sed ſuſtinendo opi. Baldi & Imo. reſpondebitis, quod quædam eſt ciuilis poſſeſſio, quę requieſcit in naturali poſſeſſione, vt eſt dare exemplum in eo, qui me rogauit precario. nam in ea ciuilis requieſcit ſup naturali poſſeſſione, quam habet ille rogatus. Et ideo ſi conſtituerit ſe poſſidere nomine alterius, vel conducat rem illã ab alio, priuat me mea ciuili poſſeſſione, quæ requieſcebat ſuper illa naturali poſſeſſione. gloſſ. uero in d. l. i. §. fin. ff. vſufru. quemadmo. caue. & glo. in l. 3. vnde vi. ff. de vi, & ui arma. loquitur de naturali poſſeſſione, ſuper qua ciuilis nõ requieſcebat. Accipite exemplum in vſufructuario, qui per ſe naturaliter poſſidet. l. naturaliter. in princip. ff. de acquiren. poſſeſ. Nam ciuilis poſſeſſio, quę eſt apud proprium, non requieſcit ſuper naturali, quam habet fructuarius. ideo per factum ipſius fructuarii non prę̃iudicatur domino proprietario in ſua ciuili, quia illa ciuilis, vt dixi, non requieſcebat ſuper naturali, quę eſt apud fructuarium. Feudatarius quoque habet naturalem poſſeſſionem, & dominus habet ciuilem, vt no. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poſſ. Pro iſta theorica bene facit l. non ſolum. §. qui pignori. ff. de vſuca. vnde non recedatis ab opinio. Bal. ſupra relata. Aduertite, quod ſi feudatarius recognoſcit ſe tenere feudum ab alio, q̃ a vero domino, iſta erit cauſa, propter quam poterit priuari ratione ingratitudinis. argum. l. fin. C. de reuo. dona. & argum. c fi. ex. de dona. Ita dicit Panorm. in c. cum olim. ext. de re iudic. quod eſt bene notan-
24 dũ. † Quęro etiam, quidam recognouit ſe tenere emphyteuſim, vel feudum ab Eccleſia, bona ſua animo donãdi, vtrum talis recognitio habebit prę̃iudicare liberis, & hæredibus ipſius recognoſcentis, quoad bona aliũde per eos quæſita? Bal. in additio. ad Spe. in ti. de loca. circa xi. colum. in verbo, Eccleſia conceſſit, determinat quod nõ, quia in generali recognitione facta per defunctum non includuntur bona hęredis aliunde quæſita. tex. habetis in l. Paulus. ff. de pigno. Optime facit l. penul. ff. de ſeparat. bonor. & l. ait Prætor. §. penul. ff. de
25 minoribus. † Sed an recognitio facta per ſubditum in fauorem domini, puta, quia ſubditus recognoſcit aliquem in dominum ipſo ignorante, profit ipſi domino quantum ad ſeruandum iuriſdictionem in ipſum ſubditum? Concludite, ꝙ ſic, licet non prodeſſet talis recognitio, quantum ad acquirẽdum poſſeſſionem iuriſdictionis. Ita dicit not. Bar. in l. arbori
26 bus. §. de illo. ff. de vſufru. † Sed ſi quis ſine cauſa recognoſcit ſe eſſe hominem, an talis recognitio valeat: videtur ꝙ non, quia nos habemus quod confeſſio ſine cauſa non præiudicat. l. cum de indebito. ff. de prob. habetur in c. ſi cautio. ext. de fide inſtrument. Contrariũ determinabitis auctoritate Bald. in additio. ad Spe. in ti. de feu. paulo poſt princip. vbi dat notabilem theoricam, quod licet in perſonali requiratur cauſa, ſecus tamen eſt in reali, allegat Cy. in l. cum falſa. C. de iur. & fac. igno. Optime faciunt not. per Bal. in c. penul. in antepen. col. in tit. de cap. qui curi. ven. in vſib. feudorum, dum tractat de illo, qui recognouit ſe tenere in feudum rem ab Eccle-
27 ſia. † Sed quid ſi ego præſto cenſum Eccleſiæ de re mea, quæ apparet mea ex antiquis inſtrumentis, an ex hoc transferatur dominum in Eccleſiam? Bald. in d. l. cum falſa. determinat quod ſic, quia in eccleſiam ex ſolo titulo transfertur dominium, ſeu ſolo conſenſu abſque traditione. l. fi. C. de ſacro ſanct. eccl. no. in c. 2. ext. de conſue. Bal. autem in dicta. l. cum falſa, diſtinguit, quod aut talis prę̃ſtatio fit per errorem, qui præſumitur ex antiquis inſtrumentis continentibus contrarium. Et hoc caſu proprietas non transfertur in eccleſiam ex tali præſtatione, per ea, quę habentur in l. cum de in rem verſo. ff. de vſu. & in c. peruenit. ext. de cenſibus. Aut talis præſtatio fit ex certa ſcientia, aut eſt expreſſa recognitio dominii facta per illum, qui ſoluit cenſum, & tunc transfertur proprietas in eccleſiam ex tacita denunciatione. l. cuius per errorem. ff. de re. iur. iuncta l. fin. C. de ſacroſanc. eccl. Aut ibi nõ eſt expreſſa recognitio dominii, & tunc idẽ cõcludit Bal. ꝙ talis præſtatio facta eſt, firmiter p̃ſumit̃ feudum vel emphyteuſis, per no. ꝑ gl. in l. pe. §. pe. ff. de ſuperficie. De hac materia videte plenius per Bar. & omnes in l. rem aliquam, ff. de acquir. poſſ. per Ioan. de Imo. in d. c. ſi cautio. & per eun. in c.
28 fi. in col. fi. ext. de confeſ. Vltimo, quæro † qualiter feudatarius debeat facere recognitionem domino feudi? Pro clariori deciſione huius quæſtionis p̃mitto vobis, quod vaſallus ſeu feudatarius, ſi aliqua particularia bona illius feudi, quod tenet a domino, conceſſerit in feudum aliis, quod facere põt tribus concurrentibus, vt in cap. pen. in titu. de le. Corr. in lib. feudo. quantum ad illa particularia bona aliis cõceſſa in feudum vaſallus habet directum dominiũ, & illi, qui ſunt ab illo infeudati vtile dominium, & directum eſt apud principẽ ſeu maiorem dominum, a quo tenet feudum. Ita not. determinat Bal. in l. i. C. vnde co. vbi dicit, ꝙ in ſingularibus bonis & particularibus, quæ ſunt ī Apulia, Rex Apuliæ hẽt directũ dn̄ium, quãtum autem ad totam vniuerſitatem regni habet utile dominium: directũ aũt dn̄ium eſt apud vniuerſalem Eccleſiam Romanam, a qua ipſe Rex tenet regnum. Idem voluit ipſe Bal. in proœ. C. in i. char. in i. colum. vbi dicit, quod licet vnus ratione vniuerſitatis dicatur vtiliter dominus, tamẽ ratione ſingulorum feudorum habet directum dominium, & eius nomine ſimplici exercet iuriſdictionem, & emolumenta iuriſdictionis. Et hanc doctrinam Bal. ſequitur Mart. de Lau. in c. pe. in ti. ſi vaſ. feu. priu. cui defe. de. Vnde deducendo iſtam theoricam Bal. ad practicam dico, quod vaſallus requiſitus conſignare feu. ſeu recognoſcere ſufficit, quod recognoſcat caſtrum ſeu partẽ caſtri, q̃ pertinet ad eum cum mero mixtoque imperio, & omnimoda iuriſdictione, quia ratione illius vniuerſitatis non habet niſi vtile dominium, & directum eſt apud dominum, quod tenet ab eo, tenetur etiã recognoſcere idonea caſtri, hoc eſt prædia, quæ ſunt vicina caſtro, & ab antiquo reputata ſunt eſſe de pertinentiis caſtri & feudi. Itẽ ſi vaſallus fuiſſet inueſtitus de caſtro cum molendinis, & furnis batitoriis, & aliis ingeniis, certe talia bona, q̃ tenet etiam a domino tenetur recognoſcere. Vtrum autem molendina cẽſeantur eſſe feudalia, tractaui vobis in verbo, molendinis. & Bal. ponit in capi. pen. in ti. de capi. qui cu. vẽd. Sed ſi ipſe vaſallus haberet aliquos vaſallos ſub ſe, qui teneãt aliqua bona in feudum ab ipſo vaſallo, vel in emphyteuſim, & ſibi debeantur per ipſos vaſallos & ſubditos ſuos aliquæ penſiones, ſeu præſtationes recognoſcere domino ſuperiori: quia in illis ſingularibus rebus, ſeu feudis ſingularibus ipſe vaſallus habet directum dominium, & ſic illi maiori domino non tenetur recognitionẽ facere de illis præſtationibus, quę ſibi debentur per homines ſuos. Nunc concipitis, quare principes in inueſtituris faciunt apponi iſta verba, ꝙ vaſallus promiſit bona feudalia, de quibus inueſtitus eſt recognoſcere, & ſpecificare particulariter, ſpecifice, & diſtricte. Imputet ergo ſibi vaſallus, qui ſe ita aſtrinxit, argumen. regulæ iuris, damnum, de regul. iur. libr. vi. Habetis expeditam materiam recognitionum.

Source : BIU Cujas

Iacob. de S. Georg.

SVMMARIVM.

1 *Iudices in causa feudali, qui esse debeant.*
2 *Quæstione inter dominum & vasallum orta, debent pares curiæ iudicare.*
3 *Vasallus clericus litigans cum domino an debeat apud pares curiæ iudicium suscipere.*
4 *Cognitio actionis possessoriæ de re feudali, ad quem spectare dicatur.*
5 *Statutum, quod prædia non possint alienari in forenses, an semper, & vbiq; sit validum.*
6 *Vasallus, an contra proprium dominum possit agere interdicto, Vnde vi. pro spoliatione.*
7 *Discipuli tenentur subuenire doctori, & magistro in alimentis in casu necessitatis.*
8 *Dominus, an semper debeat cognoscere de causa feudali inter vasallos.*
9 *Pares curiæ qui dicantur.*
10 *Pares curiæ, qui habent cognoscere de causa feudali debent esse illius qualitatis, cuius sunt vasalli litigantes.*
11 *Pares curiæ in causa feudali iudicaturi, an possint constituere locumtenentem.*
12 *Pares curiæ iudicantes causas feudales, an debeant iurare de rectè iudicando.*
13 *Domino feudi in causa feudali agente an debeāt haberi pares curiæ plures quam sint necessarii in iudicando vel testificando.*
14 *Pares curiæ, an possint cogi ad iudicandum in causa feudali. & nu. 23.*
15 *Pares curiæ iudicantes in causa feudali, an debeant esse eiusdem prouinciæ in qua lis agitatur.*
16 *Dominus non habens pares curiæ pro causæ feudalis agitatione, quos habebit iudices.*
17 *Pares curiæ an possint in causa feudali recusari.*
18 *Reconuentio, an locum habeat coram paribus curiæ.*
19 *Reconuentio augere dicitur iurisdictionem.*
20 *Declinatoria fori an possit opponi casu quo dominus, vel pares curiæ volunt cognoscere de causa feudali.*
21 *Dominus vel pares curiæ si recusent cognitionem cāæ feudalis, ad quem erit recurrendum.*
22 *Dominus vel pares curiæ deficientes in iustitia, debent eorum iure priuari.*
24 *Domino agente rei vendicatione contra vasallum ad feudum, allegando illud feudum sibi commissum, vt intentet officium iudicis, an si vasallus nominet alium dominum, an erit iudex ille nominatus.*
25 *Cognoscens de causa feudali an, debeat seruare ordinem iudiciarium.*
26 *Citatio, quomodo debeat in cau. feudali fieri.*
27 *Vasallus ad instantiam domini citatus, an recusans debeat iterum citari.*
28 *Dominus iudicans in causa vasallorum vbi debeat sedere.*
29 *Probationes qualiter sint in materia feudali fiendæ.*
30 *Verbum, guarentare, quid significet.*
31 *Quasi possessio fidelitatis & subiectionis, an instrumento antiquo ducentorum annorum, & vltra probari possit.*
32 *Vasalli litigantes, an possint prorogare iurisdictionem alieni iudicis.*
33 *Sententia lata contra vasallum, q̄ feudum ad alium pertineat, an præiudicet agnatis vasalli succumbentis.*
34 *Sententia lata inter contendentes de feudo certi loci an omnibus illius loci præiudicet.*
35 *Vasallus, an absque sententia possit feudo priuari.*
36 *Sententia lata in materia feudali, ad quem sit appellandum.*
37 *Principi asserenti vasallum ingratum, vel alias culpabilem vt feudo priuetur, an sit credendum.*
38 *Tempus in materia appellationis diuersimode consideratur.*
39 *Executio sententiæ in materia feudali, qualiter sit facienda.*

1 IT dicti vasalli pro dictis rebus feudalibus conuenti coram quodam iudice ordinario petierunt se remitti corā eorū dño feudi, &c. †Pro declaratione dictorum verborum, q̄ro qui debeant esse iudices in causa feudi? Concludite, quod aut est quæstio inter illos, qui proprie dicuntur capitanei, vt sunt Duces, Marchi. & Comites, & tunc Imperator debet esse iudex. tex. habetis in c. pe. in princi. in tit. apud quē vel quos contro. feu. defi. Idem esset in aliis, qui immediate subessent Imperatori, & tenerent feuda ab Imperatore per eandem rationem. & idem in illis qui tenent feuda a Rege, nam inter ipsos vasallos Rex deberet esse iudex. Aut quæstio de feudo est inter alios vasallos, tunc facite vobis tres casus. Primus est, q̄n̄ est quæstio inter duos vasallos. Secundus est, quando est quæstio inter vasallum & non vasallum. Tertius est, quādo est q̄stio inter uasallum & dominum. Circa primum casum principalem concludite, quod aut constat utriq; esse vasallum, & est quæstio de feudo, seu de parte feudi, vel de finibus feudi, & uterque ipsorum habet alia ab eodem domino, de quibus non est quæstio, tunc inter illos duos vasallos dominus debet esse iudex. c. imperialem. §. præterea. in ti. de prohi. alie. feu. per Fed. aut constat vnum esse vasallum tantum, & est quæstio de feudo, quod alius prætendit ad se pertinere iure proprio, sed tamen non prætendit se tenere aliud feudum ab eodem domino; tunc pares curiæ debent esse iudices. d. cap. pe. in ij. responsio, in tit. apud quem vel quos contro. feu. defi. Aut neuter ipsorum prætendit aliud feudum, nisi illam rem, de qua est quæstio, tunc aut prætendunt inuestituram ab eodem domino, aut a diuersis, si ab eodem, tunc si uterque dicat esse feudum suum proprium, & sibi concessum, tunc ordinarius, vel arbiter erit iudex. c. ii. in ti. de leg. Corra. Aut uterque prætendit feudum antiquum, & suorum progenitorum, & tunc dominus cum curia debebit cognoscere, non autem dominus solus vel curia sola. c. pe. §. illud, in tit. de inuestit. in mari. fac. Si uero alter prætendit feudum antiquum, & suorum progenitorum, alius vero prætendit ad se spectare iure pprio, tūc l. cet antiquo iure ordinarius vel arbiter cognosceret de causa, dicto capitu primo, in princip. in titu. proxi. allega. hodie tamen cognoscent pares curiæ. cap. pe. in ti. an apud iudicem vel cur. domini quęst. feud. deter. debe. Si vero prætendunt diuersos inuestitores, tunc ordinarius vel arbiter erit iudex. d. c.
2 ii. in ti. de le. Corra. habetis primū casum expeditū. †Circa secundum & vltimum casum, quando est quæstio inter dominum, & vasallum, tunc pares curiæ erunt iudices. d. c. imperialē. §. præterea si inter. in ti. de prohi. alie. feu. p Fed. Distinctionem prædictam facit Iac. de Belui. in c. i. in tit. de inuestitu. in ma. fac. & Ioan. de Imo. in capitu. cęterum. ext. de iudi. vbi dicit se velle sequi hanc distinctionem Iaco. de Belui. & ei magis credendum, tanquam magis perito in materia feudorum, eo quia pluries legit ipsum libellum feudorum; Aduertite, quia quibus casibus dixi in prędcedentibus recognitionē causę feudalis spectare ad pares curię, debet hoc limitari, nisi per priuilegium & continuam consuetudinem sit tali consuetudini derogatum. ita dicit eleganter Bal. in d. §. prędterea si inter. in pri. colum. & hoc dictum pluries allegaui in quæstionibus facti cum N. procuratore fiscali nomine Celsitudinis Ducalis Sabaudiæ, dum peteret aliquos vasallos, prætendendo eorum feuda esse commissa, & traheret ipsos coram magnifico consilio residentium, & vasalli peterent causam remitti coram paribus curię: allegabam, q̄ tali constitutioni erat derogatum per contrariam consuetudinem, quia de cō suetudine magnificum consilium Ducale consueuit cognoscere de similibus causis, & allegabam Bal. in d. c. ptæterea si inter. & no. per Domi. Panormit. in c. nouit. circa fi. 3. colum.
3 ext. de iudi. †Quęro circa prędicta de notabili quæst. Ponam' quod vasalus sit clericus, vtrum pares curiæ, si sint laici, erūt iudices in causa feudali, vel an dominus laicus poterit esse iudex inter vasallos clericos, quando agitur de causa feudali. Bald. in capit. i. in ti. de controuer. inuest. apud pa. termi. determinat, quod sic, propter naturam causæ. Nam secundum, cum natura causę trahit ad se personam, & econtra, allegat no. per Guil. de Cu. in authen. clericus, C. de episc. & cle. Item mouetur, quia cōsuetudo generalis bene potest tribuere iurisdictionem contra clericos, secus in consuetudine speciali. c. Ecclesia sanctæ Mariæ, & c. quæ in ecclesiarum. ext. de consti. allegat etiam not. in c. quod clericis. ext. de fo. comp. Mouetur etiam, quia consuetudo feudorum disponit si per feudo, quod facere potest, ergo & super iudicio & iurisdictione. Postea subiicit hæc verba, alii cōtra, vt per c. si diligenti. ext. de fo. comp. & ita quieuit Bal. Addite eundem Bald. in l. fin. in vlt. char. sui commenti. in ver. sed hic quærit an si infiniti. C. de edic. diui Adria. tollen. vbi dicit, quod si ego intento beneficium d. l. coram iudice sæculari, & sunt multi possessores rerum hæreditariarum, & aliqui ex eis sint clerici, tñ tenebuntur respondere coram iudice sęculari. quia natura litis & causæ trahit ad se personam. Addite id quod vult Bal. in l. acceptam. in fi. vltimę col. C. de vsu. vbi dicit, quod si de mandato iudicis temporalis sit factum depositum, quod ille clericus virtute dicti depositi poterit trahi coram illo iudice sęculari, quia non dicitur cognoscere de causa contra clericum, sed executiue officio iudicis compellere ipsum clericū ad restōnem depositi ex quadam consequentia cāæ. Opinionem prędictam, quod dominus laicus vel pares curiæ etiam laici possint cognoscere de causa feudali etiam contra vasallum clericū, tenet Inn. in c. cęterum. ext. de iud. & Archi. in c. i. de cle. coniuga. lib. vi. & Nic. de Neap. & Iac. Alu. in capitu. statuimus. in ti. de stat. contra liber. Eccle. in libr. feudo. Idem tenuit ipse Iac. Alu. in c. qui clericus. in ti. si de feu. defun. fue. cōtro. Addatis Bal. idem volentem in l. fi. in fi. col. C. sine cē. vel reliq. & cæt. Et hanc sententiam amplexus fuit D. Pan. in d. c. cęterū. in 2. col. in ver. vlt. induco. vbi no. dicit, q̄ qñ per legem ciuilē attribuit vniuersa'r iurisdō alicui certæ personæ prætextu certę qualitatis, talis lex cōpræhendit clericos tā actiue, quam passiue, quibus competit talis qualitas: nam secundum eum lex ciuilis vniuersaliter tribuit iurisdict. domino

Source : BIU Cujas

mino feudi,& aliquando parib.curię in materia feud.d.cap. imperialem. §. prætrea ſi inter. & quia talis lex ciuilis poteſt ſe habere ad commodum & incommodũ, certe habet locum in clericis.adducitur tex.in auth.habita.C.ne fil.pro patre.vbi lex ciui.generaliter diſponit, quòd ſcholares habent tres iudices, & tamen illa authentica habet locum etiam in ſcholaribus clericis.Mihi videtur,quod iſta opinio nõ procedat.moueor primo per tex.in cap.qualiter & quando. ibi, q̃ omnino fieri prohibemus.ext.de iud.vbi tex.dicit, quòd canon prohibet omnino trahi clericum coram iudice ſeculari.Et dictio,omnino,eſt dictio præciſa, quæ importat idem, quod indiſtincte,& omni caſu glo.no.& ibi Bart.in l.ſi cum exceptione.§.quatenus.in verbo omnimodo. ff.quod metus cauſa.& glo.in cap.ex parte.j.extra de offi.deleg.in verbo,oĩno.ergo indiſtincte prohibetur clericum trahi coram iudice ſeculari.Secundo moueor, quia verba generalia legis vel ſtatuti nunquam adaptantur ad ea,quæ ſunt impoſſibilia ipſi ſtatuenti. Ita dicit Bald.in l.fin.§.in computatione.in fin. C.de iure deliberan. Ego allego text.notabilem in cap.tua. extra.de decim & in cap.a nobis.extra de ſenten.excommu. Ergo verba generalia, de quibus in cap.imperialem.§.prætera ſi inter. non deberent adaptari in perſonis clericorum, quia lex ciuilis in ſpecie nõ poteſt diſponere de perſonis clericorum,vt habetur in cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ.ext.de cõſtitutio.Tertio,moueor per cap.ſi diligenti.ex. de foro competen.& per authen.ſtatuimus.C.de epiſco.& cleric.Quartò moueor,arguendo a ſufficienti partium enumeratione. Aut enim volumus dicere, quòd dominus feudi eſt ille, qui trahit clericum vaſallum ad iudiciũ ipſius domini laici, & hoc dicere non poſſumus. Ad hoc adduco vobis pulchrum dictum Bald.in l.2.C.vt in poſſ.lega. vbi dicit, quòd ſi teſtator inſtituat clericũ hæredem ſuum, & grauet eum dare decem alicui,ſubijcendo eum iuriſdictioni iudicis ſecularis,vt corã eo poſſit conueniri,vel coram alio iudice incompetenti, talis ſubiectio non valebit.allegat glo. quam dicit ſingularem in l.nemo poteſt.ff.de leg.j.Aut volumus dicere,quòd lex ciuilis eſt illa, quæ hoc caſu ſubijcit clericum vaſallũ iudicio & iuriſdictioni domini laici:& hoc dicere nõ poſſumus, qa lex ciuilis hoc facere non poteſt.cap.Eccleſia ſanctæ Marię. extra de conſtitu.iuxta illud,Nolite tangere Chriſtos meos, id eſt,clericos vel ſacerdotes.ita dicit in Authen. de non ali. in fin.j.colum.in verbo,denegari.colum.2.Aut volumus dicere,q̃,lex canonica eſt illa, quæ ſubiicit hoc caſu clericum iuriſdictioni domini temporalis,&hoc dicere non poſſum⁹, quia nemo poteſt tollere priuilegium conceſſum clericis a Deo omnipotente.Ita vult glo.quæ reputatur ſingularis, in cap.ſi imperator.96.diſtinctio.nota.in cap.2.extra de maior. & obedien.Aut volumus dicere, quòd natura cauſæ eſt illa, quæ trahit ad ſe perſonam,& hoc dicere non poſſumus, qa eſſet contra legem diuinam, & diſpoſitionem naturalem. Nam perſona debet ad ſe trahere rem, non autem econtra. in authen.ingreſſi.C. de ſacroſanctis eccle. Ad authen.habitam.C.ne filius pro patre,quam adducit Bal. poteſtis reſpondere,quòd non diſponit de clericis,vt nota.in d.cap.ſi diligẽti.hic dicit Barto.no.in l.ſi.ff.de colleg illi.quod ſi Rector vniuerſitatis ſtudii eſt laicus, ſcholares clerici non poterunt coram eo conueniri.Ad tex.in cap.cæterum.extra de iudi.poteſtis reſpondere, quòd ibi non conſtabat dominum feudi eſſe laicum.Vnde in ſecreto iuris poſſet teneri,quod opinio contraria ſuperius relata non eſt bona in iudicando,tamen
4 non eſſet tutum recedere a communi ſententia.† Quæro vlterius, quid ſi agatur poſſeſſorio de re feudali, an cognitio ſpectabit ad dominum feudi,ſicuti diximus in cauſa petitorii; an vero cauſa poſſeſſorii agitatur coram ordinario loci? Glo.in d.cap.cæterum.dicit,quod agitatur coram ordinario loci,non autem coram domino feudi. allegat hoc ca.ex parte B.ext.de foro competen. Innoc.in d.cap. cæterum, ponit tres opiniones.Prima eſt, quòd quando poſſeſſio nõ dicatur feudalis,& conſequenter ordinarius debebit cognoſcere de ea.Secũda opinio eſt,quòd immo ſit feudalis,& ideo ſpectet cognitio ad dominum. Tertia opinio eſt, diſtinguens inter vaſallum laicum ſpoliatum, & clericum vaſallum ſpoliatũ. Primo cognitio ſpectat ad dominum feudi. Secundo vero caſu clericus ſpoliatus re feudali poterit conuenire ſuũ ſpoliatorem coram iudice eccleſiaſtico,per d.cap.ex parte B.qa iſtud eſt crimẽ ſacrilegii, quod eſt eccleſiaſticũ.c.in canonib. 16.q.1.quòd procedit ſecundum eum, etiamſi ſit dubius de ſpoliatore.cap.ſi quis de potentibus.24.quæſtio.3.ibi. Ipſe tamen Innocen.videtur reſidere in prima opinione,ſcilicet,q̃ quæſtio poſſeſſoria debet agitari coram ordinario loci: ſed ipſemet Innocen.in præallegato cap. ex parte.B.tenet expreſſe, quod iſta quæſtio poſſeſſoria debet agitari coram domino feudi.Et ad tex.in illo cap.ex parte B.reſpondebitis,quòd ibi in illo cap. illa mulier iuuatur iure dotalitij, non autem iure feudi.Bald.in d. cap.cæterum. arguit ad partes.Primo,q̃ opi.glo.ibi, quòd iſta quæſtio poſſeſſoria debeat tractari coram ordinario loci:quia talis quæſtio eſt meri facti,& nõ iuris,nec tangit ſubſtantiam feudi, ſed quandam ſuperficialẽ, &materialem cauſam facti,quę non tangit ius dominii.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſ. Vos poteſtis hanc opin.Gloſſatoris affirmare hoc modo. Nam quæſtio poſſeſſoria rei ſpiritualis nõ dicitur ſpiritualis. ita vult gl.no. in cap.literas.ext.de iura. calum. Ad idem poteſtis adducere Bal.in l.2.in commẽ.ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. vbi
5 dicit,†quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd prædia non poſſint alienari in forenſes,quod quidem ſtatutum valet. tex.eſt cũ glo. in l.vnica. C. non licet habita metro.lib.xi. Si tamen prædia alienentur in forẽſes contra diſpoſitionem ſtatuti, poſſeſſio mera bene trãſibit in emptores: quia talis mera poſſeſſio eſt facti,& nõ iuris,allegat l.quòd vxor viro.ff.de acquiren.poſſ. ipſe tamen Bald.in d.cap.cæterum.dicit communiter Doct. tenere contra glo.ibi: ipſe tamen poſtea diſtinguit hoc modo: Aut intentatur ſola poſſeſſio,& tunc cognitio ſpectabit ad ordinarium loci, & ita intelligitur gl. in d.cap.cæterum. Aut intentatur poſſeſſio qualificata,id eſt, tanquam feudalis de re feudali,& tunc cognitio ſpectabit ad dominum feudi:& ideo ſecundum eum diligenter debemus attendere libellum actoris,ex cuius perſona ius metimur.l.j.§.j.ff.ſi pars hære.peta.& l.cum quædam puella.§.fin ff.de iuriſdictio.omnium iud.Et ideo concludit ipſe Bal.quòd ſi inter dominum & vaſallum debeat agitari quæſtio poſſeſſoria feudi, tũc pares curiæ debent eſſe iudices. cap.j.§.ſi vero vaſallus. in tit.de nulli.vaſal.qui contu.eſt,in lib.feud.& cap.j.in titu.de contro. inter Epiſcopum & vaſallum.Si vero quæſtio poſſeſſoria rei feudalis agitatur inter vaſallos, tunc cognitio ſpectabit ad dominum feudi,& hoc dicit eſſe tenendum,quia eſt verius. Idem Bald.cap.ſi inter pares.in titu. de lege Corra.diſtinguit hoc modo: Aut quæſtio poſſeſſoria feudi reſpicit adminiculum petitorii:& tunc cognitio ſpectabit ad dominum.argum.l nulli.C.de iud.Aut non reſpicit adminiculum petitorii,puta,quia agitur ad aliam pęnam, quàm priuationis feudi, & alia lege, quam lege feudali, & tunc ordinarius iudex cognoſcet.d.cap.ex parte B Idem Bald.in cap imperialem.§. prætrea in j.colum.in tit.de prohib.alien. feu. per Federi.diſtinguit hoc modo. Aut agitur ſimplici poſſeſſorio ſine mẽtione feudi,vel enunciatiue prolata fuerunt verba feudi, tamen talis enunciatio non pertinet ad cauſam, nec eſt neceſſe eam probare,vt notat Innocen.in cap. ex parte.ext.de priuileg.nam verba enunciatiua,quæ non poſſunt prodeſſe,nõ debent obeſſe, vt vult Innocen. in d.cap. ex parte.quia non informant iudicium.Idem Bal.in cap j.in titu. de inueſtit. in mari.fac.facit aliam diſtinctionem, quam ibi videatis.idem Bal.in l.ſi de proprietate.C.ſi a non compe. iud. &cœt.dicit, quòd cauſa poſſeſſoria feudi bene poteſt per dominum feudi delegari, quando de poſſeſſorio feudi eſt contentio inter vaſallos,& vterque fatetur illum eſſe dominum,& hoc procedit ſi agatur ciuiliter,ſecus ſi criminaliter ad impoſitionẽ alicuius pœnæ: nam tunc cauſa non ſpectaret ad dominum feudi, quia dominus non habet iuriſdictionem, niſi quatenus lex feudorum ſibi concedit.allegat Innocen.in cap. cæterum.ſubijcit ipſe Bald.in loco proxime allegato,quòd pœna l.ſi quis in tantam.C.vnde vi. pertinet ad naturam feudi, quia illa.l.habet locũ in feudatario ſpoliãte,& in feudatario ſpoliato,vt no.ibi per glo.Optime faciunt no.per Imol. in l. eorum.ff.de damno infecto. Domi. Panorm. in d.cap.cæterum.dicit, quòd quando quæſtio poſſeſſoria rei feudalis eſt inter vaſallos,tunc cognitio ſpectat ad dominum.Si vero talis quæſtio poſſeſſoria ſit inter dominum & vaſallum, tunc cognitio ſpectabit ad pares curiæ.Ad cap.ex parte B.ſuperius allegatum reſpõdet duobus modis. primo ibi illa mulier nõ iuuabitur iure feudi,ſed iure dotalitij.Vel aliter,ille tex. loqtur in vidua oppreſſa, & in perſona miſerabili oppreſſa & ſpoliata. Et quia tales perſonæ sũt ſub protectione Eccleſię, poterit ipſa vidua oppreſſa adire iudicem ordinarium Eccleſiaſticũ.Io.de Imo.in d.c. cœterũ.dicit,quòd qualitercunque agatur de re feudali,cognitio ſpectabit ad dominũ illius feudi,ſi in libello exprimatur, quòd res ſit feudalis.Ad c.ex parte B.reſpondebitis vt ſupra. In hac materia poteſtis ſic cõcludere,quòd aut quæſtio poſſeſſoria feudi eſt inter duos vaſallos, & vterque ipſorum confitetur illam rem eſſe feudalẽ, tunc cognitio ſpectabit ad dominum illius feudi. & ita procedit opin.Bal. in d.l.ſi de proprietate.& opinio Domi.Pan. in d.cap.cœterum.aut quæſtio poſſeſſoria feudi eſt inter dominum & vaſallum, tũc ſubdiſtinguendum eſt,quia aut vaſall⁹ querit de dño, & tũc pares curiæ,ſeu pares curtis,dẽt de cauſa cognoſcere.tex.habetis in c.vnico.§. ſi vero vaſall⁹. in tit.de mi.vaſal.qui contu.eſt,aut econtra dominus conqueritur de vaſallo, & tunc pares curiæ erunt iudices. cap. imperialem

Source : BIU Cujas

rialem.§.præterea ſi inter.titu.de proh.alie.feu.per Feder.aut quæſtio poſſeſſoria eſt inter alias perſonas, puta, quia extraneus ſpoliauit vaſallum poſſeſſione feudi, & tunc vaſallus ſpoliatus debet adire ordinarium rei, qui conuenitur ſuper ſpolio,per no.in l.fin.C.vbi in rem act. Et hoc vltimum vult expreſſe Ioan.Reyn. ī d.§.præterea. Quid autem ſi ageretur de crimine criminaliter vel ciuiliter in priuationem feudi ꝙtra vaſallum clericum, quis tunc debet eſſe iudex? Videte nota.per Dominum Panormita. in cap.uerum.in ix.colum.
6 extra de foro competen. †Sed ne procedamus in æquiuoco, quęro iuxta prędicta,an vaſallus contra ſuum proprium dominum poſſit agere interdicto,Vnde vi,pro ſpoliatione? Innocen.in præallegato cap.cęterum. determinat quòd non, adducit ad hoc,l.j.§.interdictum.ff.de vi & vi arma. vbi dicitur,quod libertus aduerſus patronum non poteſt agere interdicto,Vnde vi.Et cum opinione Inn.tranſeunt omnes in d. cap.cęterum.Pro qua opini.poteſtis aduertere id, quod vult Bald.in cap.imperialem.§.præterea ſi inter.circa 9. colu.vbi dicit,quòd vaſallus aduerſus dominum ſuum non poteſt agere actione furti,& ſi in libello exprimeret actionem furti, non procederet libellus: ſed ſi non exprimeret,bene valeret libellus, quia quantum ad infamiam, magis conſideramus genus actionis quam genus cauſæ, allegat glo.peregrinam ī l.certi condictio.ff.ſi certum petatur, in princ. Idem dicit, ꝙ parochianus non poteſt agere contra ſuum præsbyterum actione furti,quia eſt famoſa, neque etiam contra eum, qui leuauit ipſum de ſacro fonte.Ad idem poteſtis allegare pulchram gl.in l.j.§.ſerui quoties.ff.ad Sylla.quæ dicit, quòd vaſallus debet præferre ſalutem domini ſui ſuæ proprię. Pro eadem ſententia poteſtis allegare pulchrum text. in l. liberto. ff.de obſe.a liber.patro.pręſtan.vbi videtur,ꝙ perſona patroni debet ſemper liberto apparere ſancta & honeſta. Ex qua ratione vaſallus tenetur præponere ſalutem domini. Idem debemus de honore domini dicere. Et attenta opinio. Innocen.poſſumus inferre, quòd diſcipulus contra doctorem & magiſtrum ſuum non poſſit agere interdicto,Vnde vi, ꝙ perſona doctoris & magiſtri debet ſemper diſcipulo apparere ſancta & honeſta.iſta eſt gl.not.in d.l liberto.Item doctor ſeu magiſter dicitur pater ſuorum ſcholaſticorum.l. j. ibi, &
7 filios ſuos erudire.C.de excuſatio.artifi.lib. 10.†Item diſcipuli debent ſubuenire ſuo doctori & magiſtro de alimentis in caſu neceſſitatis.Iſte eſt tex. not. in l.2. circa fin.ibi, ſed a ſuis auditoribus plurimum fuit ſuſtentatus.ff.de ori. iur. not. per Innocen.in c.2.extra de magiſt. Nam pater filiis dat eſſe, ſed doctor & magiſter dant bene eſſe. Et ideo cū Rex Philippus ſcripſit ad Ariſtotelem Philoſophorū Principem, quòd gratias Diis agebat,quòd ſibi dederat filium maſculum, ſed maiores gratias agebat, quòd erat natus tępore Ariſtotelis, ſub cuius doctrina poterat erudiri. Aduertite,quia licet Docto. communiter videantur tranſire cum opi. Innocen. ſuperius relata:tamen mihi videtur totum contrarium. moueor, ꝙa ſi dominus non habet vaſallum vt vaſallum,nec vaſallus debet habere ipſum dominum vt dominum:nam,ut dicit tex. nota.in cap.eſto ſubiectus.95. diſtinctio. ſi tu non habes me in ſenatorem,quare debeo te habere in Principem.bene facit tex.in cap.j.§.dominus quoque. in titu.de forma fide.vbi text. dicit,quod dominus vaſallo debet reddere pares vices, alioquin ipſe dominus malefidus eſt. Non obſtat,quod ſupra dixit Bald.de actione furti irrogante infamiam. l.i. ff.de his,qui no.infa ſed interdictum,Vnde vi,nō infamat. l.neq;. ff.de vi,& vi arma.Non obſtat tex.in d.§.interdictum, quia æquiparatio,quam facit Innocen.de liberto ad vaſallum,nō eſt bona,quia ſeruus factus liber de nihilo factus eſt aliquid. l.quod attinet.ff.de regu.iur.quæ ratio ceſſat in vaſallo, qui eſt liber homo. Non obſtat glo. in d.§.ſerui quoties.quia dico,quòd illa glo.male loquitur; nam Doct.communiter in cap.ſi a morte.alias eſt §. in titu.de alie. feu.pater. & in capit. contra omnes.in titu.hic finitur lex,& inci.conſue.re. in lib. feud.tenent,quod vaſallus non tenetur preferre ſalutem domini ſui ſuæ proprię ſaluti.Et idem tenet expreſſe Bald. in l. fin.C.quod cum eo.Vnde in ſecreto iuris concluderem, vaſallum agere poſſe interdicto, Vnde vi, contra dominum
8 ſuum.†Aduertite inquantum ego dixi ſupra,quòd dominus cognoſcit de cauſa feudali inter vaſallos: nam hoc debet limitari, niſi dominus denegauerit īueſtire vaſallum de recto feudo,nam tunc de alio feudo cognoſcere non poterit,quia iniuſtus in vno, præſumitur iniuſtus,& ſuſpectus in alio.tex, eſt no.in cap.vnico,in titu.de controuer. inter vaſal. & Epiſ. Et ita vult expreſſe Bal.in commento pacis Conſt. in verbo, ſi qua controuerſia.quod notetis ad limitationem multo-
9 rum iurium.† Vlterius ne incedamus amplius per ignota, quia ſuperius feci ſæpe mentionem de paribus curiæ,quæro qui dicantur pares curiæ? Pro maiori declara.ſciatis,quòd in libro feud.aliquando appellātur pares curię ſeu curtis.cap.j. §.j.in titu.de feu.guar. & caſtal. Aliquando appellātur pares domus,vt probat tex.in cap.j.§.j.in tit.quid ſit inueſt. Redeū do ad qnæſtionem propoſitam dico, quòd pares curiæ ſeu curtis dicuntur conuaſalli, qui iurarunt fidelitatem eidem domino pro aliis feudis, quæ tenent ab eo.Iſte eſt text.apertus in cap.j.poſt principium, in tit.ſi de inueſtit. inter dominum & vaſallum oria ſed ſi eſſent vaſalli, qui non præſtitiſſent ſacramentum fidelitatis eidem domino, non diceretur eſſe de paribus curię cap. imperialem.§. præterea. in verbo. coniuratos.in tit.de prohi.alie.feu.per Feder.ideo infert. Bal. in cap.j.in titu.de controuer.feu. apud pat. termi. quòd ſcholaris, qui nō vult rectori iurare,non debet haberi pro ſcho-
10 lari. †Et eſt aduertendū, quòd iſti pares curiæ,qui habēt cognoſcere de cauſa feudali,debent eſſe illius qualitatis, cuius ſunt vaſalli litigantes. Et ideo ſi vaſallus litigans cum domino eſt Comes vel Baro,certè pares curiæ,qui habent cognoſcere de illa cauſa,ſimiliter debēt eſſe Comites vel Barones. Ita dicunt Innocen.Ioan.& Panorm.in cap.cœterum. extra de iud.idem vult Odofre.in ſumma, ſn titu.qui poſ.de feud. cogno.& placet Ioan.Reyn.in d.§. præterea ſi inter. Item licet pares curiæ ſint laici, & contentio ſit inter vaſallum & Epiſcopum dominum ſuum, tamen ipſi pares curiæ poterunt cognoſcere de tali cauſa feudali. Ita dicit Innocen.in c. verum.& cap.ex parte.extra de foro competen. Et canon.in d.cap.cœterum.& Bald.in illo cap. j. in titu. de controu.feu. apud pa.termi.Et dicit Alexand.de Imo.ſuo conſilio 78.incipien.Redemptoris inuocato ſuffragio. in princip. illius conſilij,in primo volum.conſiliorum,quod Docto. communiter ita tenent. Ego in ſuperioribus.diſputationibus tenui contrarium. Quæro ēt,an omnes pares curiæ erūt iudices? Concludite quòd non, quia aliquando oportet facere probationes per pares curiæ,vt in cap. j. in titu.qui teſt.ſunt neceſſa.ad proban.no.inueſti. & non poſſent eſſe iudices & teſtes in eadem cauſa.l.nullus.ff.de teſt.Practica ergo erit talis, quòd quando erit contentio de cauſa feudali inter vaſallū & dominum,dominus primo eliget pares,vnum vel plures, quot voluerit,& vaſallus eliget totidem iuxta numerum domino probatum.d.cap.j,in titu.de controuer. feu. apud pat. termi.Notanter dixi, quòd dominus primus eliget, quia dignior,iuxta illud,Loquere maior natu, quia te decet primū verbum.hoc ponit Bald.in cap.j.proxime allegato.& ita Docto.communiter volunt.Tamen Innocen.& Ioan. Andr.in dicto c.cœterum,referunt opinio.quorundam, qui dicebāt, quòd electio iudicum habentium de cauſa cognoſcere ſpectabit ad ipſos pares curiæ, quia iuriſdictio ordinaria eſt eis a lege tributa.Sed opin.iſtorum confunditur per tex. in d.ca. proxi.allegato. Non obſtat,quòd habeant iuriſdictionem à lege, quia iſtud eſt verum poſt electionem de ipſis factam. Adepta enim iuriſdictione poſt electionē ipſorum bene dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam ipſi pares curię.c. j.in fin.in titu.de inueſt. in ma.fac. & poterunt ipſi pares curię demandare alteri, non quidem per modum ceſſionis ordinariæ iuriſdictionis,ſed per modum delegatiōis, ita quòd demandatus ab eis habebit delegatam,non autem ordinariam.l.more.& l.quia.ff.de iuriſd.omnium iudicum.l.j.§.qui
11 mandatam.ff.de officio.eius cui mand.eſt iuriſdict.† Poſſent etiam ipſi pares curiæ conſtituere vnum vicegerentem vicarium, vel locum tenentem. Et ille vicegerens diceretur habere ordinariam iuriſdictionem, & ipſius tribunal,& tribunal parium eſſet vnum & eidem.Ita notatur.Barto.in l.prima.§. primo.ff. quis & à quo appell.ſit dicimus, quòd Epiſcopi & vicarii generalis eſt vnum & idem tribunal. Et ideo a ſententia vicarii non appellatur ad Epiſcopum, capitu.non putamus.ext.de conſuet. lib. 6.poſſet etiam loco parium curiæ conſtitui ſpecialiter vnus iudex, qui cognoſceret de cauſis feudalibus, & ille poſſet appellari iudex curtis cap. j.in titu.apud quem vel quos conten.feu.deſi.deb. Ideo dicit Bert. Cap.in præal.cap.j.§.j.in tit.de feu.guar.quòd iudex Aurelianenſis ratione caſtri de Baugenſiaco habet multos vaſallos, & ibi eſt vnus iudex cauſarum feudalium. dicit Ioan. Andr. in d.cap.cœterum.quòd in aliquibus partibus de conſuetudine eliguntur pares curiæ,qui habent cognoſcere de cā feudali inter ipſum dominum & vaſallum. Et ſi conſuetudo patriæ ita ſe haberet, ſeruabitis illam, alias autem ſeruate qđ ſupra dixi, ſcilicet, quod dominus eligit pares quot vult, & vaſallus totidem, vt clare probatur in d. cap. j.in tit. de controue.feu.apud pa.termi.Non obſtat, ſi dicatur,quòd ille nō debet dari in iudicē,quem altera partium eligit.l. obſeruandum.ff.de iud.ergo pares nominati per dominum non habent de cauſa cognoſcere: quia reſpondetur,quòd illud procedit,quando hoc ſit altera parte abſente,& ignorante. Nos vero loquimur altera parte præſente, & conſentiente. Vel aliter,ſecundum Iacob.de Belu.in d.cap.j.contrarium loquitur in delegatis,nos autem in ordinariis; nam vt dixi ſupra,

pares

12 pares curiæ electi habent ordinariam iurisdictionem.† Vltc rius quæro, vtrum isti pares curię debeant iurare de recte iudicando? Odof.in sua summa,in titu.qui pos.de feu.cognos. ver.item quæro nunquid isti pares.determinat quòd non.Eã dem opinionem tenuit And.de Iser.in cap.j.in titu.de contr. feu.apud pa.termi.Idem voluit Ioan.Reyn.in d.c.præterea si inter.m.ouentur,quia sufficit,quòd isti,qui sunt pares conua salli,vt declaraui in superiori. semel præstiterint iuramentũ fidelitatis. Non obstat tex.in d.§.præterea. ibi sub fidelitatis debito coniuratos,quia respondetur, quòd ille tex.non vult dicere,quòd isti pares curiæ teneantur iurare rectè iudicare, sed vult dicere ille text. quòd dominus debet astringere ipsos pares curiæ sub virtute iuramenti fidelitatis, quòd recte iudicabunt. Limitat tamen ipse Ioan.Reyn.in loco præall. hanc conclusionem procedere, nisi ipsi pares ex postfacto essent effecti suspecti, nam tunc cogerentur iurare de rectè iudicando.allegat tex.in cap.cum in Ecclesiis.extra de maio rita.& obedien.vbi tex.dicit,quòd in odium illius,qui peiera uit,cogitur adhuc præstare iuramentum. Sed mihi videtur salua pace tantorum Doctorum, quòd immo pares,qui eliguntur ad iudicandum de causa feudali,teneantnr iurare de rectè iudicando. Moueor,quia quando in materia feudali emergit aliquis casus in constitutionibus feudorum non de cisus, debemus stare dispositioni iuris communis. Ita probat tex.no.in cap.j.§.strenuus autem legis peritus.in ti.de feu di cogni. in vsibus feud. Sed sic est,quod de iure communi omnes iudices tenentur iurare in principio eorum officii,vt est in Authen.iusiurandum quod præstatur ab his. Nec reperitur in cõstitutionibus feudorum decisum contrarium, ergo debemus seruare iura Romana.dicto §.strenuus. Nõ obstat motiuum præfatorum Docto.dum ipsi dicunt, quòd ipsi pares,qui sunt conuasalli,semel iurarunt fidelitatem do mino,quia respondeo,quòd illud iuramentum fidelitatis p̃statur ad fauorem domini,non autem in fauorem vasalli litigantium cum domino. Præterea in iuramento fidelitatis non continetur capitulum de recte iudicando,vt satis patet in cap.j.in titu.de forma fidelita. vnde in stricta ratione esset tenendum, quòd pares curiæ tenentur iurare recte iudicare. Et in hanc partem inclinat Domi.Mart.de Laude,in præallegato cap.j.in tit.de controuer.feu.apud pa. term. In iudicã
13 do non esset tutum recedere a priori sententia. † Quid autem,si dominus habeat pares in tam paruo numero, quòd omnes sint necessarii vel ad iudicandum tantum,vel ad testi ficandum tantum? Facite vobis tres casus.Primus casus est, quando agitur de causa, in qua non potest fieri probatio,ni si per pares curiæ, & hoc constat. Secundus est casus,quan do agitur de causa, in qua potest fieri probatio per alios, q̃ per pares curiæ, & hoc constat. Tertius est casus, quando est dubium, qualiter debet fieri probatio. Circa primum casum concludite, quòd pares curiæ erunt testes,& non iudices.& idem est in tertio casu. Expedit enim aliquando fa cere probationes necessarias per pares curiæ, nec posset fieri per alios: vt quando agitur de probando nouam inuestituram.tex.habetis in cap. j.in titu.qui testes sunt necess.ad proban.no.inuest.ne igitur pereat facultas probandi,& quia plu res reperiuntur iudices,quam testes, vt dicit glo.in capi.cum R.canonicus.extra de offic.deleg.bene facit l. quoniam.in fi. C.de hære. ideo inductum est, quod in primo,& tribus casibus de quibus supra, pares curiæ sint testes. Secundo casu concludite,quòd pares curiæ erunt iudices,scilicet, quando sumus in casu, in quo potest fieri probatio per alios, quam per pares curiæ,vt patet in d.cap. j. in titu.qui test. sunt necess.
14 † Quæro etiam, vtrum isti pares curiæ possint cogi ad iudicandum? Concludite quòd sic,per l.munerum. §. iudicãdi. ff.de mune.& hono.Et ita volunt omnes Docto.in d. §.præterea si inter.& præallega.cap.j.in titu.de controue.feu. apud
15 pa.termi. † An antem isti pares curiæ debeãt esse de eadem prouincia, in qua lis agitatur? Ioan. Blanchus de Marsilia, in sua summa,in ti.de contẽ.feu. §.& est sciendum quod isti pares.determinat quod sic.allegat ca.j.§. si tres.in titu. de pa. tenen.& eius vio.in vsibus feu. Hãc sententiam sequitur Io. Reyn.in d. §. præterea si inter. Sed hoc debet intelligi secundum eum,quando illa prouincia,in qua litigatur,sunt pares idonei,alias autem eligerentur de alia prouincia magis propinqua & subdita eidem domino,per tex.not.in l.Diu⁹ Marcus.ff.de tuto. & curato. da. ab his. Addo vobis ad præmissa in commento pa.Constan.in verbo,si qua controuersia.vbi quæritur, cuius terræ debeant esse pares curiæ? Respondete,quòd debẽt esse illius Episcopatus vel terræ,in qua lis agitatur, quia causa ista feudalis est agitanda in terra seu loco, vbi feudum existit cum sapiat iudicium reale.l. fin. C. vbi in rem actio.& cap.sanè.extra de foro competen.Et est ratio secundum eum,quia in illo commodius agitabitur, & melius ibi veritas scietur. l.j. in prin.in verbo, circum colentium.ff. de flumi.& cap. quosdam.& cap.quanto.extra de præsump.
16 † Sed ponamus,quòd dominus non habet aliquos pares curiæ,qui cognoscant de causa feudali inter ipsum & suum vasallum,dicite quòd tunc succedat iudex ordinarius rei se defendentis.l.iuris ordinem. C. de iurisdictio.omnium iudicũ, & c.cum sit generale.extra de foro competen.vel iudex loci, vbi in rem act.vel secundum Innocen.in cap. cœterum. ext. de iud. vel deuenietur ad arbitros. Optime faciunt ea, quæ habentur in cap.j.in titu.de lege Corra.& ita determinat ex-
17 presse Ioan.Reyn.in d.§.præterea si inter.† sed dubitatur,nũquid isti pares curiæ possint recusari vt suspecti? Tex.videtur probare,quod non,in cap.j.in fin.in titu.de inuesti.in ma.fa. & glo.ibi vult expresse. Hanc opinionem tenuit ibi Iacob. de Belui. pro qua opinio.facit,quia isti pares habent ordinariam iurisdictionem,non dico generalem,sed specialem, scilicet in causis feudalibus. Et ita dicit glo.quæ non est alibi, in d.cap.j.proxi. allegato. ex qua colligitis pulchram limitationem d.l.si quis ex aliena.ff. de iudic. nam illa lex procedit in iudice ordinario habente generalem iurisdictionem. Cùm ergo pares curiæ habeant ordinariam iuridictionem, videtur quòd non possint recusari ratione suspicionis, quia de iure ciuili ordinarius iudex non recusatur in totum. l.nemo.C.de iurisdictio. omnium iudicum, sed datur illi adiunctus. l.si uero contigerit. C. de iudic. Nam ratione adiuncti purgatur omnis suspicio.tex.est notab.in l. si tutor.ff.de susp. tuto.Bald.in cap.imperialem.§. præterea si inter.determinat contrarium,dicens quòd isti pares curiæ bene poterunt recusari, quia de iure canonico iudex etiam ordinarius bene recusatur in totũ.c.licet ex suscepto. extra de foro comp.& c. cum speciali. extra de appellation. habetur in cap. suspiciones, extra de officio delega. Et vbi ius ciuile discrepat a iure canonico, tunc si agitur de iuramento debent seruari iura canonica,vt no.in cap.nouit.extra de iu. & in proposito nostro agitur de iuramento vasalli. Hanc opinem videtur tenere Ioan.Reyn. in d.cap. præterea si inter. Et idem expresse determinat Domi.Mart.de Lau.in c. vnico,in titu. de contr. feu.apud pa.termi.allegat l.apertissimi.C.de iudi.& tenendo istam opinio.potestis respondere ad cap. j. in fi.in titu.de inuest.in ma.fac.quòd loquitur de recusatione incolorata: & ita respondet Bald.in d.§. præterea si inter, allegans in simili tex.valde nota.in l.minor autem magistratus.in verbo,incoloratè.ff.de minor.In iudicando durum esset recedere ab ista sentẽtia,tamen in secreto iuris posset teneri contrarium per rationes iam dictas.Et ad moti.Bald.respõderem,quòd quãdo ageretur de periurio vasalli, tunc seruandum esset ius canonicum,& posset ipse vasallus conueniri in foro cano.cap. fin.extra de foro competen.li.6. Sed in proposito nostro nõ agitur de periurio, sed de causa feudali. Et hoc est de mente
18 eiusdem Bal.in l.liberti.in vltima colum.C.de ope.lib. † Sed vtrum coram istis paribus curiæ habeat locum reconuentio de alia causa, quam feudali? Pro maiori declaratione præmitto,quòd duplex est reconuentio. Quædam enim est prę iudicialis & obstatiua, quia facit silere casum principalem. Et de ista habetur in l.Papinianus.§.si filius.ff.de inofficioso testam.& in l.fin.C.de ordi.iud.& in l.quoniam Alexandrũ. C.de adulte.& in l.præses.C.ad l.Fab.de plag. Quædam vero est reconuentio secundaria,simplex ac compatibilis cum cã principali. Et de ista habetur in authen. & consequenter. C.de senten.& interl.& in cap.j.& 2. ext.de mut.pet. & ĩ cap.
19 dispendia.§.reus quoque,extra de rescriptis.lib.6.† Præmitto etiam, quod reconuentio tendit ad augẽdum iurisdictionẽ iudicis, & dicitur augeri intra etiam subsistendo: verbi gratia,est quidam iudex,qui non potest cognoscere de causis,ni si a quinquaginta libris supra: si tu agas coram illo iudice contra me ad summam excludentem libras quinquaginta, ego potero te reconuenire coram eo de summa duarum librarũ. Et per hoc dicetur augeri iurisdictio ipsius iudicis, sicut in simili, Si Rex Francorum acquireret vnum castrum, diceretur augeri sua iurisdictio. His præmissis redeo ad propositam quæstionem,& videtur dicendum, quòd reconuentio coram paribus curiæ non habet locum de alia causa, q̃ feudali,quia pares dicuntur habere limitatam iurisdictionẽ in causis feudalibus. Et quando fit reconuentio de alia causa,quàm feudali, ista uidentur esse diuersa capitula, consequenter ius accrescendi non uidetur habere locum.d.in agris.ff.de acquir.re.dom.l.sed cum patrono. ff.de bo.pos.titu. generali.& l.mulieri. & Titio. ff.de condi.& demonstra.Sed vos determinabitis contrarium auctoritate glo.ordi.in cap. j.in titu.de controuer.feu. apud pa.termi.ubi glo. tenet expsse,quòd hoc casu habet locum reconuentio. Et istam opinionem tenet Bart.in repetitione dictæ authen.& consequẽter.C.de sen.& interlo.& Bald.& Ioan. Rey. in d.§. præterea si inter.Mouetur Ioan.Reyn. quia ubi emersit casus non de cisus in iurib.feudorũ,dẽm⁹ sequi iura Romanorũ.c.j.§.strenuus.

Source : BIU Cujas

nuus.in tit. de cog. feu. in vſibus feu. Ideo cum in libello feudorum non ſit iſte caſus deciſus, debemus ſtare diſpoſitionibus iurium ciuilium ſuperius allegatorum, dicentium recõuentionem eſſe permiſſam. Limitat tamen iſtam opinionem procedere, niſi coram ipſis paribus laicis fieret reconuẽtio de cauſa mere ſpirituali: quia tunc non poſſent cognoſcere. cap. quanto. extra de iud. c. cauſam. extra de præſcri. vel qualitas perſonæ aliud perſuaderet, per nota. in cap. at ſi clerici. extra de iud. Ad rationem ſuperius allegatam reſpondebitis, quòd militaret, quãdo ratio non ſuaderet oppoſitum.

20 iuxta prædicta quæro, nũquid fori declaratoria poſſit opponi, quando dominus, vel pares curiæ volunt cognoſcere de cauſa feudali? tex. in cap. j. in fin. in titu. de inueſti. in mar. fa. videtur probare, quòd non. ſed glo. ibi vult contrarium. Cõcludite ex mente Docto. maxime Ioan. Rey. in d. §. præterea ſi inter. quòd aut conſtat eos eſſe iudices competentes, & tũc non habet locum fori declaratoria, aut in eis eſt incompetentia, quod poteſt contingere multis modis: & tunc poterit opponi fori declaratoria, & poteſt apparere de incompetẽtia multis modis. Primò, ſi conuentus coram domino vel paribus curiæ neget ſe vaſallum, nam tunc oportebit, quòd iudex ordinarius cognoſcat de huiuſmodi exceptione tanquam præiudiciali. § præiudiciales. Inſti. de actio. & arg cap. tuam. extra. de ord. cog. Et ſibi cõſtabit ipſum eſſe vaſallum, remittet eum ad dominum, vel pares curiæ: ſi vero conſtabit ipſum non eſſe vaſallum, ad vlteriora cauſæ procedet. Caueat tamen vaſallus, ne ſcienter neget ſe vaſallum, vel ſcienter neget rem eſſe feudalẽ, quia priuabitur æſtimatione feudi. cap. vaſallus. j. & cap. vaſallus feudum, in ti. ſi de fe. defunc. & c. facit l. fin. de rei vend. no. per Inno. in cap. cęterum, extra de iudi. Et idem eſt, ſi dominus negaret aduerſarium ſuum eſſe vaſallum. Non obſtat huic vltimo dicto tex. in capitu. vnico, in titu. de controuer. inter vaſ. & Epiſc. vbi per Epiſcopum negabatnr illum eſſe vaſallum, & tamen ibi dicitur, ꝙ pares curiæ cognoſcunt, quia reſpondetur quòd licet in illo ca. vnico, Epiſcopus negaret illum eſſe vaſallum ratione annuæ penſionis, de qua ibi, tamen aliunde conſtabat eum eſſe vaſallum de alio feudo, & ideo pares curię ibi cognoſcũt. facit optime tex. in cap. 2. in titu. de alie. feu. pa. & text. in cap. j. in tit. de conten. inter dominum & me de port. frat. mei defunc. Idem eſſet, ſi duo vaſalli cõtenderent coram domino, & vnus ex his negaret ſe eſſe vaſallum, vel non conſtaret niſi vnum eſſe vaſallum, vel negaretur rem eſſe feudalem, nã iſtis caſibus dominus vel pares curiæ non cognoſcerent, ſed ordinarius cognoſceret, quouſque ſibi conſtaret ambos eſſe vaſallos, vel rem eſſe feudalem. Et hanc opinionem teneatis, licet aliqui voluerunt, quòd dominus vel pares curiæ hoc caſu poſſint cognoſcere an eorum ſit iuriſdictio, vel non, per l. ſi quis ex aliena. ff. de iud. Sed vos tenete præcedentem opinionem, quia dominus & pares curiæ ſi cognoſcerent de cauſa in caſibus prædictis, eſſent iudices in cauſa propria, ſecundum rubr ũ & nigrũ. C. ne quis in ſua cauſa ius ſi. dicat. Ad l. ſi quis ex aliena. reſpondebitis, quòd loquitur ĩ iudice ordinario: nos vero hic loquimur de ordinario ſpeciali ordinato ad cognoſcendum de cauſa feudali. Hãc limitationem ad d. l. ſi quis ex aliena, ponit glo. no. quæ reputatur ſingularis, in cap. vnico, in titu. de inueſt. in ma. fac. faciunt optime no. in l. de iure. ff. ad muni. Ratio diuerſitatis inter caſus prædictos eſt, quia iura communia ſiue generalia ſunt fortiora, quam iura ſpecialia. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de

21 teſtam. mili. † Vlterius quæro, ponamus quòd dominus vel pares curiæ recuſent ſe intromittere de cauſa. gl. in d. §. præterea ſi inter. dat duo remedia. Primum, quòd habeatur recurſus ad ſuperiorem, qui compellat ipſos inferiores ad cognoſcendum de cauſa, ſicut videmus in ſimili, quòd ſuperior cõpellit arbitros commiſſarios ad cognoſcendum, & pronunciandum. l. 3. §. j. ff. de arbitr. Item ſimile videmus de teſtibus, qui recuſant dicere veritatem in materia feudali, nam poſſunt compelli a ſuperiore, putą Comite vel a populo. cap. j. in titulo, quid ſit inueſt. Aliud remedium eſt, ſecundum glo. præallegatam, ſcilicet, quòd reus conueniatur coram ſuo iudice ordinario. Et ita etiam notatur in d. §. cæterum. Addatis tertium remedium, quia poterit ĩ defectum iuſtitiæ haberi recurſus ad ſuperiorem. Nam nos habemus, quòd ꝑꝑ defectum iuſtitiæ deuoluitur iuriſdictio ad ſuperiorem. §. ſi vero forſan. in Authen. de quæſto. coll. 6. & §. ſi tamen contigerit, in Authen. vt differ. iudi. col. 9. facit tex. in cap. irrefragabili. extra de offi. ordi. Et pro ſententia prædicta eſt optimus tex. in cap. j. in fin. in titu. de mi. vaſal. qui contu. eſt, vbi probatur, quòd quãdo dominus denegat iuſtitiam vaſallo, permittitur vaſallo vt accedat ad ſuperiorem, & deinde poteſt dominum deprædare. Et ille acceſſus ad ſuperiorem, poteſt dupliciter intelligi, prout ipſe ſuperior compellat ipſum dñm ad faciendum iuſtitiam vaſallo, vt dixi ſupra in primo remedio. & ille acceſſus fit eo, quia iuriſdictio eſt deuoluta ad ſuperiorem, vt dixi ſupra in tertio remedio. poteſt etiam fieri acceſſus ad ſuperiorem per viam querelæ. bonus eſt text. in

22 cap. nullus. extra de iure patro. †Vnũ tamen ſcitote, ꝙ ſi dominus, vel pares curiæ deficiant in miniſtrando iuſtitiam, priuabuntur eorum iure. c. j. §. item qui domino. in titulo, quæ ſit prima cauſa benefi. amitten. & in cap. j. §. dominus quoq;. in titulo, de forma fide. & in cap. domino committente. in titulo, ſi de feu. defunc. fuer. controuer. & habetur in cap. j. in

23 tit. qual. de proprie. feu. priue. †Addite, quia ex prædictis videtur inferri, quòd pares curiæ poſſunt cogi cognoſcere, de cã feudali, quòd eſt verum, ſi acceptauerunt cognoſcere, argu. l. 2. in §. j. ff. de arbi. Cæterum ſi non incępiſſent cognoſcere, de cauſa, nec acceptaſſent cognoſcere de cauſa, dicit Iacob. de Belui. in cap. j. in fi. commen. in titu. an apud iud. vel curi.

24 domini. quod non poſſint cogi. †Sed ponamus, ꝙ dominus agat rei vendicatione contra vaſallum ad feudum, allegando illud feudum ſibi commiſſum & apertum, vel intentet officium iudicis contra vaſallum, vt recognoſcat ſibi feudũ, ſi ipſe vaſallus nominat alium dominum in iudicio, an ille dominus in iudicio nominatus erit iudex in cauſa? Bald. in §. præterea. determinat ꝙ non, quia ille dominus nominat⁹ cenſetur eſſe reus, & inter actorem, & reum perſonam iudicis dicitur eſſe differentia. cap. forus. ext. de verbo. ſignifi. & l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omnium iudicum. & in rubro & in nigro. C. ne quis in ſua cauſa ius ſibi di. notatur per Innocen. in cap. ex parte. extra de verborum ſignificatio. † Sed

25 nunquid dominus per pares curiæ ſeu iudex ordinarius, qui ſuis vicibus cognoſcunt de cauſa feudali, teneatur ſeruare ordinem iudiciarium? Innocen. in capit. cæterum. ext. de iudi. quem ſequuntur communiter Docto. maxime Io. Imerij, in d. §. præterea, determinat ꝙ ſic. Et iſta ſententia corroboratur optimo fundamento: in iuribus feudorũ non reperitur iſtud deciſum, ergo debemus ſtare diſpoſitioni iuris cõmunis. ca. j. §. ſtrenuus. in ti. de cog. feu. ergo oportebit coram iudicibus cognoſcentibus de cauſa feudali offerre libellum, & litem conteſtari. Sed tamen non iurabitur de calumnia, quando erit quæſtio inter dominum & vaſallum. tex. eſt no. in cap. ſacramen. §. in quibuſdam. in titu. de conſuet. rec. feu. ĩ lib. feudorum. Sed ponamus quòd dominus volens & libens iurauerit de calumnia, an poterit a vaſallo inuito exigere iuramentum? Iacob. de Belui. in d. §. in quibuſdam, determinat ꝙ ſic, quia beneficium, quod habet dominus, non debet redundare in eius fauorem. l. ſi iudex circumuento. ff. de mino. Sed Bald. & Iacob. Aluaro. in d. §. in quibuſdam, determinat totum contrarium. mouentur, quia iſtud priuilegium eſt acquiſitum vaſallo, vt non teneatur iurare de calumnia. ergo poteſt eo vti etiam inuito domino, argum. l. 5. ff. quod quiſque iur. Secundo, quia cum vaſallo competat hoc beneficium, certe non debet eſſe in poteſtate ſui aduerſarii tollere illi iſtud beneficium, argum. l. ſi idem cum eo. §. Sed & ſi mutuæ. ff. de iuriſd. omnium iudicum, & argumẽ. l. ne in poteſtate. ff. de arbi. Tertio, quia licet vaſallo concedatur iſtud beneficium per quandam conſequentiam, tamẽ etiam principaliter eo vtitur, inuito domino. l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bo. poſ. contra tabu. & argum. l. petendę. C. de tempo. ĩ inte. reſti. pet. Quarto, quia lege feudorum cautum eſt expreſſe, ꝙ vaſallus non teneatur iurare de calumnia, ergo iſtud ius debet ſeruari illibatum ipſi vaſallo. Non obſtat d. l. ſi iudex circumuento. quia nos loquimur in iure communi, qđ eſt commune vtrique parti, & ita loquitur text. in d. §. in quibuſdam. ſed l. ſi iudex. circumuẽto. loquitur de beneficio, qđ competit ſoli minori, vnde in illo beneficio minor debet eſ-

26 ſe potior: †Sed videamus nunc de modo citandi. Concludite ꝙ vaſallus citatur ad inſtantiam domini, vt compareat coram paribus curiæ, ſi trina citatione vocatus per interuallum decem vel ſeptem dierum intra vnam citationem & aliam non compareat, dominus poterit petere ſe mitti in poſſeſſionem bonorum feudalium ipſius vaſalli, & vaſallus ꝑdet poſſeſſionem, ut probatur in cap. j. in titu. de mili. vaſal. qui contumax eſt. Item ſi dominus citatus ad inſtantiam vaſalli, modo quo ſupra, non compareat, vaſallus poterit eũ deprædare. d. cap. j. An autem, quãdo vaſallus facit citari dominum debeat ante omnia petere veniam? Dicite vt per gl.

27 & Docto. in d. cap. j. †Sed ponamus, ꝙ vaſallus citatus ad inſtantiam domini, vt veniat compariturus coram paribus curię reſponſurus petitioni fiendę per dominum, dicatque in prima citatione ſe nolle venire, an erit vlterius citandus? Glo. in cap. venerabilibus. in §. ſecus. extra de ſenten. excommunic. lib. 6. determinat quòd ſic, ſi ita dixerit ext. iudicium. Et hanc opinio. ſequutus eſt Pet. de Bellapert. ſub dubio forte, vt refert Cyn. de Piſto. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. Iſtam etiam ſententiã ſequutus fuit quidã Bartolucius de Prato, vt refert Bald. in l. tres denunciationes.

C. quo-

Source : BIU Cujas

C. qu omodo & quando iudex. Mouentur præfati Doctores, quia ipſe citatus mutabit propoſitum. item quia renunciando vni remedio, non tamen intelligitur renunciaſſe alteri. l. ſi domus. ff. de ſeruit. vrban. prædio. Contrariam ſentẽtiam tenuerunt in primis, glo. in cap. de illicit. 24. quæſtio. 3. quæ dicit, ꝙ ſi citatus dicat ſe nolle venire, non eſt amplius citandus. Et hanc partem etiam tenuit Imo. in cap. ad petitionem. extra de accuſatio. & Barto. & Bald. & Angel. in d. l. tres denunciationes. Et iſta ſententia placet Andre. de Iſer. & Iacob. Aluaro. in præallegat. cap. j. in tit. de mili. vaſal. qui contu. eſt. Mouentur, quia ſumus certi de animo ipſius vaſalli citati, iuxta illud, Loquela tua te manifeſtum facit. Ideo non eſt opus alia citatione, argum l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. Non etiam præſumitur animi mutatio. l. cum tacitum. ff. de probatio. Item numerus citationum eſt inductus de benignitate. l. & poſt edictum. cum duabus ſequentib. ff. de iudi. & cap. conſuluit. extra de offi. de leg. Sed iſte qui aperte dixit ſe nolle venire, facit ſe indignũ, & alienum ab omni benignitate, quia videtur eſſe in dolo. l. non poteſt dolo carere. ff. de regu. iu. Vos poteſtis comprobare iſtam opinionem per text. in d. cap. j. in verbo, non reſpondet. Nam ille text. loquitur in ficto ſeu præſumpto cõtumace, nos vero in vero cõtumace loquimur, & maior pœna eſt imponenda vero contumaci, quàm ficto. tex. eſt no. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex qui. cauſis in poſſ. ea. Ad idem poteſtis adducere no. in l. contumacia. §. j. ff. de re iudi. Et hæc opinio in ſecreto iuris eſt verior. Et aduertite, quia citationes, de quibus in præallegato cap. j. debẽt eſſe tres numero per interualla, vnde non ſufficeret vnica citatio cum peremptorio, dicendo hoc modo. Citamus talem vaſallũ compariturum intra 30. dies, quorum decem ſint pro prĩo termino, & alii decem pro ſecundo, & alij decem pro tertio, & vltimo peremptorio, quia tex. ille dat certam formam citationi fiendæ, a qua non eſt licitum recedere. ita vult glo. communiter approbata in d. cap. faciunt optime no. in clemen. j. de vita & honeſt. clericorum. Item quando vaſallus eſt contumax, pares curiæ poterunt eidem denegare audiẽ-
28 tiam in aliis cauſis magnis. † Subſequenter eſt videndum, vbi ſedebit dominus, quando cognoſcit de cauſa inter vaſallos, & vbi debent ſedere pares curiæ. Circa primam quæſtionem concludite, quando cognoſcit de cauſa feudali inter vaſallum & vaſallum dominus, quãdo eſt iudex, poteſt ſibi eligere locum tribunalis vbi vult, ſalua tamen honeſtate ſua & ſuorum maiorum. l. pe. ff. de iuſti. & iure. Et hoc eſt de mente glo. & Doctor. in d. cap. imperialem. §. præterea ſi inter. circa aliam quæſtionem concludite, quòd ſi pares curiæ ſint concordes in eligendo certum locum, ille ſeruabit, dummodo ſit habilis & honeſtus partibus litigantibus, arg. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. ff. de arb. Si vero pares curiæ ſint diſcordes, tunc debebunt eligere locum, vbi dominus conſueuit ſedere in cognoſcendo & iudicando de cauſis. l. pen. ff. de iuſti. & iure. Si vero dominus nõ habet certũ locũ vbi cõſueuit ſedere, tunc pares curiæ debebunt eligere locum, in quo alias conſueuit iudicari, dummodo ille locus ſit habilis, & conueniens partibus litigantibus, ſi vero non eſſet habilis, neque conueniens, tunc dominus tanquã dignior debebit eligere, dummodo in eligendo non fuerit nimis oneroſus, nec delicatus, ita quòd non declinet ad extranea. argumen. opti. in l. ſi ſeruos. ff. de pig. act. & in Authen. de conſuli. Et ſi vertantur in dubium, an locus electus per dominum ſit conueniens, vel non, relinquatur hoc arbitrio boni iudicis. l. cõtinuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. † Quæro vlteriꝰ,
29 quomodo fient probationes in materia feudali? Concludite, quòd aut contenditur de veteri inueſtitura feudi, & tunc fiet probatio per pares vel alios teſtes: ſi vero contendunt de noua inueſtitura, tunc fiet per pares vt haberi poſſunt, alias fiet per alios teſtes, vel per breue teſtatum. Hæc omnia probantur in cap. j. in titu. de feu. guar. & in cap. j. in prin. in titu. de controuer. inueſt. & in cap. j. in titu. qui teſtes ſint neceſſ. ad no. inueſt. prob. & ibi pleniſſime per Bald. præmiſſa procedunt, quando agitur de plena probatione facienda, cęterũ ſi eſſet ſemiplena probatio, vel aliquæ pſumptiones eſſent pro aliqua partium, tũc deferretur ſacramentum purgationis cum duodecim ſacramentalibus, id eſt, duodecim paribus, vel aliis iuratis, vt habetur in cap. j. §. j. in ti. quid ſit, & in cap. j. in titu. ſi de inueſti. inter. dominum & vaſ. lis oria. & in capitu. j. & 2. in titulo de controuerſia inter dominum, & vaſallum. & in cap. ſacramentum. in titu. de cõſue. rec. feu. in vſibus feudorum. in cap. ſi contentio. in titu. de cap. q cur. vendi. Aliquando tamen dominus poterit guarentizare in fauorem poſſidentis. capit. ſi autem. in titu. de lege Corradi.
30 † Et dicitur guarentizare idem, quod defendere, vel aliter dicitur guarentizare, quando ſunt duo, qui contendunt de eodem feudo, & vterque nominant eundem dominum iuſtitorem, &c. & conueniunt de ſtando dicto ſuo, tunc dominus attenta conuentione litigantium dicet, quòd talis, qui poſſidet feudum, fuit ab eo inueſtitus, & hoc modo dicitur guarentizare, id eſt, poſſidentem defendere & conſeruare. Hinc inoleuit practica, quòd notarii inſtrumentis venditionum apponunt iſta verba, Et dictus venditor promiſit guarentizare, id eſt debrigare dictam rem venditam. Et idem erit ſi contendunt de homagio & ſacramento fidelitatis, qa fiet probatio modo quo ſupra. In iſtis tamen multum attenduntur inſtrumenta antiqua, vt dicit Ioan. Reyn. in d. §. præterea ſi inter. allegans Specu. in titu. de feu. §. quoniam-
31 verſi. quartò quæritur. in fi. † Addite vos, quòd quaſi poſſeſſio fidelitatis & ſubiectionis probatur per inſtrumenta antiqua facta per ducentos annos, & vltra. Idem dicit domi. Panormita. poſt Hoſtien. & Ioan. Andr. in cap. ſi diligenti. in ij. colum. & in cap. cum olim. in 3. colum. extra de præſcriptio.
32 † Dubitatur etiam, vtrum vaſalli litigantes de feudo poſſit dimittere dominum, & prorogare iuriſdictionem alieni iudicis? Gl. in d. §. præterea ſi inter. ponit duas opiniones. Vna eſt, quòd nullo modo poſſint prorogare ne fiat præiudiciũ domino feudi. Alia & ſecũda eſt, quòd aut prorogant ex certa ſcientia, & tunc valet prorogatio, aut per errorem, tunc non valet. Videamus nunc quæ opinio ſit verior. Bald. in l. i. in prin. co. ff. de iud. determinat, quòd vaſalli litigantes de feudo non poſſunt prorogare iuriſdictionem alieni iudicis ſine licentia domini, ſicut dicimus in clericis, qui nõ poſſint prorogare iuriſdictionem alieni iudicis ſine licentia ſuperioris. cap. ſignificaſti. extra de foro competen. Idem tenuit ipſe Barto. in l. j. §. & poſt operis. ff. de oper. nou. nuncia. Hanc eandem opinio. tenuit Bald. in l. j. §. cum vrbem. alias incipit initio. ff. de offic. præfec. vrb. in prin. Idem tenuit ipſe Bald. in l. ſi quis in conſcribendo. in prima colum. C. de Epiſco. & cleric. Idem tenuit ipſe Bald. in authen. decreuimus. de ſacroſanct. eccle. & in d. §. præterea ſi inter. Sed idem Bald. in l. j. C. ſi a non comp. iud. non bene firmat pedem. videtur tamen velle, quòd ſi vaſallus haberet feudum Frãcum, quòd tunc poſſet prorogare iuriſdictionem alieni iudicis. Quid autem ſit feudum Francum, tractaui ſupra in princip. huius operis. Io. de Imo. in cap. P. & G. extra de offic. delega. in 11. colum. tenet expreſſe eandem opin. & refert dictum Bald. in d. l. j. C. ſi a non compe. iud. & concludit, quòd vaſalli non poſſunt prorogare iuriſdictionem. Iſtam ſententiam tenuerunt Inno. Hoſtien. & Ioan. And. & magis communiter Canoniſtæ, in cap. cœterum. extra de iudic. Et domi. Alexand. de Imo. in d. §. poſt operis. dicit, quòd iſta eſt magis communis opinio. Limitabitis tamen iſtam communem concluſionem, niſi eſſet quæſtio de feudo inter dominum & vaſallum, quia debet agitari coram paribus curiæ, nam tunc dominus & vaſallus bene poſſunt cõſentire in alium iudicem, quia hoc caſu nulla fieret iniuria domino, qui conſentit. ita no. in l. cum donationis. C. de tranſact. Sed quando eſt quæſtio inter duos vaſallos de feudo, tunc cognitio ſpectat ad dominum, nec poſſent ipſi feudatarii prorogare iuriſdictionem alicuius iudicis, quia poſſet fieri colluſio in præiudicium domini, & cõtingeret forte dominum habere vaſallum ingratum. Iſta ratio probatur in ſimili, in cap. 2. in titu. de duo. fratr. de no. feu. inueſti. Et ideo Ioan. Reyn. in d. §. præterea ſi inter. dicit, quòd inoleuit practica in prouincia, quòd fiunt publica proclamata de non tranſportando iuriſdictionem. Addite ad idem, quod dixi ſupra de probatione fienda, quòd ſi ageretur de felonia cõtra vaſallum ad finem, quòd priuaretur feudo, non ſufficeret probare ingratitudinem ſeu feloniam per duos teſtes, ſed eſſent neceſſarii quinque, qui ſint ſummæ & integræ opinionis. tex. eſt in cap. vnico. in titu. quot teſtes ſint neceſſa. ad proban. feu. ingrati. Et eſt ratio ſecundum Doct. nę de facili domini priuẽt vaſallos eorum feudis, quia factis
33 probationibus peruenitur ad ſententiam. † Quæro an ſententia lata ſuper feudo contra vaſallum, per quam ſententiã declaratur feudum ad alium pertinere, noceat agnatis ipſius vaſalli ſuccumbentis? Andr. de Iſern. in capit. ſi vaſallus de ſuo. in titu. ſi de feu. defunc. fuer. controuer. poſt multa concludit, quòd talis ſententia prędiudicabit agnatis ſcientibus illam litem agitari, non autem ignorantibus, per l. ſæpe. ver. ſed ſcientibus. ff. de re iudica. Sed Barto. in l. filiusfami. in §. Diui. ff. de leg. j. in j. quæſtio. quę eſt valde ſimilis quæſtioni pcedenti, determinat quòd talis prędiudicabit ſolum citatis agnatis, non autem aliis, per l. in cõcedendo. & l. in diem. ff. de aqua plu. arcen. Angel. autem, & expreſſius Ioan. de Imo. in d. §. Diui. tenent, quòd talis ſententia præiudicabit etiam nõ citatis & ignorantibus, quando eſt lata contra illum, ad quẽ ius feudi pertinebat, licet in aliquem caſum illud ius tranſire potuiſſet ad aliũ. mouentur, quia ſententia lata contra inſtitutum prędiudicat ſubſtituto & fideicommiſſario. l. ex contractu. & l. ſæpe. ff. de re iud. & l. ſi patroni. §. fi. ff. ad Trebe. Intelliga-

telligatis tamen hoc, niſi appareret de fraude vel colluſione. cap. j. in titu. de controuer. inter vaſal. & do. de benefi. Et iſta vltima opinio videtur verior, quam etiam ſequitur Alexan.
34 de Imol. ſæpe. † Quæro etiam, nunquid ſententia lata iter duos contendentes de feudo certi caſtri habent præiudicare omnibus & vniuerſitati illius caſtri? Bald. in l. 2. C. de liber. cau. determinat quòd non, etiamſi ſciuerint cauſam agi tari, quia cum prohibere non potuiſſent, eorum taciturnitas non debet eis præiudicare: vnde conſuluit ipſe Bald. ꝙ quando tractatur talis quæſtio, citentur illi de vniuerſitate illius caſtri: tumen oportet ipſis offerre libellum, quia ipſi ſunt ſubiecti iudici. Et Domi. Panorm. in cap. quamuis. in 7. colum. extra de re iud. ſequitur opinio. Bal. & noteris habe re iſtam determinationem. Vlterius quæro, fertur ſententia, per quam pronunciatur talem eſſe vaſallum Regis ratione talis feudi, vtrum iſta ſententia faciat ius quoad omnes? Videtur prima facie dicẽdum quod ſic, quia videtur lata ſuper ſtatu perſonæ per ea, quæ habentur in l. ingenuũ. ff. de ſtatu homi. Contrarium determinat Bal. in l. 2. C. quib. res iud. non noce. Et cum iſta opinione pertranſit ibi Bald. & ſequitur etiam Domi. Panorm. in d. cap. quamuis. mouen tur, quia iſta ſententia non videtur lata ſuper ſtatu perſonæ, quia talis ſtatus eſt bene remouibilis a perſona: nec habet cauſam infallibilem, nec perpetuo annexam: ſecus ſi per ſententiam eſſet pronunciatum, quem eſſe aſcripticium, vel cenſitum meum: quia talis ſententia faceret quoad omnes, cum ſit lata ſuper conditione & ſtatu perſone. l. quemadmo
35 dum. C. de agrico. & cenſi. lib. xi. † Inſuper quæro, nunquid dominus vaſallo poſſet auferre feudum ſine ſententia, quoniam vaſallus commiſit aliquam feloniam? Concludite, quòd aut eſt delictum notorium actu permanens: puta, quia vaſallus intrauit caſtrum, quod notorie debellat cõtra illum dominum, quia eſt occupatum per hoſtes & inimicos domini. Et hoc caſu dominus poterit abſque alia sẽtentia auferre feudum vaſallo. cap. manifeſta. in. quæſtio. j. facit. cap. ad noſtram. extra de iureiur. Aut vaſallus commiſit delictum, quod non eſt actu permanens, & tunc ſi domino ſedente pro tribunali vaſal. offendat ipſum dominum, tunc etiam poterit cum priuare feudo abſque ſententia, argumẽ. l. nullum. C. de teſtib. vnde ſi vaſallus coram populo dixerit acerbas iniurias domino, quia vbi eſt princeps, ibi eſt tribunal, & totum ius, l. omnium. C. de teſta. hoc caſu poterit ipſe dominus priuare vaſallum feudo ſine ſententia. Optime facit quòd no. Innocen. in cap. ex parte. extra de verborum ſignificatio. Prædicta ſunt de mente And. de Iſern. in cap. j. in quo tempo. mil. inueſti. pe. debe. Sed circa præmiſſa dubitat̃ de pulchra quæſtione: Princeps concedit mihi feudum, qđ poſſidebatur per quendam vaſallum, & in literis ſeu inſtrumento conceſſionis narrat, qualiter illud feudum eſt ad eũ deuolutum, vel propter aliam feloniam commiſſam per talem vaſallum, an credetur opinioni Principis ita narrantis? Andr. de Iſer. in cap fin. determinat quòd non, quia agitur de commodo proprio ipſius Principis, ergo non eſt illi credendum. l. omnibus. C. de teſtam. & l. nullus. ff. eod. titu. Eſt enim ſpeciale in Papa, vt illi credatur etiam in facto proprio. Clem. j. & ibi notatur, ext. de prob. Sed an iſta An. de Iſe. ſint vera, dicam vobis infra in ſequen. colum. verſi. inquan-
36 tum. &c. † Quia vero lata ſententia in materia feudali plerũque contingit appellari, videamus ad quem ſit appellãdum, & an debeant ſeruari tẽpora a iure communi præfixa tã ad appellandum, quam proſequendum appellationem? Concludite ex mente Ioan. And. & aliorum Docto. in cap. cæterum. extra de iud. & ex mente Ioan. Reyn. in d cap. imperialem. §. præterea ſi inter. in titu. de prohib. aliena feud. per Federic. quòd ſi agitur coram domino, vel paribus curiæ de re feudali, vel iniuria vel de cauſa contra fidelitatem commiſſa, & ſic lis eſt feudalis, tunc ſi contingat appellari a ſententia lata per dominum vel pares curiæ, erit appellandum ad proximiorem dominum ſuperiorem illius feudi: & ſi ab ipſo proximiore domini contingat poſtea appellari, erit appellãdũ ad magis ſuperiorem, & vltimo ad Imperatorem. l. Imperatores. ff. de pact. Et ad præmiſſa videatis text. ſi. valde notandum in cap. ſi. in titu. quo tempo. mi. Si vero ageretur coram ordinario loci de re non feudali, & de cauſa non feudali, & contingeret alterum ex litigantibus appellare ab illo iudice ordinario, erit appellandum ad ſuperiorem illius iudicis, ad quem alias iure communi, vel ex vſu & conſuetudine appellatione deuoluuntur. Optime facit cap. Romana. §. debet. ext. de appel. libro 6. & quod habetur in cap. ſi duob. in fin. extra de appella. Vnum ſemper noteris, quòd licet vaſallus ſit iuciſitus de feudo alicuius caſtri cum mero & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione, tamẽ ſi ipſi ſubditi appellant a poteſtate vel uicario deputato per ipſum inueſtitum, non erit appellandum ad ipſum feudatarium inueſtitum, ſed ad dominum ſuperiorem: quia licet Princeps concedat vaſallo merum & mixtum imperium, & omnimodã iuriſdictionem in aliquo loco, non tamen videtur illi conceſſiſſe appellationes, niſi de eis fiat expreſſa mentio in conceſſione. Ita colligitur ex notatis per Angel. in l. j. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. Et prædicta notetis, quia quotidiana. 37 † Inquantum dixi ſ. non eſſe credendum Principi dicenti, vaſallum commiſiſſe ingratitudinem ſeu feloniam dignam priuatione feudi, Baldus in quodam ſuo conſilio 378. in cipiente, in Chriſti nomine quæritur ſi Rex Romanorum. in penu. colum. in 3. volum. videtur velle contrarium, dum dicit, quòd Imperator aſſerit aliquẽ ſuum vaſallum eſſe ingratum, & propter hoc auferat ipſi feudũ, nõ oportet aliter probare de illa ingratitudine, cum ipſe Imperator in vaſallum vitæ neciſque arbitrium habeat ar. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. Item quia omnes homines & prouinciæ dicuntur peculiares eſſe Imperatoris, vnde poſſumus dicere id, qđ dr̃ de peculio, qđ naſcitur, & creſcit, & de creſcit, prout placet domino. l. peculium naſcitur. ff. de pec. In iſto puncto putarem ſic diſtinguendum, quòd aut loquimur in Imperatore ita aſſerente, & tunc dicerem eſſe illi credendum, quia præſumitur moueri ex iuſta cauſa, per ea, quę nota. gloſſ. reputata ſingulatis in l. relegati. ff. de pœnis. & per Cy. in l. reſcripta. C. de preci. Impera. offe. Optime faciunt no. in d. cle. j. extra de proba. nam deuenire in odium Principis id eſt, Imperatoris, eſt magna cauſa ingratitudinis, vt dicit Bald. in præallegato conſilio, allegans l. teſtamento centurio. ff. de manu. teſta. Aut loquitur in alio Principe inferiore: & tunc ſtarem deciſioni Andr. de Iſer. quam ſuperius allegaui, per tex. in cap. j. in verbo, cognita culpa. in titu. de feu. ſine cul. non amit. Nam licet Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit parti auferre defenſionem in cauſa ciuili ſeu pecuniaria, tamen in cauſa criminali hoc facere poteſt. Clem. paſto. extra de re iudic. Et ita dicit expreſſe Bald. in l. 3. §. ſi is ꝙ quo. ff. quod quiſque iur. & idem Bald. in l. j. §. Offilius. ff. ne quis
38 in ius vocan. vi ex. † Nunc deſcendo ad materiam appellationis, & in hoc aduertite, quia non habemus varia tempora. quoddam enim eſt tempus interponendæ appellationis, & iſtud eſt tempus decẽ dierum. authen. hodie. C. de appel. Et iſtud tempus eſt vtile a ſui principio, quia nõ currit ignorãti. l. ab eo. C. quomodo & quãdo iu. in progreſſu non eſt cõtinuum, vt nota. in l. annus. ff. de calum. Quoddam vero eſt tempus petendorum apoſtolorum, & de iſto habetis in authen. hodie §. apoſtolos. C. de appel. & in Clem. quamuis rigor. extra eo. titu. de appel. Quoddam vero eſt tempus ad ſe præſentandum coram ſuperiore, a quo fuit appellatum, & iſtud eſt arbitrium, quia debet attendi qualitas perſonę & itineris diſtantia, vt habetur plene per Bartol. & cæteros in l. p̃ſes. C. de appella. Et per Canon. in cap. perſonas. extra eod de appella. Quoddam eſt tempus proſequendæ ſeu exercendæ appellationis, & iſtud eſt tempus anni. Et ex cauſa datur biẽnium. authen. ei qui. C. de tempo. appella. habetur in cap. ex ratione, & in cap. cum ſit Romana. extra de appell. Videamus nunc, vtrum iſta tempora debeant ſeruari, quando appellatur in cauſa feudali? Videtur quòd non, quia tex. in c. fin. in titu. quo tempo. mil. dicit, quando appellatur in cauſa feudali, dantur appellanti ſex ſeptimanæ. Sed vos audacter concludite, quòd immo in materia feudali debent ſeruari iura communia, diſponentia in materia appellationis, vt in iuribus ſuperius allegatis: ex quo enim in iuribus feudorum non reperitur contrarium, debemus ſeruare iura Romanorum. cap. ſtrenuus. in titu. de feu. cog. Non obſtat tex. in cap. fina. quia reſpondetur, quòd ponit caſum ſpecialem, quando in materia feudali appellatur ad Imperatorem: nam appellatus poſt interpoſitam appellationẽ habet ſex ſeptimanas ad præparãdum ſe ad eundum ad præſentiam Imperatoris: quia ad faciendum tam longum iter, requiruntur multa p̃paramenta: item magnæ impenſę, vt volunt Doct. maxime Andr. de Iſern. & Bald. in d. cap. fin. in titu. quo tempo. miles. Item diſpoſitio illius tex. habet locum in magnis feudis, puta in feudo Regni, Ducatus, vel Marchionatus. Cæterum ſi appellaretur ī paruis feudis, nõ eſſet neceſſe ire ad præſentiã Imperatoris, ſed ſufficeret mittere apoſtolos. Dicunt etiam Docto. in d. ca. fin. quòd illud tempus ſex ſeptimanarum, qđ datur ad ſe præparandum, vt ſupra, bene poſſet augeri, ſed non diminui, per nota. in l. 2. ff. de re iudica. Addite aliam ſpecialitatem in materia feudali, quòd iudex a quo fuit appellatum, non teneatur ire cum parte appellante ad ſuperiorem ad quem fuit appellatum, per nota. Innocen. in cap. ſæpè. extra de appella. tamen in magnis feudis, quando fuit appellatum, iudex, qui iudicauit in cauſa, de qua fuit appellatum, debet ire cum parte appellante ad prẽſentiam ſuperioris, vt eleganter probatur in d. cap. fin. in titu. quo tempore miles. Secus ſi paruis feudis, quia iudex a quo non arctare-

tur

tur dimittere ſuum proprium tribunal pro eundo ad Im-
39 peratorem, vt volunt Docto.in d.cap.fi.Et hæc notetis.† Verum quia lata ſententia de re,quæ tranſiuit in re n iudicatã, peruenitur ad executionem iudicati, videndum eſt qualiter fiat iſta executio. Concludite, quòd ſi litigatum eſt ſuper feudo tunc ſententia mandabitur executioni in illo feudo, de quo fuit litigatum. Et an hoc caſu debeat citari vaſallus qui ſuccubuit in cauſa, antequam fiat executio, videte per Bar.in l. a Diuo Pio. §.ſi ſuper rebus.ff.de re iud.& Bald.in l. j.C.de iu. & fac.igno. & per eundem Bald.in l.tale pactum. §.qui prouocauit. ff. de pact. & per Cano.in cap.ex ratione. ext.de appella. Si vero vaſallus eſſet condemnatus in actiõe perſonali, & victor petat executionẽ ſententiæ contra vaſallũ,an hoc caſu feudum ipſius vaſalli poterit capi ĩ executionem iudicati? Concludite quòd ſic, in defectum tamen aliorum bonorum,& non aliter, argum.l.commodis.& ibi no.ff.de re iud.& l.ſtipendia. C. de execu. rei iudi. Aduertite tamen, quia tale ius captum in executionem iudicati non durabit niſi tanto tempore,quanto durabit ius vaſalli,& nõ vltra, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.l. lex vectigali prędio dicta.ff.de pig.& cap.j.§ rurſus.in titu.de controuer inueſti.Limitabitis tamẽ hoc procedere, niſi creditum,ad quod tenebatur vaſallus erga victorem ſententiæ, fuiſſet verſum in vtilitatem domini,vel agnatorum,vel eſſet debitum ex natura feudi, puta pro maritanda filia domini: nam hoc caſu licet feudum deuoluatur ad dominum, vel agnatos,tamen durabit ius creditoris miſſi in poſſeſſionem rerum feudalium in executione iudicati. Prædicta ſunt de mente And.de Iſern.in cap. j. §.j.in titu.de inueſt.de re alien. fac.Aduertite ẽt,quod quando fieret miſſio in poſſeſſionem in bonis feudalibus ad inſtantiam alicuius creditoris, cui vaſallus eſt obligatus, non fit miſſio in ſubſtantia feudi,nec ius feudi, ſeu vtile dominium vaſalli capitur, ſed ſolum commoditas, hoc eſt fructus, redditus,& prouentus feudi. Ita no.dicit Barto. in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto.An autem ĩ feudo Regali,Ducali,Marchionali, vel Comitali fiat miſſio in poſſeſſionem ad inſtantiam creditorum, vide tu ſingulariter per Bald.in authen. qui iurat, in 7. colum.C.de bo.aucto.iud.poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus offendens aliquem ex adhærentibus domini ſui, an ſit feudo priuandus.*
2 *Factum aliquod, qualiter ſit probandum factum in odium, ſeu malam partem.*
3 *Pax inter Principes facta, an etiam comprehendat adhærentes.*
4 *Vaſallus alicuius domini, an poſſit ſine licentia domini confœderationẽ facere cum aliqua ciuitate.*
5 *Adhærentes, qui proprie dicantur & nu.6.*
6 *Complices, participes, corporales, qui dicantur.*
7 *Adhærentiam faciens alicui ſuperiori, de aliquib.caſtris, an videatur cõferre aliquam iurisdictionem illi ſuperiori in illis caſtris.*
8 *Confœderatio dupliciter fieri dicitur.*
9 *Confœderatio, an ſine ſuperioris licentia fieri poſſit.*
10 *Confœderationes ad malum finem tendentes non valent.*
11 *Vaſallus confœderationem cum inimicis domini ſui faciens, præſumitur inimicus ipſius domini.*
12 *Scripturæ authenticæ fidem facientes in vno loco, an etiam fidem faciant in alio.*
13 *Cõfœderationem facientes cum aliqua ciuitate, an illius ciuitatis, an priuilegijs gaudere debeant.*
14 *Diffidato vno, an intelligãtur & eius complices ſeu adhærentes diffidati.*
15 *Confœderati, an & quando, & in quibus teneantur ſe inuicem iuuare.*

DE adhærentibus, & confœderatis. † Quæro, vaſallus offendit vnum ex adhærentibus domini ſui,an ex hoc poterit priuari feudo? Concludite quòd non,quia adhærentia nihil habet commune cum feudo. Et iſta ſententia probatur optima ratione,quia fratres naturali conſortio ſibi adinuicem adhęrent.l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.& l.j.& 2. & 3. ff.de liber.cau.Et tamen ſi vaſallus offendat vel occidat fratrem domini ſui, iſta non eſt iuſta cauſa priuationis feudi, cap.j.in titu.an ille qui interfe.fra.do.ſui,in lib.feu.niſi fratrem domini occidiſſet in odium ipſius domini ſui,alias non facturus: nam tũc bene priuaretur feu.arg l.oſſa.§.fin.ff.de relig. & ſumpt.fun.
2 † Et ſi quæras, quomodo poterit conſtare quòd hoc fecerit in odium domini? Reſpondetur, quòd poteri conſtare per verba prolata per ipſum vaſallum, iuxta not. per gl.ordina. in l.apud Celſum.in prin. ff. de excep. doli. Ad prædicta allego vobis Bald.in terminis, conſilio ſuo 137. incipiẽ. in Chriſti nomine,nihil commune habet,in primo volum.& note
3 tis bene iſtam deciſionem. † Et iuxta iſtam materiam de adhærentibus quæro, Duo Principes habentes inter ſe guertam,fecerunt pacem adinuicem, nunquid in illa pace intelligerentur incluſi adhærentes ipſorum Principum? Cõcludite q̃ non, niſi de ipſis in pace, & in tractatu & concluſione pacis ſit facta mentio. Ad hoc allego vobis tex.no.in c. ad Apoſtolicæ,extra de re iudica.libro 6.vbi dicitur, adhærẽtes non includi in pace,niſi hoc exprimatur,propterea commendatur multum fidelitas Romani Pontificis ſeu Eccleſię Romanæ.quia nunquam voluit facere pacem cum inimicis Eccleſiæ,niſi expreſſe includerentur adhærentes ipſius Eccleſiæ Romanæ.& ita dicit Innocen.& cap.ad Apoſtolicæ. Addo vobis Domi.Panormi.ita expreſſe dicentem in cap. j.circa 8.colum.in verſi,ex prædictis infertur. Addo Angel. ita etiam volentem in l. quæ religioſis.ff. de rei vendicat.vbi in iſto puncto ita diſtinguit: Aut verba pacis ſunt concepta in rem,& tunc bene includuntur adhærentes,argum. l.hæc verba.ff.ad l.Iul.de adulte.aut ſunt concepta in perſona,& tunc non includuntur adhærentes, maxime ſi illa pax eſſet ſtipulatione vallata, puta, quia Principes promiſiſſent adinuicẽ ſe non offendere,quia ſtipulatio eſt ſtricti iuris,& nõ extẽditur de perſona in pſonã.l.quicquid aſtringẽdæ.ff.de verb.obligatio. Et ideo dicit Ang.de more eſſe,quòd in pace & ĩ capitulis pacis fiat expreſſa mentio de adhærentibus. ſubiicit quòd aliquando intelligerentur incluſi adhęrentes, etiam ſi non exprimantur, ſcilicet quando pax non prodeſſet paciſcenti,niſi includerentur adhærentes. Et hæc notetis. Sed ponamus,quòd principes facientes pacem promittant adinuicem de non offendendo ſe nec terras ſuas, vtrum per iſta verba includantur terræ adhærentes? D. Panormitanus.in prędallegato cap.j. in 8.colum.determinat quòd non,quia in contractibus,ſecundum eum, non facimus interpretationẽ largam.ca.cum dilecti.in extra. de dona. facit.l.veteribus.ff.
4 de pact. † Sed an vaſallus vnius domini poſſit facere adhærentiam ſeu confœderationem cum aliqua ciuitate ſine licentia domini ſui? Concludite quòd ſic, dummodo hoc non ſiat in præiudicium domini, ſecundum Archid.in cap. præſidentes. extra de hære.libro 6. & ſecundum Hoſt.in ca. fin.extra de iudi. Caueant etiam, ne faciat adhęrentiam,& confœderationem cum inimicis domini,de quo plene tractaui vobis ſupra,in illo articulo, an liceat vaſallo copulare amicitiã cum inimicis domini. Item licet aliquis offendat ſubditum confœderati, non tamen debet rumpere pacem, ſecundum Innocen.in cap. dilectis filiis extra de appellatio. Hæc vult Bartolus ſuo conſilio 209.incipiente,quæritur pri-
5 mo. † Pro maiori declaratione omnium prędictorum q̃ro,qui proprie dicantur adhęrentes? Ang.in Authen.de hære.& falci.in prin.in 3.colum.dicit,quòd proprie adhærentes dicuntur illi,qui ſunt eiuſdem velle, cuius eſt ille, cui ſit adhæſio. allegat præallegatum capitu. ad Apoſtolicę. Et ex hoc infertur ad ciuitates, quę adinuicem habent guerram, & poſtea faciunt pacem, & promittunt non offendere ſe, nec adhęrentes. Nam ſecundum Ange.adhęrentes dicuntur,qui ſunt ſubditi ciuitatis,& etiam illi, qui ſunt eiuſdem
6 velle,cuius eſt ipſa ciuitas. † Qui autem dicantur complices, habetur in cap.conqueſt.extra de ſenten.excommunica. Qui autem dicãtur participes, vide per Bald.in l.vnica,C.de rect.prouin.Qui autem dicantur corporales,dicit Ang. hoc colligi ex tex.& glo.l.2.§.ſi quis in homines.ff.vi. bono.rapt. in illa glo. quę facit mentionem de Comite Alberto. Addite quòd idem Ange.in conſilio 238. incipiente, Inter capitula pacis.circa 8.colum.illius conſilii,dicit, quòd adhęrentes proprie dicuntur illi, qui intentioni & operibus alterius adhęrent. Et omnes eum ſequuntur, & tales etiam dicuntur ſequaces, allegat tex.in l.inter claras.C.de ſumma.Trini. & fide cathol. & l.vnic.§.ſi autem in ingenuam.C de rap.virgi.Ad id quod dixi de adhęrentibus,allegat l.fin.in verbo,ad hęrentibus.C.de diuſſo.lib.x.& tex.in d. cap. ad Apoſtolicę. extra de re iud. lib. 6. Et ibi loquitur de quodam populo domini Lappi de Caſtelione ciuis Florẽtini, qui verbis & factis oſtendit ſe adhęrentem domini Comitis virtutum,reuelando omnia ſecreta,& omnia conſilia Florentinorum. Dicit Ang. quòd non poterat ardentius adhęrere dicto Comiti, quàm quando reuelabat ſecreta & conſilia ſuę proprię ciuitatis,oppugnando,ex quo inciderat in pœnam proditionis & falſitatis,allegat tex.cum glo.in l.fallaciter. C.de abolitio. & l.omne delictum.§.exploratores.ff.de re mili.& l.athletas §.item pręuaricator.ff.de his, qui nota infa. Et vt melius intelligatis iſtam materiam,quęro de pulchra quęſtione. Exiſtente guerra inter Ducem Mediolani ex vna parte, & celſam communitatem Florentinorum, ex altera quidam Comes Robertus promiſerat & iurauerat communitati Florẽtinorum, quod non eſſet perpetuò deuotus, & fidelis ipſius

Source : BIU Cujas

ſius ciuitatis, & quòd eam adiuuaret, & quòd amicus dictæ cõmunitatis haberet pro amicis, & inimicos pro inimicis, & verbis, factis, & ſignis oſtendit ſe eſſe hoſtem, & inimicum memorati Ducis Mediolani faciendo guerram pro Florentinis, mittendo brauium, & vexillum ſuum in fauorẽ dictæ communitatis cõtra præfatum Ducem: deinde fuit facta treugua inter præfatum Ducem & communitatem Florẽtinorum, & inter capitula treuguæ erat vnum, in quo cõtinebatur, quòd vnaquæque partium intra certum tempus tunc præfixum deberet nominare ſibi adhærẽtes, vt gauderent ẽt beneficio treuguæ: memoratus Dux Mediolani nominauit pro ſibi adhærente præfatum Comitem Robertum, vnde quæritur an talis nominatio proſit ipſi Comiti? Concludite quòd non, propter impoſſibilitatem materiæ ſubiectæ: cum enim præfatus Comes Robertus verbis, ſignis, & factis palam oſtenderet ſe hoſtẽ præfati Ducis Mediolani, non poterat dici adhærens: quoniam enim tollimus ſubiectum, ne ceſſario tollemus prædicamentum. l. ſi Mæuia mater mea. ff. de hæred. inſtitut. Et dicimus quòd non poteſt fieri prædicamentum de Chimæra. l. ſi ſtipuler. ff. de verborum obliga. & cui non adaptatur ſermo, etiam non adaptatur diſpoſitio contenta in ipſo ſermone, quantumcunque verba ſint latiſſima. l. qui inſulam. §. fin. ff. loca. vbi notabiliter probatur, ꝙ ſi excipio violẽtiam, dicẽdo quòd volo teneri de violentia, iſte, ſermo debet intelligi quòd non tenear de violẽtia commiſſa per extraneos, ſed de cõmiſſa ꝑ domeſticos, & familiares bene teneor. Et notetis bene iſtum tex. ad illud quod dixi, quòd cui non adaptatur ſermo, &c. Optime facit. l. inquiſitio. C. de ſol. Et pro concluſione prædicta facit, quia præfatus D. Comes Robertus nõ poterat eſſe adhærens eodem tempore duorum inimicorum, quia fuiſſet ſibi contrarius. l. penu. C. de fur. Præterea domini Florentini veriſimiliter non cogitarẽt, nec poterant cogitare, quòd præfatus Comes Robertus, qui palam fouebat partem communitatis Florẽtinę, eſſet adhærens prefati Ducis, cuius oſtendit ſe hoſtem & inimicum. Præterea illa adhæſio, quàm fecerat memorato Duci, fuerit facta clandeſtine, & tales actus clandiſtini præſumũtur doloſè facti. Et ideo illa nominatio non debuit prodeſſe præfato Comiti. l. fin. verſi. iuſtum enim. C. de litigio. Hinc videmus, quòd ſi inter coniunctos contrahitur matrimoniũ clandeſtine, preſumitur fraus & dolus, ſecus ſi palam. l. fin. ff. de ritu nuptia. l. j. C. de interdict. mat. Eſt ergo cõcluſio, quòd memoratus Comes Robertus non poterat dici eſſe de adhęrentibus Ducis Mediolani. Et ita reperio conſuluiſſe Ang.
7 de Peruſio ſuo conſilio 361. inci. cariſſime frater. † Subſequenter quęro de notabili quæſtione, vtrum, quando aliqs facit adhærentiam alicui ſuperiori de aliquibus caſtris, videatur conferre aliquam iuriſdictionem in illum ſuperiorem in illis caſtris? Hæc quæſtio fuit de facto, quia filii magnifici Nani Marchionis Ceræ diuiſerunt inter ſe caſtra illius Marchionatus, deinde fecerunt adhęrentiam illuſtriſſimo Duci Aurelianenſi, & dubitatum fuit, vtrum propter illam adhærentiam eſſet translata aliqua iuriſdictio ī memoratum Ducem. Bald. ſuper iſto facto conſultus determinat quòd nõ, dicens quòd per ſimplicem adhęrentiam, quam quis facit ſuperiori de aliquibus caſtris, ex hoc non videtur transferre iuriſdictionem in illum dominum, excepto quòd ex ipſis confœderatis maiorem ipſe ſuperior habet iuriſdictionem, quãdo offenſores alterius partis reperiuntur in terra illius partis: quia ſi offenſores iam erant condemnati, & non reſtabat niſi in eos animaduerteret, vel eos remitteret in locũ delicti, ex hoc ipſe ſuperior maiorem haberet iuriſdictionem, allegat adhoc tex. aureum in l. non dubito. ff. de ca. & poſtli. reuer. Limita tamen prædicta, niſi faciens adhęrentiam ſubmitteret ſe iuriſdictioni ipſius ſuperioris. quod facere poſſet in ſui pręiudicium. l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Subdit, quòd quando ſubmiſſio accedit contractui nominato, non eſt locus pertinentiæ, ſecus ſi fuiſſet ſimplex prorogatio. allegat. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Et no. per Arch. in c. præſidentes. extra de hær. ita conſuluit Bald. conſ. ſuo 293. incipiente, inter tres Marchiones. in 3. volum. † Nunc venio ad articulum cõfœderatio-
8 num. Et debetis ſcire, quòd confœderatio fit dupliciter. Aliquando fit æqualiter, puta, quia duæ ciuitates, vel duo Principes promittunt adinuicem ſe adiuuare, & talis confœderatio fit ad protectionem. aliquando vero fit cõfœderatio inæqualiter, puta, quia vna ciuitas confœderando ſe alteri recognoſcit in ſuperiorem. Iſta ſunt de mẽte Bal. ī l. de quib. ver. quintò quæro. ff. de leg. vbi dat intellectum ad l. non dubito.
9 ſt. de ca. & poſtli. reuer. † Aduertite etiam, quia ciuitates vel Barones recognoſcentes ſuperiorem, non poſſunt facere confœderationem ſine licentia ſuperioris, & hoc eſt de mente Barto. in l. 2. in 2. colum. ff. de colleg. illic. habetur per Bal. in cap. j. §. conuenticula. in titu. de pace iura. firman. in vſi. feud.

10 † Item quando confœderationes fiunt ad malum, puta ad homicidia perpetranda, non valent etiam cum iuramento. Ita dicit Bald. in l. ſi ad excludendam. C. de reb. credi. & idem Bal. in rub. C. pro ſoc. Optime facit tex. in l. ſi a reo. §. ſi. ff. de ſi deiuſ. §. ꝙ ex turpi. Inſti. de inuti. ſtip. Notetis ẽt, ꝙ confœderati præſumuntur eſſe eiuſdẽ intentionis. † Et ideo ſi vaſallus
11 alicuius domini facit confœderationẽ cum inimicis ipſius dñi, ꝑſumit eſſe inimicus ipſius domini. Ita formaliter dicit
12 Bal. in l. libertini. C. de inof. teſta. † Item ſi in aliquo loco ſint ſcripturæ authenticæ, puta, quia ſint in archiuo publico, tales ſcripturæ facient fidem nedum in illo loco, ſed etiam in aliis locis confœderatis. Ita eleganter determinat Bal. in rubri. C. de fide inſtrumen. circa fin. commen. & eſt bene notã-
13 dum. † Item in materia repræſaliarum, vtrum homines cõfœderati gaudeãt priuilegijs, & ſtatutis illius ciuitatis, quia fecerũt confœderationem, videte per Bald. in authen. & omnino, circa 7. ſeu 8. colum. in ver. quid de hominibus confœderatis. C. ne vxor pro marito. &c. Sed pone, duę ciuitates fecerunt adinuicem ligam, ſeu confœderationem per quinquennium, lapſo quinquennio adhuc prẽſtant ſibi mutuos fauores, & auxilia mutua: an ex hoc intelligatur renouata liga, ſeu confœderatio? Concludite quòd non, argumen. l. ſi cum Hermes. C. loca. maxime ſi prima liga ſeu confœderatio erat facta per ſtipulationem, quia ſtipulationes requirunt verba. l. j. in prin. ff. de verborum obligationibus. Et hoc procedit, præſertim ſi primus contractus confœderationis fuiſſet celebratus in ſcriptis, iuxta l. contractus. C. de fi. inſtrumento. Nam tunc non intelligeretur renouatus niſi interueniente ſcriptura. l. item quęritur. §. qui impleto. ff. loca. Prædicta ſunt verba Bald. in commento pacis Coſtan. in verbo, item ſocietatem. Et no. bene prædicta, quia ſæpe contingunt.
14 † Item diffidato vno, intelliguntur diffidati omnes eius complices, auxiliantes, adhęrentes & confœderati. Secus eſt in ſententia, quia nõ afficit niſi illos, contra quos nominatim formatus fuit proceſſus. Ita dicit nota. Bald. in l. ii. in pen.
15 char. in ver. & non diffidato vno. C. de ſerui. & aqua. † Addite quod illi, qui ſunt adinuicem confœderati, tenentur ſe adinuicem adiuuare, præſtare arma, gentes, & amicos. Ita dicit Ange. in l. 1. alias 2. §. excuſantur. ad S. C. Sylla. Item non tenẽtur ſe adinuicẽ adiuuare in bello iniuſto, niſi in capitulis confœderationis aliter caueatur. Ita dicit Ang. in l. ſi quis in graui. ff. eodem titulo. Addo vobis, ꝙ illi, qui fecerunt adinuicem ligam, ſeu confœderationem, non tenentur ſe adiuuare, niſi requirantur, quia in promiſſione ſeu confœderatione de ſe adiuuando ſubintelligitur, ſi vna pars requirat alteram quod eſt notandum propter confœderationes ſeu ligas, quę fiunt inter ciuitates ſeu Principes. Ita dicit nota. Barto. in cap. j. in princ. in verbo, requiſitus. in titu. de noua forma fide. Sed quęro, vnus Princeps habet guerram contra alium, & volunt adinuicem pacem facere, & confœderationem, nunquid vnus ex ipſis Principibus poſſit caſtrum ſubditi ſui dare alteri principi pro habenda pace in ſuo territorio ſeu dominio? Concludite quòd ſic: quia habere pacẽ concernit bonum publicum, & propter bonum publicum poteſt auferre ius priuati. l. item ſi verberatum. §. j. ff. de rei vend. & l. Lucius. ff. de euic. & l. Antiochenſium. ff. de priuileg. & l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prędio. notatur per Cano. in cap. quæ in eccleſiarum. extra de conſtitu. Optime facit tex. ca. niſi eſſent. in verbo, pro bono pacis. extra de præbend. Et in indiuiduo hoc vult Bar. in l. quęcunque. ad fin. colum. C. de fide inſtrumento. & iure haſt. fiſ. libro 10. & Innocent. in cap. in noſtra. extra de iniur. & dam. da. & Bald. in l. conuentionum. ff. de pac. & idem Bald. in l. quicunque. in vltim. colum. in verſi. deinde nota. C. de ſer. fugi. & Angel. expreſſe in l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcript. Nam in locis proxime allegatis dicunt præfati Docto. quod in bono publico, & pro publica vtilitate, puta pro pace habenda poſſunt auferri iura priuatorum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ad morganaticam quare & quid dicatur.*
2 *Pactum an in contractu matrimoniali poſſit fieri ad excludendum filios primi matrimonii a feudali ſucceſſione. & nu. 3.*
3 *Fili ſpurii legitimati an aliquo pacto poſſint ſuccedere in feudo cum vero legitimo, & naturali.*
4 *Contrahens matrimonium cum pacto, ꝙ filii naſcituri non ſuccedant in feudo, an poterit mutare voluntatem.*
5 *Ceſſante conſuetudine, ꝙ filii ſecundi matrimonii non ſuccedant in feudo cum primis, an poterit prouideri ipſis filiis ſecundi matrimonii.*

IT vnus ex dictis vaſallis habens filios ex prima vxore nobili, ea mortua accepit aliam ignobilem in vxorem cum pacto, ꝙ filij

filij naſcituri ex ea nõ ſuccederent in bonis feudalibus. † Cir
1 ca huiuſmodi pactum debetis ſcire, quod appellatur matrimonium ad morganaticam. Ita probat tex. in c. vnico in ti. de filiis na. ex matri. contra. ad morga. Et eſt vulgare Mediolanenſibus. Et dicitur ad morganaticam quaſi morganaticum, id quod per mortem viri capitur. Nunc quęro an huiuſmodi pactum valeat? Concludite q̃ valet in locis, in quibus eſt iſta conſuetudo, vt poſſit fieri tale pactum, vt probatur in c. mulier, & in c. filii. in titu. ſi de feudo defun. fuer. contr. Ceſſante autem tali conſuetudine pactum non valet, quia eſſet pactum de non ſuccedendo, quod non valet in iure ciuili. l. pactum dotali. C. de coll. & l. pactum quod dotali. C. de pac.
2 † Secundo quæro, quid ſi iſtud pactum apponatur ad excludendum filios primi matrimonij, an conſuetudo prædicta vigens in loco trahetur ad iſtum caſum? & videtur q̃ ſic per tex. in c. filii. & videtur ibi intueri Bald. dum dicit, quod talis conſuetudo quandoque habet motiuum æquitatis, puta ſi Marchio tenens feudum ab imperatore accipiat filiam Regis in vxorem cum pacto, q̃ filij naſcituri ex ea ſuccedant in Marchionatu, non autem filii nati ex alio matrimonio. Nã filia Regis non fuiſſet alias nuptura dicto Marchioni, niſi cum pacto prædicto. & Ia. Alua. in d. c. filii, refert, q̃ Marchio Mantuæ filiam ſuam legitimam & naturalem tradidit nuptui filio nõ legitime nato Marchionis Ferrarię cum pacto expreſſo, quod ipſe filius debeat ſuccedere in Marchionatu. Et Marchio Mantuæ nõ fuiſſet alias tradlturus filiam ſuam nuptui, niſi cum pacto prædicto. Refert etiã quòd Marchio Ferrarię temporibus ſuis accepit Marchioniſſam Salutiarũ in matrimonium cum pacto expreſſo, quòd filii naſcituri ex ea non ſuccederent in Marchionatu Ferrariæ. Volunt ergo præfati Doct quòd tale pactum valeret ſtante, &
3 permittente conſuetudine, de qua ſupra. † Sed circumſcripta ſeu ceſſãte tali conſuetudine, an tale pactum ſit æquum & iuſtum? Non determinat: vnde putarem tale pactum nihil valere ceſſante conſuetudine, per l. ſi quando. in §. i. C. de inoffic. teſta. & per l. ſi. ff. de ſuis & legi. Sed præſuppoſita conſuetudine, bene valeret. non tamen intelligatis, quòd ſi talis conſuetudo ſit in vno loco, quòd extendatur ad alium, quia eſt ſatis iniqua conſuetudo: vnde nõ debet extendi de loco ad locum, per ea, quę no. in c. fi. extra de offi. Archidia. vnde nõ iniuria dicit in præalleg. c. ſi filii, quòd illud c. non haberet locum in emphyteuticis aliodialib. Subdit, quòd ex pactis prędictis vidit oriri multas contentiones & inconuenientias. Et quem euentum habuerint illa pacta inter Marchionem Mantuæ,
4 & Marchionem Ferrariæ ſatis audire potuiſtis. † Sed pone, quædam mulier dedit mihi in dotem decem milia ducatorum, ſperans filios ex ea naſcituros debere ſibi ſuccedere, & ex ea ſuſcepi vnum ſolum filium, & cum haberem plures ſpurios ex quadam meretrice, ego feci eos legitimari per Imperatorem, ita vt pro virili ſuccederent cum illo legitimo, an talis legitimatio valeat? Bald. in præal. c. filii. dicit, quòd ſi Imperator hoc faciat vnus homo, negari tamen non poteſt ſecundum eum, quin talis legitimatio valeat per not. in l. Gal. §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. Addit Bal. in præallega. c. filij. quòd Imperator ita faciendo non habet præoculis iuſtitiam publicæ honeſtatis, nec conſiderat quòd per nuptias ſeruatur excellens genus humanum, vt probatur in authen. de nup. vbi dicitur in princ. quòd per iuſtas nuptias prę̃ſtatur immortalitas humano generi. facit l. j. ff. ſol. ma. Et ſententiã
5 Bald. de qua ſupra, omnes poſteriores ſequuntur. † Sed ponamus, quod ille, qui accepit ſecundam vxorem virtute cõſuetudinis, de qua ſupra fecerit pactum, quod filij naſcituri ex ipſa ſecunda vxore non ſuccedant in feudis, an ipſi cõtrahẽtes potuerunt poſtea mutare voluntatem, & per contrariũ pactum paciſci, quòd ſuccedant vna cum liberis primi matrimonii? Iacob. Alua. in præal. c. filii. ideterminat quòd ſic, allegat no. in c. ſi facta, in gl. in ti. ſi de feu. defun. fuer. contro. allegat etiam l. ſi pro parte. §. verſum. de in rem verſo. Et hoc
6 eſt bene notandum. † Quæro vlterius, nunquid ceſſante conſuetudine, de qua ſ. poſſit pater prouidere aliquo modo, q̃ filii naſcituri ex ſecundo matrimonio non ſuccedant cum liberis primi matrimonii. Et iſta qõ ſępe contingit, qñ liberi primi matrimonii ſunt nati ex ſecunda vxore ignobili. Concludite, q̃ in antiquo feudo non poſſet pater prouidere in p̃ iudicium filiorum ẽt naſcitur orum: qñ omnes tam primi, q̃ ſecundi matrimonii ſuccedant æqualiter. Nec valeret prouiſio paterna in p̃rium. c. j. §. & quia vidimus. in tit. qui feu. da. poſ. & ĩ c. i. ĩ prin. in ti. de ſuc. feu. & ĩ c. j. ĩ ti. de gra. ſuc. ĩ feu. & in c. j. ĩ ti. de nat. ſuc. feu. In alijs aũt bonis allodialib. poſſet pr̃ emãcipare liberos primi mr̃imonii, & eis dare oĩa bona ſua, ſalua tñ ltĩma filiorũ ſcđi mr̃imonij, vt hr̃ in l. j. & 2. & ĩ l. ſi totas. & in l. ſi liqueat C. de inof. do. & ita exp̃ſſe determinat Ia. Alĩ p̃al. c. filii, ĩ ti. ſi đ fe. defun. fue. contr. ver. feudorum.

FINIS.

SVMMA FEVDORVM

IACOBO DE ARDIZONE

VERONENSI IVRECONSVLTO

Clariſs. Auctore, nunc multo correctius edita quam vnquam antea.

Quibus modis feudum acquiratur.

Caput I.

PRincipium Deus, medium, atq; finis: ſimilẽ in Auth. de priui. do. hæret. mulie. non præſtan. in prin. Cũ Bononiæ fere amore legalis ſcientiæ diſcendæ exulaſſem, & perſonã ibidem exinani uiſſem, qđ ſępe ſcholares facere contingit, (vt in de priuil. ſchol. Aut. habita ſuper hoc, in prĩ.) quam ſolam noſtro tempore vi uendi rationem optimam eſſe putaui, (ſimile. ff. de fideicõ. libert. l. apud Iul.) cum nunquam decipiatur qui frequenter legerit) in Aut. quo. opor. mo. viuere. §. domini, vel ſi nulla, in fi.) & mens fruſtra vacans nihil bonorum parit) vt in prædicto tit. §. oportet enim) audiens ius ciuile a domino Azone iuris profeſſore, legalis ſcientiæ moribus & facundia vndique perito, alioſque prę̃cellenti, prout facere debui, & feci (vt C. de profeſ. & medic. l. magiſtros) ac poſt eius mortem (cuius animæ propitietur altiſſimus) a domino Vgolino presbytero, qui merito ſacerdos appellatur, vt ff. de iuſti. & iur. l. j. primo reſp. viro ingenii acutiſſimi, colligenſque argumẽta ſubtiliſſima & vtilia ad quæſtiones feudorum pertinentia, ab eiſdem collectis hincinde argumentis. viſum fuit vtile mihi Iacobo de Ardizone de Broilo, a quo originem ſumpſi, vt C. de municip. & origin. l. filios, ff. ad municip. l. aſſumptio, §. filius ciuitatem, ad cuius commemorationem & honorem ſignum Ar. gloſulis meis & ſummulis appoſui) ad hoc enim me edidit, vt memoriam ſibi in æuum reſeruarem, vt ff. de verbo. ſignifi. l. liberorum, in fi. cuius perſona mihi ſemper honeſta, ac ſancta debet apparere, vt ff. de obſequiis a libe. & libertis prę̃. l. liberto. cui tam mortuo quam viuo debet honor exhiberi, vt arg. ff. de exce. doli, l. apud, §. aduerſus, in fi. C. de prę̃po. ſac. cubi. l. pen. primo reſpon. qui etiam originem duxit patriæ Veronenſis, quæ Ibernus vocatur, vt in titu. qua liter vſus bene. ſit te. c. ſi quis ex militum ordine. ĩ qua etiam Oto filius Otonis regis, & Corradus rex Burgundię cum omnib. Italię proceribus colloquium habuere, vt Lombar. qua liter quis ſe defen. l. antiquis: origo enim auctoris nominãda eſt, & per eum nobilitanda, vt ar. ff. de cenſi. l. j. j. reſpon.) repetere viſum fuit mihi vtile, ſummulã quandã ſuper feudorum genera ad nr̃i vtilitatẽ, commemorationemq; meliorem p̃ponere, & ad qõnes & ad alias conſtitutiones imperiales ad feudũ pertinentes, aliaq; capitula feudorũ hẽntia vel nõ habentia iuris ciuilis argumenta, ſeu adminicula, introducere, & his deficientib. qõnes iure Lõgobardo vel iure Romano decidere, q̃a ſtudioſus q̃libet, vbi caſus emergit q̃ p̃ſuetudine feudorũ nõ ſit p̃rehẽſus, abſq; calũnia vti põt lege ſcripta, vt in ti. explicit li. j. c. j. Nã & q̃dã iura morib. ſunt introducta & nõ legib. vt ff. de ritu nup. l. libertinus, ff. đ do. ĩter vi. & vxo. l. j. nã & Py. dicit q̃ j. conſideranda eſt p̃ſuetudo, q̃ adeo vim ſuã extẽdit, vt leges vincat, aut mores, vt in ti. explicit li. j. §. in iudicio. ĩ e. j. rñ. & in de pac. Cõſt. §. vaſalli q̃ tp̃e. §. & ſi qua p̃trouerſia. & in de feu. & bñ. in ſtatutis, C. de fictis, & feudis. & in vaſalli q̃ tp̃e guerræ. in prĩ. §. j. in ti. de cap. ex̃or. §. bñficium intelligit de veteri. ad idẽ facit qđ no. in e. ſum. §. in feudũ dare poſſunt. licet aĩs fit p̃riũ, C. de lõ. p̃ſu. l. 2. in Lõbarda, quaĩr iud. in. deb. l. placuit, ff. de vſu. l. j. ĩ prtn. q̃ p̃ſuetudo ſit æqua, & non iniqua: q̃a mala inuẽta, malęq; p̃ſuetudines nõ p̃firmãt ẽt lõgo tp̃e, vt in Aut. vt nulli. iu. §. j. C. de curioſis & ſtatio. l. j. li. xii. pp tñ p̃ſuetudinẽ Lõgobardorũ, legẽ impiã vetare nõ poſſum⁹, vt in Lõbar. de to. li. ho. l. recolim⁹, in fi. Secũdò procedendũ eſt de ſiĩib. ad ſiĩia, ar. ff. de legi. & p̃ſti. l. non poſsũt. ff. de p̃h. emp. l. ſi in emptione. §. vlt. Tertio loco decutrendũ eſt ad leges, ſi ſupra ſcripta deficiant, & ita intelligit Py. in tit. explicit crẽ. liber primus. §. in iudicio. Et ſi hęc omnia deficiant, ad argumenta eſt procendendum: nam & argumentis ſępè cognoſcitur, & examinatur, vt ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de quęſtio. l. prima. §. idem Cornelio. ff. ad Trebelli. l. qui filium. §. vltimo. Verum quia per tẽpora hucuſq; p̃ſenti operi, prout mihi videbaĩ vtili⁹,

Source : BIU Cujas

adieci, atque detraxi (quia qui veritatem cauſſarum conuincit, ſi veritatem examinet, non facile culpatur, ut in Aut. vt defun. ſeu fu. eorum. in prin. & omne artificiū recipit īcrementum, vt ff. de leg. 3. l. legatis ſeruis. §. ornatricibus, & natura ſemper multis nouitatibus vtitur: vt in Auten. de conſan. in prin.) tandem deſtructibili tempore olim glorioſæ ciuitatis Veronenſis, & ſeditionis intrinſecæ aliis ſolicitudinibus deſtitutus, hoc opuſculum, prout dominus Deus ſcientiam mihi miniſtrauit, expleui rogans quemlibet legentem attentius, vt ſi quid non rite vel imperitè compoſitum inuenerit, cautè me excuſet, Caſſium ſequendo, qui bene ſententiam Sabini excuſauit, vt ff. de arbi. l. qualem. §. vltimo. Nam omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare potius eſt diuinitatis, quam humanitatis: & quia non omnes in omnia, ſed certi per certa quidam meliores & quidam deteriores inueniūtur (vt C. de vet. iu. enuc. l. j. §. ergo iubemus, & §. omnibus auctoribus. & l. 2. §. ſi quid autem in tanta. Nec enim minore veritatem inueſtigante vlla maiori irrogatur iniuria, vt C. de offi. recto. prouin. l. potioris. vel etiam a ſententia alicuius appellando: cum & quandoq; iudex appellatus in deterius proferat ſententiam, vt C. de appel. l. in maiorib. ff. de appella. l. j. primo reſponſo.

Quare conſuetudines feudorum ſcriptis comprehenſæ Cap. II.

Vnde tractaturi de feudis, videamus primo quare conſuetudines feudorum fuerint in ſcriptis redactæ, poſtea conſequenter videndum eſt, quibus modis feudum acquiratur. In ſcriptis autem cōſuetudines feudorum redactæ fuerunt, quia controuerſiarum quædam decidebantur iure Romano, quæ ī ſcriptis erant redactæ tam in C. quam in Pandect. vt in libro Elementorum ſeu Authenticorum: quædam iure Longobardorum, quæ per Longobardam determinantur: quædam ſcilicet feudorum ſola conſuetudine, quæ in ſcriptis non erant redactæ. Vnde neceſſarium & vtile fuit de his controuerſiis ſcribere, vel inſcriptis redigere (vt in titu. explicit liber primus, primo reſpon.) non ea ratione quòd aliter non valerent) quia etſi manſiſſent in conſuetudine, tamen vim legum obtinerent, vt in Inſtitu. de iure naturali. §. ex non ſcripto. ff. de legi. & conſti. l. de quibus, in fi. & l. ſi de interpretatione, & maximæ etiam eſſent auctoritatis, cum eſſet comprobatum iudicium feudi conſuetudine, & non eſſet neceſſe in ſcriptis comprehendere, vt ff. de le, & ſena. l. minimè: maximè vbi non denegatur expreſſum, vt ff. ad muni. l. magiſtratus. nam a forma obſeruata non eſt deſcendendum in futurum, vt in prædicto titu. l. conſtitutionibus, in fi. tolerabile enim eſt quod vetus cōſuetudo comprobat, ut ff. de pulic. l. Imperator, in fi.) ſed ideo in ſcriptis ſunt redactæ, quia melius in memoriam commendantur, vt argumen. ff. de pigno. l. contrahere, ff. de fide inſtrumento. l. iure hypo. Iure enim Romano nihil de vaſallo vel de feudo poteſt reperiri, excepto quod de clientulo reperitur, qui pro domeſtica perſona reputatur, qui forte nunc nuncupatur vaſallus, vt ff. de vſu & ha. l. 3. & de his qui deie. vel effu. l. ſi vero, §. j. ff. de penu le. l. 3. §. 2. ff. de fur. l. ſi libertus, ff. de cap. & poſtli. re. l. non dubito. vel quòd puto verius, clientes ſunt liberi homines, quibus nec minus quam ſeruis vtimur: puta liberi homines coloni aſcriptitii, qui licet ſint ingenui, tamen in eis vtimur poteſtate dominica & patronatus, vt C. de colo. Thracenſi. l. j. lib. 11. vel ſunt homines capti ab hoſtibus, & à nobis poſtea redempti: nam liberi homines ſunt, & non minus eis vtimur quam ſeruis, donec precium redēptionis nobis reddatur: & hoc poteſt conijci in prædictis legibus, & in Inſt. de vſu & habita. §. item his qui medium. ff. qui teſta. facere poſſunt. l. qui teſtamenta, primo reſpon. ff. de cap. & poſtl. reue. l. vlt. nam & redimens vinculum pignoris, eum videtur habere, vt ff. de lega. j. l. ſenatus, §. vltimo. ff. qui teſtamen. facere poſſ. l. qui teſtamento. primo reſpon. vel ſunt homines, q̄bus vtimur in miniſterio, vel in adminiſtratione cauponæ vel tabernæ, vt arg. C. ad legem Iuliam de adulte. l. quæ adulterium. At libertis non vtimur, nec vti debemus vice ſeruorum, vt ff. de alimen. & cibar. le. l. Caio, in fi. Fit etiam mentio militiæ, quæ publica exiſtit, habēs quæſtum ex imperiali munificentia, & vendi poteſt & obligari, ad hæredes vel filios ēt non hæredes tranſmitti, & confertur fratribus, & in legitimā imputatur, ut in Auten. de exhiben. & introdu. §. optimum. in Auten. de æquali. dot. §. quia vero, C. de inofficioſo teſtamen. l. omnimodo. §. vltimo, C. de pigno. l. vltima C. de ſilentiar. l. vltima C. de proximis ſac. ſcrini. l. ſi quis in ſacris, C. qui militare non poſſ. l. eis. §. ſcituris, ff. de actio. emp. l. creditor. §. ſi inter venditorem. ff. de lega. 2. l. Lucius, ff. de alimen. & ciba rijs lega. l. libertis quos. §. ab hæredibus Stychum. Item legari poteſt, & tunc æſtimatio videtur legata, maxime cū legatur ei, qui militare nō poteſt, vt ff. de le. 2. l. mortuo boue. §. j. ff. de lega. 3. l. x. alias fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. Et quia militiā emere debet, præſtare etiam debet quod pro introitu datur, vt ff. de leg. 3. l. penul. §. vltimo. & in prędicto tit. de proxi. ſac. ſcri. l. ſi quis in ſacris. & l. vnicuique. §. illud tamen, & in Auten. vt iudices ſine quoquo ſuffr. ff. hęc omnia. & equites Romani ſecundum gradum poſt clariſſimatus dignitatem obtinent, vt C. de equeſt. dig. l. j. l. xii.

Conſequenter videndum eſt quibus modis feudum requiratur, tanquam de digniori & vetuſtiori. Nam prius acquiſitum quam amiſſum fuit, argumen. in procemio Digeſtorum, in fine, & in Inſtitu. de rerum diuiſione. §. ſingulorum. argumen. ff. de edicto ſucceſſorio. l. prima. §. decretalis. in Auten. de nup. §. ſi vero ab initio. ff. de iniu. rupto teſtamento. l. nam ſi ſub condi ff. de ædil. edicto. l. bouem. §. penulti. ff. quibus ex cauſſis maio. l. nec non vtilem. Verum quia ſciri nō poteſt, niſi primò quædam præmittantur & intelligantur, de eis merito prius videndum eſt.

Et prmò, quid ſit feudum.
Secundo, vnde dicatur.
Tertiò, quot ſint genera feudorum.
Quartò, qui poſſint in feudum dare tam ex veteri quam ex noua conſuetudine.
Quintò, qui accipere.
Sextò, quæ res poſſint dari, quæ accipi.
Septimò, poſtea videbimus, quib. mod. feu. acquiratur.

Quid ſit feudum, ſeu beneficium. Caput III.

Feudum ſeu beneficium eſt benevola actio tribuens gaudium capientibus, capienſque tribuendo, & in id quod facit prona & ſponte ſua parata, ut infra quibus cau. feudum amitta. primo reſpon. a deſcriptione Senecæ tractum. Nam quod in neceſſitate eſt, beneficium non appellatur, vt argumen. ff. de lega. 3. l. vnum ex familia, §. primo, nec ineſſe dicitur liberalitas, vt ff. de adimen. lega. l. rem legatam, in fine. cum priuilegium conſequatur, cū volens facit, non cum coactus, vt argumen. C. de prępo. ſacri. cubiculi. l. iubemus. §. hæc omnia. nec beneficium dicitur ab aliquo conſequi, immo nihil commodi, cum ab eo inuito poſſet extorquere, vt ff. de hęred. inſtituend. l. ſi ſeruo fideicommiſſa. ff. de ritu nup. l. proxi. cum neceſſitas non habeat legem, ſed ipſa legem ſibi facit, vt in decret. j. quæſtio. prima. cap. remiſſione. §. primo. & 34. quęſtio. prima. capitulo primo. extra de regul. iur. capitu. quod non eſt. & qui migrat de ciuitate ad ciuitatem cauſſa neceſſitatis, non mutat ciuitatem, ſed potius mutatur, vt in decreta. ſecunda. quęſtio. prima. cap. ſcias frater. Et de hac neceſſitate faciunt argumenta, quę notantur in ſumma, infra proxi. §. ſed quęri poteſt ſi coactus. & infra de pace tenē. §. excuſantur hi. vbi dicitur, quòd vbi quis aliquid facit propter neceſſitatem, quod eſt impunitum. Ideo autem ponitur in deſcriptione tribuens gaudium capientibus, quia eius gratia datur feudum vt vſuū fructum habeat & commoditatem & vtilitatem. Capienſque tribuendo. Quod ideo dicit, quia propter commodum debet tribuere domino ſeruitium impoſitum, ut in prędicto titulo in fine primi reſponſi: operas enim prebet beneficii loco, vt argumen. ff. ſi menſor fal. modum dixe. l. prima. primo reſponſo, quia ſpes lucri debet eſſe domino ex ſuo in vaſallum largiri, & eum beneficio debitorem ſibi acquirere, vt argum. ff. de fur. l. ſi pignore, §. primo & intereſt domini vaſallos beneficio affici, ut argumen. ff. de ſeruis exportan. l. ſeruus ea lege, in fine. & per eum in ſempiternum recordari, vt in de priuileg. arc. §. iuſti. & §. vltimo. argumen. ff. de verborum ſignificatio. l. liberorum, in fi. & beneficio oportet dominum iuuari & non decipi. vt ff. commo. l. in cōmodato, §. ſicut. in fine. Ei enim qui obſequia & commoda affert, beneficia ſunt muniēda & augenda, vt C. de primicereo & ſecundicereo. l. ſecunda. libro xii. ei vero qui obſequia negligit, ſunt auferenda beneficia, cum non dignus ſit ea retinere, C. de reuocandis donationib. l. prima. Et ipſe etiam prætor non vult beneficium ſuum alicui eſſe captioſum, vt ff. de prætoriis ſtipulationibus. l. Paulus notat, primo reſponſo. vnde etiam ipſo inſtinctu naturæ debet vaſallus ſeruire, argumen. ff. de condi. indebi. l. ſi non ſortem. §. libertus cum naturaliter ſit obligatus ad antidora, & ad eunuchia. argum. ff. de petitione hæredita. ſed & ſi lege, § conſuluit. ut in Lombar. de donat. quæ conting. §. ſi quis. Vel feudum eſt illud beneficium, quod ex benevolentia traditur alicui

Source : BIU Cujas

cui, ut proprietate eius rei quidem immobilis beneficiariæ penes dantem remanente, vſusfructus eius rei ita ad accipientem tranſeat ad eum, hæredesque ſuos maſculos & fœminas, ſi de eis nominatim dictum fuerit, in perpetuum pertineat, vt ipſe, & eius hæredes fideliter domino ſeruiant, ſiue ſeruitium nominatim fuerit dictum, ſiue indeterminatè promiſſum, vt infra quibus cauſſis feud amittat. §. huius autem. Nam & datur beneficium amore, & honore, & non pecunia, in titu. qualiter iud. feu. ſit, ex cap. ſi quis obligauerit. & de hoc notatur plenius in cap. ſumma, & §. & verſi. & vtriuſque gratia datur. ſcilicet do. & vaſal. vt in titu. qualiter iur. feu. ſit, ex. §. ſi quis obligauerit. ſic fideiuſſor & pignus, vt in Inſtitu. quibus modis re contrahi. obli. in fin. & in Inſtit. de fideiuſſor. primo reſpon. Feudum vero paternũ, vel hæreditarium aliter deſcribitur, vt dicatur: Feudum paternũ eſt, quod fuit eius parentis agnationis, vt in ti. qualiter iu. debeat vaſal. §. ad filias. vel feudum paternum eſt, quod ac quiſitum eſt a quocunque ſuperiore patre, auo, proauo, vſque in infinitum, vt in ti. qui debent ſucc. in feu. primo reſpõ ſo, & de lege Conra. §. ſimiliter. paternum non dicitur beneficium, ſed potius iniuria, ſi non petat, ut argum. ff. de aqua quo. & æſti. l. j. §. pen. in fin. quod autem feudum dicatur nouum, dic prout notaui in ſumma. i. nouum non paternũ.

Vnde dicatur beneficium, ſiue feudum. Caput IIII.

Dicitur beneficium eo Quòd beat, hoc eſt, beatos accipientes faciat: nam beare eſt prodeſſe, vt ff. de verborum ſignificatio. l. bonorum. la. j. Illa vero quæ non beant, quia plꝰ incommodi habent quam commodi, non dicuntur bona, vt ff. de verborum ſignificatio. l. prope bona. &, vt ait Boetius in ſecundo libro, in quinta proſa, nego eſſe bonum qđ nocet habenti. Nam & quædam ſunt quæ expedit potius non habere quam habere, vt C. de donatio. l. ſi quis argentum. §. ſimilique. ff. de ſeruo cor. l. vt tantum. §. æſtimatio. & rem alicui concedere ad vſum dicitur, rem concedi in beneficium, vt ff. com. l. in commodato. §. ſicut. & ſub noĩe beneficij cõtinentur tam maiora beneficia q̃ minora, vt in extraua. de verbo. ſignifica. cap. tua nobis. Dicitur etiam alias beneficium leuamentum, eò quòd aliquem alleuiat. ar. ff. fi. fa. fur. fe. di. l. quoties. §. vl.

Feudum autem dicitur a fide, vel a fidelitate, ſicut & fideicommiſſum, vt notauit Azo in ſumma. C. de fideicommi §. & appellata ſunt. quia inueſtitura non eſt facienda ei, qui fidelitatem facere recuſat, niſi eo pacto daretur, vt in expli. lib. pri. cap. inueſtitura, §. nulla inueſtitura. in quibus cau. feu. amitta. §. eſt & illa. Nam & quilibet debet iurare pacem, & ſi recuſat aliquis iurare, bona ei auferũtur, vt & lege & tenore pacis non fruatur, vt in de pace tenen. cap. j. §. ſi quis hominem. & l. hac edictali. § ſancimus. Item beneficium intelligitur quaſi ex bono præterito, vel præſenti, vel futuro, & tamen in ſe habet ſeruitium, & fidelitatem: niſi pacto excipitur, vel adeo modicum ſit feudum ſecundum qualitatem, quòd non eſt veriſimile eos cogitaſſe de fidelitate, vt in de cap. extraor. §. beneficium intelligitur. & §. de fidelitate. ar. ff. de annu. lega. l. Mœuia. argumen. ff. de condi. & demonſtrat. l. talem, in fin. argumen. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſed & ſi proponas. argumen. ff. de leg. infra l. ſi ſeruus plurium. §. vl. argumen. ff. de in integ. reſti. l. ſcio. argumen. ff. quod cum eo, qui in aliena po. l. 2 argum. ff. de dona. inter virum & vxo. l. vtrum. & extra de dona. cap. cœterum. & addas quæ notaui infra eadem ſumma, §. facta inueſtitura. & infra qualiter iud. de va. §. fidelitatem non iurant. Et ſiue fit feudũ cũ fidelitate, ſiue ſine fidelitate, ſi contra dñm faciat, amittit pariũ laudationem, vt in ti. de cap. extraor. §. quãdo fidelitate. plus tamẽ delinquit vbi fidei ſacramentum rumpit, vt ff. de mili. teſta. l. ex militari. primo reſpon. in fi. Et graue eſt fidem fallere, vt ff. de conſti. pecu. l. j. primo reſpon. cum noſtra interſit ne fallamur, vt ff. ſi meſſor fal. mo. di. l. j. primo reſpon. Et frangenti fidem fides nõ eſt ſeruanda, vt C. de tranſact. l. ſi quis maior. Item, quia qui pro obſequiis ſuis liberalitatem domini prouocauit ad feudum donandum, non eſt dignus eo cum cœperit obſequia negligere, vt arg. C. de reuoc. do. l. j. Et ſeruitiũ non eſt preſtandum domino, quia fide errat, vt C. de hæret. & ma. l. Manicheos, in fi. quia excommunicatus vel bannitꝰ eſt a Rege vel Imperatore, ſed potius remouẽdi vel amouẽdi: vel ſi admonitus a prælato eccleſiæ terrã ſuam infra annum purgare neglexerit ab hæretica fœditate, vel ſi dominꝰ a ſua dignitate eſt depoſitus, & vaſalli a fidelitate abſoluti, vt j. de ſacr. & ſor. fi. c. ad fidel. nos ſanctorum iuratos, & ca. aliud ſi dominus temporalis. & c. abſolutos, in fi. grauem. c. capituli. & j. hic fi. lex, dein. cõſ. reg. inc. j. reſpon. j. de priu. eccle. l. j. §. ſtatuimus. §. ſi nõ dominus. §. credentes. in Lombarda de fur. l. & comes. in Lombardia de excommun. ab epiſcopo. l. j. & extra de hęreticis. cap. excommunicamus. §. moneatur, §. credentes. Quia non debet habere illud beneficium, vel priuilegium quod alii habent, vt in Auten. de priuil. dot. hær. mili. argumen. C. de Epi. audi. l. nemo in foro. & l. iubemus. C. de poſtulan. l. vltima, C. de hęre. & ma. l. continuus, & in Authen. ibi poſita. Idem de Neſtorianis in medio, in Authen. vt cum de appell. cog. §. generale in Lombar. de excommunicatis ab epiſcopo. l. & ſemper his. Et inquire quæ notaui in ſumma, infra titu j. §. & debet adiuuare. inf. qualiter iu. de. vaſa. §. ex ſacramento. Et ex ſola etiam excommunicatione prouentus beneficii clerico denegantur, vt extra de appel. cap, paſtoralis officii. in fi. Item poteſt intelligi de infamibus, qui ab omni beneficio & priuilegio eximũtur, licet nõ a muneribus, & oneribus, quia immunitatem habere nõ debent, cum reatus omnem honorem excludit, & pœna committatur in criminoſum, & non dignitas, vt C. de cur. l. nec infamem. & l. ne quis officialium, C. vbi ſenatores vel clari. l. j. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vlti. C. de Iudæis. l. 4. & l. quicunque. & l. vltima, & C. de hære. l. naturales, & portæ domini non debeant eiſdem patere, vt C. de dig. l. neque famoſis. & nemo ex delictis efficitur pretioſior, vt ff. ad leg. fal. l. precia rerum. j. reſpon. maxime eo caſu, quando honeſte in curia domini eſſe non poteſt propter delicti enormitatem, vt inf. hic incip. conſti. re. §. ſi quis interfecerit. argum. ff. de inqui. no. infa. l. 2. § miles. & ff. de re mili. l. qui cum vno. §. adulterii. & l. milites. argumen. §. miſſionum. & de hoc etiam notatur in ſumma, infra tit. j. §. item amittit, ſi ali. fello. in fi. & §. & debet adiuuare.

Cuius expenſis debeat ſeruire vaſallus, & in quo loco. Caput V.

Si vero fidelis eſt dominus tunc Vaſallus fidelitatem præſtet domino in ſeruitio nominatim interpoſito, vel indeterminate, vt inf. in quibus cau. feu. ami. §. hinc iterum. Si innominatum eſt ſeruitium, vaſallus debet ſeruire expenſis domini. argum. ff. de vſufru. l. ſed & ſi qd. §. j. & l. ſicut impendia ff. de ope. liberto. l. imponi. & l. penult. qui enim vtitur miniſterio alicuius, impẽdia ei debet preſtare, vt argumen. ff. de dona. inter virum, & vxo. l. ſi id quod. §. j. ff. comm. l. in rebus. §. poſſunt. item de redhibi. l. ſi ſeruus. §. vlti. Si vero nominatum eſt ſeruitium, debet ſuis expenſis ſeruire, vt ff. de ope. lib. l. ſuo victu. argumen. in contrarium. ff. de lega. 3. l. fideicommiſ. Vel melius eſt vt dicatur, quòd ſiue nominatum ſit ſeruitium, ſiue non, quòd vaſallus debet ſeruire, & dominum tueri ſuis expenſis ſi poteſt: quia vnuſquiſq; quod ſpopondit, ſuo impendio dare deber, vt argumen. ff. de ope. libe. ſuo victu, in prin. & l. quod niſi, in prin argumen. ff. de lega. 3. l. fideicommiſ. alias. l. Stychus liber. in Auth. vt nulli iu. §. j. in Authen. de proconſule Cappadociæ. §. militaris. maxime ſi modica ſint impendia, argumen. ff. de impenſis in re do. l. quod dicitur impenſas. & l. omnino, forte vſque ad fructus feudi. argumen. C. de bonis quæ libe. l. vlti. §. vbi autẽ no. C. de bonis maternis. l. j. vel vſque ad dimidiam fructuũ, vt no. infra proxi. §. ſed vbi vaſal. Si non poteſt ſeruire ſuis expenſis, tunc faciat expenſis domini, & ſi dominus preſtare nolit, tunc priuetur dominus ſeruitio, vt argumen. ff. de lib. agno. l. alimẽta. ff. de iure patro. l. diuus Claudius. §. j. ff. de bo. quæ libe. §. ſi patronus non aluerit. ff. de oper. lib. l. ſuo victu, in fi. & l. quod niſi. arg. C. de eroga. mili. l. vlti. primo reſpon. in fi. vel refert utrum ſit ſeruitium corporale, quod corpore ſine expenſis poteſt impleri, an non. In primo caſu ſeruire teneatur licet ſit pauper, in ſecundo excuſetur propter pauperatem. argumen. ff. de mune. & hono. l. cura. §. inopes. C. de his, qui numero libe. l. ultima, in fine. libro 10. ff. de excuſati. tuto. l. pauper. & l. poſt ſuſceptam. §. primo. & in Inſtitutio. de excuſatio. tutor. §. ſed & propter. ff. mand. l. ſi procurator. §. penult. Vel dicas, quod ubi vaſallus eſt pauper, & dominus ei preſtare expenſas non uult, quod ei tanti temporis ſpatiũ preſtet, ut alimenta, & expenſas aliunde recuperet, ut ff. de ope. liber. l. ſuo victu, in fine, & l. ſequen. & l. operarum editionem. Vnde huius reſpectu forte non poſſet dominus paciſci, ut vaſallus ſeruiat ſuis expenſis, ut ff. de oper. liber. l. imponi. neque poſſit adnumerari moræ, ſi iuſta ratione, & optima differat, argum. ff. de vſur. l. ſciendum. Secus ſi fraudandi cauſa dominum hoc differat uel alleget, ut in præd. titulo, ſi modo idipſum. non debet dominus oneroſus uel acerbus, ſeu contumelioſus exactor eſſe, ſed moderatus, cum efficacia benignus, cum inſtantia humanus: & vaſallus non

Source : BIU Cujas

debet esse nimis declinatus, argumen. ff. de pigno. act. l. si seruos, in fi. ff. de vsur. l. si bene.

An domino absenti cogatur seruire vasallus. Caput VI.

Et hoc quod supra dictum est,

Habet locū, cum vasallus seruit domino præsenti: quia forte absenti domino non tenetur seruire, (argumen. ff. de proc. l. sed hæ. §. non solum. argumen. C. quando Imperator inter pupil. & vid. l. j. primo responso. in Auten. vt diffe. iudi. §. si vero contingit, §. hæc omnia, infra de pace Constan. §. in causis appellationum. in Auten. de fideiuss. §. j. in Lombar. de his, qui ad patriam defens. l. quicunque. C. de decurionib. l. curiales. in Auten. vt hæretici curiales, primo respons.) cum onerosum est & magna captio, sæpe a rebus suis reuocari, argumen. ff. quemad. test. aperi. l. sed si quis. Innuo tamen quòd vasallus debeat seruire etiam absenti domino non suis expēsis, sed expēsis domini: nisi vasallus ideo seruiret in absentia, quòd sua voluntate mutat domicilium, quo casu suis expēsis debet seruire, nisi dominus videatur vagari, argum. ff. de seruis export. l. Titius. ff. de iudic. l. hæres absens. ff. de oper. lib. l. quod nisi. §. j. & l. senatus, quæ continuatur cum præcedenti §. & argumen. ff. de edendo. l. prætor ait, in fi. ff. ad Trebel. l. recusare, §. vlti. & l. sciendum. argumen. ff. ad exhiben. l. sed & si, §. j. argumen. ff. depositi. l. si in Asia, §. j. Sed & vbi vasallus debet seruire expensis domini, forte cibaria excipientur, quæ dominus præstare non tenetur, (argumen. ff. de rei vendicatio. l. si res mobilis. ff. ad exhiben. l. sed & si hæreditas, §. j.) & maxime illæ expensæ, quas vasallus domi faceret, dato tamen superfluo a domino (argumen. ff. de peti. hæred. l. sed & si. §. quod autem. ff. ad Trebellia. l. Titius. C. de erog. milit. an nonæ, l. vltima, primo respon.) vel seruiet suis expensis per mensem: vlterius expensis domini, argumen. C. de re mili. l. vlti. §. & si tamen eundo, §. sin autem. Nam & miles, qui tuetur Rempublicam, ab ea debet ali, vt plenius notaui in summa de pace tenen. circa prin. argumen. contra vt indistincte: argu. ff. de vsufru. l. sed & si quid, § j. & l. sicut impendia. Verum vbi vasallus vadit cum Principe euntę Romam ad suscipiendam coronam, vel cum domino suo, qui cum principe vadit, puto quòd debeat seruare suis expensis, vel dare medietatem fructuum feudi illius cum domino suo (vt infra de feud. & bene. l. imperialem decet, §. firmiter. l. qui ad hoc qui allodium, §. vt æquitas) vt totius anni vnius fructus computetur, vt ff. soluto matrim. l. diuortio, in fin. Veruntamen in Romandiola per regem Corradum aliter fuit statutum, scilicet quòd Lombardus vasallus præstare debet 12. denarios pro modio: in Theutonia terra tertiam partem fructuum illius anni, (vt infra de capi. Corra. cap. hæc sunt capitula, §. similiter pro vectigali.) vel pro mercibus vehendis prę stare debent mercatores octauas (vt C. de vectigal. & com. l. ex præstatione. & l. allegatis) de frumēto quinquagesimam licet emphyteuticarius de hordeo quadragesimam de vino & lardo vigesimam, C. de suscepto. prępo. arcar. l. modios, C. de emphyte. iu. l. vlt. de alio metallo octonos scrupulos, de auro vij. vt C. de metall. l. j. & l. per annos. de vena vero in locis alienis effossa, decima fisco, & decima domino loci præstatur, vt C. de metallar. l. cuncti. Item dico, quod vasallus debet seruire domino extra ciuitatem, si dominus vult prestare expensas, vt dictum est: alioquin non, vt in superiori §. si vero fidelis, notatum est: nisi iusta causa subsit, quæ æstimari poterit ex persona, ex loco propinquo vel longinquo, & ex modo beneficii boni viri arbitrio, vt in titu. hic in ci. con. reg. §. ad hæc quantocunque. in titu. de capit. extraor. §. de fidelitate. argumen. ff. de conditio. & demonstratio. l. antepenulti. §. vltimo, C. de decurio. l. curiales. ff. de iniur. l. sed si vnius, §. quod autem ait prętor. C. de bonis quæ liber. l. vltim. §. vtantur. Et quod dixi, viri boni arbitratu intelligas, id est, iudicis, (vt ff. de verbo. obligatio. l. continuus, §. 2.) qui debet fungi officio boni viri & innocentis, vt ff. de iureiuran. l. sed si vnius, §. ait prætor arbitratu. ff. famil. erciscun. l. cęteræ, §. mala. & sequi morem agentium, vt ff. de statu liberis. l. Labeo, §. sed si quæritur. & argumen. ff. de fideicommis. liber. l. fideicommissaria, primo responso. videtur tamen argumentis quibusdam, quòd in quocunque loco debeat vasallus præstare vbi petitur, vt argumentum, ff. de annu. lega. l. j. ff. de iudic. l. cum qui. ff. de condi. indeb. l. qui certo. Quod intelligas loco, scilicet, idoneo. argumen. ff. de constitu. pecu. l. j. §. cum qui. & l. qui autem, §. vltimo. ff. de iudic. l. hęres. §. j. ff. de mune. & hono. l. vt gradatim, §. & si. Excusatur tamen quandoque vasallus a seruiendo, prout notabimus, dāte Domino, inf. quib. mod. feu. amit. §. & licet teneatur, & §. excusatur, cum sequentibus §.

Quot sint genera feudorum. Cap. VII.

Genera autem feudorum sunt

Quatuor: quia quoddam est quod transit ad descendentes, & ad collaterales, & appellatur feudum paternum, vt in tit. qui debet succedere in feudo. primo responso. Quoddam est, quod transit ad filios tantum, & non ad collaterales, nec ad filios, nisi specialiter dictum sit, & appellatur nouum, vt in titu. qualiter iur. deb. vasal. §. penulti. infra nouum non pa. primo responso. Quoddam est quod transit ad extraneos, puta quando quis habet ea. scilicet, vt ipse & sui hęredes, & cui dederit, habeat, vt in capit. vnico, quod incip. si quis ea lege, de feu. non hab. propriam natu. feu. quod quidem intelligi pōt, si specialiter vasallus extraneo ɔcesserit. alioquin ad eū nō transeat, vt in Auten. de nup. §. soluto igit.

Quoddam est etiam, quod non transit ad aliquos hęredes, puta regnum, marchia, ducatus, & comitatus, licet hodie sit vsurpatum vt filii succedant, vt in titu. de content. feu. in fi. in titu. qualiter vsus bene. sit ten. primo responso. Et qualiter hoc sit intelligendum, notaui infra in summa in titulo de successio. feu. §. in feu. tam. regio. Nam & hęc talia feuda inter ɔsortes diuidi non possunt, vt in titulo de feudo & bene. l. Imperialem decet, §. prętera marchia. Item Princeps non transmittit imperium, quia electione non successione datur, ut in titu. extra de electione & electi po. capitu. venerabilem, §. primo. & de hoc notaui plenius infra de succes. feu. §. vltimo. Item feudum soldatę non transit ad hęredes, vt infra qualiter iur. deb. vasal. §. quia a Principe, in fin. de quo plenius notaui in summa infra de succes. feud. §. item in soldatę feudo. Item feudum, quod acquisitum est sine inuestitura, ad hęredes non transit, ut in titu. qualiter iura. fe. deb. §. si quis domino iubente. Item personalia beneficia non transmittuntur ad hęredes, vt ff. de iure immuni. l. j. §. primo. l. immunitates, ff. de centit. l. forma, §. si vero qui. C. de excusa. mili. l. sordidorum. De quo plenius notaui in summa infra de succ. feu. §. item si personale, & j. ead. summa, §. verum licet huius personę. Item feudum boscigandi, vel boscandi, effodiendi, cędendi, alicui concessum, ad posteros non transmittitur, arg. ff. de leg. j. l. apud Iulian. §. siquis alicui.

Qui possint in feudum dare tam ex veteri, quam ex noua consuetudine. Cap. VIII.

In feudum dare possunt Archie

piscopus, Episcopus, Abbas, Abbatissa, Prępositus ea, quę in dominio habent, vel eis aperta sunt, si antiqua fuit eorum consuetudo & euidenter non sunt dissipatores: & regulares Clerici, & seculares, vt in tit. de feu. & bene. per omnes decretales quasi illius tituli, hic incipiunt constitu. lex Corra. & §. ideo sciendum. & in eodem §. sciendum, primo responso. in titu. extra de dona. cap. cęterum. in titu. de capi. extraor. §. beneficium, intelligitur de veteri: alioquin non valet, vt titu. j. §. idem iuris. ne qui ex potentioribus ei necessitatem ad hoc imponant, argum. in Auten. de alien. rebus eccl. §. sed & hęc. quod de regalibus intelligendum est, secundum Azo. scilicet vt si habeāt aliqua beneficia regalia, ea valeant infeudare, argum. C. de sun. patri. l. hi quib. tamen vsitatum est eos feudum dare posse & de propriis reb. ecclesię, secundum Azo. & Pet. vt in summis eorum de sacros. eccl. nisi dent coniunctę personę, uel alteri tantum, quod duob. concedere posset, & duos vasallos acquirere, (vt in ti. de capit. extrao. §. dicitur, & prout etiam notaui in ea. summa, §. item potest quilibet) sed vī ei Azo obstare, ꝙ dicitur ꝙ ecclesia non potest aliena re, vendere, & pignori obligare ea, quę ab imperiali domo processerunt, ut in Auten. de alie. emphy. §. ea uero. & intelligit Azo consuetudinem, cuius non extat memoria, aliter ꝓcessisse: uel ꝙ per 30. annos retro consueuerant facere, quia consuetudo multum operatur in iurisdictione, ut C. de emāci. libe. l. j. & ulti. & hoc secundum Azo. & maxime in pręlatis ecclesiarum, ut in titu. extra de offi. iud. ord. duo. in tit. ext. de fo. comp. cum contingat, in fi. in ti. ext. de excess. pręl. ca. ad hęc. uel quia forte cōsueuerūt facere, quia retro bis fecerunt, (ar. C. de Epis. audi. l. 3.) saltem per longum tps. l. decennij uel uicennij, ar. ff. de leg. & consti. l. diuturnam. ff. de mu. & ho. l. j. C. de prę. lon. temp. l. diuturna. Nā ei permittitur nomine ciuitatis experiri, cui ex lege. i. consuetudine permittitur, ut ff. quod cuiusq; vniuer. l. nulli. Sed pro dño Azo. potest induci ext. de do. c. cęterū, & ar. ff. de pig. acti. l. uel uniuersorum. ff. ad Maced. l. itē si filius quod dī, ff. de neg. ge. §. si negocia, ar. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. ulti. ff. si serui. uendi. l. si quis diuturno, ff. de seruit. urba. prędio. l. qui luminibus, ff. de itine. actuque

pri-

Source : BIU Cujas

priui.l.apparet,§.ſi quis.ff.ſi vſufru.pet.l.j. C. de agri.& cen.l. litib.in prin.C.de fun.patri.l.vlti.

De inueſtituris prælatorum. Cap. IX.

In ſupraſcriptis autem prælatis Diſtinguo, vtrum faciant inueſtituram de propriis rebus,an de rebus ad eccleſiam pertinentib.ſi de propriis rebus,omni modo ipſi & eorum ſucceſſores adimplere coguntur, vt in titu.hic incip.conſtitu.reg.cap.lex Corrad. §.clerico,in prin. Nam in iſtis rebus tanquam laici reputantur & non tanquã clerici,vt C.de epiſco.& cleric.l.3.& benignum eſt fauore beneficij,neceſſitatem imponi hęredi conſentire vel facere qđ defunctus fecit.argum.ff.de iu.dot. ſi ego.§. j. & in Lombar. de vlti.volun.l. ſi quis res ſuas. Sed videtur quòd ſucceſſores non teneantur adimplere, ſi prælatus vel clericus decedat antequam vaſallus poſſeſſionem feudi nãciſcatur,cũ feudũ tunc exinaniatur, vt in ti.qualiter iudi.feu.ſit ex. §.ſi dñs qui. vel illud intelligas, quãdo de rebus eccleſiæ,vt argu.in Lombar. qualiter lice.recto.eccle. l. de precariis. Si vero de rebus ad eccleſiam pertinentibus, ſi quidem res ſint apud eum qui inueſtiri dẽt:tũc ille qui debet inueſtire, tenetur eam adimplere,& etiam eius ſucceſſor, vt in titu.hic incip.conſt.re. cap.lex Corra.d.§.clerico,in Lombar. qualiter liceat rectoribus eccleſiarum acta anteceſſorum.l.j. Si vero poſſideat ille qui dẽt inueſtire,non tenetur eam adimplere, ſed mortuo eo,antequam adimpleat, ſucceſſor eam adimplere non tenetur,vt in titu.qualiter iud.feu.ſit ex.ca.ſi dominus,in prin. & argumen.in Lombar. qualiter liceat rector. eccleſi.l.de precariis.& argumen. ff.loca. & conduc.l.3. niſi prædeceſſor conceſſerit beneficium merentibus, vt in tit.de feu. & bene. cap.per literas. argum.contra.ff.de lega.3.l.cum quis,§. pen. ff.de proba. qui teſtamentum. nam factum prælati non nocet eccleſiæ prælato viuente,vt infra de cap.Corrad.cap.hæc ſunt capitu. §. ſimiliter. Quinimmo eo viuente poterit reuocare,ſi enormiter videatur eccleſia læſa, vt tamen vaſallus pro labore & fidelitate fructus præceptos retineat. Et præterea pecuniam,quam pro eo feudo dedit,recipiat,ut in titu.de feu.& bene.ca. ad noſtram noueriſ. vel ſi tantum dedit vni,quod ſufficeret duobus,vt in titu.de cap.extraor. §.dicitur etiam.Item non poteſt dare in feudum, ſi contra eum moueretur quæſtio dilapidationis, (in titu.de feu. & bene.c. prælatorum,in fi.) vel ſi eſt diſſipator euidens(vt in ti.de cap. extraor. §.beneficium intelligitur, & in eod. primo reſpon. item in aliis caſibus notatis in ea.ſumma,§. item poteſt quilibet) verum Archiepiſcopus Mediolan. non poteſt in feudum dare de eo,quod inuenerit in dominico tempore ĩtroitus ſui,ſed de feudo ſibi aperto poteſt,ut in proxi.§.item pó teſt quilibet,vt notatur in titu.hic incipit conſue.reg. ca. lex Corrad.§.non ſciendum. De rebus vero Eccleſiarum, quæ eis ſubditę ſunt,non licet aliquo modo,(vt in titu.j. §.rem ſi Epiſcopus, (cum hoc in præiudicium parochialis Eccleſię videatur fieri, vt in titu.de feu.& benef.cap. plerunque.& ca. cum ſecundum. Priuilegium enim prohibitionis maioris Eccleſiæ,trahitur ad Eccleſias ſibi ſubditas, vt in Autenti.de non alie.aut permu.§.nos igitur, in prin. Nam & ſeruus vtitur priuilegio domini,& colonus priuilegio domini,& miniſterialis,vt C.de dignita.l.ſenatorum.& C.de priuile. ſcho. l.quotiens,primo reſpon.C.de Comitibus conſiſto.l.2.de ag. in rebus.l.vlti.§.j.C.de præpo.agen.l.vlti. primo reſpon. C.de proxi.ſacro.ſcri.j.reſpon.C.de Epiſco. & cle.l.2.ſimilia notaui in titu.qualiter iur.deb.vaſal. §.generaliter, in fin.§.nunqud & filio.

Si vero faciãt inueſtituram de beneficio ſuorum militũ, ſi quidem pure faciant, non valet ſine conſenſu vaſalli feudum detinentis, (ut in prædicto §. clerico, in titu. qualiter vſufruct.bene.ſit tene.cap. ſi quis dominus fecerit. in titu.de ſucceſ.feu.§.nam in prin.in titu.de feu.& bene.l. quicunque igitur,§.ſi quis inueſtituram,& l.in nomine,§.inſuper)quantum ad hoc vt ſucceſſor teneatur adimplere, uel quantum ad hoc ut ſtatim capiat effectum, ſed capiet demum feudo aperto inueſtitori, & non ſucceſſori, ut in titu.ſi de feu. vaſal.interpel.fue.§.in omnibus,in titu.extra de dona.c.conſultationib. Si vero ſub cõditione, vel cum moreretur is qui detinet, ſi quidem decedat inueſtitor antequam tenens feudum,vel ante conditionem,ſucceſſor non tenetur adimplere,etiamſi ei apertum fuerit,niſi miſſus fuerit in poſſeſſionẽ voluntate eius qui detinet:nam tũc ſucceſſor adimplere cogitur. Si vero decedat prius tenens feudum quam inueſtitor,vel exiſtat conditio antequam inueſtitor decedat,tũc ipſe tenetur adimplere etiamſi facta fuerit inuito detentore, ut in eodem cap.ſi Archiepiſcopi,infra de ſucceſſ.feu. §.ulti. in titu.hic incip.conſue.reg.cap.lex Corra.§.clerico. Hæc tamen inueſtitura beneficii alterius uidetur improbata, ut in titu.de capit.extraor.§.ſi quis nominatim, §.generaliter, §.q accipit,in titu.de feu.& benefi.l.quicunque, §.ſi quis inueſtituram,& l.in nomine, §.inſuper. & de hoc etiam notatur in ea.ſumma,§.& ſi non faciat quis laicus. Sed iure Romano ita videtur poſſe dici, quod quis nõ poſſit aliquem inueſtire de beneficio alicuius vaſalli,ſcilicet,Titij,niſi voluntate ipſi' vaſalli:ſed in genere bene,ſcilicet de beneficio, quod ſibi ab aliqno vaſallo fuerit apertum,(vt argumen. C. de pac.l.vlti. in fi.ff.pro ſocio,l.3.§.de illo)ſub conditione de re certa, cũ ad eum peruenerit,argum.ff. de pigno.l.ſi fundus, §. aliena res,quia licet pro futura ſucceſſione eſſet illicita datio, vt C. de pac. l. vltima. eſt tamen licita,quia & aliis multis modis poſſet feudum domino aperiri, vt argumen.in titu.extra de conceſſio.prẹben.accede.de quibus, dante Domino notabimus in ſumma in titu.quibus modis feu.amitta.argumen.ff. de iure fiſ.l.non intelligitur,§.ſi quis palam. ff. qui & a quib. man.li.non fiant.l.vlti.§.is qui.ff.de iure patronat. l. adigere, § qui ſtipulatus,argum.contra ff.de condi.inſtit. l. qui conditione,§.ſi quis ſub iure. Per decretales autem uidetur,quòd ſi Epiſcopus aliquẽ inueſtiuit de certa quantitate terræ, & vaſallus in poſſeſſionem miſſus non fuerit, & interim mortuus ſit Epiſcopus,quòd ſucceſſor poteſt ſecurè eam implere: nec videtur facere de nouo, ſed potius factum defuncti implere,in titu.de feud. & bene. per literas tuas. argumen. ff. de rebus eorum,qui ſub tut.vel cura.l.magis puto,§.ſi pupillus ſtipulanti. Item poteſt quilibet prælatus in feudum cõcedere quod in dominio habet,& feudum iam ſibi apertum per mortem vaſalli vel alienationem,quæ facile per prælatũ non poteſt recuperari:quo caſu poteſt dari alii vt recuperet, & in feudum habeat. Et ſi prẹlatus recuperauit, vel facile recuperare poteſt,poterit ſimiliter dare alicui, etiamſi ſit cõiũctus primo vaſallo inueſtitus,vel quia filius vel quia agnatus, & hoc vltimum tantum locum habet in his, qui iurant non infeudare de nouo, vt in Archiepiſcopo Mediolanẽſi, (ut in titu.hic incip.conſue.reg.c.lex Corradi,§.& ideo ſciendum,in titu.de feudis & bene. capi.ex parte tua)filium tamẽ vaſalli occidentis dominum vel mutilantis nõ poterit inueſtire,ut in titu.de feu.& bene.cap.ad aures,in fi.& cap.in quibus,§.j.Nec poterit prælatus inueſtire ſibi coniunctum, vel ita amplum feudum dare vni,vnde duos conſimiles vaſallos habere poſſet,(ut in titu.de capi. extraor.§. dicitur etiam,in titu.extra de ætate & qualita.cap.tua,in fi.in Auten.de alien. & emphy. §. œconomos vero & orpha. & §. œconomus & ordi.in Auten.de eccle.titu.§.interdicimus. in Autẽ. de ſanc. Epiſ. §.aliud autem,in Lombar.qualiter lice.recto.Eccle.l.ulti.argumen.ff.de lega.3.l.cum quis,§.penult.ff.de proba.l.qui teſtamentum.& ff.qui & a quibus manu.li.non fiãt, l.ſemp) poterit tamen inueſtire benemeritum, vel qui alias vt proximior admitteretur,vel alias iuſta ratione uel cauſſa, argum. ff.de dona.l.filius.primo reſpon.in fin.ff.de cura.furio. l. vlti. argumen.ff.quę in frau.patro.l.j.§.quòd autem,& l.viuus,in titu.de feud.& benef.cap.ex parte tua,& cap. per literas. ff.de excu.tuto.l.tutor potius,§.j.argumen.in titu.decre.12. quæſt. 2.cap.ſi quos de ſeruis. Affectionis enim cauſſa par fraudis ſuſpicionem amouet, (vt ff.de ritu nup.l.non ſolum, §. de vno)& ſola ratio affectionis ſuſpicionem non inducit (vt ar
* gumen.ff.de his quibus vt indign.l.vlti.j.reſpon.) arg. * quòd non,ne per hoc fraus fiat & hoc prẹtextu.argumen.ff.qui & a quibus manu.li.non fi.l.ſemper.C.de ſacroſanct.eccle.l. iubemus nulli,§.j.ff.de leg.3.l.cum quis,§.pen. ff. de prob.l.qui teſtamentum.Similia argumenta pro & contra notantur in ea.ſumma,§.quòd dictum eſt,& in tit.j. §. & licet uideatur.& in ea.ſumma, §. ſi vero de rebus. Item poteſt concedere hæretico de reb.Eccle.argumen.in Auten.de Eccle.titu. §.iubemus. Item non poteſt prẹlatus in feudũ dare ea quæ ab imperiali domo proceſſerunt,ut in Autẽ.de alie.feu.& emphy. §.ea vero.Item nec id quod in Eccleſia eſt collatum,ne alienetur,(argumen.in Auten.de alie.& emphy. §. ſacratiſſimas vero)vel ipſam Eccleſiam ſeu monaſterium, ut in prædicto titu.§.& quoniam cognouimus, & in Auten. de non alien. §.quia vero cognouimus. Quid autem obtineat de adminiſtratore ciuitatis,& villæ vel caſtri, tutore vel curatore,nota. in eadem ſumma,§.minor etiam,circa fi.

De inueſtituris Marchionum & aliorum. Caput X.

Item poteſt dare in feudũ Marchio, Comes, Valuaſor,Capitaneus, ut in eodem capitulo, primo reſponſo. Sed erat differentia inter maiores, & minores, ſed hodie nulla eſt differentia quantum ad feudum.

Source : BIU Cujas

(vt infra eod.notandum.§. illud,in titu.de natura feud.& argumen.in titu.extra de verb. ſig. cap.tua nobis,in fi.)quia & quo ad ius naturale omnes homines æquales ſunt (vt ff. de regu.iur.l.quod attinet.)& quo ad ius diuinum, vt in Auten. de mona.§.huic autem. Nam dare in feudum non poterat extendi vltra tertiam perſonam,vt Princeps dat Capitaneo, Capitaneus Valuaſori maiori,Valuaſor maior minori Valuaſori. Minor autem dando minimo vel alii non cenſebatur natura feudi,ſed auferri poterat quandocunque ſine culpa,niſi hoſtem feciſſet Romæ cum domino, vel pro feudo precium dediſſet: quo caſu non poterat auferri niſi nō potrat auferri niſi precio dato,& non dicebatur Capitaneus,vel Valuaſor maior,vel minor, ſed plebeius. Sed hodie poteſt dari in infinitum,& idem in eis cenſetur quod in maioribus, vt infra eodem,§.j.2.& 3.§.illud,in titu.de natu.feu.primo reſpon.§.j.& 2.infra qualiter vſus bene.ſit tenen.§.cum autem dominus, §.ſi minores, in titu.qualiter iur.deb. vaſal.qui a principe,§.Valuaſore, §.cœteri.in titu.hic incip.conſue.reg. cap.lex Corradi,§.ſimiliter nec,in fin. In nomine vero differentia eſt ſecundum diuerſa beneficia conditionalia. Nam & dignitas per dignitatem non augetur,licet qualitas augeatur, vt C.de conſul.l.j.libro 12. ff. de iudic. l,ſi longius,in fin. & in titu.qualiter iura.§.quia iudice.nam qui de regno inueſtitus eſt, Rex appellatur,qui de Marchia,Marchio vocatur; & dicitur Marchia,quia circa, id eſt, iuxta mare poſita, qui de Ducatu,Dux vel primicerius vocatur, & eſt ſpectabilis,q de Comitatu,Comes nuncupatur vel caſtrenſis,qui vero de plebe,vel de plebis re, Capitaneus appellatur. Et ſupra ſcripti etiam poſſunt appellari Capitanei regni, alii vero qui recipiunt ab eis, appellantur Capitanei vel Valuaſores regni vel maiores Valuaſores,& qui a Capitaneis recipiunt, Valuaſores dicuntur,qui autem a Valuaſoribus, Valuaſini dicuntur,id eſt Valuaſores minores (vt in eodem capi. alias,§. 1.2.3.in titu.de natu.feu.§.j.& §.2.in titu.qualiter iur.deb.vaſal.§.qui à principe.§.Valuaſore,§.cœteri.C.de domeſticis & protec.l.primicerius.C.de præpo.ſac.cu.l.hac noſtræ)milites vero obtinent ſecundum gradum poſt clariſſimos, vt C.de equeſtr.digni. l.j.libro 12.Eſt tamen differentia,quia ad quid eſſent diuerſa nomina, niſi & differentia eſſet? vt C.de codici.l.ſi idem.& commodius per nomina diuerſa res intelliguntur,vt in Inſti.quibus modis teſta.infir.§.hæc autem. Nā maiores magis puniuntur de pace violata quam minores, vt titu.de pace tenen.l.hac edi.§ & ſi quis temerario.ff. de pœnis,l.quædam. Item in feudo Marchiæ, Comitatus & aliarum dignitatum non eſt ſucceſſio: licet hoc ſit vſurpatum, vt in titu.de contro.feu.in fi.in titu.qualiter vſus feu.ſit tenē. in prin.Item feudum Marchiæ,Ducatus, Comitatus non diuiditur,vt in titu.de feu.& benefi.l.imperialem decet, §.præterea Marchia.

Vnde licet huiuſmodi perſonæ feudum dare valeant, tamen ſecundum antiquam conſuetudinem quandocunque volebant,auferebant, & maxime quando minores dabant, licet ſecundum modernos idem ſit in minimis quod in maioribus, vt auferri non poſſint ſine cauſſa conuicta,vt in eo. §.quia neque, & §. notandum, §. & illud, in titu.de natura feu.arg.in Aut.de defen.ciui.primo reſpon.& in Lombar.de dona.quæ cōtingant,l.vlt.& hoc forte ad ſimilitudinem precarij,vt ff.de précarijs,l.j.& 2.

Medio autem iure deuentum eſt, vt vſque ad vitam fidelis vel domini auferri non valeat: & hoc ad ſimilitudinem vſusfruct. & legati annui & ſocietatis & locationis factæ ad ſuam voluntatem,(argumen.ff.loca.& cond.l.4. & in eod.§. j.ff.pro ſocio,l.j.C.de vſufru.l.habitatio.in Inſtitu.de vſufruc. §.finitur.ff.de annu.leg.l.Quintus, §.in ſingulos.in Auten. de nup.§.ſed hæc quidem.C.de ſacroſanct.Eccleſ.l.iubemus,circa fin.in Auten.de non alie.aut permuta.rebus Eccle.§ hæc igitur) vel ad ſimilitudinem beneficii perſonalis extīguitur, (vt ff.de ritu nup.l.pen.§.ſi puellæ ff.de iure immunit.l.j. §.1. & l.ſemper,§.immunitati.ff.de cenſi.l.forma, §. ſi vero qui, argumen.C.de excuſ. mun.l.ſordidorum.in titu. extra de decimis.c.ad hæc,in titu.extra,de iure patro.c.conſuluit. arg.in tit.de feu.& bene.l quicunque terram,§.ſi quis terram.in tit. extra de pecul.cleri.c.vlti.& ad hoc eſt in ea.ſumma,§.gener. in fi.in tit.in ſumma de ſucceſ.feu §.item ſi perſonalem) vel ad ſimilitudinem feudi ſoldatæ,vt in tit.qualiter iur.deb.vaſ. §.cœteri vero.vel per annum tantum firmitatem haberet,& hoc ad ſimilitudinem locationis,quæ conſueuit fieri per annum,arg ff.locati & conduc. l. item quia,§. quod autem.vel ad ſimilitudinem caſtaldiæ feudi,vt in eod.§ item illud.in titu.de cont.feu.§.item ſecundum.

Sed feudum iure ſucceſſionis ad filios non pertinebat, ſic progreſſum eſt,vt ad filios perueniat, in quem dominus cōfirmare voluerit, ad ſimilitudinem vſusfruc. & honoris, vt C.de vſufru.l.antiquitas.ar,C.de ſecun.nup. l.fœminæ, j.rñ.l. qualiter,§.negociis. & l. in quibus, in fi.Nam etſi non tranſmittebatur ad filios, filii tamen leuius impetrabant quā alii, & aliis erant preferendi: & ad hoc facit quod notaui in ſumma,in titu.de ſucceſſ.feu.§.item ſi perſonale.in fi. Sed hodie ita ſtatutum eſt,vt æqualiter ad omnes pertineat, vt in eod. §.quia,in fi.in titu.de ſucceſſ.feud. in prin. argumen. C.de ſecund.nup. l.generaliter, in fi.primo reſpon.in Auten.de non elig.ſecundo nubē.§.proſpeximus,in Auten. de nup. §. venit autem,§.ſuper his.Fallit in regno Vngariæ, vbi regnum defertur maiori tantum & non minori, niſi quando maior detrectat obſeruare votum emiſſum per eum Hieroſolymam proficiſci pro patre,quo caſu minor admittitur & maior repellitur,vt in titu.extra de voto & voti redem.cap. licet. Itēque filius vaſalli, qui dominum offendit & non ſatisfecit, non ſuccedit,vt in titu.de feu & bene.l.imperialem,§.inſup. Item filii nati ex ſecundo matrimonio, contracto eo pacto quòd in feudo non ſuccedant, non ſuccedunt cum aliis filiis prioris matrimonii,vt in titu.ſi de feu.vaſal.fuer.inter. §.mulier,§.filii nati.in titu.hic inci.conſu.reg cap.j.§. quidam habens. Item nec clericus filius,vt in titu. hic incipi. conſue. reg.cap.j §.ex hoc & illud. Item filia non ſuccedit cum fratribus,ut infra eod.hoc autem notandum. Item nec filius adoptiuus vel naturalis,vt in titu.ſi de feu.vaſa. ſuc.interp. §. adoptiuus, §. naturales. Item nec exhęredatus mala mente,(argum.in Auten.de nup.§.ſoluto igitur, §.ſi quis enim,§. & ſuper his, §.optime.C.de ſecundis nup. l.hac edictali.§.ſi vero non æquis.& l.vlt.argumen.ff.de bonis libert.l.Paulus, in princ.& l.ſi patronus teſtamento,§ j.& ii.ff. de oper.liber. l.cum patronus,§.j.& l.ſi operarum,in fi.ff.de aſſigna.libe. l. j.§.ſi exhæredato) niſi ius ſuccedendi pater exhęredando reſeruarit,argum.ff.de bon.liber.l.ſi pater.& non tranſibit niſi ad primos filios & vlterius,argumen.C.de vſufruc. l.antiquitas.ff.de verbo.ſignifi.l.ſciendum.in Auten.de reſti fideicom. §.nos igitur,argum.C.de pœnis,l.horror. C ne fine iuſ. prin. l.vlti. per l. Lothar. & Corradi tranſit vſque ad filios & nepotes, vel ad fratrem ſi eſt paternum,(vt in eod.§.cum vero.in titu.de feu.& ben.l.quicunque terram,§ j.& l.quicunq; igitur,§.j.& l.nomine ſanctæ, §. præcipimus.in titu.qualiter vſuſ ben.ſit tenen.§. ſi quis miles mortuus.ſimile in Autē.de non alien. aut permut. §. emp. argumen. de priuile. eorum, in ſacro pala.mili.l. j.) poſtea deuentum eſt uſque ad fratres patrueles, qui in quarto gradu ſunt,vel ad tertium, argu. C. de quæſtio.l.diuo. primo reſpon. Alii vero moderno iure dicuntur vſque ad ij. in collateralibus, vel ad decimum in deſcendentibus in infinitum: nam cum beneficium datur vt habeat ſibi & poſteris, durat in perpetuum ſuccedentibus. Sed in quibuſdam curiis obtinent vſque in tertiam generationem, vt infra eod.§. hoc quoque,in titu.de ſucceſſ feud.§. j.in titu.hic incip.conſue.reg,§. vaſalli, §. ſimiliter.in titu.de cap.extraor.§.beneficium paternum.in titu.qualiter iu.deb. vaſa. §.per ſucceſſiones.in titu.de feu.& ben.l quicunque terram,§ j.l.quicunque igitur,§.j.& l.in nomine ſanctæ,§.præcipimus.argumen.C.de feu.patri.l.hi quibus. argum. in Autē. de non alie.aut permu.§.emphy. in Auten.de alie. emphy.§. & hoc quidem.in Auten.vt exac.inſtan.do.§.ſi vero nihil appareat.argumē.ff.de pœnis, l.moris,§.parentes. C. de quæſti. l.diuo.in fi.ff.de ſena.l.liberos ſenatorum. ff. de leg. præſtan. contra tabu.bon.poſ.petita,l.j. §. j. argum. ff. de iur.immu.l. immunitates.ff.de in ius voc.l.ſed ſi hac, §.liberos.in Inſtitu. de ſucceſſ.cogna.§.vlti.& §.penul.in Inſtit. de bon. poſſ.§.ad hæc.in Inſtitu.de nup.§.inter eas enim.

Fœmina etiam dare poteſt in feudum. *Caput XI.*

Fœmina etiam dare in feudū Poteſt,ſiue de veteri,ſiue de nouo, niſi luxurioſe viuat vel diſſipet bona ſua, cui per hoc adminiſtratio bonorum interdicitur, vt in titu. de capi. extraor. §. beneficium intelligitur.in titu.explicit liber primus. cap. inueſtitura,§.fœminam.§.noui vero.argumen.in titu. de feu.& bene. l.præl. in fi.arg.in eodem,primo reſpon.argumen.ff. de cura. furio.l. & mulieri. Nam & ſeruum peculiarem habere poteſt ſicut maſculus,pro quo de peculio teneretur, vt ff.de pecu.l.3.§.j.Item donare poteſt, licet vero contingat, quod ex mera liberalitate procedit,licet non poſſit intercedere, vt ff. ad Velleia.Senatuſc.l.ſed ſi ego.C.de don.ante nup. l.ſi a ſpōſo,§.quod ſi ſponſa.ff.de don.a.l.j. primo reſpon. & l.donari. in Lombar.qualiter muli.alie.permit.l. penul.& ulti.Excipitur tamen mulier Longobarda, quæ non poteſt alicui concedere de bonis ſuis ſine voluntate Munduali, vt in Lomb. qualiter mulie.alie.permi.l.j.

Quando

Source : BIU Cujas

Quando minor poteſt inueſtire. Cap. XII.

MInor etiam ſine auctoritate Curatoris admittitur ad inueſtituram veteris feudi, ſed non ad nouam. Nam inueſtitura veteris feudi poteſt fieri a quocunque maſculo, fœmina, clerico, vel laico maiore, vel minore, (vt in titu. de capit.extraor.§ beneficium intelligitur.in titu.explicit liber primus. §. inueſtiturã autem, & §.noua vero.argu.ff.de pecu.l.licet,§.idem adiicit. & l.quam Tuberonis.primo reſpon.& l.curator. ff. de rebus eorum qui ſub ture.vel cura.l.magis puto, §.ſi pupillus.in ti. de feu.& ben.li.& c.per literas tuas. C.ſi aduerſus vendi pign. l.2.ff.de mino. l. Aemylius.C. quando decreto opus non eſt. l.penul.ff.ad Trebel.l.j.§.fuit) quia non intelligitur poſſe ad miniſtrare res ſuas minor xv.annis, & maxime pupillus, etiã ſi ſit maior 20.an. vnde de nouo inueſtire non poteſt, (vt in titu.explicit liber primus,cap.inueſtitura, §. noui argumẽ.ff. de condit.& demonſt.l.vlt.ff de iureiuran.l.iuſiurandum qđ. §.pupillus.C.de legit.tu.l.vlt.in inſtitu.de excuſ.tuto.§. minores.ff.de mino.l.j.in fi.& l.3.in prin.) nec tutor, vel curator pupilli, vel adulti eorum nomine: nec adminiſtrator alicuius ciuitatis, vel villæ, ſeu caſtri. argum.ff. de tranſact.l. cum hi,§ ſi prætor.ff.quod vi aut clam, l.prohibere, § non tantum.ff.de decre.ab ordi.fa.l.ambitioſa.argum. ff.de ritu nup.l.præfect⁹. Quid autem de prælatis dicendum ſit, notaui ſup.eod.§.ſi vero de rebus.niſi ex magna ſua vtilitate faciat, (vt argumẽ.ff. de dona.l.filius,primo reſpon.in titu.de feu.& bene.cap. per literas) & maxime cum modicum ſit feudum, & multiplex bonum ex hoc conquirat, argum.in Auten. vt Eccleſia ſan. re.ac alie.poſ.§ licet vel bene meritis. Circa quod inquire argumenta quæ notaui ſupra eadem ſumma,§.item poteſt qlibet. Vel inueſtit aliquem de re aliqua, quam ab alio accipit, vt aliquem inueſtiret, & hoc contingit ſine eius damno, vt arg.ff.de manu.l.3.§.nihil.

Quid ſi veniam ætatis impetrauerit? Reſpondeo quòd non, quia licet poſſit adminiſtrare, non tamen alienare vel donare, vt C.de his qui ue.æta.impe.l.j. 2. & 3.§.ſi maior fac. ſine decre.l.vlti.§. vlti. Item maior 18. an. licet minor 25. annis, poteſt de nouo inueſtire, ſi iure Longobardo viuere uoluerit, quia tũc in legitima ætate eſſe dicitur, minor uero 18. annis non poteſt, ut in Lombarda de prohib.alie.in l.j.§.j.& l.ſi in fratris, l.de puero. in fin.de cap. extraor. §. beneficium intelligitur.in titu.de feu.& bene.l.ſi infans. Pupillus etiam ſine tutoris auctoritate, ſi tutor non apparet, poteſt inueſtire de veteri feudo, (vt ſupra dictum eſt in minore, & argum.ff. de euic.l.ſi dictum,§.pupillo. ff.de ſolu.ſi ſtipulatus fuero.ff. de condi.& demon.l.conditionibus, & l.cum pupillus. ff. de condi.inſti.l.ſi pupillus.ff.de libe.hom.exhi.l.3.§.pen. ff.de rebus eorum qui ſub tu.vel cu.ſunt.l.magis.ff. de peculio.l.quã Tuberonis, j. reſpon.) & vaſallus poteſt denunciare ei vt eũ inueſtiat, argum. prædictarum ll. quia id pupillus ſine damno ſuo facere poteſt, vt argu.ff.de manu l.3.§. mihi intereſt. Nam & alii mandare poteſt faciendum ſine tutoris auctoritate, quod ipſe neceſſe habet facere, (argumẽ.ff.de religio.& ſump.funer.l.ſi quis.§.quòd ſi pupillus) & poteſt vaſallus implere conditionem, quæ conſiſtit in faciendo in perſonam pupilli & abſente tutore, ſecus ſi in dando, vt ff. de ſolu.l.ſi ſeruus. Nam qui facit quod facere tenetur, & ab eo inuito poſſet extorqueri, non magnum beneficium præſtat: immo nullum commodum videtur præſtare, (argum.ff.de hæred. inſti.l.ſi ſeruo fidei. argum.ff.de ritu nup.l.proxi.in fi. vt excuſetur tunc vaſallus, cum pupillus eſt dominus: quod dic prout notaui in ſumma, in titu.proxi.§. quod aſſequitur infantia, & §.quod dicit, in fi. Si vero tutor apparet, tunc pupillus debet inueſtire auctoritate tutoris, & non tutor ſine pupillo, niſi ſit infans vel abſens vel furioſus: quia tunc ipſe tutor poterit inueſtire, & non infans, (argum.C.de iur.delibe. l.potuit.& l.ſi infanti.C.ad Treb.pen.reſpon.ff.ad Trebel.cum hęres,& l.reſtituta,§.pupillus.argum.ff.de condi. & demon.l. ſi fundus.ff.de pecul.l.curator.C.de aucto.tut. vel cur.l.j. in Inſti.de cura.§.vlti.argumen. contra ff.de verborum obligatio. l.ſed ſi ex ſtipulatu, & l.cum filius. §.pen.in fin.) ſed iſtud poteſt intelligi de pupillo, id eſt, infante, vel de pupillo, maiore infante, ſcilicet cum eius tutor apparet: quo caſu denuncian dum tutori ſoli vel pupillo auctoritate curatoris, vel dicas, non poteſt denunciari ſoli pupillo, vt pupillus intelligatur in mora. Prodeſt tamen petenti, vel interpellanti pupillũ, id eſt, ſi tutor non vult præſtare auctoritate, argum.§.de fidei com.liber.l.cum quaſi,§.j. Et infanti, vel furioſo non fiet denunciatio a vaſallo directo, ſed fiet per obliquum, id eſt, ipſi tutori, vt per hoc videatur fieri ipſi infanti & ipſum infantẽ teneat.argum.ff.de ope.noui nunc.l.operis, & l. cuiliber. Nã denunciari ſemper poteſt tutori & curatori (vt ff.de ope.nou. nun.l.& ſi ſatis, §.vlti.& ff.de verbo.obliga.l.qui Romæ,§ cohęres.C.de vſu.l.ſi per te non ſtat) & ſi tutor inueſtiat, vaſall⁹ excuſabitur, (vt argum.ff.quòd vi aut clam, l. perhibere,§.2. & l.aut.§.item ait) & ſolutio fieri poteſt tutori reddituum & penſionum biennalium, vt C.de adminiſtrat.tut.l.ſancimus. §.j.& l.conſtitutionem, & quod debetur pupillo cauſſa implendæ conditionis. ff.de ſolut.l. Stychum aut Pamphilum, §.vſumfructum.ff.de manu.teſta.l.qui filium. ff. de cond. & dem.l.ſi fundus.

Item ipſe pupillus poteſt denunciare vt inueſtiatur, (argu. ff.de iure fiſ.l.ait diuus, §.quia) & conditioni parere poteſt, (vt ff.de condi.& demon.l.conditionibus, in prin.& l.cũ pupillus) & acquirere poteſt, dũmodo non ſit infans, quia tũc debet peti auctoritate tutoris. in Inſti.de inutili.ſtip. §. pupillus.ff.de acqui.poſ.l.j.§.furioſus, & §.per eum.& l.quamuis, §.infans.C.de acquirend.poſ.l. donatarium.ff.de vſu.l. 3.§. ſi pupillus.

De vaſallo vniuerſitatis, à quo debeat inueſtiri. Caput XIII.

QVid ſi vaſallus eſt alicuius Corporis vel vniuerſitatis, cui debet denunciare, & a quo inueſtiri? Reſpondeo à Rectoribus, vt ff. quòd ui aut clam, l.aut, §.item ait, ff.vt in poſſ.leg.l.municipio.in fin. argum. ff. quòd cuiuſque vniuer. l.vlti.ff.ad munic.l.municipes. C.de aduoc. diuerſ.iudi.l.reſtituendum.ff.de condit.& demonſtra.l.municipibus. ff.de leg. 3.l.5. Et circa hoc etiam require in ſumma, infra titu.proxi.§.ſi vero eſt vaſallus vniuerſitatis. Maior admittitur ad inueſtituram faciendam, ſiue faciat de nouo feudo ſiue de veteri, dummodo habeat legitimam adminiſtrationem bonorum, & aliqua ratione non impediatur alienare, (vt in tit. explic.liber primus,§.inueſtituram, §. noui vero feu.) etiam ſi ſenex ſit: ſola enim ſenectus nõ impedit donationem feudi, vt argumẽ. C. de donatio. l.ſenectus. Item mutus & ſurdus poſſunt, vt ff.de don.l.qui id quod,§.mutus.& qui impeditur alienare & actionem exercere, vt ff.de iure delib.l.ait prętor, §.ſimiliter.& qui adminiſtrare non poteſt, nec actionẽ exercere, ff.de iureiu.l.ſed ſi vnius,§.Seia,in fi.

De perſonis & rebus, quæ alienare & alienari non poſſunt. Caput XIIII.

IMpeditur autem alienare maritus feudum dotalem, vt in Inſt.quibus alie. licet vel non,§.j.& C.de rei vxo.actione, §.& cũ lex.2. Item immobilem, quam dedit vxori ĩ donat.propter nuptias, vt in Auten.vt immobilia ante nup.donatio.poteſt tamen concedere feudum vxori dum venit in donat. propter nuptias, & non vt lucro ei cedat, vt in titu. de feud. & benefi.§. nos autem. 3. Item prohibetur alienare prodigus cui bonis eſt interdictum, quia poſtmodum alii non obligatur, vt ff.de contrahen.empt.l.ſi ſciens.ff.de cura. furio. l. Iulianus ſcribit, in princ.in Inſti.quibus non eſt permiſ.face.teſta.§.item prodigus.ff.de iureiurand.l.tutor, §.prodigus.ff.quibus cau.ĩ poſ.eat.l.Fulcinius,§.adeo,in fi.ff.de verbo.obliga.l.is cui bonis.ff.de vſucapi. l.ſi ab eo.ff. de condict. indebi.l.interdum. ff. de rebus credit.l.certi, §.ſed & ſi,ff.qui teſta.face.poſ.l.is cui.4. Item mente captus, argumen.ff.de dona.l.creditores,§.j.5. Idem in muliere luxurioſa, vt argumẽ. ff.de curat.furio.l.& mulieri.6. Item dilapidator, vt infra eo. j.reſpon.in titu.de feu.& benefi.cap.prælatorum, in fi.in titu. de capi.extraor.§.beneficium intelligitur.argum.C.de ſuſpe. tut.l.eum,& eius concor.7. Item hæredes ſuſpecti,& ſolæ facultates faciunt eos ſuſpectos, licet aliud ſit in tutoribus, vt ff.de priuileg.credi.l.ſi creditores; in fin.ff.de præſumpt. l.qui fundum,§.qui ſciens.& in titu.de feud. & benefi. l. conſtitutio.cap.ceſſionem. 8. Item hæredes dum deliberant, vt ff.de contrahen.emptio.l.ſi ſciens.ff.de iure deliber.l. ait prętor.9. Item ſeruus, ut in titulo de feud. & bene. l. infra in fin. in Lombar. de prohib. alie. ſe.l.j. 10. Item res quæ ſubiacent reſtitutioni, vt C.communia de lega.l.vlti. §.ſed quia. in Auten.de reſtitu. & ea quæ parit, §.primo. 11. Item ſocius prouocatus ad diuiſionem famil. erciſcun. l.alienationem. C. communi diuid.l.1. in fi. 12. Item res litigioſæ, vt C.de litig. l.ſecunda.& vlt. 13. Item prohibetur Eccleſia alienare in hæreticum (in Auten.de Eccleſiaſt.titulis,§.inhibemus) vel bona quæ proceſſerunt a diuina domo, vel eo pacto data ne alienẽtur, vt in Aut.de ali.& emphy.§.ea vero,§.ſanctiſſimos

Source : BIU Cujas

vero.argumẽ.contra.C.de fund. patrim.l. hi quibus.14.Item prohibetur quis alienare rem, cum alias habet poteſtatem eligendi de rebus ſuis quod voluerit,argumen. ff. de opti lega.l.mancipiorum.15.Item ſi propter munera impoſita euitanda voluerit vendere, vt C.de reſcind. vendi.l.penu.argum. in Lombar.de his, qui ſe in poteſt.alterius ſubdiderunt, per totum titulum. 16. Item prohibetur pater alienare bona filij,in quibus pater habet vſumfructum, vt C. de bonis mater.l.j.17.Item ipſe filius prohibetur,cum pater habet vſumfructum,vt C.de bon.quæ liber.l.vltima,§. filii autem.18.Itẽ mulier ſine voluntate, vt in Lombar. qualiter muli.alie.permit.l.j.19.Item leproſus,vt in Lombar.de vltima voluntate, l.j.20. Item cum aliquibus res dantur in vltimis volũtatibus, & præcipitur eis ne alienentur, & præceptum non eſt nudum,vt ff.de leg.primo,l.filius,§.diuus.ff.de leg.ſecun. l. cum pater,§.libertis.21. Item prohibetur quis alienare poſſeſſiones poſitas in confinio diſtrictus extraneo, vt C. non licere habitatoribus metrocomi.l.j.lib.xi.22.Item coloni cenſibus aſcripti prohibentur alienare aliquid de peculio inſciẽte domino,vt C.in quib.cau.colo.cenſi.l.2.lib.xii.C.de argrico.& cenſit.l.per colonum.23.Item Manichæi & Donatiſtæ, vt C. de hæret.& Manich.l.Manicheos, §. præterea.24.Item Apoſtatæ C.de Apoſtatis,l.Apoſtatarum.25. Itẽ prohibetur concedere filijs natis ex vetito matrimonio,& etiam teſtandi inter extraneos.26.Item filijs ſpurijs, vt C. de inceſt.nup. l.ſi qs inceſti.C.de natura.lib.l.j.in Auten.de ntauralibus liberis §. vlti. 27. Item damnatus de publico crimine, vel is qui commiſit crimen læſæ maieſtatis, vt C.ad leg.Iul.maie.l. vlt.ff.de dona.l.poſt contractum.C.de bon.dam.l.ſi quis poteſt.

Quando vaſallus feudum in feudum dare poteſt. Caput XV.

VEruntamen fallit in Vaſallo, licet prohibeatur alienare feudum, vt in titu.de feu.& beneſi.l. imperialem,§.j.& l.imperialem. §.2.poteſt tamẽ dare in feudum vaſallus ſincere & ſine fraude: fraude autẽ interueniente non licet, & ea quæ contra fas geſta ſunt fructum calliditatis obtinere non poſſunt, cum principi diſpliceant huiuſmodi commenta, vt C. de repub.l. 3. Diſplicuit enim fraudẽ prodeſſe alicui, (vt C.qui mil.non poſſunt,l.2.) & damnum conditionis infligi propter fraudem, vt ff.ad Trebel.l.imperator quæ fraus in damno pecuniario cõſiſtere debet,vt ff.ſi quis in fraudem patro.l.j.§.& alias.Et in omnibus fraus punitur,(vt ff.de iu.fiſ.l.in fraudem,primo reſpõ. in fi.)quę fraus poteſt probari,prout notaui inf. ea. ſumma, §.item ſciendum eſt quod, in medio §. Et poteſt quidem in feudum dare totum vel partem,licet ex conſuetudine Veronæ poſſit dimidiam vel minus dimidia maiore parte retenta.Et forte permittitur ideo in feudum dare ſine fraude, qa non continetur talis liberalitas ſub verbo venditionis, vt in ti.de capi. extraor.§.ſummopere.argum. ff.ex quibus cau.in poſſeat.l.vlt.in Inſt.de teſt.ordin.§.ſignacula.in titu.explicit liber primus,§.noui vero.in tit.qualiter iur.debe.vaſal.§.ſi vero.Vel totum.in titu.ſi de feu.vaſal.fuerit interpel.§.ſi beneficium in titu.hic incip. conſue.regn.c.lex Corradi, §.qui ab Eccleſiæ,in f.eod.§.notandum,in titu. de feu.& beneſi.imperia.§.j.& l.imperialem,§.callidis,§.illud quoque.argum.ff.de iure fiſ.l.in fraudem,in prin.ff.de acquir.hęre.l. ſi ſeruus eius. ff.de his quibus vt indig.l.in fraudem.ff.de vac.mun.l.j.§.qui in fraudem.ff.de mun.& hon.l.cura,in fi.ff.ad muni.ordin.§. in fraudem, & l.vlti.§.antepen.ff.de ritu. nup.l.non ſolum, primo reſpon.in fi.C.de repud.l.3.C.vt nemo ad ſuum patroci.ſuſcip.lib.xi.l.j.ff.ſolus matrimo.l.filiæ meę. ff. de diuor.&. rep.l.ſi filia.in Autẽ.de teſta.§.nouimus,& §.non eſt.ff.qui & à quibus manumiſſ.libe.non putauit,§. vt autem.ff.de fur.l.ſi ſeruus nauem.§.j.ff.de bonis dam.l.vlti.§.2.faciunt etiam ad hæc argumenta,quæ notantur in ſumma inf. titu.j.§.quid ſi vaſallus excogitat. Nam & ſecundum naturam feudi eſt,recipere aliquid infeudum,vt ipſe habeat,& cui alii dederit ī feudum,vt in titu.hic incipit conſuetu.reg. §.hæc ſunt capitula. §.ſi quis ea lege. Et datio feudi non poterat extendi vltra tertiam perſonam,& ſi perueniatur ad quartam perſonam,poterat auferri ſine culpa quandocunque, licet hodie poſſit in infinitum: quod dic prout notaui ſupra eadem ſumma,§. item poteſt dare in feudum. Nam & ſeruus ordinarius poteſt peculium conſtituere ſeruo vicario, (vt ff.de pecul.l.3.) quod peculium dominus ſub appellatione ſuorum non cõnumerat,vt ff.de leg.3.l.ſuo. §.vicario. Similia argumenta habes in ſumma,infra titulo primo. §. item vaſallus vaſalli, argum. quod vaſallus non poſſit alij dare in feudum, vt ff. de aſſigna. libe.l.liberi.

Si feudum detur in feudum, idque in fraudem, & quando fraus intelligatur. Cap.XVI.

QVod dictum eſt non valere ſi fiat in fraudem, ſubaudias venditionis,vel alienationis,(vt in titu.de feud.& beneficii.l.imperialem.§. j.& l.imperialem,§.callidis)forte aliquo precio occulte dato,(argum.C.man.l.vlti.§.ſed & ſi quis) vt ſub colore ſeu di fiant contractus illiciti,(argu.ff.de offic.aſſeſſo.l.vlti. §.nec callidis.ff.de priuileg.ſchola.l. j.in fi.lib.xij. C. de Apoſtatis.l. 3.in Auten. de non alie. aut permutan. rebus Eccleſi. §.hoc ergo nos,in fi.vel in fraudem domini, vel agnatorum.forte quia liberos non habet, maxime cum de eis habendis ſit diſperatus,cum in ea valetudine ſit quòd generare non poſſit, vel propter infirmitatẽ, cum vxorem non cognoſcat carnaliter: vel ſit 60.annorum & ſine liberis,quia tunc non intelligitur ſtudere circa procreationem liberorum,argumen. tamen eſt quòd ſola ſenectus non impediat, vt C.de donati l. ſenectus.vel ſi eſt minor illa ętate,verum morbꝰ, aut valetudo eſt impedimento, vt non intelligatur ſtudere circa procreationem filiorum,vt in titu.de capit.extraor.§ ſummopere.argu.ff.de adopt.l.ſi pater,§.vlti.& l. nec ei,§.3.ff.de his qui ſui vel ali.iu.ſunt,l.filium.ff.de bonis damna.l.vlti.§.2. in Lõbar.de ſucceſſ.l.ſi quis ſe deſperauerit.In diſcrimine enim vitæ intelligitur quis conſtitutus propter infirmitatem, (vt ff. de lega.3.l.Pamphilo,§ propoſitum) vel propter periculum propiquum morti ab hoſte,prædonibus: vel crudelitate potentis aut odio,aut nauigationis ineundæ: vel quum per inſidioſa loca eſt iturus,vel ætate confectus,vt argumẽ.ff.de dona.cauſſa mortis.l. 3. 4. 5. & 6. Nam cum quis in morte dicit vel facit,non eſt credendum eum rectè dicere,vel facere,(vt argumẽ. ff.ad Sil. l.ſi quis in graui, §.j.in Auten.de iureiur.a moriente pręſti.)& maxime ſi citò decedat de illa infirmitate,quæ nõ ſit leuis vel ſpernęda:puta febricula,vel leuis quartana ī alias robuſto. Nam ex eo quod quis ſubito moritur, præſumitur de ea infirmitate mori,& pręſumptionem inducit ex eo quòd ſubitò ſic moritur, (vt argum.extra de ſepul. cap.de his.argum.in titu. de legi. Alemanorum. c.78. ſi qua mulier grauida.ff.ad l.Aquil.l.huic.§.j.argum. ff. de adimen. legat.l.alumnæ, in fi.arg.ff.ex quibus cauſis maio.l.ab hoſtibus,§.vlti.arg.ff.ad Trebelli.l. 2.§.confeſtim, in fi.infra de liberis agnoſcen.l.j.§.eleganter.ff.de iure fiſci,l.edicto.§.extat, in prin.& in fi.in titu.extra de hom. cap.presbyterum. & ca. ad audientiam,in decret.j. q.j.conſtat.argum. ff.de regu.iuris. l.quæſitum.ff.de ædil.edi.l.j. §.proinde ſi quid) & maxime infra annum. argumen.in Lombar. de lib ho.l.in omnibus,& titu. de plag. & fer. ſeruo.l. ſed ſi de ipſa. l. ad omnes vero plagæ.

Vel vbi inueſtiuit aliquem vt ad perſonã prohibitam cõmodè perueniret,vt argum.ff.de excep.doli.l.apud, §.j. argu. ff.de in diem adiecti.l.eum.§.j.argum.contra,ff.ad legem fal. l.in ratione,§.ſi ſeruus. Nec mutabitur prohibitio, licet de vita deſperatus conualuerit vel diutius vixerit, vt argumẽ.ff. rerum amotar.l.ſi mulier, j.reſpon.ff.de excep.doli, l.apud, §.j.C.de re mili.l. ſemel.in Inſtit.de legat.§.an ſeruo. De cuius infirmitate poterit conſtare ex ſignis,quę vita corporis manifeſtant,(vt ff.de ędilit.edi.l.j.§.ſi intelligatur) & hoc per relationem medicorum, vt in prędicta l. ſemel.& argu. extra de homicid.cap.ſignificaſti nobis.& in l.Alemanorum.c.lviij.ſi quis alium per iram. * quorum officium publice prodeſt: nec eis fraus fieri debet, vt ff. quibus ex cauſſ. manu. l.inter eos,§.militum.

Item pręſumitur in fraudem facere,ſi poſt mortem ſuam conferat,vt in inueſtitura habeat cõſiderationem eius mortis,(argum.ff.de donati.cau.mortis.l.ſi aliquis, & l.ſenatus,§. ſi quis ſocietatem.ff.ſi quid in frau.patro. l.j.§.j.ff.de iure domi.l.ſi res,j.reſpon.& l.Iul.& l.ſi pater mulieris.) ſicut nõ poteſt in teſtamento de feudo ordinare,vel pro anima iudicare vel legare. Vel vbi facit inueſtituram callidè vel latenter ſeu clam, aliud ſi palam.argum.ff.de admi.tuto.l. nec exiſtimo, in fi.in ti.de feu.& bene.l.imperialem,§.callidis.Vel vbi totũ infeudat. ar.ff.ſi quid in fraud.credito.l.omnes,§.Lucius. Vel ſi daret tãtum vni in feudum,quod ſufficeret duob.arg.in ti. de cap.extra.§.dr̃ ēt.vel perſonę coniunctæ,vbi idem.Vel vbi dñs recipit a vaſallo domeſticã cautionẽ ſine chyrographo ſiue nuda pollicitatione,vt ꝺmodũ præſtet feudi ei, q ſuccedere non poſſet.ar.ff.de iu.fiſ.l.3.§.quęri aũt.ff.de leg.j.l. in tacitis,de his quib. vt indign.l.in fraudẽ.j.rñ.Vbi tñ fit inueſtitura filio, vel alij, q ad feudũ alias vt proximior admitteretur, vel bene merenti faciat,fraus excluditur,vt argum. ff.ſi quid in frau.patro.l.j.§.quod aũt,& l.vnius.ff.de excuſ.tuto. l.tutor petitus,§.j.arg.ff.de vulga.ſubſtitu.l.ſi filius.ff.de bono.poſſeſ.

ſecundum

Source : BIU Cujas

ſecundum tabu.l.ſi ſub conditione.ff.de in integrum.l. poſthumus.j.reſpon.in fi. in titu.extra de pecu.clerico.c.vlti. in fi. extra de teſta.c.relatum,§ licet.in ti.de benefi.& feud. c.per literas tuas,& c.ex parte tua.§.ad hoc,§.ac in ſecundo argum. quod non poſſit etiam bene merenti, (vt ff.qui & a quibus manu.l.ſemper)vel ſi dat ita coniuncto ſibi, ſicut eſt ille qui ad ſucceſſionem veniret, & propter affectionem æqualem. Affectionis enim cauſa omnem ſuſpitionem amouet, (vt ff. de ritu nup.l.non ſolum, §. de vno.) & ſola ratio affectionis ſuſpicionem non admittit,vt.ff.de his quib.vt indig.l.vlt.j.reſpon.Affinitas etiam vel amicitia nefarium crimen non admittit,vt C.de pœnis,l.ſancimus contraria.argum. ff. quæ in frau.credi.l.omnes.§.Lucius:quæ argumenta ſunt ſupra ead. ſumma.§.item poteſt quilibet.argum.etiam contra.ff.de leg. iii.l.cum quis,§.penul.ff.de proba.l.qui teſtamentum.argum. ff.qui & a quibus manumiſſ.libe.non fiunt.l.ſemper.in ti.ext. de ætate & quali. ca. tuam. Et ad hoc etiam facit pro & contra,quod notatur inf.in §.licet etiam videbitur.Quibus argu. poteſt notari q̃ non poſſit filio naturali infeudare, etiam bene merenti,qui alias non ſuccederet niſi probet meruiſſe,vel poſt iurauit eum dato feudo meruiſſe,vt ff.de leg.3.l.cum qs, codicillos.§.Titia honeſtiſſima.ff.de proba.l.qui teſtamentū. Item fraus excludit,ſi inueſtiat aliquem de ſuo feudo, cum de hoc concordatus fuerit cū domino,& agnatis, qui ſuccederent,vel adiicit conditionem, qua exiſtente fraus excluditur,vt inueſtio te,vt,cum filios habuero, habeas, argum. ff. de man.te.l.ſi quis locuples,in fin.& ff.qui & a quibus manu miſſ.lib.non fiãt.l.cum hæreditas. Aliud ſi in tempus prohibitum conferatur inueſtitura,puta ſi ſine liberis deceſſerit.arg. ff.de his quib.vt indig.l.in fraudem,§.i in fi.ff.de donati. inter vir.& vxo.l.cum hoc,§.ſi ſponſus. Quid ſi vaſallus habens filium inueſtiat aliquem vt poſt mortem ſuam habeat, & tẽpore mortis non habeat,num tũc ſit deſperatus habere? Rñdeo,non infirmatur,ar.ff.quæ in frau.credi.l.ſi quis cũ habere t.ar.contra.ff.in l.prędicta,In fraudem.§.j.

Eodem pacto feudum concedere quis debet, quo habet. Caput XVII.

ITem quod dictũ eſt quod vaſallus poteſt feudum ſuum ĩ feudum alii dare in totum,vel parte,vt dictum eſt, eſt intelligendum,dummodo det ea lege qua ipſe habet, & non meliori pacto,vt in ti.hic inci.conſuetu.reg.c. lex Corradi,§.profecto.arg ff.de ſeruis exportand.l.ſi Titius. ff. de vſur. l.ſicut,§.item Neruam,in fi.& arg. C.de fundis patrimo.l.i.& l.vniuerſi fundos.Et ſi alia lege daretur, non præiudicaretur domino,vt ff.de ſtatu liber.l.ſtatu liber non medio, §.1. C.de diuer.prædi.vrb.& ruſt.l.ſi quis,ex titu.lib.xi.Et ſi fieret contra primam legem feudi,ad priorem dominum rediret, argu.ff. de iure patronat.l.diuus,in prin.C.de fund.rei priua. l. nemo, lib.xi.Et ſi ſimpliciter daret,conditiones feudi tacite ſequeretur,vt in titu.de capitul.extraor.§. beneficia, quod dic, vt notaui in ſua ſumma in titul. i. §.domini verbum, & §.ſed vbi ſecundus vaſallus.

Quando plus dimidia datum eſt pluribus, qualiter reuocetur. Caput XVIII.

SEd inſpecta conſuetudine Veronenſ. vbi vltra dimidiã partem feudi non poteſt in feudum dari ,quæritur, ſi in feudum dederit pluries diuerſis hominib. & diuerſis temporibus,& per omnes inueſtituras deprehenditur quod vltra medietatem dederit, an prima datio,vel vltima tantum, vel proportionaliter reuocentur? Reſpondeo ſi ex eodem tempore tunc æquales ſunt, & proportionaliter reuocabuntur.Si prima inueſtitura non tranſgreditur dimidiam vt dimidia,& plus remaneat in vaſallum, non reuocatur,ſed vltima, quæ facit vaſallũ minus dimidia habere,vbi vero prima etiam facit eum minorem & ſecunda etiam amplius,tunc vltima reuocatur, ſed prima non reuocabitur, niſi quatenus nõ remaneat in vaſallum dimidia, aliud non, quia licite datum fuit vſque ad illam quantitatem.argumen. ff. de condict.inde.l.ſi pœnę.§ ſi duo.& l. cum duo pro reo.Sed contra videtur.ff.de condict.indebi.l.penul. ff.de vſufruct.l.ſed & ſi quis,§.i.ff.ſi pluribus. ff. de iure dot.l. ſiue generaliter.ff.de iure patro.l.ſi libertus minorem, §. ſi qs plures.ff.de vſur.l.placuit.C.de dona.l.ſancimus §.i.& l.ſi quis argentum,§.ſi vaſall.in fi.Vel dicas ſecundum diſtinctionem ll.ff.qui & a quibus manu.l. ſi quis hæres.Vel dicas referre,an quod datum eſt ſit diuiduum,vt tunc licitum valeat & illicitum reuocetur,an diuiduum,& tunc dicitur illicitum totum ratione partis,& tunc reuocatur.argum.ff.de aqua quotidiana,& æſtiua.l.i.§.item quæritur, & §. Trebatius. ff. ſi quid in fraud.patro.l.i.§.quamuis. Item adhuc ſecundum conſuetudinem Veronenſem poteſt quęri, ſi vaſallus vſque ad dimidiam feudi in feudum dederit alii,retinendo in ſe aliam dimidiam,& poſtea feudi partem retentam ad filios vel hæredes tranſmiſit,an filii vel coheredes partem dimidiam huius partis retentæ poſſint alii in feudum dare? Reſpondeo,videtur q̃ conſuetudine ſit obtentum quòd poſſint, nam video, quod Turiſendi,& illi de Lendenaria non poſſidẽt decimam partẽ ſui feudi in feudo dando de gradu in gradum, ſed iure ſubtili inſpecto,poteris dicere, quod filius nõ poſſit inueſtire de retẽta,cum factum defuncti teneatur & maxime eius debita ſubire,niſi quando de bonis patris non poſſidet,(vt C.de primipilo,l.cum ex ſola)& eadem perſona cenſetur,agnatus autem poſſit,cum non teneatur æs defuncti ſubire, nec tanquã hęres habet,vt in Inſti.de inutil.ſtipula.§.ei vero. C. de impuber.& aliis ſubſti.l.vlti.in tit.hic incip. conſue. reg. c.hæc ſunt capitula,§.ſi contigerit.in tit.qui debe.ſuc.in feu.§.ſimiliter.

An precio ſeuuum dari poſsit, & ſi precium datum eſt præſumitur fraus. Cap. XIX.

ITem quod dictum eſt quod vaſallus poteſt in feudum dare, ſubaudias ſine precio & ſola liberalitate,quia tunc non continetur ſub verbo venditionis, vt dictum eſt., ſecus ſi accepto precio, & non liberaliter in feudum concedat, quia in fraudem intelligitur facere,vnde non valet,vt in ti.de feu. & benefi.l.imperialem.§.callidis.in ti.explicit liber primus incipit ſecundus.§.noui vero,in fi.argu. ff.de calum. l.i. in prin. & in fin.& l.ii.& iij.C.manda.l.vlt.§.ſed & ſi quis. C. de petit. bon.ſub.l.i.in fi.C.de fun.patrim.l.i.C.de prædiis curia.l.vlt. ff. quibus ex cau.in poſſeſſ.l.vlt.ar.contra inf.eo.§.illud vero, in fi.inf.de nat.feu.§.vlt.inf.qualiter vſus benefi.ſit tenen. §. ſi minores §.ſi quis acquiſierit.& ad hoc ſupple quod dicitur ſ. ead.ſumma, §. & vbi ſecundum. Sed licet omnes intelligant legem illam imperialem,§.Callidis, in vaſallo, qui in feudũ alii dat precio accepto,vt non valeat,ego tamen eo caſu non intelligo, ſed loquitur in vaſallo,qui libelli nomine alii concedebat,& inueſtituram libelli præſtabat, & more libelli p̃cium percipiebat,penſionem etiam ſingulis annis præſtãdo: vnde ne ſub colore huius inueſtituræ precio accepto feudũ vendatur,prohibuit imperator Fredericus ne fieret talis inueſtitura libelli, quia ſemper præſumitur callide fieri & in fraudem.argum.ſupra dictarum ll.& in tit.de conce.feud.§.ſi cliẽ tulus.in tit.qualiter iur.debe.vaſal.§.donare.in ti.de feu. & bene.l.in nomine ſanctę,§.inſuper omnibus. C.de emp.iu.§.i.& vlt.in Auten. de non alienan. aut permutan. §. lex ita. Et q̃ in hoc caſu intelligatur iſte §.callidis. apparet ex principio illius.l.imperialem.Nam ibi recitat imperator, q̃ olim vaſalli abſque domini licentia feuda pignori obligabant,vendebãt, & quadam colluſione libelli nomine alienabant,vnde Imperator Fedricus proſpicere voluit ne talia fiant, & facta vult caſſare,& de venditione & obligatione tractat in illa lege,§. habito.Ergo merito reſtabat tractare de illa colluſione libelli.vnde ſine alicuius obſtaculo de illa colluſione libelli & callida machinatione tractatur in illo §.callidis.Item alia ratione dico,quia ipſemet imperator Federicus in pace Conſt. §. vaſalli qui tempore, videtur ita interpretari .§. callidis, nam in pace Conſtantiæ volens quandam beneuolentiam Lombardis concedere,& maxime vaſallis,dicit quod libellares & precariæ factæ de feudo firmæ permaneãt, obſtante lege ſua, quæ dĩ imperatoris Federi. Per hoc ergo veſter quoque imperator Fredericus prohibuerat in ſua conſtitutione libellum,ſed vbi prohibuit,niſi dicamus in iſto §. callidis? prohibuit etiam Lotharius fraudem, vt in tit. de feud. & benefic. l. imperia. §.ſi quis vero.Et ubi ſecũdum quod dictum eſt,tum in feudum conceſſio facta a vaſallo ſine precio, ſubaudias ab initio. Cæterum pro ſeruitio faciendo poteſt vaſallus precium dare, vel medietatem quantum feudum valuerit, vt in tit. de feu.& benefi.l.de militum. §.i.argum.ff.de operis liber. l.patronus qui operas.ff.qui& a quib.manu.liber.non fiant.l. vlti.in fi.in Rub.C.de operis libe.l.i. & quandoque medietatẽ fructuum illius anni,(vt in tit.de feu.& bene.l.imperialem. §. finitur.& l.ad hoc quod allodium,§.& vt æquitas) quandoq; tertiam,vt in ti.hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula,§.ſimiliter.quandoque omnes fructus,vt in ti.de feu.& benefi. l. de militum.§.vlt. Ad hoc facit in ſumma,in tit.proxi. §. item ſupra dicta argumenta.

Quod

Source : BIU Cujas

Quòd verus dominus potest dare feudum accepto precio. Caput XX.

ITem vbi verus dominus rei & non vasallus dat in feudum res suas, potest inde precium recipere, vt inf. §. eo. notandum. in ti. de feu. nat. circa fin. in titu. qualiter vsus benef. sit tenendus, § si minores, §. si quis acquisierit, inf. qualiter iud. feu. sit ex. in prin. in titu. nouum non pa. §. j. in tit. de feud. & benef. l. quicunq; igitur, §. quicunque beneficium, & §. vlt. & ca. ad nostram noueris. Sed tamen prædicta capitula videntur loqui de vasallo, licet consueuerit dari amore & honore, non pecunia & sponte, (vt in titu. qualiter iud. feud. sit ex. §. si quis obligauerit in titu. in quib. caus. feud. amitta. §. j.) vel non pecunia tantum: potest tamen dari, vt dictum est, nisi ex pacto fiat legis commissoriæ, (vt in titu. qual iud. feud. sit ex. c. si qs obligauerit) vel aliis pactis prohibitis, vt notaui in ead. summa, §. sub pacto vero leg, cum seq. §. uel in fraudem, vt supra ead. summa, §. item quod dictum est.

Si primus vasallus decedat sine hærede, vel refutet feudum, an secundus retineat feudum? Caput XXI.

ITem sciendum est, q̃ vbicunq; primus vasall⁹ potest alij in feudum dare de suo beneficio, si decedat primus vasallus sine hærede, vel refutet in manu domini, vel alia de causa culpa amittit, q̃ tunc secundus vasallus poterit retinere feudum, recognoscendo a priori domino vt idē censeatur in eo ac si ab initio esset inuestitus a domino priori, vt in titu. hic incip. consuetud. reg. c. lex Corradi, §. similiter, & in tit. qualiter iur. debe. vasal. §. sin autem a domino, & §. valuasore autem. Et ita vasallus acquirit domino inuito alium vasallum, quod est contra, inf. no. no. pa. §. j. multo magis si voluntate domini fecit vel pacto, vt argum. ff. de vsufr. leg. l. si quis sibi. Simile habetur in pacto, quando debitor dederit pignus creditori vt alienare possit: quia tunc eius mandato videtur facere, & tanquam procurator eius nomine, vt ff. famil. ercisc. l. si pignori, in fi. & in Instit. quibus aliena. lic. vel non, §. contra. ff. de diuersis temporali. præscri. l. de accessionibus, §. vlti. Et facit etiam ad hoc in titu. hic incip. consti. reg. §. si quis ea lege. & in summa inf. ti. j. §. est & alius. Sed olim non poterat vasallus retinere, quia soluto iure datoris, primi vasalli scilicet morte vel refutatione, resolueba tur ius acceptoris cuiuslibet, nec poterat aliqua præscriptione se tueri, nisi prior vasallus refutasset in fraudem creditorum. Sed hodie non est verum in vasallo, qui alij concessit legitime in feudum: quia tunc resoluto iure primi vasalli datoris, non resoluitur ius secundi vasalli acceptoris si velit recognoscere a domino, nisi in fraudem ei in feudum datū esset, vt in prædictis legi. & inf. eod. §. rursus in titu. j. §. rursus, §. item si duo. in titu. de contenti. feu. §. plene. in titu. qualiter vsus benefi. sit tenen. §. si aliquis de capitaneis. in titu. hic explicit liber primus, §. noui vero. in titu. qualiter iura. debe. vasal. §. quid ergo. in titu. si de feu. vasal. fuer. inue. §. beneficiū, in titu. de feud. & benefi. l imperialem, §. j. arg. C. si pignus pignori datum. l. j. ff. de pignorat. actio. l. debitor, in fi. ff. qui potior. in pigno. l. lex vectigali. ff. quibus mod. pignus vel hypo. sol. l. sicut re. primo resp. ff. de in diem adiect. l. si res, §. sed & Marcellus. ar. ff. loca. & condu. l. si quis domum, §. j. ff. quæ in fraud. credito. l. sed & si, & l. qui autem, §. simili modo. & l. si pignus, §. vir. Et hæc fraus debet liquido comprobari. argu. ff. qui & a quibus manumis. libe. non fi. l. si maritus, in fi. C. de dolo. l. dolum. ff. de dolo. l. eleganter, §. vlti. Et ex qualitate facti, sed non leui suspicione, vt C. de rescin. vendi. l. dolus, ff. de minorib. l. deniq;. §. j. in fi. & de hac fraude inquiras, quæ notaui sup. in ead. summa, §. veruntamen fallit, & § quod dictum est quod non valet, vt inf. titu. j. §. quid si vasallus excogitat. Sed contra videtur q̃ resoluto iure datoris refutatione, non resoluatur ius acceptoris, argu. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu. l. si debitor, primo resp. ff. de pignor. l. iij. primo respon. ff. de ædilit. edi. l. bouem, §. pignus. Vnde ita potest solui contrarium, vt dicatur q̃ resoluto iure vasalli primi morte vel refutatione, scilicet resoluatur ius acceptoris secundi vasalli, nisi acceptor acceperit in feudum & non in fraudē, vt in prædicta. l. de conten. feu. §. j. Si vero est alius & non vasallus, tunc resoluto iure eius per refutationem, quia propria voluntate facit, non resoluetur ius acceptoris, si ius refutatum duret & non fit extinctum: & ita possunt intelligi argumenta. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. l. si debitor, in prī. & ff. de ædil. edi. l. bouem, §. pignus. argum. ff. de alie. iud. l. ex hoc, §. vlti. & l. quia redhibito. ff. de eui. l. si seruus meus, ff. de iure dot. l. Titia, in fi. Si vero morte vel alio modo, tunc omnino resoluitur ius acceptoris, vbi acceptor secundus recipit voluntate prioris domini, vel pacto, vt argumen. ff. de vsufr. lega. l. si quis sibi. in Institu quibus aliena. licet vel non, §. cōtra, ff. de seruitu. rustico. prædio. l. cum esset, §. j. & ita intelligo leges illas prædictas, & require etiam in summa, infra titu. j. §. sed quia vasallus locauit. Similiter extinguitur refutatione, si per eam ius non sit translatum, sed extinctum, argu. ff. quib. mod. pig. vel hypo. soluitur. l. sicut. j. respon. arg. contra, ff. de vsufr. accresce. l. iii. §. fin. in titu. hic incip. consuetu. reg. capitu. dummodo sciat.

Nunquid datore ius suum recuperante, ius receptoris reintegretur. Caput XXII.

ITem quæritur in eo casu, vbi resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, nunquid datore ius suum recuperante, reintegrabitur ius acceptoris? Respondeo, videtur quod sic, (argu. ff. de alie. iudic. l. ex hoc, §. penul. ff. quibus mod. pig. vel hypo. solui. l. sicut, & § superuacuum, & l. voluntate, ff. de adimen. lega. l. cum seruus, ff. de hære. institu. l. quotiens, §. seruus cum liber, & l. seruum meum, ff. de testament. manumis. l. verum) argu. quòd non, cum amissio facta est. cum effectu, vt C. de remissio. pignor. l. vlt. vt in tit. hic incip consuetud. reg capit. hæc sunt capitula, §. præterea, ff. quibus modis vsusfr. amitta. l. quid tamen, §. j. & §. inanis, ff. de pact. l. penult. Ad hoc pro & contra inquire argumenta, quæ notantur in summa, inf. titu. proxi. §. & cum amittit. Item posito sine prejudicio, quòd resoluto iure datoris, scilicet primi vasalli, resoluatur ius acceptoris, scilicet secundi vasalli, vel alterius acceptoris: nunquid primus vasallus, vel eius hæres tenebitur acceptori? Respondeo, circa hoc ita potest distingui, vtrum acceptor sciuerit an ignorauerit feudum esse, quod accepit a primo vasallo: & an primus vasallus ei concesserit tanquam feudum, an tanquam esset proprium. Si quidem ei concesserit simpliciter, si quidem accipiens sciat feudum esse, vasallus vel eius hæres non tenetur: nisi propter culpam ipsius vasalli resolutum sit ius acceptoris. Si vero accipiens ignorauit, vasallus vel eius hæres tenetur. Si vero vasallus concedat tanquam suum & non tanquam feudum, tunc uasallus tenetur, nisi accipiens sciuerit feudum, quia tunc non tenetur vasallus, nisi accipiens prospexerit sibi de euictione, sed vbi non prospexit, puto q̃ vasallus teneatur, si propter eius culpam resolutum sit ius acceptoris. Si vero vasallus concesserit tanquam feudum, nō tenetur nec eius hæres, nisi culpa vasalli resolutum sit ius acceptoris, vel nisi accipiens prospexit sibi de euictione. Et ad hoc sunt argumen. in titu. qualiter iur. debe. vasall. §. cum de re. alie. ff. loca. & condu. l. si quis domum, §. j. in princ. & in fi. & l. si merces, §. conductor, ff. soluto matrimo. l. pen. in prī. C. de condict. ob caus. l. si in litem. C. de euict. l. fundus, & in titu. hic incip. consuetud. reg. §. ex eo. & titu. si de feu. vasal. fuerit interpel §. si vasallus. Et facit ad hunc §. quod notatur inf. eadem summa, §. & non solum possunt dari. Et siue faciat quis laicus inuestituram de propria re, siue de beneficio sui militis, & siue pure siue sub conditione, & siue primo præmoriatur inuestitus siue inuestitor: semper tenetur adimplere inuestituram, id est, rem tradere, & in possessionem mittere, tam ipse quam hæres eius, dummodo sciatur quòd quando quis facit inuestituram de beneficio sui militis, non capiet effectum nisi feudo sibi aperto, argu. Institut. de verbor. obligationib. §. ex conditionali, & in Institu. de inutil. stipulat. § antepen. argum. ff. de iure dotium, l. si ego, §. si res, in fi. ff. de regul. iur. l. ex qua, C. de libera. cau. l. si habeo, §. si vero Archiepis. in fi. & in titu. qualiter iura. debe. vasal. in fi. primo respon. in titu. si de feu. vasal. fuer. interpel. §. moribus, & §. si facta de feudo, in titu. hic incip. consue. reg. c. lex Corradi, §. clerico. & in tit. de capitu. extraord. § item hæres. Durum enim est & auarum, hæredem infringere quod defunctus voluit, argum. ff. de don. intervir. & vxo. l. cum his, §. primo. Nec distinguitur an sciuerit possidens, vel ignorauerit, vel consenserit: dummodo eo viuente non fiat ei præiudicium. Et hoc verum est in eo, qui non habet successorem, vt in tit. qualiter iudi. feu. sit ex. c. si quis inuestiuerit. Hodie tñ non pōt facere inuestituram de beneficio sui militis sine eius voluntate: & si consentiat, videtur ius suum remisisse, & tunc valet concessio, argu. ff. qui. potior. in pig. l. creditor. §. vlti. ff. quib. mod. pig. vel hypot. soluitur, l. Paulus, primo respon. & in titu. de capitul. extraordi. §. si maritus. & argum. ff. de publi. l. licitatio, §. i. C. de locati. prædior. ciuili. l. vlt. §. non tantum, § sane quia, lib. xi. & in tit.

qualiter

Source : BIU Cujas

qualiter vſuſ.benefi.ſit tenen.c.ſi quis fecerit.& in ti. de feud. & benefi.l.quicũque igitur,§.ſi quis inueſtierit, & l.omnibus ſancte,§.inſuper,& l.imperialem,§. præterea Marchia. & ar. ff.de his quibus vt indig.l.ii.in fi.C.de pact.l.vltim. in fin. Sed poſſet reſponderi,quod non poſſet, ſcilicet vt ſtatim capiant effectum,ſed demum feudo aperto:(vt in titu.ſi de feu.vaſal. fue.interpel.§.moribus) quod & hic in c. compilationis antiquæ feudorum eſt magis improbatum, cum inde occultũ & nequiſſimum homicidium oriri poſſit & periurium, vt in ti.de capitu.extraor.§.ſiquis nominatim de beneficio.Periculoſum enim & triſte,eſt coniunctum alicui expectare eius mortem,vt ff.de conditi.& demon.l.cum tale, primo reſpõ. Et ſi a tali vaſallo inueſtito de alterius beneficio euincatur, non igitur contra dominum de euictione,vt in titu.de capi. extraor.§.generaliter,& §.qui accipit,de qua euictione nota tur in ea.ſumma,§.non ſolum.

Valet tamen ſi conferat dominus in filium vaſalli, vel in cohæredes,cum feudum per vaſallum fuerat alienatum, (vt in tit.de feu.& benefi.c.ex parte tua, §.ad hæc, §. aliquoque, §.ac in ſecundo,& §.in tertio) ſecus ſi vaſallus amiſerat propter delictum commiſſum in dominũ,quia tunc filius eius, vel alij vſque ad quartum gradum non poterunt inueſtiri,vt in titu.de feu.& benefi.c.ad aures,in fi.& c.in quibuſdam pro uinciis,§.j.& argu.hic incip.conſuetud.reg.c.j.§. vaſalli f. delinquentis.Nam vaſallo non fit prẹiudicium ſi non conſentiat,vt ſuperius dictum eſt, & argumen. ff.de ſerui.ruſti.prædior.l.per quem.ff.de aqua plu. arcend. l.in concedendo fiebat tamen præiudicium ei qui inueſtiuit,vt argum.ff.de contrahen.empti.l.rem alienam,argum.ff.de ſeruit.ruſti prædio. l.per fundum.Legatum vero relictum ſub conditone deficit ſi legatarius decedat conditione pendente,nec ad hęredem ſuum tranſmittit,vt C.de caducis tollend.§.ſinautem ſub cõditione.Idem in ſubſtitutionibus,quod in legatis, vt argum. ff.de ver.ſig.l.ſciendum.ff.de ſuis & legi. l. ſi ex plurimis.ff.de minorib.l.in cauſſę,§.Pomponius.

Quis poſſit in feudum accipere. Caput XXIII.

ACcipere autem poteſt quilibet nulla diſtinctione adhibita, ſiue ſit ſeruus, ſiue non,ſiue ſit minor ſiue maior, ſiue maſculus ſiue fœmina, etiã ſi ſit talis qui intellectum non habet,vt in titu.explicit liber primus,§.perſonam. & in titu.ſi de feu.vaſ.fuer.interpel.§.ſi minori.& titu.qui debeant ſucced.in feu.primo reſpon.argum.ff.de pecul.l.quam Tuberonis,§.pupillum.argum.C.de acqui.poſſ.l. ſi donatorum. ar. ff.de reg.iu.l.quod attinet,in fi.in Aut .de mona. § hinc aũt, in prin. Veruntamen vr̃ ꝙ pupillus accipere poſſit ſi infans nõ eſt,ſed proximus pubertati,vel proximus infanti. Si vero eſt infans,tunc non poſſit ſine tutore, immo ẽt tunc ur̃ ꝙ fieri debeat nõ in ipſum pupillũ, ſed tutori pro eo vt in ipſum infantẽ intelligatur facta inueſtitura,ar.ff. de acq.poſſ.l. i.§.i, & l.quamuis,§.ii.ff.de vſucap.l.4.§.j.C.de bonis quę liber.l.vl, §.vbi autem pueril.§ & ſi vero pater.in Inſti.de inutil.ſtipul, §.pupillus, argum. ff.de ſolut.l.Stichum aut Pamphilum, §, vſumfructum.In ſeruo accipiente,diſtinguitur vtrum dominus ſciat eum eſſe ſeruum,vt tunc teneat datio, an ignoret, tunc non teneat,vt in tit.explicit liber primus, c.inueſtitura. §.perſonam.Similiter in Inſti.qui dari tutor.poſſ.§.i.in fin.ff. de leg.ii.l.fidecommiſſa,§.ſi vero alieno.C.de hæred. inſtitu, l.ſi pater.Nam ſeruo id concedi poteſt, quod liber factus capere poſſet,(ff.de leg.ii.l.debitor,§.vlt.)niſi ſit militia, vt in p̃dicto §.ſi ſeruo alieno. In feudum autem dare ſeruus vel in allodium non poteſt,(vt in ti.de feu.& benefic.l.i.in fi.) cum & alienare non poſſit ſine conſenſu domini, vt in Lombar. de prohib.alie.ſeruo l.i.argum.C.in quibus cauſ.colo cenſi.l. ii.de agricol.& cenſitis,l.per colonum,lib. xi.ff.de euict l. minor,§ i.Sed quæri poſſet,ſi ſciens dedit ſeruo alieno & ſeruus decedat,an reuertatur feudum ad inueſtitorem dominum, an apud dominũ ſerui,an apud filios ſerui?diligenter id tractabitur inf.in ſumma de ſucceſ.feu.§.ſed quæritur ſi datum. Item accipere poteſt perſona Eccleſiaſtica, vt in tit. hic inci. conſuetud.reg.capit.hæc ſunt capitula,§.item ſi clericus, de quo ſupra notaui in ſumma,in ti.proxi. §.itẽ amittit, ſi clericus.Veruntamen qui feudum amiſit propter delictum commiſſum contra dominum,(puta, quia eum occidit, vel mutilauit)vel eius filius ſeu hæres non poteſt feudi reſtitutionẽ recipere,nec alia de nouo,vt in ti.de feu.& benefi.c.ad aures, & c.in quibuſdam. Nec ille qui eſt in officio communis Veronæ poſitus,tempore ſui officii,niſi ab alio fidelitatem eo tempore acciperet,(vt in ti.de feu.& benefi.conſtitutio. cap. nec fidelitatem,& c.nec per poteſta.nec hæreticus ab Eccleſia,in Auten.de Eccleſiaſtic.tit.§.iubemus.

Quæres poſſint in feudum dari,& de feudo Camerę & Caneuę. Cap. XXIIII.

QVid poſſint dari res in feudum immobiles,vel quæ loco immobilium ſunt,puta quod de Camera vel Caneua datur, vt in tit. expl cit liber primus §. ſciendum, & cum datur de Camera vel Caneua, datur quatenus facere poteſt,& ſi ita euacuata ſit Camera vel Caneua vt facere non poſſit,non tenetur, ſi ſine culpa domini deſiit eſſe in Camera, vnde expectandũ eſt donec dari poteſt,& in ſequentibus annis dabitur quod eſt omiſſum. Etiã intelligitur poſſe facere omni ęre alieno deducto,vt in ti.de capi.extraor.§ notandum.argu. ff. de verbo.oblig.l.inter ſtipulantem,§ ſacram,& §.pro quo.ff.de annu.lega.l.legatum §.vini,ff.quando dies lega.cedit,l. Firmio. j.reſpon ff.loc.& condu.l.ſi vno,primo reſpon.C. loca & cõdu.l.licet,& l.excepto,argum.ff.de reg.iur.l inter eos,§.is quoque.C.de rei vxor.act.§.cum autem.in Inſti. de actio. §. item ſi de dote,& §.idem eſt,ff.pro ſocio,l.verum,§. tempore.arg. de tritico,vino & oleo lega.l.cum certus, ff. de contrahend. emp.l.ſi debitor,§.i.ff.de alimen.& cibar.legat. l.Lucius.ff.de re iudi l.a diuo,§.vlti.§.& ſunt qui in id. Item habetur etiam ratio ne egeat,vt argumẽ. Inſtitut.de actio.§.ſi de dote. ff.de ver.ſig.l.nepos Proculo.Nam ſi facere non poteſt, videbitur inanis actio aduerſarii,(vt ff.de dolo.l. nam is nullam. in tit. extra de reſti.ſpolia cap.olim nobis,§ i.) & legatum illius nominis nullum eſt,niſi legetur ipſi debitori,vt ff. ad legem Falcidi.l.neſcius, in fine. Nam vnuſquiſque ſibi ſoluendo eſt & diues,vt in prædicto titu.l.quærebatur, §.i. quia & qui nõ habet quod reddat eius periculo nihil eſt,vt ff.de furtis. lege itaque fullo.primo reſponſo.

De eo cuius ſunt fructus,quando decedit vaſallus. Cap. XXV.

ITem iſtud feudum Camerę vel Caneuæ morte vaſalli finitur, ſed hæres vaſalli habebit pro toto illo anno, in quo vaſallus ingreſſus eſt,arg.ff.de annu.leg.l.quoties,§.in ſingulos,& l.Caius in fi.arg.Inſt.man.§.ſi adhuc,ff.manda.l. ſi quis alicui.§.morte.& in Inſtit.quibus mod.tute.finit. §. ſimili modo,in Inſti.de vſufru.§.finitur,& de ſocietate,§.ſoluitur,C.ſi reus vel accuſat. l.ii.& iij. & vt in alio feudo fructus aliter diſtribuantur. Diſtincto tamen ſi vaſallus decedat intra Calendas Martii & Auguſti, quo caſu eſt hæredis vaſalli, ſinautem non,eſt domini,vt in tit.hic incipi. conſue.reg. §.ſi vaſallus obierit,& §.ſi vaſallus decedit.Fruges enim extantes non ad dominum,ſed ad filios,vel vxorem,vel ad alios creditores pertinent,vt in titul.de capit.extraor. §. vnum quidem. & in titul.hic incip.conſuetu.reg.capit.hæc capitula,§.ſi contingeret vaſallum. Et ad hoc etiam notaui infra titul.proximo, §.aliud tamen non præmitto, & §.ſed quæritur ſi vaſallus locauit.

Finitur morte domini. Cap. XXVI.

FInitur etiam feudum Camerę & Caneuę morte domini,vt in titu.qualiter iura. debe.vaſal.§.qui a principe,in fi.Simile dixit Placen. in filio decedente,qui rem aliquam acquiſiuerat,in qua pater habebat vſumfructum,vt tunc pater amitteret vſumfructum,quem habebat in bonis filii,ſed contrarium puto, vt C.de vſu & habitat. l.ſi patri tuo. & ff. ad Senatuſconſultum Tertul.l.vlt. §. vlti. In feudo tamen paterno non ſuccedit,vt in tit.qui debe.ſucced.in feu.in princ.& eſt ſpeciale tamen in ſoldata,quia eſt annua & gratuita, & in iſtis feudis Cameræ vel Caneuæ datur vaſallo contra dominum defenſio, ſi ei bis vel ter fuerit ſolutum.vt in titu.explicit liber primus.cap. 2.§.ſi vero vaſal.argum.in titu.extra de cau.poſſ. & proprie. capi cum Eccleſia,§ nos igitur,& §.verum,& ca.cum olim, §.i.argum.C.de fideicommi.l.i.C.de apochis pub.l.quicunq;, argum.cõtrarium,C.de pac.l.ſi certis. ff. ad legem fal.l quod de bonis,§.non idcirco,in titu.extra de electio. & electi.poteſta.c.querela §.vl. in ti.extra de cenſi.c.olim cauſsã.C.de agr. & cenſi.l.litibus.i.reſponſo.ff.de vſur.l. cum de in rem verſo.

Res

Source : BIU Cujas

Res mobilis datur in feudum. Cap. XXVI.

Et non ſolum datur feudum in reb. ſoli, qđ eſt pars ædium, vt ff. de rei vendica. l. ſolū, (ſicut area eſt pars inſulę, vt ff. de ſol. l. qui res, circa fin. & illa pars fundi, vt ff. de fun. inſtru. l. ſi ita, in fin.) ſed etiam in rebus cohærentibus ſolo, vt in titu. explicit liber primus, §. ſciendum. Et poſſunt dici cohærere ſolo fructus pendentes, quia pars fundi eſſe videntur, vt ff. de rei vend. l. fructus pendentes. ſed fructus iam percepti inter mobilia ſunt, ut ff. de requirend. reis. l. vltima. primo reſpon. in fine. vel ſeruus glebæ, (argumen. C. de agricol. & cenſi. l. quemadmodum, ff. de diuer. tempo. præſcript. l. longe, §. poſſunt) vel etiam ſuperficies & adificia. ad hoc eſt argum. ff. vnde vi. l. i. §. ad ſolam, & §. plene. argumen. ff. vti poſſidetis, l. 3. §. ſed ſupra ædes, argumen. ff. de lega. i. l. ſi dominus, §. vlti. ff. de actio. & oblig. l. obl. §. placet, in fin. ff. quod ui, aut clam. l. qui acrius. Item vſufruct. fund. vt ff. de vſufruc. l. iiij. ff. de euictio. l. ab emptione, ff. de leg. ii. l. cum filius, §. dominus. ff. de verb. obliga. l. quia vſufru. Sed quæ & qualia ſunt, quæ ſolo cohæreant, & cum ſolo tranſeant, ſatis poteſt perpendi ex eo, quod legitur ff. de actio- emp. l. Lucius, §. vltimo, cum legibus ſequentibus, & l. fundi, per totam l. & ff. de actio. empti. l. ſi aquæductus. & l. quamquam ff. de fun. inſtru. l. quæſitum, §. ea vero, & §. Papinianus. Poteſt etiam dici quod in feudum dari poteſt fundus cum rebus mobilibus in fundo poſitis. ar. ff. vnde ui, l. i. §. ad ſolum, & §. illud itaque, & §. ſi fundum. Item inter immobilia computatur, cum de Camera vel Caneua datur, vt ſupra dictum eſt §. poſſunt. nam & ſi certus reditus daretur, videtur q̄ inter immobilia contineretur, vt C. de iure dot. l. vlt. §. præterea. Item panes ciuiles, (vt in prædicta l. & in Auten. de non alienand. aut permu. rebus Eccleſiaſt. §. i. in aliis vero rebus mobilib. feudum dari non poteſt, niſi loco feudi euicti detur pecunia, quo caſu pecuniam in locū feudi retinebit, vt in tit. explicit liber, §. ſciendum eſt, in ti. ſi de feu. vaſal. fuer. interpel. i. reſpon. argum. contra. ff. de pecu. leg. 1 quam Tuberonis. §. pen. Vel dicas quod in omni re mobili poteſt conſiſtere feudum, licet non proprie, vel manente proprietate ſalua, ſed remedio ſatisdationis, argum. Inſti. de vſuf. §. conſtituitur, §. ſi vtilitatis, ff. de vſumfru. earum rerum, quæ vſu conſu. per totum.

An partus ancillæ datæ in feudum ſit domini vel vaſalli. Cap. XXVIII.

Sed poſito quod ſerui & ancillæ dati ſint in feudum, & quod teneat datio, partus ancillarum talium nunquid erit domini an vaſalli? Reſpondeo, videtur quod ſit domini, quia non computatur in fructus, (vt argumen. ff. de vſufruc. l. uetus. ff. de vſur. l. in pecudum. ff. de iure dot. l. plerunque. §. ſi ſerui. & ff. ſolu. matrimo. l. ſi marito. §. vlti. C. de rei vxo. actio. §. itaque partus. in Inſtitu. de rerum diuiſ. §. partus.) neque in partu vſumfructum habet vaſallus, vt p̄dicta. l. vetus. Vel dicas quod habeat partum in eādem cauſam ſecundum quod ancillam habet ſcilicet in feudum, ad ſimilitudinem ancillæ precario conceſſæ, (vt ff. de precario, l. quamuis) vel pignoratæ, vt ff. de pign. l. ſi fideiuſſor. in §. Paulus, i. reſpon. Vel ad ſimilitudinem ancillę datæ in dotem, cuius partus augmentat dotem, (vt ff. de iure do. l. cum poſt, §. vlt.) & cuius miniſterio vir vtitur, vt ff. de do. int. vir. & vx. l. ſi id quod) quāuis reſtitui debeat ſoluto matrimonio cū ancilla dotali, vt in prædictis legibus. Nam & partus ancillarum peculiarium augmentat peculium, vt ff. de pecul. leg. l. penu. in fi. Si vero eſt contentio inter dominum & vaſallum de incremento, nunquid poterit manumittere vaſallus ſeruum, q̄ adiacet feudo? videtur quod ſic. argum. C. de fundis patrimo. l. poſſeſſores, in fin. argumen. contra. C. de mancip. & colon. patrim. l. ii libr. xi.

De ſoldata. Cap. XXIX.

Vbi vero ſoldata datur non appellatur feudū, ſed ī ſuo noīe ſtat, & eſt quædam præſtatio annua & gratuita, quæ a neutra parte tranſit ad hæredes, vnde finitur morte dantis & accipientis, ſicut dictum eſt proxime de feu. Cameræ & Caneuæ, prout notatū eſt in ſumma in tit. de ſuc. feu. Itē in ſolda. feu. Et dr̄ſoldata ex eo, quod plerunque in vino & annona, vt in tit. qualiter iud. deb. vaſal. §. quia in principe. argum. ff. de annu. lega. l. Quintus, §. in ſingulos. & l. Caius, in fi. argum. ff. quibus mod. tute. finit. §. ſimili modo. in Inſti. mand. §. item ad hoc. ff. mand. l. auctoritas, in prin. & l. ſi quis alicui, §. morte. C. ſi reus vel accuſator mortu. l. i. & ii. ſicut & pecunia dicitur omnis res corporalis ex eo, quod antiquis pleraque quæ habebant, in pecudibus erāt, vt ff. de verb. ſig. l. pecunię. in de cre. i. q. iii. cap. totum. & bona dicūtur ex eo, quod beant, hoc eſt, beatos faciunt, vt ff. de ver. ſign. l. horum. Aliud tamen in vſufruct. quia morte fructuarii, ſed non domini finitur, vt C. de vſu & habita. l. ſi patri tuo. C. ad Senatuſconſultum Tertullianum. l. vlt.

De eo, quod datur nomine Caſtaldiæ vel Guardiæ. Caput XXX.

Item illud, quod datur nomine Caſtaldię vel Guardiæ, non eſt feudum, quia anno finitur, niſi certum tempus adiectum ſit, vt infra eodem, §. item. & poſt annum quandocunque auferri poteſt, vt in tit. de contentione feudi, §. item ſciēdum, vel ablata Caſtaldia, vt in titu. de capit. extraor. §. quod nomine. Idem cum pro vicecomitaria, Vilicaria, Decaria feudum datur, vt in tit. de capitul. extraor. §. nunquid. ad hæc etiam inquire in titu. de conten. feu. §. & poteſt hoc notari. Verum tamen aliud feudum nō poteſt auferri ſine conuicta culpa (vt in ti. qualiter vſus benefi. ſit te. §. ſancimus. vt nemo miles, in tit. de feud & benefi. l. in nomine ſanctæ, in princ. & de hoc in ſumma, in ti. i. §. illud tamen ſciēdum) etiam ſi ſint feuda ſcutiferorum, dum tamen ſeruiant, alioquin auferri poſſunt, (vt in Lombar. qualiter cum phani, l. i. §. & ſi, & in titu. de capi. extraor. §. feuda ſcutiferorum (niſi ſeruire deſiſtāt propter grauitatem domini, vt argum. ff. de alimen. & cibar. legat. l. Caio, in fin. uel propter infirmitatem ſcutiferorum; nam & tunc ſeruire intelliguntur, ut notaui in ſumma, in ti. proxi. §. excuſatnr autem vaſallus. Poteſt etiam dari in feudū aduocatia, ut argum. in titu. de feud. & bene. l. ſi duo uel tres. §. quicunque aduocatoriam. Item ius patronatus, ſed tamen per hoc Epiſcopo ius Parochiale non minuitur, ut in titu. de feud. & benefi. c. cum ſecundum, nam ius patronatus in laicum cadit, licet ſpiritualibus ſit annexum, ut in tit. extra de iudi. c. quanto. & in tit. extra de iure pat. c. cum laici, c. de iure, c. cum autem, c. paſtoralis.

Vtrum decima poſsit dari in feudum, & a quib. Caput XXXI.

Item poteſt dari decima in feudum etiam ab Epiſcopo, uel alio prelato, ſed noualium decima non intelligitur per hoc conceſſa, ut in titu. de feu. & benefi. c. tua, & in c. cum Apoſtolica, ut ipſum quidem ius apud Eccleſiam remaneat, perceptio uero fructuū decimę in uaſallum transferatur, argum. ff. de iure dot. l. ſi vſufruc. in fi. ff. de do. l. in ædibus. §. i. ff. ad leg. Iuliam de adul. l. ſi poſtulauerit, §. iubet. arg. C. de legi. l. monumenta, ff. ſoluto matri. l. vſumfructum in dotem. inf. de benefi. feu. c. veſtra. vbi ſimilia argumenta notantur in ti. proximo. §. item quæritur, an poſſit vendere ius p̄cipiendi, vel poteſt dari in feudum decima in perſonam accipientis, & non vt ad hæredes tranſmittat, vt in titu. extra de deci. ca. ad hęc. & in tit. ext. de iure pat. c. conſuluit. Sunt tamē argumenta, quod nullo modo poſſint, argum. in titu. de feu. & benefic. capit. noſtratibus. & in titu. extra de decim. capitu. quamuis ſit graue, in fin. & capit. prohibemus, in c. ad hęc. & in titu. extra de præſcrip. cap. cauſſam. in decret. i. quæſtio. iii. cap. peruenit.

Item annua penſio, quæ percipitur de aliqua poſſeſſione vel caſtro, in feudum dari poteſt, vt in tit. de feu. & benefi. ca. ad audientiam, capit. nouum non paternum. §. quęſitum eſt. Item banna, comeſtiones, placita, forisfaga, quę quis in illis locis habet, vt ibidem, in c. ad audientiam.

Vtrum res communes poſsint dari in feudum ſicut res propriæ. Cap. XXXII.

Et non ſolum poſſunt dari res propriæ ſed & communes, (vt in tit. de cap. extraor. §. item ſciendum eſt. in Lombar. de vlti. volunt. l. ſi quis res ſuas) ſcilicet vt pars pro indiuiſo detur, quam in re communi habet, vt in alia parte non fiat ei, nec ſocio præiudicium, & forte intelligitur tātum ſuā partem dare, ſi ſimpliciter dixerit rem meam, argum. ff. de lega. i. l. v. §. vlti. arg. C. de dona. l. portionem. C. de com. rerum aliena. l. i. & l. falſo. Nam ſi daret totam rem communem, vel etiam alienam, teneret datio in præiudicium dantis, vt ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. Vnde ſi quincatur a vaſallo

Source : BIU Cujas

lo denunciatione præmiſſa, poterit agere de euictione, diſtincto tamen eo, vtrum datum ſit ſcienti, vt tunc non poſſit agere niſi per pactum ſibi proſpexerit, an ignorāti, & tūc agat etiam ſi non conuenit, niſi dixerit dominus ſe nolle teneri de euictione, & tunc poterit agere, vaſallus ſaltem ad p̄cium, licet non ad intereſſe, niſi etiam de hoc fuerit expreſſum, ſcilicet vt velit nec de euictione, nec de precio conueniri, & tunc ſi euincantur ad nihilum tenebitur dominus, vt in titu. qualiter iur. debe. vaſal. §. cum re aliena. in tit. hic incipi. conſue. reg. capitu. hæc ſunt capitula, §. ex eo. in fin. in titu. de cap. extraor. §. generaliter verum, & §. qui accipitur, & in §. beneficiis, in fin. argum. C. de euict. l. emptor. & l. ſi controuerſiam. & l. ſi fundum. ff. de acti. emp. l. emptorem noxali, §. itē poſito ſiue primo. Item non tenetur de euictione, nec vaſallus agere poteſt, niſi inueſtitus fuerit de feudo alterius, (vt in tit. de cap. extraor. §. generaliter, & §. qui accipitur) item niſi inueſtitus ab eo, qui non poterit infeudare, argum. ff. pro emptore, l. ii. §. ſi a furioſo, & in alieno vel aliena. vt argumē. ff. quarum rerum act. non datur, l. ii. §. i. vel a ſeruo ſine conſenſu domini, argum. de euict. l. minor. §. i. Verum in eo qui fecit inueſtituram nulla eſt differētia, ſciuerit an ignorauerit, niſi in q̄buſdam, (vt infra, qualiter iura, debe. vaſal. §. cum dere) quia ſcire debuit, argum. ff. de ædili. edi. l. i. §. ſi cauſſa huius, ff. de pignora. act. l. tutor, §. i. ff. de contrahen. emp. l. ſi in emptione, §. ſi emptor, & l. domum. ff. de action. empti, l. vlti. & l. Iul. in prin. C. commu. de leg. l. vlt. §. vl. Verum vbi dominus tenetur de euictione, ſi vaſallus fuerit condemnatus per imprudentiam iudicis, nō tenebitur dominus, dummodo tu dicas, dominus non fuit præſens condemnationi, alioquin teneretur, vt argum. ff. de euict. l. ſi per imprudentiam, primo reſpō. C. de euict. l. emptor fundi. argu. ff. de fideiuſſ. l. exceptionem. Item niſi emptor eſt condemnatus, & non appellauit, quod agere non poteſt contra venditorem, niſi venditor fuerit p̄ſens, (vt ff. de euict. l. Herennius, §. Caia) & poſſunt alii caſus aſſignari, qui in venditore aſſignantur. Item quod dictum eſt quod poteſt facere inueſtituram de re ſua, verum eſt niſi ſit litigioſa, arg. C. de litig. l. ii. & vlt. vel niſi ſit res quę prohibetur alienari (vt in tit. explicit liber primus, §. noui vero) niſi in caſu, vt ibi dicitur, & ſupra eadem ſumma, plene notatum eſt, de his rebus, quæ non poſſunt alienari, vel infeudari, in §. maior, & §. impeditur, & §. veruntamen. Idem eſt in re communi, vt poſſit partem ſuam in feudum dare, ſi nondum p̄uocatus eſt ad diuiſionem, nec lis eſt orta. argum. ff. fam. erciſ. l. alienationem. C. communi diuid. l. j. in fin. in Lombard. de vltim. volunta. l. penulti.

Vtrum illæ res, quæ poſſunt dari in feudum, poſſint dari & ad certum ſeruitium, & inde terminate. Cap. XXXIII.

Et eſt notandum quòd illę res quæ poſſ. ſunt dari in feudum, poſſint dari & ad certum ſeruitium, & determinate, vt in titu. in quibus cau. feu. amit. in fi. primi reſpon. & qui debeat ſuccedere in feudum, §. vlti. habita ſimilitudine de liberto, cui poſſunt imponi operæ tam certæ, quam incertæ, vt in multis ll. ff. de ope. liber. colligere licet. Nam dominus Io. ait, q̄ ea quæ in legibus leguntur de libertis, etiā a vaſallis ex regni conſuetudine ſunt ſeruāda, & hoc in ſumma, quibus modis quis poſſ. ab Eccleſia repellere in nomine domini IESV Chriſti: nam & ſicut vaſallus debet repetere inueſtituram a ſucceſſoribus domini, ita libertus a ſucceſſoribus patronorum, vt in tit. hic incip. conſue. reg. ca. hæc ſunt capitula, in prin. in ti. de feu. & benefi. l. imperialem §. præterea ſi quis. in decre. xii. q. ii. c. longanimitate. Idem dicit Azo in vaſallo, quod dicitur in liberto, (argum. ff. de ope. liberto. l. interdum, in ſolutione Brocardi,) quod quis poſſit feudo renunciare in generali, de feud. ſeu benefic. & facit etiam ad hoc, quod notatur in ſumma, in titul. primo. §. illud tamen notandum. eo tamen inſpecto, quod dictum eſt ſupra eodem, in ſumma. §. vel feudum eſt, & §. ſi vero fidelis eſt. Habita etiam ſimilitudine curatoris, qui poteſt creari ad certam rem vel cauſſam, vt in Inſtit. de cura. §. item inuiti. Vi debatur enim, quod indiſtincte adijciendo ſeruitium, vaſallus non teneatur ſeruire: veruntamen iudex poterit conſiderare voluntatem domini & vaſalli, & ætatem, & conditionē & naturam, & ingenium, vt arg. ff. de ope. liber. l. eius. §. tales. ff. locati & conduct. l. ſi merces, in prin. ff. de iure dot. l. cum poſt, §. gener. argum. ff. de leg. ii. l. quidam in teſtamento. ff. de annu. leg. l. ſicut. ff. de aliment. & cibar. lega. l. cum alimenta, C. mandati, l. ſalarium. ff. de leg. i. l. ſi dominus, in prin. ff. de lega. iij. l. fideicom. alias, l. Stichus liber. Attamen vbi certū ſeruitium eſt adiectum, tunc alia ſeruitia non tenetur p̄ſtare, licet alias teneretur, (argum. C. de pactis conuen. tam ſuper dote, l. vlt. primo reſpon. in fine. C. de procuratoribus. l. maritus in fin. ff. de fun. inſtructo, l. cum de lanionis, §. pen. ff. de appel la. l. ſcio, primo reſpon.) maxime cum illud ſolum p̄ſtetur: alioquin non receditur a ſeruitiis, quæ præſtanda ſunt ex natura feudi, quamuis certa ſeruitia ſint nominata, argu. ff. de actio. & obliga. l. quoties. ff. de re iudi. l. a diuo. §. exequitur. ff. de alimentis vel cibari. lega. l. verba, ff. de fundo inſtruc. l. quæ ſitum, §. pen. argum. ff. de conſtitu. pecun. l. ſi vero.

Quando datur feudum ad ſeruitium equi. Caput XXXIIII.

Item quandoque datur feudum ad ſeruitium equi. Si quidem dicitur quod debeat ſeruire domino cum equo, tunc poteſt dici quod ſeruiat tanquam miles cum equo, & non tanquā pedeſter, & hoc ex vi verbi, vt equus non ſit in conditione feudi, ſed perſona vaſalli, (vt ar. ff. de poſiti l. i. §. quæ rebus. & facit etiā ad hoc, quod notatur in ſumma in ti. proxi. §. item vaſallus excuſatur) vt poteſt dici quod ex conſuetudine interpoſita, vbi fit mentio de ſeruitio equi, quod vaſallus debeat tenere equum & præſtare domino ad eius voluntatem, & hoc ſeruitium præſtatur ex vſu (vt in tit. de feu. & benefi. l. in nomine ſanct. & indiuid. §. præcipimus) qui vſus in ciuitate Veronenſi talis eſt, quod vaſallus debeat emere equum non meliorem vel deteriorem, ſed mediocris figurę, (ar. C. de don. l. ſi quis argentū, §. ſimili quo que modo ff. de leg. i. l. legato generaliter, primo reſpon. & tenere equum ſuis expenſis, & dare domino ad eius voluntatem, & poteſt vti dominus equo ad vſum communem, ad quem apertus eſt, licet cum periculo, argum. ff. de vſufru. l. arboribus, §. nauem, ff. de vſu & habit. l. plenum, §. ſed ſi boue, §. equitii. Et dum dominus habet, ipſe dominus debet p̄ſtare expenſas equo, ſicut in aliis ſeruitiis plene notatum eſt de expenſis, ſupra eadem ſumma, §. ſi vero fidelis eſt dominus, & dum equus eſt apud dominum, vel preciū equi, vel ſi culpa domini equus ſit peremptus, non tenetur vaſallus alium equū domino emere, ſed dominus reſtituat vel emat equū, & vaſallus eum retinebit, ſi uero equus ſit peremptus apud dominum caſu, tunc tranſacto quinquennio ex conſuetudine Veronenſi vaſallus alium equum emat & retineat. In quibuſdam vero Curiis tenetur tātum poſt vi. vel vij. annū, ſed magis de quinquennio obtentum eſt, & a prudentibus conſultum. Item vbi vaſallus pro conditione debet domino tenere equum, tunc ſi feudum vendatur pro cōmuni ex neceſſitate debiti cōis, dominus de eo precio ſuo iure debet percipere duas partes precii, vt in ti. de feu. & bene. conſtitutio. c. vt feudo pro debito. Item quandoque datur ea conditione, vt vaſallus in feudo habitet, & tunc deſerta habitatione feudum amittit, vt in titu. de capitu. extraor. §. vt inter conditionalia. ff. de condit. & demonſtratio. l libertis. Nam vbi vaſallus non facit id, pro quo datum eſt, feudum amittit, vt notatur in ſumma, in ti. prox. §. item ſi vaſallus non facit. Item poteſt ad certum tempus dari, vt infra, eodem §. item de conditione feu. §. item ſciendum. & in ti. qualiter iur. deb. vaſall. §. quia a principe, in fi. argum. C. de donatio. quæ ſub mod. l. ii. in Inſti. qui dari tutor. poſſ. §. ad certum. ff. de tute. teſta. l. tutor. §. i. ff. de teſtam. milit. l. in fraudem, §. vlt. ff. loca. & condu. l. item quæritur, §. qui impleto, & l. qui ad certum, argum. cō tra. ff. de hæred. inſtitu. l. hæreditas. in Inſti. de hæred. inſtitu. §. ex certo, ff. de adop. l. ſi tibi filius. ff. de reg. iur. l. actus. ff. de ſeruii. l. 4. ff. de act. & obliga. l. obligationum fere. Poteſt etiā dare dominus alicui vt ipſe habeat in feudum ſi meruerit, vel ſi non offenderit, & conſiderabitur meritum arbitrio boni viri, vel videbitur mereri etiam ſi non ſeruiat, dummodo non offendat, argumen. ff. de lega. ii. l. cum quadam, & l. cum pater, §. rogo. ff. de leg. 3. l. fideicom. §. proinde. qui vero ſint ſine offenſa, habes ff. de manumiſ. teſtamē. l. centurio, §. i. Et multa poſſunt deprehendi merita, vt ff. de manumiſ. vindicta. l. etiam, §. 2. Debēt ab eis vaſallis ſeruitias exigi, vt ex illo mereri videantur, vt argum. ff. de manumiſſ. teſt. l. centurio, primo reſpō. Sed iure feudum habet, cum potuerit offendere & non offendit (ar. ff. de manu teſt. l. libertus) & forte ſatisdabitur de non offendendo, argu. ff. de conditio. inſtitutionum, l. mulier quæ, primo reſp. ff. de condit. & demonſt. l. cum tale, in prin & l. Titio fundus. & l. 2. & l. is cui, & l. cum ſub hac. ff. de condict. ob cauſ. l. dedi, in princ & ff. loca. & cond. l. inſulā, in fine, & ff. de dona. l. penul. §. eadem, ff. ad exhiben. l. ſed hominem, §. ſi tibi. argum. contra. de condict. ob cau. l. dedi, primo reſpon ff. de annu. lega. l. liberto, §. largius. Vel dicēt mereri, ſi dominum in prelio adiuuerit, vel contra latrones tutus ſit, vel eū ſanauerit, vel inſidias detexerit, vel ſi periculo

vitæ

Source : BIU Cujas

vitę eũ liberauit, vel infamia. Sed quia longum eſſet enarrare cauſſas meriti, docendum eſt q̃ iudex, apud quem de ea agetur, æſtimet merita ſi interuenerint vel non, argum. ff. de manumiſſ. vindi. l. iuſta cauſſa, & l. etiam, §. i. Argumentis tamen quibuſdam videtur quod iure fedi non habeat, niſi cũ certum erit eum offendere non poſſe. argum. ff. de verb. obli. l. ſtipulatus, §. 1. ſi poſt mortem. vt argum. Inſtitut. de verbor. obli. §. ſi quis ita ſtipuletur.

Vtrum ſub pacto legis commiſſoriæ licitum ſit feudum dare. Caput XXXV.

Sub pacto vero legis commiſſoriæ non licet rem in feudũ dare: puta debitor obligauit rem creditori, & ſi ad certum tempus pecuniam non ſoluit creditori, quod ipſe creditor habeat rem in feudum. Nam eo caſu auditur debitor recuperare rem volens, ſi debitum offerat creditori, quia feudum nõ prætextu pecuniæ tantum datur, ſed amore, & honore quæritur, vt in ti. qualiter iud. feu. ſit ex. §. ſi quis obligauerit. in ti. qui de. feu. §. ſimiliter feudum. arg. C. de pac. pig. l. quoniã inter. Sed forte aliud eſt in pacto inter fideiuſſorem, & debitorẽ: vt ſi debitor fideiuſſorem ita daret ad tempus, quod ſi fideiuſſor pro eo ſolueret, quod ipſe fideiuſſor haberet pignora data creditori in feudum (argum. ff. de contrahen. emp. l. vlti. i. reſpon.) ſed prædicta ratio videtur refragari. Item non põt dari cũ pacto in præiudicium alteri⁹, vbi ſolum pactum reprobatur, puta regulares clerici vel ſeculares concedunt res in feudum, vt dominis de eis decimas ſoluant, & apud eaſdem eligant ſepulturas, & hoc in præiudicium parochialium Eccleſiarum ſibi ſubditarum, vt in ti. j. §. ſi Epiſcopus. Idem de eo qui rem vendidit pro centum & tradidit recepta parte precii, & niſi emptori ſolueret reſiduam partem precii ad tempus, quod poſtmodum totam rẽ retineret in feudum, videtur quod valeat, quia pactum quod in traditionibus rerum apponitur, valere debet, niſi expreſſe ſit reprobatum. argum. ff. de pac. l. in traditionib. C. de pac. l. legem quam. C. de pa. do. l. i. ff. de præſe. verb. l. reb. & argum. ff. de lege cõmiſſo. l. ii. & 3. & per totam. Idem in toto precio, argum. ff. de contrahen. emp. l. Celſus, §. i. Fides enim ſeruãda eſt inter dominum & vaſallum, & conditione adiecta in datione beneficii, graue eſt enim fidem fallere, argum. ff. de iure immunit. l. ij. primo reſpon. ff. de conſti. pecun. l. j. primo reſpon. Idem poteſt dici cum datur in feudũ pecunia accepta, ſub pacto addictionis in diem, vt ſi alius maiorem quantitatem pecuniæ attuliſſet, quod remaneret infeudata, argum. ff. de in diem addict. l. i. & ij. per totum. Item poteſt dari eo pacto in feudum, vt ſi diſplicuerit res, ſit infeudata tempore certo adiecto, argum. ff. de contrahen. emp. l. emptio, §. emptio. §. tam ſub condi. & ĩ iſtis duobus caſib, ſi certum tempus nõ eſt adiectum, ſtatuitur a lege lx. dierum, argum. ff. de ædi. edi. l. quod ſi nolit, §. penul. per id tamen, quod ſupra dictum eſt, poteſt perpendi quod in feudum poteſt dari pecunia interueniẽte; de qua materia ſupra eadẽ ſumma, notaui plene in §. item q̃ dictum eſt, q̃ vaſallus poteſt in feudũ, & §. vbi feudum, ſecundum quod dictum eſt.

Quibus modis feudum acquiratur, Cap. XXXVI.

Nunc ad propoſitũ redeamus, & videamus quibus modis feudum acquiratur. Et certe acquritur quinque modis, primo ſcilicet inueſtitura, ſecundo ſuccеſſione, tertio propter delictum cohæredis præſcriptione, quinto quadam conſignatione, de quib. ſingulis videamus. Primo de inueſtitura, acquiritur autem feudum per inueſtituram, ut in titu. qualiter iudic. feud. ſit ex §. ſciendum, in tit. explicit liber primus, §. ſciendũ, in fi. in ti. hic incip. conſue. regn. c. j. §. ſciendum. in titu. qualiter iura. debe. vaſ. §. rei autem, & §. per ſuc. Et propter inueſtituram fidelitate ſubſecuta, videtur quod deberet dominus poſſeſſionem vacuam, de qua fecit inueſtituram, tradere, cum beneficium intelligatur inueſtitura cum traditione, vt in titu. qualiter iura. deb. vaſ. iudi. in fin. primi reſponſi. & argum. in titu. de vlti. volunt. l. ſi quis res ſuas, in tit. de capi. extraor. §. beneficium intelligitur inueſtitura, infra eodem, §. ſi autem controuerſia. in titu. hic inci. conſue. reg. cap. lex Corradi, §. vero. in fin. argum. C. de prob. l. cum res. ff. de actio. emp. l. ſi pater tuus. C. de diſtract. pigno. l. qui prædium. Nec ſufficit, ſi velit præſtare intereſſe, vt in ti. ſi de feu. vaſal. fuer. interpel. §. ſi facta de feudo. & ad hoc q̃d notaui infra eadem ſumma. §. in feudo autem ſciẽdum. Credo tamen ſufficere ſi tradat poſſeſſionem, licet nõ vacuam, quantum ad hoc vt vaſallo ius in re ſit acquiſitum, nam & ſi nonvacua, transfertur dominium, dummodo qualiſqualis inductio interueniat, argum. C. de rei vend. l. ſernum. ff. de cõtrahen. empt. l. cum fundus §. i. ff. de actio. emp. l. Iulia. §. poſſeſſione autem, & ff. de fundo dot. l. dotium, §. ſi fundus, ff. rem ratam, l. ſi indebitum, §. vlt. ff. de publ. ac. l. traditione, ff. de acquiren. rerum domi. l. liber homo, §. quicquid. ff. de pecul. l. eo tempore, §. vltimo.

Vtrum vaſallus ex ſacramento aſtringatur ſi dominus rem non tradiderit. C.XXXVII.

Si filius vaſalli domini dominũ offenderit vaſallo mortuo, filius feudum amittit ſecundum quoſdam: alij contra, (vt in titu. qui debe. ſuccedere in feu. §.quæſitum) ſed hodie altercatio ſopita eſt, vt dicatur quòd feudum amittit, ſi non veniat ad ſatisfactionem. Nam & pater, ſcilicet ipſe vaſallus ſi viueret, & nollet eius filium de ducere ad ſatisfactionem, feudo priuaretur, licèt nõ debeat quis exhæredari pro alieno facto, vt ff. de hæredi. inſtituen. l. paterfamil. in fi. Nam & pro omnibus domeſticis ſuis debet ſatisfacere, ſcilicet infra annum, vt in titu. de feud. & benefic. l. in nomine ſanctæ, §. ſi fortè. argumento, ff. qui & à quibus manumiſ. liberi non fiant, l. vltima in prin. ff. ad Syl. Senatuſc. l. j. & argumento, ff. de offici. proconſul. & leg. l. obſeruare, §. proficiſci. in Lombar. de his qui alios defendere debent, l. ij. §. vltimo ſic eſt etiam contrà, quia dicitur quod quis non debet priuari beneficio ex facto alieno, vt ff. de hæred. inſtituend. l. pater. C de inoffi. teſtamento l. ſi quis ſuo, §. legis. Nam & filius mortuo patre vaſallo, poteſt ſatisfacere pro eo, vt ff. de iure fiſ. l. res quæ. j. reſponſ. ff. ad l. Iuli. maie. l. vlti. ff. de acquirẽda hæredi. l. Pantonius, §. rei. Nam ſemper hæredis intereſt defuncti æſtimationem purgare, vt ff. de iniur. l. j §. quotiens, imo & ſine purgatione filius retinebit, nec priuabitur ex facto patris, ſi dominus de eo vaſallo in eius uita non fuerit conqueſtus, prout notaui infrà eadem ſumma, §. item, ſi potuit remouere vaſallum dominus, & facit ad hoc dictum de domeſticis, id quod notaui inf. ead. ſumma. §. & non ſolum. argumento ff. de re mili. l. qui cum vno, §. qui filium, & §. edictum. Et videtur etiam mirum, quod hic quæritur de amiſſione ſucceſſionis hominis viuẽtis propter leges. ff. de collatione bono. l. ij. §. ſi impuberem. ff. de vulgari ſubſtit. l. ij. §. quiſquis, in fi. ff. de act. emp. & vendi. l. j. ff. de acquirenda hæredita. l. ſi quis mihi, §. iuſſum. Eodem modo ſi cohęres vaſalli dominum offenderit & non ſatisfecerit, non ſuccedat Vaſallo; & ſi ſatisfecerit, ſuccedat, vt in titulo de feudis, & benefic. lege, in nomine ſanctæ, §. præcipimus.

Si filius repellatur, an nepos ex eo admitti poſſit. Caput LX.

Sed quęritur, ſi filius repellatur an nepos ex eo admitti poſſit? & videtur quod poſſit, ſi viuebat tempore delicti commiſſi à patre ſuo, argumento, C. de liber. & eorum libe. l. ſecunda. Idem fortè erit ſi non erat conceptus nec natus, vt nepos ex eo admitti poſſit, (argument. ff. de ſenat. l. emancipatũ, §. vltimo, ſed contraria eſt lex prędicta) ſed iure iſto videtur quod nepos non admittatur eum pater eius amiſerit, vt in titulo, ſi de feud. & benef. vaſal. fuerit interpellat. §. ſi vaſallus culpam. Nam nepos priuari non debet tantum propter ſua merita, ſed etiam propter delicta patris, vt argumen. ff. de bonorum poſſ. contra tabulas. l. ſecunda, §. ſi emancipatus, in fi. argumen. C. de naturalibus liberis, l. vltima. Maiorum enim exempla ei præiudicant, (vt argu. C. de curia. vel cohorta. § primo in fi.) & vaſallus ſibi & liberis præiudicat, licet non cohæredibus, vel domino ad hoc inquire infra, eadem ſumma, §. item amitten. feud. vaſal. §. item ſciendum eſt. Sed illud capitulum, Si vaſallus culpam, poteſt intelligi cum tenens feudum amittit: vnde eius deſcendentes non retinent, vt argum. in titulo, de feu. & benefi. cap. in quibuſdam, §. primo. Sed hic filius non tenebat, ſed ſperabat habere, vnde eius perſona tantum tollitur de medio & ſequens amittitur, argum. ff. de iureiuran. l. vlt. j. reſpon. ff. de duobus reis, l. vlt. in Inſti. de legi. agnato. ſucceſſi. §. placebat, §. ſed nos. C. de legi. hęr. l. defuncta, ff. de ſucceſſio. edicto, l. i. §. quibus, ff. de legiti. tutorib. l. iij. §. non tamen. in Inſtitu. de bono. poſſeſ. §. liber, in fin. ff. de bon. liber. l. ij. & ad hoc inquire in ſumma, ſupra titu. ij. §. ſed pone quod vaſallus, circa fin. & in ſumma, infra de ſucceſ. feu. §. ſed nunquid nepos, & §. quod dictũ eſt ſupra vtrum filii, circa finem. Vel dicatur quod nepos ſuccedat pater eius mortuo vel eo viuo. ſi in eius poteſtate non eſt nam aliud eſſet ſi in eius poteſtate foret, vt per mortem ei non acquiratur ut ff. de bonis, liber. l. quęritur, & l. ſi ex §. j. in fi. & l. quod ſi filius. ff. de operis liber. l. cum patronus. Nã q̃ſita dignitas liberis propter crimen patris auferenda non eſt, vt argum. ff. de riru nup. l. generali. §. vlti. quia nullum delictũ patris obeſt filio, vt ff. de cur. l. iii. §. in filiis cum alicui criminis ſucceſſor non conſtituitur, vt ff. de pœnis. l. crimen nec ex perſonali nota patris debet filius excludi, vt ff. de iure parro. l. diui fratres. j. reſpon. in fi. & §. j. ſimilia etiam inquire infra, eadem ſumma, § ſed quæri poteſt. Item ſi ſcit aſſaltum contra dominum faciendum, & domino mortem imminere, vel captionem, vel grandem iacturam patrimonij, & non denũciauit domino cum potuit, vel cauſam, vel conſilium præbuit, feudum amittit, (argumẽ. ff. ad leg. Pompeiam de parricid l. ii. argumen. in titu. de ſacra. & forma fideli. capit. grauamen & dolorem argu. ff. de his quibus vt indig. l. indignum & l. ei qui. ff. de iure patron. l. ingrat. in Authen. de nup. §. matrem, in fine. argumen. ff. locati & conduct. l. item quæritur, §. exercitu, & in titulo in quibus curi. fina, §. item ſi vaſallus, §. ſed qui in fin. in titul. hic incipiun. conſuetudi. regni capitulo, lex Corradi, §. ſi a morte. (aliud eſt in leui iactura patrimonij argumen. ff. de furt. l. ſi liber. ff. de pœn. l. reſpiciendum, §. furta, argumen. Inſtitu. de excuſa. tutor. §. item propter litem, in princip. ff. de dolo, l. ſi quis affirmauerit, in fin. Lombar. de furtis l. ſi quis ſuper. ff. de in integrum reſtitutione. minorum. l. ſcio. argument. ff. de iniuri. l. ait prętor, §. præterea, & l. non ſolum, §. quanquam. Sed & quibuſdam argumentis videtur, quod etiam propter minimam rem vel iacturam. argument. in Inſtitutio. vi bonorum, rapto. in fin. primo reſponſo, ff. vi bonorum rapto. l. ſecunda, §. & generaliter, in Authentic. vt omnes obedi. iudici. §. i. in Inſtitu. de rerum diuiſio. §. gallinarum. Sed quid ſi potuit facere ne incideret dominus in periurium, cum tenebatur dominus dare aliquid ſub ſacramento, & non fecit vaſallus, an ideo amittat feudum? Reſpondeo q̃ non (vt in titulo, ſi de feu. vaſal. fuerit interpel. §. inde quęſitũ in tit. hic incipiun. conſue. capitulo, lex Corradi §. ſi vaſallus poterit) quod licet vaſallus teneatur domino ſeruitutem p̃ſtare, non tamen tenetur debitum ſuum exſoluere nec pro eo cauere, niſi pro delicto teneretur in vinculis, argumen. ff. de liber. agnoſcen. l. ſi quis, §. parens quamuis, C. ne filius pro patre, l. vlti. argumen. C. de actio. & oblig. l. ob cauſſas in verſ. ſi quemlibet. in titu. in quibus cauſ. feud. amitta. §. exhæredationis. argumen. ff. de adminiſtra. tuto. l. cum plures, §. cum plures, §. cum curator. ff. de curato. furio. l. conſilio. Et erunt leges prædictæ in argumentum, quod vaſallus, licet debeat ſeruire cum perſona, non tamen cum rebus. Ad idem eſt argumẽtum ff. quod iuſſu, l. dominum. C. de pactis dotali. l. hac lege ſed ſunt argumenta, quod vaſallus poſtquam perſonaliter tenetur adiuuare, multo magis cum rebus. vt argument. C. in quibus cauſ. colo. cenſi. l. ij. li. x. & C. qui potio. in pignor. haben. l. aſſiduis. ff. in quibus cauſ. pignus tacite contraha. l. ſi gratuitam, §. ſi quis. C. ne fideiuſ. dotium dentur, l. ij. argum. C. de ſacroſanc. Eccleſi. Auten. ingreſſi. Nam & qui ius non habet in rebus alterius, multo minus in perſonam ipſius, vt argu. C. de agentib. in reb. l. ex eo. j. reſpon. in fin. & circa hoc poterunt inquiri argumenta, ſupra in proxi. ſumma, §. dicitur autem beneficium, vbi quęritur an vaſallus debeat ſeruire ſuis expenſis.

Vtrum vaſallus teneatur dominum egenum alere. Caput LXI.

Item ſupra dicta argumenta poſſunt induci ad queſtionem, vbi quæritur an vaſallus teneatur, vel non teneatur dominum egenum alere; ſed quod debeat alere poſſunt & alia argumenta induci. (ff. de agnoſcen. libe. l. ſi quis a liberis, §. ſolent iudices, & l. vlt. C. de operis libert. l. j. in fi. argum. C. de reuocan. donatio. l. j. in Auten. vt cũ de appel. cognoſci, §. cauſſas, in verſicul. ſi quilibet. ff. de vſufructu. l. loci, in princip. & l. ſed & ſi quid, §. primo, ff. de religioſi. & ſumpti. funer. l. prima, §. ſi in vſufructu, in fin. argumẽ. ff. de petiti. hæredita. l. ſed & ſi lege, §. conſuluit in Lombard. de donatio. quæ cum Thinga. vel Lannechil. l. ſi quis (& maxime vſque ad quantitatem fructuum feudi. argument. in titu. de feud. & benefi. l. de militum, §. vltimo, C. de bonis matern. l. j. & de bonis libertorum. l. vltima, §. vbi autem voluntas. argumen. ff. ſoluto. matrim. l. ſi cum dotem, §. ſi nautem, §. in ſæuiſſimo. argum. ff. de aliment. leg. l. ſi vnus, in fin. argu. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. ex annuo, vel medietatem fructuum pro cauſſa exercitali, vel pro corona regis ſuſcipienda, (vt in titulo, de feudis, & benefici. l. & imperialem decet, §. firmiter, & l. ad hęc quæ allodium. §. & vt æquitas, & l. de militum, §. primo, ſupra titulo primo §. illud vero, argumentum Lombardi. de eribannis, lege ſecunda,) vel duodecim. denariorum pro modo ſi vaſallus eſt Lombardus: ſi Theutonicus, tertiam partẽ fructuum, vt

in tit.

Source : BIU Cujas

in titulo hic incip.conſue.regni,c.hæc ſunt capitula,§.ſimiliter.& facit etiam ad hoc,quod notaui ſupra proxima ſumma,§.& vt ſecundum. Nam in dubio melius eſt impendia fieri,quam denegari alimenta ei,qui dominus bonorum,ali quo caſu futurus eſt, vt ff.de ventre in poſſeſſio.mitten.l.prima,§.ſed & ſi incertum) & ſi hoc deberetur,ſimiliter dominus deberet vaſallum alimenta petentem alere in neceſſitate,ſed eo recuſante,ab omni beneficio, quod in vaſallum habet,priuetur,argumen.ff. de agnoſcen.liber. l. alimenta, primo reſpon.ff.de bon.liber.l.ſi patronus non aluerit,ff. de iure patrona.l.diuus Claudius,C.de Latina liberta. tollen.l. prima,§.ſcimus.vnde dominus Py. ſcripſit in ſumma, C. de alen. libe. §. vltimo, quod vaſallus & dominus ad inuicem tenentur ſe alere. Nam milites debent ali a Republica quã tuentur & defendunt & adiuuant contra hoſtes, vt notaui in ſumma,infra de pace tenen.circa princip.hoc tamen nũquam audiui fieri,nec conſuetudine videtur obtentum.Vnde dicamus quod non teneatur vaſallus alere, & præcipue, (argumen. ff. de admi.rerum ad ciuit.petinen.l.tertia, §. penultimo,& ff.vbi.pupil.educa.debe.l.tertia, in fine) vel niſi dominus pro facto vaſalli conſumaſſet bona ſua,argumento ff.de decurio. l. decurionibus. & ad hoc ſunt argumenta infra eadem ſumma,is poſſet quęri,in fine) vel niſi eſſet legatus Apoſtolicæ ſedis,qui adiuuandus eſt in ſuis neceſſitatibus a ſubiectis,vt in titulo de ſacramen.& forma fide.cap. ego epiſcopus,§.legatum. argumen. in titulo extra de ſimo. c.& ſi quęſtiones.

Vtrum, ſi dominus habuerit prælium campeſtre non mortuus, neque ad mortem vulneratus, & vaſallus eum in prælio dimiſerit, amittat feudum. *Cap.* *LXII.*

Si dominus habuit pręliũ campeſtre non mortuus nec ad mortem vulneratus, & vaſallus eum in prælio dimiſerit & cum eo non laborauerit cum potuit,feudum amittit,vt in c.primo, primo reſponſo,& in titu.qualiter vſus benefi.ſit tenen.§. ſi quis miles beneficium, in titulo in quibus cauſis feudum amitti. §. item qui dominum.& in titulo de feudis & bene.l.quicunque igitur,§.hoc etiam præcipimus,& l.vaſallus.argumen.ff. locati & conducti,l.item quęritur,§.exercitu, argumen.in Lombar.de publi.crim.l.penul.in l.Alemanorum,c.xciiii.§. ſi qua in exercitum.argumen. ff.de damno infecto,l ſi finita,§.ſi qui metu.argumen.ff.de re milita.l.tertia,§.vltimo, & l.omne delictum,§. vltimo. Nam qui obſequiis ſuis liberalitatem domini prouocauit ad feudum dandum, non eſt dignus quod eum retineat,cum cœpit obſequia negligere, argumen.C. de reuocan.donati.l.prima. & ingratus eſſe,vt ff.de iure patrona.l.ingratus,niſi periculum iure ei vedeatur imminere, argumen.ff.de operis liberto.l. hæ demum, in princip. cum mortifere vel grauiter eſt vulneratus,vt argumen.ff.ad ſenatuſcon.Syllanian.l.ſecunda,§.penul. nec intelligitur dimiſiſſe dominum,qui cauſa ſuæ ſalutis dimiſit,vt argumen.ff. de acquirenda poſſeſſio. l. interdum,§.primo, in fine. vel cum non poſſet adiuuare (vt ff. de damno infecto,l.ſi finita,§. ſi quis metu)non turpi de cauſa,ſed timendo crudelitatem tyranni(ut argumen.ff.quibus ex cau.in poſſeſſio.eatur. l.Fulcinius,§.quid autem ſi.& facit ad hoc,quod notaui infra eadem ſumma,§.& licet teneatur vaſallus)vel propter valetudinem parentum vel affinium,vel quia neſcit adhuc vti militia,cum pro milite adiuuat(argumen.ff.de re milita, l. qui cum uno,in fine)vel cum non potuit reſiſtere, vt argumen. ff.de re milita.l.omne delictum,§.vltimo. Seruus vero cum dominus occiditur, vel periculum mortis domino imminet,debet ferre opem armis, manu clamorib. corporis obitu,vt ſuam ſalutem ſaluti domini non anteponat,alioquin vltimum ſuplicium patiatur(vt ff.ad ſenatuſcon. Syllanian. l.ii.§.ſerui quotiens,§.potuiſſe,& l.cum dominus) attamen ſalus domini non eſt committenda arbitrio ſerui eius, vt ff. de quæſtio.l.vnius,§.ſeruo.ſed ſi ſit appetitus & non occiſus dominus,ſenatuſconſu.non habet locum,ſed ipſe dominus poteſt in eum animaduertere,ff.ad ſenatuſcon.Syl.l.& ſi certus,§.vlti.Si vero vaſallus tulit domino auxilium, intelligitur non ſolum qui ſeruauit dominum hoc eſt,qui opem tulit vt ſaluus eſſet dominus,puta adiuuando corpore,terrendo aggreſſorem,ſed etiam qui exclamauit, vt aliqui venirẽt in adiutorium,& hoc in caſu dominus ſaluus factus ſiue interfectus.Non tamen tuliſſe opem intelligitur,qui clamauit tantum & potuit manu depellere,vel qui ſe vulnerauit, vel languorem ſimulauit, vt non videatur eſſe in culpa, argum ff.ad ſenatuſcon.Syl.l.ii.§.pen.ff.de re mili.l.omne delictum, §.exploratores,& §.vlti .qui enim ſi ſolicitauerit,ab alio veniam non meretur,vt.ff.de re mil.l.qui cum vno,§.qui filiũ.

Vbi vero plures domini ſunt qui indigent ſeruitio vaſalli, tunc uaſallus ferat opem omnibus ſi poteſt,cum tam labor quam pecunia diuiſionem recipiat,ut ff.de annuis le. l. Seio amico,primo reſpon.non in corpora vel in partes,ſed in numerum,vt ff.ſi certum petatur,l.nam & ſi fur.fine.ff. de condict.indebi.l.pœnę,§.ii.& ult.ff.de uerb.oblig.l.in ſtipulationibus,§.j.& l.ſtipulationes non diuiduntur,primo reſponſo. Nec tunc debet vni gratificare vtroque dominorum inſtante(argumen.ff.de bonis auctori.iudi.poſſiden.l.ſi non ex.§.ſi vterque) & ſi nõ poteſt opem ferre omnibus, ferat antiquiori,quia potior eſt,vt in titu.de feudis & bene.l. imperialem, § illud quoque,de quo notaui infra eadem ſumma,§. excuſatur etiam ſi uaſallus. & ſi ſunt æquales, puta duo fratres, adiuuet quem uelit,nec imputetur ei ſi unum elegerit,argumen.ff.de acquirenda hæredi.l.ſi ſeruus communis, ff. ad ſenatuſcon.Syllan.l.ſi quis,§.ſi cum omnes,& in titulo hic incip.conſue.regni,c.primo,§.contra omnes.in fi. Sed ſi uterque dominorum petat auxilium uaſalli,adiuuare debet uaſallus illum dominum,qui primo ei denunciauit,argumento C.de teſtam.manumiſ.l.ultima,§.ſi autem deeſt.C.de cõmuni ſeruo ma.l.prima,§.ſin autem vno.argumen.ff.de leg. l. ſi pluribus, in fine, ff. de noxa,l.ſi quis a multis.ff qui potiore in pigno. hbean.l. qui potior.in princip. ff. de pecul.l.ſi uero.Et multo magis debet adiuuare eum qui denunciauit, quuam alium qui non denunciauit, licet ſciuit uaſallus ei periculum imminere, & ſi cauſa defendendi alium dominum,uel pro ſeruitio alterius domini ſui dominum offenderet,quem ſine fraude ante habueritnon punitur, ut argumen.ff.de iniur.l.ſi unus,§.ſi iuſſu,in fine.& in titu. de fudis, & benefi. l.imperialem,§.illud quoque,quod intelligo cum adiuuat eum qui iuſte deprecatur, ſcilicet ad defenſionem, & ad guerram iuſtam,ut potiora iura videatur habere quã alius dominus qui incipit,& guerram iniuſtam, appræhendit,argumen. in Inſtitu. de his qui ſui uel alieni iuris ſunt,§. penul.C.de edict.diui Adria.tollen.l.iii.& in ti.hic incip.conſue.regni,circa princ.ff.ſi quadru.l.prima,§.cum arietes.ff.ad legem Aqui.l.v.in principio,& l.ſcientiam,§.pen. argumen. ff.ad ſenatuſcon.Syllania.l.ſi quis,§.iii. Vel forte non tenetur aliquem fratrem adiuuare, ut argumen. in titulo de feudis & benefi.l.ſi imperialem,§.præterea Marchia,in fi.argumen.ff.de operis liberto.l.hære.§.primo.& circa hanctu riam inquire infra de ſucceſſi.feudi. §. dubitari conſueuit, & §.ſi dominus decedit.Sed quid ſi ſeruus habet feudum ali cuius acquiſitum ab alio,nunquid debet ſeruire utrique,vel cui potius? reſpondeo, circa hanc quæſtionem require in ſumma,in titulo de ſucceſſi. feu §.ſed quæritur ſi datum fuerit feudum ſeruo,& §.ſimilis quæſtio poteſt notari.

Vtrum vaſallus alicuius vniuerſitatis, vel collegij, ſeu corporis teneatur adiuuare aliquem ſingularem hominem de vniuerſitate, vel rectorem, an ſolum ipſam vniuerſitatem. *Cap.* *LXIII.*

Vbi vero eſt vaſallus alicuius vniuerſitatis,uel collegii ſeu corporis, non tenetur adiuuare aliquem ſingularem hominem de uniuerſitate,uel rectorem, ſed ipſam uniuerſitatem,argum.ff.de rerum diu.l. iterum §. uniuerſitatis,ff.de in ius uocan.l.ſed ſi hac,§.qui manumittitur,ff.quod cuiuſque uniuer.nõ.l.j.& ii.& l.ſicut,§.j.in Inſtit. de rerum diui.§.uniuerſitatis,argum.ff.de libertis uni.l.i.ff.ad ſenatuſconſ. Trebell.l.omnibus,ff.de quæſtion.l.j. §.ſeruum municipum. abſtinere tamen debet ab offenſione rectoris, uel alicuius ſingularis rei,alioquin feudo priuetur,arg.in ti de feudis & benefic.c.in quibuſdam.Nam & alias contingit quod quis non tenetur ſeruire,ſed ab offenſione debet abſtinere,ut ſupra notaui in eadem ſumma,§.præterea ſi refutauerit.uel dic quod ibi loquitur in prælato collegii eccleſiaſtici,uel clericis eiuſdẽ:aliud ĩ uniuerſitate, uel alio collegio ſeu corpore.Nam pręlatus uel eps caput eſt eccleſię,cui prĩcipaliter uaſallus eſt obligatus,ut in ti.de ſac.& for.fide.c.cũ cleriei.Nam & ex delicto plati priuatur eccleſia feudum ui uit plat̃us,ut in ti.hic inci.conſu.reg.c.hæc ſunt capitula.§. & iterũ.Sufficit ẽt uaſallo ad excuſationẽ ſui, ſi denũciet rectori uel prælato ut inueſtiatur, quamuis conceſſionem nõ habeat,habet tamẽ procurationẽ,ut ar. ff. quod ui aut clam,l.

Source : BIU Cujas

prohibere, §. ſecundo, & l. autem, §. item ait. & ad hoc eſt ſupra eadem ſumma, in titulo primo, §. quid ſi vaſallus eſt alicuius vniuerſitatis. Eodem modo poteſt dici quod ſi vniuerſitas vel collegium habeat feudum, & aliquis ſingularis homo de vniuerſitate offendat dominum, quod vniuerſitas propter hoc feudum non amittat, argumento prædictarū ll. non ergo vniuerſitas de facili dolum committere poteſt vel conſentire, niſi dicamus quod vniuerſitas vel collegium puniatur ex facto adminiſtratorum, quo caſu punitur vniuerſitas, ſcilicet durante vel viuente adminiſtratore, & eo mortuo redeat feudum ad collegium, vel vniuerſitatem, argumento, ff. quod vi aut clam, l. ſed ſi ex dolo, §. primo, ff. de acquirenda poſſeſſio. l. prima, in fine, ff. de lib. vni. l. prima ff. ad ſenatuſcon. Trebe. l. prima, §. ſi autem collegium, & l. omnibus, ff. de orig. iur. l. ſecunda, §. deinde quia difficile. & in titulo hic incip conſue. reg c. hæc ſunt capitula, §. & iterum ſi clericus, argu. in titu. de cap. extraor. §. beneficium pate. §. cū feu. §. ſi aliter, & §. vlti. & in ti. de feudis & bene. c. in ſtatutis. c. in rebus in quibus. argum. C. de vſurpa. l. aduerſus. in Auth. vt cum de appel. cognoſci. §. generalem. vbi tamen prælatus vel actor collegii vel vniuerſitatis non petit inueſtituram, vel aliquis de collegio ſeu vniuerſitate, infra annum nō priuatur collegium feudo, vt argumen. ff. de bono. poſſeſ. l. iii. §. a municipibus.

Si vaſallus eſt plurium, dominorum vtrum omnes teneatur adiuuare, & ſi non adiuuat, amittat feudum. Cap. LXIIII.

Si vero vaſallus eſt plurium do

minorum, tunc tenetur adiuuare omnes ſi poteſt, vt ſupra eadem ſumma, §. vbi vero plures, notatum eſt, & ſi contra vnum faciat vel eum non adiuuet, amittit feudum pro parte illius domini, veruntamen hodie non cogeretur habere niſi vnum dominum, vt argumen. ff. ad ſenatuscon. Syllan. l. ſi quis in graui, §. ſicut omnis. ff. vſufru. quemadmod. caue. l. ſi vſusfruct §. vltimo. & in titu. de feudis & benefi. l. imperialem, §. præterea Marchia. in ti. hic incip. conſue. regni, ca. lex Corradi, §. ſi vaſallus contra conſtitu. argum. contra, ff. de arbit. l. non diſtinguemus, §. cum in plures. Et quod d. cū eſt quod hodie non cogitur habere niſi vnum dominum, intelligi poteſt vt non patiatur pœnam ſi contra vnum faciat, niſi omnes conſentiant in actione vaſalli, argum. ff. de ædilitio edi. l. quod ſi nolit, §. ſi plures, & §. Marcellus. ff. qui & a quibus manumiſ. liberi non fiant, l. ſi quis, §. vlt. ff. de in diem addie. l. intereſſe, §. vltimo, & l. quod ſi vno. & ad hanc materiam require in ſumma, infra de ſucceſ. feudi. §. ſed vbi dominus non aſſignauit, §. quæritur an teneatur cuilibet inſolidum. in eadem ſumma, §. ſi cum plures, & §. vbi autem vaſallus qui alienat plures, & §. vlt.

Vaſallus non cogitur adiuuare dominum, niſi iuſtum bellum moueat. Cap. LXV.

Et debet adiuuare dominū va

ſallus ſi guerram iuſtam faciat, alioquin non cogitur, ſed volens admittitur, ſicut non cogitur adiuuare dominum excommunicatum, vel bannitum, vel hæreticum, vel eum dominum, a quo vaſallus a ſacramento ſit abſolutus, vt tamē principali domino non faciat præiudicium, qui non eſt in culpa, argum. in decre. xi. q. iii. c. non ſemper, §. ſi dominus ei iuber. & in ti. extra de elect. & electi poteſtate, c. venerabilē, §. nunquid. in titu. de ſacra & forma fide, c. a fidelitate, c. nos ſanctorum, c. iuratos, c. ſi dominus temporalis, & ca. abſolutos. in ti. de priuileg. eccle. l. ad honorem, §. ſi vero dominus, in titulo de feudis & bene, l. imperialem, §. illud. in tit. hic incip. conſue regni, primo reſpon. argum. ff. ad ſenatuſcon. Syllan. l. ſi quis, §. ſi tamen. in Lombar. de excommuni. ab epi. c. j. in Lombar. de fur. l. & comes. de hęreti. & Manichę. l. Manichęos, §. vlt. quia ab omni beneficio debent eſſe expertes, argum. in Auth. de priuile. dot. hæret. mulier. Veruntamen domino excommunicato, vel bannito, vel hæretico ad fidē vel ſatisfactionem veniente, recuperatur priſtinum ius, vt inde de medio tempore non conqueratur, argum. in Auth. vt cum de appella. cognoſci. § generalem. in Authen. de Samaritanis, §. tamen ſi eadem, & in titulo de pace Conſtan. §. poſſeſſiones quas. & in titulo de feudis & benefi. l. imperialem, §. inſuper, §. illud quoque, in titulo de ſacramen. & forma fide. c. ſi quis laicus. Sed forte nec dominum infamem cogetur adiuuare, quia ab omni priuilegio, & beneficio eximitur, ſed non a muneribus & oneribus, quia immunitatem habere non debet, cum reatus omnem honorem excludat, & cum pœna concomitatur criminoſum, & non dignitas, vt C. de decurio. l. nec infamis, & l. ne quis officialiū, C. vbi ſenatores, l. prima, ff. de interdict. & relega. l. relegatorum, §. vltimo. & nemo ex delicto efficitur precioſ. or, vt ff. ad legem Falcidiam, l. precia rerum, primo reſponſo. & facit ad hoc in ſumma, ſupra titulo primo, §. feudum autem dicitur, & §. idem poteſt, & in titulo qualiter iurare debe. vaſalli. §. ex ſacramento, & infra eodem, §. excuſandus eſt vaſallus.

Vtrum vaſallus ſolum teneatur adiuuare dominum, & an de facto ſuo, an de alieno, videlicet amicorum domini, pupillorumque, & adultorum. Cap. LXVI.

Et non ſolum videtur quod va

ſallus debeat adiuuare dominum de facto eius, ſed etiam de facto amicorum domini, & pupillorum, & adultorum ſi ipſe velit, & maxime familiaribus, videlicet pro liberis miſterialibus, & vxore & econtra, vel pro patre, vt argumento ff. de vſu & habita. l. plenum, §. ſi Sabinus, §. ſi vſus. argumē. ff. de verborum ſignifica. l. licet, §. primo, ff. de ritu nup. l. filio fami. ff. ad ſenatuſcon. Sylla. l. prima, §. domini appellatione etiam filiusfam. l. ſi quis in gratia, §. ſi cum omnes, in fine, argum. de quæſti. l. de minore, §. primo, C. de quæſti. l. ſecunda, ff. de excu. tu. l. libertum, in princip. & §. primo, ff. quæ in fraudem credi. l. ſi pater filio, ff. de liberali cau. l. vltima. §. vltimo, ff. de donatione inter virum & vxorem, l. ſi quis pro vxore. argumen. ff. de officio præfe. vrb. l. prima, §. cum patronus, argumen. ff. de operis liberto. l. ſi libertus artem, ff. de legatis iii. l. cum quæritur, §. primo, ff. de penu le l. iii. in princip. & §. ſed quod, & l. iiii. § primo, ff. de auro & argento lega. l. vxori ſi quis, in fi. ff. de vulgari ſubſtitu. l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de manumiſ. l. iiii primo reſponſo, ff. de precar. l. cum precario, ff. quod vi aut clam, l. aut, §. ſed & ſeruus, ff. de in ius vocan. l. ſed in hac, §. vltimo, ff. quibus ex cauſis maio. l. ergo. in Lombar. de homici. libe. homi. l. ſecunda, & l. ſi homo occiſus, C. de tranſactioni. l. tranſactionem que. C. ad legem Iuliam maieſta. l. quiſquis primo reſponſo. C. de rapuirgi. l. prima, in Authen. quo op. mili. miſt. facere. §. hoc autem. & debet adiuuare contra omnes ſaluo ordine ſuo, dignitate, hac honeſtate, vt non ſolum contra extraneos, ſed etiam contra domeſticos, & filios & fratres, vt in titulo hic incipi. conſue. regni, capit. primo, §. contra omnes. & in titulo de feudis & benefic. l. imperialem, §. inſuper. in titulo de ſacramen. & forma fide. capi. ego epiſcopus, §. Papatum. ff. de operis liberto. l. eius, §. primo, & l. hæc demum, ff. ad ſenatuſcon. Syllania. l. prima, argumen. contra ff. locari & cōdu. l. qui inſulam, §. vltimo. & circa hanc materiam inquire, argum. quæ notantur in ſumma infra de pace tenen. §. ſed ſi poſt compoſitionem. in titulo qualiter iurare debe. uaſal. §. generaliter. & §. nunquid, & ſupra eadem ſumma, §. quæri poteſt, infra eodem, §. ſed quid ſi dominus, in fine, & §. quod dictum eſt. Nam uaſallus tenetur pro domeſticis ſuis, & filiis, & vaſallis ſatisfacere, vel eos deducere ad ſatisfactionem ſi poteſt, vt plenius notaui ſupra eadem ſumma, §. item ſi uaſallus dominum vaſalli, §. item ſi filius vaſalli.

Vtrum ſufficiat vaſallo, ſi paratus eſt ſeruire domino quando ei denunciatur, licet non offerat ſeruitium. Cap. lxvij.

Et licet teneatur vaſallus domi-

num adiuuare, non tenetur offerre ſeruitium, ſed ſufficit ſi paratus eſt ſeruire ſibi ſi denuncietur a domino, vel eius procuratore, vel actore, ſeu ſeruo (argumento ff. ad legem Iuliam de adulte. l. ſi denunciaſſe. primo reſponſo, & §. ſed propter) vel ſufficit etiam a quocunque denunciatum ſit, argumen. ff. de adminiſtrat. tuto. l. quidam, §. ex quo innotuit. ff. de petitione hæredi. l. item veniunt, §. a quo denunciatum. Vnde ſi ſteterit etiam per multa tempora, quod domino non ſeruierit, non tamen feudum amittit, niſi ſciuerit dominum in clauſtro recluſum, vel aſſalitum (vt in titulo ſi de feudo uaſallus fuerit interpel. §. & ſi in omni, & §. licet in titulo qualiter uſusfruct. benefic. ſit tenen. capitulo ſancimus

Source : BIU Cujas

cimus vt nemo miles,in fine, primo reſpon.in titulo hic incipit conſue.regni,c.lex Corradi,§.non cogitur,in Lomba. de his qui ad patriam defen.l.j.ii.& iii.argumen. quorum le. l.ſecunda,§.primo,ff.de operis noui nunciat.l. de pupillo,§. qui opus,C.de fideicom.liber.l.ſi volunt,in fine, C.de euict. l.emptor,& l.ſi parentes,in fine,ff.de actio.empt.l. emptorē, §.denique,ff.ut leg.ſeu fideicommiſ.ſeruan. l. prima, §. non igitur,ff.de colla.bono.l.ſi quis,§.ſtipulatio,ff.de operis libe. l.cum patronus,primo reſpon.ff.de verborum obliga.l.ſi ex legato, in fine, l. interdum , in fine primi reſponſi, ff. quibus ex cauſis maior. l. item ait, in fine) quia vbicunque vaſallus ſenſerit dominum periclitari,debet ad prohibendas inſidias concurrere, vt argumen.C.de his quibus vt indig.l.vlt. in fi.ſine tamen periculo vitæ(argumen.ff. de operis libert. l.hæ demum,in prin.ff.de acquirenda poſſeſſio. l. interdum, §.primo,in fi.)licet pericula vaſalli eſſent remuneranda , & præmiis hortanda, argumen.ff.de iure immu.l ſemper,§.negociationes.aliud in ſeruis, vt notaui ſupra eadem ſumma, §.ſi dominus habuerit.vel refert vtrum negligat obſequium neceſſarium, quo caſu ingratus dicitur, vt argum.ff. de iure patrona.l.ingratus.aut non neceſſarium,quo caſu priuatur beneficio, argumen.C.de libera.cau.l.ſolo.ſed aliter puniatur iudicis officio, argumen.§.de iure patrona.l.prima.Et licet debeat ſeruire quando denunciatum eſt , debet tamen cum aliqua moderatione temporis, ſi dilationem commodam capere poſſit(argumen.ff.de colla.bono. l.ſi quis,§.vltimo,ff.de feriis,l.prima,in fin.)vt cibaria præparet ſibi(argu. ff.de operis liberto.l.quo metu,& l.aut certe,& l.operarius) vt parciſſime ſpacium temporis det dominus, vt argumen. ff.de re milita.l.officium, §. primo, nec poterit moræ adnumerari,ſi optima ratione differat,vt argumen. ff. de vſuris.l. ſciendum . Aliud ſi cauſa fraudandi dominum ſeruitio, argumen.ff.de vſuris,l.ſi modo. non debet enim dominus eſſe nimis auſterus, vel acerbus , vel contumelioſus exactor, ſed moderatus,& cum efficacia benignus, & cum inſtantia humanus,nec vaſallus nimis delicatus(argumen.ff.de pign. actio.l.ſi ſeruos,in fine,ff.de vſuris.l.ſi bene.)& vt ſeruiendo continue non teneatur ſeruire,ſed otium habeat & meridiano tempore conquieſcat, & omnia temporis ſpatio libera ſint his,quæ ad curam corporis ſunt neceſſaria,argum.C.de excu.artificum,l.prima libro xii.ff.de operis liberto l. medicus lib.& l.cum patro.§.vltimo,& l.operarum, C.de teſta.l. cum antiquitas, §. primo. neque enim liberum eſſe virum homini,ſemper laborare,vel ſemper vacare, cum permutatio & varietas mentem humanam delectet (ut in Authen. de ordine ſeden.§.ſi quem autem, in fi.) nec omne momentum exigendum eſt,vt argumen.ff.de condi. & demonſtra.l. ſi quis ita legarit.Veruntamen ſi præſtare debet diurnas operas,nō incipiat a ſexta hora diei,uel ultima hora,ſed mane, argumen.ff.de annu.lega.l.ſecunda,ff.de operis liberto.l.operas ſtipulatus,in fine,ff.quando appella.ſit,l.prima,§.dies.& non cogatur die noctuque operari , ſed moderate deſiderentur ex bono & æquo,argumē ff.de ædilitio edicto,l.ſi quid, ff.de verborum obliga.l.continuus,§.ſecundo. nam & quotidianum dicitur, quod quotidie fit vel fieri poteſt:ſi aliquo momento temporis non fiat,argumen.ff.de aqua quotidia. & æſti.l.prima,§quod autem ſcriptum.Iudices tamen pedanei debent ſedere ad ius reddendum matutino tempore, maxime meridie & veſpere,ut in Authen.de iudicib.§.ſedeunt.magiſtratibus tamen eſt inconueniens in publicum eſſe temporibus veſpertinis,ut ff.de origine iu.l.ſecunda, §.& quia magiſtratibus.

Quibus cauſis vaſallus debet ſeruire, & offerre ſeruitium domino, quamuis ei non ſit denunciatum. LXVIII.

Quædā tamen argumenta ſunt, quod vaſallus debeat ſeruire & offerre ſeruitium domino, quamuis ei non ſit denunciatum(vt argumen.C. de contrahenda ſtipulatione,l.magnam,C.de emphy.iu.l. ſecunda,ff. de fideicommi.libertati.l.ſi quis rogatus,ff.de lege commiſſo.l.dubitat)ſed aliud contingit ratione diei appoſitæ, vel fauore libertatis. Vnde demum,cum nominatum fuit ſeruitium vaſallo & ei denunciatum, debet ſeruire non obſtantibus prædictis argumentis,& ad hoc eſt argumen.ff.de operis liberto.l.ſi quis hac,§.iudicium , & l. cum patronus , primo reſponſo,l.quotiens,in fine, ff.de uerborum obl.l.interdum puta,in fine,primo reſpon.Si vero eſſet denunciatum & non exhiberet ſeruitium,feudum amitteret, vt prædictū eſt,& argumen.in Lomba.de his qui ad patriam,l.ſecunda, niſi poſtea dominus beneficium ſuſceperit ſponte,argumē. in titulo de feudis & bene.l.quoniam interdum,in fine,arg. ff.de arbi.l.Celſus,ff.de eo quod certo loco,l.vltima,C de pactis,inter emptorem,l.commiſſionis, ff. de lege commiſſo.l. de lege,§.vltimo,& l.poſt.ff.de minoribus,l.Aemylius.§. pe. ff.manda.l.ſi uero non remunerandi , §. ſi mandauero,in fine,C.de iure dominii impe.l.ſecunda,argumen. C. de vſur. l.quamuis paſſa,C. familiæ exciſcun. l. in ipſius , niſi dominus ſuſcipiendo ſeruitium dixerit , ſaluo iure ſuo forte cauſa adiecta,uel aliqua commemoratione facta,argumen.ff. ad legem Iuliam de adul.l.qui vxori,& l.denunciaſſe,in prīcipio,& §.quid ergo,& argum.ff.quibus modis pignus , uel hypothe.ſolui.l.ſi debitor,§.primo,C. de his qui ſponte publi.munera ſub.l.prima,in fine,libro x. ff. ad legem Aquil.l. ſi ſeruus ſeruum,§.ſi calicem , ff. de bonis liberto. l. ſi pater exhæredato,argum.ff.de concubinis,l.iii.ff.de agnoſcen. lib. l prima,§.quendam,in fine,ff. de religioſis & ſumptibus fune.l.ſi quis,§.ſed interdum,in fine,ff.de ædilitio edicto,l.ſi tamen,§ cum redhibi.& in titulo extra de regu.& ingre.ad reli.c.conſulti,in fine,ff.de acquirenda hære.pro hęrede,§.primo,in titulo extra quod metus cauſa,c.j.§.j.ff.de pactis,l.iu riſgen.§.quod fere,ff.nautę,caupones,ſtabula.l. debet, j. reſponſo,in fine,& extra de cenſi.c.olim,§.j. Hodie autem uidetur quod propter conſtitutionem Henrici in titulo de feudis & benefi. l. de multum,§.primo,quod uaſallus in omni anno ſeruire debeat domino,alioquin feudum amittat,niſi forte occaſione guerræ uniuerſalis non exhibuerit ſeruitium,vt in titulo de pace Conſtan.c.vaſalli qui tempore, & c. etiam,in titulo de feudis & benefic.l.vaſalli qui tempore. Sed poteſt intelligi,quod in omni anno debet ſeruire ſemel ſi ei ſeruitium impoſitum fuerit & ei denunciatum,& tunc ſi non faciat , feudum amittit, vel id redimat per medietatem,quod tūc valuerit feudum. Si vero intra annum ſeruierit,quod ſit leuiſſimum , & dominus aliud ſeruitium impoſuerit,& vaſallus neglexerit,& dominus inde damnum paſſus eſt:tunc damnum a vaſallo præſtetur vſq; ad fruges feudi,vel vaſallus,ſi ſe defendere voluerit , per duos vel ſaltem vnum parem offerat,qui hæc dicant, & cum eis iurent , vel ſi pares non habuerit,tunc ſeruitia nominet,& ea feciſſe,& intra annum ſeruiuiſſe iuret cum duobus vel tribus parentibus . Si autem intra annum concorditer ſe habuerit cum domino , ſcilicet ſępe videndo dominum , tunc dicimus vt probet per teſtes ſe ſeruitium feciſſe , vt in dicta l. de militum,§.primo & ſecundo.

Quibus ex cauſis excuſetur vaſallus a ſeruitiis præſtandis domino ſuo Cap. LXIX.

Excuſatur autem vaſallus ſi nō ſeruierit domino , ſi propter ætatem vel infirmitatem ſteterit quod non ſeruierit, vt in titulo ſi de feudo vaſal. fuerit interpel.§.ſi quis deceſſerit,argumen.C.de fun.patrimo l.ſecūda, libro xi. Infantis & ægrotantis atque hominis dfectæ ſenectutis nullum eſt ſeruitium, vt ff.de vſufru.l.arboribus, §. de illo,argum.ff.ad ſenatuſcon.Syllan.in l.ii.§.impubes,& l. ſi quis in graui,in fine,§.ignoſcitur,& l excipiūtur,ff.de operi.ſeruorum,l.vlti.§.j.licet impuberis aliquæ poſſint eſſe operæ,vt ff.de rei vendic.l. cęterum,vt illas quas poteſt cogatur præſtare,argu.ff.ad ſenatuſcon.Sylla.l.excipiuntur,argumē. ff.de operis libe.l.ut iuſiurandi,§.dubitatur, ff.de liberali cā. l.ultima,§.ultimo.& ad hoc facit quod notaui in ſumma infra qualiter iurare debe.uaſal.§.fidelitatem non iurauit. Nā ſeruire ītelligitur, qui egenus curatur,cum cupit ſeruire,& propter aduerſam ualetudinem impeditur,unde excuſatur. argumen.ff.de operis liber.l.medicus liberti,& l.nec audiēdus,& l.interdum,in prin.argum.ff.de uſufru.leg.l. operis teſtamento,ff.de arb.l.licet,ff.de alie.iudicii mutandi cau.fac. l.non ſolum,§.ſi quis autem,ff.ſi quis cautionibus,l. ſi quis iudicare.ff.quibus ex cauſis manumit.l. ſi cui in prouincia. in fi.Sed ubi propter infirmitatem excuſatur forte per aliū debet ſeruire,argumen.C.de agentibus in rebus, l. agentes, §.quod ſi,argumento contra,C.de proximis ſacrorum ſcrinio,l.ultima,§. primo, & §. ſuper hoc, uerum pro qualibet leui infirmitatem non excuſatur,ut argumen.ff. de re iudica.l.penultima,ff.ad ſenatuſconſ.Syllania.l.ſecunda,§.pen. nec ualetudine podagrę.ut C.de decurio.l. a muneribus,niſi uaſallus probet ita afflictum ualetudine pedum , ut propriis rebus interceſſum accommodare non poſſit, ut C. qui morbo , lege podogra , libro decimo. Sed nunquid excuſatur propter pauperratem? Dic ut notaui in ſumma , ſupra titulo primo , §.ſi uero fidelis, & quod

Source : BIU Cujas

dictum eſt, quod vaſallus excuſatur propter ætatem, ſubaudias maiorem, argumen ff. de arbi. l. licet, ff. de vſufru. l. de arboribus, §. de illo, ff. de alı. iud. l. non ſolum, §. ſi quis autem, ff. de operis liberto. l. liberta, C. de decurio. l. ſi vult, ff. de iure immuni. l. maiores, ff. de muneribus, & honorib. l. tertia, §. quamuis, & §. circa, C. qui ætate. l. prima, libro v. C. qui æt. l. tertia, libro x. in Inſti. de excuſa. tuto. §. item maior, ff. de excuſa. tutorum, l. ſecunda, in prin. ff. de cenſib. l. tertia, ff. de teſtib. l. inuiti, ff. ad ſenatuſconſult. Sylla. l. ſi quis, §. ignoſcitur, ff. de termino amo. l. ſecunda, argu. contra C. de donati. l. ſenatus, C. de decur. l. a muneribus, ff. de vecti. & excuſa. munerum, l. prima, in fine, & l ſecunda, §. numerus, & l. in honoribus, ff. de muneribus & honorib. l. reſcripto, §. vltimo, C. de muneribus patri. l. neque. Nam maiores noſtri eundem honorem dederunt ſenibus, quem magiſtratibus tribuere, vt ff. de iure immuni. l ſemper. Sed vbi vaſallus maior ætate excuſatur, poteſt dici quod per alium debeat ſeruire, argumē. C. de agentibus in reb. l. agentes, vel dic, quod non excuſetur in totum, ſed excuſatur vt minus puniatur quam iuuenis, argumen. ff. de termi. amo. l. j. Item & propter minorem ætatem excuſatur, ſicut ſi eſt infans vel minor xiiii. annorum vaſallus maſculus, vel fœmina minor xii. & maxime ſi ei ſeruitium imponatur, quod ętas recuſat: verum per alium admittetur ſeruitium, argumen. ff. de operis liber. l. nec audiendus, ff. de cenſi. l. tertia, ff. de decur. l. non tantum, §. primo, ff. de muneribus & honor. l. ad rempub. ff. ad ſenatuſcul. Sylla. l. ſecunda, §. impubes, & l. excep. & l. ſi quis in graui, §. ignoſcitur, argumen. ff. de teſti. l. tertia, §. lege Iulia. in titulo qualiter vſusfru. benefi. ſit tenen. §. ſancimus vt nemo miles, & in titulo ſi de feu. vaſal. fuerit interpel. §. ſi quis deceſſerit. in titulo de feud. & benefi. l. imperialem decet, §. præterea ſi quis, argumen. C. de muneribus patrimonio. l. tertia, ff. de muneribus & hono. l. tertia, §. de cæteris, & facit ad hunc §. in ead. ſumma, §. quod autem ſequitur infantia. Item excuſatur propter ſexum, puta mulier, maxime ſi virum habet, & nupſit voluntate domini. Nam inconueniens videtur eam ſeruire domino, cum debeat in officio mariti eſſe & eius ſeruitio, & eam poteſt cogere operari, vt ex operibus acquirat viro, vaſalla tameu remanet & ob offenſione ſe cuſtodire debet: immo etiam vaſalla remanet quoad omnia, quando mulier eſt domina, (argumen. ff. de operis liber. l. interdum, & l. ſi cum patronus, ff. de muneribus & hono. l. tertia, §. corporalia, C. de operis liberto. l. qui ex liberta, C. de obſeq. patro. l. libertę, ff. qui potiores in pignore habean. l. vlt. & argu. ff. de vſufru. l. idemque, §. prima.) niſi eſſent ſeruitia patrimonialia vel corporalia ſexui congruentia, a quibus non excuſatur, (vt argumen. C. de muneribus patri. l. patromonii, C. de his qui numero libero. excu. l. pen. C. de mulierib. in quo loco, l. prima, libro x. arg. ff. de bonis liberto. l. Iulianus, in fi.) niſi ſit quinquagenaria, vt argumen. ff. de operis lib. l. liberta maior Eſt tamen argumen. quod mulier vaſalli debeat potius ſeruire domino, quam viro, argumē. extra de coniugio ſer. c. primo Et licet mulier excuſetur ratione ſexus, & verecundiæ ipſius, per alium tamen debebit ſeruare, & maxime per maritum, (argum. C. de his qui veniam ætatis impetra. l. ſecunda, C. de naturalib. liber. l. ſi quis, in fin. in Authen. qui bus modis natura. libe. effici. legitimi, & ſui. §. ſi vero ab initio) & tunc maritus debebit vti & frui feudo dum ſeruit, (vt argumen. in Authen. de dona. l. curialium, §. quod ſi plures fuerint filię, §. quod ſi fœminæ, & §. vlt. C. quando & a quib. quar. pars deb. l. ſecunda, §. ad filiorum, & l. vltima, §. adhuc. in fine, libro x.) ſicut & vaſallum debet ſeruire viro domiuę, argumen. ff. ad ſenatuſcon. Syllania. l. ſi quis in graui, §. ſicut omnes, in fine. & eius ſeruitio poteſt vir vti, argumen. ff. de donatione inter virum & vxorem, l. ſi vir vxoris. ſicut vtere tur de proprio vaſallo, argumen. ff. ad ſenatuſcon. Sylla. l. ii. §. ſi vir aut vxor, & l. ſi quis in graui, §. ſi maritus, & §. ſi autem. & viro pro facto vxoris poteſt fieri denunciatio, & ſufficit, vt ff. quod vi aut clam, l. aut qui, §. ſed & ſeruus. argumē tum contra C. de manumiſ. vindi. l. nec mulierem. & addas quas notaui ĩ. de ſucceſ. feu. l. maritus, & §. ſicut ergo nepos

Poteſt etiam excuſari, qui vinctus a quocunque detinetur, & data opera erumpere vincula non poſſit. Item imbecilles, puta ſurdus, cæcus, mutus, & furioſus, vt argumentū, ff. ad ſenatuſcon. Syllan. l. ſi quis in graui, §. ſubuenitur, & §. ignoſcitur. & facit ad hoc quod notaui in ſumma, infra titulo ſecundo, §. mutus. Item vaſallus excuſatur propter dignitatem accreſcentem vaſallo, ſi forte vaſallus incœpit eſſe eiuſdem imperii, cuius eſt ipſe dominus, (argumen. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur) vel ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens ſit domino ſeruire (vt ff. de operis liberto. l. interdum, §. ſed ſi liberta) quamuis hoc non fiat ſine damno vel iniuria domini, vt in prædicto titulo l. operis obligatus. Et non excuſatur propter dignitatem ante acquiſitam, niſi imponat dominus ei tale ſeruitium, quod videatur eſſe contra dignitatem vaſalli, quia vult, quod vaſallus miles tanquam pedes ſeruiat, vel ad caſtrum calcem uel onera portet, uel priuatum opus faciat, uel uadat piſcatum aut uenatum, uel ſimilia facit. Dignitas uero uaſalli tunc uidetur ſaluari, ut ſi ei non imponatur ut cum domino moretur, uel cum eo peregere proficiſcatur, uel negotium eius exerceat, uel fabriles operas faciat, ut argumento ff. de operis liberto. l. hæ demum, in fine, ff. de uſufruct. l. ſed ſi quid §. mancipiorum, & l. ſi pendentes, §. loci, & § primo, ff. de re militari, l. officium, §. j. & ii. ff. de excuſa. tutorum. l. ſpadonem, §. ſcire, C. de decurio. l. ult. primo reſpon. ff. de arbit. l. non diſtinguemus. § qui permiſſo, ff. de procu. l. filius, §. ulti Debet enim dominus uaſallo tale ſeruitium imponere, quod utrique cõueniat, & hoc conſiderabitur ex ætate, dignitate, ualitudine, neceſſitate utriuſque (argumen. ff. de operis liberto. l. patronus qui, & l. eius arti, §. ulti. & l. nec, & l. be. & ff. de legatis tertio, l. fideicommiſ. alias l. Stichus) & quod non ſit contrarium miniſterium uaſalli uel inuſitatum, ut argumen. ff. de uſufruc. lega. lcum, §. j. de quo etiam notaui in eadem ſumma, §. exerceri etiam poterit. Vnde non debet audiri dominus ſi peteret id quod ætas recuſat, ut in prædicta l. nec audiendus: uerum licet propter dignitatem ſeruire excuſetur, ſeruiret tamen per alium, argumen. C. de decurio l. nullus qui, & l. neminem, C. de epiſcopis & cleri. l. ad ſimilitudinē, argumen. in titu. extra de præben. c. extirpandum, §. qui uero. & an uaſallus poſſit aliquo caſu ſeruire per alium, notaui eadem ſumma, §. quæri conſueuit, an ſcilicet uelit. Excutur etiam uaſallus ſi dominus uult quod eum adiuuet contra antiquiorem dominum, quia non cogitur contra antiquiorem dominum adiuuare, imo poteſt antiquiorem iuuare contra poſteriorem (ut in titulo de feudis & benefi. l. imperialem, §. illud quoque, argumen. ff. locati, & condu. l. in operis, in titulo de ſacr. & for. fide. c. qui fidelitatem, in fine, & ti. hic incip. conſue. reg. c. primo, §. contra omnes) & ſi dominus præcipit per ſacra ut faciat, cogi poterit dominus ut reuocet, propter ſacramentum prius factum a uaſallo priori domino, ut argumen. in titulo extra de iureiu. cap. veniens ad ſedem, in fi. ſicut & vbi quis cogitur ad illicitum vel iniuſtum ſacramentum, vt ff. qui & a quibus manumiſ. lib. non fiant, l. ſi ſine volun. primo reſpon. Nam & vbi vaſallus iurat fidelitatem minori, ſimpliciter poterit iurare, nec videbitur deierare, quia in primo ſacramento maior dominus tacite intelligitur exceptus, vt in titulo de ſacra. & for. fide. c. petitio, & c. ea te credimus, & in prædicta l. imperialem, §. vltimo, & in ti. extra de electio. & electi poteſta. ca. venerabilem, in fi. de qua materia ſatis plene diximus ſupra eadem ſumma, §. vbi vero plures, & in titu qualiter iurare debe. vaſal §. iurare autem. Item excuſatur ſi dominus vult quod eum adiuuet contra dominum ipſius domini: nam ſi eum offenderet, niſi ei ſatisfaceret, feudo priuaretur, vt in titu. de feu. & benefi. l. imperialem, §. illud. & in alienando feudum conſenſus maioris domini debet interuenire, vt in prędicta conſti. primo reſpon. & §. primo. Vel dicatur quod bene tenetur vaſallus adiuuare dominum contra alterum ſuperiorem, & non puniatur, quia in ſeruitio domini ſui facit, argumen. ff. de iniur. l. ſed vnius, §. ſi iuſſu, in fi. de qua materia notaui ſupra eadem ſumma, §. item ſi vaſallus vaſalli, & §. vbi vero plures. Item ſeruus vaſalli excuſatur, ſi dominus feudi petat vt eum adiuuet contra dominum ſerui, in cuius eſt poteſtate: eum ſeruus ſequendo dominum non puniatur, cum neceſſitate poteſtatis domini excuſetur ſeruus parendo domino (vt ff. ad legem Corneliam de fal. l. diuus. § item ſenatus) licet dominus debeat damnari, vt in Lombar. de eo qui ſine volun. mun. l. ſi quis fratrem, in fi. in Lombar. de debi. & guald. l. ſi quis grege, in fine. maxime ad defendendum, licet videatur ſecus ad delinquendum in atrocioribus (vt ff. quod vi aut clam, l. ſi quis, §. ſi tutoris iuſſu. ff. de regulis iuris, l. ad ea. vltima charta. & ff. de iniu. l. ſed ſi vnius, §. ſi iuſſu, ff. re. amot. l. ſi mulier, §. j. immo & in atrocioribus ſeruus parendo domino excuſatur, ſi dominus faciendo excuſaretur (vt argumen. C. ad legem Iuliam de adul. l. Gracchus) quia dominus ſerui maiorem habet poteſtatem in eum, quam dominus feudi: quia corripere eum poteſt perſonaliter, & quia habet poteſtatem in ipſum necis, & vitæ, (vt C. de emen. ſeruo. ff. ad ſenatuſcon. Syllan. l. & ſi certus. §. vlti. & in Inſti. de his qui ſui vel alien. iu. ſunt §. primo, ff. de vſufru. l. loci. §. primo, ar. ff. de pigno. act. l eleganter, §. vlti. & ff. de liberis & poſthum. l. in ſuis, in fi. ff. de legatis j. l. quid ergo, §. ſi hæres. ff. de verborum obliga. l. qui ſeruum) & ſeruus cogitur preſtare cuſtodiam domino, tam a domeſticis, quã ab extraneis periculo capitis, cum aliter domus domini tuta eſſe non poſſit (vt ff. ad ſenatuſcon. Syllani. l. prima, primo reſpon.) & ſeruus tenetur anteponere ſuæ ſaluti ſalutem domini

Source : BIU Cujas

mini ſui,ſed non vaſallus,argum.ff.ad ſenatuſcon.Syllania. l.ij.§.ſerui quotiens,ff.de operis liber.l.hæc demum ff. de acquiren.poſſeſſio.l.interdum,§.primo, in fi.Item licet dominus ſerui iuret fidelitatem imperatori,non tamen eius ſeruus debet iurare,vt in ti.de ſacr.& for.fide.l.in nomine Chriſti iuro ego,in fi.veruntamen videtur,quod princeps ſit prę ferendus omni creaturæ(vt argumen.in ti. extra de maioritate & obe.c.ſolitæ,in princi. §.quod autem ſequitur regi,& vt ſeruus teneatur potius impetratori quam domino (vt ff.ad legem Iuliam maieſt.l.famoſi,§.quod ſerui, argumento C. ad legem Iuliam maieſt.l.vltima,§.vltimo,C. de delatorib.l.ſeruum,in fi.) ſed dominus feudi poteſt dici,quod habeat leuem emendationem, argumento C. de emendat. propinq.ff de pecu.l reſpiciendum,§.furta.l. aut facta,§. primo,argumen.ff.de officio præfect.vrb.l.prima,& l.cum patronus,ff.ad l.Aquil.l.ſi quicquam,& l.præceptoris. ff locati & condu.l.item quæritur.§.item Iulianus, ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdi.l.vlt.ff. de iuriſdictione omnium iudi.l.magiſtra.ff.de vſufruct.l.idemque,§.primo,ff.de iniuriis. l.prætor,§ pręterea,& l.non ſolum,§.quanquam,& §.leuis, & l.item apud.§.adiicitur aduerſus.in Authen. de nuptiis.§. aſcripto autem,C.de agrico.& cenſi l.vltima,& in Lomba. qualiter mun.l.vlti. de qua materia ſupra eodem mentionē feci,§. ſed quid ſi ſeruus,& notaui etiam in ſumma de ſucceſſ.feu.§.ſimilis quæſtio poteſt notari. Nam & dominus iuriſdictionem habet inter vaſallos & miniſteriales, argumē. in Authen. de quæſtore, §. ſi vero forſan. Item excuſatur ſi non adiuuet dominum contra patronum,argumen. ff.de conditio.& demonſtra.l.ſi quis tale.quia maius periculum imminet quam periculum mortis, quia in ſeruitutem incideret propter ingratitudinem (argumen. de operis liberto.l. hę demum,in prin.in Inſtitut. de excuſat.tutorum,§.item is qui ſtatus) vel excuſatur ſi non adiuuet contra patrem,argumen.ff.de bonis quæ lib.l.qui cum maior,§.prouocatus. vel contra filium,argumen.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius, §. quod deinde,in fi.vel contra pupillum ſeu fratres,argumen.C.de pericu.tuto.l.humilitatis.ff.de in ius vocando,l.quęſitum,ff.de poſtu l.hi qui ff.de legat.l.ſi abſenti,§.primo,in titulo extra de poſtu c.vlt.ſed contra dicitur in titulo hic incip. conſuet. regni,§ contra omnes. Item poteſt excuſari ſi ſeruiat viro dominæ prætermiſſa domina,cum non poteſt vtrique,argumen.ff.ad ſenatuſcon.Syllan.l.ſi quis in graui, § ſicum omnes,in fine §.Item ſi non adiuuit dominum contra patrem ſuum,argumen.ff.de bonis liber.l.qui cum maior,§. prouocatus,argumen.contra,ff.de caſtrenſi pecu.l. iii. contra filiū autem adiuuare debet(vt in titulo hic incipit conſue.regni, c.primo,§.contra omnes) & eum ad ſatisfactionem deducere,vt in titulo de feudis & benefi.l.imperialem,§.inſuper, argumen. tamen videtur quod pater debeat filium in omnibus tueri,vt ff de iniur.l.ſed ſi minus,§. quod demum, in fine l. Sed vbi plures dominos habeat ęquales indigentes ſeruitio vaſalli quid obtineat, hic non trado: quia ſupra eadē ſumma,§.vbi vero plures,notaui, & infra in ſumma de ſucceſſ.feu.§ ſi vero dominus decedat. Excuſandus eſt vaſallus, & potius præmio afficiendus, ſi non ſeruierit domino contra principem vel patriam ſuam,vt in titulo de feudis & benefi.l.imperialem,§.vltimo,in titulo de ſacra.& forma fide. l.illud,& c.quę in fidelitatem,in fine, &c. eſt & alia. in Authen.vt cum de appel.cogniſci.§.cauſas,in ver. ſi eos in criminalibus,argumen.ff. de religioſis & ſumptibus funer.l.minime,argumen.ff.de iuſtitia & iure, l. ſecunda, argumen.ff, de delato.l.ultima,libro x.argumen ff. de interdi. & relega. l.poſtliminium,§.filius,ff.ad legem Iuliam, de annona,l.prima. Quilibet enim debet patriam ſuam defendere(vt in Lōbar.de his qui patriam defen l. prima, & vltima)& non poteſt pater iure patriæ poteſtatis reſiſtere, quominus patriæ obſequatur(vt ff.de muneribus & honoribus,l.honor,§.plebei,in fine.)& princeps omni creaturæ præferendus,ut in titulo,de maioritate & obedien.c.ſolitę.Magna enim ſecreta ab uniuerſis ſubditis debentur imperio,vt C.de operibus publicis,l.quicunque locus.

Vtrum vaſallus dominum excommunicatum cogatur adiuuare.
Cap. LXX.

Item nec dominum excommunicatum cogetur adiuuare, vel bannitum, uel ſi dominus proguerra iniuſta ſeruitium uaſalli,* uel contra honorem eccleſiæ,uel contra Deum & eius ſanctos,ut in titu.de ſacr. & forma fide.c.iuratos,in fine,c.ea re,primo reſpon.in fine, & c.petitio,quod dic,prout notaui ſupra eadem ſumma, §. & debet adiuuare,& in titu.qualiter iurare debe. uaſal.§. iurare autem,& §.ex ſacramento. Excuſari etiam poterit uaſallus,ſi dominus petat ſeruitium, quod facere non poſſit, uel poteſt ſed cum dedecore,uel famam lædit, uel pietatem uel æſtimationem,uel poteſt cum difficultate,uel turpitudine,uel cum periculo uitę.uel cum incommodo ſcilicet magno,uel uexatione, uel infamia,uel cum obturbatione dignitatis (ut argumento ff. de uerborum ſignificat. l.nepos, in fine,ff.de iudiciis,l.ſi locus,ff.de uſufru.peta.l.prima,in fine.argumento C.de reſcrip. l. reſcripta, ff. de ſtatu liber.l.ſi peculium,in fine,ff.de annuis lega.l.tertia, argumen. de auro & argento lega.l.Quintus,§.ſeruus.ff.de damno infecto, l.ſi finita,§. ſi quis metu, & in titulo quibus cauſis feudum amitta.§.ſed nec eſt, in fin. argumento ff. de operis liberto. l.hæ demum,& l.ſicut patronus.in fine, & l eius, ff. de iure dorium,l.auus neptis,§.primo,ff.de conditio.inſtitutio. l. 3. & l.filius,ff.ad ſenatuſcon.Trebel.l. fœmina. §. ſi ſub conditione,in principio,ff.de pecu.l.moris,§.ſunt,ff.manda.l. ſi fideiuſſor,in principio, ff.quibus ex cauſis maior.l. in eadem cauſa,in fine,ff.quæ ſententia ſine ap.reſcin l.ultima,uel eſt inhoneſtum(argumen.ff.de arbi.l.ſi cum dies,§.compromiſſo,& §.ultimo,argumen ff.de operis liber.l.medicus,l.interdum,& l.hę demum)uel contrarium miniſterio uaſalli,uel quod inuſitatum ei eſt(ut argumen.ff.de uſufru.l loci,§ primo,& l.ſed ſi quid,§.mancipiorum, prout notaui ſupra eadem ſumma, §. item uaſallus excuſatur) uel contra bonos mores,quia tunc non creditur poſſe facere, ut argumen. ff. de conditio.inſtitutio.l.filius familias, uel eſt illuſorium (argumen.ff.ſi cui plus quam per legem.Falc.l.hoc autem, primo reſponſo,ff.de conditio.inſtitutio.l.conditiones contra, uel illicitum eſt, ſed tunc uidetur quod debeat fieri loco illius illiciti aliquod licitum,& dicitur illicitum quod conſtitutiones prohibent(ut ff.de legatis tertio,l.xi. §. ſi quis illicite)uel ſi petat quæ ſunt Deo contraria, uel ſanctis ſcripturis,ut argumen.in decre.xi.q.iii.c.non enim ſemper, & capitulo ſi dominus iubet.argumen. in titulo de ſacramē & forma fideli.capitu ego epiſcopus,§.Papatum,& ad hoc etiam inquire,quæ notaui infra, qualiter iurare debe. uaſall. §. iurare autem.

Vtrum vaſallus tenetur obedire domino, ut contra ipſum ſeruiat.
Cap. LXXI.

Sed quid ſi dominus petat vt cō tra ſe ſeruiat,ſi non ſeruit,nunquid excuſabitur? reſpondeo prima facie videtur quod non,cum vaſallus teneatur dominum adiuuare contra omnem hominem, ergo contra ſer vt in titulo hic incipit conſue.regni,c.primo,§. contra omnes,argumen.ff.de pigno.l. Paulus, §. vltimo, ff.de ædilitio edicto,l.quod ſi nolit,§.primo. Sed ego puto quod excuſetur, quod licet teneatur dominum adiuuare contra oēm hominem,non tamen contra ſe,ex eo quod in generali ſemone perſona loquentis excipitur,nec de ſe videtur intelle xiſſe,argumen.ff.de actio.empti,l.ſi mercedem,§.ultimo,C. de ſolutionibus,l.inquiſitio.ff. de in diem adiectio.l. quod ſi vno,ff.de ſena.l.prima,§.primo,ff.locati & condu.l.qui inſulam,§.vltimo.Nam parcendum eſt vaſallo,qui voluit ſe tueri, vel etiam vindicare vel vlciſci (argumento ff. de inſtitu. & in l.vt vim,ff.de religioſis & ſumptibus funerum, l. minime,ff.vnde vi,l. prima, §. primo, ff. de bonis libe.l.qui cum maior,§.ſi libertus,argumen.ff.de iure fiſci,l ſecunda,primo reſponſo,ff.de legatis ſecundo,l.cum pater,§.antepenult. in fine,ff.de libero homne exhiben.l tertia, §. primo, in fine, ff.de aqua pluuia arcen.l.prima,§. idem aiunt, C. in quibus cauſis colo.cenſi.l.ſecunda,in fine,libro x.ff.de accu.l.liberi, primo reſponſo) maxime cum domino debeat imputari, cum cauſam malorum vaſallo præbuit, vt argumen. C. ad legem Iuliam de vi pub.vel priuil.l.quoniam multa. Idem poteſt intelligi propter euictionem rerum ſuarum,argumē. ff.de actio.l.liberi. Contra domeſticos autem tenetur adiuuare,contra filium, & fratrem, vt in titulo hic incipit conſue.regni,c.primo,§.contra omnes, & in titulo de feudis & benefi.l.imperialem,§.videtur,argumen.ff.ad ſenatuſconſu. Syllani.l.prima,primo reſponſo. Sed argumentum eſt,quia ſicut perſona vaſalli excipitur, quod ita excipiatur domeſticus eius,vt ff.locati,l.qui inſulam,§.vltimo, & ff. de auro & argento leg. l.vxori quis, in fine. & dic, prout notaui ſupra eadem ſumma,§.& non ſolum,§.item vaſallus vaſalli,& §. item filius vaſalli,in titulo,qualiter iurare debe. vaſal. §.generaliter.

Vtrum

Vtrum vaſallus, vel hæres vaſalli, feudum amittat, ſi ab hærede domini non petierit inueſtituram intra annum & diem & ex quibus cauſis excuſetur.
Cap. lxxij.

Item ſi vaſallus ab hærede domini inueſtituram non petierit, vel hæres vaſalli patris, vel alterius agnati ab eo non petierint, olim intra annum & mẽſem, hodie intra annum & diem feudum amittit, cum non poſſit vaſallus de breuitate temporis excuſari, cum annum habeat, vt argumen. C. de decurio. l. quamuis. Quid ſi vaſallus eſt alicui⁹ corporis vel vniuerſitatis? dic vt in ſumma ſupra titulo proximo, §. quid ſi vaſallus eſt. & quod dictum eſt feudum amittit, intelligas, niſi iuſta cauſa interuenerit quare dimiſerit, veluti capitales inimicitiæ, vel infantia, ſecundum vnam lecturam, vel infamia, ſecundum aliam, vel iuſta abſentia (vt in titulo, ſi de feudo vaſal. fuerit interpel. §. ſi minori, §. ſi quis deceſſerit, in titulo qualiter vſus benefic. ſit tenen. §. ſancimus vt nemo miles vltra annum, in titulo hic incipit conſue. regni. c. hæc ſunt capitula, primo reſponſo. in titulo in quibus cauſis feudum amittatur. §. prima cauſa. in Lombar. de his qui ad pala. l. cuiuſcunque, in titulo de feudis & benefi. l. imperialem, §. præterea ſi quis, & l. quicunq; igitur, §. nemo miles, §. ſi quidem) vel niſi poſt tempus celeri ſatisdatione ſibi conſulere ſtuduiſſet (argumen. in titulo extra de locato & condu. c. vlti. & extra de rebus eccl. non alienan. c. ſi quis presbyterorum, argumen. ff. de aliena. iudi. mutan. cauſa facta, l. ex hoc, §. ſi quis, argumen. C. de plus petitionibus, l. prima, argumen. ff. de publi. l. imperialem, in fin.) vel vbi non doloſe ſteterit vaſallus petere inueſtituram intra annum & diem, nec culpa vel negligentia, feudum ob hoc non amittit, dolus enim abeſſe videtur, ſi iuſta cauſa fuit impeditus, vel domino conſcio cum amore fecerit ſeruitium, vt argumentum ff. de vſur. l. ſciendum, ff. de public. l. interdum, §. diui, ff. de ſerui. ruſticorum prædiorum, l. vnus, §. ſi fons, in titulo de feudis & benefi. l. quoniam inter, in titulo de capitu. extra, §. ſicuti milites, §. inter dominum & vaſallum. vel niſi de hoc ſe commiſerit ante annum iudicio parium, vel vult facere quod pater eius fecit, vt in titulo de capitu. extraor. §. euenit, & §. quicunque paratus eſt. vel petiit ab vno tantum, cum debeat petere a pluribus, ſed illum ſolum putauit dominum a quo petiit, argumen. ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, primo reſponſo. vel petiit a prædeceſſore, cui & ſucceſſoribus iurauit fidelitatem (argumen. in titu. de ſacra. & forma fide. c. ueritatis amica) ſed iſtud intelligitur de ſacramento, ſed non de inueſtitura, quia ex moribus intra annum petenda eſt, vt in titulo de feudis & benefic. l. imperialem, § præterea ſi quis, & c. per literas, in decr. xii. q. ſecunda, c. longinquitate, argumen ff. de aqua quotidi. & æſtiua. l. prima, §. penul. in titulo de pace Conſtan. §. in ciuitate, in fi, & de hac materia reperies in eadem ſumma, §. præterea ſi dominus, ſupra proxi. ſumma, & §. peti debet, item qualiter iurare debe. vaſa. §. fidelitatem non iurant. Vaſallus tamen a filio domini cognoſci non debet, niſi hęres eius fuerit, vel niſi, quando accepit a domino, iurauit ei & eius filio (argumen. ff. de operis liber. l. cum patronus, §. primo) vbi autem non apparet hæres domini, non imputatur vaſallo ſi inueſtituram non petat, argumen ff. de uſur. l. pecuniæ, in fine, ff. de traie. pe. l. Labeo, ff. de euictio. l. ſi dictum, §. penulti. Sed quod dictum eſt per l. in titulo qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſancimus ut nemo. Niſi iuſta cauſa interueniat, intelligas iuſtas cauſas, quæ colligi poſſunt ex eo quod legitur, ff. ſi quis cau. l. ſecunda, per totam l. & l. iiii. ff. quibus ex cauſis maio. l. ſed & ſi, §. item nunquid, ff. de iud. l. ſecunda, cum omnibus earum concordantiis, & ut ſupra iu proxi. §. notaui, vbi excuſatur uaſallus, & putabuntur iuſtæ cauſæ, ſi uaſallus affirmauerit eius fide ita uerum fore (argumentum in titulo de feudis & benefi. l. de militum, §. primo, & l quicunq; igitur, §. ſi quidem, argumen. ff. ex quibus cauſis maio. l. iii. ff. de acquiren hære. l. eum quidem, §. quid dicitur ſi putetur) & hoc cum uaſallus eſt bonus uir & bonæ famæ, alioquin debet probari legitime, vel ſaltem argumentis, argumen. ff. de re mil. l. non omnes. § a Barbaris.

Item quod dixi, niſi capitales inimicitiæ interueniant, intelligo inter dominum & uaſallum culpa domini uel caſu incidentes, vt culpa cuius fiunt non poſſit diſcerni, quod aliud intelligerem ſi culpa uaſalli, quia tunc uaſallus feudũ amitteret, ut notaui infra eadem ſumma, §. item ſi cum inimicis. quia lucrum non debet ſentire ex ſua malitia, ut argumen. ff. de dolo, l. prima, primo reſponſo, & l. ne ex dolo, ff. pro ſocio. l. ventri, §. tempus. C. de Epiſcop. & cleri. l. omnes, §. vltimo, in prin. C. de decuri. l. ne quis officialium. Quod autem ſequitur infantia ſecundum vnam lecturam, pores intelligere de infantia vaſalli (argu. in titu. ſi de feu. vaſal. fuerit interpell. §. ſi minori, §. ſi quis deceſſerit. C. in quibus cauſ. non eſt neceſſ. in integ. reſti. l. vlti. C. quibus non obijci. longi tenporis præſcrip. l. non eſt cognitum. C. de longi temporis præſcrip. l. ſi cum in rem. arg. ff. de publi. l. imperator, in fine) maxime ſi tutorem non habet, vt argu. ff. ut in poſſeſ. leg. l. is, in §. ceſſatum, & ad hoc etiam notaui ſupra eadem ſumma; §. item & propter minorem, in fine. §. & §. pupillus etiã fine, &c. Adulto tamen imputatur ſi non petat, vt in titu. de feud. & benefi. l. imperialem, §. præterea ſi quis. Sub uenitur ei per reſtitutionem, vt notaui in ſumma ſupra titu. j. §. ita hæc præſciptio. Verum ſi non habet curatorem, cum ſimilis ſit infanti, (vt C. de in integ. reſtitu. l. ſi curatorem) excuſabitur ſicut infans, vt dictum eſt: ſed redundabit in damnum curatoris, vt argumentó ff. de fundis patrimo. l. ij. in Auth. de trien. & ſemiſ. §. ſi vero lis in Authen. vt litigantes iurent, §. ſi quis autem. ff. quod quiſque iuris, l. iij. §. i. vel minori feudum reſtituetur, argumento ff. de rebus eorum qui ſub tute. ſunt, l. tertia, §. nec vſufru. Similiter excuſatur collegium uel vniuerſitas, vt argumen. ff. de bono. poſ. l. tertia, §. cui. Item potes intelligere de infantia domini, qui eſt ſine tutore, a quo non poteſt peti inueſtitura, vel inueſtituram præſtare non poteſt, argumen. C. de iure deliberan. l. ſi infanti, ff. de uſufru. l. cum quidam, §. ſi pupillus, C. ad ſenatuſcon. Trebe. l. pen. ff. eodem, l. reſtituta, §. pupillus. de qua materia plene notaui ſupra in ſumma proxi. §. minor, & §. pupillus etiam fine. & in eadem ſumma, §. proxi. in fi. vel ſi habeas infamia, ſecundum aliam lecturam, quæritur de cuius infamia dicat, an de infamia uaſalli, an de infamia domini. Si dicatur de infamia vaſalli, uidetur abſurdum quod ex ſua infamia debeat habere excuſationem uel priuilegium, pro ut proximo reſpon. item ſimilia notaui in §. debet adiuuare, in fine. ſed uidetur poſſe intelligi de infamia vaſalli, puta damnatus eſt uaſallus de capitali crimine, unde effectus eſt infamis: vnde propter talem condemnationem intra tempus non poteſt petere inueſtituram, argumen. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis, in prin. ff. de pub. l. ſecunda, & l. infamis. vel poteſt melius intelligi de infamia domini, puta quia dominus eſt excommunicatus, argumen. in titulo de forma & ſacra. fide. c. nos fide. c. nos ſanctorum, c. iuratos. & c. ſi temporalis domini, & in titulo, hic incipit conſuet. regni. primo reſpon. argumen. in Authen. de priui. do. hære. muli. de qua materia notaui ſupra eadem ſumma, §. & debent adiuuare, & ſupra titulo primo, §. feudum autem dicitur, & §. idem poteſt intelligi, & in titulo qualiter iura. debe. vaſal. §. iurare autem. Item poteſt intelligi infamia, i. non fama, puta domi nus in abſentia mortuus eſt, vel vaſallus, & non eſt fama de eius morte, vnde non poteſt ſciri, an ſit mortuus vel viuus: vnde hac ratione non imputatur vaſallo vel eius hæredi, argumen. ff. quis ordo in poſſeſ. bono. ſeruetur, l. ſecunda, primo reſpon. argumen. in Authẽ. vt liceat ma. & auiæ, §. quod autem a nobis. Annua enim exceptio remittenda eſt magna & iuſta ignorantię cauſa allegata, vt ff. quod vi aut clã, l. ſemper, §. iii. in fi. & vt videatur, quod hoc ſit vtile & non contrarium, de hac materia inuenies notatum plene ſupra proxi. in ſumma, §. & debet peti inueſtitura, §. excuſatur autem, & §. ita hæc præſumptio, §. & currit, & §. ita currit a tẽpore. Quod dicit, vel iuſta cauſa abſentiæ, intelligatur, ſcilicet vaſalli (vt argumen. ff. ex quibus cauſis maio. l. prima, & l. item hi) & dicitur iuſta cauſa abeſſe, ſi eſt apud ſedes ſuas, vel ſuum domicilium, vt ff. de fideicommiſ. lib. l. ſi cum, in fine l. ſi viſitauit parentes & notos, vt ff. de fun. inſtru. l. Seiæ, §. idem quæſiuit, C. de digni. l. clariſſimis, in Authen. vt liceat ma. & auiæ, §. ſi quolibet modo, ff. de re mili. l qui cum vno, §. vltimo, in fi. vel in tutoris loco reponatur, argumen. C. de verborum ſigni. l. prima, ff. de fun. inſtru. l. Seiæ, §. pe. & l. quæſitum, §. idem re. pondeo. vel in domo forte timore hoſtiũ, argumen. ff. de ædilit. edicto, l. quis ſit fugitiuus, §. item apud, ff. de conditio. & demonſtra. l. ſi quis ita legatum, ff. locati & condu. l. item quæritur, §. exercitu. C. de acquirenda poſſeſſi. l. licet. Vel tyranni, vt ff. quibus ex cauſis in poſſeſſio. ea. l. Fulcinius, §. quid ſit. cuius tyranni facta & opera ſunt caſſanda, (vt C. de ſacroſan. eccle. l. decernimus) & hoc cum abſint ex neceſſitate, non voluntari avel affectata abſentia, vt argu. C. de his qui ſponte mune. ſubeᵓ. l. prima & ſecunda. C. de excuſa. tuto. l. ſpadonem, §. vltimo, ff. quibus ex cauſis manumiſ. l. & qui data opera, argum. ff. ad ſenatuſcon. Syllan. l. ſi quis in graui, §. ſubuenitur, & ff. locati & condu. l. item quæritur, §. exercitu. ff. qui ſatisdare cogan. l. fideiuſſor, §. primo, ante ſi. ff. ſi quis cau. l. ſecunda, §. ſi quis tamen, ff. de euictio. l. ſi dictum,

Source : BIU Cujas

l.ſi dictum,§.primo,& §.penult.Quod dictum eſt de voluntaria abſentia,intelligas quando iam incœperat currere annus,vnde prodeſt talis abſentia:quod ſecus puto ſi abfuit voluntate antequam inciperet currere,quia nō debuit caſum excogitare,inuenire,vel diuinare,argumen. ff. qui & a quibus manum.liberi non fiant.l.Iulianus de eo.argum.ff.mandat.l.fideiuſſor.§.ſi cum debitor.ff.ad legem Aquil. l. ſi putator,in ſi.ſed in tutore abſente, ſi non fiat auctor pupillo vel alia iuſta cauſa,non tenetur,vt ff.de aucto.tuto.l. tutor qui. Item poteſt intelligi de abſentia domini neceſſaria vel volū taria,argumē. ff. quis cautio.l.ſecunda,§.ſi quis in iudicio. ff.de iudi.l.& poſt,in fine,primo reſponſo,ff.quibus ex cau. maio.l.prima,primo reſpō.& l.item ait prætor,primo reſpō. & l.ergo,& l.videlicet.& in Inſtitu.de actioni.§. rurſus. Dies enim petendi inueſtituram nō exiit, cum propter ſuam vel aduerſarii abſentiam auxilium non poſſet habere, vt argu. ſi.quibus ex cau.maio.in integrum reſtitu.l.Iulianus, in fin. Quid enim poteſt imputari ei, qui non potuit,etiam ſi vellet?vt ff.de vſurp.l.cum quidam,§.ſi pupillo,argum.ff. de le. & con.l.dubitat ff.vt in poſſeg.l.j.§.primo, extra de dolo & contuma.c.vlti. in fine.

Idem poteſt intelligi, vbi aduerſarius præſtitit occaſionē, quare uaſallus inueſtituram non petiit intra annum (argu. C.de aſſer.tol.lj.in fine,C.ad legem Iul.de adul.in fine, ff. de eo per quem factum erat.l.j.§ ſi reus,ff.de proba.l.j.ff. de excuſa.tuto.l.ſi cum ipſe,ff.de condi.& demonſtra.l.quibus diebus.j.reſpon.ff.de itinere actuq; priuato,l.j.§.præterea, ff. ad municipa.l.Lucius,§. idem reſpondeo ſi per accuſationem, ff.de muneribus & honoribus,l.reus, ff. quod vi aut clam,l. j.§.ſed & Ariſto.) quia tunc pro eodem habendum eſt ac ſi inueſtitura petita foret,vt argum.ff.de euict.l.ſi ideo,in fine, l.ſi dictum,§.ſi præſente.repete etiam hic quęſtiones,& alia quæ notaui ſupra proxi.in ſumma, §. & debet peti, & §. ſed pone,§.vaſallus,& §.ſed quæritur nunquid frater. Sed licet vaſallus videatur excuſari propter abſentiam domini, licet non petat inueſtituram intra annum,vt ſuperius dictum eſt, tutius tamen faciet vaſallus ſi domui domini,vbi conſueuit morari,denunciet vt domino poſſit denunciare (argumen. ff.de operis noui nuncia.l.de pupillo,§.denunciare,in fin.ff. de excuſa,tuto.l.ſcire,§.ſunt,ff.de lib.agnoſcen.l. prima, §.j. & §.denum,ff.de damno infecto, l. iii.§.totiens,ff. quod vi aut clam,l.aut qui,§.primo,in fine,in titulo, extra de dolo, & contuma.c.vltimo,in fine,& extra de eo,qui mit.in poſſ. cauſa rei ſeruan.c.vlti.) excuſabitur tamen ſi ianua ei ſit prę cluſa,vt denunciare non poſſit (vt argumen.ff.quod vi aut clam,l.vim facit,primo reſpō.)vt melius, vel proteſtetur vaſallus coram iudice ſe petere vel velle petere inueſtituram, & non poſſe a domino petere inueſtituram(vt argum. ff.de operis noui nunci. l.de pupillo,§.ſi quis ipſe,C.de vſu.l.ſi creditrici,in fi.ff.quibus ex cauſis mai.l.ergo.argum.ff. de decu. l.honores,§.vlti.in Auth.vt ſponſa.largi.§.ad hoc,C. de epi. audien. l. ſi præſens, C. de non numera. pecu. l.in contractibus,§.ſed ſi præſens,C.de annali excep.l. vt perfectus) vel ſi iudex non vult admittere talem denunciationem,tunc coram tabulariis in frequentioribus locis ciuitatis hoc proteſtetur,ut argumen.C.de defen.ciui.l.pen.§.primo,vel poteſt etiam ſine iudice, dum tamen complectatur in proteſtatione illud,ſcilicet quod nō inuenit dominum a quo inueſtiatur,& tunc pro petitione id cedat,argumen.ff.de traiect.pe. l. Labeo. maxime cum vaſallus non poteſt cognoſcere vbi ſit dominus,argumen.ff.de ritu nupti.l.ſi ita paternam.cum vaſallus non habeat a quo petat ſecurus eſt, vt argumen. ff. de lege commiſſ.l.ſi fundus,in fine, ff. quibus ex cauſis maio. l.ergo.vel quia dominus deceſſit, & non apparet hæres, argumento ff.de vſuris,l.pecuniæ,in fine,ff.de damno infecto, l.iiii.§.totiens.

Quid ſi duo contendant de hæreditate domini, an vaſallus ab vtroque petere debeat inueſtituram? Cap. lxxiij.

Quid ſi duo contendant de hæ

reditate domini, nunquid uaſallus tenebitur petere inueſtituram ab vtroque, an ab vno? & an excuſabitur ſi non petat, donec certum erit quis ſit hæres? & quod teneatur uel non teneatur petere ab vtroq; require quæ notaui in ſumma infra de ſucce.feu. §. ſed vbi dominus non aſſignauerit, & dic quod excuſatur,ſi non petat ab aliquo propter incertitudinem(argum.ff.de except.rei iudic.l.qui cum hærede.ff. de actio.& oblig.l.qui cum hærede,ff.de fideicommiſ. liber. l.cum quaſi,§.eleganter,ff.de petitione hæredi.l.ſi quis liber tatem,& l.ſi debitor,ff.de iu.fi.l.apud Iulianum,ff.de acquirenda hæred.l.his qui hæres,primo reſpon.& l.ſed & ſi, ff. de redhibi.act.l.bouem,§.bouem,& §.vltimo,ff.de uſufruct. l. ſed & ſi quis,§.primo,ff.de bonis libe.l.quamdiu) uel dic,q; ſi vnus eſt poſſeſſor hęriditatis,quod ab eo ſit petenda inueſtitura,tamen poterit peti a competitore(argumen.C.de petitione hæredi.l.fi.ff.eodem,l.ſi bonæ fidei poſſe.ff.ſi cui plus quam per legem Falcid.l.hoc autem, §. primo)ſaltem cum proteſtatione, vt ei non præiudicet ſi apparuerit eum non eſſe dominum,argumen.ff.de damno infecto,l.prætor ait.j. reſpon.in fine,& l.qui vias,§.primo.Sed diſcuſſa quęſtione, debet recipere inueſtituram ab illo qui obtinuit ad conſeruationem iuris utriuſque, ut argumen.in titu. extra de iure patrona.§.ut ordinario.quid autem,ſi dominus ſit pupillus, vel ſimilis,ſit faciendum,notatum eſt ſupra in ſumma,proxi.§.minor,§.pupillus.uel iudicis auctoritate differi, argum. ff.ad legem Falc.l.Diu.Seuerus.verum cum non ſit a quo peti poſſit,dic vt notaui ſupra eadem ſumma, §. quod autem ſequitur infantia. Sed pone quod uaſallus petiit inueſtituram a domino,& dominus negauit,unde ſecurus eſt uaſallus (ut argumen.ff.de ſolutio l.ſi debitor,C.de uſuris,l.acceptam,ff. quando dies lega.ced.l.v. §. item ſi.argumen. in Authen.de æquali.do.§.ultimo,in medio)& tranſacto anno domninus denunciat uaſallo,& paratus eſt inueſtire, & uaſallus negligens non recepit,& per annum & diem ſteterit,quæritur an amiſerit?uidetur quod ſic,argumen.ff.de iu. l.& poſt.in fine, promo reſpon.ff.de ſtatu liber.l.tertia, §. ſi quis hæredi,ff.de periculo & commo.rei uendi.l.illud,C.de decurio.l. quamuis,in ſi.Nam & alias ſi dominus recuſet recipere ſeruitium uaſalli ſi poſtea uelit recipere,non debet uaſallus denegare, (argumen.de conditio.& demonſtra. l. pater Seuerinam,§. ultimo,ff.de bon.liber.l.tertia,§.pen.argum. quorum lega.l. l. ſecunda,§.ultimo,& ad hoc etiam facit ſequens §. præterea,& §.item ſi dominus)licet aliud ſit cum ſtatuliber pro libertate obtulit pecuniam,& dominus recipere recuſauit,ut ff.de ſtatu liber.l.tertia, §. Stichus annuam.& uidetur quod amittat a tempore denunciationis domini, licet poſtea nō tranſierit annus,cum tamen tempus mortis tranſierit, uel ter citatus a domino uel curia,ut iuret conuenienti tempore,& iurare noluerit(ut argumento ff.de arbi.l.Celſus,§.primo,& ultimo,& l.ſed ſi,ff.de uſuris, l. debitor, ff. de periculo & commo.rei uendi.l.illud.in titulo,in quibus cauſis feu. amitta.§. eſt & alia) dummodo poſt interpellationem domini intelligatur ineſſe tantum temporis,quo facere poſſit, & commode petere uel recipere inueſtituram,ut argumen. ff.de collatio.bono.l.ſi quis filium,§.ultimo, ff. de ſolutio.l. quod dominus.uel inquirat an dominus dolo denegauerit, ut tunc uaſallus non teneatur de cętero,an non,argumē.ff. de actio.emp.l.ſi per emptorem,in fi.uel dicas quod inquirendum ſit an fuerit negligens a tempore mortis per tempus tantum,quod capiat annus. Si fuerit negligens per tantum tempus, ſubducto tempore de medio, ex quo paratus fuit accipere & poſtea dare,ut reliquum temporis faciat annum,& tunc amittat,alioquin non,argumen.C. de teſtam. milit. l.quoq. tempore. Sed quibuſdam argumentis uidetur quod oblatio domini poſtea facta non proſit, niſi paucis diebus tranſactis paratus fuerit inueſtire,argumen. ff. locati & condu.l.ſi in lege,§.colonus,argumen. ff.de ſtatu lib. l.tertia,§.Strichus annuam,ff.de conſtituta pecun.l. & ſi alia die.ff.de arbi.l.item ſi unus, §. primo, item ff. de uerborum obliga.l.ſi quis ita promiſerit,§.primo,& penul.C. de temp. appella,l.ulti.§.primo.

Quid ſi vaſallus cauſam amiſſionis commiſit, & dominus inueſtiuit de ſuo recto feudo,nūquid adhuc agi poſſit contra vaſallum per dominum? Cap. lxxiiij.

Sed quęritur quid ſi vaſallus cau

ſam amiſſionis commiſit contra dominum, & dominus eum inueſtiuit de ſuo recto feudo,nunquid dominus adhuc agere poterit contra uaſallum?Reſpondeo, ſi ſciens amiſiſſe feudum inueſtiuit,quod amplius agere non poſſit, niſi dixerit,ſaluo iure ſuo, ſimilia inuenies ſupra eadem ſumma §.quædam tamen argumenta, & ſupra titulo primo, §.aliquando tamen ex tali,in fine, & infra eadem ſumma,§. itē ſi potuiut, in fine,& §.illud tamen, circa fi.uel niſi coactus faciat,cum uaſallo mouet quæſtionem feudi, & uaſallus deſiderat ut primo inueſtiatur de ſuo recto feudo, quod quidem fieri debet ſine prejudicio domini,vel dicatur quod nuſ

quam

Source : BIU Cujas

quam præiudicat domino, quod dic prout notaui infra in ſumma de conten. feu. §. ubi vero non habet, in princip. & ſupra titulo proximo, §. facta autem, & §. aliquando tamen. verum a prælato eccleſiæ, vel eius filio non poteſt integrari, ſi dominum occidit vel mutilauit, vt in titu. de feudis & bene. c. ad aures, & c. in quibuſdam.

Si vaſallus nolit iurare, quando dominus velit in ueſtituram præſtare, vtrum feudum amittat. Cap. lxxv.

Præterea ſi dominus velit inue

ſtituram intra annum præſtare, & ille nolit iurare citatus tribus vicibus in continenti tempore, ideſt per interuallum decem dierum, feudum amittit, niſi feudum fuerit ſine fidelitate (vt in titulo in quibus cauſis feudum amit. §. eſt & illa. in tituio explicit liber primus, §. nulla, in titulo nouum non pater. §. dominus vocati. argumen. C. de iudi. l. properandū, §. primo, ff. de iudic. l. per interuallum) niſi tempore guerræ vniuerſalis non petierit (vt in titulo de feudis & benefi. l. vaſalli, in titulo de pace Conſtan. §. vaſalli) vel alia iuſta cauſa, vt in titulo de capi. extraor. §. ſi cui miliți, in titulo de feudis & bene. l. quoniam. in fine. & ſupra eadem ſumma, §. itē vaſallus, ab hærede dictum eſt, vel niſi dixerit ſe facturum ſecundum quod pares laudauerint: vel prout pater eius fecerit, vt in titulo de capit. extraor. §. euenit, & §. quicunque paratus eſt. & de materia huius §. tractatur infra in titu. qualiter iurare debe. vaſal. §. fidelitatem non iurant.

Si dominus fecerit vaſallum citari per tres uices, & non uenerit an amittat feudum, Cap. lxxvi.

Item ſi dominus fecerit eum ci

tari per tres vices ſolenniter, ſcilicet ſpacio decem dierum, vt ſupra dictum eſt, vel forte ſpatio menſis (vt argumen. C. quomodo & quando iudex, l. qui ſemel) vel prima ſit, xv. dierum, ſecunda xxx. tetia xl. dierum, vt in titulo de capi. ex. extraord. §. illud quoque curiali. quod in feudo non credo menſem eſſe neceſſarium, ſed arbitrio curiæ determinandum tempus, dicens vaſallum incidiſſe in culpam, per quā debet amittere feudum, & non venerit, feudum amittit, vt in titu. nouum non pater. §. dominus vocat, §. ſenatus, & l. Adrianus, §. primo, argumen. in Lombar. de decim. l. de decimis vt venditur. & mitti poteſt in poſſeſſionem per curiam, dum venerit ad domeſtitiam faciendam, vel quouſque Rex interrogetur, ſed intra annum veniēs poteſt recuperare, alio quin poſſeſſione & feudo priuatur, vt in titulo nouum nō pater. §. ſi dominus vocat in titulo de feudis & bene. l. ſi forſitan, §. ſi quis ad malum, in fine, & §. in ſtatutis, ca. vt feudo pro debito, in fine, in Lombar. de his qui ad pala. venire cōtem. l. prima, in titulo de capitu. extraord. §. illud quoque curiali, §. ſi vaſallus ſpernit. C. de preſcrip. triginta annorum. l. ſi quis emptionis, §. vltimo, C. de iudic. l. properandum, §. primo, & §. ſecundo.

Vtrum uaſallus feudum amittat, ſi non uult dare, & in ſcriptis conſignare feudum, & poſſeſſionem feudi domino. Cap. lxxvij.

Quid ſi dominus præceperit va

ſallo vt feudum daret per ſcriptum facta inueſtitura, & ſacramento fidelitatis celebrato ad certum terminum, vt fieri ſolet, & vaſallus non vult, an contra ſacramentum videa tur facere? & an ex hoc feudum amittat? Reſpondeo, videtur, quod non: nam quamuis vaſallus negans feudum amit tat (vt in titulo ſi de feudo vaſal. fuerit interpe. §. vaſallus feudi. in titulo hic incip. conſuetu. regni. capitu. lex Corradi. §. ſi fuerit, in fine. tamen qui tacet, verum eum non negare, vt ff. de regulis iuris, l. qui tacet. nec reperio aliquo capitulo cautum, quod propter hoc vaſallus feudum amittat. Veruntamen bene puto quod dominus poteſt vaſallum per curiam vel iudicem conuincere vt det feudum per ſcriptum, & feudum indicet (argumento C. qui bonis cedere poſſunt, l. ſi pater, C. de his qui ad eccle. confugi. l. præſenti, §. cum autem, & §. quod ſi reus, ff. de dolo, l. ſed & ſi, §. vltimo, C. de iure de liberan. l. vltima, §. licentia, C. ſi ut ſe ab hære. abſtine. in Authen. ſi omnes, in fine, ff. de fideicommiſ. liberta. l. puto, in fine, ff. de contrahenda emptione, l. idem iuris, §. primo, ff. de actio. l. Titius, §. Semptonii, ff. ad legem Falcidiam, l. penult. in fine, C. quando & a quibus quarta pars, l. ſecunda, §. ſed vbi quarta pars) quod ſi nō fecerit, poterit dari domino poſſeſſio feudi, vt ſupra dictum eſt proxi. vel iurabitur in litem, argumento ff. de rei vendica. l. qui reſtituere, ff. de adminiſtr. tutorum. l. tutor qui repertorium. in Inſtitu. de officio iudic. circa princip. vel poſſet dici, quod ſi non dat per ſcriptum infra annum, quod feudum amittat, vt in titulo de feudis & benefic. l. quicunque beneficium. & maxime cum ex omni iuſta cauſa ſimili, aliis uel maiori, quæ iudici videatur iuſta, amittat feudum, vt in titulo in quibus cauſis feudum amit. §. exhæredationis, in fine, infra qualiter vſus benc. ſit tenen. §. ſi valuaſores, argumento ff. de manumiſ. vindict. l. & etiā, §. primo. ff. de teſti. l. tertia, ff. de tranſactionibus, l. cum hi, §. cauſę, in fine, argumento ff. quibus ex cauſis maio. l. ſed &, §. fina. ff. de interrogatoria actione, l. penultima. argumento ff. de iure deliberan. l. ait prætor, §. vltimo. argumen. ff. de muneribus & honoribus, l. prima, §. primo, argumen. ff. de fun. inſtruct. l. inſtrumenta, §. quærendi, in fine, C. de epiſcopis & cleri. l. ſi quenquam, in fi. C. de palatinis, l. vltima, libro xii. Hæc etiam argumenta notantur in ſumma, infra eodem, §. vltimo loco, in fine.

Quid ſi dubitetur quid & quantum ſit feudum, ſed certum eſt ipſum eſſe uaſallum, & aliū eſſe dominum, nunquid præſumetur totum eſſe feudum? Cap. lxxviij.

Sed ſi dubitetur, quid & quan

tum ſit feudum, ſed certum eſt ipſum eſſe vaſallum, & aliū eſſe dominum, nunquid præſumetur totum eſſe feudum quod poſſidet vaſallus, an totum allodium, vel pars allodiū & pars feudum? Reſpondeo, quidam dicunt quod præſumitur totum feudum, ſi non probetur allodium, argumento in titulo qui debent ſuccedere in feudum, §. ſi contentio fuerit. in titu. ſi de feudo vaſallus fuerit interpel. §. inter filiam. in tit. hic incip. conſuetu. regni, capit. hæc ſunt capitula, §. item ſciendum. argumen. C. in quibus cauſis colo. vel cenſi. l. ſecūda. & ad idem facit eadem ſumma. §. & etiam leges, & facit ad hoc brocardum Azo. quod incipit, Sed ſi ſoluerit, præſumitur de toto patrimonio brocardo, in generali ſub rubri. quibus ex cauſis cogatur quis uel non. Nam præſumptio eſt pro domino cum conſtet illum eſſe vaſallum, unde ſtandū eſt præſumptioni, ſi contrarium non probetur. contra præſumptionem enim eſt probandum, argumen. ff. de fideicommiſ. libert. l. generaliter, §. ſi petitum, in fine, ff. de rebus dub. l. qui duos, in fine. Alii dicunt quod præſumitur allodium, ſi contra non probatur (argumen. in titulo ſi de feudo vaſall. fuerit interpel. §. defuncto, in titulo hic incip. conſuet. regni, e. hæc ſint capitula, §. ſed ſi inter dominum, §. item ſi ſit, & in titulo qui debent ſuccedere in feudum, §. ſimiliter ſi contentio) vel dic quod conditio perſonæ domini, & eius facultates & vaſalli ſpectentur, & quantitas, quam conſueuit dominus ſimilibus perſonis prēſtare, & de quanto eſſet digna perſona dantis & accipientis, argumen. in titulo de cap. extrao. §. fidelitate autem a ſapi. & §. dicitur etiam. argumen. & de pig. act. l. vel vniuerſorum, ff. de ali. leg. l. verba, in fi. & l. cum alimenta, primo reſpon. ff. de annu. leg. l. iii. & l. Seio. §. medico, & l. ſi cui, ff. de leg. ii. l. quidam in teſtamento, argumē. C. de bo. vacan. l. ii. argu. ff. de vſur. l. qui ſemiſſes, in fi. ff. de negotiis geſt. l. Pomponius, in fi. ff. ad ſenatuſcon. Treb. l. ſed ſciendum, & l. de ętate, ff. de uſufru. l. ſed ſi quid, §. primo, ff. de vſu & habita. l. plenum, §. aliquo enim. argumen. ff. de iure do. l. cum poſt, §. gener. argum. ff. de leg. iii. l. ſi filiæ. ff. de muneribus & honoribus, l. & qui originem, §. præſes prouinciæ. & ad hoc etiam inquire generale in brocardis Azo. de qualitate factorum, in rub. ex eo quod quis ſolet facere vel facit, præſumitur alium, alias aliud uniuerſale ſimiliter facere, & in eodem generali, in rubrica, Quod ſolitum eſt fieri, ſemper fieri creditur. Præterea conſiderbitur an uaſallus conſueuit facere fidelitatem, tunc præſumatur melius, vt in titu. de capi. extraor. §. de fidelitate autem. Commodum enim affert ſacramentum, quia magis vaſallus eſt obligatus & plus delinquit, ſi contrafaciat, vt argum. ff. de teſtam. milita. l. ex militari, primo reſpon. in fin. & argum. ff. de actio. emp. l. ſi ſterilis, & § pe. ff. de contra. emp. l. fun. partem. ff. de ſeruis expor. l. ſi venditor, in fi. ff. de in diem adiect. l. eum qui, §. pen. & l. quicquid.

Source : BIU Cujas

quicquid.ſimilem quæſtionem notauit Pile.in colono, quã do neſcit indicare terram, unde conſueuit præſtare penſionem. Dicit enim quod tunc inſpicienda eſt conſuetudo domini,ſcilicet quantam terram conſueuit in illis locis,vel circa ea, in quibus ruſticus ſuas habeat poſſeſſiones, pro tali penſione locare, quo caſu, ſecundum domini conſuetudinem,tantum de ruſtici terra,nec de meliori,nec de deteriori domino eſt aſſignandum,vel conſideretur conſuetudo regionis,vel iuxta qualitatem ſeruitiorum & perſonarum,vt argumen.ff.de lega.iii.l.nummis,ff.de regulis iuris.l.ſemper, ff.de teſtib.l.hæredes. ad idem poteſt induci,ff.de legatis j.l.ſi ſeruus plurium,§.penulti. ff. de vſufruct.l.vſumfructum,§.ſi in viuariis,in fine.& in Inſtit. de rerum diuiſione, §.ſed ſi ab alterutro,argumen.C.de donati.l.ſi quis argentum, §.ſimili quoque modo,argumen.C.de adminiſt.tuto.l.vltima.§.vlti. vt in quæſtionibus Pil.de colono,an teneatur oſtendere prę dia pro quibus præſtat penſionem,in fine. Item ſi breuis recipiatur,in quo contineantur nomina poſſeſſionum feudi, nunquid per eum probabitur? Reſpõdeo, videtur quod nõ, vt argumen.C.de conuenien.fiſci debitoribus,l.vltima.ſicut per nudam confeſſionem, ſi confiteatur feudum, quod eſt allodium,argumen.C.de iuris & facti ignoran. l.cum falſa, C.de ingenu.manumiſ.l.ingenuum, C. locati & conducti,l. qui rem propriam,ff.de vſucapi.l.ei a quo ſed videtur quod præſumi debeat feudum,ſi non probetur contrarium,argumen.C.de non numera.pecu.l.genetali.C.arbitrium tutelę, l.vltima,ff.de acquirenda poſſeſſio.l.quod meo,ff.de confeſ. l.certum,§.ſed & ſi fundum.C.de ſeruis exportan.l.moueor in fine. in Authen.de teſti.§. ſi vero dicatur, ff.de acquirenda hæreditate,l.cum quidam,§.quod dicitur ſi putetur.in titulo extra de ſucceſſione ab inteſta,capitulo cum dilecti, ff. de fideicommiſ.liberta.l.genera.§.ſi petitur,in fine,ff.de iure dot.l.nuptura,in fi.

Vtrum vaſallus amittat feudum,ſi delator fuerit domini ſui. Cap. lxxix.

Si delator extiterit vaſallus domini ſui, & grandem iacturam patrimonii fecerit ſuſtinere,vel ablationem totius ſubſtantiæ,feudum amittit(ut in titulo in quib. cauſis feudum amit.§. ſed & qui delator.in Authen. vt cum de appel.cognoſci.§. caſus autem,in uerſiculo ſi delator autem,ff.de officio preſi.vrba.l.prima,§.cum patronus,in fine. argumen.C.de reuocan.dona.l.vltima,in Authen. de nupt. §.ſi autem,in titulo de ſacramen.& forma fide.capi.grauem & dolorem) vel apud iudicium petitum mouerit quæſtionem,vt ibidem.Et hoc verum eſt,ſi eſt maior, nam ſi eſt minor,non amittit etiam ſi ſententia durauerit in maiori ætate ſua,quia in maiori ętate fuerit lata, vel quia tutor vel curator accuſauerit,argumen. Inſt. de auctorita. tutorum.§.ſi inter,ff.de his quibus vt ind.l.poſt,§.ætati,& l.tutorem,ff.de in ius uocan.l.quæſitum eſt,ff.de bonis liber.l. qui cum maior,in princip.argumen.ff.de minoribus, l. denique,§. ſcio. Item ſi eum maleficum appellauit, vt argumen.ff. de obſequiis a lib.præſtan.l.prima,in fi. Si uaſallus noſter literas noſtras deſpexerit,beneficium ſuum amittit,vt in titulo de feudis & benefi.l.liber homo. Item ſtatutarii ſi confecerint ſtatuta,& ordinauerint cõtra libertatem eccleſiæ, feudo quod ab eccleſia detinent,priuantur, ut in titulo de priuile.eccle. l.honorem,§.nos,in fine,in titulo de feudis & benefi. capit. grauem,in fine. Item qui nonas & decimas dare negligeret eccleſiæ,vt in titulo de feudis & benefi.l.& qui nonas,& ca. quicunque eccleſiaſticum,& in titulo de priuile.eccle. l. ad honorem,§.nos,in fine. Item vaſallus inueſtitus a prædeceſſore principis, ſi poſtea traditionem acceperit a miniſteriali principis ſine iuſſione, & ſcienter pro infideli computatur,& iudicandus eſt ſecundum voluntatem principis, vt in ti.de feu.& bene.l.ſi quis pro ueri.

Vtrum vaſallus amittat feudum,ſi cum inimicis domini contra ſe conſpirauerit, vel ſuam amicitiam cum ſuis inimicis copulauerit. Cap. lxxx.

Si cum inimicis domini contra ſe conſpirauerit,vel ſuam amicitiam cum inimicis eius copulauerit uel affinitatem,uel exiſtat eis hæres,feudum amittit,ut in titulo de feudis & bene.l.uaſallus, argumen.ff.de officio præfe.vrb.l.prima,§.cum patronus,in fine,C. de inoffi. teſtamen.l.liberi,in fine,ff.de procur.l.aut affinitate,ff. de legatio.l. ſciendum, §. ſi accuſato,ff.de re milita.l.iii.§.is quinam intereſt noſtra rem potius eſſe apud quemuis, quam apud inimicum,vt argumen.ff.de iure dot. l.cum in fundo, §.diuortio autem,in fin.vel quod plus eſt, cum domino inimicitias capitales habuerit, vel graues & non leues,puta plagas ei faciendo, vel in mortem eius conciliatus eſt, & cum domino ad amicitiam non peruenerit, vel ei non ſatisfecerit,vt tunc feudum amittat(argumen.in Lombard. de debiti & gualdi.l.ſi quis alii,argumen,ff.de annuis lega.l.tertia,& l.ex parte,ff.de his quibus vt indign.l.ſi inimicitiæ.argumen. in titulo de feudis & benefic. l. imperialem, §.inſuper ſi filius,in titulo de ſacramen.& forma fide. cap.grauem,& dolorem.argumen.in titulo de procurat.l.filius, §. pen.& l.uel exilio.ff.de ſuſpect.tuto.l.tertia,§.ſi tu. in Inſtitu. de excuſat. tuto.§.inimicitiæ,ff.de excuſatio.tut.l.athletæ,§. dat autem, argumen.ff.de arbi.l.licet) vel ſi contumelias vel conuincia ei fecerit.& facit ad hoc quod notaui in ſumma in titu.qua liter iurare debe.vaſa.§ generaliter,& ſupra eadem ſumma §.& non ſolum,& in eo.§.ſi cum vxore,§.item contumeliis. Quod puto verum ſi uaſallus pręſtitit cauſam inimicitiæ, ſi vero dominus,tunc vaſallus excuſatur propter ſui tuitionē. quod dic prout notaui ſupra eadem ſumma, §. ſed quid ſi dominus, & §. item quod dixerit. argumen. tamen videtur in liberto,quod etiam pro leui offenſa amittat,vt arg. C.de libe.& eorum lib.l,ii.

Vtrum vaſallus amittat feudum,ſi contra dominum accuſatum teſtimonium dixerit, vel eum accuſauerit,& alijs ex cauſis hic appoſitis. Cap. LXXXI.

Item ſi dixerit vaſallus contra dominum accuſatum teſtimonium,uel eum accuſauerit(vt in titu.hic incip. conſue.regni,c.primo, §. ſimiliter, argumen. ff.de his,quibus ut indign.l.poſt legatum,§.ſi uero,ff. de bonis liber.l.qui cum maior,§.ſed ſi non) niſi fecerit quæ ſunt contra principem, uel rempublicam (ut argumen. in Authen.ut cum de app.cogn.§.cauſas,in uerſi.ſi eos in crimina libus. ſimile notaui ſupra eadem ſumma, §. excuſandus,& in titulo qualiter iurare debe.uaſal.§.iurare autem) uel niſi primo dominus uaſallum accuſauerit, uel ipſe uaſallus quadam neceſſitate accuſet eum,puta quia uult ulciſci patrem cui ſucceſſit,ut in prædicta l.qui cum maior, §. ſi libertus, §. prouocatus,§.ultimo, uel niſi proſequatur iniuriam ſuam, uel ſuorum,uel etiam faciat ſuarum rerum tuendarum gratia (ut argumen. ff. de accuſa.l.qui accuſare, in fine.& l.hi tamen,& liber.in princip. ſimile notaui ſupra eodem §. ſed ſi dominus)uel niſi leui crimine accuſauerit, uel crimen verum probauerit,argumen.in titulo hic incip. conſue. regni, c.primo,§.ſimiles.argumen.ff.de bonis liber. l.qui cum, §.is demum,§.ultimo, vel ſi coactus dixerit teſtimonium contra eum,argumen.ff.ſi quis cautio.l.ſecunda,§. primo. ſecus ſi voluntarię,argumen.ff.de his quibus vt indig.l. poſt legatum,§.aut libertus,argumen.ff.de fideicommiſ.liber.l. cum fidei.Eandem diſtinctionem dicas,ſi patrocinium uel iuuamen aſſiſtendo uel fideiubendo pro accuſatore contra eum pręſtiterit,utrum uoluntarie an coactus,ut quãdoque amittatur,quandoque non,argumen.ff. de his quibus ut indign. l.poſt legatum,†.aduocatum.argumen.ff.de inoffi. teſtamẽ. l.ultima,argumen.ff.de bonis liber.l.qui cum maior,ff.ſi patroni filius,argumen.contra ff.de fideicommiſ.liber.l.rogo. & ad hoc etiam poteſt inducere quis argumenta infra eadẽ ſumma,§.ſed quæri poteſt,quid ſi coactus. Item amittit ſi delatorem adiuuit,uel pro eo in ea accuſatione fideiuſſit,ut argumen.in dicta l.poſt legatum,§.idemque diuus Seuerus.argumen.ff.de bonis liber.l.qui cum,§.is demum,in fine.argumen.ff.de aboli.l.prima,§. incidit, & l.in ſenatus.primo reſpon.ff.de iure fiſ.l.ii.§.diuus,& l.ſenatus.§.j.

Item ſi in ſeruitutem dominum falſo reuocauit, niſi poſtea eum admittat cum ſciuerit liberum, ut argumen. ff. de bonis liber.l.in ſeruitutem,in prin.& §.i.Item ſi uaſallus cõtra dominum pronunciauit, & in cauſa appellationis dominus obtinuerit,feudo priuetur, argumen.prædictę l. poſt legatum,§.qui accuſauit, & §.idemque diuus Seuerus. Et hoc uidetur etiam uerum, ubicunque uaſallus domino iuſtitiam facere neglexerit,iudex in cuius miniſterio eſt,interdicat illi beneficium interim,uſquequo ipſe aut miſſus eius iuſtitiam faciat,ut in titulo de feudis & bene.l.ſi forſitan. in

titu.

Source : BIU Cujas

titu. de priuile. eccleſia. §. ſancimus, & facit ad hoc quod notaui in titu. qualiter iurare debe. vaſal. §. iurant autem, circa finem §. Illud tamen notandum eſt, quod vbi vaſallus vult agere contra dominum, quod debet ſalua reuerentia agere ad ſimilitudinem liberti (vt in titulo nouum non pater. §. ſi uero vaſal. argumento C. de libera. cauſa, l. cum affirmes, in titulo hic incip. conſuetu. regni, cap. primo, §. & cum datur, §. quibus,, argumen. ff. de iureiuran. l. iuſiurandum, & ad pe cunias, §. hoc ius) ſi. ne famoſam contra eum intentet actionem (vt argumen. ff. de doli exceptio. l. apud celſum, §. aduerſus, ff. de ob eq. patro. præſtan. l. parens, & l. licet, C. de obſeq. patron. præſtan. l. item liberis, argumen. ff. de dolo, l. non debet. & facit etiam ad hoc quod notatur in ſumma ſupra eodem titulo, §. & etiam notandum) ſed non puto quod habeat neceſſe veniam petere, licet contingat in liberto, vt C. de in ius uocando. l. prima. Vel dicas quod poteſt intentare actionem, ſed infamiæ eius erit pacendum, & ut bonæ fidei fiat mentio (ſimile ff. de ſuſpect. tutoribus, l. hæc) vel ſaltem in his impleretur officium iudicis per denunciationem, argumen. C. ſi tuto. non geſſerit, l. prima, in fine, vt vtriuſque conſulatur, argumento. ff. ſoluto matrimonio, l. ſi cum dotem, §. nec non. nec iurat dominus de calumnia, vt in titulo hic incipi. conſuetu. regni, capitulo primo, §. & cum datur, in fine, §. in quibus.

Vtrum vaſallus feudum amittat, ſi dominam adulterauerit. Cap. LXXXII.

Item ſi dominam adulterauerit feudo priuatur, i deſt, cum vxore domini ſui iacuerit ſcienter & viuente domino (vt in titulo hic incip. conſuetudi. regni, § ſi vaſallus contra conſtitutionem, & infra eodem, §. primo, & in titulo qualiter vſus beneſi. ſit tenen. cap. ſi capitanei, §. vaſallus contra conſtitutionem, §. valuaſores, & §. ſi quis miles, in titulo in quibus cauſis feudum amit. §. item ſi dominæ, in titulo de feudis & bene. l. quicunque igitur, & §. hæc etiam, & l. de militum, primo reſponſo, & l. vaſallus. argumento, ff. de operis liberto. l. plane. argumen. in Authen. vt cum de appel. cogn oſci. §. cauſas, in verſicu. ſi nouercæ. in Lombar. de ſuc. l. nulli liceat. argumento. ff. de poſtu. l. qui eorum, §. primo) & dominus licite poterit vaſalllum, ſi eum in adulterio depræhendit, occidere, ſicut libertum patronus, vt ff. ad legem Iuliam de adult. l. marito, §. primo. licet ſecus ſit in liberto contra patronum, vt ff. ad legem Iuliam de adult. l. ſi adulterium, §. liberto. aliud ſi ignorauit, ſecundum Pileum, argumen. ff. ad legem Iuliam de adulte. l. miles, §. mulier, & l. penult. argumen. in decret. xxx. quæſtione iiii. in lectum. argumento contra ff. ad legem Iuliam de adulte. l. marito, & l. ſi amici, in fine. vel domino deficiente in probationibus, ſe defendat, vel cum aliis, vel ſolus vſu curiali, vt in ti. de feudis & bene. l. de militum, primo reſpon.

Vtrum vaſallus præſtare debeat illam reuerentiam domino mortuo, quam præſtare debet eo viuo. Cap. LXXXIII.

Item argumentis quibuſdam vi detur quod amittat, etiam ſi facit mortuo domino: quia reuerentiam, quam debet præſtare domino viuo, debet etiam eo mortuo, argumen. ff. de excep. doli. l. apud, §. aduerſus, argumen. ff. de verborum ſignifica. l. vltima, primo reſponſo, in fine, C. de præpo. ſac. cubicu. l. vltima, primo reſponſo, argumen. C. de quæſtio. l. ſeruos, §. non ſolum, ff. ad municipa. l. filii libertarum, §. primo, in Inſtitu. de nupt. §. affinitatis, §. ſocrum. Sunt etiam alia argumenta, quæ poſſunt adaptari ad hæc, quæ inuenias infra eadem ſumma, §. præterea ſi refutauit, ar. contra ff. de operis liber. l. plane.

Vtrum idem ſit in matre domini quod in vxore eius. Cap. LXXXIIII.

Idem in matre domini, quod eſt in vxore (argumen. in Authen. de conſulibus, §. ſinautem etiam vxorem, argumen. contra ff. de agentibus in rebus, l. hac, §. ſimili, C. de caſtrenſiariis, l. tertia, & quarta, §. hoc autem, libro xii) & hoc ſi in viduitate permanſerit, argumen. C. de priuileg. ſchola. l. quoties, primo reſponſo, argumen. C. de re uocan. donati. l. his ſol. argumen. in Authen. de nup. §. mater tamen, §. eius quoque, C. vbi pupil. edu. l. prima, C. de admi. tuto. l. lex quæ, §. lex eſt. C. ad ſenatuſcon. Tert. l. iubemus, §. in ſupra dictis.

Vtrum conatus habeatur pro deliſto conſumato. Cap. LXXXV.

Item ſi cum vxore domini concumbere ſe exercuerit, ſcilicet inſidiando vel appellando, vel affectando eam. Nam ſi haberet tantum voluntatem, vel etiam laboraret vt facere poſſet, ſi tamen non fuerit inſidiatus, non amittit, quia non debet ei obeſſe conatus, cum iniuria nullum habuit effectum, vt infra eodem, §. primo, & in titulo, qui debeant ſuccedere in feu. §. ſi nolueris, argum. ff. de officio præfect. urb. l. prima, §. cum patronus, argumen. ff. quod quiſque iuris in alterum ſtatue. l. prima, in fine. ff. de pœn. l. cogitationis, ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. ſi quis virgines, in fine, §. committere, §. appellare, §. qui temporis. Et hoc verum eſt, cum turpi de cauſa appellat, vel aſſequitur: nam ſi cauſa ludi, vel ex honeſta cauſa, vel gratia honeſti officii eam appellat vel aſſequitur, non amittit, argumen. ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. meminiſſe. quia officium eius non debet eſſe ei damnoſum, argumen. ff. de furtis. l. ſi ſeruus communis. §. quodvero.

Dominus enim Py. dicebat quod voluntas ſola non punitur, vt ff. de pœn. l. cogitationis. ſi vero uoluntas progrediatur ad actum, ſi a actus perficiatur, punitur, licet pœnitentia poſtea interueniat, vt argum. ff. de fur. l. qui ea menta, ff. vi bonorum rapto. l. non prodeſt, ff. de ritu nuptia. l. palam. §. primo, ff. de ædilitio edicto. l. quis ſit fug. in principio. argumento contra ff. de bonis liber. l. in ſeruitutem, in principio, & §. primo.

Si vero actus non perficiatur, ſi quidem propter pœnitentiam ratione miſericordiæ ſubuenitur & parcitur, vt ff. ad legem Corn. de fal. l. qui falſas. ff. de inofficio teſtam. l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de iniur. l. item apud, §. ſi curauerit. ff. de bonis liber. l. qui cum maior.

Si vero non propter pœnitentiam, ſed propter impoſſibilitatem remaneat actus imperfectus, punitur, vt C. ſi quacũque prædi. poteſta. l. prima, ff. de re milita. l. tertia, §. is qui, ff. ad legem Pomp. de parricid. l. prima. quædam tamen ſpecialia ſunt contra ſupradicta, quæ hic non noto. Sed plene Pileus notauit indiſtincte, cum quis habet voluntatem delinquendi, &c.

Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi turpiter cum vxore domini luſerit. Cap. LXXXVI.

Item amittit ſi turpiter cum vxore domini luſerit (vt infra eodem, §. primo, argumen. in Authen. vt cum de appel. cognoſci. §. cauſas, in uerſi. ſi nouercę. in Nouel. in titu. vt cum de appel. cognoſci. §. cauſæ autem, in verſi. ſi nouercæ) ideſt, ſi manum in ſinum vel ad pectus miſerit, uel ad alium locum, vnde turpe oriri vel aliud eſſe poteſt (vt in Lombar. qualiter quis ſe defen. l. ſi quis amodo, in princip.) puta ſtringendo manum, digitum, brachium, cubitum, mammillas, ut in l. Salica, & in titu. de eo qui mu. li. inge. ſtrinxerit manum, per totum. nam qui ſignum furandi præbet, tanquam fur manifeſtus punitur & infamatur, ut ff. ad legem Iuliam pecula. l. iii. §. vlti. Ludi enim ita exercendi ſunt ut honeſtas ſeruetur, uerecundia caſtis moribus perſeueret, vt C. de mauma. l. prima, libro xi. Nam & priuilegio priuatur, qui inhoneſte & contra decus ſeculi, uel honorem ſui officii uerſatur, vt C. de curioſis, l. per id tempus. Ludus enim noxius & turpis in culpa eſt (ut ff. ad l. Aquil. l. nam ludus) vnde impunitus eſſe non debet, ut ff. de fur. l. in furti act. §. ulti. Nam tales ludi non debent appellari ludi, ex quibus crimina oriuntur uel oriri poſſunt, ut in procemio Digeſtorum, quaſi in fine. alias uero quod fit per ludum, pro eodem debet haberi ac ſi non fieret, & non debet eſſe punitum, ut argumen. ff. de ſeruo corrup. l. dolo. malo, ff. de acti. & oblig. l. obligationum. & ff. de iniur. l. iii. in princ. & l. item apud Labeonem, §. meminiſſe. de iniur. argumen. ff. de ædili. edic. l. ſciendum, §. dictum, in fi. in inſti. de mili. teſt. §. cęterum. Item ſi contumeliis, vel conuicio vaſallus vxorem domini affecit, feudum amittit, ar. ff. de of. præfe. vr. l. j. §. cum patronus. offendi enim videtur dominus, ſi eius vxor offendatur,

Source : BIU Cujas

fendatur(argumen.ff.de verborum obliga.l.ſi ſtipulatus fuero pro te,ff.de vſu & habita.l.cæterum,§.mulieri, & l cæterarum,ff.de ſer.leg.l pater filiæ) niſi lubrico linguæ vel modeſtiæ neſcius hoc faciat(argumen.C.ſi quis imperatori maledix.l.prima,ff.ad legem Iuliam maieſta.l famoſi,§.hoc tamen crimen) vel calore irracundiæ, cum perſeuerantiam non habuit,argumen.ff.de regulis iuris, l.quidquid calore, ff.de diuor.& repu.l.iii. Vel ſaltem non priuetur feudo,ſed aliter puniatur, argumen. C. ad legem Iuliam, de adulte.l. Gracchus,ff.de iure patrona l prima.Idem ſi per vinum ſeu ebrietatem hoc contingit,argumen. ff. de cuſtod.reo.l.milites,§.Saluio.ff.de pœnis,l.reſpiciendum,§.delinquunt, ff.de re milita.l.omne delictum,§. penultimo. Et hæc vera ſunt, cum legitima vxor eſt,aliud ſi non eſt legitima vxor, argumento ff.ad municip.l.de iure,§ vltimo,ff.vnde vir & vxor, l.prima,primo reſponſo, ff. de vſufructu lega. l. vxori maritus,ff.ad legem Iuliam de adulte.l.ſi vxor,§.diuus, ff. pro dote,l.prima,in fine,ff.de his quibus vt indig.l Claudius, ff. de conditio.& demonſtra.l. hæc conditio, ff. de operis liberto. l.ſicut patronus, ff. rerum amota. l. ſi concubina,primo reſponſo,in fine, argumento contra ff de donatione inter virum & vxorem,l.iii.§.videamus.C.de donatione inter virũ, & vxo.l.ſi ex voluntate.

Vtrum idem ſit in concubiua, quod in vxore domini. Cap. lxxxvij.

Item idem eſt in concubina domini,quod eſt in vxore eius, argumen. in Authen. vt cum de appellatione cognoſcitur,§.cauſas,in verſiculo ſi noner. cæ,C.de nup.l.quarta,ff.de concubin.l.prima,§.ſi quæ, ff.de operis liberto.l.liberta ſi in concubina. Nam nihil intereſſe debet inter uirum & vxorem & concubinam,niſi quo ad dignitatem, quia digniori nomine nuncupatur vxor, vt ff. de legatis tertio,l.item legato,§.parui,& l.qui concubinam, primo reſponſo.Nam honeſtior cauſa eſt concubinę,quam amicæ,ff.de verborum ſignificatio.l.liberorum,§.ibi memoriam, argumento contra ff. ad legem Iuliam de adulter.l.ſi uxor,in princip.ff.rerum amota. l. ſi concubina,in princip. argumen.ff.de donatio.inter virum & uxo.l.iii.§.diuus,ff de dona.l.donatione.

Vtrum idem ſit in ſponſa, quod in vxore domini. Cap. lxxxviij

Et quod dico de vxore, idem intelligas de eius ſponſa,argumen in Inſtitu.de nup.§.ſi vxor, in fine,ff.de gradibus,l.Labeo,§.primo,C.de inceſt.nup.l. licet,C.de bonis,quæ libe.l.non ſine,ff.de his qui notantur infamia,l.quid ergo,§.ſecundo, ff. de fundo dota.l.iiii. & ff.de ſponſa.l.tutor,§.fina.& l.ſi qua mihi,§ primo,ff.de teſti. l. in legibus,ff.de iniu.l.prima,in fine,& l.item apud,§.ſponſum, & ff.ad legem Pomp.de parric.l.prima,& ſecunda,§ primo, & l.iii.ff.ad legem Iuliam de adulte.l.ſi vxor, primo reſpon. & §.diuus Seuerus.in Inſtitu.de excuſa.tutor. §.penulti.ff de excuſatione tuto.l.prima,§.vltimo,argumen. contra, ff. de his qui notantur infamia,l.vxores,& l. ſolet, §. quæ vtrum, ff.ad municip. l. ea quæ deſponſata, & l. vltima,§.ſecundo, ff.pro dote,l.j.

Quid ſi vaſallus fecerit cum voluntate earum, an feudo priuetur? Cap.lxxxix.

Sed quæri poteſt, an ſit verum, ſiue vaſallus fecerit voluntate earum,ſiue ſine voluntate?videtur quod priuari feudo non debeat, ſi fecit voluntate earum,argumen.ff.de liber. homine exhiben.l.iiii §.ſi quis volentem,ff.de liber.exhiben. l. vltima,argumen.ff.de furtis,l. qui vaſa.§.qui ex voluntate.quod non puto diſtinguendum immo omnimodo, & non conſideretur voluntas earum, argumen.ff.de iniur.l prima,§.vſque,l.ſi quis ſeruum. & in Lombar.intra quod tempus permiſſum ſit viduis,l.iii.argumen.C.de rap.virgin.l.prima,§.pen.C.de ſalgamo. l. prima, Sed voluntas domini conſiderabitur,de quo agitur:nam vaſallus alienando feudum non videtur peccare ſi voluntate domini faciat,vt infra de contenti.feud.circa finem,& in titulo de feudis & benefi.l.imperialem,§.primo, & ad hoc facit quod notatum eſt in eadem ſumma,§.ſine conſenſu.

Quod dictum eſt de vxore, idem de filia domini virgine. Cap. xc.

Et quod dictum eſt de vxore domini,idem intelligo de filia domini,virgine,quæ ſit in capillo vel nupta & non vidua(argum.ff.ad legem Iuliam de adul. l.nec in ea,§.primo) vel idem etiam in vidua, argumẽ. C.de rap.virg l.prima,§ j.Idem de nupta filio, maxime filio viuẽte(argumẽ.ff de vſu & habi.l.immo.)vel etiã mortuo,argu. C.de verborum ſig.l.vltima,primo reſponſo,in fine, vel nepte ex filio.ſed forte de nepte ex filia aliud eſt: quia licet filia ſit in poteſtate patris ſui, non eſt tamen neptis ex filia in poteſtate eiuſdem,ſed ſui patris.Idem dico de ſorore ſui domini,manente adhuc in domo, quæ in capillo dicitur,vt infra eodem,§ primo,& in ti.quibus cauſis feudum amitti. §. item ſi domino.in Inſtitu.de patria poteſta.in fi.ff.de ſena. l. liberos,in fin.& facit quod notatur ſupra eadem ſumma,§. & non ſolum,& in titulo qualiter iurare debe.vaſal.§.generaliter.Sęd opponitur de eo quod dictum eſt in ſorore,quia ſi eam occideret vaſallus non amittit feudum,vt in titu. hic incip.conſuet.regni,c.lex Corradi,§.ſi quis interfecerit. Reſpondeo,plus videtur peccare quam ſi eam occideret,argumento ff.quod metus cau.l.iſti quidem,§.primo,item argumen.contrarium eſt in omnibus prædictis,ſcilicet filia,ſorore,nuru,vt argumen.in Authen.de conſulibus, §. ſinautem etiam vxor.

Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi credentiam ſibi iniunctam ad damnum domini manifeſtauerit. Cap. xci.

Item amittit ſi credentiam ſibi iniunctam ad damnum domini manifeſtauerit ſcienter, publice,vel priuatim pluribus præſentibus,vt in ti.qualiter iurare de.vaſa.in prin in titu.de feudis & benefi l.liber homo, argum.ff.ad l. Aquil.l.ſi quis teſtamentum,§.primo,ff.depo. l.j.§.ſi quis tabulas,ff.ad ſenatuſ.Sylla.l.ſi quis in graui,§.edicto cauetur,in ti.qualiter vſus bene.ſit tenen.c. ſi capitanei, primo reſpon,ff.de re mil.l.omne delictum,§.exploratores, ff.de teſt.l.hæredes palam,& in ti.de ſac. & forma fide.ca.primo,§.tutum,& c.eſt & alia.quia cum ſecreta domini inquirit,& inquiſita reuelat,non eſt in fide ſua rectus, ſed in mala ſuſpicione manere videtur:nam ſecretum domini abſcõdere bonum eſt,vt in Lombar.de his, qui in fraudem ſecreta regis inquirunt,l.j. Nam ſecreta domini merito ſubiectis committuntur(vt argum.C.de ſac.ſcri.l.magiſtros.lib xii.cũ magis ſecreta ab vniuerſis ſubiectis debeantur,arg.C. de op. pub.l. quicunque locus. & dicuntur illa ſecreta, quę vulgus ignorat,vt argu.ff.de his qui deiece.vel effu.l.j.§. ſumma, ad hoc etiam facit quod notaui ſupra eadem ſumma, §. item amittit,ſi aliquam feloniam,§.vel ſi ſubripuit,& in ſ.qualiter iurare debe. vaſa.§.iurare autem, & §.iurant autem.Sed nunquid erit neceſſarium ad hoc vt puniatur quod manifeſtauerit,& quod ad damnum domini fecerit?puto quod ſic quod ſatis poteſt coniici in ti.qualiter iurare debe.vaſa. primo reſp.Simile dicitur in liberto, qui punitur ſi conſpiraue rit cum inimicis domini & contra dominum, vt ff.de offic. prafe.urb.l.j. §.cum patronus.imo videtur non inepte poſſe dici quod ſit neceſſarium, quod dominus ex tali manifeſtatione damnum paſſus ſit,vt ar.in Inſt.qui manumit.nõ poſ. in prin.ar.ff.de in rem verſo,l.quod ſi ſeruus,§.ſed ſi acceperit.Vnde vno deficiente,non amitret,ar.ff.de itine. actuque priua.l.inde,§.pe.ff.de tranſa.l.cum hi,§.ſi prætor,in Inſti.de hære.inſti.§.pe.

Si vaſallus refutauerit feudum domino, utrum præiudicet agnatis viuente vaſallo, & eius filiis. Cap. xcij.

Pręterea ſi refutauerit vaſallus feudũ domino, agnatis non ꝑiudicat viuente vaſallo & eius liberis,vt in ti.de cap.extraor.§ beneficium paternum,& §.ſi aliter ex fratribus.Si uero alio modo refutet,iam amitit, vt in titu.

Source : BIU Cujas

titu.hic incip.cõsue.reg.c.hęc sũt capitula,§.vlt.& l.lex Corradi,§.si vasallus cõtra cõstitu.§.alienã,in fi.argumentum ff. de vsufru.l si absente, in prin.& l.cum fructuarius. ff. si seruitus vendi.l. & si forte, §. etiam. ff. de iure dot. l. sed vsufr. ff. de coll. l. si quis, primo respõso. ff. si tabulæ testat. nullę extra. l. si pater. ff. communi diuidun. l. sed postquam, in fi.ff.de noxa.l.si seruus communis ff.de neg. gest.l. sed an vltro, §.j. in medio.§.argu.ff.de tribu.act l.illum,primo respõso. Quia nemo dubitat,quin refutatio sit alienatio, (vt ff. de rebus eorum, qui sub tute.vel cura.l.magis puto, §. si pupillus) & loco donationis habetur, vt ff.de bonis liber.l.nihil.§.si patronus, in fi.argu.contra.ff.quæ in frau.credito.l.si pignus, & per alienationem feudum amittit,vt in tit.de feu. & bene.l.imperialem,§.j.sic tamẽ reuocatur, si facta sit ab eo qui bonis cessit, vel à debitore fraudis suspecto, vt in tit. de feu.& benefi.c.in statutis.c.cessionem. & argu.prędictæ l. si pignus. Et solæ facultates faciunt ipsum, suspectum, vt ff. de priuileg. credi. l. si creditores. Et potest vasallus refutare etiam inuitis dominis, & etiam partem vnius domini alijs sibi reseruatis, vt in ll.prædictis, & in titu. hic incip. consue. reg.c.lex Corradi,§.si Vasallus.argu.ff.de operis liberto. l. interdum.Pileus hoc idem probat,sed aliud putat in libellario & conductorio.Verùm licèt vasallus post refutationem seruire non teneatur, tamen ab offensione abstinere debet, & hoc in memoriam amicitiæ prioris:cum distinctione tamẽ, vt si voluntate vtriusque tunc fidelitas finitur: si voluntate vasalli tantum vel iudicio parium, tunc fidelitas durat, vt in titu.de capi.extraor §.qui fidelitatem. in titu. hic incip.cõsue.reg.§.si vasallus contra consti. in fi argumen.ff.re.amota.l.j.in prin.& l.ij.argumen.C.de adopti.l.penulti.§.sed articulum, in medio §.ff.de his qui sui vel alie.iur.sunt. l.pat.furioso,in fi.ff.de decuri.l.vlt.ff.de quæst.l.vnius,§.seruis in cau. C.de quæst.l.seruos non solum.C. de offic. præto. l.j.in fi.C. de senten.pas.& resti.l.frustra.in consti. libertinorum veteris iuris,in fi.& est mihi in custodia C. constitutio Græca. simile etiam notaui suprà ead. summa, §. vbi vero est vasal. vel dic quod vasallus non tenetur seruire, sed ab offensione se abstineat: sicut & liberta, quæ cum nubit voluntate patroni, non debet præstare patrono operas posteà, vel officiũ: ius tamen patronatus remanet, & operæ etiam præstabuntur, postquàm desierit esse nupta, vt ff. de operis liberto. l. sicut patronus,& l.planè. C.de operis liberto.l. quod. ex liberta.C. de obsequiis patro.præstan. l. ij. quidam tamen, vt Azo,dicunt quod nõ potest refutare domino inuito, vt arg. C.de Episco.& cle. l. si quis curialis. C. de repu. hære. l. sicut arg.ff.de succesſo.edi.l. j. §. decretalis. & quia feudum datur gratia vtriusque,vt in titu.qualiter iudi.feu.sit ex c.si quis obligauerit,in tit.in quib.cau.feu.amit.primo respon. Vnde altero inuito recedi non potest, (arg. C. de actio. & oblig.l. sicut,) nisi perueniret vasallus ad dignitatem vt honestè seruire non possit, vt argumen.ff.de operis liberto.l.interdum. argu.ff.de vsu.& habita. l. non aliter. Nam & tunc vasallus excusatur.& ad hoc facit brocardum, quod quis possit feudo renuntiare in generalibus: sed satis dici potest vt renũciari possit, vt licet non possit alienare, possit tamen repudiare,) argu.ff.de succesſo.edic.l.j. in fi. primo resp.) nisi ratione propinquorum vasalli dominus petat à vasallo vt eum adiuuet contra suos propinquos qui dominum offenderẽt, & ipse hac de causſa velit refutare, (vt ff.de vsufr.l.cùm fru. & l.sed cum fruct.& arg.ff.de furt.l. seruus nauem, §. interdum.ff.de bonis damna.l.vlt.§.ij.ff.ad muncip.§.antepenul.) nam extra tales adiuuare tenetur, vt in tit.hic incip.consue. reg.§. contra omnes,, vel dicas quod antequam feudum agnoscat vel hæreditatem, quòd repudiare possit:& si agnouit feudum, quod non possit repudiare, nisi iusta de causſa, (vt arg.ff.de succesſo.edi.l.i. primo respõ. in fi. & §. vnius, §. qui semel. C. de repu. heredi. l. sicut. C. de actio. & obliga.l. sicut.in tit.hic incip.consue.reg.c.hæc sunt capitula,§.si contigerit. & ff.loca.& conduc.l.habitatores, §.iterum) vel distingue, vtrum sit primus vasallus qui acquisiuit, quo casu non potest refutare: an alius secundus vasallus mortuo primo, quo casu potest retinere, si velit à domino recognoscere, alioquin potest feudo cedere.ar.ff. de aqua plu.arcen. l.is cum quo.& in titulo qualiter iura.debe. vasall. §. est autem, in fi.

Vtrum dominus possit liberare vasallum à vasallitico eo inuito. Caput cxiii.

Sed nunquid dominus poterit liberare vasallum à vasallitico eo inuito? Videtur quod nõ, vt qui benefactorem habere non vult, eundem dominum forte & acerbum sentiat, & beneficium non detur inuito, vt arg.C.de manu.testa.l.vlt.§. si verò in Auten.quibus mo. nat.§.generaliter.ff.de regu.iur.l.inuito.porerit tamen dominus, si voluerit,subijcere aliquem animo nouandi,qui promittat quod vasallus debet, & vasallus liberatus erit ipso iure eo inuito, & alius per exceptionem,argumentum ff.de nouatio.l.Stichum,in fi.ff.de accepti. l. & per iusiurandum, §.tutor.ff.de solu.l.si debitor tuus. Et vbi vasallus refutauit, redibit ad agnatos vel ad fratres,non ad dominum,argumẽ. ff.de assig.liber.l.j.§.vlt.& §.penulti.& l. ij.in titu. hic incipi. consue.reg.c.hæc sunt capitula,§.si contingit.in titu.de capi. extraor.§.beneficium paternum.de qua materia plenius notabimus infrà eadem summa, §. item sciendum est, vbi q vasallus. Item amittit feudum vasallus, si vasallus libertus inuestitus fuerit de aliquo feudo, cum patronus erat sine liberis, & posteà dominus suscepit liberos, & feudum reuocauerit, quod facere potest, vt arg.C.de reuoc.donati.l.si vnquam.& arg.in decretis,xvij. q.vlti.§.quicũque vult, primo respon.in fi.arg.C.de inoffi.dona.l.si totas. Item si beneficiũ occasione proximi desertum habuerit, & infra annum, postquam dominus cognouerit, non satisfecerit, vt in titu. de feu.& benefi.l.quicunque. Item si inordinatè beneficiũ tractauerit, & admonitus respuit, vt in titu.de feu.& benefi. l.si duo homines, §.quicunque.argum.ff. de vsufr. l. sed & si quid,§.j.& l.locum,§.j.Item si latrones non repræsentauerit & ei denunciatum fuerit, cum hoc facere potuit, vt in tit. de feu.& benefi.l.vt iudices: & si in domo eos susceperit, in fidelis est, vt in prædicto titu. l.quis latronem.

Quibus casibus feudum amittat vasallus. Caput cxiiii.

Item si sciens vasallus feudum fuerit inficiatus. feudum amittit,vt in tit.si de feu. vasal.fue. interpel.§.vasallus,in fi.in titu.de sac. & for. fide. c.grauem & dolorem, & argum.ff.ad l. Fal. l. hæreditatum computationi,§.vlti.C.de iure delibe.l.vlti.§.illo videlicet. postquam à vasallo malitioſe vult subtrahere, beneficium amittit, vt de iure annul.aur.l.j.in fi.nisi ante litis contestationem contiteatur,vt argumen.C.de plus pet.l.j.vel etiam post litem,si ætas in eo sit ignoſci debeat,vt argumẽ.ff.de noxa.l. electio, §.nec hæredi,in fi.Nec enim debet vasal.prodesse negare,argum.ff.de trib.act.l.illud,§.si negauerit.& facit ad hoc quod notatum est supra,eadem summa,§.item si vasallus ab hærede.argu.contra,C.de ingen.ma.l.penul. Nam propter mẽdacium beneficiũ quis amittit,aliquando & priuilegium,vt ff.de manu.test.l.j.& ff.ad Maced.Senatusconsul.l.j.ff.de fide ius.l.dubitet,§ ita.ff.de re iudi.l.sed hoc ita.C q potio.in pig. habean.l.item.C de sacrosanc.Eccl esi.l.qui sup. C. si minor se maio.dixe.l.ij.ff.quod cũ eo,l.iiii.ff.de nox.act.l.quotiens, §.emptor,& l.si seruus deportatus, §.vlti.aliquando rescriptum facit illicitum,vt C.si contra ius vel vtili.publi.l. ij. & v. C.de diuer.re.l.vlti. Ignoranti vero subuenitur, si habuerit excusandi causſam iustã.arg.C.de bonis libert. l. inseruitur. §.j.nisi sit supina & crassa ignorantia,ut arg ff.de iur.& fac. ignoran.l.nec,& l.regula,§.sed facti.de qua etiam ignorantia tractatur infra eadem summa,§.nunqd cuilibet. Nec enī sola inficiatio punit eum,argumen.ff.de ædil. edic. l. si quis sit fug.§.idem Celsus ait seruum.ff. de furt.l.inficiando. Et si dubitat,dubitãter respondere debet,vt in tit.si de feu.vasall. fuerit interpel.§.vasallus si,& §.vasallus feu.in titu. hic inci. cõsue.reg.l.lex Corradi,§.si fuerit,in fi.argu. ff. de petiti.hæred.l.si debitor.ff.de separat.l.j.§.penul. in fi.C. de excep. l.si quidem argumen.contra.C.de ingenuis manu. l.penul.Vel dicas quod non est sufficiens responsio dicendo,dubito:sed aut confiteri debet,aut negare, sed ex eo quod dicit dubitare, poterit ei dari tempus vt certificetur, & respondeat postea certum,argu.ff.de iureiu.l.iusiurandum & ad, in prin.ff. quẽadmo.testa.ape.l.cum ab vno,& l. vel negare,ff.de interrogato.acti.l.de ætate,§. nihil.ff.de confes.l.certum.

Vasallus amittit feudum, si non fecerit id pro quo datum est feudum. Caput cxv.

Item si vasallus non facit id pro quo datum est, feudum amittit, vt in tit quibus caus. feud. amittit.§.sed nec est.& in tit.de capitu. extraordi. §.ut inter conditionalia.arg ff.quæ in frau.credi. l. iiii. ff. de regu. iur. l. qui non facit.& etiam non potest conueniri vt faciat,vel repeti q ei datũ est:qa non fecit q conuenit,vt in tit. de feud. & benefi.l.de militũ,primo rñ.in tit. qualiter vsus bene sit tenẽ.c.sãcimus,primo rñ.argu.ff.de prę.uer.l.naturalis,§.explicitis.C.de dona.quę sub modo.l.i.in Autẽ.de nup.§. quę propter.

Source : BIU Cujas

pter,C.de.indic.vidui.tol.l.ſi relictum,in fi.ff.de lega.3.l.ſi tibi.ff.de annu.leg.l.liberto.§.Lucius ff.rem rat. hab.l.ſi indebitum,ff.de conditi.& demonſtra.l.cum ſub hac,& l.Titio fundus,& l.hæres,§.j.Item ſi ſeruire negat domino, vt in tit.qualiter vſus bene.ſit tenen.§.ſancimus,vt nemo.in tit. de feu. & bene. l.quicunque igitur,§.nos,in fi.Nam qui cum obſequiis ſuis liberalitatem de domino prouocauit ad feudum dandū non eſt dignus eo,cum cœperit obſequia negligere, vt argu. C.de reuocan.dona.l.j.vel quum per ſuum periurium ſe mō ſtrauit indignum,vt ar.C.de digni.l.pe.§.j.

Vtrum vaſallus poſſit ſeruire per alium. Caput xcvi.

Sed quæri cōſueuit, an ſi velit ſeruire per alium poſſit? Reſpondeo diſtinguendum eſſe vtrum ſit minor vaſallus,an maior. Si eſt minor,īpubes,vel infans, poteſt ſeruire per alium,ſed per ſe non cogitur in perſonam ſeruitio,vt in titu.ſi de feu.vaſal.fue.interpel.§.ſi quis deceſſerit niſi eſſet tale quod per ipſum poſſit impleri, vt argumento ff.de rei vendica. l. cæterum.ff.de operis liberto l.vt iure, §.dabitur.ff.de libera,cauſſa,l.vlt.§.vl.ff.ad Senatuſc.Sylla. l. excipitur,& ad hoc facit quod notatum eſt ſup.ead. ſumma, §.excuſatur autem vaſallus.

Si vero eſt maior,admittitur ſi velit ſeruire per alium, cū imperator vadit Romam ad ſuſcipiendam coronam, (vt in tit.de feu.& benefi.l.imperialem.§.præterea ſi quis) alias ſi nō iret, nec per ſe,nec per alium,feudū amitteret,niſi prēſtaret medietatem reddituum feudi vnius anni,(vt ī ti.de feu.& benefi.l.ad hoc qui,§.& vt æquitas,& l.imperialem,§. firmiter,) alias tertiam partem,vt in tit.hic incip.conſue. reg.capit. hæc ſunt capitula,& ſimiliter vt totius anni vnus intelligatur fructus,vt ff.ſolu.matrimo.l.diuortio,§.vlti. vel cum ſingulis annis debet viſitare limina Apoſtolorum,vt in ti. de ſac. & forma fideli.c.ego Epiſcopus,§.Apoſtolorum limina.Item ſi ſeruitium ſuum conſiſtat in faciendo,ſi facere poteſt per alium dummodo valde idoneum,vt argumen.C.de cadu.toll. l.j.§. ne autem.ff.de polli.l.de polli.C.de contrahen. & com.ſtip. l. veteris.C.de agentib.in rebus.l.agentes,§. quod ſi morbo,niſi dixiſſet quod faceret ſuis operibus, vel ſit tale factum quod non poſſit fieri per alium : quia factum vaſalli vel ſeruitium aliquod eſt ſeruito alterius,vt ff.de ſolutio.l.inter artifices,ff. de duobus reis,l.3.ff.de ſtatu homi.l.antepenul.§.vlt.ff.de cōditio.indebi.l.ſi non ſortem,§.liber,C.de cadu.tol.ne autem, §.ſi vero,& factum pro facto præſtando non liberatur, vt ff. de ſolu.l.quæ res,§.mihi Romæ.Et etiam non poteſt vaſallus prēſtare domino inuito pecuniam,vt ex ea ipſe faciat.vt arg. ff.de leg.iii.l.cum fideicom.in fi. Similiter quis ſeruire poteſt per alium,vbi gratis promiſit vel ſuſcepit aliquid facere, vt argumen.ff.de pollic.l.de pollicitationibus,ff.de legati.l. ſi abſenti. Sunt & alii caſus quib.vaſallus p̄t ſeruire per alium,de quib.plene notaui ſupra ead.ſumma,§.excuſatur autem, & §.item vaſallus excuſatur.

Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi clericus efficitur. Caput xcvij.

Item amittit ſi clericus efficiatur, vel monachus vel cōuerſus,habitum religionis aſſumendo : quia nō poteſt poſtea gerere officium, vnde nec beneficium habere debet,vt in titu.nouum non pater.c. qui ſibi, §. miles qui,in titu.ſi de feu.vaſal.fuerit inter.§. ſi clericus in xxxi.q. ſi quis ſacerdotium.Et ſi bene habitum poſt depoſuerit, nō recuperat feudum ſemel amiſſum,(vt in ti.hic incipiū.conſuet. reg.c.j.§ ex hoc,cap.lex.Corradi, §.mutus in fi.& hęc ſunt capitula,§ præterea ſi vaſallus.& argumen. in Autenti. vt nulli iudi.§.ad alteram.argum.ff.quib mod.vſusfr.amit.l.qui res,§. aream C.de remiſſio.pigno.l.cum ex cauſſa,& l.vlt.C.de ſententiam paſſ.l.inſulam.ff.de pœnis,l.aiunt, §.vltimo.ff. de iure fiſci.l.eius) & quia ceſſante officio debet ceſſare beneficiū (ar.C.de Epiſco.& cleri.l.generaliter.C. de reſtituti. militum. l.penul.C.quibus non obii.lon.tempor.præſcrip.l.vlti.ff.de iudici.l.ii §.legatis.) & quia honeſte armis non poteſt vti ad ſeruiendum,nec manibus aliquem percutere vel depellere. vnde nec beneficium retinebit,vt dictum eſt,& argum. in Aut. de Epiſ.& cleri.l.repetita.ff.de iure immun.l.ſemper,§.licet in corpore.& ff.de leg.l.3.ſeruis vrba.in tit.extra de vita & honeſta.cleri.c.ii.in decret.xxxiiij.q.vii.clerici quique. & inhabiles dicuntur vel ad pugnandum,in tit.extra de vo. &vo.redemp. c.ex multa.§.de clericis. Et quod dictum eſt, quod ſi poſtea, habitum poſt ponat quod non recuperat,poſſunt eadem argumenta induci in clericum,vt officio clericatus ceſſante, redeat ad priſtinum ius vaſallitici,& argumen. ff.de re diuiſio. l.in tantum ff.de vſufru.amit.l.ſi ager.ff.quemadmodum ſerui.amit.l. ſi locus.ff.ſi ſeruitus vendi.l.& ſi forte,primo reſpō ſo,ff.de leg.ii.ſi corpus,§.vl.ff.de operis liberto l.plane,& aliis multis argum.C.de aduo.diuerſo.iudicior l.ſi quis de togatis & l.ſancimus.C.de offi.aſſeſ.l.vlti.primo reſpon·C. de Epiſ.& cleri.l.ſi quis curialis,& l.ſeruus, & in Authen. nunc. C. de hæreti.& manchæis,l.cognouimus,& in authen.idem .Sed ad tollendum iſtas ambages potes dicere,vt re integra,id eſt, nondum habita quæſtione de feu.clericatum dimittat,q; feudum retinere poſſit & eum recuperat:alioquin ſi iam habita eſt quæſtio de amiſſione,,vel res non eſt integra, quod tunc non recuperet,licet clericatum dimittat,argum.in Autentic. vt clerici qui recedunt.C.de repudian.hęredita.l. vl.argum.ff. de optione legata.l.mancipiorum.argum.contra in titul. hic incip.conſu.reg.c.hæc ſunt capitula.§.præterea ſi vaſallus, & faciunt ad hæc argumenta,quæ notaui infra eadem ſumma, §.& cum amittit. In aliis vero bonis, vnde ſuccedit clericus vel etiam monachus,ſi tamē habitum dimiſerit monachus, amittit,& eccleſiæ applicatur:nec monachatio eſt cā in īgritudinis vnde valeat exhæredari, immo p̄ monachationem p̄cedens ingratitudo extinguit, vt in Nouellis de ſanctis.Epiſ. §.non liceat.in decre.xix.q.3.c.vlt.& C.de Epiſ.& cleri.l. vlt.§. hic in Authen.de ſanctis,Epiſ. §. nullum, & §. ſi monachus. De nouo tamen clericus beneficium accipere poſſet, ſi dans ſciret eum clericum,(vt argumen.in tit.hic incip.conſue. regu.c.i.§.hæc ſunt capitula,§.& iterum ſi clericus, & argu.in titu.explicit liber primus,§.perſonam.ff.de le.iij.l. fideicommi. §.ſi ſeruo.ar.de excuſ.tuto.l.ſpadonē, §. ſcire,ff.dearbitris,l.nō diſtinguemus,§.compromiſſo,vt & ſupra notatum eſt in ſumma proxi.§.accipere autem, & fin.in ſeruo accipiēte) & item accipere poteſt perſona eccleſiaſtica,& tunc amittatur ſi per alium ſeruiat,vt infra proxi.Nec etiam puto, quod clericus vetus feudum valeat retinere ſeruiendo per alium, cum per ſe non poſſit,(argumentum ff.de offic. procon. l. obſeruare, §.penult.)quia videtur per leges ſupra dictas, quod eo ipſo feudum amittat,nec vnquam recuperare poſſit argumen.tamen contrarium eſt,C.de epiſ.& cleri.l.quiſquis cenſib. ad ſimilitudinem.Item amittit feudum vaſallus, ſi feudum alienauerit,ſciens eſſe feudum,ſine conſenſu domini, vel diſtrictum & iuriſdictionem, & maxime ſi per allodium vendat, vt in titu.de capi.extraordi.§.ſummo,in ti.de feu. & benefi. l. quicunque igitur,§ hęc etiam,& l. imperialem. §.hortatu,& l.imperialem,§.habito,& l.ad hoc qui allodium,in princ. in tit.hic inc.conſue.reg.hæc ſunt capitula,& quod dicitur.in titu.qualiter vſus benef.ſit tenen.§.ſi quis miles in ti.ſi de feud. vaſal.fue.interpel.§.feudum,ea.l.in fi.in eo.§.ſi quis feudum, & §.ſimiliter.Et tunc præiudicat ſibi & liberis,ſed non cohærentib.nec domino,(argumen.ff.de ope.libert.l.filiuf. §. cum pater,ff.de leg.ii.l.vnum ex,in fi.& §.ii.argumen.C.de ſeruo pigno.dato,l.cum confitearis. & ad hoc eſt etiam quod notaui infra eadem ſumma,§.item quod vbi,& §. idem etiam reputatur) quia tunc vaſallus dominum contemnere videtur, vt in titu.quib.cauſſ.feud.amit.§. ſi vaſallus contra conſti.& nulla etiam præſcriptione xxx.annorum, vt in tit. qualiter iura. debe.vaſal.§.donare.De hac præſcriptione inquire, quæ plene notaui ſupra, in ſumma titulo proximo, §. item acquiritur præſcriptione,de quibus verbis ſigillatim exponamus.

Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi totum ſiue partem alienauerit. Cap xcvij.

Vnde quod dictum eſt ſi feudū alienauerit,intelligas ſiue totum ſiue partem, licet poterat olim vendi dimidia pars,vt in titul.qualiter vſus benefi.ſit ten.§.ſi quis miles in tit.de conten.feu.capitu.ſi clientulus, in princip.in titu.in quibus cauſſ.feu.amittat.§. vltim. in titu. de feu.& benefi.l.quicunque igitur,§.hæc etiam præcipimus, & l.imperialem,§.i.in tit.hic incip.conſue.reg. c. hæc ſunt capitula,§.præterea ſi vaſallus.Sed vbi alienauerit totum amittit: ſi partem alienauerit,partem eam amittit, quia non debet vltra progredi pœna quam inueniatur delictum,(vt in ti.hic inci.conſue.reg.c.lex Corradi,§.ſi vaſallus contra conſ.C. de pœ.l.ſancim⁹.ar.ff.de le.i.l.vi.& l.ex toto, primo reſponſo.& ff.de his quib.vt indi.l.reſcriptum,& l.hęres ff.ad Treb.l Sena

Source : BIU Cujas

tusconsul. l.Paulus respondit.ff.de vulga. substitu. l.ex facto, §.vlti.ff.rem ra.habe.l.cum debitore,& l.si procurator. argu. ff.de dam.infec.l.3.§.j.(& puniri quis debet in eo, in quo delinquit,vt in tit.extra.de immu.Eccle.ca.vlt.in tit.extra de cleri.excommunica.c.postulastis,§. i.in titu,de priui. Ecclesiarū, & quarundam personarum,l.ad honorem, §.omnes peregrini,in fi.argumenta tamen sunt, vt pro parte alienata totum amittat,argum.ff.de le.j.l.etiam si partis,ff.de incen.rui.nau. l.ij.§.penulti.ff.ad Senatusconsult. Sylla. l. si quis in graui, §. sinautem non totum.ff.si quis omiss.caussa testamen. l. & si non totum.

Alienatio intelligitur,per quam dominium trāsfertur. Cap. XCIX.

Et quod dictum est de alienatione, intelligas omnem actum,per quem dominium transfertur,(vt C.de fundo dot.l.j.satis enim absurdum est,& irrationabile,rem quam vasallus in suis bonis non possidet, pure alienare,vt C.communia de legatis,l.si duobus, §. sed quia) cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciscī secta temporum non patitur,vt C.de pactis,l.vltima,in fine.Largo etiam modo intelligas alienationem,siue venditionem,pignoris obligationem,hypothecam,seruitutis concessionem,emphyteusim:pati vtucapionem,procedere & compleri,pro anima iudicare,legare, donare, in dotem dare,permutationem,diuisionem,litis æstimationem p fundo recipere,dationem in solutum: de quibus sigillatim videbimus in proximo titu. & de quibusdam aliis interim. Sciens ideo dixi,quia si vasallus ignorans alienauerit ei non parciter omnino,vt argumen. ff.de ædil.edi. l.i. §. caussa huius.sed tunc emptor,vel is qui accepit a vasallo, restituat dato precio & interesse,(vt in tit.si de feu.vasall.fuerit interpellat.§.si vasallus feudum.in titulo, qui debe.succe.in feud. §.similiter si vasallus)vel nō tenetur,scilicet ad totum interesse, sed tenetur quanti minoris,vt ff.de actio.empt.l.Iulia.primo responso,§.i.& l.si sterilis, §. i. dummodo iuret se ignoranter vendidisse,argumen.C.de donatio.l.penultima,primo respō so,§.penultimo,in fine.C.de bonis aucto.iudi.possiden.l.vlt. §.vltimo,C.de iure do.impetrā.l.vltima.in fine. Data etiam postea electione emptori, vtrū velit reddere vasallo, an domino,vt in titu.hic incipiunt consuetu.reg. c. hæc sunt capitula,§.domino cum emptore. Nam vbi ignorans vendidit, cessat caussa amissionis:quia sciens vasallus,alienando amittit,eo quod dominum contemnere videtur. vt in titu. in quibus causs.feud.amit.§.si vasallus contra constitu.Sed alienando ignorans non videtur dominum contemnere, vt argum. ff.loc. & condu.l.si ignorans.

An cuilibet ignorantiam alleganti credatur. Caput C.

Nunquid cuilibet ignorantiam alleganti creditur ignorasse? Respondeo videtur prima facie quod sic,vt semper præsumatur ignorans,nisi probetur sciēs (argu.in Institu.de lega.§.quod autem diximus.ff. de probati. l.verius)& maxime si est heres,cum iustam ignorantiæ caussam habeat,& prętendere possit,(vt argum.ff.de reg.iuris, l. qui in alterius locum.ff.de iuris & fac.ignor. l. plurimum, & ff.de actio.empti.l.si sterilis, §.1.in Insti.de vsucapio. §. sed tamen aliquando,ff.de vsucap.l.pluribus.& ff.pro socio,l.vlti.) vt eius affirmationi credatur,maxime si bonus vir existimetur,alioquin argumentis,vt argument.ff.de excusa.tutorum, l.scire,§.sufficit, ff.de acquiren.hæredi. l.cum quidam,§.quod dicitur si putetur.argumen.C.de seruis fugiti. l.quicunque, §. quod si seruus,ff.de re mili.l.non omnes,§.a barbaris. in titu. hic incipiunt consuetudi.reg.c.hęc sunt capitula,§. domino cum emptore.in titu.de feu. & benefi. l. de militum, primo respon.§.primo. Sed tamen hoc puto simpliciter verum: nā si idem vasallus alienator fuerit de eo feudo alienato inuestitus,vel eius antecessor fuerit inuestitus, sed ipse alienator: alienatum feudum dedit præscriptum domino: si prętendat ignorantiā,non auditur,quia eius ignorantia non est tolerabilis,argumen.ff.ad Senatusscon.Vellei. l.quanquā.ff.de acq. hær.l.cum falsum.ff.lo.& condu. l.item quæritur,§. si fullo. Idem intelligerem de cohærede,qui in feudum tantum iure cohæreditatis successit,&non in allodio,sed si successisset cohæredi tam in feudo quam in allodio, tunc puto quod iustam possit ignorantię caussam prætendere,quia hæres, arg. supra dictarum legum. Quid de filio hærede? nunquid poterit prætendere ignorātiam quia hæres,cum pater eius sciuit? Respondeo videtur quod sic,quod cum iustā caussam ignorantiæ prætendat hęres,vt supra dictum est, & etiam si sit filius,argumen.C.de iuris & fa.ignoran. l.cum falsa,ff.re.amo. l.Marcellus,§.1.in fin. Nam cum filius contrahat,non debet inquiri scientia vel ignorantia patris, sed filii cōtrahentis,vt ff.de cōtrah.emp.l.in huius,arg.contrarium,C.pro hære.l.nihil.C.de epi.audien.l.si legibus,& C. de sponsa.l. vlt.Et maxime cum leges loquuntur simpliciter vasallum alienantem feudum amittere,(vt in titulo,de feu.& benefic.l. imperialis beneuolentiæ,§.1.& l.imperialem,§.i.)& filio etiam faciente contra dominum viuente vasallo,si non satisfaciat domino, feudo filius priuatur, vt in prædicta l.imperialem,§. insuper, & cum non præsumatur ignorare vires patrimonii,vt C. de rescinden.venditio. l. quisquis,ff.de actio.empti,l.tenetur, in prin.argu.C.de libera.cau.l.si alium,de tali ignorantia notatum est sup.ead.summa,§.item si sciens vasallus.& sup.in proxima summa,§.& currit iste annus.

Vtrum vasallus,qui alienauit, amittat feudum si recuperet postea. Caput CI.

Et cum amittit feudum alienando, &si postea recuperet,non purgabitur vitium,nec retinebit,vt in tit.hic inci.consue reg.c.hæc sunt capitu. §.præterea si vasallus, arg.ff.depos.i.1.§.si rem,arg ff.sol.mat.l.insulam. §.vlt.ff.de iure dot. l.& licet.ff. de fideicom. liber.l.rogo, & l. quidam,primo responso,in fin.argum.contra.ff.de ali.iu.l.ex hoc.§.pen.ff.quibus modis pig.vel hypoth.sol.l.sicut,§.supernacuum.arg.ff.de fundo dot. l. si marito,in fi.ff.de iure doti.l. si mulier post,& l.quod si non diuortium, & l.post diuortiū sui.in fi.ff.solu.matri.l.si mulier,& l.pen.§.vxor,& ff.re.amo. l.vlt.ff.de adim.leg. l.cum seruus,ff. de hære. inst. l. quotiens, §.si seruus qui ex die,& l.seruum meum,in prin.ff.de ma.test. l.verum.Nisi forte in continenti recuperaret. arg.ff.vnde vi.l. q possessionē.ar.ff.de diuor.& repu.l.3. ff.de re.iu.l.quicquid) vel non multo tempore post,vt argumen.ff.de ritu nuptia.l. plerique.Et hoc re forte integra,id est, antequam ei quęstio moueatur,argument.in Authentic. vel clerici qui recedunt. C.de repu.hæred.l.vlt.ff.de optio.lega. l. mancipiorum. facit etiam ad hoc,quod notatur supra titu.proximo, §.item quę ritur.In eo casu,& suprà eadem summa, §.item amittit si clericus,§.item sciens,§.item vasallus si ab hærede.

Sed nunquid,si recuperet recipiendo in feudum à secundo & seruiat vtrique,amittet? videtur quod non (argu.ff.de acquiren.possessi.l.quamuis,§.j.) puto tamen quod sic,arg. supra dictarum ll.In emptore autem vel accipiēte distinguitur vtrum sciens, an ignorās esse feudum accipiat,vel emat: vt si sciens feudum amittit, nec precium petit, vt in titu. de feud.& benefi.l.imperialis,§.j.& l.imperialem,§.j. in titu. in quib.cauf.feud.amit.§.vlt. Quia qui contra præcepta legum contrahit,precium amittit,& malæ fidei possessor censetur: non vt remaneat precium apud uenditorem seu alienatorē, sed potius fisco applicatur, vt in titu.quibus cauf.feud.amit. §.vlt.in titu.de feud.& benefi.l.imperialis, in fine. argu. C.de sacrosanc.Eccle.l.qui res.C.de liti.l.vlti.j.respon.C.de agri.& censi.l.quemadmodum.C.de fun.rei pri.l. vlti.lib. xj. Si vero ignorans emit,precium à venditore repetit, & etiam ad interesse agit,vt in titu.de feud.& benefi.l.imperialem, §. j. argumen.C.de litig.l.vlti.§.C.de feud.limitro.l.vlti.§. vlti.in tit. si de feu.vasal.fue.interpell.§. si vasallus feud. & de ignorantia satis dictum est suprà proxi.§.sciens.

Sine consensu autem domini ideo dictum est,quia si consensus domini interueniat, valet alienatio, & non rouocatur, (vt in titu.de conten.feu.§.& si clientulus.in titu. de feu. & benefi.c.imperialis,§.nos autē.& argum.C.si quid in frau. pat.l.ij.ff.si quid in frau.pat.l.non videtur.ff.quib. modis pig. vel hypothe.sol.l.sicut,§.si voluntate) quia nō uidetur fraudatus dominus, qui sciuit,& consensit.arg.ff.quæ in frau.credi.l.qui autem,§.prætereà.Item ideo voluntas domini exigitur,ne dominus ignorans iniuriam accipiat: & nullam videri potest iniuriam accipere, qui semel voluit, vt argu. ff. de aqua plu.arcen.l.in diem adiec. Et videtur sine consensu domini facere, siue faciat contradicente domino, siue etiam ignorante,argumen.ff.de furt.l.qui vasall.§.qui ex voluntate nisi dominus refutauerit,vel per annum tacuit,ex quo sciuit alienationem præsentium,vt in Auten.vt cùm de appell.cognosci.§.generalem.C.de pact. l. si quis in conscribendo. in titu.qualiter iur.debe.vasal.§.donare. & arg. in tit.si de feud. vasal.fue.inter.§.Titius.in Lombar.de eo qui res alij post.de leg.l.i.Sed an taciturnitas vnius anni hodie præiudicet domino? dic prout notaui in summa,suprà titu.proxi.§.item quæritur præscrip.Potest etiam vasallus ipsi domino concedere,

licet

Source : BIU Cujas

licèt non poſſit alii, vt in titu. de feu. & benefi. c. conquæſtus, & c. in ſinuatione præſentium. argu. in Inſtitu. de vſufruct. §. item finitur. ff. de iure doti. l. ſi vſusfructus.

Idem videtur in filio domini, vt eius cõſenſus debeat interuenire: quid enim intereſt ipſi domino, an eius filio fiat iniuria? vt ff. de natal. reſti. l. nec filio. Item conſenſus domini prodeſt, ſi alienatio habuit effectum: vnde etiam ſi poſteà recuperet, non retinebit loco feudi, ſed ſi non habuiſſet effectũ, retineretur, vel ſi alium cõtractum celebrauerit quàm ei permiſſum ſit, non prodeſt conſenſus, vt in titu. hic incip. conſuet. reg. c. hæc ſunt capitula, §. præterea ſi vaſallus. argu. C. de remiſſi. pigno. l. vlt. ff. quibus modis pig. vel hypothe. ſolui. l. ſi cùm, §. ſi voluntate, vſque ad finem. l. ff. de operis liber toll. ſicut patronus, & l. planè. & C. de Epiſ. & Cler. l. ſed nũc.

Vtrum conſenſus operetur indiſtincte ſiue præcedat alienationem, ſiue ſequatur. Cap. CII.

Conſenſum etiam intelligo, ſiue præcedat alienationem, ſiue ſequatur per rathibitionem, vt argumen. C. ad Maced. Senatuſconſul. l. ij. & l. ſi permittente & l. ad Macedonianum, §. ſane, & l. vl. argumen ff. quod iuſſu l. j. § i. & §. ſi ratum. C. de emancip. l. iubemus, in fine. ff. de ſolu. l. vero, in fi. Nam & poſteriorem voluntatem iudex tuetur. ff. de aqua plu. arcen. l. ſinautem plures. ff. quorum leg. l. i. §. prodeſt. Sed an voluntatem poſſit mutare dominus, vel dea pœnitere? dic vt notaui infra eadem ſumma, §. eſt & alius. Veruntamen iuſſus patris debet in adeunda hæreditate præcedere, (vt ff. de acquiren hæredi l. ſi quis mihi, §. iuſſum (& in nuptiis filiiſa. contrahendis, vt in Inſti. de nupt. j. reſponſo. Mandatum autem præcedit negotium, (vt ff. mandati, l. ſi vero non remunerandi, §. ſi poſt. Auctoritas vero tutoris in ipſo negotio, vel poſt in continenti, vt in prædicto §. iuſſum, ff. de auctori. tuto. l. obligari. §. vlt. in Inſtitu. de auctori. tuto. §. tutor. ff. de vſufru. l. nunquam, primo. reſponſ. (rathiabitio poſt negotium, (vt ff. rem rat. ha. l. quæ enim, §. i.) fideiuſſio àutem ante & poſt, vt in Inſtitu. de fideiuſſorib. § fideiuſſor, & præcedere, ſed conſtitutio debet tantum debitum ſequi, vt debitum præcedat, vt ff. de conſtitu. pecunia. l. eum, §. idem exigimus. Domini verbum intelligas, ſcilicet maioris ad quem feudum ſpectare dignoſcitur, vt in titul. de feud. & benefi. l. imperialem, §. i. Maioris dico non ætate, vt alias, ff. de rebus dub. l. ſi fuerit, in princip. in Inſtitu. de adoption. §. minorem, ff. de adimen. leg. l. liberto. §. vlti. ff. de lega. ii. l. cum pater, pluribus. vel precii, (vt argum. ff. de lega. i. l. apud Iulianum, §. ſocio,) ſed maioris, ideſt, prioris vel antiquioris per inueſtiturã: alias dicitur maioris, ratione maioris dignitatis, vt ĩ ti. de feudi. & benefic. l. in nomine ſanctæ. primo reſponſo. & §. i. C. de offi. recto. prouinc. l. potioris. Nam vbi proximus dominus conſentit vaſallo ſuo alienanti, ipſe videtur alienare: vnde neceſſarius eſt conſenſus maioris domini, argumen ff. de donatio. l. in ædibus, & l. quod ſi filiusfa. ff. ſolu. matr. l. & deſunt, ff. de his, quæ in fraudem credito. l. ſi pater.

Nunquid ſufficiat conſenſus maioris, licet conſenſus primi ſcilicet proximioris non interueniat. Caput CIIJ.

Sed nunquid ſufficit conſenſus maioris licet conſenſus primi, ſcilicet proximioris domini, non interueniat? puta gratia exempli, quia vtilitatẽ affert exẽplis oſtendere, vt in Inſti. de actio §. alie. autem, quia exemplis manifeſtius fiet, vt ff. de collati. bono. l. prætor, §. Iul. in Inſtitu. de gradib. cogna. §. fin. C. de tranſacti. l. vt reſponſum. Lucius cõceſſit Mæuio in feudum aliqua prædia, Meuius de eodem feudo conceſſit Titio, nunc Titius vaſallus vult vendere: nunc quæritur an conſenſus maioris domini, ſcilicet Lucii ſufficiat? Nam cũ Mæuius non poſſit vendere ſine conſenſu Lucii, argumen. in titu. de feu. & benefi. l. imperialem, §. i. argumen. ff. de acquiren. hære. l. filiusfamil. ff. de ritu nup. l. 3. & l. ſi in poſſeſſionem, in fine primi reſpon. & l. oratione. §. & neptis. ff. ad Senatuſconſultũ Macedonia. l. filium habeo. ff. de relig. & ſumpti. fune. l. 3. §. ij. ff. ad Syllania. Senatuſconſul. l. i. §. j. Item aliis argumentis videtur quod debeat denunciare tantum ſuo domino, & non domino domini: quia vaſallus vaſalli mei non eſt meus vaſallus. de qua materia inuenies notatum in eadem ſumma, §. item ſi vaſallus vaſalli, & argum. extra de exceſſi. prĕla. c. ſicut vnire. Sed ego puto, quicquid allegari poſſit hinc inde, quod conſenſus maioris debeat interuenire, vt in prædictis ll. & ẽt conſenſus proprii domini, vt infra eodem §. item ſi quis feu. & §. ſimiliter. in titu. de conten. feu. §. & ſi clientulus. in titulo de feu. & benefi. l. imperialis, §. i. in tit. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſi quis miles. in titu. hic incipi. conſue. reg. l. lex Corradi, §. ſimiliter. & ar. ff. de adoptio. l. in adoptionibus, & l. cũ nepos. ff. de ritu nup. l. oratione, §. i. ff. de aqua plu. arcend. l. ſi concedendo, & l. in diem, in fine. ff. de muneribus & honori l. 2. ff. de rebus auct. iudic. poſſiden. l. in uenditione. Niſi forte dicatur quod maior dominus ſit abſens, vel fuerit: nam tunc conſenſus proximi domini ſufficit, ar. ff. de iniu. l ſed ſi vnius. §. quod deinde. ff. de ri. nup. l. ſi nepos, in prin. Sed in emptore emptoris cõſuetum eſt vt denunciet ſecũdus emptor ſuo datori, & non venditori ſui venditoris, niſi ceſſione ſibi facta, (vt ff. de euictio. l. ſi res quam. & arg ff. de leg. 3. qui concubinam, §. ſi hæres (& ille dator ſuo auctori. Verum Azo in ſumma de emphyteu. iure, videtur dicere quod emphyteuta emphyteutæ ſi voluerit vendere ius ſuum, quod debet denuncia re domino priori, & non ſuo venditori: ſed vbi primus vaſallus eſt Principis, tunc ſecundus vaſallus denunciare debet Principi, dummodò vendat eo ſeruitio, quo & ipſe habet, argum. C. de fundis patrimonia. l. j. & l. hi quibus. argum. contra, in Lomb. ſi actor regis, l. vlt. in princip. Si verò non eſt Principis, ſed alterius, tunc denunciabitur antiquiori domino, (vt argumen. ff. quis & a quo ap. ſit. l. j. in fine) & etiã proximiori, vt ſupra dictum eſt.

Si ſecundus vaſallus facit contra naturam feudi vt feudum amittat, feudum ad antiquiorem dominum debet reuerti. Cap. ciiij.

Sed vbi ſecundus vaſallus facit contra naturam feudi, vt feudum amittat, feudum ad antiquorem dominum & maiorem debet redire (argum. ff. de iure patronat. l. diuus Veſpaſianus, j. reſponſo) & hoc ſi ex voluntate proximioris domini fiat, alioquin ad proximiorem dominum, vt argumen. ff. de ſeruis exportan. l. Titius. in titulo de feud. & benefic. l. imperialem, §. illud. argumen. ff. de donat. l. in ædibus, §. quòd ſi filius. ff. ſolu. matrimo. l. & deſunt. ff. de his quę in frau credi. l. ſi pater.

Quid ſi plures hæredes domini fuerint, qui non conſenſerunt, ſed vnus vult reuocare & alter non. Cap. cv.

Si tamẽ plures hæredes domini fuerint, qui non conſenſerunt, ſed vnus vult reuocare & alter non: ille qui voluerit reuocare, non poterit, quia omnes debent cõſentire, vt arg. ff. de ædilit. edi. l. quod ſi nolit, §. ſi plures. ff. qui & à quibus manu. li. l. ſi quis hac, §. vltimo. ff. de in diem adie. l. quod ſi vno. Sed potius videtur dicendum quòd ille, qui vult reuocare, ſcilicet qui non cõſenſit, reuocare poſſit pro parte ſua, vt in tit. hic incip. conſuetud. reg. l. lex Corradi. § ſi vaſallus cõtra conſtitutionem. arg. ff. rem rat. ha. l. ſi procurator. ff. quorum legatorum, l. j. §. ſi alter. & argumen. ff. de in diem adiectio. l. intereſſe, §. i. vel forte in totum, argu. in tit. ſi de feu. vaſal. fuerit interpel. §. vlti. & in titulo, hic inci. conſuetudi. reg. §. vlti. Vndè cùm vnus tantum conſenſit, quem ſolum putauit dominum, fortè excuſabitur, arg. ff. de iniu. l. ſed ſi vnius, in princi.

Vtrum conſenſus agnatorum, ad quos ſpectat feudum, in alienatione interuenire debeat. Ca. cvi.

Item quod dictum eſt, quod valet alienatio ſi cõſenſus domini interueniat, ſubaudias ſi conſenſus & agnatorum interueniat, ad quos ſpectaret feudum ſi vaſallus decederet ſine liberis. Nam eorum conſenſus eſt deſiderandus, vt ſi interuenit, non poſſint amplius venire contrà: & ſi non interuenerit, non ualeat alienatio, ſed per agnatos poterit reuocari, quia potior cauſſa eſt eorum quam dominorum. argu. C. de fideicommiſ. l. quoties. ff. de lega. 2. l. cùm pater, §. libertis, & l. peto, §. fratre. in titu. de feud. & benefi. l. imperialis, §. nos, &c. ex parte tua, §. ad hæc. & extrà in titu. tertio, in veteri compilatione de feu. & §. inſinuatione. C. de nup. l. ſi furioſi, in fine. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionem eatur, l. hoc autem, §. j. ff. de bonis liber. l. vlti. primo reſponſo, in fine, & l. tertia, §. ſi capitis. ff. de rebus eorum qui ſub tute. vel cura ſunt. l. magis puto. §. in primis. in titu. hic incip. conſuetud. reg. §. alienatio. argu. infrà eodem, §. præterea. in titu. ſi de feud. vaſal. fuerit interpella. §. Titius filios. in titu. qualiter iura. debe. vaſall. §. donare, in fi. §. è contrario. in titu. nouum nõ paternum, §. quidam. in titulo de ſucceſ. feud. §. i. argumen. C. communi diuidun. l. i. in fine. argumen. contra. ff. de dolo, l. filius. ff. de adoptio. l. cùm adopt. C. de nuptiis. l. viduæ intra, in fine. Sed facta reuocatione, agnatus contra emptorem nunquid iure proprio habebit, an recognoſcet à priori domino, an ab emptore? Reſpondeo, videtur quod iure proprio, cùm dominus ſit priuatus ſuo iure per con-

Source : BIU Cujas

tensum,& ad hoc facit quod notatum est supra eadem summa,§.si non consensu domini.Vel dic quod debet recognoscere a priori domino,& non inuitus ab emptore,nisi in defectum domini,vt in pristinam causam reducatur, vt argumen.ff.de iure do.l.si is,qui.in fin. & in titu.hic incip.consuetud.reg. § qui ab eo.argumen.ff.de fideicommiss liber.l.si hæres. & ad hoc inquire argumenta, quę notaui infra eadem summa,§.sed quæri potest si coactus,& §.merito. Ergo & si vasallus sine consensu agnatorum in dominum transtulit, mortuo vasallo sine hærede,agnati reuocant a domino, vt in titulo de capitu.extraordi.§.beneficium paternum,& §.si aliter ex fratribus.Reuocant etiam a creditoribus vasalli, si iam cesserat bonis,vel fraudis debiti erat suspectus, vt in tit. de feu.& bene.§.constitutiones,c.cessionē. Et solus defectus facultatum facit eum suspectum,vt ff. de priuilegiis creditorum,l.si creditores.

Vtrum putentur agnati consentire, si taceant per annum. cap. cvij.

Idem etiam reputatur si per an-

Item dotem pro filia ſua dare Non põt, ut in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. donare. argumen. ff. quæ in frau. credi. l. ait prætor, §. ſi cum mulier. Nam in dotem dare pro venditione cenſetur, (vt ff. quib. mod. pign. vel hypo. ſol. l. ſicut, §. ſi debitor. ff. de act. & olig. l. ex promiſſione. ff. ad l. Faui. de plagia. l. le. ff. de libe. cau. l. ſi iuſſum, §. primo, ff. quãdo act. de peculio eſt annalis, l. j. §. in alienatione) vel etiam habetur pro donatione, vt C. de don. ante nup. l. vl. §. primo. ff. quæ in fraud. cred. l. ſi fraudator, §. ſi ſocero, in fi. argu. contrarium vt permittatur, vt ff. ſi quid ĩ frau. patr. l. j. §. at ſi. arg. ff. de iu. dot. l. ſiue generalis. C. ſi maior fac. ra. ha. l. vlti. §. cum autem. C. de adminſt. tuto. l. lex quæ, in fi. primo reſponſo, C. ſi aduer donatio. l. j. C. de litig. l. vlti. in fi. tamen ei permittit, ſi aliunde non habet vnde poſſit eam dotare, argum. C. communia de leg. in Auten. res quæ ſub. in Autenti. de reſti. & ea, quæ par. §. primo. Nam & frater, qui non cogitur diuidere cum ſorore facultatem parentum, ſi feuda ſuperſunt, cogit ſororem dotare arbitrio poteſtatis, (vt in titu. de feu. & benefic. cap. conſtitutio. §. fratres & filios) dummodo non det æſtimatam, quia tunc vera eſſet venditio, (vt C. de iure dot. l. prima. ff. de iure dot. l. plerunque, §. ſi ante) tamen ipſa mulier habens feudum per ſe dare poteſt in dote, dummodo nõ det æſtimatum, nec aliquod pactum de eo lucrando facit, quia ad maritum non poteſt pertinere, vt in ti. qualiter vſus ben. ſit tenen. §. ſi fœmina. in titu. de cap. extraor. §. ſi maritus. arg. ff. ad Trebel. ſenatusconſul. l. mulier, §. cum præponeretur. in titu. nouum non patern. cap. Titius, in prin. & c. qui ſibi & hæredibus, primo reſpon. Nam ratione etiam donationis propter nuptias, vel quartæ, quę Romano iure vel Longobardo fieri non ſolet, ad mulierem non pertinet, niſi dominus ad quem ſpectat feudum conceſſiſſet, alias niſi viro & non eo mortuo, vt in ti. de feu. & benefi. c. nuper a nobis, §. nos autẽ. in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. econtrario. de qua quarta fit mentio in Lomba. de his quę a viro in vxorem, l. j. in Authen. de exhiben. & intro. reis, §. vlti. in Authen. vt lice. ma. & au. §. quia vero. pro marito etiam potes notare, quia poteſt pro vxore ſeruire, & poteſt feudo frui, ut plene de hoc notaui ſupra eadem ſumma, §. item excuſatur propter ſexum. & inf. in ſumma de ſucc. feu. §. maritus non ſuccedit.

Vtrum vaſallus poſsit feudum permutare. Caput cxxxi.

Item prohibetur Permutare, quia ſub verbo venditionis & alienationis continetur, vt argumen. ff. ad l. Fauiam. ff. de liberali cau. l. rectiſſime, & l. in tantam, & l. vel permutare. ff. quando act. de pecu. eſt anna. l. j. §. in alienatione. & in Auten. de non alie. §. nos igitur, §. alienationis. C. de rerum permu. l. j. & l. permutationem. ff. de doli excep. l. apud, & §. item tractat. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. vlti. in prin. C. de præ. mino. l. non ſolum. in Lombar. qualiter mili. ali. l. vlti. ff. de iure dot. l. Titia cẽtum, in principio. ff. de ędili. edil. l. ſciendum, §. emptore. argumẽ. contra. C. de prædi. cur. l. 3.

Vtrum in feudo prohibeatur diuiſio Caput cxxxij.

Item videtur qnod Inhibeatur diuiſio, qa vicem emptionis obtinet, vt C. communia. vtri. iud. l. diuiſionem. ff. communi diui. l. 7. §. j. & vicem etiam permutationis, (ut ff. famil. erciſcun. l. ſi filia,

Source : BIU Cujas

ſi filia,§.idem,in fi.argumen.ff.de leg.2.l.cum pater,§.hęreditate)& prohibitus alienare prohibetur,& communi diuidūdo agere,ff.de caſtren.pecu.l.ex caſtrenſi. Et hoc verum eſt eo prouocante, ſecus ſi ſocius prouocet, (vt argumen.C.de fun.dot.l.2.ff.de iure dot.l.cum in fundo. §.ſi fundus. C.de p̄di.mi.l.inter omnes in tit.de cap.extraor.§.item ſciendum.) vel verū eſt ĩ Marchia,Ducatu,& Comitatu, quæ diuidi nō poſſunt.Alia vero feuda ſi habet iure hæreditario communia, vel alio modo diuidere poſſunt,nec habetur loco vendi tionis:quia nemo cogitur ad communicationem, vel in cōmunione ſtare,(vt in titu.de feu.& bene.l.imperialem,§.præterea Marchia.argum.C.de legib. l. vlt.in fi. in titu.qui ſucc. debe.in feu.§.j.in titu.de cap.extraor.§.cum plures. in Lombar.de vltim.volunt.l.ſi quis res.ff.de condict.indebi.l.ſi non ſortem,§.ſi centum & argum.C. de ſacroſanct. eccle.l.iubemus nulli, primo reſpon.) & maxime cum plura beneficia plurium dominorum diuerſorum habent, & vnum vni,& aliud alii concedunt,vt in titu.de capit.extraor.§. quoddam ſatis.Item quia de feudo litigare poſſunt,ergo & illud diuidere,(vt in titu.ſi de feu.vaſa.fuer.interpella.§. ſi vaſallus.in tit. qualiter iura.deb.vaſal. §.rei autem. & in titu. hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula,§.ſi cauſa. argum. ff.de rebus eorum qui ſub.l.j.§.j.in fi.ff.de petiti.hæred.l.ſed & ſi lege,§.pe.) & dabitur vtilis actio communi diui.l.communi diui.ĩ princi.& §.cum de vſufr.& l.arborum, §.vlti.argumen.ff.de vſufru.l.ſi cuius,§.ſi inter duos. ff.de aqua quotidia.& æſti.l. Lucio,ff.de ſtip. ſeruo.l. ſi cum duorum.ff.fami. erciſcun.l.item prædia.ff.de ſuperfi.l.j.§.pen. Nec puto differre vtrum vaſalli ad inuicem feudum commune diuidere velint, an vaſallus cum alio qui partem rei habet maxime ſocio prouocante, vt in d.l.j.§.in titu.de cap.extraor.§.item ſciēdum eſt, §.cum plures.Societatem tamen inter ſe non dicuntur habere, (vt argu.ff.de pec.l.ſed ſi duo)niſi ſimul emerint, vt ff.communi diui.l.2. ſed ſi vaſallus velit diuidere cum domino ſuo ratione iuris quod habet, non poterit; quia inter eos nulla vr̄ eſſe communio, vt argum.ff. de rebus eo.qui ſub tute. l. ſed ſi forte.ff.de peculio,l.ſed in emptore.Veruntamen ſi tertius delinquit circa rem feudatam,vterque agere poteſt: & tunc æſtimatio diuiditur inter eos,ſcilicet dominum & vaſallum, vt argumen.ff.de fur.l.inter omnes,§.ſi ſeruus fructuarius. ff. ad l.Iul.de adulte.l.poſtulauerit, primo reſpon. argumen.ff. de iniur.l.item.apud,§.ſi vſufruc.Similiter videtur quòd fieri non poſſit inter poſſeſſore & proprietarium, quia inter eos nihil eſt commune, (vt ff.de acquir.poſſ.l.naturaliter,§.j.l.ſi quis vi,§.j.& l.pen.in prin.§.vnde vi,l.cum fundus,§.vlt.ff.vti poſ.l.ſi duo,in fi.argum.ff.de pecu.l.ſi in emptione) vbi vere proprietarius poſſidet cum alio ſimul, licet alius negetur ſocius,tamen locum habet iudicium communi diui. ff. communi diui. l. communi diui. §. item prædones, & §.ſi aliter. Domini tamen non poſſunt inter ſe diuidere vaſallos,vt argumen.ff.de iure patro.l.vlti.ff.famil.erciſcun.l. quædam mulier.Conſuetudo tamen obtinet in contrarium,maxime cū diuidunt ipſum feudum vaſalli: & tunc non fit diuiſio pro hæreditaria portione,ſed pro virili,vt ff.de oper.liber. l.vt iuſiurandi,§.vlt.Vna tamen tantum fidelitas eſt facienda,cum vaſallus plures dominos habere nō compellatur: ſeruitium tamen omnibus non cum grauitate,ſed moderamine faciēdum eſt,vt in titu.de cap.extraordi.§.cum plures, in fi.in tit. de feu.& benefi.l.imperialem.§.præterea Marchia.

Vtrum feudum poſsit diuidi. Caput cxxxiij.

Sed quæritur, an diuidi poſsit feudum, iuriſdictiones & decimæ? Reſpōdeo, videtur q̄p nō, ad ſimilitudinem ſeruitutum, quæ diuiſionem nō recipiūt, vt ff.ſi quid in fraud.patro.l.prima,§.quamuis.ff.famil.erciſc. l.hæredes eius,§.an ea.ff.ſi ſeru.ven.l.loci corpus,§.ſi fundus, in fi.ff.de verbo.obligatio.l. 2.primo reſpō. & l.ſtipulationes non diuiduntur, in prin.ff. ad munici.l. Imperatores Titus, §.quid,in fi.ff.de adminiſtratio.tuto.l.Lucius Titius curator, §.primo. Puto quòd tamen diuidi poſſit ad exemplum vſufructus,niſi eſſet feudum interdictum Marchionatus,Ducatus,Comitatus,vt proxime dictum eſt, (ut ff.ſi ſerui.ven.l.& ſi forte, §. ſi ædes.ff.communi diui.l.cōi diui.§.ſi duo, & §. cum de vſufruct.ff.ad l.Fal.l j.§.ſi vſufru.& l.& ſi vſufruct.ff. de aqua quo. & æſti.l.Lucio,in fi.ff.de accep.l.& pius,§.j.in titu.de feu.& benefi.l.imperialem,§.præterea Marchia) vel p adiudicationem,vel alternis annis,vel vni fiat locatio & penſio,inter eos diuidatur:vel etiam regionibus, cautionibus tñ interpoſitis de non petēdo ad inuicem,vt ff. communi diui. l.communi diui.§.ſi duo,§.cum de vſufruct & l.item quāuis, §.j.& l.ſi conuenerit.ff.de vſufru.l. ſi cuius, §.ſi inter duos.ff. famil.erciſcun.l.ſed & ſi vſuc.§.vltimo.& l.& puto, in prin. & §.vſusfructus.ff.vti.poſſi.l.vlti.ff.de aqua quo.& æſti. l. Lucio,in fi.Item videtur q̄p nō poſſit vaſallus, nec poſſit de feudo litigare ex eo, quòd alienare non poteſt, argumen.ff.de iure delib.l.ait prætor. Idem reperitur in eo qui prohibetur adminiſtrare,vbi p hoc prohibitus videatur actionem exercere,vt ff.de iureiuran.l.ſed ſi vnius,§.quod autem, in fi.ſed tamen contrarium eſt,vt in titu.ſi de feu. vaſal.fuc.inter. §.ſi vaſallus.arg.ff. de reb.eorum,qui ſub.l.3.§.j.in fi.

Vtrum vaſallus prohibeatur litis æſtimationem ſuſcipere. Caput cxxxiiij.

Litis tamen æſtimationem ſuſcipere non poteſt à poſſeſſore,quia habetur loco venditionis, vt ff.pro emptore,l.litis.ff.quibus ex cauſ.in poſ.ea. l.vltima. Videtur tamen quòd valeat,cum fiat ex neceſſitate,(vt arg. ff.de rebus eorum qui ſub tute.vel cura.l.3.§.item quæſitum & ad hoc erit quod notatum eſt ſupra eadem ſumma, §.ſed quæri poteſt ſi coactus)vel cum domino præſtatur a vaſallo pro feudo euicto,vt argumen.in titu. ſi de feu. vaſal. fuc. interpella.primo reſponſo.

Vtrum prohibeatur feudum compenſare. Caput cxxxv.

Nec compenſare poteſt, Vt argumen. ff. de liberali cauſa,l.in tantum, & l.permutauit.ff.rem ra.habe. l. quo.n. §.vltimo,& l.amplius.in Authen.de non alie.vel permu.reb. Eccle.§ hoc nos,in fi.Nam & dediſſe intelligendus is,qui cōpenſauit,vt ff.de libera.cauſa, l.in tantum,& l.uel permutatur.ff.de uerborum ſignificatio. dediſſe. Tranſigere uero pōt dummodo fraudulenter factum non ſit, ut in titu.ſi de feu. uaſal.fuer.interpell.§.ſi uaſallus de beneficio:quod puto uerum ſi fiat de re dubia,& hoc idem in ſacramenti delatione, (ut argumen.C.de tranſact.l.præſes prouinciæ.ff.de iureiurā. l.tu,pupilli.primo reſponſo,) & tunc quod per tranſactionē acceperit non erit feudum,nec pro feudo tenebit: quia non tanquam uaſallus,ſed beneficio tranſactionis habet,ut ĩ tit. ſi de feudo uaſal.fuer.interpel.§.ſi uaſallus de beneficio.argumen.ff.de tranſact.l.3.in fi.arg.de lega.3.l.ſed & ſi ſic,§.j.ff.ad Trebel,Senatuſconſul.l.debitor,§.ultimo,ff.ad l. Fal.l.3.in fi. Item nec poteſt dare in ſolutum, quia habetur loco uenditionis(ut ff.quibus ex cau.in poſ.ea.l.ulti.C.de euict.l. 3. ff.de doli mali excep.l.apud,§.ſi quis autem.ff.de leg.j l.ſenatus,in prin.) ſed ſi promittat tantum quòd dabit in ſolutum, tunc non amittit,quia licet promiſerit,nō tamen traditio interuenit,ſed tamen ſatis erit ad ſui liberationem ut debitum quantitatem præſtet,argumen.ff.de ſolu.l.quamuis ſtipulante, primo reſponſo,argumen ff.de furt. l.ſi is qui. Nam & qui promittit ſe curaturum,ut x.Titio dentur, non poteſt conuenire ad decem, quia poteſt liberari dando reum locupletem, ut ff.de uerbo.obligatio.l.iſta ſtipulatio,§.j.ff.ſi certum peta. l.ulti.§.ulti.Simile dicitur in ſeruitute,quam non poteſt conſtituere quis,nec conſtituit,niſi qui habet prædium,ut in Inſtitu,de ſerui.§.ideo autem promittere tamen poteſt,& ſtipulari,vt ff.famil.erciſcun.l.hæredes,§.contra ſi promiſſor.ff.de uerborum obligatio.l.æſtimo.argumen.contra. ff. de ſerui.l. pro parte.ff. de uerborum obligatio. l.ſi ita quis, §.ulti. Nam alienare qui non poteſt,nec promittere,arg.ff.de rebus eorū qui ſub tutela,l.magis puto,§.ſi pupillus. ff. ſi quid in fraudē patro.l.j.§.ſi mutuam. Nam tantum ab altero hr̄e uideatur, quantum alii præſtaturus eſt, (ut ff.de ne.geſt.l.ſi quis mādato,in fi.ff.de leg.j.l.plane,§.quòd ſi rem)& non uidetur intereſſe,ſit aliquid traditum uel promiſſum,quia, quod promiſſum eſt,etiā loco æris alieni habetur,arg. ff. qui potio.in pig. habean.l.j.ff.de collati.dot.l.ult.ff.ad Trebel.Senatuconſul.l. a filia,& Lucius, §.idem quæſiuit. Si uero promittat dare in ſolutum & tradat,tunc puto quod amittat, (argu.ff.de pig. act.l.Titius cum creditorem) quia emptori ſimilis eſt is, qui accepit argumen.ff.quibus cauſ.in poſ.ea.l.ulti.

Sed conſueuit quæri, ſi uaſallus committat aliquam culpam contra dominum, ita ut poſſit iuſtè a feudo remoueri, & in uita ſua non fuerit dominus cōqueſtus, an filius poſſit conqueri? Reſpondeo quòd non, (ut in titu. de feud. & bene.l.quicunque igitur,primo reſpon.ff.qui ſine manu.l. 3. in fin.primo reſpon. C.de reuocan.dona.l j. & ulti. C. de reſti. milit. l.quæ a patre ff.de proba.l.Procula.ff.de accu.& inſcri. l.diui.ff.ad Senatuſconſ.Syllani.l.j.§.vltimo,ff.de in ius vocā. l.penul.

Source : BIU Cujas

l.penul. in titu. extra qui filii ſint legi.ca cauſſam) & hoc cū certum eſt,dominū quondam litem conteſtatum nō fuiſſe, nec ad ad animum reuocaſſe:cæterum ſi ad animum reuocauit, & litem fuit conteſtatus, tunc filius bene poteſt conqueri de vaſallo, (argum.ff.de iureiuran.l.iniuriarum actio, ſecundo reſponſo.argumen ff.de dona.inter virum & vxor. l.cum ſtatus,§.j.& 2.) & ſi de hoc dubitetur,filius agere non poterit,argu.d.l. Et quod dictum eſt quòd filius vel hæres domini non poteſt conqueri de culpa vaſalli commiſſa in dominum,ſi dominus nō eſt conqueſtus, intelligas cum dominus habuerit facultatem conquerendi:alioquin hæres, vel filius domini,vel ſucceſſor poterit conqueri de vaſallo. & ad hoc faciunt iura notata ſupra eadem ſumma, §. amittit autem quis feudum,ſi dominum interfecerit. Itē & ſi potuit remouere vaſallum dominus, & non remouit, eo mortuo non remouebit filium,(argumen.in titu.de feud.& benefi. l. quocunque igitur, primo reſponſo, & argumen ff.de publ. l.fin.§ penult.C.de decuri.l.ſi ille,argumen.ff.de decuri.l.2.§. nullum ff.de accu. & inſcriptio. l. ex iudiciorum. C. ſi reus vel accu.mor.l. 2. & l.defunctis, & l.vlti.ff.de re mil.l.milites prohi.§.i.ff.de ſena.l.emancipat.ff.de in ius voc.l.in eum)maxime ſi filius vel hæres purget innocentiam defuncti, quam purgare poteſt. Nam hæredis ſemper intereſt defuncti æſtimationem purgare, vt argum. ff.de iure fiſc.l res quæ,in prī. ff.ad legem Iuliam maie. l.vlti.ff.de acquir.hęredi.a.l.Pantonius,§.rei.ff.de iniur.l.j. §. quotiēs.ſimilia notaui ſupra eadē ſumma,§.itē ſi vaſallus vaſalli,§.itē ſi filius vaſalli. arg.contra.in titu.extra qui filii ſint legi.cap.cauſſam.in fi & C de in offi.teſtam l.ſi quis filium,§.ſed nos.ff.de publi l.fraudare, & l.commiſſa. Nam in vtroque caſu tacite offenſa intelligit remiſſa,& ſiue expreſſe remittatur offenſa vaſallo,nō eſt neceſſaria noua inueſtitura.argumen.ff.de rei vendic. l. ſi à Titio,in prin.ff.de milit.teſtamen.l.in fraudem, §. j.& alia etiā quamplurima argumenta notaui ad hoc infra in ſumma de conten.feudi,§.ſi tamen,& ſupra proxima ſumma, § ſed quæritur nunquid fecit,§.aliquando,in eodem §.illud, in fi. De vaſallo autem, an poſſit feudum in feudum dare ea ratione,hic omitto,quia plene tractaui ſupra titu.prox §.verū tamen fallit in vaſallo.

Vltimo loco attendo quandam regulam generalem, vt dicatur quòd vaſallus amittat feudum ſi contra ea fecerit,q̄ in fidelitate nominantur,vt in titu.de cap. extraord.§.dominus autem,in titu.de feu.& bene.l.de militum.primo reſponſo,quæ autem ſint,notantur in ſumma, infra qualiter iura. debe.vaſal.§.iurant. Nam indignus eſt beneficio,qui per ſuū vitium ſe mōſtrauit indignum,)vt C.de his quibus, vt indig. l.penul.§.j.)vel cum cœperit obſequia negligere,vt argumē. C.de reuocan.dona.l.j.vel ſi comittit tales cauſſas contra dominum,quas ſi committeret filius contra patrem, legitime poſſet exhæredari: vel ſi contra donatarium donatio poſſet reuocari,vel matrimonium diſſolui, vel contra patronum liberatus poſſet in ſeruitutem redigi.Nam quæ de libertis leguntur ī legibus,& ex regni conſuetudine in vaſallis ab omnibus obſeruantur,vt dicit Io.in ſumma.quibus modis quis poſſit ab accu.repelli in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & argumen.in decret.12.quæſtio.2.longinquitate.in titu.hic ſunt capitula,in princ. Idem notat Azo in ſolutione brocardi,quod quis poſſit feudo renūnciare, in generali de feu.ſeu beneficiis. Quæ autem ſint cauſæ, ex quibus filius poſſet exhæredari,ſi committat contra patrem,connumerantur in Authen.cum de appell cognoſc.§.cauſſas.in Lomba.de ſuc. l.nulli li.Cauſſæ autem reuocandæ donationis ſunt C.de reuocan.dona. l.j.& vltima,in Authen.vt liber.l.de cœtero, §. j.in Lombar de dona.quæ cum thinga.vel lanechil.l.3.Cauſſæ matrimonii diſſoluendi ſunt,C.de repu.l.conſenſu, & in Authen.ibi ſignata.Cauſſæ ingratitudinis liberti ſunt, C.de ingrat.liber.l.j.& 3.C.de liber.& eorum lib.l.2.3.& vlti.C.qui petant.tu.l.ij.in Auten.ut liberti de cœtero,§.j.ff.de aſſig. lib. l.alimenta.ff.de offic.præfec.vrb.l.j.§. cum patronus.ff.de iure patrona.l.ingratus. & quòd iſtis de cauſſis feudum amittatur,probatur in titu. in quibus cauſ. feu.amitta. §. prima autem. Item pro omni alia conſimili cauſſa, vel maiori, vt in fi.illius §.prima autem.in titu. qualiter vſus bene. ſit tenendus,§.ſi valuaſores.& argum. ff.de tranſa.l.cum hi,§.cauſſæ, in fi.ff.unde vi, l.j.§.quod vulgo.ff.de manu.vin. l.etiam, §.j. in fin.argumen.ff.de teſti.l.ii.& 3.argumen.ff. de interro.act. l.pen.ff.de iure deli.l.ait prætor,§.vltimo. argumen.ff.de fun. inſtru.l.inſtrumenta,§ j.in fi.ff.de muneribus, & hon.l.j. arg. ff.quibus ex cau.maio. l. j. in fi.l.ſed ſi per prætorem, §.item quid.ſimilia notaui ſupra eodem §.quid ſi domini, ī fi.Illud tamen ſciendum eſt,quòd ad hoc,vt vaſallus amittat feudū, debet culpa eſſe cognita & conuicta iudicio parium, alias non amittit,(vt in titu.qualiter vſus bene. ſit tenen. §. ſancimus vt nemo, infra titu.j.in prin.in titu. de cap.extraordi. §. quoniam de fidelitate. in titu. de feud. & bene.l.quocunque igitur,§.nos ita,& §.hęc etiam pręcipimus,§.nemo miles eij ciatur,& l.de militum,in fi.& l.in nomine ſanctæ,primo reſpon.in fi.& l.ſi duo,§.quicunque,in titu.de pace tenen.l.qm̄ diuina,§.quicunque.argumen.in titu.extra de reſti.ſpo.capi. conquerente.& in titu.de eo qui cognou.conſan.c. diſcretionem,in fi.c.& titu.de conſtitu.cognoſcens. in decret. 56. diſt. cap.ſatis peruerſum.& 16.quæſtio.vlti.cap.īuentum)etiamſi feuda ſint ſcutiferorum, dum tamen ſeruiant, ut in titulo de ca.extraord.§.feuda ſcutiferorum.in Lombar.qualiter cū. phar.ſua.l.j.§.j.niſi id quod datur nomine gaſtaldiæ,vel in ſimilibus. Nam illud poſt annum aufertur quandocunque, vel ablata gaſtaldia, & precio dato non reſtituto,nec certū tempus adiectum ſit, ut in tit. de cap. extraordin.§.vnum q. dem.Non minus poterat etiam auferri quandoque, quādo minores dabant in feudum minimis, niſi quando eiſdem datum eſt precium:quo caſu non poterat auferri,niſi precio reddito,vel quando minimus iuit cum domino Romam in hoſtem,vel niſi emerint feudum tale,tunc enim feudum poteſt ſine culpa auferri. Moderni tamen ſubtiliori ratione dicunt idem in minimis, quod in maioribus, vt ſine culpa non poſſit auferri,vt in titu.qualiter iudi. feud.ſit ex. §. ſi minores,ſupra l.j.§.notandum, §.idem,in titu.de natura feudi, in fine.

Item ſine culpa amittitur,ſecūdum Sy.quod eſt valde notandum:puta vbi dominus dedit in feudum allodium ſuum, & poſtea id contulit alicui Eccleſiæ,vel per oblationem fidelium,vel per contractum emptionis & venditionis, vel per alium contractum: quoniam vaſallus non poterit tunc illud feudum retinere,niſi per gratiam illud ab Eccleſia recuperet tanquam nouum,vt in titulo de feudo, & benefic.l.ad hoc,§.j.ſed in alienatione feudi, non dicitur feudum amiſsū ipſo iure,cum venditio non valeat. Nam quæ in fraudem legis fiunt,ipſo iure reſcinduntur,ut ff.de condi.& demonſt. hoc modo ut directo dominus contra emptorem agere poſſit,ut in titulo de feudo, & bene l.imperialem,§.Imperator, & l.ad hoc qui allodium, in prin.cum directo ſit dominus. Obſtat tamē prædictis, §.hæc etiam præcipimus. niſi vaſallꝰ iurauit quòd ignorans fecit,& emptor potius vult vaſallo reſtituere quam domino, ut in titu.hic incipi.con.re.c. & hæc ſunt capitula,§.domino cum emptore.& ſufficiet ſi conuincatur vna de ſuperioribus nominatis culpis, vt in titu. qualiter uſus bene. ſit te.§. ſi quis ex militum.argum.ff.de excuſa. tuto.§.qui autem in Authen.ut cum de appel.cog.§.ſiue oēs igitur,in prin.§.ſi tales,in prin.in Auten.de nup. §. Theodoſius,in fi.& §.rurſus.in fi.§.ſi quis autem.argumen.tamen eſt quòd omnes cauſſas debet proponere & probare,argumen. ff.de iniur.l.prętor.edic.§.ſi mihi.C.de prędiis curialium.l.j.li. x.& debet culpa eſſe talis, quę fuerit interpoſita poſtquam fuit uaſallus. Nam de anteriori culpa non accuſatur,(argu. ff.de bonis liber.l.ultima,ff.de ſuſpec.tu.l.3. §.nūc videamus, ff.de arbi.l.& ſi qua alia.C.de teſt.l.ſi quis in teſtibus) quia uidetur remiſſa dando in feudum.argum.ff.de excuſ tuto.l.ſingulari,§.donat.& ſimiliter ſi cum amore ſteterit cum uaſallo, vt in titulo de feudo,& benef.l. quoniam inter.& argum. ff.ad l.iul.de adul.l.ſi vxor, §.vltimo, & faciunt ad hoc quæ notaui in ſumma ſupra tit.proxi.§.aliquādo,in fi. §.ſed quæritur nunquid frater & ſupra eodem §.ſed pone,& §.item ſi potuit,in fi.Fallit tamen in filio vaſalli, qui offendit dominum antequam ad eum feudum peruenirет,de quo plenius notaui ſupra ead.ſumma,§.ſi filius vaſ.

Item ſciendum eſt,quod vbi vaſallus amittit feudum quā doque reuertitur ad dominum,quandoq; ad agnatos: vnde circa hoc ita diſtingui pōt,cū vaſallus feudo cadit aut priuatur feudo propter ingratitudinem delicti, aut propter ingratitudinem contractus. Si propter ingratitudinem delicti, aut delinquit in dominum, aut extraneum. Si in dominū, ad ipſum dominum reuertitur, vnde habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionem,vt de cœtero ipſum vaſallum vel hæredes eius non poſſit reſtituere:ſi vero in alium delinquit, tūc ad agnatos,(ut in titu.in quibus cau.feu.amitta.§. denique queſi:ū. in titu.hic inci.conſue.reg.l.lex Corradi, §.ſi quis interfecerit.ī titulo de feudo & bene.ca.ad aures. cap.in quibusdam, ad hoc etiam facit quod notatum eſt in ſumma,ſupra titu.j. §.ſed pone quod vaſallus.)& hic eſt caſus ubi filii,licet proximiores,repelluntur,& vltimiores agnati admittuntur, vt in ti.ſi de feu.vaſal.fue.inter.§.ſi vaſallus culpam.in tit.hic inci. conſ.reg.cap.j.§.vaſalli feudum. Nam vaſallus delinquendo ſibi & liberis ſuis prędiudicat, licet prędiudicare non poſſit cohæredibus domini,argumen.ff.de bonis liber. l.3.§. ſi capitis libertum,l.iul.primo reſpon.& §.primo. argumen. ff.de ope.lib l.vlti.ff.de aſſig.liber.l.j.§.ſed ſi is.ff.de lega. j. l.filius,§.cum pater.ff.de leg.iij.l.vnum ex,§.j.in fi.§.ij. & facit ad hoc in ſumma,§ item amittit feudum. Nec intelligitur hic

quod

Source : BIU Cujas

quod mors delinquentis expectetur, sed statim vendicabunt agnati: sed expressim videtur dicendum, ꝙ vbi culpa vasalli aufertur ei feudum, siue delinquerit contra dominum, siue alias, quòd viuente vasallo delinquente & eius filiis masculis, ad quos alias deberet pertinere, ad dominum debet peruenire, sed cohæredibus nō præiudicat, nisi ad tempus dum delinquens & eius filij supersunt, (vt in titu. de cap. extraord. §. beneficium paternum, §. cum feudo, §. si alte, §. vasallus habens, §. quoddam satis benefi. in titu. qualiter iura. debe. vasa. §. econtrario, in fi. in titu. hic inci. con. reg. cap. hæc sunt capitula, §. interum) quamuis videatur, cum bona vasalli publicantur, quòd perceptio fructuum feudi debeat publicari, ut argumen. ff. ad l. Iuli. de adulte. l. si postulauerit, §. iubet, argu. quod non debeat publicari, cum feudum in alium transferri non possit, argum. ff. de fideicommi. liber. l. imperator, primo responso. Sed per statutum Veronæ, vbi vasallus præmeditatè alium occidit, vel vulnerauit & dominum non, tunc obseruatur ac si vasallus naturaliter foret mortuus: sed eo superstite, domino habere permittatur, vt nec vasallus nec hęres eius vel cohæredes vllū habeāt participium, sed eo mortuo ad eos perueniat, quibus de iure peruenire debet, vt in titu. de feud. & bene. cap. in statutis. cap. de rebus, in quibus. Nā & iura liberorum reseruantur liberis patronorum, quāuis bona patroni publicentur, vt ff. ad l. Iul. maie. l. eorum. ff. de iure patro. l. 4. contra prædicta possunt allegari argumē. quæ sunt supra eadem summa, §. sed quæri potest coactus, in medio. Si vero propter ingratitudinem contractus amittat, videtur quòd in dominum redeat prima facie, per id quod legitur infra eadem summa, §. item si duo, in fi. & §. similiter si extra, §. vltimo, in titu. quibus caus. feu. amitta. §. vltimo, in titu. qualiter vsus bene. sit tenendus, §. si aliquis de capitaneis in titu. de bene. & feud. l. imperialem, §. callidis. & ipso iure, vt supra proxi. §. notaui. sed possit eius filium, vel consangui neos inuestire, vt in titulo de feudo, & bene. ca. ex parte tua, §. ad hoc, §. ac in secundo. Sed Py. distinguit quod vasallus aut habet filios aut non; item aut consenserunt alienationi agnati, aut non; item aut volūt offerre preciū, aut non. Si nō haberet filios & non consenserunt agnati alienationi, statī vendicabunt agnati, nec aufertur a domino, quia prior est causa agnatorum quam domini conditio, (vt in titulo qualiter iura. debe. vasal. §. donare, in fi.) sed tunc demum poterunt hoc facere, cum mortuus fuerit alienator: sed si habeat filios etiam eo viuente qui alienauit, si vult offerre preciū, potest hoc facere agnatus qui non consensit alienationi, cū ipse vasallus & eius filii per alienationem sint excluſi, nisi reuestiatur, vt supra ꝓxi. dictum est, & supra eadem summa, §. item amittit feudum vasallus, argumē. ff. de bonis liber. l. Iul. in prin. & §. plane. in titulo de feudo, & bene. cap. ex parte tua, §. & ad hæc, & §. ac in secundo. & in ti. si de feu. vasal. fuerit interpellata, §. Titius filios. Per prædicta apparet, quòd vbi illicite venditur feudum, quòd ius reuocandi datur tam proximiori agnato, quā domino, sed potior causa est agnati quam domini conditio: quod quidem potest intelligi cum ambo concurrunt, vel agnatus primo & dominus secundo, vel dominus primo, quando agnatus esset negligēs, & agnatus secundo. Nam si vasallus est negligens in agendo, tunc soli domino datur: quæ negligentia potest deprehendi in agnato, si postquam sciuit alienationem, intra annum non egit, vel intra duos menses, vel infra tempus a iudice statutū, vbi iuri & beneficio suo videtur renunciasse, vt C. de natura li. liber. l. j. in fi. C. qui accusa. non pos. l. si ea. ff. ad Senatusconsul. Trebel. l. 2. §. vltimo. in tit. si de feu. vasal. fuerit interpella. §. Titius filios, in fi. ff. de optio. lega. l. mancipiorum. C. de iure delib. l. vlti. §. sin autem, § hic, in fi. ff. de acquiren. hæredi. l. quandiu contra. ff. de rebus auctori. iudi. possiden. l. 4. ff. ad l. Iul. de adul. l. j. §. simul, & l. si maritus peruenit, §. sin autem. ff. de sepul. viola. l. 6. C. qui petant tuto. l. nepotibus. C. qui dari tuto. l. quòd dicis. in Authen. de tempo. non solu. pecu. §. j. ff. de loco publi. fruen. l. j. §. j. si tñ dñs egerit sciente agnato, sententia lata faciet agnato præiudicium, qui dominum agere permisit, vt argum. ff. de re iud. l. sæpè. in titu. extra de re iudi. cap. pen. Si vero agnatos non habet, tunc ad dominum recidit, vt supra dictis ll. si vero iure & consuetudine concedente contractum faciat vasallus, tunc ita demum succedit dñs, si desit filius, (vt in titu. de content. feu. §. & si clientulus) & loquitur ibi quando simpliciter erat paternum, non autem auitum vel proauitum. Nam ita demum domino aperitur, si desit masculus, qui agnationis nomine vocetur, vt in titu. hic incipi. consue. reg. §. profectæ. Filii autem iure semper repelluntur, refragante cum feudum alienatur, quamuis alij admittātur agnati, vt supra dictum est. Nec obst. quod dī ꝙ cām ingratitudinis videat committere ɔ dñm alienando vt ad dñm redeat, vt prædictis iurib. probatur: qñ ibi non habebat cohæredes, licet haberet filios, quando ipse vas. feu. alienauerat, nec huic obstat, infra eodem §. item si duo fuerunt, quia ibi intelligitur quòd agnati cōsenserant, & quod decesserit sine hærede, & c. subaudias, maximè quia idem si cum hærede quātū ad partem alienatam. Pro agnato facit, quod supra pro eo allegatum est, & supra titulo primo. in fi. in titu. de succes. feu. §. primo. in fi. qualiter iura. debe. vasal. §. donare, in fi. argumen. ff. de interdic. & rel. l. eum. argumen. ff. de bon. liber. l. 3. §. si capitis, l. si ex, §. primo, l. communi liberto, & l. Iul. ff. de oper. libert. l. 3. §. si capit. l. si ex, §. primo, l. vlt. ff. de assi. lib. l. prima, §. sed si is, & §. vlti. & l. 4. in fi. & l. vtrū ff. de iureiuran. l. si duo, in princ. & in eadem summa in pluribus locis pro agnatis poterit reperiri, & in summa infra de succe. feu. §. item si vasal. committat. Sed vbi pręlatus, eo mortuo redibit ad ecclesiam, vt in titu. inci. cons. reg. cap. hæc sūt capitula, §. similiter, in fi. argumen. ff. de assig liber. l. prima, §. vltimo, similia notaui supra eadem summa, §. sed quæri potest si coactus, §. sed posset quæri an pignus, & §. sed quæritur si vasallus locauit, supra hoc eodem §. Quid si vasallus excogitat culpam vel ingratitudinem cum domino, vt ex proposito amittat feud. vt potius domino aperiatur quam agnatis post mortem suam? Respondeo quod tunc non præiudicabit agnatis, vt argumen. ff. de diuor. & repud. l. si filia emancipata. argumen. ff. de lega. 2. l. si seruus plurium, §. si quis. argu. ff. de fun. instru. l. cum de lanionis, §. instrumento quoq; arg. ff. qui & a quibus manumis. liber. non l. si maritus. ff. de man. l. qui penè. ff. de quæst. l. j. §. si seruus. argumen. ff. ad munic. l. vlti. ff. soluto matr. l. si filiæ meæ. C. de repudi. l. dubium. argum. ff. ad Senatusconsul. Syllani. l. 2. §. penul. & l. si quis, §. subuenitur, in fi. ff. quibus ex cau. maio. l. & quidam opera. in Authen. de nup. §. est quoque. & argumen. in decre. 28. quæst. vlti. §. cum ergo. similia argumenta notantur in summa, supra titu. proxi. §. veruntamen, & §. item sciendum est quòd vbicunque. argum. contra. ff. de separa. l. j. §. quæsitum. Illud tamen non prætermitto, quòd licet feudum perueniat ad dominum, vel ad agnatos aliis hæredibus, existentibus forte fœminis, nō tamen superficies facta a vasallo, vel alia superimposita feudo, quam precio aliquo dato posuit, vt in titu. hic inci. consu. reg. cap. j. & argum. supra, quibus modis feu. amit. §. illud vero. in titu. de natura feud. l. sed addes, §. si inquilinus, & l. colonus. ff. de vsufruct. l. sed si quid, in prin. in Inst. de rerū diuisio. §. sed certe. argumen. contrarium supra titu. j. §. vlti. in Authen. de aliena. & emphy. §. si vero quis locator. argumē. ff. loca. & condu. l. si quis domum, §. j. Sed puto quòd superficies non perueniat ad dominum, si ex honesta causa feudū ad eum perueniat, argum. supra dictarum ll. nam si vasallus demolire poterat, vt argum. ff. de vsufr. leg. l. hæres. Si vero ex inhonesta causa & eius culpa ad dominum redeat feudum, & superficies ad eum spectabit, argumen. contrarium ll. ꝙd autem de incremento obtineat, habes notatum in summa, infra de conten. feu. Si vero contentio est inter fruges etiam pendentes, habebunt extranei, & vxor, & cœteri creditores: maxime si crediderunt ad superficiem ædificandam vel melioratione faciendam, scilicet cum vasallus decedit potest maritum, secus si ante, in titu. hic inci. consuet. reg. §. si vasallus obierit, § si vasallus decedat, & c. hæc sunt capitula, §. si ɔtigerit. in titu. de cap. extraord. §. vnum quidem. & argum. C. de proxi. sac. scri. l. si quis in sacris. in Authen. de exhibē. & introdu. reis, §. optimum. in Authen. de equali. do. §. his consequens, §. quia vero. C. de pigno. l. vlti. C. qui pot. l. licet. ff. qui poti. in pigno. l. interdum. & ff. de religio. & sump. funerum, l. & si quis, §. j. & l. pen. ff. de capti. & postlimin. reuer. l. in bello, §. si pignori. C. de primipilo, l. vtilitas. & notatur etiam supra ti. prox. §. istud proximum feudum, & supra ea. summa, §. sed quęritur quod vasallus.

Præterea vbi dominus committit in vasallum aliquid, qđ si committeret vasallus in dominum, amitteret feudum proprietas & ius, quod habet in feudo, ad vasallum pertinebit, (vt in titu. si de feu. vasal. fuerit inter. §. domino committēte. simile ff. de agnoscen. libe. l. alimenta, in prin. & §. j. ff. de iure patro. l. diuus Claudius. ff. de bon. lib. l. si patronus non aluerit) distinctione tamē adhibita, vtrum sit vasallus ꝑ sacramētum, an non, (vt in tit. hic inci. consue. reg. cap. hęc sunt capitula, §. ex facto quęsitum) ex leui tamen offensa dominus non tenetur, sed de atroci tantum argum. ff. de iniur. l. prętor edict. §. pręterea, & l. non solum, §. quanquam. Nam & libertum adulterum potest patronus occidere, sed non è conuerso, ut ff. ad l. Iul. de adulte. marito, §. primo, & l. adulteriū, §. liberto. Sed potest dici ꝙ in tantum differat, ꝙ uasallus potest conueniri ut domino seruiat, cum ex suo sacramento sit obligatus, (ut notaui supra in summa eadem, §. item si uasallus non facit. in titulo de pace tenen. §. præterea quæsitum est si iurauerit) dominus uero non teneatur uasallo, sed si non seruiat, priuetur proprietate. argumen. supra dictarum ll. ff. de agno. lib. l. alimenta, in prin. & §. primo, ff. de bo.

liber. l.

Source : BIU Cujas

liber.l.ſi patronus non alienauerit.ff.de inre patron. l.diuus Claudius.argumen. eſt tamen,quòd dominus ſimpliciter ſit obligatus verſus vaſallum,argumen.in titu. extra de reg.iur. & tranſeuntibus ad reli.cap.licet,§.quo circa. in titu.de ſacr. & for.fidel.cap.de forma,in fi. Quid ſi dominus decedat ſine liberis, nunquid lucratur vaſallus feudum ſicut èconтra fieret? Reſpondeo quod non. Nam periculoſum & triſte eſſet adeo domino coniunctum eius mortem expectare, argumen.ff.de conditio.& demonſtra.l. cum tale. primo reſpon. ſed ſi dominus erat vaſallus, recognoſcere poterit a primo domino,ſi eius erat allodium, tunc a quocunque eius hærede.argum.in titu.qualiter iur.deb.vaſal.§.ſiue autem,in fine, & in titu. nouum non pater. nam & vbi dominus committit in crimen læſæ maie.licet priuetur bonis omnibus & eius filii,iura tamen libertorum reſeruantur liberis,& ita iura vaſallorum,(arg.C.ad l.Iul.maie.l.quiſquis,§.filii,& l. eorum.ff. de iure pat.l.4.) vel poſſet dici, q̃ proprietas feudi publicet̃,& in vaſallo publicetur perceptio fructuum,(argum. ff.ad l.Iul.de adul.l.ſi poſtulauerit,§.iubet) vel dic,cum dominus non poſſit vaſallum in alium trãsferre, ne vaſallus aliũ dominum cogatur habere,vt in ſequẽ.§.notatur, ita nec publicatis bonis domini transferatur vaſallus in publicum,ſed potius a publico liberetur, ar.ff.de fideic.liber.l.Imperator, primo reſponſo.

Meritò ergo ſicut vaſallus non poteſt in alium transferre inuito domino,ita nec dominus poterit ius ſuum ĩ alium transferre inuito vaſallo, niſi in vaſallum, (vt in titu.quali. iud.feu.ſit ex.cap.ſi quis inueſtitura,& l.in nomine ſanctæ,§. inſuper,l.imperialem,§.j.§ præterea Marchia, in fi. & cap.in ſinuatione.in titu. qualiter vſus benefi.ſit tenen.§.ſi quis dominus fecerit.argumen.ff.de agno.libe.l.Iul.argum. C.de loca.prædi.ciuili.l.vlti.§.j.§.ſane.& facit ad hoc quod notaui ſupra eadem ſumma,§.item amittit feudum vaſallus,§.item q̃ritur an poſſit,in fi.)niſi propter inopiam faciat,argumen.ff. de lega.j.l.nihil.primo reſpon.l.ſi dominus, §. vltimo. ff. vſufruct.quemad.ca.l.omnes,§.vltimo,& ff.de vſufr.leg.l. fundi) ne alium dominum habere cogatur,quem habere nõ vult (vt argum.ff de fideicommi.liber.l.inuitus.ff.de act.emp.l.Titius cum,& l.idemque,§.ultimo,in tit. nouum non pater.§. j.ff.pro ſocio,l.act.§ ſocietas,& l.qui amittitur.ff.de arb.l.nõ diſtinguemus,§.quæſitum)& quia vaſallus peius tractari nõ poteſt,quam ſi illum dominum habere cogatur quem hẽre non vult, argum.in Lombard.qualiter mundualdus mund. amittit,l.vltima,in fin.Vnde dominus qui contra hoc facit, dominio debet priuari,vt argumẽ.ff.ſi quis a parente fu.ma. l.vlti.Nam & intereſt aliquando vaſalli potius feudum a ſene recognoſcere, quam a iuuene, (vt argumen.ff.de fideicõmi.liber.l.is qui,& l.ex cauſſa, in fi.) ſed vaſallo conſentiente alienationi domini,pecuniã dominus non tenetur in feudum redigere,niſi vaſallus ea mente conſenſerit vt in feudũ redigatur,vt ff.de leg.ij.l.pen.§.j.Idem videtur in vaſallo vendente conſentiente domino, vt non teneatur pecuniam redigere in feudum: veruntamen videtur quòd debeat ſeruire conſueto modo,vel redigere pecuniam in feudum, ſi ea mẽte conſentiat dominus,argum.prædictæ.l.& ff.de annu.lega. l.liberto. primo reſpon.ff.de vſufru.leg.l.fundi. Item vaſallus erit emptoris,ſi dominus deceſſerit ſine hærede,vt argumen. ff.de euictio.l.minor,§.j.in fi.ff.de fideicommi. liber. l. ſi hæres.alioquin ſi dominus non vendidiſſet, & ſine hærede deceſſiſſet, nõ imputaretur vaſallo ſi inueſtituram nõ peteret, immo eſſet ſecurus,vt argumen.ff.de vſur.l.pecuniæ, in fi. ff. de lege commiſ.l.ſi fundus. §.ad hoc inquire quę notaui ſupra eadem ſumma,§.ſed licet. Mediolanenſes tamen dicũt, quòd dominus ſiue curia beneficium totum alienat dummodo alienetur maiori, vel æquali: minori non poteſt ſine vaſalli voluntate, vt vbi licitum eſt domino ſecundum Mediolanenſes,non diſtinguitur vaſallus ſciat an ignoret, vt in titu.hic incip.conſue.reg.l.lex Corradi, §.ex eadem.in titulo qualiter vſus bene.ſit tenen.cap.ſi quis inueſtiuerit. Cum curia vero vbique licet domino beneficium ſui militis alii concedere, ſtudeat tamen vt ſeruet cõditiones quibus dominus eſt aſtrictus,vt argumen.ff.loca.& condu.l.ſi merces,§.j.dum modo de beneficio expreſſim dicat, & totum feudum concedat,vt hoc caſu vaſallus ſeruiat emptori, vel acceptori ex alia cauſſa,(vt in titu.hic incip.conſue.reg.l.lex Corradi,§ ex eadem,§.nec licet,§.cum curia)& emptor poterit ſacramentum fidelitatis a vaſallo excipere, quãuis domino prius iurauerit,argumen.ff.vſufruc.quemad.ca.l.omnes,§.vltimo. alioquin ei non tenebitur,licet poſſit aperiri ei feudum,vt ibidẽ, cum nulla perſona in ſacramento contineatur,niſi quæ nominatim adiecta fuerit, (argumen.ff.de verborum obligat. l ſi ita ſtipulatus fuero,§.Chryſogonus,in fi.) nec priori dño poſt alienationem tenebitur,argumen.prędictæ l.& argum. ff.loca.& conduc.l. qui fundum.argumen. tamen videtur q̃ ſeruiet cui velit,argum.ff.de fideicom.lib.l. generaliter,§.vlt. & l.is qui.ff.de act.emp.l.idemque, §. vltimo, ff. de procura. l.ſi actor.Sed ſi totum feudum alii non concedat, ſed partẽ, ſi quidem feudum eſt in eodem loco, non tenet aliquid datio:ſi vero in diuerſis locis eſt feudum, poteſt in vno loco alii concedere,ſed tunc vaſallus recognoſceret totum a dño, & non ab eo qui accepit, niſi dominus poſtea ſine hærede decedat. Nam tunc debet ab emptore recognoſcere,vt ſuperius dictum eſt,vt argumen.ff.de fideicommiſ.liber.l.ſi hę res.in titu.hic inci.conſue.reg.l.lex Corradi,§.qui ab eodem, §.ex eadem. Sæpe enim inuitus quis poteſt ad alium tranſmittere cum curia : nam quis non poteſt emere rem ſuam, ſed ratione partis ſociorum poteſt & ſuam,vt ff.de contrah. emptio.l.debitore.ff.de in diem adiec.l.q̃ ſi vno, §.verum.ff. communi diui.l.qui cohæredes.ff. de leg. 2. l.vlti.§.quatuor. Idem in mandato,vt ff.mandati,l.ſi mandauero, §. Iul.l.qui negocia,§.j.ff.de pact.l.quod in eo.Ad idem eſt quod dicitur de loco religioſo, qui vendi per ſe non poteſt,ſed cum vniuerſitate rei venditæ tranſit,vt ff.de contrahen.emp.l hac lege.ff.de act.emp.l.antepen.§.ſi cum feudum. Nam & res cõiuncta ædificio per ſe non vſucapitur, ſed cum ædificio, vt ff.de vſuc.l.eum,qui.primo reſpon.ff.de acquir.rerum domini.l.adeo,§.cum in ſuo,in fi.idem in hæreditate, quia quædã tranſeunt cum hęreditate,quæ per ſe non tranſeunt,vt ff. de fundo dota.l.j.ff.de alie.iu.l.ex hoc,§.alienare.in Authen. de litig.primo reſpon.& §.j.ff.de leg.3.l.pater,§.Iul.ff. de acquir. rerum domin.l.quędam. ff. de re milita.l.milites.ff.ad l.Iuliã de vi publi.l.2.ff.ad l. Corneliam de fal. l.j. §. penult.ff.de his quibus vt indig.l.poteſt,§.qui accuſauit.ff.de decurio.l.decurio.Nam expreſſim videtur lex dicere,quòd dominus poteſt in vaſallum habere extraneum ſucceſſorem(ut in titu.qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſancimus vt nemo) & hoc cum feudum eſt de proprietate domini: ſecus eſſet ſi eſſet de eius feudo,vt in titu.no.non pat.§.nam illud, in fi.Si vero ſimpliciter det curiam non habita mentione beneficii, non videt̃ beneficium dediſſe,vt in titu.qui deb.ſucce.in feu.§. quidam capitaneus.argumen.contra,in titu.extra de iure patrona.c. ex literis,& cap.cum ſecundum,in titu.de feud.& benefi. cum ſecundum. Quid ſi dat partem curię cum omnibus vaſallis? Reſpondeo,idem videtur de parte curiæ quod de tota,vt argumen.in titu.qualiter iura.deb. vaſal. §.qui a principe.argumen. contrarium, C.de agri. & cenſit.l.quemadmodum. Vbi vero non dat curiam,ſed generaliter transfert, vt alienat omnia ſua bona, non videtur alienaſſe, vel tranſtuliſſe vaſallos,vt in titu.ſi de feu.vaſa.fue.interp. §.in generali argumen.ff.de priuil.credit.l.funus, & l. pen.ff.ad Trebel.Senatuſconſ.l.ſi patroni filius,in prin.argumen.contra.ff.de oper.liber.l.bona.argum. ff. de in integrum reſti. l. eum qui.ff. de pigno.l.obligatione,& l.denique. ff.de rebus auctori.iudi. poſſiden.l.in venditione,in prin. Poteſt etiam alia de cauſſa dominus ius feudi in alium transferre,ſi forte propter neceſſitatem dominus velit vendere, & denunciauerit vaſallo vt eidem ſubueniat,& non ſubuenerit, (ut argumen. in Lombar.de prohi.alie.mi.l.vlti.C. de parentibus qui filios diſtra.l. j.& 2.) maxime ſi propter factum vaſalli vel ſeruitium non pręſtitum peruenerit ad paupertatem, vt in vaſallo notaui ſupra eadem ſumma,§.poſſet quæri an pignus:licet vaſallus non teneatur debitum domini exſoluere, (argu.ff.de agno. libe.l.ſi quis a li.§. pares quamuis. argumen. in titu.ſi de feu. vaſal.fue.interpe.§.inde quæſitum.in titu.hic inci.cõſue.reg. l.lex Corra.§.ſi vaſallus non teneatur debitũ, de quo tamen pleni⁹ notaui ſupra eadem ſumma,§.ſed quid ſi potuit facere)nec dominus poteſt operas vaſallo imponere,ſicut patronus poteſt liberto.argum. C.ne operę a collectoribus exigantur,l.j.lib.x.ff.de ope.lib. per totum.

In feudum tamen ius,quod habent in feudo vaſalli,dare poſſunt ſine diſtinctione, niſi facerent in fraudem, ſicut dictum eſt in vaſallo,prout notaui in ſumma,ſupra titu.j.§.veruntamen.Fallit in vaſallo, quia tantum ad feuda,dare ĩ feudum non videtur,quòd contineatur ſub verbo alienationis: ſed cõtra.dicitur in ti.qualiter iu.feu.ſit ex.§.ſi quis ĩueſtiuerit.& facit ad hoc quod notatur ſupra eadem ſumma, §.merito,& ſupra titu.proxi.§.ſi vero faciat inueſtituram, & §.& ſiue faciat quis laicus. Item poteſt vni ex filiis ius quod hẽt aſſignare,& ipſe erit dominus & non alii,(vt in titu. de pace Cõſtan.§.in ciuitate illa.in fi.argumen.ff.de ritu nup.l. filio, §.vltimo,& addas argum. quę notaui ſupra eadem ſumma, §. verum) licet non poſſit pro anima iudicare, vt in titu.de ſucce. feu.§.ſi vero dominus decedat.Ipſi tamen hæredes nõ poſſunt vaſallo inter ſe diuidere, vt argum. ff. de iure patro. l.vlti.ff.famil.erciſcun.l.quędam mulier. Conſuetudo tamẽ obtinet in contrarium, ne poſſit aliis aſſignare poſt aſſignationem ſibi factam,argumen.ff.de aſſigna.liber.l.liberi.Item poteſt coniunctis dare, & omnia facere quę vaſallus poteſt,

ſicut

Source : BIU Cujas

ſicut ſupra in vaſallo dictum eſt: & ſi dominus vnius faciat contra ius feudi, eius pars perueniet ad coniunctum: (argu. ff. de bon. liber. l. communi. ff. de iureiuran. l. ſi duo, in princ. ff. de aſſigna. liber. l. j. §. ſed ſi is) vel dicas quòd ille dominus partem ſuam amittit & ad vaſallum tranſeat, ſicut dictum eſt, quando vaſallus offendit vnum ex dominis, vt notaui ſupra eadem ſumma, §. vbi vero eſt vaſallus alicuius vniuerſitatis, circa finem §. & §. vbi autem vaſallus qui alienat, §. ſi vero vaſallus eſt plurium. Quòd dictum eſt in domino quòd ius feudi amittat ſi faciat contra vaſallum, idem intelligas de filio domini ſi tunc commiſit cum erat vaſallus, ſecus ſi nondū erat vaſallus, (argum. ff. de bon. libe. l. vlti. ff. de excuſa. tuto. l. ſingulari, §. dona. ff. de ſuſpec. tuto. l. 3. §. nunc) ſicut dicitur in filio vaſalli, vt in titu. de feu. & be. l. imperialem, §. inſuper noui. ſupra e. §. illud tamen ſciendum, & §. item ſi filius vaſalli.

Quæ ſit natura feudi. *Cap. cxxxvi.*

Videbimus ſupra, quibus modis feudum amittatur, conſequenter videndum eſt de eius natura. Eſt enim natura feudi, vt dominus inueſtituram prīo præſtet, poſtea vaſallum poſſeſſionem inducat: nec ſufficit ſi velit præſtare intereſſe, (vt in titu. explicit liber primus, §. nullam, §. vtrum. in titu. qualiter iura. deb. vaſal. in fi. primo rñſo, in titu. ſi de feu. vaſal. fuerit, interpella. §. ſi de facta ſupra, quibus modis feu. acqui. §. ſin autem contra) poſtea quòd vaſallus fidelitatem præſtet. vt in titu. explicit liber primus, §. vlti. de hoc notaui ſupra, quibus modis feud. acqui. §. in feudo autem ſciendum eſt, & §. facta. item vt hæres inueſtituram petat vt vaſallus ab hærede domini, vt in conſti. Frederici, l. imperialem., §. præterea ſi quis. in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſancimus, in titu. hic inci. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, in prin. de hoc notaui ſupra, quibus modis feu. acq. §. & debet peti, cum ſequentibus §. & ſupra titu. j. §. item ſi vaſallus ab hærede. Item quia datur gratia vtriuſque, ſicut & pignus & fideiuſſor, vt in titu. qualiter iud. feu. ſit ex. §. ſi quis oblig. in titu. in quibus cau. feu. amit. §. j. & 2. in Inſtitu. quibus modis re contrahi. obliga. §. vlt. in Inſt. de fideiuſ. §. vlti. Item vt feudum non amittatur ſine conuicta culpa, vt infra eodem, in prin. & notaui ſupra in ſumma, proxi. §. Illud tamen ſciendū eſt, licet olim eſſet differentia vtrum facta eſſet inueſtitura à maioribus, an a minoribus, vel minimis valuaſoribus, vt j. co. in 2. ver. differunt tamen in pœna pacis violatæ: quia magis puniuntur maiores quam minores, vt in titu. de pace tenen. l. hac edictali, §. ſi qui temerario vſu. & in aliis notaui, in ſumma ſupra, quibus modis feud. acqui. §. eſt tamen differentia. Item vt ordo ſucceſſionū ſeruetur, de quo plenius notabimus infra in ſumma, §. proxi. vt filii ſuccedant & non filia: alioquin eſſet contra feudi naturam, vt in titu. explicit liber primus incipit ſecundus, §. item vaſallus. Item contra naturam feudi dicitur, ſi pactum adiiciatur, vt vaſallus in omnibus feſtiuis diebus vadat ad eccleſiam cum vxore domini & ſimilibus, vt in prædicto titulo, §. præterea ſi aliquis tenor. Item non eſt ſecundum feudi naturam dare in feudum vt ipſe habeat, & cui dederit: niſi diceret etiam cui in feudum dederit, vt in titu. hic inci. conſue. reg. cap. hæc ſunt capitula, §. ſi quis ea lege. Sepe contractus excedit ſuos terminos ex p̄iunctione, vt ff. depoſiti. l. Lucius, argumen. ff. de pac. l. iuriſgẽtium, §. quod ferè. ff. de do. cauſſa mor. l. vbi. Item videtur qđ vbi adiicitur aliquid contra naturam, id quod adijcitur pro non adiecto debet putari, & non vitiatur datio in feudum, argumen. ff. de pec. leg. l. 6. primo reſpon. Item eſt natura feudi vt fiat tantum de rebus immobilibus, niſi in caſibus, vt in titu. explicit liber primus, §. ſciendum, & prout plene notaui in ſumma, ſupra quibus modis feud. acquir. §. poſſunt dari res in feudum, & §. non ſolum. Item ſi contentio eſt de feudo, vt ſciatur apud quē debeat cognoſci vel qualiter, de quo plenius dicemus in ſumma, infra de cont. feu.

TERTIA PARS PRIMAE PRINCIPALIS.

De ſucceſſione feudi. *Cap. cxxxvij.*

Diximus ſupra, de feudi Natura, ſed quia de natura feudi eſt cognoſcere, qui debeant ſuccedere in feudum, vt ſupra proxime dictum eſt, idcirco ſubſequenter ponit de ſucceſſione feudi. Vel ſupra dictum eſt, quibus modis feudum acquiratur, l. ſucceſſione, vt in titu. qualiter iura. debe. vaſal. per ſucceſſionem, de ea videamus plene. Vnde videndum eſt, quis ſit ordo ſuccedendi, & qui poſſunt ſuccedere, & qui non, & in quo feudo non ſit ſucceſſio. Antiquitus enim in feudo nulla erat ſucceſſio, licet hodie aliud ſit, vt notaui in ſumma, ſupra quibus modis feud. acquira. §. verum licet huius. Si vaſallus decedat, filii maſculi primò ſuccedunt, ſi ſuperſint & hæredes patris exiſtant, alioquin non, argum. in Authen. de nup. §. ſi vero filios. vbi inueſtitura adiecit, videlicet, ſit ſibi & liberis, vt argumen. ff. de oper. liber. l. cū patronus, §. cum liber. de quibus traditur infra eadem ſumma, §. ſed adhuc, quia eſt cauſſa prima liberorum, vt in ti. de feu. & bene. l. quicunque igitur, §. j. & l. in nomine domini, § prę cipimus, deinde alii deſcendentes vſque in infinitum, vt inf. in prin §. j. in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. per ſucceſſionē, ſupra, quibus mod. feu. acquir. §. hoc quoque. in titu. qui deb. ſucce. in feu. in prin. argumen. in Authen. de hære. ab inteſta. primo reſpon. in Inſtitu. de hære ab inteſta. §. j. in titu. hic incipiunt conſue. reg. §. uaſalli, in fi. & §. ſimiliter vero, in tit. de capi. extraord. §. beneficium paternum. in tit. quibus cau. feu. amit. § huius autem generis, argum ff. de vſur. l. cum pater. ff. de verborum ſignificati. l. ſciendum, in prin. & maxime ſi a principe beneficium accepit (vt argum. C. de fundis patri. l. hi quibus. ff de pœn. l. moris, § parentes. argumen. ff. de iure cōmuni. l. immunitates. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac, §. liberos autem. C. de quæſti. l. diuo, in fin. ff de ſenatoribus, l. liberos ſenatorum) licet per l. Lothar. & Conradi eſſet ſucceſſio tantum vſque ad nepotes, (ut in titu. de feu. & bene. l. quicunque igitur, & l. ī nomine domini, §. præcipimus. argumen. etiā C. de priuil. eorum, qui in ſacro pala. mil. l. prima, & ij.) vel ad pronepotem, argum. C. de quęſti. l. diuo. primo reſpon. argu. quod ad filios tantum primi gradus. C. de Epi. & cle. l. honor. C. ne ſine iuſſu prin. l. vlti. Perſonalia vero beneficia non trāſeunt ad hæredes, de quibus notaui in eodem §. item ſi perſonale. veruntamen deſcendentes, qui dominum offenderūt & ſatisfecerunt, non ſuccedunt, vt in titu. de feu. & be. l. imperialem, §. inſuper, in fi. & cap. ad aures, in fi. de quibus plenius infra dicemus.

Item ſi dixerit dominus, ſi alter decedat ſine hæredibus, &c. an hæredes extranei repellant fratrem defuncti? Puto q̃ non,quia videtur tantum de liberis ſenſiſſe, argumen. ff.ad Trebell.l. ex facto,§.vlt.in Authen.de naturali.lib.§.emphyteuſi.in tit.hic incip.conſue.reg.c.lex Corradi, §.profecto,in i.§.& ſi clientulus.arg.contra.ff.de ritu nup.l.liberta, §.i arg. ff.de leg.iii.l.vi.§.i.Nam & a maioribus potius hoc intelligitur habere quam a fratre,vt in titu.qualiter vſus benefi.ſit tenen.§.ſi quis miles mortuus.in titu.de feu.& bene. l quicunque igitur,§.ſi quis igitur, & l.in nomine ſanctæ, & §.ſi forte.arg.ff.de interdict.& relega.l.eum qui in fi. Vnde Pileus intelligit fratrem fratri ſuccedere debere, ex quacunque cauſa feudum amittat,niſi ex delicto commiſſo in dominum, dūmodo culpari non poſſit is qui ſuccedere debet,argum.ff.de interdict.& relega l.iii.Et ita demum ſuccedit, ſi domino ſatisfaciat, ſi in aliquo dominum offendit,vt in titu. de feu. & benefi.l.in nomine ſanctæ,§ præcipimus, & l.imperialem, §.inſuper ſi filius, & §.illud quoque. Sed tamen filius vaſalli occidentis vel mutilantis dominum,vel rectorem,ſeu clericum illius Eccleſiæ vnde eſt vaſallus, non ſuccedit nec de nouo inueſtiri poteſt,(vt in titu.de feu.& benefi. c.ad aures, & c.in quibuſdam)licet aliud ſit quando vendidit feudum, quia tunc filius & agnati inueſtiri poſſunt de eo feudo,& nō intelliguntur inueſtiri de nouo,vt in titu.de nouo feu. & benefi.c.ex parte tua,§.ad hoc,& §.at in ſecundo.

Item quæritur ſi dictum eſt quod fratres ſuccedant ad inuicem,ſi decedant ſine liberis, & vnus deceſſerit cum filiis, ſecundus ſine liberis, an nepotes ſuccedant patruo, an dominus? puto quod dominus admittatur pro ea parte,& nonne potes.argu.ff.ad Trebel.ſenatuſconſultum,l.hæredes mei, §. i.ff.de ſuis & legi.l.ſi ex pluribus,in fine.ff.de verb.ſig.l.ſciendum.ff.de vulg.ſubſti.l.qui liberis,§.i.in Authen. de reſtitu.ſi deicom.§.nos igitur,c.ix.Niſi & de nepotibus ſeu hæredibus adiectum eſſet in pacto,vt argu.ff.iudi.ſolui.l.iam tamen, §. nunc,& l.penul.ff.rem ra.habe.l.ſi ſine, §. ſi in ſtipulatione. arg.ff.de arbi.l.diem,§ i.& l.ſed & interpellatur, §.vlt. arg.cō tra.ff.pro ſoc.l.adeo.Simili ratione patruus non ſuccedit nepoti,nam poſtquam frater præmortuus reliquit filium, frater vlterius ad ſucceſſionem non admittitur: quia conditiones deficiunt,vt ſupra in titu.quib.mod.feud.acquir.§.ſin autem vnus,in fi.ſimilia notaui ſupra eadē ſumma, §.& quod dico in filiis,circa fi.

Item quæritur,an ſub appellatione fratrum ſorores contineantur? arg quod ſic.ff.de pact.l.tres fratres,ff.ad Trebel.l. Lucius,§.Mæuia filium.ff.de lega.iii.l.Lucius Titius, § quæſitum.quod non puto in feudis. & arg.in tit.de conten.feud.§. & ſi clientulus.in titu.hic inci. conſue.reg. c. lex Corradi, §. profecto.ſimile notaui ſupra eadem ſumma,§ & quod dico in filiis.Quæri adhuc poteſt, vtrum filius extractus de ventre matris ſuccedat in feudum, & maxime matri quæ iam mortua erat? Videtur quod nō, quia non videtur eum peperiſſe, vt ff.de verb.ſig l.ſi anniculus.§.vltimo.Puto tamen contrarium,quia licet non intelligatur peperiſſe, tamen legitimus cenſetur, quantum ad ſucceſſionem, vt ff.de liber. & poſth. l.quod dicitur. argumen.ff.vnde cognati,l.i.§.penul.ff.ad Senatusconſul.Terty. l.i.in fi.primo reſpon.Eodē modo poteſt quæri de hermophrodito: ſed diſtinguas, ꝓut lex diſtinguit, vtrum pręualeat in maſculino, vt tunc admittatur ad ſucceſſionem tanquam maſculus:an prævaleat in fœminino, vt tunc tanquam fœmina repellatur,argu.ff. de ſtatu homi. l.quæritur.ff.de libe.& poſthu.l.ſed eſt,§.vlti.ff. de teſtibus, l. repetundarum, §.i.

Sed forte quæret aliquis,an clericus ſuccedat? de quo nulla eſt dubitatio, quia non ſuccedit, etiam ſi habitum poſtpoſuerit, maxime monachus,vel conuerſus, cum ei cognatio non ſit in terra, (in Authen. quomodo oportet. §. non ingredietur. & in titu.hic incip.conſue.reg.c.i.§.ex hoc, & c. lex Corradi, §. mutus, in fi. in titulo nouum, non pater §. miles. & in titulo ſi de feud. vaſal. fue. interpell. §. ſi cleri-

Source : BIU Cujas

cus) licet non ſit cauſſa vnde poſſit exhæredari, immo cauſſa, quæ præceſſit, per hoc extinguatur, vt C. de Epiſ. & cleri. l. Deo nobis, §. hoc etiam, in Authen. de ſanct. Epiſ. § nullam, in Noue. de Epiſc. & cleri. § non liceat, in decretis. xxx. q. 3. c. vlti. Nec per ſtatutum poterit ſeruire, licet in aliis bonis ſucceda t, prout notaui plenius de iſta materia, in ſumma ſupra in ti. quib. modis feudum amit. §. item amittit ſi clericus efficiatur. Et ſi quæratur, an filij legitimus clerici ſuccedat auo? Dicas quòd non: ſicut nec eius pater, ſimilia notaui in filio naturali & filia, ſupra eadem ſumma, & §. naturales, & §. quod dico in filiis. Mutus vero vel alius imperfectus ſuccedit, & hoc vtilitate ſuadente receptum eſt, ne languor animi damnum in bonis afferat, argumen. ff. de ſucceſſ. l. iuſto, §. eũ qui, vel dic quod nõ ſuccedit, ſed ad ſuſtentationem ſibi retinet ſi aliunde non habet, ut in titu. hic incip. conſue. reg. c. lex Corradi, §. mutus in titu. quibus modis feudum amit §. vlti. & in titu. de feu. & benefi. l. quicunque tetram, §. i. in Lõbar. de vlt. volun. l. j. argu. ff. ut in poſſe. l. quæ legatorum. C. de ordi. cog. l. vlti. & ff. de iure deliber. l. ait prętor, in Authen. de inceſt. nup. §. j. & talis excuſatur, ſi domino non ſeruiat, (vt argum. ff. ad Senatuſconſ. Syllani. l. ſi quis in graui, §. ſubuenitur, & §. ignoſcitur, prout notaui in ſumma, ſupra. titu. j. §. propter, & §. excuſari) & hoc de eo mortuo, q nullo modo loquitur, ut ſupra in titu. quib. modis feu. amit. §. vlti. nam mortuo ſimilis eſt, ut C. de teſta. & quemadmodum teſt. l. iubemus, §. ſin autem.

Sed quæritur, ſi datum fuerit feudum ſeruo a ſciente eum ſeruum, cum dari potuit eo caſu, (ut in titu. explicit liber primus, c. 2. §. perſonã, arg. ff. de lega. 3. l. xi. §. ſi ſeruo alieno) quãnis demum manumiſſus incipiat habere ſtatum, (ut ff. de capi. diminu. l. hodie) ſicut & baptizatus nouus homo, vt in de cre. diſt. 26. Deinde opponitur, vel manumiſſus alius homo dicat, vt ff. de ſolu. l. qui res, §. aream, vel alio modo ſtatu mutato, vt ff. de adimen. lega. l. ſeruus, in fi. cum ſeruo concedi poteſt quod liber factus capere poſſet, vt ff. de lega. 3. l. debitor, §. vlt. niſi ſit militia, ut ff. de leg. 3. l. fideicommi. § ſi ſeruo alieno. & ad hoc etiam inquire, quæ notaui i ſumma ſupra quibus modis feud. acquir. §. in ſeruo accipiente. Seruo mortuo quis ſuccedere debeat in feudum, vtrum filii ſerui, an domini ſerui, an dominus feudi? videtur quòd filii non ſuccedant, quia tales filij non ſunt legitimi, ſed ſpurii: vnde videtur quòd non ſuccedant, ut argumen. C. de ſuis & legi. l. ex libera. C. ſolu. matrimo. l. ſi ignorant. in titu. ſi de feu. vaſal. fue. interpella. §. naturales. Nam nullum ius agnationis vel prætorium, vel ciuile, vel extraordinarium habet ſeruus, vt ff. de reg. iur. l. quod attinet, ff. qui teſta. face. poſſ. l. qui teſtamento. § penul. ff. vnde cogna. l. j. §. j. ff. de gradib. affi. l. vltima, §. inter agnatos, in Inſti. de ſeruili cog. in prin. ff. ad l. Cor. de fal. l. nullo modo. ff. de iure delib. l. j. Nam ſeruus ſucceſſores habere non poteſt, vt C. communia de ſucceſ. l. ſeruus pro hærede poſſidere poteſt, vt ff. de vſucap. l. ſequitur, §. ſeruus, ſed potiꝰ videtur, quòd dominus ipſius ſerui, quia quicquid acquiſiuit ſeruus, domino acquiſiuit, vt in Inſt. per quas perſonas nob. acqui. oblig primo reſpon. ff. de his qui ſui vel alie. iuris ſunt, l. prima, & beneficium, quod confertur ſeruo, datur eius domino, argum. ff. de ſucceſſo. edic. l. prima, circa fi. ff. de in inte. reſtitu. l. non ſolum, ff. de lega. 3, l. xj. §. ſi ſeruo alieno. ff. de iure delib. l. prima. Et quia poteſtas domini antiquior fuit arg. ff. de capt. & poſtl. reuer. l. poſtliminũi, §. filiusfamilias. vnde eius cauſſa debet eſſe potior argu. in titu. hic incip. conſuetu. reg. c. j. §. contra omnes, in tit. de feu. & benefi. l. imperialem, §. illud, & l. vt ſerui. in titu. de ſacr. & forma fide. cap. qui fidelitatem, in fi. & l. in nomine Chriſti iuro, in fi. ff. loca. & conduc. l. in operis, & ad hoc poſſunt induci, quæ notata ſunt ſupra in ſumma, in titu. quibus modis feudum amitta. §. itẽ ſeruus vaſallus. Item quia iſte caſus lege feudorum non reperitur expreſſus vnde ſtandum eſt iuri Romano, vt in titu. explicit liber primus, §. primo. Nam iure Romano videtur ꝙ remanere debeat apud dominum ſerui, nec interea ex perſona ſerui inuenitur quòd dominus feudi ſuccedat, (argum. C. de vſu & habita. l. ex liberis) quia filij, vt dictum eſt, nõ ſuccedunt: vnde deficientibus deſcendentibus reuertitur ad dominum, niſi aliud ſit dictum, (vt in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenendus, §. ſi duo.) & non ad dominum ſerui, vt tale beneficium non intelligatur acquiſitum domino ſerui per ipſũ ſeruum, argumen. ff. de oper. lib. l. ſeruus pater. in Inſtitutio. de ſtipula. ſeruo. §. ſed tamen ff. de uerbo. oblig. l. ſi ſtipulatus fuerim, in princ. & l. vlti. in princ. ff. de conditi & demonſt. l. qui hęredi, in prin. ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus ſim. ff. pro ſocio, l. verum, §. j. in fi. ff. de euic. l. minor, §. j. in fi. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. l. qui liberis, §. hęc verba, fi. de ſtipula. ſeruo. l. antepe. Item quia filius non acquirit patri feudum, nec pater ſuccedit, (vt in titu. qui debe. ſucce. in feudum, primo reſponſo argum. ff. de ritu nup. l. in eodem §. j. ff. de verbo. obliga. l. ſi ſtipulatus fuerim, in prin. & l. vlti. j. reſpon. ff. de ſoluti. l. ſi quis offerenti, §. j. argum. ff. pro ſocio, l. verum. §. j. in fi. prout notaui ſupra eadem ſumma, §. aſcendentes) vnde nec dominus ſerui debet ſeruo in feudum ſuccedere, quia idem ius ſeruatur in ſeruo quod in filio: niſi in caſibus ſpecialibus, vt Inſtitu. quod cum eo. primo reſpon. Sed quicquid argumentatũ ſit hinc inde puto quod filij ipſius ſerui, qui nati ſunt ex vxore ſua, cum qua legitimum matrimonium contraxit ſecundum Deum, in feudum ſuccedant: quia prima cauſſa eſt liberorum, (vt ſupra eodem in prin. in titu. hic incip. conſue. reg. l. lex Corradi, §. per ſucceſſionem, in Authen. de nup. §. ſi vero decretis, argumen. ff. de lega. ſecundo. l. antepenulti. in fin. cum filij tales ſint eiuſdem conditionis cum patre argumen. C. de inoffic. teſtamen. l. in arena, in fi. in Authen. vt cum de appel. cog. § cauſſas, in ver. ſi pater. argumen. ff. de leg. 2. l. antepenul. in fi. Et dominus ſerui non ſuccedit ei, niſi contemplatione ipſius datum ſeruo eius fuerit: quod intelligitur, ſi dictũ fuerit in inueſtitura (ſeruo talis) & hoc filiis non extantibus. Nam ſi contemplatione ſerui tantum, tunc dominus ſerui non admittetur, ſed dominus feudi, argum. ff. de vſufr. l. ſi ſerui. vſufr. ff. de dona. cauſſa mor. l. ſi filio. C. de vſufruc. l. j. vlti. C. de iure delibe l. penult. argumen. ff. de adminiſt. tuto. l. cum poſt mortem, §. j. ff. de annu. lega. l. annua his verbis, §. j ff. de conditi. & demonſtrat. l. filio. argumentum quòd hæc diſtinctio non ſit admittenda, ff. de acti. emp. l. Iul. §. inter eũ, §. ſi quid. ff. de ędil. edic. l. cum autem, §. vlti. ſimilia notantur in ſucceſſione aſcendentium ſupra eadem ſumma, §. aſcendentes, verſi. ſecus vbi contemplatione, argumen. ſupra dictarum ll. inductarum contra dominum ſerui, & argumen. ff. de euict. l. minor, §. j. in fi. Eadem quęſtio poteſt fieri de filio ſeruo, nato ex matrimonio vaſalli liberi & ancillæ, & eodẽ modo terminari: (ad hoc eſt quod notatur in eadem ſumma, §. ſimilis quęſtio poteſt notari) ſed hoc non obtinet ex conſuetudine Veronenſium, vt intellexi.

Item queritur, nunquid repudiando hęreditatem poſſit habere feudum? Reſpondeo, ſi eſt filius non poteſt, niſi in acquiſitione feudi adiectum ſit (ſibi & liberis) vt argumen. ff. de oper. lib. l. cum libertus, quia habet neceſſe vel vtrumq; repudiare, vel vtrũque adire, niſi conſenſerint agnati, & dñs filiũ quaſi de nouo feudo inueſtierit, & tũc de debito paterno propter feudum non tenetur, (ut in titu. hic incip. conſue. reg. cap. hęc ſunt capitula, §. ſi contigerit, in tit. qui debe. ſucce. in feu. § ſimiliter ſi quis) niſi aliud diſponeret ſtatutum vt eſt ciuitatis Veronæ: quæ cauetur, quod quocunque tempore reperiatur filius commodo feudi paterni vti ſub quocunque ingenio, quòd tanquam hęres pro debito paterno conueniatur, vt in titulo de feudo, & benefi. conſtitu. cap. ut feuda, in fine, & eſt argumen. in Authen quibus modis natura. effi. ſui, §. ſi vero ab initio, argumen. C. de natur. liber. l. 3. vltra medium l. argumen. ff. de acquiren. hered. l. ſi is qui bonis, l. ſi ſeruum, §. ſi is quis ſuus, argumen. ff. de vulg. ſubſti. l. ſi filiꝰ, vel dic, refert vtrum ante repudiationem vtatur feudo, an poſtea, argumen. prędictæ l. ſi ſeruum, §. vltimo, Filius tamen exhęredatus a patre, feudum habere poteſt quod fuit argumen. ff. de leg primo, l. filius, §. cum pater, & ad hoc inquire argumenta ſupra eadem ſumma, §. ſed adhuc queritur, an exhęredatus. Si vero eſt agnatus, alius poteſt feudum retinere & hęreditatem repudiare: nec debito propter feudum debet creditoribus ſatisfacere, niſi de fructibus qui fuerint tẽpore mortis, ut in titu. qui debe. ſucce. in feu. §. ſimiliter. l. ſi quis, in titu. hic incipi. conſtitue. reg. cap. hæc ſunt capitula, §. ſi contigerit, & §. j. §. vaſalli feu. argumen. ff. de aſſig. liber. l. aſſignare, C. de ſecund. nup. l. ſi quis prioris. ff. de ſuis & legi. l. j. §. ſuos, C. de natura. lib. l. ſi quis. & adhoc multa ſunt argumenta contra filium, vel ut in totum agnoſcatur, uel in nullo, vt C. de iure deliber. l. quidam. ff. de acquiren. hęredita. l. cum hęreditate. ff. de procur. l. in cauſſæ. ff. de arbitris, l. item ſi vnus, §. 2. ff. de adminiſt. tuto. l. cum hęreditas. Argumenta tamen ſunt cõtraria, quę magis videntur ad queſtionem poſſe adaptari, ut filij admittãtur ad feuda, ſi in inueſtitura adiectũ ſit (ſibi & liberis) licet hęreditatem repudient: cum hoc capiãt priuilegij vel beneficij nomine, non hẽditatis, nec de debito teneantur, ut argumẽ. ff. de ſepul. viola. l. penulti. & argumẽ. ff. de operis liber. l. cum patronus, §. cum libertus, l. nihil. §. vltimo, & l. operarum, ff. de iure patrona. l. filii, ff. de bonis lib. l. Paulus, §. vltimo, & ff. de acquir. hęredita. l. pro hęrede, §. ſi quid tamen, & §. vltimo, in Authen. de exhiben. & intro. reis, §. optimum, C. de ſac. ſcrini. l. ſi quis in ſacris. C. de ſecun. nup. l. generaliter, §. primo. l. hac edictali, in fi. l. ſi quis prioris, §. j. in Authen. de nup. §. quoniam, §. ſoluto, & §. ſuper his, in Authen. de qnęſtore, §. penul. C. de leg l. cum reſponſo, ff. de leg. primo, l. qui filiabus, §. vltimo, & l. ſi poſt mortem, in prin. & l. filio, & l. ſed & ſi, & l. nam, & l. quid ergo, ff. de verbo. obl. l. quicunque, §. ſi quem. ff. de adop. l. ſi arrogator, §. j.

argumen.

Source : BIU Cujas

argum.ff.de ritu nup.l.non ſolum,in prin.ff.de relig. & ſum. funerum,l.uel quę,in prin.ff.ad Treb.ſenatuſconſ.l.quia per uim,§. reſtituta,& l.ſi patro. j. reſpon. C. de in ius uocando, l.vnica.ff de inofficioſo teſtamen.l.Pomponius,§.penu. ff.de mino.l.& ſi pater,§ j.ff.ad ſenatusconſul. Tertyllia. l. ſi hi,§. primo,& l.de vetero,§.j.C.vnde liberi,l.qui ſe.& ad hoc etiã poteris inuenire argumenta in ſumma, de pace tenen. §.& per hoc quod ſuperius dictum eſt apparet. Sed potes intelligere quòd non poſſit repudiare hæreditatem, & feudum retinere,cum filius eſt hæres inſtitutus,vel defunctus non fecit aliquod teſtamentum : & ad hoc erũt prima argumenta. Si vero filius nolit eſſe hæres,nec infringere teſtamentum a patre factum poterit habere feudum,licet nolit habere hæreditatem, vel fuit ei adiectum relictum iure inſtitutionis,vel hę reditatem habere non poſſit,vt in Authen.vt cum de appel. cog.§.ſi tales,quod tũc habere poterit feudum , licet habeat hereditatem,ar ff.de leg j.l.filius,§.cum pr̃ ſi poſt mortem,in prin.& ad hoc pñt eſſe proxima argumenta Bul.& Ir. circa hanc qõnẽ dicũt in quadã q̃ſtione veteri , q̃ filius poteſt repudiare hęreditatem & feudum retinere, cũ feudum eſt aui tum,vel proauitum,uel paternum: ſub hoc tamen pacto vt ad hæredes perueniat, nec de debito paterno tenebitur, & hoc ſecundum Bul.& Ir.ff.de operis liber. l. ſi quis operas, & l.cum patronus,§ cum libertus,ff.de uerbo.obliga.l.quodcũque,§.ſi quis,& in titu.qualiter uſus beneſi ſit tenen. §.j.& §. ſi quis miles mortuus,in titu de feu.& benefic,in nomine sãcte,§ prȩcipimus in fine.& ſupra dicta etiam argumenta poſſunt induci pro eis & contra eos,& ff.de ſepul.vio.l.pen. Sed tamen valde videtur argumentum optimum, quod qui noluit eſſe hæres patris,nec beneficium aui conſequi poſſit, qđ conſequi debeat mediante patre etiam legis beneficio, ut in Auth.de nup.§.ſi quis ex eis.quia quis in beneficio vel honore ſuccedaneus , eſt patris ſucceſſor & non aui , vt notaui ſupra eadem ſumma,§.ſed nunquid nepos. Item quid ſit , ſi nolit habere feudum , nec hereditatem,ſed poſtea reperitur res hæreditarias vel feudum retinere? tunc puto quòd ad ſeruitium teneatur,vt C.de naturalib.liber.l.ſi quis feudum, circa medium legis.in Authen.quibus modis natura,effi,ſui,§. & quoniam,& § ſi vero ab initio,& in titu.de feud.& bene. conſti.cap.vt feuda,in fi.argumen.ff.de acquiren. hæred.l.ſi is qui bonis.Quòd vaſallus eſt defunctus ſine liberis , & agnat⁹ proximior,qui poſſet hæres eſſe & cohęres in feudo, apprehendit feudum ſimpliciter,an videatur immiſcuiſſe hereditati vt creditoribus hæreditariis teneatur? Vr̃ q̃ ſic,cum poſſeſſor erat hereditatis & etiam feudi , vt ff.de acq. hęre.l.gerit pro hęrede.ſed puto contrarium,cum hęreditas poſſeſſionem non habeat,vt ff.ſi quis te.liber.l.eſſe ius,§. Scęuola. Et fecit ea,quæ ratione cohęredis facere poterat , & nõ tanquã hęredis,vt argumen.ff.de acquir.hęte.l.pro hęrede,§.ſeruos, & § Papinianus,in fine, ff.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.j.& qui ſub condi.

Adhuc etiam quæritur,ſi Titius ceſſit Mæuio aliquid ī feudum,& Mæuius conceſſit Seio,& Seius ſucceſſit Titio , utrũ Seius poſſit a Męuio petere fidelitatem? videtur quòd ſic,qa Titius,cui ſucceſſit, poterat exigere a Mæuio vel ab eius hæredibus fidelitatem,vnde Seius debet & poteſt exigere:quin eodem iure uti debet,etiam ſi alias non poſſet, quia iure ei⁹ vtitur,& eadem perſona cenſetur cum Titio, argumẽ. ff.de priuileg credi.l.2.in ſi.j.reſponſo,& ff.ſi quis cau.l.cum,§.qui iniuriam.ff.ut le.vel fideicommi nomine ca.l.j.§.ſi quis,ff.de vſur.l.ſi quis ſtipulatus.ff.de eden. l.quidam,§.nihil.ff.de iure fiſ.l.non intelligitur,§.ſi poſterior.ff.de acqui.poſ.l.cum hæredes,in Auth.de iureiu.a mo præ.in prin.

Item quia non poteſt tanquam ipſe vaſallus ſed tãquam quilibet hæres extraneus:vnde videtur quòd hoc facere poſſit,vt argumen.ff.de adop.l.ſi paterfamil.§.qui duos, ff.quod cuiuſque vniuer.no.l.item primo reſponſo , ff. ſi tabu. teſta. nul.ex.l.j.§.ſi quis ff.ad Treb.l.ex facto.ff.de diuer.& tem.prę ſcrip.l.auitum,ff.de nego.geſt.l.acqui.§.cum me.argumen.in titu.de feu.& benefi.c.ad audientiam noſtram.Item quia iure hæreditario poteſt eſſe actor & reus,vt ff.de iudic.l.in trib. ff.fin.reg.l.iudicium,ff.communi diui.l.2.§.j.ff.de auct. tuto. l.accipientis,& ita vaſallus,& dominus. Item quia iure hæditario quędam tolerantur,quæ alias non tolerarentur, arg. ff.de feudo dot.l.j.ad l.Iul.de vi public.l.2.ff. ad l.Cor. de fal.l. j.§.pen.ff.de decuri.l.decurio. & ad hoc multa reperies argu. in ſumma,in titu.quibus mod.feud.amit.§.cum curia.E contrario videtur quod non poſſit exigere , quia Seius tenetur Męuio facere fidelitatem, vnde ab eo exigere non debet, ar. ff.de damno infec.l.qui bona,§.ſi quis.argu.ff.de nego.geſt.l. ſiue hæreditario)& inconueniens eſt,vt eiuſdem rei ſit dominus & vaſallus,argum.ff.de procura.l.licet, §.penul.in Inſtit. de auct.tuto.§.vlti.ff.de auct.tuto.l.pupillus,ff. de fideicõmiſ.l.ſi quis pro eo.§.j.Nam & qui furti tenetur , furti agere non poteſt,(ut ff.de furtis,l.eum,§.is autem) & qui iniuriarũ tenetur, iniuriarum agere non põt,vt ff.de iniur.l.ſed ſi vni⁹, §.ſi ſeruus in quo vſufru.in fi.Nec qui ad exhibendum tenetur,ad exhibendum agere poteſt,vt ff.ad exhiben.l.3.§ ſi metum.)nec vir eſt condemnandus a muliere eius pecuniæ nomine,quam ipſe eidem debet,ut ff.de iure dotium,l.promittendo,§.vlti.ff.ſolu.matri.l.nupta, §.j. Prȩterea cum Mæuius agere poſſit contra Seium vt fidelitatem faciant, merito eo nomine teneri non poteſt,ut C.de furtis,l.apud antiquos, §. cum ergo. Argumentum eſt etiam, quòd petitio viciſſitudinaria non admittatur (argu.ff.de lega.2.l.cum pater, §.libertis.)ſicut fundus non poteſt eſſe inſtrumentum fundi,vt ff.de fun.inſt.inſtrumentoque lega.l.quęſitum,§.ea vero quę. Mihi tamen videtur quòd quicquid ex vtraque parte ſit allegatum,uel poſſit allegari, quòd ad inuicem faciant fidelitatẽ, & pro hac ſolutione faciunt hęc argumenta,ff.de in ius uocan.l.ſed ſi hac , & ſi liberta.ff.de ſerui.ruſtico.prędiorum, l. unus,ff.de damno infecto,l.damni, §.ſi uicinus.ff. de furtis.l. qui ſeruo,§.ulti.ff.de bonis liber.l.ſi patronum ex delicta,in prin.ff.man.l.ſi uero non remunerandi , §. inde Papi.in fi.ff. ſi cer.pet.l.pen.

Conſueuit etiam quęri,ſi habens feudum ea conditione ut contra omnem hominem prȩſtet auxilium & hoc iurauit.filium emancipauerit, qui poſt emãcipationem feudum ſibi nouum acquiſiuit, & domino contra omnem hominẽ iurauit,& mortuo patre uult eidem ſuccedere in feudum: nunc quęritur, an teneatur iurare ipſi (domino quondam patris) fidelitatem contra omnem hominem excepto domino ſuo,& nolit,an poſſit a feudo repelli? & an ſufficiat ſi iuret ꝯ omnem hominem excepto dño ſuo? Diſputationẽ huius quęſtionis omitto , quia plene notauit Pileus in quęſtionibus ſuis,ſcilicet in illa, filiusfamil.uel emancipatus feudum acquiſiuit. Soluas tamen , ſecundum Pileum , ut dicatur quòd filius a feudo paterno non repellatur, ut argum.in titu. de capit. extraordi. §. quoddam ſatis bene, ſed propter nouam cauſſam & inopinatam nouo auxilio indiget , (ut ff.de interrogat.acti.l.de ętate,§.ex cauſſa man.in quibus cauſ.feud.amitta.§.exhęredationis,)ſed admittatur ut alium ęque bonum prȩſtet , qui iuret fidelitatem contra omnem hominem,(argum.C.de decurio.l.nullus,& neminem. C.de agentib.in reb.l.in agentes,§.quod ſi.ff.pro ſocio,l.idẽque erit) & hoc cum pater fraudem feudi paterni nouũ feudum filius acquiſiuit:alioquin vel priuaretur,vel iurare prȩciſe deberet,vt arg.in tit.de feu.& benefi.l.imperialem,§.vlt. vel prout puto,debet iurare ꝯ omnem hominem quemadmodum pater fecit,vt in titu.de capi. extraor. §. quicunque paratus. Nam conditio feudi non debet mutari ex perſonis hæredum,vt ff.de verb.obli. l.2.j.reſpon.nec iſtud ſacramentum obuiat primo,quia in primo tacite hoc ineſt, vt maior dominus intelligatur exceptus, vt in titu.hic inci. conſu.reg. §.contra omnes.in titu.de feu.& benefi. l.imperialem, §.vlti. in titu.de ſacra.& for.fide.c.ea.te.& c. petitio, & l.illud,in tit. extra de iureiu.c.veniens ad ſedem.& maiorem reputo,quẽ habet iure paterno,ſimilia notaui ſupra in ſumma , in titu. quib.mod.feudum amit. §.excuſatur etiam vaſallus ſi dominus,& in tit.qualiter iura.deb.vaſal.§.iurare autem.Nam dominus patris quodammodo dominus filii eſt argumen.ff. de verb.ſignifi.l.licet inter geſta,§.j.& 2.ff.de ritu.nup. l.filio.Nã ab offenſione eius ſe cuſtodire debet etiam viuente patre,vt in titu.de feu.& benefi.c.imperialem,§.inſuper ſi filius, & argum.Inſti.de hære.quali.& di.§.ſed ſui qnidem. ff.de liber. & poſth.l.in ſuis.Nam & ſi pater primo ab vno feudum acquiſiuit,poſtea ab alio, decedente vaſallo iſto filius nouiter ſibi acquirit feudum,ſecundum quod erat antiquus feudũ apud patrem,& ita erit apud filium, & ita antiquius feudum dicitur in caſu noſtro ex ſucceſſione paterna: & multum facit ad iſtam quæſtionem in titu.de capit.extraor.§.quoddam ſatis,ſimilis quæſtio poteſt notati in filio ſeruo,ſuccdente ī feudo patris liberi: videtur q̃ non debeat iurare contra dominum ſuum, cũ ſit antiquior & maiori aſperitate timeat dominum proprium quam dominũ feudi. Nam dominus proprius plenam habet in eum coercionem, vt ff.de leg.j.l.quid ergo.§.ſi hæres,ff.de vſufr.l.loci,§.primo,& l.idem , §.j.in Inſtitu.de his qui ſui uel alie.iuris ſunt,§.nam ex conſtitutione. Itẽ libertus ſeruitutem timet,quæ eſt maior vel ſimilis morti,ut C.de obſequi.patro.præſt.l.ſi manus. C.de liber.& corũ libe.l.2.ff.quod metus cauſſa,l.iſti quidem , §.j.Item quia ſeruus omnimodo debet dominum defendere , & ſuam ſalutẽ non debet ante ponere ſaluti dominii, vt ff. de iniur. l.ſed ſi vnus,§.ſi iuſſu.ff.ad ſenatuſconſ.Syllani.l.j.in prin.& l.2.§.occiſorum,§.ſerui quoties,quod non puto in domino feudi argu.ff.de ope.liber.l. hæ demum in prin. Sed in hac quæſtiõe pro & contra poteſt notari,vt notauit Pileus in ſuperiori:& require etiam in ſumma ſupra,quibus mod.feu.amit. §.excu

Source : BIU Cujas

ſatur etiam vaſallus ſi dominus, & §. item ſeruus uaſallus, & ſupra eadem ſumma, §. ſed quæritur ſi datum fuerit feudum ſeruo.

Item dubitari conſueuit, vtrum omnes filij vaſalli debeãt iurare? Reſpondeo, ſi quidem omnes habent feudum diuiſũ uel indiuiſum, iurabunt omnes, vt in titu. ſi de feu. vaſa. fuer. interpel. §. omnes, in tit. de feu. & bene. l. imperialem, §. præterea Marchia. ar. in Lombar. de his qui ſe in pote. alterius ſub di. l. de fratribus. C. de decurionib. l. licer. C. de mun & hono. l. vlti. arg. ff. de leg 3. l. 4 ff. de adimen. lega. l. cum vnus, in fine primi reſpõſi. ff. de ope. noui nun. l. de pupillo, §. ſi plurium dominorum, & l. ſtipulatio, §. quæſitum, C. de teſta. ma. l. vlti. §. fin autem deeſt. Nam habere intelliguntur, habeant vno ſiue alio modo, vt ff. de verb. ſig. l. litus eſt, §. j. Et cum plures perſonæ in locũ unius ſuccedunt, omnes pro ſingulari perſona ſunt accipiendi, ut ff. de condi. & demon. l. qui fundus. vnde forte uideretur q̃ ſufficeret ſi unus iuret pro omnibus, & nomine & uice aliorum, quaſi alii intelligantur conſentire, ut arg. ff. de cura. furi. l. conſilio, §. ulti. ff. de eden. l. ſi quis ex argentariis, § j. ff. de præ. ſtip. l. 2. de excuſa. tut. l. libertum, §. vlti ff. famil. erciſ. l. ſi familiæ. ff. iud. ſolui. l. iam tamen, §. ulti. ff. de ædili. edic. l. quod ſi nolit, §. Pomponius ait. ff. de fideicõmiſ. liber. l. 4. §. adiici. ff. de operis no. nũcia. l. ſtipulatio, §. quæſitum. ff. de ver. obli. l. ſi ſtipulatus fuero, §. j. in Auth. de ſanct. Epiſ. §. ſportularum. j. & §. ſiue pro uno. Vel ſi nolunt omnes iurare uel uni conſentire, feudo priuentur, (argumen. ff. de uſufru. l quotiens, j. reſpon. ff quibus modis vſusfruc. amit. l. ſi duob. §. j. ff. de hære. inſti. l. quicunque ſoluendo, & l. inuicem. ff. famil. erciſcun. l. hæredes eius, §. ſi in certo, ff. vſufruct. quemadmodum cau. l. j. §. ſi uſufru. nomine, primo reſpon. in tit. ſi de feu. vaſal. fuerit interpel. §. omnes filii, in ti explicit liber primus, §. nullam, in titu. de feu. & benefi. §. imperialẽ, & §. præterea Marchia.) uel refert utrum fratres ſint conſortes bonorum, an ſint diuiſi, in primo caſu non obtineant uicem plurium, ſed ſufficiat ſi unus pro omnibus iuret: in ſecũdo caſu obtineant uicem plurium, ut omnes debeãt iurare, & ſeruitia moderentur pro quantitate beneficij, (ut ff. de inter. ma. l. ſi is qui tres, in fi. in Inſt. de excu. tut. §. item tria onera. ff. ad muncip. l. magiſtratus, in titu. de capi. extraor. §. cum plures.) ſed expreſſim lege cautum uidetur, quod primo dixi, q̃ omnes iurent: nec poterit dominus unum ex filiis eligere vaſalli, qui feudum totum habere debeat, ſed omnes ueniẽt ad ſucceſſionem æqualiter, ut ſupra titu. quibus modis feu. acqui. §. quia uidimus, in fi. Sed ſi ad unum ex filiis ex diuiſione peruenit, ille ſolus erit vaſallus, & faciet fidelitatẽ, & nõ alii, ut in titu. ſi de feu. vaſa. fuer. interpellat. §. omnes, & circa hoc require in ſumma s̃. in tit. quib. mo. feu. ami. §. uerũ non licet pro anima, & inf. proxi.

Si uero dominus decedat pluribus hæredibus relictis, poterit uni aſſignare vaſallum, & ipſius ſolius erit uaſallus, ut proxi. ſimiliter dictum eſt, & argumenta notaui in ſumma s̃. in titu. quib. modis feu amit. §. verum licet non poſſit pro anima, & j. proxi. Si uero dñs decedat pluribus hæredibus relictis, poterit uni aſſignare uaſallum pro anima, §. item p̃t vni ex filiis. Veruntñ non vr̃ q̃ uaſallus deſinat eſſe alterius hæredis, deficiente ſeu decedente eo, cui aſſignatus fuerit, ar. ff. de bo. liber. l. 3. §. ſi capitis. ff. de ope. lib. l. ult. ff. de aſſig. libe. l. j. §. j. §. ſed ſi, & §. ſi ſint. in Inſti. de aſſig. lib. §. j. Vaſallus tñ nõ tenetur a fęmina recognoſcere, donec ſupereſt maſculus, ab eo qui inueſtiuit, ſi inueſtitor de illo erat ſimiliter vaſallus. Nã ſi eſſet allodium eius, bene recognoſcere tenetur a filia, ut in titu. nouũ, non pater. c. qui ſibi, § nam & illud. Sed vbi dominus non aſſignauit uaſallum alicui ex filiis, tunc ſuccedent pro uirili & non pro hæreditaria parte, (argu. ff. de ope. liber. l. ut iuriſiurandi, §. ult. ff. ſi quid in frau. patro. l. 3. §. ſi plures, & l. 4. ff. de ſepul. viol. l. prętor, §. ſed ad plures.) vel diſtinguas utrum ipſi ſint hæredes, an alij. Si ipſi hæredes, tunc pro hæreditaria: ſi alii, tunc pro uirili, ut argu. ff. de ſtatu lib. l. qui pecuniam. Vaſallus tamen non tenetur omnibus ſeruire, vt̃ fidelitatem præſtare, uel ab omnibus inueſtituram recipere, & hoc cum ab uno feudum habuerit ab initio, qui plures hęredes poſtea reliquit: unde vni tantum tenebitur, & ſufficiet, ne in plures aduerſarios uel dominos diſtinguatur, qui cum uno contraxit, ut in titu. de feud. & benefi. l. imperialẽ, §. præterea Marchia. ar. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo, §. ſi plurium res, & l. ædibus communibus, ff. iud. ſolui. l. iam tamen, §. pe. in fi. ff. de pecul. l. & an ancillarũ, §. ſi quis cum ſeruo. ff. de ædil. edic. l. iuſtiſſimè, §. j. l. quòd ſi nolit, §. ſi plures, ff. de adminiſtra. tuto. l. 3. §. penul. ff. de exerci. act. l. j. §. vlti. & l. ne in plures, ff. famil. erciſc. l. ſi familiæ. ff. de procura. l. licet, §. ſi plures. ff. quemadmodum ſer. amit. l. nam ſatis, §. j. ff. de his q̃ deiec. uel ef. l. prima, §. vlti. & l. 3. ne ſi aliud dicatur, ad infinitatem peruenietur, quæ eſt euitanda, ut ff. de dam. infe. l. q̃ bona, §. ulti. ff. de fi. inſtrum. l. ulti. in fi. ff. quando dies lega. ced. l. j. §. item. ff. de leg. 3. l. fideicom §. ſi quis x. arg. ff. de ope. liber. l. ſi libertus iurauerit, in fi. j. reſpon. & ff. de verb. ſig. l. boues, §. j. & ff. de uerb. obl. l. eum qui vel. Item quia ex perſona hæredis obligationis conditio non mutatur, vt (ff. de uerbo. obli. l. 2. ff. de præt. ſtip l. 2. §. primo, ff de dam. infec. l. damna. §. ſi qs, ff. de diuer. & temp. præſcrip. & l. cum hęredes) & iniquum eſt ut hęredes plus ferant quam defunctus poſſet, ut ff. ſi famil. fur. fe. dica. l. ulti. Debent enim omnes conſentire in unum, q̃ faciat inueſtituram, & cui faciant fidelitatem: & ſi non conſentiãt in unum, iudex poterit eligere unum, ſcilicet idoneiorem, uel cogere eos ad conſentiendum captis pignoribus, cum non, ſi non conſentiant, ſibi ſe adinuicem impediãt, ut ff. de bo. auct. iud. poſ. l. in venditione, in fi. Inſti. de ſatiſda. tuto. §. itaque, & §. ulti argu. ff. de lib. ho l. 3. §. ſi tamen plures. ff. de accu. l. ſi plures. ff. de liber cauſſa. l. intereſt, & l. duobus, ff. de lega. j. l huiuſmodi, §. ult. ff. de agno. li. l. ſi quis a liberis. § ſi quis ex his. ff. de uentre inſpi. l. prima, §. j. arg. ff. de vſufr. l. quotiens, j. reſpon. ff. quib. mod. vſusfru. amit. l. ſi duobus, §. j. ff. de hęre. inſti. l. qui ſoluendo, & inuicem, ff. de vſufru. quemadmodum cau. l. ſi uſusfru. nomine, j. reſpon. in tit. de feu. & bene. l imperialem, §. præterea Marchia. Veruntamen puto, q̃ uaſallus debet denunciare omnibus vt conſentire debeant in unum a quo petat inueſtituram, & cui ſoli faciat fidelitatem, & ipſi domini debent eſſe parati inueſtire, & in unum conſentire: tamen non cogitur uaſallus habere niſi unum dominum, vt ſupra dictum eſt, & argu. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo, § ſi plurium res, ff. de euic. l. ſi res quę ſibi, §. j. ff. de verbo. obl. l. in executione, §. inſolidum uero, uel dico q̃ hoc uerum ſit circa inueſtituram. Iurare autem non tenetur ſucceſſori domini, cum iurauit prędeceſſori & ſucceſſorib. ſemel, ut argum. in tit. de ſacr. & forma fide. cap. ego Epiſcopus, & c. retulit, & c. veſtratis. Videtur tñ quibuſdã argumentis, q̃ ubi non conſentiunt, quod ille debeat eſſe potior dominus qui primo paratus fuit inueſtire, argumen. C. de manu. teſta. l. ul. § fin autem deeſt. C. de communi ſeruo ma. l. prima, §. fin autem uno. ff. de lega. primo, l. ſi pluribus, in fi. ff. de noxa. l. ſi qs a multis, ff. de pecul. l. ſi vero. Qđ ſi nõ ſint parati inueſtire, & adinuicẽ non conſentiant, poterit uaſallus eligere quem uoluerit, ut gratificationi ſit locus, & ab ipsis heredib. domini transferatur electio in vaſallum argu. ff ad Senatuſconſul. Sylla. l. 4. §. ſi cum omnes, ff. de lega. 2. l. ſi quis ſeruum, §. 3. & l. ſtatum liberum, §. j. ff. de ſeruit. l. ſi cui ff. de ſer. ruſti. præd. l. via. ff. de lega. j. qui duos, & l ſi quis a filio. §. j. de dona. l. ſanci mus, §. fin autem non in auro. C. de ſolu. l. j. ff. de arbo. cedẽ. l. j. §. prius. Et ſi vaſallus nõ elegerit cum eligere poteſt, debet omnibus fidelitatem facere, vt argum. ff. de adminiſtratio. tuto. l. 3. in fi. ff. de ſtatu. lib. l. Labeo, §. vlti. argum. ff. de lega. 2. l. ſi Titio, aut Seio, & l. ſi quis Titio, § j. & l. cum quidam. & l. vnum, §. rogo, & l. cum pater, §. hæreditatem, & §. rogo. argumenta tamen ſunt ſuperioribus contraria, ut omnibus ſit denunciandum, & ab omnibus petenda inueſtitura, & omnibus pręſtanda fidelitas, argum. ff. de euict. l. ſi rem quæ, §. 1. ff. de operis no. nun. l. ſtipulatio, §. quæſitum, ff. de ventre inſp. l. prima, §. vltimo. ff. qui ſatiſda. cogant. l. ſed & ſi plures. ff. de verbo. oblig. eadem, §. ſi is qui, & l. in executione, §. inſolidũ, & l. cum ex cauſſa. Poſſet etiam dici, quòd vna tantum fidelitas ex feudo dominis fiat, ſeruitium tamen omnibus nõ grauitate, ſed moderamine faciendum eſt, vt in titu. de capit. extraor. §. cum plures. Vbi vero a pluribus habet vaſallus inueſtituram, per inueſtituram omnibus tenebitur iurare, (argu. ff. de vſufr. l. ſi cuius, §. Iuli. ff. vſufru. quemadmodum cau. l. ſi vſufructus mihi, §. vltimo. ff. de oper. nou. nunc. l. de pupillo, §. ſi plurium dominorum, & argumen. ff. de hæred. inſti. l. ſi duo ſocii, ff. ad municipa. l. ſi quis a pluribus, ff. de leg. tut. l. 3. § ſi duo. ff. de iu. delibe. l. prima, primo reſponſo, in fine.) vel vni nomine & vice aliorum, vt ſuperiori §. notaui. Et vbi iurauit vni voluntate aliorum, non erit ſolummodo vaſallus illius, ſed pro omnibus erit vaſal. argum. ff. de bonis. auct. iudi. poſ. l. cum vnus. ff. ut in poſ. leg. l. is cui, §. ſi plures, in fine. Et ſi iurauit fidelitatem vni contra omnem hominem, & poſtea alteri, prior non erit potior, ſed ęqualis ſecundo, vt concurſu partem ferant, argum. ff. de damno infecto, l. ſi finita, §. ſi plures, & §. cum autem. ff. vt ī poſ. leg. l. is cui, §. qui prior. ff. dępoſiti, l. ſi hominem, in fi.

Sed queritur, an teneatur cuilibet inſolidum ſeruire? Certe puto diſtinguendum, an conſiſtat in dando, an in faciendo. Si in faciendo vel non faciendo, ſi quidem factum eſt diuiduum, tunc tenebitur cuilibet inſolidum: veruntamen ſi perueniatur ad æſtimationem, ſoluendo cuilibet partem, liberatur: vnde ſi contra vnum dominorum fecerit, amittet tantum pro vna parte, argumen. ff. de verborum obliga. l. 2. primo reſponſo, & §. ſi in faciendo, & l. eadem, § ſi is qui, & l. in executione, §. inſolidum, ff. ſi ſerui. vendi. l. loci corpus, §. ſi fundus, & l. & ſi forte, §. ſi ędes. ff. de arbo. ceden. lege

prima,

Source : BIU Cujas

prima,§.non ſolum.ff.iudi.ſol.l.exiudicatum, & l. ex clauſula.in titu.hic inci.conſuetu.reg.l.lex Corradi, § ſi vaſallus,& notaui in ſumma ſupra, quibus modis feu.amitta.§.vbi vero eſt vaſallus alicuius vniuerſita. & §. ſi vero vaſallus eſt plurium dominorum.Si vero conſiſtat in dando,ſi quidem ſunt duo dñi & rei ſtipulandi,tunc vaſallus cuilibet tenetur inſolidum,nec ſoluendo vni liberatur:ſi vero non ſunt quaſi duo rei ſtipulandi, tunc cuilibet tenetur tãtum pro parte, (arg.ff.de duob.reis ſtipu.l.2.& l. 3. §.vlti.l.reos,§.cum tabulis.argu.ff.ſit tabulæ teſta.nul.ex l.j. ff. ſi famil.fur.fe. di.l.vlti. ff.de ſtatu.lib.l.qui pecuniam) niſi illud non recipiat diuiſionem,vt ſupra dictum eſt.Vel diſtinguas vtrum plures dñi q̃ſtituerint partes ſuas diuiſim in feudũ, an omnes vna cõtituerũt ſimpliciter.In primo caſu dñs, q̃ quem offenſum eſt, poterit agere pro parte quam dedit: in ſecundo caſu non,niſi alii conſentiãt,arg.ff.qui & a quib.manu.lib.non fi.l.ſi qs, in fi.ff.de ædil.edic.l.ſi quis nolit,§.ſi plures,& §.Marcellus.ff. de in diẽ adiec.l.intereſſe,§.vlti.& l.q̃ ſi vno. Vel dic q̃ ſeruitium faciendum eſt oĩb.non cũ grauitate,ſed cũ moderamine,vt in tit.de capi.extraor.§.cũ plures,in fi.Pileus tñ in ſ.ſcriptis qõnã. ſcit,q̃ vaſallus tenetur petere ĩueſtituram ab oĩb. hæredibus dñi, & oĩb. facere fidelitatem, licet ab initio tãtũ ab vno habuerit:qa vaſallorum eſt iuſiurandum,vel eſſe debet ad inſtar libertorum,quorum eſt iuſiurãdũ, (vt argumẽto in dec.12.q.2.c.longanimitate.arg.ff.de iu.pa.l.vl.) cũ ea, quæ indiuidua ſunt debeantur inſolidum hæredibus, vt arg. ff.de ſerui.l.viæ.ff.de ſerui.ruſt.præd.l.ſi vnus ex.ff.de condi.& dem.l.ſi cui fundus. Vnde tñ facit hæredib.oĩb. inſolidum, quantum faciebat ſoli defuncto:qa vni pro oĩb.iurando poterit liberari,& oĩb. cum moderatione non cũ grauitate ſeruire,vt in tit.de capi.extraor.§.cum plures.& arg.ff. de his q̃ deie.vel effu.l. 3. a q̃rio ſentiã illius l. vel ſi grauamen ſentit, feudum relinquat,& hoc ſm Pileum.Sed quicquid dixit Pileus,lex videtur expreſſa q̃ vaſallus non teneatur facere fidelitatem niſi vni,vt in tit.de feu.& benefi.l.imperialem, §. præterea Marchia.

Sed quæritur de filiis dñi, an ſuccedant dño in vaſallitico. ſiue ſint hæredes dñi ſiue non? Rñdeo ſine præiudicio,q̃ ſi vaſallus promiſerit & iurauit ſe fore fidelem dño & eius liberis,dño mortuo vaſallus remanebit fidelis filiorum domini,licet non ſint eius hæredes,(arg.ff.de ope.lib.l.ſi quis operas,ff.de verb.obl.l.quodcũq;,§.ſi quis ira. ad hoc ẽt ſunt argumenta,quæ notaui ſ.eadem ſumma,§.item quæritur nunquid repudiando)licet eis iurari nõ teneatur,)vt in tit.de fac. & for.fi.c.ego Epiſcopus, & c. retulit,c.veritatis) dummodo non repudiet hæreditatem,vt in titu.hic inci.conſuc. reg.§.ſi contigit,(vt etiam in prædicto §. item quæritur nunquid notatum eſt)vel niſi eſſet exhæredatus, vt notaui ſupra eadem ſumma, § ſed adhuc quæritur an filius exhæredatus. Si verò iurauerit fidelitatem domino, & non fecerit mentionem filiorum, ſi q̃dẽ debet facere certa ſeruitia domino mortuo, ſuccedent filii in vaſallitico,ſi tamen hæredes domini extiterint:idem in extraneo hærede,arg.ff.de oper.libe.l.a duobus, & l.cum patronus,§.ſi libertus ff de ritu nup.l.libertum, §.). Si vero incerta ſeruitia,tunc filii dñi ſuccedunt, licet nõ ſint hæredes,quod aliud eſt in extraneo hęrede,arg.ff.de ope.lib. l.ſi operarum iudicio.ff de acqui.hæred.l.pro hærede, §.ſi q̃d tñ.C.de ope.liber.l.liberti.ff.de dolo,l.non debet, & l.hæredibus. Sed forte hoc non erit verum de hęrede extraneo vt non ſuccedat, ſed potius videtur q̃ ſuccedat ex conſuetudine& ei fiat fidelitas, non diſtincto debeantur ſeruitia certa, vel in certa,arg.ff.de pac.l ſi pactum.C.de in ius voc.l.venia. ff.de excep.l.apud,§.aduerſus,in titu.qualiter vſus beñe.ſit tenen.§. ſancimus vt nemo miles vltra annum.in titu.hic inci pi conſue.reg.c. hæc ſunt capitula, in prin. diſtinguo tamen vtrum fuerit allodium ipſius domini, an de tuo beneficio. In primo caſu admittitur hæres extraneus vel filia,in ſecundo non,argu.in ti.nouum,non pater.c.ſi quis ſibi, §.nam & illud in feudo tamen Regni, Marchiæ, Ducatus Comitatus non eſt ſucceſſio,niſi hæres à Principe per inneſtituram acqſierit, quod hodie videtur vſurpatum, id eſt, conſuetudine abrogatum,(vt arg.ſ. tit.quibus modis feudum acqui.§.hoc quoque.ff.ſolu.matr.l.ſi conſtante, §. quotiens ſecundum vnam lecturam)vel vſurpatum, ĩdeſt conſuetudine coroboratum,vt in prędicto §.quoties, ſecundum aliam lecturam, & ad hoc facit in titu. qualiter vſus bene.ſit tenẽ. in prin.ſed primam puto veriorem, nam vſurpatio eſt vſucapionis vel prioris ſtatus interruptio: vel vſurpatum. i. frequenter vſitatum,vt eſt ff. de vſucap. l. 2. veruntamen in Regno Vngariæ ſuccedit in regno maior frater, niſi frater detractet obſeruare votum emiſſum per eum, Hieroſolymam proficiſci pro patre:quo caſu minor admittitur,& maior repellitur, vt in titu.extra de voto.& vo.redemp.c.licet, in fi. Eſt & aliud ſpeciale in regno Vngariæ, q̃ alienationes a ſe factas in præiudicium regni ſui & q̃ regis honorem,etiam ſacramẽto de nõ reuocando firmatas valeat & debeat reuocare,cum in inco ronatione ſua iurauerit iura regni ſui in honorem coronæ ſeruare,vt in titu.de fac.& for.fide.& eius remiſſio, c.intellecto quid autem ſit de imperio, notatum eſt ĩfra eadem ſumma,§.item Imperator. Item in ſoldatę feudo nulla eſt ſucceſſio tam ex parte dantis quam ex parte accipientis, niſi forte in Epiſcopo vel prælato Eccleſię dante vel accipiente, (vt in nouum,non pater.§.quæſitum eſt.in titu.qualiter iura.debe. vaſa.§.qui a principe.ar ff.de annu.leg.l.annuam, & l.annuahis,in fi.& l.cum quidam.)quia morte tam dantis quam accipientis finitus.ff.loca.& conduc.l.4.ff.pro ſocio, l.prima.C. de vſufr.l.habitatio.in Inſt.de vſufru.§.finitur.ff.de annu.leg. l.Quintus,§.in ſingulos,& l.Caius Seius, in fi.Idem in feudo Camerę,vt notaui ſupra quibus modis feu.amit.§. iſtud feudum gaſtaldię vel guardiæ,ut puto: & ad hoc inquiras ĩ ſumma, ĩ.tit.j.§.poteſt hoc notari in feudo gaſtaldiæ,& ſupra tit. quib.mod.feu.acqui. §. item illud quod datur.Item feudum vſufr.vel annuum morte accipientis finitur, ſed non dantis, niſi detur collegio,vel vniueſitati, vel Eccleſię, quo caſu in perpetuum durat,vel ſaltem vſque ad cẽtum annos:ſed feudum vſusfruc. finitur ſtatim morte accipientis etiam maturis fructibus:feudum autem annuum durat per annũ in quo ingreſſus erat,vt arg.ff.de annu.lega.l.duobus, & l.annuam, & l.annua his,in fi.l. & cum quidam,& l.Quintus,§. ſingulos C.de vſufru.l.ſi patri tuo, l.ſi domina. ff. de cenſi.l. forma,§. ſi vero qui C.de Iuſti.Co.confir.l.quaſi,in fi. Quod dictũ eſt, non tranſit ad hęredes, ſubaudias,niſi & hęredum facta ſit mentio,vt argu.C.de dona.l.ſancimus, §.vlti.C. de vſufruc.l. antiquitas,& notaui ſimile infra eadem ſumma,§.item ſi pſonale. Item ſi prelatus Eccleſiæ inueſtiuerit aliquem de rebus Eccleſię,& antequam tradat,decedat eius ſucceſſor,nõ tenetur eam adimplere. Item vbi inueſtiuit de beneficio ſui militis,& antequam ſit ſibi apertum decedat : quia eius ſucceſſor non tenetur eam adimplere, vt notaui ſupra in ſumma,in tit.quib.mod.feu.acqui.§. in ſupra dictis autem prælatis,§.ſi vero faciant.Item ſi quis domino iubente alicuius rei poſſeſſionem feudi nomina naciſcatur & teneat, in hoc iure vel in hac re hęres eius admittetur,vt in titu.qualiter iudi. feud.ſit ex,§.ſciendum. Sed opponitur, nam tranſtulit vnde inueſtituram feciſſe videtur, ut in titu. explicit liber primus, §.inueſtitura pe.Item ſuis etiam hęredibus videtur proſpexiſſe vaſallus,(vt in titu.nouum, non pater.§.duo fratres) etiã ſi mentio hęredum non ſit habita,vt argu.ff.de prob.l.ſi pactum.niſi omitterentur ex certa ſcientia, vt non contineatur in inueſtitura,argumen.ff.rem ra. habe. l.ſine,§.in ſtipulatione.

Item acquirit vaſallus feudum ſine inueſtitura, ſi domin⁹ dixit coram paribus curię, vade in poſſeſſionem feudi illius & teneas eam pro feudo. Licet enim non interceſſerit inueſtitura,tamẽ tale eſt ac ſi interceſſiſſet:quia poſſeſſionem nactus eſt vaſallus domini voluntate & feudi nomine,& pro ĩueſtitura habetur,vt in titu.hic conſue.reg §. ſciendum itaq; in prin.Idem eſt ſi aliquis probauerit ſe aliquid tenuiſſe aliquo tempore nomine beneficij, domino pręſente & non contradicente, & q̃ ſeruitium quaſi dominus a vaſallo receperit,licet non probet,inueſtituram debet obtinere, vt in prędicto §.ſciendum itaque.

Item ſi quis ſit in quaſi poſſeſſione feudi, & ea permanſerit per annum ſciente domino & non contradicente, debet obtinere ſine probatione tunc, dummodo iuret ſe vel patrẽ ſuum inueſtitum fuiſſe,vt in titu.qualiter iud. feud. ſit ex.§.ſi aliquis eſt.Item ſi fuerit in poſſeſſione per triginta annos, & domino ſeruitium exhibuerit, preſcriptione tali poterit ſe tueri,licet non fuerit inueſtitus, (ut in titu.ſi de feu.vaſal.fuerit interpellata,§.ſi quis per triginta annos,)dummodo iuret ſe,vel patrem per inueſtituram tenuiſſe, vt in titu. qualiter iudi.feud.ſit ex.§.quidam obligauerat,& require ea, quę notaui in ſumma ſupra,titu.quibus modis feud.acquita.§.item acquiritur preſcriptione. Vel dicas quòd non tranſit ad hęredes,niſi inueſtitura expreſſa interuenerit,vel niſi iubeat dominus de eo quod feudum fuit & coram paribus, vel aliqd ſit quod ĩ inueſtitura preſumatur, (puta dominus ſeruitium recipit tanquam a vaſallo,) longi temporis poſſeſſio. Vel dicas quòd non ſuccedit hęres,ſcilicet extraneus,cum ſit feudum,licet ſine inueſtitura:vel aliter,ut ſi vaſallus alleget tantum id,quod pro inueſtitura habeatur, quod tunc non tranſit ad hęredem : ſi vero dicat ĩterueniſſe inueſtituram, aliud eſt,vt in titulo qualiter iudi.feu.ſit ex.§.ſciendum,§.ſi aliquis eſt,& §.quidam obliga. Et ſic per id quod dictum eſt, videtur ſcientiam ſine contradictione haberi pro conſenſu expreſſo:& ad hoc ſunt ſimilia, ff. de euic.l.quidam.C.de nup. l.ſicut.ff.ad Macedo. ſenatuſconſul. l. ſi filius. ff.de exercito. act. l. prima, §. magna. ff. ſi ſerui. vendi. l. ſi a te. ff. ad Macedo.

Source : BIU Cujas

ced o. ſenatuſ conſ. l. ſi filius. ff. de mor. inferen. l. ſi prius, §. vlt. Pileus tamen videtur dicere, q; vbi feudum acquiritur ſine inueſtitura, licet pro inueſtitura habeatur, tamen adhęredē, non tranſit, & ad hoc inducit in titu. qualiter iudi. feu. ſi ex, §. ſciendum. Item ſi perſonale beneficium fuerit in feudum datū, nō trāſit ad hęredes, niſi hoc dictum ſit: nam tunc ad omnes ſuccedentes in perpetuum ſpectat. ſ. ad maſculos, & non ad fœminas. Nam regulariter perſonalia beneficia non tranſeunt ad hæredes, nec alios, vt ff. de cenſi. l. forma, §. ſi vero qui. C. de aduo. diuer. iu. ī l. petitionē. C. de excu. mu. l. ſordidorum. ff. de aqua quot. & æſti. l. j. §. penulti. ff. de cenſi. l. ætatē, in fi. ff. de iure immuni. l. j. §. j. & l. immunitates. ff. de reg. iur. l. omnibus caſib. ff. quib. mod. vſufr. amit. l. ſi Titio, in fin. ff. de tutelis, l. tulæ. & circa hoc notaui ſupra, qui. mod. feu. amit. §. verum licet, in fi. Ad quod poteſt poni exemplum ex prædictis legibus. ſ. quando conceſſum eſt alicui, nec mumera ſordida, vel ſimilia teneatur facere, rationē ſubgaſtaldiæ, vel bānum, vel guardiam banni dare, vel aquā ducere; veruntamē puto verius quòd tributum, & datio ſint potius realia quam perſonalia, quia ratione patrimonii præſtantur, vt C. de anno. & tribu. l. j. C. ſine cenſu vel reliquis, l. omnes. Quæ autem dicātur perſonalia mumera, quæ patrimonialia, & quæ mixta, ſatis colligi poteſt per id quod legitur ff. d munerib. & honorib. l. j. & l. munerum ciuilium, in prin. & §. patrimoniorū, & §. mixta. è contrario videtur quòd tranſeat ad hæredes. ſ. ad filios, licet non ſit actum, vt priuileg. eorum qui in ſacro pala. l. j. lib. 12. C. de proxi. ſac. ſcrini. l. in ſacris noſtris. C. de profe. & me. l. medicos. & argumen. ff. ſol. matri. l. etiam primo reſponſo, in Authen. vt exac. inſtante dot. §. ſi mihi & ad hoc ſunt etiam argumenta, quæ notaui ī ſumma, ſ. qualiter inra. deb. vaſal. §. generaliter. vel dicas quòd non tranſit, niſi dictum ſit, vt ſuperius dixi; ſed tñ dñs potius dēt beneficium conferre ī filios illius, q̄ extraneos, arg. de aduoc. diuer. iu. l. nemini, & l. petitionem. C. de prox. ſac. ſcr. l. vnicuique. §. j. C. de cu. vel cohor. l quicunq;, in prin, arg. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. penul. & arg. C. de loc. præ. ciuilium, l. congruit, & l. vlt. §. ſi vero pro tali. ff. de minori. l, ſi emptor. ff. de in diem adiec. l. licet, & l. neceſſe. C. de emphy. iu. l. vlti. arg. §, in Auth. de nō ali. §. neque illud, & §. his ſolis. C. loca. & conduc. l. ne cui. Itē qđ dixi, q; tale beneficium nō tranſit ad hęredes, intelligas ſi cōceſſum eſt ſingulari perſonæ: ſecus ſi collegio, vel vniuerſitati, quia tunc bene tranſmittit ad poſteros, vt C. de cenſi. l. forma, §. ſi vero qui. C. de iuſti. Cod confir. l. quaſi, in fin. argu. ff. de annu. leg. l. annua, & l. annua his, in fi. & l. cū quidā. Item poteſt dici q; olim omnia feuda dicebantur perſonalia, quāuis per Imperatorem Corradum ſtatutū ſit vt ad filios, & nepotes, & fratres tranſmittantur, & hodie ex conſuetudine ad omnes deſcendentes in perpetuum, vt ſupra titu. quibus modis feud. acqui. §. quia vidimus, §. cum vero Corradus. in ti. de feud. & bene. l. in nomine ſanctæ, §. præcipimus. Officiū etiam, quod quis habet iure hereditario, ad alium tranſmittit: ſed iure legatario ad filios uirilis ſexus trāſmittere poteſt, vt ff. de tutel. l. tutela. ff. famil. erciſcun. l. ſi maritus, ff. de his, qui not. infam. l. furti. §. illud plane, & ff. de fideicommi. hær. l. j. Item ſi conceſſum fuerit alicui per beneficium, ut poſſit boſchitare, terram effodere, vel ſabulum aut lapidē cędere, vt ſimilia facere, poterit ipſe concedere: & ſi alius ſibi vim fecerit, habet interdictum, quòd vi aut clam, l. denique, §. vnde, & apud Seruium, ſed nō tranſmittit ad poſteros, niſi & de poſteris actum ſit argum. ff. de lega. j. l. apud Iulia. §. ſi quis alicui.

Item Imperator non tranſmittit imperium ad hæredes p ſucceſſionem, quia defertur electione & non ſucceſſione, ut in titu. extra de elect. & eccle. po. cap. venerabilem, §. inſuper ſi prædictis, & titu. extra de pact. cap. accepimus. Et à Deo hominibus mittitur, ut C. de vete. iu. enu l. ii. §. quia vero imperialem, & l. j. in prin. in Authen. de fide inſtrumento. §. 2. in Authen. conſti. quæ de digni. §. penul. in fi. in Authen in medio litis non fieri ſac. iuſ. §. primo, in Authen. de conſulibus, in fi. & ab ipſo imperialis corona imponitur, vt in Authen. de moderatione Helleſponti. §. hanc. & dicitur imperialis fortuna in Authen. de conſulibus, in fine. C. de iure veteri enucle. l. quia vero imperialem imperium tamen ſemper dicitur eſſe, (vt in Authen. quomodo opor. Epiſcopos, §. quę igitur.) & in numero ſenatorum connumeratur, vt C. de dig. l. ius ſenatorum. quia ſenatores ſunt pars corporis Principis, (vt C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis, in prin. & iure imperatoris non vtitur, niſi ſuſceperit inſulam imperialem, (vt C. de qua. p. l. vltima, in fi. in Auth. de conſulib. in fine) quę a Deo imponitur, vt in Authen. de moderatione Helleſponti, §. hanc, unde videtur quòd ad poſteros hęredes non tranſmittat, argum. C. de aduo. diuer. iu. l. petitionem. Nam & Epiſcopus eligitur, in Authen. de ſanct. Epiſ. §. primo ij. & iij. & omnis dignitas & officium, vt ff. de decre. ab ordi. fa. l. prima, & vt notaui in ſumma C. de decurio. §. ſexto. Nam & præſes creatur ab ordine, & in ordine eorum remanet, (ut ff. qđ ap. ſit l. prima, §. ſolent, in fine) & ita poteſt dici de Principe, vt eligantur a ſenato, ut argumen. C. de offic. præfec. l. ſecunda, ut hodie a Principibus eliguntur vel ſuffragio populi, vt in Inſtitu. de iure na. §. ſed quod Principi. argumen. ff. de offi. quęſtio. l. prima. Sed videtur quod ipſe Princeps potuerit olī ſibi eligere ſucceſſorem, vt in decretis, diſtin. 63. cap. in Synodo congregata, & in decret. xxiii. diſtin. cap. In nomine Domini, in medio. Sed hodie quidam, Principes eligunt imperatorem, qui poteſtatem eligendi ab Apoſtolica ſede acceperunt: ſed examinatio, promotio, vnctio conſecratio, coronatio, & manus impoſitio ad dominum Papam ſpectant, vt in titu. extra de electione & electi po. capitu. venerabilem, §. primo, & ſecundo. Vnde & Dominus Papa ex cauſſa poterit ipſum deponere, vt in Authen. de defen. ciui. §. non habente, ut in titu. de ſac. & forma fidelit. capit. fidelitatis, & cap. alius item Romanus, & argumen. ff. de regulis iuris, l. eius eſt nolle. argumen. C. de inofficioſo præfec. prę. l. ſi quos, in Authen. de man § feſtinabis, in Lombar. de officio iudi. l. fina. Quod ſucceſſione deferatur, eſt argumen, C. de fun. patri. l. hi quibus, in Inſtituta de dona. §. ſed primus quidem. in Authen. ut defunc. ſeu ſine. §. ſi vero etiam quodam. nam & Imperator Carolus fuit pater Pipini Imperatoris. Pipinꝰ Imperator fuit pater alterius Caroli Imperatoris, & iſte Carolus fuit pater Ludouici Imperatoris, & Ludouicus fuit pater Lotharii Imperatoris, ut in Lombar. de fur. l. cuiuslibet, & titu. de Epiſcopis & clericis, l. & hoc, & l. vt ibi tempore, & de capitulis pro lege tenendis, l. prima. Nam & Imperator Federicus videtur innuere, in titu. de pace Conſtantiæ, in §. in ciuitate illa, in fine. §. quod poteſt concedere regnum eius filius Henrico, & quòd eius filia in regno eidem ſuccedat, ſicut & de facto, & iſte nunc Federicus Rogerius Imperator fuit filius Henrici: ſed tu dicas q; hoc cōtingit potius electione Principium quam ſucceſſione.

QVARTA PARS PRIMAE PARTIS PRINCIPALIS.

De contentione, quæ de feudo inſtituitur.

Caput cxxxiij.

Dictum eſt ſupra de natura feudi, & de quadam eius ſpecie, ſcilicet ſucceſſione, & conſequenter videndū eſt de alia ſpecie. ſcilicet de contentione feudi: vel ſupra dictum eſt de ſucceſſione feudi, & quibus modis acquiratur, ſed quia de his quandoque habetur contentio, idcirco videamus de contentione feudi. Et primo videamus, qui & poſſint, & debeant cognoſcere, & iudicare, & quorum ſit cognitio; poſtea videbimus, qualiter in cauſſa debeat procedi, & qualiter terminari. Et tanquam a digniori incipiamus. Si contentio fuerit de feudo inter Imperatorem & vaſallum, qui ſit de ſocietate Lombardię, coram paribus, qui ſint eiuſdem ciuitatis, vel Epiſcopatus, ſecundum conſuetudinem illius ciuitatis in eodem Epiſcopatu terminetur, niſi Imperator in Lombardia fuerit; tunc enim cognoſcere poterit, ſi voluerit, (vt in titulo de pace Conſtantię, §. & ſi qua controuerſia, §. in ciuitate, in fine, & in titulo de feudo & bene. l. vaſalli, §. ſi qua. uel intelligas quòd & tunc pares cognoſcant, licet non in illo Epiſcopatu, ſed ī p̄ſentia Principis debet cauſſa agitari. Poterit etiam cognoſci eo loco, ubi feudum uel beneficium poſitum eſt, ut argumen. in titulo de feudo & benefic. l. ſi quis in aliena, & cap. ex parte. B. §. verum. Si vero contentio eſt inter capitaneos de beneficio, coram Imperatore uel Rege de controuerſia cognoſcatur, ut in titu. de prox. capitu. ſi contentio. agumē. in Lombar. apud quem pote. l. prima, in titu. hic incip. conſue. reg. l. lex Corradi, in princi. Sed ſecundum Mediolanenſes ita demum verum eſt, ſi quilibet dicat ſe inueſtitum ab Imperatore vel Rege, uel de regali beneficio ſit controuerſia: quia tunc cauſſa coram eo decidetur, cęterę uero cauſſę apud pares curię, ut in titulo hic incip. conſue. reg. l. lex Corradi, in princip. Si vero contentio eſt inter alios vaſallos, ſiue inter valluaſores minores, ſeu maiores, tunc coram paribus curię cauſſa finietur. Si queſtio ſit de beneficio ſiue de offenſa, & tunc pares curię faciant, ut in tit. de feu. & benef. l. imperialem, §. pręterea ſi inter duos. in ti. de c. extrao. §. illud quoque, §. ſi de proprio, §. ſed dominū offenſum, & in titu. proxi.

§. ſi con-

§.ſi contentio fuerit.Et ſi dominus velit cõqueri de vaſallo, & vaſallus de domino,ratio prius vaſalli diſcutiatur, quoniã pares maiorem iuriſdictionem habent de ſuo pari quam de ſuo domino,vt in ti.de ca.extraor.§.ſi vero contentio fuerit. Si tamẽ is qui controuerſiam patitur ſuſpectus habuerit,tũc apud Imperatorem cauſſa terminetur. Idem ſi iudicatum eſt a paribus & pars condemnata dicat iniuſte datam ſententiã, vnde ad Imperatorem eſt recurrendum,vt in titu.i.§. ſinautẽ miles dixerit,in titu.de feu.& benefi.l.quicunque igitur, §. ſi miles dixerit,& l.in nomine ſanctę,§.ſi contentio.Nam & ſi ad poſtulationem vaſalli dominus in iudicio curiæ ter fuerit admonitus,vel citatus,vt poſſeſſionẽ dimittat,& dominus id facere diſtulerit,tunc licet vaſallo ad maiorem poteſtatẽ ire, & ibi cõtulere: & ſi dominus iuſtitiam facere nollet, poſſet vaſallus eum deprædare.ſiubente iudice, vt in titu. no. non pater.§.dominus vocat,in fi.argum.ff.de rei vendi. l.qui reſtituere.Ex ſupra dictis etiam apparere poteſt,quod a patribus poteſt appellari,& etiam poſſunt recuſari;argum.C.de iudic. l.apertiſſimi,& l.vlt.ff.qui ſatiſd.cogan.l. arbitrio, ff.de appel. l.ex conſenſu.& in ti de feu.& benefi.conſtitu.c.& ſententia, in fi.argu.contra de arbi.l.j.C.de decurio. l.quotiens eum. Et eſt generale,q vbi eſt controuerſia inter dominum & vaſallum,quod coram paribus curiæ cauſſa decidi poteſt,vt in ti. de feu.& bene.l.imperialem,§.præterea ſi de feudo. Si pares ſunt,& eligantur concorditer pares,argum.C.de iudi.l.vlti.q ſunt de eadem prouincia,vnde ſunt litigatores. argum.in tit. de feu.& benfi.l.ſi imperialem,l.ſi duo, §.ſi res in tit.de pace tenen.§.quoniam,& §.ſi tres,in tit.de pace Conſtã.§.in cauſſis,in Authen.vt ſponſali.lar.§.ad hoc, vel vnde eſt vaſallus, (vt C.de Epiſ.& cleri.l.iubemus,in fi.in Authen.vt diffe.iudi. §.ſi vero contigerit, & §. hæc omnia. C. vbi & apud quem cog.reſti.l.ii.argum. in tit.de pace Conſtan.§. ſi qua controuerſia in ti.de feu.& bene.l.vaſalli,§.& ſi quæ) vel vbi eſt feudum vel beneficium,C.de prædi.mi. non ali. l. ſi prædium.in Auten.de Eccleſiarum immo.reb.ali §. ſancimus. argum.in titu.de feu.& benefi.l.ſi quis in aliena,& c. ex parte poſt,§.verum,quia melius veritas inquiri poteſt per eos,quam per alios.In ſubſidium tamen poteſt intelligi de aliis, ſi ibi idonei inueniantur,vt C.vbi de ratiociniis agi opor.l.ii.in fi.C.de hę, & Man.l.quoniam mulieri,in fi. C. quando Imperator inter pupil.& vidu.l.prima,argum.in Lombar.de teſtib l.ii.§.& vt de ipſo pago.l.ſi quis cum altero, §.vltra.in Lombar.de offi. iud.l nolumus autem.in decretis,diſti.lxi.c. nullus obiectum. & diſtin.lxiii.c.ſanctorum.in titu.extra de elect. & ele.pote.c. ne pro defectu,arg.ff.de magiſt.conue.l.i. §. ſi quando. C. de omni agro deſerto,l.quicunque,§.vltimo. ff.de leg.i.l.cætera, argum.ff.de tu.& cu.da.ab his.l.i.in fi.& l.ius dandi,& l.diuus Marcus.C.qui dare tuto.poſ.l.neque a præſide. C.vbi peta.tu. l.quæro,in prin.ff.de excu.tu.l.ſcientiæ,§.vlti.& l.propter, vlt. & l.vlt.in fi.C.de offi.præto.l.ii.C.de Epiſ.& cler.l.in Eccleſiis, in Auten. de Epiſ. & cleri. §.adſcriptitios.ſimilia argumenta poteris inuenire in ſumma ſupra,titu. quib.mod. feu. acqui. §.& hoc quod ſupra dictum eſt locum habet. Si vero diſcordes fuerint in eligendo, tunc dñs primo eligit,quos & quot voluerit,poſtea vaſallus tot quot dominus elegit,vt in tit.no. nõ pa. §.ſi inter dominum & vaſallum.Si vero controuerſia eſt inter dominum, & vaſallum de allodio, vel alia re extra beneficium,pares mittant eos ad iudicem, vt in titu. no.non pater.§.illud tamen.in tit.de feu.& benefi.l.imperialem,§. penul. in titu.de pace tenẽ.l.quoniam diuina, §.ſi miniſteriales. in Authen.de quæſtore,§.ſi vero forſan.argumen.C.de decu. l.quocunque. Niſi cauſſa videatur ſpectare ad dominum, nã tunc apud curiam cauſſa cognoſcitur:puta deceſſit aliquis relicto agnato, dominus credens ſibi apertum alium, de nouo inueſtiuit, & inter agnatum & nouum vaſallum ſit controuerſia,vt in tit.hic incipiunt conſuetu.reg. c. hæc ſunt capitula,§.ex eo quod ſupra,in fine.

Si vero ex vna parte eſt ſucceſſor vaſalli, ex alia alius eſt poſſeſſor, qui habet cauſſam a domino, ſed tamen in feudum,tunc apud iudicem vel arbitrum cauſſa finietur, & ita intelligitur prædictus §.ex eo quod ſupra,in prin.in ti. no.nõ pater.§.vaſallus.Generaliter poteſt dici quod ſi inter duos ſit de ben.controuerſia,& vaſallus conueniatur,quod curia poteſt cognoſcere,ſi vocare eos velit : nec poterit vaſallus iudicium curię declinare,niſi ſecundum quod ſupra ſuperiori §. dictum eſt,vt in tit.no.non pater.§.illud tamen.in ti.hic inci. conſue. reg.ca.hæc ſunt capitula, §. generaliter. argum. C.de Curialib.vr.Ro.l.i.lib.xi.C.de decur.l.quodcunque.Niſi pares fuerint ſuſpecti,vt in tit.de feu.& ben.l. in nomine ſanctæ,§.i. & notaui ſupra eadem ſumma, §.ſi vero contentio, in fi.Et hoc totũ,quod dictũ eſt,locum habet cum plures contendũt de beneficio dato ab eodem. Cæterum ſi diuerſos inueſtitores producunt,tunc coram iudice vel arbitro cauſſa finiatur, vt in tit.de pace tenen.l.quoniam,§.ſi duo,& §.ſi tres.& in tit. de feud.& benefi. l.ſi duo,in prin.& §.ſi tres. Vel dici poteſt q quicunque vult conuenire vaſallum meum occaſione prioris datæ in feudum,q coram mẽ debet conuenire, & ſi paratus eſt coram me reſpondere, non poteſt ab alio iudice conſtringi,vel excommunicari,(vt in ti.de feud. & ben.c.cæterorum,& c.verum, & c. nouit ille) niſi malitioſe deferam,vt in tit.de feu.& benefi.c.ex tranſmiſſa.& argum.in Authentic.de Epiſ.& cleri. §.ſi quis autem pro pecuniaria. vel cauſſa ſit expoliationis,vt in prædicto c.ex parte,§.idem & ad hoc.vel rõne pecunię,vt in ti. de feu.& benef.c. nouit ille. vel niſi velim cognoſcere ratione officii & dignitatis habitæ pro communi,vt ita & econuerſo de vaſallo,vt in ti.de feu.& benef.in ſtatu,c.cauſſam illius.

Vidimus qui poſſint cognoſcere,& qui lites dirimere nũc tranſeamus ad aliud membrum,ſcilicet qualiter in cauſſa debeat procedi,& qualiter terminari.Et certe libellus eſt porrigendus,& lis conteſtanda ſecundum ordinem iuris. argu. C. de lit.conteſta.l.i.& Authen.offeratur. Nam vbi deficit vſus feudorum,ad legem ſcriptam recurrendum eſt, vt in titu. explicit liber primus, §. primo. Sacramentum vero calumniæ non præſtabitur ab aliqua parte,cum contentio eſt inter dominum & vaſallum, ſiue dominus agat cõtra vaſallum,ſiue vaſallus contra dominum,(vt in ti.hic incip.conſue. reg.ca.i. §.& cũ datur,in fi.argu.C.de fruc.& lit.expen.l.vlti.argum. C. de re mili.l.tam collaterales,§ hoc quoque,in fi. C. de proxi. ſacr.ſcrin.l.& quoniam. argu.ff. de iureiuran. l. iuſiurandum & ad pec.§.hoc.in tit.no. non pater.§. dominus vocat.C.de libera. cau.l.cum affirmes.argum.ff.de doli excep. l.pater.§.adueꝛſus)ſicut & patrono contra libertum, & patri contra filium remittitur, & his qui pro eis ſunt in cauſſa,vt ff.qui ſatisdare cogantur.l.de die,§.vltimo. ff. de iureiurando.l.ſi patronus iuſiurandum, & dicto. §.hoc primo, ff.de damno infec.l.qui bona.§.penul.Citario debet fieri ſicuti iure ciuili caꝛetur,in titu.no.non pater. §.dominus vocat.ff.de iudi.l. per interuallum,C.de iudi.l.properandum. vel prout dicitur in titu.de capi extraor.§.illud quoque curiali,& no. ſupra titul. quibus mo.feu.amit.§.ſi dominus.Vbi ſi quidem contentio fuerit inter dominum & fidelem de inueſtitura,ſi quidem de alio eſt vaſallus, de quo nulla eſt controuerſia, ſiue poſſidear vaſallus, ſiue nõ, datur vaſallo defenſio & nõ domino, licet vaſallus non probauerit,vt ſupra tit. quib.mod.feu. acq. §.ſi feudum quis habuerit, quia poſtquam de parte conſtat, præſumitur & de alia parte,argum.ff.ad ſenatuſcon. Maced. l.ſed Iul.in fin.C.de non nume pecun. l.cum fidem. C.de noua.l.iii.ff.ad Trebel. ſenatuſconſul.l.reſtituta. i. reſpon. Nam petere poterit,vt de ſuo recto feudo inueſtiatur,& ſic fidelitatem præſtet.& poſtea cognoſcetur quod ſit ſuum rectum feudum,& q nonne interim aliquod periculum vaſallo immineat propter inueſtituram non petitam,(argum. ff. ad Treb. ſenatuſconſ.l.ille a quo,§.ſi de teſtamento,in ver.ſed quid ſi filius cõtra.& in tit.no.nõ par.§.ſi conſtiterit,in ti.hic inci. conſue.reg.c.lex Corradi, §.ſed ſi inter dominum & vaſallum) quod ſacramentum videtur quod non ſit neceſſe præſtare, ſi de alio juraret,vt argum.ff.de hęr.inſti.l.liber homo,§.Titius ex ſe.ſimilia argumenta notaui in ſumma ſupra, titu. quibus mod.feu.acqui.§.ſed quæritur nunquid frater,& §. aliquãdo tamen.Vbi vero habet aliud feudum, & eſt contentio de inueſtitura, quando dominus negat ſimpliciter inueſtituram, factam:tunc vẽtilabitur tota cauſſa antequam iuretur, vt in titu.hic inci.conſue.reg.c.l.Corradi, §. ſi inter dominum & vaſallum,in fi.veruntamen inueſtiri poterit de ſuo recto feudo,vt in tit.no.non pater.§.quæritum.Et ſi nõ dicatur de ſuo recto feudo,tamen intelligitur facta tantum de iuſta, vt in ti. explicit liber primus,§.inueſtitura autem.in tit.hic incip.conſue.reg.c.lex Corradi.§.ſi inter dominum,argum.C.de inoffi. teſta.l.ſi quãdo,i.reſpon. argum.ff.de ritu nup.l.quamquam. i.reſpon.argum.ff.vt leg.vel fideicom.nomine ca.l.i.§. vlt.Vnde talis inueſtitura,ſ.de ſuo recto, feudo alicui non faciat prę iudicium,vt argum.ff.de aqua quot.& æſti.l.penul. ff. de dolo. l.& eleganter,§.penu.argum.ff.quibus modis pig. vel hypot. ſol.l.ſi debitor. C.de his qui ſponte mun.ſub.l.i.in fi.ſed circa hoc plenius notaui in ſumma ſupra tit.qui.mo. feud.acqui.§. per totalem autem,§.aliquando tamen,& §.facta autem inueſtitura.& ti.quibus mod.feu.acqu.§.ſed quæritur quid ſi vaſallus cauſſam.Sed ſi quidem vaſallus ſit in poſſeſſione. & de alio non eſt vaſallus,ſi poſſedit per annum & vltra, datur ei ſacramentum deficiente domino in probatione,vt ei ſtatur, alias ſi per annum non poſſedit, ſacramento ſuo ſtatur ne domino parui temporis negligentia noceat, vt in titu. quali.iudi.feu.ſit exer.§.ſi aliquis.& arg.ff.de loc. & condu.l.ſi in lege, §.colonus.Sed potius pſtabitur domino, niſi aliud faciat pro ipſo poſſidente,vt ſupra ti.qui.mo.feu.acqui.§.ſinautem controuerſia,in tit.qualiter vſus bene.ſit tenen. §.ſi quis miles in poſſeſſione.in titu.qualiter iud.feu.ſit ex.§. ſimilis eſt,& § ſi

inter

inter dominum ſimile, C. de reb. cre. & iureiu. l. in bonæfidei. Videtur tamen quibuſdam argumentis, quod inquiratur, an poſſederit per v. ann. (vt in Lombar. de præſcript. l. j. & ij.) vel hoc ſolum inquiratur, ſi nunc vaſallus eſt in poſſeſſione feudi, vt in titu. de feud. & benefic. l. quicunque igitur, §. ſimilis fuerit, & in eodem. §. ſin autem cõtrouerſia, & §. ſi quis de mã ſo. in fi. j. reſpon. in titu. qualiter iudi. feu. ſit §. ſi inter dominũ in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſi quis miles (& ſic maximum commodum eſt vaſallo poſſidere, vt ff. de rei vendi. l. res alienas. in Inſt. de inter, §. cum ab vtraque quod quidem intelligit. Pi. de iuſta poſſeſſione, quia ſi dolo malo fuerit quis poſſeſſor inuentus, non debet talis poſſeſſio patrocinari ei, vt argumen. ff. de libera. cauſſa, l. eam quam. Nec enim vnquam dolus proprius aliquem releuare debet, (vt ff. pro ſoc. l. verum, §. tempus, ff. de re iudic. l ſed hoc ita, ff. manda. l. ſi hominem (& melior eſt cauſſa poſſidentis quam petentis, (vt ff. de Salui. inter. § j. argumen. ff. de pig. l. ſi debitor) & actore nõ probante reus debet obtinere, vt C. de eden. l. qui accuſare, & fauorabiliores fiunt rei quam actores, vt ff. de reg. iur. l. fauorabiliores, & promptiore debemus eſſe ad abſoluendum quam ad condemnandum, vt ff. de act. & ob. l. Arrianus.

Et decurritur ad ſacramentum vaſalli, ſi res aliter probari non poteſt, (vt in tit. qualiter iudi. feu. ſit ex. §. ſi inter dominũ & debet iurare vaſallus cum 12. ſacramentalibus, vt in eod. j. reſpon. diſtinctione tamen adhibita, vt ſit feudum ſi xxx. ſol. vel vltra, iuret cum xij. ſacramentalibus, & ita dominus eligat ſex ſacramentales, & ipſe vaſallus alios v. & ipſe erit xij. Si vero feudum eſſet xij. ſol. vel vltra, minor tamen xx. ſol. iuret cum vi. & tres eligat dominus, & ipſe vaſallus ſibi inueniat duos alios, & ipſe erit vj. Si vero eſt minor tunc ipſe ſolus iurat, (argumen. in Lombar. qualiter quis ſe defen. deb. l. ſi qualecunque) vel forte iſti pares eligentur a iudice, vt in titu. de pace tenen. l. quoniam, §. miles ruſticum. Et illi ſacramẽtales, qui debent eligi & nominari a domino, debent eligi de proximis parentibus illius vaſalli, qui non ſint graues inimici ipſius vaſalli: & ſi non ſunt, tunc de vicinis, argum. in ti. extra de frigidis & malefi. c. laudabilem, & in titul. extra qui matri. accu. poſ. c. videtur. & in Lombar. de debitis & guald. l. ſi quis alii gualdiam, & argumen. C. de proxi ſac. ſacri, l. vnicuique, primo reſponſo. Et iſti tales qui eliguntur a domino coguntur eſſe ſacramentales, (vt in Lombar. qualiter quis ſe defen. debe. l. vt ſacramenta) alii vero, qui eliguntur a vaſallo, non coguntur eſſe ſacramentales, niſi promiſerint iurare, & iurauerint ſupra Euangelia, vt in prędicto titu. l. ſi quis alii guardiam, & tunc amittitur vt alias debet, vt argum. C. de priuileg. ſcho. l. quotiens, §. j. lib. xii. Et debent ita iurare ſacramentales ſicut & vaſallus rem ita eſſe, vt in Lombar. de ſucceſ. l ſi quis ſicut vaſallus iurauit, quia videtur, quod de facto alieno non debeant cogi iurare ita eſſe, vt ff. rerum anno. l. Marcellus, §. primo, ne anceps periurium cogãtur ſubire, vt ff. de in lit. iur. l. videamus, primo reſpõſo. Sed poterũt iurare ſe ita credere, vel exiſtimare quod vaſallus iurauit, argumentum C. de iura. calum. l. ſecunda, §. primo, in fi. & ad hoc eſt decretalis expreſſa, in titulo extra de purga. cano. c. de teſtib. accepimus, in fin. c. quotiens in fine. Sed per legem Alemanorum expreſſim denotatur ſacramentum ſacramentalium in titu. de iuratorib. quales & quanto. Nam ibi dicitur quod in ſacramentalibus debent eſſe taliter iurata, vt coniuratores manus ſuas ſuper ſuam capſam ponant, & ille ſolus, cui cauſſa requirtur, verba tantùm dicat, & ſuper omnium manus manum ſuam ponat, vt ſic illum Deus adiuuet: vel illæ reliquiæ ad illas manus, quas comprehenſas habet de illa cã vnde ĩterpellatus eſt culpabilis non ſit, & debet prius principaliter iurare ad ſacramentales ſuos, quod cum eis munditer & ſecure iuret & iurare poſſit ut in Lombard. qualiter quis debe. feu. defen. l. ſi quis alii guardiam, primo reſponſo. Vel diſtingue vtrũ detur ſacramentũ vaſallo a iudice, an domino deferatur, ſi a domino, aut iuret cum duodecim ſacramẽtalibus, aut domino refert ſacramentum. Et ſi iurat vaſallus, debet iurare ſine mentione conſcientiæ, ſcilicet ita eſſe. ſ. inueſtitum vel anteceſſores ſuos, & nominet dominum a quo inueſtitura eſſe facta dicetur, vt in ti. de capi. extraord. §. ſi qua inueſtitura. & argum. in Lombar. de ſucce. l. i. in Lombar. de præſcrip. l. de poſſeſſione, §. & ſi iudex. in Lombar. de priuile. act. l. i. & in Lombar. de ſucceſ. l. j. & in tit. qualiter quis ſe defen. debe. l. contingat, & l. ſi actor regis, l. i. Si vero a iudice delatum eſt ſacramẽtum, tunc iuret duodecim vaſallis, vel cum parentibus, & cœteros habeat extraneos, ſi velit, vt in tit. hic incip. conſue. reg. c. j. & cum datur.

Vbi tamen dicit dominus quod propter aliquam culpam amittere debeat vaſallus feudum, tunc ſi dominus deficiat in probationibus, vaſallus poterit ſe expurgare tribus paribus & ſi pares non habuerit, cum duodecim propinquiorib. parentibus. Vbi vero dominus impoſuit ſeruitium, & illud neglexit, per duos vel per vnum parem poterit ſe defendere, vt in titu. de feu. & benefi. l. de milite, primo reſpõſo, & §. primo. Vbi vero qui fuit Gaſtaldus, aliquid nomine proprii feudi poſſidet aliud acquiſitum, & dominus dicat ad ſe pertinere, quia eius Gaſtaldus fuit: ad dominũ deber pertinere, niſi Gaſtaldus probet ſe ĩueſtituram accepiſſe antequam Gaſtaldus eius eſſe deſiit, vt in titu. quibus mod. feud. acquir. §. ſi vero gaſtaldus. in Lombar. de acquiſitione actoris regis, l. prima ff. de procura. l. qui proprio, § vt in cœteris. Niſi fidelis inuentus fuerit in ſeruitio domini, quia tunc habere debet res aliunde acquiſitas contractu iuſto per eum, quia non debet ei interdici patrimonium augmentari ex induſtria ſua, & labore, vt argumen. in Lombar. de acquiſitione actorum regis, l. ij. C. arbitrium tute. l. ſi defunctus. Pileus tamen intelligit illum, §. ſi vero Gaſtaldii, quando Gaſtaldus non erat in poſſeſſione, vt tollatur contrarium in eodem titulo, §. item ſi aliquis poſſederat, & §. ſi nulliter, & ſumit ex illo §. argum. quod non valet datio in feudum tempore eius Gaſtaldiæ, quaſi deceptione quadam & ex neceſſitate ſit inductus dominus ad dandũ ſicut inhibetur donatio adminiſtratori locorum, vt C. de cõtracti. iudi. l. prima, ff. de offi. procõ. l. ſolet, & ff. de cõtrahen. emp. l. non licet. & argumentum in ti. de feu. & benefi. conſti. c. fidelitatem, & c. nec per poteſtariam. Veruntamen in eo primo reſponſo indiſtinctẽ dicit, quod non valet, niſi obſtet cõſuetudo. Ego vero Ar. intelligo illum §. ſi vero Gaſtal. quãdo conſtabat eum poſſediſſe nomine Gaſtaldiæ, licet dicat poſtea ſe poſſediſſe nomine proprii feudi. Vnde tunc domino dat defenſio, licet vaſallus ſit in poſſeſſione, niſi probet vaſallus feudũ eẽ, & inueſtitum ante Gaſtaldiã vel poſt: & ad hoc eſt, primo rñſo, & ar. ĩ Auth. de teſtib. §. ſi vero dicatur ſeruilis, & §. contrarios. quia intelligo quando non conſtabat vaſallum poſſediſſe nomine Gaſtaldiæ vel guardiæ vel pignoris, licet dominus affirmaret. Vnde dominus debet probare propter poſſeſſionem vaſalli, & quod dominus confitetur ſe dediſſe aliqua de cauſſa. Vnde præſumitur quod ĩ feudum dedit, niſi probat illam cauſſam, & poſtquam per probationem domini conſtat ita eſſe, vaſallo datur onus probandi: & ad hoc ẽt eſt C. de probatio. l. excep. C. de excep. l. ſi quidem, in fin. Et poteſt hoc notari in feudo Gaſtaldiæ ſeu guardiæ qđ quacunq; hora poteſt auferri non reſtituto precio pro eo dato poſt annum, niſi certum tempus fuerit pacto inſertum, vt ſupra titu. quibus modis feudum acquir. §. item illud quod datur in eo. §. item ſciendum, argum. in Authent. de defen. ciui. primo reſponſo, & §. illud, §. j. & ad hoc etiam inquire, quæ notaui ſupra, tit. quibus modis feu. acqui. §. & illud quod datur nomine Gaſtaldiæ. Et dicitur Gaſtaldus in vulgari, id eſt, villicus: & villicus dicitur, quia præponitur, ad fructus percipiendos & colligendos, & conſeruandos, nec eos vel aliud, q̃ ad dominum pertinet, poteſt ſine conſenſu domini alienare, & in inſtrumento feudi contineatur, ut ff. de inſti. act. l. ſi cum villico. ff. de verbo. ſignifi. l. vrbana, argum. ff. de lega. iii. l. patro. §. primo, ff. de fundo inſtrum. l. inſtrumenta, §. primo, & l. cum de lanionis, § cum de villico, & l. quæſitum, §. item fabium. Et ſi aliquid occaſione villicationis acquiſiuit, id ad dominum ſpectat (vt Lombar. de acquiſitione actorum, regis, l. i. argu. ff. de procura. l. qui proprio, §. procuratorem vt in cœteris, licet non ſemper hoc ſumatur, argum. C. de arbi. tute. l. ſi defunctus.

Sed quæritur, an ius Gaſtaldię poſſit præſcribi xxx. annis? videtur quod non, (argumentum. C. de præſcri. xxx. ann. l. male, & l. cum notiſſimi, §. vlti.) quia quandocunque nolit eius opera vti, poteſt eum remouere, ut in eo, §. item ſciendum, ff. de inſti. actio. l. ſed ſi pupillus, primo reſponſo. Et quia non debet præſtare operam ſuam inuito, argumen. ff. de procura. l. quæ omnia argum. tamen quod ſic, vt in tit. ſi de feud. uaſal. fuerit interpel. §. ſi quis per xxx. in titu. qualiter iud. feud. ſit ex §. vt ar. C. de fundis Reip. l. pe. C. de fundis patri. l. vlt. C. de pſcr. xxx. an. l. omnes, & l. cum notiſſimi. C. de annali excepti. l. prima, §. nemo.

Si uero uaſallus eſt in poſſeſſione, & dicit ſe pro feudo poſſidere, dominus uero neget inueſtituram, ſed dicat, a me habes pro guardia uel pignora, & uaſallus neget ſe habere in pignore uel guardia, tunc dominus debet probare uaſallum hñe ſupra dicto mõ, & ſi non probet deẽ uaſallo defenſio, & ſi ꝓbet, dñs cogatur uaſallus reſtituere, niſi probet qđ poſtq̃ dedit dominus in pignore uel pro guardia, eum inueſtiuit, ut in tit. quibus modis feu. acqui. §. item ſi uaſallus poſſiderit caſtrum, & §. ſimiliter ſi quis. Et non admittetur ad probationem, niſi primo reſtituat propter mẽdacium, & ita efficietur petitor de poſſeſſore, ut argum. in Authent. de tri. & ſe. §. ſtudium, & §. illud quoque, ff. de probat. l. cum de indebito. & de pœna mendacii notaui in ſumma ſupra, titu. quibus modis feud. amit. §. item ſi ſciens vaſallus feudum ſe poſſet reſponderi illis §. p[illegible] rien. & ſequen. quod illud locum habet quando

inſi-

Source : BIU Cujas

inficiatur rem fuiſſe illius,hic autem confitetur,licet neget ꝑ pignore hſe,vt eodē,§.j.Sed ſi confiteatur vaſallus pignus vel guardiam, ſed dicat ſe poſtea inueſtitum: tunc licet dominus deficiat in probatione,& ipſe etiam vaſallus, non ſtatur ſacramento vaſalli,licet poſſideat,niſi probet idoneis teſtib. (vt in eodem tit.§.ſimiliter.& argumen.in Authen. de teſtib. §.ſi vero dicatur) ſi ſunt pares,ſecūdum Pileum:alioquin creditur ei cum duodecim ſacramentalibus,vt in eodem, in prī. vt iuret vaſallus patrem ſuum inueſtitum fuiſſe, & ſe etiam pro inueſtitura tenuiſſe, & a patre domini conteſtatio pignoris.vel guardiæ per ſpacium,xxx.annorum non ſit facta: vnde talī ſacramento ſtabitur.Sed ſi iurare nolit, tunc defertur ſacramentum domino,vel eius filio:quòd & ſi nolit, vaſallus erit inueſtiendus, vt in titulo, qualiter iud.feud. ſit ex. §.vltima.

Vbi vero quis poſſidet,vl quaſi poſſidet feudum Cameræ, vel Caneuæ, quæ non vere poſſidentur, ſed quaſi, cum vſufruct.vel ſeruitutes cenſeantur,vt argum.ff.de vſufru.l. ſi quis ita ff.de annu.lega.l.Quintus,§.in ſingulos,ff.de vſucapi. l. ſequitur,§.ſi viam,ff.de ſeruitu.vrb.prædi.l.ſi ædes,§. liberos. ff. communia præ.l.ii.in fi.ff.de peti.hæred.l.regulariter.ff.de itine.actuque priua, l.vlri.ff.de acquiren.rerum domi.l. ſeruus §.incorporales,ff.de ſerui.l.quotiens ff.de actio empt.l.tertia, §.ſecundo,& habuit duas vel tres acceptiones in ſingulis annis, tunc non indiget aliqua probatione, ſed ſufficiet, l. ſi iuret,vel ſi recuſat,referat dño,vt in tit.explicit liber primus, §.ſi vero vaſallus. Nā & vbi qs ſoluit canonē tribus annis continuis,præſumitur retro ſemper ſoluiſſe.vt C.de apoc.publ.l.quicunque.Idem eſt ſi dicat dominus aliquem conuentionem non vſitatā interueniſſe,vt in titu.explicit liber primus,§.præterea. Si vero vaſallus alleget pactum contra feudi naturam,tunc debet probare teſtibus, vł aliis legitimis ꝓbationibus: quod ſi nō probat,defertur ſacramentum domino,vt in tit.prædicto,§.item ſi vaſallus. Et hoc quod dictum eſt,quod datur ſacramentum vaſallo,locum habet cum dominus non probat,quod intendit.Nam ſi probat, ſtatur eius probationi,vt in tit.qualiter iud.feu.ſit ex §.intet dominum, ſupra titu.quib.mod.feu.acqui.§.item ſi aliquis,& §.ſimiliter. Si vero dominus eſt ī poſſeſſione, ſi quidem deficiat vaſallus in probatione,tunc datur ſacr̄m dño,(vt ſupra,tit.quib.modis feu.acq.§.ſinūt nō fuerit,in ti.qualiter vſus benef.ſit tenē. in fi.in ti.de feu. & benefi.quicunq; igitur,§.ſi miles fuerit ,(vt iuret cum xii.ſacramentalib.vt in eo.i.reſponſo.in ti.qualiter iud.feu.ſit ex. §.ſi quis feu.ſecundum diſtinctionem ſuperius habitā, per Lombardam ſupra eadem ſumma,& §.& decurritur.Hoc tamen ſaluo,quòd dominus poterit iurare vel cū parentibus,vel cum vaſallis,vel cum extraneis mixtis parentibus & vaſallis,& non debet iurare de ſuo feudo facto ſine commemoratione conſcientię,vel ſacramētū referre vaſallo,vt ipſe iuret,vel acquieſcat,(vt ī ti.explicit liber primus,§. vlti.& in titu.qualiter iudi.feu.ſit ex §. ſi quis ſe vel patrem) quod ſi dominus nō dicit ſe velle iure vel referre,nec refert, tunc debet ei ſtatui tempus ad eligendum:& ſi non elegerit, transfertur electio in vaſallum, niſi re adhuc integra, voluerit iurare dñs,ar.ff.de opti.leg.l.mancipiorū C.cōia de lega.l.ſi duob.§.ſed & ſi qs ſe,vel patrē.Sed de facto anteceſſoris ſui dēt iurare dñs,neſcire inueſtiturā factam eſſe,vt in tit. hic incip.conſue.reg.c.ap.j.§.' & cum datur,in titu.de capi.extraord.§.cum datur domino,ſed in tit.qualiter iud.feu.ſit ex. in fin. & in Auth.de teſtib.§.quæ vero,contradicere videtur expreſſim.Si vero vaſallus non deficiat in probatione,ſed ꝓbare velit nouam inueſtituram,debet probare per pares curiæ duos vel tres, vel per breue teſtatū a paribus confirmatum:alias nulla eſt probatio,ſecundum Mediolanenſes etiā, ſi ab aliis ſit confirmatum,vt in tit.explicit liber primus, §.ſi cui domino adhuc,in tit.qualiter vſus benefi.ſit tenen. §.vlt. in tit.quibus modis feu.acqui.§.ſi vero Gaſtaldii.§.item ſi aliquis,§.item ſi quis §.ſin autem controuerſia in tit.hic incipi. conſ.reg.c.1.§.ſiue clericus.Et ſufficit ſi fuerunt pares tempore inueſtituræ,licet poſtea deſinant,(vt in tit.no. non pater, c.ſi inter dñm& fidelē, in prin.ar.ff.de teſt.l.ad teſtiū.§.j.de rebus dub.l.ſi cognatis. (vel pro parib.tunc habebantur,ar.C. de teſt.l.i.in Inſt.de teſta.§.ſed cū aliqui s.Nam pares duo ſut neceſſarii in inſtrumēto,ne quid falſitatis excogitet, vt in ti. de c.extraord.§.idcirco. & hoc cū pares ſunt,ideſt cū ſūt alii conuaſalli qui ab eodem domino feudum tenent, vt in titu. qualiter iud.feu.ſit ex.§.ſi inter dominum. Nam ſi non ſunt pares,extranei ſunt admittendi,vt argum.in Lombar.de vlt. volun.l.ſi quis res in titu.explicit liber primus,§. ſi vero inueſtitura,in prædicto,§.ſi inter dominum,in titu. hic incip. conſuet.reg.c.primo,§.quod autē.Sed vbi ſunt pares,ſed abſunt, tunc expectandi ſunt donec veniant,vt in titu.hic incip.conſue.reg.§.qđ aūt.ar.cōtra.q ſi abſint,extranei ſunt recipiēdi, vt in titu.qualiter iu.feu.ſit ex.§.ſi inter dominum.Sed reſpōderi poteſt dupliciter,quia quod ibi dicitur,abſuerint, id eſt, nullo modo fuerint,vel abfuerint, id eſt,in longinquo ſunt abſentes,ita quod in breui non ſunt reuerſuri:tunc ibi admittuntur extranei.Si vero abſunt,& ſunt prope, tunc expectandi ſunt,arg.ff.ad Trebel.Senatuſconſul.l.ille a quo,§.primo, ff.vt in poſſ.lega.l.3.ī prin.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius,§.quod autem,arg.ff.de annu.lega.l.Męuia,in fi.C.de bo.quæ libe. l. vlt. §.vbi autem,argum.ff.de vac.mu.l.penul. in fi. & conſiderabitur vtrum poſſint reuerti infra duos menſes vel non. Et ſi īfra duos mēſes ſunt reuerſuri,tunc allegatur abeſſe, & ꝓpè: ſi vero non ſunt reuerſuri infra dictum tempus,dicantur abeſſe longe in longinquo,argum.C.de compen. l. compenſationes,& argumen.ff.de adminiſt.tuto.l.tutor qui reper. §. vſurę.ff.qui ſine manu.l.vlt.ff.qui & a quibus ma. liber. non fi. l.proſpeximus,in Authen.vt factæ nouellę conſtitutiones, §. vt autem in principio, & in fine. §. C. de ſecundis nuptiis, l. prima.

Vel poteſt aliter diſtingui,vtrum velit probare inueſtiturā ſine traditione, an cum traditione. In primo caſu probetur per pares,in ſecundo per quoſcunque;& ſi vaſallus eſt inops, poteſt probare,vel per teſtes vel per breue,vt in tit.de cap.extraordi.§. de ingreſſu curiæ. Et vbi vult probare ſe inueſtitū, īfra annum & diem,poteſt probare per teſtes pares, & alios, & per ſuum ſacramentum aliis probationibus deficientibus, vt in tit.de feu.& benefi.l.quicunque igitur,§.ſi quidem vaſallus maxime ſi bonus vir,eſt vt argum.ff.de re mili. l. omnes. §.a barbaris Et vbi ſunt pares & iurare recuſant, debet dominus cogere eos ſub debito fidelitatis iuramento,(vt in tit. de capi.extraor.§.notandum eſt quod domini,argum.C. de offi. aſſeſ.l.ſi poſt depoſitam.in tit.de feu.& benefi.l. imperialem, §.præterea ſi de feudo.in ti.explicit liber primus,§.ſi enim domino,argum.C.de teſti.l.nimis graue) & hoc contingit propter iuriſdictionem habet dominus ī vaſallum,vt ī ti.de feu. & benefi.l.imperialem,§.pen.in ti.de pace tenen. l.quoniam §.ſi miniſteriales.Extranei vero teſtes coguntur per Comitē. vel populum,vel alium iudicem,& debent eſſe teſtes cum ſacramento,vt in tit.qualiter iud.feu.ſit ex.§.ſi inter dominum C.de teſti.l.ſi quando,& l.iuſiurandi,in princ.ff.de tabulis exhi.l.locum,§ hoc inter in Lombar.de teſtibus,§.decernimus. Niſi ſint tales,quibus ſine fraude poſſit ſacramentum remitti,argum.in Lombar.de rebus interciatis.l.de eo homine, ff. ad municipa.l.vlt.primo reſponſo.in tit. de ſacra.& for.fidel. c.vaſalli,in prin.& in titu.de pace Conſtan.§.uaſalli. & ſi nō poteſt probare niſi per pares, poterunt cogi per Comitem, uel populum,ſecundum Pileum. Et debent etiam iurare ei uni, & ſeparari, ut melius falſitas poſſit cognoſci, ut in Lōbar.de teſtib.l.periuriis,& l.ut teſtes,& l.nolumus, in fin.C.de teſti.l.nullum,ff.de re mili.l.3.§.ſi plures. Nam non eſt bonū ut ueritas negetur,uel obſcuretur,(vt in tit primo, §.ultimo, in Lombar.qualiter quis ſe defende.de l.ſi quaſcunque(nam veritate mutata falſitas reperietur,vt in Authe.de fide inſtru. in princi.Vnde ita debent iurare,ꝙ dicent veritatem,ſi Deus eos adiuuet vt in Lombar. qualiter quis ſe defen. debe l omnia ſacramenta.Et debent dicere veritatem pro vtraque parte,argum.C.de Epiſc.& cle.Authē.ſi iudex.& ſi probauerit vaſallus per pares,vel per breue teſtatum,uel per extraneos,vbi non ſunt pares,tunc debet dominus cogi vt vaſallo poſſeſſionem vacuam feudi tradat.Nec ſufficit,ſi voluerit præſtare in tereſſe,vt in tit.quibus mod.feu.acquir. §. ſin autem controuerſia in ti.ſi de feu.vaſal.fue.interpe.§.ſi facta. Sed in vēditione moderni dicūt,qđ ſufficit ſi pſtet intereſſe,vt ff.de act.em. l.i.& de hoc plenius notaui in ſumma ſupra ti.quib.mo. feu. acqui.§.in feudo autem ſciēdum.Vbi vero vaſallus vult probare veterem inueſtituram, poterit probare & per pares, & per extraneos, & quandoque ſuo ſacramento, & aliis probationibus. Et dicitur fieri noua inueſtitura, quæ primo quęritur: vetus,quę ab anteceſſoribus eſt quæſita, vt in titu. hic inci.conſue.reg.c.j.§.ſiue clericus,in titu. de feud. & benefi.l. quicunque igitur,§.ſi quidem vaſallus. Veruntamen reperitur per quoddam argu. quod non interſit inter nouam & veterem inueſtituram,vt argumen.C.de naturali libe.l.iii.de qua etiam materia notaui ī ſumma ſuprà,tit.quibus modis feu.acqui.§.inueſtitura noui feudi.& in ſumma infra, titul. nouum, non pater.ſuprà eadem ſumma, §. ſi vaſallus non deficiat. In feudo tamen clericū indiſtincte tam pares quàm extranei recipiuntur,vt in titu.qualiter iud.feud.ſit ex. §.ſi interdictum,in fi.Sin autem neuter fuerit in poſſeſſione, tunc in dubio,& vtroque deficiente in probatione, dabitur ſecūdum Pileum defenſio ei, qui conuenitur: quia fauorabiliores ſunt rei, quam actores, (vt ff.de reg.iur.l.fauorabiliores) & promptiores ſumus ad abſoluendum quàm ad condemnandum, vt ff.de acti. & obli.l.Arrianus,& actore non probante reus debet obtinere,vt C.de edē.l.qui accuſare.Et erit notandum quod, vbi controuerſia eſt de inueſtitura, quod

per

Source : BIU Cujas

per pugnam poterit veritas decerni, vt in titu. de feu. & bene. l. de inueſtitura ſit etiam de fidelitate, licèt Mediolani non obtineat, vt in titu. hic incipi. conſuetu. reg. lex. Corradi, §. nō eſt conſuetudo. in titu. de feud. & benefi. l. quicunque, & l. de militum, primo reſponſo, in fine. Et vbi vaſallus dicit ſe petiiſſe inueſtituram infra annum & diem, poterit hoc probare per pares & per alios, & deficientibus probationibus poterit ſolus iurare, (vt in titu. de feud. & benefi. l. quicunque igitur, §. ſi quidem vaſallus, & l. de militum, §. ſi quis autem) maximè autem quādo vaſallus bonus homo & bonæ opinionis eſſe cenſetur, argu. ff. de re mili. l. non omnes, §. à barbaris. argumen. ff. de excuſa. tuto. l. ſcientiæ, §. ſufficit. argumētum ff. de acquirē. hęredi. l. cum quidam, §. primo, & §. quod dicitur ſi putetur: & de hoc etiam notatur in ſumma ſupra, titu. quibus mo. feu. amit. §. item ſi vaſal. ab hærede, & §. ſed quod dictum.

Si vero ſit controuerſia inter dominū & illū, qui dicit ſe debere eſſe vaſallum, vtrum ſit feudum paternum, an nouum. Si quidem prius vaſallus eſt in poſſeſſione alicuius partis, quę diuiſa fuerit ab eo feudo de quo controuerſia eſt, vel habet aliquid loco partis vel partium, quia reipſa vti videtur, (vt ff. de vſufruc. l. non vtitur, & l. quia. ff. de pet. hæred. l. ſed & ſi rem. ff. quod metus cauſſa, l. ſi ipſa res) tunc debet dominus probare nouum fuiſſe feudum, vt in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. vlt. argumentum ff. de probatio. l. cum de indebito, §. ſui autem pro par. Nam eo ipſo, quod ipſe, qui dicitur vaſallus, habet aliquam partem, debet obtinere: maxime ſi probauerit paternum, vt ſuprà titu. quibus modis feud. acqui. §. cum autem vnde ei ſacramentum deferendū eſt, domino ſcilicet deficiente in probationibus, vt in titu. ſi de feu. vaſal. fuerit interpel. §. ſi de feudo defuncti militis, in eodem §. ſi contentio fuerit. in titu. nouum, non paternū, §. item placet. Si vero nullam partem habet, vtroque deficiente in probatione, dabitur ſacramentum domino, vt in eodem §. ſi contentio ſcilicet ſi dominus eſt in poſſeſſione, vt in eodem primo reſponſo, in verſ. cæterum aliud ſi primo vaſallus fuerit in poſſeſſione conſtitutus: Nam tunc vtroque deficiente in probatione, defertur ſacramentum vaſallo, (vt in ti. ſi de feu. vaſal fuerit interpella. §. ſi de feudo defuncti, & in titu. nouum, non paternum, §. item placet) vel iudex intuebitur, cui ſit potius ſacramentum deferendum, vt in titu. qualiter iura. debe. vaſallus, §. vlti. & intelligitur pars ſcilicet dimidia, ff. de vſufru. lega. l. etiam. ff. de verbo. ſignifi. l. nomen filiarum, §. portionis. Nam & Quintus Mutius ait, patris appellatione rem pro diuiſo ſignificari: & quod pro indiuiſio noſtrum ſit id non partem, ſed totum eſſe: ſed Seruius dicit vtrumque ſignificari, vt ff. de verbo. ſig. l. recte, §. Quintus. Sed ego hic intelligo partem, ſiue ſit dimidia, ſiue minus, vt ſupra titu. quibus modis feu. acqui. §. cum autem. Similiter intelligit Azo in iure emphyteutico, vt C. de iure emphyteu. l. prima, in fi. Vbi tamen ideo dicit nouum dominus, quod vaſallus ei refutauit vt de nouo eius filios inueſtiret & inueſtiuit, & vnus filiorum decedat ſine liberis, & alter frater velit ſuccedere, quia dicit paternum eſſe, & dominus velit negare, quia dicit nouū eſſe. in hoc caſu dixerunt quidā & bene, quod feudum paternum remanſit, nec eſt nouum conſtitutum, ſed potius uetus reconciliatum, ut in titu. nouum, non paternum, §. quidam. & ad hoc facit ff. de ſolu. l. qui ſic ſoluit. ff. de preca. l. ſed ſi manente ff. de impenſis in re. do. fac. l. quod dicitur. ff. de peculio. l. pecul. §. ſi ære. ff. de liber. & poſthu. l. filio. Ex his legibus ſumi poteſt argumen. pro & contra. an vaſallus, qui commiſit culpam contra dominum & dominus ei remiſerit debeat de nouo inueſtituram facere dominus, & fidelitatem vaſallus videtur quod ſic, argumen. ff. de excuſa. tuto. l. Titius in prin. ff. de milit. teſta l. in fraudem, §. primo, § de pręcario, l. ſed ſi manente, in fine. ff. de iure dotium, l. diuus in fi. puto tamen ꝙ non, quia licet cauſam commiſit, non tamen amiſit: ſed per eam poteſt amittere ſi conuincatur, vt notaui in ſumma, ſupra, tit. quib. mod. feu. amit. §. illud tamen ſciendum, & §. ſed quæritur, nunquid frater in feud. & §. aliquando tamē, in fi. Vnde ſola remiſsio cauſę ſufficit, nec eſt neceſſaria noua conceſſio, arg. ff. de peculio, l. peculium, primo reſponſo, §. ſi hęre. ff. de precario, l. ſed ſi manente, in prin. argum. ff. ad Trebel. ſenatusconſul. l. Pomponius. Et vbi datur vt reddatur non transfertur dominium, vel ius, (vt ff. de ſoluto. l. qui ſic ſoluit) ſed poſſeſſio tantum, vt ff. de acquiren. poſſeſſione. l. ſi quis vi, in fine.

Si vero contentio eſt inter dominum & vaſallum de incremento, ſi quidem dominus inueſtiuit eum de manſo vno, & vaſallus dicat, omne incrementum ad ſe pertinere propter inueſtituram ſibi factam manſi, ſi dominus reſeruauit ſibi aliquid in ipſa, certe tunc oportebit vaſallum probare inueſtituram incrementi per pares curtis, vel breue teſtatum ſi ſunt pares, ſinautem per alios, & hoc cum vaſallus non eſt in poſſeſſione īcrementi. Si uero eſt ī poſſeſſione incremēti, tūc nō oportebit ꝓbare ꝑ pares curtis vel breue teſtatū, ſed iurare ſufficiat. Si vero dñs nihil ī ipſa curte retinuit, tūc oē incremētū iure feudi retinet vaſallus: diſtinctio tñ eo, poſſit incrementū ſubſiſtere per ſe vel non. Si non poteſt, tunc vaſallo accreſcat ſi ſubſiſtere per ſe poteſt, tunc ſubdiſtinguo, vtrum incremētum ſit coniunctum vel ſeparatum. Si coniunctum, ad vaſallum ſpectat, & tunc dicitur incrementum & non nouum: ſi non eſt coniunctum, tunc ad dominum, niſi adiectum eſſet in datione cum incremento, vt argum. ff. ad Trebel. ſenatuſconſul. l. facta, §. ſi hæres argumen. ſupra titu. quib. modis feudum acqui. §. pen. & §. vlti. in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. e contrario. argum. ff. de leg. primo, l. ſi ex toto, in prin. l. quod in rerum. § ii. l. ſeruum, §. ſi arcę. ff. de lega. ſecundo, l. cum fundus, ff. de uſufr. l. idē ſi fundi. arg. ff. de iure dot. l. iiij. & in tit. de feu. & benef. l. de militū ī prin. & §. i. ī ti. explicit liber primus, e. inueſtitura quidem proprie. in titu. qualiter iud. ſit ex. §. ſi inter dñm arg. tamen videretur, quod ſemper ſpectet ad dominum, non ad vaſallum, vt dicitur in agro limitato, ff. de acquirendo rerum do. l. in agris limi. ff. de flumi. l. prima, §. ſi in inſula.

Si tamen feudum ad dominum redeat, redibit & incremētum, vt ſupra titu. quibus modis feud. acqui. §. vlt. argum. ff. de vſufruc. l. ſi fundi, §. hinc vicinus. & hoc uerum eſt de incremēto quod accidit, non ex pecunia uaſalli, & circa hoc require in ſumma ſupra, titulo quibus modis feu. amit. §. nec compēſare, & §. illud tamen non prætermitto. Vbi uero uaſallus habet decimam antiquam eius Eccleſiæ, non poteſt vſucapere noualia, in ti. de feu. & bene. c. tua.

Si vero contentio eſt inter dominum dicentem eſſe feudū, & filiam dicentem eſſe allodium, tunc filia remaneat in poſſeſſione donec iudicetur: probatione vero hinc inde ceſſante electio iuſiurandi detur filiæ. Quidam tamen dicunt & diſtīguunt, quod ſi ibi, ubi ſitum eſt feudū de quo eſt controuerſia, maior pars bonorum uaſalli eſt, ut tūc electio iuriſiuran di detur domino: ſi non eſt maior pars feudi, detur filiæ, vt in ti. ſi de feu. uaſal. fuerit interpel. §. defuncto milite. in tit. hic incipi. conſue. reg. c. hęc ſunt capitula §. ſed ſi inter dominum. & §. item ſi ſit. Idem ſi contentio eſt inter emptorem, qui emit à domino, & vaſallum, vt in titu. de ſucceſ. in feud. §. ſimiliter ſi contentio.

Si uero fuerit cōtentio inter dominum & emptorē, idem dicendum ſecundum quod ſupra, vt in titu. hic incipi. conſuetu. reg. c. hæc ſunt capitula, §. item ſi ſit. Vbi vero contentio eſt inter filiam dicentem allodium, & agnatos dicentes feudum, tunc primo remaneat apud filiam: ſed vtroque in probatione deficiente, datur electio ſacramenti agnatis, dūmodo ſint eius agnationis qui feudum acquiſiuit, (vt in tit. qualiter iura. debe. vaſal. §. ad filias. arg. infra eodem § ſi contentio, in fi.) vt iurent cum duodecim ſacramentalibus, (vt in titu. ſi de feu. vaſal. fuerit interpella. §. inter filiam. in tit. hic incipi. conſuetu. reg. c. i. & c. hæc ſunt capitula, §. item ſciēdū in tit. qui deb. ſucce. in feu. §. ſi contentio.) ſi hoc iudici meli⁹ eſſe videbitur aliquo faciēte pro eis: alioquin pro filia poſſidente iudicandum erit vt in titu. hic incipiunt conſuetu. reg. c. i. §. ſacramentum. & facit pro eis, ſi habent aliud feudum ab eodem domino: vel hoc, vnde eſt quęſtio, eſt in territorio, in quo habet feudum, argu. ſupra, titu. quibus modis feu. acq. §. cum autem, §. ſi feudum quis, in eodem §. ſi contentio, in fi. in titu. hic incip. conſ. reg. c. i. §. ſi inter dominum & vaſallum, & c. hæc ſunt capitula, §. item ſi ſit, in fi. faciat etiā ad hoc ſupra eadem ſumma, §. vt quidem contentio. Si vero eſt inter plures, diuerſos inueſtitures introducentes, tunc iudex requirat a duobus hominibus per ſacramentum, quod fecerunt, quis poſſideat ſine rapina: & ille beneficium ſuum quiete obtineat, niſi in iudicio proprietatis conuincatur, vt in titu. de pace tenen. l. quoniam diuina, §. ſi duo, & §. ſi tres. & in titu. de feu. & benefi. l. ſi duos, in prin. & §. ſi tres.

Qualiter vſus beneficij ſit tenendus.

Caput cxxxix.

Supra dictū eſt, quibus modis feudum acquiſitum amittatur: nunc uidendum eſt qualiter uſus beneficii ſit tenendus. Sed quia ſcimus per id quod notatum eſt ſupra titu. quibus mod. feud. acqui. & acquiſitum amittatur, per conſequentiam ſcire poſſumus, quibus modis feudum acquiſitum retineatur. Vnde ad pręſens omitto. nam ſcito uno contrariorum, ſcitur & reliquum, ut in Inſtitu. de his qui ſui, uel ali. iu. ſunt, §. uideamus. ff. de accu. & inſcrip. l. qui accuſare.

Qualiter

Source : BIU Cujas

Qualiter iudicium feudi ſit examinandum. Caput cxl.

Ad huius tituli ſummam ſufficiat ſumma ſupra, titu.de conten.feudi: vnde ad præſens & iſtam omitto.

De feudi cognitione. Caput cxli.

Titulus iſte ſumma non indiget, nec ex tenore rubricæ ſummari poteſt, ſed id quod in eo titulo continetur, ſatis in ſuperioribus ſummis comprehenditur.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS, ET PRIMA SECVNDÆ principalis.

Quomodo vaſallus fidelitatem iurare debeat. Caput cxlij.

SVpra dictum eſt, quib. modis feudum acquiratur, ſcilicet inueſtitura, ſucceſſione, &c. (vt in titu. hic inci. cõſue.reg.c. j.§. ſciendum, & de ea notaui in ſumma ſupra, titu.quibus modis feud. acq. §.nunc ad propoſitum, cum ſequentib.§.) & poſt inueſtituram debet iurare vaſallus fidelitatẽ: idcirco conſequenter apponitur, qualiter debeat iurare fidelitatẽ vaſallus. Vnde videamus primo, qui debeant iurare fidelitatẽ tam vaſalli quam alii, ſecundo qui non, tertio contra quos, debeant iurare & contra quos nõ, & qui intelligãtur excepti à fidelitate vel ſacramento iurantis.

Quarto qualiter & qua forma debeant iurare.

Quinto quibus dominis ex poſt facto non teneatur adiuuare ex ſacramento.

Generaliter omnis vaſallus debet iurare fidelitatem, vt inſ. codem primo reſponſo, in titu. explicit liber primus, §.nulla inueſtitura in titu.de capi.extraordi.§.beneficium intelligitur, quod ex eo bono, in titu.de ſacra.& for.fideli.l.vaſalli, in prin.in ti.de pace Conſtan §.hanc itaque pacem in decre. diſtin.ca.optatum.in fine.& maxime ſi præſens eſt dominus, in cuius animam iuratur, vt argumen ff.de verb.obli.l.ſi procuratori præſentis. Nam & inueſtitura poteſt dari & accipi per nuncium & procuratorem, vt notaui in ſumma ſupra tit.quibus mod.feudum acqui.§.talis inueſtitura. Et poteſt etiam qs ſeruire per alium prout notaui in ſumma ſupra; quibus mo. feu.acqui.§.ſed quæri conſueuit. Item quia ſacramentum verbo, fit vt in Authen.de man.prin.§.ſed nec,& quis per alium nuncium vel procuratorem obligatur, vt ff.de inſti.act. l.prima.Ita & per ſacramentum alterius cum appellatione tollitur verborum obligatio & ea quæ ſacramento fit, vt ff.de acceptila.l.an inutilis,§.accepto,& l.& per iuſiurandum, in prĩ. Sed qui in cauſſa aliena ſacramentum calumniæ præſtat, in ſuam animam, ſcilicet iurantis iurat, vt in Lombar.de aduoca.l.vlt.in fi.in tit.extra de iuramen.calum c.j.§.penu.c.in pertractandis.c.imperatoris,& c.cum in cauſſa. Et cum libro dẽt iurare vaſallus, non neceſſitate, ſed in ſignum fidelitatis memorię cauſſa, (vt in tit.de capi.extraor.§ librum autem.) vel ſupra capſam reliquiarum, arg.in lege Alemanorum, in titulo, de iuratoribus, quales & quantos. Item iurat domeſticus, vel familiaris, vel ex eo quod iuriſdictioni ſubiacet alicui, vel ex eo q̃ ſuſcipit dignitatem, vel adminiſtrationem, vel confirmationem dignitatis ſeu adminiſtrationis, vt in eod.ti. §.j.in titu.de ſacra.& for.fide.c.ſi quis laicus, & c.ego Epiſcopus, & c.domino Ioanni & c.retulit,& c.veritas,c.ea re credimus,c.cum clerici,c.Placentini,c.ſi diligenti, cap.grau. & dolorem,c.peritio. & l.iuſiurandum,& l.vaſalli,in verſi.cæteri, & §.primo,& l.i.& l.in nomine Chriſti iuro ego. Et forte familiaris vel domeſticus ideo iurat, quia dominus videtur habere iuriſdictionem in ſuos miniſteriales. argum.in Authen, de quæſtore,§.ſi vero forſan,& coerctionem quandam temperatam in eos habet,argum.ſſ.de offi.eius cui man.eſt iurisdi.l.ſi.& ff.de iuriſdi.om.iudi.l.magiſtratibus,ff. de fur.l.ſeruũ primo reſponſo.C.de agri.& cenſi.l.vlt. in Authen de nup.§. aſſcriptitios autem. in Lombar.qualiter mundu.l.vlt.argu.ff. de iniuriis,l.item apud §.adiicitur aduerſus,& l.prætor,§.præterea,& l.non ſolũ,§.quanquam,& §.leuis. Et debent iurare fidelitatem non ſolum domino, ſed etiam eius coniugi, vt argu ff.de liber.cau.l.vlti §.licet, in titu.de ſacr.& for. fideli. l.iuſiurandum.in Authen.de iureiu.quod præſtatur ab his, in prĩci.(quæ particeps eſt conſilii viri ſui, vt in Authen .vt iudices, ſine quoquo ſuffra.§.hæc omnia. Nam & priuatur feudo, ſi cum ea cubauerit, vt ſupra tit.quibus modis feu.amitt. §. j.& iure prohiberi videtur,& offendi ſi vxor prohibeatur, (vt ff. de verbo.oblig.l.ſi ſtipulatus fuero per te argu.ff.de vſu & habi.l.cæterarum,ff.de ſerui.ruſtic.prædl. pater filiæ, & eodem priuilegio vtitur quo vir eius, vt ff.de legi.& conſti l. princeps ff.de iure fiſ.l.fiſcus,§.quodcunq;. C.de incolis,l.vltima. C. de dignitatib l.mulieres.argumen.ff.de penu.lega.l.3. ff. de offic. præfec.vrb.l.i.§.cum patronus. Idem & in alis ſunt participes conſilii domini, argumen. C.ad l.Iul.maieſta.l.quiſquis, primo reſponſo.

Nunquid & filio domini debeat vaſallus iurare? Reſpondeo, videtur quod ſic: quid enim intereſt, fiat iniuria ipſi domino, an eius filio? quaſi dicat nihil, argum.ff.de natalib. reſtitu,l.pen.& argumen.in titu de ſacra.& for.fide.ca.ego Epiſcopus i.reſpon.& in c. retulit,& c.veritatis & argum.ſupra tit. quibus mod feu.amit.§ i.& argum.ff. de quæſt. l.de minore, §.j.C.de quæſt.l ij.ff.de verbo.obl.l.licet inter geſta,§.i. & §.ij. ff.de excuſa.tulo.l.libertum,in prin.& §.i.& argumẽ.ff.quę in frau.credi.l.ſi pater filio.ff.de ritu nup.l.filio.i.reſpon.ff.ad Senatuſcon.Sylla.l.i.§.domini appellatione & filiusfam.Similiter vaſallus filii debet patrem eius reuereri. vt in prædictis ll. licet obſtet argumẽ.ff.de verbo.ſigni.l.licet,§. ſecundo, ff. de ritu.nup.l.in eo,§.i.ff.de lega.iii.l.pater filium,§. i. Nam eodẽ priuilegio vtitur filius quo vtitur pater, quouſque cum patre moratur, vt argum.C.de priuileg.ſcholarium,l.quotiens, j.reſpon.C.de agentibus in reb.l.vlt.§.i.argum.ff.de penu leg. l 3.primo reſpon. argum.ff de offi.prefec.vrb.l.i.§. cum patronus.C.de priuileg.eorum qui in ſacro pala.l.i.C.de proxi.ſac. ſcri.l.in ſacris noſtris.C.de profeſſo. & medi.l.medicos,ff. ſo. lu.matri.l.etiam.i.reſp.in Authen.vt exact.inſtante do.§.ſi vero nihil, & ita priuatur feudo vaſallus ſi cum filia domini cubat, quemadmodum ſi cum vxore, (ſupra titu.quibus modis feu.amit.§.primo,& quia magis de filiis parentes terreantur quam de ſeipſis, vt ſeipſis, vi ff.quod metus cau. l. iſti quidem,in fi.in Inſti.de noxa.§. vlt.& ex voto omnia acquirunt filiis, vt ff.unde liberi,l.ſcripto,in fi.& gemina eſt pietas patris circa filios, (vt ff.de liber.ho.exhi.l.3.§.ii eũ & amiciſſimus & fideliſſimus dicitur filiorum, vt ff. de excuſ.tut l.amiciſſimos. & eadem perſona cenſetur pater,& filius, vt in Inſti.de inuti. ſtipula.§.ſi ei qui tuo.C.de impub.& aliis ſubſti.l. vlt. & nihil preciotius eſt parentibus, quam filii non ingrati,& ab eis honorari, vt in Authen.vt cum de appella.cog.§.ſi tales, in fi.& filios ſuſcipere honores, maior laus eſt parentibus, in Auth. conſtitutio.quæ de digni.§.propterea,in fi.Et ad hoc editur filius, vt patri memoriam conſeruet, vt ff.de verbo.ſig.l libero rum,in fi.facit etiam q̃ filio debeat iurare, C.de in ius vocã. l.ii.vel dic quòd filio poteſt iurare, ſi vult uiuẽte domino: ſed non cogitur, niſi demum poſt mortem patris, vt in titu.de pace Conſtan.§.in ciuitate,in fi.in ti.hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula,j. reſp.in ti.de feu.& benefi.l.quicunq; igitur, §. nemo miles.in ti.qualiter vſus bene ſit tenen §.ſancimus, vt nemo miles, vltra.ſi eius exiſtat hæres, vt ar.ff.de oper.libert.l. cum patronus,§.primo. Nunquid & aliis familiaribus domini vel miniſterialibus vel ſeruientibus? Reſpondeo uidetur q̃ ſic: cum vtantur priuilegio domini, vt arg. C.de dignitatib. l. ſenatorum.C.de priuilegiis ſchola.l.quocunque, primo reſp. & §. ſed quod,& l.iij.§.i.ff.de leg.3.l.cũ quæritur,§.i. ff.de vulga.ſubſti.l.ſi plures,§.pe.in fi.ff.de ope.lib.l.ſi libertum artem, in ti.de feu.& bene.c.in quibuſdam.& ad hoc etiam facit, qđ notaui in ſumma infra, ti.de pace tenen.§. ſed ſi poſt compoſitionem ſupra tit.quib.mod.feu.amit. §. & non ſolum videtur,& §. ſed quid ſi dominus,& § itẽ ſi vaſal.& §.item ſi filius. Vel dic quod non debet eis iurare, ſed dominum adiuuare de eorum facto,& de non offendendo eis teneatur. Nam non reperio quòd filius vaſalli viuentis debeat domino iurare, ſed tenetur non offendere, vt in titulo, de feu.& benefi.l.imperialem.§.inſuper.

Fidelitatẽ non iurant vaſalli, qui feudum acceperunt eo pacto vt feudum ſit ſine fidelitate, vt ſupra titu. prox. §. nulla inueſtitura in tit.de capi.extraordi. §. beneficium intelligitur quaſi ex bono,in fi.eiſdem tamen culpis amittitur ac ſi iuraſſet, vt in prædicto titu.ff.de mili.teſt.l.ex militari,primo reſp. in fi.Nam graue eſt fidem ſallere, vt ff.de conſt.pec.l.j. primo reſponſo. Item quando modicum eſt feudum vel paruum reſpectu dantis & accipientis; vnde non eſt veriſimile dominum uel uaſallum cogitaſſe de fidelitate, vt in tit. de capi. extraord.§.de fidelitate.& facit etiam ad hoc argum.ff.de in integ.reſti.l.ſcio.ff.de iudi.l.ſed & ſi,§.i.ff.quod cum eo qui in ali.poteſt l.ii. & iij.ff.de donat.inter uirum & uxorem,l. utrum

& de

Source : BIU Cujas

& de hoc etiam tractatur in ſumma, in titu. quibus mo. feu. acqui. §. feudum autem dicitur, & §. facta autem inueſtitura. Item vbi quæſtio eſt inter dominum & vaſallum de feudo, domino dicente non eſſe feudum, debet iterum dominus inueſtire vaſallum de ſuo recto feudo, ne interium aliquod periculum immineat propter inueſtituram non petitā. arg. ff. ad Treb. ſenatuſcon. l. ille a quo, §. de teſtamento, in verſi. ſed quid ſi fieri. & facit ad hoc, quod notatur plene ſupra in ſumma, in titu. quibus mo d. feudum acqui. §. facta autem, & §. aliquando tamen ex tali. ſupra de conten. feu. §. vt ſi quidem. ſed vaſallus interim non debet iurare fidelitatem, vt in titu. nouum, non pater. §. quæſitum. Vel vbi dominus petit fidelitatem à vaſallo, & vaſallus dicat ſeſe facturum, quod pares de fidelitate laudauerint: vel vult facere ea forma, ſecundum quod pater eius fecerat, vt in titu. de capi. extraordi. §. euenit, & §. quicunque.

Item minor qui nondum capax doli eſt, vel impubes ſeu infans, non tenetur iurare fidelitatem per ſe vel per alium, donec intrauerit maiorem ætatem, in qua capax doli ſit, quod intelligo quatuordecim annorum, (vt in tit. ſi de feu. vaſal. fue. interpell. §. ſi minori, & §. ſi quis deceſſerit. in tit. de feu. & benefi. l. imperialem, §. præterea ſi quis in titu. de pace tenen. l. hac edictali, §. item ſciendum. in Lōbar. qualiter quis ſe defen. deb. l. vt infantes. in decretis, xxiij. q. v. c. paruuli, &c. pueri. argu. ff. de in lit. iur. l. videamus, primo reſponſo. argu. ff. de teſt. l. iij. §. l. Iulia. licet aliud ſit Vandalica lege, vt in d. l. vt infantes. Vel in operis infanti manumiſſo impoſitis & ſacramento promiſſis, (vt ff. de liber. cau. l. vlt. §. in eum) & maxime ſi eſt librarius numiculator vel calculator, argu. ff. de operis liber. l. vt iur. §. dabitur. Nam licet dicatur quod infantis nullę ſint operæ, aliquatenus tamen ſunt, vt ff. de vſufru. l. arborib. & l. de illo. ff. de operis ſeruorum, l. vlti. ff. de rei vendi. l. cæterum. Rudes enim aptiores ſunt ad officia & miniſteria addiſcenda, q̄ ſenes, vt ff. de ędil. edic. l. precipiunt vn de in addiſcendo ætas ſpectatur, vt ff. de lega. iij. l. Stichus liber, de qua etiam materia tractatur in ſumma ſup. ti. quib. mo feu. amit. §. excuſatur autem vaſallus. vel cum particeps ſceleris dicatur, vel ad pedes domini occiſi erat, vel reus cōuincitur aliquibus argumentis: quibus caſibus minor xiiii. ann. ad teſtimonium recipitur cum tormentis, vel ſaltem terendus eſt vt habena & ferula cædatur, vt argu. ff. de quæſtionibus, l. de minore, primo reſpon. & l. ex libero, §. primo, & l. vnius, primo reſpon. in fi. ff. ad Senatuſconſul. Sylla. l. ii. §. impubes, & l. excipiuntur. vel intelligas illam maiorem ætatem, ſcil. xvi. annorum, (vt arg. in titu. de ſacra. & for. fideli. l. vaſalli, primo reſpon. in tit. de pace Conſtan. §. conſules qui in ciuitatibus.) vel xviij. annis, (argu. in titu. de pace tenen. l. hac edictali, primo reſpon.) quia dicitur eſſe in plena pubertate, & quoniam legitimæ ætatis etiam poſtulare poſſit, & mutuam pecuniam cum legitima obligatione ſuſcipere, vt in Inſti. de adop. §. minorē natu, in Inſtitut. ex quibus cau. manumit. non licet, §. vltimo. in Authen. vt cum de appella. cog. §. hanc autem pœnam) & infra iſtam ætatem dicitur puer, vt ff. de alimen. lega. l. Mela. primo reſpon. Item qui ſemel. iurauit predeceſſori, non debet iurare ſucceſſori, (vt in titu. de ſac. & for. fide. c. veritatis.) inueſtituram tamen debet petere ab eis, vt in titu. hic inci. conſue. reg. c. hęc ſunt capitula, in prin. in titu. de feu. & bene. l. imperialem, §. præterea ſi quis in feuda, & c. per literas. in titu. de pace Conſtan. §. in ciuitate, in fi. in decretis, xii. q. ii. c. longinquitate. Sed vbi dominus licite in alium tranſtulit proprietatē, vaſallus debet emptori iurare, quamuis primo domino iurauerit, argumen. ff. quemadmodum vſufruc. caueat. l. omnes, §. fina. Item non præſtatur fidelitas vel homagium pro ſpiritualibus, quia in dignum eſſet præſtari, vt in titu. de forma fideli. & ſacra. c. ex diligenti. & c. retulit, & c. indignum. Sed forte ſacramentum factum ſuper his debet obſeruari, & puniri ſi contra fiat, vt in titu. de ſacr. & for. fideli. c. grauem & dolorem. Item clerici non debent iurare fidelitatem laico, cum nihil temporale ab eo obtineat, (vt in prę̄d. titu. c. minis de iura. argum. in Lombar. de aduoc. & vice dominis, l. Henricus. C. de Epiſco. & clerici. §. quod ſi lis. in titu. extra. de iura. calum. c. i. primo reſponſo. in fi.) niſi faciant principi ſeculari, quod contra ipſum non erunt, vt in titu. de ſacra. & for. f. de. c. petitio. Item remittitur ſacramentum illis perſonis, quæ non ſunt vaſalli, & debent iurare fidelitatem, vt in titu. de ſacra. & for. fidel. l. vaſalli, i. reſpon. in titu. de pace Conſtan. § conſules, & §. ſi qui ex parte. ſimilia in Lombar. de rebus intercia. l. de eo homine. ff. ad munici. l. vlt. i. reſpon.

Item remittitur ſeruis, vt in tit. de ſacr. & for. fid. l. in nomine Chriſti iuro, in fi. & arg. in titu. de feu. & bene. l. vt ſerui. & de materia huius §. tractatur in ſumma, in tit. quib. mo. feu. acqui. §. facta autem inuiſtitura.

Iurare autem debet cōtra omnes homines, & contra fratrem, & etiam filium, cum eum teneatur deducere ad ſatisfactionem ſaluo ſuo ordine, præter quam contra antiquiorem dominū: quamuis pater debeat filiū in omnibus tueri, (vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, §. quod deinde, in fi.) & alias dicatur quod auus tutor ratione ſummæ affectionis eius nepotis excipi debeat ab aliis tutoribus, (vt ff. de ritu nup. l pe nul. §. primo, & in titu. hic incip. conſue. reg. c. i. §. contra omnes, in titu. de ſacra. & forma fide. c. ego Epiſcopus. Papatum, & c. qui fidelitatem, in fi. argu. ff. loca. & conduc. l. in operis. in titu. de feu. & benef. l. imperialem, §. inſuper, & §. illud. arg. ff. de operis liber. l. eius, & l. hæc demum, primo reſponſo, in ſi.) quia licet ambo domini ſint eiuſdem honoris. prior tamen præfertur, arg. C. de cōſulib. l. prima. Item quid ſi habet proprium dominū per ſe acquiſitum, & poſtea ex ſucceſſione habet alium qui fuit antiquior, quē debet præferre in ſacramento? reſpondeo, dic vt notaui in ſumma ſupra de ſucce. feud. §. conſuetum. Item poteſt contra patrem, argu. ff. de bonis liber. l. qui cum maior, §. prouocatus. Sacramentum, etiam militare non auferat patriam poteſtatem, vt C. de caſtren. pec. l. iii. vel contra prius ſacramentum licitum, vt in titulo de ſacra. & for. fide. c. intelligo. & in titu. extra de iureiur. c. veniens ad pœnitentiam. Item præter Principem & Imperatorem, (vt in titu. de ſacra. & for. fide. c. illud, & c. qui fidelitatem, in u c. eſt & alia. in titulo de feud. & benefi. l. imperialem, §. vlti. & argum. in Auth. vt cum de appel. cog. §. cauſas, in verſi. ſi eos (quia princeps omni creaturæ eſt prę̄ferendus, vt in titu. extra de maio. & obe. c. ſolitæ, in princ. & §. quod autem ſequitur. Magna enim regi ſecreta ab vniuerſis debentur, & imperio, (vt C. de ope. public. l. quicunque locus.) & maxime a proximis ſacrorum, quib. arcana noſtræ, pietatis merito committuntur, vt C. de proxi. ſac. ſcri. l. magiſtros. Item prę̄terquam contra honorem Eccleſię, vel contra dominum & eius ſacros, vt in titu. de ſacramen. & for. fide. c. iuratos, in fin. & capitu. ætate, primo reſponſo, & in fin. & capi. petitum.

Item præterquam contra ſuperiorem, vt in tit. extra de iureiuran. c. veniens ad ſedem, circa fi. Nam quod minus eſt, cedit maiori, (vt ff. de auro & argen. lega. l. & ſi non fuerit, §. per ueniamus. (vt ait Cato, Cede locum maiori. Itē minores celſioribus viris honorem debent præſtare, vt C. de offi. diuer. iudi. l. prima & ſecunda. Item quod maius eſt, minori præfertur, vt C. de ordi. cog. l. vltima. Item præterquam contra patriam, ſuam, quia quilibet ſuam patriam defendere debet, vt in Lōbar. de his qui ad patriam defend. l. prima, & vltima, & argumentum in Authen. vt cum de ap. cogno. §. cauſſas, in verſ. ſi eos. argumen. ff. de religio. & ſumpt. l. minime. Nec pater iure patrię poteſtatis poteſt reſiſtere filio, quominus patriæ obſequatur, vt ſt. de muner. & hono. l. iii. §. filius, & l. honor, §. plebei. nec ſacramentum militis aufert patriam poteſtatem, vt C. de caſtrenſi pecu. l. errat, quamuis diſciplina caſtrorum antiquior fuerit parentibus Romanis, quam charitas etiam, liberorum, vt ff. de cap. & poſtli. reuer. l. poſtliminium eſt, §. filiusfamil. Item prę̄terquam contra illas perſonas, cōtra quas non tenetur dominum adiuuare, de quibus notaui in ſumma ſ̄. ti. quib. mo. feu. ami. §. excuſatur etiam vaſal. cum ſequē tib. §. & de materia huius §. plene ſimiliter etiam prędenotat quę in hoc deficiunt.

Iurant autem vaſalli, ſicut vaſalli cœteri tāquam ciues & ſubiecti domeſtici, vt in titu. de ſac. & for. fide. l. vaſalli, primo reſponſo, & §. primo, & in titul. de pacę Conſtan. §. conſules. Forma autem vaſalli hæc eſt, quod ſex iurat capitula: videlicet dominum habebit incolumem, tutum, honeſtum, vtilē, facilem, poſſibilem, quę omnia exponunt̄, vt in tit. de ſacra. & for. fidel. l. vaſalli. primo reſponſo. c. de forma. vel uerius iurant (quod idem eſt, quod ſupra,) ſcilicet, ab hac hora in antea vſque ad vltimam vitæ diem erit fidelis domino contra omnem hominem, excepto Imperatore: vel expreſſius ponuntur capitula, prout dicitur in eodem tit. primo, reſp. in tit. de ſacr. & for. fide. c. cum clerici. & c. fidelitatē, & c. eſt & alia de nouo, & ſunt hæc, vt id quod ſub debito fidelitatis ei miſsū fuerit in credentia a domino, ad damnum domini non manifeſtabit ſine licentia, domini, vt in eod. titu. i. reſpon. de ſac. & forma fide. c. de forma, §. tutum eſt, & c. ego Epiſcopus, §. conſilium, & c. qui fidelitatem, c. eſt & alia, circa fi. & argum. in titu. qualiter vſus bene. ſit tenen. §. ſi capitanei argumen. ff. de re mili. l. omne delictum, §. exploratores, & circa hoc req̄re in ſumma ſupra, quib. mod. feu. amit. §. item amittit, ſi credentiam, & §. item amittit, ſi aliquam felo. & videtur, q̄ plus delinquit vbi fidem ſacramenti rumpit, quam alibi, vt argu. ff. de teſta. mili. l. ex militari, primo reſponſo, in fine. Item non erit in damnum domino de corde ſuo, nec in conſilio, nec in facto vt vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione, vt in eodem, §. primo. in titu. de ſacr. & for. fide. c. de forma, §. honeſtum, & c. ſi quis laicus, & c. ego Epiſcopus, §. Papatum

Source : BIU Cujas

patum,& c.tibi domino Ioanni,& l.in nomine Chriſti iuro, & c.qui fidelitatem,& c.eſt & alia.§.iuro.Item vt poſſeſſiones ſuas perdat,vel grauem iacturam patrimonii:ſed defender,& manutenebit, & recuperare adiuuabit,vt in titu. de ſacra. & forma fide.§.vtile,& c.ego Epiſcopus,§.Papatum,& c.tibi domino Ioanni,& l.vaſalli,§.omnes de ſocietate, & l.in nomine Chriſti,& c.eſt alia,§.iuro.ad hoc etiam facit quod notaui in ſumma ſupra,quibus modis feudum amit.§.item ſi ſcit aſſaltum, &§. item ſi delator. Item ne faciat domino difficile vel impoſſibile quod ei erat facile poſſibile,vt in tit.de ſac. & for.fide.c.de forma,§.facile.Item quod dominū de iuſta guerra adiuuabit,vel ſi iuſte voluerit alium offendere,ſi tamen re quiſitus fuerit,vel ſine requiſitione, ſi immineret ei periculū quod eum adiuuabit:& ſi non potuerit, quod citius ei pādet, vt in tit.de ſacr. & for.fide.c.de forma,§.ſed quia,& ca. in nomine Chriſti.& c.qui fidelitatem,& c.eſt & alia.§.iuro, in tit. qui.modis feu.amit.§.item ſi vaſallus,in tit.hic incip.con.reg. primo reſponſo, & ad hoc etiam facit quod notaui in ſumma ſupra,quibus modis feu.amit §.item ſi ſcit aſſaltum, & §. & debet adiuuare,cum ſequentibus §.Item quod veritatem dicet,ſi teſtis fuerit datus,dum controuerſia eſſet inter dominum & alium vaſallum,vt argumen.in titu.explicit liber primus,§.ſi enim domino. in titu.de cap.extraord.§ notandum eſt quod de omni. Item quod ſi quæſtio fuerit inter dominū & alium vaſallum,& pro pari electus fuerit ad cognitionem cauſſæ,iuſte cognoſcet,argumen.in ti.de feu.& benefi.l.imperialem,§ præterea ſi de feudo, & quod domino iuſtitiam faciet,vt in ti.in quib.ca.feu.amit.§.illud,ar.in Lomb.de officio iudi.l.de vniuerſali,in fi.& facit ad hoc, quod notaui in ſumma ſupra,quibus modis feu.ami.§.item quid ſi vaſallus contra dominum.Ex ſtatuto tamen Veronæ conſulatus vel alterius magiſtratus non poteſt de cauſſa domini cuius eſt vaſallus,cognoſcere.Idem eſt econtrario,vt in ti.de feu. & benefi. c.in ſtatutis,ca.cauſſam illius. Item quod omni anno ſeruiet domino,niſi iuſte impediatur,vt ar.in ti.de feu.& benefi.l. de militum,§.primo, & l.vaſalli,primo reſp.Alii vero qui iurāt fidelitatem ratione adminiſtrationis,vel dignitatis, ſeu confirmationis earundem,vel ratione ſubiectionis iurisdictioni iurare debent cum forma,quę eſt in eo.§.j.in ti.de ſacr.& for. fide.c.ego Epiſcopus,c.tibi domino Ioanni, c.cū clerici Placentini,c.petitio,& l.iuſiurandum,& c.vaſalli,§.omnes de ſocietate,& l.in nomine Chriſti iuro,c.& sūt hæc capitula, vbi incipit,& ſunt hæc capitula,quæ in ſacramento huius continentur,ſcilicet id quod ſuperius in alio ſacramento continetur in primo capitu.vbi incipit,& ſunt hęc capitula, & in ca. 2.3.4.& 6.

Item ſi eſt Epiſcopus, quod vocatus ad ſynodum, niſi impeditus fuerit,ibit,& legatum Apoſtolicę ſedis in eundo & redeundo honor.fice tractabit,& in ſuis neceſſitatibus adiuuabit,nec per hoc timebit ſimoniam : & limina Apoſtolorum ſingulis annis per ſe vel per alium viſitabit, niſi licentia fuerit abſolutus,vt in ti de ſacra.& for.fide.c. ego Epiſcopus, §. legatum,§. Apoſtolorum.in ti.extra de ſimo. c. & ſi quæ tiones.Item ſi eſt in adminiſtratione,quod ipſe erit Catholicus (vt in ti.de ſacr.& for.fide.l iuſiurandum) &dominum timēs, argum.in Lombar.de offi iu. l.vlt.Item pro defenſione fidei, iurabit & quod hæreticos expellet,vt in prædicto. c. ſi dominus.in titu.de priuil.Eccleſiarum,l.ad honorem, §.ſtatuimus etiam,& §.ſi vero dominus.

Ex ſacramento autem fidelitatis facto nō tenetur vaſallus domino, ſi voluntate vtriuſque ſeparatio feudi facta fuerit, vt in tit.de cap.extraor.§ qui fidelitatem iurant,vel vbi dominus proprietatem vendidit,(arg ff.loca. & conduc. l. qui fundum,ff.vſufructu quemad.caue.l.omnes,§.vlti.) vel quando vaſallus obligauit feudum domino vt dominus vtatur fructibus,vt in tit.de feu.& bene.c. inſinuationem. & ad hoc facit in ſumma ſupra,quib.mod.feu.amit §. quæritur an poſſit vendere,in fi.§.vaſallus tamen peritus,ſupra quib. mod.feu.d. acqui.§ quod ſi dominus rem. Vel ſi dominus excommunicatus fuerit,&per hoc vaſallus abſolutus.vt in ti.hic īci.conſ. reg.i.reſpon.in tit.de ſac.& for.fide.c.nos ſanctorum,& c.iuratos,& c.grauem capituli ar in Lombar.de excommunicatis ab Epſcopo.l.j.Vel ſi dominus eſt hęreticus,vel terram ſuam non purgat ab hæretica fœditate,vt in prædicto tit.c.ſi dominus temporalis,& c.abſolutus.ar.in ti.extra de iureiu.c.quem admodum,§.illud. ar.C.de Epiſ.aud.l.ſi legi.C.de ſponſa.l.vlt. §.his quoque.vel ſi aliqua ratione(vel quia diſſipat, uel quia inutilis eſt,)fuerit a dignitate depoſitus,& per hoc vaſalli abſoluti a fidelitate,vt in ti.de ſac.& forma fi.c.a fidelitatis,& c. alius.in ti extra de elect.& elec.po. c.venerabilem,§.ſciunt,& §.vlt.Vel ſi dominus bannitus eſt a Rege vel Principe, ut in titu.hic incipiunt conſuetu.reg.primo reſpon.argum.in Lōbar.de fur.l.Comes qui latro.& ſuper his etiam conſidera, q̄ notaui in ſumma,ſupra quib.mod.feudum acqui. §. feudum autem dicitur a fide,& ſupra, quius modis feud.amit.§.& debet adiuuare.nam ſacrilegus, excommunicatus. tyrannus,fatuus,hæreticus,atque paganus non eſt vngendus,eligēdus,cō ſecrandus,atq; coronandus, vt in ti.extra de elect.& ele.pote. c.venerabilem, §.nunquid enim.Vel in eo quod priori ſacramento licito videtur obuiare,vt in ti.de ſacr.& for.fide. c. intellecto.in ti.extra de iureiur.c.veniens ad pœnitentiam, vel obuiat ei ſacramento,quod de iure facere tenetur,licet poſtea ſequatur,vt in ti.de ſac.& forma fide.c.ea re credimus, vel ex conceſſa cauſſa deferat ſacramentum,argu. ff.qui ſatiſda. cog.l.vlti.vel ſi iurauit fidelitatem ipe feudi tradendi, qui nō traditur, argumen. C.de non nume.pecu. l.indubitati. & ad hoc etiam inquire,quæ notaui in ſumma ſupra, quibus mo. feu.acqui.§.quod ſi dominus rem non tradiderit.nam & qui ſub conditione iurat alicui, non tenetur ex ſacramento, ſi conſtat illum minime conditioni paruiſſe,ut in titu.extra de iureiur.c.2.uel ſi ſacramentum eſt temerarium vt in titu. extra de iureiu.c.quemadmodū,§.illud. Poſſunt & alii omnes caſus notari,vbi vaſallus excuſatur ſi domino non ſeruiat, prout illos caſus notaui in ſumma ſupra,quibus modis feudum amit.§.excuſatur autem vaſallus,cum ſequentibus §.vſque ad §.idem ſi vaſallus ab hærede. Sunt etiam quàm plures §§. ſupra in ſumma de ſuc.feu. qui adhuc poſſent notari, ſcilicet §. adhuc etiam quæritur, §.conſuevit, §. ſimilis quæſtio, §. item dubitari,§.ſed vbi dominus,§.vbi autem a pluribus,§.ſed quęritur an teneatur, §.Py. tamen in ſupraſcriptis, §.ſi vero iurauerit.

In fine notaui quod ex vi iuramenti fidelitatis vaſallus debet pecuniariter auxiliari in ſex.Primo pro exercitu imperiali ſecundum qualitatem & quantitatem ſui feudi. Secundo p̄ corredo imperiali, vt quando imperator tranſit per locū,dā tur ei expenſæ:& in his duobus caſibus ſeruitur pro honore curiæ.Tertio pro filia maritanda.Quarto pro ſe vel filio milite faciendo.Quinto ſi dominus fuerit captiuus,tenetur vaſallus pro eo redimēdo cōferre.Sexto pro emēda aliqua villa vel terra ſecundum Rofredum Beneuentanum,ſed hoc legibus vel feudorum conſuetudinibus non comprobatur,ſed potest dici quod quando Imperator vadit Romam ad ſuſcipiendum imperii coronam,quod vaſallus domino ſuo eunti cum principe debet auxiliari ſecundum quantitatem feudi vel ſalte.n.vſque ad dimidiam redditus feudi vnius anni, vt in tit.de feu & benef. l.ad hoc qui allodium, §. vt equitas, & l.imperialem.§.firmiter.vel in Alemania terriam partem frugum illius anni,quę honeſte faciunt in Lomb. de modio xii.den.vt in ti.hic mc.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula, ſimiliter in hoſtenditiis;nam & dominum in hoſte debet adiuuare,(ar.in ti.Lomba.de his qui ad patriam defen.l.prima & ſecunda,& l.ſi igitur)ſi iuſtam habet guerram,vt in ti. hic inci. conſ.reg.in prin.Item tranſeundo dominus per loca vaſalli debet dare hoſpitium,& alimenta,vel alia ad victum neceſſaria iuſto precio & fodrum cōſuetum & coniectum ſuum, vt in Lombar.de Epiſ.& co. adinuicem ſint iurati.l. ii. §. i. in ti.de pace te.l.placuit,§.i. in Lombar. de iterantib.l.de truſte, in ti.de pa.Conſtan.§.nobis iterantibus.in Lomba.de Epiſ.& cle.l.vt miſſi noſtri,in Authen. quot modis opor.mili. tranſitum fa.§.j.in ti.de feu.& bene l.vaſalli vero noſtri.& in neceſſitatib.domini tranſeuntis debet ſubueniri,vt in ti.de ſac.for. fide.c.ego Epiſcopus,§ legatum, & vbicunque neceſſitas exigit adiutorium præſtare,vt in Lombar.de decimis, l.præcipimus,in titu.de feu.& bene. l.præcipimus,in fi.argum.C.de re uo.do.l.i. & ad hoc facit q̄ notaui in ſumma,quibus modis feudum amit.§.item ſupra dicta argumenta, vbi traditur de vaſallo an debeat & teneatur alere dominum. In tertio caſu de filia maritanda non video quare dixit : nam mater nō tenetur filiam dotare, nec filius matrem, nec frater ſororem,ſed munera nuptialia bene conferre, vt C. de iure dot. l.mater.ff.de tutelis & ratio.diſtra.l.i.§.præterea, ff.de adminiſtrat.tutor.l.cum plures, §.cum tutor, & l. tutor ſecundum, §.in ſoluendis.De quarto caſu non video vnde dixit:de quinto vero poteſt arg.induci in Auth.vt cum de appel. cognoſc. §.cauſſas,in ver.ſi quemlibet & de prædictis, & §.ſi vnum.In ſexto non uideo vnde dixit: nam filius non poteſt conueniri pro patre cauſſa munerum ciuilium, vel debiti cauſſa, vt C. ne filius pro patre, l. vel patris. Nam licet filius teneatur patrem alere,non tamen tenetur æs eius ſoluere,ut ff.de alē. liber.l.ſi quis a liberis,§.parens. Item alibi traditur, an vaſallus debeat ſeruire ſuis expenſis, vt in ſumma quibus modis feud.acquir. §. ſi vero fidelis, cum ſequentibus § Item an vaſallus debeat ſeruire cum perſona & rebus,vt in ſumma, quibus modis feudum acquir.

Source : BIU Cujas

ALTERA PARS SECVNDAE PRINCIPALIS.

Quid nouum feudum & paternum.
Caput cxliij.

SVpra dictum eſt, de feudo in genere, & ſæpius facta eſt mentio de feudo nouo & paterno: vnde de eo eſt videndum, primo ſcilicet quid ſit feudum nouum & quid vetus, ſecundo quæ ſit inter ea ſimilitudo, tertio, quæ differentia.

Dicitur autem feudum nouum, quod primo nunc quæritur: paternum vel vetus dicitur quod iam ab anteceſſoribus, eſt quæſitum, vt in ti. hic incip. conſue. reg. c. primo, §. ſi vero, clericus, in titu. qui debeant ſuc. in feu. j. reſpon. Videtur tamē quibuſdam, quod vetus feudum eſt illud, quod nō eſt nouū, puta ſi eſt acquiſitum tranſacto vno anno, vt argum. ff. de vino, tri. & oleo lega. l. ex vſu, & l. non alter, ff. de public. l. interdum, §. quoniam. Sed non eſt ita, quia non conſideratur ſpatium temporis, ſed genus & cauſſa, vt arg. ff. de ædil. edi. l. vlti. §. vlt. Item dicitur noualis, quæ anno ceſſat, vt ff. de verb. ſig. l. ſylua. §. noualis, alias dicitur nouum, nō quod primo ſit, ſed quod priorem modum tranſcendit, (vt in Authen. de ergaſteriis conſtan. §. reliqua,) vel nouum, id eſt, vltimum, vt in titu. extra de cele. miſſ. c. cum Marthæ. non autem q̄ ab initio, eſt conſtitutum, vt in ti. extra de cenſibus, cap. deſcribatur. & maxime paternum, & vnde dicatur: & quod de hac materia contingat, dic vt notaui in ſumma, ſupra quibus mod. feud. acqui. §. feudum ſiue beneficium, §. vel feudum eſt, §. feudum vero paternum, §. dicitur autem beneficium, §. & ſit talis inueſtitura.

Sed quæritur, ſi vaſallus habens vetus beneficium inueſtiatur de aliquo nouo feudo ab eodem domino, adiuncto ad alterum feudum vt habeat illud tanquam antiquum & hæreditarium, ſicut aliud ſuum feudum, nunquid dicetur nouum an vetus? Reſpondeo, videtur q̄ debet dici nouum, & non vetus, argum. ff. de fide inſtrum. l. repetita. C. de dona. ante nupt. l. ſi conſtante, in fine primi reſp. & de pac. l. ſi vnus, §. item dicemus, ff. de contrahend. emp. l. pacta, in fine primi reſpon. ff. de caſtren. pecu. l. ſi forte, in fi. Nam econtrario vetus feudum non fit nouum in prēiudicium cohæredum, vt in eod. §. quidem vaſallus. Sed ego puto, q̄ debeat dici vetus & non nouū, habens formam & naturā veteris feudi, ar. ff. de do. cau. mor. l. ſi aliam, in fine. & l. ſenatus, §. mortis, argu. ff. de pac. l. iurisgētium, §. quod fere. argum. ff. depoſiti, l. prima, §. quod ſi rem, in fi. & l. Lucius. nam acceſſio prioris dicitur, argum. ff. de le. i. l. ſi ex to. i reſpon. & l quod in rerum, §. ſi quis poteſt ſeruum, §. fi. argum. ff. de lega. ii. l. cum fundus in areæ peculium, i. reſpon. ff. de legat. iii. l. ſæpe. ff. de fun. inſtruc. leg. l. iij. primo reſpon. l. ſi mancipia, primo reſponſo. ff. de annu. lega. l. annuam,) & eius naturæ eſſe debet additamētum, cuius eſt prius feudum, argum. ff. de pac. dot. l. inter ſocerum, §. cum inter. & ar. in tit. de cap. extraor. §. beneficia conditionalia. C. de iure dot. l. etiā ſi non, in. fi. ff. de publi. act l. ſi ego, §. idem ait. Acceſſio enim non mutat naturam prioris, argum. ff. de re iu. l. iii. §. ſi ex conuentione. Item & legata ab hærede incipiunt, ſed loco hæreditariarum actionum habentur, vt ff. de actio. & obli. l. hæreditariarum. argu. ff. de ſepara. l quotiens. Nam & vbi dominus augmentat feudum, non habet vaſallus neceſſe de eo iurare cum primo iurauit, (vt notaui in ſumma, ſupra quibus mod. feud. acquir. §. ſed quæritur nunquid frater, & addas hic quæ in illo §. notantur. & vbi nouandi animo inueſtiuit de nouo de feudo veteri cum adiūcto, antiquū remanet vetus, ſicut & fuit, & adiunctum dicetur nouum, argum. ff. de li. leg. l. vlt. argum. ff. qui potio. in pigno. habe. l. creditor acceptis, j. reſpon. Idem poteſt quæri & dici de vaſallo habente feudum vel partem feudi alienauit voluntate etiam domini, & loco illius feudi alienati vaſallus ſuppoſuit de ſuo allodio, vel prētium conuertit in emptionem prædiorum vt eſſent loco feudi quaſi vice permutata dominij, vt non intelligatur diminuiſſe quæ vendidit, arg. ff. de lega. ii. l. Imperator, §. vlt. & l. ſed qd'. & l. Lucius Titius, i. primo reſpon. in fi. ff. de lega. iii. l. qui filiū, §. i. & l. xi. §. ſi rem, in fi. ff. c. e adimen. leg. l. pater, argum. ff. de odi. & demon. l. filiæ ſuæ, ff. i. ff. de iure dot. l. ita conſtante, ff. qd' ſi fuerit, & l. cum vir, §. vlt. & l. ſi is qui, in fi. ff. ſolu. matri. l. ſi cum dotem, in fi. argum. ff. quod me. cau. l. ſi ipſa res. ff. de peculio, l. ſed ſi quis. ff. de tribu. act. l. procurator, ff. non autem, ff. de pet. hēr. l. ſi ipſe, in fi. ff. de vſufr. l. ſi vſusfructus, ff. i. ff. ſi qs omiſ. cau. te. l. ſi quis, in fi. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi donāte, ff. ſponſus, ff. qui poti. in pig. hab. l. creditor acceptis, i. reſpō. ff. de ali. & ciba. lega. l. Caio, i. reſpon. ff. de pigno. l. grege, §. cū pignori. ar. contra, ff. de pet. hære. l. ſed & ſi lege, §. primo. Item ſi feudo aliquid accreſcat, non dicetur nouum, ſed incrementum, vt ar. ff. de iure dot. l. iii. ar. ff. de fideicom. liber. l. generaliter, §. ſi quis alienum, in ver. plane ſi forte, ff. quorum lega. l. ii. j. reſponſo.

Item ſecundum iura eccleſiaſtica feudum non dicitur nouum, vel de nouo qs inueſtire, ſi inueſtiat de feudo ſibi aperto morte vaſalli: vel alienato feudo ab alio vaſallo ſi filium, vel conſanguineum conſortem alienantis inueſtiat, vel cum facile feudū alienatū a vaſallo non poſſit dñs recuperare, poterit aliquē inueſtire vt recuperet, & a dño recognoſcat, vel inueſtiat aliquos benemerentes, licet dñs iurauit ſe non alienaturum, vel infeudaturū de nouo: quod pōt ēt intelligi, niſi poſſeſſiones inutiles alienat vel cōmutat, ut in tit. de feud. & bene. c. ut ſuper poſſeſſiones, & c. ex parte tua, & c. per literas. Si tamen vaſallus dominum occidit, vel clericum eiuſdem, vel mutilauit: filius eius vaſalli vel hæres non poterit de eo feudo, vel de alio ab alio domino vel ſucceſſore inueſtiri, vt in titu. de feudis & benefi. c. ad aures, & c. in quibus, §. primo. Et erit idem iudicandum in vno, quod in alio, niſi aliud ſpecialiter in aliquo ſtatuatur contrarium, argum. C. de natural. liber. l. iij. ſimile, in Inſti. q̄ cum eo, qui in aliena. poſi. reſpon. Differunt autem inter ſe, nam nouum tranſit ad filios & nō ad collaterales, niſi ſpecialiter dictum ſit: paternum vero trā ſit ad collaterales deficientibus deſcendentibus; tamē in neutro caſu aſcendentes poſſunt admitti in vtroque deſcendentes admittuntur, vt in ti. qui. debe. ſuc. in feu. primo reſpon. ſupra titu. j. §. ad filias, inf. eo. primo reſpon. argu. ff. de ritu nup. l. in eo. §. i. & l. filio, in princi. & ad hoc require in ſumma ſupra, de ſuc. feu §. primo & ſecundo vtrum filii, & §. item ſuccedunt collaterales. §. ſi vero eſt paternum, & §. & ſuccedūt collaterales omnes. Item minor poteſt inueſtiri de veteri beneficio, ſed non de nouo, (vt in ti. explicit liber primus, §. inueſtitura, §. noui. maior autem ad vtrunque admittitur, vt ibidem, & de hoc reqnire in ſumma ſupra, quibus modis feu. acqui §. minor etiam, & §. maior admittitur. Item noua inueſtitura debet probari etiam per extraneos, ſed in clerico omnes (ſublata differentia parium & extraneorum) admittuntur, vt ſup. explicit liber primus, §. ſi inueſtitura. in ti. hic inci. conſti. reg. c. i. §. ſi vero clericis; & circa hoc require in ſumma de contē. feu. §. ſi vero vaſallus nō deficiat, §. vbi vero vaſallus, §. in feu. tñ clericōrū, & i ſūma ſup. qb. mod. feu. acq. §. inueſtitura noui feudi. Et erit ſciēdū q̄ de veteri bñficio nō poterit fieri nouū in p̄iudiciū alicuius: & ſi factum fuerit, tunc & vetus cenſebitur, vt infra eodem, §. quidam vaſallus ſupra de ſuc. feu. § primo, argum. ff. de libe. & poſthu. l. filio quem, primo reſpō ſo, in fin. argum. in Authen. de non eligen. ſecundo nuben. §. i. §. colligen. tes. Præiudicatur tamen præiudicanti, repudianti, & conſentienti, vt cohæres inueſtiatur de nouo, (vt ī ti. hic inci. cōſue. regni, hęc ſunt capitula, §. ſi contigerit vaſallum,) in fi. niſi in refutatione adiecerit, vt ſuccedere poſſit vel ſimul inueſtiatur (vt in ti. de capi. extraor. §. quondam vſu contingebat. Simile in patre emancipante filium ſimpliciter vel contracta fiducia, licet idem ſit hodie in vtroque, vt C. de emanci. l. vl. in Inſti. de legi. agna. ſuc. §. vlt. & ad hoc etiam facit qd notaui in ſumma, ſupra de ſucceſ. feu. §. aſcendentes, & §. ſed circa hoc iſtud. Et ſi contingat quod vertatur in dubium, ſit feudum nouum vel paternum dic vt notaui in ſumma ſupra de contentio. feudi. §. ſi vero controuerſia eſt inter dominum, & eum.

In quibus caſibus feudum amittatur. Cap. cxliiij.

Ad huius tituli ſummam Tituli ſūmā ſufficiat, qd' notaui in ſumma ſupra, quib. mo. feudum amit. quod ibi notatur, hic repetatur.

De interpellatione feudi. Cap. cxlv.

Dictum eſt ſuperius de cōtentione feudi, & hoc ponit quaſi ſimile, vnde illa ſumma adiſtum ſufficiat. vel hic dicit de interpellatione, quæ fit a vaſallo ipſi domino propter euictionem feu. vt videtur dicere; inf. eo primo reſp. & §. primo. Et de hac materia traditur in ſumma ſup. quib. mo. feu. acq. §. & nō ſolum poſſunt dari, & §. poſito ſine præiudicio vnde illa ſufficiant ad ſummam huius tituli.

De conſuetudinibus regni. Cap. cxlvi.

Hic titulus non eſt ſummandus per ſe, cum omnes præcedentes & ſequentes poſſunt dici cōſuetudines regni: nec recte poteſt ſummari reſpectu tituli, licet hoc ſolum nota, de conſuetudine feudorum: quia adeo

vim

vim ſuam extendit, quòd vincit leges & rationem, vt in tit. explicit liber primus, primo reſponſo.in titu. de feud. & benef.l.vaſalli qui tempore guerræ,primo reſponſo.& in ſtatutis,de fictis & feud.in tit.de pace Conſtan.§. vaſalli, qui tempore,& de conſuetudine feudorum notaui ſupra, quib.modis feud.acquir.in proœmio,& §.in feudum dare poſſunt.

Qui de conſuetudine regni in feudo ſuccedant. Cap. cxlvij.

Huic ſummæ ſufficiat alia ſumma ſimilis huic ſupra de ſucceſſione feu. & quod ibi notatum eſt,hic repetatur.

Capitula quædam extraordinaria huius doctrinæ feudorum. Cap. cxlviij.

Hæc reſpectu tituli non poſſunt ſummari, ſed ſunt capitula extrauagantia, & alterius compilationis, quæ non erant in ſupra dicta compilatione: & hic ponuntur vt allegari poſſint ſub titulo certo.

Caput. CXLIX.

Summopere mãdare curamus, vt ſi quis aliquem de beneficio inueſtiuerit,quod ille, qui inueſtitus fuerit,non poteſt per proprium uendere, nec pro leuiſſima re locare,nec infeudare,niſi maiorem partem apud ſe retinuerit: & ſi in diſperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare poteſt. Quæ omnia ſi facta fuerint, nullius momenti erunt, & eo defuncto omnia ad priorem dominum reuertuntur: & ſi dominus conqueſtus fuerit paribus, pares auditis rationibus intra anni ſpaciũ expedire faciant:vaſallo non faciente ſatiſdationem, domino dent poſſeſſionem ſaluis ſuis rationibus,niſi diffinitiuã promeruerint ſententiam,Feuda ſcutiferorum,vt ad libitum dominorum poſſint adimi, rationis non eſt, dum tamen ſeruiant ſecundum laudationem curiæ.

Vt inter conditionalia, & non conditionalia aliqua ſit differentia,dicimus ꝙ ſi quis alicui dederit beneficium conditionale, (vtpote quæ dantur propter habitationem) deſerta habitatione beneficium amittetur: & etiam cum certo conſtituuntur ſeruitio,non dato ſeruitio, non poterit retineri beneficium. Quoniam de fidelitate mentionem fecimus, ſuper ea aliquid ſummatim diſpiciamus. Si beneficium eſt ſine fidelitate, & vaſallus aliquid quod ſit contra ſuum dominum fecerit, amittat beneficium laudatione parium: in hoc idem dicimus in his,qui fidelitatem iurant. Si cui militi fidelitas requiſita fuerit à domino, dominus ẽm quoſdam librum militi oſtendere debet,& miles eam facere debet,uel parium laudatione ſtare intra annum:ꝙ niſi factum fuerit, miles ſecundum quoſdam de beneficio damnari poteſt, ꝙ contra præceptum domini Lotharij regis Papiæ datum videtur.Librum autem, ꝙ vaſallo oſtendi ſoleat non neceſſitate fieri,ſed voluntate: eſt enim quoddam ſignum requiſitæ fidelitatis memoriæ cauſa. Et venit aliquando vt vaſallus dicat domino ſe facturum fidelitatem,quam pares laudauerunt:tunc non perdit beneficium, ſi ſtat per dominum,ꝙ faciat curiam. Qui fidelitatem iurant, ſi voluntate vtrorũq; ſeparatio facta fuerit, fidelitas finitur: ſi ſua voluntate vaſallus uel iudicio parium feudum dimiſit,fidelitas durat.

Cùm plures fratres uaſalli paternum habent beneficiũ, donec illud indiuiſum poſſident, una fidelitas, & unum ſeruitium domino fieri debet,ſi vero partitum fuerit, quot partes,tot erunt fidelitates. Seruitia vero non pro partibus, ut unum primum,videlicet grauiora,ſed pro quantitate beneficij moderanda. Plures autem domini, etſi feudum intra ſe diuidant,nullo modo niſi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt. Seruitium uero omnibus nõ grauitate,ſed moderamine faciendum eſt, cum feudum hereditarium uni ex cohæredibus propria culpa auferetur a paribus per iudiciũ, cæteris non præiudicat. Hoc autem ita intell igitur, ut uiuo eo,uel ſuis heredibus feudum ad cæteros uenire non intelligatur. Si contentio fuerit inter dominum & uaſallum, & dominus habuerit aliquam rationem contra uaſallum, & uaſallus contra dominũ,vaſalli ratio prius diſcutiatur: quoniam pares maiorem iuriſdictionem habent de ſuo pari, q̃ de ſuo domino. Generaliter uerum eſt in feudis dominos de euictionibus teneri, aut ſi quis ſciẽs inueſtituram alterius beneficij acquiſierit, eo euicto nullam aduerſus dominum uaſallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem. Vnum quidem non minus utile, ſed ſatis congruum ſuperioribus aduerti, & ex comprobato vſu in ſcriptis bono arbitrio reducere procuraui. Si quis igitur pro uice domicaria, vel uillicaria, & ut dicam pro decania,vel alijs quibuſcunq; angarijs feudum, quod impropriũ eſt,acceperit, niſi ſpecialiter hoc actum ſit inter contrahentes,ideſt nominatim feudum cum honorę ſe.& ita ut non liceat domino auferre,quod datum fuerit,etiamſi adminiſtratio illa auferatur,quod datum penitus ablata adminiſtratione ſine omni obſtaculo auferri liceat. Si autem,quod ſuperius dictum eſt,probare conetur, quodãmodo poſſidere vaſallum a quibuſdam credatur,non iureiurando decidi oporteat, ſed teſtibus uel inſtrumento aliiſve legitimis probationibus cauſa firmiter approbetur. Si qua contentio de beneficio inter aliquos (prout ſæpè fieri ſolet) orta fuerit, ſi unus dominus uel loco domini habeatur,& alter uaſallus, uel loco uaſalli habeatur: ſi per pares ſecundum uſum regni iudicium uentiletur, primò de ſuo recto beneficio inueſtiri debet,& ſi poſſeſſio aliqua perturbata fuerit,modo reſtitui debet. Si alter ex fratribus, qui paternum habeat beneficium, ſuam portionem dederit domino,vel alicui extraneo: dominus uel extraneus tandiu teneat ſine præiudicio,quamdiu ille,qui dedit,hæredem maſculum habuerit: ſi vero ſine hærede deceſſerit,alter frater ſi vixerit, vel eius hęres ſine ullo obſtaculo & temporis præſcriptione beneficium, quod hereditarium eſt, vendicet a quocunque poſſidente. Hoc idem dicimus etſi fratres fuerint, & alter ab altero ex fratrib. acquiſierit:hoc.n.veriſſimum ex vſu comprobato dicimus. Quoddam vſui traditũ recordationis cauſa in ſcriptis ponere procuraui. Si quis igitur habens filium ipſum per dominum inueſtire fecerit, niſi nominatim cum domino pactus fuerit, (vt ſi filius deceſſerit ante patrem, quod feudum ad patrem reuertatur) dicitur defuncto ante patrem filio patrem carere beneficio, & domino acquiri beneficium. Si maritus de feudo ſuę vxoris inueſtiatur ea abſẽte,niſi nominatim quaſi gerendo uxoris negocium inueſtiatur, ſibi acquirit feudum ea ſciente,vel iubente:ſi vero vterq; inſimul inueſtiatur, pro parte ſibi proficiunt, niſi cum iam dicta diſtinctione factum fuerit. Et dicimus etiam vt ſi vnus ante alterum ſine hęrede deceſſerit,quod alterius pars domino acquiratur.

Vnum quidem ſatis uſitatum dicimus, quod ſi aliquis deceſſerit nullo in feudo relicto hærede,ius feudi ad dominum pertinere dicimus:fruges autem extantes non ad dominum, ſed ad filias ipſius vaſalli, vel etiam ad vxorem eius pertinerent: & hac ratione creditor eas retinere poteſt, licet pignus habere non poſſit, & hoc cum diſtinctio. Imperialium conſtitutionum.

In beneficijs, vt in cæteris contractibus preſcriptiones currere, ſatis humanum & rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iuſta traditione acceperit,licet dominus non ſit, cùm uerus dominus in traditione putetur, longi temporis preſcriptione ius ſibi acquirit:ſi uero malam fidem habuerit, nulla ſe poterit tueri præſcriptione,nec etiam de euictione agere poterit. De ingreſſu curię a quibuſdam uaria, ac diuerſa putantur: nos autem, ꝙ ſępius ac rationabiliter in multis curijs & ciuitatibus intel leximus in ſcriptis bonę recordationis cauſa inſerere procurauimus. Quicunq; igitur beneficium per inueſtituram acquiſierit ſine poſſeſſionis traditione,pares ad inueſtiturã habeat,vt pro ipſo veritas diſcernatur, cum controuerſia inde fuerit. Sane ſi poſſidet, alijs quibuſdam adinuetur adminiculis. Veruntamen quia milites inopes vaſalli ſunt,per teſtes vel per breue teſtatum probatio ſatis competens eſt dignoſcitur. Beneficia conditionalia, quę in maioribus curiis a ueteri tempore eſſe noſcuntur,vtpote patriarcharum,archiepiſcoporum,abbatum,abbatiſſarum,ducum,marchionũ, comitum,capitaneorum, ſiue etiam maiorum ualuaſorũ, ſi duobus,tribus,vel deinceps alijs dantur vaſallis: tacitę conditiones eos ſequuntur, niſi nominatim in ipſis traditionib. ipſę conditiones excipiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus, quę nouiter conſtituuntur ad harũ ſimilitudinem veriſſimum fore ſapientibus placet. Si duos fratres in hęredes maſculos & ſęminas de beneficio inueſtituram acceperint,altero decedẽte filia relicta, neptem cum patruo ad feudum uenire dicimus,cùm vnuſquiſq; fratrum ſuę ſoboli bene conſuluit. Si.n. frater ſuus ſine ulla progenie deceſſerit, feudũ non ad ſuperſtitem, ſed ad dñm perueniet: niſi pactũ de ſucceſſione factum foret. Beneficium intelligitur de ueteri, & nouo, & cùm de veteri fit inueſtitura, ſatis ſit ſi de recto beneficio fiat inueſtitura. Hęc autem inueſtitura ab unaquaque perſona fieri poteſt, ſiue ſeculari, ſiue eccleſiaſtica. Si antiquitus eorum conſuetudo fuerit, hęc ſecun-

Source : BIU Cujas

dum quoſdam, & a fęmina, & a minore 15. ann. fit: de nouo ſi fiat inueſtitura, nominatim & de certa re oportet fieri. Hæc inueſtitura à muliere ſecundum quoſdam non valet, quibuſdam valere placet: quæ ſententia mitior eſt. A minore autem 18. annorum non valet, hoc etiam de minorib. ann. 25. aſſeritur, vt quibuſdam placet. A prælatis eccleſiarum verò tradi, & legitimè, dici poteſt iure, vt ualeat inueſtitura, dumtamen diſſipator videri non poſſit: quod ſi aliter intelligeretur, nullum beneficium ab eccleſiaſticis perſonis datum retineri poſſet. Dicitur etiam, ꝙ ſi coniunctę perſonæ gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, ꝙ duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet, inutile eſt beneficium. Quicunque paratus eſt facere benè fidelitatem domino ſuo, prout pater fecerat fidelitatem patri, vel anteceſſori domini, dum tamen hæc bona fide dicat, & non dolosè: ſed iuſto errore omninò condemnari non poteſt. Cùm.n. controuerſia eſt inter ipſos, per antiquitatem ſe. vel per breue teſtatum, vel per teſtes domino incumbit probatio, alioqn per vaſallum ueritas inquiratur. Quoddam ſatis bene diſpoſitum ad utilitatem, & ad pernitioſam calliditatem deſtruendam in ſcriptis inſerere curauimus. Quidam miles bina beneficia a duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit, qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum ſuo domino pro beneficio, quod ad eum venit, fidelitatem nullo antepoſito, ſicut & vti pater fecerat, fecit: alter uerò frater alteri domino ſimiliter pro ſuo beneficio, quia alium & nullum dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit, defuncto poſteriore fratre ſine filijs vtrumq; feudū in vnam, vt prius, venit perſonam, & ſic dominus talem fidelitatem quærit, qualem frater eius fecerat. Quas altercationes imputantes, dicimus illud, quod frater fecit, nihil ſuperſtiti obeſſe, licet in ſecundam & tertiam generationem, & vſque ad infinitum foret.

Quod nomine gaſtaldiæ, vel guardiæ in feudum datur, ablata gaſtaldia, vel guardia iure auferri poteſt.

Quidam dominus habēs beneficium reliquit duos filios, & vnuſquiſque ipſorum habuit duos vel tres filios, vnus illorum fratrum deceſſit vna tantùm filia relicta: portionem illius non ad omnes ſuperſtites, ſed ad patruos illius & ſuis poſterioribus pertinere dicimus.

Qui accepit inueſtiturā alterius beneficii, inutilis eſt hæc inueſtitura; & qui ſciens hoc agit, de euictione agere non poteſt.

Inter dominum & vaſallum nulla fraus debet eſſe, & inde poteſt accipi: ſi vaſallus non doloſe ſteterit per annum quærere inueſtituram ſui beneficij, non damnabitur: dolus enim abeſt ſi iuſta cauſa impediente ſteterit, vel etiam cum amore ſeruitium fecerit domino conſcio. Dicimus autem ut ſi contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, beneficio carebit. Vaſallus habens feudum deliquit contra dominū, cui iudicatum eſt, agnati cum domino litigant: quidam domino dicunt pertinere, quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non pertinere, donec aliquis maſculus ex delinquenti vaſallo ſupereſt: alij vero contradicunt.

De feudis, & beneficijs conſtitutiones Imperiales. Cap. CL.

Imperator Auguſtus Henricus

Secundus. De militum beneficijs quoniam dubias, variasq; cauſas in regno noſtro eſſe cognouimus, ideoq; ad Rei publicæ ſtatum quædam ſtatuimus. Si quis ergo dominum ſuum interfecerit, vel vulnerauerit i ſum dominum, ſuamue dominam obſederit, vel eam cucurbitauerit, vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, vel his ſupra dictis conſilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de ſupradictis ſe defendere voluerit, teſtibus a parte domini deficientibns, cum tribus paribus ſe expurget: ſi autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parētibus ſe defendat, uſu uero curiali ſolus defendat. Si quis autem ſuorum parium idoneus tamen exinde ſe veritatem ſcire dixerit, & per pugnam eum fatigare uoluerit, vt per pugnam ſe defendat dicimus. Si quis autem fuit, qui domino non ſeruierit, parium laudatione beneficium amittat: curiali tamen vſu id redimere poteſt pro medietate, quātum valuerit. Sed ſi hoc defendere voluerit, duos vel vnum ſaltem parem oſtendat, & cum his ſe ſeruiſſe iuret: & ſi pares paremue habere nequiuerit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus ſe intra annum ſeruire iuret, vſu tamen curiali ſolus iurare conceditur. Qualiter autem iuret, an ſolus, an cum aliis, nihil intereſt, dum tamen ſeruitia nominet. Si autem concorditer cum domino ſuo ſe habuerit dominum ſæpe uidendo, tunc dicimus, ut probet per teſtes ſeruitium feciſſe, et per ſe non ſtetiſſe: ſi autem aliqua inter dominum, & vaſallum diſcordia fuerit, uel ſi domicilia in longinquum habuerint, vaſallus domino ſe repræſentando ſeruitium promittat, vt ſi neceſſe fuerit hoc probare iureiurando, ſaltem ad finem controuerſiæ uaſallo a paribus dato. Si quidem intra annum ſeruierit, quod leuiſſimū fuerit, & dominus aliud ſeruitium impoſuerit, ꝙ uaſallus neglexerit, vnde damnum domino illatum fuerit, uſque ad fruges feudatarius parium exiſtimatione damnum reſarciat. De alijs uero culpis, vnde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat ſe, vt ſupra, vel emendet.

Si quis inueſtitus de feudo ligio, pro quo contra omnes fidelitatem domino debet, Lucio & Titio ex ſe deſcendentibus filijs ſibi hæredibus inſtitutis, vita deceſſerit diuiſione facta: ſi ad ſolum Titiū feudum peruenerit, rationabiliter placuit eum ſolum fidelitatis ſacramento eſſe obnoxium, ad quem ſolida feudi iura tranſierint. Quòd ſi ab alio domino Lucius poſtea feudū per inueſtituram acquiſiuerit, pro quo ſimiliter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio ſine liberis, ad quem deuoluatur feudum, quod ex diuiſione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum quæri poteſt? Et cum placeat quem ligium hominem duorum eſſe non poſſe, videri poteſt feudum ad dominum pertinere: ſed rectius uiſum eſt feudum, quòd per inueſtituram acquiſiuerit, impedimento ei non eſſe, licereq; ei per ſubſtitutum acceptabilem domino priori ſeruire.

Ex facto incidiſſe ſcio Federicum Principem noſtrū, cùm ab initio dux eſſet, & pro ducatu fidelitatem faceret, diuino nutu poſtea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino reſpondiſſe non teneri fidelitatem facere, cum omne hominum genus ſibi fidelitatem debeat, & ipſe ſoli Deo, & Romano Pontifi. Sed cum inſiſtente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudenter viſum eſt feudum àmiſſum eſſe, vel alium ducem in ducatu conſtituendum, qui feudo ſeruire debeat, & domino fidelitatem faciat.

De negocio, ſuper quo nos conſulere voluiſti, tibi ſecundum ius curiæ, & vſum feudi breuiter reſpondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per eccleſiam detinetur, nulla ſit facienda fidelitas. Inſuper etiam te inſtructum eſſe volumus, quòd ſi dominus, a quo feudum tenebatur, diem ſuū pluribus hęredibus relictis obierit, vaſalli, qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, niſi domini illud feudum primò partirentur: quoniam ſecundum ius feudi non debet quis duas fidelitates pro eodem feudo facere.

Mulier quæ feudum ſecundi uiri contemplatione acquiſierat, ſi ex utroque matrimonio ſuperſtitibus liberis deceſſerit, ſolos ex ſecundo viro ſuſceptos filios ad feudi ſucceſſionem admitti, vſu curiarum obtentum eſt.

Si cui militi ad certum ſeruitium feudum fuerit datum, iſque relicta ex ſe deſcendente fœmina deceſſerit, quæ id ſeruitium iuxta feudi conditionem non minus decenter præſtare poſſit, quam maſculus: & ſi in inueſtitura minime cautum ſit, vt & fœminę ad id adſpirare valeant, eam tamen admitti rectum putamus, quinimò hoc caſu ſimul cum maſculo in feudo eam ſuccedere quidam putant, quod multo magis dignum obſeruantia exiſtimauimus, cum feudum ſic datum eſt, vt nullum pro eo ſeruitium fiat, vt pleraque hodie feuda dantur.

Item ſi quis eo tenore de feudo aliquo ſit inueſtitus, vt in eo ſuccedant fœminæ, ſicut maſculi: ſiue feudum id ad certum fuerit datum ſeruitium, ſiue pro eo indeterminate fuerit promiſſum ſeruitium, inueſtito moriente in feudum ſuccedunt pariter & mares & fęminæ. Quanquam enim ſuperſtite maſculo, ex eo qui primus feudum acquiſiuit, fœminæ excludantur, & ſi in maribus, & fęminis fuerat acquiſitum: (vt in feudis regulariter tradi ſolet) ſermonem tamen inueſtituręnec non vim uerborum, & ſenſum contrahentium intuentes, diſcretionem ſexus in eiuſmodi feudi ſucceſſione non fecimus.

Iugales a quodam milite ſimul de eodem feudo inueſtiti fuerant, ut in ſe deſcendenteſq; ſuos id haberent. Hi ex ſe filio & filia ſuperſtitibus defuncti ſunt, inter quos feudi quęſtio agitatur. Maſculus enim uniuerſum feudum ſibi uendicat, fęmina uerò ad parentum feudum pariter cum fratre uocari ſe defendit: quidam pro maſculo, quidam pro fęmina pronunciant. Eorum, qui pro filia iudicant, ſententiam ſequendam eſſe cenſeo, cùm filia ex ante dictorum iugalium contubernio ſupereſt ex prędefuncta uxore alio ſuſcepto maſculo, qui conſanguineus ad eam frater ſit: in cęteris priorum ſententiam ſane ſequenda eſt. Quod ſi

ſola

Source : BIU Cujas

ſola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio connubio ſuperſtite maſculo ab hac luce ſubtracti fuerit: feudū ſcindi fuerit prudentum noſtræ ciuitatis opinio, vt dimidiam quidem partem fœmina ſibi acquirat, reliquam uero dominus, aut eius hæres accipiat.

Feuda habitationum, niſi aliud ſpecialiter cautum ſit, morte accipientium finiuntur.

Imperator Henricus. Si contigerit feudum incuria, aut fidelis neglectu conſortibus applicari, nullus ex eo leuamen detruſus excipiat, ne ſenioris ſui contemptus illuſus fiat, ob quē feudum iure dimiſerat. Sane qui aliter fecerint quam q̄ mens ſaluberrimæ noſtræ cōſtitutionis expoſcit, beneficio ſe carituros eſſe cognoſcant, ita ut eis amplius ſperare non liceat: ſeniori danda licentia tam ab ipſis eorumque poſteris, quam cæteris detentatoribus prædictum beneficium uendicandi.

Quæſitum ſcio, dudumque apud prudentes fuiſſe cauſſam hanc. Si ſerui, quib. macula ſeruitutis obſtaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi ſucceſſionē valeant aſpirare? Denique poſt magnas varietates obtinuit ſentētia diſtinguēntium quo tempore libertatis donum aſſecuti fuerint, vt i q̄dem eo tempore quo cohæres alter, vt pote his conſtitutis, inhabilib. aut dominus quaſi ad ſe deuolutū vendidiſſet, ab eius ſucceſſione ſint penitus alieni, ne quod legitime factum eſt ſuperuenienti facto poſtea retractetur: qui ſi in re integra manumiſſi fuerint, in feudum recte ſuccedere queunt.

Antiquatum eſſe ipſis rerum experimentis nos ipſi cognouimus, fideles, niſi aliud contractibus pactiones inſertæ deſiderent, dominorum ſumptib. eiſdem ſeruitia miniſtrare. Iuſtū namque eſt vt illi conſequantur ſtipendiū, quo tempore ſuū commodare reperiuntur obſequium: præſertim cum nec q̄ quam propriis cogatur impendiis militare, maxime cū extra ciuitatis ſuæ tētoria ſeruitiis exhibendis eos cōuenit fatigari.

Gregorius ſeptimus. Si quis Imperator, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quarumlibet ſecularium poteſtatum, aut perſonarum inueſtiturā Epiſcopatuum, vel alicuius Eccleſiaſticæ dignitatis dare pręſumpſerit, eccleſiaſtica cōmunione priuetur.

Quoniam inueſtituras contra ſanctorum patrum auctoritatem a laicis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Eccleſia, imo ruinam ſanctæ religionis oriri, ex quibus cenſuris religio conturbatur: decernimus vt nullus clericorum inueſtituras Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ de manu imperatoris, vel regis vel alicui⁹ laicæ perſonæ viri, vel fœminæ ſuſcipiat. Quod ſi pręſumpſerint, recognoſcant inueſtituram illam ab Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe vſque ad dignam ſatisfactionem excommunicationi ſubiacere.

Si quis clericus, Abbas, vel monachus per laicos Eccleſias obtinuerit, excommunicationi ſubiaceat.

Conſtitutiones ſanctorum canonum ſequētes ſtatuimus, vt quicunque clericorum ab hac hora inueſtituram Eccleſię vel Eccleſiaſticę dignitatis de manu laici acceperit, & qui ei manum impoſuerit, & gradus ſui periculo ſubiaceat, & communione priuetur.

Maius eſt poſſeſſionem dare, quam ſit inueſtituram concedere.

Nulla iuris conſtitutione aut conſuetudinis, vſusque longæui obſeruantia prohiberi ſciſcitatus, inuenio vaſallum arctiori, quam in ſe habeat, lege feudum in alium vbilibet, poſſe transferre.

Longinquitate temporis fit ſæpe vt non pateat conditio originis; vnde iam ſtatutum eſt ut profeſſionem ſuam liberti Eccleſiæ debeant facere, qua profiteantur ſe & de familia Eccleſiæ eſſe, & eius obſequium nunquam relicturos. His quoque adiicimus, vt quoties curſum vitæ ſacerdos impleuerit, & de hac vita migrauerit, mox cum ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti Eccleſiæ vel ab eis ꝓgeniti chartulas ſuas in cō ſpectu omnium debent ipſi qui ſubſtituitur, pontifici publicare, & profeſſionem in conſpectu Eccleſiæ renouare: quatenus ſtatus ſui vigorem illi obtineant, & obedientia eorum ecclęſia non careat. Si aūt ſcripturas libertati ſuæ intra annum ordinationis noui pontificis manifeſtare contempſerint, aut profeſſiones renouare noluerint: vacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneāt. & illi origini ſuæ redditi, ſint perpetuo ſerui.

Liberti Eccleſię, quia nunquam eorum moritur patrona, a patrocinio Eccleſiæ nunquam diſcedant, nec poſteritas qui dē eorum, ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertinitas eorum in futura prole non pateat, ipſa quoque poſteritas ſe ab Eccleſię patrocinio nō ſubtrahat, neceſſe eſt vt tam idem liberti quam eius progeniti profeſſionem Epiſcopo ſuo faciant, per quam ex familia Eccleſiæ liberto ſe eſſe faſ teantur: eius patrocinium non relinquāt, ſed iuxta uirtutem ſuam obſequium ei, vel obedientiam præbeant.

Quicunque fidelium propria deuotione de facultatib. ſuis aliquid Eccleſiæ contulerunt, ſi ſorte ipſi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitę tēporis vſu percipiant.

Et iure & moribus receptum eſt, vaſallum clericali ſe militiæ dedicarum feudum amittere. Scriptum eſt enim in diuinis eloquiis, Miles Chriſti ſeruiat Chriſto, milites ſeculi, ſeruiant ſeculo.

Si quis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, Eccleſias pro ipſis obtinuerit, deponatur & ſegregetur, omnesque qui illi communicant.

Illud per omnia interdicimus, vt nullus clericus præbendā ſuam ſeu beneficium aliquod Eccleſiaſticum aliquo modo alienare præſumat: quod ſi præſumptum olim fuerit, vel aliquando fuerit, irritum erit, & vltioni canonicæ ſubiacebit.

Quicunque militum vel cuiuſcūque ordinis vel profeſſionis perſona prædia Eccleſiaſtica, a quocunque rege ſeu ſingulari principe vel Abbatibus, aut ab aliquibus Eccleſiarum rectoribus ſuſcepit, vel inuaſerit, vel eorum conſenſu tenuerit, niſi eadem prædia Eccleſię reſtiuat, excommunicationi ſubiaceat.

Si tributum petit imperator, nō negamus: agri Eccleſiæ ſoluant tributum, Si agros Eccleſię deſiderat imperator, poteſtatem habet vindicandorum, tollat eos ſi libitum eſt, imperatori non do, ſed non nego: quia non eccleſia dari imperatori, non pontificalis apex more capitis Eccleſiæ præeminēs, poteſt ſubiici regibus.

De his quę clerici emerint vel viuorum donationibus acceperint conſueta principibus debent obtequia, vt & annua eis perſoluant tributa, & vocato exercitu cum eis, conſenſu tamen Romani Pontificis, proficiſcantur ad caſtra.

Finiunt capitula de feudis, & beneficijs, conſtitutiones regales & imperiales, & decreta.

Supra ſcripta capitula non ſummantur, ſed cum leges & decretales & ſtatuta ſuper feudis eſſent extrauagantia, & quædam ſine titulis, ſed in diuerſis locis ſparſa: fuit viſum vtile ponere ſub titulo, vt per titulum certum poſſint allegari.

De forma & ſacramento fidelitatis.
Caput cli.

Pro ſumma huius tituli ſufficiat alia ſumma ſimilis huic ſupra, qualiter iurare debeat vaſallus, vt quod ibi notatur, hic repetatur.

TERTIA PARS SECVNDAE PARTIS PRINCIPALIS.

De pace tenenda. Cap. clij.

SVpra dictum eſt de contentione, & interpel. vnde ſubſequenter apponit de cōpoſitione in ti. de pace tenenda & componenda. Nam quod calamitas belli vel diſcordię introducit, pacis lenitas ſopit, (vt C. de cadu. tol. j. reſp.) & quod clade bellica turbatum eſt, pacis remedio reformatur, vt in dec. 34. q. 2. ca. 1. & tumultus prouinciæ aliquibus occaſionibus ortus, ex diuerſitate regionum remouetur, & pacificare demonſtratur, vt in Authenti. de proconſul. Palęſti. §. communicabit. Namque Imperator inhibet bella inter ſubiectos, & diſcordias & arma a priuatis fieri vel emi: quia per ea diſcordiæ & mortes perpetrantur, niſi ſint cultelli minores, quibus nullus vtitur in prælijs, vt Authentic. de armis, in princ. §. primo, & ſecundo, §. ſi qui vero vnum, §. hāc igitur, §. ut aūt. Inhibet vſum armorum cuilibet in genere, (vt C. armorum uſus inſcio principe ſit interdictus lib. xi) & deferendorum inter patriam ſcilicet ſcutorum, lancearum, loricarum, (ut in d. Authenti. de armis, §. eos. & C. ne gotiato. ne militent, l. eos) & maxime non militantibus. Militantibus enim conceditur ut deferant ad palatium: & mercatoribus conceditur tranſeuntibus per prouinciam negotiandi cauſſa gladium ſellæ ſuæ alligare, uel ſuper cubiculo deferre. in Auth. de man. prin. §. pe. & in Nouel. illius tit. §. nemo priuatus. in Authentic. de armis, §. eos. C. negociatores

Source : BIU Cujas

ne militent.l.prima §.ultimo. in eodem titu. de pace tenen.l. quoniam diuina.§. ti quis rusticç. §. mercator.§. ad palatium. Militantibus enim est concessus usus armorum, qui debent suis numeris et insignijs persistere, et contra inimicos certare pro libertate Reidublicę, a qua aluntur, et armantur: quia militares expensę, et hostium executiones non possunt agi citra pecunias, et qui debent inimicorum incontinentiam refrenare, et nostros subiectos tueri, ac defendere, & Rempublicam augere, & publicis vtilitatibus occupari, vt armorum quotidiano exercitio ad bella se præparantem, cùm in bellicis exercitationibus efficiant meliores & promptiores, vt C.de offi. iud.mi.l. milites qui a re.in Authen.de prætore Thraciæ.§. cùm verò. in Authen. ut iu.fine quoquo suff, illud scientes qui a re.in Auth. de fœderatis, in prin.C.loca. & conduc.l.milites,& l.ult.Ideo enim milites sunt ordinati, vt per ipsos prouinciæ iudicentur, (vt C.de offi.præ,præto. Afr.l. in nomine, §. quoniam ideo.) vt quod communi securitate curandum est, eoru præsidio protinus competens remedium possit mereri, vt C. de re milit.l. iam collatores,primo responso. Item concedit Imperator deferre arma gratia venationis, (in Lombar.de armis,l.prima,& secunda.) vel propter iter,vel propter nauigationem,vt ff.ad l.Iul.de ui pub.l.1.& l.qui dolo,§.qui cum. Item non prohibet commercij causa deferri, vel salutis tuendæ, (vt ff. ad l. Iul.de ui pub.l.2.& l.hi qui ædes,§. qui telum.) quia licitum est cuilibet redimere & tueri sanguinem suum qualitercunque possit,& etiam armis depellere, (argu. ff. de bo. eorum qui ante sen.mor.sibi consci.l.prima, in fi.ff. de iustit. & iur.l. vt vim,ff.ad l. Aquil.l. itaque & l. sed & si.) non tamen tela sunt conuertenda in usum uomeris uel ligonis,vt C.de mancipi.colonis patri.l.vlt.in fi.

Vnde videndum est primò, vnde nomen pacis descēdat; secundò ad quos spectet pacem tueri; tertio quid per pacem vel discordias contingat; quartò de quibusdam priuilegiis, vel beneficiis contingentibus occasione, & amore pacis; quintò,qui debeant iurare pacem;sextò, qualiter puniantur pacis violatores; septimò, qui excusantur a pœna; octauò, quibus sit præstandum,quod emendationis causa præstatur; nono de treuga; decimò de alijs capitulis.

Est autem,& nomen pacis appeltatum à pacto, vel a pactione: vnde pactio quæ fit per pacem publicam appellatur, (vt ff.de pact.l. prima, & l. conuentionum.) & pactum interponitur ad mitigandum austeritatem, vt C. de tempo.ap, l.vltima, in fi. Tueri pacem spectat ad officium Irenarchæ: nam Irenarchæ: debent idonei nominari à decurionibus iudicio prætoris, qui ad tutelam prouinciarum, & ciuitatum faciant stare concordiam quietis,ac pacis per singula territoria,vt C.de Irenarchis,l.prima,lib.x. Item ad officium imperii vel iudicis,vel prætoris, vel præsidis pertinet pacem inter discordes componere,vt ff.de vsufr.l.si cuius,§. si inter duos, ff.de ope.no.nun.l. prima,§. & post. & conueniens est iudici prouidere ne aliquis alij seditionem faciat,vt in Authen. de man. prin.§. deinde. Sed omnis pax ciuitatibus inest, dum æquitas subiectis seruatur: & non declinatur ad aliquam partium lucri, uel passionis alicuius causa, vt ibidem. Leges.n. omnibus hominibus æqualiter securitatem tribuunt, (vt ff. de pœn.l.capitalium,§.ad statuas.) qui debet habere prouinciam paratam & quietam quietam,vt ff. de offic. præ.l. congruit. quia quies popularium spectat ad eius officium, vt ff. de offi.prefec.vr.l. prima, §. quies. Tuendi enim sunt ciues, sicut act.& excep.argu.ff.de acqui.re.domi.l. Caonio,§.oportet. Præterea debet habere solicitudinem, vt locus sit quietus, & ut omnis iniustitia,& læsio suspendatur, (vt in Auth. vt nulli iudi. §. quemadmodum.) & debent adiuuare ad pacem tuendam,& vindicandam,vt in eadem l.edic. t. respon. Nihil enim boni relinquendum est, quod ad tuitionē subiectorum pertinet,vt in Authen.vt iudi. sine quoquo suffra.§. itaque.Item milites pro pace excubant, (vt ff.ad l.Iul.maie. l.famosi,§.sed & milites,ff.de accu.& inscript.l. mulierem,§. milites.) & solent homines arcere a malo,vt ff. de re mili.l. prima in fi.& qui militarem, & ciuilem manum habet seu administrationem, perfectus & sufficiens ad bellum est, & habilis,vt in Auth.de præto.Thracię,§. indubitatum. in fi.§. Item Episcopus & Comes, & etiam Episcopi ad inuicem, atque Imperatores, & Pontifices, & Duces ad inuicem se adiuuent,& debent esse vniti pro pace & saluatione omniū, vt in eadem.l. placuit,in decre.dist.x.c.præcipimus.& 96.cap. cum ad uerum,C.de offi.præ.præto.Afri.l.in omnes, §. postquam.ff.de re mili.l.tam collatores,§.j.in tit.de pace Constā. §.omnes de societate. Item Principi spectat prouidere ut uitium malum non crescat, sed potius amputetur, ut omnes in pace, & Dei gratia, & regis uiuere ualeant, vt in Lomb. de eo,qui contra iudi.suum,l.prima, ideo nanque uoluntarios labores appetit,ut quietem aliis præparet, ut in Authen. ut diui.iusin principio. Nam propter tales dissentiones licet non fiant ad interitum Reipublicę,ipsa tamen lędituir: nam tamen ciues,qui inter se dissensiones fāciunt, connumerantur in numero hostium, (vt ff. de captiuis & postliminio reuersis,i.si si quis ingenuam,§.primo,& §.secundo.) & super his,quę ad publicam lęsionem spectāt, priuati non possunt pacisci, (vt ff.de pactis,l.iurisgentium,§.si pacisear.) & fiunt & suscitantur plerunq; seditiones ciuitatum uel turbę, eo quòd iudices illicitas exactiones uel pecuniam a subditis extorquent, ut in Auth.ut iudices sine quo suffragio, quasi in fine, vel cum funeribus frequenter opprimunt aliqui sine discrimine.vt ff.de muner.& honor.l.3.§.prędes,l. ne in arbitris,§.fin autem in scriptis.

Vnde & discordię sedandę sunt, & maximè propinquorum,quas materia communionis solet excitare, (ut ff. de le. 2.l.cum pater.§. dulcissimis.) vt in pace uiuant, ne occasio altercationis inter fratres oriatur,ut C. de bonis, quę liber.l. cum oportet.§.sui autem, in fine. Nam grauius uidetur alicui incommodum fratris quam alterius, ut in dicta l.primo responso, in fi.diuisio enim bonorum, quam pater inter filios inęqualem facit,solet illos in fraterno conseruare certamine, & ad maiores adhuc, & sęuiores contentiones eos adducere, (ut in Auth. de trien. & semis. §. & quod sępè.) & cuiusque interest amicos habere,ut ff.de usufru. lega.l.generali. primo responso. Vnde etiam prohibetur quis opus nouum ędificare, si ad æmulationē alterius ciuitatis pertineat, uel materiam seditionis prębeat, ut ff. de operis publicis, l. opus nouum. cū publice utile est sine metu & periculo commeari,ut ff.de his qui deie.l.prima, §. summa cum utilitate, & ff.de operis noui nunc.l.de pupillo. §. si quis riuos. Lombardis tamen licet ciuitates murare, & munitiones facere, ut in titu.de pace Constan.§ ciuitates.similia,ff.de oper. pub. l.de operibus,C.de ędificiis priuatis, l. per prouincias. Nam tutelę ciuitatis prouideri uidetur instructo murorum præsidio, (vt C. de expen. ludo.l.prima,libro xi.) ad quorum institutionem & reparationem nullus excusatur, ut C. de operis pub.l.ad portus, & l.omnes prouinciarum, C. de quibus mu.uel præsta.nemini licę.ex lib.x.l.hac prouidentissima, & turres ędificare in muro ciuitatis, munitio cum priuatorum usu & utilitate seruabitur,ut C.de oper.publ.l.turres. Sed isti muri, & turres non habitabuntur ab aliquo sine permissu Principis propter fortuita incendia,ut ff. ne quid in loco sac. l.neque,nisi in pędeplanis a militibus redeuntibus, uel proficiscentibus ab bella,ut C.de metatis et epidi.l. deuotissimos. Item prohibentur ciuitates, uel homines inter se conuenticulas uel coniurationes,uel coadunationes facere,etiam occasione parentelę: et maximè in ecclesiis,uel coram iudice, uel ad malum, uel ad sodalitia collegia celebrare, uel milites in castris habere collegia,ut C.de episcopis et cleri.l.conuenticulam,et C.de seditios.l.1.et 2. C.de his, qui ad Eccles. confu.l.denunciamus,ff.de collegijs illicit.l.prima, primo respon.ff.ad l.Iuliam maiest.l.cuiuique,primo respon.ff. de pę. l.aut facta,primo respon. in l. hac edictali,§. conuenticulas, in Lombarda de ar.l.secunda,in Lombar. de aggress.in uico facta.l.de sacramentis,l.si serui,l.nolumus.l.collecta, et l. de conspirationibus. Fallit in tenuioribus,qui ad stipem menstruam conferendam conueniunt, dū tamen semel in mense coeant:uel in his qui conueniunt religionis causa, dummodo non illicite sub prętextu religionis,ut ff. de collegiis illici.l.prima,primo respon.ff.de extraor.crimin.l.secunda, in Auth.de mandatis princi.§.neque Ecclesię. Item in his omnibus,qui perpetrant homicidium uel furtū, et uolunt conuenire in unum,ut componant delictum, (ut in Lombar.de homic.li.ho.l.prima,in Lombar.de fur.l.si plures.)uel si conueniunt aliqui ratione alimonię eorum,uel medii, uel naufragii,dummodo non iurent, ut in Lombar. de aggre. in uico fac.l.de sacramentis. Iuramentum autem fieri potest, q̄ non coniurabunt, ut in titu. de sacramento et forma fidelitatis.c.petitio.Item in his, qui debent alicui prestare alimenta,ut ff.de ali.lega.l.tertia,§.primo,uel in his, qui conueniūt ad tributum in unum conferendum, ut ff. de censi.l. cū possessor.C.iniunc. mu. sumptus. lib.11. uel in pluribus tutorib. ut ff.de administratione tutorum,l.tertia,§.si non erit. Item Lombardis permissum est societatem habere adinuicem, et eam renouare, ut in titu. de pace Constan.§. item societate. Item permittitur his, quorum interest cōuenire, ne permittant possessores, uel colonos pratorum gratia qualibet importunitate militum uexari, ut C.de pascuis pub.l.ult.

Item adunari possunt ueterani, C. de ueteranis.l. prima,i. respon. Idem in collegio uel corpore licito,ut arg.ff. quod cuiusque uni.l.uel ordin.decurionum,ut in prędicto tit.l. ii, iii.& iiii.C.de decu.l.nominationum.Idem in cœtu senatorum, idem in scholis militum & officiorum atque aduocatorum,ut in multis legibus apparet.Item propter multas cō

tentiones

Source : BIU Cujas

tentiones plerunque res ad diuiſionem perueniunt (ut ff. de ſerui. urba. prę̃d. l. in rem communem) & ex contentionibus naſcuntur diſcordię, ut in decretis, lxxi. diſtin. illud. ideo non oportet laudando augeri malitiam, ut ff. de ſeruo cor. l. j. §. ultimo. Aliquãdo tamen datur dilatio, ut augeatur uel aperiatur malitia alicuius, ut in Auth. ut cum de app. cogno. §. ij. Priuilegium ſeu beneficium contingit quandoque ratione pacis, nam quis retinet bene priuilegium etiam depoſito officio amore quietis & pacis, quod alias non retineret, ut C. de proximis ſacr. ſcrin. l. in ſacris ſcriniis militantes, in fine. Item ueterani perfruuntur integris beneficiis in ocio & pace, ut C. de ueteranis, l. prima in fine. Nec decus miniſtris, quod militando uidentur adepti ocii tẽpore & quietis amittunt, ut C. de impoſi. ſac. cubicu. l. ij.

Item ſacramenta in die dominico non ſunt facienda, ſed pro pace facienda permittuntur, vt in titulo extrà de feriis, capitulo primo. Et eo die interuallum fœderis interponatur, & pacta, & tranſactiones loquantur, vt C. de fer. l. vlt.

Item ſi iudex interimat aliquem ſine culpa, punitur: ſed ſi per pacem faciendam fecerit, non punitur, vt in Lombar. de furtis, l. ſi quis latro de vno, in eadem l. & vindictam, ff. ad l. Corneliam de ſicariis, l. quarta, in principio. Item miles, qui ſubtrahit ſe à militia tempore pacis, multitudo militum non eſt conuocanda, ſed quidam tantùm, ne aliqui per eos damno afficiantur, vt C. de re militari, l. vltim. §. ſi quando ad eos. Cœtus enim illicitus non debet attentari ſub prætextu religionis, vel ſub ſpecie voti ſoluendi, (vt ff. de extraordina. crimi. l. ſecunda,) nec conuenticulæ vel coniurationes fieri debent, & fieri prohibentur metu pœnæ, vt in eadem l. hac edictali. §. conuenticulas. in Lombar. de armis, l. ſecunda, & C. de epiſcopis, & clericis, l. conuenticulas. Conceditur tamen Lombardis, & hoc fuit ratione pacis & concordiæ factæ inter Imperatorem Federicum, & Lombardos, vt in titu. de pace Conſtan. §. item ſocietatem. Item vbi plures ſunt, qui delictum commiſerunt, poſſunt ſe adiuuare cauſa componendi, vt in Lombar. de homicidijs liberi hominis, l. prima, in titu. de furtis, l. ſi plures homines. Item pro alimoniis vel incendio, vel naufragio, dumtamen non iurent ſimul, vt in Lombar. de aggreſſ. in vico factis, l. de ſacramentis, l. nolumus, l. collectum, & l. de conſpirationibus. Item matrimonium inter inuitos non contrahitur, niſi pro bono pacis fiat, vt in titulo extrà de deſponſ. impub. capitulo vbi. Meritò quilibet pacem obſeruet: nam quod in neceſſitate eſt, curandum eſt, & malum quidem fugiendum eſt, & quod melius eſt inueniendum, vt in Auth. quib. mod. natu. effic. ſui, primo reſponſo.

Et quilibet maior 18. annis iurat pacem, vt in eadem l. hac edictali, primo reſpon. Pacem verò Lombardiæ iurat quilibet qui eſt maior 15. annorum, vel 16. vſque ad 70. vt in titu. de pace Conſtan. §. conſules, qui in ciuitate, & in c. in nomine Chriſti iuro ego. Et qui pacem iurare & tenere recuſat, punitur in publicatione bonorum, & lege pacis nõ fruitur, vt in eadem l. hac edictali, §. qui pacem iurare. Nam fruſtra legis auxilium inuocat, qui contra eam committit. vt ff. de mino. l. auxilium, in fine. Et ſi aliquis prędictam pacem violare preſumpſerit, ſi ciuitas eſt, punitur in 100. lib. auri, oppidum in 20. Duces, Marchiones, Comites in 50. lib. Capitanei maiores valuaſores in 20. libr. auri, minores vero, & omnes alii in tribus libris auri. Et hæc omnia ſunt inferenda Cameræ Principis & damna, etiam ſecundum leges ſunt inferenda damnum paſſo: & ſi ad pœnam non ſufficiãt, in corpore puniantur. Et eiſdem pęnis puniuntur receptatores violatorum pacis, vt in eadem l. hac edictali, §. & ſi quis temerario auſu, §. iudices, §. ſi qua verò ciuitatum, & §. receptatoribus. Iure tamen Romano videtur, quòd ille deferens deberet medietatem pęnæ lucrifacere, vt argum. ff. ad Senatuſconſ. Syllan. l. lege Corn. in fi. ad idem facit ius Lombardum in Lombar. de treugis, l. prima, & in eadem l. ſecunda. Aliquãdo etiam incurrit periculum animæ propter ſeditionem, vt in Lombar. de publi. crimi l. ſi quis foris. Et ſimiles turbator pacis extiterit, capite puniatur, vt ff. de re militari, l. vltima, in fi. & ſi aliquis alium occiderit, vel vulnerauerit, vel iniuriauerit, vel aliud damnum dederit: iudex faciat delictum emendare ſecundum qualitatem perſonæ, vel nationis illius qui paſſus eſt, & etiam illius qui intulit, vt in ead. l. hac edictali, §. & ſi quis temerario, argum. ff. de pęn. l. ſi quis aliquid, §. ad veteres auctores, ff. de iniurijs, l. prætor, §. vltim. & l. ſed ſi unius, §. quadam iniuriæ. & in Inſtitution. de iniur. §. præterea autem. in Lombard. de plag. liberi homi. l. ſi quis alii oculum, & in omnibus legibus uſque in ultimam, & in Lombar. de homicidiis liberi hominis, l. 3. 4. & 6. l. ſi quis ſcul daſium. l. recolimus enim, & l. qui ſubdiaconum, in Lomba. de iniur. muli. l. ſecunda, in fi. & l. tertia. Vel ſecundum quod appreciatus fuerit, vt in Lombar. de mor. conſci. l. tertia, & in titu. de plagi. liberi homi. l. antepen. & titu. de plag. ſeruorum. l. ſi quis ſeruo alieno ruſticano, & l. ſed ſi de ipſa, & tit. de homici. lib. ho l. ſecunda, & tertia & ſeptima, l. ſi ſeruus regit, & l. ſi quis hominem liberaret. & tit. de aggreſſio. in uico factis. l. 1. & 3. & titu. de dam. in via dato, l. ſi quis percuſſerit uaccã. & tit. de culpis ſeruorum, l. prima. Ideo autem natio perſonę conſideratur, quia per eam præſumitur bonus uel malus, vt ff. de ædil. edi. l. quod ſi nolit, §. qui mancipia, C. ad l. Iuliam maieſt. l. quiſquis, primo reſpon. Et fortè ſic conſiderabuntur ætates, officia, & artificia, argum. ff. de cenſibus, l. forma, §. ſicut ego. Qualitas autem perſonæ ita conſideranda eſt, vt pro perſona occiſa minima, quæ exercitalis homo reperitur, vt per 150. ſolidos componantur, & pro primo in maiori exercitali 300. ſolidos, pro gaſidiis minimis Principis 200. ſolidos, pro maioribus verò, ſecundum qualitatem perſonę, vt tantùm compoſitio non aſcendat vltra 300. ſolidos, pro diacono & ſubdiaco. trecentos ſolidos, pro presbyteris 600. ſolidos. pro Epiſcopo 800. ſolidos, pro monacho 400. ſolidos, vt in Lombar. de homic. libe. homin. l. recolimus qualiter, & l. qui ſubdiaconum. per legem tamen Ludouici talis compoſitio, quæ fit pro clericis, debet fieri in templum, & inſuper bannum Principi ſoluatur, vt in Lombar. de reuer. Eccl. l. ſanguinis, & l. de unoquoque, & erit bannum principis 60. ſolidos, vt in Lombar. de exercitali, l. quicunque homo. l. cauſa. l. ſi quis liber homo, l. contenta. & titu. de aggreſſio. in uico factis, l. ſi ſeruus per. & titu. de eo, qui alii poſ. de leg. l. 1. & titu. de Epiſcopis & cleri. l. ut ubi propter. & titu. de eribanis, l. 1. & titu. de eo qui denarios bonos ref. l. prima. Iure autem Romano non uidetur requirendum cuius conditionis ſit, & an liber uel ſeruus fuerit: ſed inquiritur fuerit dolo an non occiſus, & utrum homicida fuerit habilis, an non, ut argu. ff. ad l. Aquiliam, l. ſed & ſi quicunque, in fine primi reſponſi. ff. ad l. Corneliam de ſicariis, l. prima. §. 1. & l. in lege, & l. eiuſdem, §. penul. & l. penult. Qui tamen abſconsè, & furtiuè, alium occiderit, mortis ſententiam incurrat, & bona omnia amittat, & ad parentes interfecti perueniant decem libræ auri pro legitima æſtimatione, & medietas reſidui propinquis perueniat alia medietas ad fiſcum: & ſi aliquis refugium, uel auxilium prędictis talibus perſonis prębuerit, tunc omnis eius poſſeſſio in publicum deueniat, ut in Lomb. de homic. liber. hominis, l. vlt.

Et ſi parentes non ſuperſunt, tunc omnia habet curtis regia, vel fiſcus, ut in Lomb. de parricidis. l. ulti. in titu. de ſepulcho uiolato, l. ſecunda. Per ſtatutum tamen Veronenſe bona omnia homicidę (excepto fictu, & feudo,) publicantur & aſſignantur hęredibus mortui, retentis decem libris in cõmuni, vt in tit. de feu. & bene. in ſtatutis. c. de rebus in quibus. Item in eo qui pacem fregit diſtinguit, ut ſi aliquem occiderit cùm quo coactus fecit pacem, manum, qua percuſſit, amittat, ut in eadem l. de armis, ſi uoluntariæ fecit pacem, & poſtea occidit eum, ſi quidem probatur eum occidiſſe, capitalem ſubeat ſententiam, ut in eadem l. quoniam diuina. §. ſi quis hominem. Si per pugnam conuictus fuerit, manum amittat, ut in eadem l. quoniam diuina. Debet enim minus puniri cùm conuincitur per pugnam, quam ſi per alias probationes: quia incerti ſumus de iudicio Dei, ſcilicet de pugna, ut in Lombar. de homicid. liberi hominis, l. recolimus enim quod ſtatuimus. in fine. Si verò dicat ſe feciſſe uitam ſuam defendendo, tunc ſi conuincatur per pugnam, capitalem ſubeat ſententiam, ut in eadem l. quoniam diuina. §. ſi quis hominem. Sunt & alii multi caſus ubi fit pugna, quos licet colligere in ſumma Rofredi Beneuentani de pugna. Si verò alium tantùm vulnerauerit infra pacem, ſi non poterit probare, quod uitam ſuam defendendo fecerit, manũ amittat, ut in ead. l. quoniam diuina, §. ſi quis alium infra pacis.

Excuſantur hi à pęna: nam pro occiſo in prędio compoſitio non requiritur, vt argum. ff. ad l. Aqui. l. qua act. §. ſi quis in colluctatione, in eadem l. placuit, §. poſtea uerò. & l. quoniam, §. ſi quis alium infra pacis, ff. de iniur. l. 3. §. 1. Item nec pro occiſo iuſſu regis, (ut in Lombar. de conſilio mortis, l. 1. argum. ff. quod ui aut clam, l. prima, §. ulti. argu. ff. fam. erciſc. l. qui erat. arg. ff. de euic. l. ſi pignora, primo reſponſo.) ut tale officium ei non noceat, cùm non ſui commodi cauſa fecerit, ut ff. de furtis. l. ſi ſeruus communis, §. quod uerò. ff. rerum amota. l. ſimiliter, §. primo. Item nec auctore rixæ occiſo in rixa, ut in Lombar. de homic. libe. homi. l. ſi quis ex leui cauſa. in medio. l. argu. ff. de pauperie. l. prima, §. cùm arietes ff. ad l. Aqui. l. itaque ſi ſeruum, & l. ſcientia. §. tertio. ff. de iuſtitia, & iure, l. ut uim, C. ad l. Corneliam, de ſicariis, l. prima, & tertia, C. quando lice. vnicuique ſe uin dicare, l. prima.

Item nec de eo, qui occiſus eſt ab eo, qui ſe defendebat, ut in prędictis legibus, in Lombarda de aggreſſ. in uia fac. l. tertia, in fine, & l. quinta. Item nec pro occiſo a ſeruo defendente dominum ſuum, ut ff. de iniurijs. l. ſed ſi unius

Source : BIU Cujas

§. ſi iuſta, in fi. quamuis ſeruus in facinoribus domini dicto obediens eſſe non debeat, (ut ff. rerum amotarum, l. ſimiliter, §. primo, ff. de actioni. & obliga. l. ſeruus,) ſcilicet in atrocioribus, ut ff. quod ui, aut clam. l. his qui, §. ſi tutores, ubi & dominus impunè poterat, ut C. ad l. Iuliam de adulteriis, l. Gracchus; Item nec pro occiſo ſine dolo, ut ff. ad l. Corneliam de ſica. l. in lege Corne. de ſicariis. Item excuſatur qui ſe uindicando occidit canem cum uirga, & ſpata; aliud ſi poſt eum iactauerit, ut in Lombarda de damn. in uia dato, l. quis ſe uindicando.

Item excuſatur, ſi occidit canem facientem damnum in domo ſua, uel in nocte, uel in die, ut in prædicto titulo l. ſi quis alienum canem. Item non requiritur, ſi damnum datum ſit infra nouem pedes a focolario menſurando ad pedes mediocris hominis. & non ad manus, ut in Lombar. de plag. li. ho. l. 2. & titulo de dam. in via dato, l. 2. iure tamen Romano ſit menſuratio per cubitus, argumen. C. de milit. ag. l. prima. aliàs dicitur ad pedes, ſeu paſſum, vt ff. finium regundor. l. vltima, §. vltimo, C. de ædifi. prima l. ſi cui, & l. menianæ, ff. de verborum ſignification. l. 3. aliàs de lapide ad lapidem, hoc eſt, de miliari ad miliare, vt ff. de excuſa. tuto. l. ſcientiæ, §. 1. 2. & 3. in Inſti. de excuſat. tuto. §. qui autem excuſare, ff. de officio prætoris. l. 1. §. initio. Item non requiritur, ſi quis ignem fecerit, & tranſierit viam publicam vel riuum, & damnum fecerit, vt in Lombar. de damno in via da. l. tertia.

Item nec requiritur de eo, quod fecit eundo auferendo aliquid propter neceſſitatem, (vt in prædicto titulo. l. decima. & in Lombarda de iurantibus. l. 1. infra eod. l. quoniam quicunque, & §. præterea, §. licitum.) cùm nemo in neceſſitatibns liberalis exiſtat, vt ff. de adimen. lega. l. rem legatam, & quod in neceſſitatibus fit, curandum non eſt, vt in Auth. quibus modis natu. primo reſponſo. colla. 7. Nam & pater poteſt filium vendere in neceſſitate famis, (vt C. de patrib. qui filios diſtraxerunt, l. prima.) & minor pro eadem cauſa poteſt prædium vendere, vt in Lombarda de prohibita aliena. mino. l. vltima. Item excuſatur cùm damnum dat, ſi aliter periculum euitare non poſſit, argumen. ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum, §. item Labeo, l. & ſi quis fumo, §. primo, ff. de incen. rui. naufra. l. quo naufra. §. penultimo. ff. de aqua plu. arcen. l. prima, §. de eo. Item nec requiritur pro mortuo in foſſato alicuius, vt in Lombarda de damno in via dato, l. ſi quis foſſatum. argumentum contra. ff. ad l. Aquiliam, l. qui foueas. & ff. quod vi, aut clam, l. ſi alius. §. præterea. Item nec pro mortuo in puteo alicuius, vt in prædicto titulo de vamno in via dato, l. ſi animal. veruntamen in lege Moyſi reperitur in exodo. capitu. 21. quod ſi aliquis aperuerit ciſternam, & foderit, & non cooperuerit eam, ceciderit que bos, vel aſinus in eam, dominus ciſternñ reddet precium iumentorum. Item nec pro raaioſo, vel dæmoniaco occiſo componitur.

Item nec pro alio occiſo ab eiſdem: item vel à mente capto, aut ab infante, vt in Lombard. de damno in uia dato, l. ſi peccatis, & titulo de pauperie. l. 3. ff. de officio præſidis, §. primo. ff. ad leg. Corneliam de ſicariis, l. infans, ff. ad l. Pompo. de parricidis, l. penultima, in fine. Item nec pro latrone publico, & deſertore militiñ occiſo, C. quando licet. vnicuique ſe vin. l. vlti. Item nec pro transfuga occiſo, vt ff. ad l. Corneliam de ſica. l eiuſdem, §. vltimo. Item nec pro homine occiſo ab animali domeſtico faida ſiue inimicitia requiritur: homicidium tamen componitur, vt in Lombarda de pauperie. l. 4. argumen. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dica. l. ex hac. Item nec pro occiſo à fera ab alio comitata, dum & ipſe ſupra eam ſtaret cauſa luctandi, vt in Lombarda de venatoribus, l. 3. aliud ſi non luctandi cauſa, vt argumen. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. l. prima, §. & generaliter, ff. au l. Aqui. l. item Mela. §. item & cum eo. Item pro homine occiſo inuento in curte aliena in nocte, qui non dat manus ad ligandum, non requiritur. in Lombar. de eo qui pecu. in damnum inuene. l. ſi noctis tempore. in Lombarda de curtis ruptura, l. ū ſeruus. Item nec pro homine fugitiuo deprehenſo & occiſo, qui non dat manus ad ligandum. Item nec pro occiſo a fugace, cum eum deprehendere volebat, vt in Lombar. de fur. l. ſi liber aut ſeruus.

Item non componit, qui tres vuas, & non plures acceperit alienas, vt in prædicto titulo, l. ſi quis ſuper tres. Nam ſi ingreſſus fueris in vineam proximi tui, comede quantum tibi placuerit, foras autem non efferas tecum. Si verò ingreſſus fueris ſegetem, frange ſpicas, & manu contere, falce autem non metas, vt in l. Moyſi, lib. Deut. cap. 23. §. ſi fuerit inter vos, in ver. ingreſſus, &c. & in verſic. ſi intraueris. Item nec pro occiſo pugnante contra patriam fit compoſitio, vt arg. ff. de religio. & ſump. fune. l. minime. Item nec pro occiſo adultero à patre, vel à viro mulieris deprehenſio in domo viri, vt ff. ad l. Iuliam de adulte. l. patri datur, & l. marito.

Item nec pro ſeruo occiſo à domino, cùm eum in facinore deprehendit, vt ff. de verborum obligat. l. qui ſeruum, ff. de leg. 1. l. quid ergo, §. ſi hęres. Dominus enim ſerui plenam in eum habet coerctionem, ſed uſufructuarius modicam, vt ff. de uſufru. l. loci corpus, §. primo, & l. idemque. §. 1 ff. de public. l. interdum, §. primo, in fine. ff. de fus. l. ſerui, & filii, ff. de pęnis, l. reſpiciendum, §. primo, C. de emen. ſeru. l. 1. & in familiam ſuam poteſt animaduertere, (vt ff. ad ſenatuſconſ. Syllani. l. & ſi certus, in fi.) alioquin ſine cauſa non licèt domino ſeruum ſuum occidere, uel aliter in eum ſæuire, alioquin punietur de morte, uel liberum faciet, uel conditionibus bonis uendat, ut in Inſti. de his, qui ſui uel alieni iuris ſunt. Nam & ubi luſcauit eum, uel dentem excuſſit ei, cogatur eum facere liberum, ut in lege Moyſi libro Exodi, capitu. 12.

Item parętes & magiſtri modicam habent coerctionem, (ut C. de emen. proxi. ff. de pęnis. l. aut facta, §. 1. ff. ad l. Aquiliam, l. ſed & ſi quicunque, §. ultimo, & l. præceptoris, ff. loca. & condu. l. item quæritur, §. item Iul. ff. de furtis, l. ſerui & filii, primo reſponſo.) & congruentius eſt controuerſis inter patrem & filium, & inter dominum & ſeruum terminari, ut C. de pat. poteſtate. l. congruentius. imò etiam patri licebat filium occidere, & eum pro noxa dare, licet hodie non poſſit, ut ff. de liberis & poſthumis. l. in ſuis, in fine, in Inſtitu. de noxa. act §. ultimo. ff. ad l. Pomp. de parricidiis, l. 1. & l. diuus, C. de pat. poteſta. l. ult. Et filius de ei facta iniuria contra pacem actionem non habet, niſi eſſet emancipatus, ut ff. de iniur. l. prætor. edi. §. ſed & ſi quis. Sed filiam adulteram poteſt occidere ſimul cum adultero, & multo magis contumeliis afficere, ut ff. ad l. Iuliam de adul. l. patri nec, §. primo. Item patronus in libertum modicam coerctionem habet, (ut ff. de iniur. l. prętor, §. præterea, & l. non ſolum, §. quanquam, §. 1. ff. de pęn. l. reſpiciendum, §. furta,) & extraordinarium auxilium, ut ad Syllani. Senatuſconſul. l. & in libertos. Item dominus in mercenarium, argumen. in prędicto §. furta. Item dominus contra aſcriptitium, ut in Authen. de nup. §. aſcriptitio autem, C. de agri & cen. l. ult. Item Mundualdus, ut in Lombar. qualiter mund. l. ult. Item creditoribus licet ſeruum obligatum, prorſus maleficiis coercere, uel in uingulis ligare, argumen. ff. de pig. actio. l. eleganter, §. ulti. Item quilibet magiſtratus in ſubiectos modicam habet coerctionem, ut ff. de iur. omn. iudic. l. magiſtratibus. Item & illi cui mandata eſt iuriſdictio, ut ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdi. l. ult.

Item argumentum ſupradictarum poteſt dici, quod & vxor poteſt a viro modice coerceri. Nam vbi eam occidit in adulterio deprehenſam, non patitur mortem l. Cornel. de ſicca. licet relegari poſſit, & vbi poteſt occidere, multo magis verberibus afficere, vt ff. ad legem Iuliam de adulter. l. ſi adulterium, l. ſi imperator, & l. nec in ea, § primo. Et debet vxori iraſci quæ violauerit matrimonium eius, vt ff. ad legem Iuliam de adulte. l. mariti, primo reſponſo. In eam vindictam dare in diſciplinam, vt in Lombar. quis ſe defen. debe. l. ſi quis am §. ſi vero ipſa.

Sed ſine cauſa non licet verberibus talibus efficere, quæ ingenuis ſint aliena (vt C. de repudiis, l. conſenſu, in fine primi reſponſi, in Authen. vt liceat matris & auiæ, § ſi quis autem propriam) immo plus punitur quam ſi in aliam commiſiſſet, vt ff. de pœnis, l. capitalium, §. omnia, & quod poſſit eam caſtigare & coercere temperate, ſatis poteſt conijci ex prędictis ll. maxime cum vxor debeat eſſe in officio mariti, (vt ff. de operis liberto. l. ſi cum patronum) & maritus fungitur corpore vxoris, & ſubſtantia & omni ſuo iure: & vxor ipſa obſequia præſtare debet viro (vt C. qui potiore in pigno re habeantur, l. aſſiduis, primo reſponſo, & in medio l. & ſe ipſam marito dat, vt C. ne fideiuſſo. dot. dentur, l. ſecunda, C. de pactis dota. l. hac lege) & ſubiecta dicitur viro affectu, (vt ff. de iuriis. l. prima, §. item ait. C. qui tuto dari poſ. l. maritus) inter quos affectio eſt & pietas, vt ff. de legatis tertio, l. vxorem & filium, primo reſponſo.

Reuerentia enim marito ab vxore exhibenda eſt, vt ff. ſoluto matrimonio, l. alia cauſa, in fine. Viri enim ſunt, & debent eſſe principes domus ſuæ, & maiores, vt ſtatuit Aſſuerus Rex Indiæ & Aethiopiæ, vt in lege diuina in libro Heſter, circa princip. & ait etiam Dominus ad Euam, Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tibi, vt in lege Moſi, capi. tertio, §. & dixit Dominus ad Abraham.

Item de familia viri eſt & de una domo (ut argumento C. de re militari, l. quicunque, ff. ad ſenatuſconſultum Syllanum, l. tertia, § ſi vir.) & inter eos eſt quædam vitæ ſocietas, & diuinæ domus, vt ff. rerum amota. l. prima, C. de crimin. expil. hęre. l. aduerſus. Item ait Paulus in epiſtola ad Cor. ca.

Source : BIU Cujas

7.Mulier alligata eſt legi viri quanto tempore vir eius viuit. Item alibi,Vir eſt caput mulieris,in ca.11. & alibi in eodem cap.Mulier eſt ex viro,& creata eſt propter virum, & non è conuerſo. Vnde ad ſimilitudinem vſufructuarii, qui debet impendia præſtare, & qui non pōt modice coercere & coge re operari, poterit vir vxorem cogere & coercere operari, (vt ff.de vſufruct.l.ſi cum impendia, & l.idemque, §.primo. ff.ſoluto matrim.l.ſi cum dotem,§.ſin autem in ſæuiſſimo.) quia ille, cui alimenta debent præſtari, partim ſuo labore, partim alimoniarum taxatione paſcatur, (vt C. de adminſt. tut.l.lex quæ.) vt tamē eam cogat vt ingenuam & liberam, & non tanquam libertā,vt arg.C.de repu.l.conſenſu,ī fi.primi reſp. C.de ope. libe.l.libertæ. ff. eod. l. liberta ſi in concubinatus.Poſſunt tamen & alii caſus eſſe, ubi quibus excuſatur a pœna, & vbi impune habet in alium coercitiones: ſed prædicta ſufficiant ad præſens.

Et ſi quæratur,quibus ſit præſtandum, quod emendationis cautia pſtari debet, videtur poſſe dici ut ſit illi cui offenſum eſt,ſi non eſt in alterius poteſtate, & quod ei fiat mendum ſiue compoſitio: ſed ſi eſt in alterius poteſtate, tūc fiet illi in cuius fuerit in poteſtate,vt in Lomba. de eo qui mulierem vel ſeruum,l.ulti.& ſi interim moriatur pater, mēdum quod debet pręſtari non tranſmittitur ad hæredes,immo redibit ad ipſum filium,argumen.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius, §.vltimo. Et quod dictum eſt,quòd ibi filio fiat mendum, verū eſt niſi in muliere rapta, vbi fit compoſitio de parentibus & curiæ,vel curiæ tantum ſi parentes non ſuperſunt, ut in Lōbar.de rap.l.prima,uel fit ibi mulieri, niſi conſentiat in matrimonio raptoris: quo caſu fit eius patri & matri, vel alteri eorum qui ſupereſt,vt in Authen. de rap. muli. §.ſancimus. Iure enim diuino ſi ſeduxit quis virginem nec dum deſpōſatam,& dormierit cū ea,dotabit eam, & tenebit eam in vxorem:ſi pater uirginis noluerit ei dare in vxorem,reddet pecuniam iuxta modum dotis,ut in li.legis Moyſi libro Exodi. c. 22.in verſicu.Si ſeduxerit quis virginem,& cap. Si vero non viuit vulneratus vel paſſus,ſed mortuus eſt,tunc videtur prima facie quòd hæredibus eſſet præſtandum, quia ad eos ſpectet vindictam defuncti proſequi, argumen. C.de his quib. ut indig.l.prima,ff.ad ſenatuſconſul.Sylla.l.neceſſarios, §.vl. in Lombar.de homi.lib. ho.l.item annūciatum, in fi. & l.ſi quis liber homo.in Lombar.de conuiciis, l.2. Nam & iniuriam factam cadaueri debent hæredes vindicare, quia intereſt hæredes defuncti eſtimationem purgare,vt ff. de iniu.l.j. §.ii.& §.quotiens,argumen.ff.ad l.Iuliam maieſt.l. ulti. ff.de iure fiſci,l.res quæ primo reſponſo, & quod emendatur, debet præſtari hæredibus ipſius,in Authen.vt defun. ſeu fu. eo. §.ſancimus igitur ſi quis. Sed puto potius quòd pręſtabitur propinquis parentibus,(vt in Lombar.de pauperie,l.item relatum,& titu.de raptu.l 1. 2. & 3.& titu.de ſepulchro viola. l.2.& titu.de parricidiis.l.2. & titu.de homic.libe.ho.l. 2.8.l.ſi quis ſculdaſium,& l.vltima, & in titu.de adulte.l.tertia.) & tunc qui mendum percipiunt, de eo creditoribus defuncti non tenentur,etiam ſi eſſent hæredes. Non enim iure hæreditario capitur vel perſecutionem rei continet,ſed potius vī dictam iure ſanguinis,(vt argumen.ff.de acquiren.hæreditate,l.pro hærede,in fine.ff.de colla.bo.l.ſi emancipati.§.emancipatus dedit in dotem,in fine, & l.penul. argumen.ff.de interdic.& releg.l.iij.ff.de caſtrēſi pec.l.dotem,in fi.ff.de his qui deiece.vel effu.l.ſi vero,§ ſi libero homini.ff.ad l.Aquiliam, l.huic ſcripturæ,§.vltimo, & l.nam ſicut, in fine,ff.de ſepulchro violato,l.6.in fine,& l.penu.)& non iudicio teſtatoris, ſed alio modo uel prēmio conſequatur,vt argumen.ff.de lega.iii.l.ſed & ſi ſic,§.primo,ff.de hęredibus inſtituendis, l.antepenul. argumen. contrarium ff.de acquirenda hęreditate, l.pro hærede, §.ſi quid tamen.Compoſitio vero presbyteri ſoluitur Epiſcopo, ad cuius parochiā pertinet,ita ut medietatem vtilitatibus Eccleſiæ, cui præfuit, conferat; & aliam dimidiam in eius eleemoſynam,ut in titu.extra de pœnis,capitu.presbyteri.Et quòd dictum eſt quòd defertur propinqs parentibus,intelligas ut primo filiis maſculis & non fœminis: & his deficientibus,parentibus vel propinquis præſtabitur,qui etiam filias defuncti excludent,ut in Lombar.de homic.libe.homin.l.iij.l.ſi mulier maritum,l.ſi quis Longobardus ab alio,l.duo aut tres,l.ſi homo occiſus, l.ſi maritus occiderit,l.ſi quis mulierem,l.ſi quis ſculdaſium,& l.qui hominem liberum. Nam & parentes debent præſtare ſolatium ſiue auxilium ad vindicandum mortem defuncti, & ſi non præſtiterint, puniuntur in quinquaginta ſolidis applicandis his,quibus dicitur in Lombarda de homici. libe. ho. l. 2.& erit hoc in argumentum, ut omnes parentes cogantur ad compoſitionem: & ad idem eſt in eodem titulo,l.homo occiſus,& in titulo de feudo, & bene.l.in ſtatutis, c.& omnes diſcordias,& quia intereſt iudicis prouidere,ut diſcordiæ pacificentur, ut ſupra eadem ſumma, §.tueri pacem,cum ſequenti,§.penultimo dictum eſt.Argumentum tamen eſt, vt non cogantur, niſi ille qui compoſitionem eſt recepturus, (ut in prędicto titulo,l.ſi quis aliqua.) & appellabuntur parentes uel propinqui, ſcilicet aſcendentes patrui auunculi, fratres cōſobrini, & omnes perſonæ huius propinquitatis, ut in Lombarda de parricidiis, l. prima & tertia, ff.de in ius uocan.l.qui litigandi,§.parentes,in Lombarda de raptu, l.ſi quis puellā,in tit.qualiter quis ſe defen.deb. l.j.Si tamen ille, qui mendum debet recipere pupillus eſt, qui ad plenum pacem facere non poteſt: mendum erit auctoritate iudicis collocandum apud idoneos homines,arg.ff.ad l. Falcid.l.diuus Seuerus.

Vbi tamē quęritur de ſucceſſione homicidæ,tunc propinqui eius ſuccedent ei, & pro homicidii emendatione & non vlteriores: & tunc appellabuntur propinqui fratres tantum, vt in Lombarda de parricid.l.j.& 2.Deſcendentes vero ſuccedunt vſque ad tertium gradum, (vt in Authen. vt nulli iudi. §.vltimo.C.de muli.quæ cum ſeruis,l.prima.) nec homicidia ſuſtentabitur de hæreditate,īmo hæredes hac conditione accipiunt,& cum iureiurando promittunt, quòd nec ſuo conſenſu,nec ſua voluntate aliquod emolumentum de hæreditate ad homicidam perueniat: & ſi inueniatur poſtea quòd hæres emolumentum præſtiterit de hæreditate homicidæ, tunc hęreditas ad fiſcum perueniat,vt ī eodem titulo,l.quoniam,§ ſi vero pacis violator, ſimile in Lombarda de his q extra patriam per triennium, l.prima,primo reſponſo, in fine.Aliter vero,vbi quis ratione delicti amittit hæreditatem, de ipſa donec viuit debet alimentari a ſucceſſoribus,& maxime a filiis,(argumen. in Authen. de inceſt.nup. §. 2.in argumen. in Lombarda de vltima voluntate,l.prima,)licet hęredes non ſuccedant homicidæ, ſicut & alias, (puta in crimine maieſtatis,)niſi filia quæ ſuccedit in aliqua particula, (vt C.ad l.Iuliā maieſta.l.quiſquis.)vel in crimine parricidii, vt in Lombarda de parricidijs, l.quicunque. Verūtamen in l.quicunque, poſſet intelligi, cum habeat hæredes: & licet vt ſuperius dictum eſt, quòd parentes propinqui in mendo pręferuntur filiæ defuncti, tamen ex conſuetudine Veronen ſi filia admittitur ad mendum,& alios parentes excludit, & quilibet, qui admittitur ad ſucceſſionem defuncti, admittitur ad mendum pro parte pro qua eſt hæres. Et ad hoc facit ſtatutum vel ius ciuile ciuitatis Veronæ incipi. palatium publi.omnibus,&c. & aliud ſtatutum de eo qui hominem occiderit:& aliud ſtatutū,ſi qs pręmeditate,&per illa ſtatuta hæredes homicidæ nō ſuccedunt,ſi præmeditate occidit,niſi in feudum, & factis poſt mortem homicidæ,ſed hęredibus mortui bona aſſignantur, vt in titulo de feudo & benefi.in ſtatutis, in cap. de rebus in quibus. Et erit hic ordo volentium pro compoſitione habere hęreditatem iure Longobardo talis, vt prius admittantur filii & cœteri excludantur: his deficientibus,parentes, propinqui, excluſis aliis omnib. & etiam filia: his deficientibus ſi ſupereſt filia, ipſa habeat medietatem,& ſi non ſit hęres,curia regis habet aliā medietatem,ſi eſſent alii hęredes,ipſi haberent illam, quam percipit curia. Si non eſt filia, percipiunt etiam hęredes, & his deficientibus curię regis applicabitur, & iſta probantur ſpecialiter his legibus Lombar.de homic.li.ho. l. ſi maritus occiderit,l.ſi quis mulierem,l.ſi mulier, l.ſi quis Longobardus ab alio,l.ſi quis liber,& l.annunciatum eſt,primo reſponſo. & in fine.l. in Lombar. de parricidijs,l.prima, & l.ſecunda. Lege vero Salica ſi quis occiſus fuerit,filii habere debēt medietatem compoſitionis,& aliam medietatē parentes proximiores,tam ex parte patris quàm ex parte matris, vt in lege Salica,c.61.ſi alicuius pater.

Et per hoc,quod ſuperius dictum eſt,apparet quęſtionem de iure ſopitam eſſe,qua quæritur vtrum,quod datur nomine compoſitionis,debeāt habere hęredes defuncti extranei, an filii defuncti, hęredes defuncti non exiſtentes? & dicatur quòd de iure non inſpecta conſuetudine,vt ſtatuto Veronenſi filii debeant eſſe potiores: quia potius debet haberi ratio coniunctarum perſonarum quam extranei. argumen. ff.de pac.l.antepenul.ff.de priuileg. credi.l.prima, & quia talis compoſitio non videtur ad eos pertinere iure hęreditatis,ſed ratione proximitatis, & ad hoc eſt argumen. ff.de interdi.& releg.l.tertia,ff.de colla.bono.l.dedit in dotem, in fine,& l.pen.ff.de ſepul.viola.l.pen. in Authen.de adiutoribus quęſtorum,§.illo etiam obſeruando. Multa alia & ſimilia poſſunt reperiri,ſcilicet in dona.propter nup.quòd habeant filii etiamſi non ſint hęredes: quia honore proprio habēt, & legis prēmio, in Authen. de non eligen. ſecundo nuben. §.colligentes,in Authentic.de nup. §. ſoluto igitur, in fine, & §.& ſi ſuper his,& §.ſed hi quidem.C.de ſecundis nuptijs, l.hac edictali,in fine,l.ſi quis prioris, §. primo.& in aliis caſibus multis reperitur,vt C.de legibus,l.cum reſponſo,ff.de lega. primo, l. qui filiabus, § vltimo. & l. filio pater, l. ſed ſi

Source : BIU Cujas

& l.quid ergo,ff.de verborum oblig.l.quodcunque, §.ſi quis ita,ff.de adopt.l.arrogator,ff.de proxi.ſacro ſcrin.l. ſi quis in ſacris,in Authen.de exhiben.& intro.reis,§.optimum,ff. ad ſenatuſcõ. Treb.l.ſi patroni,in princi.& l.debitor, §.vltimo, C.arbitrium tu.l.eum qui,C.de tut.& ratio diſt.l.cum tutor, ff.de hær.vel act.ven.l.venditor ex hæredita.ff. ad legem Falcidiam,l.iii.& l.quod autem dẽ,& l.id aũt,ff.de tranſa.l.iii. §. vlti. Et quia in corpore libero damnum datum, iure hæreditario ad hæredes non tranſit,uel hæredibus non præſtatur ut ff.de his qui deie.vel effu.l.ſi nec,§.ſi libero homine,quia abſurdum eſt vt hæres iure hæreditario quaſi occiſi eius,cuius hæres extitit,conſequatur,vt ff.ad l.Aquiliam,l. huic ſcripturæ,§.vlt.& l.nam ſicut,in fi.ar.de iniur.l.ſed ſi vnius,§.vl. in fi.& ad idem poſſunt induci argumẽta quæ notaui ſupra de ſuc.feudi,§.primo,in fine,& §.item quæritur nunquid repudiando.Vbi vero frater naturalis mortuus fuerit,ſi quidẽ relinquat fratres ſiſr naturales,& quoſdam legitimos,legitimi fratres hr̃e debent duas partes compoſitionis, & totam eius hæreditatem,fratres naturales tertiam partem compoſitionis,vt in Lombar.de ſucc.l.ſi fuerint filii legitimi,§. primo .Iure tamen Romano naturalis frater, & etiam vulgo quæſitus ſuccedere poteſt naturali fratri, ff. vnde cognati,l. hac parte,& l.ſi ſpurius.In Inſt.de ſenatuſ.Ter.§. ſed cum antea,in Inſti.de ſenatuſcon.Orfi.§.nouiſſime,in Inſtitu. de ſuc ce.cog.§.uulgo.

Sed quæritur ſi vulneratus ad mortem fecit vulneranti finem, & poſtea de uulneratione mortuus eſt, an poſſit qui vlnerauerit,accuſari ab hæredibus vel a filiis? Rñdeo,vr̃ q̃ non,vt ar.ff.ad l.Iul.l.ſi maritus,§.ſi negauerit,in fi. ad ſenatuſcon.Syl.l.diuus,ff.de in ius vo.l.neque,§.j.ar,C.de fur.poſt deciſionem,ar.contra ff.de condi.fur.l.ſi pro fure,ff.de fur.l. ſi quis uxori,§.ſi quis iurauerit.ſed contrarium no.infra proxi.in §.poſt compoſitionem.Emendatione autem facta, iudex faidam,quæ inimicitia dr̃ (vt in Lombar.de plag. lib.ho. l.in omnibus) per ſacramentum pacificare faciat, & eos ad hoc cogat,ar.ll.ſupra circa principium huius ſummæ denotatarum,& in eadem l.hac edictali,primo rñ.in Lombar.de homi.li.ho.l.ſi quis aliqua.licet quędam argumenta contraria inueniantur,ſ.vt non cogantur,ut C.vt nemo inui.l. prima,ff.de tranſa.l.cum hi,§.qui tranſigitur,C.de ſen & interlo.omnium iu.l.ex ſtipulatione,in Authẽ. vt litig. iurent, §. quia vero,ff.de arb.l.ſed & ſi in ſeruum,§.ſi quis,& l. non diſtinguemus,§.quæſitum, ſed iſta argumen.non obſtant, & ſunt prima validiora,pro quibus etiam multum facit in eadem l.de armis.vnde omnino puto cogendos. Et ad hoc eſt etiam ſtatutum Veronę expreſſum, ſ. in primo ſtatuto,ſ. in ſacramento poteſtatis,vt in c.in ſtatutis,ca.& omnes diſcordias.Poſt compoſitiones enim faida ſiue inimicitiæ poſt ponatur,& amplius non requiratur,ſed ſit cauſa finita manente amicitia,niſi infra annum vulneratus fuerit mortuus, de quo facta erat compoſitio, quia tunc componere in gargatangi,ideſt,ſecundum qualitatem perſonę, maxime facta p̃ dictione,vt de morte conſequi poſſit, prima compoſitione mortis computata,vt in Lomb.de plag.li.hom.l. in omnib. & in titulo de plag.& fer.ſeruo.l.ſed ſi de ipſa,& l.omnes uero plagæ,ar.ff.de in ius voc.l.neque,§.quod in ius,arg. ff. pro ſocio,l.ſi quis a ſocio,& l.quod ex ſtipulatu,ff.de act. empti, l.prædia,ff.de euict.l.quia dicitur,§.primo,& l. cum fundus, in Inſti.de lega.§ ſi cui fundus,ff.de ędilitio edicto,l. quod ſi nolit,§.ſi quis egerit,& ſi tamen,§. cum redhibitoria, argu. ff.de act.empti,l.ex empto,§.vltimo,ar.ff. de petitione hære, l.cum his qui,arg.ff.de arbo.ſur.cæ.l.prima,& l. facienda.arff.ui bonorum rap.l.j.Et hoc cum hoc vno impetu vulnerauerit & occidit pluribus uulneribus illatis uel non , ſecus ſi primo uulnerauerit,& poſtea ex interuallo aliis vulneribus occidit:nam tunc plura delicta ſunt,vt ff. ad legem Aquiliã, l.illud,§.ſi idem,ar.contra,ff.ad ſenatuſcon.Syl.l.diuus. Et p prædicta prædictione uel proteſtatione faciunt ar.quæ notaui in ſumma ſupra,quibus modis feudum amit. §. quædam tamen,ar.in fine,& hæc quæſtio eſt Bulg.& prolea adhuc in ducas pro & contra. Et primo vr̃,q̃ filius admitti poſſit,licet defunctus deſtitit,ut ff.de accu.l.ſi cui,§.primo,in fine,& licet obſit paciſcenti,non tamen alii,ut in dicto §.& arg. ff. de religioſis & ſumptibus fu.l.Neratius ,primo reſponſo, ff. ad legem Falcidiam,l.quod bonis,§.primo,ff.ad legem Iuli. de vi pub.l.qui cœtu,§.ultimo. Item quia pœnæ perſecutio auctoritate legis ſeruatur,non voluntate iudicantis, vt ff.de aboli.l.prima,§.primo,in fine,ff.ad mnni,l.ordine,primo reſponſo,& publice intereſt pœnam non remitti,ne ad malefi cia quis temere proſiliat ſine principis auctoritate,vt C.de pœnis,l.ſi operis,& l.pœnam,ff.de pœn.l.iiii.in fine,l.in metallum,l.diui fratres,ff.de regulis iuris,l.acta,§.primo,ff.ad legem Aquiliam,l.ita vulneratus,primo reſponſo,in fine.nec poteſt paciſci,ne ex delicto agatur,ut ff.de pactis,l.ſi vnus,§. pacta.Item non poteſt remitti,quod nondum competit,argumento ff.de ſucc.edicto,l.prima,§.decretalis. Item de criminibus,quę ingerunt pœnam ſanguinis,non poteſt tranſigi,vt C.de tranſact.l.tranſigere. Econtra videtur quod remitti poſſit, & maxime crimen iam perpetratum ,ut de cętero non admittatur,argumento ff.de pactis,l.iure gentium, §.ſi paciſcar,l.ſi vnus,§.ſed ſi pact.C.de accuſa.l. accuſationem, ff.de aboli.l.ſecunda,l.mulier,§.primo, ff. de libero homine exhi.l.tertia,§.ſi quis eum,§.ſi tamen plures,ff.de iniur.l. ſed ſi unius,§.filiofa.C.de iureiurando,l.ſi quis.& renunciare iuri comperituro,ff.de pactis,l.& ſi ſtipulatio,§.primo, & l.pactio inter hæredem,in fine,C.de donati.l. ſpem,& ſimiliter agetur iterum poſt compoſitionem,ſi ille qui offendit non attendat quod in compoſitione deductum eſt,ut argumen. C.de tranſact.l.ſi quis maior,ff.de inofficioſo teſtamẽ.l. ſi in ſtituta,primo reſponſo,etiam argumen. quæ notaui in ſumma ſupra quibus modis feudum amit.§.item ſi uaſallus nõ fecit.Idem ſi fraude uel dolo aduerſarii inductus eſt,argum. ff.de inoffi.teſtam.l.eum qui,primo reſponſo.

Sed ſi poſt compoſitionem,uel poſtquam malefactor ad præcepta alterius iuerit,& ea attenderit, uel in termino ſteterit, & obſeruare non recuſauerit, aliquis propinquus ex parte mortui reuindicandi cauſa aliquem occiderit ex parte componentis,ipſam compoſitionem,quam accipit,ī duplum reddat,ut in ſtatutis c.ſi quis præmeditate,& ca.ſi quis pacem,in Lombar.de homicid.liber. hom. l.ſi homo occiſus.& erit hoc in argum.quod ſic, & quia capitales propinqui tenebantur ipſum Mæuium adiuuare in guerra, vt in Lombar.de hom.lib.hom.l.ſecunda. & quod inductus erat in bellum uel in diſcordiam , per talem uidetur ſublatum, unde uidetur quod in treuga contineatur,ut argumento C. de cadu.tol.primo reſpoſo.

Item tutor ſi inimicus fiat parentibus pupilli a tutela remouetur,argumento ff.de ſuſpec.tu.l.tertia,§. ſi tutor inimicus. Item iniuria facta fratri uel conſimili,uidetu porrigi ad fratrem,ut argumento ff.de liberali cauſa,l.prima,in fine,& ſecunda.uel ad patrem,ut ibidem.Nam & iniuriam conſanguineorum, uel cõiunctarum perſonarum ſępe licitum eſt uindicare,ut C.de epiſcopis & clericis,l.raptores, C. de rap. vir.l.prima.In Authen.de rap.muli.primo reſponſo,& in lege Moyſi in libro Numeri,c.xii.ait Dominus ad Moyſen,in uer.ſi quis uero ferro,& in l.diuina,in libro Ioſuæ,c.xx.Et locutus eſt Dominus ad Ioſue,dicens. Item quia ſi uaſallus occidat fratrem,amittit feudum , unde & hic contra treugam multo magis uidetur facere,ut in titulo in quibus cauſis feudum amit.§.denique, & ſupra titulo quibus modis feudum amit.§.ſecundo.In filio expreſſius uidetur,quia magis videtur Mæuius feciſſe treugam occaſione filii, quam ſuipſius quia plus timet de eo quam de ſemetipſo(vt in Inſtit.de noxa. §.ultimo,ff.quod metus cau.l.iſti quidem) & magis gaudet de honore ipſius quam de ſuo proprio,ut in Authen.cõ ſtitu.quæ de dig §.propterea,in fine.& eius pietas duplicata eſt circa filium,ut ff.de libero homine exhi.l.iii.§.ſi eum. Itẽ quia eadem perſona cenſetur filius cum patre,ut in Inſtitu. de inuti.ſtipul.§.ei qui,C.de impu.& ali.ſubſt. l. vltima in fi. Et omnia pater ex uoto acquirit filio,vt ff.de bo.lib.l. nihil, primo reſponſo,ff.ſi tabulæ teſt.nullæ ex.l.in ſcripto,in fine, & quia ipſi patri fit iniuria per eum,vt ff.de iniur.l. prima,§. primo,in Inſtitu.de iniur.§.patiuntur.

Item id quod emendationis cauſa præſtatur,præſtatur patri vel cognatis,vt ſuperius dictum eſt. Ecõtra videtur quod non contineantur ſupradictæ perſonæ,quia in promiſſione non fuerunt inſertæ,argumento ff.de rebus dubiis,l. v. ff.de verborum obliga.l.ſi ita ſtipulatus fuero,§.Griſogonus,in fine,C.de conſtituta pecunia,in authen.ibi ſignata,& in Authen.vt cum de appellatio.& faciunt ad hoc quæ not.ſupra titulo qualiter iurare debeat vaſall §. generaliter,ſupra quibus modis feudum amit.§.quæri poteſt,& §.non ſolum videtur. Ex conſuetudine tamen interpretatum eſt,vt videatur feciſſe cõtra treuguam,& ad hoc eſt argumentum quod dicitur de liberto,qui nouit artem Pantominii,qui debet præbere ipſi patrono, & ludis amicorum eius gratuitam operam.Idem ſi eſſet medicus,vt ff.de operis lib.l. ſi libertus artem,& ar.ff.de penu.lega.l.iii.§.ſed quod.Et ad hoc eſt argu. ff.de officio præ.vrba.l.prima,§.cum patronus,ff.de vulgari ſubſti.l.ſi plures,§.pen.in fine.ff.de lega.l.ſciendum,§.ſi accuſat,ff.de cap.& poſtlimi.reuer.l.v.primo reſpon.Ad iſtum ẽt §.faciunt argumenta quæ notaui in ſumma ſupra titu. quibus modis feudum acqui.§.& non ſolum videtur, ſupra tit. qualiter iurare debeat vaſ.§.nunquid & filio.

Sed circa iſtas compoſitiones conſueuit quæri, an illæ qui iniuriam contulit,poſſit compromittere in aduerſarium vt ſit arbiter ? Reſpondeo, quod non argumento ff. de arbi.l. pen. quia non poteſt eſſe iudex in ſua cauſa, vt C.ne quis in

ſua

Source : BIU Cujas

ſua cauſa,l.prima,ff.de iud.l.Iulianus,ff.de iuriſdictione om nium iud.l.qui iuriſdictioni,argumento C.de teſti.l.omnib. In extraneum ſeu tertium autem poteſt, ſi tamen & ipſe cõ ſentiat,& ſi contra ius pronunciauerit litigatoris,tenetur licet iniquum ſit pronunciatum,vt ff.de arbit.l. Pomponius, §.recepiſſe,& l.tertia,§.primo,& l.diem, §. ſtari , niſi contra ius iudicauerit, (vt in auth.in medio lit.§.ſi uero aliqua) vel niſi dolo malo:quia tunc obſtat exceptio,vt C.de arbi. l.iiii. ff.de arbitr.l.ita demum. Et quod dictum eſt quod poteſt in tertium compromitti de iniuria,intelliga cum pecunialiter agitur,cęterum ſi criminaliter agitur,nõ, cum ſit famoſum iudicium.Similiter nec de publico iudicio, vt ff.de arbitris, l.non diſtinguemus,§ Iulianus,indiſtincte,ff.de his qui notãtur infamia,l.athletas,§.vltimo,& l.quid ergo,§.ex no.compromiſſo.

Item quæritur nunquid aduerſaria pars poterit eſſe arbitrator,& ſi arbitratus fuerit,ei ſtabitur ſi aduerſarius promiſerit ſub pœna,vel ſine pœna ſtare eius arbitrationi , iuratũ ſeruare & attendere? videtur quod non(argumento ſupra dictarum legum,& argumento C.de contrahenda emptione,l.in uendentis,ff.de contrahenda emptione,l. hæc venditio,primo reſponſo) ne in eius ſit arbitrio , vtrum quis ſibi debeat vel obligetur, vel ipſe alii vel non,vt argumento ff. de iuriſdictione omnium iudi.l.ſi idem,& §.primo, in fine, argumento C.de conuen.fiſci debitoribus,l.fi.ff.quod certo loco,l.tertia,in prin.& §.primo,& ff.de act.& obl.l. ſub hac, ff.de verborum obliga.l. ſtipulatio non valet,l.centeſimis,§. primo,in princi.l.ſi decem petiero,l.ſi ita quis promiſerit,in princip.ff.quarum rerum actio non datur,l.prima , in prin. C.de fideicommiſſ. l. ultima,argumento C.mandati,l.in re mandata,ff.locati,l.ſi in lege, in prin.ff.de contrahen empt. & vend.l.hæc venditio,in prin.ff.pro ſocio,l.prima, & maxime cum permittatur alicui iniuriam ſuam æſtimare, vt in Inſti.de iniur.§.pœna.Et hoc verum erit,ſi iuſtum fuerit, nã pręcipere debet quod ſit probum & iure licitium(argumento ff.de operis liber.l. vt iure, primo reſponſo,in fine, argu. extra de iniur.c.Quintauallis) & quod obſeruari poſſit etiã ſine dedecore (argumento in titulo de ſacramẽto & forma fideli,c.ego epiſcopus,§ Papatum,argumento ff.de operis liberto.l.eius,& l.hæ.ff.de vſufructo lega.l.ſi cuius in fine,& l. ſed ſi quid,§.mancipiorum,& l.loc.§.primo,in fine,argumẽto ff.de pœnis,l.moris,§.ſunt autem,ff.quæ ſenten. ſine app. l.vltima,ff.quibus ex cauſis ma.in eadem cauſa,in fine, arg. ff.de arbitris,l.ſi cum dies,§.compromiſſo,& §.pen.argumẽto ff.manda.l.ſi fideiuſſor,primo reſponſo) & quod non ſit contra leges vel bonos mores(argumeuto ff.de condi. inſti. l.filiusfa.) & quod in compromiſſione contineantur; arg.ff. de arbitris,l.qui tamen,§.ultimo,l. non diſtinguemus, §. de officio,§.quæſitum,;in fine, §.ultimo,l.nõ enim, & l.de his. Videbatur enim quod ab eius non deberet recedi arbitrio (argumento ff.de arbitris,l.diem,§.ſtari,ff. locati & conduc. l.ſi merces,primo reſponſo,argumento ff.de uerborum ob. l.ſi quis arbitratu, C. de contrahenda emptione, l.vltima.) quod verum eſt ſi non arbitratur,quo caſu non poteſt redigi ad arbitrium boni viri,vt in dictis ll.'& argumento ff. de condi.& demonſt.l.multa,primo reſponſo) licet aliud ſit in legato,vt C.communia de leg.l.ultima.§.ſed & ſi quis, vel ſi iuſtum fuerit,nam ſi iniuſtum,debet redigi ad arbitrium boni viri,qui bonus vir iudex appellatur, quia ea mens fuit cõpromittentium,ut nollent ſe immodice obligare,ſed tantũ iuſte & ęque:quod locum haberet,etiam ſi committeret in arbitrium alterius(argumento ff. de cõtrahenda emptione, l.hæc venditio,ff.locati,l.ſi in lege,in prin.ff.pro ſocio,l. ſi ſocietatẽ mecum,in fine,l.in propoſito,l.vnde,& l.qnid enim. argumento ff.de legatis tertio,l.ſi filiæ,ff. de uerborum obl. l.continuus,§.ſecundo,ff. de regulis iuris, l. in perſonam, §. primo,ff.de operis liber.l ſi liber ita iurauerit.

Item non valet præceptum factum poſt annum a tempore arbitrii (argumento C. communia de lega. l.vltima , §. ſed & ſi quis)immo illo tempore finitur, vt in ſtatuto communis Veronæ,vbi dicitur,& qui aliquem vel aliquos receperit ſuo mandato pro iniuria ſeu damno dato ei , & infra annum negotium non diffiniet vel diffiniri faciet : non poſſit nec debeat eum grauare , ſed ipſo iure ab illa obligatione facta ſit abſolutus , vt in eodem ſtatuto , capitulo & qui aliquem .

Sed quæritur , an is qui recepit ad ſuum pręceptum de iniuria ſibi facta,poſſit iſtum annum in iudicio accuſationem interpretari contra iniuriantem, & an abolita ſit accuſatio? Reſpondeo, videtur quod non poſſit,argumento ff. de arbitris,l.non diſtinguemus,§.item non eſt,argumento ff. ad legem Iuliam de adul.l.miles,§.ſoc.in fine,& l.ſi vxor, §. vltimo,argumento ff.de iniur.l.non ſolum,§. primo , & l.ſed ſi unius,§.ait prætor arbitratu,in Inſti.de iniur.§.ultimo.C. de rebus credi.l.ſi quis iuſiurandum,C.de operis liber.l.libertæ, C.de regulis iuris,l.ad ſolutionem,C.de iure do.l.ſecunda,ff. depo.l.ſi hominem,§.quotiens,ff.quod certo loco,l.ultima, in fine,ff.de lege commiſ.l.pe.§.ultimo,ff.de uacatione mu. ſub l.prima,argumento ff.de adimen.lega.l.quarta,ff.de pactis,l.tale,§.primo,§.ſi tibi decem,§.primo,& l.ſi vnus,§.tertio,ff.rerum amo.l.tertia,§.ſed & cum vxore,& l.ultima, in titulo de feudis & benefi.l.de militum,ſi quis autem in fine, & l.in nomine,§ & ſi forte,& l.imperialem,§.inſuper,& § il lud.Remittit enim ius ſum tacite recipiendo eum ad ſua p̃cepta(argumento prædictarum ll. & ſimilia notaui in ſumma ſupra titulo quibus modis feudum amitti.§. quędam tamen argumenta,niſi dicatur quod per iniurantem ſteterit, quominus cauſa uel arbitrium diffiniatur intra annum (argumento ff.de excu.tutotum,l.ſi cum ipſe,ff.de condi. & demon.l.quibus diebus,primo reſponſo,ff. de itineris actuque priuato,l.prima,§.prętera,ff.ad municipa.l. Lucius.§. idem reſpondit ſi per accuſationem,ff.de muneri. & ho.l.reus delatus,argumento extra de teſti.non co.c.peruenit ad audientiam)vel ſi facto alicuius maioris iudicis,argumento ff.de lege commiſſo.l.vltima,argumento in Auth. vt ſponſa.largi. §.hoc quoque,ff.quibus ex cauſis manu.l.& ſi propter,§.ſi feriæ)vel ſi accuſans ex iuſto impedimento non potuit diffinire,ut tunc admittatur ipſe vel alius ad hanc accuſationem, vt argumento ff.de accuſatio.l.tertia,§.ultimo,C.ad ſenatuſ con. Tertyllia.l.vltima.

Sed quid ſi diminutum fuerit præceptum,& ad arbitrium boni uiri redactum , nunquid committetur pœna ſaltem pro parte æqua?Videtur quod ſic(argumento ff.de ho. libe. l.ſi patronus teſtamento,§.filius,ff.familię erc.l.ex parte)ſed ego puto quod non , quia iuſtam cauſam habuit litigandi, & ignorauit iuſte quantum eſſet quod debetur, argumento ff.de regulis iuris l.qui ſine dolo,& l.non poteſt uideri, ff. de rei uendic. l.utique,ff.de ritu nup.l.ſi quis tutor,§.quid ergo. argumento ff.de libe.cauſa,l.qui ex libertate,ff.de legatis primo,l.filio pater,ff.de iniur.l.ſi quis de libertate,ff.de ho.libe. l.ſi quis patronum,& l.in ſeruitute,§.primo,ff.de uſuris,l.iii. primo reſponſo,l.ſi quis locutioni,primo reſponſo,ff. de petione hęredi l.illud,in fine primi reſponſi,ff.de iudi.l.ſolum, l.ſi ſeruus,ff.de fur.l.creditor is cui,§.primo. Et quia demum videtur quod teneatur , poſtquam declaratum fuerit debitum(argumento in Auth.de exhiben.& intro.reis,§. ſi uero etiam,in fine)& certum dubium fuerit, argumento ff. de fideicom.liber.l.cum quaſi,§.ſi aliter ſine.Item quia contradictio eſt quædam ſpecies appellandi,ut ff.de arbitris,l.non diſtinguemus,§ cum quidam . Vnde cõmittitur demum poſt ſententiam appellationis,& tempus quadrimeſtre, argumẽto C.de uſuris rei iudi l.ii.& iii. Nam & ubicunque iuſta de cauſa non ſoluit quis,in pœnam non cadit, uel ſaltem reſtituendus eſt in integrum(argumento ff.quibus ex cauſis ma. l.ſi quis ſit,ff.de lege Con.l.ultima) niſi aduerſarius deſideret ſolui quod iſte putat fore ęquum,argumento ff.de legatis ſecundo,l.qui ſoluendi,primo reſponſo. Debet enim ſoluere illam partem, de qua certus eſt deberi : de reſiduo uero cũ de eo dubitatur , arbiter dabitur ad declarandum , & de eo interim ſatisdetur(vt argumento ff.de ſtatu libe.ff.de colla. bo.l.ait,primo reſponſo,ff.de condi.& demon.l. ſi cuilibet, ff.de fideicommi.libe.l.ſi pure,primo reſponſo, & §.primo, l.ſi pater,§.Sticho,ff.de tributoria act.l.illud,in prin.argum. ff.ſi cer.peta.l.quidam)maxime ſi offerat in iudicio ſe ſoluturum, quod declaratum fuerit , & interim non dicetur in mora,ar.C.de diſtra.pig.l.ſi reſiduum.

Quæſitum etiam ſæpe ſcio,& de facto contigiſſe , cum in plures compromittitur per partes,& adiicitur quod vnus arbiter debeat diſceptare cauſam , & finire conſilio alterius, an valeat arbitrari vel non? & ſi valet prima fronte, an habeat neceſſe petere ꝯſiliũ & conſilio ſtare? Rñdeo ſine p̃iudicio melioris ſententiæ,referre qualiter ſit dictum:nam ſi dictum fuit quod quilibet arbitrorum poſſit diſceptare , & finire negocium conſilio coarbitri & ſine eo non poſſit , tũc puto quod compromiſſum valeat , & quod vnus non poſſit ſine conſilio alterius,& cum conſilio poſſit,ar.ff. de exercitoria act.l.prima,§.ſi plures,in fine,ff.de adm.tu.l.Titium. primo reſponſo. Vbi vero de conſilio nihil dicitur,ſed in duos compromittitur ſimpliciter, vnus ſine altero non poterit aliquid peragere,vt ff.de arbitr.l. item ſi vnus,§.item ſi plures,in ti.extra de of.& pote.iud.dele.c. cauſam matrimonii,§.diſcretioni.

Si vero dictum eſt,quod debeat pronunciare,prout Titius tertius voluerit,vel diſceptatum fuerit, tunc non valet arbitrium , quia arbitri debent iudicare prout ſibi videbitur , vt ff.de arbitris,l. qualem, primo reſponſo . Idem in iudicibus ordinariis , vt in Authen. vt iuſiurandũ quod præſtatur ab his qui adminiſt.ſuſci.circa fi.Et debent ipſi arbitri habere li

beram

Source : BIU Cujas

beram facultatem iudicandi, cum ſi ex alieno arbitrio pendet, vere dicendum eſt non valere, vt ff. de arbitris, l. item ſi vnus, §. idem Pompo. Nam & alias cum libera debet eſſe facultas teſtandi, pacto non poteſt infringi, etiam ſi pœna fuerit adiecta (vt C. de pactis, l. pact. quod dotali, vt ff. pro ſocio, l. ſocietatem non poſſe, ff. de verborum obl. l. ſtipulatio hoc modo) & cum matrimonia debent eſſe libera in contrahendo & diſſoluendo, pacto non poteſt hæc libera facultas auferri etiam timore pœnæ adiectæ, vt C. de inuti. ſtipu. l. liber. C. de ſponſa. l. vltima, in fine, ff. de verborum obl. l. Titia, primo reſpon. in fi.

Si vero dictum fuerit quod debeat iudicare cum conſilio alterius tertii, puta Titii, tunc puto quod tale conſilium nō vitiet arbitrium. Non enim importat neceſſitatem vel recipiendi, vel ei ſtandi: nam arbitris quibus conſilium impartitur, liberum eſt apud ſe explorare an expediat ſibi conſiliū vel non. vt ff. man. l. ii. in fi.

Conſilio enim non habent neceſſe ſtare, ſed arbitris bonis viris conueniet ſalubre conſilium admittere (vt arg. ff. de admi. tu. l. pater, alias, l. ita autem, §. pater, & l. Titium, §. primo) & maxime ad auctoritatem contrahentium conſeruā dam: nam & vbi eſt auctoritas, neque omnino ſpernenda eſt vel ſeruanda omnino, ſed interuentu iudicis debet ad effectum perduci, ſi non turpem cauſam continet, vt ff. de annuis lega. l. Quintus, primo reſponſo, & §. itaque.

Veruntamen iure canonico videtur expreſſum quod valeat arbitrium, & quod arbitri habēt neceſſe ſtare conſilio, vt in ti. extra de arbitris, c. cum olim, §. nos, & §. vltimo, in ti. extra de ele. & electi pote. c. cum in veteri, & §. relato. ar. ff. de verb. ſig. l. cauſam Titio, in fi.

Sed nunquid poteſt alii committere vices ſuas? dic vt ff. de arbi. l. in compromiſſis, & extra de arb. c. fi.

Item quæritur ſi Mæuius de iniuria Titio facta acceptaue rit ſtare p̄cepto ipſius Titii, ſuaſus a Seio mediatore, & amico vtriuſque partis, quod & ſibi non conſtaret aliquid quia Titius ſolum honorem quærit non mendum, Titius vero maligne vltra ſpem, quam Mæuius habuerat, ei præcepit: nunc quæritur an præceptum valeat, vel nō eſt caſſandum? Reſpondeo, puto quod non valeat, vel (quod idem eſt quantum ad effectum) valet, ſed a iudice eſt caſſandum, vel ei Titio agenti ad id, quod præcepit, obſtabit exceptio (ar. ff. de annuis lega. l. ita demum, ff. ne quis eum qui in ius voca. fue. l. ſi per alium, ff. de eo per quem factum erit, l. prima, primo reſponſo, ff. de condi. indebi. l. in ſumma, §. primo, ff. de ſer. vr. prę̄d. l. ſi binarum, ff. de verborum ob. l. j. in fi. & l. Titia, §. primo, ff. ſi certum peta. l. cum quid, ff. de dolo, l. cum venditor, ff. de contrahenda emp. l ea quæ, ff. de actionibus emp. l. Iulianus, §. quid tamen, ff. de ædi. edi. l. ſi quid, in primo reſponſo, §. primo, argum. contra C. de tranſactio. l. cum dona. ff. de ædi. edi. l. ſciendum, in prin. ff. man. l. qui mutuam, §. ſalariū) vel poteſt dici quod vbi dixit (ego bene faciam) vt nō tenear peſſimus vel improbus, vel (ego bene faciam, quod ad honorem meum ſpectabit) quod tunc ei non obſit tale dictū. Cęterum ſi dixit certum, puta dixit (noli accipere mendum, ſed honorem) vel (non accipiam niſi tantum) vel ſimilia, q̄ tunc obſit, argumento prędictarum ll.

Quæritur adhuc, an, ſi compromittatur in arbitratorem generaliter, & non fuerit ſpecificatus arbitrator, an valeat? Reſpondeo quod non, vt argumento ff. locati & condu. l. ſi merces, primo reſponſo.

Item nota quod in ſeruum non poteſt compromitti, nec tanquam in arbitrum, nec tanquam in arbitratorem, vt ff. de arbitris, l. Pædius, in fi. & l. ſe. in princ. ff. de verborum ſig. l. illa verba. Aliud in muliere, vt extra de iureiu. c. Quintauallis, extra de arb. c. dilecti filii.

Sed quæri poſſet, an litigatores poſſint compromittere in monachum, vel committere monacho? Hæc ad præſens omitto, quia dominus Azo. in quæſtionibus plenius notauit, in quæſtione illa, Si Titius fecit iniuriā Sempronio, &c. Item quæritur, an litigatores poſſint promittere generaliter ſtare dicto alicuius de omnibus cōtrouerſiis, quas ipſi intra ſe habere poſſint? Reſpondeo, videtur quod non, cum non ſit expreſſum de quibus (vt ar. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis, §. quæſitum) & nimia generalitas vitiat compromiſſum, vt ff. de iure fiſci, l. ita fieri, in fine primi reſponſi, ar. ff. communia prædi. l. in tradendis, in prin. ar. ff. de acq. poſ. l. poſſideri, §. primo, & l. locus, ff. de ver. ob. l. triticum dare, ff. de leg. iii. l. quæſitum, §. j. ar. in ti. extra de teſtcri. c. ad hoc ſumus, & c. qa nulli, § j. in ti. extra de ap. c. ii. & c. conſuluit.

Sed ego puto quod poſſit compromitti, dummodo non compromittatur de furto, uel in fraudem iudicis ordinarii, ar. ff. de arb. l. ſi cum duos, §. j. & l. de rebus controuerſiisque, & l. de his rebus, & in dicta decretali, quia nōnulli, §. primo, & aliis decretalibus, ar. ff de procu. l. omnium. Et maxime, ſi aliqua ſpecialis controuerſia fuerit expreſſa, licet poſtea verbum generale ſubiiciatur, argumento C. quando mulier tuto officio fun. l. vltima, ff. ad legem Aquiliam, l. ſi ſeruus, §. inquit, in fine.

Quid ſi compromiſſum eſt a partibus tanquam in arbitrum & arbitratorem, & tanquam arbiter incœpit ſecundum iuris ordinem de cauſa cognoſcere, & cauſam finierit ſimpliciter, vel tāquam arbiter & arbitrator, nunquid valebit tanquam ab arbitratore lata, ſi forte aliqua ratione nō ualeret tanquam ab arbitro? Reſpondeo, puto quod ſic, ut talis deſtinatio arbitri non præiudicet, quin valeat eo iure quo valere poſſit (vt ff. de mili. teſta. l. iii. ff. de ap. l. ſcio, §. vlti.) maxime ſi dixit tanquam arbiter & arbitrator. Et tanquam arbiter & arbitrator, nunquid poterit præcipere vt de ciuitate exeat, vel de ora? Reſpondeo, videtur quod non, ſi priori ſacramento repugnat, argumento in ti. extra de iureiurando c. veniens ad pœnitentiam. Debet enim præcipere quod ſit probum & iure licitum, ut notaui ſupra eadem ſumma, §. item quęritur nunquid. Non enim poteſt quis conſtringi vt in aliquo certo tantum loco moretur, per quod ius libertatis infringatur, ut ff. de condi. & demon. l. Titio centum, §. ſecundo. Species enim ſeruitutis eſt non habere facultatem recedendi vbi velit, vt ff. de libero hom. exhib. l. j. §. j. & ii. Et maxime ne aliqua uia publica, uel loco utatur, cū hoc ius habeat non ſuo proprio, ſed iure ciuitatis, vt ff. de locis & itineribus publicis, l. ſecunda, ff. ne quid in loco publico, l. ii. §. j. & §. ii. Idem ſi prohibeatur domum ſuam inhabitare, quæ tutiſſimum refugium eſt ipſius, uel re ſua vti qualiter uelit, vel alienare (vt argumento ff. de in ius vocan. l. plerique. C. de prępoſitis, & honore pręfecturæ, l. prima, libro xii. ff. ſi ſeruitus vind. l. ſi cum, §. Ariſto. ff. ſi quis a paren. fu. ma. l. ſecunda) vel ſi prohibeat arte ſua uti, ut ff. de iure patro. l. ſecunda. & l. quęro, ff. de obſequiis a libę. & lib. præſtā. l. ultima, ff. de operis liber. l. libertus negatorius. Maxime cum in compromiſſo non fuit dictum, ut poſſit præcipere in ęre ac in perſonis: ſecus ſi fuit dictum. Nam & licet ius publicum non poſſit pactis priuatorum mutari (ut ff. de pactis, l. ius publicum) verum eſt in præiudicium aliorum: in præiudicium autem paciſcentium poteſt, & maxime cum ſcientes faciunt & de priuata utilitate, ut ff. de relig. & ſumptibus fune. l. Neratius, primo reſponſo, ff. de operis lib. l. cerdonem, & l. campanus, ff. de bonis liber. l. Iulianus, argumento ff. de procura. l. licet, primo reſponſo.

Item quod arbitrator poſſit pręcipere ne aliquo loco moretur, vel vt certo loco moretur. Ad hoc poteſt argumentari, q̄, ſicut præſes poſſet damnare aliquem ne de domo ſua exeat, vel patria, vel vico, ita iſti. arg. ff. de inter. & relega. l. re legatorum, §. ſolet præterea, & l. vltima. Item ſi obtulit quod præceptum eſt ante diem, ſi poſtea denuncietur ei vt det qđ debet, quod ſpacium habere debeat? Reſpondeo in ſumma ſupra, qui. mod. feu. amit. §. ſed pone quod uaſallus. poſſunt argumenta reperiri. ſ. vt libere tempus habeat ad ſoluēdum ſecundum quod prius habuerat, argu. ff. de procur. l. licet, primo reſponſo, l. item quod arbit. ff. de ſtatu liber. l. tertia, §. ſi quis hæredi. Vel ſi poſtea non poſſet facere, quod prius poterat, non ei imputetur, cum per factum aduerſarii hoc cōtingat, vt in dicto §. & argu. ff. manda. l. ſi mandauero tibi, in fine. ff. de act. emp. l. ſed & per emptorem, in fine. Nam non incidit in pœnam ex eo, q̄ tempus non dedit, cum infra illud obtulit. Sed quia nunc non dat, vnde modicum tempus iudicati datur & ineſt, vt etiam poſt illud ante iudicium poſſit pœna purgari, vt arg. ff. de arbitris, l. ineſſe, & l. Celſus, §. primo. C. de contrahen. ſtipu. l. nuda.

Sed uidetur q̄ ſtatim incidat. ſi non dat, arg. ff. de arbitris, l. Celſus. §. j. in fi. Item quæritur ſi putans ſe aliquis ex compromiſſo damnatum falſo ſoluit, an repetere poſſit? Reſpondeo q̄ ſic, ut ff. de condic. indebi. l. eleganter, primo reſponſo, & l. ſi non ſortem, §. ſi quis quaſi ex compromiſſo.

Poteſt etiam quæri, ſi partes compromiſerunt de aliquo facto ſtare dicto, vel pręcepto alicuius ſub pœna, an arbitrator poſſit præcipere pignora dari vel fideiuſſores? Videtur, quod ſic, quia pignora & fideiuſſores ſunt ſequela rei, vt ff. de re iud. l. iiii. §. ex communi tamen, ff. de inſti. act. l. cuiuſcū que, §. ſi ei quem. Et quod præceptum eſt honeſtum cum ſit vſitatum, argu. ff. de arb. l. ſi cum dies, §. compromiſſo. Nam & ſtatuere poteſt diem ſolutioni, vt ī prædicta l. quid tamē, §. ſolutioni. Et pignora vel fideiuſſores ſunt ſecuritas prępaparatoria emendi & vendendi, & de eo intelligitur compromiſſum, ar. ff. de procur. l. ad rem, & l. ad legatum.

Item videtur expreſſius dicere lex, quod arbitrator poteſt iubere, vt ſatisdatio fiat de arbitratu alicuius, vt ff. de arbit. l. non diſtinguemus, §. quæſitum, argumentum quod non poſſit præcipere, quia non contineatur in promiſſione, vt argu. ff. qui ſatisda. cog. l. quotiens de die, §. ſi ſeruis, ff. ad ſenatuſ.

Velle.

Source : BIU Cujas

Velle.l.ſi quis quamuis,§.ſi conuenerit, ff. ſi quis in ius voc. non ierit,l.j.ff.de fideiu.l.iii.in prin.

Sed ſi dederit tales qui obligantur,ſed ſunt non ſoluēdo, videbitur ſatisfactum : quia ſibi imputet qui tales elegit vel accepit non idoneos,quia videtur eos comprobaſſe(vt ff.vt in poſſe.l.ſi is a quo,§.vlti.ff.de fidei.l.iii.in fi.& l.qui debitorem,ar.ff.de iure do.l.ſi extraneus,in prin.& ī fi.& l. promittendo,§.ii.ar.C.de iure do.l.mulier,ff.qui ſatisda.co l.ſi arbitro,in prin.§.j.& ff.de ſepar.l.j.§.i.in fi.& §. ſi quis pignus,ar ff.de peric.& com.l. ſi vina quæ)niſi dolo daret fideiuſſorem non ſoluendo,ar.ff.ſol.ma.l.ſi cum dotem,§.ſi mulier.

Si vero ab initio dedit fideiuſſores idoneos, ſed medio tē pore facti ſunt non ſoluendo , ſi quidem calamitas de fideiuſſoribus inſignis,vel magna inopia accidat,vel amiſit omnem rem familiarem impetu inopinatæ fortunæ, vel ſubito facti ſunt non ſoluendo,vel mortui ſunt fideiuſſores , vel fideiuſſores ſucceſſerunt ſtipulatori , vel econuerſo : tunc de nuo ex integro dabuntur fideiuſſores,vt ff.qui ſatisda. cog. l.de die,§.ſi fideiuſſor liberabitur,§.vlt.ff.vt in poſſ.lega.l.plane,ar.ff.de neg.geſt.l.diuortio, primo rñ. ff.de admi.tu.l. etiā cum tutoribus.Vbi vero dantur fideiuſſores vel pignora,& finitum eſt proximum tempus,& placuerit inter partes vt ꝓ miſſio vel compromiſſum reducatur in eodem ſtatu , vel ſi non erat finitum, vel pignora debeant reſtitui in priſtinam formam & voluntate partium fuerit prorogatum , an fideiuſſores vel prorogari? Videtur quod fideiuſſores & pignora reſtituantur in priſtinam obligationem vel remaneant, ar.ff.de pac.l.ſi vnus,§.pactus,in fi.ff.de min.l.patri,§.pen. ff. ad ſenatuſcon.Vel.l.aliquando,§.de pignoribus.

Sed ego puto quod debeat reſtitui in priſtinum ſtatum promiſſum vel compromiſſum ſiue cum eiſdem pignorib. veruntamen primi fideiuſſores non coguntur eſſe in prima obligatione,ar.ff.de arbi.l.Labeo,§. pe. & l.ne in poteſtate, ar.ff.de conſti.pe.l qui autem,§. ii.ar.ff.de iure do.l.licet,in fi. & l.ſtipulatio de dote,C.lo.& cond.l.cum Hermes.

Sed ſi promiſſum vel compromiſſum erat ſub pignorib. ſi quidem pignora fuerunt alicuius extranei, nō cogetur de nuo obligare in ſecundum promiſſum vel compromiſſum.

Si vero erat alicuius partis,illa erunt & debent eſſe obligata,vt ar.ff.quod metus cau.l.illud,in fi.C.loca.& condu.l. legem quidem,ff.loc.& condu.l.item quæritur,§.qui impleto,ff.ad ſenatuſ.Velle.l.aliquando,§.de pignoribus,arg.ff.de pact.do.l.cum maritus,§.j.ff.ſol.matr.l.ſi mulier in inſulam, §.vlt.C.de nup.l.ſi vt.

Præterea quæſitum eſt, ſi iurauerit quis ſine promiſſione vel ſtipulatione facere præceptum alterius , qui ei præcepit vt aliquid daret uel iurauerit ſe daturum aliquid an ex tali ſacramento poſſit conueniri? Reſpondeo videtur quod nō, (ar.ff.de confeſ.l.certum,§.ſi quis abſentet)imo non obligatur,vt ff.de lib.cau.l.ult.j.rñ.in fi.ff.de accept.l.& per iuſiurādum,in princ. ff.de manu.teſta.l.ſeruum teſtamento,in fi.ff. de ope.lib.l.iureiurandi,& l.ſi liberatus ita iurauerit,& l.qui liberos,in prin.ar.ff.de acq.hę.l.Antiſtius,j.rñ.in tit.extra de arbi.c.per tuas,§.ſi vero,in fi. quidam tamen dicunt ſpeciaeſſe in operis. Item, nunquid poterit liberari a ſacramento, cum ſimpliciter iurauit ſe daturū? Reſpondeo ꝙ ſic, arg. ff. qui & a quibus ma.li.non fiunt,l.vlti.in prin.ff.de ſer.expor. l.prima. Nam ei reperitur ꝙ Imperator poteſt facere gratiā iuriſiurando ei qui iurauerat,vt ff.ad muni.l.vlti.in princ.in tit.de pace Conſtan.§. ſi quis ex parte. & facit ad iſtum § extra de iureiu.c.primo.in titu.extra de vſur.c.tuas.& notaui in ſumma,ſupra titulo qualiter iurare debeat vaſal.§. ex ſacramento.

Supereſt vt de treuga inquiramus , quod lege cautum reperitur:nam ſi generaliter treuga eſt poſita īter aliquos ſub pœna,quę non debet eſſe minus ccc ſol.

Si vnus contra treugam veniat,medietas pœnæ inferatur in publicum:alia medietas illius, cuius eſt cauſa , vt in eadē l.ii.ſimile ff.ad ſenatuſ.Syl.l.lege Cor. in fi. Item treuga a iure dato eſt in aliquo tempore anni,puta ab aduentu domini vſque ad octauam Epiphaniæ,& a ſeptuageſima vſque ad octauam ſeptuageſimæ,vt in eodem c.decernit.

Item data eſt a iure certis perſonis omni tempore,puta presbyteris,monachis,conuerſis,peregrinis mercatoribus,ruſticis, vt in eadem l.agricultores,& c.innouamus.Idem poteſt dici de ſcholaribus & nunciis eorum , argumento in titulo de priuileg.ſchola.l.habita,ſuper hoc de fœderatis in legib. cautum reperitur, ff.de captiuis & poſtliminio reuer. l. v. §.in pace, l.in bello , in fine primi reſponſi,& l. non dubito poſtliminium,§.induciæ, in Auth. neque milites neque fœdera,primo reſponſo , C. locati & conducti, l. vltima.& in lege diuina in libro Ioſuæ.c.ix.quibus auditis.in verſi. ſuper rerunt igitur de cibariis, &c.& c.x.quæ cum audiſſet,in prin. Et poterunt dici fœderati in certo pacto ſubiecti ad tributū præſtandum,vel ſeruiendum certo modo, argumento præuictarum ll.

Legati vero omni tempore pacis guerrę,treugę, poſſunt libere legatione fungi,vt ff. de leg.l.ti quis legatum.

QVARTA PARS
Secundę principalis.

De pœnis inferendis ob culpam extra hanc ſummam notandis. Cap. CLIII.



Vbſequenter videndū eſt de quibuſdam culpis extra ſummam notandis : ſuperius enim mentionem fecit in pluribus locis de manus amiſſione. Iccirco de quibuſdam pœnis vſitatis videamus, in quibus caſibus contingant.

Primo in quibus caſibus amittit quis manum,ſecundo in quibus caſibus pedem, tertio in quibus oculum vel oculos quarto in quibus nares pręſcindantur, quinto in quibus verberetur,ſexto in quibus tondatur , ſeptimo in quibus comburatur,octauo in quibus ſuſpendatur .

De pœna vero capitis hic non proſequitur, quia famoſa eſt:vltimo tamen videbimus in quibus caſibus builetur quis vel ſignum inferatur.

Primo ergo amittit manum quis,ſi alium occiderit infra pacem cōſtitutam,quam coactus fecit: & amittet eam qua percuſſit,vt in eadem l.de armis.

Item ſi voluntate fecit pacem , ſed negans conuictus per pugnam eſt & non perteſſes,vt in eadem l.qui vero.

Item ſi infra pacem alium uulnerauerit qui non diffitetur, ſed dicit ſe feciſſe vitam ſuam defendendo , & per pugnam probare non poterit,vt in ea.l.quoniam,§. ſi quis alium infra pacis Item tabellio qui confecit inſtrumētum ſuper alienatione feudi illicite facta,vt in ti.de feu.& bene.l. imperialem,§.callidis.

Item tabellio qui chartam ſuo nomine factam,quę falſa dicitur,non potuerit veram comprobare,vt in Lomb.qualiter quis ſe defen debe.l.de chartis.in Lomba. de eo qui falſam chartam ſcripſit,l.j.

Idem in eo qui fecit falſum inſtrumentum , licet non ſit tabellio,poſtquam in iudicio productum eſt,punitur ī amiſſione manus,ut in ſtatutis Veronen. c. & ſi notorius vel aliquis.Sed per legem Rubuariam pollex dexter aufertur vt in l.Rubuaria,c.lix.

Item presbyter ſi donauerit ſacrum criſma ad iudicium peruertendum , vt in Lombar. de eo qui ſacrum criſma ad iudicium,l. ii.

Item ſi conuictus fuerit aliquis de periurio, ut in Lomb. de teſt.l.ii.in fi.& ri de periurio,l.ii.& iii.Item ſi res aliqua fuerit bannita,& in poteſtate iudicis peruenit, & alius iudex faveniat qui ſuam eſſe dicat , iudex faciet ad eum rem peruenire,ſi tamen ſuam eſſe iurauerit , & poſtea conuictus fuerit,dextera manus eius ei amputetur , vt in Lom.de his qui ad pala.l.ſi cuius in fi. Item ſi diſcordauerit quis cum alio in teſtamento,& conuictus fuerit perpugnam, ut in Lombar. de teſti.l.ſi duo,§.ſi quis cum altero. Item ſi quis ſine iuſſione principis aurum ſignauit , aut monetam confixit, ut in Lombar.de eo qui fal.mo.l.j.§.i.& ii.

Item ſi denarium vero totunderit, manum amittere debet,vt in ſtatutis commun.Veronen.c. ſi quis denarium vero. Item manum amittit, ſi quis libros Seueri hæretici habeat, & ignibus non incendat , vt in Authen. de præpo.Anton.Seuerii & coh.§.vnde etiam interdicimus. Item amittit manum ſeruus , qui ſine iuſſu domini theclaturam aut ſinaidam,ideſt noua ſigna in ſylua alterius fecerit.ut in Lombar.de eo qui termi.anti.l.ſi quis propter , & l.ſi ſeruus. Item manum amittit qui titulos prędiis alienis impoſuit,vt in Auth.de conſule Cappadociæ.§.titulus.

Item tabellio qui fecit chartam ſuper venditione rei facta a muliere uendente conſentiente viro ſine notitia parētum,vt in Lombar.qualiter mulie.alie.l.ii.item amittit quis manum ſi crimen commiſit , quod membri abſciſſionem poſtulet,nec lex dicat debere eum mori,ut in Auth.vt nulli iud.§.vltimo.

Item exactores tributorum , qui illicite excutiunt, & ſuſcepta non deſcribunt vel celant , ut in Authen. de nda. princi §.coges.

Source : BIU Cujas

Item manum amittit mulier, quæ apprehenderit manu verenda seu virilia aduersantis vel iurgantis cum viro suo, ut in lege Moysi in libro Deuteronom. c. xiii. Si fuerit inter vos homo. in versiculo si habuerint inter se iurgium viri. Item si quis dixit falsum testimonium contra aliquem super crimine vnde manum amitteret, ipse testis falsus manum amitteret, ipse testis falsus manum amittit, vt in lege Moysi in libro Deuteronomii, c. xi. si exierit Leuita. ver. eunque diligentissime. Nam & per statutum Veronen. cap. & si testes, testis qui falsum testimonium dixisse repertus fuerit, vel falsam manifestationem fecisse, in amputatione manus dexterę punitur. Item qui produxit scienter falsum testem vel instrumentum, & non potest bannum soluere quinquaginta libras, ut ibidem. Item si quis percusserit alicuius manum, percutiens manum amittet, vt in lege Moysi in libro Exo. c. 13. dixerit præterea dominus. ver. si rixati fuerint: & sic casus prędicti, in quibus quis amittit manum, poterunt reperiri 24. Veruntamen qui manum amisit, testari potest, licet scribere nō potest (vt ff. qui testamen. facere possunt, l. qui manus) quod intelligo nisi ex deiecto amiserit, ex quo prohiberi debet testari.

Pes amputatur seruo fugitiuo, qui deprehensus est transeūdo ad hostes. vt C. de ser. fugi. l. iii.

Item illi, qui aliū percusserit, ut pedem amittat, ut in lege Moysi in libro Exo. cap. 12. dixit præterea Dominus ad Moysen, in ver. si iurgati fuerint.

Item ei, qui falsum testimoniū dixerit contra aliquem in accusatione: vnde acrius debet amittere pedem, vt in lege Moysi in libro Deuteronomii. cap. 11. si exierit Leuita. uer. cumque diligentissimè. Oculi amissione punitur fur pro primo furto, ut in Lombar. de furtis, l. de latronibus, & l. si quis latro.

Item punitur oculo, si reperiatur falsum quis dixisse testimoniū contra fratrem suum, vnde oculum amitteret, ut in lege Moysi in libro Deuteronomij, cap. 10. Si extiterit Leuita. versi. cumque diligentissimæ.

Item si oculum effoderit, oculus ei eruatur, nisi dominus serui vel ancillæ: quia pro oculo debet seruo uel ancillæ dare libertatem, ut in lege Moysi, in libro Exodi, c. 12. Dixit prętera Dominus. in uersi. si rixati, & in ver. si percusserit, & in libro Leui. cap. 16. Ecce autem egressus, in uersic. qui interrogauit maculam.

Nares præscinduntur, vel nasus præscinditur furi pro secundo furto, vt in Lombar. de furtis, l. de latronibus, & l. si quis latro. Item coniuratoribus uel conspirationibus, ut in Lombar. de aggressio. in uico. fac. l. de conspiratoribus. Verberatur generaliter quis ubi deliquit, & propter inopiam pę nam pecuniariam luere non potest, vt ff. de pęnis, l. 1. §. vlt. ff. de iniur. l. si quis iniuriam, ff. de in ius uoc. l. ulti. ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. si quis, §. in seruos, in eadem l. hac edictali. §. iudices uero.

Item fur si furatus fuerit valens minus quinque solidis, ut in eadem l. quoniam, §. si quis quinque sol. & in curia Principis quinque solidi intelliguntur de Sborganis, qui valent circa triginta Veronensium. Item seruus qui literas imperiales despexit, nudus ad palatium uapulet, & capilli eius tondantur, ut infra de feu. & bene. l. liber homo. in Lombar. si quis literas nostras despexerit, l. prima. Item debent tondi, & verberari per vicos ciuitatis mulieres, quæ super alios aggressionem fecerint, vt in Lombar. de aggressio. in uico fac. l. relatum.

Item viles homines, vt C. de paganis, l. vltima, in fine. c. de hoc, & l. manum, l. quicunque, §. si vero ignorante. Item debet tondi seruus, qui ignem in sylua comminari ausus est, vt in Lombar. de dam. in via dato, l. vltima. Tondi enim debet fur in prędictis superioribus tribus casibus, decaluatur fur etiam pro secundo furto, vt in Lombar. de fur. l. de latronibus.

Comburitur si quis sine iussione principis aurum signauerit aut monetam confixerit, vt C. de falsa mon. l. ii. in fine. Item hostes, & transfuga ad hostes, vel renunciator cōsiliorum principis, vt ff. de pęn. l. si quis aliquid, §. j. & l. aut damnum, §. hostes.

Item si quis facultatem deprædationis Barbaris in Romanos dederit, vel si quis alio modo factam diuiserit, viuus cōburatur, vt C. de re milita. l. si quis Barbaris.

Item rerum priuatarum vel procura. Cæsaris, si aliquem iniuriis vexauerit, viuus concrematur, vt C. vbi causę fiscales. l. vniuersi. Item flamma erit supplicium tabellariis ciuitatum, si cuiusquam fraudem ambitus potestate cuiuspiam iniuste profiteantur immunitatem, ac non secundum præcedentem diffinitionem omnes omnino abolita specialiū immunitatum gratia, necessitas tributarię functionis firma ta, censitorum perequatatorum prouincialium iudicum æquationem constinxerit, vt ar. C. de immuni. nemi. conced. l. j. lib. x. Item a quibusdam conburebantur sacrilegi, vt ff. ad l. Iul. pecc. l. vi. §. j. Item seruus si mulierem rapuerit, vt C. de rap. vir. §. vlti. Item seruus si rem habere cum domina sua de tegitur, vt C. de mul. quę cum seruis propriis, l. j. Item seruus qui salut. dominorum insidiauerit, vt ff. de pœ. l. capitalium, §. igitur cremantur. Item liber homo plebeius vel humilis insidians alterius mortem, vt in prædicta l. §. nonnunquam. Item auspex (vt C. de malefi. & Mathema. l. iii.) & codices erroris Mathematicorum, vt C. de episcopali audientia. l. Mathematicos.

Item incendiarius, qui ob inimicitiam vel prædæ causa incederit intra oppidum, aliud si casam vel villam, vt ff. de pœ. l. capitalium, §. incendiarii.

Item qui ædes vel acceruum frumenti iuxta domum positum scienter combusserit, vt ff. de incen. rui. nau. l. qui ędes. Item Iudæus cum suis partibus delendus est flammis & conburendus, si aliquem Iudęus fuerit ausus attentare qui ad diuinum cultū respexit, vt C. de Iudę. l. ii. Item patareni examinati a viris ecclesiasticis, si euidenter inuenti fuerint a fide catholica deuiare, viui & in conspectu populi conburantur, vt in titu. de priui. ecc. l. inconsumptibilem, §. nemine) etiam libri ipsorum, vt C. de hære. & Manic. l. quicunque, §. omnes uero, & l. damnato. in Auth. de pręposito Anton. & Seueri, Petri & Cor. §. vnde etiam.

Item qui usurpauerit vada fluentis Nili, vel intra xii. cubitum fluminis Nili de propriis ac vetustis vsibus præter fas, præterque morem antiquitatis, flammis eo loco consumetur, vt C. de Nili aggeribus. l. j.

Item comburitur, qui supra vxorem filiam duxerit matrem eius, ut in lege Moysi in libro Leu. c. xiii. Dixit quoque Dominus ad Moysen, in uer. sacerdotis filia. Item comburitur quicunque contra præceptum Domini de anathemate furatus fuerit, ut in libro Iosuæ, c. 7. Fuit igitur Dominus cū Iosuæ. in uersi. acceditis quod mane. Et sic 27. sunt casus prędicti, ubi quis comburitur.

Suspenditur fur qui furatus fuerit ualens ultra 5. sold. ut in eadem l. quoniam, §. si quis 5. sol. Item famosi latrones furca suspenduntur versus locum, ubi furati sunt, ut ff. de pœ. l. capitalium, §. famosos. Item suspendebantur a quibusdam sacrilegi, ut ff. ad l. Iul. pec. uel l. 6. §. j. Item transfugę ad hostes, item renunciatores consiliorum principis, item auctor sedi tionis uel tumultus, ut ff. de re mil. l. iii. §. is qui. ff. de pœ. l. si quis aliquem, §. j. & ii. Item seruus regis, qui mortem intulit alicui, debet suspēdi supra fossam ipsius mortui, ut in Lom. de culp. ser. l. j. in Lomb. de hom. lib. ho. l. si seruus regis. Item principes populi, qui adorant Deos alienos, suspenduntur contra solem in patibulis, & ita potest dici ꝙ princeps & reges hostium, si deprehendantur, ꝙ debeant suspendi in patibulis, sed ultra eam diem nō debent morari, ut in lege Moysi in lib. Num. c. 16. Morabatur autem eo tempore in principio, & in lib. Deute. c. xii. Si exierit ad bellum contra hostes, in uer. quando peccauerit homo. & in lib. Iosuę, cap. 7. Dixit autem Dominus ad Moysen, in uer. Iosue uero non contraxit. & c. x. quęcunq; audisti, in uer. prępecipit Iosue dicens.

Signum alicui infertur in fronte, primo furi si iterato in furto detentus fuerit, ut in Lomb. de fur. l. de furonib. Item uiatori qui bullari debet in fronte, si falsam ambasiatam fecerit, ut in statutis Veronę. c. nullo capto uiat. Item signum nominis principis imponitur manibus acquariorum, & cu stodum aquarum, ut C. de aquę duct. l. pe. in si. Item stigma imponitur brachiis fabricensium & tyronum, ut C. de fabricen. l. stigma imponitur tam.

Item si uenditus fuerit tibi frater tuus Hebræus, sex annis ruiet tibi, & in septimo dimites eū liberum. Et si noluerit egredi eo ꝙ diligat te, assumes fibulam & preforabis aurē eius, & seruiet tibi in sempiternum, ut in lege Moysi, in lib. Deu. c. 15. uer. non deerit ibi. iccirco ego præcipio tibi alias, in uer. cum tibi uenditus fuerit. Iure tamen Romano nō debet in facie alicuius scribi, ut C. de pœ. l. si quis in metal.

Ego quidem Ar. auctor huius operis, secūdum minuscu-lam scientiam domino operante mihi datam, compleui, de precans & exorans Dominum nostrum Iesum Christum precibus sanctæ gloriosæ semper Virginis &, Dei genetricis Mariæ, ut si quid per me minus perfecte ī hoc opusculo scriptum & dictum est, restituat, & emendet in suo nomine dominus, & dignos me legentes ac scribentes faciat seruitium eius adimplere, simile, C. de offi. præfec. pręto. Affri. l. prima, in prin. secundæ colum.

FINIS.

Source : BIU Cujas

EPITOME

FEVDORVM, IOANNE BLANCHO MARSILIENSI I. C. CLARISSIMO AVTHORE,

In gratiam & singularem vtilitatem studiosorum nunc iterum excussa, & innumeris in locis emendata.

PROLOGVS.

QVoniam omne opus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, inchoari debet, ut C. de offi. prefec preto. Afri. l. in nomine Domini. in princip. & xxiii. distin. in nomine Domini. in princi. & in quolibet principio, & semper magnus Dominus & Saluator noster Iesus Christus, & eius auxilium est inuocandum, ut in Authen. de armis. in prin. col. 6. ut sic dicens sit principium, & uniuersa bene & competenter gerantur, ut in Authen. quomodo oportet episcopos & clericos cæteros ad ordinationes perduci. circa princi. coll. i. Idcirco ego Ioannes Blanchus, Aduocatus & ciuis Marsili. huius Summulæ compositor, inuoco saluatorem Dominu Iesum Christum & eius auxilium, i principio huius operis, ipsum opus, in eius nomine inchoando. Quam summulam de ipsius Saluatoris nostri confisus superna clementia, prout mihi eadem clementia ministrauit (a qua collata sunt hominibus maxima dona, ut in dicto titu. quomodo oportet episcopos & cle. in prin.) compilaui per omnia quasi ex alienis Doctorum scripturis & dictis, ad laudem Domini nostri Iesu Christi: & ob mei memoriam, & ut feudorum materia quę paucis innotescere consueuit: & quę erat per plura loca, non multum ordinate posita, possit ignorantibus liquide esse nota: eisdem alienis scripturis per me paucis additis, uel detractis. Et licet modica sit mea discretio uel scientia, si aliqua dici posset, non tamen a senibus & discretis hæc Summula contemnatur, ab homine modicæ scientiæ composita. Quia & quandoque Dominus reuelat minori, quod maiori noluit reuelare: nec ob hoc maiori infertur iniuria, ut C. de offi. rect. pro. l. potioris. Immo minorum reuelatio & scientia maioribus debet esse gaudium & gloria, ut 95. distinct. c. esto. in fi. Et quilibet etiam senex, quantumcunque peritus, debet esse paratus ab anniculo edoceri, etiam si pedem in fouea teneret, ut xxiiii. q. iii. c. si habes. & ff. de fidei com. liber. l. apud Iul. Nec nobiles & senes negligant a paruis & iuuenibus edoceri, ut 38. distin. c. ulti. His igitur prelibatis, in nomine domini nostri Iesu Christi, ad Summæ materiam accedamus.

DIVISIO, ET CAPITA huius Summę.

Sciendum est, quod Summa in quatuor diuiditur partes, siue in quatuor libros, ut melius & facilius eius habeat notitia: quoniam commodius est singulas causas, singulis appellationibus distingui, ut in Insti. quibus modis test. infir. §. hoc autem. argumen. ff. de doli excep. l. prima, in princip. Et singula diuisa melius aperiuntur, ut Institu. de leg. §. sed ne in primis.

In primo libro tractatur de feudis. In qua parte, primo loco traditur, quid sit feudum, siue beneficium: & unde dicatur. Et summatim traditur, quot sunt genera feudorum; & de ipsorum differentiis. Et quę sit feudi natura, & quare consuetudines feudorū fuerunt redactæ in scriptis.

Secundo loco, de uasallis & ipsorum differentiis.

Tertio loco, quibus modis feudum acquiratur.

Quarto loco, de illis qui possrem in feu. dare.

Quinto loco, quibus res in feudum dari possunt.

Sexto loco, quę res in fendum dari possunt, & quę non.

Septimo loco, de sacramento fidelitatis.

In secunda parte siue in secundo libro, tractatur primo loco, quib. modis, & in quibus casibus feudum amittitur.

Secundo loco, qualiter feudum commissum potest a uasallo auferri.

Tertio loco, ad quem feudum commissum pertineat.

Quarto loco, de causis propter quas uasallus excusatur, si domino non seruiat.

Quinto loco, tractatur de causis propter quas dominus amittit ius dominii, quod habet in feudo.

In tertia parte Summæ huius, siue in tertio libro, tractatur de successione feudi. In qua parte primo tractatur, quis sit ordo succedeudi, & qui succedant, vel succedere possiunt vasallo in feudo, & qui non.

In secundo loco tractatur, qui possunt domino in iure dominii feudi succedere

Tertio loco tractatur, de quo feudo nulla est suceſſio.

In quarta parte huius Summæ, siue in quarto libro tractatur de contentione feudi & qualiter iudicium feudi sit examinandum, & terminandum.

Subsequenter secundo loco eiusdem quartæ partis, tractatur de pace componenda.

His ergo premissis, in Christi nomine ad primę parte materiam veniamus.

LIBER PRIMVS SIVE PARS PRIMA

Quid sit feudum, & vnde dicatur. Quot sint feudorum genera, & de ipsorum differentijs. Quæ sit feudi natura, & quare in scriptis redactæ consuetudines feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quid sit.*
2 *Diffinitionis explicatio.*
3 *An precium recipi possit pro feudo concedendo.*
4 *An aliæ res, quam immobiles in feudum concedantur remissiue.*
5 *An certus, vel incertus census pro feudo detur remissiue.*
6 *Beneficium quare dicatur.*
7 *Feudum vnde dicatur.*
8 *Varia sunt feudorum genera.*
9 *Paternum feudum quid.*
10 *Nouum feudum quid.*
11 *Paternum & nouum feudum quomodo inter se differant.*
12 *De feudo Soldatæ, Camere & Cancuæ remissiue.*
13 *De feudo quod sine inuestitura acquiritur.*
14 *De feudo impersouali remissiue.*
15 *De feudo Buscandi, & effodendi remissiue.*
16 *Soldata quid, & quare ita dicatur.*
17 *Vsusf. morte vsufruct. non domini finitur.*
18 *Feudum Castaldiæ, & Guardiæ anno finitur: nisi sit certum tempus statutum.*
19 *An feudum idem sit, quod allodium.*
20 *Quæ sit feudi natura.*
21 *Quare consuetudines feudorum in scriptis redactæ.*
22 *Anius Romanum meminerit vasallorum, aut feudi.*
23 *Clientes sunt liberi homines.*
24 *Redimens aliquem ab hostibus pignoris ius habet in redempto.*
25 *Ius Canonicum meminit de feudo, & feudatariis.*

CAP. PRIMVM.

1 EStigitur sciendum: quòd feudum est beneficium, quod ex beneuolentia traditur alicui: vt proprietate quidem eius rei immobilis beneficiatæ, seu beneficiariæ penes dantem remanente: vsusfructus eius rei ita ad accipientem tranſeat, quòd ad eum hæredesque suos masculos & fœminas, si de eis dictū sit nominatim, in perpetuum pertineat: vt ipse & hæredes eius, fideliter seruiant Domino: siue seruitium nominatim fuerit dictum, siue indeterminate promissum, vt in tit. qui. cali. feu. amit. c. Obertus. in fine. Vel dic, quod feudum siue beneficium,

Source : BIU Cujas

Epitome Ioan. Blan.

beneficium, est benevola actio, tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo: in id quod facit, prona & spōte sua parata, vt in d.c.Obertus. Vel dic, quòd feudum est, concessio rei pro homagio facta, vt arg.extra de Symonia. c.ex diligenti. Est etiam beneficium, ad vsum concessio gratuita, vt.ff commodati.l.in commodato.§.sicut. † Vide autem quod ponitur in descriptione, tribuens gaudium capientibus: quia eius gratia datur feudum, vt vsumfructum habeat & commoditatem & vtilitatem.capiensque tribuendo ideo dicit, quia propter commodum debet tribuere Domino seruitium impositum, vt in tit.in quibus casi feu.amit.in fi.j.Respon.Quia spes lucri esse debet Domino, ex suo in vasallum, largiri, sicut & de alieno, & de omni beneficio debitorem sibi acquirere, vt.ff.de fur.l.si pignore.§.i.& beneficio oportet Dominum iuuari & non decipi. ff.ex quibus causis maio.l.Videlicet .& l.qui sub cōditione.ff.de cōdi.& demōst. Vnde etiam ipso inuestito, naturaliter debet vasallus seruire, vt libertus patrono ff.de condic.inde.l.si non sortem.§.libertus. Cum naturaliter sit obligatus ad antidora.ff.de peti. hære.l.sed & si lege.§.consuluit. & in Lombar.de dona. quæ conting.fi.l.si quis. & extra de testa.c. cum in officiis. & xii. q.ii.quicunque.& c. ecclesiasticis. in princ. Prædictis modis feudum describitur in genere: sed qualiter in specie alię fiāt descriptiones vel fieri possint, inf.in titu.de vasallis,& inf. eo. titu.§.sunt etenim, apparere poterit manifeste. Datur etenī beneficium amore & honore generaliter & non pecunia: vt tit.qualiter iudi.feud.sit exami.c. si quis obli. alias est Rubrica de feu.da.in vicem l.commis.reprob. propter quod dixi, quod est beneficium, quia ex benevolentia conceditur & vtriusque gratia datur, scilicet domini & vasalli.in tit. ī quibus casi. feu. amitt. c. i. in fi. sicut & pignus, vt Inſti. quibus
3 mod.re cōtra.obli.in fi.Instit.de fideius.i. Rñ. † Propter quas diffinitiones quæri posset hic, an pro feudo concedendo alicui, possit precium recipi: quod dic vt dicetur in summa in tit.quibus mo.feu.acqui.§.& potest dari.& in titu. de illis quirem in feudum dare possunt. §.item quod dictum est quod
4 vasallus.& §§.sequentibus. † Item an aliæ res præterquam, immobiles, possint in feudum concedi: dicetur in summa in
5 in titu.quæ res in feudum dari possint. † Et an certus, vel incertus census possit pro feudo dari dicetur inf. in summa.in titu.quibus mo.feud.acqui.§.& est sciendum. Licet hic propter prædictam diffinitionem congure possent tractari prædicta. † Beneficium autem dicitur ob hoc, quòd beat accipi
6 pientem. siue quia prodest ei, vt.ff.de verbo.sig. l. bonorum
7 1. † Item feudum a fidelitate dicitur: quoniam feudatarii, Dñis suis iuramentū pstare tenēt, vt ext. de iureiu.c. veritas. & c.ea te. Item dicitur a fide vt notat Azo in summa, de fideicom.§.& appellata. Vel fidelitate, quia promittenti fidelitatem feudum est concedendum: & alii nullo modo, nisi eo pacto daretur, vt fidelitatem inde facere non teneatur, vt in tit.explicit liber primus.c.inuestitura. §.nulla autem in uestitura.inf in titu.in quibus casi.feu,amit. §.est & alia. Vel nisi Dominus esset talis, cui fidelitas non esset præstanda: de quo dicetur inf.in summa in titu.de cau. propter quas excu. vasal.in princ.&.§.item propter minorem.& inf.in titu.de sa
8 cra.fide.circa princ.summæ. † Sunt etenim secundum Iaco. de Ardi.plura feudorum genera, inter quæ est in multis differentia. Quorum vnum vocatur paternum, siue vetus feu-
9 dum, aliud nouum. † Feudum paternum est: quod fuit eius parentis qui fuit eius agnationis communis: vt in titu quali ter iu.de.vasal.§.ad filias.alias est Rub.de gradi. suc.in feu. vel feudum paternum est, quod acquisitum est a quocūque superiore, vt in titu.qui debe.suc.in feu.j.rñ.& in tit.nc .non pa. c.qui sibi.alias est Rub.de grad.suc.in feu.§.qui sibi.& habet in princ.medio,& in fi.Sed cōtra hoc in ti.de suc. feu. §.i.vbi dicitur non esse paternum, ex quo quartum gradum excedit. Sed illud potest intelligi quo ad successionem collateralium, non descendentium, de quorum successione traditur in titu.de suc feu.in §.i.& §.de collateralib. & §. succedunt.
10 † Nouum vero dicitur, quod est aliter acquisitum, vt patet ex eo, quod feudum nouum dicitur, quod primo nunc acquiritur, paternum vel vetus dicitur ideo quod ab antecessoribus est quæsitum, vt in titu.incip.consue. reg. c. j.§.siue clericus. in tit.qui debent succedere in feudo.in ti.in titu. de gradibus suc.in feu.§ ad fiil. alias iste, §.est sub titu. qualiter debe.iur.vasal.& c.quidam vasallus, alias hic §.est sub tit.no. non pa. Videtur tamen quibusdam, quod vetus feudum sit, quod non est nouum, puta si est acquisitum tranſacto anno. Nouum, quòd est acquisitum nondum anno tranſacto vt arg.ff.de tri.vino & oleo leg.l.ex, vsu. & l. vetus. & l.nam aliter.ff.de pub.l.interdum.§.quotiens. Sed non est ita, quia non consideratur spatium temporis, sed genus & causa, vt arg.ff.de tri.vino & oleo lega.l.si quis vinum.§.sed si. & esset idem dicendum in vno feudo, quod in alio, argu.C. de libe.
11 præte.vel exhere.l.iiii. † Simile Inſti.quod cū eo qui in alieni, pote i.Rñ. Differunt etiam inter se in quibusdam, quia minor potest inuestire de veteri beneficio & non de nouo, vt in ti.explicit l.i.c.ii.§.inuestitura.& §.noui. Maior autem ad vtramque inuestituram faciendam admittitur, sed non minor, vt ibidem.& de hoc in summa inf. de illis qui, pos.rem in feu.de.§.minora etiam. Item & quia noua inuestitura debet probari etiam per extraneos: sed videtur in hoc sublata differentia, vt in vtroque, etiam extraneorum probatio admittatur, vt in titu.explicit liber primus. c. ii.§.si vero inuestitura, & in tit.hic incip.consue.reg.c.j. §. siue clericus. quia non refert.sit vetus vel nouum, vt argu.C.de natu.libe.l.ii. in fi.& circa hoc requirere notata in summa, infra de content. feu.§.vt sciatur.& infra in summa, quibus modis feud.acqu. §.& habet.vbi hęc plene sunt tradita. Et est sciendum, q̄ de veteri beneficio non potest fieri nouum, in præiudicium alicuius:& si factum fuerit nouum, tamen vetus censebitur, vt in ti.nouum non paternum, §.quidam vasallus. & in titu.de successio.feu.§. secundo.quoniam nouum non est feudum, quod iterato confertur, vt in ti.de grad.suc.in feu. c.quidam vasallus.& extra de feu.c. ex parte.sicut non est nouum ędificium, quod reficitur, vt ff.de ope.no.nunc.l.j.§.si quis ædificium.extra de Iudæ.c.consuluit. Inter quæ etiam est in multis differentia, quo ad successiones, vt plene dicitur in tit. de succes.feu.§ ii.& iii. & §. circa prædicta quæ hic repetita intelligantur. Et si contentio est, an sit feudum nouum, vel paternum siue vetus: dic vt notatur in summa, infra de conten
12 tione feud.§.vt autem sciatur. † Item est feudum soldatæ, & feudum cameræ & caneuæ, & castaldiæ, & vardiæ, siue guardiæ: de quorum natura traditur infra eadem summa in quibus titulis, scilicet, qualiter feudum commissum potest a vasallo auferri.& in ti.de quo feu.nulla est successio,§.j ii.iii.& iiii.& in ti.quibus modis feudum acq.§.item illud.& §.consequenti.in ti.de conten.feu.§.cęterum.in ti.de feu.cog.§.sciē
13 dum.& c.inuestitura.§.si vero vasallus. † Item est quoddam beneficium, quod sine inuestitura acquiritur, de quo traditur infra in summa quibus modis feudum acqui. §.item acquiritur feudum etiam a vasallo,& in summa infra de quo
14 feu.nulla est succe.§.item si quis domino iubente. † Et impersonalia beneficia, de quorum natura plene traditur, infra in summa, de quo feu.nulla est successio.§ item si impersonale
15 beneficium. † Item feudum boscandi & effodendi: de quorum natura notatur infra in summa, de quo feu. nulla est succes.§.item si concessum.& §.j. & ii. in quo traditur prędi-
16 ctorum feudorum natura. † Soldata cum datur, feudum nō appellatur, sed in suo nomine stat. Et est quędam pręstatio annua, & gratuita: quæ a neutra parte transit ad hæredes. Vnde morte dantis & accipientis finitur: & dicitur soldata eo, quod plurimum insolidi solutione, & præstatione consistat: quandoque in vino & annona, vt in titulo qualiter iurare debeat vasal.§.qui a prin.& §.sequenti, arg.ff.de annuis lega.l.Quintus.& l.in singulos.& l.Caius. in fi. sicut alias in fi.manda.§ item si adhuc.ff.manda. l. inter causas.in princ. & l.si quis alicui,§.morte.C. si reus vel accus. mor.fuerit.l.ii. & iii. † Aliud tamen vt vsufru.qui morte vsufructuarii, & nō domini finitur.C.de vsufr.l.si patri tuo.C.ad Tertu.l.vlti.§.fi.
18 † Item illud quod nomine datur Castaldię vel guardiæ,& p mercede alicuius rei, non est fendum, quia anno finitur, nisi certum tempus statutum sit, in ti. qui feu. dare pos.§.item illud.alias est rub.de feud guardię & Castal..j. respon. Et post annum quandocunque potest auferri, vt infra in summa,
19 qualiter potest a vasal. feudum commissum auferri. † Sed quoniam a pluribus quæritur, an feudum idem sit, quod allodium? ideo notat hic, quod aliud est feudum & allodium quod est idem, quod proprium patrimonium, vt in ti.nouū non paternum, ca.qui sibi.§. nam & illud. Vel est allodium cuiusque patrimonium, quod sub alterius districtu & iurisdictione habetur, vt in ti.de pace iuramento firmanda, §. ad hęc.& quod aliud sit allodium, quam feudum, probatur
20 in ti.si de feudo vasal fuerit interpel.cap.inter. † Quę sit feudi natura, breuiter comprehendi non potest vno tractu, cum scilicet diuersa genera feudorum, diuersa circa feudi naturā notari possint, quę colliguntur infra in summa, de vasal.& & infra de succe.feu. & infra quibus modis feu. acqui.& inf. in summa, de quo feu.nulla est succes.& infra in quibus causis feu.ami. In quibus locis explicantur plene omnia, quę solent circa naturam notari. Verum quia in hoc primo libro aliquid iure commemorari potest: idcirco hic videamus breuiter, quę sit feu. natu. Est autem feudi natura, vt dominus concedat primo rem in feudum, seu inuestituram præstet, postea vasallus fidelitatem promittat seu faciat, & postea vasallus in possessionem mittatur, ne sufficit si interesse præstare velit dominus, vt in ti.explicit liber primus, incip.ii. de feud.cog.§.nulla.& §.vtrum.in ti.qualiter iurare debeat vas

in fi.

Source : BIU Cujas

in fi.j.respon.in vers.inuestitura.& §.finautem controuersia. alias est Rub.de contro. inuestiture. Item vt hæres inuestituram petat,vel vasallus ab hærede Domini, vt in consti.Federici.l.imperialem,§. præterea si quis,in titu. qualiter vsus bene.sit tenen. §. sancimus, alias est Rub. de feudo sine culpa non amittendo.in titu.hic inci.consue. reg. cap.hæc sunt capitula,in fine.Item vt vtriusque gratia detur,prout notatum est supra,§.est igitur,& §§.sequentib.Itē,vt feudū nō amittat vasallus, siue vt nō auferatur ei,sine cōuicta culpa,& cognita cā, siue snīata; siue laudata,ut in titulo qualit. vsus bene. sit tenen.alias est Rubrica de feu.sine culpa non amittēdo.c. sancimus,ī prin.Et si vasallus contendat pares odio, iniustè pronunciasse,remanet in possessione feudi p sex menses: & qō postea per Principem diffinitur,ut in eod. ti. c.sancimus, versi.si autem miles ait, de hoc plenius dictum est ī summa, j.de feu.cogn.& qualiter iudi.sit exa.& termina. §. in forma appellationis. Vel deueniri non potest sine culpa, vt legitur j.de natu.feu.Et not.in summa,j.qualiter potest feu.a vasal. auferri.§.hoc enim secundum. Item vt ordo successionum seruetur,prout plenius dicetur infra in titu. de feu.suc. circa princ.Item, vt fiat de rebus immobilibus tantum, vel solo cohærentibus,non de mobilibus,nisi inter immobilia computentur:& in casibus notatis in summa,infra quæ res ī feu. dare possunt,§.item inter.& in titu.inci.lib. 2. de feudi cognitione,in fi.j.respon.Item,si de feudo est contentio, vt sciatur apud quem debeat ventilari quæstio, & qualiter terminari, vt dicitur infra in summa,de feu.conten.Posset & hic notari de vsu feudi,siue qualiter vsus beneficii sit tenendus. Sed cū sciamus,quibus modis feudum acquiritur: & in quibus casibus,& in quibus modis feudum amittatur,per consequentiā scire possumus, quibus modis,seu quomodo feudum est tenendum.Quia cum scitur vnum contrariorum,scitur & reliquum,vt Inst.de his qui sui,vel ali.iur.sunt.§.videamus, ff.de acc.& inscrip.l.qui accusare, & argumen.ff.de postu. l.j.§.ait Prætor.de pœniten.distinct.j.c.verbum,& hic ad præsens,de hoc notare omitto,quamuis sit de feudi natura:quia de hoc plene traditur infra in summa,quibus modis acqu.& in qui
21 bus casibus feud.ami.† Fuerunt autem consuetudines feudorum,ideo redactæ in scriptis,quia controuersię quædam feudorum, iure Romano decidebantur. Quędam iure Longobardorum: alię autem secundum regni consuetudinem. Et quædam solis feudorum consuetudinibus, quæ ī scriptis nō erant redactæ.Vnde fuit necessarium & vtile, de his controuersijs & consuetudinibus scribere, & in scriptis redigere, vt in titu.explicit liber primus.j.respon. Non ea ratione, quòd alias non valerent: quia si remāsissent in consuetudine, tamen uim legis obtinerent, ut Inst.de iure natu.§.ex non scripto.ff.de leg.& const.l.de quib.in fi.& l.si de interpretatione. Et maximæ est authoritatis iudiciū feudi,cū non esset necesse in scriptis comprehendere, ut ff. de legi. & consti.l.;immo magnę,& l.prędecenti.Et ideo fuerunt scriptę, quia melius memoriæ commendantur, vt alias,ff.de pign.l. contrahitur. Et q sine scriptura valerent, est argu. C. de pact. l pactum, quod bona fide.& l.cum proponas,& C.de transl.cum te.&
22 in d.l.contrahitur. †Iure uero Romano, siue ciuili nihil de vasallo, uel de feudo potest reperiri, excepto q de clientulo reperitur:qui pro domestica persona reputatur,qui forte nū cupatur uasallus,ut ff. de usu & habitat. l.3.& 4. & ff.de fur-
23 tis, l.si libertus ff.de capt.& postlim.reuer.l.non dubito. † uel quod uidetur verius, clientes sunt liberi homines: quibus non minus,quam seruis vtimur, vt puta, liberi homines capti ab hostibus, & a nobis postea redempti. Nam liberi homines sunt, & non minus eis vtimur, quàm seruis, donec precia redemptionis nobis reddantur, & hoc potest colligi in prędic. l. & Inst.de usu, & habita.§. item qui ędium.ff.qui test.fa.poss.l.qui testamento.j.respon.C.de cap.& postli.reue.
24 l.vlti.†Nam qui redimit aliquem ab hostibus,quoddam vinculum pignoris habet in eo,ut ff.de leg.j.l.senatus, §.vltimo. Vel dic verius,q clientulus est vasallus,vt in titu.de feu.alie.
25 c.si clientulus.†Iure autem canonico de feudo & feudatarijs quædam habemus extra de feudis,per totum, & xxij. quæst. v.de forma.extra de usur.c.cōquestus,& c.j.& ext.de hę. c.vl. & c.excommunicamus. §.moneantur,& ext.de excess.præla. c.grauem.& ext.de iu c.nouit.& c.cęterū,ext.de fo.com. c.ex transmissa.& c.verum,ext.de iurei.c.ea te.& c.ueritatis,& extra de const.c.quæ in Ecclesiarum.& ext.de statu mo.c recolentes,& forte immixta in alijs locis: & quę in prędictis canonib.cauta sunt,in hoc ope prout melius potui collocaui.

De vasallis & eorum differentijs. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli qui sint.*
2 *Imperator regnum habet a Papa.*
3 *Rex Angliæ tenet feudum a rege Franciæ.*
4 *Imperator an habeat imperium a Papa.*
5 *Archiepiscopi & prælati omnes ecclesiarum possunt vocari vasalli.*
6 *Homagium facere non compelluntur prælati ecclesiarum.*
7 *Marchia quid.*
8 *Capitanei vel maiores valuasores qui.*
9 *Valuasores qui.*
10 *Minores valuasores qui.*
11 *De differentiis vasallorum.*
12 *Villanorum differentia.*

1 DE † vasallis videndum est, Qui sint: & quidem vasalli dicuntur, qui rem in feudum recipiunt, siue habent ab aliquo, proun supra in diffinitione, siue descriptione feudi, notari potest
2 posita in summa titu.de feudis, §.est igitur, † prout Impera-,
3 tor habet a Papa regnum Siciliæ: † & Rex Angliæ feudum tenet a rege Franciæ,vt extra de iudi.cap.nouit, circa prin. &
4 cap.de imperio. † Idem videtur etiam vt imperium habeat Imperator a Papa: quia ipsum potest deponere & imperiū transfere in alium,vt 16.distinct.cap.si Imperator, & 15.q.6. alius.& extra de elect.cap.venerabilem.& quia Domino Papæ fidelitatem iurat,vt 63. distinct.T.Domino,& ut fidelis sī bi obligatur & tenetur,vt eodem cap.Ergo & Papæ Imperator cum suo imperio subiectus est,vt 96 distinct.cap.Constā stinus. & iurisdictionis temporalis Domini Papæ est, quia Domino Papæ suo vicario Christus commisit iura terreni & cælestis imperii,vt 22.distinct.cap.omnis,sed sunt ar.q. extra de ma.& obe.cap.solitæ.& xcvj.distinct. cap.duo quippe.& cap.cum ad verum,& 10. distinct.quoniam idem,& 8 distinct.quo iure,& 33.quæstio.2. cap.inter hæc, & 23.quęst. v.cap.regum.extra de app.ca.si duo.extra qui fil.sint legi. ca. causam,& c.lator.extra de foro compe.Licet quidam dixerunt,quòd Imperator habet imperium a Papa,per iura sup. allegata,vnde secundum illos posset dici,quòd eius sit vasallus, per quæ dicta sunt: alii tamen dicunt & verius,quòd Imperator habet imperium & potestatem,seu gladium a Deo: sicut Papa sacerdotium & in spiritualibus potestatem,ut in Auth. quomodo oportet Episcopos & cæteros clericos ad or.per.in prin.colla.prima,& 23.quæst. 4.c. quæsitū, & in d.c. cum ad verum, vnde secundum illos potest dici, q non est Papæ vasallus Imperator:quoniam ante videtur esse Imperator ex electione Principum, quam confirmetur a Papa, ut ar.xciij.distinct. c. legitur in Isaia,circa medium, & notatur hoc ibi. & ante fuit imperium,quam apostolatus, vt in d.c. Constātinus,de hoc quære infra de sacra.fid.in summa,§.Imperator. & §.sequenti.Reges vero habent regna ab Imperatore: & Principes, & Comites a Rege: Barones a Comitib. milites a Baronibus: & qui appellātur in prouincia & in regno Siciliæ Barones, vocantur in Lombardia & in Tuscia Capitanei:& quidam vocant eos valuasores,qui habēt feuda a Capitaneis & a Baronibus, & quosdam milites habent sub se: & aliquando Burgenses vel villani, recipiunt in feudum a militibus & aliis, vt de hac materia tractatur in titu. qualiter iura.debe.vasal.§. qui a Principe, & de fœmina habēte beneficium,§.hoc dicimus,& de feudis datis mi.valuasoribus.j. & 2.respon.& sequentibus §.in ti.qui feu.dare pos.
5 cap.2.respon.† Possunt etiam vocari vasalli secundum Rofre.Archiepiscopi & Prælati omnes Ecclesiarum, qui habēt suos archiepiscopatus,quasi in feudū a Papa: & Episcopi ab Archiepiscopis: vel etiam a Papa, & clericis a suis primatib. quia isti omnes secundum Rofre. fidelitatem iurant suis primatibus de gradu in gradum,vt extra de iureiu.c.ego, & facit pro ipso de maio. & obed. c. cum in Ecclesijs,& extra de elect.c.qualiter. & 23. dist.c. quanquam, & extra de priuile. c.antiqua,& extra de excess pręla.c.grauem,& extra de verb. signif.c.clerici. vt de istis plene dicitur infra in summa, de sacra.fide. §. iurat etiam.& sequentibus §§. Sed contra eius dictum facit prædictum c.de iureiu.ego.& dictum c.quanquā, & extra de elec. c.significasti. in quibus prorsus alia traditur forma sacramenti Episcopi,& Prælatorum,& Clericorum, quam sit forma sacramenti fidelitatis vasalli: de quibus formis plenius dī infra in summa,de sacr.fide.Nec enim omnes qui iurant fidelitatem sunt vasalli vel feudatarij, vt in titulo
6 qualiter iura.debe.vasal.§.j. † & quia tales nunquam compelluntur homagium facere,vt extra de regu.iur.c.indignū, & de hac materia plenius traditur infra in summa, de sacra. fide.§.sed nunquid.& 1.2.3.4.§.& sequentibus,& infra ī summa,titu.quę res in feu.da.poss.§.quare,& §.præcedenti.In nomine & personis vasallorum,secundum Iacob. de Ardiz.est differentia,scilicet diuersa beneficia: vt in titulo qualiter iur. deb.vasal.§.qui ad Principem,vt qui de regno inuestitus est, Rex appellatur. qui de Marchia Marchio vocatur: & dicitur

Source : BIU Cujas

tur marchia, id eſt, circa mare, hoc eſt iuxta mare poſita.
7 † Et qui de Ducatu inueſtitus eſt, Dux vocatur, & eſt ſpectabilis: & qui de comitatu, Comes nuncupatur vel Caſtrēſis: & qui de plebe vel parte plebis, Capitaneus appellat: & ſupraſcripti poſſunt appellari Capitanei regni, vel maiores
8 valuaſores. † Et qui a capitaneis recipiūt, valuaſores vocant.
9 † Qui autem a valuaſoribus vaſalli dicuntur, † ſiue valuaſo-
10 res minores, vt in tit. de feud. datis min. vaſ. in prin res. & ca. de præcedenti, & in titu. qui feu. da. poſſunt, cap. j. & in tit. de natu feu. & in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. qui à Prin. Niſi enim eſſet differentia inter prædictos, pro nihilo diuerſa nomina eſſent impoſita, vt C. de cad. tol. l. vna. in verſi. ſin autem. C. de codicil. l. ſi idem. extra, de decimis. cap. ad audientiam. Et ob hoc diuerſa fuerunt poſita nomina, quia inter ipſos eſt differentia: & quia commodius per nomina diuerſa intelliguntur, vt ar. Inſti. qui. mo. teſt. infirmantur. §. hoc aūt. & C. de mutatione nominis, l. vna, & Inſti. de leg. §. ſi quis in nomine. Et quo ad huiuſmodi feuda ſiue beneficia: & alia beneficia: & alię differentię poſſunt vocari, quantum ad ſucceſſiones, de quibus infra dicitur in ſumma, de quo feu. nulla eſt ſuc. propter quod hic omitto, quia ibi clare patent in
11 §. 1. 2. 3. & ſequentibus pluribus §§. † Eſt etiam differentia quo ad modum auferendi feuda vaſallis, vt not. in titu. qual. poteſt feu. vaſal. auferri. in prin. Et etiam differentia eſt inter feudorum genera in multis nomine & re, vt notatum eſt ſupra ti. proxi. §. ſunt etenim, & §. item eſt feudum, & §§. ſequētibus. infra in ſumma, qualiter poteſt feudum commiſ. vaſallo auferri, & ſecundum diuerſitatem feudorum poteſt differentia notari inter vaſallos, vt dicantur perpetui vel temporales, & vt nomina ſumantur ex re, id eſt, ex feudo vt nomina ipſorum rebus, id eſt, feudis conueniant, prout hæc omnia ſatis poſſunt colligi in prædicto §. ſunt etenim, & j. in ſumma, de quo feudo nulla eſt ſuc. in prin. §. j. & 2. & in titu. quib. mod. feu. acqui. Item poteſt ad certum tempus dari, ut in concor. ibidem notatis. Item eſt differentia, quo ad violationem pacis, quoniam quidam ex eis plus puniuntur, & qdam minus, ut notatur in tit. de pace compo. & tenen. §. pœna autem, & in conſti. Federici. l. hac edictali, §. ſi quis vero temerario auſu. Tamen minimis valuaſoribus exceptis inter alios ſupra nominatos nulla videtur eſſe differentia quo ad feudi conceſſionem, & quo ad modum auferendi, ut infra ī ſumma, qui feu. da. poſſ. j. reſpon. & §. notandum, & hæc de natura feu. ſed de modo auferendi etiam differentia notatur plene in ſumma, j. qualiter feu. poteſt vaſal. au. per totum. Et etiam quo ad cognitionem controuerſiæ, quæ eſt de feud. vt plene dicitur inf. in ſumma, de feu. cogni. & qualiter iudiciū
12 feu. ſit exa. & termi. §. poſtquam. † Sunt etiam quidam alii, qui non ſunt vaſalli, qui dicuntur eſſe villani: quorum quidam dicūtur manentes, & quidam reddentes, & quidam angarii, quidam perangarii, quidam commendati, quidam homines noſtri, quales ſunt homines villarum & caſtrorum, qui a Dominis ſuis feudum non habent, ſed caſamenta, & ſubſtantię eorum ſubſunt iuriſdictioni & eis ad diuerſa prę ſtanda & facienda tenentur, de quib. omnibus plene tradit Rofre. in ſuo libello, in tit. de villanis, qui ſimiliter vt vaſalli tenentur fidelitatem iurare, vt notatum eſt in ſumma, infra de ſacra. fide. §. & quoniam & §. ſequenti. Qui etiam non poſſunt caſamenta, quæ à dominis ſuis habent, ſiue allodium ſuum, ſine Domini conſenſu alienare, ar. inf. in conſti. Federici. l. hac edictali, §. ad hæc, & argum. in titu. hic incip. conſue. reg. cap. hæc ſunt capitula, §. ſi quis ea lege, & C. de acquiren. poſſ. l. Libris. C. de agri. & cenſi. l. per colo. l. xj. cum earum concord.

Quibus modis feudum acquiratur.
Caput III.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis ratio.*
2 *Diuiſio.*
3 *Inueſtitura quid proprie & abuſiue.*
4 *Vtrum aliud ſit poſſeſſionis traditio, quam inueſtitura.*
5 *Inueſtitura coram quibus fiat.*
6 *Ad inueſtituram citandi ſunt pares, & qui, & quamdiu expectandi.*
7 *An inueſtitura facta abſque paribus coram Imperatore, valeat.*
8 *Inueſtitura fit tam de nouo, quam veteri beneficio.*
9 *Inueſtituram qui facere poßint.*
10 *Quibus inueſtitura poſsit fieri.*
11 *Qui denunciare poßint domino ut inueſtiat.*
12 *Per inueſtituram acquiritur feudum, & quare.*
13 *Inueſtitura quando petenda, & a quibus.*
14 *Annus petendi inueſtituram quando currat.*
15 *Præſumitur quis ignorans, niſi probetur ſciens.*
16 *Vaſalli filius, decedente patre ſuo intra annum, an habeat tantum reſidū tempus patris, vel annum ad petendum inueſtituram.*
17 *Inueſtituram non petens vaſallus intra annum & diem, an ad dominum, vel agnatos redeat feudum.*
18 *Dominus ſi amittat dominium feudi, ad quem pertineat remißiue.*
19 *Frater pro ſua parte inueſtitus, an fratre mortuo pro eius parte inueſtituram petat.*
20 *Vaſallo feudo propter offenſam amißo, quæ poſtea domino eſt remiſſa, an ſit neceſſaria inueſtitura.*
21 *Inueſtitura a quo petenda.*
22 *Inueſtituram qui petant.*
23 *Inueſtituram non petens vaſallus quando excuſetur.*
24 *Inueſtituram quis det, & per quem accipi poßit.*
25 *Libertas an detur per nuntium.*
26 *Per procuratorem dominum acquiritur, & poſſeßio.*
27 *Inueſtitura quando facienda.*
28 *Per inueſtituram quid conſequatur vaſallus remißiue.*
29 *Feudum acquiritur etiam ſucceſſione.*
30 *De feudo teſtari non poteſt.*
31 *Filii an acquirant feudum ex patris ſucceſsione.*
32 *Feudum acquiritur propter delictum agnati.*
33 *Feudum acquiritur præſcriptione.*
34 *Feudum interdum & ſine inueſtitura acquiritur.*
35 *Scientia ſine contradictione habetur pro conſenſu expreſſo.*
36 *Feud. concedi poteſt ad certum cenſum & indeterminate.*
37 *Vaſallus an teneatur ſeruire, ſi indeterminate feudum illi ſit conceſſum.*
38 *Feudum an ad certum tempus dari poteſt.*
39 *Feudum ſub conditione concedi poteſt, ſi meruerit: & quomodo meritum conſideretur.*
40 *Res an poſsit in feudum concedi, ſub pacto legis commiſsoriæ.*
41 *Quid in pacto interpoſito inter fideiuſſorem & debitorem, vt pignora fideiuſſor habeat in feudum, ſi ipſum debitor non liberet ad tempus.*
42 *Quid ſi vendens & tradens rem recepta parte precii, & niſi emptor reſiduam partem ad tempus ſoluat, in feudum rem retineat.*
43 *Quid in toto precio.*
44 *Quid in pacto adiectionis in diem.*
45 *In feudum an poſsit dari res pecunia accepta.*
46 *Per inueſtituram quid conſequatur vaſallus.*
47 *Vaſallus retradita vel adepta domini voluntate acquiritur in ea ius feudi.*
48 *Quando tradita intelligatur res.*
49 *Poſt inueſtituram omnino facienda eſt traditio, neque præſtando intereſſe liberatur dominus.*
50 *Emptor an agat ad intereſſe, quando res a venditore non traditur.*
51 *Inueſtitura facta, an vacuam poſſeſſionem teneatur tradere dominus.*
52 *Dominus quando teneatur de euictione.*
53 *Dominus an cogi poſsit ad faciendum inſtrumentum conceſsionis feudi.*
54 *Caſtro conceßo in feudum ab aliquo, an iuriſdictio conceßa intelligatur.*
55 *Penſionib. alicuius vaſalli vel emphyteutæ, in feudum conceſsis, an quod pro renouatione percipi ſolet, conceſſum videatur.*

1 VM † ſupra dictum ſit, quid Sit feudum, & vnde dicatur, & de gradibus, & differētijs feudorum: & de feudi natura: & de vaſallis. Reſtat vt videamus ſub hac Rubrica, quibus modis feudum acquiratur, ſeu de feudi conceſſione & inueſtitura, per
2 quam feudum acquiratur. † Vt primo ſciamus, quid ſit inueſtitura: & qualiter fiat: & per quem: & cui ſit facienda: & an ſine inueſtitura acquiratur feudum. Et quando ſit petenda: & a quo: & quæ ſit pœna non petentis: & quæ cauſæ excuſent non petentem; & quando eſt facienda: & quid uaſallus per inueſtituram conſequatur: & an per interpoſitam perſonam poſſit peti inueſtitura. Subſequenter videamus de alijs modis feudum acquirendi: & quomodo, ſeu qualiter poteſt cōcedi: & quando vaſallis conceditur ius: & quod, ſeu quale, iure feudi acquiritur: & an de euictione Dominus tenea
3 tur vaſallo. † Primo enim ſciendum, quòd ſecundum hæc iura, inueſtitura dicitur proprie poſſeſſio. Sed abuſiue vocatur inueſtitura, quando haſtam, vel baculum, vel uirgam, vel annulum, vel quid ſimile corporeum porrigit Dominus vaſallo, dicendo, ſe facere inueſtituram, ut in titulo de feud. cog.
4 c. inueſtitura: † tamen videtur ꝙ aliud ſit poſſeſſio, ſiue traditio poſſeſſionis, ſeu apprehenſio poſſeſſionis, quam inueſtitura, ut in ti. qui. mo. feu cōſt. pot. c. ſciendū. & in ti. hic inc. conſue. reg. §. ſciendum. & xvi. q. 2. c. viſis. Vel dic per d. iura, ꝙ inueſtitura idem eſt, quod vera traditio poſſeſſionis, facta à Domino dicente rei in feudum conceſſæ ſe facere inde inueſtituram, vt in dictis iuribus videtur manifeſte probari. Sed in prædicto c. viſis, accipitur poſſeſſio pro proprietate: & in inueſtitura ibi accipitur pro ipſo ꝙceſſo vſu poſſeſſionis & ꝑmodatę rei, in bñficiū datæ, vt hęc ibi clarè colligunt: Sed dic ꝙ nunq̄ ꝑ inueſtituram dr̄ fieri rei feudalis, ſiue bñficii traditio, vt manifeſte ꝓbat ex̄ d̄ do. c. ꝑ tuas, & ex. d̄ his q̄ fiūt a ma. pa. cap. c. ex ore. & ex̄. d̄ ꝓb. c. ꝑ illorū. & ex̄. de ꝓc. p̄-

ben.

Source : BIU Cujas

ben.e.propoſuit.& extra de re iudi.c.cum olim,& infra ead. ſumma notatur, in §. in feudo enim ſciendum eſt.quæ iura manifeſte probant, quod aliud eſt inueſtitura, quam traditio poſſeſſionis. Et quod idem eſt inueſtitura,quod primo dictum eſt per prędictum c.inueſtitura, ſcilicet, cum dominus facta feudi cōceſſione,porrigit anulum,vel aliquid corporeum dicendo ſe facere inueſtituram,vt ſupra dictum eſt. Eſt etiam inueſtitura idem,quod beneficii cōceſſio,ſiue collatio pro inueſtitura,vt extra de conceſ.præben.poſt elec. T. vero dixit quod inueſtitio eſt in corporalem poſſeſſionem ī ductio,vel quaſi, vt quia fit quandoque de re non præſenti per anuli traditionem,vel alio modo,vt in prędict.decret.c. propoſuit.& ca.cum olim.ſed iura prædicta ſunt contra eū. In fine collige,quod quando dicitur inueſtitura,& ipſa conceſſio beneficii ſiue feudi,vt in prædicto c.viſis.& in dicta decre.inter. quandoque ipſa traditio vel inductio in poſſeſſionem rei feudalis, præcedente conceſſione vel aſſignatione ſi vera eſt traditio, vt in dicto c.inueſtitura.extra de conceſſio. pręben.poſt elec.extra de reſti ſpolia.c.olim. circa princ.& in dicta decre.ca.per tuas, cum ſuis concordan.ſupra allegatis. Vnde ſic expone verbum,quod inueſtitura dicitur poſſeſſio i.poſſeſſionis traditio,vt in dicto c.inueſtitura. Et hoc etiam videtur probari in d.c.ſciendum.& in alio c.ſciendum,quandoque dicitur inueſtitura,ipſa quaſi triditio, ſed improprie, vt cum fit per anuli vel haſtæ traditionem ipſo domino dicente,ſe facere inueſtituram rei in feudum conceſſæ, vt eo.

5 capi.† Fit autem inueſtitura coram paribus curiæ,ab eo qui alios habet vaſallos,ſine quibus fieri non poteſt:etiam in ipſorum abſentia,ſed ſunt expectandi, & hoc ſi fiat de nouo feudo,ſecus ſi de veteri,ſiue paterno feudo, quæ fit ab hęre de domini,vel ab hærede vaſalli,quæ inueſtitura veteris, vel paterni feudi, poteſt fieri coram extraneis,& in noui etiam feudi inueſtitura adhibentur teſtes extranei, cum fit ab illo, qui nullos vaſallos habet,vt hęc omnia colliguntur in titu. explicit liber primus,c.inueſtitura.in prin.& §.ſi vero inueſtitura.& in ti.hic.incip.conſue.regni,c.lex Corra.ca.ſiue clericus,& c.ciendum,§.quod dictum eſt. Et de hoc notatur infra de conten.feudi.in ſumma iiii.lib.§. vt autem ſciatur. Ex hoc enim,quod expectandi ſunt pares,apparet quod ipſorū præſentia eſt de ſolennitate inueſtiturę. Et hoc probatur in ti.hic incip.conſue.regni,c.ſiue clericus,argumento C. de li. x.de prædiis decurionum,l.prima, ii. & iii.C. ſi propter pub. penſio l.ſecunda,in fi.C.de venden.rebus ciui.l.vltima,C. de leg.l.penul.†vnde citandi erunt,arg.ff.de mino.l.etiam, §.fi. C.ſi ab hęre.abſti.alias ſi minor ab hęre.ſe.abſtin. Authen.ſi omnes,extra de confir.vtili vel inutili.cap.cum dilecta,circa prin.extra de reſtitu.c.ſignificauit,extra de elect.ca.in cauſis. c.cum inter vniuerſas.& c.quod ſicut,& ca.bonæ. & venerabilem. Et erunt citandi illi,qui ſunt in eodem loco,ſiue in eadem prouincia,vt extra de elect.c.coram.& c.in cauſis, ff. de iuriſdictione omnium iudi.l.vltima,C. de interdic.l.ſecūda.Nimis enim remoti vocandi non ſunt, vt extra de elect. c.cum inter vniuerſas.Et dicuntur nimium remoti,qui extra prouinciam ſunt,vt in prædictis iuribus,& C.de præſcriptio. longi tempo.l.vlti.vel qui vltra duas dietas ſunt, vt argumē. extra de reſcrip.c.nonnulli.& cap.ſequenti.& qualiter intelligatur prouincia, & qualiter dieta vel dietę, quære notatū in dicto c.nonnulli. Tales enim,qui ſunt extra prouinciam vel vltra duas dietas,vocandi non ſunt, vt dictum eſt,& C. lib.x.de decurion.vel curiales: vel qui conſiſtunt in ęgritudine,vel in alia excuſabili neceſſitate,vt C.eodem ti.l. vltima, libro x.Et forte expectabuntur pares per duos menſes,quia breue tempus eſt,vt C.de ſecun.nup.l.ſecunda, & facit argumen.C.de compenſa.l.vltima, & ff. de iure fiſci.l. aufertur.§. qui compenſatione,extra qui fi.ſint legi.c.lator,ff.de peti.hæred.l.ſi quis libertatem,§.plane.ff.de adminiſtra.tuto.l. tutor qui,§.vlurę,ff.qui & a quibus ma.liberi non fiant, l. proſpexit.in Authen.vt factæ nouę conſtitu.circa princip.& fin.collatione v. Vel forte expectabuntur per tres menſes, extra de electionib.cap.ne pro defun.& dicta l.poſtquam. & centeſima diſtinctio.ca.quoniam.Sed circa iſta,eſt argumen. quod abſentes vaſalli expectandi non ſint,vt in titulo qualiter iudici. feudi ſit examinan.cap.primo,§.ſi iter dominum,in verbo abfuerint.quod poteſt exponi, ideſt nullo modo fuerint, vt quia dominus alios non habet vaſallos,vt fiat illius expoſitio per aliud,cap.quod eſt.in titulo hic incip.conſuetud.regni,cap.ſciendum,§.quod dictum eſt.Vel expone abfuerint quia ſcilicet in longinquo ſunt abſentes, ita quod in breui non ſunt reuerſuri,vt admittantur extranei, argumento ff. de iudi.l.ſi longius,ff.de procuratoribus,l.filius.ff. de iniur. l. ſed ſi vnius,§.quod autem.extra de dolo & contuma. capit. cum dilecti,C.de teſtam.l.cum antiquitas, circa mendium, ff.de vacatione mune.l.prætor.in fine,C. de officio prędfe. vr. l.ſi quos. Si vero abſunt, ſed prope, expectandi erunt,vt in prædictis iuribus,& argumen.ff.ad Trebellia.l.ille a quo,§.j ff.ad exhiben.l.iii.§.ibidem,ff.vt in poſſeſſ.lega.l.ille a quo,in principio.ff.de annuis lega. l.Męuia,in fine,C.de bonis quæ

7 libe.l. vltima,§.vbi.†Sed pone quod imperator, qui multos habet pares,facit inueſtituram,& priuilegium concedit alicui,in quo continetur inueſtitura, nunquid valebit talis inueſtitura,vt præſumatur coram paribus facta? videtur per eaquę ſupra proximo,§.dicta ſunt,quod non valeat. Sed contra,quia principis prędſentia omnem ſupplet defectum, tam in emancipationibus, quam in donationibus,& in ſimilib. vt C.de emancipa.l.ſecunda,C.de his qui ven.æta.impetra.l. prima,& vltima,C.de quadrien.prędſcrip.l.prima, & vltima, circa princip. & vbi eſt princeps, nobiles & probæ perſonæ quamplurimę,& ſuperexcellens ſolennitas ibi probatur adeſſe,propter principis præſentiam & ſcientiam,vt C. de teſtamen.l.omnium,& argumento C.de donatio.l. in donationibus. Item in donationibus factis a principe non eſt inſinuatio neceſſaria,vt in dicta l.ſancimus,& C. de quadrien. præſcrip.bene.circa fi. Ergo nec de teſtium præſentia eſt curandum,vt argumento in dicta l.in donationibus. quia ſemper

8 prędſumitur adeſſe,vt ibi.& in dicta l.omnium.†Et fit talis inueſtitura tam de nouo beneficio, quam de veteri,cum ſuccedit talis aſcendentibus, & agnatis habentibus feudum paternum vel aſcendentium,vt in titulo qualiter iurare debe. vaſal.§.ad filias.alias eſt Rubri.de gradi. ſucce. in feud.§. primo,in titulo hic incip.conſuetu.regni.c.primo,§.ſi clericus, in titulo qui debeant ſucce. in feud. in princip. de feudi cog.

9 §.inueſtitura autem.†Et poteſt facere inueſtituram,quicunque in feudum rem concedere poteſt,de quibus omnibus dictum eſt in ſumma in titulo proxi.per totum.†Poteſt etiam

10 fieri inueſtitura cuicunque, cui res in feudum concedi poteſt:de quo dictum eſt in ſumma,infra quibus res in feud.dari poſ.per totum.& ei ſcilicet,eſt facienda inueſtitura,qui fidelitatem iurare paratus eſt,& non alii,vt in titulo de feudi

11 cognitione.§.nulla autem inueſtitura. †Et omnes illi,qui b. poteſt concedi in feudum, poſſunt denunciare domino, vt eos de feudo inueſtiat, & etiam pupillus, argumento ff. de iure fiſci,l.ait,§.primo.quia conditioni parere poteſt,vt ff.de condi.& demonſtra.l.conditionibus,in prin.& l. cum pupillus.& acquirere poteſt,dummodo non ſit infans, quia tunc authoritate tutoris petere debet,vt Inſtit.de inuti.ſtipulat.§. pupil.ff.de acquirenda poſſeſſio.l.prima, § furioſus,l.quamuis,§.infanti,C.de acquirenda poſ.l.donatarum,ſt.de vſuca.

12 l.iiii §.pupil. † Acquirit autem feudum vaſallus per inueſtituram,vt in ti.quibus modis feu.conſti.po.§.ſciendum. in ti. qualiter iurare debeat vaſal. §.rei autem, §. & per ſucceſſionem,alias eſt hic,§.ſub rubrica de grad.ſuc.in feu. c. primo. Et merito dicitur feudum acquiri per inueſtituram, quia ſine ea conſtitui generaliter non poteſt, vt in ti. qualiter iudi. feu.ſit examinan.cap.ſciendum.vel ſine ſuo conſimili,quod habeatur pro inueſtitura:puta ſi dixit dominus coram paribus curiæ,vade in poſſeſſionem illius feudi vel prędii,teneas pro feudo,vt in titu.hic incip.conſuetu.regni,c.primo,§.ſciē dum,argumento ff.de dona.l.qui ſaxum.vel aliquid aliud in terueniat loco traditionis, vt dictum eſt in ſumma, infra in titu.proxi.§.ſciendum.& in §§.ſequentibus,& §. item acquiritur. in quibus locis hęc clarius explicantur. alioquin ſi ingrediatur ſine eius voluntate, videbitur potius prædo, vt ff.de acquirenda poſ.l.ſi ex ſtipu.& l. fundi vendltor. Eſt autem feudi inueſtitura petenda,& fidelitas pollicenda, infra annum & diem a tempore mortis vaſalli vel domini.olim infra annum & menſem. quod videbatur locum habere in vaſallo.milite:& ſi non petitur feudum amittitur,vt in titulo quibus caſibus feudum amitt.cap.prima autem,in princ. in titulo de feudo ſine culpa non amit.cap.primo, §. ſi quis miles.in titulo qualiter vſus benefi.ſit tenen.§.ſancimus,vt nemo miles vltra annum,in titulo hic incip.conſuetudi. regni,capitu.hęc ſunt capitula,in principio.in titulo in conſtitutio.Federici.l.imperialem,§ præterea ſi quis.maxime ſi vaſallus,qui debet petere inueſtituram, eſt maior quatuordecim annis,vt in prędicta l. imperialem, §. prętera. de hac materia quęre plenius infra quibus modis & in quibus caſibus feudum amitt.in ſumma,§.item ſi vaſallus ab hęredi domini, & in §§. ſequentibus, vſque ad §.item ſi uaſallus ſciens.

13 Non tamen tenetur fœmina recognoſcere, ſiue fœmina inueſtituram petere,donec ſupereſt maſculus ex eo,qui inueſtiuit: ſi inueſtitus de illo feudo ſimiliter erat vaſallus. Nam ſi eſſet allodium inueſtitoris bene recognoſcere teneretur a filia,vt in titulo,nouum non paternum, capitu. qui ſibi,§.nam & illud.

14 †Et currit iſte annus & dies, ex quo uaſallus ſciuit dominum mortuum eſſe,uel hęres uaſalli,uaſallum eſſe mortuum,argumento,ff.quis ord.in bonorum poſſe.ſec.l.ii.j.fi.

Source : BIU Cujas

Epitome Feud. Ioan. Blan.

C. qui admit. ad bo. pos. l. ii. ff. quando app. sit. l. j. §. vlt. C. quo modo & quando iu. l. ab eo, extra de concessio. prębē. l. quia diuersitatem, in fi. & sufficit eum qualitercunque sciuisse, & debet probari contra eum quod sciuerit, si de hoc contra ip
15 sum agatur, † cum præsumatur ignorās, nisi probetur sciēs, ar. ff. de admi. tu. l. quidam decedens, alias incipit lex patri, §. ex quo & ob hoc, ff. de pe. hær. l. item veniunt, §. petitam. ff. de proba. l. verius, & C. qui mili. pos. vel non, l. super seruis, & ff. de fideicom. lib. l. si eum, §. ex iusta causa. Ignorantia vero iuris obest, vt annus & dies currat, sed non facti, nisi sit crassa & supina summa negligētia, ignorantia facti. vt ignoretur quod omnes de ciuitate sciunt, vt ff. de iuris & fa. ign. l. vlti. in prin. & §. j. & l. nec supina, ff. manda. l. si fideiussor in prin. in consti. Federici, l. imperialem, §. præterea si quis. extra de ordin. ab episcopo qui renun. episcopa. c. j. C. qui admit. ad bo. pos. po. l. pe. & l. iuris. Et currit ita hoc tempus a tempore mortis & scientiæ, & cum inuestituram petere potuit & domini copiam habuit, & sic computantur tantum dies, in qbus vasallus potest inuestituram petere, non impeditus iusta de causa, & in quibus copia domini potest haberi, a quo est inuestitura petenda: & in hoc tempore computabūtur dies feriati & non feriati, quia de plano peti potest, arg. ff. quis ordo in bo. pos. ser. l. vtile tempus. C. qui admit. ad bon. pos. l. ii. ff. de diuer & temp. pręscri. l. j. & ff. ad l. Iul. de adul. l. miles, §. quidam, & §. sexaginta, ff. quibus ex causis ma. l. sed & si, §. si feriæ, ar. ff. de vsur. l. cum quidam, §. si pupillo, ff. de feriis, l. j. ii. & iii. C. de annali excep. l. j. § fi. C. de bonis mater. l. j. in fi. & extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. cum sicut. ff. quando ap. sit, l. j. §. dies. & §. vltimo, & pe. & ii. q. vii. c. biduum, §. si aduersus, ff. de requi. reis. l. annus, ff. de redhi. l. cum sex. & qui bus modis feudum amit. §. item si vasallus ab hærede domini. & in §§. sequentibus: in quibus, §. notatum inuenies, in qbus casibus excusatur vasallus, vel eius hæres, si infrædictū tempus inuestituram non petat. Circa prædicta est, ar. extra de præscri. c. vigilanti. C. de præscrip. lon. temp. l. vltima, ff. de
16 iis qui notantur infam. l. genero. † Sed pone, quod vasallus, qui debuit petere inuestituram, infra annum & diem, infra illud tempus decedit, inuestitura non petita, nunquid eius filius qui in feudo succedit, habet tantum residuum tempus ad perendam inuestituram? Respondeo, videtur quod tantum residuum tempus habeat, vt ff. de minori. l. interdum, §. plane, C. de temp. in integ. rest. l. ea quæ, §. quod si maioris, §. fi. ar. ff. qui or. in bo. pos. ser. l. vlti. §. fi. vel distinguitur, vtrum supererat tertia pars temporis vel plus, vt si plus, tūc habeat tantum hæres quod supererat defuncto. Si vero minus, tunc habet illud tempus, quod supererat & tantum aliud tempus quod tertia pars anni & diei compleatur, ar. C. de iudi. l. properandum, §. finautem in medio triennii. sed ego puto, quicquid superius argumentatum sit, quod hæres habeat integrum tempus anni & diei: nulla distinctione adhibita, vt ar. ff. de iud. l. si iudex, ar. ff. de verb. obl. l. & ideo. j. in fi. Nam defunctus infra annum & diem cogi nō poterat inuestituram petere, & fidelitatem facere, quia totum tempus ei cedit, ar. Insti. de ver. ob. §. in diem, in fi. de inuti. stipu. §. pen. ff. de verb. ob. l. qui ante cal. & l. qui i hoc anno, l. cum qui, § qui ita stipulatus, ff. de actio. & obli. l. quod quis, C. quando dies lega. ced. l. ex his. quod credo verum esse, si in mora non fuit, vt argumen. ff. si certum peta. l. lecta. ff. de reg. iu. l. nulla. Quare cū in mora non fuit hæres, habebit annum & diem ex sua persona, statim post mortem vasalli, ar. infra qualiter vsus bene. sit tenen. §. sancimus, vt nemo miles vltra. in ti. hic incip. consuet. regni. l. hæc sunt capitula, primo respon. in constitutio. Federici. l. imperialem, §. præterea si quis. argumen. ff. ad legem Iuliam de adul. l. si maritus, j. in princ. & l. si maritus, §. si negauerit, argumen. ff. de succes. edicto. l. prima, §. quod dicimus. C. qui admit. ad bono. pos. l. ii. Item potest dici, vbi defertur agnato, & antequam agnoscat, feudum repudiat vel moritur infra annum & diem, vt sequens in gradu admittatur, & habeat integre dictum tempus, licet olim secus esset, arg. C. de legi. hęre. l. defunctus, Insti. de legi. agna. suc. §. placebat.
17 §. sed nos, ff. de bo. lib. l. ii. primo reseponso. † Sed quid si non ignorauit sibi delatum feudum agnatus, & infra annum inuestituram non petiit, vt ipsum feudum amittat: nunquid redibit ad dominum, vel agnatis ipsum feudum deferetur, & videtur, quod ad dominum redeat, & non ad agnatos pertineat, vt in consti. Federici, l. imperialem, §. præterea si quis, In titulo hic incip. consue. regni, l. hæc sunt capitula, in prin. sed argumen. quod agnatis defertur, ff. de succesio. edicto. l. prima, §. qui semel, & §. quibus, C. qui admit. ad bono. posse. pos. l. vlt. Insti. de bo. pos. §. cum igitur plures, in ti. si de feudo vasal. fuerit interp. c. si vasallus culpam. de quo dicemus, infra in summa, ad quem feud. com. pertineat. & Infra quibus modis, & in quibus casibus feudum amitti. in summa. §. sed
18 quæritur si filius. & infra eodem ti. §. si vero frater. † Item potest quæri de domino, & de hęrede eius, si amittat dominiū feudi ex aliqua causa, an ad eius agnatos pertineat? De qua materia dicemus infra in secundo libro, titulo ex quibus causis dominus ius dominii, quod habet in feudo, amittat,
19 §. fi. † Sed quæritur, nunquid frater, qui de parte sua est inuestitus, mortuo fratre, habebit necesse petere inuestituram pro parte fratris? Respondeo, si frater mortuus nondum partem suam agnouerat, & eius pars fratri superstiti accreuit, quod frater superstes non habet necesse petere inuestituram pro parte fratris mortui deficiente, argumen. ff. de hæredi. instituen. l liber homo, §. Titius ex semisse, ff. de acquiren. hær. l. si quis hęres. in fine. ff. ad Trebel. l. Papinianus tractat, ff. de peculio, l. peculium. j. §. si hęre. ff. de bonorum posses. secundum tabu. l. æquissimum, §. si duo. Idem puto & si dominus augmentet feudum. Si vero ambo fratres inuestituram acceperant, si vnus postea decedit, frater, qui ei succedit, tanquā successor quilibet, debet petere inuestituram, vt dictum est in hærede: distinctione tamē habita, sit feudum nouum vel paternum, vt distinguitur infra de duobus fratribus de nouo bene. iuesti. c. si duo fratres. Si vero frater amittat ex delicto, vel quia infra annum nō petiit inuestituram, tunc fratri accrescit secundum Iacobum de Ardizone. Vnde non est necessaria inuestitura, argumentū in Authen. de hęredibus & Falcid. §. si quis autem. circa princip. quod qualiter procedat, quære in titulo hic incipi. consuetn. regni. cap. vasallus. & in summa infra ad quem feudum commissum pertineat, per
20 totum. † Item non est necessaria inuestitura, si vasallus propter offensam amisit feudum, & dominus postea remisit offensam, argumentū ff. de testamento militis, l. in fraudem, §. primo, quia si sciens feudum vasallum amisisse, ipsum inuestiuit, tacite videtur eidem remisisse ius ex eo sibi competens, vt argumentū ff. de lege commis. l. si fundus, §. penulti
21 & l. post diem, ff. de mino. l. si filius, cum suis concordan. † Et. est petenda inuestitura a domino vel eius hærede, vt in constitu. Federici. l. imperialem, §. pręterea si quis, cum suis concordantiis. dum tamē dominus, vel eius hęres sit talis, cui inrandum sit, & fidelitas promittenda, idest, de quo dicitur in summa, infra titulo de sacramento fidelitatis, §. primo. Sed an ab omnibus hæredibus domini sit petenda inuestitura? dicitur in summa infra titulo de sacramento fidelitatis, §. si vero dominus decedat. & §. sequentibus, quare hic tractare
22 omitto. † Quam inuestituram habet petere vasallus & eius hæres, vt in dicto, § præterea si quis. cum suis concordantiis.
23 † Excusatur autem vasallus, si iusta causa interueniat, quare non petiit inuestituram, puta si inimicitię capitales intetueniant, infamia, iusta absentia, infantia, & minor ętas. Quę qualiter sunt intelligenda, diligenter notatur in summa, infra in quibus casibus feudum amittatur, §. item si vasallus ab hærede. & §. sequentibus, & item si vasallus, & in sequētibus §§. Item excusatur, si dominus requisitus, vt faciat inuestituram, eam facere denegat, argumentū ff. de solutionibus, l. si debitor, C. de vsur. l. acceptam, in princip. ff. quando dies legati ced. l. v. versicu. item si qua conditio. † Talis autem inuestitura, potest dari & accipi per nuncium, & per procuratorem, vt in titulo explicit liber primus, capitulo primo, § personam, infra de notis feudorum, § item inuestitura, argumento ff. de succesiorio edicto, l. proinde procurator, ff. ad Trebellianum, l. qui ita, §. etiam, ff. de officio procuratoris Cęsaris, l. prima, in fine, ff. de acquirenda hæreditate, l. si quis alicui mandaue. C. manda. l. si maritus, extra de conuersione coniugatorum, capitulo ex parte tua. extra de matrimonio contra interdi. eccles. contract. cap. ex literis, in principio, ff. de sponsalibus, l. vltima, & l. si sufficit, ff. de ritu nuptiarum, l. mulierem, argumentū contra ff. de acquirenda hęreditate, l. per procuratorem, C. de vindict. libe. & apud
25 con. manu. l. nec mulierem. † Libertatem autem per nuncium dare minime conceditur nisi per descendentes, per quos hoc fieri potest, vt in dicta l. nec mulierem, C. communia de ma. l. prima, §. vltimo, & ff. de manu. l. si consentiente, & l. nepos, ff. de manu. vindict. l. surdi, & l. pater. Vel ad hoc dic quod fieri potest per interpositam personam, vt extra de prębendis, capitulo accedens. & extra de rescriptis, ca-
26 pitulo olim ex literis. siue mandatum fuerit siue non: † quia per procuratorem dominium acquiritur & possessio, vt C. de acquirenda possessione, l. per procuratorem, C. per quas personas nobis acquiritur, l. prima, ff. de acquirendo rerum dominio, l. si procurator. & hoc, si sic gerat animo, vt absenti res acquiratur, alias non acquiretur ei, nisi a procuratore res tradatur ei, vt ff. de acquirendo rerum dominio, l. res ex mandato, & in dicta l. si procurator, & ff. de donati. l. qui mihi. Cum vero mandatū non est: si dator & recipiēs gerāt, vt absenti acquiratur, eidē absenti acquiritur, si absens ratū hēt,
27 quod est gestum, ut ff. de neg. gestis. l. si hac mente. † Hoc autem sciendum est, q' facienda est inuestitura post iuramentum

Source : BIU Cujas

tum fidelitatis præſtitum domino, quia fidelitatem præcedere debet inueſtitura, vt infra de feudi cog.§.vtrum autem. quæ fidelitas, dicitur eſſe ſacramentum, quod domino vaſal
28 lus præſtare tenetur, vt infra eo.ti.§.vlt.† Quid per inueſtitu-
29 ram conſequitur vaſallus dicetur, infra eo.ti.per talem.†Ac quiritur feudum & aliis modis, non ſolũ inueſtitura, de qua ſupra dictum eſt, puta per ſucceſſionem, vt in ti. hic inci. con ſue.reg.c.j.§.ſciendum.& in titu.explicit liber primus, in fine ſecundi reſponſi.& qualiter iurare debeat vaſallus.§.per ſuc ceſſionem, alias eſt rubrica de gradibus ſucce.in feu.c.j.& In
30 ſtitu.per quas perſo.nobis acqui.§.hactenus.†Et hoc verum eſt ab inteſtato, non ex teſtamento, quia nulla voluntas poteſt eſſe ſuprema in feudo, vt infra de ſucc.feu.primo reſpon. ar.in Authen.de non elig.ſecundo nuben.§.proſpeximus.in Auth.de nupt. §.venient.& §.& ſuper iis, & §.ſed hęc quidẽ. & de hoc require in ſumma, quibus modis, & ex quibus cau ſis feudum amit.§.pro anima.Et quod dictum eſt, quod feudum poſſit acquiri ſucceſſione, proprie videtur locum habe re in cohæredibus exiſtentibus & non in liberis, quibus ninihil videtur deeſſe, niſi ſola adminiſtratio.Inſti. de hęred. quali.& differ.§.ſed ſui.ff.de ſucceſ. edicto.l.j.§. largius. ff. de ſuis & legi.hæreꝫ§.ſciendum eſt.& de libe.& poſthu.l. in ſuis.
31 †Vnde videtur quod filii feudum non acquirãt ex patris ſuc ceſſione, ſed potius capiant, largo tamen modo bene dicit quod acquirunt ſucceſſione, vt in dicto ti.de ſuc.feu.de qua ſucceſſione feudi plene dicetur, in ſuo tractatu, infra de ſucceſſione feudi, per totum.& in tit. de quo feudo non eſt ſuc-
32 ceſſio, per totum.†Item acquiritur propter delictum agnati vt infra ſi de feudo vaſallus fuerit interpel. §. ſi vaſallus cul-
33 pam. † Item acquiritur præſcriptione, vt puta ſi 30.annis rẽ alicuius quis tenuerit, vel vt feudum, & ſeruitium domino inde prętiterit, vt infra ſi de feu.vaſ.fuerit interpel.c.ſi quis p 30.alias eſt ſub rubrica, ſi de feudo conten.fuerit inter domi num & agna.infra qualiter iudi.feu. ſit exami. alias rubrica de pacto leg.com.ſeu de feu.in vicem.l.commiſſorię, §.quidã obligauerat vaſ.licet uaſallus, qui pro alio poſſidet, non poſ ſit præſcribere in directo dominio, poteſt tamen iuri auferẽ di præſcribere, C.de præſcri.30.an. l.male agitur.& l.compe-tit.in fi.& l.cum notiſſimi, §.ſed cum in fi.& C. de fundis pa. l.vlt.lib.xi.C.de fun.rei priua.l.pe.lib.xi.ff.de cap. & poſtlimi. reuer.l.in bello, §.ſi quis capiatur, in ti.hic inci.conſu.reg.c.j. §.ii.& iurare debet quod rem ipſam habet, vel anteceſſores ſui habuerunt ab aliquo domino in feudum, & dominum debet nominare, vt in ti.hic incipi.conſue.regni.§. item ſi in ter dominum, ar.in Auth.de teſt.§.quia vero multi, & ar.ff. de vſur.l.cum de in rem verſo.& in d.c.quidam obligauerat. quia forte ex ſolo tempore non conſtituitur, vt arg.ff. de ſer. l.iiii.& arg.ff.de actio.& obliga.l.fere.§.j.& extra de præſcrip. c.ſi diligenti.& c.auditis.& c.quoniam omne. De hac mate ria quære plene infra in ſumma, de feudi contenti.§. ſi enim
34 res commiſſa.& §.vt autem ſciatur.§.ſed pone.†Item acqui ritur feudum a vaſallo ſine inueſtitura, puta ſi dominus dixit coram paribus curię, vade in poſſeſſionem feudi illius, vel illius rei, & eam teneas in feudum ſiue pro feudo. licet enim non interuenerit inueſtitura, tamen tale eſt, ac ſi inter ceſſiſſet, quia poſſeſſionem nactus eſt vaſallus, domini volũtate, cum feudi nomine & pro iure feudi haberet, vt in titu. hic incip.conſue.regni.§.ſciendum itaq;, in prin. Sed contra, quibus modis feudum conſti.poteſt.c.ſciendum.alias eſt ſub rubrica, qualiter iud.feu.ſit examinandum.quod capitulum dicit non eſſe feudum.Idem eſt ſi aliquis probauerit, ſe aliqd tenuiſſe, aliquo tempore, nomine beneficii, domino præſen te & non contradicente, & quod ſeruitium dominus, quaſi a vaſallo receperit, licet non probet inueſtituram, vt in d.§. ſciendum itaque. Item ſi quis ſit in poſſeſſione feudi & in ea manſerit per annum, ſciente domino & non contradicẽ te: dum tamen iuret, ſe vel patrem ſuum inueſtitum fuiſſe, vt infra qualiter iud.feudi ſit exam.§.ſi quis eſt.alias eſt rubri ca. De materia præcedentium paragraphorum, traditur in ſumma infra qualiter iud.feu.ſit examinandum & termi.§.
5 ſi vero vaſallus poſſideat. †Per hęc quæ dicta ſunt ſupra, videtur, ſcientia ſine contradictione, haberi pro conſenſu expreſſo, & ſunt ad hoc ſimilia argumen.ff.de euict.l.quidam, C.de nup.ſi vt proponis, ff.ad Macedonianum, l.ſi filius.ii. ff. de mortuo infe.l.ſi proprius.in fine.ff.loca.l. cum in plures, §.locator, C.de acquirenda poſſeſſio.l.ii.C.qui mili. poſ. vel non. l. penult.& vltima, lib.xii.Item acquiritur ſine traditio ne, cum quis rem alienam poſſidet, & dominus concedit eã ſibi, vt eam in feudum retineat ab eodem domino rei, argu. ff.de rei vendica.l.quædam.ff. de acquiren. rerum dominio. l.qua ratione, §.interdum. & circa hoc quære multa notata
36 in eo. ti.§.ſciendum eſt tamen.† Et eſt ſciendum, quod feudum dari poteſt ſiue concedi ad certum cenſum, & indeterminate, vt infra in quibus caſibus feudum amitt.in fi. primi reſponſi.qui debeant ſuccedere in feudo.§.vlti.habita ſimili tudine de liberto, cui poſſunt imponi operę tam certæ, quã incertę, vt ff.de operis lib.quaſi per totum, ea colligere licet, eo tamen inſpecto, quod dictum eſt ſupra eadem ſumma, ti tu.de feudis, §.eſt igitur. & quibuſdam paragraphis ſequenti
38 bus.† Quid ſi indiſtincte datum ſit non adiiciẽdo ſeruitium, nunquid vaſallus non tenetur ſeruire? Videtur quod index poterit conſiderare voluntatem domini & vaſalli & ętatẽ, & conditionem, & naturam, & ingenium, & ſic ſeruitium di ſcernere, quod domino a vaſallo præſtetur, in ſignum ſubiectionis, ne ſit feudi conceſſio domino inutilis vel deriſoria, vt ff.locati, l. ſi merces.in principio. ff. de iure dotium.l. quęro, & l.cum poſt diuortium, §.genera.& §.ſequenti, ff.de tranſactionibus, l.cum hi.§.modus.ff.de legat. primo, l.ſi do mus, in principio, ff.de lega.iii.l.ſi fideicommi.in fi.alias l.Sti chus liber, & argumen.xviii.q.ii.c.Eleutherius, & extra de cẽ ſibus.c.j. & ii. Et conſiderabitur in hoc conſuetudo vicinorum, ſiue aliorum vaſallorum, argumen.extra de conſue.ca. cum olim, in fine, extra de cenſibus, c.ex parte, in fine, & ca. ſuper eo quod. & capitulo, contra morem. diſtinctione c. Et de hoc plene dictum eſt, infra in quibus caſibus feudum amit.§.ſed quid ſi dominus petat.cum ſequentibus omnibus §§.vſque ad §. ſed quid ſi in hoc dominus. In quo §.de hoc plura quære, vbi ſimilis, vel quaſi eadem quæſtio eſt notata.
38 †Item poteſt ad certum tempus dari, vt infra qualiter iurare debeat vaſallus, §.qui a principe.in fine, argumẽto, C. de do na.quæ ſub modo.l.ſecunda, Inſti.qui teſtam.tut. dare poſ.§. ad certum, ff.de teſta.tutela.l.tutor, ff. de teſta. mili.l.in fraudem, §.vlti.ff.locati, l.item quęritur, §.qui impleto, & l. qui ad certum, argum.contra, ff.de hęredi.inſti.l.hæred. Inſtit. de haredi.inſti.§.ex certo, ff.de adopt.l.ſi tibi filius, ff.de reg. iur. l.actus, ff.de ſer.l.iiii.ff.de actio. & obliga.l. obligationum fere, circa princip.†Item poteſt etiam dari ſub conditione, vt ipſe habeat feudum ſi meruerit, vel ſi non offenderit, cuius meritum conſideratur arbitrio boni viri, vt etiam videatur mereri, ſi non ſeruiat, dummodo non offendat, ar.ff. de leg. ii.l.cum quidam, & l.cum pater, §.rogo, ff.de leg.iii.l. fideicõ. §.proinde. Nec debet dominus a ſuis vaſallis ſeruitia exigere, ex quibus mereri videantur, vt argum.ff.de manu.teſtam. l.ſeruos. Sed iure feudi vaſallus habeat, cum poterit offendere & non offendit, vt arg.ff.de manu.teſta.l. liberras. & forte ſatisdabit, de non offendendo, ff.de condi.& demon. l. cum ita.in prin.& l.Titio, & l.vii.& l.is, & l.cum ſub hac.ff. loca.l. inſulam.in fine, C.de dona.l.pe.§.eadem.ſed contra ff.de cõ-di.ob cau.l.dedi, in prin.ff.de annuis lega.l. liberto, §. largius. Vel dicetur mereri, ſi dominum in prelio adiuuauerit, vel contra latrones eum ſaluauerit, vel inſidias detexerit, vel ſi periculo inde eum liberauerit vel infamia. Sed quia longũ eſſet enarrare cauſas meriti: dicendum eſt, quod iudex apud quem de ea re agitur æſtimet, an merita interuenerint, vel non, ar.ff.de man. vin.l.iuſta cauſa, & l.etiam.§.j. tamen quæ ſint, vel poſſint eſſe merita, vel eorum contraria, ſatis poteſt colligi in ſumma, infra quibus modis, & in quibus caſibus feu.amit.per totum.& in tit. de cauſis propter quas excuſat vaſallus.argumẽtis tamen quibuſdam videtur eſſe meritus, ſi certum ſit eum offendere non poſſe, ar.ff.de ver.ob.§. ſi qs
40 ita ſtipulatus.†Sub pacto vero legis commiſſoriæ, non licet rem in feudum dare: vt puta debitor obligauit rem credito ri: & ſi ad certum tempus debitum non ſoluetur creditori, & ipſe creditor habeat rem in feudum. Eo enim caſu debitor auditur, volens rem recuperare, ſi debitum offerat creditori: quoniam feudum non prætextu pecuniæ tantum datur, ſed amore & honore ꝙritur, vt in ti.qualiter iud.feu. ſit exa. alias eſt rubrica de feu.da.in vicem legis comm.§. ſi quis ob ligauerit, infra qui deb.ſucce.in feu.§.ſimiliter feud.argumẽ.
41 C.de pac.pig.l.quoniam inter. †Sed forte aliud eſt, in pacto interpoſito inter fideiuſſorem & debitorem, vt ſi debitor fideiuſſorem non liberaret ad tempus, & fideiuſſor pro eo ſol uerit, quod ipſe fideiuſſor haberet pignora data creditori, in feudum, argumẽ.ff.de contrahenda emptione, l.vltima, primo reſponſo. Sed prędicta ratio videtur repugnare, ſcilicet quod datur feudum amore & honore, & non prætextu pe
42 cunię, vt dicitur ſupra in ſumma, de feud.§.datur†Item quæritur de eo, qui rem vendidit pro centum & tradidit, recepta parte precii, & niſi emptor ſolueret reſiduam partem precii ad tempus, quod poſtmodum totam rem retineret in feu dum, an valeat talis conceſſio? videtur quod valeat, quia pa ctum in traditionibus rerum appoſitum valet, niſi expreſſe ſit contractui contrarium, vt ff.de ſeruitu.l. ei fundo, ff.de pa ctis, l.in traditionibus, C.de pactis dota.l.prima, C. de rerum permutatione, & de præſcriptis verbis, l.rebus, & argumen-
43 to ff.de leg.co.l.ſecunda, iii. & iiii.& per totum.† Idẽ in toto precio, argum. ff. de contrahenda emptione, l.ſed Celſus, §.
44 fi.†Idẽ dici põt, cũ res dat in feudũ, pecunia accepta ſub pa-

Source : BIU Cujas

cto adiectionis in diem, vt si alias maiorem quātitatem obtulerit infra certum tempus, & si data fuerit sub pacto hoc, videlicet, si displicuisset, sit res in feudum non concessa: vel quòd res non restituatur, vt argumen. ff. de contrahen. empt. l. iij. ff. de rescin. ven. l. si conuenit. Et his duobus casibus si certum tempus non est adiectum, statuitur a lege lx. dierū, argumen. ff. de ędil. edi. l. quòd si nolit. §. penult. ad quam recuperandam potest dici, quod competit in factum prędscrip. ver. actio, ut ea. l. & in d. l. si conuenit. & ff. de prędscrip. verb. l. j.
45 & C. de rerum permu. l. rebus. † Et potest dari res in feudū a vero Domino pecunia accepta, siue recepto precio, vt infra qui feudum dare possunt, §. notandum, & infra de natura feud. circa finem, & infra qualiter vsus benefi. sit tenendus, §. si minores, & §. si quis acquisiuerit, alias est Rubrica de feudis datis mihi vas. cap. primo, & in Rubrica de beneficio fratris, & qualiter frater in beneficiis succ. cap. primo, infra nouum nō paternum, alias est Rubrica de duobus fra. de nouo benefi. inue. §. primo, argumen. infra qualiter iudi. feu. sit exami. cap. primo, licet pecunia interueniente, dari non consueuerit, quod improbatum non est, nisi in pacto legis commis. vt supra dictum est, eodem titu. in §. sub pacto, & de vasallo, qui accepta pecunia rem feudi in feudum dare non potest, notatum est plene infra in summa, de illis qui feud. con-
46 ce. pos. §. item quod dictum est, & §. sequenti. † Per talem autem īuestituram, de qua supra diximus, tale commodum consequitur vasallus, scilicet vt eodem iure habeat vasallus, quo habuit, qui inuestiuit, ut supra de notis feudorum, §. itē eadem l. & vt rei vendicationem vtilem habeat, contra quē libet possessorem, & contra Dominum, ut infra qua. iu. deb. vas. §. rei autem, in ti. hic inc. con. reg. l. hęc sunt capitula. §. si causa. arg. ff. de rei ven. l. si in speciali, §. superficiario, ff. de seruit. l. ei qui pignori. ff. si ager vec. l. j. §. fi. & ll. sequentib. ff. de pig. l. grege. §. 3. ff. de superficieb. l. j. §. quod autem, & §. j. ff. de public. l. cum spōsus, §. in vectigalib. ff. si ser. vē. l. 2. §. primo, ff. de noui oper. nun. l. in prouinciali. §. quòd si ego, ff. de pi. act. l. tutor. §. vlti. Directū vero dominium ad alium spectat, vt j. qualiter vasallus iurare debet, §. econtrario. quia remanet apud dantem, vt inf. quib. casibus feud. amit. cap. Vbertus. j respon. & de hoc etiam tractantur infra in summa titu. qua. iu di. feud. sit exami. §. cum vero agit, & §. sequenti. Aliquando tamen ex tali inuestitura nihil commodi consequitur, vt Domino præiudicium fiat aliquod, scilicet, si quęstio est de feudo, & Dominus inuestiat vasallum de suo recto feudo, quod facere cogitur, ne cursus temporis pendente causa noceat vasallo. Nam contra intelligitur, facta tamen de iusto feudo, vt in titulo, nouum non paternum, alias est Rubrica de paribus curiæ eligendis, §. ex eo quod scriptum. & §. sequenti. siue in Rubrica de controuersia feudi apud pares terminanda, argumentum, C. de inofficioso testamen. l. si quando, primo responso, ff. de pactis, l. tres, ff. de lib. leg. l. non solum, & l. Aurelio. §. si hæres, ff. de aqua quotidi. & æst. l. penul. ff. de admi. tut. l. quidam, & l. qui plures. De hoc notatur plenius infra de conten. feudi. §. si contentio fuerit.
47 † Sciendum tamen est, quòd facta feudi concessione ius vasallo non acquiritur in re data in feudum, nisi demum, re illi tradita vel adepta Domini voluntate, argumen. C. de rei vendicatio. l. seruum, ff. de rei vendicatio. l. si ager. ff. de actio. emp. l. Quintus. C. de hæred. vel act. vend. l. qui tibi, alioquin non tanquam vasallus intelligetur possidere, sed tanquam prædo, vt ff. de acquiren. possessio. l. si ex stipulatione, & lege
48 fundi venditor. C. de contrahen. emptio. l. non iccirco. † Tradita tamen intelligetur, si esset in prędsentia, vel in conspectu oculorum, vel quid simile interueniat. ff. de contrahen. emptio. l. clauibus, ff. de acquir. rerum domi. l. qua ratione, §. interdum. Institu. de rerum diuisio. §. item si quis, ff. de acquiren. possessio. l. prima, §. si iusserim. ff. de solut. l. pecuniam, ff. si certum petatur, l. singularia, in fine legis. Item si habeatur pro tradita, vt cum res erat primo apud vasallum & Dominus patitur rem apud eum esse: vel tradit claues horrei, cum fit coram horreo: vel instrumentum venditionis, in quo res empta continetur, vel retinendo vlum fructum in se, vel constituendo se pro vasallo rem possidere, vt in prædictis ll. & C. de don. l. prima, & l. quisquis, & l. si quis argentum. §. si quidem, ff de rei vendicatio. l. quædam, ff. de lega. primo. l. seruum filij, §. cum qui, & l. huiusmodi, §. si ita, & ff. de legat. tertio, l. qui chirographum, ff. de publiciana. l. siue autem, §. primo, ff. de pigno. actio. l. si rem, ff. de pericu. & commo. rei ven. l. serui emptor, & de hoc est dictum supra eodem titulo, §. item acquiritur feudum, & §§. sequentibus, & ff. de acquir. possessio. l. quod meo, vel imponendo custodem, vt. ff. de pericu. & commo. rei vend. l. quod si neque, in fine. Quid ergo erit de rebus incorporalibus, quæ non recipiunt ttaditionem? Dic ut infra dixi titu. quæ res in feud. dari possunt, in §. item quæritur in iure dictum, & quę ibi dicta sunt,
49 intellige repetita. † Et est omnino traditio facienda post inuestituram, vt extra de concessio. præben. capit. post electionem, nec dominus liberabitur interesse prędstando, vt statim dicemus in §. sequenti, immo etiam si non tradit rem ipsam dominus, omnem rei vtilitatem prędstabit, id est, omne illud quod vasallus esset habiturus, si ei primo res esset tradita, ut infra qualiter iura. debe. vasal. §. secundo, ff. de pericu. & commo. rei vend. l. id quod. ff. de act. emp. l. ratio, §. si per venditorem, & C. eodem titulo, l. post. Institu. de contrahen. empt. §. sed & si post. argumen. ff. de rei vendicatio. l. prędsterea, scilicet omnem vtilitatem, quę circa rem consistat, argumen. ff. de act. emp. l. si sterilis, §. cū per venditorem, & l. Lucius. Sed quando etiam vitiose traditur a sciente, prędstatur etiam interesse, quod est extra rem, vt ff. de ac. emp. in l. j. ij. responso, & l. tenetur, §. sed si vasal. & aliam pœnam forte patietur dominus, vt sua proprietate priuetur, sicut vasallus priuaretur feudo, vt infra titu. si de feu. vasal. fuerit interp. capi. domino committen. in titu. hic inc. con. regni. cap. hæc sunt capitula, & c. ex facto quæsitum. Item & aliāpœnā, quia vasallus non astringetur eidem fidelitatis sacramento, propter subintellectam conditionem, si tradat: vt argum. C. de non nu. pecu. l. indubitati. C. de transa. l. si ex falsis, & l. si quis maior, ff. qui satisda. cogan. l. fina. ff. locati. l. quæro, §. inter locatorem, ff. de acti. emp. l. Iul. §. offerri. in Auth. de non eli. secundo nub. §. fi. coll. j. & ext. de iureiu. c. quemadmodum, & c. ad nostram, & c. petitio, contra quem dominum, doli se potest exceptione iuuare, vt arg. ff. de exce. doli. l. secunda, §. 3. & in d. l. indubitati, & in d. l. si ex falsis, & d. l. si quis maior. In feudo enim sciēdum est, hoc esse speciale, quod qui inuestiuit de feudo vasallum, omnino rē tradere habet, nec liberabitur, si velit prędstare interesse, vt infra qualiter iura. debe. vasal. in fi. §. inuestitura, infra si de feu. vas. fuer. inter. §. si facta de feu. argumē. ff. de acti. emp. l. ex empto. in prin. Insti. de do. §. aliæ autem. Aliud
50 autem est in venditione, secundum Doctores, qui dicunt, qđ agit emptor ad interesse, vt ff. de act. emp. l. j. C. e. l. si traditio. alii dicunt idem in vtroque, vt si Dominus habet rem, præcise tradat eam, argu. ff. de rei vend. l. qui restituere, alioquin interesse debetur, vt in dictis legibus. Sed Iacobus de Ardizone, vtilius putauit, prout videtur, vt uel petat rem, vel certū quid pro interesse sub alternatione, vt detur electio conuento. Simile notatur, C. de rescin. ven. l. rem minoris, & l. si voluntate, extra. de empt. & vend. cap. cum dilecti, ff. de re iud. l. miles, §. j. ff. de iure dot. l. plerunque. in fine. C. de fide instru. l. contractus, & in hac sententia fuit Dominus meus Obert⁹ de Bobio, per dictam l. contractus, tamen in casu nostro Dominus semper rem tradere vasallo compellendus est, si rem tradere potest: & si moratur rē tradere, omnem vasallo vtilitatem prædstabit, vt in dicto. §. inuestitura, in fine, vtilitatem scilicet quæ est circa rem prædstabit: si nulla difficultate fuit impeditus tradere, & semper tradere fuit paratus, vt ff. de act. emp. l. ratio, §. primo, & vltimo. Ex quo enim lege sibi necessitas imponitur, rem quam habet tradere, officio iudicis manu militari cōpellendus est rem tradere, & fructuū & omnis commoditatis nomine condemnabitur vasallo: alioquin si non potest restituere, si quid dolo fecit quo minus posset, condemnabitur quanti in litem, sine vlla taxatione in infinitum vasallus iurauerit: intelligas taxatione scilicet legis. Iudex tamen taxare poterit, vt ff. de rei vendicatio. l. qui restituere, ff. de dolo. l. arbitrio, in princip. ff. de in litem iurando, l. videamus, in fine, & l. sequent. vel saltem ipsius rei æstimatio debebitur in hoc casu, argumen. ff. de condi. fur. l. in re furtiua, in principio, ff. de consti. pecu. l. promissor, ff. de confessis. l. Iulianus. Si vero non potest rem tradere, nec dolo eam desijt possidere, nec fecit quo minus posset: culpa tamen sua desiit possidere, vel in mora fuit: condemnabitur tanti, quanti ea res fuit, id est, quanti aduersarij reuera interfuit, scilicet taxatione prędsissa sine iuramenti relatione, vt argumentum in dicta. l. videamus, in fine, & l. sequenti, & in dicta l. arbitrio, ff. de rei vendicat. l. item. in fine, & l. si culpa, si vero, nec dolo, nec culpa, desijt possidere, nec fuit in mora: videtur quòd dominus cauere habeat de re tradenda, si in posse eius res peruenerit, vt sic absoluatur, argumentum, ff. de pigno. l. si fundus, §. in uenditione. ff. depositi, lege prima, §. vltimo. & lege sequenti. & ff. de condi. & demon. l. Titio fund. circa fin. & hæc locum possunt habere, si precio interueniente res data sit in feudum, alioquin precio nō dato, sed gratis & mera liberalitate sit facta feudi concessio, parcendum est Domino, qui rē tradere non potest, ut arg. ff. de iure do. l. si extraneus, ff. de re
51 iud. l. inter eos, & l. Nesennius. † Sequi igitur videtur, quòd ex quo Dominus rem tradere habet, facta inuestitura & fidelitate prędstita, quòd habet tradere vacuā possessionē, de qua īuestituram fecit, ut in tit. qua. iura. deb. uas. §. 2. & ar. C. de pb. l. cum res. ff. de act. emp. l. 2. §. j. & l. iii. C. de acquireu. possess. l.

ij. C. de

ij.C.de act.emp.l.ſi pater tuus.ff. de leg.j.l.ſi a ſubſtituto. §. j. C.de diſtrac.pig.l.qui prædium.credo tamen ſufficere, ſi tradat poſſeſſionem, quamuis non vacuam, quantum ad hoc vt vaſallo ius acquiratur in re. Nam & ſine vacua poſſeſſione acquiritur dominium, vt transferatur.ar.ff.de contrahē. emp.l.ſi cum fundum.ff.de public.l.eum qui.§.vlti.& l.traditionem.ff.de acti.emp.l.ex empto.i.reſpon.& ff.de rei vendi. l.ſi ager.ff.de fundo do l.ſi feudum.Nam ex quo certa res eſt in feudum data, talis tradi debet, qualis eſt, vt argu.ff.de leg.
52 j.l.ſi à ſubſtituto.§.vltimo. † Sciendum eſt etiam, quod quādo quis rem dat in feud.communē vel alienam, quòd quandoque de euictione tenetur, quandoque non, diſtincto eo, an ſcienti, an ignoranti detur: vt cum ſcienti datur, nō poſſit agere, niſi per pactum ſibi proſpexerit: an ignoranti, vt tunc agat, vt aliud ſibi preſtetur eiuſdem bonitatis, ſeu quantitatis, etiam ſi non conuenerit: niſi dixerit Dominus ſe nolle teneri de euictione, & tunc poterit etiam agere vaſallus ad precium ſaltem, licet ad intereſſe agere non poſſit, niſi etiam de hoc fuerit expreſſum, ſcilicet vt nolit, nec de precio, nec de intereſſe conueniri: quia tunc de nihilo tenebitur Dominus, vt in titu.qualiter iurare deb. vaſ. § cùm de re aliena.in titu.hic incip.con.re.c.hæc ſunt capitula §.ex eo.in fi.in ti ſi de feu vaſ.fuerit inter.j rñi & extra de præben.c.inter cętera, vbi de hoc eſt apparatus Goffredi, ar.C.de euic.l.ſi ſtatus.& l.ſi fundum.ff.de act.emp.l.ex empto.§.vlti. Verùm in eo, qui fecit inueſtituram, nulla eſt differentia, ſciuerit, an ignorauerit, niſi & vaſallus vitium rei ſciret, vt in titu.qualiter iu.de.va.§.cùm de re.quia Dominus vitium ſcire debuit: nec intereſt calliditate vel ignorantia tradentis, fallatur vaſallus ignorans: licet quo ad intereſſe præſtandum vel pœnam ſuſtinendam ſit differentia, ſciuerit tradens, an ignorauerit, v.ff.de ędil.edicto.l.i.§.cauſa huius edicti. & ff. de contrahen.emp.l.ſi in emptione.§.item ſi & emptor.& l.domū. & ff.de acti.empti.l.ex empto.§.j.& l.Iulianus.in prin.C.cōia de leg.l.vlt. Vel poſſet diſtingui, an dato precio fuit res in feudum data, & tunc de euictione Dominus teneatur, iuxta diſtinctionem prædictam: aut non interuenit precium, nec pactio præceſſit, & tunc non teneatur de euictione Dominus, ſicut nec donator, niſi conuenerit de euictione, vel niſi dolus dantis interceſſerit, argu.C.de euic. l.quoniam auus.
Poſſent & hic alij caſus notari, in quibus Dominus non tenetur, ſcilicet illi, in quib.nec venditor tenetur, quos tracta re omitto. Faciunt etiam, quæ inf.notata ſunt in ſumma, in titu.quæ res in feu.da.poſ.§. item quid ſi quis. ſed ibi ſuo loco ea notata ſufficiat, & vide circa prædic. materiam, quæ dicta ſunt in titu.de feu.conten.& qualiter iudi. feud.ſit exa-
53 mi.& terminandum.§.ſed ſi agat. † Hic poteſt quæri, an Dominus poſſit compelli officio iudicis ad faciēdum inſtrumētum vaſallo conceſſionis feudi? & poteſt dici quod ſic, argu. C.de libera.cauſa.l.ſicut datam. quia prodeſt vaſallo, & Domino non obeſt, argumentum C.de preci. Impera. offeren. l.reſcripta.& xij.q.ij.c.eccleſiaſticis.in fi.& ff.de act.emp.l.Titius hæres.& l.creditor.C.de eden.l. procurator. C. ad legem Falc.l.ſi præd.xxv.q.ij.c.reſcripta.ff.famili.erc.l.cæteræ.in fi.& ita ſentit Dominus meus, Homo bonus. Sed argu.contra.C.
54 de fide inſtr.l. inſtrumentis. † Itē queri poteſt, ſi alicui caſtrū in feudum ſit conceſſum a Comite vel a Principe vel Rege, vel ab alio iuriſdictionem habente, an iuriſdictio conceſſa intelligatur? & videtur quod ſic, quia caſtro conceſſo, omnia caſtri pertinentia videntur conceſſa: ergo & iuriſdictio, vt argumentum.ff.ſi ſeruitus ven.l.vlti.ff.de act.emp.l.creditor.§.vltimo. Item qui in concedendo, vſus eſt generali verbo, vel ſimplici, videtur omnia conceſſiſſe, quæ non excepit.ff.de officio Præſi.l.iiij.ff.quæ in fraud.cre.l.j.§.j. extra de priuileg.c.quia certa. Item Dominus ſic ſemper caſtrum cū iuriſdictone ſimul tenuit, & ſic ſemper vſus eſt eo. Itaque dando caſtrum, & iuriſdictionem videtur conceſſiſſe, vt largius fiat interpretatio, vt ff.de le.iij.l.ſi cui.& l.prædiis.in prīcip.& §.finali. Item iuriſdictio caſtro cohęret: ergo cum donatione caſtri tranſit.argumentum.ff.de officio eius, cui mā da.eſt iuriſdict.l.vlti.extra de dona.c. paſtoralis. & ſine iuriſd. caſtrum commodè nō habetur.ergo traditione caſtri, tranſfertur iuriſdictio, vt argu.ff.de iuriſdict.om. iu.l.ii. & ff.de inſtrumento leg.l.pictoris. Item iuriſdictio ineſt caſtro tanquā pars in toto: ergo tradito caſtro, & ipſa iuriſdictio tradita eſſe intelligitur: alioquin nec caſtrum traditum intelligeretur, parte non tradita, vt argu.ff.de verborum ob.l.qui vſumfru. in princip.& l.in executione.§.penult.ff.de excepr.rei iudica. l.ſi quis cum.& argu.C.ad Syll.l.vlti.de procur. l.ii. & iii.ff.de verbo.ſignif.l.collegarum. Et quia beneficia ſunt largiſſimè interpretanda.ff.de conſti.Prin.l.beneficium.C.de nup.l.ſi furioſi.extra de dona.c.cum dilecti.cùm fiat ſine alterius lęſione: & eſt agendum vt res potiùs valeat, quàm pereat. ff.de rebus du.l quotiens.ff.ad Trebel.l.ex fact. & l.cogi. circa prī.

Item contra dantem, & pro accipiente facienda eſt interpretatio, cùm verba ſunt ambigua, vt ff. de contrahen. emp.l. Labeo.ff.de verbo.obli.l.ſtipulatio iſta. §. in ſtipula. & ff. de pact.l.veteribus. Et vaſallus nō foret aliter caſtrum receptu rus, niſi & iuriſdictionem haberet, arg.ff.de mino.l.tutor vr gente.§.i.ff de in diē addictione.l quòd ſi. ff.de ſolu. l. ſi quis aliam. Et quia videtur abſurdum, vt eiuſdem caſtri honor, diuerſo iure cenſeatur, vt ext. de decim. c. cùm in tua extra de priuil.c.quia circa.xii.q.ii.c.cognouimus.ff.de vſuca.l.eum qui. Et quia eadem ratione poſſet ſibi auferre domos, vineas, & cætera pertinentia dicti caſtri: & ita datio prorſus inutilis eſſet, vnde vt aliquid dediſſe videatur, interpretemur iuriſdictinem conceſſam fuiſſe, vt argumentum ff.ad municip. l.i.& ff.de lega.& l.ſequens. E contra, dicit Dominus de iuriſdictione cogitatum non fuit: & ideo non transfertur, nec eſt liberalitas captioſa ex interpretatione aliqua concedenda, ar.ff.de tranſac l.cum Aquiliana.& l.qui cum.§.i.& argu. ff.de pac l.ſi vnus.§ ante omnia.& l. emptor. in fi.C.de iud.l. ii.C.de tranſac.l.ſi de certa.C.ad Vell.l.iubemus. Idcirco tantum videtur conceſſiſſe, quod verbis tantum nominauerit, & nihil aliud excepiſſe.ff.de inſtr.leg. l. cum de lanionis.ff.de euic.l.qui libertatis. Et a verbo.ſignificationib.non eſt aliter recedendum, niſi cùm concedentem apparet aliter ſenſiſſe, vt ff.de lega.iii.l.non aliter.& etiam caſtrum ſine iuriſdictione poteſt haberi. Vnde vno conceſſo, aliud non intelligitur eſſe conceſſum, vt argu.C.de probatio.l.neque. Imò vno cō ceſſo, aliud intelligatur non eſſe conceſſum, vt argumentū ff.de conpenſa.l.idem.ff.de iudi.l.cùm prętor.ff. de lega.i.l.ab omnibus.in princ. C. de procur. l. maritus. & faciat pro hac parte ff.de ſeruit.l.ſi tibi.Py. hanc quęſtionem determinauit, vt indagādum ſit in primis quid actum ſit inter eos, vt illud ſeruetur: & ſi non apparet, ex qualitate perſonarum, & ex quantitate rei de qua quæritur, nunc pro Domino, & nunc pro vaſallo iudicetur, vt arg.ff.de rei ven.l.in fundo. & ff. de iudi.l.ſed & ſi.ff.de vſu, & ha.l.plenum.& ff. de dona.l. filiuſſa. Dominus verò meus, Homo bonus, dixit indiſtincte iuriſdictionem eſſe conceſſam, caſtro in feudum conceſſo, per l.expreſſam, ff.de offi.prefe.vr. §. cùm vrbem. Et facit pro eo ext.de dona.c.paſtoralis.& extra de in inte. reſt.c. ii. & extra de capel.Monachorum.c.ii.circa prin. Et pro hac ſententia faciūt omnia iura allegata inf.inproxi.quæſt.pro prima par
55 te, & in alia ſubſequenti quęſt. † Quæritur, vtrum ille, cui ius aliquarum penſionum percipiendarum, ab aliquo vaſ. vel emphyteuta, in feudum conceſſum eſt, etiam illud habeat, quod pro renouatione feudi vel emphyteutici contractus, percipitur? & videtur quod ſic, quia illud ſibi videtur conceſſum, quod non fuit ſpecialiter exceptum, vt ff.de offi.præſi.l. iii.C.de dona.l.data.& quia videtur ei datum, quicquid exin de prouenire poteſt, argumentum ff. de fideiuſ.l ſi quis pro eo extra de priuil.c. quia circa. & quia vtendo hac appellatione penſionum, totum quod ab emphyteuticariis percipitur, ſignificare voluit, reliquum ſibi non retinendo, vel alteri aſſignando: quia minus dixerit, & plus videatur intellexiſſe, argumentum ff.de lega.ii.l.vnum.§ ulti.ff.de hęredinſtitu.l.j.§.vlti. §. ſi ex fundo. & quia beneficia ſunt largiſſime interpretanda, vt in dicta decr.c.quia.circa.& ff.de conſtitut.Princip.l.beneficium.ff.de preca.l.penul.& quia feudum aliter non fueram accepturus, ar.de ædil.edicto. l. cùm eiuſdem generis.& quia verba pro accipiente, benigne ſunt interpretanda.ff.de verbo.obli.l.quicquid.vt res, de qua agitur, valeat potiùs, quam vt pereat, vt ff.de reb dub.l. quotiens. Et quia non debet idem redditus, duplici iure cenſeri, vt ff. de vſuc.l.eum qui.& ſup.in proxima quæſtione allegatum eſt. Econtra videtur, quod non ſit conceſſum ius renouandi, quia de ipſo cogitatum non fuit, vt argu.ff.de tranſac.l.cum Aquilia.ff.de euict.l.qui libertatis.ff.de inſt.le.l.cum de lanionis. §. qui. & §.quidam. imò videtur retentum, quod non fuit expreſſe conceſſum, vt argu.C.de peculio eius qui liber. meruit.l.vna.ff.de dona.l.filius.& videtur pro domino interpretandum, vt id videatur dominus conceſſiſſe, de quo ipſe ſenſit, & nō aliud.ff.de cōtrah.emp.l. ſi in emptione. in prin. Item quia iura penſionis & iura renouationis ſeparata ſunt & diſcreta: non igitur per conceſſionem vnius, ſequitur alterius conceſſio, arg.C.de proba.l.ad probationē.& l.neque. C.de vſufructu.l.cum antiquitas. cica fi. imò per donationē vnius, ſequitur alterius prohibitio, ſeu non facta donatio, vt ff.de cond.& demon.l.cum ita legatum ſit.& ex qualitate ipſius renouationis, præſumendum eſt, dominum noluiſſe concedere, vt ff.de dona.inter ui.& uxo.l.utrum. Hanc quæſtionem ſoluit dominus Py. in præcedenti quæſtione. unde hic repete, quę ibi ab ipſo dicta fuerunt. Hęc quæſtio poſſet frequenter locum habere inter Comitem prouincię & baiulos ſuos, quibus ad tempus uendit redditus terrę ſuę, an emptores redditum habeant trecenam, ſiue partem quin

Source : BIU Cujas

quagesimam, quam dominus Comes debet habere, pro laudimio, siue approbatione uenditionis uel alienationis facte, de rebus dominii domini Comitis? Potest hic etiam formari quæstio, quam uidi de facto inter episcopum Apten. & nobilem uirum, B. Raynaldum Apten. dioec. an concesso episcopo ab Imperatore capite castri, & primum castrum ei concessum esse intelligatur, cum suo territorio & suburb. & omnia quasi quę dicta sunt supra in aliis quæstionibus duabus proximis, possunt hic poni. & pro episcopo facit extra de officio delega. cap. preterea. ff. de iurisdictione omniū iudi. l. secunda, ff. de auro & argento legato. l. fi. in fi. & §. pen ff. de seruitu. l. si cui. extra de priuileg. capitu. quia circa, & ff. de constitu. princip. l. beneficium. C. de bonis uacan. l. secunda, lib. x. ff. quemadmodum serui. amit. l. non satis. ff. de usufr. & quemadmodum quis utatur. l. si quis ita. ff. de usu & habi. l. si ita. ff. de legatis tertio, l. qui habebat. §. peto. ff. de serui. ur. prædio. l. si seruitus. Item capiti castri adhęret ipsum castrū, & territorium, ut digniori, ergo ipso capite concesso, & ipsum castrum & territorium intelligentur esse concessa, argumen. ff. de rei uendica. l. quæ religiosis, argumen. ff. de relig. & sumptibus funerū. l. cum in diuersis. extra de statu monachorum. capi. recolentes. in fine, extra de sponsa. duorum. capitu. tua dudum. Caput enim præualet cæteris membris, ut nobilius, ut in dicta l. cum in diuersis, ideo ad se trahit cætera membra, & eius sunt conditionis & non alterius, ut in p̄dicta decre. capitu. recolentes, ut in dicta decre. capitu. tua. igitur cuius est caput, & ipsa membra capitis eius sunt, cuius & ipsum caput est, ut argumen. prędictorum iurium, & ff. de rei uendicatione. l. in rem actio. §. secundo, & est expressum, C. lib. xj. de agris limitro. l. secunda, de consecra. distinc. iii. capitu. celebritatem. Et eodem iure membra & appendētia & pertinentia debent censeri, quo & caput, ut in prædictis iuribus: esset enim inutilis capitis cōcessio, nisi & ipsum castrum & territorium intelligerentur esse concessa. Et ideo ut ualeat capitis concessio, dicendum est cætera esse concessa, sine quibus caput non ualet esse, ut argumen. ff. si usufru. peta. l. prima. ff. de seruitu. urbanorum prædiorum, l. binas. Ad hoc etiam possunt induci iura, quod idem iuris est de accessorio, quod de principali, ut ff. si certum petat. l. lecta. ff. si quis cau. l. secunda, circa princip. extra de fide instrumen. ca. inter. circa fi. & facit pro parte episcopi. ff. de fundo instru. legato. l. quæsitum §. ultimo. l. si mancipia. Sed contra eodem ti. l. cum de lanionis, §. primo, & penul. & l. Seię, primo respō so. & l. prædia, §. ultimo. & extra de iure patrona. capi. ex literis, extra de re iudi. capi. cum Bertholdus. in princip. ff. de peculio. l. si Sticho.

De illis qui possunt rem in feudum dare.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus, Abbas, Abbatissa, Prępositus feudum concedere possunt, & quomodo hoc intelligatur.*
2 *De rebus propriis concedentes, omnino tenentur implere.*
3 *Quid si de rebus ecclesiæ concedant.*
4 *Marchio, Comes valuasores, Cæpitanei feuda concedunt.*
5 *Fœmina feudum dat.*
6 *Minor 25. annis, an feudum concedat, & quomodo.*
7 *Pupillus an feudum concedere possit.*
8 *Maior potest inuestire, dum habeat legitimam administrationem bonorum, aut alias non prohibitus.*
9 *Vasallus quando feudum in feudum dare potest, & quę sit ratio.*
10 *Emphyteuta modicum censum imponens re donatę, res donata in commissum incidit.*
11 *L. imperialem, §. callidis, intellectus.*
12 *Vasallus si feudum suum alii dedit in feudum, & postea ex aliqua causa amittat, secundus vasallus nihilominus feudum retinet.*
13 *Rosoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.*
14 *Datore ius suum recuperante, an reintegretur ius acceptoris.*
15 *Posito quod resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris, an primus vasallus teneatur acceptori.*

CAP. IIII.

1 VIdimus supra in præcedenti tit. de feu. concel. & inuesti. restat ergo uidere qs pōt feudum p̄cedere, & de feudo inuestire. † Vñ sciendū, q̄ feudū p̄cedere pōt siue dare archiep̄s, abbas, abbatissa, p̄positus, si antiqua fuit eorū consue. vt ī ti. qui feu da. pos. & qual. acq. j. rñ. Alioquin non ualeret cōcessio ab ipsis facta, ut in c. ti. §. idem iuris. Quod de regularibus intelligendū est, ſm Az. ut si hēnt aliqua feuda regalia, ea ualeant in fęudū dare, argum. C. de fun. pa. l. hi quibus. Tamen ubi sic dictum est, eos fundum dare posse, intellige etiam de propriis rebus ecclesiæ, secundum Azonem, & intelligit Azo consuetudinem, cuius non extat memoria aliter præcessisse, vel per 30. anno. consueuerunt facere saltē bis. C. de epis. audi. l. nemo. in fi. vel saltem per longum tempus decennij, vel vicēnij, ff. de leg. & cō. l. diuturna, ff. de mu. & ho. l. j. Et pro domino Azo. potest induci argum. ff. de pig. actio. l. vniuersorum, ff. de usu. l. qui semisses, in fi. ff. de nego. gest. l. si negocia. argu. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. fi. & l. in summa. §. Labeo. ff. si seruitus ven. l. si quis diuturno. ff. de serui. vrb. præd. l. qui luminibus. C. de agri. & censi. l. litibus, in prin. C. de fun. patri. l. fin. Sed ei videtur obstare, quòd ecclesia non potest vendere, permutare, pignori obligare, quæ ab imperiali dominio processerunt, in Auth. de aliena. emphy. iur. §. & hoc quidem, & §. quæcunque vero, §. ea vero, colla. 9. quæst. 2. ca. hoc ius, & c. capellas. Sed in supradictis prælatis distingue, vtrum faciant inuestituram siue concedant, de propriis reb.
2 ecclesiæ suæ. † Si de rebus proprijs, omnino ipsi & eorum successores id adimplere coguntur, vt in titu. hic incip. consue. reg. cap. lex Corradi, §. dico. in princ. quia in istis rebus, tanquam laici reputantur, & non tanquam clerici, vt C. de epis. & cle. l. 3. Et benignum est, fauore beneficii, necessitatem imponi hæredi consentire ei quod dominus fecit, argu. ff. de iu
3 re dot. l. si ego. §. j. † Si vero de rebus ad ecclesiam pertinentibus fiat feudi concessio: si quidem res sunt apud eum, qui inuestiri debet: tunc ille, qui debet inuestire, tenetur adimplere feudum & inuestire, & eius successor, vt in titu. hic incip. consue. reg. l. lex Corradi. §. clerico. Si vero possideat ille, qui debet inuestire: tunc tenetur eam adimplere, scilicet mortuo eo antequam adimpleat, successor eam adimplere siue rem tradere non tenetur, vt in d. c. clerico, & ti. qualiter iud. feu. sit exa. c. si dominus, in prin. alias est Rub. quibus modis feu. cōstitui potest, argum. in Lombar. qualiter liceat rec. ec. l. precarijs. Sed de hoc plene traditur in titu. quæ res in feu. dare pos. in summa, §. item quid si quis fecerit. Nam factum prælati in hoc casu non nocet ecclesiæ, nisi prælato viuente, vt in titu. hic incip. consue. reg. l. lex Corradi. §. clerico, in titu. quib. mo. feu. consti. po. §. si dominus, lex tamen est contra. Quia nullo modo licet rem ecclesiæ alienare, nisi in casibus, C. de sarco san. eccle. l. iubemus, & in authen. ibidem posita. Et hoc est verum s. quòd successor non tenetur adimplere, si ī casu nō concesso fiat feudi cōcessio, alias successor tenetur adimplere, vt extra de dona. cap. per tuas. Archiepiscopus Mediolani non potest in feudum dare feudum sibi apertum, quod tempore sui introitus in dominio inuenit: alii vero possunt, vt ī dicto, §. clerico vero. De iure tamen canonico, in feudis a p̄lato dandis, dicendum quod feudi facta concessio a prælato, valeat tantum in casibus notatis infra in summa, in titulo quæ res in feu. dari possunt, §. præcedenti. Et intellige quod prælatus potest in feudum dare rem, nisi accusatus fuerit de dilapidatione: quia tali accusatione pendente hoc facere non potest, vt extra de accu. ca. fi. argum. C. de suspec. tu. l. eū, & extra de simo. cap. licet Hely. sed argum. contra, extra de
4 testi. cap. constitutus, in fine. † Item possunt in feudum dare Marchio, Comes, valuasores capitanei, vt in titulo qui feu-
5 dum dare possunt, cap. primo. † Item fœmina in feudum dare potest, licet rarò contingat, mulierem donationem facere, quæ ex mera liberalitate procedit, licet non possit intercedere, ff. ad Velle. l. sed si ego, & l. sequenti. C. de don. ante nup.
6 l. si Adrianus. † Minor etiam xxv. ann. sine authoritate curatoris vel tutoris inuestire potest de veteri beneficio, sed non de nouo, vt in titulo explicit liber primus, cap. inuestitura, §. inuestitura autem, & §. sequenti, & argumen. ff. de peculio. l. licet. §. idem adijcit, & l. quam Tuberonis, primo responso, & l. curator. ff. de rebus eorum, qui sub cura sunt. l. magis puto, §. si pupillus, in Lombar. de prohi. ali. mino. l. prima, C. si aduersus vendi. pigno. l. secunda, ff. de mino. l. Aemilius, C. quando decreto opus non est l. penulti. Quia non intelligitur posse administrare res suas minor xxv. annis, quare de nouo inuestire non potest, cum nec alienare possit, vt in titulo, explicit liber primus, cap. inuestitura, §. noui, & argumē. ff. de conditio. & demonstratio. l vltima. C. de legi. tu. l. fin. Institu. de excusa. tu. §. minores, ff. de mino. l. prima, in fine & l. 3. in princ. Nisi veniam ætatis impetrauerit: & tunc etiam licet administrare possit, alienare non permittitur. C. de his
7 qui veniam ætatis impetra. l. prima, & secunda. † Pupillus etiam sine tutoris authoritate, si tutor non apparet, videtur quòd possit inuestire de veteri feudo, argumen. ff. de operis noui nunciatio. l. de pupillo. §. nunciare, ff. de euictio. l. si dictum, §. pupillo. ff. de rebus eorum, qui sub tu. vel cura. l. magis puto, §. si pupillus, ff. de peculio. l. quam Tuberonis, primo responso, & l. licet, §. secundo. Et vasallus potest denunciare ei, vt inuestiat, argumēto p̄allegatæ l. de pupillo, §. nunciare, & dictæ l. si dictum, in fine, quia id pupilius sine damno suo facere potest argumen ff. de manu. l. 4. §. nihil autem interest. Si vero tutor apparet: tunc eius

authoritate

authoritate pupillus debet inueſtire,& non tutor ſine pupillo, niſi ſit infans, uel abſens, uel furioſus, quia tunc ipſe tutor & non infans poterit inueſtire, argumento C. de iure deli.l.potuit,& l.ſi infanti,C.ad Treb.l.pen.primo reſponſo. ff.ad Treb.l.reſtituta,& ff.de admin.tutorum.l.prima.Sed argumento contra in dicta l.de pupillo.in prin.& ff. de verbo. ob.l.ſed ſi ex ſtipulatu.ſed poteſt illud intelligi pupillo,ideſt infante: cum eius tutor apparet.quo caſu denũciandum eſt tutori vel pupillo authoritate tutoris, vel dicas, non poteſt denunciari ſoli pupillo,vt pupillus intelligatur eſſe in mora prodeſt tamen petenti inueſtituram vel interpellanti pupillum,vel infanti non fiat denunciatio directe,ſed fiat per obliquum,ſcilicet ipſi tutori,vt per hoc videatur fieri ipſi infanti & ipſum infantem teneat: cui etiam fieri poteſt ſine tutore,vt ff.de noui operis nunciatio.l.& ſi ſatisdationem,§.vlti. ff.de verborum ob.l.qui Rome.§.cohæredes. & ſolutio reddituum penſionum poteſt fieri tutori.C.de adminiſtra.tuto. l.ſancimus.& l.conſtitutionem.& quod debetur pupillo cauſa implendæ conditionis,ſolui tutori poteſt,vt ff. de ſolutio. l.Stichum aut Pamphilum.§.vſusfructus.ff.de manu.teſtam. l.qui filium. Ad hanc materiam plura ſunt argumenta pro & contra in titu.proxim.in prin.†Item maior poteſt de feudo inueſtire,tam de nouo quam de veteri,dum habeat legitimam adminiſtrationem bonorum ſuorum, & aliqua ratione non impediatur alienare,vt in titulo explicit liber primus.c.inueſtitura.§.noui vero.& §.ſequenti. Qui enim prohibetur alienare,nec actionem poteſt exercere.ff.de iure delibe.l.ait prætor.& ſimiliter qui adminiſtrare non poteſt,nec actionem exercere,ut ff.de iniur.l.ſed ſi vnus.§.quod autem. in fi.§.Impeditur autem alienare maritus fundum dotalem & quamlibet rem dotalem,Inſti.qui.alienare licet,vel non. §.i.& C.de rei vxo.act.l.vnica.§.& cum lex.ff.de fundo do.l.i. Item prodigus, cui bonis interdictum eſt, qui poſtmodum alii obligari non poteſt,vt ff.de curato furioſi.l.j.Inſtitu.quibus eſt permiſſum facere teſtamẽtum,§.item prodigus.ff. de iureiu.l.tutor,§.prodigus,ff.quibus ex cauſis in poſ.ea.l.Fulcinius,§.adeo,in fi & ff.de verborum oblig.l.is cui bonis.ff.de rebus cre.l.certi § ſed & ſi.ff.qui teſtam.facere poſ.l.is cui. Et dummodo non ſint coloni cenſiti & aſcripticii,qui non poſſunt alienare res ſui peculii inſcio domino ſuo.C.in quibus cauſis colo.cenſi.l.ij.lib.xi.& dummodo non ſin Manichæi, nec Donatiſtæ,C.de hære.& Mani.l.Manichæos,nec hæretici,vt in Auth.de eccleſiaſticis ti.§.iubemus,colla.xi.extra de hæreticis.ca.vlti.nec apoſtatę.C.de apoſta.apoſtatarum.Nec damnati de publico crimine:vel læſæ maieſtatis, vt C.ad legem Iul.maie.l.fi.ff.de dona.l.poſt tractatum.C.de bonis dã. l.ſi quis poſt.& de hoc dicitur in ſumma, in titu. quibus ex cau.feudum amit.§.quod autem ſequitur infantia. Et dummodo non ſint Ciſtercienſes, qui vaſallos habere non debent,nec homagia accipere,contra ſui ordinis ſtatuta,vt ex
9 tra de ſtatu mona.c.recolentes.† Item vaſallus poteſt feudũ in feudum dare totum,vel partem bona fide, licet alienare prohibeatur in conſti.Lotarii,quę incipit,Lotharius.in conſtitu.Federici.l.imper.§.ii.& iii.& §.illud.licet ex conſuetudine Veronenſi non poſſit infeudare niſi medietatem. Et forte poteſt dici,quod ideo permittitur in feudum dare,quia nõ videtur quod talis liberalitas contineatur ſub verbo venditionis vel alienationis,argum.ff.ex quibus cauſis in poſ.ea.l. vlt.niſi in fraudem,vt in ti.explicit primus liber.capitu. inueſtitura,§.noui,& §.ſequenti. in titulo qualiter iurare debeat vaſallus.§.ſi autem vel totum.in titu.ſi de feudo vaſal. fuerit inter.c.beneficium.in tit.hic incip.conſue.regni.l. lex Corradi.§.ſimiliter,& §.profecto.vt ar.ff.de fur. l. ſi ſeruus nauem, de bo.dam.l.ulti.§.ii.Ad hoc quære ar.in ſumma de uaſallis. §.poſſunt.Et quod dictum eſt,quod nõ ualet ſi dant in fraudem,intellige uenditionis uel alterius alienationis, ut in cõſtitutione Federici.l.imperialem, §. callidis.& in ſupradictis ll.uel in fraudẽ dñi,uel agnatorum.forte q̃ liberos non hẽt, maxime cum ſit lx.an.& ſine liberis,qui non intelligitur ſtudere p̃creationi liberorum,ut ff.de adop.l.ſi p̃.§.ult.& l.nec ei,§.iii.ar. ff.de bo.dam.l.ult.§.ii.Et q̃ dictũ eſt,q̃ uaſallus poteſt ĩ feudũ dare in totũ uel pro parte,intellige dummõ det conſimili p̃ſonæ ſuæ,ut in d.c.beneficiũ.in d.§.fin'r. & dũmõ det ea lege,qua ipſe hẽt,& nõ meliori pacto,ut in ti.hic inci. p̃ſ.reg.l.lex.Cor.§.p̃fecto,& arg.ff.de uſufru.l.æquiſſimum,§. vl. in fi.Et dũmodo non det contra pacta adhibita in datione feudi:quia ſi alia lege daretur, & fieret contra primam legem feudi,ad priorem dominum rediret, vt in d.§.profecto,& argum.ff.de iurepat.l.diuus Veſpaſianus,ĩ prin. quod dic vt notaui in ſumma,in tit.quibus modis,& ex quibus caſibus feu.amit.§.domini verbum,& in titu.inf.in ſumma,ad quem feudum commiſ.pertineat, §.ſed pone, & per totum ti.vt de hoc notatum eſt in ti.quibus modis & in quibus caſibus feu.amit.§.per p̃dicta determinatur Pi.quæſtio. Simile poteſt notari in emphyteuta, qui plures res ab vno domino in emphyteuſim habet ad certum cenſum, & vnam ex illis donat,quod facere poteſt,vt C.de fun.patrim. l.i. Nam ſi ſua authoritate ſine domini conſenſu cenſum diuiſit inter ſe & donatarium: vt de cenſu debito quiſque ipſorum partem domino ſolueret,& male facta diuiſione, nimis aggra-
10 uando res, quas retinet, † & modicum cenſum rei donatæ imponendo per dicta iura,videtur poſſe dici,rem donatam in commiſſum incidiſſe. Et quia ſic male in iure emphytheuticario verſatus eſſe probatur, prædicta faciendo in fraudem domini,ſi res donata erat maioris valoris quã aliæ non donatæ, argumento ff. locati. l.quæro,§.inter locatorem. C. eodem titulo.l.ædem. Nec enim potuit,rem donatam in præiudicium dominici cẽſus alienare,nec alias res cenſu aggrauare, vt ar.in titu. qua. iura.debeva ſal. §. rei aũt,& §.qd ergo,& §.econtrario,& ff.de vſufru.l.æquiſſimũ, §.j.& 2.& per totum,& l.ſed & ſi quid.§. proprietatis, & C. de pac. l. filius. Hanc quæſtionem vidi de facto in prouincia, & ſic requiſitus reſpondi, rem eo modo alienatam in commiſſum incidiſſe per iura allegata ſup.& proximo, §.& quod dictum eſt,& argumen.ad prædicta, ff.pro ſocio, l. ſi ſocietatem,& l. ſequenti.Sed inſpecta conſuetudine, videtur quòd vltra dimidiam partem feudi, non poteſt vaſallus in feudum dare: quia ſi in feudum dederit pluries diuerſis hominibus & diuerſis temporibus, & per omnes inueſtituras deprehendatur, quòd vltra medietatem dederit, prima datio vel vltima, vel proportionaliter reuocabuntur. Si vero prima inueſtitura non tranſgreditur dimidiã,ut dimidia plus remaneat vaſallo,nõ reuocaret prima, ſed ſecũda,qm̃ vltima facit vaſallũ minus dimidia hẽre: vbi vero prĩa facit eum vaſallum minorem partem hẽre ſeu retinere, & ſecũda etiam in plus:tũc vtraque reuocatur. Sed prima non reuocabitur, niſi quatenus vt apud vaſallum remaneat dimidia. aliud nõ.Quia licite datum fuit vſque ad eam quantitatem. argum.ff.de condi.inde.l.penul.§.ſi duo.& l.cum duo p̃reo. & l.ſi non ſortem, §.vlt.ff.de vſuf.l.ſed & ſi quis. §.i. ad le.Fal. l.in quantitate.circa fi.& l.in ſing.ff.de iurepatr. l. ſi libertus mino.§.ſi quis plane.ff.de vſur.l.placuit.C.de don.l.ſanci. §.i. & l.ſi quis argentum,§.ſinautem.in fi.ar.C.de lat.li.tol.l.vna. §.illo.Sed argum.contra.ff.de iuriſdi.om.iud.l.ſi ratione.Vel dicas ſecundum diſtinctionem legis,quod prima tantum reuocetur,ſi maior eſt dimidia,& vltima minor:alioquin tãtũ vltima reuocatur,ut ff.qui & a qui.ma.l.ſi quis habens. Vel erit in voluntate domini,quę reuocetur, argumẽ.ff.de excuſa.tuto.l.ſi duas.i.reſpon.Item adhuc poteſt quæri ſecundum conſuetudinem,ſi vaſallus ad dimidiam feudi,feudum dederit in feudum,alia in ſe retinendo:& poſtea partem feudi retẽtã ad filios,vel cohæredes tranſmiſerit: an filii vel cohæredes illam partem dimidiam vel huius partis partem,poſſint alii in feudum dare? Reſpondeo,uidetur, quod conſuetudine ſit obtentum, quod poſſit, ſed iure ſubtili inſpecto poteſt dici,vt non poſſit filius inueſtire de parte retenta cum factum defuncti,& maxime eius debitum teneatur ſubire, & vna dicatur perſona cum patre, & vna ſit vox patris & filij: & hoc ſi filius habet beneficium tanquam hæres: alias nunquam.Inſti.de inutil.ſtipula.§.ei qui.& C.de impub.& al.ſub. l.fi.C.de hære.act.l.iij. & iiij. titulo,hic incip.conſue.regni.capitu.hæc ſunt capitula.§.ſi contigerit.& §.ſeq.Item quod dictum eſt,quod vaſallus poteſt dare in feudum, ſubaudias ſine precio,& ſola liberalitate: q̃a tũc nõ cõtinetur ſub verbo alienationis ſiue venditionis,vt dictum eſt. Cæterum ſi accepto precio,vel non ex liberalitate,in feudum cõcedit:in fraudem intelligitur facere, vnde non valet, vt in conſti.Federi.l. imperialem,§.callidis.argumentum.ff.de iure fiſ.l.in fraudẽ, in princi.ff.de excep.doli.l.apud, §.ſi quis autem. C.de fundis
11 patri.l.i.ff.quib.ex cauſis in poſſeſſio.l.vl. †Sed licet omnes intelligant dictam.l.imperialem,§.callidis,in vaſallo qui in feudum alii dat precio accepto,vt non valeat:Iacobus de Ardizone tamen eo caſu non intelligit, ſed loquitur ſecundum eum in vaſallo,qui libellario nomine alii concedit & inueſtituram libelli p̃tecium recipit penſione etiam ſingulis annis eidem p̃ſtanda.Vnde ne ſub colore huiuſmodi inueſtituræ,precio accepto,feudum vẽdatur,prohibuit Imperator Federicus, ne fieret talis inueſtitura libelli: quia p̃ſumitur ſemper callide hoc fieri,& in fraudem,argumento prædictarum ll.& infra de contentione feudi,§.ſi clientulus. alias eſt rubrica de feudi alienatio. primi, & ſecundi reſponſi, in titulo qualiter iurare debeat uaſallus. §. donare. in conſtitutione Corradi.l.omnibus ſanctæ.§.in ſuperioribus.C. de emphyteu.iure.l.prima,& ultima.& quod in hoc caſu intelligatur dicto §. callidis. apparet ex princip. illius l. imperialem.Nam ibi recitat Imperator,quod olim vaſalli abſq; domini licentia,feudum pignori obligabant & vendebant, & quadam colluſione libelli nomine alienabant. Vnde impe

Source : BIU Cujas

rator Federicus prospicere voluit, ne talia fiant & facta vult cessari, & de obligatione & venditione in eadem l. tractat §. habito. igitur merito restabat tractare de illa collusione libelli, de qua prædixerat. & ideo de ea tractauit in dicto §. callidis. Vnde sine alicuius obstaculo de illa collusione libelli & callida machinatione tractatur in illo §. donare. qui uidetur ita interpretari dictum §. callidis. Nam in pace Constantię volens quadam beneuolentiam Lombardis concedere, & maxime vasallis, dicit quod libellariæ & precarię factę de feudo, firmæ permaneant non obstante l. sua: quæ dicebatur imperialis Federici. Per hoc videtur, quod imperator Federicus prohibuerit in sua constitutione libellum, sed vbi prohibuerit, nisi dicamus quod in dicto §. callidis, non apparet ita dixit Iacobus de Ardizone, compositor alterius Summę feudorum. sed salua eius reuerentia & pace, constitutionem illam imperialem fecit, vt puto, Federicus secundus, ante cuius tempus pax Constantiæ facta fuit per longa tempora.

Vnde dicendum est, quod dicta pax Constantię loquatur de alio Federico, forte de primo. Ad materiam hanc quære, quę sunt notata in titulo, quibus modis, & in quibus causis feudum amit in summa §. emphyteuticus. Quod autem supra dictum est de feudo vasallo concesso sine precio vt valeat, aliter non, intelligitur ab initio. Cæterum pro seruitio omisso vel faciendo, potest vasallus precium recipere, argumento ff. de operis liber. l. patronus qui operas. ff. qui & a quibus manu. libe. non fiant. l. vltima, in fine primi responsi.

12 C. de operis libe. l. j. † Item sciendum est, quod vbicunque primus vasallus, potest alii in feudum dare de suo beneficio, si decedat primus vasallus sine hærede, vel refutet illud in manu domini, vel aliqua de causa illud amittat. quod secũdus vasallus poterit recuperare feudum, recognoscendo a priore domino, vt illud censeatur in eo, ac si ab initio inde esset inuestitus a priori domino, vt in titu. qualiter iurare debeat vasa. §. sin autem. argumento ff. de vsufru. lega. l. si quis vsum fructum sibi sed olim non poterat secundus vasallus retinere: quia resoluto iure datoris, scilicet primi vasalli morte vel refutatione, resoluebatur ius acceptoris cuiuslibet, nec poterat aliqua præscriptione se tueri: sed hodie non est verũ in vasallo, qui alii concessit legitime in feudum: quia tunc resoluto iure primi vasalli datoris, non resoluitur ius secundi vasalli acceptoris, si uelit recognoscere a domino, nisi in fraudem ei datum esset: quia tunc non retineret, sed resolueretur ius acceptoris, sicut resoluitur in qualibet non permissa alienatione, vt supra quibus modis feudum amit. §. rursus. de feu. da. mi. val. §. si quis de capitaneis in titulo, explicit lib. primus, §. noui vero. in ti. qualiter iurare debeat vasa §. quid ergo. in ti. si de feu. vas fuerit interpel §. beneficium, in cõsti. Federici, l. imperialem, §. primo. De hoc similiter tradit infra in summa, in ti. quibus modis & in quibus cau feud. amit. §.

13 sed quęritur. si vasallus locauit. † & quod resoluto quando que iure datoris, reioluatur ius acceptoris, probatur C. si pignus pignori datum sit, l. j. ff. de pig. l. lex ff. de in diem addict. l. vbi autem, ff. locati. l. si quis domum. §. primo, ff. quæ in fra. credito. l. sed & si. Sed contra, scilicet, quod resoluto iure datoris refutatione non resoluatur ius acceptoris est, argumẽ. ff. quibus modis pignus vel hypothe. sol. l. si debitor. in princ. ff. de ædil. edicto. l. bouem, §. pignus, ff. de alie. iudi. mut. causa facta, l. ex hoc, §. ult. & l. quia redhibito. Item in eo casu, vbi resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris: nunquid datore ius suum recuperante reintegrabitur ius acceptoris? Respondeo, videtur, quod sic, argumento ff. de alie. iu. mu. causa facta, l. ex hoc. § penul. ff. quibus modis pignus vel hypot. solui. l. sicut, §. superuacuum, & l. voluntate, ff. de hære. instit. l. quotiens. §. seruus cum libertate, & l. seruum meum. & ff. de testa. manu. l. verum. argum. quod non, cum amissio facta sit cum effectu, ar. C. de remissione pigno. l. vlti. in titu. hic incip. consue. regni. c. hæc sunt capitula, §. præterea si vasallus, ff. quibus modis vsusfruct. amit. l. quod tamen. §. primo. & §. inanis, ff. de pactis, l. vltima. ff. de admen. lega. l. cum seruus.

15 † Item posito sine præiudicio, quod resoluto iure datoris, scilicet primi vasalli, resoluatur ius acceptoris, scilicet secundi vasalli vel alterius acceptoris, nunquid primus vasallus, vel eius hæres tenetur acceptori? Respondeo, circa hoc potest distingui, vtrum acceptor sciuerit, vel ignorauerit feudum esse, quod accepit a primo vasallo: & an primus vasallus ei concesserit, tanquam feudum: an tanquam esset proprium, si quidem primus vasallus concesserit ei simpliciter, si quidem accipiens sciat feudum esse, vasallus vel eius hæres non tenetur, nisi propter culpam ipsius vasalli, resolutũ sit ius acceptoris. Si uero accipiens ignorauit, vasallus vel eius hęres tenetur. Si vero vasallus concedit, tanquam suũ & non tanquam feudum, tũc vasallus tenetur, nisi accipiẽs' sciuerit feudum: quia tunc non tenetur vasallus, nisi accipiens prospexerit sibi de euictione: sed vbi non prospexit, puto, quod vasallus teneatur, si propter eius culpam resolutum sit ius acceptoris. Si vero vasallus concessit, tanquam feudum, non tenetur, nec eius hæres, nisi culpa vasalli sit resolutum ius acceptoris, vel nisi accipiens prospexerit de euictione, vt hæc probantur in titulo, qualiter iurare debeat vasallus, §. cum de re aliena, ff. loca. l. si quis domum, §. primo, in principio, C. de euict. l. si fundum. in titulo hic incipi. consuetudines regni, c. hęc sunt capitula §. ex eo. in ti. si de feudo vasal. fuerit inter. §. si uasallus.

Quibus res in feudum dari possunt.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis ratio.*
2 *Quibus feudum concedi possit.*
3 *Pupillus an possit accipere feudum.*
4 *Beneficium ecclesiasticum an puero concedi possit*
5 *Infantes qui.*
6 *Pueri qui.*
7 *Pueris concedi potest feudum & beneficium ecclesiasticum, & quæ beneficia.*
8 *Qui seruire non possunt, an sint feudi capaces remissiuè.*
9 *In persona serui an feudi datio subsistat.*
10 *Persona ecclesiastica siue clericus, an feudum accipere possit.*
11 *Hæretici non capiunt feudum.*
12 *Damnati de publico crimine non sunt capaces feudi.*
13 *Prælatus ecclesiæ an cognatis concedere possit in feudum res ecclesiæ.*
14 *An Cisterciensibus possit res in feudum dari.*
15 *Primi legium vel rescriptum impetratum contra ius, nisi de iure ipso faciat mentionem, non valet.*
16 *Qui dominum interfecit priuatus est feudo, neque succedit cum heredib. suis vsque ad quartum gradum.*

CAP. V.

1 CVm supra dictum sit, qui feudum dare
2 †possint, restare videre, quibus possint res in feudum dari. †Et quidem dari potest in feudum res nulla distinctione adhibita, cuilibet, siue sit liber, siue seruus, siue minor, siue maior cui conceditur: siue masculus, siue fœmina, etiam non intelligenti, vt in titu. explicit liber primus, §. persona, in titulo si de feudo vas. fuerit interpel. §. si minori, in titulo qui debeant succedere in feudo, primo responso, argumento C. de acquirenda possessio. l. donatarum, argumento ff. de regulis iuris. l. quod attinet. in Authen. de monachis. §. hinc autem. in principio, ff. de iustit.
3 & in. l. manumissiones. ff. de hære. instit. l. non minus. †Veruntamen videtur quod pupillus, tunc accipere possit rem in feudum, si infans non est, sed proximus pubertati, vel proximus infantię. Si uero est infans, tunc non possit sine tutore, immo etiam tunc videtur, quod fieri debeat concessio, non ipsi infanti, sed tutori eius pro eo, vt sic ipsi infanti videatur facta concessio, siue inuestitura, arg. ff. ad Trebe. l. restituta. §. pupilus, & C. eo. l. pe. in princi. ff. de acq. pos. l. j. §. furiosus. & §. pupillus. & l. quamuis. §. iii. ff. de vsufruct. & quemad. quis vta. Carboribus, §. ii. C. de bon. quæ lib. l. vlt. §. vbi autem puerilis. §. si vero pater. Instit. de inuti. stip. §. pupillus omne. argumen. ff. de sol. l. Stichum aut Pamphilum. §. vsumfru. Ad hanc materiam plura sunt arg. pro, & contra, supra proxi. §. pupillus. Sed non videtur, quod infanti debeat vel possit feudum con
4 cedi, †sicut nec beneficium ecclesiasticum potest puero concedi, cum non possit beneficium seu feudum seruire, vt extra de pręben. c. super inordinata, quia nec intelliguntur idonei ad ordines vel dignitatem habendam, vt j. q. j. pueri. & c. estote. & ff. de iure immun. l. ii. §. impuberes. vel ad religionẽ ecclesiarum, ut extra de æta. & quali. c. ex ratione. & c. indecorum. Tales enim, iura sapientum tractare non possunt, etiã prætextu priuilegii militaris, ut C. de testa. milita. l. fi. & dñr infantes minores 9. an. C. de iu. deli. l. si infanti. †Pueri uero dñr maiores 9. an. usq; ad x. uel 14. an. ut ext. de deli. pu. cap. j. & ii. & in pdi. dec. ex rõne. & decr. indecorum. & 22. q. 5 c. pueri. &
7 extra de reg & transl. ad reli. c. ad nfam. †De infantib. tene qđ dictũ est supra, sed de pueris, nulla est dubitatio, quin eis concedi possit res in feudum, cũ ipsi sint doli capaces & possint ad ordines minores & bñficia ꝓmoueri ecclesiastica, ut 28. di. c. de his. & 77. di. c in singulis. & c. qcũq;. & 32. di c. si qui uero. ar. ff. de decur. l. spurii. §. j. sed non ad oĩa bñficia, qa non ad dignitates, uel ꝓsonatus, uel ad curiã parochialis ecclesię, ut extra de ele. c. in cunctis. & in d. decr. esup inordinata. & j.
8 q. i. c. pueri. cum suis pręallegatis concor. †Quid enim iuris est

de

Source : BIU Cujas

de his, qui feu. ſeruire non poſſunt, quere in titulo, de ſuc.
9 feu. in ſumma. §. mutus. † In ſeruo autem diſtinguitur, vtrū dans, ſciat eum eſſe ſeruum, & tunc tenet datio. an ignoret, & tunc non teneat, vt in titulo, explicit liber primus. c. inue ſtituram. §. perſonam. Simile in decretis. xxx. q. i. c. ſi quis ingenuus. & Inſtit. qui teſtamen. tut. da. poſſ. §. j. in fine. in Authen. de nup. §. ſi vero coll. iiii. ff. ſolu. matri. l. ſi cum. §. vltimo. ff. de fideicōmiſ. lib. l generaliter. §. ſi quis tutorem. ff. de le. iii. l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo alieno. C. de hære. inſti. l. ſi pater. Sed quando ſciens ſeruo alieno dedit, & ſeruus decedit, nunquid reuertitur feudum ad Dominum feudi, vel apud Dominum feudi ſiue ſerui, vel apud filios ſerui remanebit? Hoc diligenter tractatur infra, in ſumma de ſuc. feu.
10 §. ſed quæritur, ſi datum. † Item accipere poteſt feudum perſona eccleſiaſtica, vt in titulo, hic incip. conſue. regni. c. hæc ſunt capitula. §. & iterum ſi clericus. & c. i. §. ſiue clericus. Et hoc verum eſt, ſi dans ſcit eum eſſe clericum, vt in titulo, hic incipi. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula. §. & iterum ſi clericus. & argumen. in titulo, explicit liber primus. c. ii § perſonam. ff. de leg iii. l. fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. An autem feu. vetus retinere poſſit clericus, dicitur infra eod. ſumma. ex quibus cau. feud. amit. §. item, nunquid amittit feudum, ſi clericus efficiatur. & § ſeq. tamen non videtur quod aliqua ratione clericus poſſit feudum accipere a laico, cum ob hoc eius iurisdictioni ſubijciat ſe ſaltem quo ad quæſtiones feu. cum coram Domino feudi quæſtio ſit agitanda. Et eſt ſciendum, quod ſibi non licet, vt extra de foro comp. c. ſi diligenti. & extra de ſenten. excom. c. contingit. extra ne cleri. vel mo. c ſed
nec. & c. ſecundum. Si vero a clerico recipiat, poteſt hoc facere, dum tamen hoc faciat voluntate Prelati ſui aliter nō, vt arg. extra de ſo comp. c. i. & c. ſi quis contra. pro, & contra. quære ar. ad prædicta in ſumma, in ti. quib. mo. & in qui. caſibus feu. amit. §. item nunquid amittitur feu. ſi clericus efficitur. & in titu. de fac. fideli. §. & hoc. & in titu. de conten. feu.
11 & qualiter iudi. feu. ſit exami. & termi. §. generaliter. † Et eſt verum, quod prædicti poſſunt feuda accipere, dummodo non ſint hæretici, quia hæretici capere non poſſunt, nec Manichæi, nec Donatiſtæ, nec apoſtatæ, nec infamis, nec turpis perſona. C de apoſta. l. apoſtatarum. C. de hær. l. Manichæos. C. de in offi. teſtam. l. fratres. extra de hæreti. c. vlti. in Authē. de eccleſ. titu. §. iubemus. & § ſequ. coll. ix. nec ſi concedentes habuerint illos, quibus concedunt ex damnato & illicito matrimonio vel coitu; quia talibus nō poſſunt dare aliquid vel concedere: vt. C. de inceſtis nup. l. ſi quis inceſti. C. de naturali. libe. l. i. & ij. in Authen. quibus modis natu. effi. legi. §.
12 vltimo. † Item damnati de publico crimine, puta læſæ Maieſt. C. ad l. Iul. maie. l. vlti. ff. de dona. l. poſt contractum. C. de bo. dan. l. ſi quis poſt. vel ſi ſit excommunicatus vel bannitus, vel ſi in fide erret, vt in titulo, hic incip. con. reg. c. i. nec ſi recuſet fidelitatem præſtare, ſicut de iſtis omnibus ſatis dictū eſt ſupra in ſumma, de feu. §. item feudum, & quæ ibi dicta ſunt, hic intellige repetita, & quære ſimilia in titulo, de ſacramen. fideli. §. i. & in titulo, de cau. propter quas exca. va-
13 ſal. in princip. & ſupra tit. proxi. §. item maior. † Item œconomis & cognatis, res Eccleſiæ a Prælato cōcedi non poteſt in feudum, argumen. in Authent. de alienatione & emphy. § œconomis. & in alio. §. œconomis. colla. ix. in Authent. de ſan Epiſcopis. §. alium autem. in fine. coll. ix. in Auth. de Eccleſtit. §. interdicimus. coll. ix. C. de ſacro. ſan. eccleſ auth. qui
14 buſcunque, ff. de contrahen. emp. l. non licet. † Item nec Ciſtercienſibus poteſt dari in feudum villa vel caſtrum, vbi iuriſdictio exercetur, vt argumen. extra de ſtatu. mo. c. recolentes. Sed pone, vt vidi de facto in prouincia, quod literę oſtē dantur Apoſtolicæ, in quibus ſic loquitur Papa, Innocentius Epiſcopus, &c. Cū illuſtris Comes Prouinciæ vobis Abbati & Monachis ſloriglæ Ciſtercieñ. ordinis, tale caſtrum conceſſerit in feu. dictam ſi quidem donationem confirmamus: vobis concedentes, vt dictum caſtrum perpetuo habere & poſſidere poſſitis: & tamen nulla facta mentione de dicta decre. recolentes: Nunquid prædicti Ciſtercienſ. potuerūt retinere & habere in feu. dictum caſtrum, quod iurisdictionem habet? Et videtur quod faciat de Ciſtercienſ. ordine mētionem, argu. extra de reſcrip. c. cùm ordinem. & c. poſtulaſti. in ſi. & c ad audientiam. & extra de priuil. c. ex parte. quia cō firmatio quamuis ſit contra ius, non tamen lædit alium, & prodeſt Monachis. Et ideo valet, vt, C. de prec. impe. offe. l.
15 reſcripta. xxv. q. ii. c. reſcripta contra ius. † Sed contra, quia non valet reſcriptum vel priuilegium impetratū contra ius, niſi de ipſo iure faciat mentionem, ut ext de reſcrip. c. non nulli. & c. ſeq. extra de præben. c. de multa. in fi. ff. ne quid in loco publ. l. ii. §. ſi quis a Principe. C. de fal. mo. l. vlt. in Auth. vt nulli iudi. §. ii vero & præcepta. coll. ix. xxxv. q. ii. c. reſcripta. ſiue in c. ſequē. extra de æta. & qualiter. & ordi. præfi. eam. Et Papa cum aliquo contra regulam ſui ordinis, diſpenſare non poteſt, nec contra rerum ſubſtantiam, vt extra de ſta. mo. c. cùm ad monaſterium. Mihi videtur dicendum, quod hæc confirmatio potius obſit, quam proſit petenti, quia facit contra regulam ſui ordinis, & eſt in derogationem ſiue amiſſionem priuilegiorum Ciſtercienſ ordinis, cùm Ciſtercienſ. talia, contra ſtatuta ſui ordinis recipientes, communi iure aliorum & non Ciſtercienſ. fortiantur, vt in dicta de cret recolentes. Item per talem confirmationem non eſt veriſimile, quod Dominus Papa voluerit Inſtitutiones dicti ordinis infringere, & contra regulam facere velle, vt argumen extra de confir. vti. c. vltimo. & extra de elec. c. cum Eccleſia noſtra. circa fin. extra de priui. cap. ex parte Abbatiſſæ. imo eſt dicendum, quod tales literæ ſint irritę & inanes, quæ à religioſis etiam facta mentione ſui ordinis, contra regulā & canonicas ſanctiones, impetratæ dicuntur: imo potius ſunt falſæ, quas non eſt veriſimile a curia emanaſſe, vt extra de confir. vti. vel inutili. c. ad noſtram. & c. porrecta. & impetrator talium literarum eſt incarcerandus & ad curiam, vt falſarius deſtinandus, & l. Cor. de fal. tenetur, vt extra de crimine fal. c. ii. vt hæc notantur extra de reſcrip. c. ex parte. in fi. vt xix. diſt. in memoriam. ff. ad l. Cor. de falſis. l. i. §. vlti. & l. ſequenti. & extra de crimine fal. c. ad falſariorum. Tales etiam religioſi contra ſuam religionē facientes, compellendi ſunt ad obſeruantiam regularem, vt extra ne cleri. vel mo. c. relatum. & c. ſe. licet ſit ibidem contrarium argumē. talia enim ſunt religi. īterdicta, ſicut & multa licita vt. xvi. q. j. c. iuxta. & in omnibus præcedentibus. c. extra ne cler. vel mo. c. i. & c. ſed
16 non. in fi. † Item & qui feudo priuatus eſt propter Domini mortem, quem interfecit, nec ipſe, nec eius hæredes, vſque ad quartum gradum, poſſunt de eodem feudo, vel alio de nouo inueſtiri, vt in ſucceſſione, feudi Eccleſiæ interfecti a vaſallo Eccleſiæ, Prælato vel clerico, vt extra de pœn. cap. ad aures. & c. in quibuſdam. imo & omnia bona alia illius interfectoris, debeant appropriari Eccleſiæ, cui facta eſt ignominia, vt xvii. q. iiii. c. ſi quis deinceps.

Quæres in feudum dari poſſunt, & quæ non.

SVMMARIVM.

1 *Ratio ordinis.*
2 *In feudū dari poſſunt res immobiles, & quæ loco immobilium habētur.*
3 *Item res cohærens ſolo: & quæ ſolo cohærere dicantur.*
4 *Fundus cum rebus mobilibus datur in feudum.*
5 *Inter immobilia quæ computentur.*
6 *Res mobilis in locum feudi euicti conceditur.*
7 *An feudum proprie in rebus mobilibus conſiſtat.*
8 *Res propriæ & communes in feudum dantur.*
9 *Prælatus in feudum dat res ſuæ eccleſiæ, non autem eccleſiæ ſibi ſubiectæ. Et quando res ſuæ eccleſię det.*
10 *Prelatus poteſt de nouo infeudare iis caſibus, quibus res eccleſiæ alienare poteſt: & qui ſunt illi.*
11 *Dominium directum remanet apud dantem rem in feudum.*
12 *Non ſemper prohibetur in feudū datio, quando vēditio & permutatio.*
13 *Res quę prohibentur alienari, non poſſunt in feudum concedi.*
14 *Res ab Imperiali domo procedens & eccleſia per ſe, & res relicta adiecta prohibitione, ne alienetur.*
15 *Res litigioſa non datur in feudum.*
16 *Prędia Cęſaris, non dantur, & res alię, remiſſiuè.*
17 *Res ſubiacens reſtitutioni non conceditur in feudum.*
18 *Res poſitę in confinio non dantur.*
19 *Iuriſdictio, & alię res incorporales, an in feudum dentur.*
20 *An ſpiritualia in feudum dentur.*
21 *Decimæ an poſſint laicis in feudum concedi.*
22 *Feudum an in feudum concedi poſſit remiſſiue.*
23 *An recte quis faciat inueſtituram de feudo ſui militis.*

CAPVT VI.

1 QVonlam † dictum eſt, quis poteſt rem in feud. dare, & cui res in feud.
2 dari poſſunt. Videamus, quæ res in feu. dari poſſunt, & quæ non. † Eſt igitur ſciendum, quod in feudum dari poſſunt res immobiles, & quæ loco immobilium ſunt, puta quod de caneua datur, vt in tit. explicit liber primus. in fi. primi reſpōſi. & quod datur de camera vel caneua, non debet dari, niſi cùm ſit de camera vel de caneua, vnde ſolui poſſit: & ſi ita euacuata ſit ſine culpa promiſſoris, vt facere non poſſit, non tenetur: vnde expectādum eſt tempus, vt dari poſſit, & in ſequenti tempore dabitur, q̄ eſt omiſſum, & ītelligetur poſſe facere, omni ære alieno deducto, vt in conſtitutione Federici. l. hac edictali. §. notandum. alias eſt rubrica de notis feudorum. i. reſponſo. ar. ff.

de verbo-

Source : BIU Cujas

de verb.oblig l.inter ſtipulantẽ.§.ſacram.ff.de annuis lega. l. legatum,§.ij.ff.quando dies lega.ce.l.firmio, ptimo reſponſ. argumentum,ff.de re iudi.l.inter §. is quoqne .C. de rei vxor. actio.l.vnica,§.cum autem. Inſt.de act.§. item ſi de dote, & §. idem.ff.pro ſocio,l.verum,§.tempus. Argu.contra,ff.de tritico,vino & oleo lega l.eum certus,ff.de contrahend.emptio. l.ſi debitor,§.j.ff.de alimen.& ciba.leg.l.Lucius.ff.de lega.j.l.ſi ſeruus legatus, §.quicunque, ff. de re iudi.l.ſunt qui in id. §. idem.habebitur etiam ratio vt non egeat,vt argum. Inſtit.de act §.item ſi de dote.ff.de verbo.ſig.l.nepos Proculo.ſi facere non poteſt,videbitur inanis actio aduerſarii,ff. de dolo. l. nã is nulla.quia eius periculo nihil eſt,qui nihil habet. ff.de furt.
3 l.itaque . primo reſponſo . † Et non ſolum datur in feudum res ſoli,ſed etiam res cohærens ſolo,vt in ti. explicit liber primus.j.reſpon. §. ſciendum.Et poſſunt dici ſolo cohærere fructus pendentes:quia pars fundi eſſe videntur, vt ff.de rei ven. l.fructus.vel ſeruus glebæ ſiue mancipium in prędio manẽs, argu.ff.de diuer.& tempo.præſcri.l.longę.vel etiã ſuperficies, adhęrens ſolo,argumentum.ff.de vi & vi arma. l. . § ad ſolã, §.plane,argum.ff.vti poſ.l.3.§.ſed ſupra ædes.Sed quæ & qualia ſunt quæ cohærent ſolo & cum ſolo tranſeunt, ſatis poteſt perpendi ex eo,quod legitur,ff.de act.emp.l. Iul §. vlti.cũ ll.ſeq & l.fundi.per totum.& ff.de contrahen.emp.l. quæ fun
4 dum.in fi.& l.ſi aquæductus.& l.quanq̃.† Poteſt etiam dici,ꝙ in feudum dari poteſt fundus cũ rebus mobilibus & poſitis
5 in fundo.arg.ff.de vi & vi arma.l j.§. ſeq. † Item inter immobilia computantur ea,quæ de camera,vel caneua dantur, licet ſint mobilia,vt ſupra dictum eſt.Nam & ſi redditus darentur,videtur,ꝙ inter mobilia computentur, vt C.de iure dot.
6 l.vlt §.præterea. Item panes ciuiles, vt in prædicta l. † In aliis vero rebus mobilibus feudum dari non poteſt, niſi loco feudi eiecti detur pecunia. Quo caſu pecuniam proinde datam in feudum retinebit,vt in tit.explicit liber pri.in fi.j.reſpon.ſ. ſi de feu.vaſ.fue.inter.j.reſpon.arg. contr. ff. de pecul.l.quam
7 Tuberonis,§.vlt. vel dicas etiam, † ꝙ in omni re mobili poteſt conſiſtere feudum, licet non proprie, nec manente proprietate ſalua,ſed remedio ſatiſdationis,conſulitur domino, arg.Inſti.de vſuf.§.conſtituitur,ff.de vſufr.earum rer. quæ vſu
8 conſu.per totum.† Et non ſolum res proprię dari poſ.in feu. ſed etiam & communes, vt in titu. in conſti. Friderici ca.hac edictali.alias eſt rub.de no.feu.§.item ſcien.eſt.ſ.vt pars proinde detur quam in re communi habet,vt in alia parte nõ fiat præiudicium ei,qui rem communem non dedit:quoniam intelligatur ſuam tantum partem dare,ar. ff de lega.i.l ſi dominus.§.fi.& ar.C.de don.l.portionem.ext de dona.c.paſtoralis. Nam ſi daret totam rem communem,vel etiam alienam, tenet datio in præiudicium dantis. vt C.de commu.rerum alie na.l.i & ff.de contrahen.emp. l. rem alienam. & valet datio rei communis, ſi nondum dans ad diuiſionem prouocatus eſt,vbi lis eſt conte.ar ff.familiæ er.l.alienationes.C.commu-
9 ni diui.l.i.in fi.& in Lombarda de vlt.vo.l.pen.† Item licet prælatus poſſit in feudum dare quandoque res ſuæ eccleſiæ : vt ſ. dictum eſt in ſumma de illis,qui poſſunt res in feu.dare, §.1. non tamen poteſt dare rem eccleſiæ:vt in ti.quibus mod.feu. amit.§.item ſi epiſcop.argum extra de rebus eccl.non alie.c. j.de priui.c.cum plantare.& c.ſeq.in fi.& de verb.ob.cap.cum cleri.& conſue.eſſe expreſſum in de.antiqua Honorii. & extra de rebus ec.non alie.c.i.ſed argu.contra de vſu pallii.cap.i. De rebus vero ſuę eccleſiæ,an eas in feudum pare poſ. prælaſic tenendum eſt:quoniam res feudales.i.res quæ cõſueuerint dari in feudũ,poſſunt a prelato eccleſiæ dari in feu.& nõ aliæ de nouo.Et hoc in caſibus certis,vt cum vaſallo mortuo feudum ad eccleſiam redit.Item & cum vaſ.feu.eccleſiæ ſuæ,domini conſenſu alienat, quia poteſt eius filius vel conſan. vel conſors de eodem feu.inueſtiri.Item cum feu.eſt alienatum, quod alicui in feu.conceditur, vt illud recuperare procuret, & ipſum ab eccleſia, de facili non poterat recuperari: vt hi caſus leguntur extra de feu.c.ii.nec erit feudum nouum, qd' iterato confertur,vt extra de feu.ca.ex parte.ſicut nec eſt nouum ædificium quod fulcitur.ff.de noui oper.nun.l. 1.§. ſiqs ædificium.extra de iudæis.c.conſuluit.& aliud eſt in feudum dare de nouo,quod non licet,aliud reinfeudare, quia illud licet;ſicut aliud eſt facere,& aliud reficere,vt ff.de iti.ac.pri.l.3. §. reficere.n.licet verbũ reddendi,per ſe dandi habeat ſignificationẽ,vt ff.de ver.ſign.l.verbum reddendi. Quartus eſt etiã caſus, cum propter ſeruitium eccleſiæ factum mandato Papæ datur,vt extra de don.c.per tuas. quia retributio eſt ſeruitori ec. facienda,vt in d.decre.per tuas.& xij.q.ij.c. eccleſiaſticis,& c.quicunque.& c.ſi quos de ſeruis.& xxv.q j.c.vlt. circa fi.& extra de pęn.& remi c.ſigni. vel non aliter quæritur cauſa,quando eſt facta feu.conceſ.quamquam non integre eius traditio;quia poteſt fieri eius rei feudales integratio,vt ibi patet:vel alias notari poteſt caſus,vt prælatus poſſit rem eccleſiaſticam in feu.dare illi,qui tempore ſchiſmatis vel aliter in neceſſitate ſubuenerit ec.vel prelato,vt ibidem:qui caſus etiã probatur prædictis iuribus ſupra proxime allegatis : & ſi ita dicatur,non eſſet malum:cum prædictus caſus, quamuis per Doct.notetur,non colligitur per d.decre.cap.per tuas. vt dici poſſit ſpiritualis,niſi prout notaui de integratione facienda, quia de nouo ibi fuit facta conceſſio cum authoritate Papæ, vt ibi patet in prin.aliter non liceret de nouo infeudare,cum prelatus hoc iurat,vt in prædicto c.ex parte.in princ.& in di-
10 cta dec.c.per tuas.† Poſſunt & alii caſus notari,in quibus prelatus poteſt de nouo infeu.ſ.in omni caſu in quo ſibi licet rẽ eccleſiæ alienare,quorum primus eſt cauſa neceſſitatis: videlicet cum debitum vrget,vt C.de ſac.ſan. ec.auth hoc ius. vt x.q.ij.c.enim. §. hoc ius.dum tamen & inde enorme diſpendium non patiatur,vt eſt de hoc caſus exẽ de re. ec.non alien. c.ad noſtram. Item cauſa pietatis : vt pote pro redemptione captiuorum,vel alimonia pauperum, vt xij.q.ij.c.aurum , & in Aut.de alie.& emphy.§ ſanctiſſimas cauſas. & pro vtilitate proprię eccleſię,ut in Auth.de ec.ti.coll.ix.§.interdicimus, & in Aut.de reſt.& ea quę parit in xi.men.collatio.viii.& xii. q.ij.c.ſine exceptione.& in d.c.aurum. Item & cauſa incommoditatis euitandę, vel maioris vtilitatis cauſa: ſiue vt meliora proſpiciat,vt extra de his quę fiunt a prel.ſi.conſ.cap. c. cum apoſtolica.& c.tua,& 12.q.ii.c.terrulas.& extra de re.ec. non alie.c.vt ſuper.in fi.&in quibusdam aliis caſibus qui colligi poſſunt.xii.q.ii.c.aurum.& ext.de reb. ec.non alie.c.ad aures & in ſumma Azonis.C.de ſacroſan.ec.§.in caſibus tamẽ. & auct hoc ius.cum ſeq authenticis. Qui omnes caſus referri non poſſunt : In quibus omnibus caſibus ſupra enumeratis, cum poſſit fieri hęc alienatio; puta venditio vel permutatio vel emphyteuticus contractus, ex vtili vel neceſſaria cauſa, vel pietatis,eadem ratione poteſt fieri earundem rerum in feud.conceſ.cum nulla poſſit diuerſitatis ratio aſſignari, vt ar.C.de conſti.pecu.l.ult. & C.ad legem fal.l.ult.imo fortiori ratione dicendum eſt, quod poſſit fieri in prędictis caſib. feu
11 di conceſſio quam venditio vel permutatio:† quia in conceſſione feudi dominium directum penes dominum ſemper remanet,& non tranſit in accipientem,& ſemper res in ſeruitio domini remanet,vt in tit.qualiter iura.de.val.§.econtr.& in quib.cauſis feu.amit.c.i.& ſic non ſit proprie alienatio: vt ff.de ver.ſign.l.alienatum.vt dictum eſt ſup.in ſumma,de illis qui poſ.rem in feu.da.Item quia vaſallus in uenditione & pmutatione non accidit, cum ſemper a tradente in recipientẽ ex cauſa permutationis,vel venditionis dominium transfera tur,illud quod.ſ.tradens habet vtile vel directum, vt ff.de publi.l.eum qui.in fi.ff.de acq.re.do. l.traditio. & in quibuſdam
12 caſibus venditio & permutatio prohibetur,† in quib. non ꝓhibetur feudi conceſſio,prout notaui in ſum.titul.de illis qui feu.conce.poſ.§.item vaſ.in ti.quibus modis & ex quib.cauſis feu.amit.§.item prohibetur permutare.& §§.præcedentib. & ſequentib. Eſt & alius caſus, in quo prelatus vel eccleſia põt de nouo infeudare, vt cum allodium a laico alicui in feudũ datum eſt, & in eccleſiam transfertur quocunque modo vel contractu quocunque:eccleſia vel prelatus, poteſt eundem vaſallum de nouo,de eodem feudo inueſtire, ſeu de nouo illud concedere, ſi vult, vel ſibi retinere, & illi vaſallo auferre,ut in conſtitu.Federi. l. hac edictali. §.vlti. † Item res, quarum alienatio prohibetur,non poſſunt in feudum dari,niſi ĩ
13 caſu,ut in ti.de feudi cogn.c.inueſtitura.§.ſi res, & C.de fideicom.l.voluntas,quę res ſunt, ſcilicet ſacra & religioſa, & vſibus publicis perpetuo relicta. ff. de ver.ob.l.inter ſtipulãtem. §.ſacrã niſi forte prophanis adhęreant, quæ in feudum dantur:quia tunc non principaliter per ſe dantur,ſed rebus datis accedunt,& cum uniuerſitate in feudum conceſſa poſſunt in cauſam tranſire,vt ff.de contrahen. emp. l.hanc legem. & l. in modicis.& ff.de acqui.re.do.l.quędam,ff.de uſuc. l. ſi alienat.§.hoc iure,ff.de fundo do.l.i.extra de iure patro:c. ex literis.& c.cum ſeculum.extra de re iudi.cap.cum Bertholdus.in
14 princip.† Item res,quę ab imperiali domo proceſſit & eccleſia per ſe,& res,quę a lege data vel relicta eſt, ut alienari nõ poſſit,vt in Auth.de alie.& emphyteu.§.ea.& §. & quoniã;& §.ſanctiſſimas.coll.ix.in Authẽ.de eccle.tit.§.interd.coll.ix.ff. de leg.j.l.filius,§.Diui Seuerus & Antoninus l l. ff. de leg. 2.l.
15 cum pater,§.libertis.† Item res litigioſa.C.de liti. l.2.& vltim.
16 † Item & prędia Cęſaris,& quędam alię res, quę legantur. ff.
17 de leg.j.l.Idem Iulianus,§. vlti.† Item & res, quæ reſtitutioni ſubiacet,vt C.communia de leg.l.vlt.§. ſed quia, & in Auth.
18 de reſti.& ea quę par.§.j.coll.ix. † Item res poſitę in confinio, quę in extraneum alienari non poſſunt,vt C.non licere habitatoribus metro.l.j. libro xj. & quędam etiam alię res notatę ſunt,q̃ alienari prohibentur,ſ.ti.prox. §.item maior po-
19 teſt.quę hic poſſent competẽter notari.† Item quęritur, quid in iuriſdictione,vel aliis rebus incorporalibus, an in feudum dari poſſint? Reſpondeo,videtur ꝙ non,quia ſine traditione poſſeſſionis,res in feudum datę non poſſunt acquiri,vt dictũ

eſt

eſt ſup.in ſumma,ti.quib.modis feudum acquiratur.§.per talem.& §.ſeq & tales res non poſſidentur, vt ff.de acquiren.rerum domi.l.ſeruus, §.1.Vel dic quod conceſſio interueniat,q̃ habet loco poſſeſſionis:vel ſufficiat,quod dominus patiatur vaſallum vti,velut per poſſeſſionem rei corporalis, incorporalia intelligantur tradita.argu.ff.de iure dot.l.ſi ſponſalibus. in fine.& arg.C.de hęre.vel act.ven.l.pen.& vl.& ff. de officio eius,cui mandata eſt iuriſdictio.l.2.in principio,& in fi. C. de noua.l.3.ff.de peculio.l.Si Sticho.ff.de ſeruitutibus vrba.prædior.l.ſeruitutes.& l.ſi ædes. in fi. vel cautione res expediatur per dantem non fieri,quominus vaſallus eo iure vti poſſit,vt ff.de act.empt.& vend.l.ratio.§.2. & ff. de ſeruitu.l. quotiens. &,l.via.& de hoc quære arg.in ſumma,in tit.quib.modis, &
20 ex qui.cauſis feudum amit.§.de feudo etiam iuriſd. † Et nunquid ſpiritualia dari poſſint in feudum? & dicendum eſt, ꝙ non; quia alienari prohibentur; nec pro ſpiritualib. eſt homagium faciendum ſiue ſacramentum fidelitatis. extra de reg.iur.cap indignum. præcipuè a clerico, laico, vel clerico priuato,vt arg.extra de foro compet.cap. ſi diligenti.extra de maioritate, & obedien.cap.legebatur,extra de ſimonia.cap. ex diligenti. Aliud in prælato, cui clericus iurare poteſt, vt extra de iureiur.cap.nullus.& 23.diſt.c.quanquam. Item ſecus ex conſuetudine,vt extra de verborum ſign.c. cum clerici.& extra de elect. c. qualiter. De hoc dictum eſt in ſumm.
21 infra de ſac.fide.§.ſed nunquid. † Item quæritur, an decimæ poſſint laicis in feu.dari? ad quod reſpondeo, ꝙ non,in perpetuum, vt probatur per multa iura.x.qõ.j.cap.vlt. extra de deci.c.prohib.& c.ad hæc,& c.quamuis.xvj.q. vij.ca.j.& ij. & c.quoniam.extra de his,quæ fiunt a prælatis ſine conſenſu.c. cum apoſt.& c.ſeq.nec etiam ad tempus,vt titulus, ſed vt ſtipendium,ar.32.diſt.ſi qui verò.iure verò dominij, & poſſeſſ. penes eccleſiam remanente, quia nec laici decimas poſſidere poſſunt,vt extra de præſcrip. c. cauſam: Ideo verò dixi, in perpetuum, quia perpetuus feudatarius habet vtile dominium,ſicut emphyteuta,& publica. & qui à domino,ad non modicum tempus conduxit,vt ff.ſi ager vectig.l.j. & ff.de ſuperficieb.l.j.§.quod ait, vt de hoc plenè in ſumma dictũ eſt, ſupra quibus modis feu.acquir.§.per tales.& ti.qualiter iudi.
22 feu. ſit exami.§. cum verò agit. & §. ſequenti. † Et quid de re feudali,nunquid in feudum dari poteſt?dic vt dictum eſt, ſupra ti.de illis,qui rem in feu.dare poſſ.§.idem vaſallus. Item quid de allodio, nunquid poteſt in feudum dari? & dic, ꝙ ſic:dummodo diſtrictum & iuriſdictionem Imperatoris, vel alterius domini in feudum dare non præſumat, quem & q̃ quis in allodio habet,vt ar.in tit. de pace iur. firman.l. Imperator, §. ad hæc. & §. ſeq. & infra nouum non pater.c.qui ſibi & hæredibus. §. nam & illud. Quid autem ſit allodium, quære notatum ſup.in ſumma de feudis.§.ſed quoniam. Ad hoc quære argu.contraria infra in ſumma, de cauſis propter quas dominus amit.ius dominij, ꝙ habet in feu.§.j. vt idem
23 poteſt. † Item quid ſi quis fecerit de beneficio ſui militis alicui inueſtituram nunquid valebit? De hac materia,ita videtur iure iſto diſtinguendum: quoniam aut eſt feu. quod poſt mortem vaſalli ad dominum redire debet, aut non. Primo caſu,ſi fit conceſſio,vel inueſtitura, vt poſt mortem eius qui poſſidet, rem illam habeat in feudum, qui eſt inde inueſtitus:valet facta conceſſio, etiam inuito vel non requiſito vaſallo:& habet effectum talis feudi,facta conceſſio, cum feudum,domino apertum fuerit vel hæredi eius, nulla diſtinctione circa hoc habita, aperiatur datori ſiue domino, aut hæredi eius:quia cuicunque ipſorum aperiatur,facienda erit eius rei traditio illi,vel hæredi eius,cui facta fuerit conceſſio. Et hoc habet locum,quãdo dominus erat laicus, vel etiam clericus vel prælatus feudum concedens, de rebus ſuis proprijs: Si vero de rebus ſuæ eccleſiæ,diſtingue,aperiatur datori,in quo caſu,eſt a dicto datore,ſiue inueſtitore prælato, traditio facienda:aut aperiatur eius ſucceſſori, in quo caſu ſucceſſor rem non tenetur tradere: & dicta facta conceſſio effectum in hoc caſu non habet,niſi in caſu, quando inueſtitus fuit miſſus in poſſeſſionem feudi,voluntate eius qui poſſidebat:quia tunc ſi aperiatur ſolùm ſucceſſori,ipſe ſucceſſor debet habere ratam inueſtituram, & rem tradere inueſtito. Et hæc quæ dicta ſunt de prælato,habent locum,niſi feudũ fuerit inueſtito per ſucceſſionem acquiſitum:quia tunc indiſtinctè, & ſucceſſor inueſtitoris tenetur inueſtito ratam inueſtituram habere,vt hæc omnia colliguntur, in tit. qui feu.dare poſſ. & qualiter acquiratur.c. ſi vero archiepiſ. & in tit. ſi de feu.vaſ.fuerit inter.c.moribus,aliàs eſt Rub.ſi de feu. conten. fuerit.& in §.nam. & §.hoc ita eſt. In ſecundo vero caſu, cũ feudum nõ debet ad dominum redire mortuo vaſallo, ſub diſtinguitur,aut fit purè,aut ſub conditione,vel tempore: ſi purè,non valet,niſi fiat voluntate eius,qui poſſidet. Si vero ſub tempore, vel conditione, quo feudum domino aperietur, valebit inueſtitura, etiam ſine voluntate uaſalli facta. Hoc tamen etiam ſubdiſtincto in hoc caſu vltimo quando ſub tempore vel conditione,vt ſup.fit inueſtitura: quia ſi inueſtitor fuit laicus vel cler. inueſtiens de ſuis rebus, & ſiue ei aperiatur, ſiue eius hæredi poſtquam feudum ad dominum redierit. Si vero de rebus eccleſiæ non aliter ſucceſſor tenetur, niſi inueſtitori fuerit apertum, qui rem tradere poteſt, vel habet:vel niſi, prout ſup. aliàs in prælatis diſtinctum eſt, ſup.de illis qui poſſ.rem in feudum dare.§.ſed in ſupradict.vt hæc probantur in tit. qualiter vſus bene. ſit tenendus, aliàs eſt Rub.de feudo ſine culpa non amit.c.ſi quis fecerit.& in ti. hic inci.conſ.reg.l.lex Corradi. §.clerico. Sed iure Rom. ſiue ciuili videtur poſſe dici,quòd quis non poſſit aliquem de beneficio ſui militis ſeu vaſalli inueſtire, niſi ipſius vaſalli voluntate,cùm de re certa ſit inueſtitura. Secus in genere, ſcilicet ſi fiat de beneficio, quod ſibi ab aliquo vaſalllo fuerit apertum,vt arg.C.de pact.l.vlt.ff.pro ſocio.l.3.§. de illo,& ſecus,ubi ſub conditione fit de re certa, ſcilicet cum res ad ipſum dominum peruenerit,arg. ff. de pig.l. ſi fundus.§. aliena res.ff.qui pot.in pig.habe.l. idemq; eſt. §. ſi tibi. Verùm licet pro futura ſucceſſione ſit illicita datio,arg.C.de pact.l.ulti.& l.pactum quod dotali eſt tamen in prędictis caſibus licita,ſcilicet cum fit in genere,uel ſub prędicta conditione: quoniã in multis caſibus poteſt feudũ domino aperiri. multa exempla ſunt infra in quibus caſibus, & in quibus modis feudum amit.per totam quaſi ſummam, & argu. ff. de iure fiſ.l. non intelligitur.§. ſi quis palam. De iure uero Canonico ſimiliter uidetur, quod nullo modo facta feudi talis conceſſio ualeat,propter futuram ſucceſſionem: ut extra de conceſ. præben.& ec.non uac.c.j.ij.iij.& iiij. niſi in caſu, cum ſcilicet fit hoc modo, cum facultas ſe obtulerit,ut extra eo. tit.c. accedens. Eſt tamen ſciendum, quod in prædictis caſibus effectum habebunt prædictæ conceſſiones, quæ ſunt omnes cõditionales,cùm extabit conditio, ſcilicet cùm feudum apertum Domino fuerit:& cùm res ad Dominum peruenerit,& cùm ſe offeret facultas, ut hoc probant manifeſtè iura prædicta.& argu.Inſti.de uerbor.oblig.§.ex conditionali. & Inſt. de inuti.ſtip.§.antepen.ff.de uerborum oblig.l.ſi quis.§. ſi Titius. Hoc autem ſciendum eſt, quòd in omnibus prędictis caſibus,nunquam uaſallo fit prędiciũ eo uiuente,niſi conſenſerit,arg.ff.de ſeruitu.ruſtic. præ.l. per fundum.ff. de aqua plu.arcen.l.in concedendo.& l.ſi autem. Fit tamen prędiudicium ei,qui inueſtiuit,vt arg.ff.de contrah.empt.l.rem alien. & quia punitur, qui ſine conſenſu uaſalli inueſtituram de feudo eius facit, & uaſallum iniuſtè diſueſtit, ut in conſtitutione Corradi,quæ aliàs incipit,omnibus ſancte.§.ſuperioribus.& quamuis,ut ſupra diſtinxerunt uiri Placentini,conſenſerit uel non uaſallus: Mediolanenſes tamen,& Cremonenſes dixerunt,non referre,vtrum conſentiente, uel ignorante uaſallo Dominus de eius feudo inueſtituram fecerit, dummodo uiuente uaſallo, nullum detrimentum ei uaſallo fiat de ſuo feudo:& hoc intellige de eo milite, ſiue uaſallo, qui in feudum,ſucceſſorem non habet,ut in tit. qualiter iudiciũ feudi ſit exami.c.ſi quis inueſtiuerit.aliàs eſt ſub Rubrica, de feudo dato in uicem l.commiſſorię. Ad quæ uero teneatur Dominus,ſi facta inueſtitura rem non tradit inueſtito, poſſet hic tractari. Sed quoniam ſupra,quib. modis feud. amit. §.& eſt omnino traditio facienda,& §. ſeq. de hoc proprie & plane tractatur. Ideo hic tractare omiſi. Item nunquid in feudum res,concedi poteſt, quę alicui deberetur antequam ſibi ſit tradita? & uidetur quod ſic, ſicut & pignori obligari, ut ff. qui potio. in pigno. habe. l. creditor acceptis.§. cum ex cauſa.

De ſacramento fidelitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio ordinis,ac partitio.*
2 *Vaſallus iurat facta inueſtitura.*
3 *Caſus, in quibus non cogitur iurare uaſallus.*
4 *Pęna nolentis iurare.*
5 *Domino uendente ius feudi, an emptori ſacramentum fidelitatis præſtet vaſallus.*
6 *Forma iuramenti fidelitatis.*
7 *Clerici præſtant ſacramentum fidelitatis laicis.*
8 *Iuramentum domeſtici uel familiaris.*
9 *Iuramentum epiſcopi, quod præſtat Papę.*
10 *Archiepiſcopus iurat cum pallium recipit.*
11 *Clericus an iuret fidelitatem Epiſcopo uel Prælato.*
12 *Iuramentum clerici.*
13 *Iuramentum Abbatis Ciſtercienſ.*
14 *Imperatoris iuramentum, Papæ quod ſit.*
15 *Imperator quare iuret Papę.*

16 *Imperator*

Source : BIU Cujas

16 *Imperator est Papæ subditus.*
17 *Pœna facientis contra iuramentum fidelitatis.*
18 *Feudum accipiens ab ecclesia, an iuret Prælato vt ecclesiæ.*
19 *Filius emancipatus acquirens feudum sub conditione vt contra omnem hominem præstet auxilium domino, quod iurauit; an postea patri habenti feudum simili conditione, & iuramento succedens, iurare teneatur.*
20 *Filius seruus succedens in feudo patri liberto, an iuret contra Dominum suum defendere dominum feudi.*
21 *Vasallo mortuo, an omnes filii vasalli debeant iurare Domino.*
22 *Dominus non potest vnum ex vasallis eligere, qui feudum totum habeat.*
23 *Dominus an vni ex hæredibus suis assignare possit vasallum.*
24 *Vasallus an teneatur omnibus Dominis seruire, vel fidelitatem præstare, vel inuestituram petere ab omnibus.*
25 *Vniuersitas habens feudum: an singuli de vniuersitate præstent iuramentum.*
26 *An pro spiritualibus præstetur iuramentum fidelitatis.*
27 *Filia vasalli an iuret vel seruiat per filium vel maritum.*
28 *Dominus delinquenti vasallo remittens culpā, an de nouo inuestiri & fidelitatem iurare debeat vasallus.*
29 *Vasallus iurans fidelitatem Domino & successoribus suis, an postea eius successoribus teneatur iurare.*

CAP. VII.

1 QVoniam † post feudum datum & concessum, & post eius inuestituram, generaliter iurare debet fidelitatem vasallus Domino, vt in ti. explicit liber primus. capitul. inuestitura. §. finali. Ideo de sacramento fidelitatis tractādum est. Quando iurare debet vasallus: Et cui Domino iurare debet. Et quæ sit pœna nolentis iurare. Et de forma ipsius sacramēti. Et ad quę ratione sacramenti tenetur vasallus Domino. Et quæ sit pœna facientis contra sacramentum vel iuramē-
2 tum. † Iurare autem vasallus facta prius inuestitura, vt in titu
3 lo, explicit liber primus. c. inuestitura. §. vltimo. † Sed hoc fallit in casibus, in quibus non cogitur Domino iurare: vt puta quando feudum est acquisitum eo pacto, ne iuretur, vt in p̄allegato capitulo, §. nulla. Et cum est controuersia de feudo inter dominum negantem illum suum esse vasallum, qui ab ipso de suo feudo recto inuestiri petit: licet fiat inuestitura, tamen iuramentum differtur, donec de caussa principali, cognoscatur, vt in titulo, nouum non paternum. capitul. ex eo quod scriptum est, §. item dicit vasallus. Et cum Dominus est infidelis: siue quando errat in fide, vel est excommunicatus, vel bannitus a Rege, vel Imperatore, vt in titulo, hic inci piunt consuetudines regni. capitu. j. primo responso. & argumentum extra de præscript. capitu. veniens, de hæretic. cap. excommunicamus. §. si vero Dominus. Et quando Dominus denegat facere inuestituram, argumento. ff. de solut. l. si debitor. C. de vsur. l. acceptam. ff. quando dies leg. ce. l. v. nec Cister cienſibus, vt extra de statu monachorum, capit. recolentes. Ad hoc quęre inf. in summa, de causis propter quas excusatur vasallus, si Domino non serui. in principio. & supra de illis qui rem in feudum da. pos. §. item maior. Constat, cui domino iurandum non est: ergo omni alii Domino est iurandum. argumentum, ff. de iudic. l. cum Prætor. in princip. ff. de
4 lega. j. l. ab omnibus. primo responso † Et si non iurat, pœna hæc est, quia nolenti iurare non est facienda inuestitura, vt in ti. explicit liber primus. c. inuestitura. §. nulla. Et feudum sibi est auferendum, vt de hoc plene dicetur in summa, in ti. q bus casibus feu. amit. §. præterea si Dominus voluerit, & dixi
5 supra in summa, in ti. de feudis, §. item feudum. † Consueuit quæri, si Dominus vendidit ius quod hēt in feudo, vel in aliū transtulit, an vasallus teneatur emptori fidelitatem iurare? & est argum. quod sic, si sibi non nocet, vel si nō habet iustam contradicendi causam, argum. ad hoc, ff. de fideicom. liber. l. generaliter. §. quotiens. ff. solu matri. l. 2. circa prin. & xxv. q. 2. c. rescripta. C. de precibus impera. offe. l. rescripta. Sed contrarium argum. de nouo. & de leg. l. i. & penulti. & in consti. Federici. l. imperialem. §. nec Dominus, in ti. hic inci. consuetu. reg. l. lex Corradi, §. ex eadem. Et circa hoc vide, quæ plenius dicta sunt in summa, in tit. de causis propter quas Dominus amit. ius dominii, quod habet in feudo. §. i ¦ Est autem faciendum prædictum iuramētum fidelitatis secundum hæc iura, sub hac forma, siue in hunc modum: iuro ego T. ad sancta Dei Euangelia, quòd amodò in antea fidelis ero domino meo vasallus. Nec id quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, alii ad eius detrimentum manifestabo, vt hæc forma probatur in ti. qualiter iura. debe. vas. in princi. In qua forma probatur veritate inspecta, continentur omnia quæ in sequē tibus formis continentur. Verum quòniā fortius timentur, quæ specialiter iniunguntur, quam quę generaliter imperātur, vt 23. dist. ca. quamquam, & ext. de hęret. c. si aduersarius. Idcirco quidam specialiter comprehendunt in forma sacramenti huiusmodi multa, quæ in sequētibus formis enarrantur, propter quod per se, speciales ponuntur formæ alię, quæ in sequentibus §§ enumerantur. Alia enim est forma sacramenti vasalli, secundum decretum, quod est positum. xxij q. v. c. de forma. In quo decreto hæc continētur, qui Domino suo fidelitatem iurat, ista sex semper in memoria debet habere, incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit in damnum suo Domino, de corpore suo. Tutum, ne sit ei in damnum, de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in dānum vel de iustitia sua, vel de aliis causis, quę ad honestatem suam pertinere videntur. Vtile, ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile, ne id bonum quod Domin⁹ suus leuiter facere poterit, faciat ei difficile: nè ve id qđ possibile ei erit, reddat ei impossibile, vt fidelis hæc documenta caueat iustum est. Sed quia non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est; restat vt in prædictis sex casibus, consilium & auxilium fidele, Domino suo præster. Est & alia de nouo super fidelitatis iuramento forma inuenta & vtentiū consuetudine approbata, quæ hodie in omni fere curia, videtur obtinere: hæc scilicet, Ego T. iuro super sancta Dei Euangelia, quod ab hac hora in antea, vsque ad vltimum diem vitæ meæ ero fidelis tibi G. Domino meo cōtra omnē hominē, excepto Imperatore vel Rege. Quod verbum, si recte intelligatur, nulla indiget adiectione. Sed integram & pfectam in se continet fidelitatem; sed propter simplices & significationis nominis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adiici solet, id est, iuro quod nunquam scienter, ero in consilio vel in facto, quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes, vel in antea habebis. Et si sciero, vel audiero de aliquo, qui velit aliquod istorum cōtra te facere pro posse meo, si, vt non fiat, impedimentum præstare nequero, quam cito potero tibi nunciabo: & contra eum, vt potero tibi meum præstabo auxilium. Et si contingeret, te rem aliquam quam habes vel habebis, iniustè vel casu fortuito amittere, eam recuperare iuuabo, & recuperatam omni tēpore retinere. Et si sciuero, te velle iustè aliquem offendere, & inde specialiter vel generaliter fuero requisitus, meum tibi, sicut potero, præstabo auxiliū. Et si aliquid mihi in secreto manifestaueris, illud sine licentia tua, nemini pādam, vel per quod pandatur faciam: & si cōsilium à me super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo, quod mihi videbitur tibi magis expedire: & nunquam ex mea persona aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam iniuriam vel contumeliā: prædicta forma notata est in quibusdam libris, in eod. titu. c. iij. quod cap. plures non habent. Addunt etiam multi formę sacramenti, præterquam cōtra Imperatorem, vt in Authen. ut cum de appel. cog. §. causas. coll. viij. & in consti. Federici. l. imperialem. §. ult. Et præterquam contra maiorem Dominum siue antiquiorem, vt in ti. hic inci. consue. reg. ca. i. §. contra omnes, & præterquam contra patriam suam, vt in d. §. causas. in ver. si eos. & arg. ff. de iusti. & iure. l. 4. Et veritatem dicam, si testis datus fuero in controuersia, quæ inter te & alium vasallum fuerit. quod vasallus tenetur facere, vt argum. in titu. explicit liber primus, §. si enim Domino. in consti. Federic. l. hac edictali. §. notandum est de omni. Qui §. est sub Rubrica de notis feudorum. Et tibi iustitiam faciam, quod tenetur facere vasallus, argumen. in ti. in quibus casibus feu. amit. §. illud. Et si sciuero assaltum, mortem, captionem, vel grauem patrimonii tui iacturam tibi imminere, quam citi⁹ potero, tibi illud manifestabo. Et ad hoc tenetur vasallus, ut
7 in titu. in quib. casib. feu. amit. c. ii. §. item si vasallus. † Et hoc sacramentum fidelitatis præstare etiam tenentur clerici laicis, a quibus feudum habent, vt innuitur extra de iureiu. c. nimis. Quia eis, quo ad feudum, subditi sunt, vt extra de maiorita. & obe. c. solitæ. versus prin. & xviij. dist. c. si Episcopus. & xxiij. q. vlt. c. si vobis, & c. conueniar. quasi per totum, arg. extra de appel. c. cum parati. circa hoc vide in summa, in tit. de cont. feu. & in ti. qual. iud. feu. sit exa. & termi. §. generaliter. & s. in tit. quibus res in feud. dari potest. §. item accipere potest. Ex forma cuius sacramenti tenetur vasallus facere & obseruare oīa propter quæ feudum amittitur, si ea non facit uel non obseruat: quæ exprimuntur in summa, tit. quib. mod. & in quib. casi
8 bus feudum amit. quasi per totum. † Et quoniam non solum vasalli iurant Dominis suis fidelitatem, sed etiam plures alii suis maioribus iurant, & illorum iuramentum seu iuramenti formam scire expedit propter quotidianum vsum & frequentes quæstiones: ideo de singulis hic pauca inseramus. Vnde est sciendum, quod quandoque quis iurat alicui cuius

non

Source : BIU Cujas

non eſt vaſallus cum ab ipſo feudum non habeat: eius tamē eſt iurisdictionis vel domeſticꝰ, ſiue familiaris. Cuius ſacramē tum tale erit. Quoniam iurat nominatim vitam illius ſaluā fieri & membrum, mentem & eius honorem, vt in titu. qualiter iurare debe. vaſal. §. i. & quod non erit in conſilio vel facto, quod Dominus vitam perdat, vel iurisdictionem. Et ſi ſciuerit aliquem feciſſe vel facere velle: quod Domino, vel eius nuncio ſine fraude manifeſtabit, & eum adiuuabit retinere. Et ſi perdiderit recuperare in ipſa ciuitate, vel uilla vbi iurisdictio eſt, argumen. in tit. de pace Conſtantiæ. §. & omnis de ſocietate. & c. in nomine Chriſti iuro ego quod amodo. Et fortaſſe familiaris vel domeſticus ideo iurat, quia Dominus videbitur habere iurisdictionem in ſuos miniſtrales, & in ſuos agricolas, vt in ti. de pace tenēda & eius violatoribus, §. ſi miniſtrales. & in Auth. de quæſtore. §. ſi vero forſan, coll. vi. & coertionem quandam temperatam in eos habet, argumen. ff. de iurisdict. om. iudic. l. magiſtratibus. & ff. de iniur. l. item apud. §. adiicitur. & l. non ſolum. §. quanquam. & C. de emen. ſer. l. vna. & C. de emen. propin. l. i. & C. de agric. & cen. l. ult. in fine libri xi. & in Lombar. qualiter mundual. l. vltima extra de off. iud. ord. c. cum ab Eccleſiarum, cum his quæ ibi notan
9 tur, & ff. de cuſtodia & exhibitione reorum. l. de militibus. †Iurat etiam Epiſcopus Domino Papæ, in hunc modum, Ego Epiſcopus H. ab hac hora in antea fidelis ero ſancto Petro, ſanctæque Romanę eccleſiæ, Dominoque meo papę, & eiuſdem ſucceſſoribus canonice intrantibus. Et non ero in conſilio nec in facto vt vitam perdat, aut membrum, vel capiatur mala captione. conſilium quod mihi aut per ſe, aut per literas: aut per nuncium manifeſtabit, in eius damnum nulli pādam. papatum Romanæ Eccleſiæ, & regulas ſanctorum Patrum adiutor ero ad defendēdū & retinendum) ſaluo ordine meo) contra omnes homines. vocatus ad Synodum, veniam niſi præpeditus fuero canonica præpeditione. Legatum Apoſtolicæ ſedis, quem certum eſſe cognouero, i eundo & redeū do, honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adiuuabo. Apoſtolorum limina ſingulis annis aut per me, aut per certum nuncium viſitabo, niſi eorum abſoluar licētia, ſic Deus me adiuuet & ſancta Dei Euangelia, vt hæc forma continē extra de iureiurand. c. ego, cui ſacramento addebat Magiſter meus, G. Ricardus in fi. dictæ decre. hoc ſcilicet, nec de nouo infeudabo: & facit pro eius additione, extra de feu. c. ii. ī prin.
10 & extra de donatio. cap. per tuas. †Item archiepiſcopus cum pallium recipit a Domino Papa vel nuncio eius, ſemper dēt iurare pro fide recipienda, & pro veritate ſeruanda: vt extra de elec. c. ſignificaſti. Et ſi prædictum ſacramētum facere noluerit, nunq̄ eſt ſibi pallium cōcedendū, vt ibidem. quod iuramentum etiā debet facere ſub forma comprehenſa ſupra, & ſub alia comprehenſa infra eodem in §. cum vero. & profeſſionem ſuæ fidei prius iuramento confirmare: quam pallium recipiat, & cauere vt Apoſtolicis decretis, atque Synodalibus ſtatutis obediat, vt 100. diſtin. capitu. nouit. §. cauſſa-
11 rum. †Item iurat clericus ſuo Epiſcopo vel Prælato, & eccleſiæ ſuæ maiori fidelitatem, ſiue Capitulo & Prælato: vt extra de verb. ſign. c. cum clerici: & extra de exceſſib. Præla. c. grauē. & extra de elec. c. qualiter. ſed contra extra de ſymo. ca. ex diligenti. & extra de iureiu. c. nullus. Ad hoc dicunt Doctores, clericum Prelato ſuo nō debet iurare fidelitatē pro bñficio, quia eſſet ſimonia, vt in d. c. ex diligenti: & ext. de reg. iur. c. in dignum. Cū vero clerici accipiunt adminiſtrationē Prælatis, debent iurare & obedientiā & reuerentiam & non aliter, vt in d. c. nullus. in d. c. qualiter. & 23. diſt. c. quāquā. & in d. ca. cū clerici. Et tunc ſimiliter iurare obedientiā cogi poſſunt, cum ſunt ſuſpecti in obediētia; licet eis adminiſtratio Eccleſiæ, nō cōmittatur, vt extra de maio. & obe. c. cum in Eccleſiis: alias generaliter non compelluntur obedientiam iurare. vt extra de maio. & obe. c. legebatur. & extra de ele. c. ſignificaſti. circa finem. Sed ſine ſacro eam promittere debent: vt in d. ca. quanquam, in fine. & de conſe. diſtinct. v. c. in omnibus. in fin. Manualem enim obedientiam, & reueruentiam & honorificentiam omnem debent ſuo Prælato exhibere, vt extra de maio. & obe. c. his quæ. & de reſti. ſpo. c. olim. i. circa princip. Et fidelitatem etiam manualem promittere debent, argum. extra de re iud. c. cum inter vos. niſi Domino Papę fidelitas & homagium promittatur: quia tunc iuramentum fidelitatis, & obedientiæ eius præſtatur, vt ext. de priui. c. antiqua. & intelligit quidam dictam decre. cum clerici, cum ſuis concord. loq ſecundum prædic. determinationem, vel loqui ſecundum cō ſuetudinem Eccleſiarum & nō de iure: aliam vero, grauem, ſimiliter intelligunt etiam aliter, vt loquatur in eo caſu, in quo clericus habet feudū, vt laicus: ab Eccleſia vel Prælato, non vt clericus beneficium eccleſiaſticum: quia tunc non iuraret per multa iura, ſupra allegata. Vnde ex prędictis nota duos caſus, in quibus iurare compellitur clericus, ſcilicet ratione adminiſtrationis ſibi cōmiſſæ, vt in d. c. nullus. vel quia eſt ſuſpectus de inobedientia, vt in d. c. his quæ. & in d. c. ſignificaſti. Tertius ſi ſic loci ſeu Eccleſiæ conſuetudo, ſe habet, vt in d. c. qualiter. & in d. c. clerici. Quartus pro fide, ſcilicet ſeruāda in d. c. ſignificaſti. & ij. q. v. c. j. & j. q. vij. ca. conuenientibus, & c. quoties. vbi plene forma traditur ſacramenti, quod præſtat hæreticus cum ad fidem reuertitur. Quintus caſus eſt, in quo iurare compellitur, ſcilicet pro veritate, vt in d. c. ſignificaſti. videlicet pro teſtimonio dicēdo, vt xiiij. q. ij. c. quāquam. Quia niſi iuratus deponat, non creditur ei, vt C. de teſti. l. iuſiurandi, & extra de teſtibus. Sextus eſt, pro pace ſeruanda, vt, xxij. q. j. c. omnē. & q. iiii. c. innocens. Item ſeptimus pro fama, ſcilicet conſeruāda, & infamia euitanda ſeu compurganda, vt extra de purga. ca. per totum. & 2. q. v. c. habet. & cc. ſequentibus. Item octauus, compellitur electus in Epiſcopum bonorum Eccleſiæ dilapidator propter filias, vxorem, vel cōiūctas alias perſonas: vnde compellitur iurare, ne res Eccleſiæ, alienet, vt 28. diſt. cap. Siracuſanę. Hoc autem non omitto, q̄ fuit quorundam ſententia, qui dixerunt quemlibet ordinandum, ſuo ordinatori & quemlibet ſubditum, ſuo Prælato, & canonicum, cum inſtituitur ſeu creatur, Epiſcopo ſuo, debere præſtare ſacramentum fidelitatis, ar. pro eis. 23. diſt. c. quā quam. & lxiij. di. c. tibi Domino. & ext. de iurei. c. ego. pro quorum ſententia facit: quia in his canonicis & ſubditis, Epiſcopus ſiue prælatus, iuriſdictionem habet, vt extra de maio. & obe. c. cum in eccleſiis. & extr. de offi. ordi. c. cum ab eccleſiarum prælatis, cum ſuis concordantiis. Et ad hoc ſacramentū fidelitatis ſibi tenentur, vt in ti. qualiter iura. debe. vaſal. §. i. &
12 circa hoc quære argum. ſup. eod. §. & forte familiaris. † Cum vero clericus iurare debet ſuo ordinatori. ſ. cum ſuſpectus, eſt, vel etiam cum ſibi adminiſtrationem committit prælatus, vel pallium a Papa vel eius nūcio recipit electus, vel etiā cum quis in prelatum ſeu ad eccleſiaſticos gradus eſt promouendus, talis poteſt eſſe forma ſacramenti, præter iura notata, vt fidem catholicam ſincera cordis contritione atque deuotione cuſtodiens, & iuſte & pie viuere debeat, & in nullis operis, ſuis canonicis regulis contradicat, & vt debitum honorem atque obſequii reuerentiam exhibeat ſuo prælato, vt
13 hæc forma colligitur. xxiij. diſtinct. c. quanquam. † Item promittunt abbates Ciſterc. ordin. conſecrandi, epiſcopis & archiepiſcopis, profeſſionem obedientiæ, ſub hac forma: Ego frater abbas Ciſtercien. ordin. ſubiectionem & reuerentiam, & obedientiam a ſanctis patribus conſtitutam, ſecundum regulam ſancti Benedicti, tibi domine epiſcope, tuiſque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Apoſtolicę ſal. ordine meo perpetuo exhibiturum promitto, vt hæc forma
14 continetur, extra de ſimo. c. ne Dei. Imperator etiam iurat domino Papæ fidelitatem, in hunc modum; Tibi domino Ioanni Papę, ego rex Otho, promittere & iurare facio, per Patrem & filium & Spiritum ſanctum, & per hoc lignum viuificæ crucis, & per has reliquias Sanctorum, quod ſi permittente domino, Romam venero, ſanctam Romanam eccleſiam, & te Rectorem ipſius, exaltabo ſecundum meum poſſe & vitam, aut membra nunquam, neque ipſum honorem, quem habes, mea voluntate aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione, perdes. Et in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam, de omnibus quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio. Et quicquid de terra ſancti Petri, ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddā: cuicunque Italicum regimen commiſero, iurare faciam illū, vt adiutor tui ſit ad defendendum terram ſancti Petri, ſecundum ſuum poſſe. Quæ forma ſacramenti continetur. lxiij. diſ. cap. tibi domino, in prin. cuius videtur eſſe intellectus, q̄ Imperator illud ſacramentum faciat per procuratorem, & non per ſe in perſona propria, cum dicit, promittere & iurare facio. Et ita Ioannes Gloſſator Decretorum, illud cap. videtur intellexiſſe, in quadam ſua gloſa. Dominus tamen Rofredus aliter intellexit, notans quod prædictum ſacramentum facit manu propria Imperator, Legato Domini Papę cū in Regē eligitur. Et poſtea Domino Papæ perſonaliter, cum Romam venit. Et ita dixit ſe vidiſſe quondam cum Imperator Federicus II. fuit in Imperatorem coronatus ſiue cum Romam venit facta ſua electione: cuius intellectus rationi conſonare non videtur. Quoniam quis ſecundum eum bis idem præſtabit iuramētum, quod videtur iniquum, vt bis idem exigatur, vt ar. ff. nau. cau. l. & ita. §. fi. & l. licet: in fi. ff. de furtis, l. interdū. §. i. ff. de iniuriis. l. ſed ſi vnius. §. ſinautem. extra de accu. cap. de his. ext. de colluſione. c. fi. Sufficit enim ſemel pro eodem facto iurari, niſi ex cauſa, vt argumen. extra de colluſion. c. vl. Et ſi amplius quam ſemel exigatur a malo eſt, extra de elect. c. ſignificaſti. & extra de iureiur. c. & ſi Chriſtus. & in Aut. colla. v. vt defuncti ſeu fu. §. oportet. & in Aut. vt hi qui ingre. ad ap. §. vlti. colla. v. & extra de præſump. c. literas. Niſi forte quis dicere vellet prædictum ſacrm eſſe præſtandū, iuxta verba dicti capituli, quando in regem eligitur, vt tunc in p̄ſona ſua

pre

Source : BIU Cujas

prędictum faciat ſacramentū. Cum vero in Imperatorē iungitur, conſecratur, & coronatur, ſufficiet, q̄ p̄ interpoſitam perſonam, ſiue per procuratorē prædictum, prętet iuramētum, quod ſe facturū promiſit. Et ita præſtabit primo, manu ſua, cū in Regē eligitur dictum ſacramentū: Et poſtea, cum in Imperatorem coronatur, faciet per procuratorem, dictū ſacramentū, quod ſe facere promiſit. Et hunc intellectū, prędictum capitulum innuere ſatis vī, vt ſic in ſecūdo ſacramēto magis ei deferatur, quam in primo. Adeo quod in perſona propria, ipſum ſacramentū facere nō habeat, propter excellentiam imperialis dignitatis: ſicut & alias p̄p̄ dignitatē ep̄alē, epiſcopo parcitur, ne iuret tactis corporaliter euangelijs, ſed ante ſe poſitis, vt extra de iu. calum. c. vlt. C. de epiſ. & cle. aut. ſi iudex. niſi cū ad fidem reuertitur: q̄a tunc iurat tactis euangelijs, vt 1.q. 7. c. quotiens. Et q̄ñq; non per ſe, ſed p̄ aliū quis iurat, vt ext. eo. tit. c. in pertractādis, & c. Imperator. Poſt prædictum ſacramētū, idem Imperator Dño Papæ promiſſionem facit & ſucceſſoribus eius in hunc modum: Ego Ludouic⁹ Imperator Romanus Auguſt⁹ ſtatuo, & ꝯcedo, p̄ hoc pactū ꝯfirmationis nr̄æ, tibi beato Petro principi Apoſtolorū, & p̄ te vicario tuo, Domino Paſchali ſummo Pontifici & ſucceſſoribus eius in perpetuum, ſicut prædeceſſoribus veſtris vſque nunc, in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis & diſpoſuiſtis Romanam ciuitatem, cum ducatu ſuo & ſuburbanis atque viculis omnibus: & territorijs eius, mōtanis atque maritimis littoribus, & portubus ſeu cunctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis ac villis in Tuſciæ partibus. Item quando diuina vocatione huius ſacratiſſ. ſedis Pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex regno noſtro, aut Franc⁹, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus, licentiam habeat, contra Romanos, aut publice, aut priuatim conueniendi, aut electionem faciēdi, nulluſque in ciuitatibus, aut in territorijs, ad Eccleſiæ beati Petri apoſtoli poteſtatem pertinentibus, aliquod malum propterea facere p̄reſumat. Sed liceat Romanis cum omni veneratione & ſine aliqua perturbatione, honorificam ſuo pontifici exhibere ſepulturam: & eum quem diuina inſpiratione & beati Petri interceſſione, omnes Romani vno conſilio, atque vna concordia, ſine aliqua promiſſione, ad pōtificatus ordinē elegerint, ſine aliqua ambiguitate atque cōtradictione, more canonico conſecrare. Et dum conſecrat⁹ fuerit, legati ad nos vel ad noſtros ſucceſſores reges Francorum dirigantur, qui inter nos & illum amicitiam & charitatem ac pacem conſocient, prædicta leguntur, lxiij. diſ. c. ego. Sed cum Imperator non habeat imperium in feudum a Papa, nec eius ſit vaſallus, ſecundum quoſdam, vt ſupra dixi, in
15 tit. de vaſallis: † Quare ei iurat fidelitatem? Dic quod ideo, quia licet Principes Alemanię ius habeant & poteſtatem eligendi Regem, in Imperatorē poſtmodum promouendum, quod ius habent ab eccleſia Romana, qua Romanum imperiū a Græcis tranſtulit in Germanos, id eſt, Theutonicos, in perſona magnifici Caroli. Cuius electi in Regem, ius & authoritas examinandi perſonam electam ī Regem & promouēdam in Imperatorem, ad Dominum Papam ſpectat, qui habet eundem Imperatorem promouere, inungere, cōſecrare, & coronare, & electionē ſacram in Regem confirmare. Qui Imperator aduocatus & defenſor eſt eccleſiæ Romanæ, vt hæc leguntur extra de elec. c. venerabilem. Igitur domino Papæ iurare debet, argum. præallegati. ca. 23. diſt. c.
16 quanquam. † Et per prædicta etiam probatur, eſſe ſubditus Papæ, qui ipſum approbare & improbare poteſt & de imperio remouere, vt in d. c. venerabilem. Ergo eſt eius iuriſdictionis, cui tanquam ſuo maiori ſubditus eſt, a quo vt a maiore ſuo, iudicari poteſt, vt ibidem, & xcvij. diſtinct. c. inferior, quare ſibi debet fidelitatem iurare, vt in titulo quali. iura. debe. vaſ. §. j. Ex ſupraſcriptis formis ſacramentorum & ex his quę ſupra, in hoc titulo ſunt notata, patet manifeſte, quòd non omnis, qui iurat fidelitatē, probatur eſſe vaſallus: eſt tamen argum. ſiue probatio ſubiectionis. Et ad idem ar. C. de Lati. liber. tol. l. vna, §. ſed & ſi quis, & §. ſequēti. & §. ſed & qui. C. li. xj. de agr. & cenſi. l. cum ſcimus, primo reſponſo, & l. cum ſatis, §. j. & extra de reſt. ſpo. c. cum veniſſet, & extra de elec. c. ſignificaſti. in fi. & extra de cenſi. c. 2. & extra de priuil. c. recipimus, & extra de præſcri. c. ad audientiam, & C. de naturali. libe. l. 3. in Auth. quibus mod. na. effi. leg. §. ſi quis igitur. colla. 7. Sed contra extra de cen. cap. peruenit, & extra de cau. poſſeſ. & propr. c. vlti. Circa hanc materiam in ſumma vide argum. infra in tit. de conten. feu. §. ſed pone, quòd inter
17 dominum & vaſallum. † Eſt autem pœna facientis contra dictum ſacramentum vel omittentis facere, quæ ex dicto beneficio eſſe videbuntur, & ſaluus non erit fidelitate, quam promiſit: & ſic cenſebitur merito malæfidei, quia in ipſorum præuaricatione faciendo vel conſentiendo deprehenſus, erit perfidus & periurus, vtī d. c. de forma fidelitatis, in fi. Vnde ex his ſequitur q̄ feudum amittit, quia contra iuramentum & fidem homagij facit, ut in titu. de exceſ. præla. c. grauem. Et eſt ratio, quia non ſeruat domino præmiſſa, quare dominus non tenetur ei res ſuas dimittere: immo eas ad ſe poterit aduocare, argum. ff. locati. l. quęro, §. penu. & extra de iureiu. c. querelam, & c. peruenit, & C. de emphyteu. iu. l. 2. & Inſti. loca. §. adeo. & de hoc dictum eſt in ſumma, in ti.
18 quib. mod. feu. amit. §. & generaliter. † Sed nunquid, qui recipit feudum ab eccleſia, iurat fidelitatem prelato, ſicut & eccleſiæ? & eſt argum. quod ſic, lxiij. diſt. c. tibi Domino. & extra de iureiuran. c ego. 23. diſtinct. c. quanquam, ad hoc quære argum. ſupra eadem ſumma. §. item iurat clericus. Similiter ſi feudum quis recipiat à prelato, iurat eccleſiæ ſicut & prelato, vt argum. in prædictis iuribus extra de verbo. ſignifi. c. cum clerici, quia domini canonici ſunt pars corporis eius,
19 vt 7.q.j.c. ſcire debes. † Conſueuit queri, ſi aliquis habēs feudum ea conditione, vt contra omnem hominem præſtet domino auxilium & conſilium, & hoc iurauit, filiumque tuū poſtmodum emancipauit, qui facta emācipatione feudum nouum ſibi acquiſiuit & domino ſuo iurauit, contra omnē hominem præbere auxilium & conſilium: mortuo vero patre & ei hærede exiſtente, nunquid tenebitur iurare domino quondam patris ſui, ſecūdum cōditionem eiuſdem patris. ſ. contra omnem hominem: quod ſi non facit, an propter hoc feudum amittat, vel ſufficiet iurare, & exceptare domini ſui perſonam? & q̄ iurare debeat ſecundum patris ſui condōnem, vel feudum dimittat, euidenti ratione q̄uincitur. Quia dicta pactione, in feudi datio appoſita, fuit licita & honeſta, ergo ſeruanda. Si ergo non ſeruatur, dominus feudum recuperabit & feudatarius eo recte priuabitur. C. de tranſact. l. ſi quis maior. C. de condi. ob cau. da. l. j. & l. dictam, & ff. eo. qua ſi per totum, ff. locati. l. quęro, §. penul. extra de iureiur. c. peruenit, & c. querelam, cum earum concordantijs, notatis ſ. c. ti. in §. eſt autem pęna. in titu. quibus caſibus feu. ami. §. illud. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ſine periurio illi conditioni parere non poteſt, quia ipſe hanc ſibi neceſſitatem impoſuit. Vnde ſibi imputet, vt ff. quod metus cauſa, l. ſi mulier. in princ. ff. ſi quis cau. l. 2. §. tempeſtatem. ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi ideiuſſor, §. j. ff. de iud. l. interdum, in fine. Non enim excuſatur quis ob id, quod ſua culpa prouenit argum. ff. commo. l. ſi vt certo, §. ſed interdum. Sibi enim imputet, qui culpa ſua, dānum paritur, vt ibidem, & ff. de euic. l. Herennius Modeſtin⁹, in fi. & l. cum venditor, in prin. ff. de reg. iu. l. quod quis culpa. Debuit enim prouidere, q̄ hoc euenire poterat: & quia non prouidit, ſibi imputet, vt argum. ff. locati. l. ſi quis domum. Nec obſtat, ſi dicatur quod ignorauerit dictam cōditionem, cum nouum feudum accepit: quia ſcire potuit & debuit ipſam a patre ſuo inquirendo, argum. ff. de iuris & facti igno. l. regula. ff. quod vi, aut clam. l. prohibere. §. fi. & l. denique, §. 3. ff. de bo. poſ. l. bonorum. Item, non debet plus iuris habere filius, quam pater, in cuius iure ſuccedit, argum. ff. de reg. iur. l. qui in ius, & l. quod ipſis. Item videtur dicendum, vt filius repellatur a feudo paterno, propter nouam & inopinatam cauſam, vt argum. ff. de inter. act. l. de ętate, in titu. in quibus caſi. feu. amit. §. prędictis modis, ff. vt in poſ. lega. l. plane. Ecōtra videtur, q̄ filius non habet iurare ſecundum conditouē, nec feudo priuari debeat, ſi eo modo non iurat: quia illam conditionem ſi ſeruare vellet, non poſſet, & ſic non aſtringitur ea conditione, argum. C. de legat. l. ab adminiſtratione. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. factis. l. reprehendenda. Nec dicitur, poſſe fieri, prędipuè ſi ſine turpitudine facientis fieri nō poteſt, argumen. ff. de condi. inſti. l. filius. Item in dicta conditione appoſita, ſiue in dicto pacto appoſito, eſt hęc conditio ſubintelligenda, ſi fieri poterit. ff. de cura. bo. dan. l. j. ff. de cōd. inſti. l. quem ſub conditione, §. mortuo autem, in fi. extra de iureiuran. c. quemadmodum. & c. petitio, & c. ad noſtram, & 23. q. 4. c. inter cœtera, & arg. extra de poſtu. c. vlt. C. de aduo. di. iudi. l. petitionem, extra de reſcr. c. cum ad eo. ff. de mune. & hono. l. gradatim. §. j. Nec imputabitur ei, ſi non diuinauit conditionem prędictam, vel mortem patris ſui, qui prędecere poterat. Quia nemo cogitur diuinare, vt extra vt beneficia eccleſiaſtica ſine diminu. confer. c. j. & ff. ad leg. Aquil. l. ſi putator. in fi. & ff. manda l. ſi fideiuſſo. §. ſicut. Nec enim debuit, certum pro incerto dimittere, iuxta prouerbium uſitatum, Accipe certum & dimitte incertum, argum. Inſt. de rerum diuiſio. §. illud quęſitum, argum. ff. de annu. lega. l. Meuia. §. vxorem, extra de ſponſa. c. iuuenis, & de pœn. diſtinct. 7. ca. ſi quis poſitus. Et hoc eſt conſilium ſapientis. Præterea remittenda ex filio conditio talis, quod ī eius perſona, vt pote turpis, & impoſſibilis, propter aliud ſui domini iuramentum, argum. ff. de lega. j. l. turpia. in prin. & C. de inſti. & ſubſti. ſub conditione fact. l. reprehendenda, ex quo primo ſacramēto vertitur impoſſibilitas, vnde debet ab huiuſmodi impoſſibili conditione abſolui, argum. extra de condi. appoſitis, c. j. & vlti.

Source : BIU Cujas

& vlt.ff.de vſu & habi.l.ſed neque.ff.de pollici.l. Imperator. ff.de condi.inſtit.l.conditiones.Inſti.de hære.inſti.§ penul.C. de condi inſert. & l.cum pater.Ad hanc quæſtionem quære argu.in ſumma,in tit. quibus mo. & in quibus caſibus feud. amit.§.ſed quid ſi dominus pater.Sol.ſecundum Pil. vt dicatur, quod filius admittatur, ſi æquè bonum præſter, ſiue loco ſui ſubſtituat, qui iuret fidelitatem, contra omnem hominem, ar.C.de decurionib.l.nullus qui.in fi.& l.neminem. lib.x.C.de princ.agen.in reb.l.agentes.§.quod ſi.lib. xii.ff.pro ſocio.l.denique erit.Et hoc, cùm nouum feudum acquiſiuit non in fraudem feudi paterni: Alioquin feudo eſſet priuandus, niſi iuraret præciſe,vt in cõſt.Federici.l.imp.§ illud.Vel, prout puto, debet iurare præcisè, prout pater fecit: nam cõditio feudi non debet mutari ex perſonis hęredum,vt arg.ff. de verb.oblig.l.ii.i.reſpon.Nec iſtud ſacramẽtum obuiat primo: quia in primo tacite hoc ineſt, vt maior dominus intelligatur exceptatus,vt in d.conſt.Federici.l.imperial.§.contra omnes. Et maiorem reputo dominum, quẽ habet iure patrimonij.ſimilia notantur in ſumma,in titu.de cauſis,propter quas excuſatur vaſal.§.excuſatur. & §. ſeq. Nam dominus patris quondam, quodammodo filii dominus eſt: quia ab offenſione eius ſe cuſtodire debet, etiam viuente patre, vt in conſti.Fede.§.inſuper ſi filius.& arg.Inſti.de hære. qualitate & differentia.§.ſed ſui quidem. ff.de liberis & poſtu.l.in ſuis.& ff.de leg.hær.l.in ſuis. Ad hanc quæſtionem quære arg. in ſumma, in titu.quibus modis,& in quib.caſibus feu.amit.
20 ſed quid ſi dominus. † Similis poteſt notari quæſtio, in filio ſeruo, ſuccedenti in feudo patris liberi: quia videtur, quod non debeat iurare contra dominum ſuum, cùm antiquior ſit:& maiorem aſperitatem timet a domino proprio,quam a domino feudi,quia dominus proprius plenam habet coertionem in eum,vt argu.ff.de lega.i.l. quid ergo. §. ſi hæres ff. de vſufr.l.locus.§.j.Inſtit.de his qui ſui vel ali.iuris ſunt.§.nã ex conſtitutione.Item libertus ſeruitutem timet,quæ eſt maior vel ſimilis morti,vt C.de obſ.patro. præ. l.ſi manumiſſori.C.de liber.& eorum liber.l.ii.ff.quod met.cauſ. l.iſti quidẽ. §.i.& l.ego.ff.de condi.& demon.l.mora.& l.intercedit.in fi. Item quia ſeruus debet omnino defendere dominum,& ſuã ſalutem poſtponere ſaluti domini.ff.de iniur.l. ſed ſi vnius. §.ſi iuſſu. ad Silla.l.i.in prin.& §.occiſorum. & §. ſerui. quod nõ puto in domino feudi, cui operas vel ſeruitium præſtare non tenetur, cum periculo vitæ ſuæ,vel cum turpitudine,vt arg.ff.de ope.libe.l.hæ demum.in princ. Sed in hac quæſtione poteſt notari, pro & contra. Et ad quæſtionem inquire etiam in ſumma, in titu. de cauſis propter quas excuſatur
21 vaſallus.§.ſi dominus. §. ſeq. & §. item ſeruis vaſall. † Item dubitari conſueuit, vtrum mortuo vaſallo,omnes filij vaſali debeant domino iurare? Reſpondeo, ſi quidem omnes habent feudum diuiſum, iurabunt omnes,in tit.ſi de feu.vaſal. fuc.interpel.§.omnes.in conſt.Federici.l.Imp.§.præterea marchia.ar.ff.de leg.i.l.iii §.fi.ff.de no.ope.nun. l.de pupillo. & l. ſi plurium dominorum.& l.ſtipulatio.§.quęſitum. ff.de præto.ſtipu.l.ii.ar.ff.de vſuf.l.vſufru. Vel forte videtur, quod ſufficiat ſi vnus iurat pro omnib.ſiue noïe & vice aliorum,aliis ſcientib.arg ff.de anna.ex.l.cũ filio.§.fi.ff.de ædil.edic. l.quod ſi nolit.§.Pomponius.vt ff.de fideicom.libe.l.iiii. §. creditori. ff.de no.ope.nun. l.ſtipulatio.§.quæſitum.in Aut.de ſan.epi. §.ſportularum.& §.ſi vero plur.coll.ix. vel ſi nolunt omnes iurare,nec vni iuramento ſiue iuranti conſentire, feudo priuantur.argu.ff.de vſuf.l.quotiens.j.rñ.ff.qui.mo. vſusfr.amit. l.ſi duobus.ff.fami.erci.l.hæredes eius.§.ſi incerto.in ti.explic. liber pri.§.nulla.in conſt.Fede.l. imper. § præterea marchia. Vel refert,vtrum fratres ſint conſortes bonorum,an ſint diuiſi.In primo caſu nõ obtineant vicem plurium, vt omnes debeant iurare,ar.ff.de excu.tu.l.ſi is qui.in fi.Inſt.e. ti.§. item
22 tria onera. † Sed expreſſe cautum videtur in lege, quod primo dixi, vt omnes iurent: nec poterit dominus vnum ex filiis vaſalli eligere, qui feudum totum habere debeat: ſcilicet omnes veniant ęqualiter ad ſucceſſionem, vt ſup. ti.qui. mo.feu.acqui.§.quia vidimus.in fi.Scilicet ſi ad vnũ ex filiis, ex diuiſione peruenerit, ille ſolus erit vaſallus,& faciet fidelitatem & non alij,vt in titu.ſi de feu.vaſ.fuc.interpel.§.omnes.& circa hoc require inf.in tit.qui.mo.feu.amit.§. verum
23 licet non poſſit pro anima.&.§.item quæritur ſi plures. † Si vero dominus decedat plurib.hæredib relictis: nunquid poteſt vni ex eis, dominus vaſallũ aſſignare vt illius ſolius erit vaſallus? & videtur quod ſic, vt ſup. proxime ſimile dictum eſt: & arg.notaui in ſumma,in ti.qui.mo feu.amit. §. verum licet non poſſit pro anima.&.§.vbi vero plures. &.§. ſeq.inf. in ſumma ex qui. cau. do. amit.ius dominii, quod in feudo habet.§.item poteſt vni ex libertis. Verumtamen non videtur, quod vaſallus deficiat eſſe vaſallus alterius hęredis, deficiente eo,cui aſſignatus fuit.ar.ff.de bo.lib.l.iii. §. ſi cap. ff.de ope.lib.l.fi.Inſt.de aſſig.lib.§.i.& ff.de aſſig. lib. l.i. §. ſed & ſi. Sed vbi dominus non aſſignauit vaſallum alicui ex filiis: tunc omnes ſuccedunt pro virili & non pro hæreditaria parte.ar.ff.de ope.lib.l.vt iuſiuran.§.vlt.ſi qui in frau. pa.l.iii. §.ſi
24 plures.& l.iiii.† Vaſallus tamen non tenetur omnib⁹ ſeruire, vel fidelitatem præſtare, vel ab omnibus inueſtituram recipere. Et hoc,cùm ab vno feudum habuit ab initio, qui plures hæredes poſtea reliquit. Vnde vni tantùm tenebitur,& ſufficiet ſi vni ſeruiat & fidelitatem faciat ſeu iuret, ne in plures aduerſarios vel dominos diſtinguatur,qui cum vno contraxit,ut in conſti. Fede.l.imperialem.§.præterea marchia. arg. ff.de no.ope.nun.l de pupillo.§.ſi pluriũ res. & l.ædibus communibu .& ff.iudi.ſol.l.iam tamen.§.pen.in fi. ff. de pecul.l. & ancillarum.§.ſi quis cum ſeruo.ff.de ædil edic.l.iuſtiſſime. §.i.& l.quòd ſi nolit.ff.de exer.acti.l.j.§.fina.& l.ne in plures. ff.de his qui deie.vel effu.l.j.& l.ii.Ne ſi aliud dicatur, ad infinitatem perueniatur, quæ eſt euitanda, vt ff.de dam. infe.l. qui bona.§.fin.C.de fideiuſ.l.vlt.in fine.ff.de leg.iii.l.fideiuſ.§. ſi quis decem.ff.de verbo.ſig l.bonis.§ i.ff.de verb.obl. l. eum qui calendis. Item quia ex perſona hęredum,obligatio non mutatur.ff.de verbo.obl.l.ii.ff.de preca.l.ii.§. i.ff. de diuer. & tempor.præſcript. l. cùm hæres. Debent enim conſentire in vnũ,qui faciat inueſtituram,& cui fidelitas fiat,ſiue iuretur: & ſi non conſentiant in vnum,iudex poterit eligere vnum, ſcilicet idoneiorem,vel cogere eos, ad conſentiendum, captis pignoribus: vel cùm non conſentiant ne ſe adinuicem impediant.Inſtit.de ſatisd.tu.§.itaque.& §.vlt.argu. ff.de libe. ho.exhi.l.iii.§.plane.ff.de act.l.ſi plures.ff.de lib. cau.l.cùm in tereſt.&.l.duobus ff.de leg.i.l huiuſmodi.§. vlti. ff. de vſufru. amit.l.ſi duobus.§.i.ff.de hære. inſti. l. quia ſolummodo.& l. inuicem.in conſti.Fede.l.imperialem.§.præterea marchia. Veruntamen puto, quòd vaſallus debeat denunciare omnibus, vt conſentire habeant in vnum, a quo petat inueſtituram: & cui ſoli faciat fidelitatem, ſiue iuramentum fidelitatis præſtet,quia paratus eſt recipere inueſtituram ab vno, in quem omnes conſentiant, & facere fidelitatem eidem: & ip ſi Domini debeant eſſe parati inueſtire & in vnum conſentire, cum non cogatur vaſallus habere,niſi vnum Dominũ, vt ſupra dictum eſt,& argu.ff.de no.ope. nun.l. de pupillo.§. ſi plurium.ff.de euic.l.ſi rem quæ.§.i.ff.de verb. obli.l.in executione.§.inſolidum vero. Videtur tamen quibuſdam argumentis,quod vbi non conſentiant, quòd ille debeat eſſe potior Dominus, qui paratus fuit inueſtire,& fidelitatem recipere,argu.C.de ma.teſta.l.vlti.§.ſi autem deeſt.& §.præcedẽti.C.de communi ſer.ma.l.i.§.ſin autẽ vno.ff.de leg.i. l.ſi pluribus.in fine.ff.de noxa.l.ſi quis a multis.ff.de pecul.l. ſi vero. C.communia de le.l.vlti.in princ.Sed ſi omnes ſimul parati ſunt inueſtire, & ad inuicem non conſentiant in vnum, cui vice omnium iuretur,poterit vaſallus eligere, quem voluerit,vt gratificationi ſit locus, vt ff.de reli.& ſump.fu.l. vlti. ff. de bo.auc.iu.poſſi.l.ſi non expedierit.ff.locati.l.in naue.extra de elec.c.venerabilem. §.quod autem. Et ab ipſis hæredibus domini transferatur electio in vaſallum, ar.ff.ad Silla.l.iii.§. cùm omnes ff.de leg.ii.l.ſi quis ſeruum.§.i.& l. ſtatu liberũ. §.i.ff.de ſol.l.i.ff.de ſerui.ru.præ.l.ſi via.ff.de leg. i. l. qui duos. & l.ſi quis a filio.§.i. C. de dona.l.ſancimus.§.ſin autem non. & §.ſeq.C.de ſolu.l.i.ff.arbo.fur.cę.l.i.§.prius. Argumenta tamen ſunt ſuperioribus contraria, vt omnibus ſit denuncian dum,& ab omnibus petenda inueſtitura, & omnibus præſtãda fidelitas,ſiue fidelitatis iuramentum,argumen. ff.de euic. l.ſi rem quæ.§.i.ff.de no.ope.nun.l.ſtipulatio. §. quæſitum.ff. de ven.inſpi.l.i.§.penulti.ff.qui ſatiſda.cog. l.ſed & ſi plures. ff.de verborum oblig.l.eadem.§.ſi is qui.& l. cùm ex cauſſa. Et quod non ſit ſemper locus gratificationi, probatur extra de iure pa.c.cùm autem.& c. paſtoralis. & ff. ad Sill. l.ſi quis in graui.§.ſi cùm omnes.Et vbi iurauit vni, voluntate aliorum ſolummodo non erit vaſallus illius,cui iurauit,ſed omnium erit vaſallus, argumentum.ff.vt in poſſ.leg.l.is cui.§.ſi plures. in fine. Et ſi iurauit fidelitatem vni ex illis, a quibus feudum habet contra omnem hominem,& poſtea alteri ex eiſdem, dominus prior non erit potior,ſed ęqualis ſecundo, vt concurſu partem ferant,arg.ff.de dam.infec.l. ſi finita. § ſi plures.& §.cùm autem..ffvt in poſſ.leg.l. is cui. §. qui prior.ff. depoſi. l.ſi hominem.in fi.Pi. tamen dicit, quòd vaſallus tenetur petere inueſtituram ab omnibus hæredibus domini, & omnibus facere fidelitatem, licet ab vno tantùm habuit, quia vaſallorum ius vnum, vt arg.ff.de iure pa.l.vlt.Cùm ea quæ indiuidua ſunt, debeantur inſolidum ſingulis hæredibus.ff.de ſer.leg.l.iii.& vlti. Sed tantum faciet hæredibus omnibus inſolidum, quantum faciebat ſoli defuncto: quare vni pro omnibus iurando, poterit liberari, vt argu. ff. de his qui effu.vel deiec.l.iii.a contrario ſenſu illius legis: vel ſi grauari ſe ſentit feudum relinquat,& hoc ſecũdum Pi.ſed quicquid dixerit Pi.lex videtur expreſſa,quòd vaſallus non teneatur facere fidelitatem, niſi vni: vt in conſti.Fede.l.imperialẽ.

§.præte-

Source : BIU Cujas

§.præterea Marchia. Vbi non a pluribus, habet vasallus petere inuestituram, nec omnibus iurare, argumento ff.de vsu fruct.l.si cuius, §.vltimo, ff.de noui operis nuncia.l. de pupillo, §.si plurium dominorum, ff. vsufru. quemadmodum ca. l.si vsusfruct.mihi, §.fi.ff.ad municip.l.si quis a pluribus, ff.de iure delib.l.prima, primo responso, in fi.vel vni nomine, & vice aliorum, vt no.supra in proximis §. Ad materiam huius paragraphi & precedentis, quæ argu. infra in summa, ti-
25 tu.proxi.§.sed adhuc teneatur †Item pone, quod aliqua vniuersitas habet feudum, ab aliquo principe, nunquid singuli de vniuersitate iurabunt fidelitatem? Dic quod non, sed ille qui præest iurabit tantum, vel syndicus vniuersitatis, vt argumen. ff.de condi.& demonstra.l.municipibus, extra de iuramento calum.c.Imperator, ff.quod cuiusque vniuer.l.secunda, & l.ciuitates. Ad hoc quære argumē. infra libro proxi.& c.primo, in summa, §.& hæc quæstio.& §.sequē.per quę alia terminatur qō, an vasallus vniuersitatis singulis fidelitatem teneatur iurare. Adhuc etiam quæritur, si Titius concesit Męuio aliquid in feudum, & Męuius concessit Seio, & Seius successit Titio, vtrum Seius possit a Meuio petere fidelitatē, siue sacramentum fidelitatis? Videtur quod sic, quia Titius, cui successit, poterat exigere a Meuio vel eius hæredibus fidelitatem. Vnde & Seius debet posse exigere a Titio, quia eodem iure vti debet, etiam si alias non posset, quia eius iure vtitur & eadem persona censetur cum Titio, arg.ff. de prui.credi.l.ii.in fi.primi respon.ff.si quis cau.l.si cum §.qui in iuriam, ff.vt legatis vel fideicommi.non cau.l.j.§.si quis, ff.de vsur.l.si stipulatus, ff.de eden.l.quædam, §.nec, ff.de reg.iuris. l.qui in ius, ff.de acq.hære l. cum hæredes.in Auth.de iureiu. a moriente præstito, in prin.col.v.C.de rei vx.act.l.vna. §.sed & si non, C.de consti.pe.l. ii. & in titulo de notis feudorum, §.item eadem. Item quod non petit, tanquam ipse vasallus Męuii, sed tanquam quilibet extraneus. Vnde videtur quod hoc facere possit, vt argumen.ff.de adop.l.si paterfami.§. quiduos, ff.quod cuiusque vniuer.l.item, primo respon.ff.si tab. testam.nullę exta.l.prima, §.si quis, ff.ad Trebe.l. ex facto, ff. de diuer.& tem.præscri.l.an vitii, ff.de neg.gest.l.atqui, §.cume. Item & quia quandoque iure hæreditario potest esse qs actor & reus, ff.de iud.l.in tribus, ff.finium regun.l.iudicium. ff.communi diui.l.prima, ff.de accu.l.accipientis.& ita vasallus & dominus potest exigere fidelitatis sacra. Et econtra videtur, quod non possit exigere fidelitatis sacramentum, qa Seius tenetur Męuio facere fidelitatem, vnde ab eo exigere non debet, cui a Męuio est facienda, arg.ff.de neg.gest.l. siue hęreditaria, extra de dote post diuor resti.c.si sine. Et inconueniens est, vt eiusdem rei sit dominus & vasallus, arg. ff. de procura.l.licet, §.pen.Insti.de autho.tuto.§.pen.ff.de author. tuto.l.pupillus, §.pupillus, ff.de fideiuss.l.si quis pro eo, §. primo. Nam qui furti tenetur, non potest agere iniuriarum, vt ff.de iniur.l.sed si vnus, §.si seruus in quo vsusfructus, in fine. Nec qui ad exhibendum tenetur, ad exhibendum agere potest, vt ff.ad exhib.l.iii.§.si metum. Nec quis condemnandus est alteri, eius pecuniæ nomine, quam ipse eidem debet, vt ff.de iure do.l.promittendo, §.vltimo, & l.si extraneus, ff.soluto matrimo.l.nupta, §, primo. Tamen videtur mihi, quicquid ex vtraque parte sit allegatum vel possit allegari, quod ad inuicem sibi faciant fidelitatem, & pro hac solutione faciunt hæc argu.ff.de in ius vocan.l.sed si hac, §.si liberta, ff.de fur.l.qui seruo, §:vltimo.ff.man.l. si vero non remunerandi.
26 §.inde Papin.in fi.† Sed nunquid pro spiritualibus iurabitur & promittetur fidelitas? Videtur quod sic, vt extra de succes. præla.c.grauem.& c.illud. Sed contrarium est verum, vt extra de regulis iuris.indignum, & extra de iureiu.c.nullus, extra de simo.c.ex diligenti. De hac materia no.in d.decre.cap. grauem.de hoc plenius dictum est supra in summa, quę res in feu.dari pos §. item nunquid spiritualia. Sed pone, quod feudum peruenit ad filiam vasalli, nunquid poterit domino iurare vel seruire per filium, vel maritum? Videtur quod sic, quia non interest domini, per quem sibi iuretur vel seruiatur, an scilicet per filium vel generum vasalli. & si maritus iurauerit vel seruit domino, fructibus feudi vtetur, vt ad hoc sunt ar. C.de natu.lib.l.ii.in fi.in Auth.quibus modis na.effi. sui, §.si vero ab initio, colla. vii.C.quando & quibus quarta pars debetur, l.ii.§.de filiorum, & l.fina.§.adhuc, lib.x.ad hoc etiam quære argumen.in summa, qui.mo.& in quibus casibus feud.amitt. §.sed quæri consuevit. & infra in summa de causis propter quas excu.vasal.si domino non seruiat.§. itē excusatur propter sexum. Quæritur si dominus remisit culpam vasallo delinquenti cōtra ipsum dominum, an debeat post remissionem culpæ, a domino inuestiri de nouo, & fidelitatem iterum domino facere, siue iurare? & videtur quod neutrum faciendum sit, quia vnum feudum manet, vt argumentum ff.de solutionibus, l.qui sic soluit, ff. de precario, sed si manente, in principio.ff.de impen.in rebus dotali.fact. l.quod dicitur, §.cęterum, ff.de peculio, l.peculium, §.si hęredi, ff.de liberis & posthumis, l.filio, ff. de verborum obliga. l.cum stipulatus sim.ff.de excusa. tutorum, l. Titius, primo respon. Aliud enim feudum non videtur esse a primo, argumento ff.de iudi.l.diuus, & l.si post, & ff.de pactis dota.l.cum maritus, §.Titius, ff.sol.matrim.l.penul.§, vxo.ff.de suspe. tut l.iii.§.si autem ipse, in fine. Sed contra, quia aliud feudum videtur esse a primo, argum.in dicta l sed si manente, in fin. & in dicta l.cum stipulatus, in fine, primo responso, & in dicta l.de suspe.tu.l.iii.§.quæri potest, & ff.de iure do.stipul. Quidam hanc quæstionem soluendo, dicunt quod neutrum p̄dictorum faciendum est, quia licet vasallus causam amissionis commiserit, non tamen amittit feudum ipso iure, sed p̱ sententiam, vt est tactum infra in summa, qualiter feudum commissum potest vasa.auferri, per totum, pro quorum sententia faciunt iura supra pro hac parte allegata, & ff. de testa.mil.l.in fraudem, §.primo, Insti. quibus modis ius patrię po.sol.§.si ab hostibus, & §. cum autem, ff.ad Trebell. l.Papi. tractat.ff.de acquirenda possessio.si quis.in fine. Quod potest locum habere, si remittat culpam non conuictam & iudicatam, secus si postea remittat, argu.dicta l.stipulatio, & dicta l.de suspec.tu.l.iii.§.quæri potest, & d.l.Titius.& dicta l.in fraudem, & ff.de sentent. passis & rest.l.ii. Sed omnibus reiectis, videtur dicendum, quod iurare debeat fidelitatem, quia suspectus habetur, qui prius iuramentum violauit vel neglexit, vt j.q.vii.c.quotiens, & c.conuenientibus, & ca.seq. & extra de elect.c.significasti, extra de maio.& ob.c.cum in eccle siis.& de confe.distin.ii.c.ergo. Similia quere argum.supra e.
29 §.item iurat clericus.† Hic in fine sciendum est, quod si quis iurauit alicui fidelitatem & successoribus suis, quod postea eius successoribus fidelitatem nō tenetur iurare, vt dicit Rof fre.sed perinde successoribus domini tenetur, ac si eis iurasset, vt extra de iureiu.c. veritatis. sed illa loquitur de prelato ecclesiæ iurante domino Papæ vel suo superiori prælato, cui faciendum est sic iuramentum, tibi & successoribus tus, &c. vt notatur ibi, eodem titu.c.ego, in princ.aliud in iuramento vasalli, vt dicit consti.Federici imperialem, §.præterea.cui non sic iuratur, propter quod in persona hęredum fit iuramenti renouatio, vt in titulo de feud.sine culpa non amit. §. secundo.tamen videtur quod etiam successoribus prelati sit iurandum, vt extra de maio.& obed.c. iis quę & non solum per hoc iuramentum tenetur quis prælato, cui iurauit vel eius successoribus, sed etiam ecclesię siue capitulo, prout videtur probari, extra de verborum signifi.capi.cum dicit. sed hoc verum est, quia tunc tenetur capitulo, cum capitulo est iuratum vt ibi, & non aliter, nisi vacante sede, vt extra de maio.& ob.c.iis quę, in fi.

LIBER SECVNDVS
SIVE PARS SECVNDA

Quibus modis, & in quibus casibus feudum amittitur.

∴

Cap. I.

∴

SVMMARIVM.

1 *Ordinis ratio partitioque libri secundi.*
2 *Dominum interficiens, aut aliter in ipsum delinquens, feudum amittit.*
3 *Prælatum vel clericum ecclesię interficiens, a qua habet feudum, perdit.*
4 *Idem est, si fratrem proprium interfecerit.*
5 *Quid si fratrem Domini occiderit.*
6 *Quid si vasallus occidat conuasallum.*
7 *Quid si uasallum prodidit.*
8 *Adulterium committens uasallus, feudo priuatur.*
9 *Item si ad rixam concitauerit eonuasallos.*
10 *Si secreta inimicis nunciauerit.*
11 *Si non potest morari sine dedecore in curia.*
12 *Quid si uasallus uasalli antiquiorem dominum offenderit.*
13 *Quid si filius uasalli dominum offendat, an uasallo mortuo filium feudū amittat.*
14 *Si filius repellatur a feudo, an nepos ex eo admittatur.*
15 *Quid si sciat vasallus mortem imminere, uel grandem iacturam patrimonii, domino, & non dixerit.*
16 *Quid si dominum dimiserit in prelio.*
17 *Clericus uasal. an teneatur armis defendere dominum.*
18 *Seruus feudum acquirens, quem ex dominis iuuare tenetur.*
19 *Vasallus vniuersitatis an singulos de vniuersitate adiuuare teneatur.*

21 *Vni-*

Source : BIU Cujas

20 *Vniuersitas non amittit feudum propter delictum vnius de vniuersitate.*
21 *Vasallus plures habens Dominos, cui opem ferat.*
22 *Vasallus plurens habens Dominos, an cuilibet teneatur seruire insolidũ.*
23 *Vasallus dominum adiuuat, si iustam guerram faciat.*
24 *Quid si dominus est excommunicatus, vel depositus, vel bannitus.*
25 *Iusti belli indicia.*
26 *Dominum infamem non tenetur iuuare vasallus.*
27 *Non solum dominum, sed etiam amicos eius si dominus velit, iuuare debet vasallus.*
28 *Vasallus seruitium an teneatur offerre domino.*
29 *Quomodo seruire debeat vasallus.*
30 *Si vasallus seruiat contra, dominum domino petente, an feudum amittat.*
31 *An extra prouinciam vasallus teneatur domino seruire.*
32 *Vasallus an de rebus suis seruire debeat domino.*
33 *Qualiter miles iuris dominum adiuuabit in negociis, & litigiis.*
34 *An dominus in vasallis quæstam facere possit, vel extractionem aliqua occasione.*
35 *Diuitiæ nobilitant.*
36 *Militia nobilitat.*
37 *Cõsuetudinem inducit nedum cẽtenarius, sed etiam binarius, & ternarius actus.*
38 *Quilibet præsumitur liber & immunis, & etiam qualibet res libera.*
39 *Quo iure agetur vt fiat id, quod consuetudine est obtentum.*
40 *Dominus an possit quæstam facere in hominibus sui vasalli.*
41 *Dominus si nihil consueuit percipere a vasallis & suis hominibus, quid illi dabitur.*
42 *Dominus sacramento aliquid promittens, an ad illud vasallus teneatur.*
43 *Vasallus an teneatur dominum egenum alere.*
44 *Vasallus an per alium seruire possit.*
45 *Nunquid præscriptione vasallus se tueri possit contra dominum.*
46 *Vasallus relinquens plures filios, an omnes teneantur seruire.*
47 *Vasallus intra annum & diem non petens inuestituram, an feudum amittat.*
48 *Vasallus semel petens inuestituram domino negante, est securus: & quid si transacto anno dominus denunciet vasallo, se uelle inuestire: quod uasallus negligit.*
49 *Vasallus sciens domini rem ab aliquo accipiens, an feudo priuetur.*
50 *Vasallus conspirans cum domini nuncio, vel affinitatem cũ eo cõtrahens, vel eius hæres existens, an feu. priuetur.*
51 *Vasallus delator domini existens, feudo priuatur.*
52 *Delatores qui dicantur, remissiue.*
53 *Si testificatur vasallus contra dominum in criminali vel ciuili causa, uel dominum accusauerit, vel pro accusatore fideiusserit, priuatur feudo.*
54 *Si fideiusserit pro domini inimico, an feudum amittat.*
55 *Vasallus intentans contra dominũ famosam actionem, an priuetur feudo.*
56 *Infamia grauior pena corporali.*
57 *Vasallus contra dominum pronunciãs si sententiam iudex appellationis non confirmauit, an feu. ob hoc amittat.*
58 *Vasallus agens contra dominum, non salua reuerentia domini, amittit feudum.*
59 *Quid si cucurbitauerit cum vxore domini, uel saltem tentauerit.*
60 *Quid si domino mortuo faciat iniuriam.*
61 *Quid si cum vxore domini turpiter luserit.*
62 *Quod per ludum fit, puniri non debet.*
63 *Vasallus contumelia afficiens domini vxorem, feudum amittit.*
64 *Quod de uxore dictum in concubina domini quoque locum habet.*
65 *Et in sponsa eius.*
66 *Quid si uoluntate earum factum est.*
67 *Quod de vxore domini dicitur, intelligendum etiam est de filia domini, uel nupta filio domini, uel nepoti eius.*
68 *Vasallus credẽtiam a domino ad damnũ eius manifestans, feudũ amittit.*
69 *Vasal. alienans feudum, sciens esse feudum, illud amittit.*
70 *Quid si partem feudi tantum.*
71 *Sub alienationis uerbo quid comprehendatur.*
72 *Emptor feudi an precium recipiat.*
73 *Domini consensus in alienatione quid operetur.*
74 *Cuius domini consensus requiratur in alienatione.*
75 *Vasallus uendens feudum uoluntate domini, num domino seruiet.*
76 *Ex pluribus hæredibus domini qui alienationi non consenserunt, si unus reuocare uelit, alius non, qui præferantur.*
77 *Vasallus alienare potest feudum in agnatũ, licet non in extraneum possit.*
78 *Vasallus an poterit uendere conuasallo suo non agnato.*
79 *Vasallus uendens feudum cum uoluntate domini, an emptor retinebit in feudum ipsum feudum a domino.*
80 *Vasallus an ius percipiendi fructus possit uendere.*
81 *Vasallus nunquid usufru. uel usum constituere possit.*
82 *Vasallus a iudice coactus uendere, an emittat feudum & ab emptore re uocetur.*
83 *Si uasallus seruire non potest, an emptor seruire cogatur.*
84 *An pignus iudiciale contrahi possit de feudo.*
85 *Vasallus seruitutem in feudo constituens, an feu. amittat.*
86 *Vasallus seruitutem debitam retinet, & acquirere usufructuario.*
87 *In emphyteusim si dederit uasallus feudum, an illud amittat.*
88 *Vasallus an locare possit feudum: & an perpetuo possit locare.*
89 *Vasallus qui patitur usucapionem procedere, an feudum amittat.*
90 *Quid si possessionem tantum allegat.*
91 *Vasallus an pro anima alicui legare possit feudum.*
92 *Quid si dominus concessit, ut pro anima ordinet.*
93 *An assignare uni ex liberis possit feudum uasallus.*
94 *Vasallus an donare possit inter uiuos.*
95 *Vasallus nunquid in dotem dare possit feudum pro filia.* †
96 *Vasallus an precatio concedere possit feudum.*
97 *Feudi diuisio an sit licita.*
98 *Dominus agere non potest ad diuisionem feudi.*
99 *Feudum iurisdictionis uel decimæ, an diuidi possit.*
100 *Transigere an possit super feudo uasallus.*
101 *Feudum an insolutum detur.*
102 *An paupertatis ratione feudi alienatio fieri possit.* †
103 *Vasallus libertus de feudo inuestitus, quomodo amittat feudum.*
104 *Vasallus sciens esse feudum, negans esse feudum, illud amittit.*
105 *Vasallus si non uult iuri parere, feudum amittit.*
106 *Vasallus an feudum amittat pro minima offensa.*
107 *Vasallus non faciens id propter quod est datum feudum, illud amittit.*
108 *Vasallus clericus effectus, an feudum amittat.*
109 *Vasallus feudum amittit, si domino debitam reuerentiam non præstitit.*
110 *Regula generalis circa amissionem feudi.*
111 *Vasallus qui feudum amisit, si dñs postea inuestiat, an feudũ recuperet.*
112 *Vasallus facta inuestitura si non indicet feudum domino præcipiente, an feudum amittat.*
113 *Vasallus plura hẽns feuda ab uno dño, si delinquat in uno, an omnia feu-*
114 *Dño tacẽte, an hẽdes eius, de culpa uasalli cõqueri possint.* (*da amittat.*
115 *Vasallo mortuo quẽ dñs remouere potuit, an eius filiũ remouere possit.*
116 *Vasallus refutans feudum sine domini consensu, an feudum amittat.*
117 *Feudum refutatum ad quem redibit.*
118 *Domi. an possit uasallum inuitum liberare a uasallitico.*
119 *Dominus uasallis sub pena amissionis feudi, aliquid præcipiens: si contra factum sit a uasallo, an propterea penam amissionis incurrat.*
120 *Casus unus, in quo uasallus amittit feudum sine culpa sua.*

1 EX † quo supra in primo libro dictum est de feudis & ipsorum natura, & de vasallis, & quibus modis feudum acquiritur, & de sacramento fidelitatis: restat vt hoc secundo libro videamus, quibus modis & in quibus casibus feudum amittatur. Et qualiter feudum commissum auferatur vasallo. Et de excusationibus vasallo competentibus, si domino nõ seruiat. Et ad quem feudum amissum pertineat. Et de causis,
2 propter quas dominus amittit ius dominii, quod habet in feudo. † Vnde sciendum est, q̃ amitit feudum quis, si dominum interfecerit, vel eius consilio mortuus fuerit, vel ipsũ vulnerauerit, vel assallierit, vel castrum in quo ipse erat, vel ei insidiatus fuerit, vel maledixerit & infamatas voces aduersus eum iactauerit, arg. in Auth. de nup. col. v. §. finautem est, in Auct. vt cum de ap. cog. §. causas, in prin. coll. 8. C. de obsequijs patr. præstan. l. si manumissori. C. de lib. & eorum liberis. l. 2. C. de reuocan. do. l. fi. & in ti. quib. mo. feu. amitt. §. j. in fi. & in tit. in quib. casibus feu. amit. §. porrò. ff. de his quib. vt
3 indignis. l. si inimicitiæ. † Idem est, si prælatum vel clericum ecclesiæ interfecit vel ausu nefando mutilauerit a quo feu-
4 dum habet, vt extra de pẽn. c. ad aures. & c. quibusdam. † Itẽ si fratrem suum proprium interfecit, vel filium fratris, vt to-
5 tam hæreditatem habeat. † Aliud si fratrem sui domini occiderit, quia feudum non amittit vt in tit. quibus mo. feudum amit. §. item si fratrem, in titu. quibus mod. feu. amit. §. item si fratrem, in titu. in quib. casibus feu. amit. c. ij. §. denique, in ti. hic incip. consue. regni: lex Corradi. §. si quis interfec. Sed q̃ hoc quære. ar. inf. ea. summa. §. itẽ feudũ amittit vasallus, si
6 contra debitam reuerentiam. † Hic quæri potest, an si vasallus occidat conuasallum, feudum amittat? & vr̃ quòd nõ, quia si occiderit fratrem domini, quod plus etiam videtur, nõ ideo amitrit feudum, vt dictum est supra proxime: & sic nec amittit, si conuasallum occidat, quod minus esse videt, arg. ff. de inof. te. l. si instit. §. de inof. te. ar. C. de epis. & cle. l. eũ q̃. & Auct. multo. ff. de seruis expor. l. cui. ff. de senato. l. ex variis. ff. de pig. l. in quorum. ff. de inrerdictis & relegatis. l. relegatorum. & §. fi. & l. seq. Potest tamen dici quibusdam arg. q̃ riũ, vt scilicet feudũ amittat: quia & si miles suũ commilitonẽ occidit, vel vulnerauerit, officiũ, & bñficiũ suæ militiæ amittit, vt ff. de re mili. l. omne delictũ. §. si quis cõmilitonẽ. Item, quia quædã fraternitas est inter eos, vt inter socios. ff. pro socio. l. veram. j. rñ. Vnde est dicendum idem, quodi fratre vasalli, vt s̃. in proximo. §. dictum est. Itẽ beneficium datum a Principe, in plures milites, vno decedẽte sine hẽde, ad comilitonem defertur, vt C. si liberalitatis imperialis. l. pri. li. x. Item quia vasallus quodammodo videtur esse infamia domini, & gratia domini intelligitur fieri, quod fit gratia

Source : BIU Cujas

Epitome Feud. Ioan. Blan.

clientum, argumen. ff. de furt. l. si libertus ff. de pœn. lege respiciendum. § furta. ff. de penu. le. l. tertia. §. sed quod. Item ratio pietatis debet esse in vasallum, argumen. ff. de obsequiis pa. præ. lege prima. Item, si dimittit collegam suum in prælio, punitur, vt in Lombard. de publi. crimi. l. si quis contra. Item, quia est interdictum matrimonium inter eos, qui sunt de eadem familia, vt ff. de riptu nuptia. l. quanquam. §. mulier. & etiam patet per dictam l. si libertus, quòd clientulus est de eadē familia: & clientulus dicitur esse vasallus, vt in titulo de feudi contentione, alias est rubrica de feud. aliena. §. si clientulus. argumen. ad hoc. infra eodem titulo, in summa. §. si subripuit. Argum. tamen est, quòd p̄ socijs arma assume re non tenetur, vt xxiij. quæstione tertia. quasi per totum, & quære ad hoc argumen. infra eadem summa. §. sed quæ-
7 ritur, nunquid vasallus. † Sed quid si conuasallum cepit mala captione, puta comedēdo & bibendo simul? Dic quòd idem est dicendum, quod proxime dixi, quoniam prodendo eum cepit, vt in titulo hic incipiunt cōsuetudines regni,
8 lex Corradi. † Item amittit, si adulterium commiserit, & de ipso fuerit condemnatus: vel propter aliquod delictum forte ignominiose missus a curia, vt ante dominum stare non possit, vt argumen. ff. de ijs qui nota. infamia lege secunda. §. miles & §. sequenti. ff. de re mili. lege quarta. adulte. & lege milites. §. missioni. in titulo hic incipiunt consuetudines regni. §. si vasallus contra constitutionem. Item etiam amittit, si latronem non persecutauerit, vt in Lombarda de reuelandis contrari. lege quarta. vel hospitatus fuerit eum,
9 vt in Lomb. de furtis. l. quicūque. † Item si surripuit arma alterius vasalli, vel conuasallos ad rixam concitauerit, vel con
10 uasallū vulnerauerit, vel turbator pacis extiterit. † Si secreta inimicis nunciauerit, ar. ff. de re mi. lege tertia. §. qui alieno. §. in belllo. §. qui sedition em, & lege omne delictum. §. exploratores. §. si quis commilitonem, & lege vltima, in titulo qualiter vsus benefic. sit tenendus. capitulo capitanei, primo re-
11 sponso, vel est Rubrica de feudis da. mili. vasall. † Item feudum amittit, si non potest morari in eius curia, sine dedecore vel verecundia, vel pudore, vel quia hominem prodidit, vel simile aliud quodcunque, vt in titulo hic incip. consuetud. regni lex Corradi. §. si quis interfecerit, & ad hoc est argumen ff. de vsur. lege tertia. in fine. ff. de doli. exceptio. l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de obsequiis pa. præ. lege licet. ff. de arbitris. l. si cum dies. §. penultimo. ff. ex quibus causis ma. le ge in eadem, in fine. ff. de iureiuran. lege anni. in fine. Nam tali vasallo portæ dignitatis non debent patere, sed omnem honorem amittat, vt argumen. C. de digni. lege neque famosis. libro 12. C. vbi senator. vel cla. lege prima. Argumen. contraria quære infra eadem summa. §. item nunquid amittit feudum, si clericus efficiatur, in litera, & si habitum non di-
12 mittit. & in litera, & quod dictum est. † Item si vasallus vasalli, de eodem feudo dominum antiquiorem offenderit, & à vasalo primo ad satisfactionem non inducatur, nec ille per se satisfaciat, vterque feudo priuatur, & ad antiquiorem dominum reuertitur: nam si vasallus primus velit secūdum vasallum deducere ad satisfactionem, sed ille nolit satisfacere, secundus solus feudum amittit & ad vasallum primum scilicet dominum eius, reuertitur & non ad antiquum, vt amplius ad delinquentem non redeat, vt argumen. ff. de seruis exportan. lege penultima. ff. de iure patronat. l. diuus Vespasianus. primo responso. Instituta de ijs, qui sui vel alie. iuris sunt. §. finali, in constitut. Federici Impera. §. illud quoque. Et hæc possunt intelligi secundum ea, quæ dicta sunt infra in summa, de causis, propter quas ex vasall. si domino non seruiat. §. item excusatur si vult. Et erunt ista in argum. quòd si secundus vasallus feudum vendat, quòd ad priorem dominum redeat, argumen. in constitut. Federic. Impera. §. primo. Item videtur, quòd secundus vasallus vtrumque dominum respiciat. argumen. ff. de iudic. lege iudicium. ff. quibus ex causis in pos. lege si filio. ff. de vi & vi arma. lege vltima. Similia argumen. inuenies infra eadem summa, ad quem feudum
13 com. pertin. §. pen & vltimo. † Item si filius vasalli, dominum offenderit, vasallo mortuo, filius feudum amittit, si nō veniat ad satisfactionem: quia & ipse pater si viueret, & nollet suum filium deducere ad satisfactionem, feudo priuaretur, quod pro omnibus domesticis suis debet, vt in constitu. Federici, imperialem. §. insuper. argumen. ff. de remi li. lege qui cum vno. §. qui filium, & tenetur infra annum, vt in Lombarda, de beneficiis. lege prima. Sed videtur mirum, quòd hic quæritur de amissione successionis hominis viuē tis, propter legē. ff. ad Trebel. lege in tantum. §. a patre. ff. de vulg. subst. l. secunda. §. quisquis in fine. ff. de hæred. vel actio. ven. lege prima, ff. de acquiren. hæred. l. si quis mihi. §. iussum.
14 † Sed quæritur, si filius repellatur, an nepos ex eo admitti possit? & videtur quòd sic, si viuebat tempore delicti commissi a patre suo, argumen. C. de liber. & eorum liberis. lege secunda. Idem forte si erat conceptus nec natus nepos, argumen. ff. de sena. lege emancipatum. §. vltimo, & argumen. ff. de interdictis & releg. lege eum qui. Iure illo videtur, quòd nepos admittatur, cum pater eius amiserit, vt in titulo si de feudo vasal. fuerit interpellatus. capitulo si vasallus culpam. Sed illud potest intelligi, cum tenens feud. amittit, vnde eius descendentes non retinent: sed hic filius non tenebat, sed sperabat habere, vnde eius persona tollitur de medio, & sequens admittitur, & de hoc require in summa, infra de succcessio. feu. §. sed nunquid nepotes, & supra quibus modis feud. acquiratur. §. sed pone, quòd vasal. similia etiam require, infra eadem summa. §. quæri potest, si coactus.
15 † Item feudum amittit, si sciat assaltum esse faciendum contra dominum, & inde domino mortem imminere, vel captionem, vel grandem iacturam patrimonij, & non nunciauerit domino, cum poterit argumen. ff. de his quibus, vt indig. lege indigni, & lege ei qui. in Authenti. de nup. §. mater, in fine col. quarta. ff. locati. l. quæro in titulo in quibus casibus feud. amit. capitulo secundo. §. item si vasallus. §. sed & qui, in fine, in titulo hic incip. consuetud. regni, lex Corradi. §. si a morte. Aliud est in leui iactura patrimonij, argumen. ff. de fur. l. si libertus. ff. de pœnis. lege respiciendum. §. furta. argumen. ff. de excutatio. tnto. lege propter litem, in principio. ff. de do. lege si quis affirmauerit. ff. de in integrum restit. lege scio. sed quibusdam argumen. videtur, quòd propter minimam rem, vel iacturam, idem sit. argumen. in Authenti. vt omnes obed. iud. §. primo. coll. quinta. Institut. de rerum diuisio. §. gallinarum. C. de libertis & eorum libet. lege secunda.
16 † Item si dominus habuit prælium campestre, & fuit ibi ad mortem vulneratus, & vasallus eum in prælio dimisit, & cum eo non laborauit, dum potuit, feudum amitt. vt infra eodem primo responso, in titulo qualiter vsus benefic. sit tenendus. §. si quis miles beneficium, in titulo in quibus casibus feud. amitta. capitulo secundo. §. Item qui dominum, argumen. ff. loc. item quęritur. §. exercitu. nisi periculum vitę videatur ei imminere, argumen. ff. de operis liberto. lege hæ. demum, in princip. Nec intelligitur dimisisse dominum, qui eum causa suæ salutis dimisit, vt argumen. ff. de acquirenda possessio. lege interdum. §. primo. in fine, vel propter valetudinem sui, & ob parentum vel affinium succursum: vel quia nescit iuuare dominum, excusatur, argumen. ff. de re milita. lege qui cum vno, in fine. Sed contra in titulo hic incip. consuetudi. regni, §. contra omnes. Seruus, vero cum dominus occiditur, vel periculum mortis domino imminet, debet domino armis opem ferre, manu, clamoribus, obiectu, vt suam salutem saluti domini non ante ponat, vt ff. ad Silla. lege prima. §. ser. & lege cum dominis. Si vero vasal. domino auxilium tulit pro posse, feudum non amittit. Tu lisse autem auxilium intelligitur, non solum qui saluauit dominum, idest tulit vt saluus esset dominus, puta adiuuando corpore, terrendo aggressores: sed ēt, qui exclamauit, vt aliquis veniret ad adiutorium, & hoc siue dñs sit per hoc saluus, siue non. Non tulisse opem intelligit, qui clamauit, cū potuit manu depellere, ar. ff. de re mi. omne delictū. §. vlti. ad hoc ēt quære ar. j. e. ti. summæ. §. & licet teneatur, & §. & dēt dñm & p̄p quę. Sed non vī, quod propter dñi succusćursum habeat vas. arma accipere, cum armorū vsus insćio prin. sit inter. vt C. eo. tit. l. vna. quod dic forte locum hr̄e, s̄m ea, quæ notata sunt j. ea. sum. §. & debet dñm. † Sed quid si erat cleri-
17 cus vasallus, qui dñm de iusto bello iuuare tenetur, ut in tit. hic inc. con. re. c. j. in prin. qual. ipsum iuuabit ne feudū amittat, nunquid cum armis? & vī q̄ non, quia armorū vsus est clericis interdictus, vt ext. de cle. pugnan. in duello. c. j. & 23. q. 8. c. 1. 2. 3. & 4. Dic tamen, quòd exortabit bellatores ad defensionem Domini sui, vt 23. quæstio. 8. capitu. igitur. & capi. hortatur. & capitu. j. non pugnando in sua persona, nisi in lachrymis, quę sunt clericorum arma, vt 23. quæstio. vlti. conuenior. De hoc quære infra eadem summa. §. item nunquid amittit feudum. † Sed quid si seruus feudum acquirit, nun-
18 quid tenetur vtrumque adiuare, scilicet dominum feudi, & Dominum proprium: uel quem ipsorum potius? Respondeo circa hanc quæstionem vide, quæ sunt notata in summa, in titulo de succcessio. feu. §. sed quid si datum fuerit feudum seruo, et infra in summa, de causis propter quas excu-
19 satur vas. si Domino non seruiat. §. item seruus. † Et hęc quæstio potest notari, vbi est uasallus alicuius vniuersitatis: an singulos de vniuersitate iuuare teneatur: & dico quòd non, cum nō sit vasallus singulorum, argumen. ff. de re. di. l. interdictum. §. vniuersitatis. ff. de in ius voc. leg. sed si hac. §. qui manumittit. xii. quæstione secunda. qui manumittitur. ff. quod cuiusque vniuersitatis lege prima. Et intelligas ipsam vniuersitatem, totam vel maiorem partem, argumen. ff. de decre. ab ordine fa. l. lege, & extra de ijs, quæ fiunt a maiori parte. ca. cap. i. ii. iij. & quarto, & ff. quod cuiusque

vniuer-

Source : BIU Cujas

vniuerſitatis lege plane. C. de decurion. nominationum li.
20 x. † Eodem modo poteſt quæſtio determinari,& dici, quod ſi vniuerſitas vel collegium habet feudum, & aliquis ſingularis homo de collegio vel vniuerſitate offendat Dominũ quod vniuerſitas vel collegium propter hoc non amittat feudum, argumentum prædictarum ll. Non enim de facili vniuerſitas dolum committere poteſt, niſi conſentiat: niſi dicamus quod vniuerſitas, vel collegium punitur ex facto adminiſtratorum & Prælatorum, quo caſu punietur vniuerſitas: ſed durante vel viuente illo adminiſtratore, vel in quantum facta eſt locupletior, & eo mortuo, redeat feudum ad collegium vel vniuerſitatem, argumen. ff.de dolo. lege ſed & ex dolo tutoris.§. primo,ff. de acquirenda poſſeſſione.lege prima,§.penultimo de libertis vniuerſitatum, l.i. ff. ad Trebell. lege primo, §. ſinautem collegium . & lege omnibus. ff.de ori.iur. lege ſecunda, §. deinde quia difficile, in titulo hic incipiun.con.reg.cap.hæc ſunt capitula.§.& iterum, ſi clericus. C.de vſuris. lege aduerſus. Ita dixerunt quidam verum eſſe, & facit pro eis. ff. de conditioni.& demõſtrationi.lege municipibus. Sed quod ipſi dixerunt, poteſt locum habere, ſi vniuerſitas vel collegium hoc mandaret vel ratum haberet: vel ſi ex tali facto rectoris, vniuerſitas commodum conſequeretur, alioquin non, vt in tutore & curatore & procuratore,& Prælato eccleſiæ. ff. quod quiſque iuris. lege tertia,§. ſi procuratorem,ff.quando ex facto tutela l.tertia. C. eodem titulo lege ſi in rem. ff. ſi quis iuſ. dic.non ob.l.i.§.ſi procurator.extra de priuil.cap. cùm olim· xvi.quæſtione vi. ſi epiſco. & quęſtione vii. nemini. & in dicta lege ſed & ex dolo tutoris. i.ii. & iii.reſponſo, videtur ex preſſe determinari, præcipue in §.primo tamen dictus,§. iterum indiſtincte loquitur, prout primo dictum eſt in ſumma, in titulo ad quem feud. commiſſa.pertine.§.vbi Prælatus. Et quod ex facto Prælati eccleſia, etiam eo mortuo teneatur, ſic ex eius contractu, eſt argumen. ff. de act. & ob. l. in honorariis, in fine. vbi verò plures Domini ſunt, qui indigent auxilio, quid erit? tunc vaſallus ferat omnibus
21 opem ſi poteſt. † Alioquin antiquiori, quia potior: ſi ſunt æquales, puta duo fratres, adiuuet quem velit, nec imputabitur ei, ſi vnum elegerit, argumen.ff. de acquiren.hære. l. ſeruus communis. ff. ad Sil.lege ſi quis in graui. §.ſi cùm omnes, in titulo hic incipiun.con.reg. cap. primo,§.contra omnes, in fine.ff.locati.l.in naue.in fine. Sed ſi vterque Dominorum petat auxilium vaſalli, adiuuare debet vaſallus illum Dominum, qui primo denunciauit, argumen. C. de teſtamenta. ma.lege vlti.§.ſi autem deeſt.C.de communi ſeruo.ma.lege prima, §.ſi autem vno,argumen. ff. de lega.i. l.ſi pluribus, in fine.ff.de noxa.lege ſi quis a militis. ff.qui potio. in pignorib.ha. lege ſi potior, in principio ff.de pecul. lege ſi vero ff. de iis quæ in fraudem creditorem,lege quod autẽ §.ſciendum, & lege pupillus, in fine & extra de electione capitulo venerabilem. §.quod autem . Et multo magis debet adiuuare eum, qui primo denuntiauit, ſi ſciuerit vaſallus ei periculum imminere, & ſi vnum Dominum offenderit, cùm alium defendit: quia ſine fraude eſt, non punitur, vt argumen.de iniur.lege ſi vnus.§.ſi iuſſu, in fine in conſtitutione Federic.imperialem.§. illud quoque. Quod intelligo, cùm adiuuat illum, qui iuſte deprecatur, ſcilicet ad defenſionem & ad guerram iuſtam, vt potiora iura videatur habere, quàm alius, qui incipit, & guerram iniuſtam apprehendit, argu.Inſtitu.de iis qui ſui, vel ali.iuris ſunt.§.penul.argumen. ff. de edicto diui Adrian. tol. lege tertia extra de iurei. capi. ſicut, in titulo hic incipi. conſti.reg.circa prin. xxij. quęſtione viij. capitulo primo,& ſecundo,tertio,& iiii. & quinto,ff. ſi quadrupe.pau.lege prima,§.cùm arietes.ff. ad legẽ Aquil.l. i. in principio & lege ſcientiam. §. penulti. Vel forte non tenebitur & aliquem contra alium adiuuare,cum periculo vitæ ſuæ, vel cum turpitudine ſua, vt argument. ff.de oper.lib.l. hæc.& circa hanc materiam quære argumẽ. infra eadem ſumma. §.item quia ſi plures, & ſupra in ſumma.§.item ſi Dominus habuit. Vel dic, quod ſi vaſallus eſt plurium Dominorum,quod tunc tenetur adiuuare omnes, ſi poteſt. & vt ſi contra vnum faciat vel eum non adiuuet, amittat feudum pro parte illius Domini, quem non adiuuat, vel contra quem facit, argu.ff.de vſufruct.lege ſi a vero §.primo ff.ad Sill.lege ſi quis ingraui. §.ſicuti omnes. ff. vſufruct.quemadmodum caue. lege ſi vſufru.§.fina. in titu. hic incipi.conſti. regni, lex Corradi.§.ſi vaſallus contra conſtitutionem. argumen.ff.de arbi.l.non diſtinguemus, niſi omnes conſentiant in actione vaſalli. Quia tunc totum amittat, ſi contra vnum faciat,argumen.ff.de ædi. edicto. l.quod ſi nolit.§.ſi plures.& §.ſi vnus. ff. qui & a quibus ma. libe.nõ fiant. l.ſi quis hac.§. vltimo.ff. de in diem addiction.le.quod autem.§ vltimo.& lege ſi uno. Et ad hanc materiam require infra eadem ſumma. §. ſed quid ſi plures, & §.vbi autem vaſallus qui alienat plures, & § ſequenti, & ſupra de ſacramento fidelitatis. cap.& ſi vero Dominus decedat pluribus, & ſupra eadem ſumma.§.item ſi Dominus habuit. & §.ſed quid ſi ſeruus. & in titulo de cauſis, propter quas Dominus
22 amittit dominium, quod habet in feudo §.& ſi vnus. † Sed adhuc quæritur, an teneatur ſeruire inſolidum cuilibet Dominorum, cum plures ſint, vel cuilibet hæredum Domini, cùm plures ſunt? Et puto diſtinguendum, an ſeruitium cõ ſiſtat in dando,vel faciendo, ſi in faciendo, aut eſt factum diuiduum,vel indiuiduum: ſi diuiduum, tenetur pro parte cuilibet Dominorum vel hæredum: ſi vero indiuiduum, tunc cuilibet inſolidum tenetur: veruntamen ſi ad æſtimationem perueniatur, ſoluendo cuilibet partem, liberatur. vnde ſi contra vnum Dominorum facit, amittit tantum pro ea parte, argumentum.ff.de uerborum obliga. l. ii.in i. reſponſo.§.ſi in facto.& l. eadem.§. ſi is qui.& l.in executione, per totum. & l. ſtipulationes, in fine.j. reſpon. ff. ſi ſeruitus vendi. l. loci corpus. §. ſi fundus. & l. ſi forte. §. ſi ædes. ff.de arborib.ceden. l. primo, §. non ſolùm .ff. iudi. ſolui. l. iudicatum.& l. ex clauſula. in titulo hic incipiunt conſuetudines regni, lex Corradi. §. ſi vaſallus contra. & notaui ſupra eodem,§.proximo.Si vero conſiſtat in dando,ſi quidem ſunt duo Domini & rei ſtipulandi, tunc vaſallus cuilibet tenetur inſolidum: ſed ſoluendo vni liberatur. Si vero non ſunt duo rei ſtipulandi, tunc cuilibet eorum tenetur pro parte, argumen. ff. de duobus reis ſtipulan. l. ii. & iij. §. vltimo. & lege reos. §. cum in tabulis, niſi illud ſit tale quod non recipiat diuiſionem, vt dictum eſt. Vel diſtinguas, vtrum plures Domini conſtituerũt partes ſuas diuiſim in feudum: An omnes vna conſtitutione ſimpliciter. In primo caſu, Dominus, quem offenderit, poterit agere pro parte ſua, quam dedit. In ſecundo caſu non: niſi alij conſentiant, argumen. ff. de ædil. edicto. l. quòd ſi nolit. §. ſi plures. & §. Marcellus.ff.qui & a quibus ma.liberi non fiant. l. ſi quis hæres, in fi.ff. de in diem addict. l. quod ſi vno,& l. petenti, in fi. In ſupradicta quæſtio. Py.ſentit, quod omnibus tenetur facere ſeruitium & fidelitatem: quod qualiter ſentit, dic vt not. in ſumma, ſupra de ſacramen. fide.c. & ſi vero Dominus decedat, in fi. in quo §. & ſeq. multa quære argumen.
23 ad hanc quæſtionem, quæ hic repetita intelligantur. † Et debet Dominum adiuuare vaſallus, ſi guerram iuſtam faciat, vt dictum eſt ſupra, in §.ſed quid ſi erat.& §.præceden
24 ti alioquin non cogitur, † ſed volens ad defendendum admittitur: ſicut non cogitur adiuuare Dominum excommunicatum,vel depoſitum,vel banitum, vt extra de ſententia excommunica.c.inter.& videtur.xv.quæſtione.vj.alius, & c. vltimo & penulti.& xj.quæſt.iij.cap.non enim ſemper. & c. ſi Dominus ea iubet, extra de hæreti. excommunicamus.§. ſi vero Dominus. & c.vlti.in titulo hic incip.con. reg. capi.j. primo reſponſo. quia ab omni beneficio debet eſſe expres, argumen.in Authen. de priuile. dot. hæreticis mulierib. §. quia, coll.viij.veruntamen Domino excommunicato,ad fidem vel ſatisfactionem veniente, recuperat Dominus priſtinum ius, vt tamen de medio non quęratur, argu.xv.quæſti. vj.c.nos ſanctorum,& in Authen.ut cùm de ap.cog. §.generaliter, & §. ſequen. col. ix.de prędicta materia notatum in ſumma, titulo de cauſis, propter quas excuſatur uaſallus ſi
25 Domino non ſeruiat, in princip. † Propter quæ ſciendum eſt quod iuſtum bellũ uidetur ex ijs, ſcilicet ex pſona, ex re, ex cauſa, ex animo, ex authoritate. Ex perſona eius, ut ſit ſecularis, cui licitum eſt effundere ſanguinem, non autem eccleſiaſticus, cui eſt prohibitum, extra ne clerici uel mo. c. clericis.& xxiij.quęſt.viij.clerici.& c.ſæpè.& capi.ex his a quibus niſi neceſſitate ineuitabili.extra de homicid.capi. poſtulaſti.& capi.petitio.extra de ſen. excommu. cap.ex tenore & xxiij.quæſt.prima cap. noli. Item ex re, vt faciat,vel fiat pro rebus repetendis,uel pro defenſione perſonæ,uel patrię ſuæ, & rerum paternatum, ut xxiij.quæſt.ſecunda cap. primo,& quæſt.tertia fortitudo.& quæſt.viij.ſi nulla. & capi. igitur. Ex cauſa, ſi propter neceſſitatem pugnetur, ut perpugnam pax acquiratur. xxiij.quæſt.prima ca.noli.Ex animo, ut non fiat propter odium, vel ultionem, uel cupiditatem: ſed propter charitatem, iuſtitiam, & obedientiam. xxiij. quæſtione prima c. qd culpatur. Ex authoritate, ut ſi authoritate eccleſię prędentium cùm pugnatur pro fidelita.uel authoritate Principis.xxiij.quęſtio.cap.quid culpatur. & quę.viij.c.omnia, & c.hortatu.& quęſti.ſecunda & infra vbi de hoc. niſi enim alterum de prędictis interueniat, non eſt iuſtum bellum, nec in aliis bellis uel guerris Dominum adiuuare tenetur.
26 †Sed forte Dominum infamem non cogitur adiuuare, quia ab omni beneficio, & priuilegio eſt excluſus: ſed non a muneribus excuſatur & oneribus, quia immunitatem habere non debet,cum reatus omnem honorem excludat, & pœna concomitetur crimininoſum.C.de decurio.l.nec infamem.& lege,ne quis officialium.C.vbi ſenato.vel clari.lege prima.ff.de interdict.& rele.l.relegatorum.§. vltimo. & lege

Source : BIU Cujas

ſequenti,& nemo ex delicto efficitur pretioſior,vt ff. ad leg. falcid.l.precia rerum.primo reſponſo. De hac materia quæ re in titulo de cauſis,propter quas excuſatur vaſallus, ſi Do-
27 mino non ſerui. primo reſponſo. † Et non ſolum videtur, quòd vaſallus debeat adiuuare Dominum, de facto eius,ſed etiam de facto amicorum Domini, ſi ipſe velit, vt extra de exceſſibus prælator. capitu. grauem argumen. ff.de oper. liber.l.ſi libertus.ff.de penu leg.l. tertia.§.ſed quod.ff.de vul.ſubſtitu.l.ſi plures.§.in arrogato argumentum. ff.de manu.l.quarta.primo reſponſo. & circa hæc require argumen.
28 quæ notaui ſupra eadem ſumma.§. hic quæri poteſt. † Et licet teneatur vaſallus Dominum adiuuare: non tamen tenetur offerre ſeruitium,ſed ſufficit, ſi paratus eſt ad ſeruitium,cum ſibi denunciatum fuerit. Vnde, etiamſi ſteterit per multa tempora,quòd Domino non ſeruierit,non tamẽ feudum amittit,niſi ſciuerit Dominũ in caſtro incluſum,& aſſaltum contra ipſum factum,vt in titu.ſi de feudo vaſallus fuerit interpellat.cap.ſi vaſall.& capitu.licet, in titulo qualiter vſus benefic.ſit tenen.capitu.ſancimus,vt nemo miles, in fine, primi reſponſi, in titulo, hic incipiunt conſuetudi. regni.lex Corradi.§.non cogitur. argumen. ff. quorum leg. I.ſecunda, in principio. ff. de operis noui nunciatio.l.de pupillo.§.qui opus. C.de fideicommiſſ.liber.l.ſi voluntate. C.de euict.l.emptor ſi parentes,in fine.ff.de action.empti.l.empto re.§.denique.ff.quando dies legat.l. prima. §. non eligitur.ff. de colla. bonorum.l.ſiquis. §.ſtipulato.ff.de oper. liber.cum patronus.primo reſponſo. ff. de verborum obligatio. l. ſi ex legati,in fine.& l.interdum,in fine.primo reſponſo. ff.ex quibus cauſſis maio.l.item ait, in fine. Quia vbicunque vaſall. inſidias ſcit, Domino eſſe paratas, occurrere debet, vt argumen.C.de ijs quibus vt indig.l.vltima, in fine. ſine vitæ tamen periculo,argumen.ff.de oper.libet.l.hæ demum,in principio.ff.de acqui. poſſeſſio.l. interdum.§.primo, in fine, licet pericula vaſalli eſſent remuneranda & præmiis cohoneſtãda.ff.de iure immunita.l.ſemper.§.negociatores. alia argum. plura poſſunt colligi ſupra eadem ſumma. §. item ſi Dominus habuit. Quædam tamen argumenta ſunt, quòd vaſallus debeat Domino ſeruire & offerre ſeruitium, quamuis ei denunciatum non ſit.C.de contrahend. & commi. ſtipul. l.optimam,& lege magnam.C.de iure emphyteu.l. ſecunda. ff.de fideicommiſ.lib. I ſi quis. extra loca. capitulo potuit.ff. de le.commiſ.l.dubitat,ſed illud cõting. propter diei appoſitionem,quæro pro homine interpellat, vel fauore libertatis contin. Vnde dic, cum nominatum fuerit ſeruitium vaſallo & ei denunciatum,debet ſeruire, non obſtantibus præ dictis argumentis, & ad hoc eſt argumentum. ff. de oper. libe.l.ſi quis hæres.§.indicium. l.cum patronus,primo reſponſo,& l.quotiens, in fine. ſi eſt denunciatum & non ſeruiat, feudum amittit,vt prædictum eſt: niſi poſtea Dominus ſeruitium ſuſceperit ſponte,argumentum. ff.de arbit. l. Celſus.ff. de eo,quod certo loco.l.vltima. C. de pact. inter emptorem & vendit.l.commiſſoriæ.ff.de commiſſo.l. ſi per emptorem. §.vltimo.& l.poſt.ff.de mino.l.Aemilius.§.penultimo.ff.mãda.lege ſi vero non remunerandi. §. ſi mandauero, in fine. C.de iure dotium impetra.l.ſecunda.argumentum.C.de vſu. quamuis.C.ſi maior factus alien.fac.rati. hab. per totum. Et hoc verum eſt, niſi dominus dixerit recipiendo ſeruitium, ſaluo iure ſuo,vt arg.ff.qui.mod.pign.vel hypotheca ſolu. l. ſi debito.§.primo.C.de ijs, qui ſponte mune. ſubeunt. lege, prima.libro 10.ff.ad le.Aqui.l.ſi ſeruus ſeruum.§. ſi calicem.
29 ff. de bonis liber. l.ſi pater exhæredato. † Et licet debeat, ſeruire, quando ei denunciatum eſt, debet tamen habere cum moderatione aliquam temporis dilalionem, argumẽ. ff.de colla.bono.l.ſi quis.§.finali.ff.de feriis. l. prima,in fine, vt ſibi pręparet cibaria, argumen.ff.ex quibus cauſis manu. l.ab hoſtibus.ff.de iudi.l.ſi debitori. vt tamen ſeruiendo,non teneatur continuè ſeruire, ſeu continua hora,ſed meridiano tempore aquieſcat. Et omnia temporis ſpatia libera ſint ei,quę ad curam corporis ſunt neceſſaria, argumen. ff. oper. liber.l.medicus,& l.libertus, & l. cum patronus.§.finali.& l.operam edi.C.de teſtibus. l. cum antiquitas. §. primo, vt tamen,ſi pręſtare debet diurnas operas,non incipiat a 6. hora diei vel vltima,ſed in mane,argumen.ff. de annuis leg. lege ſecunda,quando appell.ſit.l. prima.§.dies, & non cogitur die noctuque operari,ſed moderate deſideratur,ex bono & æquo,eius operatio,argumen.ff.de ędil.edi.l.ſi quid. ff. de verborum obligation. l. continuus. §. ſecundo.argumen. ff. de pignora.actio. l.ſi ſeruos, in fine. Non enim debet ſingulis momentis operari, nec ultra, quàm eius natura poſſit tolerare,quia tempus ineſt præſtationi operarum, argumẽ. ff.ſtatu liberis. l. ſi peculium .§. quædam, vt ſcilicet aliquod momentum naturę interuenire poſſit, argumen.ff.de verborum obligationibus, l. continuus. in principio. Cum enim certo tempore habet operari, non requiritur vt continuè operetur,nec vltra quam vſus exigit,vt argumen.ff.de itine. actuque priua. l. prima. §. ſecundo. quoniam interuallum modicum,ei non nocebit,argumẽ. ff. de duobus reis.l.duos. §.finali.& l. ſi ex duobus. Idem eſt & ſi certis annis operari habet, quia nõ requiritur, vt habeat operã continuatis diebus cccLxv. ſingulorum annorum,vt ff.de ſtatu libe. le. cum hęres.§.Stychus, quę qualiter habeant intelligi, magis intellectu,quàm elocutione, percipi poſſunt, arg ff.rem ra.ha.l. quo enim.ff de ſol.l.ratũ, vel hac arbitrabitur bonus vir iudex, quanto tempore diligens paterfamilias opus perficere poſſet,quod facturum ſe promiſit, vt ff.de verb.obli. l.continuus.§.ſecundo. Hodie videtur per conſtitutionem Henrici,de militum.§.primo, quòd vaſallus omni anno debet ſeruire Domino,alioquin feudum amittat, niſi forte occaſione guerræ vniuerſalis non exhibuerit ſeruitium vt in titu.de pace Conſtantiæ.§.vaſalli,qui tempore.Sed poteſt intelligi, quòd omni anno debet ſeruire, ſcilicet ſemel, ſi ei fuerit impoſitum ſeruitium & ei denunciatum. Et tunc ſi non ſeruiat,feudum amittit, vł redimat per medietatem fructuum, quantum ex feudo habuerit illo anno, vt in conſtitutione Federici, imperialem. §. firmiter. Vel forte bis in anno, ex cauſa,argumen.ff.de bonis authoritate iudi.poſ. l.vltima,in fine,& etiam pluries,ſi neceſſe fuerit, argumen. ff. de edend. lege ſi quis,in fine, & l. ſequenti. Quoniam tenetur Domino ſeruire,quotiens eſt neceſſe, vt in titulo de feudo ſine culpa non amitten. capitulo, ſancimus, vt nemo.in fine,& hoc ſecundum determinationem notatam ſupra eadem ſumma.§.& licet teneatur,& in §.precedentibus, & ſequen-
30 tib.†Sed quid ſi dominus petat,ut contra ſe ſeruiat, ſi non ſeruit, nunquid excuſabitur? Reſpondeo, videtur prima facie, quòd non, cum vaſallus teneatur Dominum adiuuare contra omnem hominem, ergo & contra ſe, vt in titulo, hic incipiunt conſuetudines regni. capitulo primo,§. contra omnes,argumen.ff.de pigno.l.Paulus. ff. de ædili.edicto.l.quòd ſi nolit.§.primo.argumen.ff.de condic.indeb.l.frater a fratre.ff.de pact.l.cum in eo eſſet.ff.manda.l. ſi negocia. ff.de adminiſtra.tuto.l.quotiens.argumen. C. de euic. l.ſiue, C.de don.cau.data.Sed ego puto,ꝙ excuſetur: quia licet teneatur Dominum adiuuare contra omnem hominem, nõ tamen contra ſe: quia in generali ſermone excipitur perſona loquentis, nec de ſe videtur intellexiſſe, argumen.ff.de action.empti.l.ſi mercedem.§ ultimo.C.de ſolu.l. inquiſitio. ff.loca.l. qui inſula. §. vltimo. Nam parcendum eſt uaſallo, qui vult ſe tueri,uel etiam uendicare, argumen.ff. ad exhib. l.tertia.§.primo, in fine.ff. de aqua pluuia arcenda. l. prima. §.denique. Inſtitut. de excuſatio. tuto. §. item ſi propter inimicitias,& argumen.ff.de min.l.illud.ff.de procura.l.mandato.ff.de ſerui.l.ſi cui.ff.com.præd.l.quicquid. & l.in tradendis. ff.de verborum obligatio.l.ſtipulatio iſta.§.quarto.ff.de procu.l.filius.§.fina.& l. ſi poſt. C. de teſt.l.nimis.ff.de quęſtionibus.l.de minore.Vel diſtingue cuius culpa guerra eſt: an Domini uel vaſalli:ſi Domini,non tenetur ei uaſallus: ſi uaſalli,tenetur,argumen.ff.loc.l.ſi merces.§. culpæ.ff. ſolu.matrimonio.l.penul.primo reſponſo. Hoc idem poteſt intelligi, propter timorem rerum ſuarum, & etiam liberorum ſuorum,argumen.ff.quod metus cauſa.l.iſti quidem,in fine, ad hanc quæſtionem quære, in ſumma, argumen. ſupra de ſacra.fide.§. couſu euit quęri. Seruiet autem uaſallus quandoque ſine expenſis Domini diſtinct. habita, ſecundum quoſdam, an nominatum fuerit ſeruitium, vel non: ut cum ſeruitium nominatum fuerit,ſeruiat uaſallus, expenſis Domini,argumen.ff.de operis libe.l.imponi.& l.penul. Si vero nõ eſt noĩatum,tunc ſuis expenſis, Domino ſeruiat, argumen. ff.de operis liber.l.ſuo victu,in princip.& l quod niſi,in prin. argumen.ff. de le. tertio. l.fideiuſ.§. fina.alias l.Stychus lib.& ſi non poteſt ſeruire ſuis expenſis, tunc ſeruiat expenſis Domini.Et ſi dominus pręſtare nolit, tunc dominus illo priuetur ſeruitio,ar.ff.de agno.lib.l.alimenta,ff.de iure pat.l.diuus Claudius.§.j.ff.de bo.li.l.ſi patronus nõ aluerit.ff.de oper.li.l. quod niſi.Sed iura prędicta nõ faciunt, nec probant dictam diſtinctionem, ſed potius probant aliam diſtinct.Quia aut vaſallus habet, vnde poſſit ſibi expenſas facere, aut non.in primo caſu ſeruiet ſuis expenſis domino,alioquin dominus faciet vaſallo expẽſas, aut dabit ſibi ſpatium acquirendi eas: & ſi neutrum eorum faciat,illo ſeruitio priuetur,vt dictę leges,de ope.lib ſuo victu,& l.ſeq.& l.ꝙ niſi, & l.pe.manifeſte hoc probant.& ſecundum hanc diſtinctionem poteſt intelligi d.l.imponi, quę videtur contraria huic diſtinctioni: uel refert vtrum ſit ſeruitium corporale, quod corpore ſine expenſis poteſt adimpleri,aut non.In primo caſu ſeruire tenetur,licet ſit pauper. In ſecundo excuſetur, propter pauperta tem,arg.ff.de mu.& ho.l. circa.§.inopes.C.de his, qui numero liberorum,l.vltima, in fine, & ff. de excuſatione tutor.l. pauper.& l.poſt ſuſceptam.inſtitutio. de excuſa. tutorum,§.

ſed

Source : BIU Cujas

ſed & propter. ff. mandati. lege ſi procuratorem. §.penultimo, ff.de offi præſid lege illicitas, circa finem. C. de modo mulct.lege vltima,in fine circa hanc materiam quære argu-
31 men. pro & contra titulo proximo, §. item licet. † Et quod ſupra dictum eſt, habet locum, quòd vaſallus, domino præſenti & in eadē prouincia, in qua vaſallus moratur, ſeruire debet: quia forte domino abſente, ſeu in alia prouincia, exire non debet, niſi mandato Principis vel Papæ,vt tertia quæſtione ſeptima. capitulo non licet. extra de reſcriptis capitulo nonnulli. vt lite non conteſtata.capitulo accedens,extra de foro competente, capitulo ex tenore,vt ff.de procura. lege, ſed hæc. §. non ſolum, argumen. C. quando Imper.inter pup. & vi. legej. primo reſponſo,in Authentica,vt differentes iudic. §.hæc autem omnia. colu. ix.in Authen.de fideiuſſo.§.primo.collatio.primo.C.de decurio. lege curiales, libro 10. Puto tamen, quòd in ſua prouincia, in qua moratur vaſallus, uel feudum eſt, ipſe vaſallus, ſuis expenſis, debeat ſeruire, etiam abſenti domino,niſi vaſallus, ſua ſponte mutauerit domicilium ſuum. Quia tunc etiam ſuis expenſis abſenti domino, ſeruire tenetur in alia prouincia, cum domino ſe non potuit ſubtrahere. Si vero dominus velit alibi ſeruitium præſtari, præſtandum erit, expenſis tamen domini, qui alibi moratur,niſi dominus videatur vagari,arg. ff. de ſeruis exportan. lege,ſi Titius.ff.de iud.l.hæres abſens.ff. de operis liber.lege, quod niſi.§. primo, & lege ſequenti, quæ continuatur cum præcedenti. & argumen.ff.de eden.lege prætor,in fine argumen.ff.ad exhiben.lege,ſed & ſi,§ primo,ff.depoſi.lege,ſi in Aſia.§.primo,ff.de rei vendicatione,lege ſi res mobilis.Item dico adhuc, quòd vaſallus debet ſeruire domino extra ciuitatem ſuam,vel exrra prouinciam ſuam,ſi dominus vult præſtare expenſas, alioquin non, ut dictum eſt, niſi iuſta cauſa ſubſit,quæ æſtimari poſſit, ex perſona & loco propinquo,vel longinquo,& commodo,boni viri arbitratu,argumen.ff.de annuis lega.lege.Męuia.§.uxore. ff. de condition. & demonſtratio. lege penultima.§. finali.C.de decurio.lege curiales,libro 10.ff.de iniu.lege, ſed & ſi §. quod autem prætor.C.de bonis,quæ liberis,le. ultima §.ubi autem, & quod dixi,boni uiri arbitratu,intelligas,ſcilicet iudicis,ut ff.de uerborum obligatio.lege continuus.§.ſecundo, uidetur etiam argumentis quibuſdam, quòd in quocunque loco debeat ſeruire vaſallo, & debeat præſtare ſeruitium, ubi petitur, argumen.ff.de annuis lega. lege prima. ff. de iudicijs. l.eum qui. ff. de condic.indeb.lege, qui certo loco,quod intelligas loco,ſcilicet idoneo,argumen.ff.de iudic.lege hæres.§.illud, & lege ſi locus,& ff.de arbitris, lege ſi cum dominus.§. ſi arbit. ff. de muneribus & honoribus, lege ut gradatim, & ſi. extra de reſcriptis,capitulo cum adeo. extra de foro competen.dilec.ff.de eo quod certo loco.l. quod ſi Epheſi. Item licet cum perſona vaſallus ſeruire debeat domino,non tamē de rebus ſuis ſeruire cogitur, ut ſunt argumen. ff. de liberis agnoſcen.lege ſi quis ali. §. parens quanuis. C. ne filius pro patre.l.vltima argumen.ff. de admini.rerum ad ciui. pertin. lege tertia.§.penultimo. ff. vbi pupil.edu.deb.lege tertia, in fine,ff.de cur.fur. l. conſilio. C. de pactis dot lege.hac l. Sunt tamen argumen. quòd teneatur ſeruire cum rebus, ex quo ſeruit cum perſona, argumen. C. in quibus cauſſis colo.uel cenſi.lege ſecunda,libro 12.qui poti.in pigno.hab.l.aſſiduis. ff.in quibus caſibus pign. ta. contra. l. ſi gratuitam.§.ſi quis. C.ne fideiuſſor.do.dentur. lege ſecunda.C. de ſacroſan.eccl. authen.ingreſſi.ff.de muneribus,& honori.l.æſtimationem. §.inuitus,extra de dote poſt diuor.reſtitu. capitulo, per tuas & poterunt ad hoc plura argumenta induci, quæ in pręcedentibus §§.& ſequentibus continentur. Sed ubi uaſallus debet ſeruire expenſis domini, forte cibaria excipientur, quæ dominus præſtare non tenetur,argumentum.ff.de rei vendi catione lege res mobiles.ff. ad exhib.lege, ſed ſi hæreditas, §. primo, verum vbi vaſallus vadit cum Prncipe, eunte Romam, pro ſuſpicienda corona,vel cum domino ſuo, qui cum Principe vadit,puto quod debeat ſeruire ſuis expenſis, uel dare medietatem fructuum feudi illius anni, domino ſuo, ut in conſtitutione Federici imperialem decet. §. firmiter,ut totius anni fructus computentur,ut ff.ſolut.matrimo. l.diuortio, veruntamen in Italia propter legem Conradus, aliter fuit ſtatutum,& ſcilicet quod Lombardus præſtare debeat 12.den. pro modio: in Teuthonica uero terra tertiam partem frnctuum illius anni. ut in titu.hic incipiunt con-
33 ſuetudines regni.capitu.hæc ſunt capitula.§.ſimiliter. † Quæ ſupra dicta ſunt in præcedentibus §§. ſunt argumentum ad ea,quæ de facto uidi quæri in prouincia,ubi ſolitum eſt,milites dominis ſuis promittere,quod eis de placitis,ſiue litigiis adiuuabunt: vnde uidi quæri, qualiter miles in iuris negotiis dominum adiuuabit, an habendo aduocatum, uel pecuniam miniſtrando, uel tantum de perſona ſua veniendo cum domino ad cauſam? ſi dicatur quod eum adiuuet habendo aduocatum vel pecuniam, ad ſumptus proinde faciendos, miniſtrando, non male uidetur dici, ut promiſſio huiuſmodi aliquid operetur & ſit domino fructuoſa, argumen.ff.de vſu.lege ſi ſtipulatus,& ff.de lega. tertio. lege quiſquis.ff.de lega. primo. lege ſi quando alioquin, quid prodeſt domino talis promiſſio, a tali milite facta? Certè nihil,niſi forte diceretur, quod dominus ſocios habere non poſſet, eundo ad cauſam. Quia tunc vaſallus ſuis expenſis, dominum ipſum aſſociando, ab aliis prędictis oneribus, excuſaretur, atgumen. ſunt ad hoc pro, & contra, ſupra eadem ſumma. Item licet cum perſona & in pręce dentibus & ſequentibus §§. quæ hic competenter adaptari poſſent, & infra in ſumma, de cauſis propter quas excuſatur vaſal. ſi domino non ſeruiat. §. item vaſallus excuſatur propter dignitatem.vel poſſet dici, quod eundo cum ipſo ad cauſam excuſetur:alioquin tenetur ſibi pro qualitate feu di ſtipendia miniſtrare, vt argumentum in conſtitutione Federici, Federicus, alias incipit,hac edictali, quæ eſt ſub Rubrica,de pace iuramento firmanda. immo etiam tenetur ad ſumptus domino miniſtrandos, ſi pro defenſione feudi litigat dominus, ſicut & vſufructuarius. ff.de vſufruc. l.hactennus.ff.ſi ex noxa.cauſa aga.lege tertia. ff. de damno infecto lege,hoc.§.penultimo.& vltimo. & lege quanuis.lege,ſi proprietarius.ff.de noxal.l.ſi ex duobus.§.finali. & lege
34 noxale. † Erunt etiam quæ dicta ſunt in eiuſdem §§.in argumentum ad ea, quæ frequenter quærun tur de vaſallis & militibus militum: an dominus in eis quæſtam facere poſſit, vel exactionem aliqua occaſione, & ſpecialiter in caſibus, de quibus tractat Rofredus, ſcilicet pro Corredo Imperatoris, cum tranſitum facit per terram ſui vaſalli:& pro redemptione ſua, cum captus eſt vel fuit: Et pro terra emenda,& pro ſua & filij ſui militia,in quibus caſibus conſuetudo obtinet in multis locis, quod poſſit fieri quæſta vel talea vel exactio: ita Rofredus, dicit & tractat in titulo de villanis,& in titulo ſacramentum cuiuslibet vaſalli.§. iſti ergo. Sed ad prædicta probanda,nulla iura inducit: hoc tñ circa prædicta,pōt dici, ꝙ ad oīa quaſi ad quę tenetur vaſallus Dño & miles,& homo,ſimiliter teneatur Dño ſuo: q̄is feudum a Domino ſuo nō habeat,ut Domino ſecundū p̄dicta iurare teneatur, ut de hoc ſatis dictum eſt ſupra de ſacramento fideli. §. primo ii. & iii. & ſicut vaſallus non poteſt alienare feudum in præiuditium Domini, vt conſti. Federici, imperialem. §. primo,& ſic videtur idem de militibus noſtris, qui pro nobis tenent quæ habent, ut argumen. in alia conſti. Federici imperialem. §. ad hoc propter in qui bus, ſimilis prædictis, poteſt haberi tractatus circa queſtas, taleas & exactiones. Vnde quod Dominus poſſit facere quę ſtam in vaſallis, & militibus & hominibus ſuis, pro corredo Imperatoris eſt argumen. quod poſſit, ſicut Prælatus in clericis ſuis, & clericis ſibi ſubiectis pro corredo, ſiue procuratione Papæ vel legati, vel alterius ſuperioris, nullius temporis præſcriptione obſtante, vt extra de immunitate eccleſiarum & alta. capi. quia Prælati, extra de cenſibus, cum inſtantia. & cap. procurationes, & extra de præſcript. cùm ex officii. & capi. accedentes.extra de iureiurando,ego circa finem. Item pro exhibendis miniſteriis ad ſęliciſſimā expeditionem, cùm tranſitum facit Imperator per aliquem locum, ſiue pro Imperatoris exercitu, quod poſſit fieri col lecta, probatur, C. de ſacroſanctis eccleſiis,l. neminem. & l. placet. C. de exactoribus tributo. l. ii. libro x. & C. de quibus muner. vel pręſta.ne.liceat ſe excuſare l. ii. libro x.C. de curſu publico. lege nullus pentitùs. libro xii. & in conſti tutionib. Federi. capitulo hac edictali. §. vt autem æquitas· in alijs vero caſibus prænotatis dicendum eſſe videtur, quod poſſit rectè fieri, quatenus hoc opus habet, & neceſſitas euidens hoc expoſcit. & ita poteſt fieri non ſolùm in prædictis caſibus, ſed etiam generaliter in omnibus caſibus, vbi euidens neceſſitas hoc requirit, vt poſſit Prælatus facere in clericis & eccleſijs ſibi ſubiectis, vt extra de cenſibus, cùm Apoſtolus. §. prohibemus. & cap. ii. & capi. licet. extra de officio ordin.c.conquerente, in fine. extra de iureiurando.cap.ego, circa finem extra de immunitate eccleſi. cimite.& re. &c. cap.non minus. & capitu.aduerſus. Sed quę neceſſitas poteſt notari in emptione vel in militia, niſi ſola voluntas? dic quod ſi Dominus pauper emit poſſeſſiones, vt inde fructus habeat ad ſe ſuſtentandum,quod tunc vaſallus & miles & homo, Domino conferre teneantur, argumen.. ff. de liberis agnoſcen. lege alimenta, in princip. & §. primo, & lege finalibus, ff. de iure patronatus lege diuus Claudius. & lege ingratus. & ad hoc quære argument.pro, & contra, infrà eadem ſumma. §. iura prædicta. pro militia vero oportet Dominum multa forte expendere: vnde ad eius ſumptus releuandos, ne Dominus propter

Source : BIU Cujas

ſumptus pauper efficiatur, forte vaſallus domino conferre tenetur, & etiam oportet, quòd miles fiat dominus, ne forte nobilitas ſui generis de facto pereat, ſi miles non efficiat, argumen.ff. de mune.& honoribus,lege tertia. §.præſens. & l.honor.§.de honoribus.C.de decurionib. lege,
35 ad ſubeunda . libro 10. † diuitiæ enim nobilitant,vt argu. C.de poſtula.l.producendum . Horat.ait.

Et genus,& formam Regina pecunia donat .

36 † Item militia nobilitat,& priuilegia,& immunitates tribuit,vt argum.C.de tyronibus,lege prima.libro 12. ff.de excuſatio.tuto.l.ſed milites,in princi.& §.primo.l. non ſolum. C.qui mili.non poſ.l.omnes,& l.ſuper ſuis,& & l.vltima, libro 12.C.de nego. ne mili.l.vna. libro 12. C.de re mili.l.militares, lib.12. Cum ergo diuitiæ uel militia nobilitant, ſequitur vt eorum contrarium ,nobilitatis contrarium operetur, loco a contrarijs: & quia contrariorum eadem eſt diſciplina ſiue ſenſus : quod eſt argumen. fortiſſimum , vt xliiij. diſtinctio. Ephe. & ff.de officio eius, cui man. eſt iuris. l. prima , & xxiiij. quæſtio. ſecunda. capitu. ſane quòd, & de pœn.diſtinctio.prima,cap.verbum , ex quo enim nobilitant diuitiæ , eis deficientibus, nobilitas deficiet , argumen.ff.de mune. & honorib.l.ſcripto primo reſponſo, ff.de ſenato. l. ſenatoris filius,& l.fœminæ,& argumen.C.de inofficioſo teſtamen.l.vltima,in fine.C.de ferrijs, l. vltima extra de appel. capitu.cum ceſſante. extra de pœni. capitu.cum infirmitas, vnde euidens eſſe videtur neceſſitas,vt in prædic. caſib. quæſta fieri poſſit. ſed contrarium puto in caſu militiæ de iure, licet conſuetudo contrarium obtineat in multis locis: non enim diuitijs deficientibus nobilitas perit,ſed remanet vt C. de inceſtis nup.l. humilem , in prin.vnde cum ſola voluntate ad hanc neceſſitatem deueniat Dominus, ſibi imputet,cum ſua culpa damnum patiatur,vt argumen. ff. ſi quis caut.l.ſecunda.§.penultimo,& ff.ex quibus cauſis ma. Item ſecunda,& l.ſequenti.C.de pigno.l.ſi creditor, & ita non eſt ſibi ſubueniendum ĩ caſu militiæ à vaſallo vel homine ſuo. Sed quid ſecundum conſuetudinem, ſi nihil expendit pro ſua vel ſui militia,vel pro filia maritanda? nunquid & tunc poterit facere quæſtam in ſuis vaſallis? Dic quòd non rationibus ſupra allegatis. In filia vero maritanda ſi eam dotat,ſimiliter occurit neceſſitas. Quia ex neceſſitate, pater eam de ſuo dotare habet,vt C.de dot.promiſſione.l.vltima. & ff.de ritu nuptiis,l.qui liberos, in Authenti. vt cum de ap. cog. §. ſi alicui.collatio.viii. Sed in prædicto caſu , probata conſuetudine, quid erit ſi dicatur, quòd talis conſuetudo proderit Domino,ſi diu ſiue lõgo tempore fuit obtenta ,vt argumen.C.quæ ſit longa conſuetu. lege prima, & vltima , quæ videtur lex in hoc caſu expreſſa . & facit. 12. diſtinctione, conſuetudo.& capitulo ſequenti.& ff. de lega & conſti.lege, de quibus. & lege ſi ea. Ab alio vero Doctore audiui,quod talis conſuetudo nil domino prodeſt , quia contradictorio iudicio nõ eſt obtenta, vt. ff.de leg.& ſen.con.l.cũ de cõſuetudine, quia talis conſuetudo improbata rõne inuenta eſt,vt quia in periculum animę Domini , & contra libertatem vaſalli , vt plus a vaſallo exigatur , quàm a principio fuerit impoſitum ei in feudi conceſſione : a quo plus quam fuit impoſitum non poteſt exigi , ſicut nec a liberto , vt ff.de oper. liber.lege operis , & lege ſequenti. & pro hoc facit, C. quæ ſit longa cõſuetudo.lege ſecunda,& ff de legi & conſtitu.lege,quod ratione,& extra de conſuetudine.capitulo ad noſtram,& capitulo vltimo,cum ijs,quæ ibi notatur: & videtur expreſſum, C.de excuſatio.munerum.lege placet. lib. 10. C. de officio.præfe.præ.Africæ.l.ĩ nomine Domini,vltra medium , hoc dicebat ſpecialiter in quęſtione , quam uidi de facto in prouincia , in qua ad probandum conſuetudinem talem inducebatur conſuetudo vicinorum vaſallorum, & communitatum prouinciæ , ad probandum , quòd quidam Baro poſſet quæſtam facere in hominibus vaſallorum ſuorum pro ſua militia : qui Doctor dicebat , quòd talis conſuetudo ſeruata inter alios , inter illum Baronem & ſuos vaſallos & eorum homines,nil Dominum adiuuabat, rationibus ſupra proxime allegatis,præcipuè per dictam legem,quod non ratione,& per dictam.l.operis , & videtur caſus legis pro ipſo,in Authenti.vt nulli.iudici.§.primo , colla. viij.præcipue talis conſuetudo,quæ coactione intercedente, & non ſponte probatur ſeruata , vel interpoſita ab aliis, onerandæ libertatis eorum gratia , argumentum.ff. quarum reum actio non datur.lege prima.§.quę. & §.ſequenti , cum ſuis concordantijs , & quęre ad hanc quęſtionem argumentum infra eodem.§.ſed quid erit, ſi Dominus . Quotieſcunque autem reuocatur in dubium , an ſit rationabilis cauſa vel non,pro qua exigitur: ſuperioris arbitrium deſideratur, vt prima quęſtione, prima,c.ſi clericus aduerſus . C. in quib. caſibus coloni cenſi. Dominos accu. poſſ. lege prima.libro 11.ff.de offic.prefec.vrb.lege prima. §. quod autem. C. noua vectigalia. lege prima.Ad hoc autem ſciendum , an Dominus poſſit quęſtam , taleam , collectam , vel exactionem facere in vaſallis,vel hominibus ſuis,ita tenẽdum eſt . Quia, aut conuenit inter ipſos tempore conceſſionis feudi vel caſamenti , aut non.ſi conuenit , poterit ea facere, quia pacta ſunt ſeruanda,extra de condi.appoſitis. capitulo, verum,& xviij.quęſtio.ſecunda.Eleuterius. ff. de pac. lege prima. ff. de actio.empti.lege ex empto.in princip. extra de pact. capitu. Antigonus, nec habet vaſallus vnde quęratur , ex quo cum ipſo conuenit . Quia ſcienti & volenti dolus non infertur, vt C.de tranſact.lege cum donationis,& ad plus ſoluendum cogendus non eſt,cum ſatis ſit canonem ſtatutum ipſos ſolure,vt C.de col.fund.lege prima , & ſecunda. libro 11. & argumen.C.noua vec.l.prima.ſecunda.tertia. & quarta. Si vero non cõnenit , poterit facere taleam, vel exactionem pro defenſione patrię ſuę & domini ſui,vt argumen. xxiii.quęſt. iij.fortitudo.extra de immu. eccle. vel ali.re.capitulo, peruenì.xxiii.quęſtio.viii.omni timore. ff. de noui operis nuncia. l.nam Reipublicę . Item ſi Dominus vult ire in exercitum indictum ab Eccleſia, vel Imperatore ſeu Principe contra hæreticos vel paganos,vel etiam inimicos imperii, & de ſuo ſine graui damno expenſas Dominus facere non poteſt, poterit Dominus quæſtam facere, ut dixit Magiſter R. de Penna forti, pro ipſo faciunt iura ſupra allegata in §. erunt etiã habi. Item pro exhibendis , &c. De quibus inimicis loquitur xxiii.quæſtio.viij. capitu.omni timore.& capitu.hortatu. & cap.igitur,extra de Iudæis & Saracenis,capitu.ita quorundam.ff.de verborum ſignificatio. l. hoſtes. Propter quæ eſt quæſtio expedita , qua quæri conſueuit, an Dominus volens transfrætare in ſubſidium terræ ſanctæ : an ob hoc Dominus poſſit facere quæſtam , quia ſecundum determinationẽ prædictam,hoc poteſt : & eſt ratio , quia ſi pro Imperatoris exercitu poteſt facere , vt ſupra dictum eſt , multo fortius pro exercitu ſummi Imperatoris Ieſu Chriſti , argumen.in conſtitu.Federici.ad decus.§ gazaros,& loco a minori,quod eſt validum argumentum,vt extra de conceſ. præbend.capi. nulla,& de eccle.capi.cum in cunctis, in princip. quibus inimicis fidei eſt bellum ab eccleſia indictum , vt argumen. exrra de Iudæis & Saracenis.cap.ita quorundam.cap.ſignificatum,& cap. ad liberandam , & in prędallegato , cap. omni timore. Item poterit quæſtam facere , quando Dominus eſt captus iniuſte,vel in guerra ex ſui parte iuſta , & ſine magno ſeu graui damno ſuo, non poteſt ſoluere redemptionem,quia hæc eſt euidens neceſſitas,vt eſt prædictum , & ſecundum hoc poſſet idem dici in aliis caſibus ſupra notatis, vt cum Dominus ſine maximo damno ſuo,filiam maritare non poteſt,vel ſuam vel filii ſui militiam procurare: ut tunc vaſallum,& non aliter teneatur eidem , ad conferendum de bonis ſuis : & de hoc ſatis eſt dictum ſupra. & argumen. C.de iure dotium.l.mater& in Authen. de manda. Princi.§. illud.col.3.C.de anno. & tribut.l.omnes penſitare. libro 10. C.de ſuper indicto.l.vna.lib.10.Item, ſi vult ire ad Principẽ, pro obtinendo priuilegio ſibi & hominibus ſuis : & non poteſt de ſuo ſine graui damno expenſas facere,& ex ſimilibus etiam iuſtis cauſis: quia in his cauſſis, omnium vtilitas procuratur , argumentum in Authentic. de manda. Principa. §.deinde.coll.tertia, & C. de anno. & tributis, l. omnes animo,libro 10.C.de exac.tribu.l.vltima,lib.10. argumentum, C.de mune.patrimo.l.ſecunda.lib.x. C.de immuni. ne. con. lege ſecunda.lib.x.vt ne liceat in emptione ſpe. l.prima.lib.x. Et quando in dicta publica expeditione pro eundo Romã, ad ſuſcipiendam imperij coronam vocatus eſt vaſallus a Rege domino ſuo ,tenetur Dominum ſuum adiuuare, ſcilicet eundo cum ipſo,vel p̃ quantitate feudi ſtipendia militiæ perſoluendo : quod ſi non fecerit , & vaſallus de vocatione legitima per pares conuictus fuerit, feudum perdit , & Dominus illud in vſus ſuos conuertere poteſt. Item & cum Dominus cum Rege in hoſte Romam vadit , vaſallus ſi cum Domino ſuo non vadit, tenetur Domino ad hoſtandicium ſiue adiutorium , ſed in Lombardia de modio dare, 12.Domino, in Alemania ſiue Teuthonia tertiam partem fructuum illius anni exercitum , vt in titulo, hic incip.conſuetud.regni. capitulo hæc ſunt capitula. §. ſimiliter in hoſtandicijs , & hoc olim . Hodie vero, tam in Italia, quam in Alamania quicunque in dicta publica expeditione vocatus a Domino ſuo , eadem expeditione ſpatio competenti , vt tenetur , ſi venire ſuperſederit, vel alium pro ſe Domino acceptabilem mittere cõtempſerit,dimidium redditus Illius anni, Dño ſubminiſtrare tenetur : ꝙ ſi non facit, feudũ amittat, & Dominus illud in ſuos vſus cõuertere põt, ut ĵ. in conſt.Federici.imperialẽ. §. ſimiter, in ti.de pace iuẽo firman-

Source : BIU Cujas

firmanda. l. Imperator.§. finali. Sed quid erit, ſi Dominus eſt in poſſeſſione ſeu quaſi, faciendi quęſtas, & taleas, & exactiones quaſcunque : uaſallus uero miles, uel homo, dicat, Dominum non habere ius faciendi eas: & ipſum retroactis temporibus iniuſte exegiſſe prędicta. & ſe in futurum ad prędicta non teneri: Domino forte hoc ſolum dicẽte,ſe fuiſſe in quaſi poſſeſſione prędicta faciendi & exigẽdi: nunquid Dominus poteſt facere prædicta non obſtante ꝙtra dictione vaſalli militis vel hominis? & videtur quod ſic, quia talia annua, quę ſolita ſunt præſtari a iure non improbata,præſtanda ſunt,licet præſcripta non ſunt,vt prima quę ſtio.prima.capitu.quæſitum,in fine.& xviii. quæſtio. vltima. capitu.ſeruitium, & extra de cenſibus, capitulo,olim. nam præſtatio cenſus, eſt probatio ſubiectionis: ob hoc talea,ſiue tributa præſtantur,vt extra de cenſibus.capitulo, omnes, item obtentũ eſt ſic.10. annis vel 20. vel ampliori tempore, quo conſuetudo inducitur, vt C.quæ ſit longa conſuetud.l. prima,ergo talis exactio in conſuetudinem deducta. ſeruari debebit,vt extra de conſuetu. ca. cum dilecti,extra de cauſſa poſſeſſi.& proprie.capit.cum eccleſia,ff.de leg. & conſtitut.l. de auibus.Præterea obtentum eſt, 100.annis, vnde iſti vaſallo vel homini præſcriptum eſt longæua præſcriptione,cum de iſtis præſtationibus non extet memoria,licet alias de iure non deberentur, vt argumentum. ff. de aqua pluu.arcenda. l. prima, §. fina. & l.in ſumma,§. antepenulti. & l.fina ff.de probati.l.ſi arbiter. Præterea hæc ſunt Domino præſtita,ſeu ab eis exacta bis,ter, vigeſies,immo fortè centies, & ſic ſibi conſuetudinem videtur impoſuiſſe: quia nedum centenarius,vel vigenarius actus inducit conſuetudinem: Sed etiam binarius & ternarius.C.de epiſcopali audi. l.nemo, in fine, & conſuetudo ius tribuit, vt ff.communia præ.l. venditor.§. primo.C.de auro.coro.l.vna.libro 10.C.de manci. l. prima, nec obſtat quòd liber ſit homo, quoniã hoc præſtando Domino,videtur conſenſiſſe licere ſibi imponi, argumen. ff.de liber.cauſa.l.ſi iuſſum ſuper,ff. de operis liber. l. Campanus. Poterat enim ſe exceptione tueri, cum hęc ab eo exigebantur:& quia non fecit, ſibi pręcluſa eſt via per præſcriptionẽ, vt argumen.ff.da noua.& deleg.l.ſi quis delegauerit, & quia tanto tempore ea ſoluit, excluſus eſt ab omni conditione, argumen.ff.de vſur.l.cum de in rem verſo. C. de fideiuſ.l.prima.C.de ag.& cenſitis.l.litibus, in princip.Nec poterit iuris ignorantia excuſari,etiam ſi ruſticus eſſet: quia hæc ignorãtia eſt craſſa &ſupina,ſcilicet præſtare ſeruitium vel cenſum tanto tempore : debuit enim habere conſilium periti, vt ff. de bono.poſſeſſio.l.in bonorum. ff.de iur. & facti ignoran. l.vltima.§.ſed iuris ignorantiam.& facit pro hac parte. C. de metallariis & metatis,l.prima.libro 11.item ex quo Dominus inuenitur in quaſi poſſeſſione prædicta faciendi,ratione poſſeſſionum, quas vaſallus miles vel homo a Domino tenet,& ſub eius dominio,iudicandum eſt pro Domino, ut prędicta exigere poſſit,vt videtur expreſſum, extra de præſc. capi.auditis,& debet Dominus obtinere eo iure,quo poſſeſſor eſt potior,actore non probante, vt ff.ſi vſusfructus petatur.l.vti frui, in princip. & C.de rei vendicatio. l. res alienas, cum ſuis ſimilibus, & videntur iura expreſſa, quia ſufficit poſſeſſori, hominis proclamantis in libertatem,in poſſeſſione eſſe, niſi proclamans ſe probet liberum vel ingenuum eſſe, quia poſſeſſor talis ſemper obtinet, vt ff.de probat.l.ſi filius,& l.circa. C. eodem titulo, l. ſiue poſſidetis,vt uidetur caſus expreſſus.in C.lib.11.de agric. & cenſitis.l.litibus,quaſi iure ſeruitutis huiuſinodi eſſe impoſita videantur, quæ longo tempore ſunt pręcepta,& vicem legis vetuſtas tenere videatur,vt ff.de aqua pluu.arcenda. l.prima,& vltima. ff.de itine. actuque. l. apparet.§.penultimo. ff. ſi ſeruitus vend.l.ſi quis diuturno. Sufficit enim cuilibet, in poſſeſſione ſolutionis talis eſſe,vt argumen.C.de apochis pub.l. quicunque, libro 10.& in titulo,explicit liber primus.§.primo,& in cap. ſi vero,vt in ea poſſeſſione tueatur,argumen.ff. de variis, & extraord.cog.l.de vſu.C.lib.xi.de aquæductu.l.vſum.ſed contra:quia dicit lex,quòd ſi patronus, qui eſt in poſſeſ. libertinitatis,ſiue iuris patronatus, dicat deberi ſibi operas a liberto,hæc negãte:quod licet patronus ſit in poſſeſſione , habet nihilominus probare operas ſibi eſſe debitas,vt ff.de prob.l. quotiens. Item quilibet præſumitur eſſe liber & immunis, & etiam quælibet res,niſi ſeruitijs probetur interpoſita,vt ff. de iuſti.& iure.l.manumiſſiones,& diſtinctio.prima. capitu. ius naturale,& C.de ſerui.& aqua.l.altius,vnde,circa hoc ſit vaſalli vel hominis ſiue militis fundata intentio de iure communi,Dominum ſua poſſeſſio non iuuabit, ſi non præſcripſit,argumentum.C.de probat.l.ſiue,extra de cauſſa poſſeſſio.& proprie.capitu.cum eccleſia, extra de verborum ſignificatio.cap.ſi Abbate.ff.ſi vſusfruct.pe.l.vti frui, §. primo, item ad hoc,vt aliquis teneatur ad cẽſum annuum, uel alia annua præſtanda, oportet vt præſcribatur, ad quid & quomodo debeatur, vt extra de cenſibus. capitu. peruenit.nam videtur,quòd talia tempore non poſſunt acquiri, cum tempus non ſit modus inducendæ obligationis, vt ff.de ac.& ob.l.obligationum fere.§.ſecundo, & §.placet, & maximè contra debitam libertatem,ut prima quęſtio. prima.capitu. nullus,& cap.quęſitum,x.quęſtion.tertia, capitulo,quia cognouimus,ubi de hoc tractatum eſt, & C. de pact.l ſi certis. C.de uſufruct.l.creditor:niſi probetur impoſitio facta,ut extra de cenſibus,capitulo.iiij.& facit pro hac parte argumentum.ff de ſerui.l.ſeruitutes.ff.de vſucap.l. ſequitur. §. vltimo, & xviii.quęſtion.ſecunda.capit.j.extra de ſimonia,capitulo, ſatis,& capitu.cum in eccleſiæ. Inſuper iſtæ præſtationes annuatim præſtabantur: vnde non videtur, quòd eius potuerit pręſcribi, ut computetur pręſcriptio a prima pręſtatione,ut argumentum.ff.de annuis lega.l.in ſingulis, & l.in ſingulos. C.de preſcript.xxx.annorum,l.cum notiſſimi. §. penultimo. item Dominus malam fidem habuit: quod probatur ex eo, quòd ſcit illum libertum eſſe. Omnes enim ſcire debent ad alios pertinere,&c.C.vnde vi.l.vltima. Nec potuit pręſcribere etiam per centum annos,ad hoc,vt habeat actionem,ſed exceptionem tantum,ſi poſſedit. C. de pręſcript.xxx. anno. ſi quis,ſed poſſunt talia ſeruitia condici.argumen. ff.de condic.inde.l.ſi non.§.libertus : & contra libertatem pręſcriptio non currit.C.de lon. tempor.pręſcript.quę pro liber.l.tertia. & pro hac parte videtur expreſſum, ff.de operis liber.l.operis.ff.ad l.Fal.l. quod de bonis.§.ſecundo.quære ad hanc quęſtionem, argumentum ſupra eadem. §. ſed in prędicto caſu. Circa hanc materiam dixit dominus Azo. quòd in pręſtationibus annuis ſeruetur modus leg. C. de agricol. & cenſitis. l. litibus.libro xi.vbi continetur, quod licet domino ſolutę fuerint aliquę pręſtationes, & ita videatur dominus eſſe in poſſeſſione illarum pręſtationum: ſi tamen colonus dicat,quod ſibi nullo iure debeat,probabit dominus,niſi longiſſimo tempore ea perceperit, per quod videatur ius acquiſiuiſſe: & pro eo facit. ff. de vſu.l.cum de in rem verſo.ff. de probat. l. quotiens. 100. diſtinctio. capitulo,contra morem.Magiſter vero Richardus de Penna forti, de hac materia ita dixit,quòd ſi dominus, & ſui anteceſſores prędicta ſoliti ſunt facere ſeu exigere, & ſcitur uel creditur & probabitur, & pręſumitur quòd ex iuxta cauſa prędicta impoſuerunt,& poterit prędicta exigere,alias non,argumen.ff.famil. erciſcun.l.quędam, & 100. diſtinctio.contra morem,extra de cenſibus. capitulo ſuper eo. C. de fideicommiſ. lege prima.ff.de uſu.l.cum de in rẽ uerſo,extra de pręſcrpt.capitu.de quarta.prima quęſtio.tertia.quęſitum.xviii.quęſtio.tertia.ſeruitium.C.de longi temporis pręſcript.l.ultima, in fine.C.de ſerui.lege ſecunda,& ultima.ff.de ſerui.urbano.prędio. l. foramen.ſi ſeruit.uend.l.ſi quis diuturno. C.de uectigal.per totum. Dominus Vbertus de Bonacur.dicebat indiſtinctè uaſallum compellendum iudicis officio ad quęſtam, & ſolita ſeruitia,argumen.ff.de uariis & extraordin.cog.l. de uſufruc. C.de agric.& cenſi.lege,ſi coloni,& l. litibus.libro 11.§. primo. Pyl. uero in ſimili quęſtione diſtinguit aliter, quòd aut dominus agit contra uaſallum, ut reſtituatur, uel tueatur in illa quaſi poſſeſſione, & tunc indiſtincte eſt reſtituendus, ſi a ſuo aduerſario inde fuerat ſpoliatus: uel eſt tuendus in illa, ſi in ea ſuus aduerſarius eum turbat: ſiue dominus ius faciendi ea, habuerit, ſiue non, ut argumentum.ff.de itine. actuque priua.lege prima, §.ſecundo, uel agit perſonaliter ad talem ſiue exactionem ſibi pręſtandam, & tunc ſubdiſtinguit: quia aut dominus allegat tantum temporis diuturnitatem: aut ſeruitiorum promiſſionem ſibi uel ſuis anteceſſoribus factam, cum temporis diuturnitate. In primo caſu reum abſoluit. Quia tranſcurſu temporis, non conſtituitur debitum,ſiue obligatio,ut in dicta l.ſi certis, cum ſuis concordan. In ſecundo caſu, reum indiſtinctè condemnat, argumento dictę l. cum de in rem uerſo. ſimilia notat Rofre. in titulo de negatoria.§.tertium,& §.ſed illud quę ritur, & §. ſed tu quęras, & in titulo de officio iudicis, per quod ſubuenitur dominis,§. ultimo, §. & dominus Goffredus,in titulo de cenſibus. §. ſed quid ſi. per 50. aut 40. annos. Et dominus Azo. in ſumma,de ſerui. & aqua. §.conſtituuntur, & §. conſtituit autem. Similem quęſtionem habes in titulo, de feud. contentione, in ſumma, §. ſed quid erit ſi dominus eſt. Sed quid ſi ad probandum poſſeſſionem binus actus, ſiue bina ſolu. indicatur: nunquid erit probata poſſeſſio? & uidetur quòd non, ut argumentum ff.ad legem Falc. lege quod de bonis. §. ſecundo, ſed trinus actus ad hoc probandum, exigitur, ut C. de fideicommiſſ. lege prima,& titulo,hic explicit liber primus.§.ſi uero.C.de apochis public.quicunque,lib.10.ſed contra,xxv.quęſtio.ſecunda.ita nos.& de cau. poſ.& proprie.c.cum eccleſia.C.de epiſcopali audi.in fi.ff. de iti.actuque priua.l.prima,§.2.Sed ſi binus actus inducit cõſuetudinem,ſiue probat poſſeſſionẽ:er-

Source : BIU Cujas

go videtur, quòd exemplis iudicandum sit, quod esse non debet, vt C. de sententijs & interlocu. omnium iudi. l. nemo. C. de accusa. l. si quid. ad hoc dixit Dominus Iulianus, quòd sufficit bis aliquid obseruatum esse infra decem vel xx. ann. argumen. C. de serui. & aqua. l. vltima, & extra de causa possessio. & proprie. cap. ecclesia, & hoc præcipuè cum populus voluit esse consuetudinem, id quod bis est factum. † Quo
39 iure ergo agetur, vt fiat id, quod consuetudine est obtentū? dixit, quòd officium iudicis implorabitur: vt melius, vt dixit de facto se obseruasse, quod est proponenda condictio ex moribus, qui mores inducunt, vt nobis sit quis obligatus, sicut condictio ex lege oritur. C. de condi. ex lege. l. vna. nam consuetudo pro lege seruatur, vt ff. de leg. l. de quibus. C. quæ sit longa consue. l. 2. Sed quid si tantum semel vsus est? adhuc videtur idem: quia sicut per vnum actum amittitur possessio, vt extra de constitut. cap. cum ecōtra, & extra de præbend. cap. pro illorum, & ff. de acquiren. possessio. l. si quis, sic & acquiritur, & retinetur, vt C. de serui. & aqua. l. cum talis, nam aqua quotidiana dicitur, quæ vna die, &c vt ff. de aqua quot. & æsti. l. prima, §. quod autem, & si immisit tignum in parietem tuum, statim incipio possidere vel quasi seruitutem, vt ff. de serui. vrba. præd. l. seruitute, in qua superficie, & tigni impositione, quis dicitur in quasi possessione esse huiusmodi iuris, quo vtitur, quia vsus pro possessione habetur,
40 vt ff. de serui. l. quoties. † Sed nunquid potest facere quæstā dominus in hominibus sui vasalli, ex aliqua de prædictis causis? Credo, quod dicti homines non sunt homines domini sui domini, & de hoc quære argumen. infra eadem summa, §. sed nunquid sufficit, & extra de offic. ordi. capi. pastoralis, in princ. Sed argumen. contra, in constitu. Federici, imperialē. §. illud, & § firmiter, ī verbo, vel ab alio domino, cōsuetudo tamen in multis locis, quòd domini faciunt quæstas in hominibus suis, vel vasallorum suorum. & videtur idem posse dici de iure, argumen extra de præscript. capi. ac-
41 cedentes, & c. cum ex officii. † Sed quid si nil dominus consueuit percipere, vel exigere? & dic statui, & ordinari inter dominum & uasallum & homines, quid & quantum sibi detur, in signū subiectionis & dominii, ne rei suæ dominiū sit sibi inutile, vt xviii. quæstio. secunda. cap. Eleutherius, extra de censibus, capit. secundo. Et si dubitetur, quid vel quantum præstandum sit, obseruabitur vicinorum locorum, vel vasallorum, vel hominum consuerudo, ita quòd non grauentur: & si fuerint consuetudines diuersæ, leuior obserue tur, extra de consuetudine, cap. cum olim. in fine. extra de cē sibus, cap. ex parte, & cap. super eo quod, cum suis concord. ibi notatis, & 100. distinctio. capi. contra morem. Similem, & quasi eādem quæstionem, nota. supra. summa, in titulo, quibus modis feud acquira §. quid si in distinctione. Hoc tamen est attendeneum, quòd quando dominus non conuenit, & in aliquibus casibus licitis facit quæstam vel collectam, ob suam propriam necessitatem, quòd debet eam petere moderate, & cum charitare, & non violentia, vt 10. quę stio. iij. capitu. vnio, circa medium. extra de censibus, ca. cum apostol. §. prohibemus, extra de immu. ecc. & altaris. capitu. non minus, & cap. aduersus, consuetudo tamen contrarium obseruat. Quia domini semper de consuetudine, quamuis improba subditos suos, ad soluēdum compellunt, & faciūt contra iura, quæ sunt supra allegata ad hoc: tamen pro eis est argumen. extra de offic. ordi. cap. conquerente, in verbo, exigere. Item si vult ire ad Principem, & contra iura, & hæc omnia supra scripta, sunt extra de casibus, cap. prohibemus, & cap. significasti, extra de præbendis, capitulo auaritię, extra de his quæ fiunt a prælato sine consensu capituli. capi. pastoralis. C. in quibus causis colo. cen. dominos ac. possunt. l. prima, libro 11. C. noua vecti. l. iij. C. de alluuionibus, l. vltima. C. de fundis reipu. l. secunda, libro 11. tamen pro ipsis facit extra de prębend. cap. de monachis, extra de transact. cap. de cœtero. Et quæ sunt supradicta, non habent locum in emphytheuticariis possessoribus, vt C. de coll. fundorum. l.
42 prima, & secunda, libro 12. † Sed quęritur, si dominus sacramento tenetur ad aliquid dandum, vel faciendum, nunquid vasallus tenetur illud pro dño dare vel facere, ne domin⁹ incurrat periurium; & si non facit, nuquid feudum amittit? Respon. non: quia licet vasallus tenetur dominum adiuuare & ei seruire, non tamen tenetur eius debita soluere, sicut nec filius debita patris: nisi in causa primipili, vel nisi pater pro debito in vinculis teneatur, vt C. de primipilo, l. vltima, libro 12. ff. de agno. lib. l. si quis a li §. parens quanuis, in Authen. vt cum de ap. cog. §. causas, versicu. quilibet, coll. 8. & in titulo, in quibus casibus feudum amitta. capitu. secundo. §. exhæredationis, & argumen. ff. de admi. rerum ad ci. pertin. l. 3. §. penultimo, & ff. vbi pupil. edu. debeat, l. 3. & in fine, & ff.
43 de cur. furio. l. consilio, in prin. † Iura prædicta sunt in argum. ad quæstionem: qua quæritur, an vasallus teneatur dominū egenum alere, vel non? & ad idem, quòd non teneatur, argumen. C. ne fideiuss. dot. dentur. l. secunda. C. de pac. dot. l. hac lege. licet possint in contrarium induci, C. in quibus casibus colo. cen. dominos accusare pos. l. secunda libro 12. C. de sacrosanct. eccles. Auth. ingressi. Et quod ipsum teneatur alere, sunt argumen. ff. de agno. liber. l. si quis a liberis, §. solent iudices, & §. precedenti, & l. vltima, & l. alimenta, ff. de vsufr. l. locum, in prin. ff. de reli. & sump. funerum, l. secunda, §. si vsufru. & maxime vsque ad quantitatem fructuum feudi, argumen. C. de bonis quæ liberis, l. vltima, §. vbi autem voluntas, vel vsque ad medietatem fructuum feudi, vel tertiam, vel ad 12. denarios pro modio, vt in titulo, hic incipiunt consuetudines regni. cap. hęc sunt capitula, §. similiter. & in constitut. Federic. imperalem, §. firmiter, & si hoc dicatur, quòd vasallus teneatur dominum egenum alere, dicendum erit quod similiter dominus teneatur vasallum egenum alere, non necessitate, sed eo recusante ab omni beneficio & dominio quod in vasallo habet, priuabitur. ff. de agno. lib. l. si patronus non aluerit. ff. de iure patronatus. l. diuus Claudi. C. de latina libertate tollen. l. vna. §. sed scimus, in Authen. de nupti. coll. 4. §. si vero ab initio. §. & multo potius, extra de ifanti. expos. c. vno. hoc tamen nunquam audiui, nec consuetudine videtur obtentum. Vnde dicamus, quod nunquam vasall. teneatur dominum alere, & ad hoc argumen. ff. de admi. rerum ad ciui. perti. l. iij. §. penulti. ff. vbi pupillus edu. l. iij. in fine, nisi dominus pro facto vasalli sua bona consumpsisset, argumen. ff. de decurionib. l. decurionibus, & ad materiā huius quæstionis quære argumen. supra eadem summa, §. erunt etiam, & §§. precedentibus & sequētibus, & §. seruiat
44 autem, & §. item licet cum persona. † Sed quæri consueuit, an si vasallus velit seruire per alium, an hoc possit? & videtur quod sic, per l. C. de naturalibus liber. l. si quis naturalem. Item ex hoc quod dicit l. quòd ascriptitius potest esse clericus, dummodo per ęquè idoneum faciat agriculturam, vt in Authen. de sanctiss. episcopis, §. ascriptitios. col. 9. & C. de epis copis & cler. l. iubemus, & Auth. ibidem posita, ascriptitios, & l. quisquis, l. ad similitudinem, item & quia non refert, vtrum hæres sub conditione institutus, per se conditionem adimpleat, vel per alium. vel etiam casu fortuito adimpleatur, vt ff. de ver. si. l. quæret aliquis. C. de insti. & substi. sub con. factis. l. si mater, nec refert vtrum seruus, qui x. promisit vni dominorum, si eum manumitteret, ab illo manumittatur, an ab alio domino, cui dictam promissionē non fecit, qa semper a quocūque dominorū manumittatur, x. debebit, vt ff. de verborum obligatio. l. cum seruis. Item & quia factum ab vno promissum, per alium potest adimpleri, vt C. de contrah. & commi. stipula. l. veteres, §. item. Et qui per alium seruit vel facit, ipse seruire vel facere intelligitur. ff. de admi. tu. l. item eorum, §. primo, extra de senten. ex. capit. mulieres, Et videtur mihi fore licitum per alium, quod per me mihi licet, argumen. ff. famil. erciscun. l. tertia. Item & quia domini nihil interest per quem sibi seruiatur, vt in dicta l. si quis naturalem, & quia petitio vasalli eidem prodest, & domino nocet: quare non debet vasallus audiri, vt argumen. C. de precibus Imperator. of. l. rescripta. Item, & quia vasallus inuitus, ab alio soluente, liberari posset: multo fortius, eo volente, vt ff. de solu. l. soluere. ff. de nego. gest. l. soluendo. Item & quia creditori inuito æquè bonum seruire potest, argumen. ff. locati. l. si quis domum, in princip. ff. quòd metus causa, illud verum est. §. primo, & extra de offic. iudi. quasi per totū, extra de appel. capitulo, peruenit. ff. de duobus reis, l. nemo. C. de decurio. l. penulti. Econtra videtur, quòd non: quia dominus feudi emphyteutici, non potest inducere conductorem in possessionem fundi per procuratorem, sed per seipsum, vt C. de iure emphyteuti. l. ultima. Item & quia dominus certam personam eligit, quæ præstaret ei operas, unde si per substitutum uelit pręstare eas, alię erunt operæ. Quia artificium & doctrina hominis & natura, maximas differentias inducit inter operas. ff. de solu. l. inter artifices. ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. sed si operjs. Item tenebatur ad operas, quæ consistunt in faciendo, unde per alium præstari non possunt, ut C. de caducis tollen. l. j. §. sin autem. Item liber homo pro seruo prestare operas ei impositas nō potest, ut ff. de statu. liber. l. Stychum. §. ultimo. Item uidetur negligere dominum suum, cum uult seruire per substitutū, qui non est substituendus. ff. de off. prefec. ur. l. j. §. quod autem. & §. cum patronus: & facit ad hoc. ff. de operis li. l. quod in fi. §. prouincia. Item quædam mihi licent per me, quæ per alium mihi sunt prohibita. ff. de auth. tut. l. pupil. & ne detur vasallo materia domino suum seruitiū subtrahendi, vt argumentum ff. de seruis expor. l. penult. pri. respons. & facit pro hac parte extra, de clericis non reside. in eccl. vel præb. c. quia nōnulli. & c. conquerente, & c. ex parte. & c. vlt. & xvj. quę stio. j. generaliter. ext. de offi. vi. c. clericus. Sed pro & cōtra facit.

cit.C.de decur l.nullus. & ext.de p̄b.c.exſtirpandę. §. qui vero. Reſpondeo,diſtinguendū eſt, vtrum ſit minor vaſallus,an maior,ſi eſt minor impubes,vel infans, poteſt ſeruire per alium, cum Imperator vadit Romam ad ſuſcipiendam coronam. Secus alias,ſi eſſet maior & non iret,nec per ſe,nec per alium. Quia feudū amitteret, niſi præſtaret medietatem redditūum, feudi vnius anni,vt in conſtitu.Federici.hac edictali.§.inæqualitas.& l imperialem.§ firmiter, & totius anni vnus intelligatur fructus quicunque in anno percipiatur,vt ff.ſo.ma.l.diuortio.primo reſponſo,& §.ij.Item ſi ſeruitium conſiſtat in faciēdo,ſi illud facere poteſt per aliū, admittitur ſi ſeruire velit per alium dummodo valde idoneum,vt argumen. ff. pro ſocio. l. idem erit.C.de caduc.toll.l.j.§.ne autem. ff.de pollicitationib. l.de polli.C.de contrahen & com.ſti.l. veteres.niſi dixiſſet, ꝙ faceret ſuis operibus, vel ſit tale factum, quod non poſſit fieri per alium: quia factum vaſalli vel ſeruitium,aliud eſt a ſeruitio alterius,vt ff.de ſolu.l.inter artifices.ff.de condic.inde. l.ſi non ſortem.§.libertus.C.de cadu.tol.l.vna.§.ne autem. & §.ſi vero.& factum pro facto præſtando,non liberatur, ff.de ſolu. l.qui res,§.mihi Romæ. & etiam non poteſt præſtare domino mutuo pecuniam,vt argumen.ff.de leg.3.l. fideiuſ.in fin. Sunt & alii caſus,in quibus vaſallus poteſt ſeruire per alium,de quibus plenius no.in ſumma,de cauſis propter quas excuſatur vaſal.ſi domino non ſeruiat.§.i. & §.item excuſatur. & §. excuſatur autem,& §.item vaſal.excuſatur.Dominus vero Py.hāc quæſtionem ſic ſoluit, quod vaſallus teneatur per ſe ſeruire, niſi valetudine,vel ætate,vel alia iuſta cauſa impediretur, quo caſu per ęque idoneum poſſet ſeruire,vt C. de decuri.l.nullus. li.x.ff.de ſolu.l.inter. niſi forte ſeruitium conſiſtat in pręſtatione pecuniæ:quia tunc & alio pro eo ſoluente liberaretur, argumen.ff.de ſtatu libe.l.Stichum,§.vlti.pro cuius ſententia,facit,extra de cle.non reſi.in eccleſia vel præb.c.cum dilect.& c. ex parte.& c.ad audientiam.& extra de præben. c.extirpandæ. §.qui vero.& extra de officio deleg.c.vlti.in fi.de hac mat. quære in fi.in ſumma,de cauſis propter quas excuſatur vaſal. ſi domino non ſeruiat,in prin.& §.i.ij.iij.& iiij.& §. de ſacramento fideli.§.ſed pone quod feudum.& inf.de ſucceſ.feud.§.inuitus, Item poterit ſeruire per alium,ſi conſuetudo in hoc ſe habet,
45 vt argumen.extra de offi.iud.per totum.† Item nunquid præſcriptione vaſallus contra dominum ſe poterit adiuuare, ne ei ſeruiat?& videtur quod non,vt C.de præſcrip. xxx.annor. l. male agitur.& l.comperit. & l.cum notiſſimi,in fine.& in tiu. de feudo ſine culpa non amit.c.j.in fi.in ti.ſi de feu.vaſal.fuerit interpell.c.licet, C.de fundis patri.l.fi.li.xi.extra de præſcrip.ca. cum non liceat,cum ſimilibus ſuis.in conſtit.Federici,imperialem.primo reſponſo.ſed extra de præſcri.c.auditis.& c.ii. & de priuile.c.cum olim.contra quædam iura probant, quod contra dominum in talibus præſcriptio currere poſſit, quę & tūc videtur habere initium,cum dominus ſuam poſſeſſionem interuertit:quia tunc deſinit poſſidere,vt ff.de acquir.poſ.l.i. §.ſi rem.& l.ſi quis rem.ff.de vi & vi arma.l.colonus.& l.cum fundum.de hoc quære in titu:de conten.feu.in ti.qualiter iu. feud.
46 ſit ex. §. ſi enim res commiſſi.†Itē quæritur:ſi plures fuerint filii vaſalli mortui:an omnes domino teneātur ſeruire,vel tantum pro parte,& videtur quod omnes teneantur, cum quilibet bona hæreditaria agnoſcere teneatur,vt C.de acquir. hær. l.i.& ii.& per totum.ff.eo.ti.l.pro hærede.& l.ſi is. vnde ipſorū pacto vel conuentione,domino non poterit derogari,vt C.de pactis.l.pacto.& ff.de ver.obl.l.in executione.§.i.& l.eadem. §. Cato.& argum.ex hoc,quod ſi domus mihi ſeruiat. ff. communia prædiorum.l.receptum.Sed videtur quod ſufficiat vnū præſtare,qui vice omnium ſeruiat, de hoc ſupra notatum eſt in ſumma plene de ſacramento fideli.§.item dubitari. Sed cuius erit electio,an illius qui præponetur tali ſeruitio, an filiorum,vel domini:& videtur,quod dominus habeat electionē, per l.ff.de leg.i.l.ſi ſeruus legatus.§.cum homo.&vbi ſunt duo rei debendi inſolidum obligati,dominus habet electionē,quē conuenire velit.Inſtitu.de duobus reis.ff.de le. i.l.& per aliam. ff.de verbor.obl.l.inter ſtipulantem.§.i.& per l.ff.de contrahē. emp.l.ſi emptione,in princi.C. de fideiuſſoribus.l.libertum,tamen dicas quod poſſunt vnum eligere,qui iure omnium ſeruiat.ad hoc require argum.quę notaui in alia quæſtione in ſūma .ſup.de ſacra.fideli.§.item dubitari.Vnde videtur,quod ſatis poſſet dici,quod filius primogenitus, debeat ſeruire domino,pro feudo,vt argum.ff.de ſtatu ho.l.Arethuſa. Vel dicī his conſuetudinem eſſe ſeruandam, ſicut in creandis decurionibus obſeruatur ff.de decurionibus. l.non tantum. §. vlti. Item ſi vaſallus ab hærede domini inueſtituram non petierit, olim infra menſem, hodie infra annum, & infra annum & diem, feudum amittit : niſi iuſta cauſa interuenit quare dimiſerit:veluti capitales inimicitiæ,vel infantia,ſecundum vnam lecturam,vel infamia ſecundum aliam, vel iuſta abſentia, vt in ti.ſi de feu.vaſ.fuerit interpel.cap.ſi minori.& cap.ſi quis deceſſerit,in tit.qualiter vſus bene.fit tenen.§.ſancimus.vt nemo miles ultra annum.in ti hic incip.con.reg.cap.hæc ſunt capitula j.reſponſo.in tit.in quibus caſibus feud.ami.c.prima autem cā. in princip.conſti.Federici imper.§. præterea ſi quis. Sed quod dictum eſt per capitulum in tit. qualiter uſus benefi.ſit tenendus.§.ſancimus ut nemo.niſi iuſta cauſſa interueniat: intelligo iuſtas cauſas,quæ colligi poſſunt ex eo, quod legitur. ff. ſi quis cautio.l.ij.& per totum.& l.4.ff.quib. ex cauſis ma. l. ſed & ſi.§.item inquit.& §.ſeq.ff.de iudi.l.ii.cum omnibus earum concor.& ut notatur infra de cauſis propter quas excuſatur uaſal.ſi Domino non ſeruiat,per totum.Et putabuntur iuſtæ cauſæ,ſi uaſallus affirmauerit eius fide,ita uerum fore, argu. ff.de acquiren hęre.l.cum quidam.§. quod dicitur ſi putetur, & hoc cum uaſallus eſt bonus uir,& bonæ famæ:alioquin debet probare,legitime uel ſaltem argumentis:ff.de re milita.l. non omnes.§.a barbaris.Item quod dixit niſi capitales inimicitiæ interueniāt, intelligo inter Dominum & vaſallū culpa Domini uel caſu incidente,uel culpa cuius fuerit,non poſſit diſcerni:aliud ſi culpa uaſalli,quia tunc uaſallus feudū amitteret,ff.loca.l.ſi merces.§.culpæ. prout etiam notaui infra ea. ſumma,§.item ſi cum inimicis.Quia lucrum non debet ſentire de malitia ſua ut argum.ff.pro ſocio.l.uerum.§. tempus, C.de epiſcopis & clericis,l.omnes,§.fin.in prin.C.de decurionibus.l.ne quis officialium extra de reſcrip.c.ſedes.& capi.ex tenore.extra de dolo & contu.c.ex literis.extra de teſta. ca. ex officiis.de hoc tractatur in ſumma ſupra, quibus modis feudum acquiratur.§.excuſatur.& in prędcedentibus paragrapis. Quod autem ſequitur infantia ſecundum unam lecturam, poteſt intelligi de infantia uaſalli, cui nō currit hoc tempus, ut in ti.ſi de feudo uaſ.fuerit interpellatus,§.ſi minori. & cap. ſi quis deceſſerit & argum.C.in quibus caſibus non eſt neceſſe in inte.reſt.l ult.C.de prędcrip.xxx.ann.l.ſicut in rem.infanti enim ipſo iure ſubuenitur, ut in titu.qualiter uſus benefic. ſit tenendus,alias eſt Rubrica de feudis ſine culpa non amitten. §. ſancimus, quia nulla prędcriptio currit ei,ut in dicta.l. ſicut.& C.quibus non obiicitur lon.tempo.prędcriptio.l.non eſt incognitum. Nam nec ipſe uel alius pro eo fidelitatem facere cogitur,licet pro eo alius ſeruire poſſit, ut in prędicto capitulo, ſi quis deceſſerit, quia omni intellectu carere dicitur,vt probatur.ff.de ſponſalibus.l.in ſponſalibus. & extra de ſponſa duorum.c.acceſſit.& c.ad diſſoluendum:omni alii vero maiori vii.annis,videlicet doli capaci, hoc tempus currit, ut in d.cap.ſi minori,ſed cum beneficio reſtitutionis iuuatur, vt C.de in integ.reſt.mi.l.minoribus,vel forte pupil.non currit,ut in d.l.ſicut.C.de bonis mate. l.ſi autem,in fi.& ff.de verbo.ob.l.cum filius.§.ii.in fi.poteſt tamen petere infans tutoris authoritate,uel ipſe tutor pro eo.argum.C.de iure deli. ſi infanti,§ i.ff.adTreb.l.reſtituta.§.fi.C.eo.ti.l.pe.in prin.prout in ſumma notatum eſt ſupra,de illis qui rem in feu.conce.poſſunt.§.minor.& §.pupillus etiam.Item poteſt intelligi de infantia Domini,qui eſt ſine tutore, a quo non poteſt peti inueſtitura, uel qui inueſtituram prędſtare non poteſt.argumē. C.de iure deli.ſi infanti.C.ad Treb.l.pen.ff.eo.ti.l.inſtituta, §. pupillis. de qua materia plene notatur in prędallegato §. minor.& §.pupillis.Vel ſi habeas in litera, infamia, ſecundum aliā lecturam.Quęritur de cuius infamia dicat, an Domini, an uaſalli.ſi dicatur de infamia uaſalli, uidetur abſurdum, ꝙ ex infamia ſua habeat excuſationem,uel priuilegium, ut ſupra prox.§.item quod dixit.ſimilia notaui in §.& debet Dominum adiuuare,in fine.& §.ſequenti. Sed uidetur poſſe intelligi de infamia uaſalli, puta cum damnatus eſt de publico crimine,unde eſt effectus infamis.Et propter talem cōdemnationem, infra annum nō poteſt petere inueſtituram, argumen.ff.ſi quis cautio.l.& ſi quis,§.i.& etiam poteſt intelligi,de infamia Domini, ut puta, quia eſt excommunicatus, ut 15.q.6.c.alius,in Authē.de priuil.do. hære. mulieribus nō prędſtandis,coll.8.§.quia.n.de qua materia notatum eſt s̄. eadem ſumma .§. & debet Dominum adiuuare. Item poteſt intelligi de infamia,id eſt,non fama,puta Dominus in absētia mortuus eſt uel uaſallus, & non eſt fama de eius morte, ut poſſit ſciri,an ſit mortuus uel uiuus:unde hoc tempus nō imputetur uaſallo,uel eius hęredi.ff.quis ordo in bo.poſ.ſer. l.ij.primo reſponſo,in Authen.ut liceat ma.& auię. §. quod autem a nobis.& ita uidetur, ꝙ hoc tempus ſit utile & non continuum .de hac materia plene inuenies notatum ſupra in ſumma,quibus modis feud.acquiritur.§. eſt autem. Quod dicitur,uel iuſta abſentia,intelligas,ſcilicet uaſalli,ut argum. ff.quibus ex cauſis ma.l.ii.& l.item ii, & hoc quod abfuit ex neceſſitate,& non ex uoluntate uel affectu,argumentum.C. de ijs qui ſpon.mu.ſub.l.i.lib.x.C.quomodo, & quādo iudex. l.cum non.& ar.Inſti.de excuſa.tut.§.tria onera. ff. quibus ex cauſis ma.l.& qui data opera.arg.ff.qui ſatiſ.cog.l. fideiuſſor, §.j.quod dictum eſt de uoluntaria abſentia intelligas,cum inceperat currere annus,quod ſecus puto,ſi abfuit volūtarie antequam inciperet currere annus,quia nō debuit caſum ben-

turum

Source : BIU Cujas

turum excogitare,uel diuinare, argu. ff.qui & a quibus ma.li non fiant.l.Iu l.de eo.argumẽ. ff.manda.l.ſi fideiuſſor.§. ſi cum debitor.ff.ad legem Aquiliam.l.ſi putator,in fi.extra de benef. eccl.c.vt noſtrum.Idem poteſt intelligi de abſentia Domini,vt tunc vaſallo non currat tempus, vel ſaltem reſtituatur, & intelligo de abſentia Domini voluntaria vel neceſſaria, argum. ff.ſi quis cautio.l.ij.§.ſi quis in iudicio,ff.de iudi.l.& poſt,in fin. j.reſponſi,ff.quibus ex cauſis ma.l.j.reſpon.i. & l.item ait Prætor.i.reſponſo.& l.ergo.& l.videlicet,Inſti.de ac.§.rurſus. repete hic quæſtiones,& alia quæ notaui ſup.quib.mod.feu. acquiritur.§.eſt autem.& §§.ſequentibus,& §.ſed pone quod vaſallus,& §.ſed quæritur,nunquid frater. Sed pone quod infra annum vaſallus petiit inueſtituram a Domino,& Dominus negauerit:vnde ſecurus eſt vaſallus,vt argum .ff.de ſolu. l. ſi debitor,C.de vſur.l.acceptam.ff.quando dies leg.ce.l.v.Nũquid vaſallus amittit,ſi tranſacto anno,Dominus denunciat vaſallo, & paratus eſt inueſtire,& vaſallus negligens non recepit, & p annũ & diem ſtetit? Et videtur,quod ſic:quia poſterior mora nocet,argu.ff.de iudi.l.& poſt.in fi.primi reſponſi.& ff.de pericu.& commo.rei vend.l.illud. C.de decurionibus. l. quamuis, in fi.lib.x.& ff.ſolut.matri.l.ſemel.& ff. de noui oper. nuncia.l. Prætor.§.penul.ff.quorum leg.l.vl.§.vltimo,ff.de arbitris .l. nõ ex omnibus. Et videtur quod amittit a tempore denunciationis Domini,licet poſtea non tranſiuerit annus:cum tamen tẽpore mortis tranſierit: & ter citatus a Domiuo uel a curia, vt iuret,conuenienti tempore iurare noluit, argum.ff. de arbitr.l. Celſus.§.j.& ultimo,& l.ſed ſi. extra de dolo, & contu. c. cum dilecti.ff.de vſur. l.debitor,& in.d.l.illud,cum ſuis concordant. in titu.in quibus caſibus feu.amit.c. prima autem cauſa,§.eſt & alia.Vel dicas quod ſic inquirendum ſit, an fuerit negligens p tantum tempus,quod eo ſubducto remaneat annus, an non vt tunc amittat:alioquin non,argum C.de reſti.mili.l.quod tẽpore. Sed quibuſdam argumentis videtur,quod oblatio Domini poſtea facta,non ꝓſit Dño,niſi paucis diebus tranſactis, a tempore,quo primo renuit,paratus fuit inueſtire. argumentum.ff.locati.l.ſi in lege.§.colonus. ff. de conſtituta pecunia.l. ſed & ſi.ff.de arbitris.l.item ſi unus,§.i.ff.ſi quis cau.l. & ſi poſt tres.& ff.de verborum obligati.l.ſi ita quis promiſerit.§.ii.Preterea,ſi Dominus voluit inueſtituram infra annum præſtare, & ille noluit iurare, & illi denunciauit Dominus tribus vicibus conuenienti tempore,id eſt per interuallum ſeptem, vel decem dierum,& non iurauerit,& ob hoc Dominus ad curiã ſuper hoc reclamauerit, & vaſallus tribus vicibus a ſuis parib. citatus iurare noluerit,feudum amittit,niſi feudum fuerit ſine fidelitate,vt in titu.in quib.caſi.feu.amit.§.eſt & alia.in titulo, explicit liber primus.c.ij.§ nulla,argumen.C.de iudi.l.properãdum,§.i.ff.de iudi.l. per interuallum,argumen.ff.de iure fiſci. l. ij.§.diuus.& §.ſenatus.& l.Arrianus,§.j.Et mitti poteſt ĩ poſſeſſionem per curiam,ſed intra annum veniens,recuperat poſſeſſionem,alioquin poſſeſſione & feudo priuatur,vt in titul.nouum non paternum.§.Dominus vocat, C.de præſcrip.xxx.anno.l.ſi quis.§.vltimo, C.de iudi.l.properandum, §.j.& ij. extra
49 vt lite non conteſt.c.quoniam,§.vlt.†Item ſi vaſallus ſciens aliquam rem Domini eſſe,ab aliquo eam acceperit, pro infideli reputatur,& ad voluntatem Domini iudicatur, & feudum vt infidelis amittit,vt in Lombarda,ſi actor regis.l.vltima,in fine. & extra de pœ.c.ſi diligenti.Et per hoc videtur terminari quę ſtio,quam vidi de facto,in prouincia de quodam milite, q cũ a magiſtro templi,res ſub nomine emphyteuſis accepiſſet ad certum cenſum,& pro eis promiſiſſet Domino templi eſſe fidelis,eaſdem res poſtmodum commiſſas ob hoc,eas vendicauit, quę proximo allegata, pro Domino tẽpli allegaui in cã. Et hoc plus, quia de eiſdem rebus recipiẽdo donationem probatur in eis male verſari contra legem fidelitatis: & ita recte potuerunt vt commiſſæ vendicari,vt argum. ff.locati. quæro, & ff.pro ſocio.l.ſi conuenerit.Et ſibi poſſeſſionis cauſam velle mutare ex cauſſa non iuſta ſuperuenienti,vnde eiiciendus eſt, vt argu ff.pro hærede.l.ii.§.quod vulgo.Hic uidetur,poſſe quæſtio adaptari,quam de facto in prouincia vidi, de quibuſdam hominibus,cuiuſdam militis, conquerentibus maiori Domino,eo q traxerit eos corã ſe,cõtra Domini ſui probationem, &pœna ab eo poſita eis,ne ad maiorem Dominum,pro eo facto recurrerent.Quia ipſe erat paratus eis facere iuſtitiæ complementum: propter quod Dominus maior dixit ſibi iniuriã fieri a dicto milite vaſallo ſuo: vnde voluit feudi priuatione, vel alia pœna ipſum punire, vt de maleficio contra ipſum. Pro quo Domino videtur facere,quia ſibi iniuriam facit ſuus miles,qui ſuo iudicio, vult præuenire iudiciũ ſui maioris Domini,vt ij.q.j.c.nomen presbyteri.vbi videtur eſſe caſus huius quęſtionis,pro Domino.& viij.diſtinc. c.quæ contra mores.in fi.cum his,quę ibi notantur.Quia potius maiori Domino parcendum eſt,quam minori,vt ibi extra de appel. c. cum parati. Et quia,poſtquam negocium delatum eſt ad maiorem Dominum,minor ſe inde intromittere non poteſt, vt C. de eo, per quem factum eſt,per totum. Et pro hac parte quære argum. in ea.ſumma,& eo titu.§.Domini verbum.Econtra videtur,q Domino nulla eſt facta iniuria a milite vel vaſallo, quoniam miles non facit talem probationem,ad iniuriam Domini, ſed cauſa iuris ſui conſeruandi.ſ.ſuam iurisdi.& ita Domino non facit iniuriam,ad quem iurisdictio non ſpectat d.cauſæ,ſed ad militem,niſi ſolum in defectum iuſtitiæ,vt extra de off. lega. c. paſtor.in prin.quare inde a Dño non põt puniri,cum vaſallus ille vel miles non deliquerit. Quia nemini facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo,nec pro eo facto poteſt puniri,vel conueniri,q non deliquit,vt ff.de dam.infec.l.fluminum.§.fi.& l. procul.ff. de aqua plu.arcen.in ſumma.§.idem Labeo.De hac materia q̃re.ff.de iudi.l.i.in quæſtionibus Domini Vberti de Bobio.& qđ dictum eſt, q inferior iudex non habet ſe intromittere,ex quo cauſa delata eſt,ſiue relata ad ſuperiorem. Verum eſt,cum facta eſt relatio,de voluntate inferioris iudicis & partium, vt C. de rela.l.j.& ext.de off.leg.c.licet.Item quod dictum eſt, q iudex inferior non debet ſui maioris iudicis prẽuenire iudicium non obſtat. Quia ibi loquitur in valde diuerſo caſu.ſ. ſi humanum iudicium præueniat diuinum in occultis,quorum humani iudicis nulla eſt cognitio.vt ii. q. v. cap. conſuluiſti.cum ſuis concord. Nec obſtat quod dictum eſt, potius parendum fore maiori iudici,quam minori.quia illud habet locum, quando utrique parendum eſt,quia tunc parendum eſt potius maiori quam minori,cuius non eſt iurisdictio, niſi in caſibus notatis in dicta decre.c.paſtoralis,in prin.Quid ergo erit? unde quæritur,nunquid iſte miles poterit ſuum hominem punire,pro eo quod coram Domino maiori fuit,vt ſupra,conqueſtus. & Dominum ad talem conditionem fecit uenire?Circa hanc quæſt. contra hominem uel uaſallum,uide argu.pro Domino ſupra ea.ſumma,proxime,§.item ſi uaſ.& §.& per hoc uidetur,quæ
50 ſtio in ea.ſumma.§.item ſi delator.†Item,ſi cum inimico Domini conſpirauerit contra eum,uel ſuam amicitiam copulauerit,uel affinitatem contraxerit,uel eius hæres exiſtat, feudũ amittit.Quia in his Domini iudicatur eſſe inimicus, arg. ff. de offi præfec.ur.l.i.§.cum patronus.argum.ff.de re mili.l. iij. §. is qui.& C.de inoffi.teſta.l.liberti.extra de accu.c.cum oportet,extra ut lit.non conte.c.accedens.xxiij.diſtin.c.ſi inimicus.& ff.de adimend.lega.l.ʒ.§.fi.extra de exceſ.præla.c.grauem.Vel quod plus eſt,ſi cum Domino inimicitias capitales,habuit ſiue graues & non leues, puta plagam ei faciendo, uel mortem eius conſiliatus eſt, uel bona ſibi auferendo,& cum ad amicitiam non peruenerit,uel ei non ſatisfecerit,feudum amittit,ut arg. ff.de adi.le.l.ʒ.& l.ex parte.ff.de his,qui. vt indi.l.ſi inimicitiæ, ar.in conſt.Fede.l.imperialem,§.inſuper,ſi filius.& extra de reſtitution.ſpoliato.capitulo,item cùm quis. arg. ff.de procu.l. filius.§.pen.& l.vel exilio.ff.de ſuſpec.tu.l.iii.§.tutor.Inſti.de excu.tu.§.inimicitiæ. arg.ff.de arbitr. l. licet. vel ſi contumelias: uel conuicia ei fecit, vel eius uxori,argu.ff.de offi.præfec.vrb. l.i.§.cùm patronus. & in prædic.l. licet. Hoc puto uerum eſſe, ſi uaſallus præſtitit cauſam inimicitię, ſecus ſi Dominus, quia tunc vaſallus excuſatur, quod dic ut not.ſupra eod.ſumma §. item quod dixi, & §. ſed quid ſi Dominus. arg. tamen videtur in liberto, quod etiam pro leui offenſa amittat,arg.C.de libe. l.ii.& C.de primicerio.l.i.lib.xii.C. de hæretic. l. ii.in fi. ad hoc quære pro,& contra.arg.inf. c.proximo. §. item ſi teſtificatur.
51 & §.ſeq.& ſupra eo.§.item feu. † Item ſi delator extiterit vaſallus Domini ſui : & propter hoc grandẽ iacturam patrimonii ſiue ſubſtantię illum fecerit ſuſtinere, feudum amittit,vt in ti. in quibus caſibus feud.amit.c.ii.§.ſed & qui delator. arg. ff. de offi. prefec.vr.l.i.§.cum patronus.in fine.C.de reuo.do.l.vlti.in Authent.de nup.§.mater.in Auth. ut cùm de appel. cogno.§. cauſas. Et hoc verum eſt, ſi maior eſt: nam ſi minor eſt, non amittit.Etiam ſi ſententia lata fuerit in maiori ætate: vel ſi tutor eius vel curator accuſauerit ſiue detulerit. argu.ff.de bo.li-
52 ber.l.qui cum maior.in prin. ff.de minori.l. denique. † §. ſcio. qui dicuntur delatores quære in titu.C.lib.x. de delatorib. per
53 totum. † Item ſi teſtificatur contra Dominum in criminali cauſa, vel ciuili: vel ſaltem ſi Dominum de crimine accuſauerit, vel accuſatorem ſubmiſerit: vel pro accuſatore fideiuſſerit: vt in titu.hic inci.conſue.reg.c.i.§.ſimiliter.arg. ff. de his, quibus vt indig.l.poſt legatum.§.ſi pater.& §.ſi filius.& §. ſi is. & §.qui accuſauerit. & §.ætati.& §.an libertas.ff.de bonis liberto.l.qui cum natu maior.§.ſi minor.& §.ſed & ſi.per totum. Niſi fecerit Dominus, quę ſint contra Principem, vel contra Rempu.vt in Auth.vt cum de appella.cogno.§. cauſas. in ver ſi.ſi eos in crimi.collatione viii.Simile notaui in titu.in ſumma,de cauſis propter quas excuſatur vaſal.§.excuſandus.vel ſi primo Dominus vaſallum accuſauit, vel ſi ipſe vaſallus, quadam neceſſitate, eum accuſauit: puta quia vult vlciſci mortẽ patris, cui ſucceſſit,vt in præd.l.qui cùm natu maior.§.ſi liber tus.& §.ſi patris.& §.fin.Vel niſi proſequatur iniuriam ſuam vel etiam facit rerum ſuarum retinendarum gratia, vt argumen.ff.de accuſa.l.qui accuſare.in fi.& l.hi tamen. ff.de bonis

liberi

Source : BIU Cujas

liberi l. Si quis libertum. ff. de iniuri. si quis de libertate. nisi de leui crimine accusauerit, vel crimen verum approbauerit, argumentum in titu. hic incipi. consuetud. reg. Similiter argum. ff. de bonis liber. l. qui cum natu maior. §. is demum. & §. vl de iniur. l. eum qui. Vel si coactus dixerit contra ipsum testimonium, argumen. ff. si quis cau. l. ij. §. j. Secus si voluntarie, argumentum. ff. de his, quibus vt indig. l. post legatum, §. an libertus. & §. ætati. Eadē distinctione dicas, si patrociniū vel iuuamē assistēdo vel fideiubendo pro accusatore, in accusatione, contra eum præstitit: vtrum voluntarie vel coactus, vt quandoque amittat, quandoque non, argumentum. ff. de inoffi. testa. l. vlt. ff. de bonis liber. l. qui cum natu maior. §. si patroni filius, & in dicta l. post legatum. §. id quod dicimus. ff. de rei ven. l. inter officium. Et hoc verum est, si vsque ad sententiā causæ principalis & appellationis perseuerauit, vt ff. de bonis liber. l. in seruitute. §. j. & §. accusasse. & §. sed si. ff. de in ius vocan. l. quamuis. ff. ad legem Cor. de falsis l. qui factam, ext. de postu. c. vlti. vel nisi ante sententiam Dominus recesserit, vt in d. l. quis. §. sed si à prædicta. Argumenta quære suprà ea.

54 summa §. item si cum inimicis. † Item quæritur, si cōtra Dominum firmantiā fecit, siue fideiussionem pro Domini inimico: Domino præcipue præsente & prohibente, vt fit de facto in prouincia: nunquid feudum amittat? Et dicendum, quod sicut ille amittit, qui consilium præbuit, & cum inimicis Domini familiaritatem contraxit: & qui contra Dominum patrocinatur, vt de his dictum est inf. ead. summa, §. itē feudum amittit vasal. si contra debitam reuerentiam. ita & is, qui fideiussit. Nam cum quis fideiubet pro alio, iam ei ostenditur, non leui amicitia adiunctus. Quia corpus suū pro amico suo ponit: quia pro ipso personaliter obligatur, vt ff. de fideiuss. quasi per totum probatur. Et maiorem amorem nemo habet, vt in Euangelio legitur, quam vt animam suā

55 id est corpus suum, ponat pro amico suo. † Item quæritur, vt vidi de facto inter Episcopum Aptenum, & Bertrandum Raibaudum eius parrochianum ac vasallū, vtrum, si vasallus agat contra talem Dominum, intentando famosam vel iniuriosam actionem, seu talem, propter quā notam famę possit Dominus incurrere, & per quam desiderat, vt Dominus sua amittat, vel puniatur: nunquid vasallus feudum amittit, & videtur quod sic, prout in eadem causa allegaui, si nō probauit vasallus intentionem suam: quia iam sic conuincitur contra Dominum egisse, non salua Domini reuerentia, quare feudum amittit, vt in titulo, nouum non paternum. c. Dominus vocat. §. j. extra de excess. Prælatorum. c. grauem. Nam nō probando suam intentionem, conuincitur calumniator, vt C. de aduoc. diuer. iudi. l. j. C. de fruc. & liti. expen. l. pen. C. de accu. l. si qs homicidii. C. de dilationib. l. vna. lib. x. & extra de dolo & contuma. cap. finem. Est enim graue crimen innocentem Dominum accusare, siue de crimine inculpare. præcipue in sacris ordinib. constitutum. Et ideo pœna omissionis feudi dignus est talis, argum. extra de calumniatoribus c. j. & ij. & iij. & iiij. & 5. q. 5. calumniam. & v. q. j. & q. v. c. delatori. & xi. q. i. c. si quis sacerdotum. † Est enim graue crimen,

56 infamia, plus quam pœna corporalis, vt C. de decu. l. infamia. li. x. Adeo, quod qui famam negligit, dicitur esse proditor sui ipsius, siue crudelis, vt xii. q. i. c nolo. Et notandus est, sicut calumniarum redemptor, vt C. de his, qui pot. nomine titul. prædi. su. vel ali. impo. l. i. in fi. Nec refert argumen. ff. de iniuriis, l. iniuriarum. dum tamen sit innocēs qui infamatur, alias secus, si est nocens: & crimen probatur, vt ff. de iniur. l. eum q nocentem, & v. q. v. c. i. & ii. Qui enim dominum suum conuenit, calumniosa actione, vel iniuriosa, iniuriam facit domino, & ipsum contristat: quare feudum amittit, vt in titulo, in quibus casibus feudum amit. §. pondo, & in titulo, hic inc. consuetu regni l. lex Corradi. §. si vasallus. Quia scilicet sic dominum suum dehonestat, facit pro hac parte. ff. de iniuriis. l. lex Cornelia. §. vltimo & C. de famosis libell. l. vna. Et facit, xxiii. q. v c. hæc imago. extra de ac. c. super his. ff. de accu. & inscrip. l. ab accusatione. §. vlt. Quæ iura pro hac parte quæstionem terminare videntur, & arg. ff. de his, quibus vt indig. aufertur hæredi. l. si inimicitiæ. C. de libertis & eorum liber. l. 2. ff. de officio præfec. vr. l. 1. §. cum patronus. Nam & talia pertinent ad detractationem & infamiam, quod crimen summe iniquum est: & simile homicidio, partē in regno Christi non habet, vt vii. q. 1. c. summa. & de pœnitentia distin. i. c. homicidiorum. Et nullum maius crimen est, quam suis sacerdotibus & ministris inuidere & detrahere. Est enim maius crimē vitam & mores eorum corrumpere, quam prædia & substātias diripere. Hæc enim damna inter se multum distant. Quoniam morum damna in nobis & infra nos sunt, alia vero extra nos sunt; propter quod tales detractores & infamatores, sunt infames & ab ecclesia repellendi. vt vi. q. i. c. sunt plurimi. §. verū. & c. deteriores. & c. ex merito plebis. & ab actione, & testimonio repelluntur. vt iii. q. 4. c. detractores. & c. seq. Et si clericus est, priuandus erit officio & ordine, vt xlvi. dist. ca. ac cusatores, & c. sequenti. & curię traditur seculari, vt xi. q. i. ca. si quis sacerdotum. igitur talis coram domino stare non pōt. Et sic feudo priuandus, tanquam excommunicatus turpis & infamis, & ob hoc feudo priuandus, vt in titulo, hic incip. cō suetu regni. l. lex Corradi, §. si quis interfecerit. Et argumenta ad hoc notaui supra eodem titu. §. item feudū amittit, si nō potest morari. §. quod autem sequitur. ad prędictam quæstionem quære argumenta pro, & contra, sup. proximo §. & §. si inimicis. & §. item si delator. Et hoc verum est, si iustam causam non habuit inculpandi vel agendi: quia tunc de calumnia non punitur, quamuis non probet, vt C. de calumniatorib. l. qui non. & 2. q. 3. §. notandum. & extra de calumnia. c. 2. & ff. ad Turpil. l. i. §. calumniatori. Quam iniuriam episcopus remittere non posset, quin feudum sit commissum ecclesiæ suæ, a qua feudum tenebatur, argumen. xxiij. q. 4. c. si is qui. extra de sententia excom. c. contingit, & extra de pœnis. cap. ad aures. Vbi est expressum, cum dicit quod nec eis, nec eorum hæredibus feuda talia restituantur, nec alia de nouo eis concedantur: & hoc est propter iniuriam domino & ecclesiæ fa

57 ctam, vt in iuribus, sup. allegatis. ca. si qui. & c. contingit. † Item si vasallus contra dominum pronunciauit, & in causa appellationis dominus obtinuit, feudo priuatur, argumen. dictæ l. legatum. mendacium est, nisi cum distinctione. §. qui accusauit. & §. idque diuus Seuerus. Et hoc idem etiam videtur esse verum, vbicunque vasallus domino negligit iustitiam facere, ut in titu. quibus casibus feudum amittatur. c. ii. §. illud tñ.

58 † Item amittit feudum, prout uidetur, si non egit contra dominum salua domini reuerentia, vt ff. de obsequiis a liber. patro. præst. l. licet. & ff. de doli excep. l. apud. §. aduersus: & in tit. nouum non paternum. §. dominus. & §. sequen. & C. de obsequiis patro. prestan. l. si manumissori. Et de hoc plene dicitur

59 in titulo, de feu. conten. §. vidimus. † Item si dominum adulterauerit seu cucurbitauerit, id est, cum vxore domini iacuerit scienter, viuente domino, vt in titulo, quibus modis feudum amit. §. i. in ti. qualiter vsus beneficii sit tenen. c. si capitanei. & §. si quis miles. & §. beneficium. Alias est sub Rubrica, de feudo sine culpa non amit. in ti. §. item si dominæ. arg. in Authē. vt cum de appel. cogn. §. causas. in uer. si nouercæ. collatio. 8. Aliud si ignorauerit eam esse domini uxorem, secundū Pi. argumen. in ti. si de feu. vasal. fuerit interpel. c. si uasalli. Item, si cum uxore dñi concubare curauerit, scilicet insidiādo, vel appellando uel solicitando eam ut laboraret, ut facere posset, amittit feudum. Si tamen non fuerit insidiatus, non amittat, quia non debet ei obesse conatus, cum iniuria nō habuit effectum, ut in ti. quib. modis feu. amit. §. i. in ti. qui debeat succedere in feu. c. quidam capitaneus si uoluerit, argumē. ff. qđ quisque iur. l. i. in fi. ff. de pœnis. l cogitationis ff. de iniur. l. itē apud. §. si quis uirgines. §. cōmittere. §. appellare, & §. qui turpibus. ff. de bonis liber. l. si uero. in princ. extra de sponsa. c. fi. Et hoc uerum est, cum turpi de causa eam appellat, uel assequitur. Nam si causa ludi, uel ex honesta causa, uel gratia honesti officii eam appellat, uel assequitur, non amittit feudum, ar. ff. de iniur. l. apud Labeonem. §. meminisse. Quia officium suum, non debet ei esse damnosum, arg. ff. de furtis. l. si seruus communis. §. si uero, ff. ex quib. cau. ma. l. uidelicet. Sed dominus Pil. dicebat, quod voluntas sola non punitur. ff. de pœ. l. cogitationis. Nisi uoluntas progreditur ad actum, & perficiatur actus, alioquin contra, licet postea pœnitentia interuenerit, ut argument. ff. de furtis. l. qui ea mente, ff. ui bonorum raptorum, l. non prodest, ff. de ritu nuptia. l. palam. ff. de ædi. edict. l. bouem. §. i. & l. quis si fugitiuus, in principio. argu. contra. ff. de bonis liber. l. in seruitutem. in prin. & §. i. Si uero actus non perficiatur, si quidem propter pœnitentiam. suffragio pœnitentiæ subuenitur, & parcitur ei, ar. ff. ad leg. Corn. de falsis. l. qui falsam. ff. de inof. test. l. Papinia. §. meminisse. ff. de iniur. l. item apud. §. si curauerit. ff. de bonis liber. l. qui cum natu maior. §. accusasse. Si uero non propter pœnitentiam, sed propter impossibilitatem remaneat actus imperfectus, punitur, ut C. si quacunque præ. pot. l. i. quædam tamē spiritualia sunt contra prędicta, quę hic non curaui notare.

60 † Item argumētis quibusdam uidetur quod amittat feudum si faciat domino mortuo iniuriam, quia mortuo domino reuerentia debetur, sicut & uiuo, argumen. ff. de excep. doli, l. apud. §. aduersus. & ar. C. de prępositis sac. cubicu. l. pe. primo responso, Insti. de nup. §. affinitatis. & §. socrum. sed ar. contra

61 ff. de postul. l. cui, §. i. † Item amittit feudum uasallus, si cum uxore domini turpiter luserit, ut in eo. §. de pœnitentia. capitu. considerare. Vel si manum in sinu ad pectus posuerit, uel alium locum. Vnde turpe quid oriri possit, vt in Lombard. qualiter quis se def. deb. lege, quis a modo, in princip. Nam qui signum furanti præbet, tanquam fur manifestus punitur & infamatur, ut argumentum ff. ad legē Iul. pecu. l. vi. Ludi enim ita exercendi sunt, vt honestas seruetur, & verecundia

castis

Source : BIU Cujas

Epitome Feud. Ioan. Blan.

castis moribus perseueret, vt. C. de manuum lętitia. l. i. lib. xi. Ludus enim noxius & turpis in culpa est, vt ff. ad legē Aquil. l. nam ludus. Vnde impunitus esse non debet, vt ff. de furtis. l. in furti actione. §. vlt. Et tales ludi non debent appellari ludi, ex quibus crimina oriuntur & oriri possunt vt in proœ-
62 mio Digestorum, quasi in fi. † Alias verò quod fit per ludū, pro eodem debet haberi, ac si non fieret: nec debet esse punitum, vt argumen. ff. de seruo cor. l. iii. in prin. & l. cū apud
63 Labeonem. §. meminisse. † Item si contumelijs vel conuitio vxorem domini affecerit, feudum amittit, argumen. ff. de
64 offic. præfec. vrb. l. i. §. cum patronus. † Idem est in concubina domini, quod est in eius vxore, in Authen. vt cum de appella. cogno. §. causas. in ver. si nouercę. colla. viij. C. de nup. l. iiij. ff. de concubinis. l. j. §. si qua. argumen. contra. ff. ad legem Iul. de adult. l. si vxor. in princi. ff. rerum amo. l. si con-
65 cubina. in princi. ff. de donat. l. donationes. † Et quod dico de vxore idem intelligas de eius sponsa, vt Insti. de nupt. §. si vxor. in fi. ff. de gradibus & affinitatib. l. Labeo. C. de incestis nup. l. licet. C. de bonis, quæ libe. l. non sine. ff. de fundo dotali. l. iiij. ff. de iniur. l. i. in fi. & l. item apud. §. sponsum. ff. ad legē Iul. de adulte. l. si vxor, primo responso. & §. diuus Seuerus. ff. de excusat. tut. l. j. §. fi. argumentum contra ff. ad municipa. l. ea, quæ desponsata. ff. de vsucapio. pro dote. l. j. & ff. de dona-
66 tio. inter virum & vxorem. l. i. & l. si sponsus. in princ. † Sed quæri potest, an sit verum, quod dictum est, si factum fuerit cum voluntate earum? videtur quòd non, argumentum. ff. de libero homi. exhiben. l. iij. §. si quis volēti. in princi. quod non puto, imò omnino priuetur & non consideretur volūtas earū, quia hoc non potest fieri sine dolo malo: & sic erit idem ac si in nolentem processisset, vt ibidem, & argu. ff. de iniuri. l. j. §. vsque. argumen. C. de rap. virgi. l. vna. §. penult. C. de salgamo. l. i. lib. xii. extra de sententia excommuni. c. cum contingit. cum his, quæ ibi notantur. Sed voluntas domini considerabitur, de qua agitur. Quia si voluntate eius hæc fiant, non poterit conqueri: quia volenti iniuria non infertur, vt in prædicto §. vsque. & C. de transact. l. cum donatio-
67 nis. † Et quod dictum est de vxore domini: idem intelligo de filia domini vel nupta filio domini, vel nepoti ex filio. Et idem dico de vxore domini, manēte adhuc in domo quę in capillo dicitur, vt in tit. quib. modis feud. amit. §. j. & in tit. quibus casibus feud. amitt. §. item si dominæ. & idem est de sorore domini, vt ibidem, quod videtur mirabile. Quia si eam occideret vasallus, non amitteret feudum, ut in tit. hic incip. consuetud. reg. l. lex Corradi. §. si quis interfecerit fratrem. argumentum ff. quod metus causa. l. isti quidem. §. ii. Est enim plus animam occidere quàm corpus, vt argumentum extra quod metus causa. c. sacris. & xxij. q. v. c. si quis coactus. & faciat ad hoc, xxxij. q. v. c. magis. & per totum, vsque ad §.
68 cum ergo. & vi. q. j. c. ex merito. & c deteriores. † Item amittit feudum, si credentiam a domino ad damnum domini scienter manifestauerit, publice uel priuatim pluribus præsentibus, tanquam periurus & proditor, ut in titu. qualiter iurare debeat vasallus. in prin. argumētum ff. ad legē Aquil. l. si quis testamentum. §. ii. ff. depositi. l. i. §. si quis tabulas, argumentum ff. ad Silla l. si quis in graui. §. edicto grauatur. in tit. qualiter vsus benefi. sit tenen. c. si capitanei, primo responso. alias est Rubrica de feudis datis minimis ualuasō. ff. de re mili. l. omne delictum. §. exploratores. Et hoc est uerum, de credentia quam secretam haberi expedit, & nulli manifestari: alias secùs, quia reuelari poterit ei, qui potest prodesse & nō obesse, ut xxii. q. v. c. hoc uidetur. Sed uidetur posse dici, ꝙ sit necessarium, quod dominus ex tali manifestatione damnum sit passus, ad hoc scilicet, ut vasallus feudum amittat, vt Inst. qui ma. non pos §. i. argu. ff. de in rem uerso. l. quod si seruus. §. si sic amittit. & in titu. hic incip. consuetud. regni. l. lex Corradi §. si vasallus contra constitutionem. & §. alienatio. in fi. & c. hæc sunt capitula. §. præterea, si vasallus. & in cō
69 stitu. Federici l. hac edictali. §. i. † Et hoc uerum, quod amittit feudum, si fecit alienationem feudi, sciens esse feudum, sine domini consensu, vt in constitu. Federici. l. imperialem. §. ii. argumen. C. lib. xj. in quibus casibus colo. cen. l. ii. in titu. si de feudo vasal. fuerit interpel. c. vasallus. Et nulla etiā prę-scriptione poterit se tueri is, qui acceperit, etiam xxx. an. ut in dicta cōstitu. l. Imperialem. & in titu. qualiter iurare debe. vasallus. §. donare, de quibus sigillatim inf. clarius dicetur. Si milia quære in titu. ex quibus causis dominus ius dominij, quod habet in feudo amittit. §. item quæritur. & §. sequen-
70 ti. † Et quod dictum est, si alienauerit feudum, intelligas totum, siue partem: quia dominum contemnit, licet olim dimidia pars vendi posset, ut in constit. Federici. l. imperialem. §. i. in titu. de conten. feu. c. si clientulus. in princ. alias est Rubrica de feudi alienatione, in ti. in quibus casibus feu. amitt. § vlt. Sed vbi alienauit partem, partem amittit & non plus: quia non debet progredi pœna vltra quam inueniatur delictum, vt in tit. hic incip. consue. reg. l. lex Corradi. §. si vasallus cōtra constitutionem. C. de pœn. l. sancimus. ff. de his quibus ut indig. l. rescriptum. & l. hęres. ff. ad Trebel. l. Paulus respondit. ff. de vulg. substi. l. ex facto. §. fi. ff. rem rat. habe. l. cum debitore. & l. si procurator. Argumenta tamen sunt, ut pro parte alienata totum amittat, ff. de leg. i. l. etiam si partis. ff. de incendio ruina nau. l. quo naufragium. §. ulti. Ad hoc quęre argu. pro, & contra inf. ea. sum ma. § potest hic quęri an si vasallus. circa hoc uide, quæ dicta sunt sup. in summa, de illis qui possunt rem in feudum dare. §. item vasallus. & §. sequenti. & §. sed inspecta. Per ea, quæ supradicta sunt, uidetur determinari quęstio Rofredi, quę talis est. Ioannes quidam, habebat duo castra in feudum, quorum vnum alienauit: quęritur vtrum toto debeat priuari: an pro parte? quòd toto debeat feudo priuari, probatur per ea, quæ sup. proxi. sunt allegata: & quia si creditor rem singularem occupat debitoris, toto debito priuatur, vt ff. quod metus causa. l. extat. & ff. ad legem Iul. de vi. l. creditores. Item & creditor, qui mulierem sibi obligatam prostituit, cadit a toto debito, ut C. de capt. & postli. l. i. l. fœdissimę. Item vide argumentum fortissimū, quod ratione modici delicti, imponitur maxima pœna. Nam qui vnum clauum de naue subripuit, tenetur omniū rerū nomine, quę sunt in naui, vt ff. de inc. ru. nau. l. quo naufragium. §. senatus. Idem videtur in tutore, qui pro parte se excusat, & a toto legato repellitur, ut ff. de legi. l. etiam si partis. Nam & si quis donauit partem bonorum cognatæ uiuē tis, a tota hæreditate repellitur, ut ff. de dona. l. quidam in iure. §. vlt. Item & feudum: quia in eo ius est indiuiduum, sicut in seruitute vsufructus, ut ff. ad leg. Fal. l. i. § si vsufr. Et ad hoc quære argumenta pro, & contra, in titu. de cōten. feu. & qualiter iudic. feu. sit exa. & termi. in summa §. vidi quæstionem. Cùm ergo sit contractum in parte, contra totum feciśe videtur, hec enim natura feudi est, vt quilibet vasallus debeat seruire de uno feudo, quod est inseparabile. Vnde aut totū habeat, aut nihil, vt argum. C. de iure delib. l. quidam. Item eiusdem obligationis & rei non debet quis partem approbare & partem reprobare, vt ff. de admi. tu. l. cùm quęritur. Nec etiam libertus auditur, si uelit ex parte approbare & ex parte reprobare obligationem: vnde debet insolidum approbare vel reprobare, vt ff. de operis libert. l. si ita stipulatus a patrono. ad idem, ff. de admi. tu. l. cum quæritur. in fi. ff. de nego. gest. l. si negotia. ff. de dam. infe. l. prętor. in fi. ff. pro derelicto, l. an pars. Item nonne alienatio feudi est prohibita per cōst. Federici §. i. Certe sic, vnde si alienauit, licet pro parte, debet puniri in totum, etiam si partem alienauit tantùm. nam dicit lex quod qui partem testamenti aperuit, habetur ac si totū aperuisset, vt ff. ad Silla. l. si quis in graui. §. si quis tabulas. Nam & videor aliquando in seruitutem petere, etiam si nō petam totum, sed partem, vt ff. de bo. lib. l. in seruitutem. in princ. Ex quo enim per leges, res est alienari prohibita: etiā si pars alienatur, fit contra l. prohibitionem, vt C. de reb. alien. non ali. l. ult. Vnde licet partem alienes, contra totum videris feciśe. Verbum enim resídui, etiam totius debiti commemorationem admittit, vt C. de hæredi. instituen. l. ii. præterea cum lex Federici pœnam imponat ei, qui feudum alienat, scilicet quod debeat amittere, & ille alienauit partem, amittit totum. Vnum enim est feudum, licet plures res sint in feudo concessæ. Nam & unum est iudicium familiæ ercis. licet plures res sint in hæreditate: & vna est actio pro socio, licet plures res sint in societate, vt ff. famil. erciscundæ. l. hæredes. §. de pluribus. ff. pro socio. l. cum duobus. §. si plures. & ff. de petitio. hæredit. l. item veniunt. §. tamen prædiximus. Item licet in parte peccasset, debet in totum puniri, ut pœna illius sit metus multorum, ut C. ad leg. Iul. repe. l. i. Nam qui duos debuit in iudicio exhibere: nihilominus unum exhibendo, incidit in pœnā insolidum, ut ff. in ius uoc. ut eant. l. ulti. Econtra sunt tamen argumen. ut quod non debeat puniri, nisi pro parte: certum est quod pœna non debet delictum excedere, ut C. de pœn. l. sancimus, ff. de iure fisc. l. ii. §. diuus. Si enim totum alienasset, nō puniretur nisi in toto feudo: ergo si alienauit partem, in partem debet puniri: cum idem iuris si de toto quo ad totū, & de parte quo ad partē, ut ff. de admi. tu. l. si duo. in fi. ff. pro derelicto. l. an pars partē. & ff. de rei uen. l. quæ de tota. Quod enim non teneatur nisi pro parte, dicit lex. Si subtraho unum modium de aceruo, non teneor nisi pro modio: & si aliquid seco de segete, non teneor furti nomine totius segetis, sed tantum illius quod secui. Et si rem aliquam de armario sustuli, non teneor furti oīum rerum, quæ sunt in armario: sed tantū illius rei, quā abstuli. & si de naui onerata furmento unum sextarium tulerim, non teneor nisi nomine illius sextarii: si in naui erat multū de uino uel de aqua, & aliquid uini subripiatur, nomine illius tantum agitur furti & nō totius. hęc omnia probātur. ff. de fur. l. vulgaris est quęstio. in. i. & §. iii. Sic cum peccaui

caui in parte,quare ſum puniendus in toto?iura dicunt contrarium.Ecce enim,qui ſubtrahit res hæreditarias,in rebus illis quartam non deducit,vt C. de legat. l. non dubium. ff. ad Trebel.l.Paulus reſpondit.Sed pone,quod hæres, res quaſdã ſubtrahit, nunquid punietur in tota falcidia? certe non.Sed tantum in illis rebus, quas ſubtrahit, non poterit vti legis reſecatione.& qui accommodat tacitam fidem contra iura punitur,vt ff.de proba.l.cum tacitum. ff.de iure fiſ.l.non intelligitur.§.ſi quis palam.Sed tamen ſi in certis rebus accommodat tacitam fidem contra iura,in illis ſol.rebus punitur, & non in totum,vt ff.de vulga.& pupil.ſubſti.l.ex facto.§.Iul. Longinus,& ff.de his,qui.vt indi.l.hæres qui tacitam. Et qui falſum teſtamentum accuſat, punitur toto legato, vt C.de his quibus vt indig.l.Polla. Sed tamen ſi dixit codicillos falſos,non amittit,quod relictũ eſt in codicillis,vt ff.de his,qui. vt indi.l.hæredẽ.Item optime facit,quod non debeat in totũ puniri, ſed tñ ꝑ parte.ff.de iurisd.om.iu.l.ſi idem.§.vlt.Ita ꝙ illud eorum,quod in illa l.ponitur,ad primos Iuriſconſultos referatur. Item ſi duos ſeruos debeã in iudicio exhibere ſub pœna: ſi vnum exhibui & alium non, pro parte teneor ad pœnam,vt ff.ſi quis cau.l.ſi ſeruus.§.ſi plurium ſeruus.In prę dicta quæſt.dixit Rofre. ſine præiudicio melioris ſententiæ, quod ſibi videtur,ꝙ ille qui alienauit,non teneatur,niſi pro parte,quam alienauit,vt in conſti.feu. in ti. hic inci. conſue. reg.l.lex Corradi.§.ſi vaſallus contra conſtitutionem.Sed videtur,vt dixi,de iuris rigore, vt toto feudo priuetur, & vſus feudi obtinet in regno Apuliæ. Et eſt ratio:nã pro parte feudi quam alienat,Dominus totum vendicat, cum ſit factum contra feudi naturam, & legis prohibitionem, vt in conſtit. Federici,l.imperialem.§. i. quia Dominum contemnit alienando,vt in conſti.feudorum,in ti.quibus caſibus feu. amit. §.vlt. Niſi aliam etiam partem ab alio feudatario vẽdicabit, quia cum ius feudi ſit indiuiduum,faciendo contra partem, contra totum feciſſe videtur,vt argu.ff.de reb.dubi.l.ſi is. §.vtrum,& ff.communi diui. l.communi diuidundo.in princip.

Circa hanc quæſtionem vide, quæ dicta ſunt infra eadem sũ
71 ma.§.poteſt hic quæri,an vaſallus.†Et quod dictum eſt, alienationem,intelligas omnem actum, per quem dominium transfertur.C.de fundo dot.l.j. Satis enim abſurdum eſt & irrationabile,vt rem quam vaſallus in ſuis bonis pure nõ poſſidet,alienet.C.communia de leg.l.ſi duobus.§.ſed quia.Largo etiam modo intelligas alienationem,ſcilicet venditionẽ, pignoris obligationem, hypothecam, ſeruitutis cõceſſionẽ, emphyteuſim,pati vſucapionem procedere,pro anima iudicare,legare,dõnare,dotis dationem,permutationem,diuiſionem,litis æſtimationem, in ſolutum dationem.de quibus ſigillatim videbimus infra ead.ſumma, & de quibuſdam aliis ſeriatim,ideo hęc non proſequor hic.Sciens,ideo dixi ſup.eodem §.hoc verum,quia ſi vaſallus ignorans alienauit,ei parcitur,ff.de act emp.l.Iul.in prin.& §.ij.in ti.ſi de feu.vaſal.fuerit interpe.§.i.& c.ſi vaſallus.Dummodo iuret,ſe ignorãs vẽdidiſſe, quia tunc eius ſtabitur iuramento,argu.C.de donat. l.penult.i.reſpon. §.penul.in fi.C.de iure dot. impe.l. fi.in fin. C.de his,qui ad eccleſ.conſu.l.præſenti.§.ſane. in Authen.de ſan.epiſc.§.i.Data etiam poſtea electione emptori,vtrum ipſum velit reddere vaſ.vel domino, vel præciſe ipſum vaſallo, reſtituere debet, quia in tali caſu nõ aperitur Domino, quo reſtituto ipſi vaſallo,illud pro beneficio retinebit non nocẽte uenditione,& hoc idem de omni alienatione intelligendum eſt,vt in ti.hic inci.conſu.reg.c.hæc ſunt capitula, §.Domino cum emptore,& d.c.ſi vaſallus.Ex cauſſa iuſta amittit feudum ſcienter alienando, adeo quod ſi poſtea recuperet, non purgabit vitium, imo nec retinebit feudum,vt in ti.hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula, §. præterea ſi vaſallus, §.Domino,& argumentum.contra,ff.de aliena. iu.mu.cauſſa fac.l.ex hoc dicto,§.penul.in Authen.vt nulli iudi. §. quia vero aliqui. circa fin.coll.xi.ff.de adimen.lega. l. cum ſeruus, quibus mod.pig. vel hypo.ſol.l.ſicut,§.ſuperuacuum.ff.de hære.inſt.l.quotiens,§.ſeruus cum libertate.& l.ſeruum meum, in prin.ff.de teſta.ma.l.verum.Sed potius dictũ prævalet, niſi forte incõtinẽti recuperet.ar. ff.de re.iu.l.quicquid.Sed nũqd ſi recuperet recipiendo in feudum a ſecundo & ſeruiat vtriq; amittat?videtur,ꝙ non, arg.ff.de acqui.poſſ.l.quamuis.§.i.Puto tamen quod ſic,argum. ſupradictarum legum ſupra proximo.§.allegatarum pro prima parte. Per prædicta determinatur Pi.quæſtio, quæ talis eſt, ſi vaſallus in feudum rem dedit, contra pactum adhibitum in datione feudi ſibi facta,& poſt citationem factam deceſſit:filius vero eius antequam citaretur feudum recuperauit, poſteaque ad curiam citatur,nunquid feudo priuari debet,vel ei ſubuenitur,quia feudum ante litem conteſt.recuperauit? Et quod ſibi non ſubueniatur, ſed quod dominus feudum recuperet,probatur, quia conuẽtionem in datione feudi appoſitam pater non ſeruauit,argumentum.C.de pac.inter emp.& ven.l.tempore.C.de condic. ob cau.l.ea.Item & quia ſub conditione feudum videtur, ſi pactionem obſeruaret, vt ff. locati. l. quęro. §. inter. ff. pro ſocio.l.ſi conuenerit. Item & quia non debet ei fides ſeruari,qui eam non ſeruat,vt C.de pac.l.cum proponas. Nec obſtat quod filius feudum recuperauit, nam pater infeudando vti ſupra, ius ſuum ipſo iure amiſit. Ideoque ſemel amiſſum non poteſt reſtitui,ut argumentũ.ff.de ſol.& liber.l.qui res.§. aream.ff.de iure do.l.ſtipulationem.& l.ſequent.& ff.de fidei com.liber.l.rogo.Item,quia iam mota controuerſia recuperarit,& ideo ſibi vel eius filio non licuit pœnitere,vt ff.de ſolut.l.ſi cum Cornelius. C.de nouat.l. iii.Semel enim ſic dando in feudum pater amiſit ius ſuum, non ergo pœnam hãc inuito Domino poterit euitare,vt argumentum.C.de actio. & ob.l.ſicut,ff.depoſiti.l.3.§.ſi rem depoſitam. Nemini enim delictum iam patratum,propter ſuã remittitur pœnitentiã, vt ff.de fur.l.qui ea mente.Ecõtra,quia re integra, id eſt ante litem conteſt.feudum recuperauit, vt ff. de rei vend. l. is qui ſe.ff.rẽ rat.ha.l.amplius. Et nõ intelligitur in feudũ datum,ꝙ eſt recuperatum,argumen ff.de diuor.l.3.ff.de in rem verſo. l.ſi pro parte.§.verſum. Itẽ,& quia iuſtæ pęnitẽtiæ ſuffragio eſt ei ſubueniendum,vt ff.ad l.Cor.de falſis,l.qui falſam.ff.de inoffi.teſta.l.Papi.§.meminiſſe.C.ad Silla.l.quamuis. ff. de in ius vo.l.quamuis.Nec etiam intereſt Domini,rem infeudatã fuiſſe,ar.ff.ſi quis ca.l.& ſi poſt. Et quia pęnæ potius ſunt mol liendę,quam exaſperandæ.ff.de pœnis.l. ſi Præſes,& l.interp̃tatione. Et quia promptiores debent eſſe iudices ad abſoluendum,quam ad condemnandum,vt ff.de actio.& obliga. l.Arrianus.ext.de fide inſtrum.c.inter,in fi. Et quia ipſo iure non tenuit,quod pater fecit contra pactum,ergo in pœnam incidiſſe non videtur,argum. C. ſi mancip.ita fuer.alienat. l. ea quidem.Et quia fuit pactum inutile,vt ff.de pac. l. penult. Sol.fuit Pi.vt feudum ſit amiſſum,& eſt expreſſum iure iſto, inti.in quibus caſib.feu.amit §.illud.& §.prędictis mod.& C.
72 de reuo.do.l.vlt. † In emptore autem vel accipiẽte diſtingui tur,utrum ſciens an ignorans eſſe feudum accipiat uel emat; ut ſi ſciens feudum amittit & preciũ, quia ꝙ contra pręcepta legum contrahit,precium amittit,& malæ fidei poſſeſſor cẽ ſetur,non vt remaneat precium apud venditorem, ſed poti⁹ fiſco applicatur,vt C.de ſacroſan.eccle.Authen.qui res.C.de litig.l.vl.primo reſponſo. C.de agr.& cen.l.quemadmodum. lib.xi.C.de fundis rei priua. l.ul. li. xi. Si uero ignorans emit, precium a uenditore recuperat, & etiam ſuum petit intereſſe,ut in conſti.Federici,l.imperialem, §.i.C.de legat.l.ult. §.i. in titu.ſi de feudo uaſal.fuerit interpellat.§.ſi uaſallus feudũ. Sine conſenſu domini dictum eſt, quia ſi conſenſu Domini eſſet facta alienatio,ualeret & non reuocari poſſet, ut in titulo,de conten.feu.§.ſi clientulus,& argumentum,ff.quibus mod.pig.uel hypo.ſolu.l.ſicut,& l.ſi uoluntate.C.de iure emphyten.l.ult.Quia non fuerit fraudatus Dominus, qui ſciuit & conſentit, argumentum,ff.quæ in frau.credi. l. quod autẽ. §.præterea.Et uidetur ſine conſenſu Domini facere, ſiue faciat contradicente Domino,ſiue etiam ignorante,argumẽtum,ff.de fur.l.qui uaſ.§.qui ex uoluntate. Vbi uero per annum tacuit Dominus,ex quo ſciuit alienationem factã, uel ſi iuri ſuo renunciaſſe intelligitur ex aliquo facto, uidetur Dominus conſenſiſſe. Et ideo non poteſt conqueri, vt argumentum in Authen.vt cum de appellat. cognoſci. §.ſi vero, colla.viij.C.de pact.l.ſi quis in conſcribendo, in tit. qualiter iura.debe.vaſal.§.donare,& C.de filiisfam.& quemadmodũ pater pro his teneatur.l.i.lib.x.& C.de tabulariis.l.generali.li. x.ff.de decurionibus.l.honores.§.vlt.ff.ad municipa.l.ij.Item conſenſus Domini prodeſt ſi alienatio habuit effectum:& ſi poſtea recuperet,non retinebit loco feudi, vel ſi alium contractum celebrauit,quam ſibi permiſſum ſit:vbi nõ prodeſt conſenſus,vel ſi non effectum habuerit,vt in titulo,hic inci. conſuetu.reg.c.hæc ſunt capitula.§.præterea ſi vaſallus. argumentum.C.de remiſ.pig.l.vlt.ff.quibus modis pig. vel hypo. ſol.l.ſicut.§.ſi voluntate,quaſi vſque ad finem.l.Ad hoc quę re argumenta,ea.ſumma.§.vaſallus tamen, & §. nũquid emptor,Conſenſum intelligo etiã ſiue præcedat,ſiue ſequatur, alienationem,argumentum.C.ad Macedo.l.ij.& l.ſi permittente,& l.Macedonianum.§.ſane.& l.vltima. argumentum ff.quod iuſſu.l.prima,§.primo,& §.ſi ratum. C.de emancipatio l.iubemus.in fin.ff.de ſolution.l.vero,in fine.& lege ſequ. Licet aliud ſit in adeunda hæreditate,vbi iuſſus prędecedere debet.ff.de acquiren.hæred.l.ſi quis bona,§.iuſſus.Et in actione mandati,quia ut competat contra eum qui mandato negocia gerit,neceſſe eſt ut mandatum præcedat negocium,ut ff. mand.l.ſi uero non remunerandi. Authoritas uero tutoris, poſt incontinenti ſine interuallo debet interuenire,ut in prędicto §.iuſſus ff.de authori.tuto.l.obligari.§ penult. C.eod.l. clarum.Inſti.de autho.tut.§.tutor, ff.de uſucap. l.nunquam. i.reſponſo. Ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur,ut ff.rem rat.haberi.l.quod enim.§.i.† Domini uerbum,
74 intel-

Source : BIU Cujas

intelligas, ſcilicet maioris, ad quem directo ſpectare feudum dignoſcitur, ut in conſtitu.Federici, l.imperialem, §.j.argumẽ tum.ff.de leg.3.l.ſuos autem ſeruos.ff. de religi. & ſumpt. fune.l.2.§.j.Vel maioris, id eſt prioris uel antiquioris per inueſtiturã, uel dicitur maioris ratione dignitatis, ut in conſtitu. Corradi.l.in nomine ſanctæ, primo reſponſo, & §.j.C.de offi. recto.prouin.l.potioris. Nam ubi proximus Dominus conſentit uaſallo ſuo alienanti, ipſe uidetur alienare, unde neceſſarius eſt conſenſus maioris Domini, argumen. ff.de dona.l. ædibus, & l.in ædibus, §.quod ſi filius. Nomen enim Domini quandoque large accipitur: vt quia quandoque & bonæfidei emptor Dñs appellatur, & emphyteuta, & ſuperficiarius, vt ff.de ſuperfi.l.i.§.fi.Sed nunquid ſufficit conſẽſus maioris dñi, ſi cõſenſus proximioris Domini non interueniat, & videtur ꝙ authoritas maioris non debeat interuenire, quia vaſallus vaſalli, non eſt Domini vaſallus, nec ei videtur teneri, argu. ff.vſufru.quemadmodum caue.l.ſi vſusfructus.i.reſponſo, argumen.ff.ſi cui plus quam per leg.Fal.l.vlt.ff.de verborum ſignifi.l.licet in rem.§.i. & l.neque Modeſtinus, argumentum ff.de agno.libe.l.ſi quis a liberis.ff.pro ſocio.l.nam ſocii. ff. de reg.iur.l.concilij.§.ſocii.ff.de vi & vi arma.l.cum a te, & l.i.§. qui a me, ff.loc.l.ſi in lege.§.i.& l.qui fideiuſſor. & lxxxj.diſt.c. legitur. Vnde videtur arg.prædictorum iuriũ, ꝙ ſolius Domini proximioris conſenſus ſufficit, nec reqrat cõſenſus maioris, id eſt primi Domini: & ad idem facit arg.ext.de exceſſ.prælato.c.ſicut, contrarium tamen videtur, quia cum primus vaſallus non poſſet vendere ſine maioris Domini conſenſu, merito, ſi tertius vendat, authoritas proximi Domini nihil facit, ſed authoritas prioris Domini, vt in conſti.Fede.l.imperialem.§.i.argum.ff.de ritu nup.l.ii.& l.ſine poteſtate, & l.orationem.§.nepoti.ff.ad Macedo.l.filium habeo. Quia appellatione domini continetur, qui proprietatem habet, non qui vſum tantum. Et quia feudum illius ſecundi vaſalli, videtur maioris Domini eſſe feudum, argum.ff.de pecu.l.ſi ſeruus.in fin.& l.quam Tuberonis.§.fi.ff.de relig.& ſumpti. fune.l.ij.§. ii.ff.ad Silla.l.i.§.j.Sed quidam putant, quicquid allegari poſſit hinc inde, ꝙ conſenſus maioris debeat interuenire, vt in p̃ dictis ll. & etiam conſenſus propioris domini, vt in tit.quib. mo.feu.amit.§.ſimiliter, in ti.de conten.feu.§. etiam ſi clientulus, in ti.qualiter vſus ben.ſit tenen.§.ſi quis miles. alias eſt Rub.de feudo ſine culpa non amit.& argum.in conſti.Feder. l.imperialem.§.illud, & ff.de adop.l.in adoptionibus, & l.cũ nepos.ff.de ritu nup.l. oratione.§.i.l.ii.& iij.ff.de aqua plu.arcen.l.in concedendo.& l.in die.lxvi.diſti.c. archiepiſcopus. ff. de ſeruitu.ruſti.prædi.l.per fundum.ff. communia prędio.l.fi. C.de ſerui.& aqua.l.quam.ff.de relig.l.ii.§.ſi vſusfructus. ff.de ventre inſpicien.l.i.§.denunciari. Niſi forte dicatur, ꝙ maior Dominus ſit abſens: nam tunc conſenſus proximi Domini ſufficit, arg.ff.de iniu.l.ſed ſi vnus.§.quod deinde. Licet in emptore emptoris aliud ſit, vt denunciet ſecundus emptor tñ ſuo venditori, & non venditori ſui venditoris, niſi ceſſione ſibi facta, vt ff.de euic.l.ſi res quam. ff.de vent.inſpi. l.i.§.penul. Verum Azo in ſumma de emphyte.iure. §.ſed quæri poteſt. dicit Emphyteuta ſecundus, ſi velit vendere ius ſuum, debet requirere conſenſum Domini prioris, & non ſui, argume n. ff.de aqua quoti.& ęſti.l.Lucio, ff. de vſu & hab.l.ſi ita. Quia primus emphyteuta deſiit naturaliter & ciuiliter poſſidere, & ideo eius non eſt requirendus conſenſus, vt ibi notat. Ad hanc quæſtionem quære argumentum ſup. eadem ſumma.

75 §.item vaſallus vaſalli, & §.ſequenti. † Sed vbi vendidit feudum voluntate Domini, nunquid precium habebit in cauſam feudi, & domino ſeruiet? & videtur quod non, vt in tit.ſi de feu.vaſal.fuerit interpella.ca.ſi vaſallus. Niſi dominus ea mente conſenſerit, vt in feudum precium redigatur, argum. ff.de leg.ii.l.pen.§.i.Idem videtur in domino vendente vaſali volũtate. Verũtamen uidetur, quod vaſallus etiam ſic alienans debeat ſeruire conſueto modo, & quod redigat preciũ in feudum, argumento prædictæ legis, & ff. de annuis legat.l. liberto, primo reſponſo, ff.de vſufruc.lega.l. fundi. Nam qui precium habet, rem habere videtur, vt ff.de vſufruct.l.quia. eo quod precium loco rei ſuccedit, vt ff.de peti.hęre.l. ſi rem. & l.quod ſi in diem.§.idem Iul.ff.quod metus cauſſa.l. ſi ipſa res. Et eſt ad hoc argum.in ti.ſupra quibus modis feu. acquir. §.cum autem, in titu.de conten.feudi.§.ſi contentio. Et præcipue, ſi vaſallus ſeruitium ſe præſtare promiſit, cum feudum receperit, vt argumentum, ff.de contrahen.emp.l.Titius.§.fi. & ff.de annuis lega.l.Caius. Quia ex promiſſione eſt perſona liter obligatus, & perſonalis obligatio feudum nõ ſequitur, vt ff.ad Trebel. l.i.§.ſi hæres.ff. de iudi. l.fideiuſſ.§. tractatum. Ad quod ſeruitium etiam præſtãdum, videtur quod emptor teneatur, vt ff.de vſufruct.l.hactenus, j.reſponſo, & l.ſi pendẽtes.§.iij. & l.vſufructu relicto ff.de legatis.1. l.apud Iul. & ff.de iure fiſci.l.prędiis.& ff.de publi.& vect.l.Imperatores.C. ſine cenſu vel reliq.l.vlt.& penultim.ff.de hære. vel act. vendi.l.ii. §.ſi quid. Licet iura illa in tributis & publicis functionibus loquantur: quoniam inter cauſſas fiſci & priuatorũ in multis, nulla eſt differentia, vt C. de peti.hæred.l.j.& videtur exp̃ſſum.C.de actio.empti.l.ſi minor. Sed contra, quod non teneatur ſeruire, quia non eſt vaſallus, vt in titu.ſi de feudo vaſal.fuerit interpel.ca.feudum.tamen videtur expreſſum in ti. hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula, §.ſi quis ea lege. Ex hoc videtur, quod venditor talis, nullo modo venditionem Domini conſenſu factam, teneatur ad ſeruitium præſtandũ, quantumcunque promiſſio interuenerit de ſeruitio præſtando, & hoc propter ipſius contractus naturam, quæ videtur eſſe, vt tamdiu teneatur vaſallus ad ſeruitium, quamdiu feudũ tenet, & non poſtea quam alienauit, vt ſimile eſt in iure emphyteuticario.ff.locati.l.ſi merces.§.ius, & Inſtit.eod.titul. §. adeo.& C.de emphy.iure.l. i. Ex quo enim domino conſentiente alienauit, eſſet abſurdum dicere, vt poſtea domino ad faciendum aliquid teneretur, quoniam omnis talis promiſſio, habet ſuas ſubintellectas conditiones, id eſt, vt tamdiu præſtetur ſeruitium, quamdiu vaſallus feudum poſſidebit, ne alias pœna afficiatur ex eo, quod de iure fecit, vt C.ad l.Iuliã de adulte.l.Grachus.C.de admini.tuto.l.ſancimus. Vnde dicendum eſt, quod perinde ſit habenda dicta conditio, ac ſi expreſſe in feudi inueſtitura eſſet expreſſa, cum ſit de natura & ſubſtantia contractus, vt ff. ſi cert. petatur. l. cum quid. & argumen.in conuerſo caſu, C.de emphyteu.iure.l.ii ff.loc. l.quæro, & argumen.C.eod.titu.l.iii.& ff.pro ſocio, l.ſi conuenerit. & l.qua actione.§.item qui ſocietatem. Et ita prędicta conditio de natura feudi ſeruabitur in contrahentes, vt in ti. nouum non paternum.c.& ſi duo fratres. Ad hanc quæſtionem quære argu.infra eod.§.ſed nunquid emptor, ibi nec vaſalli videtur, & §. ſed quæri poteſt ſi coactus, & §.ſequenti. Sed quo iure petet dominus a ſecundo? Dic quod uendicabit dominus rem a ſecundo ſiue a donatario, vel emptore, ſi ſibi cenſum vel ſeruitium non præſtat. Et ſi ille excipiat, & iſte replicabit de cenſu vel ſeruitio non præſtito, vt argumen.ff. vſufruc.quemadmo.caue.l.omnes.in fi.& l.ſi vaſallorũ. ff.de pigno.l.lex. Vel uendicet rem per incerti condictionem, vt ff. de vſufr.ea.re.quæ vſu con.l.hoc ſenatuſconſultum, vt dixit Azo ſuper l.ſi vſusfructus, ff.vſufruct.quemadmodnm caue. per quam.l.notat Accurſ.C.de emphyt.iu.ſuper l.vlt.in gloſ. ius emphyteuticum, quod domino rei vendicatio detur, ad idem, ff.de pign. actio.l.ſi cum venderet. Et ita dominus vendicat, quod poſſidet.ff.de priui.credi.l.neutri.§.in bonis, quẽ cenſum donatarius vel poſſeſſor ſoluere habet nota.H.C.de emphyteu.iure.l.i.C.ſine cenſu vel rel. l.fi. §.pe.cum ſuis concor.ſupra allegatis, & ff.de impenſis in rebus dot.fact.l.neque ſtipend.§.ad alium.l.2.C.de prædi.mi.l.fi.xi.q.j.ſi tributum. &

76 c.magnum. † Sed quid ſi plures fuerint hæredes domini, qui non conſenſerunt alienationi. Si vnus vult reuocare & alter non, nunquid ille qui vult reuocare, hoc facere poterit? Dico quod non, quia omnes debent conſentire, argum. ff. de ędil. edic.l.quod ſi nolit.§.ſi plures.ff.qui & a quib.ma. liberi non fiant.l.ſi quis hac.§.vlt.ff.de in diem addict.l.quia ſi vno. Sed potius videtur dicendum, quod ille qui vult reuocare, qui ſcilicet non conſenſit, reuocare poſſit pro parte ſua, ut in ti. hic inci. conſue.reg.l.lex Corradi, §.ſi vaſallus contra ſtetierit. argu.ff.rem rat.haberi.l.ſi procurator. vel forte, in totum, argu. in ti.hic inci. conſue.regni, §.tres erant. vnde cum vnus tantũ conſentit, quem ſolum putauerit dominum, forte excuſabitur, argumentum ff.de iniuri.l.ſed ſi vnus, in principio. Item quod dictum eſt, quod ſufficiet conſenſus Domini, ad hoc vt valeat alienatio, itelligas verum eſſe, ſi cõſenſus agnatorum interueniat, ad quos ſpectaret feudum, ſi vaſallus decedat ſine liberis, quia illorum conſenſus eſt deſiderandus ſic, aliter non valet alienatio. Et ſi conſenſerint, vlterius diſſentire nõ poſſunt, argumentum. C.de fideiuſ.l.quotiens.ff.de leg.ii.l. cũ pater.§.libertis.& l.peto, §.fratre.ff.quibus ex cauſis in poſſ.eatur.l.hoc autem.§.i. ff.de rebus eo. qui ſub tute. ſunt.l.magis puto.§.in primis, in tit.hic incipiunt conſuetu.reg.l.lex Corradi.§.alienatio, & in titu.quibus modis feudum amit.§. præterea, in tit.ſi de feu.vaſal.fuerit interpella.c. ſi Titius filium. argumentum. C.communi diuidun.l.i.in fin.& in tit. de feudi alienatione, §.& ſi clientulus. C.de remi.pig.l.ii.C.ſi quis in fraudem patro.l.2.ff.quibus mod.pig.vel hypo. ſol.l.ſicut. & l.ſi voluntate, ff.ſi quis in fraudem patro.l.non videtur creditor. nec videtur fraudari, qui ſciuit & conſenſit.ff.de his, quę in fraudem credi.l.quid autem.§.pręterea.& qui aliis conſentiunt, ipſi iura ſua perdunt.C.de admini.tuto.l.cum quidam. Si vero tacite conſentiat, quid erit? Videtur etiam quod ſibi faciat præiudicium, vt ff.de euic.l.quidam, maxime cum præſens vel abſens eſt admonitus & non contradicit, argumen. C.de remiſ.pig.l.ſi eo tempore.ff.ad Macedon.l.ſi filius famil. Et conſentire intelligitur qui eſt præſens & non contradicit, argumen.ff.ſolu.matrimo.l.ii.ff.de decurio.l.honores. §. vlti.

Pileus

Source : BIU Cujas

Pileus vero intellexit consensum prejudicare ex certa scientia adhibitum, aliud si non ex certa scia, ar. ff. de iud. l. ii. ff. de iurisd. om. iu. l. si per errorem. ff. si qs cau. l. 4. §. vl. in ti. si de feudo vasal. fuerit interpella. §. si vasallus feu. & §. vasallus feud. Veruntamen idem reputatur, si per annum taceant agnati, ac si consensissent, vt in ti. si de feu. vasal. fuerit interpel. ca. si Titius filium in titu. qualirer iura. deb. vasal. §. donare. in Authen. vt cum de appel. cog. §. genera. versus fin. coll. viij. & in Authen. de san. episco. §. si qui s rapuerit col. ix. C. de acquir. possess. l. minus, & ff. eod. titu. fundi venditor. ff. si serui, vendi. l. si a te. Veruntamen vbi agnati non consenserunt, nec per annum tacuerunt, ex quo sciuerunt: tunc decedente vasallo sine liberis, reuertetur ad agnatos etiam sine precio. Aliud si cum hærede, quia tunc habet necesse precium offerre, vt in tit. si de feudo vasal. fuerit interpel. c. si Titius filium. Item vbi vasallus consensit vni agnato posteriori, & vasallus decedat sine liberis: quia agnatus anterior recuperare poterit, vt in spe dicto c. si Titius filium. Sed videtur quod fallat in casu, vt in ti. qualiter iudi. feudi sit exami. in princ. alias est Rubrica, quemadmodum feudum ad filiam per ca. si quis. Vbi autem vasallus qui alienat, plures habet agnatos si quidem omnes alienant vel consentiunt alienationi, non potest aliquis eorum venire contra, & capiet effectum consensus tunc demum, cum vltimus consenserit, arg. ff. de seru. vrb. præd. l. per fundum ff. communia prædi. l. vlti. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. libertis. Si vero quidem agnati consenserunt, & quidem nō: consentientes non poterunt venire ꝺ: & alii qui non consenserunt, retractabunt insolidum forte argumentū, ff. communia prædio. l. si quis duas. §. fi. & l. vlt. & l. per fundum, & ff. de iniur. l. sed si vnus, in prin. ff. de euic. l. si quis fun. & in d. l. cum pater. §. libertis vel pro parte, quod dic vt notaui supra proxi
77 me. §. sed quid si plures. † Et quod dictum est supra, quod vasallus non potest alienare sine consensu domini, subaudias extraneis. Sed agnatis bene potest, etiam non consentiente domino, vt in ti. hic inc. consu. reg. l. lex Corradi, §. alienatio, in titu. de contentione feudi. §. si clientulus, in ver. frater vero alias est Rubrica de feudi alienatione in fi. in ti. explicit liber. primus, §. noui vero. Quoniam licet prohibeatur extraneis, non tamen coniunctis, argum. C. de fideicommis. l. voluntate, ff. de legat. 3. l. pater. §. quindecim. §. idem quæsiuit. ff. si quis in fraudem patro. l. i. §. i. in fi. & l. viuus. C. de imponē. lucra. de scrip. l. i. responso. j. & §. cęteri. lib. x. Nam & alias ratione cōiunctionis conceditur, quod non concederetur. ff. de pac. l. in tępore. ff. de priui. credit. l. j. ff. de lega. i. l. si dominus. §. qui cōfitetur. ff. de contrahen. emp. l. qui officii, ff. de minoribus. l. si in emptione. C. non lice. habita. metro. l. j. libr. xi. arg. contra, C. de contrahen. emp. l. dudum, in Auth. de alie. & emphy. §. Oeconomis vero, colla. ix. ff. de publi. & vecti. l. licitatio. §. socii. Est & alius casus, vbi alienare potest sine consentu domini, vt si hoc conuenit, in titu. si de feu. vasal. fuerit interpella. capi. feudum, argumentum, ff. de euic. l. Neratius in princip. Item est alius casus, vt notaui, inf. ead. summa. §. vasallus tamen si peritus fuerit. Est alius casus, vt cum res in feudū data, sic vasallo est concessa a domino, vt ipse vasallus & sui hæredes & cui ipse dederit habeat eam, vt in tit. hic incip. cō
78 suetu. reg. c. hæc sunt capitula. §. si quis ea lege. † Sed quæritur nunquid vasallus poterit vendere suo cōuasallo nō agnato? Vī q̄ sic, & ad hoc cōsidera argumēta notata. s̄. proxi. §. q̄d s̄. dictū est. C. de castrē. pecu. l. cū allegas. lib. xii. C. si liberalitatis imperialis, l. j. li. x. C. q̄ñ & quib. quarta pars. l. ii §. fi. in Authē. quibus modis natu. effi. sui, §. si quis autē. coll. vij. de hoc quæ re ar. s̄. ea. summa. §. licet q̄ri potest. Vasallus tñ si peritus fuerit, poterit modū siue aliū casū excogitare, vt alienare, possit & nullū sustineat piculū amissionis alienando, puta si vē dat & transferat possessionē sub cōdōne hac, si de iure vēdere & trāsferre potest, sine amissione iuris sui & precii, etiam ad hoc sunt argumen. ff. de acquiren. possess. l. si me in vacuā. in fi. primi responsi & l. qui absenti. §. i. ff. de & vi arma. l. cum fundum. ff. de manum. testamento. l. libertas. & l. testamento. ff. de hæredi. insti. l. in tempus, in princ. & l. qui non, §. vltimo. Insti. de contrahen. empt. § emptio. ff. de solu. l. sub conditione. C. communia de leg. l. vlt. §. sin autem, ff. qui potiores in pig. ha. l. potior, §. i. C. de dona. causa mor. l. i. Vel alienare poterit sine pœna, isto modo scilicet, vt rem recuperet, argumētum. ff. de sol. l. qui sic. ff. de reg. iur. l. quicquid. ff. de diuor. l. iii. ff. de in rem verso. l. si pro patre. §. uersum. Sed cōtra hoc est argumentum. ff. de acquiren. possess. l. si quis in fi. ff. de dona. l. qui id. Ad hoc quęre argumentum, sup. ea. summa. § itē quāuis cōtinet cōsensus aūt sub nomine alienationis, quod ad hunc tractatum, uenditio, pignoratio, pro anima iudicatio, & quocunque modo facta distractio, ut ff. quibus modis pig. uel hypo. sol. l. sicut, §. uenditionis, & in consti. Federici, l. imperialem. §. j. & in consti. Lotharii, quæ incipit Lotharius, circa finem. Nam sub verbo alienationis, continetur venditio, donatio permutatio, & cōtractus perpetuus emphyteusis, vt in Auth. de nō alie. aut permu. §. alienationis, coll. ii. & alienatum proprie dicitur, si dominium est translatum, vt
2 habet in feudo.†Et eſt ſciendum,quod ſi dominus committat in vaſallum vel alium aliquid, quod ſi committeret vaſallus in dominum, vel alium feudum amitteret, dominus amittit proprietatem,& ius quod habet in feu. vt in tit. ſi de feu.vaſ.fue.inter.c.domino committente.ſimile ff.de li. agn. l.alimenta,in prin.ff.de bo.liber.l.ſi patronus non aluerit.ff. de iure pa.l.diuus Claudius.non habita diſtinctione, vtrum vaſallus ſit per ſacramentum,an non,vt in ti.hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula,§.ex facto quæſitum eſt. Ex leui tamen forte offenſa, dominus non tenetur, ſed tantum de atroci,vt ar.ff.de iniur.l.prętor edixit,§.prętera,& l.non ſolum,§.quanquam.Sed prædictus §.ex facto,facit contra, qa vicem dominus debet reddere per omnia ſuo vaſallo,vt 95. di.c.eſto.& alias dominus dicitur infidelis,& malificus, ſi in aliquo vaſallum offendit,in quo ſibi teneatur, vt 22.q.v.de forma. & in conſtitutione Federici,imperialem,§.nec dominus,ff.de noxa.l.vult.& l.noxali,ff. ſi a patre vel parente quis fuerit ma.l.fi.extra de infanti.ex.c.ii.& iii.†Merito ergo,ſicut vaſallus non poteſt, in alium feudum transferre, inuito domino:ſic nec dominus,ſine vaſalli conſenſu:vt in ti.qualiter iud.feu.ſit exami.alias eſt rubri.de feudo dato in vicem le.cō miſ.c.ſi quis inueſtiuerit.in conſt.Fede. imperialem,§.nec in conſt.Henrici omnibus ſancte.§.in ſuperiorib.in tit.qualiter vſus be.ſit ten.c.ſancimus,§.ſi quis fecerit.alias eſt rub.de feudo ſine cul.non amit.Ne alium dominum hr̃e cogatur,quē hr̃e non vult,vt ar.ff.de fideic.lib.l.inuitus,in prin.ff. de acti. emp.l.Titius cum,& l.idq;,§.vel.ff.pro ſo.l.ſocietas,in ti.no. non pa.§.j.Sed vaſallo volente, poteſt prout dictum eſt ī vaſallo,s̄.in ſum.quib.mo.& qb.caſi.feu.amit.§.prętera. Item pōt dici de ſimilib,qui iurant fidelitatem,ar.p̄di.ll.& s̄.qual. iu.de.vaſ.Sed ar ꝙria qr̃e s̄.in ſum.q̄ res in feu. da. poſ.§.item quid de allodio.Mediolanen.tñ dicunt, ꝙ dñs cum curia,& ſine curia,bene pōt totum alienare, dummō totum alienet maiori,vel æquali: minori uero non pōt,nec maiori ēt partem feudi, alia retenta ſine voluntate vaſalli:cum curia vero ſic,in quibuſdam curiis Lombardiæ.Sed nonne Mediolani licet dño beneficium ſui militis ēt ruſtico, & cuicunq; cō cedere?dummō de bñficio expreſſim dicat & feudum cōcedat:& hoc caſu vaſall⁹ ſeruiet emptori,vel cuilibet acceptori.Si vero totum feudum alii noncedat, ſed partem:ſi quidē feudum eſt,in eodem loco:non tenet illa donatio ſiue conceſſio.Si uero ī diuerſis locis eſt feudum,pōt in vno loco alii cōcedere,ſed tunc vaſallus recognoſcet feudum totū a dño, & non ab eo qui accepit.Quidam tñ dicunt nō valere ſi fiat inferiori,vt in ti.hic inc.conſ.reg.l.lex Cor.§. ex eadem lege. ar.vr̃,ꝙ in caſu,in quo fit alienatio a dño, non conſentiēte vaſallo,ꝙ ſeruiat cui uelit ipſe uaſallus,ff.de fidei.li.l.quidā, & l.gñaliter,§.fi.ff.de pc.l.ſi actor.Et eſt uerum,ꝙ cum curia poſſit fieri alienatio,qñ ſępe res pōt ad alium transferri,rōne uniuerſitatis,q̄ p ſe non pōt,ut patet per multa exempla, ut ff.de ꝯhen.emp.l.in modicis,ff.de acq.re.do.l.q̄dam, ff. de uſuca.l.aliena,& ff.de in diem addiec.l.ꝙ ſi uno,§.uerum,ff. com.di.l.qui cohæredes,ff.de leg.ii.l.ult.§.quatuor.ff.mand.l. ſi mandauero,§.uilis.& l.qui negocia, §.j. & res aliena non uſucapitur per ſe in alieno ædificio, ut ff.de uſuca.l.eū qui.j. rñ.ff.de acq.re.do.l.adeo,§. cum in ſuo,in fi.Idem eſt in hr̃ditate.Quia q̄dam cum hr̃ditate tranſeunt, q̄ per ſe non tranſeunt,ff.de fun.do.l.j.ff.ad leg.Corn.de fal.l.j.§,pen.Et vr̃ lex dicere,ꝙ dñs pōt in uaſallum hr̃e extraneum ſucceſſorē,ut ī ti.qual.uſus be.ſit ten.§.ſancimus,ut nemo, alias eſt ſub rub. de feu.ſine cul.non amit. Si uero ſimp̄r dat.curiam,non habita mentione bñficii,non uī beneficium dediſſe, ut in tit.q deb.ſuc.in feu.§.quidam capitaneus,in prin.ubi uero nō dat curiam,ſed gñaliter transfert uel alienat bona ſua oīa, non uī alienaſſe uel tranſtuliſſe uaſallos,ut in ti.ſi de feu. uaſ.fue. inter.§.in gñali,& ar.ff.de priu.cre.l.pe.ff.ad Treb.l.ſi patron filius,in prin.& ff.de pig.l. obl̄one gñali.ar.ꝯ ff.de bo. autho.

4 iud.poſ.l.in uenditione.in prin.& iura ſuperius alle. †Quidā ſuper hac materia quæſierunt, an compellatur vaſallus Domino alienanti conſentire; & uidetur eſſe argumentū,quod ſic.ff.de condi.inde.l.ſi non ſortem.§.libertus,in fine. ff.ſoluto matrimonio.l.ii.in principio.C.de precibus Imperaro.offer l.quoties.ff.de noui operis nun.l.ſtipulatio.§.iij. Econtra videtur, quod intereſt vaſalli habere illuſtrem Dominum, argumentum in Authentica,de conſul §.hęc itaque verſ. decet enim, collat.iiii.ff.de ſenatoribus.l.fœminæ.ne eius dignitas ex perſona forte vilis Domini minuatur,quę minui non debet,vt C.de dignitatibus,l.iiij.lib.xii.nec alicui debet per alterum iniqua conditio inferri,vt ff.de regul.iuris.l.non debet alteri.Poteſt etiam per prędicta Dominus,ius feudi in alium transferre,ſi forte propter neceſſitatem Dominus velit vendere,& denunciauit vaſallo,vt ei ſubueniat,& nō ſubuenit, vt argumentum in Lombar.de donat.quæ conting. l.ſecunda,& maxime,ſi propter ſeruitium per vaſallum ei non prę ſtitum Dominus in paupertatem peruenerit, vt in vaſallo notaui ſupra in ſumma, quibus modis,& in quibus caſibus feudum amittat.§.poſſet quæri,an pignus iudiciale, licet dominus nō teneatur debitum vaſalli ſoluere,ut in vaſallo notaui ſupra in ſumma,quibus mod.& in quibus caſibus feud. amit.§.ſed ſi dominus ſacramento tenetur: contra materiā huius §.quære argumen.ſupra in ſumma,quibus mod. &in

5 quibus caſibus feudum amit.§.& adeo. † Ius tamen quod habet dominus in feudo vaſalli,dare in feudum poteſt, ſine amiſſione,niſi faceret in fraudem,ſicut dictum eſt, & notatum ſup.in ſumma,quæ res in feudum da.poſ.§.item quod ſi

6 quis fecerit,vbi hoc declaratum eſt plene.† Item poteſt vni ex liberis aſſignare ius,quod habet in feudo,& ille erit dominus,non alii,argumen.ff.de ritu nup.l.filio.§.ult.Et addas hic argum.quæ notaui in vaſallo ſup.in ſumma, quibus mo. & in quibus caſibus feudum amit.§. verum licet nō poſſet pro anima,& in ſumma,ſupra de ſacra.fide.§.ſi uero dominus.

7 † Item poteſt iunctis perſonis dare & omnia facere,quę vaſ. poteſt,per ea quę ſupra in ſumma dicta ſunt, quibus modis, & in quibus caſibus feudum amittatur.§. & hoc verum eſt,

& §.

Source : BIU Cujas

& §.ſciens,&.§.quod ſupra dictum eſt.&.§§.ſequentibus.&.§. item quæritur, an vaſall.&.§. ſed quæri poteſt, ſi coactus. §. poſſet quæri an pignus iudiciale, & §.licet videatur, &.§.ſed nunquid litis æſtimationem & §.tranſigere. quæ in dictis §§. locuti ſunt. hic poſſent notari & ea,quę in dicta ſumma notata ſunt.§.ſed nec in dotem. Et ſi vnus dominus, faciat contra ius feudi,eius pars peruenier,ad contrarium.ar. ff. de bonis liber.l.tantum.ff.de aſſig.liber.l.j.§.ſed ſi is.Sed ar.contra ff.de iureiur.l.duo,in.princip.vel illud verum eſt,quando vnus ex dominis alium dominum offendit,vt no.ſimile in vaſallo ſupra in ſumma,quibus mo.& in quib.caſib. feu. amit. §.vbi vero plures &.§.ſequenti. Quod dictum eſt in domino vt ius feudi amittat,verum eſt,ſi faciat contra vaſa.cum erat vaſ.Secùs,ſi non erat vaſallus tunc,ar.ff.de bonis liber.l.vlti. ff.de ſuſpec.tu.l.iiij.§.nunc. Sicut dicitur in vaſalli filio, vt in cõſtitutio.Federici,Imperialem.§.inſuper.vt filius vaſalli feudo priuetur,propter ſui delictum , ſicut filius domini, vt de hoc plene dictum eſt ſupra in ſumma,quibus modis & in q
8 bus caſibus feu.amit.§item ſi filius vaſalli. †Quid de marito dominæ feudi,ſi talia contra vaſallum committat,nunquid amittetur ius dominii feudi quod in feudo habet? videtur quod non,vt C.ne vxor pro marito,per totum. Et quia feudum ſiue ius dominii feudi,non tranſit in maritum,vt notatum eſt ſupra,quibus modis feudum amit.§.ſed nunquid. in dotem tamen poteſt habere pro vxore, vt no.in dicto §.ſed nunquid. in fine. Quia mariti in re dotali actus & dolus,& negligentia nocet vxori,cum dominus ipſe dicatur rei dotalis,C.de rei vendi.l.doce. ff.de fundo dot.l. ſi fundum.prima tamen videtur verior,vel poſſet dici,quod durante matrim. propter fructus,quos habet maritus, priuetur & vxor,vt dictum eſt in prælato,ſupra ad quem feudum commiſſum per c.vt prælatus.vel poteſt dici ſimpliciter,quod priuetur, cum maritus in dotem illud habet & de bonis mariti poteſt conſuli vxori,aliter non, vt C.ad Velleia. Authen. ſiue a me.& C.de ſeruo pigno.dato ma.l.prima,& vltima.Similem quæ-
9 ſtionem vide ſupra ſumma proxima,§.& pone.† Item quæritur,ſi præſcriptio,vaſallo petenti,obiiciatur & ob hoc ſuccumbat,nunquid domino nocet,vt amittat ius dominii propter præſcriptionem vaſallo oppoſitam?dic quod non,vt in titulo qualiter iurare debeat vaſallus,§. quid. extra de arbit. c.cum tempore,extra de in integ.reſti.ca. ſecundo,in fine.&
10 argumen.ff.de noxa.l.ſi noxale.†Et nunquid ex perſona domini,vaſal.ſe poterit adiuuare contra præſcribentem,qui cõuentus , præſcriptionem opponit vaſal. agenti, cum contra dominum præſcriptum non eſſet? & videtur quod ſic,vt extra de præſcrip.c.ad audientiam,in fine. & extra de in integ. reſti.c.cum veniſſent,in fine. ſed dictus, §. quid eſt contra.& quęre ad hoc argum.in titulo qualiter iud.feu.ſit examinan.
11 & ter.§.hic poteſt quæri.†Item nunquid præſcriptione excluditur dominus a iure ſui dominii,vaſallo contra dominum præſcribente? Dic vt dictum eſt ſuper hoc, ſupra quibus modis & in quibus caſibus feudum amit.§.item nunquid, & in titulo qualiter iud.feu.ſit examinan. & termi. & in ſumma,
12 §.ſi cui res commiſſa. † Item amittit,ſi vaſallum non adiuuat de placito & a guerra pro feudi defenſione, argumen.ff. de damno infecto,l.ſi proprietas,l quamuis,l. hoc amplius. §.vltimo & penul.ff.de noxa.ſi ex duobus,in fine,& l.ſi noxale.†Itẽ amittit,ſi iniuſtitiam faciat vaſallo, ſecundum formam tamen traditam in titu.nouum non paternum.ca.dominus non vocat, §. ſi vero. alias eſt ſub rubrica de duobus
14 fratribus, de nouo beneficio inueſtitis. † Quęritur ergo ad quem redeat vel pertineat proprietas a domino amiſſa, propter ipſius domini delictum , in quemcunque delinquerit? & dic quod ad vaſallum, vt in titu.ſi de feudo vaſal.fuerit interpel.cap.duo.Sed quid ſi dominus habebat alium ſupra ſe dominum,in eodem feudo , puto fore recurrendum ad ea, quæ dicta ſunt ſupra in ſumma ti. ad quem feu.commiſ.pertineat,j,reſpon.& §.vlt.

LIBER TERTIVS
SIVE PARS TERTIA

De ſucceſſione feudi. *Cap. I.*

SVMMARIVM.

1 *In feudis ſucceſſio ab inteſtato ſolum habet locum.*
2 *Ordo ſuccedendi in feudis.*
3 *Aſcendentes in antiquo ſiue paterno feudo , ſicut collaterales ſuccedunt.*
4 *Plures domini qualiter ſuccedant in feudo nouo.*
5 *Circa feudi ſucceſſionem conſiderandum eſt, quod eſt actum.*
6 *Extranei etiam in feudo ſuccedunt ſi ea lege habeant, vt is cui dederit, habeat.*
7 *Omnes maſculi ex eo qui acquiſiuit feudum deſcendentes , an ſuccedant.*
8 *Feudum paternum refutans , cui accreſcat eius portio,fratri, an nepoti .*
9 *An filius emancipatus in feudo ſuccedat.*
10 *Nunquid filius emancipatus,cum nepote ex eo,in poteſtate aut conſtituto,æqualiter ſucedat.*
11 *Quid in filio exhęredato.*
12 *Naturales filii an ſuccedant.*
13 *Adoptiui filii an ſuccedant.*
14 *Filii nati ex vxore cum qua ſub conditione contractum eſt,ne liberi ſuccedant,an ſuccedant.*
15 *Vaſallus committens culpam propter quam amittat feudum : filii eius in feudo non ſuccedunt.*
16 *Filius offendens dominum,nec ſatisfaciens,in feudo non ſuccedit.*
17 *Quid in nepote filii delinquentis.*
18 *Soli maſculi & non fœminæ ſuccedunt in feudo : & quando fœminæ ſuccedant.*
19 *Fœminę habenti nouum feudum an filia eius ſuccedat.*
20 *Filii naturales tantum,an fœminæ ſuccedant in feudo.*
21 *Filii naturales & legitimi ſuccedunt matri.*
22 *De collateralium ſucceſſione.*
23 *Nunquid deſcendentes maſculi collaterales in infinitum ſuccedãt in feudo nouo,ſicut in paterno.*
24 *Vaſallus feudum antiquum an poſſit refutare domino,vt iterum de nouo inueſtiatur.*
15 *Agnati qui: & cognati qui.*
26 *Maritus an ſuccedat vxori in feudo.*
27 *An frater ex vtroque parente excludat fratrem ex patre tantum.*
28 *In caſu quo frater ſuccedit fratri in feudo nouo , liberis non extantibus, an ſuccedat,ſi liberi extent,qui tamen non ſint hæredes.*
29 *Feudum paternum,filio repudiante,ad quem pertineat.*
30 *Filii fratris, mortui ante patrem,an excludant fratrem a ſucceſſione feudi noui.*
31 *Quid ſi frater filios habuit antequam feudum nouum acciperet,an frater debet admitti,an filii.*
32 *Quid in filiis naturalibus,vel aliis ex non legitimo matrimonio natis,an excludant fratrem vaſalli.*
33 *Quid in hęredibus extraneis ſi deſit , fratrem fratri debere ſuccedere,ſi ſine hęredibus decedat.*
34 *Quid ſi alter fratrum nepotes reliquerit,& non filios , an frater vel dominus ſuccedet.*
35 *An appellatione fratrum contineantur ſorores in feudis.*
36 *An filius editus ex uentre ſecto matris, ſuccedat in feudo.*
37 *An Hermaphroditus ſuccedat in feudo.*
38 *An clericus vel regularis ſuccedat in feudo.*
39 *Mutus,ſurdus,cœcus vel alius imperfe. an ſuccedæt.*
40 *Vaſallus decedens relictis duobus filiis , quorum aliter eſt inutilis totũ feudum habeat.*
41 *Onera perſonalia, per alios non poſſunt explicari.*
42 *Seruo cui datum eſt ſcienter feudum,mortuo,qui illi ſuccedat.*
43 *Nunquid hęres vaſalli poterit feudum habere,repudiata hæreditate.*

DIximus ſupra de natura feudi,primo libro : ſed quia de natura feudi eſt ſucceſſio feudi , ponitur hic in hoc tertio libro de ſucceſſione feudi.Vel continua,ſupra dictum eſt, quib.modis feudum acquiritur. Sed quoniam quandoque acquiritur ſucceſſione,vt in titulo qualiter iurare debet uaſallus, §. per ſucceſſionem.vt de hoc eſt ſupra quibus modis feudum acquiritur,§.acquiritur feudum,& etiam aliis modis. Id circo de feudi ſucceſſione videamus. Vnde videndum eſt primo,qui ſit ordo ſuccedendi in feudo:& qui poſſunt ſuccedere vaſallo & qui non.Subſequenter videndum eſt, qui poſſunt domino in iure dominii feudi ſuccedere. Tertio loco eſudem tertii libri , ſeu tertiæ partis , dicendum erit de quo feudo nulla eſt ſucceſſio,vt infra eodem,c.primo,in fine.Tamen circa hoc vide,quæ dicta ſunt pro & contra, ſupra quibus modis , & in quibus caſibus feudum amittitur. §. item
1 nec pro anima.& §.verum licet non poſſit.†Vnde ſolum reſtat ab inteſtato ſucceſſio, & de ipſa ſolum tractandum eſt. quapropter ad hoc vt ſcias quis ſit ordo ſuccedendi in feu-
2 dis,ſic breuiter tene. †Feudorum quoddam dicitur paternũ ſiue antiquum,quoddam nouum , vt de hoc plene dictum eſt ſupra,de feudis, in ſumma, & §. ſunt etenim , ſecundum Iacobum.Et ſecundum hoc diuerſa ſunt notanda , circa ordinem ſuccedendi,& perſonas ſuccedentium. Quoniam ſi feudum eſt paternum,prima cauſa eſt liberorum maſculini ſexus:deinde omnium per maſculinum ſexum deſcendentium, vſque in infinitum.Secunda filiarum & earum deſcen

dentium

Source : BIU Cujas

dentium, ſi feudum eſt fœmineum: alioquin conſanguineorum ſiue fratrum, quorum eſt quandoque ſecunda ſucceſſio, quandoque tertia: ſecunda enim tunc eſt fratrum ſiue conſenguineorum, quando feudum nō eſt fœmineum: ſed quando eſt fœmineum, erit ipſorum tertia ſucceſſio, & tunc quarta ſucceſſio erit aliorum agnatorum, vt hæc probantur inf. eo. ti. i. reſpon. & tertio, in titu. qualiter iurare debeat vaſal. c. per ſucceſſionem, in princ. & §. ad filias quod capitulū, per ſucceſſionem, habet in quibuſdam libris rubricam per ſe, ſ. de gradibus ſuccedendi in feudo. & facit in titu. qui debent ſuccedere in feudo. in prin. & argu. ad hoc. ff. de ſuis & legi. l. j. §. vlt. & l. ii. ff. ſi tabulæ teſtamenti nullę extabunt. l. j. in prin. in Authen. de hæredi. ab inteſta. primo reſponſo, colla. ix. Inſtit. e. & §. i. de hoc quęre inf. ea. ſumma. §. i. vel dic primam cauſam in filiis, & ſequentium vero ſecundam, & aliorum conſuccedentium, quę poteſt dici ſimiliter ſecunda.

Vel tertia dici poteſt, omnibus liberis vtriuſque ſexus deficientibus, in aſcendentium videlicet recta linea, vt cum fratribus defuncti vaſalli ſuccedant, uel cum filiis fratris, uel etiā ſoli ſi fratres, uel eorum filii nulli ſuperſunt, ut alias eſt de iure ciuili. C. de legit. hære. Authen. defuncto. & Authen. ceſſante †

3 ſuccedunt enim aſcendentes, in antiquo ſiue paterno feudo, ſicut collaterales, ut in tit. de feudis datis minimis ualuaſoribus. c. ſi quis miles mortuus fuerit, & in dicto. §. ad filias. licet ibi multùm expreſſe non caueatur, niſi de collateralibus. Sed iure ciuili idem dicendum eſt de aſcendentibus recta linea, quia ubi iure iſto aliquid determinatum non eſt, debet iure ciuili determinari, ut in titulo de feudi cognitione. c. Obertus. unde ſi in feudo paterno dicantur ſuccedere aſcendentes, directa linea, a quibus forte proceſſit, non erit mirum, Quia dicentur nō ſuccedere proprie, ſed potiùs feudum dicetur ad eos reuerti, ut argumen. ff. de lib. & poſthu. l. filio quem, & argu. ff. de adopt. l. pen. & vlt. §. ſi uero pater, in fi. & argumen. de pact. ſi vnus. §. pact. in fi. Sed contra in titu. qui debent ſuccedere in feu. in princ. ſed intellige, quod ibi dicit, quod aſcendentes non ſucceſſerint, ſcilicet, in nouo feudo, ſicut nec collaterales, ut inf. dicetur. Nam dicere ꝙ in feudo paterno ſuccederent collaterales, & non aſcendentes recta linea, eſſet abſurdum dicere, cùm parentes non uocentur ad gratam hæreditatem, ſed ad triſte lucrum & ad luctuoſam hæreditatem ob ſolatium liberorum amiſſorum, propter quod alijs, ſcilicet, collateralibus præferuntur in ſucceſſione, vt. C. communia de ſucceſſionib. l. ulti. C. de inof fi. te. l. liberi. Inſti. de ſenatuſconſul. Tertull. circa pri. eſt enim habenda ratio naturę & periculi, quod parentibus ſępę imminet, & affectionis, quam habent parētes erga liberos maiorem, quàm erga ſe, vt ſic omnibus collateralibus pręferātur, ut arg. ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem, in fi. & Inſti. de ſenatuſconſulto Tertullia. §. ſed nos. fratribus vaſalli & fratrum filiis exceptis, cum quibus ſuccedunt, ut dictum eſt, & hoc intellige de aſcendentibus maſcul. ſeu per maſculinum ſexum aſcedentibus, † vt ſuccedant, non de fœminis, ſiue per fœmininum ſexum aſcendentibus, quibus nō poteſt eſſe locus ſuccedendi in feudo, dum maſculi ſuperſunt, ut de iis plene dicetur, inf. eo. tit. §. & quod dico in filiis, & ſequenti. §. & quod loquatur prædictum contrarium in principio, de nouo feudo tantum, ſatis ibi colligitur, ex iis quæ poſtea notat diuerſa, in ſucceſſione feudi paterni, licet ſuperficialiter inſpecto capitulo, videatur uere loqui de utroque feudo vt in utroque idem ius fit, quo ad aſcēdentium ſucceſſionē, uel poteſt intelligi in aliis aſcendentibus, ſcilicet collaterali bus, ut in dicto §. ad filias, quamuis etiam aſcendentes ex latere, ſuccedere in feudo antiquo poſſunt, ſi deſcendentes nō ſuperſunt, vt argu. in ti. qualiter vſus bene. ſit tenendus §. ſi qs miles mortuus ſit dummodo ille collateralis ſit ex deſcendē tibus illius, qui primo acquiſiuit, alioquin non, ut in tit. qualiter iurare debeat vaſ. §. ad filias. Quarto loco ſuccedunt domini prędictis omnibus deficientibus, ut in titu. de gradibus ſuc. in feudo ca. i. §. ad filia sin fi. Si vero feudum eſt nouum, prima cauſa eſt liberorum omnim, ſ. maſculorum deſcendē tium vſque ad infinitum, per maſculinum ſexum, ſecunda domini & non filiarum neque deſcendentium ex eis, nec fratris nec agnatorum, niſi dictum ſit in in ueſtitura, inter dominum & vaſallum, ſiue pactum inde factum, ut in titu. qui debent ſuccedere in feudo, in principio & in tit. de duobus fratribus de nouo bene. inueſtitis. alias eſt rubrica, feudū nouum non paternum. c. ſi duo fratres, & in ti. de gradibus ſuc. in feudo c. j. §. ad filias & in titulo, qualiter vſus bene. ſit tenē dus, alias eſt rubrica, de feudo marchiæ & ducatus. §. ſi duo

4 fratres. † Sed qualiter ſuccedent domini, ſi plures ſunt, nun quid in capita vel in ſtirpem? Ad hoc quære argumentū. pro utraque parte, infra. §. ſed deſcendentibus. Vbi uero dictum eſt quod in nouo feudo ſuccedant filiæ & fratres & alii collaterales deficientibus maſculis deſcendentibus, erit ſecunda cauſa filiarum & earum deſcendentium, & tertia fratrum, quarta aliorum agnatorum, vt in prælallegatis cap. probatur manifeſte. aſcendentium uero nulla eſt in nouo feudo ſucceſſio, ut ſupra in primo. §. ductum eſt. Quod poteſt locum habere, niſi contrarium actum ſit, ſicut de filiabus & fratribus, & aliis collateralibus, dictum eſt. Quia qua ratione ſuccedunt propter pactum in nouo feudo filię & earum deſcēdentes & fratres & alii collarales, ut dictum eſt, & eadem ratione ſuccedent alcandentes, propter pactum inde factum.

5 † Quia hoc circa feudi ſucceſſionem conſiderandum eſt, ꝙ eſt actum, ut in ti. nouum non paternum. §. ſi duo fratres in-

6 ueſtiti fuerint. † Nec mirum ſi prædicti ſuccedant in nouo feudo, ſi actum eſt, quia etiam extranei ſuccedunt, quando quis habet ea lege, ut ipſe & ſui hæredes & cui dederit habeat, ut in tit. hic inci. con. reg. c. hæc ſunt capitula. §. ſi. quis ead. lege & etiam tunc in legatarium poterit transferri, ut ar. ff. de uerb. ſig. l. in conuentionibus. iis uero deficientibus, ſuccedit dominus, ut in tit. de paribus curię. c. obligari. §. duo. & in dicto. §. ad filias. Sed de deſcendentibus & collateralibus, circa vtriuſque feudi ſucceſſionem, plenius eſt dicendum, qui deſcendentes, & qui collaterales ſuccedant vaſallo, & quan-

7 do & qui non. † Vnde ſciendum eſt, quod omnes maſculi, ex eo, qui acquiſiuit, deſcendentes, recta linea ſuccedunt vaſallo, ut dictum eſt ſupra, in ſtirpem & non ī capita, ut in ti. qui debent ſuc. in feu. i. reſpoſo. Inſti. de hære. quę ab inteſta. §. cum filiis & §. fi. C. de ſuis & leg. hære. l. ii. in Authen. de hædi. ab inteſta. in ver. ſic tamen, coll. ix. Similia quære. i. eo. §. & ſuccedunt collaterales. Sunt tamen arg. quod in capita, & non in ſtirpem ſuccedant remotiores, ut Inſti. de ſuc. liberto rum. §. multis aliis. ff. de aſſig. libert. l. j §. fi. & l. vtrum, in fi. & ff. de leg. tu. l. iij. in princ. ff. de bonis liber. l. ſi libertus præterito. §. i. ff. de ſuis & legiti. hære. l. ii. §. ii. Et eſt uerum quod omnes maſculi deſcendentes ex eo qui acquiſiuit, ſuccedunt, niſi ſint tales, qui dominum offenderunt, & nō ſatisfecerūt. Quia illi non ſuccedunt, ut in conſti. Federici, Imperialem. § inſuper, in fi. de quibus plenius. ſ. dicetur in. §. item ſi filius va-

8 ſalli, & ſequenti. §. † Quæritur tamen, ſi ſunt, fratres & aliq eorum nepotes, & alter feudum paternum refutat, cui eius accreſcit portio? videtur, quod tantùm fratri, nō nepotibus, argumentum. ſt. de ſuis & le. hęre. l. ii. §. ii. & ff. de aſſig. liber. l.

9 i. §. vltimo. † Sed quæritur, an filius emancipatus ſuccedat? & poteſt dici quod non, quia extraneus eſt factus, cùm non remanſit in poteſtate patris, ut argumentum Inſtit. de aſſig. lib. §. penultimo. Inſtit. de pupill. ſubſtitut. §. vltimo. &. §. ſui, & cęt. ff. de vulg. ſub. l. ii. in princip. C. de iure dot. l. ſi genero. & l. vlt. §. ſimili quoque modo. C. de rei vxo. act. l. i. §. extraneum. Puto tamen, quod ſuccedat, quia lex non diſtinguit inter filios, ſupra eo. titul. in princip. cum concordantiis ſupra notatis, in principio huius tituli. §. i. unde nec nos diſtinguamus, argumentum. ff. de publici. l. de precio. ff. qui & a quibus ma. libe. l. ſi maritus. Et quia in feudo ſuccedunt agnati & non cognati, ut in titul. qualiter iurare debeat. vaſal. §. penultimo. alias eſt rubrica de gradi. ſuc. in feudo. §. ad filias. & agnatio non tollitur emancipatione inter patrem & filiū, & inter fratres, ut Inſti. de le. agna. ſucc. §. ultimo Inſtitut. de ſucceſ. agna. §. i. C. de. emancipatione. l. ulti. C. de legi. tu. l. iiii. C. de legi. hæredi. l. de emancipatis. l. metui nimis. ca. de iurat. fur. l. ne lucrum, & hodie ſublata eſt differētia emancipationis, & patriæ poteſtatis, ut in Authen. de hęre. ab inteſtato. §. i. coll. ix. Et quia filius beneficium vel honorem non amittit per emancipationem, vel aliud, quodcūque beneficio patris conſequitur. ff. de ritu nup. l. vltima. §. i. &. l. nō ſolùm, primo reſpōſo. ff. de relig. & ſump. fune. l. vel quod. ff. de ſena. l. emancipatum, in prin. ff. de coll. aon. l. penul. & ſic ęqualiter ad ſucceſſionem admittuntur emancipati cum ſuis, vt ff. de aſſig. liber. l. idem erit. §. emancipatos. ff. de legat. ii. le. peto, in fi. ff. ſi tabulę teſtamenti nullę exta. l. liberi. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſio. ſer. l. i. in fi. C. communia de manu. l. i. fi. ff. de iurepat. l. filiis. ff. de operis liber. l. iuſiurandi. §. i. Sed nunquid filius emancipatus, cum nepote ex eo, poteſtate aui conſtituto, ſuccedet liber. per totum & per iura, ſupra proxime allegata. Puto tamen, quod filius emancipatus, qui eſt proximior ante ſuccedat quam nepos æqualiter, videtur quod ſic, per id quod legitur de coniun. cum emancipa. ex eo, de hoc iure nouo. Authen. de. hæredit. ab inteſtato. §. i. & ii. §. Si vero in fi. coll. ix. Imo etiam iure veteri verum eſt, ipſum filio ſuo pręferri, in iſtis beneficiis, argu. ff. de bonis liber. l. ii. §. i. & l. li-

10 bertus qui. §. i. Inſti. de ſuc. lib. §. in multis. † Adhuc quęritur, an filius exhęredatus ſuccedatus in feudo? argu. quod ſic. ff. de relig. & ſup. fune. l. nej. quod. reſponſo. ff. de coll. bo. l. dotem. ff. de ritu. nup. l. non ſolum i. reſpon. de leg. i. l. filius fami. §. cum pater. ff. de ſuis & legi. l. i. §. fi. idem videtur, ubi pręteritus habetur pro exhęredato, ut ſuccedat in feudo argu. ff. de bonis liber. l. ſi patronus, in prin. & l. Paulus. §. vlti. & in prin

& l. ſi

Source : BIU Cujas

& l.ſi patronus teſtamento.§.primo,ff.de aſſig.liber.l.j.§. ſed ſi exhæredato.ut in feudum non ſuccedat, vt argumen.eiuſdem.§.ſed ſi poteſt,ad idem poterit inducere argumẽta, quæ notantur in filio repudiante patris hæreditatem non poſſet feu.habere,infra eadem ſumma. §. Item quęritur, nunquid hæres vaſalli repudiando. in fine. Econtra videtur, quòd filius iuſte exhæredatus nõ ſuccedat, ar.ff.de bo.lib.l. ſi patronus teſtamento.§.ſi filius, & § ſi quis non.& §.ſi quis,cum, in Auth.de nup.§ ſoluto.§.ſi quis enim,coll.4.ff.de ope. lib. l.cũ patronus.§.primo.l.ſi operarum,in fi.nã tales pro mortuis habentur.ff.de coniugen.cum emancipato libe.l.j.§. ſed ſi patruus & auus,tales enim filij reſpuuntur, in Authen.de hære.& l.fal. §. exhæredatos, coll. j. & ad hoc etiam inducas argum.notata infra eadem ſumma.§.Item quæritur, nunqd hæres vaſalli repudiando, in princi. Et ſi dicatur quòd filius exhæredatus non ſuccedat, videtur conſiderandum, vt ſi a patre tantum exhæredetur, & quòd non ſuccedat in feudo patris,nec in feudo aui: quia per patrem videtur debere con ſequi bona auita: niſi primo pater deceſſerit, quàm auus. Quia tunc ſuccedit auo in eius feudo: ſuccederit vero non poterit in feudo patris. Si vero quis filium exhæredauerit,ni hilominus eius nepos,qui non eſt exhæredatus,neq; a patre neque ab auo, ſuccedet patri & auo eius,præmortuo patre, vel eo viuente, cum non eſt in eius poteſtate: aliud ſi eſſet. Quia per talem nepotem acquireretur patri, eius hereditas, & tamen non habere feudum: quia per aliam perſonam.ſ. filii ſui,& non per ſe acquirit patris ſui hæreditatem, qui eũ exhæredauerit,vt argum.ff.de bonis liber. l. ſi ex patronis.§. j.Sed huic vlti.membro eſt argum. contrarium.ff. de cõiug. cum eman.libe.l.j.§. ſi pater.ad hoc quære infra eadem ſum-
12 ma.§.ſed nũquid nepos.† Naturales vero filii non ſuccedũt, licet efficiantur poſtea legitimi,ſoli,nec cum aliis,ut in titu. ſi de feudo vaſal.fuerit interpel.§.naturales legitimi, niſi legitimi poſt legitimationem patris ſpecialiter non conſenſerunt,argum.in Lombar.de ſuc.l.4. & in tit.quib.mod.feudũ amit.§.præterea.argum.in tit. hic incip. conſue.regni.c.j.§.fi. argum.ff.de iure fiſ.& l.ita fidei.§. fin.aliud ſi generaliter cõtenſerint filii Regis vt pater,cui voluerit det.argum.C. de inoffi.teſta.ſi quando, in prin.ff.de bonis liber.l.Paulus reſpondit.§.patroni.in tit.explicit.l.j.c.2.§.inueſtitura autem, in tit. nouum non paternum.§.ex eo quod ſcriptum alias, de parib.Curiæ eligen.Sed econtrario ſunt argumenta,ut dici poſſit,quod poſſint naturales ſuccedere,ſi per ſe facti ſunt legitimi,non exiſtente legitima prole,vel ea exiſtente,ſi facti sũt legitimi per patrem,argumen.in Authen.quib.mod.na.effi. ſui.§.ſi quis igitur ex qualibet,in prin.& in fi.§.ſic nec filios, coll.7.extra qui fil.ſint leg.c.j.& c.tanta. & C.de naturalib.liberis. l. cum quis. Quære ſimilia infra eadem ſumma,§.ſed quæritur,an naturales,ſunt etiam argu. pro filiis naturalib. tantum,vt ſuccedant,ut argum.ff de in ius voca. l. parentes, nam ſubſtitutum excludunt.C.de inſtitutio. & ſubſti.l.generaliter.§.fin.ff.ad Trebel.l.ex facto.§.ſi quis rogatus, & l.hæredibus inſtitutis. §. Titius, & patronum olim excludebant vt Inſtit.de ſuc.liber.§. & prodeſſe. Item naturales filii pertinent ad Senatuſconſul.vnde legitimi,vt argumen. ff. de ritu nup.l.ſi quis tutor.§.fi.alias incipit le.officio.Sed puto,quòd naturales non ſuccedant in feudo:nam abinteſtato non ſuccedunt,legitimis filiis exiſtentib.niſi in quadam particula,vt in Authen.quib.mod.naturales efficiuntur ſui. §. ſi quis igit
13 defunctus.& §.ſi quis igitur habeat filios,col.7. † Adoptiui vero filii non ſuccedunt in feudo,ut in tit.ſi de feudo vaſal. ſuc.inter.c.adoptiuus.Quia appellatione filij,adoptiui,nõ ꝓtinentur,vt Inſt.de excu.tuto.§.j.ff.de vacationib.& excuſat. munerum.l.2.§.adoptiui.ff.de lega.2.l.ſi ita quis.§.j. niſi ſit filius emancipatus,qui ſit adoptatus ab auo materno. Quia tunc iura vtriuſque. ſ. naturalia & adoptionis concurrunt. argu. C. de adop.l.pe.§.ſi vero pater.l.liberi.ff.de bono. poſſ. contrata.l.non putauit.§. ſi quis emancipatum,& tunc non dicetur filius adoptiuus:ſed reuerſus ſiue redditus, nec imagine veritas naturæ mutetur,& non tanquam naturalis.ff.ſi tabulæ teſta.nullæ exta.l.j.§.ſi quis filium. Item ſunt etiam argumenta, ut quantum ad beneficium & honorem filius intelligitur: ſiue ſit legitimus & naturalis, ſiue adoptiuus, dũ in familia manet,argum.ff.de ſena.l.ſenatoris,in princ. & l. liberos ſenatorum.ff.de ſuis,& leg.l.j.§.ſi filius.ff.ſi tabulæ teſta. nullæ exta.l.j.§.recte. vel poſſet diſtingui,vtrum adoptati ſunt in fraudem,an nõ: in ſecundo caſu admittantur,quẽadmodũ naturales ex matrimonio,in primo caſu nõ admittantur.argum.ff. de bonis dam.ſ. vlti. §. ex bonis.ff.de ſuis &
14 legitimis hær.l.j. §. vltimo. †Filij autem nati ex vxore, cum qua matrimonium contractum eſt, cum tali conditione,vt filij ex ea nati nõ ſuccedãt in feudo: in feudo non ſuccedũt, vt in titu.ſi de feudo vaſal. fuerit interpel. §.filii nati.in titu. hic incip iunt conſue.regni.c.j.§. quidam hæres, & hoc forte contingit in filiis natis ex ſecundo matrimonio, ex priori extantibus,vt ibidem,& in titulo ſi de feudo vaſal. fuerit interpella.§.mulier.Similia quære infra eodem. §.filij.Tamen in alijs bonis ita demum ſuccedunt iure iſto,ſi alij non ſupſunt,ut in prædicto. §. quidam. Iure tamen Romano videt aliud,ſcilicet quòd ſuccedant,non obſtante pacto. Quia tale pactum,eſt contra bonos mores, & a iure improbatum, & perinde ac ſi nunquam fuiſſet appoſitum, argum.C.de condi.inſertis.l.2.C.de inſti.& ſubſti.ſub con.fact.l.reprehendenda.ff.de vſu.& habita.l.neque. extra de condic.fac.capi.j. & fin.in fine.& ſic non ſeruandum, vt argumentum.C.de ĩoffi.teſtam.l.cum te pietatis.§.j.C.de coll.l.pactum dotali.C. de pact.l.pact quod dotali. & l.ultima. ff. de pact.l.unus.§.illud & §. pacta. & ad tale pactum obſeruandum iuramento quis aſtringi non poteſt,vt ff.de lega. j. l.ſi quis inquilinos.§. fina.item,& quia factum matris, uel pactum,ſiue etiam patris profeſſio, filiis ſeu eorum natiuitati, circa ſucceſſionem pręiudicare non poteſt,vt ff.de leg.j.l.ſi quis inquilinos.§. fi. ff.de iureiu.l iij.§.penultimo.in fine, & ff.de inoffic. teſtam ẽ. l.ſi inſtitura.§.j.& extra qui filij ſint legitimi. c.tranſmiſſo.& c.per tuas.Et hoc uerum, ſed veritate in contrarium,pro filiis conſtare poteſt,ut in prædictis iuribus,& ff. de proba.quidam,& l.penulti.in fine,& C.de liberali cauſa.l.j. C. de tranſact.l.tranſactione matris: licet hoc quod dixit de pacto patris,quod filijs non præiudicat,non ſit uerum vſquequaque, vt probatur.ff.de legat.3 l.a patre,cum ſuis concordantib.& C. de rebus alie.non alienan. l. venditrici, & ſtatim de hoc
15 quære argumen. in ſequentib.§§. †Item ſi vaſallus committat culpam,propter quam amittat,feudum,ſcilicet delĩquẽdo: filii uel eius deſcendentes,in feudo non ſuccedunt,ut in titu.ſi de feudo vaſal.fuerit interpel.§. ſi uaſallus culpam, in tit hic incip.conſue.regni.c.j.§.vaſallus feudum nam grande præiudicium facit filio factum patris,ut ff.de libe.argum. l.j. §.iij.cum §§.ſequentib.C.ad l.Iul.maie.l. quiſquis.Niſi dominus eius,filijs gratificatus fuerit,agnatis etiam gratiam faciẽ tib.vt in titu.hic incip.con.reg.c.j.§.uaſallus feudum.argum. tamen ſunt contraria, ut filius non puniatur propter patris delictum.ff.de interdic.& releg.l.eum qui. ff. de decurio.l. 2. §.nullum.ff.de ſenatori.l.emancipatum,in fine.ff.de ritu nupti.l. generali. §.ulti. ff. de iurepatro. l. iura libertorum.ff.de pœnis.l.crimen.ff.de mu.& hono.l. iii §. pater. Py. tamen dixit,quòd filii ſucccedunt,quando eſt auitum, non obſtante delicto patris,argum.ff.de ſenatorib. l. emancipatum penul. quòd non uidetur.argum.contra potes inducere quæ notaui ſupra ead. ſumma.§.proximo. & §. ſi dicatur.De hac materia quære ſupra in ſumma,ad quem feudum commiſſum pertineat,in fine primæ partis,& ſupra proximè,§. ſed nun-
16 quid.†Item ſi filius uaſalli,dominum offendat & non ſatisfaciat,uaſallo mortuo, patre ſuo, in feudo non ſuccedit,ut in conſtitu.Feder.imperialem.§. inſuper filius,vbi hoc plene dictum eſt ſupra in ſumma,qui.mod. & in quib. caſib. feud.
17 †Item quæritur,an nepos,ex filio ſuccedat, cum filius delinquit contra dominum reſpondeo, uidetur quòd ſuccedat,ſi eius pater ſit præmortuus. Si uero uiuat & in eius poteſtate non ſit,ſimiliter ſuccedet:ſecus ſi in eius poteſtate ſit, quæ in de commodum haberet,ut argumen.ff.de bonis liber.l.ſi ex patronis.§ primo,in fi.& l.quòd ſi pater.& l.filius.ff.de bo.liber.l.cum patronus,§ primo.& ad hoc recurre ſupra eadem ſumma.§.ſi dicatur,& in §.item ſi uaſallus committat, & §. præcedenti.& §.ſed nunquid filius emancipatus.Vel dicas,ꝙ nepos nullo modo ſuccedat auo,uiuente patre ſuo, ſiue ſit emancipatus, ſiue non: quia ſublata eſt hodie dria emancipationis & patrię poteſtatis:& maxime ſecundũ iura, not. ut in Authen. de hære. quæ ab inteſtato defe.§.ſi quis igitur coll.9.& ſupra eadem ſumma.§.ſed nunquid filius emancipatus,notatum eſt. Et quia quis in beneficio uel honore ſuccedaneus eſt ſucceſſor patris,& non aui.C.de decu.l.priuilegio.libro 10.de hære.inſtit.l.liber homo.§.vltimo.ff.de vulg. ſubſti.l.ſed ſi plures.§.filio.ff.de bonis liber.l. ſi ex patronis.§. primo.Et quod dico in filiis,vt ſuccedant, nõ eſt intelligẽdũ
18 de filiabus,ſub iſta ap.† Quia in hoc iure,ſoli maſculi deſcẽdentes ſuccedunt,& alii,niſi ſpecialiter dictum ſit, vt fœminæ ſuccedãt: & tunc ſuccedunt deficientibus maſculis, quia non patet locus fœminis in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt,ex eo qui feudum acquiſiuit, vt ſupra quib. mo. feu.acquiritur.§.hic autem,in fine,in ti.qua.iura. debe,vaſ.§. vt filias,in tit.nouum non paternum, qui ſibi & hæredibus, primo reſponſo,alias eſt Rubrica de paribus Curiæ eligen. vel ſub. Rubri.de duob. fratribus de nouo bene.inueſtitis,in ti.qui debeant ſuccedere in feudo, in prin.in tit.hic incip. cõ. reg.lex Corradi.§.profecto.in d.ti.§. ſi clientulus fecerit. arg. ff.de iure immuni.l.j.in fine.C.de verborum ſignificat.l.vlti. ad idem facit in tit.qualiter vſus bene.ſit tenen.§.ſi duo alias eſt Rubrica,de feudo Marchiæ & ducatus. Nam commodi'

videba-

Source : BIU Cujas

videbatur, ista iura constitui, vt potius hæreditates ad masculos, quam ad fœminas confluerent, vt Insti. de leg. ag. suc. §. cœterum, & facit quibus modis feudum amittatur. §. penul. nisi subito masculus, moriatur. Quia tunc non intelligitur extitisse, argumentum ff. de iniusto rup. ir. te. l. posthumus, in prin. vel nisi masculus antequam agnoscat, decedat vel repudiet: tunc pro eodem habendus est, ac si tempore mortis patris non extisset, argumentum. ff. de bonis liber. l. 2. sunt tamen argumẽ. quòd fœminæ succedant, sicut masculi. C. de iniur. l. vlti. C. quando & a quibus quarta pars de l. vlt. primo responso, libro 10. & ad hoc argum. & contra poteris reperire infra eadem summa. §. sed quæri potest, vbi dictum est, ꝙ frater succedat fratri. Ex his potest perpendi, quòd fœminæ quandoque succedunt suis ascendentibus & non suis collateralibus. Quia nec soror, iure antiquo, ad successionem admittebatur sui fratris, vt Insti. de legi. ag. succes. §. cœterum. Vel dic, quòd masculo relicto, fœminæ vlterius non admittantur, scilicet donec masculus supersit ex eo, qui acquisiuit: alioquin masculo deficiente, fœminæ admittuntur, vt supradictis legibus huius. §. argumenta perpendi possunt. Sic ergo nepos ex fratre, excludet fœminas, cum feudum est antiquum: secus si esset nouum, acquisitum a duobus fratribus eo tenore, vt quandiu ipsi vel eorum descendentes masculi, si fuerint: & masculis deficientibus, fœminæ succederent, vt in titu. nouum non paternum, siue in Rubrica de paribus Curiæ eligendis. §. qui sibi, & §. duo fratres, vbi continetur, ꝙ filiam fratris, frater non excludet, in nouo feudo, prædicto modo acquisito. ergo multo minus excludet eam filius fratris. Et quod dictum est, quòd fœmina non succedit, nisi dictum sit: subaudias, vel nisi a domino feudum redemerit, vt in titulo qualiter iudi. feudum sit examinandum, in princi. alias est Rubrica, quemadmodum ad filiam feudum pertinet, vel nisi dominus ei dare voluerit propter seruitium, & ad amorem patris, & tunc nõ reuocabitur ab aliquo ex parentibus, neque damnetur, vt in prædicto titulo, in princ. qđ intelligo de parentibus domini: quia a parentibus vasalli potest reuocari, qui in feudo erant successuri. Si tamen non ꝓsenserint, vel ratum non habuerint, vel anno nõ tacuerint, vt infra eodem. §. primo, in titulo si de feudo vasal. fuerit interpel. c. si Titius, & c. Titius. supra quibus modis feud. amitt. §. præterea. Py. tamen intelligit de parentib. filiæ seu vasalli, ad quos iure successionis feudum pertinet, vt in titulo hic incip. con. reg. l. lex Corradi. §. alienatio feudi. veruntamen põt intelligi, quod dicit. Py. mortuo vasallo, facta à domino filiæ vasalli concessione, quòd valeat concessio, vbi nullũ vasallus dolum committit: Secus vero si viuente vasallo fiat filiæ concessio, quia tunc potest dolus præsumi vasalli, vt hęc distinctio fit in dicto. §. alienatio. & in eodem titulo. §. j. & argum. in ti. de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis. §. quidam vasal. & quod supra dictum est, de consensu agnatorum, intellige secundum ea, quæ notata sunt supra, quib. modis, & in quibus casib. feudum amit. Item quod dictũ est, quod sufficiat, intellige similiter, quod filia non succedat, nisi a dño de paterno feudo fuerit ĩuestita, vt in ti. de successio. feud. c. j §. 2. & quod dictũ est de filia successione idẽ intellige de oĩ posteritate, siue prole, vt in ti. de gradib. succedentium in feudo. §. ad filias, qui est alias sub Rubrica, qualiter iurare debe. vasa. & supra quibus modis feudum acquiratur. §. hoc

19 autem notandum est. †Sed dubitatur, si fœmina habet feudum nouum, an ei succedat in feudo eius filia? & videbatur quòd sic, ex eo, quod erat fœmineum, secundum quosdam, in titulo qui debeant succedere in feudum, primo responso: tamen contrarium est, nisi specialiter aliud sit dictum: vt ita demum succedat, si masculus non supersit. Quia donec superest masculus, fœmina non succedit, vt in titulo nouum non paternum, alias sub Rubrica, de paribus Curiæ eligendis. ca. quod sibi. immo videbatur etiam quibusdam, quòd non succederet masculus matri, quod falsum est, vt in titu. qualiter vsus benef. sit tenend. §. si fœmina habente beneficium. § primo, & est determinatum in titulo, hic incipiunt consuetud.

20 reg. c. primo. §. si fœmina. †Sed quęrittur, an naturales tantũ succedant matri in feudo: quia quantum ad successionem matris non interest, sint naturales, an legitimi, nisi in spectabili muliere. C. ad Orficianum. l. si qua. infra eodem. §. vlti. In titu. ad Tertul. §. vltimo. ff. de bonis liber. l. patronæ. Et qdam non putat, quòd succedant: quia quantum ad hoc ius pertinet, non succedunt patri, nec matri, vt dictum est supraproxime, in §. naturales, nec distinguitur velint succederepatri, a matri: ideo nec nos distinguere debemus, argum. ff. de publi. l. de precio. ff. qui & a quibus ma. liberi non fiunt. l. prospexit, & l. sed maritus. Præterea non succedunt patri, licet facti sint legitimi, vt supra dictum est. Item quia isti tales, a matre ius consanguinitatis non habent, vel agnationis: ie tantum habent ius cognationis, vt ff. vnde cog. l. hac parte & l. si spurius. Institu. de suc. cog. §. vulgo. & cognati, iure isto non admittuntur, vt in titu. qualiter iurare debeat vasa. §. ad

21 filias, in fi. & de hoc plene dictum est. §. cognati. †Filii tamen naturales & legitimi bene succedunt matri, vt in titulo qualiter vsus bene. sit tenendus. §. si fœmina. alias est Rubrica, de fœmina habente beneficium. Si tamen habuit ex diuersis matrimonijs filios, filij ex priori matrimonio, matri in feudo succedunt & præferuntur secundis, vt in titulo, si de feu. vasal. fuerit interp. § mulier. in alijs uero bonis æqualiter succedunt, nisi in rebus lucratis a primo vel secũdo viro. Quia primi succedunt matri in lucro primi viri, scilicet eorum:

22 secundi in secundi viri lucro, vt C. de nup. l. hac edictali. †De collateralibus sciendum est, quòd si feudum est nouum, ꝙ ipsi succedunt vasallo collaterali, tunc demum, si est dictum vt succedant & non aliter, quamuis simul illud acquisiuerit. Et hoc similiter demum deficientibus descendentibus, vt in titu. quibus modis feudum acquiritur. §. an autem, vnus in titu. nouum. Rubrica de duobus fratribus, de nouo beneficio inuestitis, c. primo, & in tit. qualiter vsus bene. sit tenendus. §. si duo, in fine. alias est sub Rubrica de feudo Marchiæ & ducatus. §. si duo, & in alio. §. si duo. & si quis acquisierit, qui §. alias est sub Rubrica, de beneficio fratris succeda. & facit supra qualiter iurare debeat vasa. §. ad filias. & succedũt etiam, quando est simul acquisitum de communib. reb. vtriusque nomine domino sciente, si simul stabant: vel si in hostem Regis, illud acquisierint. Item succedunt in feudo Collaterales, vbi duo simul inuestiti fuerint, vt dictum est, vt habeant, quandiu ipsi vel eorum alter viueret, vt tunc vno fratre ipsorum mortuo sine liberis, frater succedit, vt in tit. nouum non paternum. c. frater, quod ca. quidam habent sub Rubri. de parib. Curiæ eligendis. argumen. tamen videtur, quòd vbi duo fratres inuestiti sunt simul, licet simpliciter, quod adinuicem succedant, quasi tacite intelligatur. d. argum. C. de impubertum & alijs substi. l. cum quidam. argum. ff. de assigna. liber. l. idem erit. §. vltimo. & l. vtrum, & vbi specialiter dictum est, quod frater succedat fratri, si habuerint siue acquisiuerit simul feudum, sibi & hæredib. suis masculis & fœminis, tunc filiæ ipsius vasalli, excludunt fratrem vasalli, vt in ti. nouum

23 non paternum. cap. duo fratres. † Sed nunquid descendentes masculi collaterales, & in infinitum succedunt in nouo feudo, sicut in paterno, dicitur proxi. §. puto quòd ex quo vltra filios, vel fratres extẽditur successio, quod postea dicatur paternum, secundum ea quę notata sunt supra in tit. de feudis, super differentia istorum feu. & ita sublata est quæstio proposita. Et succedunt masculi collaterales omnes, ex masculo collaterali, vel ex fœmina, si est fœmineum, masculi succedentes, ab eo, qui acquisiuit & vsque in infinitum, si feudũ est paternum, in tit. hic inc. con. reg. §. vasa feudum, in fine, in tit. qui debeant succedere in feudo, primo responso, & s. qui feudum dare pos. §. hoc autem sciendum, vel vsque ad quartum vel septimum gradum: quia ex tunc desijt esse feudum paternum, vt in eodem ti. §. primo, & in dicto. §. vasa. & in dicto. §. hoc autem. Et est ratio quoniam vltra quartum gradum descendentium vel ascendentium, non habetur nomen proprium: sed vocantur maiores vel posteri, ff. de gradibus affini. l. iuris. §. parentes, & sequentibus. l. j. quæ videtur cũ ll. sequentibus, esse contraria: & etiam prædicta. l. Iurisconsultus §. sunt, cum sequentibus. §§. vel vsque ad 10. gradum tm̃ succedunt, vt Inst. de suc. cog. §. penul. & tunc agnati, vel collaterales, licet videãtur succedere agnato vel collaterali succedunt tamen propter inuestiturã prædecessorum maiorũ, scilicet patris vel aui, vt quasi in locum suorum maiorum, s. patris seu aui, vel aliorum, videabtur succedere, vt in ti. qualiter vsus bene. sit tenen. §. j. qui est alias sub rubrica de feudo Marchiæ & ducatus, in titu. de feudis datis minimis. §. si quis miles mortuus, qui alias est sub rubrica, qualiter vsus benef. sit tenen. & in const. Corradi. l. omnibus sanctè. §. præcipim⁹, in fi. collaterales proximiores, ex eadem linea, ex qua fuit defunctus, alijs lineis exclusis, quamuis præcedant in tit. qui debent suc. in feu. in fi. primo respõso, in Auth. de hær. ab intest. §. reliquum. §. si vero, coll. ix. in Authen. vt fratrum filij. primo responso. coll. 9. Inst. de le. ag. suc. §. ideo omnia. † vbi ve-

24 ro vasallus feudum antiquum vult domino refutare, vt iterum de nouo inuestiatur, uel ut eius filia inde inuestiretur, quæ succedere non poterat, non potest: Et si fiat non nocet agnatis, quia non appellabitur nouum, sed potius vetus, ut in eodem titulo nouum non paternum. cap. quidam, in tit. si de feudo vasa. fuerit interp. cap. Titius. argum. ff. de solu. l. q sic soluit. ff. de pecu. l. peculiũ. §. si ære. & hoc habet locum, nisi consensus agnatorum interueniat, vt in tit. hic inc. con. reg. c. j. §. vasallus feu. & c. hæc sunt capitula §. si contigerit. & prçiudicabitur eis tantum, qui consenserint, & non aliis, vt in tit. si de feudo vasa. fuerit interp. c. fi. in titu. hic inc. con regni. cap. si. §. vltimo. Si agnatus faciat pactum agnato, quòd

non

Source : BIU Cujas

non petet ab eo,nec ab hæredibus eius, vel ab eo cui dederit:si decedat ſine liberis, non obſtante tali pacto,ſuccedet ſi mul cum alio agnato:ſi vero refutet ſimpliciter, vel eo animo vt de nouo inueſtiretur, agnatus tunc repellitur ab alio agnato,qui pactum non fecit:Sed non a domino, vt in tit.ſi de feudo vaſal.fuerit interpe.§.vltimo. in tit.hic inc. con.reg. §.vltimo,in tit.nouum non paternum.§.quidam.alias eſt rubrica de duobus fratribus de nouo bene. inueſtitis : cognati non ſuccedunt,vt in ti.qualiter iurare debeat vaſallus. §. ad filias,in fine,iure tamen Romano ſublata eſt differentia agnationis, vt in Authenti. de hæred. ab inteſta.§.reliquum, & §.j.col.ix.& dicuntur cognati in genere tam agnati, quã cognati.Sed cognati ſunt coniuncti per fœmineum ſexum: Agnati vero ſunt cognati per virilis ſexus cognationem cõiuncti,vt ff.vnde cog.l.j.in prin.ff.de ſuis & leg.l.2. §.j. Inſt.de legit.agn.tut.§.j.Dicuntur enim cognati, quaſi ex vno nati, vel qui commune naſcendi initium habuerunt, vt ff.vnde cog.l.j.in prin.inter agnatos enim & cognatos hoc intereſt, q̃ iter genus & ſpeciem,nam quia agnatus, & cognatus eſt, non econtra,vt ff.de gradib.affi.l.vlti.§.inter.Maritus nõ ſuccedit vxori,vt in ti.qualiter vſus benef.ſit tenen.c.ſi fœmina, in principio. in titu. nouum non paternum. c.Titius.primo reſpon.Niſi aliud dictum ſit,vt ibidem,& in Authen.de non alie.aut permu.reb.§.emphyteuſim, col. 2. C.de rei vxo.act. l.vnica.§.illo.Nec vxor viro, vt in tit. qualiter iurare debeat vaſal.§. econtrario, in fine . §. iure tamen Romano in aliis bonis bene ſuccedunt ad inuicem , ſi liberi vel alii propinq deficiant,vt C.vnde vir & vx l.1.& in conſti. Henrici.l.omnibus nr̃is.§.1.Sed nunqd frater ex vtroq; parente,excludat fratrẽ patre tm̃?Vr̃ q̃ ſic,in Aut.de hæ. ab inte. §. reliquum. Sed ego puto quòd nõ,ſed ęqualiter admittantur:nam in feudo ſuccedunt agnati ſoli,modo agnati fratres intelliguntur, ſiue ſint ex vtroq; parente, ſiue ex parte patris tãtum, vt Inſti. de le.agna.tu.§.1.ff.de gradib.affin.l.vltima.§.inter agnatos. Sed quæri poteſt,vbi dictum eſt ſupra,eodem.§. vbi vero dictum eſt,quòd frater ſuccedat in feudo nouo, fratri decedenti ſine liberis,an mortuo fratre,liberis extãtibus feudum habere nolentibus,nec hæreditatem,poſſit ei ſuccedere frater? Reſpondeo,videtur,quòd ſic,ne nudum nomen liberorum fratri noceat,argum.ff.ad ſenatuſconſ.Ter.& Orfi.l.2. §.ſi q. & §.ſed ſi quis.& §.ſed ſi ſint, in Authen.quib.mo.nat.effic. ſui.§.ſed ſi quis autem,in fi.coll.7.ff.de bonis liber.l. ſi libertus ſub condi.§.penult.ff.de iure patrona.l.ſine.§. vltimo.Inſti.de ſucceſ.liber.§.cum vero.& §.ſi quid teſtamentum.ff.de aſſig.liber.l.1.§.ſed ſi is,& ſimile contra infra eodem . not.§. nunquid naturales,ſed argumentis quibuſdam contrariis videtur in eo caſu fratrem excludẽdum , quia deficit conditio liberis extantibus, licet non fuerint hæredes , argum.ff.de legat.1.l.filiuſ̃am.§.cum quis rogatus erit.ff.de fideicommiſſ. lib.l.cum quaſi. §. ſed & ſi quis. nam hærede relicto,vlterius frater non admittitur,vt ſupra quibus mod.feu.acquir.§.ſin autem.In feudo vero paterno,videtur ſimpliciter verum,q̃ filio repudiante,ad agnatos pertineat,vt in tit.hic incip. cõ. regni.c.hæc ſunt capitula.§.ſi contigerit.& argum.ff.de aſſig. libe.l.1.§ ſed ſi is.ff.ad Tertul.l.2.§.ſed ſint. Vbicunque enim defertur feudum vel hæreditas alicui filio, vel proximiori agnato,eo feudum repudiante,vel hæreditatem defertur poſt modum proximiori agnato,Inſt.de leg.agn.ſucce. §. placet. C.de le.hęre.l.defunctis.ff.de ſuc.edicto.l.1.§.qui ſemel,& §. quibus,& in tit.de gradibus ſucceſſ.in feudo.§.ad filias, & in dicto.§.ſi contigerit. Quid ſi procreauerit filios ſupermortu⁹ cum filij primo ſint prę̃mortui, quam ipſe nunquid repellit̃ frater propter talem filium ? & eſt argumẽ.quòd non.ff.ad Treb.l.ex facto.§.ſi quid autem. ff.de iniuſto rup.teſt. l. poſthumus prę̃teritus,primo reſponſo.Sed contra.C.de poſthu. hęred.inſti.vel exhæred.l. 2.ſed loquitur de rigore iuris : prædictę vero ll. loquuntur de æquitate. Si vero dictum ſit , q̃ vnus ſuccedat alteri,qui filios non habuerit,vel non educauerit,tunc ſi vnus filios habuit,licet ante mortui ſint, vaſallo ſine hærede,frater non ſuccedet,vt arg.ff.ad Trebel. l.hæredibus inſtitutis.primo reſponſo.argum. C. famil.erciſcun. l.2.C. quando dies leg. cedit. l. cum vxori.Sed pone quòd filios habuit vaſallus,antequam feudum nouum acciperet:& poſtea non habuit & deceſſit: quæritur an frater debeat admitti,an filii qui nati fuerant ante feudi conceſſionem ? & eſt argum.quòd omnes filii admittantur,& non frater,quia de primis filiis videtur ſenſiſſe,& de vltimis,argum.ff.de liberis & poſthumis.l.placet, & ff.qui & a quibus manumiſſi.libe.non fiunt.l.matrimonii,in fi.ff.de verborum ſig. l.boues. §.hoc.vel diſtinguas , vtrum dominus ignorauerit ipſum habere filios,vel ſciuerit, ſi ignorauerit,videtur de primis non de ſecundis ſenſiſſe : Si vero ſciuerit, vel ſcire potuerit eum habere filios,tunc videtur ſenſiſſe eum de poſtea natis, arg. ff.de condi.& demonſtratio.l. ſi iam. ff.de liber.& poſthum. l.filius.§.fi.C.de inoffic.teſta.l.3.Ego puto, quòd ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit dominus illum habere filios, quòd ſemper prima cauſa ſit liberorum, quandocunque natorum,per ea quę ſupra dicta ſunt,circa prin.huius tit.& §. primo,quoniã potius quis videtur ſuis liberis proſpexiſſe,quam fratri,vt in tit.nouum non paternum.cap.duo fratres.nec refert,quãdo nati ſint,ſiue ante,ſiue poſt, ad excludendum fratrem, argu. ff.de condi.& demonſtra.l.ſi vir.& ff.de ſuis & legi. l.j.in fin. & tamen argum.ſunt,quod tantum videatur dominus ſenſiſſe de poſtea natis , & non de illis, qui ante nati erant.ff.de
32 cond.& demonſtra.l.ſolemus.†Nunquid naturales filii , fratris vaſalli mortui excludent fratrem ſuperſtitem vaſalli in ſucceſſione noui feudi, retẽto pacto , quòd ſemper debeant ſuccedere fratri decedenti ſine liberis?idem quæritur de aliis filiis natis non ex legitimo matrimonio? Reſpondeo,videtur q̃ fratrem excludant, quia appellatione liberorum , filii etiam naturales cõtinentur.ff.ad Trebe.l.ex facto. §. ſi quis rogatus,& l.hęredibus inſtitutis,in fine.C. de inſti. & ſubſtit. ſub cond.fact.l.generaliter.§. vltimo. ff.de leg.2.l.cum pater. §.volo.& l.antepen.§.fina.Inſt.de ſucce.libe. §. prodeſſe.arg. contra,quòd nõ excludant fratrem, quia non ſuccedunt,vt dictum eſt ſupra,eadem ſumma.§.naturales vero.argum.ff. ad Trebe.l.ſi patroni.j.& ij. reſponſo. ſicut nec alij liberi,q̃ nolunt vel non poſſunt ſuccedere,vt argum. in Auth. quib. mod.natu.effi.ſui.§.ſi quis autem,in fi.coll.7.ff.de iurepatro. ſiue.§.fin.& ſic videtur dicendum.Vel dico,quod exquiratur voluntas domini vtrum intellexerit de filijs legitimis & naturalibus:& in vtroque caſu frater excludatur , argumentũ d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus fuerit.nec eſt abſurdum dicere, vt quis hæreditatem non habeat, & alium excludat,vt ſuperius dixi,in §.ſed quæri poteſt,vbi dictum eſt , & argumen.ff. de coniugen.cum emancip.lib.l.j.§.ſi pater.C.de ſuis & legi. hæred.l.j.§.vlt.& ff. de libe. & poſthum. l. ſi poſthumus.primo reſponſo.ff.de iniuſto rup.ir.te.l.penu.ff.de bono.poſſeſ. contra.l. filium quem , in §.primo.ff. de inoffi. teſtamen.l. poſthumus.§.quis.ff.de le.j.l.filiusfam.§. cum erit.ff. de fideicommiſ.libe.l.cum quaſi.§.ſed ſi quis.Ad idem argumentũ, quod dicitur de vxore ſuperſtite,quę excludit concubinam, non tamen ſuccedit,ſed potius agnati,in Authen. quib.mo. natu.effi.ſui.§.diſcretis,coll.vii. ad idem. ff. de bonis liber.l.ſi libertus.§.penul.& vlti. Vel aliter,vt dicatur quod frater excludatur viuentibus naturalibus & eis mortuis admittatur, vt ff.de bonis liber.l.quęritur. Similia argum.notatur ſup. in ſumma,quibus modis feudum amit.§.ſed quæri poteſt ſi coa
33 ctus. † Item ſi dominus dixerit fratres,de nouo inueſtiendo, vt alter ſuccedat alteri.Si vnus decedat ſine hæredibus,an hęredes extranei,fratrem repellant defunctis? reſpondetur q̃ non; quia videtur tantum de liberis,ſcilicet maſculis ſenſiſſe,argum.ff.ad Treb.l.ex facto,in Authen. de non alien.aut permu.ecc.rebus.§.emphyteuſim, coll.2 in titu. hic incipiũt conſue.reg.l.lex Corradi.§.profect. in titu. primo.de contention feu.§.& ſi client.& hoc ideo eſt,vt non exculdat fratrẽ extraneus hęres fratris vaſalli , quia potius principali prouidentia ſeu domini, quam fratris iudicio, hoc feudum ad fratrem peruenire debet,argum.ff.de adop.l. ſi arrogator. §.j.Si tamen feudum eſſet paternum , a maioribus ſuis potius habere intelligitur,quam a fratre,in titu.qualiter vſus benefic. ſit tenendus.§.ſi quis miles mortuis . Vnde prędictis rationibus Py.intelligit fratrem fratri ſuccedere debere, ex quacunque cauſa feudum amittat,niſi ex delicto commiſſo in dominum,dummodo inculpari non poſſit hic , qui ſuccedere debet,argum.ff.de inter.& releg.l.3.qui ita demum ſuccedit, ſi domino ſatisfaciat,cum eum offendit,vt in conſtitu.Corradi.l.omnibus ſancte.§.prę̃cipimus,& conſti.Federici. imperialem.§.inſuper ſi filius,& §.illlud quoque, vt de hac materia plenius traditum eſt ſ̃.in ſumma, ad quem feudum com
34 miſſum pertineat.†Item quæritur,ſi dictum eſt,quòd fratres ſuccedant ſibi adinuicem,ſi decedant ſine liberis, & deceſſerit vnus nepotib.relictis tm̃ ,& ſcd̃s ſine liberis:an nepotes alteri⁹ſuccedãt patruo ſine liberis defuncto,an dm̃s:& vr̃ q̃ dm̃s admittat̃,&nõ nepotes,quia nõ vr̃,q̃ in hoc caſu non contineantur nepotes liberorum appellatione, nec quòd nepotes excludant dominum , ſed potius excludantur,niſi prius dominus fuerit excluſus a filio vaſalli, patre eorũ nepotum, quia tunc nõ dicitur excludi a nepotibus vaſalli , ſed ſolum ab ipſorum patre, filio vaſalli,argum.Inſtitu. de tutel.§.permiſſum.ff.de ſuis & leg.l.ſi ex pluribus , in fi.ff.de verborum ſignif.l. ſciendum eſt.ff.de vulg.ſub.l.qui liberis.§.hæc verba, in Authen.de reſtitu.fideicommiſ.§.nos igitur,coll.ix. Niſi & de nepotibus adiectum eſſet in pacto, vt argumentum.ff.ad Trebe.l.hæredes mei.§.j.& argum.ff. iudica. ſol. iam tamen. §.nunc.& l.penulti.ff.rem ra.ha.l.ſi ſine.§. ſi in ſtipulatione. argum. ff.de arbit.l.diem.& l.ſed interpellatur.§.vltimo.arg. contra.ff.pro ſocio.l.adeo . Simili ratione patruus non ſuccedit

Source : BIU Cujas

cedit nepoti . Nam poſtquam frater præmortuus, reliquit filium, frater vlterius ad ſucceſſionem feudi non admittitur, quia conditio defecit, vt ſupra quib. modis feudum acquiritur. §. ſin autem vnus, in fine. Similia notaui ſupra eod.
35 ti. §. quid ſi procurauerit, & §. quod ſi dico in filiis. † Item quæritur, an appellatione fratrum, ſorores contineantur? Videtur quòd ſic. ff. de pact. l. tres fratres. ff. de leg. 3. l. Lucius. § quę ſitum, quod non puto in feudis, in titu. de conten. feud. §. ſed ſi clientulus. in tit. hic incip. conſue. reg. l. lex Corradi §. profecto. ſimile nota. ſupra. §. & quod dico in filijs. Poſtquam ſup. dictum eſt, de ſucceſſione aſcendentium, & collateralium, p ordinem: poſſunt ī ſubſequentibus quædam quæſtiones for
36 mari, communes omnibus ſupradictis. † Et primo quæri poteſt, an filius editus ex ventre ſecto matris, ſiue extractus de vētre matris, p̄cipuè mortuæ ſuccedat ī feudo, & maximè ī feudo matris quæ iam mortua erat? Videtur, quòd ſic: quia legitimus cenſerur, quantum ad ſucceſſionem, vt ff. de libe. & poſthum. l. quod dicitur. argu. ff. vnde cogna. l. j. antepen. ff. ad ſenatuſcon. Tert. l. j. in fine, primo reſponſo, in verſi. ſed
37 ſi matris. † Eodem modo poteſt quæri de Hermaphrodito: an ſuccedat patri vel matri vel agnato? Sed diſtingue, prout lex diſtinguit, vtrum prævaleat in maſculino ſexu, vt tunc admittatur ad ſucceſſionem, tanquam maſculus: an prævaleat in fœminino, & tunc tanquam fœmina repellatur, argu. ff. de ſtatu hom. l. quæritur. ff. de libe. & poſthum. ſed eſt. § vlt. ff.
38 de teſt. l. repetundarum. † Sed forte quæret aliquis, an cleric⁹, vel regularis ſuccedat? De quo nulla eſt dubitatio, quia nā ſuccedit, etiam ſi habitum depoſuerit, vt in titu. hic incipiūt conſue. reg. cap. mutus, in fine, & §. ex hoc. quia regularis p̄ mortuo habetur, præcipuè monachus. C. de epiſcop. & cleri. l. Deo nobis. §. nam & maritus, in aliis vero bonis bene ſuccedit cle. vel etiam monachus: & ſi habitum illicite dimiſerit, amittit illa bona, & eccl. applicantur, vt C. de epiſcopis & cler. l. vltima. § hoc. in Authen. de ſanctiſſ. epiſcopis. § nullam, & §. monach. coll. ix. Sed hoc recipit diſtinctionem ſecūdum iura: qa aut exiuit infra annum probationis, aut poſt & aut contulit ſe & ſua expreſſe, vel ſecuta ſunt ipſum tacite: & aut intrat aliud monaſterium, aut ad ſeculum reuertit, & ſecundum hanc diſtinctionem quandoque recuperat bona, quandoque non, prout plene notari hæc conſueuerunt in diuerſis locis, ſ. extra de renun. cap. ex tranſmiſſa. extra de clericis coniu. cap. quòd extra de regu. & tranſe. ad relig. c. vl. C. ſi pen. app. mors interue. l. ſi is qui. & C. ſi reus vel ac. mor. fuerit. l. vl. & in Authētico, de monachis. §. ſi vero relinquēs. j. coll. Et quære de materia huius quæſtionis, quæ dicta ſunt ſupra in ſumma, quibus modis res in feudum dari poſſunt. §. item accipere poteſt, & ſupra quibus modis feudum amit-
39 titur. §. ſi clericus efficiatur. † Mutus, ſurdus, cœcus, claudus, vel alius impfectus, non ſuccedit, ſi ſic natus ſit, ſecundum quoſdam. Quia feudum ſeruire non poteſt, ſicut nec cleric⁹: ſed ad ſuſtentationē retinet ſibi, ſi aliunde non habet, vnde viuat. Alij dicunt contra, vt legitur in titulo, hic incipiunt conſuetud. reg. l. lex Corradi. §. mutus. extra de clerico ęgrotan. vel debili. c. primo. in fine, & ca. tua, ſupra quibus modis feudum amittatur. §. fina. nam talis mutus, qui nullo modo loquitur, de quo loquuntur prædicta iura, & Inſtitu. quib. non eſt permiſ. fa. tc. §. item mutus, mortuo ſimilis eſt, vt C. de teſta. iubemus. §. ſed ſi enim. ſed argumen. contra, q̄ imperfectus, cum ſpiritu tamen natus, ſuccedat, quia rumpit teſt. vt ff. de liber. & poſthum. l. quod dicitur. in fine, & quod dicitur hic in muto, & ſurdo, & alijs inutilibus intellige, ſi hæc ex natura concurrant ſimul, vel etiam concurrant, ſed non ex natura, ſed ſi ſuperueniant ex natura infirmitatis, tunc alitor videtur dicendum, vt C. qui teſta. fa. poſſunt. l. deſcriptis, & ff. eodem titu. l. 6. & extra de clerico ægrotan. vel
40 debili. cap. fina. & per totum. † Vnde ob hoc videtur quæſtio Py. terminari, quærentis, ſi feudatarius decedat, duobus filijs ſuperſtitibus, quorum alter inutilis; an ille, qui eſt vtilis, totū feudum habeat, cum dominus hoc conſentiat? Pro quo vtili, faciunt quæ hic ſuperius ſunt dicta, & regula iuris, vt ille vtilis habeat emolumentum, qui habet onus, vt ff. de regu. iur. l. ſecundum naturam, & quia non debet lucro participare inutilis, qui onus non agnoſcit. C. de caduc. tollen. l. j. §. ij.
41 Nec obſtat quòd per alium poſſit ſeruire ille inutilis. † Quia onera perſonalia, per alios non poſſunt explicari, vt C. de caduc. tollen. l. prima. §. ne autem. nec cogitur ſuſcipere dominus alterius ſeruitium, quam debitoris, argumē. C. de ſolu. l. eum a quo. eſſet enim domino captioſum, cum vaſallus iſtę inutilis, quandoque idoneum pro ſe, non poſſet præſentare, argum. Inſt. de fideicom. hære. §. ſed quia itē talis filius, cum ſit inutilis ad feudum perinde debet haberi, ac ſi nunquam eſſet argumen. C. de annonis & tribu. l. j. libro x. Sed contra, pro filio inutili facit, quia feudum non eſt beneficium perſonale, ergo tranſit ad filios æqualiter ſuccedentes, vt C. de anno. & tribu. l. j. libro 10. Nec obſtat, quòd hic frater inutilis, non poteſt vnus ſeruitij præſtare, quia plerunque poteſt haberi honor, ſine onere, vt ff. de le. tu. l. j. §. ſi apud. Item quia onus portare poterit per ſubſtitutum, vt argum. C. de epiſcop. & cleri. l. quiſquis, & l. ad ſimilitudinem. nam ſi iſte priuaretur, qui ſeruire nō poteſt, eadem ratione & anniculus. Quia per ſe ſeruire non poteſt, & tamen feudum retinebit, vt in titulo ſi de feudo vaſallus fuerit interpella. §. ſi minori, & de hoc quære. argum. ſupra quibus res in feu. dari poteſt. in princip. & in ſumma, ſupra de illis qui feu. concedere poſſunt. §. pupillus, & ſupra ī ſumma, de cauſis propter quas excuſ. vaſ. ſi domino non ſeruiat. §. primo. & §. item & propter minorem ætatem. idem ergo in iſto caſu dicendum eſt vt non interſit, qualiter ſeruire non poſſit, argum. ff. de ędili. edic. l. j. §. cauſa. & quia caſus fortuitus impedimento eſſe non debet, argum. C. qui petant tut. l. cum a matrib. & de periculo tu. l. tutoribus, immo propter hoc magis ei ſubueniendum eſt, q̄ eſt inhabilis ſiue debilis, argumē. C. quando imper. inter pupillos & vi. l. j. abſurdum. enim eſſet, vt propter ſui corporis debilitatem, pœnam conſequeretur, cum non ſit æquum, vt quis duplici pœna afficiatur, nec affiicto ſit adendum, vt ff. ad le. Rhod. de iac. l. nauis. §. cum autem. ff. de iure dotiū l. iure. extra de cle. ægrotan. vel debili. cap. vl per totum. Item quid peccauit iſte, vt inutilis naſceretur? Certè nihil omnino, ergo feudo non eſt priuādus, vt argum. C. de libe. præ. vel exhære. l. maximum. & notantur ſimilia, in titu. quibus mo. feudum amitti. §. mutus, in gloſſa, quæ incipit, quod hic dicitur, & in titu. hic incip. conſue. reg. l. lex Corradi. §. mutus. ſed ſolue, vt ſupra primo dixit. Et circa hanc queſtionem vide, quę dicta ſunt ſupra, in ſumma quibus modis feudum amit
42 titur. §. ſed quęri conſueuit. † Sed quæritur, ſi ſit datum feudū ſeruo, à ſciente eum eſſe ſeruum, cum dari potuit eo caſu, vt in titu. explicit. lib. j. cap. ii. § perſonam. ſeruo mortuo, quis debet ſuccedere in feudo, vtrum filij ſerui, nati ex libera, an ſerui dominus, vel dominus feudi? Videtur quòd filij non ſuccedant, quia tales filij non ſunt legitimi, ſed ſpurij. vnde videtur quòd ſuccedant, argumen. C. de ſuis & legi. hære. l. ex libera. C. ſolu. matrimo. l. ſi ignorans. in titu. ſi de feu. vaſal. fuerit interpe. §. naturales, nam nullum ius agnationis, vel cognationis, vel prætorium, vel, ciuile, vel extraordinarium habēt ſerui: ſed pro nullis habentur, quo ad ius ciuile. ff. de regu. iu. l. quod attinet. ff. qui te. fa. poſ. l. qui teſta. §. poſt. ff. vnde cog. l. j. §. j. ff. de gradi. affi. l. vltima. §. inter agnatos, Inſt. de ſerui. cogna. in prin. ff. ad leg. Cor. de fal. l. nullo modo. ff. de iure deli. l. prima nam ſeruus. ſucceſſores habere non poteſt. C. communia de ſucceſ. l. ſeruus, nec ſeruus pro hęrede poſſidere p̄t, ff. de vſucap. l. ſequitur. §. ſeruus. Sed potius, videtur, quod dominus ipſius ſerui ſuccedat. Quia quicquid acquiſiuit ſeru⁹, ſuo domino acquiſiuit, vt in dicta. l. de iure deliberā. l. prima. & Inſtitu. per quas perſonas nobis acquirit, primo reſponſo. ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. j. beneficium quod confertur ſeruo, datur eius domino, argum. ff. de ſucceſ. edicto. l. j. circa finem. ff. de iure deliberan. l. j. Item quia iſte caſus, legibus feudorum non reperitur expreſſus, vnde ſtandum eſt iuri Romano, vt in titulo, explicit liber primus. Iure vero Romano videtur, quòd apud dominum ſerui debeat remanere vtpote ſibi acquiſitum ex perſona ſerui, vt argumentum. C. de vſu & habita. l. ex libris. Immo videtur, quòd dominus ſolus ſuccedat: quia filij, vt dictum eſt, ei non ſuccedunt, vnde deficientibus deſcendentibus, ad dominum redibit, niſi aliud dictum ſit, vt in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenendus. §. ſi duo & non ad dominum ſerui, vt tale beneficium domino ſerui non intelligatur acquiſitum per ſeruum, argum. ff. de operis libertorum. l. ſeruus patroni, Inſtitu. de ſtipula. ſeruorum. §. ſed cum. ff. de verborum obliga. l. ſi ſtipulatus fuerim, in princ. & in l. fina. in princ. ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus ſum. ff. de vulga. & pup. ſub. l. qui liberis. § hæc verba. ff. de ſtipulatio. ſeruo. l. antepen. Item, quia filius non acquirit patri feudum, nec pater ei ſuccedit, vt in tiulo, qui debeant ſuccedere in feudo, primo reſponſo. vnde nec dominus ipſius ſerui, dēt ſeruire ſuccedere in feudo: qa idem ius in ſeruo, quod in filio ſeruatur, niſi in caſibus ſpecialibus, vt in Inſtitu. quod cum eo. reſponſo primo. Et quicquid argumentatum ſit hinc inde, puto quòd filii ipſius ſerui, qui nati ſunt ex vxore ſua, cū qua legitimum matrimonium ſecundum iura canonica p̄traxit, vt extra de coniu. ſeruorum. c. primo, in feudo ſuccedant, quia prima cauſa eſt liberorum, vt ſupra dictum eſt, in principio huius libri, & dominus ſerui non ſuccedit ei, niſi contemplatione ipſius, ſeruo eius datum fuerit, quod intelligitur, ſi dictū fuerit in inueſtitura, ſeruo talis hominis. Et hoc filijs nō extantib. ſ. ſuccederet: nam ſi contemplatione ſerui tātum ſit datum feudum, tunc dominus ſerui non admitteretur, etiam deficientibus liberis, ſed dominus feudi, argu. ff. de vſufruc. l. ſi ſerui vſusfructus, & ll. ſeq. uſque ad l. ſed & ſi

quis

Source : BIU Cujas

quis,in principio illius le. C. de vſufruct.l. vltima. C.de iure delibe.l.penulti.argumen.quod hæc conſideratio non ſit adhibenda.ff.de actio.emp.l.Iulian.§.ſi quid. Nec eſt mirum, ſi in feudo ſeruus habeat ſuos filios ſucceſſores, quoniam & multi caſus de iure ciuili ſunt, in quibus ſeruus ſucceſſores habet,vt patet. C. ad Silanianum.l.penultima. C. de ſuis & legitimis.l.apud C. de legi. hære.l.prima. circa principiũ, & §.quæri poteſt ff.ad Tertullia.l.prima.circa principium,& §. interdum. Eadẽ quæſtio fieri poteſt de filio nato ex matrimonio vaſalli, & ancillæ:& eodem modo terminari,& hoc
43 obtinet,vt dicitur ex conſuetudine Veronæ. † Item quæritur,nunquid hæres vaſalli poterit feudum habere repudiata hæreditate? Argumen. videtur, vt vel in totum hæres ſuus,vel extraneus agnoſcat, vel in totum repudiet hæreditatem.C.de iure deliberan.l. quidam. Ad hoc pro & q̃, multa ſunt ar.notata.ff.de leg.j.l.legatarius.& ff.de acq. hær.l.cũ hæreditate.ff.de procurato.l.in cauſæ.ff. de arbi.l.item ſi vn⁹. §.ii.ff.de adminiſt. tu.l.cum quærere.ff.de hæ.inſt. l. liber hõ §.fi.ff.de vulg.& pu.l.ſed ſi plures.§.filio.arg.tñ ſunt q̃ria,vt ſi lii admittantur ad feuda habenda,ſicut & extranei,licet hr̃ditatem repudient,nec debitis teneantur:quia non ex ſucceſſione patris,ſed ex beneficio maiorum,videntur pr̃num hr̃e vt s̃.dictum eſt,& ſic ad debita non tenentur: nec interſit,ſit filius vel extraneus,vt arg.ff. de ſepulchro violato.l.penu.ar. ff.de ope.lib l.nihil.C.de ſecun.nup.l.generaliter.§.j.l. edicta-li,in fi.& d.l.ſi quis prioris.§.j.in Auth.de nup.§.ſoluto.l. iiij. C.de leg.l cum reſpõſum.ff.de le.j l.qui filiab.§.vlti.& l.filio, & l.ſed ſi.& l.nam.& l. quid ergo.ff.de adop.l. ſi arrogator.§. j.ff.de ver.obl.l.quodcunque. §. ſi quæſita.ar.ff.de ritu nup.l. non ſolum,in prin. Sed r̃ident quidam:ſi eſt filius, non põt feudum hr̃e,ex quo eius repudiat hæreditatem, quia hẽt neceſſe,aut vtrumq; repudiare.vel vtrumque admittere,niſi o-ſenſerint agnati, vt feudum habeat, & dñs filium, quaſi de nouo feudo inueſtierit.Et tunc de debito paterno,p̃p feudũ non tenetur. Si vero eſt agnatus alius poteſt feudum retinere,& hæreditatem repudiare:nec pro debito vaſalli propter feudum debet creditorib.ſatisfacere, niſi de fructibus q̃ fuerunt tp̃e mortis vaſalli,vt in tit.hic inc.con.reg.c.hęc ſunt capitula.§.ſi contigerit.C.de ſecun.nup.l.ſi quis prioris. Bulgarus vero ꝯ Pyl.circa hanc qõnẽ dicunt, q̃ filius poteſt repudiare hr̃ditatem, & feudum hr̃e, ſiue retinere, cum feudum eſt auitũ,vel proauitum,hoc tñ pacto acquiſitum, vt ad hæredes perueniat: nec debito patris tenebitur, quod in aui & proaui beneficiũ & locum,ex illorum prouidẽtia, ſuccedit & non habet ex patris ſui ſucceſſione,vt dictum eſt, & ar.ff. de ope.lib.l.ſi quis operas,& in ti.qual.vſus beneficij ſit tenẽ. §.ſi vero vnus,& §.ſi quis miles mortuus. & ff. de ſepulchro vio.l. vlti.cum præallegatis cõcordantib. Si uero habet illud ex patris ſucceſſione,aliud eſt dicẽdum, per dictam,l.q̃dam, cum ſuis concordan.& in §.præd.ſi contigerit. Et eſt optima lex pro eis.C.libro vndecimo, de omni agro deſerio. l hæredes.Item quid ſi nolit hr̃e feudum, ſed poſtea reperitur res hæreditarias tenere? Tunc puto q̃ dño ad ſeruitium teneat̃. C.de naturalib.liberis.l.ſi quis medio legis, ĩ Auth.quib.mo. naturales efficiuntur ſui §.qm̃,& §.ſi vero ab initio, coll.vi. Circa prædicta poteſt formari qõ,quæ fuit noſtro tp̃e in Lõbar.Pone q̃ aliquis vaſallus deceſſit trib.relictis filijs,qui caſtrum tenebant commune, ex patris ſucceſſione, & illud in tres partes diuiſerunt inter ſe: Ita q̃ quilibet ipſorum habuit partem ſuam limitatam,poſtea ita contingit, q̃ j̃. limites vnius ipſorum, deceſſit quidam vaſallus patris alterius fratris ſine filijs,ſiue etiam hærede.Nunc dicunt alij fratres,de quorum patrib.ille vaſallus non erat,quod debent ſuccedere cũ illo fratre,in cuius parte deceſſit, modo quęritur, vtrum cũ illo debeant ſuccedere?Et vr̃ q̃ ſic, arg.l.ſumpto a ſi fi. quia libertorum nulla eſt diuiſio,ſi nec vaſallorum,vt arg.ff.fam. er.l.quædam mulier.& ff.de iu. pa.l.fi.& ſi nulla fuit diuiſio, ergo communes remanſerunt, & c.ęqualiter ſuccedent omnes.Sed q̃rium eſt verum, cum diuiſio,perfecta ſi[illegible]itudinem habeat emptionis & venditionis. C. communia vtriuſq; iudic.l.j.ff.de pact.l.diuiſionis.ff de euict l.ſi cum venditor.§.vl. C.famil.ercis.l.ſi diuiſionem. ergo ſicut poſt perfectam venditionem commodum & incommodum eſt emptoris,vt C. de periculo & cõ.rei ven.l.2.vlt pen.& antep.& ff.eo.l.id qđ ita & ei⁹ qui rem ex diuiſione accepit,quia ſicut per emptionem perfectam,& traditionem factus eſt dñs,vt C.de hæ. vel act.ven.l qui tibi.C.de act.emp.l. ſi ancillam.ita per diuiſionem, vt in d.l ſi diuiſionem,& ſicut re empta euicta, agitur de euictione,vt C.vbi in rẽ actio.l.j. & C. de periculo & cõ. rei ven.l.j.& ff.de euictio.l.euicta re,in prin.& C.eo.l nõ dubitatur.cum legib.ſequentib. Ita euicta re,q̃ quis habuerit ex diuiſione,vt in d.l.ſi cùm venditor.§. fi. Nec obſtant leges in q̃rium allegatæ, q̃ libertorum diuiſio nulla eſt. Quia illud verum eſt,per ſe:poteſt tñ eorum diuiſio fieri cum aliis ſicut dr̃ de re ſacra & religioſa, quæ per ſe vendi non poteſt, ſed cum vniuerſitate poteſt,vt ff.de q̃h. emp.l.in modicis, & in re dotali,& plurib.aliis rebus,vt ff.de acq.re.do.l.quædam.& ff.de fundo dot.l.j.& iure patro.vt extra de iure patro.c.ex literis. Et ita interrogatus a Domino Vberto de Bona curſu, reſpondi ei, qui bene reſponſionem approbauit ad hanc quæſtionem quære argumentum ſupra, quibus modis, & in quibus caſibus feudum amittatur. §. item videtur, quòd prohibe atur.

Qui poſſunt domino in iure feudi ſuccedere. Caput II.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis ratio.*
2 *Ad patria iudicari videntur domini & vaſalli.*
3 *Filis domini an ſuccedant domino in vaſallitico, ſiue ſint hæredes domini, ſiue non.*

1 DIctum † eſt ſupra in præce-denti tit. qui vaſallo poſſ.ſucce. in feu.nunc videa mus qui dño ſuccedant.Et omnia quę dicta ſunt circa ſucceſſores vaſalli, tam aſcendentes & collaterales,eadem quaſi per omnia poſſent hic repeti & hic repetita intel
2 ligantur. † cum ad paria,quo ad hoc, dñi & vaſalli iudicari videantur,ut 22.q.v.c de forma,circa fi & in.ti. hic inci.con. reg.l.lex Corradi §.ex eadem, & §.ſeq.& in tit.de prohi.feu. alie.l.imperia.§.nec dñis,verum quædam ad hunc ti.pertinẽtia,breuiter inſeramus, q̃ pro tota materia huius tituli ad p̃-
3 ſens tangere ſufficiat.† Vnde hoc eſt, quod quæritur de filiis domini,an ſuccedant domino in vaſallitico, ſiue ſint hæredes domini, ſiue non.Reſpondeo, ſine pr̃iudicio melioris ſententiæ, q̃ ſi vaſallus promiſit & iurauit ſe fidelem domino,& eius liberis, mortuo domino, vaſallus remanebit fidelis filiorum domini,licet nõ ſint eius hæredes,ar.ff.de op. liber.l.ſi quis operas.ff.ve verb.obl.l. quodcunque. §. ſi quis, in fi.ad hoc etiam ſunt argum.quæ not.ſupra proxima ſumma.§.item quæritur,nunquid hæres vaſalli repudiando.dum modo non repudiet hęreditatem, vt in titulo hic incipiunt conſuetu.reg.§.contigerit, & pro vt plenius notaui in prædicto §.item quæritur,nunquid,vel niſi eſſet exhæredatus, ut in ſequenti §.Si vero iurauit fidelitatem, & non fecit mentionem de liberis: ſi quidem debet facere certa ſeruitia, domino mortuo, ſucceden t filij in vaſallitico, ſi tamen hæredes domino extiterint.idem in extraneo hærede, argumentum.ff.de ope.liber.l a duobus,& l.cum patronus. §. cum libertus.Si vero incerta ſeruitia debent, tunc filij domini ſuccedent,licet non ſint hęredes inſtituti, dummodo non ſint exhęredati, quod aliud eſt in extraneo hęrede, vt ff.de operis libe.l ſi operarum iudicio.ff.de acquren.hęred.l. pro hęrede.§.ſi quid tamen.C.de operis libertorum.l.liberti.ſed forte hoc non verum, quod dictum de extraneo hærede, vt non ſuccedat:ſed potius videtur,quod ſuccedat ex conſuetudine, & ei fiat fidelitas,non diſtincto,debeantur certa ſeruitia,vel incerta,argumen.ff.de pact.l.tale pactum.C.de in ius vocan. l.venia.ff.de exceptio.doli.l.apud.§.aduerſus.in titu. qualiter vſus beneficii ſit tenendus.§ ſancimus, vt nemo miles vltra annum,in titulo,hic incip.conſue.reg.cap. hæc ſunt capitula,in principio.Diſtincto tamen,vtrum fuerit feudum de allodio ipſius domini, an de ſuo beneficio, in primo caſu admittatur hæres extraneus,vel filia etiam maſculis deficientibus,in ſecundo caſu non, arg. in tit.nouum non paternum c.qui ſibi.§.nam & illud.Et eſt ſciendum, quòd ſi plures fuerint hęredes domini,q̃ non facient inter ſe vaſalli diuiſionẽ pro hęreditaria portione:ſed pro virili tantum, ar.ff.de oper. libert.l.vt iuriſiurandi.§.vltimo.

De quo feudo nulla eſt ſucceſſio. Caput III.

SVMMARIVM.

1 *Ratio ordinis.*
2 *In feudo regni, Marchiæ vel ducatus, vel comitatus an ſit ſucceſſio.*
3 *In feudo ſoldatæ, an ſit ſucceſſio.*
4 *Quid in prælato.*
5 *Quid in feudo vſusfructus.*
6 *Quid in feudo Caſtaldiæ, vel Guardiæ.*
7 *Quid in feudo Cameræ & Cauenæ.*
8 *Feudum uſusfr uel annuum, an dantis morte finiatur.*
9 *Si quis domino iubente alicuius rei poſſeſſionem feudi nanciſcatur, an hęres eius in illa re admittatur.*

Source : BIU Cujas

10 *Feudum impersonale, an ad hæredes transeat.*
11 *Personalia beneficia regulariter non transeunt ad hæredes.*
12 *Feudum boscandi terram effodiendi, lapides cedendi, an transeat ad hæredes.*
13 *Imperator non transmittit imperium ad suos hæredes.*
14 *Imperator an sit uasallus ecclesiæ ratione imperii remissiue.*

1 TRactatum† est supra in præcedentibus titulis, qui possunt in feudo succedere vasallo vel domino, nunc videamus, de quo feudo nulla est successio, seu quæ res feudi non transeunt ad
2 hæredem domini vasalli.† Vnde sciendum est, quòd in feudo regni Marchiæ vel ducatus vel commitatus non est successio, nisi hæres per inuestituram a Principe acquisierit: sed hodie vsurpatum est, vt in titulo de contentione feudi. §. frater vero in titulo qualiter vsus beneficii sit tenendus, in princi. alias est Rubrica de feudo Marchiæ & ducatus. & intelligitur vsurpatum, id est, consuetudine abrogatum, vt argumen. supra quibus modis feudum acquiritur. §. hoc quoque. alias incipit, hoc autem. & ff. soluto matrimo l. si constante. § quot. secundum vnam lecturam, uel dic vsurpatũ, id est, in consuetudine corroboratum, uel obtentum, ut in prædicto §. quot secundum aliam lecturam, & ad hoc facit prædictus. §. frater vero. Sed primam puto veriorem, nã vsurpatio, est vsucapionis uel prioris status interruptio, uel vsurpatio idem est, quod frequens vsus, ut ff. de usucap l. secunda.
3 †Item in Soldatæ feudo, nulla est successio, tam ex parte dãtis, quàm ex parte accipientis, in titulo, qualiter iurare debeat vasallus. §. nam & illi. vt de hoc plene traditum est supra, in summa de feudis. §. Soldata. †& forte est aliud ĩ prælato, quòd intellige secundum ea, quæ dicta sunt sup. de illis,
5 qui feu. concede. possunt primo, & secundo responso. †Item feudum vsufruct. argumen. Institu. quibus modis tu. fi. §. simili modo.†
6 Item feudum Castaldiæ vel Guardiæ, non transit ad hæredem: sed morte dantis & accipientis finitur, vt puto per ea, quæ notata sunt supra in summa, titulo de feudo. §. Soldata. & §. sequen. & præcedenti. & supra qualiter. feudum
7 commissum, potest a uasallo auferri. primo responso. †Item feudum Cameræ & Caneuæ morte vasalli finitur: sed hæres vasalli habebit pro toto illo anno, quo vasallus mortu⁹ est fructus feudi, argumen. ff. de annuis legatis. l. Caius, in fin. Institu. de vsufru. §. finitur. ff. soluto matrimonio. l. diuortio. licet aliter distinguatur in feudo vsufruc. vt statim dicam. Finietur etiam feudum Cameræ & Caneuæ morte domini, argumen. in titulo qualiter iurare debeat vasal. c. qui a principe, in fi. Et in istis feudis Cameræ & Caneuæ datur vasallo contra dominum defensio, si ei bis vltra fuerit solutum, vt ĩ titulo, explicit liber primus. c. j. §. si verò. & circa hanc materiam, vide argumentum pro, & contra, supra in summa, qui bus modis & in quibus casibus feudum amittatur. §. sed qd
8 erit & in §§. sequentib. † Item feudum vsusfructus vel annuum, morte accipientis finitur, sed non dantis, nisi detur collegio, vel uniuersitati, uel Ecclesię, quo casu in perpetuũ durat vel saltem vsque ad centum annos, & non plus, ne si hominũ vitam excedat, sit proprietas semper domino inutilis, ut ff. de vsufru. l. an vsumfructum, in fi. ff. de annuis leg. l. cum quædam, in fi. & l. annuam. ff. de vsufructu legato. l. si vsusfructus. C. de vsufruc. l. si patri tuo. C. ad Tertull. l. ultima. de censib. l. forma. §. si uero. Talis enim vsusfruct. collegio vt vniuersitati relictus, finitur lapsis 100. annis, vt in dicta l. an vsufru. in fi. & etiam finitur, si collegium vel uniuersitas esse desinat, vt ff. quibus modis vsusfructus amittatur. l. si vsusfructus, & quod dictum est, quòd morte accipiẽtis finiatur, nec morte transeat ad hæredes, verum est, nisi quo ad fructus, quia hæres vasalli habebit fructus illius anni, quo vasallus decessit: distinctione tamen habita, quia distinguitur, decedat vasallus a Kalendis Martij, vsque ad Augustum: quo casu fructus interim percepti sunt hęredis vasalli. Si autem ante Martium, fructus interim sunt domini, vt in titulo, hic incipiunt consuetudines regni. §. si vasallus decedat. Cum vero feudum est annuum, durat tantum per annum, in quo ingressus erat, vt argumentum. ff. de vsufructu lega. l. si vsusfructus. C. de vsufruc. l. si domina. Et quod dictum est, q̃ non transit ad hæredes, subaudias, nisi hęredum sit facta mentio, quia tunc transit, vt argumentum. C. de donationibus l. sancimus. §. vlt. C. de vsufructu. l. antiquitas, & notatur simi-
9 le infra eadem summa. §. item si personale. †Item si quis Domino iubente, alicuius rei possessionem feudi nanciscatur, & teneat, in hac re hæres eius non admittetur, in titu. qualiter iudicium feudi sit examinandum & terminandum. §. sciendum. Sed opponitur, dominus possessionem transtulit, vnde inuestituram feciſſe videtur, ut in titulo explicit liber primus. cap. inuestituram, in principio. Item & quia suis hæredibus videtur prospexisse vasallus, ut in titulo, nouum nõ paternum. cap. qui sibi §. duo fratres. etiam si mẽtio non sit habita, argumen. ff. de probationib. l. si pactum, nisi omitteretur ex certa scientia, ut non contineantur in inuestitura, argumentum. ff. rem ratam ha. l. si sine. §. si stipu. ff. de pactis. dota. l. ob res. §. finali, in principio. Vel dicas, quòd non trãsit nisi iussum faciat Dominus de eo, quod iam fuit feudum, & coram paribus, vel aliquid sit, propter quod inuestitura prę̃sumatur: puta Dominus recepit seruitium nunquam a vasallo, vel longi temporis præscriptione, ut de hac præsumptione, & inuestitura, dixi supra quibus modis feudum acquiratur. §. item acquiritur feudum, & §§. prędecedent. & sequentibus. Vel dicas, quòd non succedit hęres, scilicet extraneus, cum sit feudum sine inuestitura, uel aliter, vt si uasallus alleget tantum id quod pro inuestitura habeatur: quòd tunc non transit ad hæredes. Si vero dicat inuestituram iteruenisse, aliud est, ut in titulo, qualiter iudicium feudi sit examinandum & terminandum. § sciendum. & §. si quis est, & §. quidam obligauit. Pyle. tamen videtur dicere, quòd si feudum acquiratur, sine ĩuestitura licet pro inuestitura habeatur: tamen ad hęredes non transit, & ad hoc inducit prędi-
10 ctum, §. sciendum. † Item si personale beneficium, fuerit in feudum datum, non transit ad hęredes, nisi hoc sit dictum, & tunc ad omnes succedentes, in perpetuum spectat, sci-
11 licet ad masculos, non ad fœminas. † Nam regulariter personalia beneficia non transeunt ad hæredes, ut ff. de censib. l. forma. §. si uero qui. C. de aduocatis diuersorum iudicium l. petitionem C. de excusationi. munerum. l. sordidorum. lib. x. vbi de hoc ff. de immuni. l. prima, & l. immunitates. ff. de regu. iur. l. in omnibus causis, & ff. de lega. primo. l. si fundum. §. primo. ff. de usu & habita. l. usus, quod potest locum habere, ut non succedant hęredes, scilicet extranei. Ad suos enim priuilegium personale transit, ut argumentum. ff. soluto matrim. l. maritum, & l. sequenti & l. etiam, & 16. q. vii capitu. filiis. Transit enim ad hæredes scilicet filios, licet non sit datum uel actum, ut C. de priuilegiis eorum in sacro consistorio pos. l. prima. libro 12. C. de prox. sacro. scrini. l. in sacris nostris. lib. xij. C. de professorib. & medicis. lib. x. Potius enim debet beneficium conferri in filios illius, quam in extraneos. C. de aduocatis diuersorum iudicum. l. nemini. & l. petitionem. C. de proximis sacro. scrinio. l. unicuique. §. primo. Item quòd dixi, quòd personale beneficium non transit ad hæredes: intelligitur si concessum est singulari personæ, secus si collegio uel vniuersitati, quia tunc bene transmittitur ad posteros, ut probatur in iuribus allegatis supra eadẽ,
12 summa. §. item feudum ususfructus, in principio. †Si concessum fuerit alicui per beneficium, quòd possit boscare, terrã effodere, aut lapidem cędere, uel similia facere, non transmittet illud ad posteros, nisi de posteris sit dictum, ut ff. de legat. l. idem Iulianus. §. si quis alicui. † Imperator non trans-
13 mittet imperium ad suos hæredes, quia non habet illud ex successione, sed electio ne principium, vt extra de electione
14 & electi potestate, capitu. uenerabilẽ.† Sed an Imperator sit uasallus ecclesiæ Rom. pro imperio? uide quę dicta sunt sup. in summa titulo de uasallis', & de sacramento fi. §. sed cum Imperator. & §. præcedenti.

LIBER QVARTVS, SIVE PARS QVARTA.

De contentione feudi, & qualiter iudicium feudi sit examinandum & terminandum.

Caput I.

SVMMARIVM.

1 *Ratio ordinis, & totius libri quarti partitio.*
2 *Distinctio quæ olim obtinuit ad hoc vt sciretur, qui possint de feudo cognoscere, & iudicare.*
3 *Hodie si controuersia feudi vertitur inter dominum & vasallum, coram paribus curiæ debet finiri.*
4 *Si inter duos vasallos causa agitur, quis cognoscat.*
5 *Quid si coram paribus, vasallo iustitiam facere detrectat dominus.*
6 *Si quis neget se esse uasallum, quis tunc iudex.*
7 *Si extraneus qui non est vasallus contra vasallum agat, quis sit iudex.*
8 *Quid si econtra non vasallus contra vasallum agat.*
9 *Si de iure possessionis feudi agatur, quis sit iudex.*
10 *Cuius sit cognitio, an res sit feudalis uel non.*
11 *Domino agente coram paribus contra uasallum, qui excipit non se ab illo rem habere, sed ab alio in feudum, quis erit iudex.*

Source : BIU Cujas

Epit.feud.Ion.Blan.

12 *Quid ſi pares non habet dominus.*
13 *Papa per uiam denunciationis iudicat, ſi dominus offendat uaſallum.*
14 *Dominus auferens feudum iniurioſe, neque paribus curiæ obtemperãs, quis iudex.*
15 *Pares de eadem prouincia eſſe debent, de qua ſunt vaſalli litigantes.*
16 *Quid ſi in illo loco non ſint idonei.*
17 *Si dominus & vaſallus ſint diſcordes in eligendo, quis primo eligat.*
18 *Quando habeat locum, quòd pares inter dominum & vaſallum iudicent.*
19 *Si coram paribus iuri parere nolit vaſallus, quomodo contra eum procedatur.*
20 *Cuius ſit cognitio quæſtionis principalis ſi pares ex iuſta cauſa recuſentur.*
21 *Pares cognoſcunt inter dominum & vaſallum, pro inueſtitura recti feudi.*
22 *Quid ſi dominus neget ipſum ſuum vaſallum.*
23 *A vaſallis inter ſe litigantibus, an examen domini vel eius curiæ poſſit declinari, vt ſit quando dominus & vaſallus litigant.*
24 *Quandocunque inter duos eſt de beneficio controuerſia, & vaſallus conueniatur, curia poteſt cognoſcere.*
25 *Clericus quo ad feudum, an ſubſit feudi domino, eique fidelitatem iurare debeat.*
26 *Si petentem inueſtituram, neget dominus eſſe ſuum vaſallum, quis cognoſcet.*
27 *Reconuentio an habeat locum coram curia.*
28 *Vaſallus agens contra dominum debet ſalua domini reuerentia agere, ſicut libertus contra patronum.*
29 *Clientulus non poteſt furti agere aduerſus dominum.*
30 *Vaſallus antequam agat, an veniam impetrare debeat.*
31 *Donatarius an quamlibet actionem intentare poſſit contra donatorem.*
32 *Actio doli eſt famoſa.*
33 *Qua reuerentia conueniet vaſallus dominum.*
34 *Vaſallus non exiget calumniæ iuramentum a domino.*
35 *Vaſallus poteſt contra dominum intentare rei vendicationem vtilẽ pro re feudi petenda.*
36 *Vaſallus agens contra dominum de euictione, quam actionem intentabit.*
37 *Quid ſi de domino conqueratur vaſallus.*
38 *Quando dominus indebitum petere intelligatur.*
39 *Quando vaſallus contra extraneum feudi poſſeſſorem agit, quam intenbit actionem.*
40 *Quod ſi vaſallus velit agere contra dominum vel conuaſallum, vt diuidatur feudum, remiſſiue.*
41 *Vaſallus præſcriptione triginta annorum ſummotus a feudo ab aliquo pro quo tamen ſemper præſtitit domino ſeruitium: ſi dominus illud habere incipiat, an vaſallus illud a domino repetat.*
42 *Præſcriptione ius non tollitur, ſed eliditur.*
43 *Tempus non eſt modus tollendæ obligationis, neque inducendæ.*
44 *Actio eſt filia obligationis.*
45 *Sententia lata pro domino debet prodeſſe vaſallo: ſicut ſententia lata pro domino prodeſt vſufructuario.*
46 *Sententia pro vno lata, alii prodeſt.*
47 *Curioſitas & diligentia nemini debet eſſe damnoſa.*
48 *Si vaſallus non vult agere, an dominus admittatur.*
49 *Si vaſallo obiiciatur decem annorum præſcriptio, qui replicat de iure domini ſui, cui talis non currit præſcriptio, an iuuabitur tal replicatione.*
50 *Quandoque quis habet exceptionem ex perſona authoris ſui, quam ex perſona ſua non habet.*
51 *An vaſallus contra dominum vel alium rem fendi petentendo, vel vendicando, agere poſſit.*
52 *Vaſallus dicitur vſufructuarius.*
53 *Vſufructuario non datur rei vendicatio, nec alia actio, niſi confeſſoria.*
54 *Rei vendicatio datur ei, qui dominus eſt.*
55 *Vſufructuarius non eſt dominus.*
56 *Qui prohibetur ſuo libero arbitrio adminiſtrare, prohibetur actiões exercere.*
57 *Quandoque agit qui alienare prohibetnr.*
58 *Vtilis rei vendicatio datur ſuperficiario & cuilibet habenti ius in re.*
59 *Qua detur actio domino agedti contra extraneum feudi poſſeſſorem.*
60 *Vtrum dominus vel vaſallus aget interdicto vnde vi vel rei vendicatione.*
61 *Quando dominus agit contra extraneum, nunquid in eius petitione fructus venient.*
62 *Idem iuris eſt de principali quod de acceſſorio.*
63 *Rei vendicatione conuentus, rem tradere debet actori qui obtinuit.*
64 *Iudicium ſumitur ex iure petitor, & non ex eo quod aliquis poſſidet.*
65 *Non dominus exigens a vaſallo alicuius aliquas præſtationes, ſitque in quaſi poſſeſſione earum: an dominus poſſit agere contra eum ne exigat.*
66 *Factum vaſalli domino non nocet.*
67 *Qua detur actio domino agenti contra vaſallum ſuum.*
68 *Si ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione quarundam præſtationum, denegentur in poſterum, quo iure ei ſubueniatur.*
69 *Poſſeſſoria interdicta competunt pro ſeruitute.*
70 *Vſusfructus, qui ius eſt, poſſidetur.*
71 *Subtractio ſiue non ſolutio penſionis habetur pro ſpolatione.*
72 *Eo ipſo quod quis inhibitus, ſuo iure vti ceſſat, priuatus dicitur ſua poſſeſſione.*
73 *Iura inter immobilia competautur.*
74 *An ſola fama probet.*
75 *An iurium poſſit fieri ſpoliatio & reſtitutio ſeu quaſi.*
76 *Rerum appellatione iura continẽtur. Si quis eſt contumax ratione præſtationum, an miſſio fieri poſſit cauſa rei ſeruandę.*
77 *Multa nobis licent per retentionem, quæ nobis non licent nec proſunt per actionem.*
78 *Vtile interdictum pro præſtationibus quando competat.*
79 *In interdicto de itinere actumque priuato, quid probandum ſit.*
80 *In interdicto ne quid in loco publico, quid probandum.*
81 *In interdicto ne quid in loco ſacro, quid probandum.*
82 *In interdicto de mortuo inferendo, quid probandum.*
83 *Ad indebitum ſoluendum, quis cogendus non eſt, qui indebiti vtitur exceptione.*
84 *Intellectus l. cum ſatis & l. litibus. C. de ag. & cenſi.*
85 *Preſumptio contra vaſallum, colonum aſcriptitium, non habet locum in extraneo.*
86 *Azonis ſententia, an in iure ſeruitutis locus ſit interdicto vnde vi.*
87 *Dominus cõcedens feudum militi multum de militia & ſtrenuitate iactã ti, ſed falſo, an poſſit & qua actione, repetere feudum.*
88 *Eccleſia vtitur iure Reip.*
89 *Reſpub. vtitur iure minoris.*
90 *Indigno beneficium conceſſum, poteſt auferri.*
91 *In beneficiis dandis vel retinendis conditio perſonæ facit locum beneficio.*
92 *Cauſa quæ mente geritur ſi non exprimatur non facit locum repetitioni.*
93 *Licitum videtur cuilibet, ſe commendare: nec verba commendationis obligant.*
94 *Non debemus eſſe nimis faciles ad credendum.*
95 *Quotidianus armorum vſus facit viros approbatos.*
96 *Quando res feudi commiſſa eſt, quomodo ſubueniatur domino.*
97 *Si non conſtat de inueſtitura, ſed vaſallus 30. annis, & vltra tenuit feudum, nunquid expellere ipſum poſſit dominus.*
98 *L. male agitur, & l. cum notiſſimi intellectus.*
99 *Caſus in quibus triginta annorum præſcriptio non competit.*
100 *In caſu l. cum notiſſimi, quare colonus non præſcribat.*
101 *Per colonos & ſimiles poſſidet dominus.*
102 *Vaſallus nunquid domino tenetur feudum indicare, & quo remedio poſſit cogi.*
103 *Quando ignoratur feudum, quomodo domino ſuccurrendum, ſi forte vaſallus nolit præſtare ſeruitium, vel alias ad dominum reuerſum fuerit.*
104 *Dominus obtinens ſententiam contra vaſallum ſuum: qui vaſallus lata ſententia Titio conceſſit illud feudum, qui 30. annis poſſedit: an cõtra illum Titium ſententia lata, executioni ſit mandanda.*
105 *Sententia lata contra veuditorem vel eius vicinum, emptori non præiudicat.*
106 *Dominus agens contra hæredes vaſalli coram arbitris, ſi vnus hæredũ moriatur an ſolutum ſit compromiſſum.*
107 *Vnuſquiſque conſortium ſine conſorte agere & conueniri poteſt.*
108 *Societas inter plures contracta ſoluitur vnius morte.*
109 *Vaſallo conuento a prorſus extraneo qui de iure feudi non cõtendit, quomodo ſit procedendum, ſi vaſallus dominum in iudicio nominat.*
110 *Sententia lata contra vaſallum ab alio quam a domino, an domino præiudicet.*
111 *Quod ſpatium dabitur conuento, qui dominum in iudicio non nominauit.*
112 *Clericus nominatus dominus a vaſallis in iudicio, an teneatur in illo foro reſpondere.*
113 *Vt terminus detur infra quem dominum repreſentet vaſallus, an in vaſallo poſſidente procedat.*
114 *Superficiarius, colonus perpetuus & alii qui habent ius in re, poſſunt ſuo nomine agere & conueniri.*
115 *Vaſallus an ſine domini conſenſu in arbitros compromittere poſſit.*
116 *Quid in iudicii proceſſu obſeruandum.*
117 *Vbi deficit vſus feudorum, ad legem ſcriptam decurrendum eſt.*
118 *Iuramentum calumniæ an ſit præſtandum.*
119 *Citatio fieri debet, ſicut iure ciuili & canonico cauetur.*
120 *Diſtinctio quæ attendenda circa proceſſum in quæſtione feudi.*
121 *Vaſallus agens contra dominum negantem inueſtituram, debet probare inueſtituram.*
Et quomodo eam probet.
122 *Inueſtitura quomodo probetur.*

123 *Intelle-*

Source : BIU Cujas

123 *Intellectus illius, quod dicitur, quòd per pares fiat probatio inuestituræ.*
124 *Pares quare necessarii in inuestitura.*
125 *Testes quomodo iurabunt.*
126 *Testes quomodo ad iurandum compellendi, & per quos.*
127 *Testes debent separatim deponere.*
128 *Inopia probationis ad iusiurandum deuenitur.*
129 *Quomodo dominus iurabit.*
130 *Duodecim cum quibus dominus vel vasallus iurabit.*
131 *Quid si vasallus propinquos non habet.*
132 *Aequalitas in iudiciis feudorum conseruatur.*
133 *Quæ erit forma sacramenti domini uel uasalli, & coniuratorum.*
134 *De facto alieno quis non debet cogi præcise iurare.*
135 *Quomodo procedendum, si contentio sit inter dominum & uasallum, domino negante ipsum esse vasallum.*
136 *Intellectus ex eo, nouum non paternum.*
137 *Si de incremento feudi oriatur quæstio inter dominum & vasallũ, vtroque dicente ad se pertinere, quis probabit.*
138 *Mansus quid sit.*
139 *Quid si fuerit contentio inter dominum & uasallum propter feudi euictionem, domino negante denunciationem sibi esse factam, & suum ipsum esse vel fuisse uasallum.*
140 *Si dominus dicat feudum esse commissum, quot testibus probetur culpa, & quot item vasallus se testibus purgare poterit.*
141 *Purgatio quando locum habeat.*
142 *Quando uasallus & iuratores iurabunt, & cuius conditionis esse debeant.*
143 *Si dicatur feudum esse commissum propter censum seu seruitium non solutum, ut obtineat uasallus, quid probabit.*
144 *Si dominus agat contra uasallum ratione inusitatæ conuentionis, quam dominus dicit esse appositam, uasallo negante, quis probabit.*
145 *Si neuter possidet feudum, controuersiam in dubio quis obtinebit.*
146 *Quomodo dominus probet quem esse suum uasallum.*
147 *Si sit super feudo controuersia, domino dicente nouum esse, uasallo vero paternum esse dicente, quis probabit.*
148 *Intellectus. § si vero dominus, qualiter iurare debeat.*
149 *Quid si contendatur inter dominum & filiam uasalli, filia dicente non esse feudum.*
150 *Emens feudum a uasallo ignorante esse feudum, an domino vel uasallo restituat.*
151 *Quid si duo vel plures de uno feudo inter se litigant contra possessorem, ut vtroque dicente feudum ad se pertinere, siue eius possessorem.*
152 *Quid si controuersia sit inter filiam uasalli mortui, dicentem esse allodiũ, & agnatum, dicentem esse feudum.*
153 *In sententia ferenda, quæ sit adhibenda solennitas in iudicio feudi.*
154 *Appellatio qualiter interponatur, & quomodo prosequatur.*
155 *Intellectus capituli, sancimus. § si autem, qualiter vsus beneficii sit tenendus.*
156 *Pro sententia est præsumendum.*
157 *Quis sententiam per pares latam exequetur.*
158 *Quæstiones & controuersiæ feudorum quibus iuribus determinandæ.*

1 DIctum † est supra de natura feudi, & de quadam eius specie. s. de succession feudi, consequenter videndum est de alia specie. s. de contentione. Vel melius continua: dictum est supra qb. mo. feudum acquiritur & amittitur, & de feudi successione: Sed quoniam de his quandoque oritur contentio, idcirco videamus, de feudi contentione, & qualiter iudicium feudi sit examinandũ, & terminādũ. & primo videamus, qui possũt, & debeant de qõne feudi cognoscere, & terminare. Secũdo loco de domino & vasal inter se agentibus vel contra extraneum possessorem. Et de quibusdam qõnibus, ad hoc pertinẽtibus. Et qualiter iudicium feudi sit examinandum & ter
2 minandũ in causa principali & appellationis. † Et est sciendum, quod olim consueuit secundum hæc iura sic distingui, ad hoc vt sciretur, qui possunt & debeant de qõne feudi cognoscere, & iudicare, quia aut est controuersia inter capitaneos. & tunc Regis vel Imperatoris est cognitio & diffinitio ipsum facienda. Aut inter alios vasallos, siue inter minores & maiores valuasores, & tunc parium curiæ est cognitio & diffinitio, vt hæc distinctio colligitur in tit. qual. vsus benefic. sit tenendus. capitu. si controuersia, alias est ibi rubrica, apud quem controuersia feudi debet fieri, & in titulo, hic incip. consuetudines regni. l. lex Corradi, in principio. quod Mediolani non obtinet, sed talis distinctio ibi seruatur, quòd si inter duos, quicunque fuerint de beneficio regali controuersia sit, quorum vterque se dicit a Rege inuestitum, tunc causa coram eo decidatur, cœteræ vero causæ apud curiæ pares: Quæ etiam prima distinctio, quæ olim secundum hæc iura fieri consueuit, hodie locum non videtur habere, cum differentia sublata sit inter maiores & minores vasallos: siue inter capitaneos & valuasores, quo ad plura, vt dicunt quidam, vt supra de natura feudi, in fine capituli, licet in multis differant, vt notaui supra in summa de uasallis & ipso-
3 rum differentiis. §. in nomine. † Vnde hac materia sic tene hodie sine dubitatione aliqua, quòd si quæstio feudi vertitur inter dominum & vasallum, scilicet de inuestitura vel commissione: quia dicitur esse commissũ, vel vtrum vasall⁹ debeat ipsum habere in dominum vel nõ, & de violẽtia in re feudi facta vasallo a dño, de qua vasallus conquerit, p pares curiæ. i. per alios vasallos domini, de quo vasallus q queritur, sub debito fidelitatis coniuratos, vt recte definiant, causa dẽt finiri, vel terminari, & tractari: nisi forte iuri cõmuni per speciale priuilegium vel contrariam cõsuetudinem, ali-
4 quid sit detractũ. † Si vero inter duos vasallos cã agitur, quis eorum potior sit in iure feudi, tunc dñs feudi cognoscere & iudicare habet inde, vel eius curia, vt in constitutione Federici, c. imperalem. §. prẽterea, & in titulo, de contentio. feudi. c. si fuerit contentio feudi. ext. de iudic. c. nolit. extra de foro compe. c. ex transmissa, & in ti. nouũ non paternum. c. dominus vocat. §. j. & c. illud tamen. in titu. qualiter vsus beneficij sit tenend. c. sancimus, & in constitutione Corradi. ca. sancte. circa prin. cum ratione peccati indirectè cognoscit ecclesia, de violentia vasallo facta a domino, vt in prædict. c. nouit. in textu & glo. & etiam facta ab alio, vt extra de foro comp. c. ex parte. & etiam cognoscat de quæstione feudi, propter defectum iustitiæ, vt extra de foro comp. c. ex transmissa, & decret. ex tenore. Item cognoscere potest ecclesia, uel etiam iudex ordinarius rei, sed possessione feudi, nõ de proprietate
5 agatur, vt in prædicta decre. ex parte. † Item si de violẽtia facta vasallo, a domino in re feudi, dominus coram parib. iustitiam facere detrectat, admonitus ab eisdem vasallis; põt aliam maiorem curiam, pinde si voluerit adire, ut in præd. c. dñs vocat. §. j. & etiam simpliciter & indistinctè põt vasall⁹ vel subditus de domino conqueri, coram ordinario dñi, vt 11. q. 1. clericus. De iure tamen ciuili vel canonico, vbi dominus conqueritur, aliter non, de re feudali vel eius occasione de vasallo vel sibi subdito, superior iudex domini de cã cognoscit, vt extra de restitu. spo. c. conquerente. & extra de of. ordi. c. irrefragabili. §. j. Et econtra idem si dominus a vasallo vel subdito conueniatur, ne dominus sit iudex in causa sua, vt dicitur. 11. qõ. j. c. si clericus. De iure tamen potius vr obtinere, q coram arbitris causa agatur, in prædicto casu, cum dñs conqueritur de vasallo, vel sibi subdito, ut hoc expresse probatur in d. c. si clericus. & ibi hoc not. & prædicta decret. habet locum in Papa, qui est omnium iudex, coram quo pt dñs vel superior suum subditum conuenire, ut ibi patet, ext.
6 de foro competenti. c. vltimo. † Et idem erit, vt dixit Rofred. in summa de foro competenti. §. & nota. si dominus aliquẽ conueniat, ut uasallum quem suum vasallum dicat, si ille se negat eius esse uasallum, quia tũc dñs non cognoscet, ne sit iudex in re sua, sed ordinarius iudex cognoscet uel arbiter, ut in titu. nouum non paternum. c. vasallus. & l. lex Corradi.
7 §. j. † Item quod primo dixi videtur esse, scilicet ut dominus, vel eius curia, causam audiat, si extraneus, s. non vasallus, vasallũ de feudo conueniat, ut extra de iudi. c. cœterum. & extra de for. compe. c. verum. Et est ratio, quia dñs feudi, quo ad feudum, est vasalli iudex ordinarius, de iure communi, ut in prędicto cap. nouit. & in dicto ca. verum. & in Auth. de quęstore. §. si vero forsan. coll. 6. & 16. quæst. 2. c. visis. in medio. tamen multi Doctores dicunt, quòd si talis extraneus agit, directa rei vendicatione contra uasallum, rem feudi petendo non ut feudum, nec contendendo de iure feudali, quod tũc dominus feudi non iudicabit, ne sit iudex in causa sua, ut C. ne quis in suam cau. ius sibi dicat. l. una. ff. de arbi. l. si de re sua, sed iudicabit inde ordinarius iudex, vt 11. quæst. 1. cap. experientiæ. & capitu. si clericus. & extra de foro competenti. capitu. si clericus. C. de iurisdictione omnium iudicum. l.
8 iuris ordinem. & l. in criminali. † Et eisdem iuribus, idẽ dicit, si vasallus agit rei vendicatione, contra aliũ, non uasallum possessorem, ut coram illius iudice ordinario causa agatur, cũ de iure feudali inter ipsos nõ agat, & hoc est ius cõe, q a actor forũ rei sequi debet, ut dicũt prędicta iura. Nec ob. ext. de foro competen. c. ex parte, quia quod dicit, quod qõ proprietatis rei feudalis, coram domino feudi est tractanda, subaudi scilicet cum agitur inter duos vasallos de iure feudali: s. quis eorum in feudo sit potior, nec in dubium deducitur,
9 an sit feudalis res: † secus si de iure possessionis agatur: quia tunc iudex ordinarius vel delegatus eius causam audiet: & ita intellexit Gof. dictam legem, imperialem. §. prẽterea, cum suis s. allega. concordantiis, & c. verum, & c. cœterum, & ita not. in prædicta decre. c. ex parte. in glossa, quę incipit, hæc exceptio, & in summa de foro competenti. §. & no. Sed si re⁹ s. vasallus, directa rei uendicatione uel utili coram iudice cõuentus, vel ab alio quam domino, excipiat, & dicat rem esse feudalem, & ad dominum eius cognitionem, & non ad suũ iudicem pertinere, quid erit tunc? Videtur, illã causam co-

Source : BIU Cujas

ram domino feudalis rei,fore agitandam, & & non coram iudice rei,vt argum.extra de fo.comp.c.ſi clericus laicū. Sed qđ ibi dī,fauore eſt eccleſię introductū,vt eo.ti.c.cum ſit ge-
10 nerale.† Quare quærendum erit ſummatim,cuius ſit cognitio.ſ.an res ſit feudalis vel nō, & per hoc ſcietur,cuius ſit cognitio,vt argumentum extra de reſtitutionib.c.veniens.ff.de iudicijs.l.ſi quis aliena.ff.ſi quis in ius vocatus non ierit.l.2.ff.
11 ad municipal.l.de iure.†Item quid erit,ſi dominus egit corā paribus contra vaſallum, vt rem feudi indicet, vel vt rem in feudum ſe habere recognoſcat,vel petit eam, vt cōmiſsā, ſi ille excipit & dicat, rem non ſe ab illo habuiſſe in feudum, ſed ab alio,quem ſuum dominū eſſe dicit, & corā illo dicit, ꝙ eſt paratus iuri parere,nunquid dominus idemq; actor,cogetur litigare coram illo, a quo, dicit ſe rem habere in feudum?Vidi qōnem de facto,& audiui quoſdā dicentes, quòd coram illo agere habet.Ego contrarium dixi, ꝓ ea, quæ ſunt s̄.notata in §.& idem erit. & ſequentibus,tamen multi Do-
12 ctores,&c.†Et quod dictum eſt,ꝙ per pares Curiæ cā audienda eſt inter dominum & vaſallum,intellige, ſi pares habet, alias per iudicem, vt j̄. nouum non paternum. c. ſi inter dominum,quoniam vbi dominus non poteſt cognoſcere, iudex ordinarius inde cognoſcit,vel arbitri a partib.electi, vt eo.tit.c.vaſallus,& in l.lex Corradi.§.j. quia loco & uice domini cognoſcunt,cum ad ipſum dominum, de iure cōmuni,tale pertineat iudicium, niſi iuri communi per ſpeciale priuilegium vel ꝓriam conſuetudinem aliqd ſit detractum,
13 in decretali priuilegiata,nouit.†Et etiam dn̄s Papa, inde indirectè iudicat ratione peccati, mediante denunciatione inducendo dn̄m ad pœnitentiam,ſi circa feudum offendat, vt in prædicta decre.nouit,& 6.q.j.c.illi qui.& 22.quæſtio.j.c.prę dicandum.& 23.q.4. c. ecce. & ſic per conſequentiam cogit dn̄m feudum vaſallo ablatū reſtituere,vt 14.quæſt.v. c.ſi res.
14 Item ſi res cognoſcit de feudo, iudex ordinarius domini,ſi vaſallo rem feudalem abſtulit iniurioſe,& corā parib.Curię non vult inde dn̄s iuri parere,prouidebit vt infra nouum nō paternum.c.dominus uocat.§. j. quoniam pro defectu iuſtitiæ ad ſuperiorē eſt recurrendum,vt extra de offic.ordinarij: c.paſtoralis,in principio.& c.ad reprimendam.& ext.de ſententia excommunicationis.c.per tuas,& x.q.3.c.cum ſimus. & in tit.qualiter iudicium feudi ſit examinandum. c.ſi inter.
15 Et eſt ſciendum,ꝙ pares eſſe debent de eadem prouincia,de qua ſunt vaſalli litigantes,vt infra de pace tenenda.c.ſi duos. §.ſi tres vel plures.Et eſt ratio,quare debent eſſe de eadem ꝓuincia,vnde ſunt litigantes,ſcilicet ne cogantur de ſua ꝓuincia exire,vt in Auth.ut deferent.iudi. circa principium.col.9.
16 C.de decurionibus.l.curiales.lib.x.†Et non ſolum de ſupradictis locis debent eligi,ſed etiam de aliis, ſi idonei ibi non inueniantur.argum.ff.de tuto.& cu.datis ab ijs. l. diuus Marc⁹.
17 Si vero diſcordes fuerint dominus & vaſallus in eligendo, tunc dominus primo eligat,quos & quot voluerit,poſtea vaſallus tot,quot dominus eligit.Ad idem 3.q.3.c.j.& 9.q.j.c.3. Sed contra.ff.de iudiciis.l. obſeruandum, quod contrarium poteſt ſolui,vt detur iudex, quem aduerſari⁹ petierit,ſcilicet reus & non actor.Et ita loquuntur prædicta capitula, vel cū fit aduerſario conſentiente. Aliud ſi eo ꝙdicente, ut in dicta l.& ita loquitur prædictum capitulum,ſi inter dominum.in fi.quoniam multa fiunt ex conſenſu partium, quæ alias nō fierent,vt C.de epiſcopis & clericis.l. generaliter.& Authen.
18 ibi poſita.& C.de tēpori.appel.l.vlt.ī fi.†Et habet ſiſr locum, ꝙ pares de p̄dictis cognoſcāt,& iudicēt inter dn̄m & vaſallū, ſi tñ fidelitatem dn̄o iurauerunt, & vaſallus non ꝙdicat, ut in fine prædicti capituli,ſi inter dominum.ſuper quo capitulo,quidam habent Rubricam de paribus Curiæ eligēdis. Itē habet ſimiliter locum, quòd pares cognoſcant inter dominum & vaſallū litigantes, niſi conuentus a domino, pares ſuſpectos habuerit,ex iuſta cauſa, aliter non poteſt ipſos re-
19 cuſare: † imò ſi non vult coram eis iuri parere tertio citatus ſiue vocat⁹,cū dilationibus.7.vel 10.dierum, arbitrio Curiæ: dn̄s per Curiā eſt in poſſeſſionē feudi mittendus, & ſi inf.annum comparuerit recuperat poſſeſſionem, q̄ prædicto mō amiſerat,& ſi nō venerit.j̄.annum amittit poſſeſſionē & bn̄-
20 ficium,vt in tit.nouum non paternum.c.dn̄s vocat.†Si vero ex iuſta cauſa ipſos recuſauerit, quia hoc facere poteſt:Imperatoris eſt cognitio quæſtionis principalis, vt in cōſtitutione Corradi,c.omnibus ſancte.§.j.C.de iudicijs.l.apertiſſimi.& l. finali.& in titulo,qualiter iudicium feudi ſit examinandum
21 & terminandum.c.ſi inter dn̄m,& §.ſi autem ſe.†Cognoſcēt pares inter dominum & vaſallum, vaſallo agente pro inue-
22 ſtitura recti feudi,ꝙ dominum. † Et licet dominus neget illū ſuum vaſallum, tamen pares hoc modo ꝓcedent, nam facient illū primo inueſtiri de ſuo recto feudo, de quo inueſtiri petit,& iuramentū fidelitatis differetur,donec de prīcipali cauſa cognoſcatur.ex eo.n.apparebit,vtrum iuuare dēat, an non,quod totum expeditæ quęſtionis eſt. Sed ſi conſtiterit vaſallum aliquid aliud,præter id,de quo quæritur ab eodem dn̄o tenere pro feudo, tunc.n.quin debeat de ſuo recto feudo inueſtituram accipere,& fidelitatem iurare,& ſic ad Prīcipē cauſſam accedere,non eſt dubium, ut ī tit.nouum non
23 paternum.§.ex eo.† quamuis poſſint pares recuſari in qōne domini & vaſalli, ut ſupra proxime dictum eſt, non tamen poteſt dn̄i vel eius Curiæ examen declinari a vaſallis inter ſe litigantibus,de ipſo feudo,quando dominus dum ſua Curia vocauerit ipſos vaſallos litigātes: alias alter alterum ad dn̄m vel eius Curiæ iudicium,trahere non poteſt,vt in tit.nouum non paternū.c.2.§.illud tñ,in conſt.Fed.l.imperialem.§.pen. niſi cauſa videatur ſpectare. Nam tūc apud Curiā cauſa agetur,vt puta deceſſit aliquis relicto agnato,dn̄s credens ſibi apertū,aliū inde de nouo inueſtiuit, & inter agnatū & nouū vaſallum ſit ꝓtrouerſia,quia tunc domini examen declinari poteſt,vt in tit.hic incipiunt conſuetudines regni. c. hæc sūt capitula.§.ex eo quod.s̄. in fi.Si vero ex vna parte eſt agnat⁹ vaſalli,ſine hærede maſculo defuncti,ex alia alius poſſeſſor, qui habet cauſam a domino,ſed non in feudum, tunc apud iudicem ordinarium vel arbitrum a paribus electum, cauſa terminetur,& non apud dominum, & ita intelligitur prædictus.§.ex eo quod.s̄.in principio.& l.lex Corradi.§.j. ut in ti.
24 nouum non paternū.c.2.§.vaſallus.†Generaliter poteſt dici, ꝙ ſi inter duos ſit de beneficio controuerſia,& vaſallus conueniatur,ꝙ Curia poteſt cognoſcere,ſi vocare eos velit,nec poterit vaſallus iudicium Curiæ declinare, niſi ſecundū qđ in ſuperiorib.§§ dictum eſt, vt ī titulo nouum non p̄num. c.ii.§.illud tamen.in titu.hic incipiunt conſue.reg.c.hæc ſunt capitula.§.ex eo.ar.C.de cur.vr.Ro.l.j.lib.xi.& de decur.l.quicunque.& l.quotiens.& l.nec quis.& l.qui licet.lib.xi.in Aut. de quæſtore.§.ſi vero forſan.coll.7. niſi pares fuerīt ſuſpecti,
25 vt dictum eſt s̄.etiam ſi clericus fuerit, † quia clericus cuiuſcūque ordinis vel dignitatis, quo ad feudum,inferior eſt domino feudi,& habet iurare fidelitatē, & ei quo ad feudum ſubeſt.& circa hoc vide,quę notaui.s̄.in ſumma de ſacra. fideli.§.& hoc ſacramentum. & coram domino debet de qōne feudi reſpondere,vt argu.23.q.vlt. c. ſi in morte.§. ecce.& c.ſeq.quaſi per totū.& 11.q.1.c.tributū. & c.magnum.§.omnis,& §.eſtote.Sed contra quia non videtur,ꝙ poſſit feudum ab eo recipiendo eius ſe ſubiicere iuriſdictioni.vt argu.extra ne clerici vel mona c.ſed nec.& c.ſecundum.& 21.q.3.quaſi per totum,& 9.q.1.c.te quidem.Et contra hoc uide,quæ no. s̄.in ſumma,quibus modis res in feudum dari poſ.§.item ac
26 cipi poteſt.†Si quis vaſallum ſe dicat alterius eſſe, & rem in feudum rectum ſe habere ab illo, ac petat inueſtituram ab illo,quamuis ille neget hunc ſuum eſſe vaſallum,& ita non videatur in illius Curia pares habere,nihilominus tñ in illi⁹ curia cognoſcetur,an ſit illius vaſallus,vt in tit.nouum non paternum.c.ex eo. Et hoc totum, quod eſt in præcedentibus §§.habet locum, cum plures contendunt de beneficio dato ab eodem.Cęterum ſi diuerſos dn̄os inueſtitores prætendūt, tunc coram iudice vel arbitro cauſa finiatur, vt ſic intelligi poſſit in titulo de pace tenen.§.ſed duo,& §.tres. & in tit.hic incipiunt conſuetudines reg.l.lex Corradi. §.j.ca.hęc ſunt capitula.§.ex eo.& ti.nouum non paternum.c.uaſallus,& hoc idem dicitur eſſe ſeruandum, ſi dominus ab aliquo extraneo conueniatur,vt probatur eiſdem iuribus hic s̄. allegatis.
27 †Item quæritur,ſi conuentus velit actorem, de alia re cōuenire corā curia,nunquid actor poteſt examen curiæ declinare,quaſi curia non poſſit extra cauſam feudi cognoſcere inter ipſos? Rn̄deo, non poterit declinare curiæ examen, imò ex quo agit,de omnib.cauſis aliis, apud eandē curiā hēt iuri parere,& ſe defendere,argumentum.C.de ſenten. & interlo. omnium iudi.Authen.& conſequenter, & l.fi.& ext.de mutuis peti.per totum.ff.de iudic.l.2.§.omnes.& l.omnem.l.qui non cogitur.ff.depoſiti.l.actione..& ſi velit ipſam curiā, in cauſa reconuentionis recuſare,nō poteſt, quia talis incōſtātia eſt vitanda.ff.de procur.l.is cuius nomine.ff.ad legē Iul.de adul.l.ſi vxor.C.de teſtib l.ſi quis.C.de aſſeſſo. l. liceat.Sed ꝙ, ꝙ poſſit ex iuſta cauſa,eſt argumen.C. de profeſ. & medic.l. Grammaticos.lib.x.extra de cleric.non reſi.c.quia, & c.relatum.ff.de mu.& honori.l.vt gradatim. §. penulti. ff.de decre. ab ordi.facien.l.quod ſemel.ff.de iud.l.Iulianus.extra de offi. deleg.c. inſinuante. Vidimus qui poſſunt cognoſcere & dirimere,nunc ad aliud membrum tranſeamus,ſ. de domino & vaſallo inter ſe, agentibus illis contra extraneum poſſeſſo- & de quibuſdam quæſtionibus & qualiter iudicium feudi ſit exami.& terminādū,in cauſa principali & appellationis. Et primo de vaſallo agente dicamus, quia aut agit ꝙ dominū
28 aut contra alium extraneum feudi poſſeſſorem: † & ſi qđē agit ꝙ dominum,debet agere ſalua domini reuerentia ſicut libertus contra perſonam patroni, & filius emancipatus cōtra patrem,vt ff.de doli exceptione.l. apud.§.aduerſus, & ti tu.nouum,non paternum.c.dominusvocat.§.j.ī ti.hic incip.

conſue-

Source : BIU Cujas

consuetud.reg.cap.j.§.& cum datur.in fine.C.de liberali cau sa.l.cum affirmes. argumentum. ff.de obseq.patro.prestan.l. parens.& l.licet.C.eod.titu.l.liber.C.de dolo.l.si superstite.ff. de dolo.l.nō debet.C.qui & aduers. quos l.secunda. †nec cli
29 entulus aduersus dominum potest furti agere, & contra,vt ff.de furt.l.si libertus.aut sit clientulus,vt in titulo, de contē tione feudi,uel sub Rubrica de feudi alien.§.clientulus, & §. j.sed non puto,quòd veniam petere habeat,licet aliud sit in liberto.C.de in ius vocan.l.2.& ff.eod.titu.l.vltima,& penul.
30 †Vel dicas,quòd potest intentare contra dominum quamli
31 bet actionem etiam famosam,†sicut donatarius potest con tra donatorem,argumentum.ff.de ædili.edicto.l.ad res dona tas,in fine.C. de iure dotium.l.j.in fine,quæ leges innuunt a ctionem de dolo dati donatario contra donatorem.†Quæ
32 tamen actio est famosa, vt ff.de dolo.l.j.§.vlti.Si tamen dice tur,dari sibi in factum actionem,loco actionis de dolo, pro pter reuerentiam,quam domino suo debet, nō male dicere tur,vt puto,per d.l.non debet,cum suis concor.qm̄ vasallus reuerentiā domino debet, vt extra de excessibus prælatorū. c.grauem.in principio. Verum si famosam intentat actionē ꝙ dominum,temperatis verbis eam proponat,quia reueren tiam domino debet,vt in d.l.apud.cum suis concorda. & in sententia famæ domini consuletur, vt eius famæ parcatur, prout fit, cum sentētia fertur cōtra tutorem. Inst.de susp.tu-
33 torib.§.nunc videamus,& ff. eodem tit.l.tutor. † Et hēt cum tali reuerētia, contra dominum experiri vasallus,vt coram paribus eum conueniat:si de ipso domino conqueratur, ex eo,quòd feudi possessionem alio ordine intrauit dominus, quia rogabit dominum seu admonebit & requiret eum, vt discedat a possessione feudi,siue vt sibi rem restituat:& si sibi non respondeat dñs ipse, vasallus vocabit Curiam & in ea Curia de domino conqueretur,& Curia adibit dñm: eumq; salua reuerentia,non potenter coget, sed precib.& admoni tionib.vt rem vel possessionem vasallo restituat, vel ꝙ iudi cio Curiæ se committat, ꝙ si sic admonitus, facere distulit, tunc vasallus potest maiorem Curiam seu potestatem adire, & sibi consulere de ipso cōquerendo, & si dñs ꝙtumax fue rit,& noluerit maiori potestati parere,ex tunc vasal.hēt po testatem dñm deprædandi, ut in tit. nouum non paternum. c.dñs vocat. §.j. & si aliter vasallus contra dominum ꝓcesse rit,& ipsum alibi conuenerit, ſ.coram non suo iudice, facit ꝫ fidem homagii,& debitam reuerentiam, vt ext.de excessi. prælato.c.grauem,vt de hoc dictū est,quibus mod. & in qui. casibus feudum amittatur.§. item quæritur,vt uidi de facto,
34 & in seq.§.item amittit feudum.†Iterum & in alio habet re uerētiam in iudicio exhibere,scilicet ne vasallus a dño exi· gat calumniæ iuramentum,ut argumentum.ff. de iureiurā do.l.iusiurandum & ad pecunias.§.hoc ius. & in d. l.licet.& in titu.hic incipiunt consuetudines regni.c.j. §.in quib.casib.
35 Item poterit contra dominum rei vendicationem vtilē ītē tare ꝓ re feudi petenda,sicut ꝫ quemlibet extraneum possessorem,sicut de hoc plene dictum est supra, quib.modis feu·
36 dum acq.§.per talem.†Sed si agat de euictione contra domi num,quam actionem vasallus intentabit?& videtur, quòd in factum præscriptis verbis, siue factum interuenerit, siue non,quia cum sine precio datur,esse videtur,do vt facias, qa Dominus dat rem, vt sibi vasallus seruiat,vt supra dictū est, in summa titu.de feudis.§.est igitur, & sequentibus §§. & ad seruiendum Domino tenetur,vt notatur supra in titu. quib. modis,& in quibus casibus feudum amitt.§.vbi vero plures, cum sequentib. §§ multis. Cum vero precium interuenit, videtur esse similiter, do ut des & facias, & ita in vtroque ca su prædicta actio locum habet,vt ff.de præscrip.verb.l.natu-ralis.& l.1.2.3.& 4.& ff.de rerum permutat.l.prima, & quod sit ibi, do vt facias probatur in titu. quibus casibus feudum amitta.capit. j.& §. j. vel saltem habebit & in factum actio-nem, cuius tenor in multis & variis casibus & articulis iuris est in subsidium in concordantiis cum iura suadent actionē dari,& non do aliquam specialem,vt C.de sacrosanc.eccl.l. sancimus.Vel agit actione ex stipulatu,si stipulatio fuit inter posita pro eius euictione,argumētum.C. communia vtriusque iudi.l.si fratres.C.de euic l.si fundum.C. de doli except.l. apud Celsum.§.itē Labeo.circa hoc quādo dominus de eui-ctione tenetur,& quando non,vide quæ notata sunt s̄.quib. modis feudum acquiritur.§.sciendum enim est,quòd quan-
37 do quis,vbi plene de hoc traditur.†Si vero de Domino con queratur,quia ab ipso vasallo īdebita exigeret seruitia,vasal-lus iudicis officium implorabit, vt Dominus in posterū hu iusmodi facere prohibeatur,& quod restituat dominus,qđ perperam exegit, argumentum.ff.de his,qui sui vel alieni iu-ris sunt.l.si Dñs.ff.de offi.præfe.vrbis.l.j.§quod autem.C.in q-bus casibus coloni do. acquir. pos.l.j.libro 11. vbi de hoc.& argumentum.C.de agrico. & censitis.l.cum satis.§. 2. lib.11.
38 in Authen.de quæstore.§.j. coll.v. † Et intelligitur indebitū, si plus quàm conueniat petatur,vt x.q.3.c.quia cognouim⁹. & c.inter cœtera.C.locati.l. legem, vt de hac materia plene Rofred.tradit in titu.de officio iudicis,quo subuenitur colo-no vel vasallo.& not.in summa, de agric. & censit. §. & hēt qdem.& argumentum, ff.de vac.mune. l. sextum decimum. §.fi.C.quemadmodum ciuilia mu.indi.l.j.3.& 4.C.de anno. & tri.l.3.lib.10.C.de superexact.l.j.extra de censi. c.procura-tiones.circa hoc vide in eo. §.sed quid erit. & §. quęritur.& §.vbi vero.Cum uero agit vasallus contra extraneum feudi possessorem,distīgue, quia aut fuit res domini propria & ve rè & proprie in feudum data, aut non proprie. Et in primo casu habet rei vendicationem vtilem, ut notatum est s̄.qui-bus modis feudum acquiratur.§.per talem.Cum vero nō ꝓ-prie res in feudum datur,vt puta cum præscriptione feudum acqrit̄,distingue,quia aut præscripsit,aut non vasallus,si prę scripsit,aut habuit bonam fidem a principio,aut non, si ha-buit bonam, hēt actionē & exceptionē ꝫ extraneum, sed ꝫ rei dñm habet tantum exceptionē & non actionē; si nō ha buit bonam fidem,actionem non habet, nisi ꝫ extraneum qui rem sibi abstulit,vel ꝫ eum qui missus est in possessione, qa vasallus nō venit ad iudicium.arg.C.de prescript. 30. ann.o.l.si quis empti.Sed quæ actio illi dabitur,ꝫ extraneū pos-sessorē,nunquid rei vendicatio?& videtur ꝙ non, quia non est dñs,licet spatio 30.an.tenuerit,vt ꝓbare videtur. d.l.si qs. §.pe.& ibi ad similitudinē cœterorū, quia rei dominū, &c. & argum ff.de rei vendicatio.l.si ager.C.de probat.l.cum res. Agetur ergo aliquo interdicto vel actione in factum,quæ in pluribus iuris articulis admissa est.C.de sacrosanct.ecclesiis.l. sancimus,vel iudicis officio,Argumen.ff.de aqua plu.arcen. l.in summa.§ item variis.& §.manumiss. Vel quod potius vi detur condictione ex lege.d.l. si quis emptionis. ff. de cōdō-ne ex lege.l.j. Vel habebit vtilem actionem, in eum qui ptē adeptus est,vt in d.l.si quis interdictū vnde vi,vt ff.de vi & vi ar.l.j.§.interdictum.& l.4.§ vnde vi.vel condictionē ex.l.si qs in tantam. De hoc vide infra eodē.§. sed videtur ꝙ nō. Item quid si tenuit rem minori spatio triginta annorum,ita quòd nō prescripsit & a possessione cecidit,quo iure sibi subueniē tur, vt possessionem recuperare possit,ab extraneo possesso-re? Hæc quæstio fuit Paduæ agitata, inter omnes Doctores Paduæ commorantes:qdam dixerūt,illi non iure subueniē-dum. Alij dixerunt de eqtate actionē in factum dandam & pro se induxerunt, l. C. de agricolis & censi.l.si coloni. Alij dixerunt dandum iudicis officium.& pro eis facit.ff.de uarijs & extraordin. cognitionibus.l.de vsu aquæ.cum quibus fuit dominus Vbertus de Bonocursu, vt ab ipso audiui Mutinæ in scholis eius.argumento cōmuni dictæ. l.si coloni.& ff.de officio præsidis.in principio.& pro eo facit.C. de acquirenda
40 possessio.l.si nulla. † Si velit agere vasallus contra dm̄, vel consortem eiusdem feudi,vel rei, ut inter ipsos diuidatur,vi-de quę dixi s̄.quib.modis.& in quibus casib.feu.amit.§.item
41 vr̄ ꝙ prohibeatur. †Hic potest quæstio adaptari de qua quæ-ri consueuit,quæ talis est, posito quòd vasallus quocunque casu cecidit a possessione feudalis rei, & cum triginta annis rem desijsset possidere,agit ꝫ possessorem, & prescriptiōe tri ginta annorum summotus est a petitione sua,quamuis inte-rim toto prędicto tempore canonem soluerit dño, postmo dum agit dominus contra illum, nec uasallus agit ꝫ domi-num possidentem, petens dictam rem sibi restitui & tradi, ꝓ qua sp illi prestitit seruitium, cui petitioni dñs cōtradicit, nunc quęritur quid iuris sit? Et videtur quòd uasallus cum effectu agere possit ꝫ dominum,nō obstante, quòd propter
42 prescriptionem victus fuerit a possessore,† quia prescriptio-ne ius non tollitur,sed eliditur, C.de præscripti. triginta an-
43 norum.l.si quis.†quia tēpus non est modus tollendæ obliga-tionis,sicut nec inducendę,vt ff.de acti.& obliga.l. obligatio
44 num.§.placet.†igitur nec actionis,quæ est filia obligationis, vt Institu.de verborum obligatio.in principio.ff. de procu.l. licet.§.ea.Item & dominus,cum quo agit, non præscriptio-nem,nec a prescribēte causam habet,quia ea se iuuare non poterat,vt C.de præscript.triginta annorum.l.si quis emptio nis.& argumentum.ff.quemadmodum seruitus amit. l.si qs. in fine.Item & quia ex alia causa agit ꝫ dominum,quam e-gerat ꝫ extraneum.Et ideo non debet exceptione repelli,ut argumentum.C.de pet.hæred.l.hereditas,& ff. de except.rei
45 iud.l.cum quæritur,& ll.sequentib.†& lata pro domino sen-tentia,uasallo debet prodesse, sicut lata sententia pro domi no,vsufructuario prodest,vt ff.de vi & vi armata.ꝓl. si de fun-do.& argumentum. ff. si seruitus vendicet.l. loci. §.si fund⁹. & ff.ad Macedon.l.sed.§.non solum.argumentum.ff.de inof ficioso testamēto.l.posthumis.§. penultimo.Idem dominus non potest se iuuare illa sententia contra vasallum lata, vt C.quib.res iud.non no.per totū,& quia vasallus certat de dā no euitando, dominus uero de lucro captando. Vnde prius uasallo consulendum est,quàm domino,ar. C.de iu. delib.l.

Source : BIU Cujas

ſcimus.§. ſi vero creditores .Et qa vaſalli æquior eſt petitio, exceptio domini præferenda eſt.C. de iudicis. l. placet ext.de cauſa poſſeſſionis & propriet.c.paſtoralis,in fi. ff.de regu.iu. l.ſemper in ambiguis,nec intereſt illius qui obtinuit, contra vaſallum,vt ex perſona ſua exceptio opponatur, nec in ius illius domini ſucceſſit. Vnde ex illius perſona ſe defendere nequit,vt argumen. C. de præſcrip.triginta annorum.l. ſi qs emptionis.ff.de pact. l. quod dictum eſt,& ſicut domino nō nocuit illa ſententia,nec prodeſt,vt ff.de re iudica. l. ſæpe.ff. de act.emp.l.ſicut. ff. de bonis authoritate iudicum poſſidendis.l.cum vnus,in litera plane.Econtra videtur, quia in rem videtur exceptio,vt argumentum.ff.de bonis authoritate iudicum poſſiden.l.cum vnus in principio. argumentum.ff.de negocijs geſtis. l. qui aliena.§.finali. Et quia , ius ex ſententia factum eſt,vt ſic omnibus proſit, vt ff.de inoffici. teſtam. l.poſthumus.§.penultimo.Et quia ipſorum vna videtur poſſeſſio,argumētum.C. de præſcriptio.triginta annorum.l.cū
46 notiſſimi.†ſententia pro vno lata alij prodeſt, argumētum. ff.ſi ſeruitus vendi.l.loci.§.3.ff.de iureiurando.l.duobus.§.exceptio. quia videtur ab illo poſſeſſionis cauſam habere , vt precario rogans, & ſic ei proſit, vt ff.de acquirenda poſſeſſi. l.Pomponius. §. primo. Et quia iuſſu iudicis tradidit domino poſſeſſionem,vt argumento dictæ.l.Pomponius. §.ſi iuſſu. & C.de euict.l.emptori.Præterea vaſallus videtur cauſam ingratitudinis commiſiſſe,quia rem vſucapi permiſit , quia alienaſſe videtur,ut ff.de verborum obl. l.alienationis. ff. de
47 fundo dotali.l.ſi fundus.† Item & quia obiicit vaſallo ipſius deſideria, & domini curioſitas & diligentia, quæ non debet ipſi domino eſſe damnoſa. C.depoſi.l.vlti.Sed ſecūdum.Pyl. videtur quod vaſall.tam negligens contra dominum agere non poteſt:quia ſi contrarium diceretur.iam ſequeretur vſu fructuarium non vtentem , a petitione vſusfructus nō eſſe ſubmouendum , ſeu non excludendum præſcriptione oppoſita ab extraneo poſſeſſore. Sed huic ſolutioni Pyl.multum contradicit prædicta.l.ſi de fundo. cum ſuis concordantijs.vi de circa prædictam quæſtionem, quæ dicta ſunt ſupra ī ſumma , de cauſis propter quas dominus amittit ius domini , qđ
48 habet in feudo.& §.nunquid.†Sed quid,vt vidi de facto allegari in quadam cauſa,ſi vaſallus non curat agere & domin⁹ vult agere,nunquid dominus audietur , qui directū dñium habet? Vr quòd non, vt in titulo hic incipiūt conſuetudines regni.c.hæc ſunt capitula.§.ſi cauſa.Et quia vtilis directæ pręfertur.ff.de procuratorib.l.ſi procurator. in fine. Sed contra. ff.depoſiti.l. bonafides. ff. de publi.l. vltima. & penulti.C.de nouationib.& delega.l.3.ff.de damno infecto. l.ſi proprietarius.ff.de noui operis nunciatio. l. in prouinciali. vide circa
49 hæc quæ dicta ſunt infra eo.prope.§.nunc videndum. † Adhuc circa prædicta quæritur, quid erit ſi vaſallo agenti ꝯ extraneum feudi poſſeſſorem obijcitur præſcriptio decem vel viginti annorum,quę domino nō currit. Nunquid ſi vaſall⁹ replicat de iure domini ſui , cui talis præſcriptio non currit iuuabitur tali explicatione? & videtur eſſe caſus,ext. de præſcrip.c.ad audientiam.extra de priuil. cap.cum olim propter quas.extra de in integrum reſtitu.cum veniſſent , quaſi in fi.
50 Et quòd quādoque quis habet exceptionem ex perſona authoris ſui,quam ex perſona ſua non habet, probatur.ff. qui. modis pignus vel hypo tol.l. ſicut.§.illud.ff. de diuer. & tem-
51 poral.præſcrip.l.annuatim.§.i.†Sed videtur,quòd non poſſit litigare vaſallus contra dominum,uel contra alium , rē feu-
52 di petendo ſiue vendicando: † quia non dicitur dominus, ſed vſusfructuarius,vt in titulo,in quibus caſibus feud.amit.
53 ca.j.primo reſponſo. †& vſufructuario non datur rei vē.nec alia actio,niſi confeſſoria pro vſufructu petendo,vt ff.de noui operis nunciati.l.j.§.fin.& l.2.ff.ſi vſusfructus peta.l. j. & l.
54 vti.§.videtur.†illi enim ſoli rei vendicatio datur , qui domi-
55 nus eſt.Inſt.de act.in fi.reſponſo.j.† At vſusfructuarius nō eſt domin⁹,vt ff.de religioſis & ſumptibus funerum.l.2. §.j. licet vſufru.ſit pars dominij. ff. de vſufruct,& quem , quis vt l.4.
56 †Item & qui prohibetur ſuo libero arbitrio adminiſtrare,prohibetur actiones exercere,vt ff.de iureiurā.l.iuſiurandū. §.ſi tutor.Sed tamen contrarium eſt, quia ſibi datur vtilis rei vē. vt ſ. qualiter iurare debeat vaſallus.§.rei autem , & in titu.ſi
57 de feudo vaſal.fuerit interpella.§.ſi vaſallus.† & quandoque agit,qui alienare prohibetur,vt extra.de procu.c. j. & c.cum pro cauſa.& cap.petitio.ff. quod cuiuſque vniuer. l. vltima, & penulti.& extra de reſcrip.c.edoceri.argumen.ff. de rebus eorum,qui ſub cu.l.3.§.j.in fi.C. de bonis mater.l.j.& de bonis,quæ lib.l.cum non ſolū,& de hoc dictum eſt ſ.titulo, qbus modis feud.acquir.§.per talem.& ſeq.§. quoniam ius ha-
58 bet in re †& ita vtilis ſuperficiario & dat, & cuilibet habenti ius in re,vt ff.de rei vendi.l.in ſpeciali.& l.ſequenti.ff.de ſuperficieb.l.j.§.quod ait.& §.j.ff.de noui operis nunciatio. l.1. & l.ſequenti. & l.in prouinciali. ff. de pigno. actio.l.tutor.§. vlti.ff.ſi ager vectigalis.l.j.& 2. Nunc videndum eſt de perſo
na domini agente contra vaſallum , vel contra quemlibet aliū feudi poſſeſſorem . Tamen primo videndum erit,quid iuris ſit,ſi velit agere contra extraneum feudi poſſeſſorem.
59 Et ideo quæritur, quæ ſit danda domino actio? & certum eſt,quòd vaſallo datur vtilis actio,vt dictum eſt proximo.§. Vnde ſequitur quòd domino datur directa, vtpote domino proprietatis,vt ff.de ſuperficieb.l.j.§.quod ait.ff.de vi & vi armata.l.j.§.quòd ſeruus,& l.vlt.de religioſis & ſumpt.funerū. l.oſſa.in fine. Quid ergo erit? Certe directa domino datur
60 actio & vtilis vaſallo: † quis ipſorum aget interdicto vnde vi,uel rei vendi.nunquid dominus vel vaſallus? Et qꝝ dominus ſit præferendus,eſt argumentum. ff. de procuratorib. l.ſi procurator.ff.depoſiti.l.bona fides.§.incurrit.& C. de nouationib.& delegationib.l.3.ff.de regul. iuris.l.quoties vtriuſq;. Sed cum vterque rem vendicare poſſit, uel per interdictum repetere a violento poſſeſſore, vt ff.de vi & vi armata.l.ſi de fundo,videtur dicendum quòd nullus eorum præferatur alteri ſed illi res ſit reſtituenda,qui prius ad ſententiam veniet vt ff.de peculio.l.ſi uero adhuc.ff.de rei uendicati.l.a quo ſeruus.ff.de petitione hæredita.l.cum idem.ff. de noxalib.l.ſi qs multis.ff.de re iudica.l.inter eos. Et quòd vterque agere poſſit,eſt expreſſum.ff.de vſufructu.l.arboribus.§.j.cum ſuis cōcordantiis,infra in proxima quęſtione pro prima parte allegandis,in fi. & ff.de damno infecto.l.prætoris. §. fi. de vi & vi armata.ſi de fundo,quòd uterque aget , & vterque ſuum ius conſequatur.not.Azo in ſumma,vnde vi. §.hęc omnia . Et circa hāc materiam poſſet tractari quæſtio, quam Rofredus tractat ſuper interdicto vnde vi,in §.circa prędicta.quę eſt ſatis apta ad hanc materiā.Et uide in hac quæſtione,quę ſimilia dicta ſunt, in ſumma,quibus modis & in quibus caſibus feudum amittatur.§. item videtur quòd prohibetur. in §.ve-
61 runtamen facto.† Sed ubi dominus agit contra extraneum, nunquid in eius petitione fructus venient, ſiue in ſententia iudicantis,cum ad ipſum non pertineant , ſed ad vaſallum? & videtur quòd ueniant in ſententiam iudicantis,quia eadē die,qua tulit de re ſentētiam, & de fructibus iudicare habet, ut ff.de re iudic.l.Paulus , & eodē errore , quod iudicauit de proprietate,& de fructibus iudicabit.ut ff. de rei vendicatio. l.a diuerſo.§.ubi autem alienum ff.de uſu.l.videamus.§.ī Fauiana, Inſtitu.de officio iudicis.§. & ſi in rem.Si enim ageret contra vaſallū , fructus non venirent in petitione neque in ſententia,quia uaſallus ius habet in eis , & dominum exceptione repellet,ut ff.de ſuperficieb.l.j. §. quod ait. Extraneus uero in his nullo iure ſe defendit. l. cum ius non habeat in eis,contra quem extraneum dominus habet plenam uendicationem,ſeu plenū ius uendicādi,ut in dicta.l. & ff. qui potiores in pigno.ha.l.creditor qui hypothecam. primo reſpō. in fine.& licet vſufructuarius habeat ius excipiendi , non tñ ex perſona eius,extraneus habebit defenſionem , ut argum. ff.ſi ſeruitus uendi.l.loci corpus. c. cuius ædes. ff. de liberis & poſthum.l.filio præterito.extraneus conuentus enim ſolam habet malitiam defendendi ,ideo non debet audiri , ut ff.de rei uendica. l. in fundo. C. per quas perſonas nobis acquirī l.2.quia locupletari uult cum aliena iactura, & de alieno,qꝝ iura nolunt.ff.de tranſactionib.l cum 2. §. ſi quis de alimentis, & ff.de condictione indebiti.l.nam hoc.& cum rem ſciat alienam,& eam non reſtituit,eſt puniendus.C. unde ui.l.cō-querebatur. Præterea contra dominum agentem non hēt quod proponat,niſi ut petat ſibi ab eo caueri,ut ipſum contra uaſallum defendat,ut argumentum.ff. de rei uendicatio. l.is a quo.ff.ad legem Falcid.l.dolo. & ſic qui rem per ſententiam habet reſtituere, & fructus reſtituet,quia idem iuris eſt de principali,quod de acceſſorio,ut C.de uſur.l.eos qui , circa principium,& ff.de reg.iu.l.cum in principalis.† Item qui
62 rei uendicatione conuenitur,rem tradere habet actori , qui obtinuit,ut ff.de rei uendicatio.l.qui reſtituere.ergo per cōſequentiam & fructus reſtituere habet eidem, ut ff.de uſu.l.uideamus.§.in Fauiana.ff.de uerborum ſignification.lege plus reſtituere.& ff.de regulis iuris.l.in condemnatione.§. primo. Præcipuè pendentes & omnes etiam alios , non ſeparatos, qui a uaſallo non ſunt percepti,quia dñi ſunt ſoli,& non uaſalli , ut argumentum.ff.de uſufructu.l.arboribus.§.ultimo. ff.locati.l.cum in plures.§.meſſem.ff.de furtis.l. ſi apes §.vltimo.& l.fullo.§ frugibus.ff.quibus modis uſusfructus amittatur.l.ſi fructuarius,in fine. ff. ad ſenatuſcon. Claudianum.l. & illis.§.primo,& uidetur lex exp̄ſſa.ff. ſi uſusfructus petat, l.penul.§.fi.Ecōtra uidetur, quòd nullo modo ueniāt in petitionem,nec in ſententiam,quia cum dominus ſit , tamen dñs proprietatis,cum nō habeat uſumfructum eius, ſed uaſallus tantum,ut in titulo, in quibus caſibus feudum amitt. in principio. & in titulo , qualiter iurare debeat uaſallus.§. 2.nullo iure dominus poteſt fructus petere, argumentum, ff.de furtis. l. inter omnes. §. ſi ſeruus. immo ſi petit, dicitur plus petere &ideo puniendum uel puniendus, ut extra,de

plus

Source : BIU Cujas

plus petitio.c.j.& 2.Inſtit.de accuſa.§.plus. C.de plus petitio. l.prima,& nō habet reus rem reſtituere, niſi ſuam intentio-
64 nem fundanti.probatur.C.de rei vendicatio.l.vltimo.†Præterea,iudicium ſumitur ex iure petitoris, & non ex eo, quod aliquis poſſidet,vt ff.ſi pars hæredi.l.j.§.j.Nam ibi patet,q̄ licet quis totam hæreditatem poſſidet,tamen ſi actor non habet ius, niſi pro tertia, eam tamen tertiam vendicabit. Nec obſtat quòd dicitur idem iuris de acceſſorio, quod de principali, quia illud locū habet, cū acceſſoriū ſeq̄t principale, ſed hic eſt ſecus.Item vitioſa poſſeſſio prodeſt aduerſus extraneos,vt ff.de acq.poſſeſſio.l. vlti.Item illud ſolum in petitione venire debet,quod eſſet habiturus petitor,ſi litis conteſtatæ tempore res ſibi tradita eſſet, vt ff.ſi certum pet.l cum fundus.ff.de petitione hæredita.l. illud. ff.de verborum ſignific. l.reſtituere. is autem fructus non iure perciperet,cum eos ad vaſallum nō ſit dubium pertinere, vt in iuribus pro hac parte primo allegatis,& in præallegata.l inter. Item ſi ponam⁹, quòd dominus poſſit vendicare fructus, melius tamen eſt dicere,quòd remaneant apud poſſeſſorem, qui ipſos reſtituere habet vaſallo,vt pote vſufructuario,argumentum ff.de ꝓdictione indebiti.l.dominus teſtamento.& ff. ſi ſeruitus vendicetur.l.ſecunda.§.2.nec enim proprietarius poteſt fructus percipere,niſi illos,qui ſunt percepti, poſt quàm ſūt proprietati cōſolidati, vtff. de vſur.l.videamus an in omnib.In hac quæſtione vī in primis poſſeſſorem a fructib.abſoluendum. Nam actor nō eſt dominus,niſi nudæ proprietatis:ergo nullū ius hēt quo ad fructus. Vñ in fructib. non ꝓdemnabit iudex.& eſt ratio:nonne fructus venient officio iudicis, vt Inſ. de officio iudicis? Certe ſic.actor hic rei vendicatione nudā ꝓprietatē auocat, vñ officiū iudicis illi vendicatione ſeruire non ꝑt, quo ad fructus. ſic nec ſeruit officium iudicis illi actioni,quæ ſublata eſt, argum. C. depoſiti.l.ſi depoſita.quod ergo dicunt iura, venire iudicis officium in rei ven.ſubaudi, quādo illa vendicatio competebat domino, qui pleno iure dominus erat. Hanc vero quæſtionem ita ſoluit Rofre.quia multum intereſt, vtrū dominus iſte agat contra fructuariū: & tunc de fructibus poſſeſſor non condemnatur,niſi ille factus ſit dominus proprietatis pleno iure, quia tūc fructuum ratio habenda eſt,ex eo tempore,quo ad proprietatem vſusfructus reuerſus eſt,vt ff.de rei vendica.l.fructus, & ff.de ſuppſi.l.j.§.quod ait,an agat contra extraneū, qui nullū ius hēt ī fructibus,& tunc fructus venirent in rei vendicatione, vt argu.ff.ſi ſeruitus vend. l.loci corpus.§ competit.ff.ſi vſufru.peta.l.vti.§.fi.Quæritur,ſi aliquis non dominus exigit a vaſallo alicuius aliquas perſonales præſtationes, prout exigit a ſuis hominibus vel vaſallis,& eſt ille in quaſi poſſeſſione eorū. nunquid dominus poterit agere contra illum, ne exigat,nō obſtante q̄ vaſallus etiam ſua ſponte ea illi præſtiterit? & videtur expreſſum,q̄ ſic,quia factum vaſalli domino non pręiudicat.vt C.de agrico.& cenſi.l.per colon. & l. ſi colono.& C.de acq.poſſeſ.l.ex libris.extra de in integrum reſti.c.2.circa finem.extra de arbitris.c.cum tempore. C. de libera. cauſa.l. ea quæ,in fi.cum ſuis concordan.& extra de iud.c. cum ſup, & de cau.poſ.& proprieta.c.vlt.& de proba.c.licet.in fi.†Vbi
67 vero arguit dominus ꝑ vaſallum,diſtinguēdum eſt, an agat pro perſonalibus præſtationibus ſibi præſtandis, cum vaſallus eas ſoluere recuſat,vel agat, quia res commiſſa eſt, alias agit rei vendica. vel agit condictione ſine cauſa, contra vaſallum feudum repetendo,& ſi agat contra vaſallum pro ꝑſonalib.præſtationibus,cum vaſallus eas præſtare recuſat,ne gādo forte illum non eſſe dñm ſuum,vel dicit ſe non teneri ad eas. Si dominus vult eas ſibi præſtari implorabit officiū iudicis,vt eas ſibi præſtet vaſallus,vt C.de agrico. & cenſi.l.2. libro xi.vel ſatiſdet de triennio in triennium,pro præſtandis his,ſi dominus obtineat, alioquin in ædem ſacratam fit earum depoſitio,ſecundum legis diſtinctionem,quæ hanc materiam dilucidat.C. eodem titulo.l.litibus,per totam legem, vel actione ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio interuenerit pro his pręſtandis,vt ff.de operis liberto.l.operas, & l ſi quis. Vide circa hoc ſupra eodem.§.ſi vero de domino, & inſ.§.ſed quid erit. Si vero nolit huiuſmodi præſtationes ſibi dari, ſed potius rē repetere velit,quia vaſallus eas non præſtat, ut conuenit,ſi eas poteſt pręſtare,aget cōdictione ob cauſam,alioquin nō, vt in tit.quib.cauſis feudum amittatur.§.illud.& in titu.qual. vſus beneficii ſit tenēdus.c ſancimus, & C. de cōdictione ob cauſam.l.legem. cum ſuis ſimilibus. Et idem ſi per debita & ſtatuta tempora,eas præſtare ceſſauit.C.de emphyte.iure.l.2. ff.locati.l.quæro.extra eodem titulo.c.penul, & hoc, ſi tempus ſtatutū eſt, ad eas pręſtandas alioquin non poteſt vaſall⁹ ꝙueniri,licet non præſtiterit eas, niſi dño vocāte eas ſoluere recuſauerit,etiam ſi per xx.annos & vltra non præſtitit eas,
68 vt in d.c.ſancimus,in fine. †Sed q̄d erit,ſi dominus eſt & fuit pluribus annis in poſſeſſione, ſeu quaſi percipiēdi aliquam annuā procurationem,vel aliquas alias ꝑſonales ꝑſtationes a uaſallo uel homine ſuo, vel etiam ab alio non ſuo homine vel vaſallo,ſi ille eas ſoluere recuſat,ac ꝙdicit,dicens ꝑdicta īdebitè ſe ſoluiſſe, & ad indebita ſoluēda ſe nō cogendū in futurum:Et iō dicit dñm non eſſe tuendum in ꝑdicta tali poſſeſſione,Dño petente ſe tueri in ea, vel petendo reſtitutionem ſeu quaſi,quo iure ſubuenitur dño?Nunquid aliquo interdicto,ſ.vnde vi,vel uti poſſidetis vtili, uel directo,vel officio iudicis, vel alio modo? Et nunquid ſi uaſallus vel homo citatus cōtumaciter ſe abſentet, fiet miſſio in quaſi poſſeſſionē iſtius iuris percipiēdi? Item nunquid homini,vel vaſallo,vel alii prædicto modo ſe defendenti aliquo iure,ſubuenietur, ne in futurū aliquid ſoluere cōpellatur? Et primo dicendum eſt in prima qōne, dñm eſſe iuuandum per vtile interdictum vnde vi: quia tales perſonales præſtationes,quales eſt procuratio, eſt quædam ſeruitus vel quaſi, quamuis nō hēat continuam præſtationem ſiue ſolonem, ſed annuā præſtationem,ut arg.ff. quemadmodum ſeruitus amittatur. l.ſi ſicut.ſicut eſt ſeruitus paſtus pecoris, & ad aquam appulſus,quę non eſt proprie ſeruitus prędialis, ſed quaſi, ut ff.de ſeruitu.ruſticorum prædiorum.l.pecoris, & l. ſequenti.argu. quia pro ſeruitute retinenda, quę turbatur,datur interdictū retinendæ poſſeſſionis,quale eſt vti poſſidetis. l. prima.§ 2.& fina. & l.3.in principio.ff.ſi ſeruitus vendi l ſicut. §. Ariſto.& etiam interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, quale eſt, quorum lega l.j.§.quod ait.Item & interdictum quod ui aut clā, vt ff.ſi ſeruitus vend.l & ſi.§.j. Quare ergo non daretur vnde
69 vi interdictum in noſtro caſu †Nam generaliter dicit lex, q̄ poſſeſſoria interdicta competunt pro ſeruitute,ut ff.de ſeruitutib.penul.ergo & iſtud interdictum vnde vi. argumē. ff.de itine.actuque priuato.l j.§.ſed ſi quis.Item non obſtat, quòd incorporalia dicuntur nō ꝓprie, ſed quaſi poſſideri, vt ff.de itinere actuq; priuato.l.ſi.& ff.quorum lega.l.j. §.quod autē. ff.de acq ui.rerum dominio.l.ſeruus § j. Et ideo vtile datur interdictum, ut argumentum.ff. ſi ſeruitus vendi l.ij.§.fina.Et ſimiliter dicit lex,q̄ rerū,quæ vſu conſumuntur, nō eſt vſusfructus,ſed tamen eſt quaſi vſusfructus,ut ff.de vſufru.earum rerum quę vſu conſumun.l.2.ff.de iureiu.l. ſed & ſi. §.item ſi iurauero.ſimiliter iura non poſſidentur, ſed quaſi. ff. de acq. poſſeſſio.l.poſſideri.primo reſponſo ff.de act.emp.l.pactio.§. ſimiliter.ff.de ſeruitutib.l.ſi ædes. in fine.Et hęc ſuppletio poteſt opponi omnibus, quę in contrarium poſſunt allegari. Vnde licet procuratio & huiuſmodi ꝑſonales præſtationes non ſint ſeruitus,tñ ſunt quaſi ſeruitus, & in eis eſt quis tuēdus,ut ff.cōmunia prędiorum.l.2.de iniur.l ſane. Si ergo priuatus dominus iſta quaſi poſſeſſione, poteſt intentare vnde vi interdictū,uel quaſi, quę quandoq; tamen ſimpliciter dicitur poſſeſſio,vt ff.de itinere.actuq; priuato.l. fi. & communia ꝑdiorū.l.2. & de petitione hęreditaris.l. regulariter. Nec obſtat lex.ff.de vſucapionib.l.ſequitur.§.ſi uiā ubi dicitur mero iure,id eſt ſtricto, quia ibi poteſt exponi ſed quaſi. Illi.n. dicitur dari interdictum unde ui,qui fuit in poſſeſſione uſufructus,ut ff.de ui & ui armata.l. plures. §. deiectum,& l.idē. §.ulti.Pręterea iura dicuntur poſſideri,uel quaſi, & ad ea,interdicta poſſeſſoria ſunt prodita, ut ff.de ſeruituribus. l. quoties.& l.ultima.ff.ſi ſeruitus uendice.l.ſicuti.§. Ariſto.ff.de iti-
70 nere actuq; priuato.l.ulti.† & uſusfructus,qui ius eſt,poſſidetur,ut ff.de bonorum poſſ.l. 3. & pro eo datur interdictū uti poſſidetis,ut ff.uti poſſidetis.l.ult. Item ius patronatus poſſidetur extra de iudic.ca.examinata. & de iure patronatus.ca. conſultationibus. Item ſi patiētia habetur pro traditione & inductione in poſſeſſione rei, ut ff. de ſeruitutib.ruſticorum prędio.l.j.in fine.Ergo impatiētia debet haberi pro ſpoliatione,quia contrariorum eadē eſt diſciplina,& eadē debet eſſe cauſa amittendi, quę eſt retinendi,ut ff.de uerb.obl.inter ſtipulantem.§.ſacram ff.de regu iur.l.nihil.& ſic per impatientiam,uel quia non admittitur q̄s,a iurib.ſpoliatur,arg. ff. de
71 cauſa poſſeſſionis & proprietatis.c. cum eccleſia. † quia & ſubtractio,ſiue non ſolo penſionis, ſiue cenſus habetur pro ſpoliatione,ut ꝓbat ext.de elect.c.quęrelam,& C de preſcriptioni.xxx.annorum.l.cum notiſſimi §. penultimo. & l.ſeq.
72 in fi.†& eo ipſo quod quis inhibetur iure ſuo uti, & ceſſat inhibitus, priuatus dicitur ſua poſſeſſione,ut extra ut lite pendente.c.ad memoriam.& ff.de noui operis nunciat. l. de pupillo.§.meminiſſe,ut hęc not.Rofred.in libello,quando quę ritur,an aliquis iuribus ſpoliatus poſſit interdictū unde ui ītentare.§.inferamus.& de interdicto unde ui.§.ſed quęrit.in fi.Et quia ꝓ iure turbato, ſeu quaſi competit quaſi uti poſſidetis,ſiue utile interdictū,ut ſtatim dicam:ergo & iure expulſo competit quaſi unde ui interdictum, ut dictum eſt. ſ. & utrunque interdictum pro rebus immobilibus competit, ut Inſtitu.de interdict.& ff.de ui & ui armata.l.j.§.ſi quis de naue.ff.uti poſſi.l.j. quaſi per totū.† ergo & pro iuribus utrunque dabitur,cum iura inter immobilia computentur, ut C. de ſacroſ.eccl.l.iubemus.Dantur enim interdicta & pro in-
73

re

Source : BIU Cujas

vſus vel vſusfructus reſtituendo & cuiuſq; ſeruitutis,licet nõ poſſideãtur.ff.quorum leg.l.j.§.quod ait. & quod ꝓ iure turbato,quodcunq; illud ſit,& detur vtile interdictum vti poſſideris, ꝓbaꝫ & eſt exꝑſsũ.ff.vti poſſideris.l.ſi duo. §. Labeo. & l.vlt.& ff.de ſeruitutib. l.penul.ff. de aqua plu.arcen.l.j.§.fina.& l.vltima.ff.ſi ſeruitus vend.l.2.§.Pomponius.& l.ſicuti. §.Ariſto.ff.de itinere actuque priuato.l.prima §. 2. & vlti.& l.inde.§.idem Iulianus.ff.de aqua quotidiana & æſti.l.prima §.ſi inter riuales.ff.de iureiur.l. ſane.ff. de ſuperficiebus.l.j.§. ſi.ff.de vi & vi armata.l.vim facit.ff.communia ꝓdiorum.l.2. in ſi. Et erit tuendus dominus per hoc ĩterdictum vti poſſidetis, vel reſtituendus per vnde vi: etiam ſi ius ſeruitutis hoc modo non probet: vel non habeat,dum tñ quaſi poſſeſſionẽ ꝓbet,vt in prẽalleg.l.ff.de vi & vi arm. ſi plures. §. fina.ff.de aqua pluuia arcenda.l.vlti. & in penulti. cuius facti probatio poterit fieri per famã,ſi probatio facienda erit diuturni tẽporis,diuturnitate puta centũ annorũ, arg. ff. de probat.l.ſi arbiter.maxime cum publica fama probet.ff.de teſti.l.teſtium. vbi fama,ſeu famæ probatio parificatur teſtiũ ꝓbõni,ſeu te
74 ſtium numero.† Et quod ſola fama probet, dicit lex.ff.de fluui.l.j.§.j.& ff.de ſun.lega.l.cũ de lanionis.§.alĩã.& hoc ſi fama eſt publica: Secus ſi paucorum, inter quos dicitur eſſe fama,vt extra de accu.c.inquiſitionis.§.fina. Vel ſaltem ſubueniendum eſt domino, ſeu illi eſt in prædicta quaſi poſſeſſione, officio iudicis ſecundum determinationem. l. C.lib. 11. de agri.& cenſi l.litibus,vt de hoc dictum eſt infra eodem.§. vbi. Vel per actionem in factum,ex quo actio deficit, vt ff.ãmino.l.in cauſæ.de præſcrip.verb. l. quoties. Et q ſpoliaꝫ iuribus,poſſet etiam intentare conſtitutionem, ſi quis in tantam,vt notauit in hac quæſtione Rofie. in titu.vnde vi.§.vlt. Subuenitur etiam tali modo in iure prędicto turbato vel eo ſpoliato de ęquitate canonica condictione ex canone: & licet de iure ciuili non ſubueniretur eidem,ſm quod dñs Rofred.tradit in libello ſuo iuris canonici, in Rub.ſi aliquis ſpolietur de poſſeſſione,vel quaſi iuris incorporalium, licet de rigore iuris non detur aliquod poſſeſſorium ꝓ recuperãda poſſeſſione, quia iura canonica non ſequũtur nec obſeruãt ſolennitatẽ iuris,vt extra de iud.c.dilecti. & extra de reſt.ſpo. c.ſępè,& extra de do. & cõt. c. adhoc ſecundum q̃ æquitatẽ canonicam,quis dicitur ſpoliari,vel quaſi iuribus,vnde competit reſtitutio vel quaſi: quia poterit competere ad reſtitutionem faciendam vel petendam condictio ex canone per c.reintegranda,quod eſt.3.q.j. reintegranda,cum ſuis concordant.infra notatis.Sic non fiet de rigore iuris reſtitutio per ĩterdictum vnde vi: quia ſic non poſſet fieri, vt condictione
75 ex canone de ęquitate canonica. † Et ꝙ iurium poſſit fieri ſpoliatio & reſtitutio ſeu quaſi, his iuribus manifeſte ꝓbaꝫ. 2.q.2.c.nullus poteſt. & extra de cauſa poſſeſ. & propri.c.cũ eccleſia.& 3.q.2.c.ſi epiſcopus.extra.de elect. c.quærelam,extra de lite penden.c.à memoria,extra de capel. mo.c.dilectꝰ. Præterea dicunt canones quemlibet ſpoliatum reb. ſuis omnibus,quibus eſt ſpoliatus integre reſtituendum: & oĩa ſibi ablata reintegrãda.3.q.j.quaſi per totum. & q.2.c.2.& 3.& c. ſi epiſcopus & 2.q.2.c.antiquitus.& c.ſeq.& c.nullus epiſcoporum,& c.ſeq.& c.vlti. Ergo vt illa vniuerſalis ſit vera, fiet iurium reſtitutio,argu.ff.de rebus dubijs, l. ſi is qui contra.§. ſed vtrum. Nam vniuerſali iudicio fit iurium reſtitutio, vt ff. de pet.hę l.item vide §.fin.& ſi fiat iurĩũ reſtitutio, ergo omnium: quia reſtitutio eſt facienda cum omni cauſa. Qđ verbum generale eſt, continens prioris ſtatus reintegrationẽ,vt manifeſte,dicũt dicta iura,& probatur.ff.de vſur.l. videamꝰ. §.in Fauiana.ff.de verbo.ſignific.l.reſtituere.C.de ſententiam paſ.& reſti.l.j. Et quia omnium rerum eſt facienda reſtitutio, vt dicta capitula dicunt, ergo & iurium facienda erit: quia
76 appellatione rerum: quod verbum eſt generale, iura continentur,vt ff.ſi certum peta.l.j.in fine.ff.de verborum ſignificatio.l.rei. Vnde cum per ſupraſcripta cõſtet quòd poſſeſſorium competere poſſet pro huiuſmodi annuis pręſtationibus: vel quòd dominus aliquo de prædictis modis tuendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione, vel reſtituendus ad eã. Ergo eadẽ ratione dicendum eſt, in 2. q. ꝙ poteſt fieri miſſio cauſa rei ſeruandæ,ſi vaſallus eſt contumax, quia in nomina debitorum fit miſſio,vt ff.de re iud. l. a diuo. §.fi. Similiter & in his conſtituitur prętorium pignus & conuentionale,vt C.de pto.pig.l.j.& in d.l.a diuo,ĩ fi.& in ſeruitutib.vt ff.de pig. l.ſed an. & miſſio cauſa rei ſeruãdę, eſt pignus, vt C. de præto.pig. l.2. Nec obſtat,ff.ex quibus cau.in poſ. eatur. l. Fulcinius. Nã ſi talis præſtatio, quæ conſumpta eſt, non ꝑt reſtitui,ſufficit tantundem in eodẽ genere, vel eius ęſtimationem reddi, vt ff.de preſc.ver.l. vlt. & ita reſponſum eſt ad tertiam quæſtionem. Econtra,quòd vnde vi interdictum,intentare non poſſit dñs,facit: Cum prędicta non poſſideantur,quia ſola poſſidentur quę corporalia ſunt,vt ff.de acquir. poſ. l. poſſideri.ĩ prin. Nam vſusfructus,quod eſt ius poſſideri nõ poteſt, vt ff. ad exhib. l. Celſus.§.Iul. Ergo pro talibus non datur interdictum,qñ non poſſidentur,vt ff.de acq.re.do.l. ſeruus.§.incorporales, quia in corporalia ſunt, vt ff.de rerum diuiſio.l.j. Inſti.de rẽbus incorpor. Illa enim quæ ſunt in bonis, dicuntur poſſideri,ſed iura non ſunt in bonis noſtris, nec extra, vt ff. de vſufru.lega.l.j. Et ideo non poſſidentur, nec pro eis datur hoc interdictũ. Itẽ dicit lex expreſſim, ꝙ ĩterdictum vnde vi, non datur pro ſeruiture, quia nemo deijci poteſt mero iure,vt ff.de vſucap. l. ſequitur.§. ſi viam. hoc idem ꝓbatur ext. de reſtitu.ſpo.c.Piſanis. Nec obſtat quòd pro ſeruitutibus vi-
77 deãꝫ dari interdictũ vti poſſidetis. † Multa enim licent nobis per retentionem, quæ nobis nõ licent, nec ꝓſunt ꝑ actionẽ, vt ff.de cond.ind.l.ſi in area. Imò nec vnde vi, nec vti poſſidetis,poreſt ei competere: nam illa qualiſqualis iuris poſſeſſio ita debilis eſt, quòd nec retineri poteſt per interdictum vti poſſidetis,niſi fuerit præſcripta,vt apparet ĩ itinere, vel actu. Nã licet aliquis ſit ĩ poſſeſſione viæ,vel itineris, vel actus,nõ habet interdictum vti poſſidetis, donec fuerit vſus. xxx. diebus,vt ff.de itinere actuque priuato.l.j.§.j & l. 3. §.hoc autẽ a ſuperiore. ergo cum nec retineri poſſit ius,quod petiꝫ ꝑ aliquod interdictum,niſi 30. diebus vſus fuerit, multominus põt dominus audiri de poſſeſſione recuperanda, niſi fuerit vſus 30.vicibus ſiue annis ad minus,vt C.lib. xj. de agrico.& cenſi.l. litibus. Prętera ille demum poteſt agere reali actione,ſcilicet confeſſoria,qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis, vt ff. ſi ſerui.vend.l.& ſi §.j. ergo ſi nõ poſſideat ſeu quaſi, eã non ꝑt per confeſſoriam vendicare,nec interdictum hñc, vt ibidem,arg.ff.de aqua plu.arcen.l.j.§.fi.ff. quemad.ſerui.amit.l. vlt.ff.ſi ſeruit.vendi.l. ſicuti §. Ariſto. Sed qa diſputamus circa ſeruitutes,dico quòd procuratio, vel ſimilis ꝑſonalis ꝑſtatio nõ eſt ſeruitus ꝑſonaliſſima,ut dixit Azo: quia ſic cum ꝑſona finiretur,ſi eſſet perſonalis ſeruitus, vt ff.de aqua quo. & eſti.l.j.§.pe. Et ęſtimaretur mutatione rei,vt ff.quib.modis vſusfructus amit.l.repeti §.2. Sed nec ſeruitus prędialis, quia non debetur ex alio prædio, nec propter rem, nec eſt circa rem,vt ff.de ſerui.l.vt pomum.ff.de ſerui.l. j. & 3.ff.de ſer.ruſtic.prædi.l.ergo.§. j. Et ſimile notat Azo in ſumma,de ſerui. & aqua.§.quid ſi ille. Vnde cum non ſit perſonalis,nec ꝑdialis ſeruitus,aliquod interdictum pro ipſa præſtatione nõ cõpetit,vt hoc notat Azo in ſumma,de ſeruitu.§.dantur. Nam nec etiam paſtꝰ pecoris,qui magis imitatur naturam procurationis,vel huiuſmodi annuæ pręſtationis, quàm aliquam aliã ſeruitutẽ,põt ei conſtitui, qui vicinum prędium nõ habet,vt ff.de ſerui.l.ergo.§.j. Amplius dico,ſeruitutes etſi non ſint corporalia, multum tñ accedunt ad naturam corporalium,quia inhærent ipſis corporibus, & ex ipſis corporibus debentur ſeu percipiuntur,& ipſis corporibus debentur. Et traditiõe ipſorum corporum facta,& ipſæ ſeruitutes traditæ intelliguntur cum ipſis corporibus, quib. inhęrent,vt ff.de ſeruitutib.l.ſeruitutes,in prin.& l. pen. & in prẽallegatis. ll.ff. de nego.geſt.l.qui aliena.in fi. Ideo propter ſeruitutes data eſt actio realis confeſſoria,vt ff.ſi ſerui.vendi.l.4. §. competit. Et per conſequentiam ẽt poſſeſſoria iudicia,ſcilicet interdictũ, vt ff.de aqua plu.arcen.l.j.§.fi.ff.quemadmo.ſer.amit.l.vl.ff.ſi ſer.ven.l.ſicuti.§. Ariſto. Cum actio in rem,naturaliter comitatur poſſeſſoriũ,vt qui rem põt vẽdicare, poſſit ad eius poſſeſſionem aſpirare. Quia vtrunque datur propter rem,uel circa rem, ſ.rei uendicatio & iudicium poſſeſſorium. Quare non eſt mirum,ſi in ſeruituribus admittatur poſſeſſoria quę dã actio, ex quo ĩ rẽ pro ipſis datur actio,ut dictũ eſt. Sed ꝑcuratio uel huiuſmodi annua præſtatio, ex nullo corpore debetur. Ideo non datur actio in rẽ, ergo nec aliqđ poſſeſſoriũ,argumento legũ ꝓdictarũ,& licet qdã ſint in ea ſentẽtia, ꝙ pro talibus annuis pręſtationibus detur vtile interdictum.
78 † tamen ſecundum illorum ſententiam hoc interdictũ tũc competit domino, contra colonum,uel manentem ſuum, uel uaſallum, cum talia annua ſunt pręſtanda & debita ab eiſdẽ,ut quia fuerunt conſtituta,alioquin ſi aliqb. annis fuerint ꝓſtita,eſt neceſſe ꝙ decem annis ſint præſtita a quoliber, ꝑterquã a ruſticis in quib.eſt conſiderandum, quòd ut ea,ſ. ſoluerint.xxx.an.ut dicta.l.litibus,quod debet probari ĩ cauſæ proceſſu, ut notat Rofred.in ſumma de cenſibus, ſcilicet ꝙ ſit huiuſmodi ius debitum ſiue conſtitutum, & prędicto tempore ſolutio facta, nec ſufficeret ſola probatio ſolutionis,niſi probaretur,ipſum ius fore debitũ, uel legitimo mõ acquiſitum: uel xxx.an.inde ſolutio facta, ut ff. communia
79 prędio.l.2.& in d.l.litibus, in prin.† Sicut in interdicto de itinere actuq; priuato: ubi non ſufficit ꝓbare poſſeſſionẽ, niſi & ſeruitus ꝓbẽ dẽri, uel ſaltem xxx.uicib.eius uſus habitus. ff.de itinere actuq; priua.l.j.§.2.& l.3.§. hoc autẽ a ſuperiore
80 Et interdicto,ne quid in loco publico,non ſufficit,ſi ꝓbet ſe poſſidere,niſi habet ſibi permiſſum ædificare lege uel ſenatuſ conſulto uel a principe,ut ff.nequid in lo.publi.fiat.l.3.§. idẽ
81 ait. † Idem eſt in interdicto, ne quid in loco ſacro fiat ubi

non

Source : BIU Cujas

non ſufficit,quod probet quis ſe locum poſſediſſe, niſi pro-
bet,quod principis authoritate illud fecerit, vt ff.ne quid in
82 loco ſacro.l.fin.† Idem in interdicto de mortuo inferendo,
non ſufficit ſola poſſeſſio, niſi & ius inferendi probatur, ff.
de mortuo inferendo.l.i.& argum.ad idem. ff.de liberis exh.
l.deinde.§.hoc autem interdictum. Et eſt hoc expreſſum in
hoc interdicto vti poſſidetis,quod non ſufficit poſſeſſionem
probare,niſi & ipſum ius debitum probetur. ff.de aqua plu.
arcen.l.j.§.fi.& notatur.ff.ſi ſeruitus vẽ.l.ſicut. §. Ariſto.in fi.
ff.de operis lib.l.operis.& ff.de probat.l.quoties operæ.Vnde
actori ſua poſſeſſio nihil prodeſt niſi ius ſe habere probet
percipiendi,prędicta ratione,alicuius rei,vt ext.de elec.capit.
querelam. & extra. de probat. c.licet. circa fin.vt ſimilia no-
tat Rofre.in tit.de negatoria. §. ſed illud quæritur in dubio.
vel xxx.an.ad minus perceptionem ſe habuiſſe per l.litibus.
requirit ad hoc vt dominus tueatur contra ſuum vaſallum
colonum vel cenſitum vel conſimilem perſonam in huiuſ-
modi annuis prędtationibus,quod ipſe dominus talia perce-
perit longo & prolixo tempore,& inueterato. Vnde non
ſolum loquitur de præſcriptione longi temporis x. vel xx.an
norum,vel etiam xxx.vel xl.ſed etiam de prędcriptione lon-
giſſima:cuius temporis vel principii memoria nõ extitit vel
exiſtit. Et quod de longiſſima præſcriptione debeat dicta l.li
tibus,intelligi:patet,quoniam talis præſtatio annua non ha
bet continuum tempus,vt argumen.ff.quemadmo. ſer.ami.
l.ſi ſic.nec perpetuam cauſſam. Et ideo non acquiritur lon-
go tẽpore,ſed tanto cuius contrarii non ſit memoria, vt
ff.de aqua quoti.& æſtiua.l.hoc iure.§.ductus.Et notatur per
Azo.C.de ſer.& aqua,ſuper.l.i.& ii.ff.de ſerui. l. ſeruitutes.in
prin. Quoniam huiuſmodi præſtatio,ſine facto hominis fie
ri non poteſt. Quia non habet cauſam perpetuam, nec na-
turalem:& ideo longo tempore non acquiritur, ſed tanto,
cuius contrarii non ſit memoria,vt notat Rofred.in ti.de cõ
feſſoria, in §.item inſtatur fortius. & in multis ſeq. §§. Cum
ergo non conſtet huiuſmodi qualemqualem præſtationem
aliquo modo eſſe quæſitam,nec prędſumitur ex tempore for
te quæſitam conſtat interdictum vti poſſidetis, vel vnde vi,
non poſſe actori competere, & dominum non eſſe tuẽdum
per hoc interdictum vti poſſidetis.Et hoc præcipue, quia ex
quo actor ius acquiſiuiſſe non probatur ex ſua poſſeſſione,
nec aliter:reus habet contradicendi licentiam, vt probatur
in d.l.litibus.in prin.Et ex quo habet contradicendi licentiã
ei iniuriam non feciſſe probatur,non ſoluendo,vt eſt expreſ
ſum.ff.de aqua plu.arcen.l.ſi in meo.& ff.de dam.infec.l.Pro
culus.& § fluminum.§.vlti.& ff.ne quid in loco pub. l.j. §. ſi
quid.C.de ſerui.& aqua.l. præſes.Sed poſito ſine præiudicio,
quod interdictum vti poſſidetis,poſſet competere. adhuc di-
co vaſallum eſſe tuendum ratione duplici . primo ex eo , ꝙ
negetur actorem ius habere in dicta procuratione, vel an
nua prędtatione.Et ipſe dominus ius non probat habere, &
ita conueniri non poteſt vaſallus,ſiue cogi eam procuratio-
83 nem facere.† Quia ad indebitum ſoluendum quis cogendus
non eſt,qui indebiti vtitur exceptioue, vt C.de condi.indebi.
l.ii.ff.de probatio.l.cum de indebito.§.ſi autem is.C.de pactis.
l.creditori.quæ præſtatio annua probat indebita, ex quo de-
bita non probatur,vt ſupra dictum eſt:quam indebiti excep-
tionem miles vel ruſticus poteſt opponere, vt in d.l. cum de
indebiti. & ſic cum nõ cogatur vaſallus indebitum ſoluere,
non erit contra eum aliqua cautio facienda , cum triginta
an.eam non fecerit,vt dictum eſt, quia ſi dominus tueretur,
iam cogeretur vaſallus indebitum ſoluere ,quod eſſe nõ de
be.,vt dictum eſt . Soluendo enim quis teneri dicitur in tali
iure,argumen.dictę l.litibus.& prædictæ decretalis, querelã.
ad quam faciendam,negans ſolutionem vel tale ius eſſe de-
bitum, non eſt cogẽdus,etiam officio iudicis,niſi ſecundum
diſtinctionem d.l.litibus. Item vaſallus contendit dominum
non habere ius percipiẽdi dictam procurationem,& ipſum
in eo iure non eſſe tuendum, & ſic videtur intentare vtilem
negatoriam, & excipiendo,quod poteſt, ſecundum ſenten,
tiam Azo.quam Rofr.recitat,ti.de negatoria.§.item non. &
ſic hac propoſita exceptione, habet dominus ſatisdare, ne
vtatur illo iure quouſq; ſit cognitum,an actor ius percipien
di habeat, nec ne, vt argu. ff.ſi ſer.ven.l harum.& l. egi. ff.de
aqua quoti.& æſtiua.l.penulti. ff.de oper.no. nunt. l. ſi prius.
Vnde per hanc ſatisdationem vel cautionem , per modum
excepionis prædictæ petitam,idem vaſallus conſequetur ex-
cipiendo,quod agendo conſequeretur,vt ſimile ſit in prędiu-
dicialibus, & in multis actionibus , vt idem reus excipiendo
conſequatur quod agendo conſequeretur,prout probatur,
ff.de agno.liberis.l.fine.§.i.ff.de publi.& l.aliæ.& ff. de inoffi.
teſta.l.Papinianus.§.ſi filius,ff.ex quibus cau.maio.l.necnon.
§.exemplo.Quia cui damus actionem,multo fortius ex-
ceptionem,ſecundum regulam.Et quod excipiendo poſſit pro-
poni negatoria,probatur.ff.ſi ſer.ven. l.ſicut.in fine primi re
ſponſi.Vnde dico,quemadmodum dictam cautionem quis
agendo conſequeretur,ita excipiendo propter quę patet , ꝙ
ſi quis dicat ipſum dominum eſſe tuendum in prędicto iure,
cum non de vtendo cauere habeat , quod ex his magna re-
pugnantia ſequeretur. Quia ab vna parte caueretur de non
vtendo & ab alia vteretur:& ſic cautio eſſet prorſus inutilis,
quod dicere eſſet abſurdum,cum agendum ſit potius,vt res
de qua agitur valeat quam vt pereat,vt ff.de reg.iur. l.in con
trahenda in fi.Et ſi cautio inutilis non eſſet interponenda.ff.
de procu.l.nõ cogẽdũ.in fi.ff.de cond.& dem.l.Titio in prin.
Et poteſt etiam dici, quod prędicto modo vtraque pars ius
ſuum in iudicium deduxerit ; quia cum vaſallus ſuam inten-
tionem de iure communi fundauerit,& potiora iura offen-
ditur habere,quam obtineat in hoc interdicto,vt Inſti. de in-
terdict §.retinendæ.extra de ꝓroba.c.licet.Præterea non vide
tur ꝙ debeat aliquo modo reſtitutio ſuper aliquo mero iu-
re facti,ille qui facit reſtitutionem læditur, quoniam qui fe-
cit reſtitutionem non poteſt probare ius ſuum eſſe, quia res
ſua nemini ſeruit.vt ff.ſi vſufr.pet.l.vti.ff.de ſerui. vrban. p̃d.
l.in rẽ,ff.de ſerui.ruſti.p̃d.l.tria.Nec probare poterit, ſe nõ de
bere ſeruitutẽ aduerſario.Quia negantis factum,nulla eſt ꝓ
ꝓbatio,vt ff.de ꝓb.l.ab ea.& extra de ren.c. ſup hoc. ꝙ ſi fiat
reſtitutio in corpore aliquo,ꝙ reſtituta poſſeſſione probare
poterit rẽ ſuam eſſe, & ſic eam aduocabit.Vel ſic melius rñ-
deo,qđ facta reſtitutione, hic qui agit negatoria,ſe dominũ
rei tenetur probare,vt argum.C.de interdic.l incerti.ff.ſi ſer-
ui.vendi. l.ii.in princ. & l.loci.§.competit. & l.ſi forte. §.hoc
autem.Quo facto , is qui in poſſeſſione ſeruitutis, probabit
ſeruitutem ſibi iure conſtitutam:alioquin ſuccumbat,vt no
tatur in d. l. vlti.hic autem in tali iure de quo quæritur non
poteſt ita procedere,cum non poſſet fieri reſtitutio in corpo
re aliquo,nec circa corpus:nec ĩ poſſeſſione aliqua cum nul
la ſit diu turnitate,vel alio modo quæſita.Nam illi ſoli , qui
tale ius acquiſiuit pacto ,vel ſtipulatione, vel teſtamento,
vel temporis tranſcurſione,cuius nõ extat memoria, ſũ bue-
nitur.Quia vaſallus,qui talem procurationem vel ſeruitutẽ
præſtitit longiſſimo tempore,vel pacto,vel conſimili prędce-
dente iure,non habet contradicendi licentiam,vt C. de agr.
& cenſi.l.litibus.circa princi. Et contra talem datur vtile ĩte-
dictum uti poſſidetis,vt ſup.proxime dictum eſt. Tali enim,
qui ſic perceperit procurationem vel conſimilem præſtatio
nem,eſt inde ſolutio facienda, vt notat Gof.in ſumma de cẽ
ſibus,in §.ſed quid.& in ſequenti.§.ſi quid. & non alii, qui ius
tale non acquiſiuit,niſi ſecũdum determinationem d.l.litib.
Et illi ſoli huiuſmodi acquiritur,& eſt ſolutio facienda, qui
bonam fidem habet,vt in aliis iuribus ſiue ſeruitutibus, no
tat Azo in ſumma,vti poſſidetis.§.illud autem, & §. item cõ
ſtituuntur.Cum ergo alii non ſit ſolutio facienda, ſecundũ
ſententiam Azo. vt ſupra proxime dictum eſt, Niſi illi qui
tale ius acquiſiuit,bonafide interueniente, quomodo ergo
poſſet dici,quod talis dominus eſſet tuendus in tali poſſeſſio
ne,quæ nulla eſt,ſeu in tali iure non acquiſito pacto vel ſti-
pulatione,vel teſtamento,vel temporis tranſcurſione,cuius
non extat memoria,allegato titulo qui prędceſſiſſe prędſuma-
tur,cum non habeat cauſam continuam, & naturali cauſa
fiat,eo quod nõ eſt in re,nec circa rem ? Certe nullo modo.
Cum quis tuendus ſit contra eum,qui conceſſit,& forte nõ
contra alium,contra quem conceſſio ius non tribuit,vel nõ
valet,vt.ff.cõmunia prædi.l.ii.vt notat Azo in ſumma ti.vti
poſſide.in §.conſtituit.Sed hoc in noſtra quæſtione non põt
dici vt patet per prædicta,quod facta fuerit aliqua ſeruitutis
vel iuris conſtitutio a vaſallo, nec aliquid propter quod p̃-
ſumatur conſtitutio iuris huioſmodi facta . Ergo contra eũ
non eſt dominus tuendus,etiam per interdictum vti poſſide
tis.Et hoc patet:quia vt dictum eſt, non eſt, ſibi facienda ſo-
lutio,niſi ſecundum determinationem dictæ l.litibus. Nam
ſi facienda eſſet ſibi ſolutio,iam diceretur tueri in eo iure,ut
argum.eiuſdem legis.extra de electi.c.qualiter. quod eſſe nõ
debet,vt dictum eſt , & quia denegata ſibi ſolutione procu.
vel huiuſmodi præſtãtiæ,iã uidetur ſpoliatus,ſi quam poſſet
dici quaſi poſſeſſionem habuiſſe, & ita videtur ſibi vtile in-
terdictum vnde vi,potius competere,quod eſt falſum,vt di-
ctum eſt.Et hoc poteſt multo fortius locum habere , quan-
do procuratio vel huiuſmodi conſimilis prędtatio , prędtita
eſt,non ſuo domino,ſed alii , a quo nihil poſſidet , qui eam
præſtitit,vt minus iuris & poſſeſſionis,ſeu quaſi videatur ac
quiſitum illi,cui eſt talis facta prędtatio . Quia ibi nihil pro
eo põt præſumi:imo nec bona fides, & ſic recte & iure po-
tuit cõtradicere & renuere ſolutionẽ facere, cum ſic mani
feſte probetur indebitum,ad quod ſoluẽndum quis non eſt
cogẽdus,ſic exceptione vtatur,vt dictum eſt:& cuilibet qui
non iure ſeruitutẽ hẽt , põt impedimẽtum fieri ne vtatur
ab ipſo,cui ex eo vtĩ prędiudicium fit,nec illi iniuria fiet,vt.
C.de ſerui.& aqua.l.ij.& l.præſes.& ff.de aqua.plu.arcen.l.ſi

in

in meo.ff. de dam.infec.l.fluminum.in fi. & l. Proculus. in princi.& ff.de ser.vrb.præd.l.binas.& hoc nota. super dicta.l. Proculus & probatur expresse.ff.ne quid in loco publico.l. fi.§.si quid Et præcipue potest de huiusmodi indebito excep tionem opponere,siue solutionem recusare rusticus,siue agricultor,& forensium rerum expers,vel miles, vel alię personæ,quæ in simplicitate gaudēt,vt ff.de proba.l cum de indebito.Nec obstat lex.C.de agric. & censib. l.cum satis §. ij.
84 † Quia illa intelligenda est secundum determinationem p̄ dictæ l.li rib quę leges loquuntur in colonis & agricolis & censitis,& huiusmodi personis, quæ prædiis sunt ascriptæ, vt patet in Rubri & quasi per totum tit.Quæ personæ forte possessionum ratione,quas a dominis suis tenent, præsumū tur debita soluere,si soluerint antiquitus solui consueta,ar. in d.l.cum satis.§.ij.nisi ipsi illud in dubium deducant, iuxta
85 verba.d.l.litibus. † Vel etiam ratione suarum personarum p̄ sumuntur ea prestare & præstitisse,quia ipsi iter immobilia computantur,& pro ipsis,competit interdictum vnde vi, vt notat Rofr.in ti.vnde vi.§.quæritur,an hæc.At in extraneo. si in eo qui nō est vasallus,vel homo,vel colonus, vel ascriptitius,vel talis sic non est præsumendum.Immo totum contrarium,vt semper liber presumatur esse,nisi contrarium p̄betur,vt ff.de iusti.& iure.l.manumissionis. & l. ius ciuile.Et etiam quælibet res præsumitur,& esse debet libera, etiam vsque ad cœlum ab omni seruitute,argum.ff.de serui.l.vl.ff de aqua plu.arcē.l.fi.ff.vti pos.l.si duo.§.si vicinus.ff.quod vi aut clam l.vlt.§.penult.Immo est quæstio de iure soli,nec potest dici seruitus constituta,licet in eis seu contra eos,qui eam p̄stiterunt, aliquod ius videatur habere,qui talem præstationem recepit.Et ideo hoc interdictum vti possidetis,ei nō potest competere,vt alias dicitur in creditore misso in poss.iure soli,qui non possidet.Et ideo hoc interdictum sibi non competit,& idem in similibus,vt ff.vti possidetis.l.si duo. §. creditores.Vt hoc notat Azo in summa,vti possidetis. §. dantur ī vsu.Cœterumcirca hanc quæstionē possent notari pro & cō tra,quę dicta sunt sup.in summa in ti.quibus casib. seu. amit. §.sed quid erit si dominus & in sequentibus quæstionibus.
Probato ergo, quod nulla sit probatio talium possessionū, vel quasi possessionum, patet quòd nec esse potest missio in possessionem causa rei seruandę, quia inde repugnantia sequeretur,nisi enim dominus posset mitti in possessionem huius procurationis,vel annuę prestationis, vbi concederet ipse dominus uel consimilia reciperet? vnde lex expresse dicit,quod missus in possessionem causa rei seruandę,non dēt ibi bibere vel comedere,vt ff.q.ex cau.in poss.ea.l. Fulcinius, in prin.ergo naturalis res est impedimento,quia si res esset ꝙ sumpta,non posset restitui reo,si veniret inf.annum.& caue ret de iudicio sisti,est lex C.de præscri.xxx.vel xl.an. l.si quis.
86 §.penul. †In hac quæstione Azo dixit,quòd in seruitute,siue in iure seruitutis nō hēt locum interdictum vnde vi vtile,vł directum,vt ff.de vsucapi.l.sequitur.§.si viam. Sed vti possidetis interdictum satis potest admitti,vt not.Az.in summa,vti possidetis.§.dantur.& ff.de acquiren.pos.circa prin. Et Rofr. super interdicto vti possidetis, circa fi. Sed hæc solutio non multum facit domino damnum,vel eius intentioni, quia si ne habeat interdictum vnde,vi ad recuperandam possessionem, siue uti possidetis, ad retinendam, dicens se fuisse & esse in possessione talis præstationis,& vasallum sibi eam impedire, satis recidit in eandem vtilitatem domino.Immo in talibus melius proponeretur vti possidetis, quam vnde vi interdictum,quia in veteri possessione secundum quosdam, probare posset & turbationem, in alio vero oportet probare expulsionem.Sed dicit Az.quòd pro procuratione huiusmodi non debita, saltem temporis præsumptione, nullum possessorium competit,etiam vti possidetis interdictum:nec cōfessoria actio,vel alia huiusmodi, rationibus supradictis: licet aliud dicat in decimis & in iure patronatus,quia magis versantur circa res certas.Præterea expressam inducit.l.per q̄ certus modus statutus est in his præstationibus annuis, C. de agric.& censi.l.litibus li.xi in prin.Et illum modum dicit sequendum & per eam determinauit hanc quæstionem,cum aliis premissis rationibus,pro hac parte allegatis. Lex enim illa dicit,quòd licet domino solutæ fuerint aliquę præstationes,& videatur esse in possessione illarum: si tamē colonus dicat, sibi nullo iure deberi, probabit dominus:nisi longissimo tempore eas acceperit, per quod videatur ius acquisiuisse.& pro eo potest induci d.capit.contra morem,& xviij. q.ii.seruitium.& i.q.iij.c.quæsitum.& ff.si ser.ven.l.ti quis diu turno.qui suam sententiam defendendo dicebat, restitutionem talium non posse peti ratione præteritarum & præstitarum, qa sunt solutæ, nec rōne futurarum,cum restitutio futurum tempus nō respiciat,sed præteritum,quare est prioris status reintegratio,vt ff.de mino.l.ꝙ si minor.§.restitutio. & quia nunquam potest peti restitutio eius,quod nunquam fuit habitum,quia nemo amittit quod non habet,vt ff.quē adm.ser.amit.l.si partem.& l.precedenti.& ff. de act.emp.l.si seruum.Nec desinit quis habere,quod nunquam habuit, vt ff.de reg.iur.l.non potest videri. & hoc idem notat do. Rofr. inf.ti.de officio iud.per quod subuenitur domino & sup.proxi.§.vbi hoc notatum est. Si vero in talibus prestationib.ius est domino acquisitum,dixit quod sibi competat vtile interdictum,vbi talia notat Rofr.circa fi.de interdicto vti possidetis,& in tit.vnde vi super quæstione vlti.quia tunc hominum dominus,quod sibi turbatur,vel aufertur, propter quod hēt vtile interdictum vnde vi,vel vti possidetis Gofr.etiam in sūma de censib §.sed quid si per xl.& Pi.in quæstione sua similia notat,de benignitate vero cano.potest possessorium intē tari pro quolibet iure,vt sup.dictum est,restituēdo & tuēdo. In qua sententia fuerunt multi rationib.sup.pro prima parte allegatis,& etiam secundum hæc iura,vt in ti.incip.lib. i.ca. inuest.§.si vero vasallus.Et hoc potest locū hre, præcipue excipiendo contra actionem vasalli ut repelletur ab agendo, donec restituatur dominus in pristinum,vt extra de or. cog. c.vlt.iii.q i.c.ii.iii.& iiij.Similem vide sup.in summa in ti.quibus,mo.& in quibus casibus feu.amit.§.sed quid erit si dominus.Quid erit,si ille qui talem præstationem recepit,agit, vt teneatur in illo iure, & aduersarius qui illud præstitit agit negatoria,quę istarum quęstionum de iure præfertur? Hanc habui quæstionē de facto,& volui ostendere: quod negatoriæ actionis quæstio perferretur per legem. ff.de aqua quoti. & æsti.l.penult.cum suis concordantiis proxim.supra allegatis.Et facit ad hāc quæstionem,ff.de usufructus. pe.l.vlti.ī fi. Et pro hac parte vide multas rationes & iura, quæ allegata sunt supra in proxi.quæst.& supra eadem summa. §. si vero. de domino quę possunt pro, & contra hic repeti. Sed quod negatoriæ differatur quæstio,de hoc videtur casus in contrarium.C.de interdict.l.incerti cum his, quæ ibi no.Accurt.in glo.quæ incipit,Ioan.Az.& Hugoli. ita dom.Vber. de Bobi. pro hac parte dicentem & soluentem. Vbi vero repetit per condictionem ob cām potest formari talis. Pone qđ dominus concesit feudum alicui militi, se multum de militia & strenuitate iactanti,quem facta feudi concessione inutilem inuenit,nunquid dominus feudum repetit per condictionē sine causa uel ex iniusta causa? Et uidetur quod sic, quia cā, quæ in principio iusta videbatur,recidit in iniustam, vt ff. de condi. sine cau.l.i. Vel repetit rē p̄ condictionem ob causā: vt pote causa militię & strenuitatis non secuta, vt ff.de condi.ob cau.l.i.& ii.& quasi per totum,& C.eod.titu.l.ii.Debet iuuari dominus,qui certat de damno vitando,& non vasallus,qui de lucro captādo certat,vt C.de iure deli l.sancimus, §.si vero quorum non est par causa. C.de codicil.l.fin.Licet enim causa dandi non fuerit expressa,tamen istius vasalli temeraria asseueratio inducit repetitionem, vt alias in venditore, qui alias non tenetur tamen propter suam facilem asseuerationem,quam facere non debuit tenetur,vt ff.de acti. emp.l.Iulianus §.i. Nam ille vasallus se commendabat in p̄niciem,aliorum & propter dolum,unde tenetur, ut argum. ff. de dolo.l.qdam debitor §.actio de dolo ad interesse.& ff. de dolo.l.arbitrio.Imo dico quod propter prædictam cōmē dātiam debet ipso iure fieri reuocatio,quia dolus dedit cām contractui. Vnde ipso iure nullus est contractus si esset bonæfidei,ut ff.de dolo.l.eleganter in princi. Sed quia est stricti iuris licet,contractus tenuerit, debet tamen rescindi p̄ actionem de dolo,vasallo possidente. Domino uero possidente, si conueniatur ut rem tradat,tuebitur se doli exceptione, ut C.de inuti.stip.l.dolo uel metu,ff.quod metus causa,l.metū, §.sed quod prętor.§.sequenti. & ff.de verbo.obligat.l.si quis cum aliter.Sic ergo lingua uasalli affert sibi damnum.Nam lingua fuit damno lingua faciente loquaci.Fecit enim ille p̄tra Catonem dicentem. Nec te collaudes,nec te culpaueris ipse.Et alibi,nec uelis rerū quicquid laudare tuarū.Nisi sint alterius ore probata prius.Quòd.n dolum cōmiserit ille uasallus uideas:nonne dicit authoritas.Multa fidē promissa leuant,ubi plenius æquo.Laudat uenales,quas uult extrudere merces.Cū igit uasallus debeat puniri de tali iactantia,qua fronte suum defendat errorem nescio,vt argumen. ff.de nego.gest.l.si quis negocia,& ff.sol.mat.l.si ab hostibus.§.fina. Falsa enim istius iactātia, fuit causa concessionis feudi,quę causa, s.militia strenuitatis cessat,ergo cessabit eius effectus, C.de condi.ob cau.l.ii.Nam huius feudi concessio,facta fuit vasallo,vt illi quem dominus vtilem,probum,& strenuum esse credebat Sed ipsum prorsus inutilem inuenit: & ita non valet feudi.facta cōcessio.Sicut nec valet institutio facta, cū quis vt filius, si quem īstituīt cū nō sit filius sciuisset testator suū non esse filiū, nō instituisset,vt C.de hæredib.inst.l. si p̄. Nec priuilegii facta concessio, qđ tacita veritate impetratū est: Qua expressa datum non fuisset,vt ar. ff de vētre.in poss. mit.l.i. in fin.extra de rescrip.c.sup.literis,cum concor.nec tu

toris

toris, ex quo in facti causa narratur, vt ff. de tut. & cura. da. ab his. l. tutor. Insti. qui dari tu. pos. j. Resp. & ad hoc argum. C. de condi. inde. l. vlt. Cum igitur dolum commiserit ille vasallus ratione suæ commendationis. ff. de excu. tut. l. qui testamen. & dominus, qui ignorabat, cum quo seu qualiter contrahebat est puniendus, vt xxii. q. j. per totum. & q. ii. c. is, cum sequē
88 tibus capitulis, cum suis concor. sup. notatis in summa, in ti. quibus res in feu. dari potest. §. in seruo. & §. sequen. † Et si est
89 ecclesia, quæ talem fecit concessionem, subuenietur ei beneficio restitutionis, quia tale feudum concedendo læsa est, & vtitur iure reipublicæ, vt C. de sacrosanct. eccle. l. vlti. † Et res publica. vtitur iure minoris, vt C. ex quibus cau. ma. l. res publica. & C. lib. xi. de iure reipublicæ. l. rem publicam. extra
90 de in teg. rest. capitu. i. & capitu. auditis. † Et videtur etiam ex presſum, quod si indigno beneficium concedatur, potest sibi auferri, vt extra de clerico non resid. in eccl. vel præb. c. quia & argumen. C. lib. x. de profess. & me. l. ii. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim sup. no. in ti. quib. mo. & in quib. casib. feu. amit. §.
91 item nunquid amittit feudum si clericus. † Item in feudis cōcedendis vel retinendis cōditio personæ locum facit beneficio, vt probatur per ea, quę j. proximo allegato. §. notantur, sup. quib. res in feu. dari po. per totum. Vnde cum in persona istius ea deficiat cōditio personæ, s. vtilis, beneficium quoque deficiet, vt ff. de re. iur. l. in omnibus. causis. Econtra videtur, quod ille qui concessit non potest contra suum factum, venire, etiam si iure nō teneat, vt ff. de adopt. l. post mortem, & ff. de serui. rust. præd. l. per fundum. Nec nocet, quod dominus, qui gerebat in mente prædictam confessionis causam, ipsam nō expressit: quia talis causa, quæ mente geritur, si nō exprimitur, non facit locum repetitioni, vt C. de condict. ob cau. l. si repetendi. & C. de transac. l. si maiores. & l. cum do-
93 nationis. † Nec huic sua cōmendatio nocet, nā licitum videt esse cuilibet se cōmendare, vt fecit Vlpianus qui se nobilē eē dixit ff. de censi l. i. Nec verba suæ commendationis ipsum ī aliquo obligarunt, vt ff. de contrahen. emp. l. ea quæ commē dandi causa. Et si suasor arguendus esset, quia se commen-
94 dauit, & dominus æquè multò fortius, † quia non debuit nimis esse facilis ad credendum, vt ff. quando ex facto. l. i. & ff. de eo, per quem factum. l. i. § i. xi. q. iii. c. non solum. Et sic qđ ipse dominus fecit, reuocare non debet, vt xix. q. iiij. ca. innocens. Præcipue quia certus debet esse conditionis eius, cum quo contraxit. vt ff. de reg. iur. l. qui cum alio. Item non nocet huic sua commendatio, quia licet se commendauerit, & non sit summe strenuus miles, sufficit quod sit qualis qualis, vt argum. ff. de ædil. edic. l. si sciendum, in prin. & §. ea. & §.
95 illud. & l. si quis venditor. † & quotidianus armorum vsus viros efficit approbatos, vt argum. C. de iudi. l. certi. & argumē. ff. de hære. vel act. ven. l. si nomen. ff. de iudi. l. si plus. §. vlti. In hac quæstione dixit Rofr. dominum non esse audiēdum, ex quo causa non fuit expressa, licet illam in corde gereret, vt ī d. l. repetendi, cum suis præallegatis concordan. Ex causa tamen, dixit restitutionis beneficio adiuuandum, rationibus,
96 supra in fine primę partis allegatis. † Quid si est commissa res feudi, nunquid dominus eam vendicando proposita directa rei vendicatioue, repellitur exceptione vtilis dominii; Videtur quod sic, vt ff. de superfi. l. i. §. quod ait. ff. de rei ven. l. fructus. Quia actio vtilis directæ præfertur. ff. de procur. l. si p curator, sed dic contrarium, vt ff. si ager. vecti. l. i. ff. vti possid. l. si duo. §. Labeo, ff. ne quid in loco publi. fiat. l. i. in fin. Cum causam mouet dominus, rem repetendo vt commissum, subuenitur secundum formam traditam supra, qualiter feudum commissum potest vasallo auferri, per totum. Si enim res commissa non sit, sed dominus eam aliter vendicat a vasallo, repelletur excep. vt argum. ff. de super. l. i. §. quod ait. Et
97 hoc potest locum habere, vbi de inuestitura constat. † Sed pone, quod de ipsa inuestitura non, constat nec constare potest ille tamen vasallus xxx. annis & amplius feudum tenuit, siue rem loco feudi, nunquid Dominus ipsum inde poterit expellere? Et videtur quod sic, non obstāte prescriptione. nam vasallus dicitur vsufructu arius, vt supra tit. qualiter iurare dēat vasallus §. econtrario. infra in tit. in quibus casibus feudum amit. in prin. ergo non possidet, secundum quosdam, vt ff. q satisda. cogan. l. sciendum. C. de vsufru. l. neque. ff. de precario l. certe. §. ii. Igitur præscriptio non iuuat, quia sine possessione non currit præscriptio, vt ff. ex quibus caus. ma. l. denique. Non possidet, scilicet naturaliter & ciuiliter, vt in dicta, l. neque, ff. de acquir. rer. do. l. acquiritur. §. finali. Restat ergo, qđ cum solus dominus possidet, ei possidenti nō currit prescrip tio, ut C. de prescrip. 30. anno. l. male agitur, in fine, & l. com petit. Nam cum possideat Dominus, non potest dici negligens, & ita contra negligentes & sui iuris contemptores p scriptiones currunt, vt C. de annali excep. l. finali. & extra de præscrip. c. vigilanti. C. de in offi. test. l. contra maiores. & C. de edic. diui Adriani tollen. l. finali. in fine. Item alia ratione: iste vasallus sciebat prędium & omne quod emanat ex prędio, ad Dominum pertinere, ergo non prescribit, vt in d. l. acquiritur. §. fi. extra de prescrip. c. quoniam omne. Item omne ius, quod emanat ex prędio, est eiusdem iuris cum ipso prædio, & cum principali, vt C. de vsu. l. eos qui. circa in prin. ff. si certa. peta. l. lecta. extra de fide. instr. capitu. inter. C. de pact. pign. & omni causa. l. i. Sed in ipso prædio hoc est circa proprietatē prędii non currit domino prescriptio, vt in d. l. male. eod. tit. cum notissimi. §. final. Ergo nec in eius accessorio, scilicet in ipso vsufructu, qui est accessorius ipsi prędio, siue proprietati ipsius prędii. Et ita dominus ipsum potest inde expellere, siue rem vendicare, nulla exceptione obstante. Item ille possidet, cui seruitium prestatur, quia eius nomine possidetur, vt ff. de acquiren. pos. l. quod meo. extra de resti. spol. c. cum accessisset. extra de appel. c. bonę. C. communia de vsucap. l. i. Ergo a tali debet suę possessionis initium requiri, vt in d. l. male. C. de pign. actio. l. nec creditores. quomodo ergo ille vasallus se defendat contra dominum, cum a domino conueniatur, a quo causam suę possessionis, siue inuestituram, ipsum oportet ostendere se habere, nisi forte probetur dominum ei perpetuo concessisse in feudum, vt in eadem l. male. & ff. si ager. vectigal. l. i. Talis enim comparatur precario posfidenti, vt argum. in dicta. l. certe. §. ii. Sicut ergo dominus quandocunque vult suum recuperat precarium, non obstante prescriptione, ita quoque hic, quia similium idem est iudicium. ff. ad leg. Aqui. l illud. C. de consti. pec. l. fi. Item aut ille vasallus voluit prescribere, quod dominus non habeat in re, in quo casu truffa esse videtur, vt dicatur illud prescripsisse, quod dominus in re non habebat, quia eius periculo nihil est, qui nihil habet, vt ff. de fur. l. itaque fullo. & quod qs non habet p r prescriptionem, vel alio modo, amittere non potest, vt ff. q. bus modis ususfruct. amit. l. i. ff. de acti. emp. l. si seruum. ff. quę adm. ser. amit. l. si partem. aut ius, quod in re dominus habebat. quod non obstat, quia tale ius, quale sibi uendicat ille vasallus, non habet dominus in re, vt argum. ff. si vsusfr. petatur. l. vti frui. i. Respon. & ff. de ser. rust. præd. l. tria. In quo ergo obiiciet prescriptionem? Certe in nullo, ut argum. ff. ex quib. caus. ma. l. nec vtilem. ff. quemadmodū seruit. amit. l. si quis. Præterea ex quo expressus consensus non potest operari, vt res precario concessa, inuito domino retineatur, vt in dicta. l. cū precario. quomodo ergo tacitus cōsensus hoc operabitur, per diuturnitatē temporis, cum tempus nō sit modus inducendę obligationis, vt ff. de actio. & obli. l. obligationē. cum expressa non minus operentur, quam tacita, imo quandoque plus, ut C. quę res pig. obl. possunt. l. i. & l. spem. & ff. de pig. act. l. Caius. ff. in quibus cau. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. nō videtur. & l. si consensit. j. Respon. ff. de procur. l. filius. §. inuitum. ff. de serui. urba. prędi. l. inuitum. ff. de pig. l. obligatione. unde in partiario colono dixerunt quidam Doctores Bononienses consulti; domino, ex quo tanto tempore non excluditur, dari præscriptis uerbis actionem, dicentes inter dominum & colonum quasi locationem & conductionem esse sine pecunia certa, argum. ff. depositi. l. i. §. si quis seruum. Alii dixerunt, inter dominum & colonum esse instat societatis, & dixerunt domino utilem pro socio actionem competere, ut ff. locati. l. si merces. §. uis. & simile alibi. ff. mādat. l. idemq; & in fundo. §. idem. & simile. ff. de neg. gest. l liberto. j. respō. Econtra uidetur quod uasallus ille se tueri possit p scrip. 30. uel 40. ann. licet inuestituram non probet, quia tanto tpe omnis actio, & omne ius tollit, ut C. de præscr. 30. an.
98 l. omnis. & ext. eo. ti. c. ad aures. † Nec obstant pdictę. ll. male agitur, & l. cum notissimi. §. fi. quia illę ll. loquūtur ī dñio nō pscribēdo, qa nō potest ab huiusmodi personis pscribit, qa illud nō possident, ut ibi patet. At aliud est in iure feudi uel consimili, quia potest pscribi. C. de fun. patri. lib. xi. l. finali. & C. de pscrip. 30. ann. l. competit. Nec mirum, si pscribitur iuri, feudi, vel colonario quod possidetur, & non iuri dñii, cp non possidetur a uasallo uel colono ut patet, in d. l. fi. Quę pscribitur personali & non hypothecarię actioni, licet sit accessoria, vt de pscr. 30. an. l. cum notisimi. i. respon. in fi. Et simile in creditore, qui pscribit personali actioni pignoratitiæ, siue iuri offerendi, & in locati & commodati actione, & in familię erciscundę, & communi diuidundo actionibus quib. pscribitur & non rei uendicationi, ut notat Azo in summa
99 de pscri. 30. anno. §. super quibusdam, usque ad effectus. † Itē sunt certi casus, in quibus. 30. anno. non competit pscriptio. C. de sacrosan. ecc. l. vt inter diuinum. C. de agri. & cen. l. cum satis. in prin. & l. cum simus §. fi. C. de pscri. longi tempor. quę pro liberta. da. l. i. & ulti. C. de bonis mater. l. i. in fi. ff. de usuca. l. usucapionem, & infra in consti. Federici. l. imperialem. i. respon. & C. de agric. l. ij. l. 10. & 16. q. iij. c. quicunque, & ca licet & c. inter. Inter quos casus iste numeratus, nec aliquis huic similis, ergo in eo habet locum prescriptio 30. anno uel saltē 40. ut argumentum. ff. de iudic. l. cum prętor. C. de procurat.

l. ma-

Source : BIU Cujas

l.maritus.ff.de poſtula.l.j.§.ait.Nec obſtat.l. cum notiſſimi.§.
100 fi.vbi dicitur,ꝙ colonus non præſcribit in aliquo,†quia ibi colonus ideo non præſcribit, quia nullum ius habet in re, cum ſit partiarius colonus,rem habens ad certū tp̄s, vt ibi, poſt aliud in iſto vaſallo vel partiario colono,qui ex diutur nitate temporis præſumitur ius habere in re, vt in eadem l. §.fi.ar.ff de vſur.l.cum de in rē verſo. ff.de aqua plu.arcen.l.j. §.vlti.& pen.in fi.& l.vlt.& in dicta,l.fin.de fundis, ad inſtar, ꝓpetui coloni,qui ius hēt in re,vt ff.de ſuperficieb.l.i.§. ante pen.ff.ſi ager vectigal.l.i.in fi. Nec obſtant præallegatæ leges iuris commun. & l.vtifrui.i.reſpon. Quia vt ibi dicitur,licet formalem vſumfructum vel ſeruitutem quis non poſſit habere in re aliena,vt patet in omnibus ti. de vſufru. & de ſeruitut. & habet dicere titulum ſuæ poſſeſſionis,vt ius in re oſtendatur habere ſecundum Azo.ſententiam, vt dictum eſt ſupra in ſumma.Sed quid ſi dominus erit & præcipue ſit colonus(videtur xxx.anno.præſcriptione tuendus, cum ſupra dictum,ſit ſecundum diuerſorum Doctorum Bononien.ſen tentias competere domino, vel vtilem actionem pro ſocio vel præſcriptis verbis, quæ perſonales ſunt actiones,vt Inſti. de actio.§.i.& xxx.vel xl.ann. ſpatio tolluntur.C.de conſt.pe cu.l.ii.C.de præſcr.xxx.ann.l ſicut.& l.cum notiſſimi.§.i.Nec obſtat,ſi dicatur,illa quaſi ſocietas durare inter dominum, & colonum colonia durante, vt ſic dicatur ſibi competere pro ſocio actio, quæ demum ſm ſnīam Azo.cōpetit finita ſocietate,vt C.pro ſocio.l.tamdiu. Et ſi nōdum cōpetit,ergo nondū currit p̄ſcriptio,quæ ēt non obſtat,quia dñs poteſt facere vt ſit finita illa ſocietas prohibēdo ei ne colat. Vñ eſt ꝓ inde ac ſi competeret,ei actio. arg.ff. de regu.iu.l.qui poteſt. Hoc enim iure iſto, ſi quis tenuit rem aliquam in feudum. xxx.annis,& ſeruitium non exhibuit,quamuis de ea re non ſit inueſtitus,pręſcriptione tamen,xxx.anno. ſe tueri poteſt, ut infra in titulo,ſi de feudo uaſal.fuerit interpellatus. ſi quis per xxx.an.Vel ſic tuetur ſe iſte,ſi rem aliquo tempore, noīe beneficii tenuit Domino præſente & non contradicente,& ab ipſo dominus ſeruitium recipit,quaſi uaſallo ſuo. Iſte.n. tuetur ſe,licet inueſtituram non probet, & habetur pro vaſallo. Et hoc verum eſt,quod.obtinebit præſtito iuramento,niſi aliud contra inducatur,vt in titulo,hic incipiunt conſuetudines reg.c.ſciendum.in fin.De hac materia vide, quæ dicta ſunt ſupra tit. quib.modis feudum acquiritur. §. idem eſt ſi vaſal.aliquis.& §§.ſequentibus.& infra eod. §.vt autem ſciatur.& infra titulo,qualiter iudicium feu.ſit examinan.§. ſi quis eſt.& infra eadem ſumma §. vt autem ſciatur in uerſ.
101 & quando.& §.pone.† In colonis & ſimilibus,per quos dominus naturaliter poſſidet,ſentit Azo pro prima parte,vt notat in ſumma de præſcrip.xxx.anno.§.ſuper quibuſdam. Et pro hac parte poſſunt induci,quæ notatur, C.de acquir.poſ. l.cum nemo.& ff.de vſucapio.l.non ſolum.§.qui vulgo,cum ſuis concordantiis. Communia de vſucapio.l.i.quæ ibi no-
102 tantur in gloſa. † Pone quod dominus agit contra vaſallum, & petit vt indicet ſibi feudum, ſiue res feudi,nunquid vaſallus ipſum indicare tenetur, ſi dominus ipſum ignorat? Et primo videtur iudicis officio compellendus, quia iſte dominus iuſte poſtulat,ne damnum in futurum patiatur.Quia forte vaſallo ſiue ſucceſſore mortuo,res feudi domino perderetur: vnde eas ei tenetur oſtendere,argum. ff. de iudi.l.in omnibus ff.ſolu.matr.l.ſi conſtante.§.ii.ff.de priuileg.credi.l. ſi creditores.ff qui ſatisda.cogan.l.inter,ff.de pet.hęr.l.diuus. Pertinet enim ad officium iudicis, ne quis damno iniquo afficiatur,vt ff.de offi prę ſi.l.illicitas.in prin. Violenta prę ſumptio doli,eſt contra vaſallum,ſi nolit res feudi oſtendere domino,quas ab eo tenet,argum.C.de fide inſtrumen.l. vlti.C. de reſcin.vend.l.dolus.Et ideo dignus pœna eſt, ac ſi negaſſet vt ff.de manda.l.dolus.& ff.de interroga.acti l. de ętate.§.qui tacuit.Item alia ratione dolus vaſalli prę ſumitur, quia domino poſcenti ea ſibi oſtendere non obtemperat,vt ff. de regu.iur.l.non poteſt dolo carere.Item ex modo loquendi prę ſumitur eius dolus: quia vitioſa eſt eius locutio, ſi dicat poſſeſſiones ſiue feudū a te habeo. Sed neſcio ipſum vel neſcio res feudi,quę ſint,vel ſi dicat,quod eſt grauius, nolo eas tibi oſtendere,argum.C.de furt.l.ciuile.C.ad legem Cor. de falſis l.maiorem.ff.de contrahen.empt.l.ea quę in fine. Intentio q̄ feſſionis incerta, eſt ſimiliter cauſa, vt cōpellatur oſtendere, argum.ff.de confeſ.l.certum.quia nō refert non reſponderit, vel obſcure reſponderit,vt in dicta,l.de ętate.§.qui tacuit.& & in dicta,l.ea quę in fi.Intereſt etiam domini, res feudi ſibi indicari,& ob hoc vaſallus eſt oſtendere cogendus, vt ff.de interroga.actio.l.ſi defenſor.§.illud argumen.ff.ad exhibend. l.ij.§.ſi quis noxali.ii. C. de eden.l.j.Intereſt autem domini, ea ratione, quam primo dixi ne damno, afficiatur, ſiue ne res feudi perdan tur,& quia ſi feudū incidat in cōmiſſum,vt ea dñs recuperare,poſſit ar.ff.locati l.q̄ro.cum his quæ notatasſunt,ſup.in ſumma ad quem feudum commiſſum pertineat.Item domini petitio eſt iuſtiſſima & ſic admittenda,cū vaſallo non noceat,& domino proſit,argumen. C.de precibus Imperator,offeren.l.quoties.& l.reſcripta. Si enim indicare non cogeretur res feudi,iam ſibi daretur materia malignandi.Quia ſic per conſequentiam Domino poſſet debita ſeruitia denegare pro quibus ipſum dominum ſępiſſime litigare oportebit. igitur vt malignandi ſibi materia auferatur, cogendus eſt,eas oſtendere,argumen.ff.de rei vendi.l. in fundo.C.per quas perſonas nobis acquir.l.ii.& Inſti.vi bo.rap.§. ſed modum. Et illud quod malignandi præbet exemplum, prohibendum eſt,vt argumen.ff.de iureiuran.l.iii. C. de probatio.l.exemplo.Et quod ſit cogendus,eſt argumen.ff.de furtis.l falſus.§.qui alienum.ff.de alimentis leg.l.iii.ff.ad Trebel. l.reſtituta.in Auth de manda.Prin.§.cogen.colla. iii.& C. de libera.cau.l.ſicut datam.ff.ad exhibendum.l. finali. C. eod.l. ii.& C.de mathematicis.l.vlt.C.de fide inſtrumento l.plures. Econtra videtur quod non cogatur oſtendere, argumen.ff. de præſcrip.verb.l.ſolent.ff.de fur.l.q uaſ.§.i.Quia ipſas ignorat,igitur non poteſt,vel debet eas oſtendere, argumen.ff.de ædili.edic.l.cum ſex.& ff. de actio. emp.l. Iulianus.§.j. Vnde propter ignorantiam excuſatur: quia ſi vellet eas oſtendere, non poſſet,argumen.ff.de condi.inſtit.l.qui ſub conditione, §.mortuo.in fi.ff.de cura.bo.dan.l.j.ff.de hæredi.inſtituen.l.ſi quis inſtituatur.Præcipuè habet iuſtam cauſam ignorantię, ſi feudum eſt paternum vel antiquum: quia qui in alterius locum ſuccedit,iuſtam habet ignorantię cauſam, vt ff. pro ſuo.l.fin.ff.de reg.iur.l.qui cum alio.& l.qui in alterius.Actori enim hoc onus incumbit vt rem.ſ.oſtendat & non reo, vt C.de peti.hæredit.l.cogi.ff.de rei vendi.l.qui petitorio. & l.in ſpeciali.C.de probatio.l.ij.ff.de cenſib.l. forma. Cum actori hoc incumbat,non poteſt petere, vt ſibi oſtendantur,vt ar. ff.de eden.l.ij.& l.ſi quis.§.prętor.ff.de actio.emp.l.j.§.fi. Ipſe enim dominus non debet ignorare vires rei familiaris, & emolumenta ignorare non debet,argumentum.C.de reſcinden.vendi.l.quiſquis.Etiam priuſquam agat inſtrui debet, vt argumentum,ff.de reg.iur.l.qui in alterius. C. de dila.l.ſi qñ. Nec debet à reo inſtrui,vt argumen. C.de edendo.l.j.& l.qui accuſare.& extra de cau.poſ.& proprie.c.cum ſuper. C.de teſtib.l.nimis graue.C.de probatio.l.actor. & vj.q.v.ca.accuſator.ff.de furt.l.in actione.j.& ij.ñ. Per quę allegata manifeſte probatur,dominum ipſum oportere potius oſtendere res feudi vaſal.quam econtra.ꝙ ſi non faciat, dicit vaſallus hoc dubium eſſe,& ad nihilum deducendum, vt argu.ff.de teſta. tute.l.duo cum ſuis cōcor. Vel ad modicum terrę ſaltem interpret.argumen.ff.de pœn.l. ſi prę ſes.ff.de leg.iij.l.nummis, ff.de reg.iur.l.ſemper in obſcuris. In hac quæſtione quidā dixerunt,vaſalli malitiam non deberi tueri:& ideo eſſe condēnandum,vt oſtendat,ſi poteſt,ſi autem nō poteſt, iurabit ſe non poſſe oſtendere:& abſoluetur ab hac neceſſitate oſtendendi,argumen.ff.de fur.l.a Titio.§.j. in Authen. de ſan.epiſ. §.j.collat.ix.C.de dona.l.ſi quis pro redemptione. C. de iure
103 do.impetran.l.ſi.in fi.ff.de bo.auth.iu.poſ.l.fi.§.j.& vl.† Qualiter ergo ſecundum prædictam ſententiam domino conſuletur ſi forte vaſallus nolit debitum præſtare ſeruitium, vel ſi forte vaſalli morte, vel propter eius delictum feudum ad dominum reuertatur,priuabitur ne ſic dominus feudo ſuo? Ad hoc reſpondent quidam, inſpiciendam eſſe domini conſuetudinem.ſ.quantam terram in feudum conſueūit concedere in loco illo,vbi feudum dicitur eſſe, & pro quanto ſeruitio:& ſecundum hoc determinabitur,vt vaſallus in feudū de poſſeſſionibus ſuis,pro domino teneat, non meliores videlicet, nec deteriores: & illæ iudicabuntur eſſe de domini feudo:ſi hoc non apparet, fiet adiudicatio ſecundum regionis conſuetudinem,& ad vltimum ſecundum quantitatem, vt argumen. C. de dona.l.ſi quis argentum.ff.de lega.iij.l.nūmis.ff.de teſta.l.hæredes.ff. de auro & argen.lega.l.qui lancē, & ff.de annuis lega.l.ſi cui. Alij vero dixerunt, ꝙ ex quo ille non vult oſtendere,ꝙ totum ſuum patrimonium videatur, & prę ſumatur in feudum tenere pro domino, vt argumen. ff.de iudic.l.ſi fidei commiſſum.§.tractatum. in Authenti.de colla.§.hoc autem iubemus colla.ix.Et pro iſtorum ſententia facit,ff.de acceptila.l.pluribus.ff.de dote prę leg.l.j.§.j.ff.de peti.hęredi.l.ſed & ſi §.adeo.ff.ad legem Aquil.l.item Mela. §.ſi plures.ff.de his,qui deie.uel effu.l.j.§.fi. Sed contra iſtorū ſententiam facit.C.de fide inſtrument.l.plures.ff.de pignora actio.l.quamuis.Azo uero dicit, ipſum eſſe cogendum indicare res,argum.dictæ l.& in ſumma,in tit. quibus mod.& in quibus cauſis feudum amit.§. item ſi dominus prę cepit.
104 † Quæritur,quid erit,ſi dominus obtinuit contra vaſallum agendo,uel rem uendicando, uel rem vt commiſſam repetendo:pro quo dominus Papa tulit ſententiam contra vaſallum: quam ſententiam dominus Papa prę cepit executioni mandari: qui vaſallus vel eius ſucceſſores poſtmodum ceſſit Titio:qui Titius res illas xxx.annis tenuit & ædificia ibi fecit.

Source : BIU Cujas

fecit. Nunc quæritur, an prędicta ſententia debeat contra Titium executioni mandari? Et puto ꝙ ſic: quia omnis diffinitiua ſententia eſt executioni mandanda, niſi aliud obſtet, vt C. de iudic. l. properandum. §. ſin autem reus. & C. de exec. rei iudi. l. ij. & ff. de re iudi. l. a diuo Pio. & iij. q. j. c. ſicut, & xxxv. q. ix. c. omnibus. extra de in integ. reſti. c. ſciſcitata. & C. de fo. compe. l. vlt. Et tam in perſonalibus per res, & facultates condemnati, ut dicta iura dicunt, q̃ etiam in realibus: in quibus manu militari res debet poſſeſſori auferri, & aſſignari petitori, vt ff. de rei vendi. l. qui reſtituere. Inſtit. de offi. iudi. §. i. Nec obſtat, ſi dicatur, uaſallū res feudi poſſidere, qa cū ipſe eas in emphyteuſim dederit, ipſe eas dr̃ poſſidere: qa ille poſſidet, cui⁹ noīe poſſidetur, ut ff. de acq. poſſ. l. qd̃ meo, §. i. extra de reſti. ſpo. c. cum veniſſent. & extra de appella. cap. bonæ. Et qui iuſſus eſt poſſidere, ſeu mitti in poſſeſſionem, manu militari mittitur in poſſeſſionem, vt ff. ne uis fiat ei, qui ī poſſeſſ. miſ. eſt l. ſi quis miſſus. Item ſi quis petit miſſionē defuncti, de iure fiet miſſio, etiam ſi bona illa ab alio poſſideantur: niſi ille qui poſſidet, ſit legitimus contradictor, vt. C. de edict. diui Adriani tollen. l. fina. Sed iſte Titius non hēt contradicendi licentiam, quia ſuperato vaſallo, a quo cām habet ipſe Titius, contradicere non poteſt, maxime cum cō tra illum habeat regreſſum, vt argumen. ff. fami. erciſ. l. inter cohęredes, §. quòd ff. de ædil. act. l. quod ſi. §. nam ſi vnus. ff. de euic. l. ſi rem, quæ apud §. j. Præterea ſi res iubeatur reſtitui actor in poſſeſſionem illius rei debet induci. ff. de admini. tu to. l. ſi vero hærede, §. ītерpoſito. Nec obſtat quod Titius allegat, quod titu. poſſedit bona fide ſpatio xxx. annor. per l. C. de præſcri. xxx. ann. l. ſicut. & l. cum notiſſimi. Quoniam hæc feuda præſcribi non poſſunt, vt in conſt. Federici l. imperialē. circa princip. Quia nec etiam emphyteuticaria poſſet in emphyteuſim dari ſine concedi, prout dicit Rofr. quia prohibetur alienari per l. C. de emphyteu. iure l. vlti. Si ergo res prohibetur alienari, ergo & vſucapi, & pręſcribi, vt ff. de verborum ſignifica. l. alienationis. ff. de fundo. l. ſi fundum. Nec agē ti obſtabit præſcri ptio, ſicut nec legatario. C. cōmunia. de leg. l. vlt. §. ſinautem. Nec obſtat ſi obiiciatur de expenſis, quia illas dominus non erat facturus. Vnde nec poſſunt auferri, ſi tamen dominus voluit da e, quantū ille eſſet habiturus his abraſis, vt ff. de rei vendi. l. in fundo. In illis ius non habet, nec ei prodeſt. xxx. annorum pręſcriptio, quia nō acquiſiuit propter hoc dominium illarum rerum: & ſi res non ſunt ademptæ, quia non videtur amiſſum. quod alteri quæſitum non eſt, vt ff. ex quibus cauſis maio. l. nec non ff. quemadmo. ſerui. ami. l. ſi quis ff. de acq. poſſ. l. pe. regre. Et eſt ſententia exe cutioni mandata re ipſa: quia & ratione executionis nomē pignori capitur, vt C. de execut. rei iudicatæ. l. etiam ff. de re iudica. l. a diuo Pio. §. ſic quoque. Item & legatarius eſt mittē dus in poſſeſſionem rerum alienatarum quondam teſtatoris vt ff. vt in poſſ. lega. l. ſi legatorum. Hic etiam emphyteuta vti tur acceſſione temporis vaſalli. Ergo quicquid illi pręiudicat præiudicabit iſti emphyteutæ, quia qui vincit aliquem, vīcit, & illum qui vincitur a victo, ut ff. de diuer. & temp. pręſcrip. l. de acceſſionibus. Et ita executio fiet contra illum Titium. & ſimile alias contingit in interdicto quorum legatorum, quod datur cōtra rei ſucceſſorem, ut ff. quorum le. l. i. §. illud. Et ſimile extra de reſti. ſpo. c. ſæpe contingit. Item & ciuitas a quolibet poſſidēte, bona ſui debitoris vendicat, apud quemcunque illa peruenerint vt C. libr. xi de debitorib. ciuitatum l. apud eos. Res enim cum ſuo onere tranſit, vt ff. de acqui. rerum do. l. traditio. & ff. de regu. iuris. l. nemo. poteſt. & in ti. hic incipiunt conſuetudines reg. l. lex Corradi. §. ſimiliter. & §. ſequen. Et cauetur quod quaquis lege feudum habet, in alium transferre poteſt, in feudum dando, & non aliter, vt de hoc ſatis dictum eſt ſupra, in ti. de illis qui rem in feudum da. poſ. §. & quod dictum eſt, quod vaſallus. Econtra videtur, ꝙ non debeat fieri executio in illis rebus in emphyteuſim datis, qa res inter alios acta, & c. vt C. res inter alios acta, per totum. Item licet iſtæ res feudi fuerint, potuerunt tamen in emphyteuſim dari, quia nemo rem quam conduxit prohibetur alii locare, vt C. locati. l. nemo & C. de fund patri. l. i. Inſt. locati. §. adeo. Et ſic quod ius domino competebat, amiſſum eſt præſcrip. 30. ann. quæ opponitur, quo tempore etiam omne ius tollitur, licet emphyteuta vel vaſallus nō poſſit præſcribere, quo ad dominium directum. C. de præſcrip. 30. anno. quæ cō tra deſides competit, & ſui iuris contemptores, vt C. de anna
105 li excep. l. vlt. ext. de præſcrip. c. vigilanti. † Item ſententia lata contra venditorem, vel eius vicinum, emptori non præiudicat, vt ff. de diuer. & tempo. præſcri. l. an. ff. de doli exce. l. apud Celſum. §. authoritas. & §. præcedenti. Et ſi iſte dominus vult ſententiam executioni mandari, ſaltem expenſas reſtituat, cū iſte emphyteuta bonæfidei fuerit poſſeſſor: quia tali bonæfidei poſſeſſori expēſę ſunt reſtituendæ, vt ff. de acqui. rer. dom. l. adeo. §. ſi ex diuerſo. ī ver. certo iſtud. ff. de rei vēdi. l. in fundo. ff. de ꝺdit. indeb. l. ſi in area. Nec p̃ceptum Papæ voluit ius ſuū ītti auferre, vt C. de his q veni. æta. impe. l. i. & ff. ne qd in lo. publi. l. j. §. merito. & C. de emāci. l. nec auus. C. de inoffi. teſt. l. ſi qs in ſuo ī fi. C. de præci. impera. offe. l. quoties Et videtur caſus extra de conceſ. præben. c. cum noſtris. & cap. olim. Primo etiam conueniendus eſt debitor, quam veniatur ad pignoris poſſeſſionem. C. de pignorib. Authē. hoc ſi debitor. Nec videtur, quod dominus Papa mandauerit executionem ſententiæ fieri, niſi in eo iure quod vaſallus habebat, argum. ff. de contrahen. empt. l. qui tabernas. ff. de leg. i. l. ſi domus in prin. & § penul. & ff. de lega. iii. l. Iulianus. in prin. extra de dona. ca. paſtoralis. cum eorum ſimilibus. Vigor etiam executionis tantum inducitur contra contumacem condemnatum, rem non reſtituentem, vt ff. de rei vendi. l. qui reſtituere, ſed ille emphyteuta non fuit conuentus, nec citatus, nec cōtumax. Vnde contra iſtum non eſt ille vigor exercendus: immo & ſententia ſi contra iſtum lata eſſet non valeret, vt ff. de re iudi. l. ſi cum nulla. ff. quę ſententię ſine appel. reſcind. l. i. §. pen. & ff. de pœn. l. abſentem & ii. q. i. ca. nos in quenquam. & c. in primis. Si enim iſtum poſſeſſorē credidit aliquo iure ſibi obligatum, contra illum debuit experiri, vt ff. quod metu. cau. l. extat. Et ſi latitaſſet, fieret miſſio in poſſeſſionem bonorum eius; & etiam concederetur venditio bonorum eius, vt C. de bon. auth. iud. poſſ. l. cum proponas. ff. ex quibus cauſis ī poſſ. ea. l. Fulcinius. in prin. & §. fi. Nec obſtat, quod obtinuit dominus contra vaſallum. quia ſi tunc agit contra hunc emphyteutam, habet probare ea, quæ contra vaſallū probauit, vt argumen. ff. de iureiur. l. idem eſt Imo licet eſſet ille malęſi dei poſſeſſor, dr̃is qui ſuam intētionem non probat, repellēt, vt C. de rei vendi. l. vl. ff. de vſufruct. pet l. vti frui. & extra de ꝓcura. c. ex inſinuatione. Vnde cū ille emphyteuta ius habeat ipſum non debet inconcuſſum relinquere, vt ff. de peti. hæredi. l. illud. In hac quæſtione dixit Rofr. quod ſibi videbatur, ꝙ prædicta ſnīa eſſet contra emphyteutam, pro domino executioni mandanda, per ea quæ dicta ſunt, ſupra pro hac parte. Non obſtat temporis præſcriptio, per conſtitutionem allegatam imperialem, quæ hoc expreſſe dicere videtur, dum tā ille, qui petit executionem fieri, offerat impenſas, alioquin doli poterit exceptione repelli, vt ff. de rei vendic. l. in fundo, cum ſuis concordan. niſi ſciens in alieno, ædificaſſet, vt ff. de condi. indeb. l. ſi in area. Inſt. de rer. diui. §. certe illud, ff. de acquiren. rer. dom. l. adeo, cum ſuis concordantis, ſup. allegatis. poteſt formari quæſtio, quam vidi de facto, vel eius ſimilem inter Templarios & Canonicos Piniacēſ. inter quos ſuſcitata talis quæſtio fuit. Habebant enim Templarij & dicti Canonici ſimul quoddam caſtrum in feudum a Comite prouinciæ, ſiue ſub eius dominio. Quibus Templariis dominus Comes donauit dominium, & omne ius quod habebat in dicto caſtro, & eius territorio & pertinentiis, tam in dominio, quod Templarij & Canonici ibi habebant, q̃ in omni alio iure ſuo, quod habebat in dicto caſtro & territorio, & eius pertinentiis. Qua donatione facta, caſtrum fuit poſtmodum ex toto deſtructum: tamen Templarij ſuos homines collocauerunt in eiuſdem caſtri territorio, faciendo villam. Et canonici ſimiliter ſuos homines, in quodam alio loco eiuſdem territorij villam per ſe faciēdo. In quibus hominibus Canonicorum, Templarij, ſcientibus Canonicis, acceperunt & exercuerunt quædam comitalia iura, poſt dictam caſtri deſtructionem per xxx. vel xl. vel 50. annos, ſcilicet recipiendo albergam, quæ Comiti dari conſueuit ante dictam donationem: & nulla alia iura comitalia exercuerunt in eiſdem, quia non occurrit caſus, in quo poſſent alia iura exercere. Lapſo vero prædicto tempore, contigit talis caſus, ꝙ dictis Canonicis nolentibus ius reddere de hominibus ſuis, conquerentes pro defectu iuſtitiæ, ad Templarios, vt ad maiores dominos habuerūt recurſum: cumque Templarij niterentur, ſeu vellent iuriſdictionem in hominibus Canonicorum exercere, Canonici reſtiterunt, dicentes ad Templarios, nullam iuriſdictionem in dictis hominibus pertinere: tum propter caſtri deſtructionem: tum propter prędictam præſcriptionem: tum quia dixerunt, dominum Comitem non potuiſſe feciſſe donationem eis nō requiſitis, & nō conſentientib. donationi. Vnde fuit quæſitum, quid iuris eſſet? & videtur primo pro Canonicis, ꝙ ipſi obtinere deberent, quia non potuit dominus, ſine eorum cōſenſu, dominium ſuum in alium transferre, vt in conſtitu. Federici. l. imperialem. §. nec ſi dominus. Et ſic non fuit in tēplarios tranſlata aliqua iuriſdictio, vt ibidem, & argu. in alia conſtitu. l. imperialem. §. ad hoc. Item præſcriptione excluduntur templarij, non obſtante quod Albergam habuerint, quia iura maioris dominij videtur poſſe pro parte nō vtendo amitti, vt epiſcopalia iura amittuntur, vt extra de præſcriptioni. c. auditis, & c. cum olim. extra de priuileg. c. cum olim. & extra de excep. c. cum venerabilis. in fine. Et omne ius & omnis

nis actio tanto tempore tollitur.C de prescrip.xxx.vel xl.an no.l.omnes,cum suis concordan. & C. de fundis patrimo.l. vlti.Et facit ad hoc.ff.de vsucapio.l.sequitur §. libertatem.ff. de ser.vrb.prædi.l si ædes.§ libertas.C.de longi tempo.præsc. l. ii. Præterea destructo castro,& hominibus de loco castri mutatis,& in alium locum trãslatis, sublata videtur omnis iurisdictio,& comitalis dominatio,& alia prorsus effecta,ar gumen.ff.quibus modis vsusfruct.l.si vsusfructus,& l.repeti. §.ij.& l.quid tamen.§ agri.& §.si in massæ. & l.sequenti.& l. vlti Et videtur lex expressa.ff de solu.l.qui res.§ fin. & facit, ff.de vsufru.l.qui in vsumfructum.in prin.& ff. de acquiren. rerum domi.l sed si.§ arbor. quasi perdiderit priuilegiũ suũ castro destructo,& de loco ī locũ mutato : vt ecclesia prior mutata de loco perdit suum priuilegium,ut no.xvi.q.vii.c.si quis vult,in glosa,hæc est una. Ne Comes videatur donasse iurisdictionem,nisi in castro quod tunc erat, non autem in villa,de nouo facta,quæ est prorsus alia a prima, argumentum,ff.de contrahen.empt.l.Rutilia.& l.in lege.ff. de lega.3. l.vxori §.j.ff.arborum fur.cęs l.si gemina. Et licet de eisdem hominibus,alibi sit villa facta,non tamen videtur,ꝙ in illa villa,vel in hominibus,habebãt Templarij idem ius, quod habebant in castro,argum.ff de solut.l.qui res.§. aream.in li tera,si ea mente dissolutam, & c. Non obstante, ꝙ eisdem hominibus facta sit villa,vt argumentum,ff. de acquiren.re rum domi.l.sed si.in princip.& ff.de vsufructu.l.qui vsumfru ctum.ff.arborum fur.cęsa.l si gemina.Solum enim intelligi tur facta donatio de castro tunc pręsenti,& non de noua,si ne futura villa,vt arg.ff.de auro & argento legato.l. si ita le gatum esset.& ff.de contrahen.empt.l.in lege, & l. Rutilia. & ff.de leg.i l.vxori,primo & secundo responso. Non enim est res in statum pristinum restituta, siue castrum in statum pristinum,& ideo non reseruantur vel conseruantur eis iu ra pristina, vt probant multa iura in contrarium allegata, & argumentum,ff.de rei vẽdi.l in rem § item.& l.idem Põponius.§ i.& ff.de acquir.rer domi.l.quod in littore. in fi.Et facit pro hac parte,ff ad Trebell l.ex facto.§ ex facto & ff. de vsucapio l.sequitur §.libertatem.ff.de seruitu.vrb.prædio. l.si ædes.§.libertas. Econtra videtur,ꝙ propter castri destru ctionem nunquam pręiudicium fiat dominis templi, cum in eodem suo territorio homines eiusdem castri sint collo cati,licet in alio loco eiusdem territorij, vt argument.ff.de pigno.l.grege.in princ.& l vlt.& l.fideiussor.§.fina. & l. Paulus.§ domus.ff.de vsufru.l.vetus.§.fin.ff.quemadmodum ser uitus amit.l si locus.& ff.de rei vendica l.idem Pomponius. § de arbore. Et eius iurisdictionis erit villa noua, cuius fuit & castrum,quod in eius territorio villa facta est, argumen. ff.de acquiren.rerum domi.l.adeo.§.ii. & l fin.cum earum si milib.& C.de agris limitro.l.ii.lib xi ff.de pigno.l.Paulus.§.i. ff.in quibus casibus pig.vel hypo.contrahitur. in l. prædiis.ff. de ser.vrba.prædio.l.si seruitus.ff.de vsufr.l.item in principio. Quoniam licet castrum destructum sit adhuc,tamen reman sit terrritorium in eorum iurisdictione,tanquam in parte ca stri siue rei donatæ,argumentum,ff.de vsuf.l. si cui.& ff.de iu di.l.proponebatur.ff.de lega.i l si grege.ff.de solu.l. qui res.§. aream in litera,nec simili argumento.Et de eisdem hominibus, manentibus in eodem territorio, potest prius castrum restaurari.Vnde in eorundem dominio manet villa noua & eiusdem homines,argum.Inst.de rerum diuisi.§ cum ex alie na. Item quia de eiusdem hominibus facta est villa, in eodẽ territorio.vt arg.ff.de verbo.signif.l pupillus.§.territorium.ff. de acqui.re.do.l sed si.§.arbor.& in d. l. qui res.§.fina.& ff.de leg.ii.l.si quod.Item & quia castri & territorii adiacentia da ta intelliguntur,vt argumen. C. de bonis vacan.l ii.libr.x.Et sic uilla in eodẽ territorio facta, erit eiusdem iurisdictionis cuius erat castrum & territorium,vt Insti.de rerum diuisi.§. diuerso.& ff.eo.l.sed si.§.i.& ii.per totum, cum suis similibus & ff.de leg. ii.l.cum fundus.ff.de offici.præfec.vrbis. l.i.§.cum vrbe de decimis.c.cũ in tua. Ad hoc possunt induci pro, & ꝙ quæ sunt notata supra in ti.quibus mo.feudum acquiritur.§. item quæri potest.& in §. sequenti.& videtur lex expressa.ff. de vsufr.l.arbore.§.i.& l.item si fund.in prin.& ff.quib.modis vsusfr.amit.l.quid tamen.§.si massæ.& ff.de libe. & posthu.l. placet. Et præcipue si vltimum castrum idem nomen cum primo habet.argumen ff.de condi.& demon.l.filię.Nec ob stat prescriptio, quoniam alberga percipiendo omnia iura sibi conseruasse videntur,quæ ad se pertinere sciebant,vt ar gumen.ff.quibus mo.vsusfr.amittatur.l.is qui.ff.quemadmo dum seruitus amit.l.si stillicidii. in fi.ff.si ser.ven.l.si eo loco, in fi. Prętera illę potest dici Canonicis acquisita possessio, vel Templariis ablata in iure, siue in casu qui nunquam ac cidit. Et ita nulla præscriptio sibi locum vendicat, vbi pīscri ptionem opponens nullam habuit possessionem,vt ff.quem admodum seruitus amit.l.si qui.§ fin.& l sequenti.ff.de acq ren.poss.l.peregre,ff.quibus modis vsusfru.amit.l.j.primo re-

sponso,& ff.ex quib.cau. ma.l.nec vtilem.ff.de serui. vrba.pdio.l.hæc autem iura. Nec potest vasallus Domino suo præ scriptionem opponere, pro quo possidet,vt ī titulo si de feu do vasallus fuerit interpellatus.ca.licet ea.& in titulo de feu do sine culpa non amit.c.sancimus.extra de prescript.c.cum ex officii.& c.cum non liceat.vbi de hoc quęre argumẽ.pro & contra. Et solutionem quæstionis huiusmodi vel similis, ponit Rofredus in ti. qualiter habet libellus super iuribus e piscopalibus.§.sed quęritur,quomodo. & in summa Goffr. in præscrip.§.item exigitur.Et quod Templarii plenam in eis habente iurisdictionem, manifeste videtur probari ex hoc, quod si volunt, eos homines possunt auocare, vt in locum castri,quamuis destructi reuertantur,argumentum in Auth. de manda.princ.coll.iii.§.sed etiam susscipientes.C. libr xi.de agricolis & censitis.l. si coloni. & l. cum sitis.in principio.& §.primo & l.omnes profugi. ff.de publicanis.l.eosdem in fin. Vidi quæstionem de facto inter dominium agentem & tres hæredes vasalli, contra quos agit dominus coram arbitris, ab ipsis petẽdo aliqua ad eius dominationem & iurisdictio nẽ in eis communiter pertinentia,quorum hęredum altero mortuo,fuit quæsitum,an esset solutum compromissum ꝓpter illius mortem.Et uidetur quod non,quia certi sunt mo di,quib.compromissum finitur,vt enarratur.ff.de arb.l.nõ di stinguemus.§.iii.eẽ de arbit.ex parte inter quos iste non enu meratur. Et ita nõ est dicẽdũ in hoc casu solui cõpromissũ, vt argumen.ff. de iudi.l cum prętor,cum suis similibus.& ff.
107 sol.ma.l.& desinit.§.pen.† & vnusquisque consortium,sine ꝙ sortium,sine consorte agere,& conueniri potest.C.de cõsor tibus.l.prima,& secunda etiam insolidum si res est indiuisibi lis,vt ff.de noxali.l.si seruus.l.si communis.l. ex duobus. & l. si plurium.ff.ad legem Aquiliam.l si seruus.§.ii.ff.si ex noxa li causa agatur l.antepe.si res est diuisibilis solam suam par tem in iudicium deducit,vt ff. de iudic.l.si petitor.& videtur quęstio terminari.ff. eodem titu.l.non iccirco. quæ lex vide tur determinare, quod propter vnius consortis mortem cõ promissum non soluatur, quamuis loco vnius habeatur,cũ ipsorum partes discerni possunt, quia nec iudicium soluitur vt dicit,argumen.ff.de conditio.& demonstra. l. cui fundus. nisi pro parte mortui.vt ff.de acceptil l.sed & si non.C. de trã
108 sac.l.i.† Sed cõtra videtur,qđ vnius morte solutum sit, sicut societas soluitur inter plures contracta vnius,licet supersint vt ff.pro socio.l.actione.§.morte, quia omnes isti loco vnius habentur,vt ff.de pac.l.si plures.& est res, quę non potest di uidi.& sic vnius morte totum soluitur non compromissum ar.dictę.l.non idcirco.& ff.de accep.l.si pluribus,& l.& per iu siurandum.§.fina.& §.si fideiussori. Ad hanc quęstionem q̃ re pro,& contra argumẽta,sup.in summa,quibus modis, & in quibus casibus amit.§. item quęritur si plures fuerint filii vasalli.& in §.& quod dictum est,si alienauerit,& duob. §§. sequentibus & supra de iuramẽto fidelitatis. §. item dubitari quę hic possent commode pro & contra allegari.ff.de verb. obligatio.l.ii.§ finali.& l. stipulationes non diuiduntur. & l. eadem.§.i.& l.executione.ff.de præto.stipula.l.ii.ff.de damno infecto l.in stipu.C.de diuersis rescrip.l. i. ff quemadmodum seruitus amitta.l.si communem.C.si vnus ex pluribus ap.l. i.
109 & ii.in Auth.vt liceat mãtri & auię.§.i. colla.vii.† In hoc lo co videndum est,si uasallus ab extraneo prorsus conuenitur qui de iure feudi non contendit,qualiter sit procedẽdum, si vasallus cõuentus dm in iudicio nominat; nunquid si domi nus nominatus & vocatus nõ venit, & vasallus velit ipsum defendere, tenebitur iudicatum solui satisdare, & rem ratã dominum habiturum.Et videtur quod sic,vt ff.de procurat. l.Pomponius.rati.& l.qui proprio.§.qui alium.Sed dominus Vbertus de Bobio dicit,quod non tenetur satisdare, quia cã eius est propria,siue quasi propria,quia si non defendit,tene tur domino,argum.C.de acquiren.pos.l.ex libris. & ff.de dãno,argumen.C.de acquiren.pos.l.ex libris.& ff.de damno in fecto. l.si proprietarius. Et quia necessario defendit,vt ff.de vsufruc.l.si vsusfruct.in fine.ff.si ex noxa.causa agatur. l.iij.& quia tãquam dominus defendit,vt in ti. qualiter iurare dẽat
110 vasallus.§.rei autem.† Sed nunquid,si sententia lata fuerit ꝙ tra vasallum cõuentum ab alio, quam a domino parabitur pręiudicium domino? & dico quod sic dominus sciuit causã duci & non contradicit,vt extra de in integrum resti.ca.ii.in fi.ff. de re iudi. l.sæpe. immo etiam si dominus ignorauerit vt videtur in titulo si de feudo uasf.fuerit inter.ca. si vasallus de suo.Sed contra extra de arbit.c.cum tempore. extra de re iudica.c.suborta.& c.cum super.extra de ca.mo.c.ii.in fin.ex tra de elect.c.querelam.extra de causa pos.& proprie. c.pen. & ita est verum, quod domino ignoranti de iure non parat
111 præiudicium,vt in dictis decre.probatur.Sed† quod spatium dabitur huic conuento, qui dominum in iudicio non no minauit? Dic secũdum l.C.de dilationib.l. quoniam. §.vlti. secundum quod iudici visumfuerit.C.eod.titu.l.siue, & ff.de

iure

Source : BIU Cujas

12 iure delibe.l.i.extra de officio deleg.cap.i. de cauſis.†Item ſi clericus habuit vaſallos qui conuenit ab aliquo ipſum nominarunt dominum in iudicio nunquid,clericus veniens,tenetur in illo foro reſpondere?an poſſit fori priuilegio vti ? & videtur p Doctores,extra vt lite non conteſtat.c. quoniã frequenter.& per l.C.vbi in rem act.l.ii. quod teneatur reſpon. dere.& per l.ff.de iudi.l.venditor.& ſic videtur via inuenta, per quam clerici & priuilegiati priuilegium ſuum amittent quod eſſe non debet. Et ex hoc quod clericus eſt nominatus in iudicio,non eſt lis conteſtata,vt patet in dictis iuribus. Ergo ſaluum eſt ſibi beneficium ſui fori,cum excep.ſit declinationis & declinatoria,& ita poteſt opponi ante lit. conteſta. C.de procur.l.ita demum.C.de excep.l.vlt.C.de proba.l.exce.

13 extra de re iud.ca.inter.†Item nunquid habet hoc locum in vaſallo poſſidente,ut ſi dominum in iudicio nominauit, qđ ſibi detur terminus,infra quem dominum repræſenter, qui conueniatur?Et dixit dominus Vbertus de Bobio per l.C.vbi in rem act.quod habet locum in illo poſſeſſore, qui non habet ius in re. Qui quo ad omnia, præterquam quo ad vſucapionem dicitur poſſidere,& ſatisdationem propter rem pi

14 gnoratam euitat ff.de vſucapio.l ſerui.† nomine.ff.q ſatisda. cogan.l.ſciendum.& ſuperficiarius & colonus perpetuus,& tales qui habent ius in re, poſſunt ſuo nomine agere & cõueniri,vt ff.de rei uendicatio.lege in ſpeciali.& l.ſequenti,ff. ſi ager uecti.l.i.& ii.ff.de ſuperficieb.l.i.antepenult. & vaſallus,ut ſupra qualiter iurare debe.vaſ.§.rei autem. & in dicto §.ſi vaſallus.& ſupra in hoc ti.dictum eſt.Et ideo dixit,talib. terminum non eſſe dandum,argumentum ad hoc in dicta,

15 l.ſi ex noxali cauſa aga.l.iij.†Sed nunquid poterit uaſallus, in quæſtione feudi ſine Domini licentia uel conſenſu compromittere in arbitros,& ſi compromiſerit,nunquid Dominus illud poterit reuocare compromiſſum? vel ſi illi compromiſſo non contradicit,nunquid ei præiudicium paratur, etſi nominatus coram arbitris fuerit, & ei denuntiatio facta a vaſallo, nunquid dominus tenetur ſe offerre defenſioni feudi? Hanc vidi quæſtionem in prouincia moueri in quadam cauſa.Et quod poſſit compromittere ſine conſenſu eſt argu. extra de arbi.c. cum tempore,& c.tranſigere.Sed domino,q eidem de euictione tenetur,vt ſupra dictum eſt in ſummam quibus modis feudum acquiritur.§.ſciendum.nullum parabitur præiudicium,vt in dicta decre.cum tpe.& in præallegatis concordan.ſuborta.& de capellis monachorum. ca. ii.in fine.ff.de euictionib.l.ſi ideo.§.i.ff.de publicis iud.l.ſciendum eſt ff.de re iudi. l.cum ſuper. Et ſi per cõſequentiam patet,co ram arbitro,quod non habet ſe illius defenſioni offerre do-

16 minus,nec illud poſſit compromiſſum reuocare. † In proceſſu vero , libellus eſt porrigendus & litis conteſta. facienda,ſecundum ordinem iuris.C.de litis conteſt.l.i.& Authen.

17 offeratã,extra de libelli oblat.c.i.ii.& iij. † Nã vbi deficit vſus feudorum ad legem ſcriptam decurrendum eſt,ut infra ex-

18 plicit liber primus c.i.†Sacramentum vero calumnię non p̃ ſtabitur ab aliqua parte, quia ipſum dñs non p̃ſtat,ut ęqualitas hinc inde ſeruetur:& ſic nec vaſallus iurat,vt in ti.hic ĩci. conſuetudines regni.c.i.§.& cum datur. in fine.argument.C. de fruct.& litis expen.l.vlt.C.de proxi.ſacrorum ſcrin.l.in ſacris.lib.xii.ſicut nec Dominus,nec patronus filio vel liberto exigente,ſecus contra , ſecundum quoſdam ſi dominus pater,vel patronus exigunt:& ſic hodie intelligunt,ff.de iureiuran.l.iuſiurandum,§.hoc.ff.de damno infecto. l.qui bona §.

19 finali.†Citatio vero debet fieri, ſicut iure ciuili & canonico cauetur,vt in ti.nouum non paternum.§.dominus vocat. ff. de iudi.l.peremptorium.& l.per interuallum C.de iudic.l.,perandum.xxiiij.q.iij.ca. de illicita.extra dolo & contumac. c.ex literis. C.quomodo & quãdo iudex.l.conſentaneũ. & l.

20 tres.†Vt autem ſciatur,qualiter ĩ quæſtione feudi,circa examinationem procedẽdum ſit , diſtinguere oportet,poſſideat vaſal.vel non.Et an de nouo,vel de paterno feu.agatur. Et ſi nõ poſſideat quare agitur inter ipſos:An ſcilicet propter qđ vaſallus dicit,inueſtituram eſſe factam & poſſeſſionem ſibi

21 debere a domino tradi.†quo caſu uaſallus agens contra dominũ negãtem inueſtituram,habet neceſſe probare inueſtituram per pares Curiæ,qui inueſtiturę interfuerunt, aut per

22 breue teſtatum inde factum. †Quo probato obtinet vaſall⁹ contra dominum qui inueſtituram negauit,ut ſupra quibus modis feudum acquiritur.§.ſi autem controuerſia.in princ. Vel ſi tpe inueſtiturę pares ab fuerunt , extranei poterunt ad probandum inueſtituram admitti, ẽt quocũq; modo ſeu quacũque rõne de inueſtitura agatur inter dominum & uaſal.vt i tit.qual.iudi feu.ſit examinan.c.ſi inter dominũ & vaſallum.Et refert,an agatur de inueſtitura noui feu a prima, acquiſiti probãda an de inueſtitura veteris, feudi.quę ab hęrede dñi uaſalli a dño.In primo caſu probatio eſt facienda p pares curiæ nñ,& non p alios,ut in tit.de cont. feu.c.ſi fuerit cõtentio inter dominum uel publicum inſt.ſiue per breue teſtatum a paribus confirmatum vel etiam confirmatum, ab aliis,ſecundum Mediolanen. licet quidam conſenſerunt quod non poſſit fieri probatio per breue teſtatum ſed tamẽ per pares fieret probatio de inueſtitura vel per dictam confeſſionem,& erit perinde,ac ſi pares non interfuerint inueſtituræ , nec dominus decurrens ad ſolemnitatem audietur, ſi dicat inueſtituram ob hoc non valere , q̃ pares deferunt. In ſecundo caſu,quando agitur de beneficio veteri,ſiue de ĩ ueſtitura, quæ fit a domini ſucceſſore vaſallo vel ſucceſſori vaſalli,extranei etiam ad teſtimonium admittuntur , pręter fœminas,ſecundum vſum Mediolañ. quę nec in cauſis feudorum,nec aliorum recipiuntur ad teſtimonium præterquã de noua inueſtitura,vt hæc omnia colliguntur in titu. de benefic.alias eſt rub.hic inci.lex con.re.§. hue clericus. & in tit. explicit lib.i.§. ſi vero inueſtitura & §. ſi enim & ſecundum prædictum. §. ſi inter dominum & vaſallum. & §. ſi quis ſe.

23 †Et quod dictũ eſt, q̃ per pares fiat probatio inueſtituræ, intelligẽdum eſt,qñ inueſtitura facta dr̃ eſſe a dño, q alios hẽt vaſallos,ſine qb.inueſtitura fieri non põt,& hoc ẽt ipſorum abſẽtia interueniente,quia ſunt expectandi.Si vero non hẽt dominus alios vaſallos extrancorum admittitur probatio, vt in ti.hic inci.conſue.reg.§.quod dictum,& in titu.de notis, feudorum,§.quod autem in ti.explicit lib.i.§. ſi vero inueſtitura.& in titu.nouum non paternum c. inter. Et habet ſimiliter locum in feudis laicorum , non in feudis clericorum, quando de rebus ſuę eccleſiæ faciunt inueſtituram , quoniã ibi æqualiter pares & extranei teſtes hoc ideo , quoniam clerici ſæpe abſconſe,aliquos de feudo inueſtiunt,& ſine fratrũ præſentia,ex certa induſtria,& hoc facere ſtudent,ut hoc ,probatur,ĩ fi.prædicti.c.in ti.qualiter ind.feu.ſit exa.c.ſi inter dominum & vaſal.Et quid tunc iuris ſit quęre plenius in ſumma,de illis qui feu.concedere poſ.§.de rebus. & §. ſequenti, ſecus ſi de reb.propriis faciunt inueſtituram, quia ide obſeruandum eſt,quod in feudis laicorum,vt in tit.hic incip.conſue.reg.c.ſiue clericus.Et etiam de hoc quære in prædictis sũmis. Quos ferre teſtimonium non vult compellere,vel ſi illi nolunt dicere veritatem,a domino iuramento requiſiti, dicant,quod eam neſciant.in ti.explicit liber primus c.inueſtitura.in fi.Et quandoque etiam obtinet vaſallus contra dominum,licet prædicto modo vel aliquo de prædictis non ,probet inueſtituram,vt puta ſi probat ſe tenuiſſe domino iubente coram paribus , ipſum ire in poſſeſſione feudi illius , & tenere pro feudo & ſic tenuit.Item ſi pro beneficio aliquod tempore prẽſente & non contradicente domino & ſeruitiũ eius , quaſi a vaſallo recipiente obtinebit prẽſtito iuramento,niſi aliud contra indicatur,vt in ti.hic incip. conſue.reg.§. ſciendum.quære de hoc inf.eod. §.ſed pone. & ſupra eadem ſumma §.ſi enim res commiſſa non ſit,quod intellige vt obtineat ad vitam ſuam tantum,vt ſup.quib.modis feudum cõſtitui poteſt c.ſciendum eſt autem . Et intellige , quod pares ſint ĩ eadem domo ſeu eiuſdem domini ſicut vaſalli,vt in p̃dicto.c.ſi inter dominum . Et ſufficit , quod pares erant tpe quo fuerunt adhibiti in inueſtitura,licet poſtea tempore cõtrouerſiæ pares eſſe deſierint,quia nihil peccauit inueſtiturã accipiens,qui idoneus adhibuit, ſi poſtea pares eſſe deſierint vt in titulo, nouum non paternum.c. ſi inter dominum . & ff.de teſta.l.ad teſtium.§.i.ff.de reb.dub.l.ſi cognatis.vel quod pro paribus tunc habebantur,argum.C.de teſta.l.i.C.de ſenten.& interlo.om.iud.l.ii.ff.de offi.præſi.l.Barbarius. Inſtit.de teſta.§.ſed cum aliquis.& §.ſed ad hoc,argumẽ.contra. C.de hære inſti.l.i.& l.ſi pater.ff.de iuris.& fac.ignoran.l.vlti. §. qui

24 ignorauit.†Pares enim ideo ſunt neceſſarii ĩ inueſtitura, ne quid falſi excogitetur in perniciem domini,aliis teſtibus inductis corruptis forte pecunia gratia,vel odio,quod non eſt ſuſpicandum in paribus,vt in ti.de notis feudorum.§.idcirco cum pares Domino ſubiecti ſint iuramento,ad debita fideli

25 tatis.†Debent enim prædicti teſtes iurare tactis euangeliis ſacroſanctis,veritatem dicere pro utraque parte,vt C. de epiſ. & cleri.Authent.ſed iudex & xi.q.i.ſed iudex. Et ſi forte veritatem cœlare voluerint,amore vel precio , vel alia ratione, compellentur iurare,quod amore vel precio , vel alia de cã

26 falſitatem nõ dicent,nec vera ſcienter tacebunt.† Ad quod iuramentum præſtandum per dominium , vel Curiam ſiue pares compellentur,vel etiam per Comitem,vel populum, uel Imperatorem,vt in ti.explicit liber primus.c.inueſtitura, §.i.in ti.de notis feudorum.§.notandum.in titu. qualiter iud. feu.ſit exami.c.ſi dominus.§.ſi inter dominum. Et etiam ab alio iudice,cui ſubſint,vt in ti.de pace tenenda.c.ſi duo.§.miniſteriales. C.de teſti.l.ſi quando.& l. iuriſiurandi. Vel etiam per eccleſiam iurare & veritatem dicere compellentur eccleſiam per cenſuram eccleſiaſticam, vt extra de teſtib. cogen. ca.i. & ii.Et eſt ratio,quia peccat mortaliter ſe a teſtimonio ſubtrahendo ,quaſi crimen falſi committendo,cũ per alios veritas liquere non poteſt,vt extra de crimi.falſi c. i. & xi.q.

3 c.

Source : BIU Cujas

3.c.quiſquis.& ideo compellendi ſunt per eccleſiam ad ſatis factionem,ſicut contingit in alio quolibet. mortali peccato vt vi.q.i.illi qui.& 22.q.i.c.prædicādum.& 32.q.v.c.præceptū. Et ſi forte populus vel Comes eos iurare compellere noluerint, tunc vaſallus poſſeſſor ad dominum Imperatorem ire feſtinet,cū miſſo ſui domini vt in ti.qualiter iud.feu. ſit exa. c. ſi interdum. Et ſecundum Concilium ieiuni debent teſti-
127 monium ferre,vt ext.de teſti.c.i.†Et ſeparatim debent deponere,vt melius veritas eliciatur,ſicut in aliis cauſis,vt extr.de teſti.cap.venerabili.C.eo.ti.l.nullum.ſufficient duo teſtes, vt in ti.de notis feudorum.§.quod autem.C.de teſti.l.iuſiurandi ext.eod.ti.in omni in ti.qualiter iud.feu.ſit exam. §.ſi quis ſe.Et ſi pares,qui inueſtituræ interfuerunt, producti dicant forte corrupti odio,vel gratia ſeu pręmio,ꝙ nō interfuerint inueſtituræ,vel ꝙ non recordētur,tunc dominus eos coget, vt iurent,quod huiuſmodi veritatem neſciant,& tunc actor vaſallus,aut producat alios pares, vel iureiurando cauſa decidatur, vt in ti.explicit lib.j.c.inueſtitura.§.ſi enim.Et ſi probare,prædi.modo non poterit vaſallus agens inueſtituram: tunc illius erit defenſio,qui dicitur feciſſe inueſtituram, qui poſſidet,& a vaſ.conuenitur,vt ſupra quib.mod.feu. acquiritur.c.ſi autem non fuerit controuerſia.§.i.in ver. ſi autem.& in ti.qualiter vſus beneſi.ſit tenen.c.ſancimus.§.ſi quis miles, quoniam domino poſſidenti, iuriſiurandi electio datur, ut iuret inueſtituram non eſſe factam,vel uaſallo referat iura-
128 mentum. & ille iuret cum 12. ſacramentalibus, aut acquieſcat dom ini aſſertioni,ut in ti.explicit liber primus c.inueſtitura.§.i.†Inopia enim probationis adiuſiurandum,deuenitur,ut eodem titu.§.ſi vero inueſtitura.qui dominus iurabit
129 cum 12.ſacramentalibus,†niſi clientulus ſiue uaſ. ſit caſtaldus,vel actor,uel ſimilis, quia tunc tantum religioni domini ſtatur,quoniam aliter aliquando multa bona hoc modo auferuntur,ut in ti.de contentione feudi. c. ſi fuerit contentio. Et ideo dominus iurat in prędicto caſu in defectum probationis,ne ueritas occultetur,quoniam non eſt bonum ueritatem negare,ut ſupra qualiter uſus beneſi.ſit tenend.c.ſancimus ut nemo §.ſi quis miles in poſſeſſione,uel eſt ſub Rubrica,de feudo ſine culpa non amit.§.ulti. Et ſi dominus nō uult iurare,ſed potius referre iuſiurandum agēti, tunc actor iuret cum 12.ſacramentalibus,ſe uel patrem ſuum inde inueſtitum fuiſſe.& ſi iurare noluerit,dominus qui cōuenitur abſoluitur,ut in titulo, qualiter iudicium feudi ſit examinā dum.§.ſi quis ſe uel patrem.Et intellige,quod dictum eſt,do mini poſſeſſoris eſſe defenſionem cum iureiurando ſolo ipſius,vel cum xii.ſacramentalibus,vt dictum eſt, niſi uaſallus ſiue actor, qui agit contra dominum poſſeſſorem, ſit de alio feu. uaſallus, de quo nulla eſt quæſtio inter ipſos. Quia tunc licet ex ordine domini prædicto modo ſit defenſio,vaſallo non probante,tamen quia aliunde vaſallus eſt a domino de æquitate remittatur defenſio, vt ſupra tit.quibus modis feu.acqui.§.ſi autem controuerſia.§. ſi vero feu.acqr. quis habuerit.Quod poteſt intelligi,vt ſcilicet ſibi remittat, defenſio a domino, qui iurare non habet. Et in hoc caſu poteſt intelligi,c.quod dicit, Dominū abſolui debere,nullo prędicto ſacramento,ſi vaſallus deficiat in probatione,vt ī tit.hic incipiunt conſuetudines regni.l.lex Corrad.c.ſciendū, §.ſi inter dominum.Et eſt ratio quare in prædicto caſu dominus non iurat,ſcilicet propter reuerentiam,quam ei vaſallus debet,qui ab ipſo non poteſt exigere calumniæ iuramentū, vt ſup.eod.ti.§.in quibus. Et cum reuerentia debet cum ipſo in iudicio experiri,in tit.nouum non paternum.ca. dominus vocat.§.i.Vel intellige prędictum capitulum contrariū, ſecundum diſtinctionem infra notatam.§. quod iuramentū. argum.in prędicto c.ſi autem. §. ſi vero notaui, domino remitti in prædicto caſu defenſionem,ſcilicet adeo,vt eum ſolum iurare ſufficiat ſine teſtibus,ſed prius dictum verius eſſe videtur per iura allegata. Si vero iurare noluerit, iurabit filius defuncti domini cum xii. defunctum militem inde pro feudo inueſtitum non fuiſſe,qui ſi iurare recuſat,debet filiū militis inde pro feudo inueſtire, ſecundum Mediolaneñ.sētentiam,ut in ti.qualiter iud.feu.ſit exami.c.quidam obligauerat.Longi autem temporis præſcriptio non prodeſſet, vt C.de pig.actio.l.nec creditores.Quod iuramentum non ſemper datur domino vel uaſallo poſſidenti,niſi ſecundum hāc determinationem,ſecundum quam intellige omnia, quæ s. dicta ſunt de ſacramento,quod quandoque datur poſſidēti & quandoque petenti,& quandoque neutri,& cum alicui horum datur ita demum datur,ſi aliquid pro eo ſit,quod iudicem moueat,ubi uero nō eſt quod faciat pro aliquo horū præter poſſeſſionem ſolam,tunc ſecundum quod melius iudici uiſum fuerit poſſidenti dabitur ſacramentum, aut actore non probante,qui conuenitur, & ſi nihil præſtiterit,obtineat.Et cū datur, aut a iudice,aut a parte, aut ſi a parte aut ſubeat iuřm cum xii.ſacramētalib.řm diſtinctionem infra, ſcriptam:aut referat pars cui delatum eſt.ſi a iudice iuret ille cui delatū eſt cū vaſallis cū vj.parētib.Cœteros ſi vult habeat extraneos.dominus vero iurabit cum parentibus ſolis,vel cū extraneis mixtis parentibus,vel vaſallis vt hæc leguntur in titu. hic incip.conſue.reg.c.ſciendum.§.ſacramentum.& §. & cum datur.Et hic poſſet adaptari quod de iure ciuili traditur circa hanc materiam.C.de reb.cred.l.in bonæ.ff.eod.ti. l. ad-
130 monendi.†Quis illos xii.eliget? Videtur ꝙ ille litigans, qui iurat argum.d.c.ſciendum,vel forte iudex,ut in ti.de pace te.
131 §.ſi miles ruſticum.†Sed quid erit in uaſallo, ſi propinquos, non habet? Reſpondeo,tunc alii admittuntur non admittēdi.C.de hęre.in ſi.ext.de ſimonia.c.nemo.diſ.in capite. eẍ de re iud.c.cum decem.ff.de teſt.l.curent.extra de teſti.c.quoniam.& c.ueniens.in ſi.ext.de adulte.c.interrogari. C. de ſer. fugi.l.quicunque,ff.de proba.l. cū probatio. Quæritur qd in caſu,in quo habet poſſeſſionem uel iuramentum referr? Dic ꝙ a iudice detur terminus ſuper hoc ad deliberandum,ut iuret uel referat,ut argum.ff.de opt.leg.l.mancipiorum.C.cōmunia de leg.l.ſi duobus.§.ſed & ſi quis. Et ſi ille iurare noluerit,cui refertur,alter abſoluetur,ut in ti.qualiter iudicium
132 feu.ſit exami.§.ſi quis ſe.†Et nota hic,quod ſecundum prędictam diſtinctionem æqualitas in iudiciis feudorum non ſeruatur.Et ita eſt contra in titu.hic incipiunt conſuetu. regni, c.ſciendum.§.in quibus C.de fruct.& lit.expen.l.ulti.C.de præ
133 poſitis.ſacro ſacri.l.in ſacris, circa fin. li. x.†Sed quæ erit forma ſacramenti domini uel uaſalli & coniuratorum in prædictis caſibus? Dic quod dominus, ſi quæratur de inueſtitura a ſe facta, iurare debet ſe inueſtituram non feciſſe. Cum uero ſacramētum datur ſucceſſori domini iurat ſcilicet ſic, ſe non credere inueſtituram factam eſſe ab anteceſſore ſuo, ut in ti.qualiter iudi.feu.ſi exami.§.ſi quis ſe.& in tit.de notis feudorum.§.cum datur domino.Ita iurat cum mentione cō ſcientię ſui anteceſſoris,licet ſecundum quoſdam nūquam in hoc ſacramento ſit de conſcientia mentio facienda,vt in ti.hic incip.conſue.reg.c. ſacrm.§. & cum datur:Vaſallus uero ſemper iurabit ſine mentione conſcientię, ſcilicet ita eſſe ut affirmatur,ut in d.§.cū datur, ſcilicet ſe uel anteceſſores ſuos inueſtitos fuiſſe in ti.qualiter iud.feu.ſit exami.§. ſi quis ſe. Debet & ſemper dominum in iudicio nominare,a quo dicit factam eſſe inueſtituram,ut in ti.de notis feudorum. §. ſi qua inueſtitura. Vel non iurabit pręciſe de facto ſui anteceſſoris,ut uidentur ibidem probari. & ob hoc aliter iurat uaſallus uel dominus de facto ſuo quam de facti ſui anteceſſoris, quia multum diſcrepat ſacramentum hęreditarium a principali ſacramento,ut C.de reb. credi. & iureiur. l.gene-
134 raliter,in prin.†Nec debet de facto alieno quis cogi pręciſe iurare ſic eſſe,uel non eſſe.ff.rerum amo.l. Marcellus.§.i. nec anceps periurium ſubire.ff.de in litem iurā.l.in actionib. & in prędicto §.ſi qua inueſtitura.licet in Lombarda aliter ꝛ tineatur ut ibidem,in ſi.dicti §.Sacramentales uero iurabūt ſicut iurat filius domini uel uaſalli,nec pręciſe de facto alieno iurare cogantur,vt dictum eſt. Sed bene poterunt iurare ſe credere vel exiſtimare dominum vel vaſallum verum iuraſſe,ſicut iurant compurgatores,vt dictum eſt inf.ead. ſum-
135 ma.§.& quæ ſupradicta ſunt.†Si contentio fuerit inter dominum & vaſallum poſſeſſorem,forte quia petat a domino in ueſtituram recti feudi.Et dominus negat ipſum eſſe vaſallū: & ſic pares in eadem curia non videat habere,nihilominus pares eiuſdem curiæ cognoſcentes de quæſtione illa hoc ordine procedere debent,vt antequam de cauſa principali cognoſcant,illum de ſuo recto feudo faciant inueſtiri. Sed fidelitatis iuramentum differatur quouſque de principali cauſa cognitum fuerit per eoſdem hoc uerum eſt,ſi ille non eſt uaſallus,de alia re,de qua nō eſt cōtrouerſia.Tūc.n.ubi de alia re eſt uaſallus,pares illū faciūt de illo feudo de quo agitur inueſtiri,& ab ipſo præſtari faciāt fidelitatis iuramētū, & poſt modum de cauſa principali cognoſcant, ut in ti.nouum nō
136 paternum.c.ex eo.Et†quod illud capitulum intelligitur quā do uaſallus poſſidet,qui petit inueſtiturā,probat litera eiuſdem capituli ibi pręter id de quo queritur ab eodem domino tenere,& etiam illud verum uidetur eſſe,ſi non poſſideat rem,de qua facit inueſtituram,nec de alio eſt, uaſallus,quia tunc,ut puto,differtur inueſtitura, & iuramentum quouſq; tota cauſa fuerit uentilata, ut ex fine illius cauſæ appareat, an ſit inueſtiendus,& ſic uidetur capi.illud intelligendum, ī ti.hic incipiunt conſue.reg.l.lex corradi.§ ſi inter dominum. Et intellige ſimiliter de iuſta poſſeſſione fieri inueſtituram, non de iniuſta,ut in ti.explicit liber primus.c.inueſtitura.§.ī ueſtitura.argum.C.de inoff.teſtamen.l. ſi quando,in princip. ff.ne quid in loco publico vel itinere fiat.l.i.§.merito. Nam ſi dolo malo quis in poſſeſſione inuentus fuerit,talis poſſeſſio ipſum non adiuuet.C.de libera.cauſa.l.eam.Dolus enim proprius neminem adiuuare debet. ff. pro ſocio. l. uerum.§. tempus.ff.de re iu.l.ſed hoc ita.in fi.extra de reſc.c.ex tenore.

Que

Source : BIU Cujas

Quæ inueſtitura facta domino non faciet præiudicium, arg. ff. de aqua quotidiana & æſti. l. pen. Pæcipue ſi proteſtatur in inueſtitura tali, ſibi ius ſuum ſaluum eſſe, ar. ff. quibus mod. pig. vel hypo. ſol. l. ſi debitor. §. j. C. libr. x. de his qui ſpon. mu. ſub. l. j. in fin. De hac materia vide, quæ notata ſunt ſupra, in ſumma, quibus modis feu. acqui. §. aliquando, & §. poſt casū.

137 †Si uero de incremento feudi, ſiue manſi in feudum dati, ſit quęſtio inter dominum & uaſallum utroque dicēte ad ſe debere pertinere incremētū, diſtinguitur, Aut dominus, aliqd ſibi retinuit, aut nō. in primo caſu fidelis habet probare per pares curtis, vel breue teſtatum, inueſtituram incrementi, in ſecundo non, ſed erit ipſius vaſali incrementū iure feudi: & hoc ſi vaſallus non poſsidet. Si vero poſſidet, non habet probare inueſtituram incrementi, ſed iurare, vt ſup. quibus

138 mo. feu. acqui. §. ſi quis de manſo. †Et dicitur manſus ſecundum G. prędium, in quo homines habitant, vel ſecundum R. dicitur manſus, ſecundum vulgare Italicorum quantitas, agrorū, quæ duob. bobus in anno ſufficit ad agriculturā, vt ſic exponitur extra de cenſib. c. i. Vel diſtingue, vtrum incrementum per ſe conſiſtere poſſit, vel non, & ſi non poteſt cōſiſtere, tūc vaſallo accreſcat, ſi vero ſubſiſtere per ſe poteſt, tunc ſubdiſtingue, vtrum ſit feudum coniunctū, vel ſeparatū. Et ſi coniūctum, ad vaſallum pertineat, alias ad dominū. Vel an ſumptibus & induſtria vaſalli accreuerit, vt tunc ad vaſallum, alias ad dominum pertineat, vt hęc diſtinctio probatur in ti. qualiter iurare deb. vaſal. §. econtrario. & ff. de vſu fru. l. item in fundi. §. huic. ff. de pub. l. ſi ego. §. quod. ff. de flu-

139 minib. l. vlt. §. ſi inſula. C. de alluuionib. l. vlt. †Si vero quęſtio fuerit inter dominum & vaſallum propter feudi euictionem, domino negante denunciationem ſibi eſſe factam, & illum ſuum eſſe vaſallum ſeu fuiſſe a ſe uel ſuis anteceſſoribus de illo feudo euicto inueſtitum, vaſallo per omnia contrarium aſſerente, & petente ſibi feudum reſtitui eiuſdem eſtimationis, cuius erat tempore rei iudicatę vel nummos in feudum ſibi dari petit, ſi hic vaſallus, vt ſupra probauerit, erit ſibi dominus condemnādus, alioquin iurabit dominus illum a ſe vel anteceſſoribus ſuis nunquam inde inueſtitum fuiſſe, vel ipſum pro eis tenuiſſe, quo iuramento præſtito abſoluetur, vt in ti. ſi de feud. vaſal. fuerit interpel. cap. i. Et circa hāc materiam vide, quę dicta ſunt ſup. in ſumma, quib. mo-

140 dis feud. acquir. §. ſciendum eſt enim. †Et quæ ſup. dicta ſunt, habent locum, quando occaſione inueſtituræ agitur inter dominum & vaſallum, ſiue de inueſtitura ſit quęſtio inter ipſos. Sed ſi ob hoc, quod dominus dicat feudum eſſe commiſſum, poteſt vaſallo auferri, ad quam culpam probandū v. teſtes ſunt neceſſarii, vt in l. Henrici. ſed vaſallus ſe purgare poterit cum tribus paribus, ſi quos habet, alioquin cum xii. proximioribus parentibus ſuis, vt in conſti. Henrici, de mili-

141 tum. §. primo. & in princip. †Et habet locum purgatio, ſi vaſallus de culpa illa fuerit infamatus, vt ei ſecundum iudicis arbitrium purgatio indicatur, ut extra de accu. c. inquiſit. ex

142 tra de purga. can. cap. ex tuarum. & c. nos inter. †qui vaſallus iurabit ſuper ſanctaDei euāgelia, quod culpam ſiue delictū de quo inculpatur, non commiſit nec per ſe, nec per alium, nec alius pro ipſo, eo ſciente, & iuratores iurabūt ſuper ſanctaDei euāgelia, quod credunt illum verum iuraſſe. extra de pur. can. c. quoties, in fi. & c. de teſti. & c. conſtitutus. Et debēt illius honeſtatis eſſe & opinionis, quod veriſimile ſit, eos nolle amore, vel odio, ſeu obtentu pecuniæ deierare, & vitā & conuerſationem prętentem & pręteritam illius cognoſcant, quem purgant, & eius ſint vicini, & ſint catholici, & vita probati, vt extra eodem titu. cap. cum P. & C. inter. & c. cum dilectus. extra de præſump. c. quoſdam. & c. quando. Et debet purgari, vbi eſt de illo maleficio inculpatus, vt in præ

143 dicta decr. inter. †Cum igitur inter ipſos ſit quæſtio, puta domino dicente feudum eſſe commiſſum propter cenſum & ſeruitium non ſolutum, obtinebit vaſallus, ſi probabit vltimis tribus annis ſe ſoluiſſe cenſum, argu. C. de apochis pub. l. quicunque, lib. x. Alioquin ſuccumbet, vt in tit. de feudo ſine culpa non amit. c. ſancimus. Adde hic quę penius dicta ſunt ſup. eadem ſumma. §. vbi vero agit. & §. ſeq. Vnde incūbit vaſallo probatio ſolutionis cenſus, trium vltimorum annorum tātum. Et hoc eſt verum, niſi ſit ſeruitium incertum propter cuius ceſsationem, non incidit res in commiſsum, niſi exactum fuerit a domino eo ſeruitio indigente, vt in fin. dicti c. ſancimus, ſecūdum ea quę notata ſunt in dicto. §. vbi.

144 & in §. ſequenti. †Vbi vero dominus agit contra vaſallum ꝓpter aliquam conuentionem inuſitatam quam dicit fuiſſe appoſitam, & non ſeruatam: tunc vaſallo negante domino incūbit probatio, & ſi non probat, vaſallo datur iuriſiurādi defenſio, vt iureiurando negare poſſit, vt in ti. explicit lib. primus. c. inueſtitura. §. præterea, & §. ſequenti. Quæ dicta ſunt ſup. habent locum, quando quęſtionibus vertentibus inter dominum & vaſallum, alter ipſorum poſſidet feudum, vel

145 rem feudi. †Sed ſi neuter ipſorum poſſidet: tunc ſecundum Pileum in dubio vtroque in probatione deficiente, obtinebit qui conuenit. Quia fauorabiliores & promptiores ſum⁹ ad abſoluēdū. ff. de act. & ob. l. Arrianus. ext. de fi. inſt. c. inter. ī fi. ext. de cā poſ. & ꝓp. c. cū in eccleſia. Et actore nō probante reus, & ſi nil ꝓbauerit, abſoluetur. C. de edē. l. qui accuſare. &

146 in d. Decr. cum eccleſia. †Sed pone, quod inter dm̄m & vaſallum ſit quęſtio ſuper, hoc quod dominus dicit aliquem eſſe ſuum vaſallum, & ille hoc negat, quæ probatio requiritur ſi inueſtitura non poteſt probari? & dic quod domino ſufficiat probare illum ſibi pręſtaſſe & feciſſe retro actis temporibus, quæ homo ſiue vaſallus domino ſuo facere tenetur, quoniam ex his probatur eſſe vaſallus, vt arg. C. de Lati. lib. tol. l. i. §. ſed eq. & §. ſed & ſi qs. & §. ſeq. & ff. de offi. pręſi. l. Barbarius. C. de ſent. & inter. om. iu. l. ii. C. de teſt. l. i. Et niſi ſic p̄ſumerēt populus deciperetur, qđ eſſe nō debet, ut in dictis §§. Talia. n. argumenta ſunt inducta, quę tamen probant, vt ff. de teſtam. l. iij. §. quę autem. Et uidetur quod his probatis, dominus obtineat pręſtito iuramēto niſi in contrarium aliud inducatur, vt hoc eſt expreſſum in tit. hic incip. conſuet. reg. c. ſciendum. in fine primi reſponſi. Et pro hac parte faciunt quę dicta ſunt ſup. ea. ſumma. §. ut autem ſciatur. §. ſi uero. q̄ ſtio. & extra de cau. poſ. & proprie. c. fi. & extra de cenſib. ca. omnes. Sed contra uidetur eſſe caſus, quia feudum nullo mō poteſt ſine inueſtitura conſtitui, licet talia probentur, ut in titu. quibus modis feu. conſti. poteſt. c. ſciendum. Item propter hęc probata uel talia, ſiue tales actus & confeſſiones probatas & probationes, nunquam liber ſeruus efficitur & econtra, ut C. de liberali cauſa. l. iubemus. & l. ſicut ſemel. & l. nec ſi uolens. & l. liberos. & l. inter. & argum. extra de pręſc. ca. ad audientiam. Sed poſſet reſponderi quod dicta iura loquuntur, cum quis ex talibus actis, & confeſſionibus contendebatur eſſe ſeruus. Quod eſſe non poteſt, niſi certis modis, ut notatur Inſt. de iure perſona. aliud hic, quia propter talia quis ſeruus non efficitur, nec forte homagium faciet, argumen. in d. c. ſciendum. in titu. quibus mo. feu. conſti. pote. Sed alia habet facere, quaſi uaſallus, ut ibidem & in alio. §. ſciendum, in contrarium allegato in prin. Et hoc pręcipue ſi ea fecit 30. ann. ſiue per 30. ann. argu. C. de agric. & cenſi. l. cum ſatis. §. cum autem. & in ti. ſi de feudo, vaſal. fuerit interpella. c. ſi quis per 30. Et ad hoc quære, argum. ſup. ea. ſumma. §. ſi uero uaſallus poſſideat. in prin. medio, & fine. Niſi plura interuenirēt cum his, ut argu. C. de agri. & cen. l. cum ſcimus. primo reſponſo. Quia quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, ut C. de teſt. l. i. Sed ad hoc obſtant dictę leges, & ſicut, & l. iubemus. ut ſcilicet propter talia uerba, uel propter tales actus, qui & quæ ad libertatem pertinent, nunquam ſeruus liber efficiatur, nec liber propter talia contraria efficitur ſeruus, ut ibidem patet, cum iura libertatibus faueant. ut C. de pręſcrip. lon. temp. quæ pro liber. datur. l. ii. Vel poſſet illi legi reſpōderi, ꝙ iſti tales actus, & talia uerba interueniebant ludi cauſa, & ſic nihil operantur, ut ff. de actio. & obligation. l. obligationum ſubſtantia. l. fi. §. fi. Itē contra prædicta, ꝙ licet homo liber ſteterit per longiſſima tēpora in ſeruitio ſeruili, uel in ſeruitute, nunquam propter hoc efficitur ſeruus, ut C. de pręſcrip. lon. tempo. quę pro liber. da. l. ul. ſed poſſet reſpō deri, ut ſup. reſponſum eſt. Ad hanc quęſtionem quęre ar. s̄. ea. ſumma. §. ſi. n. res commiſſa. & §. ſequen. Econtra, uī ut, ſup. in ſumma, quib. mo. & ex quib. cauſis feudum ami. §. ſed quid erit ſi dominus. & ſup. in ſumma, in ti. de ſacra. fide. §. ex

147 ſupra ſcriptis. †Sed ubi controuerſia eſt inter dominum, & illum, qui dicit ſe debere eſſe vaſallum, & feudum ad ſe per ſucceſſionem pertinere, domino dicente, illud eſſe nouum, quod ad dominum redit, alio dicente illud eſſe paternum. Diſtinguitur, aut ille agnatus poſſideat totum uel partem, mediam, uel minorē, uel aliud loco eius partis, ſiue ſit illud precium uel cambium, aut nihil poſſideat, nec precium, nec cambiū loco eius. In primo caſu domino dicenti nouū eē, incūbit ꝓbatio, quo ꝓbante obtinebit, in ti. quar. in. de. uaſ. §. ſi uero dn̄s. Niſi poſſeſsor, iuſtis rōnib. ꝓbet illud eē p̄rnū. ꝙ ſi ꝓbabit iure obtinebit, ut s̄. ti. qui. mo. feu. acq. §. cū autē. Vtroq; vero in ꝓbatione deficiēte. iurabit uaſal. q̄ inde aliqd hēt uel habuit, patrē ſuū iure inueſtitum fuiſſe, vt ī ti. de ꝓt. feu. c. ſi contentiones, uel bonus iudex intuebit, cuius iuſo q̄ ſtio dirimatur, ut in ti. qual. iura. deb. uaſ. §. ſi uero dn̄s. In ſecundo caſu ſi agnatus nihil inde poſſidet, nec inde aliquid habuit, nec illi, nec dn̄o poſſidenti dabitur iuſm̄, niſi ꝓp ſtatutā rōnē, vt in præd. c. ſi cōtentio. & intellige ꝓ ſtatutā rō nē dari in p̄dicto caſu dn̄o poſſidenti iuſm̄, ſine ueritas occultetur, ut in tit. de feu. ſine culpa non amit. §. ſi qs miles, uel ꝓp defectū ꝓbōnū, ut in ti. explicit liber primus. c. inueſtitura. §. ſi uero inſtitura. Nec propter hoc, quod in tali caſu dominum iurare oportet, ille amittet aliud feudum ſuū, ſi quod habet, ut in prædicto capitulo, ſi contentio. in fin.

Source : BIU Cujas

148 †Et non ſolum poteſt intelligi prędictus §.ſi vero dominus ſi dominus agat contra illum poſſeſſorem, qui ſe debere eē vaſallum contendit, ſed etiam poteſt locum habere, neutro ipſorum poſſidente, ſi ambo contra alium poſſeſſorem experiantur, vt tunc domino dicenti eſſe nouum incumbat probatio, licet aliquando contrarium fuerit pronunciatū, vel iureiurando hæc quæſtio decidatur, vt ibi legitur. ita quidam videntur ipſum intellexiſſe. Sed primus intellectus, vt puto, planior eſt, & ſine calumnia. Vel agenti in tali caſu dabitur iuriſiurandi electio vtroque in probatione deficiente, vt in tit. ſi de feu. vaſal. fue. interpel. c. ſi de feudo. & ca. defunctum. Sed antequam ad iuramentum & cauſæ principalis, examinationem ſiue cognitionem perueniatur, agnati erūt in poſſeſſionem mittendi, & poſtmodum de principali cauſa cognoſcetur, vt in prædictis. c. & argum. C. quorum bono. l. vlt. & C. quorum leg. l. i. & C. de edicto diui Adriani tollē.

149 l. j. & vlti. † Item dicendum eſt, ſi contendatur inter dñm & filiam vaſalli, ad quam feudum peruenire non poteſt, ſi filia contendat non eſſe feudum, ſed allodium, vel libellariū, vt in d. c. defunctum. Quidam tamen diſtinguunt, vt ſi feudū ſit magna pars eorum, quæ vaſallus tenebat, detur domino ſacramentum, alias fœminæ, vt in titu. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula §. item ſciendum. in fi. Vbi tamen dominus dicit feudum eſſe nouum, ob hoc, quod vaſallus ipſum refutauit vt inde eius filios inueſtiret de nouo, & eos inde inueſtiuit poſtea, quia mortuo vaſallo, & altero etiam ex filiis ſine hærede: Alio ſuperuiuēte filio totum petente, eo qđ dicit eſſe feudum eſſe paternum, & dominus ipſum nouum dicat, & ob hoc ipſum habere velit ſaltem pro parte alterius fratris mortui, obtinebit filius, quia feudum paternum eſſe iudicatur, vt in ti. nouum non pater. §. quidam quoniam non eſt nouum, ſed potius renouatum, argum. ff. de precar. l. ſed & ſi manēte. ff. de ſol. l. qui ſic ſoluit. ff. de pecul. l. peculiū. §. ſi ęre. ff. de lib. & poſthum. l. filio. Et quære ad hoc argumē. pro, & contra ſup. in ſumma, in tit. de ſacra. fide. §. quęritur ſi dominus. Nam fuerunt illi fratres inueſtiti de paterno feudo, & non de nouo, quia tunc ſecus, vt in ti. nouum non paternum. c. ſi duo fratres. Item cum eſt quæſtio inter dominū & emptorem, quia vaſallo conſenſu domini emit domino vel vaſallo dicente feudum ſuum eſſe, ſi emptor hoc negat, & dominus & vaſallus in probatione deficit, hæc quæſtio iuramento emptoris deciditur, vt in ti. hic incip. conſue. reg. c. hęc ſunt capitula. §. item ſi ſic, & in ti. qui debent ſuccedere,

150 in feudo. cap. quidam. §. ſimiliter. †Si vero dominus agat cōtra emptorem, qui emit ſine eius conſenſu vaſallo dicente, quod ignorans feudum eſſe, vendidiſſe credens proprium ꝙ mittitur electionis emptoris, vtrum domino velit ipſum credere, an vaſallo reſtituere. Quidam tamen dixerunt omnino tunc vaſallo reſtituendum, quia in tali caſu domino non apitur, quo reſtitutio, illud pro beneficio retinebit, non obſtante venditione, quæ ab ignorante feudū facta fuit, & idem in oīb. alienationibus intelligendum eſt, vt in ti. hic incip. conſuetudines regni, c. hæc ſunt capitula. §. domino cum emptore. De qua materia quære, ſup. in tit. quibus mo. feu. & ex qui. cau. amit. §. in emptore. & §. ſine conſenſu. & §. item conſen

151 ſus. & §. ſciens. †Si duo vel plures, de eodem beneficio litigāt inter ſe, contra, poſſeſſorem, vtroque dicente feudum ad ſe pertinere, ſiue eius poſſeſſionem. Diſtinguitur. an eundem titulum producūt, ſcilicet dicendo ab vno & eodem inueſtitore ſe inueſtitos fuiſſe, & tūc Comes ſiue iudex, qui de cauſa cognoſcit, primo illius inueſtitoris teſtimonium recipiat. Et ſi vnum illorum guarentare voluerit, recognoſcendo vnum ex illis per ſe inueſtitum fuiſſe, ille ob indebitum. tamen dominus hoc ſine fraude dicat, & niſi aliquid in contrarium inducatur, vt in ti. hic incip. conſue. regni. l. lex Corradi. §. ſi inter duos. Et hoc præcipue ille obtinebit, cuius dominus teſtificatur, ſimiliter probare poterit idoneis teſtibus, quod abſque rapina hoc beneficium habuit, tunc remota omni materia quæſtionis. illud beneficium obtinebit. Sed ſi coram iudice conuincatur, quod cum rapina illud habuit, reſtituet beneficium duplicatum, & beneficio carebit, niſi iuſtitia & iudicio dictante illud poſterum requirat, vt titulo de pace tenen. c. ſi duo. in princi. Obertus enim in iudicio poſſeſſionis qui non non vi ab aduerſario poſſidet, ratione proprietatis alii ſalua, vt Inſti. de interdictis. §. retinendæ. Si vero producunt diuerſos inueſtitores, tunc iudex, in cuius præſentia cauſa ventilatur, a duobus hominibus boni teſtimonii, eiuſdē prouincię. unde ſunt litigantes, per ſacramentum requirat quis illorum abſque rapina beneficium teneat, ſiue poſſidet & cognita rei veritate ex illorum teſtimonio, poſſeſſor illud beneficium iure obtineat. Niſi iudicio & iuſtitia dictante alter de manu illius, illud beneficium eripiat, ſcilicet in iudicio proprietatis, ut in dicto. c. §. ſi dominus, & §. primo. Eadem materia poſſet tractari, ſi duo dicant alicuius feudi ſiue vaſalli ſe eſſe dominos, ut ille ſcilicet obtineat in iure dominii feudum quem, vaſallus ſine fraude guarentare voluerit niſi in contrarium aliquid oſtendatur per dictum, c. ſi duo. in princip. & per aliud c. lex Corrad. §. primo. Et de hoc vidi

152 quæſtionem moueri in prouincia. † Vbi vero eſt controuerſia inter filiam vaſalli mortui. dicentem eſſe allodium vel libellariam, uel de ſua hæreditate rem, de qua agitur, & maſculum agnatum dicentem eſſe feudalem vel feudum, maſculo datur iuriſiurandi electio, vt in titulo, ſi de feudo vaſallus fuerit interpellatus. c. inter filiam in tit. hic incip. conſue. regni. c. hæc ſunt capitula §. item ſciendum. in tit. qui. debent

153 ſuccedere in feudo, c. quidam capitaneus. §. ſi conuentio. † In ſententia ferenda, quę forma vel ſolennitas ſit adhibēda, hoc iure nihil determinatū reperitur. Et ideo ad ſolennitatem iuris ciuilis Recurrendum erit, vt in titulo explicit liber primus

154 c. Obertus in fine. i reſpōſi. † Deinde in cauſſa appellationis ſimiliter qualiter, & inf. quantum tps, ſit facienda & proſequenda, & ad quem, hoc iure ſimiliter non reperitur multum clare autem. Et ideo ad iura ciuilia in hac parte recurrendum erit, ut in prędicto c. Obertus. Veruntamen circa hanc materiam videtur iure iſto ſic dicendum, quod vaſalli contradictio facta ſententiæ pariū, habeatur pro appellatione, vel loco appellationis, ut ſi lata ſnīa per pares, dicat uaſallus, contra quem iudicatum eſt, quod pares per odium vel iniuſte iudicaſſent, debet vaſallus per vi. hebdomadas in poſſeſſione feudi remanere, & veniat ad præſentiam principis, cum illis qui laudamentum atque iudicium fecerunt, ut tunc Imperator coram eis cauſam diffiniat, vt hoc legitur in titulo, qualiter vſus beneficii ſit tenendus. c. ſanctimus. §. ſi autem miles.

155 † quod capitulum, videtur intelligendum de maiorib. valuaſorib. inter ſe litigantibus, qui a Principe habent feudum, ut in Lombar. de beneficiis uero appellatur de iure ciuili, vt ff. de appel. l. Imperator. in princi. Licet de iure canonico ſecus extra de appella. c. ſi duobus. &c. dilecti. Vel intellige, quod ibi miſſis mediis ideo ad Principem appellatur, quia cum eſt controuerſia inter dominum & vaſallum coram paribus, non eſt ad ipſum dominum appellandum, pro Quo eſt lata ſententia, ſed ad principē. Et hoc ideo, quia pares ſunt quaſi vicarii, vel officiales ipſius domini, qđ apparet ex eo, quod in eum nullum imperium habent ſeu coectionem, niſi ipſe velit ſe eorum iudicio committere, vt probatur in titulo nouum non paternum. c. dominus vocat. §. i. Quia eſt appellādum non ad ipſum, qui in cauſa obtinuit, & cuius vicarii vel officiales eſſe videntur, ſed ad alium ſiue principem, ſiue aliū maiorē dñm: quia dñs & pares vnū tribunal uñr hře, & vnū cōſiſtoriū, qa ad ipſum non appellat, ſed ad maiorē, vt hoc appellatur, C. de appella. l. præcipimus. circa princip. in verbo, vel eorum vicariis. & extra eodem tit. c. Romana. in princi. Eſſet enim graue, vt ad eum, qui obtinuit, victus appellaret, idem eſt & ſi dominus victus appellat, quoniam ad ſe non appellabit, ſed ad alium ſuperiorem, quod probatur ex hoc, quod iure cautum eſt in appellante, vt ſciatur qs & contra quem ad quem, & a qua ſententia appellatur, vt hæc in multis locis iuris colliguntur. ff. quis & ad quem appella. per totum. ff. de appella. l. i. § finali. & l. iii. in princ. extra eo. ti. in cordi nobis eſt. & ff. de libel. dimiſſoriis. l. i. Per quæ iura probatur, qp alius eſt qui appel. & alius, contra quem appellatur. Eiſdem rōnib. vī idem dicendum in cauſis Baronū prouinciæ, qui de conſuetudine, cum ſuis militib. hoīb. cauſam habentes, agendo vel defendendo dant iudices, quos volunt, qui audiant & diffiniant, vt non ad ipſos appelletur, ſed ad ſuperiorē. Sed ꝙ prædicta eſt ar. in ti. hic inc. conſ. reg. c. hæc ſunt ca. §. ex eo. Et intellexerunt quidam, qp prædictū. c. ſancimus. §. ſed aūt loquatur de tpe, quod ad proſequēdū appōnē, ſi q̄ interpoſuit, vel qp aliud tempus ſed ſeptimanarum habet appellans in his cauſis hēt, vel generaliter appellantib. datur. ſ. tps anni vel ex cauſa biennii, quia hoc nō eſt conſuetudine feudi immutatum. Et iō ſtare non prohibetur vt C. de appel. l. pręcipimus in fi. & C. de temporib. appel. l. vl. & in Auth. de his, qui īgrediuntur ad appel. in fi. primi reſpō. col. v. & extra de appel. c. cum ſit Romana. & ii. q. 5. c. ei qui appellat, cum ſuis ſimilib. Quod capitulum uere poteſt intelligi in appellante, quod patet ex hoc quod dicit, ad noſtram ueniat præſentiam, quoniam iter arripiens intelligitur appelqplare. patet ipſo facto potius, quam ſi uerbo appellaret, ut extra de appel. c. dilecti. Vnde leue uidetur dici, qp ad pſentandum ſe principi habeat tempus ſex ſeptimanarum, ſiue adęcedendum ad principem, uel ad mittendum poſtq̄ dixit uaſallus ſe iturum, contra eum non pt procedi infra annū, ſed anno elapſo dñi ſacramento cā finiatur. Sed illud locum habet ante ſententiam, quod pater ex illo verbo, domini ſacramento cauſa finiatur, aliud vero, c. ſancimus, loquitur quando poſt ſententiam fuit conqueſtus: ſed quæ ſit ratio diuerſitatis dixerunt, quidam, Inquirat, quem labor mundi ex agi-

tat.

Source : BIU Cujas

tat. Mihi videtur autem prædictum capitulum in contrariū intelligendum, ſcilicet, quod habeat annum ad mittendum vel eundum ad Principem, poſtquam dixit ſe iturum vel miſſurum, quando Comes vel populus voluerunt eius teſtes cogere teſtificari contra dominum, cum quo litigabat, vt tunc, cum ſubſit manifeſte iuſta cauſa ad Principem accedē di, vel mittendi, quod tempus anni, quod appellantib. datur, in integrum habeat, ad eundum ad Principem, vel mitten-
156 dum, quod non poteſt dici, ſi poſt ſententiā hoc dicat. †Cum pro ſententia ſit præſumendum, quod bene lata ſit, niſi contrarium oſtendatur, extra de ap. c. interpoſita. in princi. C. de appella. l. qui ad ciuilia. ff. ſi pendente appel. mors interue. l. j. in fi. primi reſponſi. Et quod in tali caſu loquatur, probat litera præcedentis §. qui incipit, ſi inter dominum. Quidam tamen libri non habent in litera §. ſi autem ſe, & ſi non eſt ibi §. plana eſt prædicta reſponſio. Alioquin continuabitur ille cum præcedenti, vt plana ſit litera. Sed pone; quod nuncius vel miſſus domini, nolit ad Principem accedere cum vaſallo, qui ante ſententiam promiſit, vel dixit ſe iturum, vel miſſurum ad Principem, vel etiam ſi pares, qui iudicauerunt, nolunt ad Principem ire cum illo, qui de iniuſta ſententia q queritur, vt faciendum eſt, prout in dictis capitulis continet. Dico quod nihilominus Princeps cum vaſallum audiet, vt C. de tempori. appel. l. vlt. §. illud. cum ſuis concordantiis. Circa prædictam materiam hodie per legem Corradi §. primo. quam multi non habent, quę incipit, Corradus, in quibuſdā libris, & in quibuſdam incipit, omnibus, ſic tenendum eſt, ꝙ ſi de iuſta ſententia, per pares lata, vaſallus conqueritur, dicens, quod pares male iudicauerunt, ipſum ſuo beneficio debere carere, nihilominus ſuum beneficium teneat, donec ille quem culpat de iniuſta ſententia, cum paribus ſuis ad prīcipem veniat, & ibi cauſa iuſte terminetur. Et ſi pares culpati de iniuſta ſententia, ſuis dominis, vel ſenioribus ſuis, in iudicio defecerint, ut quia nolint cum ipſo domino, vel ſeniore ſuo, & cum vaſallo inculpato venire, culpatus ſiue condemnatus ſuum beneficium teneat, donec ipſe cum paribus, qui iudicauerunt, & ſuo ſeniore ſiue domino, cum quo litigauit ante imperatorem veniat. Senior vero ſiue dominus, qui obtinuit, vel vaſallus, qui de iniuſta ſententia inculpatur, qui ad principem, ei cum quo dominus litigauit innoteſcat, & hoc in maiorib. valuaſoribus obſeruatur. De minorib. vero non ſic, ſed illi ante ſeniores ſuos, aut ante miſſos Imperatoris ueniant, ut ibi cauſa finiatur, & ſecundum hoc intellige,
157 prædictum c. ſancimus. § ſi autem. †Sed quis ſententiam per pares latam exequetur? Videtur ꝙ pares, vt ſupra, nouum nō paternum, capitulo, dominus vocat. Sed contra: imo videt, ꝙ ipſe dominus ex quo per pares culpa eſt cognita & laudata, quia imo dominus habet facultatem in vſus ſuos conuertendi, vt in conſtitutione Federici. l. imperialem. §. finitur, & ſupra de feudo ſine culpa non amit. capitul. ſancimus. Et ad hoc quære arg. pro & contra, ſupra in ſumma, qualiter poteſt feu commiſſum vaſallo auferri. Et ita per prædicta, & in i. reſponſo, in ſumma huius tituli, notandum eſt, ꝙ quæſtiones & controuerſiæ feudorum determinandæ ſunt conſtitutionibus imperialibus, pertinentibus ad feuda, & capitulis & conſuetudinibus feudorū, & his deficientibus, ſi caſus emerſerint, iure Romano decidenē, qa ſtudioſus quilibet indagator, vbi nouus caſus emergit, qui cōſuetudine feudorū non ſit comprehenſus, abſque calumnia vti poteſt lege ſcripta, vt infra explicit liber primus. c. Obertus. §. i. Ad idem argumentum extra de noui operis nunci. c. intelleximus. §. nam. Et Pyle. dixit, quod in his primo conſideranda eſt conſuetudo, quæ adeo vim ſuam extendit, vt leges Romanas vincat, vt in dicto capitu. Obertus. licet alias ſit contrarium, vt C. q̄ ſit longa conſuet. l. ii. ff. de vſur. l. i. in princip. & oportet quod conſuetudo ſit ęqua, & rationabilis, & non iniqua, & male inuenta. Quia male adinuentę, malęque conſuetudines, nō confirmantur ex longo tempore, vt in Auth. vt nulli iudi. §. i. lib. xii. Et eſt ratio, quia primo quęſtiones feudorum, per cōſuetudines feudorum terminentur, quam per iura ciuilia, quoniam conſuetudines feudorum ius commune continere dicuntur, vt probatur extra de iud. c. nouit, circa princip. §. Fit etiam talium quęſtionum terminatio per ſimilia argumenta, de ſimilibus enim ad ſimilia eſt procedendum, vt ff. de legi. & ſenatuſconſul. l. non poſſunt. C. de empt. per l. fina. & etiam ad alia iuris argumenta erit recurrendum in terminatione quęſtionum huiuſmodi, conſtitutionibus feudorū deficientibus, quoniam ſępe rei veritas argumentis detegit, & cognoſcitur, vt ff. de re militari. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de quęſtioni. l. j. §. cum quis. ff. ad Trebellianum. l. qui filiū, §. vlt. ff. de teſtib. l. iii §. eiuſdem, C. de reſcind. vendi. l. ſi voluntate. C. dedolo. l. dolum. Erit etiam ad ius canonicum decurrendum, vt argumentum in Authen. de eccleſiaſticis titulis, in princip. colla. 9. C. de ſumma trinitate & fide catholi. l. inter claras. §. ſuſcipimus. & in dicta decr. intelleximus. & xcvj. diſt. Conſtantinus.

De pace componenda & tenenda, & eius violatoribus.

1 *Ratio ordinis, capitiſque partitio.*
2 *Pax quid.*
3 *Pax vnde dicatur.*
4 *Ad quem pertineat pacem facere, & tueri.*
5 *Irenrachæ qui.*
6 *Qui pacem iurent.*
7 *Pęna uiolatoris pacis.*
8 *Receptatorum pęna.*
9 *Controuerſia de pace violata, ſummatim eſt cognoſcenda.*
10 *Quid ſi treugua.*
11 *Treuguarum duæ ſunt ſpecies.*
12 *Conuentionalis treuga ex conuentione formam recipit.*
13 *Hoſti fides eſt ſeruanda: & quando.*
14 *Canonica treuga quę; & quibus diebus ſeruanda.*

CAP. II.

1 SVpra† eſt dictum de contētione feudi, & qualiter iudicium feudi ſit examinandum, & terminandum. Sed quoniā poſt terminationem quæſtionis feudi, contingit aliquando, quod aliqui feudo per ſententiam priuati, re feudi eiuſdem terminata, ſunt puniendi, vt in eodem titulo, capi. ſi duo. § quicunque. Et quia ideo ſcire oportet, quæ ſit pœna imponenda, de qua pœna perfecta notitia haberi non poſſet, niſi prius ſciremus, quid ſit pax, & vnde dicatur, & qui dicantur eſſe pacis violatores. Vnde vt iſtorum plena habeatur noritia hic tractatus de pace componenda, &c. Vel ſic continua: ſupra dictum eſt de vaſallis, qui cum pacem violant, ſunt diuerſimode puniendi, vt ſupra tactum eſt in titul. de vaſallis §. in nomine, in fi. Ideo poſt omnes tractatus feudorū, vtile eſt de pace, & eius violatorib. & de pęna, q̄ illis imponitur, hic tractare. Quare videdū eſt, quid ſit pax, & vnde dicatur, & ad quos ſpectat pacē facere, & tueri, & qui dēant iurare pacem, & qualiter pacis violatores puniuntur, & cui ſit applicandum, qđ pro pace violata datur, & in fine de quadam eius ſpecie, ſ. de aliqua dicā & pauca. Eſt autem pax, ſm Doctorum diffinitionem, diſcordiæ finis: Vel dic, ꝙ pax eſt ꝙ cordia guerræ ſeu belli, ſic ex eo diffinita, ꝙ dicit, Pax nō q̄ritur, vt bellum exerceatur, ſed bellum geritur, vt pax acquiratur. 23. q. c. noli. circa medium. Et qm̄, quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopire cupit, vt C. de cad. tol. l. i ī prī. & ſm canonem, pax eſt vinculū charitatis, vt ext. de iu. c. nouit.
3 circa fi. †Nomē vero pacis appellatū eſt a pacto vel a pactione. Vnde pactio, quę fit pp pacē publicam, pax appellatur, vt ff. de pac. l. i. & l. conuentionū. Dr ēt a pace, ſiue quaſi ex pace
4 factum, vt ext. de ver. ſig. c. pactum. † Pertinet aūt ad Imperatorem pacē facere, & tueri per totū ſuum imperiū, vt in d. l. j. C. de cad. tol. in prin. qui ipſo iure eā vniuerſis indixit, vt s. eo. c. i. in ti. de pace iuro fir. l. hac edictali. in prin. Item ad officium prefecti vrbis, ad cuius curam pertinet quies populariū, & diſciplina ſpectaculorū, & dēt habere milites ſtationarios ad tuendū populariū quietem, vt ff. de of. prefe. vrb. l. j. §. quies. & § & ſane. Item ad pſidē ſpectat curare, vt puincia ſit quieta, vt ff. de of. præſi. l. congruit, in prin. Et etiam ad prętorem, qui non dēt permittere ad rixam venire, quos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere, vt ff. de vſufr. l. æquiſſimum, in principio. Et etiam ad omnes Duces & Marchiones, & Comites, Capitaneos, & Valuaſores, & ad omnium locorum Rectores, Defenſores locorū, & ad omnes Magiſtratus, vt in d. l. hac edictali. §. iudices. ad quorū officiū pertinet locorum ſuorum quies, & vt omnes, ab iniuſtitia illęſos, tueantur, vt in Auth. vt nulli iudi. §. quemadmodū. col. xi. Et pp hoc ēt p tinet ſuos ſubiectos defendere ne lædātur, vt in Auth. de mā. prin. §. deinde. collat. iij. & in Authenti. vt nulli iudic. §. nulli. collatio. ix. & humiliores a potentioribus viris opprimatur, vt ff. de officio præſid. l. illicitas. §. ſecundo. Eſt enim ſummum boni, in ſubditos, non ſinere fieri, quid poteſtatis, ſiue violentiæ, vt xij. quæſtio. ſecunda. capitulo, cum notiſſimam. circa finem. Item pertinet ad officium Irenarchę pacem tueri: qui ad tutelam prouincialium facit ſtare concordiam quietis, & pacis per ſingula territoria, & debet a decurionibus idoneus nominari, iudicio preſidum, vt C. lib. x. de Irenarchis. lege una. lib. x. Dicuntur enim Irenarchæ, qui diſciplinæ publicæ & corrigendis moribus preficiuntur, vt ff. de munerib. & honorib. lege vlti. §. Irenarchę. Iſti enim

Source : BIU Cujas

tales, qui præsunt custodiæ & quieti, & disciplinæ publicę, & moribus corrigendis dicuntur Irenarchæ, sumentes nomen ex suo officio, vt dixit Doctor in summa, titulo, de Irenarchis. Qui Irenarchæ, alias vocati sunt milites stationarij, vt ff.de officio præfecti vrb.lege prima,§.sane.quibus non semper in suo officio est credendum, quoniam non omnes ex bona fide elogia scribere repertum est, ut ff. de custodia reorum,lege diuus. & non solum pertinet ad prædictos pacem facere & tueri, sed etiam ad episcopos & ecclesiarum prælatos, vt in dicta lege, hac edictali.§ episcopos. qui ad Deum, ad salutem populi habentes respectum omni trepidatione sepositā, & pacem tuendam mutuum sibi debent consilium, & auxilium præbere: quòd si non fecerint, alicuius odio vel amore, vel in hoc tepidi inuenti fuerint, damnum suæ dignitatis incurrent, vt extra de treuga & pace,capitulo primo, in fi.& xc. distinctione,capitulo præcipimus, & capitulo sequen. quia peccant mortaliter, & tanquam schismatici habentur, vt lxxxvj. distinctione, capitulo culpam. & tertia quæstione prima,capitulo, nulli. Pertinet enim ad officium prædictorum pacificare discordes, vt xc.distinctione,capitulo primo. & capitulo, studendum. & capitulo, placuit. Tamen Vincentius dicit, quòd non efficiuntur transgressores prelati, qui hoc non obseruant, cum non sint moribus vtentium obseruata,
6 vt quarta distinctione, §. leges. † Pacem iurare debent omnes Duces, Marchiones, & Comites, Capitanei, Valuasores, & omnium locorum Primates, & plebeij, a xviij. anno vsque ad lxx. Et ad hoc sacramentum astringi, vt pacem teneant, & Rectores locorum adiuuent in pace tenenda, debent renouari, vt in prædicta lege hac edictali, primo responso.
7 † Et illorum bona, qui nolunt pacem tenere & iuuare, confiscantur, & domus eorum distinguuntur, & lege pacis non fruuntur, vt in dicto §. præterea. Pœna autem violatoris pacis est, secundum hęc iura, vt ciuitas, quæ pacem violauerit, in centum libris auri puniatur, dandis cameræ Imperatoris. Oppidum siue castrum in xx. libris. Duces vero, Comites & Marchiones,in lv. libris puniantur. Capitanei vero & maiores valuasores,in viginti libris auri puniuntur.Minores vero valuasores, & omnes alii prædictæ pacis violatores, tres libras auri inferre coguntur. Et omnes prædicti, damnum passo secundum leges sartiant: iniuria seu furtum legitime puniatur. Homicidium quoque & membrorum diminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.
8 † Receptatores etiam malefactorum, qui prædictam pacem violauerunt. Et qui prædicta emerint, vel habuerint Imperatoris indignationem, & eandem pœnam incurrēt, vt hæc omnia leguntur in dicta lege, hac edictali. §. secundo,tertio & quarto. & §. receptatoribus. Per tales enim dissensiones ciuiles, quamuis non fiant ad interitum reipublicæ. tamen respublica lędit̄r, ff.de captiuis & postliminio reuersis. lege, si quis. §. primo, & eas dissensiones facientes sunt seditiosi,& possunt puniri, vt in Authen. de mandatis principum, §. ultimo. collatio. tertia, C. de seditiosis lege secunda.C. de his,qui ad eccles. confugi. l. denuntiamus. ff. de re milita. l. tertia, §. penultimo. Et propter hoc diuersę pœnæ constitutæ sunt, quia plus maiores puniendi sunt quandoque, vt ff.de pœnis, l. quædam.& de consecrati.distinct.secunda. capitulo,si quis. ff. de re milita. l.2.& l. non omnes. in principio. & forte pars huius pœnæ, pro prędio dabitur illi, cuius ope, & consilio violator pacis etiam conuictus fuerit, argumentum ff. ad Sillanianum. l. lege Cornelia. §. finali. Puniuntur etiam, & ab ecclesia excommunicantur, si ter admoniti non emendent, siue non satisfaciant, vt extra de treuga, & pace. capitulo primo, in princip.& dicta l.hac edictali, §. præterea. & xc. distinc capitulo. placuit. &capitulo sequenti, & capitulo, studendum. & non recipiant. In quos violatores latam sententiam scriptam, episcopus, qui eam tulit, vicinis episcopis nuntiet, quorum nullus excommunicatum in communionem recipiat, immo scriptam sententiam quisque confirmet. Et si quis episcoporum contrarium fecerit, ordinis sui periculo subiacebit, vt in dicta decretali, de treuga & pace.Et facit xi.quęstione iij. capitulo ij.& capitu. cura.Pertinet enim ad ecclesiam violatores pacis compellere, pacem reformare,vel treugam inire,vt extra de iudiciis. capitulo,nouit, circa finem. extra de verborum signification. capitu. super quibusdam.§. finali. Et non solum uiolatores pacis,possunt per ecclesiasticam censuram ad satisfaciendū compelli:sed etiam Iudices,Magistratus,Duces,Rectores, & alii qui ad pacem faciendam & vindicandam tenentur. Si in eo,quod ad ipsos pertinet,fuerint negligentes, tanquam prædictæ imperialis sanctionis violatores, punientur, vt in eadem l.hac edictali.§ episcopos. Nam tales, nempe qui pacem debent facere & tueri, si contrarium faciunt, dicuntur esse pacis violatores,vt probat prædicta decreta. capitu. Qui enim iudices,& locorum defensores,& magistratus quicunque fuerint, si iustitiam facere neglexerint, de violatoribus pacis & pacem violatam vindicare legitime superfederint: debent omne damnum passis iniuriam resarcire. Et insuper maior iudex,qui in prędictis negligens fuerit, punitur in decem libris auri. & qui prędictam pecuniam soluere non poterit,verberibus est subiiciendus,& procul ab illo loco, quē habitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam, agat,vt in dicta l.hac edictali.§.indecens. & quædam alię pœnę ponuntur violatoribus pacis,de quibus legitur in eodem titulo capitulo primo,& secundo quasi per totum, quę ibi videat diligens indagator. Quæ,quia modicum obseruantur de facto,& sunt aduocatis infructuosa, hic ponere non curaui.Sed quod nullus compellendus sit ad pacem faciēdam, dixit Dominus Homo bonus, per Authent. vt litigantes iurent.§.fina.Sed, contra eum sunt omnia, quę superius sunt
9 notata †Vnum etiam sciendum est. quod si de pace violata quæstio fuerit inter aliquos, quod summatim de ea est cognoscendum,vt extra de iudi.capitulo,nouit in fine. Et quæ supra dicta sunt circa pacem, eadem possunt hic notari circa treugam,quia quo ad obseruationem & pœnam,eadem quasi ponitur ordinatio & constitutio, vt colligitur extra de treuga & pace. capitulo primo. Et ideo breuiter circa hanc
10 materiam primo videas,quid sit treuga. † Et dic quod est securitas præstita personis & rebus ad tempus, discordia non-
11 dum finita. † Item treugarum duę sunt species, quia alia est
12 conuentionalis,alia est canonica. † Conuentionalis ex conuentione formam recipit, sicut contractus legem, siue formam recipit ex conuentione,vt ff.depositi l.prima,§.si con-
13 ueniat.ff. de regulis iuris,l.contractus. † Est autem per tempus,quo treuga conuentionalis initur: hosti etiam fides seruanda,vt 22.quęstione capitulo primo,noli.& 22.quęstione quarta.capitulo,innocens.Quod intelligitur,si etiam ipse fidem seruat,alias non vt extra de iureiurando. cap. peruenit. & 28.quęstio.1 c.si in fidelis. C.de transactionib.l. si diuersa.& l.cum proponas.ff.locati.l.quęro; §.inter locatorem.xc. distinct.c.esto subiectus. Talis enim, qui pacem non seruat, alienus est, argumentum in contrarium, scilicet q̄ fides sit seruanda non seruanti.xj quęst.iij.capit. inter verba. in fi.33. quęst.v.cap.quod Deo.22 quęstio.ij.capitu.vtilem. Ad hanc materiam quęre argumenta pro & contra, sup.decre peruenit. Canonica vero treugua est, quę propter hominis conuentionem a canone est introducta & statuta certis temporibus, & dieb.vt a quarta feria post occasum solis, vsque ad vj.feriam in ortu solis: & ab aduentu domini vsq; ad viij.pasche,vt ext.de treugua & pace.cap.j.princi. Et est ratio, vt dicunt Doctores quare prędictis dieb.est treugua, vt de singulis dicamus. Nam die Iouis,quę est quinta feria & incipit a 4. fer.post solis occasum, est treuga seruanda, siue non est bellandum propter Domini ascensionem,quę tali die celebratur.& propter cœnam Domini eadem die cum discipulis facta vt probatur de consecrat.distinct.i.c.porro. & distin.ii. c.literis.Item & die veneris propter Domini passionem, seu ob reuerentiam passionis eiusdem,& die sabbati, quia illo die discipuli latuerunt propter metum Iudęorū, & quia sabbatum & requiem significat,vt de consecrat. distin.iij.c.sabbato.Item die dominico, quia illa die fere quodlibet insigne est a domino constitutum,siue propter dei resurrectionem, qui ea die resurrexit, vel propter sancti spiritus in pentheostes missionem. Illa enim dies, quę ad vesperas sabbati sumit initium, quę datis diuinarum dispensationum misteriis est consecrata, vt quicquid a domino est insigne constitutum in huius diei dignitate sit gestum, quia in hac mundus sumpsit exordium, & mors siue diabolus propter domini resurrectionē iuit interitum,& vita accepit principium,vt lxxv.dist.c.quod die,in fine.quam diem venerabilem Solis rite dixere, vt C. de feriis. l. ii. & l.omnes.quę dies honorabilis semper est in omnibus venerata. C. eodem titulo.l.vlt.Vel dic, quod est treuga canonica a quarta feria post occasum.Solis, & durat vsque ad secundam feriam in ortu solis, quia in quarta feria videtur incœpisse, passio Christi,quia illa de Iudas traditionem domini cogitauit, & quarta feria fuit in fero captus,post cœnam, & sexta fuit crucifixus Saluator noster.Vnde qui in his diebus bellum fecerit sine necessitate, videbitur cum tradente tradere Saluatorem, & cum crucifigentibus crucifigere eum,sicut qui in quarta & sexta feria ieiunia frangit, & sicut diem dominicam ob venerabilem domini resurrectionem non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulas hebdomadas ipsius diei imaginem frequentamus siue repręsentamus.

Source : BIU Cujas

tamus. ſic & in vj.propter domini paſſionem ad memoriam reducendam ieiunamus,ſic ſabbatum prętermittere non debemus,quoniam inter triſtitiam temporis illius videtur eſſe incluſum.Nam illo biduo apoſtoli propter metum Iudæorum latuerunt, & in mœrore fuerunt, & ieiunauerunt, & hæc per ſingulas hebdomadas tenenda ſunt: propter hoc illius diei commemoratio eſt celebranda. In die autem dominica nihil aliud eſt agendum, niſi quod Domino eſt vacandum, etiam illa die ſancta operanda ſunt, & nulla operatio agatur, niſi hymnis, & pſalmis, & canticis ſpiritualibus illa dies tranſigatur, vt hęc omnia leguntur de conſue. diſtin.iiii.ca.ſabbato, & ca. ieiunia ſane. cæteris temporibus ideo eſt abſtinendum a bellis, quia etiam a nuptiis & aliis licitis eſt abſtinendum. ſin diebus feſtiuis, & ieiuniorum, vt probatur,33.quæſ.3.cap.non oportet.& quia dies ſunt quib. intendēdū eſt orationi & ieiunio, ut melius orationi,& ieiunio intendatur,& vt facilius impetrari poſſit, quod a Domino poſtulatur,vt in eadem cau. & q.ca. j.ij.iij.iiij.& per totū. Qui intelliguntur non ſolum de bello iniuſto, quod nullo tempore fieri debet,ſed etiam de iniuſto quod his diebus & temporibus faciendum non eſt, niſi ineuitabili neceſſitate imminente,vt xxiii.q.vlt.capitu.ſi nulla. & ſic intelligitur,q̄ legitur in ea.cau.q.ii.c.i.ii.& xi.q.iij. c. Iulianus & c. ſi dominus.& extra de iureiuran.c.quod nō licitum.Quę treuguę tribus funiculis colligantur,& roborantur: vt pote Diœceſano rum excommunicatione,& vicinorum epiſcoporum confirmatione, ſiue approbatione, & denunciatione: ſimiliter quoque & vicinorum epiſcoporum mutuo auxilio & conſilio:quare Diœceſanus huiuſmodi violatorem treuguæ & etiam pacis illum tertio admonebit, & ſi ter admonitus nō ſatisfecit,excommunicabit eum, & eam ſententiam vicinis epiſcopis nunciabit: & illi epiſcopi illum excommunicatū in communione non recipient:ſed etiam ſententiam confirmabunt ſeu denuntiabunt, & obſeruabunt, & ſibi dabunt mutuum auxilium & cōſilium de treuga ſiue ad treuguas, & pacem conſeruandam & cōpellendos violatores pacis & treugæ,vt extra de treuga & pace.c.i.& xc.diſtinct.c.præcipimus.& c.perlatum. Sunt etiam ſpeciales pſonæ, quæ gaudēt priuilegio ſpeciali treugarum,vt presbyteri, monachi & cōuerſi,peregrini,mercatores,ruſtici eūtes & redeuntes ad agriculturam,& ibidem exiſtentes, & animalia quæ arant & ſemina portant ad agrum,& Romipetæ & oratoria viſitantes vt ex.de treu.& pace.c.ii.ij.23.q.iij. c. ſi quis Romipetas. Qui ruſtici hoc priuilegium habent dum in agricultura ſunt tātum:ſicut & milites dum ſunt in militia:& legati dum in legatione ſunt.C. quibus non obiicitur longi temporis præſc. l.vlt.& C.de reſti.mi.l.vltima.ff.de iudiciis.l.ij.§.plane.& animalia forte ſemper,argumentum, C.quæ res pignori obligari poſſunt.l.pignorum.ff.de pigno. l. obligatione. & clerici, dum tamen clericaliter viuāt:alioquin ſi ter admoniti non ſe emendent, priuilegio carent,vt C.de epiſco. & cleri. l. generaliter.extra de vita & honeſtate cler. c. clerici. & extra de ſententia excom.c.in audientia.in fine,& c.contingit.& ca ſi vero. & hoc ſi præliis & enormitati ſe non ingerant, habitu derelicto,alioquin ſine admonitione priuilegio videntur carere,vt eo.tit.c.cum non ab homine.in fine.& ca. perpendimus.Nam vbi præliis & enormitati ſe ingerit, iudicium non eſt ſpectandum, ſed potius eſt periculo occurrendum, vt C. quando licc.ſine iuſſe vin l.i.& ii.Cum alias poteſt admonitio,& debet ſine periculo præcedere,& ideo ibi eſt trina admonitio facienda,antequam priuilegio priuentur. Et facit ad hoc extra de apoſtatis.c.i.& de vita,& honeſtate clerico. c.fi.extra de cleri.coniuga.c.ex parte.

DE RVBRICIS CAPITVLOrum feudorum.

QVoniam in libro feudorū varię & confuſę inueniuntur Rubricæ,& ſingu li quaſi earum ſingulas, & ſpeciales per ſe habeant Rubricas,etiam in ſingulis capitulis poſitas:& ob hoc non eſſet facile ſub certis Rubricis ſingula feudorum capitula inuenire,nec in tractatu ſummæ,ſecundum ordinem Rubricarum ipſius libri feudorum, qui eſt confuſus,tam ex tractatibus capitulorum, quam ex confuſis Rubricis variorum librorum, non habentium ſimiles ſibi Rubricas,& ex tali inordinato libro,ſi ordo eius ſeruatus eſſet, dicta Summa inordinata eſſet, quia ex his quę inordinate ſunt acta nihil poteſt ordinabiliter agi,vt extra de accuſat.c. qualiter & quando.& argumentum.xiiii.q.v.c.forte. & i.q.i. c.non eſt puranda.Idcirco in compoſitione huius Summæ, non fui ſecutus ordinem rubricarum libri feudorum. Sed vt rubricarum & capitulorum poſſit haberi notitia, & poſſint de facili inueniri,vt ſunt allegata hac ſumma per ſe,notaui libri feudorum rubricas,in fine huius Summæ,poſt tractatum omnium librorum.Igitur primo ſciendum eſt,quod liber feudorū ſm quoſdā,diuiditur in duos libros, licet ſecūdum quoſdam in tres diuidatur. Et primus liber incipit ſic, Quia de feudis tractaturi ſumus.qui liber primus habet primam rubricam,Qui feudum dare poſſunt, & qualiter acquiratur.vel ſic. Quibus modis feudū acquiritur. cuius rubricæ tractatus,durat ſeu protenditur vſque ad rubricam, Quibus modis feudum amittatur.Cum prædicta prima rubrica quidam libri habent rubricas has,ſcilicet:De feudo Guardiæ & Caſtaldiæ.in §.item illud quod in §.ſi vero Archiepiſcopus. Habent quidam aliam rubricam,Qui ſuccedere teneatur,vt in §.ſin autem controuerſia.Habent quidam rubricam, De controuerſia inueſtituræ.Prædicta vero rubrica,quibus modis feudum acquiratur,protendit tractatus illius rubricæ,ad rubricā,De feudi natura,quę eſt poſita ſuper capitulo, natura feudi, & protenditur vſque ad capitulum, Sequitur ergo videre.In quo capitulo eſt rubrica,de ſucceſſione feudi.Tractatus rubricæ,de ſucceſſione feudi,protenditur vſque ad capitulum, ſi fuerit contentio inter dominum. Et ibi eſt rubrica,De contentione feudi inter dominum & vaſallum ſuper inueſtitura,tamen in illarum rubricarū intermedio, eſt quædam rubrica, Si quis inueſtitus fuerit de feudo alieno. Prædictæ vero rubricę,de contentione feudi tractatus protēditur vſque ad capitulum,qui de marchia.& ibi eſt rubrica, Qualiter vſus ben.ſit tenen. vel rubrica, De feudo marchiæ & ducatus,& comitatus:& ſub illa rubrica, de contentione feudi,eſt capitulum, ſi contentio fuerit inter. & ibi quidam habent rubricam,De litigio inter dominum & vaſallum de portione fratris,& aliud c.ſi clientulus.& ibi habent quidam aliam rubricam,De feudi alienatione. Dictæ vero rubricæ, Qualiter vſus beneficii ſit tenendus tractatus,durat vſque ad capitulum,ſi quis ſine filio maſculo,tamen ſub illa rubrica, quidam libri multas habēt rubricas,ſcilicet,De fœmina habente beneficiū ſuper capitulo,ſi fœmina habens maritū & De feudis datis minimis valuaſoribus,ſuper capitulo, ſi minores valuaſores,& De feudo ſine culpa non amittendo,ſuper capitulo,ſancimus vt nemo,ſuper primo capitulo, ſancimus,& multas alias rubricas impertinentes. Super prędicto capitulo,ſi quis ſine filio,eſt rubri. Qualiter iudi. feudi examinandum.Licet quidam libri ibi habeant hanc rubricam.Quemadmod.ad fili.feudum pertineat. Cuius rubricæ tractatus protenditur,vſque ad capitulum, Obertus. licet in c.ſciendum,quidam habent rubricam,Quibus modis feudū conſtitui poteſt. & capitulo, ſi inter dominum & vaſallum quæſtio ſit.in capitulo,ſi quis obligauerit,habent hanc rubricam, De feudo dato in vicem legis commiſſorię. Et hę rubricæ ſunt in primo libro: vnde principales rubricas hic repilogo.

Quibus modis feudum acquiritur.
Quibus modis feudum amittitur.
De natura feudi.
De ſucceſſione feudi.
De contentione feudi.
Qualiter vſus beneficii ſit tenendus.
Qualiter iudicium feudi ſit examinandum.

In prædicto capitulo,Obertus incipit ſecūdus liber. Vnde quidā habent ibi rubricam, explicit liber primus,vel verius, Liber incipit ſecūdus,de feudi cognitione.cuius rubricæ tractatus protenditur vſque ad capitulum,qualiter autem iurare debeat vaſallus.Sed ibi in capitulo,inueſtitura,quidam habent,Quid ſit inueſtitura.vel verius,de inueſtitura,in capitu. Qualiter autem iurare debeat vaſallus,eſt rubrica:Qualiter iurare debet vaſallus, cuius tractatus durat ſeu protenditur, vſque ad capitulum,ſi duo fratres de nouo beneficio. Sed in capitulo,eſt enim optima,habent quidam rubricam, Qualiter olim feudum poterat alienari. & in capit.qui a principe, habent rubricam, Qui dicantur Duces & Marchiones, Comites,Capitanei & Valuaſores.& in c.per ſucceſſionem habent rubricam,De gradibus ſuccedentium in feudo. In prædicto vero capitulo,ſi duo fratres, eſt rubrica, Nouum non paternum,licet quidam ibidem habent rubricam, De duob. fratribus de nouo beneficio inueſtitis. Cuius primę rubricę tractatus,durat vſque ad capitulum,Vbertus,vel Obertus de Orto.licet ſuper capitulo,ſi inter dominum, habeant quidā rubricam,De paribus Curię eligendis,& in quibuſdam aliis capitulis diuerſas rubricas,quas nunquam allegaui in ſumma.Et ideo eas non trado hic.Super prędicto capitulo,Obertus,eſt rubrica, In quibus caſibus feudum amittitur, cuius tractatus protenditur vſque ad capitulum, Negoci. tale eſt. Super quo capitulo, eſt rubrica, Si de feudo vaſallus fuerit interpellatus ab aliquo, & dominus eum de-

Source : BIU Cujas

fendere noluerit:cuius tractatus,durat vſque ad legem Fede ricus quamuis ſuper capitulo, ſi de feudo defuncti militis, Quidam habent rubricam hanc. Si de feudo contentio fuerit iter dominum,& agnatos vaſalli.Super dicta l.Federicus, eſt rubri.De pace tenenda,& eius violatoribus,cuius tractatus protenditur vſque ad capitulum domino guerram faciẽte ſuper quo eſt rubrica, Hic incipiunt conſuetudines regni vel ſic,Hic incipit conſuetudo regni, tamẽ quidam habent ibi aliam rubricam, ſcilicet hanc, Aduerſus quos vaſallus dominum debeat adiuuare:ſed primæ duæ ſunt rubricæ,quę allegantur in ſumma,& durat earũ tractatus vſque ad capitulum,ſi fœmina.& ibi quidam habent rubricam de feudo fœminæ,vel de ſucceſſione feudorum fœminæ, & in capitulo,vaſallus feudum:Hanc rubricam,Quando vaſ. feudo priuatur,& ſuper capitulo,ſiue clericus,hanc rubricam, Quot teſtes ſunt neceſſarii ad nouam inueſtituram probandam. & ſuper capitulo,ſciendum itaque.aliam rubri.Quibus modis feudum acquiratur, & qualiter probet inueſtituram, & ſuper c.lex Corradi,diuerſi habent alias diuerſas rubricas:& ſuper capitulo,clerico,diuerſi habent rubricam,De clerico, qui inueſtituram facit.& ſup capitulo,ſi vaſallus contra conſtitutionem habẽt rubricam,De feudi alienatione . & ſuper capitulo, hæc ſunt capitula,habẽt rubricam, Hic incipiunt capitula,quæ Corradus fecit in Romandiola. & ſuper ſingulis aliis capitulis ſequentibus, habẽt ſuas ſpeciales rubricas, quas(quia non allegaui in ſumma)recitare non curo. In p̃dicto c.ſucceſſionis,eſt rubrica, Qui debent ſuccedere in feudo,qui tractatus,durat vſque ad c.ſiue.vſq;ad l.imperator Federicus,ſeu vſque ad l.edictali.Verũ in dicto c.gdã hñt rubricam,De Capitaneo,qui Curiã uen. & an intelligatur c. ſub dicta rubrica contineri,qui debent ſuccedere in feudo, licet ita allegauerim ſæpe in ſumma ſuper dicta l. imperator ſeu ſuper lege edictali,eſt rubrica,De pace iuramẽto firmanda, & durat vſque ad l.Federicus,ſiue vſque ad l. imperialẽ, ſub quo tractatu adiũgitur,ſecundum quoſdam libros, aliud capitulum,quod incipit,natura deeſt. vbi quidam habent rubricam,De notis feudorum . habent quidam poſt capitulũ, de forma fidelitatis ſuper dicta l.imperialem , habent quidã libri rubricam , De prohibita feudi alienatione, & poſt illã rubricam,habent quidam rubricam quaſi inutilem , De regulis,ſuper c.regulæ,quod durat vſque ad capitulum,De forma fidelitatis,vbi eadem rubrica cum principio capituli cõtinetur,ſed hæc rubrica non allegatur in ſumma, ſed allegatur pro hac rubrica allegata. De notis feudorum . Poſt quod capitulum , ſequuntur quædam conſtitutiones imperiales, ſcilicet conſtitutio, ſatis bene; & conſtitutio, quoniam inter,& conſtitutio Lotharius ,& conſtitutio Corradus multotiens allegatur in ſumma, omnibus ſancte. & quidam habent quaſdam alias conſtitutiones & ſpecialiter conſtitutionem,ad decus & decorẽ :quæ tamen non eſt ponenda in dicto volumine feudorum, ſed tantum ſub vltima collectione,ſcilicet ſub rubrica noua,de conſtitutionibus contra eccleſiaſticam libertatem factis : & vbi dicta conſtitutio debeat collocari, audiui a Doctoribus meis in ſcholis. Vnde ſub hoc ſecundo libro has principales notabis rubricas,prout in hac ſumma allegaui.

Explicit liber primus.vel incipit ſecundus,
De feudi cognitione , qualiter iurare debet vaſallus.
Nouum,non paternum.
In quibus caſibus feudum amittitur.
Si de feudo vaſal.fuerit interpel.
De pace tenenda & eius violatoribus.
Hic incipit lex conſuetud.regni.
Vel ſic Incipit conſuetudo regni.
Qui debeat in feudo ſuccedere.
De pace iuramento firmanda.
De prohibita feudi alienatione.
De forma fidelitatis.
De notis feudorum.

CVm dicta Summa, de Dei miſericordia ſit finita,ad eius laudem & gloriam, & me ſciam habere imperfectam ſcientiã & omnium memoriam non habere: Cum omnium memoriam habere, & ĩ nullo peccare ſit diuinitatis potius,quam humanitatis:Ideo imbecillitati humanæ,quæ ſemper ineſt, vt C. de veteri iure enuclean.l.ii.§. ſi quid autem.& meę imperfectioni,in hac Summa imperfecte inordinate,ac minus bene poſita,imputentur, q̃ meis peritioribus corrigenda relinquo. Amen.

FINIS.

FEVDORVM DECLARATIO,

IN QVA MVLTAE PONVNTVR correctiones, quæ contraria conſuetudine inualuerunt , compilata ac congeſta per clariſſimum virum Iuris vtriuſque Doctorem,D. Petrum Rebuffum De Monte Peſſulano.

ILLVSTRI VIRO, AC IVRE CONSVLTO PRAESTANTISSIMO,

Optimoque viro domino Nicolao Boerio Burdegallen. in ſenatu præſidi meritiſſimo, Petrus Rebuffus S. P. D.

COGITANS ego,æquiſſime præſes quanta ſit authoritatis tuæ amplitudo, quàm ingens & ſonorum famę tuę nomen, quod olim Pythagoræ illi Samio,id hodie tibi contigiſſe video. Si quidem poſt quam ſeiũxit ſe ab humanis vir ille gratiſſimus,eius dicta, vt a vero minime aliena,pro oraculo quodam Apolinis apud eos qui illum quondam audiuerant, anxie ac religioſe ſuſpiciebantur, ita vt nihil eſſe verius illis putaretur. De te vero qualem vbique gentium induerint opinionem vtriuſque iuris ſacerdotes,ſatis oſtendit iſta(ad quam te non diuitiarum uis atque copia, non aulicum artificium,non palpans & blandula adulatio, ſed tua exi mia uirtus & incredibilis in legibus interpretandis æquitas inuexit(ſenatoria dignias.Certe quoties in Auguſto illo Aquitanię ſenatu,immo in quolibet totius Gallię iudiciali foro dubia incidunt aliqua,& reciprocans quæſtio ad te uelut olim ad Oedipodẽ,uel tua opera concurritur, adeo, ut mirandum ſit, in uno homine tantam iuriſprudentiæ (ut interim uaria quibus ornatus es ſcientiarum genera omittam) notionem exiſtere. Itaque. cum non ſim ne ſcius, Peſſulanenſes pro communi utilitate uigilias non ſpernere, ut licet uidere de Azone. qui in tres nouiſſimos libros Iuſtiniani Codicis commẽtaria,ſeu ſummum appoſite in Montepeſſulano digeſſit. Item teſtatur & Ioannes Berberius, cuius extat opus illud lucubratiſſimum, cui Viatorio iuris nomen impoſitum eſt prætereo Bertrandum de Monte Fauentino.qui I.diem functo , in eodem caſtro repetiit : & ex poſt in Cardinalem ob eius præclaram ſcientiam creatus extitit.Quantum uero adiumenti, ut domeſtica etiam exempla adducam, attulerit noſtri ordinis hominibus Iacobus ille Rebuffus,mihi patruus magnus . ſatis oſtendunt præclaræ eius inuentiones, & ſcripturæ. Ego quoque horum exemplo accenſus, hoc qualequale eſt tranſpoſui potius quam compilaui tibique : cui omnia debeo, dedicandum duxi,ex cuius fontibus potiorem præſentis munuſculi partem hauſiſſe (ſi nullo eſt ueritas contaminanda mendacio) fatear eſt neceſſe. illud ergo iocundo ſuſcipies animo,uir humaniſſime.atq; ſub umbra tui nominis a latrantium canum baubatibus proteges,quod ſi feceris,incredibiles, mihi crede, ad literarum laborem fortiter ſubeundum ſtimulos ciuibus tuis concitatibus. Vale tui Rebuffi memor.

Source : BIU Cujas

FEVDORVM TYPVS.

Feudorũ diuiſio vigecuplex

I. (1 *Eccleſiaſticum quod.* (*ab eccleſia datur.* *ab eccleſia ſuſcipitur datur, vel ſuſcipitur a clerico non tãquam ab eccleſia.*
(2 *Seculare.*

II. (3 *Regale.*
(4 *Non regale.*

III. (5 *Nobile.*
(6 *Minus nobile.*
(7 *Aliqualiter nobile.*
(8 *Ignobile.*

IIII. (9 *Paternum, ſeu antiquum,*
(10 *Nouum.*

V. (11 *Paternum,*
(12 *Maternum.*

VI. (13 *Maſculinum,*
(14 *Fœmineum.*

VII. (15 *Habens propriam unaturam,*
(16 *Habens impropriam.*

VIII. {17 *Reale,*
{18 *Perſonale,*
{19 *Perſonaliſſimum.*

IX. (20 *Iurabile,*
(21 *Non iurabile.*

X. (22 *Ligium,*
(23 *Non ligium.*

XI. (24 *Annale,*
(25 *Perpetuum.*

XII. (26 *Diuiſibile,*
(27 *Indiuiſibile.*

XIII. (28 *Purum, ſiue ſimplex.*
(29 *Non rectum.*

XIIII (30 *Francum,*
(31 *Non Francum.*

XV. (32 *Ad omnes hæredes tranſitorium,*
(33 *Non tranſitorium ad omnes hæredes.*

XVI. (34 *Corporale,*
(35 *Incorporale.*

XVII. (36 *De camera,*
(37 *De cauena.*

XVIII. {38 *Guardiæ.*
{39 *Caſtaldiæ.*
{40 *Quod pro mercede datur.*

XIX. (41 *In curte domini,*
(42 *Extra curtem.*

XX. (43 *Aduocatiæ.*
(44 *De tabula.*

QVãquam multa in hac materia feudorum ſcripta reperiantur hincinde diſperſa, tamen quia variantibus temporibus iura & conſuetudines variantur, in capitulo primo, de conſanguinitat. & affini. ita quod vix in iſta materia poteſt certa dari doctrina vel regula in hoc regno: ſed ſecundum conſuetudines locorũ & ritus variatus vſus, vt aſſerit conterraneus meus Ioan. Berbe. in viator. iuris, in rubri. de feud. in penul. quæſtione. ideo breui bonum ratus diuiſiones colligere quaſdam & conſuetudines contra conſuetudines feudorum ſcriptas, nunc in viridi obſeruantia in hoc regno exiſtentes, iuxta l. Arriani. C. de hæreti. & cum conſuetudines feudorum fuerint vſu hominum introductę, contrario vſu poſſunt tolli. §. ex non ſcripto. Inſtitut. de iure natura. & ibi Docto. & Ioan. Fabri, in §. primo, in fin. Inſti. de his per quos agere poſſumus. Bal. in l. 2. per ilum tex. ff. de vulg. Deci. conſ. 269. conſultus. in colum. 4. num. octauo. & conſilio 390. quoniam ex facto. col. ſexta, verſi. quinto. quia ius, num. xii. c. vno. §. filii. in j. ſi de feu. conten. ſit inter domi. & agna. vaſal. Et maxime dominatur in feudalib. conſuetudo. c. Obertus. de feu. cogni. gl. l. de quib. ff. de legib. Guido papa ſingu. 594. Et etiã cum ſint conſuetudines locales, non habent nos in hoc adſtringere regno, inquit Petrus Iaco. in ſua practica. in rubric. de ſucceſſio. feu. & doctiſſimus ille do. meus & conciuis do. Boer. in lib. conſuetu. Bitur. in §. ſecundo, de conſue. feud. & cenſual. quod eſt verum in caſibus in quibus reperitur contraria conſuetudo, alias ſeruabũtur conſuetudines feudorũ tanquam ius ſcriptum, vt concludunt communiter Doctores in prędudiis feudo. & quia hęc materia eſt fructuoſior, & frequentior in Francia & aliis regnis quam in Lombardia quæ caret rege: ideo ſemper in paſſione & anxietate erit ſecundum Petrum de Ferra. in ſua practica, in forma libelli, quo agitur ad reuocationem feudi, in princip. ſed dicit verũ de facto; ſed de iure Chriſtianiſſimus Rex noſter Franciæ, eſt rex & dux illorum, ſed væ illis, cum eum non admittant, ſed quotidie rebellent. Sunt etiam cauſæ feudorum graues, & magni ponderis, magnoſq; ſolent prędare prouentus, vt aſſerit modernorum facile princeps. Iaſ. in prooem. feu. in prin. & eſt hodie practicabilis, ex cuius ſcientia oriũtur nummi, & tranſeunt in burſas aduocatorum feudiſtarum, ſecũdum do. Io. Sanxon in conſuetudinibus Turo. in titulo, comment hommage ſe doibt offrir a ſon ſeigneur. in princ. eſtque lucroſa materia, vt verbis vtar do. Ia. Pyrrhi in conſue. Aurelia. rub. de feu. c. iii. & quandoque vnus caſus eſt ſufficiens ad ditandum hominem, ſi in hac materia accidat per vitam. Videndum eſt ergo quid ſit feudum, vnde dicatur, quæ ſit eius natura, & demum ad diuiſiones & typi declarationem venie mus. Primo quęro, quid ſit feudum? Et reſp. quod eſt beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capienſque retribuẽ do: in id quod facit, prona, & ſponte ſua parata. capitul. vno, verſic. beneficium. in quib. cauſis feu. amittat. & hanc definitionem poſuerunt communiter ſummiſtę, quam ſequitur Soci. conſilio 167. non inutilis. in princ. in ſecundo volumi. & cõſi. 67. viſa donatione. in 3. volumi. aliam definitionem citat Io. Raynaud. in comprehen. feuda. in princip. videlicet, Feudum eſt beneuola & libera rei immobilis vel æquipollẽtis conceſſio cum ttanslatione vtilis dominii, proprietate retenta ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum honeſtorum. & bene dicit honeſtorum, quia ſi feudum concederetur ad ſeruitium inhoneſtum, non teneret feudi conceſſio. arg. tex. in l. ſi remunerandi. §. rei turpis. l. ſi & mandauero. §. qui ædẽ. ff. manda. & Inſti. eo. §. illud. Panor. in ca. bonæ. in 2. numero 14. de poſtula. præla. nam generaliter nouimus turpes ſtipulationes & conceſſiones nullius eſſe momenti. l. generaliter. ff. de verb. obliga. Petrus de Bellapertica in ſuo ttacta. de feu. in 1. quæſt. Sequitur & Franc. Curtius in ſuo tracta. de feu. in 1. parte, quæſt. vi. vbi dicit ſeptem eſſe requiſita, quæ latius extendit vir magni conſilii d. Io. le Cirier, in trac. de iure primo genituræ, q. iiii. li. ii. in ver. poſſeſſio. col. ii. nec vaſallus ĩ factis turpibus tenetur domino obedire, arg. l. hę demum. & l. eius. ff. de oper. liber. ca. domino guerram, ibi, iuſte. in prĩc. hic finitur lex. &c. idem tenet Pet. de Ferra. in ſua prac. in forma libelli, quo agitur ad reuoc. feu. in principio, ponens ibi aliam definitionem. & Barba. aliam in rub. de feu. colum. 3. & Petrus de Bellapertica in d. tracta. de feud. in prin. ponit tres. Sed Benedict. in c. Raynutius. in verb. & vxorem, in 3. deciſio. num. 524. extra de teſtam. ſequitur definitionem Ioan. Raynaud. licet Ioan. de Sylua in ſuo tracta. de beneficio, in i. quæſt. primæ partis alias definitiones ponat: tamen Iaſ. in prædudiis feu. & nouiſſime d. Bartho. de Chaſſa. in conſuetu. Burgund. in rub. des fiedz. ſequũtur definitionem D. Ray. & Io. Sanxon vbi ſupra in prin. dicit eam eſſe veram in genere, ſed non in ſpecie pro feudo nouo, vel antiquo. late tradit in omni cenſura doctiſſimus vir D. Claud. Aquen. in ſpec. feud. rub. de definitione & inuentione feudi. vbi ſic definit, Feudũ eſt cõceſſio rei habilis pro fidelitate. quia periculoſa eſt oĩs definitio, l. oĩs definitio. ff. de regu. iur. ad alia tranſeo. Et hoc feudum vocatur beneficiũ. in §. beneficiũ. ſi de feu. def. cont. ſit inter do. & agn. vaſalli. c. vno. de feud. fœm. & de benefi. fra. cum ſimilibus, ſequitur Curtius in d. tracta. de feud. in i. parte, q. 11. Et ſic infertur quod archiepiſcopi, epiſcopi, & alii prælati ꝓ eorum beneficiis poſſunt nominari vaſalli papę: nam ſuos epiſcopatus. a papa quaſi in feudum habent, & eidem iurãt fidelitatem, in capitu. ego N. de iureiuran. Aluar. in prędud. feudor. in xix. diuiſio. Hodie etiam iurant epiſcopi fidelitatem regi Francię, qui in prædictis epiſcopatib. & prælaturis ac dignitatibus electiuis habet nominationẽ in d. regno, vt habetur in concordatis in rubric. de elect. & maxime ſi epiſcopatus

Source : BIU Cujas

Feudorum declaratio.

scopatus sit in partibus limitrophis, vt dico in Auth. habita, vel de regularib. in c. gñali', de elec. ponit Io. Ferault in trac. de iuribus Franco regis in quinto priuilegio & decimo, vbi limitat ratione rerum temporalium & feudorum habere verum secus in aliis. Item feudum potest gratia appellari, ut nota. Bal. in prelud. & Curtius cons. 49. nu. 47. & 68. & hic cõtra hic. contractus feudalis quod ad nomen erat in cognitus ante li. feu. sed per cõsuetudines fuit baptizatus ut sentit Lucas de Pennas in l. i. co. ii. C. de pe. bono. subl. li. x. Ang. in cõs. 110. incip. sanctissima. in prin. Et Benedi. in d. verb. & vxorem. vbi supra Claud. Aquen. in specu. quæstio. 3. sed contrarium tenuit. d. Vdalric. Zasius in sua solenni repetitio. l secundę, in verb. curias. ff. de origine iuris. Secundo quæritur vnde dicatur feudum? Et respon. secundum communem opinionem Doctores, quod a fide seu fidelitate. capitulo, vno. §. final. per quos fiat inuestitura vel dicitur a fidei datione; quia non debet aliqua inuestitura fieri ei qui fidelitatem recusat facere, capitulo primo, infra eod. Petr. de bella pertica vbi supra in secunda quęstio. Hostiens. in summa: rubrica de feud. §. vnde dicatur. Bolog. in addit. ad Ioan. de Anani in consil. 7. incipiẽte. Visis. Panormit. consi. 82. quanquam in his column. i. in i. volum. Corne. consi. 17. aperta fronte. colum. i. volu. i. Claud. Aquen. in specu. feud. in xii. quęst. do. meus conciuis, D. Boer. in cons. Bitur. in §. 3. de consue. feud. Io. de tera rubea in terra. cõtra rebelles, regni. arti. ii. tertii tracta. (& ista vocabula feudorum inculta satis hac barbara, restaurauit linguæ Latinæ meritissima D. Budęus in annota. in Pandect. in l. Herennius ff. de euict. & sequutus est Ioan. Pyrrhus in consuetudi. Aurelia. rubrica de feud. §. primo, nec omni sit admodum subtilis vir d. Vldaric. Zasius in repe. l. secundę, in verb. curias. ff. de origine iuris) limita nisi feudum esset eo modo acquisitum, vt nulla fidelitas præstetur. vt ibi tenet Hostiensis. nam ex pacto potest contractus immutare naturam. l. naturalis. §. penulti. ff. de prescript. verb. l. contractus. ff. de regulis iuris. sic & feudum. & licet in quolibet actu fides esse debeat, quando alienam fidem sequitur l. prima, ff. si certum petatur in feud. tamen per excellentiam debet fides consistere, cum dominus suo vasallo quemadmodo personam, honorem, & bona committat. capitulo primo, de noua forma fidelita. Bald. Aluarot. & Ias. in prelud. feudo. col. iii. & ibi Ioan. Raynaud. in suo comprehen. 2. quæst. Dec. cons. 413. consuluit in princ. ideo feudatarius a feudo dicitur, & vocatur fidelis & valuasor, quasi dignus stare ad valuas domini, & eas intrare, propter beneficium quod a domino accepit: vt tenet Alua. in ca. vno. §. primo, quis dica. dux. do. Bartho. de Chassa. in consue. Burgund. in rubri. des successiones des bastardz. §. v. num. 66. in cons. Et quomodo sit præstanda fideliras. ponit glos. in d. capitulo primo, in fin. per quos fiat inuesti. Petrus de bella ptica vbi supra. quæstio. ii. Specu. co. ti. §. quoniam. versicul. i. in plerisque sequitur Curtius in d. suo tracta. feud. quæstion. vii. primæ partis. & in d. Boer. in consuetudi. Bitur. in dicto, §. tertio, vbi in ea præstanda ponit differentiam inter nobilem & ignobilem: quia ignobilis in fidelitate non admittitur ad osculum pacis a domino, sed nobilis sic, etiam si a rege inuestituram accipiat. Idem Ioan. Sanxon in consuetudi. Turo in ti. comment. hommage se doit offrir. in princip. & Bonus de Curtili, in tra. nobilita. in v. parte. in 47. nobilium priuilegio. Corset. in repet. capitu. grandi. in no. in verbo, fidelitatem nume. 86. & seq. de suppl. negli. prela. d. de Chaffa. in consuet. Burg. in rubric. des. fidez. §. secundo glos. farie recognoissance. & in magno consuetu. rubric. du serment. de fidelite. Est etiam differentia inter clericos & laicos, quia laici tenent manus inter manus regis quando iurant fidelitatem, vel inter manus cancellarii, episcopi vero iurant stola posita ad collum, & manibus ad pectus. vt tenet Ioan. Ferault in tra. de iuribus Franc. regis in x. lilio. Et hæc fidelitas in x. consistit quæ ponuntur in c. ego N. de iureiu. capitulo primo, de noua forma fide. capitu. de forma, 22. q. v. late explicat Ioan. de terra, rubea in suo tracta. contra rebelles. regnum. articul. tertio. tertii tracta. versiculo, pro declaratione. Notandum est tamen, quod istud iuramentum fidelitatis est quadruplex. Primum fit ratione feudi, de quo per totum librum feudorum. Secundum præstatur ratione familiaritatis, seu officii: vt si aliquis sit magister hospitii, vel camerarius, aut aliud habeat officium; vigore officii tria iurare tenetur, primum: quod iuxta posse saluabit vitam, membrum, & rectum domini honorem. & eius mentem, id est, secretum non reuelebit. capitu. uno. §. si vero domesticus: qualiter vasal. iura. debe. fidelita. do. Tertium iuramentum præstatur ratione habitationis, eo quod Hispanus vel alius exterus habitat in Francia tenetur Christianissimo regi nostro Franciæ præstare fidelitatem, postquam Rex illum permittit in terram suam habitare. no. Lucas de Penna, in l. deuotum columna prima, C. de meta. libro xii. Alber. Brunus in cons. 35. in causa. colu. prima, & colum. quarta. Et hæc fidelitas est hodie in vsu, vt dicit se practicasse Guido papa in suis deci. 307. & forma iuramenti ponitur in magno consuetudi. lib. iii. rubric. du serment des aulbins. nam alibini dicuntur quasi alibi quam in regno uati inde ius albinagii in Francia est illud ius quod Rex habet ad omnia bona in d. regno acquisita capiendum p d. exterum de quo gl. in ver. liberius de collat. in pragm. sanctio vide in gl. in procem. in verbo, exterum, & Benedict. in d. verb. & vxorem. nume. M. 42. & d. Boer. in §. final. de testamẽ. in consuetu. Bitur. d. Bartho. de Chassa. in d. consuetu. in rub. des confiscationes. §. primo nume. 37. Et non solum exterus debet fidelitatem prestare, imo etiam quilibet subditus regni capitulo primo, qualiter vasal. iura. debeat fidelita. & in extr. ad reprimendum. & reuerentiam. capitulo regum. in fin. xxi. quæstio. quinta. & prima. Petri. ii. capitulo Regem honorificate. sequitur Ioan. de terra rubea in tracta. contra rebelles regum articu. primo tertii. tractat. & Ioan. Pyrrhus in glossa. ad consuetu. Aurelia. rubr. de succesio. capit. 14. Quartum iuramentum est, quod tenetur præstare illi qui tenent & possident prædia in territorio seu iurisdictione alicuius domini. vocatur iuramentum fidelitatis, & assecurationis. capitulo. primo, qualiter uasal. iurare. debeat fidelita. & ibi dicunt do. quo ad hoc iuramentum consuetudini standum esse. ita tenet Iaco. de sancto Georgio, in tracta. de feudis. in uer. qui qdem inuestitur. vbi latius ponit, vide & ista fidelitas quatuor. personis est seruanda videlicet imperatori cœlesti, id est Deo secundo imperatori terrestri in suo imperio, & regi Francię in hoc regno: tertio domino seculari, quarto proximo suo, ita no. Petrus de Ferra. in sua practi. in forma libel. quo agitur ad reuocat. feudi, in princ. Item alia est fidelitas, quæ debetur a coninge. c debitum. de biga. alia quę debetur a quolibet amico ad amicum. Io. de terra rub. vbi supra. articu. ii. tertii tractat. Notandum est tamen, quod hoc iuramentum fidelitatis non præstatur per procuratorem casus singu. in ca. vno. §. verum. de sta. regula, li. vi. secundum Roma. singul. 798. quia hoc iuramentum debet prestari per verbum ego talis N. c. i. de noua forma fidelita. & verbum ego, importat industriam personæ. 22. quæstio. 5. cap. de forma. & habetur Iob. capi. xix. Quem visuras ego. sequitur Bald. l. prima ff. de re. diuisio. limita, nisi dominus consentiat. d. §. verum, quia tunc reuerentia quæ præsentialiter & personaliter debet exhiberi. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condic. indebi. fiet per nuncium. Secũdo limita, quãdo fidelitas esset præstanda per vniuersitatem, quia tunc per syndicum potest prestari, vt tenet Bald. & alii in l. 2. §. ex his ff. de verb. obli. Tertio fallit in episcopis. §. episcopis de statu. regu. supra alleg. idem tenet Stepha. Maleretus tracta. de electio. fol. 48. vbi plene. Quis possit infeudare, seu in feudum concedere? & dico quod omnis qui non prohibetur iure. Petrus de bella pertica. in d. tracta. quęstion. tertia. & Hostien. in summa de feud. §. quis possit. quod intellige si habeat liberam bonorum administrationem, vt no. in capitulo primo, §. noui per quos fiat inuestitura sequitur D. Io. Sanxon vbi supra ideo uasallus non potest in re feudali imponere censum seu annuam prestationem vel aliam seruitutem sine domini cõsensu, alioquin Dominus feudum poterit reuocare, vasallo etiã contradicente: Io. Masuer. in prac. sua rub. de feu. vers. Item vasallus in re feudali. Per quę iura debeat terminari quęstio feudalis? Et respon. quod si inuestitura iuramentum est interpositum debet decisionibus iuris canonici decidi, vt tenet Bal. in c. imperialem. § fi. col. 3. de. p hi. feudi alie. per Frid. & hoc si ius ciuile & canonicum inuicem contradicant secundum eum, & Alex. con. v. si vera. sũt colum. iij. in v. vol. arg. c. nouit de iudic. Si iuramentum non erit interpositum, per iura ciuilia. & consuetudines feudorũ decidetur, secundum Bal. in l. liberti. in vlt. colum. C. de oper. liber. & cons. 183. factum sic se habet in 2. vol. & 188. factum tale. co. li. & refert Catellia Cotta in secunda parte memoralium in uer. feu. quæstio & cõfert ad decisionem multarum quæstionum, secundum Cur. in suo trac. feudo. in i. parte. q. vlti. Et quis sit iudex in feudis, ponunt. Do. in c. cęterum. de iudi. Host. in summa huius. tituli. §. apud quem. Doct. in ca. vno apud quem vel quos contr. feudi terminari debeat, loã. Reynaud. in comprehend. feuda in §. prętera. si inter duos num. v. & seq. & ibi. Alii do. Nico. de Milis. in reper. in ver. feudum. q. vi. & ibi in addition. & Curtius vbi supra in vii. parte. Plene Soz. in capitulo, ex transmissa. de foro competen. Tertio quęro quę sit natura feudi; Respon. quia dominus qui concedit, retinet sibi directum dominium, in capi. vno, de natura feu. & in capitulo primo, in fin. quibus modis feu. amittatur sequitur plene. Curtius in d. tract. in prima parte quęst. sexta columna secunda. Secunda vtile dominium in vasallum trãsit, quia potest uindicare rem feudalem. §. i. de inuestitura de re alie. facta. & sic est quasi dñs, alias non vindicaret. l. Quĩtus. §. argẽto, ff. de auro & ar. leg. Ias. notat. in §. sed istę nu. 58.

Inst. de

Inſt.de act.glo.in ca.vno.in ver.de ſuis.per quos fiat inueſtit. idem tenuit Io.Berberi in viato.iuris in x. quæſt.huius tituli. Bald.in Marga.in verbo feudum in ij.quæ.cap.j. §.præterea, & cap.Corrad.Et in quib.cauſis feud. amitta. Panormitan. in ca.ſi diligenti.in tertio nota.de præſcri.Pet.Iaco. i ſua practi.in libello de rei vindica.quę competit ratione vtiles dominij in quinta poſitione.Felin.in c.quæ in eccleſiarum nu. 69.de conſt.Dec.conſ. 193. & pro tenui.& 269.conſultus ab illuſtri.numer.ſeptimo.& 389. viſa longa ſerie.columna tertia,numero ſexto.Curtius vbi ſupra columna tertia, primæ partis d. Ioan.Sanxon. vbi ſupra.arti.j.Ioan. Pyrrhus in conſuetu.Aurelia.c.j.de feudis.Quod intellige ſi fiat inueſtitura realis,id eſt traditio,ſecus ſi verbalis,quæ alias vocatur abuſiua,in c.j.& ibi Doct. quid ſit inueſt. ſequitur Guido Papa in deciſio.Delphinal. quæſt 304. & D.Ioan.Sanxon in d cõſuetu.in rub.de pied de fied.arti quinto fol.71.& Alber.Brunus.conſi.primo & ſecundo,columna quarta. Tertiò, ſi vaſallus ſeruitium conſtitutum domino non exoluerit, cadit a feudo.c.primo quib.mod.feu. amittatur intellige tamẽ ſi fuerit requiſitus:nam domino offerre ſe non tenetur, niſi illi magnum periculum videat imminere.§. & ſi vaſallus,& §.licet.ſi de feudo defuncti conten. ſit inter do. & agnatum, vaſal.Petrus Iacob.in rubr.quibus cauſis feudum amittatur. columna ſecunda,verſic.decimo,ſi non ſeruiat, & §.illud, de prohibita feudi aliena.per Federi. Idem ſi vaſallus inimicos domini recipiat,dando eis tranſitum per terras ſuas, qñ poterat reſiſtere:& victualia,nam tunc feudo priuatur.glo. in c.de forma.in verbo munitionibus.22.quæſt.quinta.ſeqt Ioan.de Ana.conſi.7.viſis & ponderatis.col.tertia,& ſequen. Cauſas ob quas quis feudo priuatur, vide per Petr.de Bella pertica in d.ſuo tracta.de feu. quæſtio.9.22. tradit Ioan.Raynaud.in comprehen.feud.in §.fin.c.imperialem,de prohibita feud.alie.per Feder.Petrus de Ferra.in ſua practi. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi,in verb.nec ſuperſtitionis.Iacob.de ſancto Georgio in ſuo tracta. de feud.in verb.dictique vaſali de Bœri.in §.xv.de conſuetu.feud.& cen ſua.in conſuet.Bituri.& late Curtius, in quarta parte tracta. de feud. vbi cumulat quadraginta cauſas priuationis feudi. Quinto, feudum ſine domini voluntate alienari non põt, in cap.imperialem.in princip.de prohibita feud.alie.per Frideri.quia ſeruitia poſſent ſubtrahi,vt dicitur,& in ca.quæ in eccleſiarum,de conſt.immo ſi alienet,perdit illud, vt ibi, & not.Areri.conſilio 14.incipiente,viſo & c. & pleniſſime Albertos Brunus conſi.111.incipienre magnifice domine &c. Intellige alienantem priuari feudo,ſi dominus voluerit, alʒ ſecus.Alexan.conſi.173.viſo themate.in ſecundo vltimi Deci.conſi.185.vlterius,in ſecundo dnbio,& 138. & diligenter vide tex.bene facientem in l prima.§.ſed & quoties.ibi,ſi velit alius fideicommi.ff.ad Trebel.cogi.§. Metianus,illo titu. l.ii.colum.ij.C.de iure emphiteuti.& ibi Iaſ.Sed puto in hac materia quatuor tempora cõſideranda,antiquius,antiquũ, nouum & nouiſſimum. De iure antiquiori poterat mediã partem vaſallus alienare.§.aut ſi liuellario.& ſequen.& §.fina.quibus mod.feud.amitta.& §.primo,de aliena.feudi iure antiquo non poterat alienare,niſi per viam libelli vſque ad medietatem,vt de aliena. feud.in prin.ſed iure nouo eſt prohibitio alieaationis indiſtincte, vt in dicto.§. j. de prohibita feu alie.per Feder.Iure tamen nouiſſimo ſine conſuetudinario hæ conſuetudines feudorum in regno Franciæ non ſunt allegandę,cum contrarium obſeruetur.Pet.Iaco.in ſua practica,rubrica de ſucceſſione feu.colum. 27. verſicu.modo in ſumma,& ſic vaſalli licite in hoc regno Francię alienãt feuda conſuetudine dictante & approbante ſecundum eum in rub.de condic.ex lege,imperialem.§.callidis. columna ſecũda,& habetur in magno cõſuetudi.rubri. des couſtumes des fiedz.verſicu.de iure feu.Guido papa in deci.Delphina.queſt. 59.& qõ. 290.& hæc conſuetudo eſt hodie vniuerſalis in regno:vt aſſerit D.meus eſt conciuis de Boer.in §.ſecũdo. & §. 23.de conſuet.feud.& cenſual.& Benedict.in repet.c.Raynutius in verbo,& vxorem numero 163. de teſtamen.d. Ioan. Sanxon in conſuetud. Turo. titulo,comment hommage ſe deibt offrir a ſon ſeigneur.in 36. concluſio. & in tit. de died de fied.articulo ſecundo,& quòd talis conſuetudo valeat,tenet Bald.conſilio 185.lib.primo.plene,& conſi.318.quidam libro ſecundo Dec.conſi.269.conſultus numero octauo, & conſi.208.ad clariorem.numero nono.Et non ſolum vaſallus priuati poteſt feudum alienare, ſed etiam eccle.vaſallus, dummodo eccle.non ſentiat damnum ex illa alienatione, vel lucrum nõ amittat puta laudimium, aut aliud commodum,ſecundum Io.in.Fab.in §.primo.Inſtit.de re diuiſio. & in §.j.Inſt.de empt.D.Boer.in d.§.ſecundo.etiam domino inuito,vel eccleſia.Ioan.Raynaud. in comprehen.feu. in cap. imperialem.§.j.numero 47.Ioã.Berberi.in viator iuris,q.xj. de feud. verſicu. hodie tamen in iſta &c. Petrus Iaco.in ſua pract.rub.quib.modis feud.amitta.immo tenet idem Petr. Iacob.in forma libelli pro re feudali. in ii.forma. col. 2. fol. 17.dominum poſſe cogi, ſi requiratur ad conſentiendum dictæ alienationi,& ſequitur domi.Barth.de Chaſſa.in conſue.Burgundiæ,in rubrica des fiez §.octauo,habebit tamen ius prelationis ſeu retentionis dominus. § porrò qualiter olim feud.poterat alienari l.3.C. de iure emphyteu. & ibi not. & Petrus de Bella pertica in ſuo tract.de feud. quæſtio. octaua,ſequitur D.Boer.in §.j.de conſuetud.retentio. rerum feuda.in glo.ad conſuetud.Bitur. Eccleſia vero non habet retẽtionem ſecundum eum:quod eſt bene notandum,& ſæpius fui interrogatus.Intellige tamen ſupradicta procedere quãdo ille in quẽ fit alienatio, vellet ſabire omne ius feudi,alʒ ſecus.Bar.in l.murileguli.C.de murilegu.libro xj.Felin. in c. quæ in eccleſiarum,de conſtitutio. item requiritur quod ille in quem alienatur, ſit eiuſdem conditionis ſicut primus vaſallus alienans, qui ſi eſt nobilis non poteſt alienare in plebeium.l.neutris.C.de committend.ſtipul.l.2.de func.in limitro.lib.xj.§.ſimiliter.de lege Corrad. Ioan. Maſuer. ĩ rub. de feud.verſi.item dominus.maxime feudum ſuperius videlicet feudum comitatus ſecundum Alber. Brunum conſil. 60.dilecte nepos.hodie de generali conſuetudine regni Frãciæ alienantur feuda habenti pecunias, ſiue ſit nobilis,ſiue villanus:vt aſſerit D.meus in d.§. ſecundo ſupra allegato,& occulata fide videmus,ideo nõ eſt opus probatione. Quod eſt verum, ſi ſit feudum inferius vt feudum marchiæ, vel aliud ſimile:quia non poſſet in ruſticum ſine domini ſuperioris conſenſu alienari.Albertus conſi.60. Sexto debet vaſall⁹ intra annum petere inueſtituram a domino niſi fuerit miles,quia habet & menſem, cap.uno,quo tempore miles inueſtitur. pete.debeat,& ibi Bald.& alii,& c.vno.quæ fuit prima cauſa benefi. amittend. & ſi intra illud tempus non petierit feudum,perdit. cap. imperialem. §. præterea,in primo de prohibita feud.aliena.per Fede. c.vno in princip. de capi. Corrad.Calder.conſi.6.& 7.de feud.Cardina.conſi.128.Dec. conſi.341.incipiente,viſo Guido papa q. 164. cum ſe in ſuis deciſ.quem vide q.454 ponentẽ quatuor requiſita ad hoc ut poſſit agi ad commiſſim. Vide Alber.Brunum in conſiliis factus in materia feudali conſilio xlii. incipiente cum quæritur,&c.hodie eſt conſuetudo generalis fere in toto regno, per quam nullus vaſallus ob inueſtituram non petitam feudo priuatur, ſed poteſt dominus ad manum ſuam ponere feudum,& fructus leuare,& ſuos facere, quouſque vaſallus præſtiterit fidelitatem Iſtius conſuetudinis non fuit neſcius d.Boer.in tit.de conſuetud.feu §.vj. & xv.quem ſequitur do. Io.Sanxon.in conſuetu. Turo. in titulo comment hommage ſe doit offrir a ſon ſegneur.in prin.& articu.3.& do.de Chaſſa in rub. des fiedz. in prin.& glo.dedans lan. numero 12.ante tamen quadraginta dies non poterit dominus leuare fructus,vel ante proclamata facta, ſecundum varias conſuetudines,nam Pictauis requiritur proclama ſtatuens tempus uaſallus ad inueſtituram faciendam, ita uidi in conſue. Picta.rub.de la diſtinction des iuriſdictions, artic.90.in aliis locis communiter ſtatuuntur quadraginta dies. vel plus vel minus,ſecundum varias conſuetudines,vt Ioan. Maſuer.dicit eſſe in aluerina, in rub. de feudis in verſi. item dominus feudi,& Pariſijs,vt continetur in magno conſue.rub.de ſaiſine en fied.uerſicu.nota.fo.9. Bituris,in §.6.de conſue.feud. Burgundiæ,in §.j.in glo.dedans lan, & ita fuit prolatum arreſtum Tholoſæ,ut eius Stylo patet in quarta parte, arreſto 73.& idem Pariſijs,ut continetur in quæſt.per arreſta,quæſt. 18.arreſto primo, quod eſt notandum.Inoleuit prẽterea cõſuetudo in hoc regno, ut recognitiones fiant tam in re feudali,quam in re emphyteuticaria in decẽnium, quod dicũt de decennio in decennium,ut aſſerit conterraneus me⁹ Io. Berber.in viato.iur. in d.titu. de feud.quæſtio. 12. verſicu.& not.verbum &c.Septimo,fœmina,in feuda non ſuccedit ex conſuetud.lib.feudorum.c.vno.§.filia.de ſucceſſ.feu.c.vno an mutus vel alias imperfectus,in fine.late Roma. conſilio 1. & ibi aſſignat multas rõnes, & Bal.in l. quoties. C. de ſuis & leg.dicit eſſe rõnẽ prẽcipuam,quia fœmina non ita bene pt defendere dñm in bello, vel alias ſeruire ſicut uir: ergo nec feudũ habebit,cum detur ob ſeruitium. c. uno. quib.modis feudum amitta.hanc rationem citat Bened.in rep.c.Raynutius,in ver.duas habẽs,numero 4.& 15.de teſt. ſequitur D.de Chaſſa in conſue.Burgun.in §.v.num.27.& ſeq.Soci.conſil. 19.pro deciſione.col.j.lib.j.& conſi. 257. viſis inueſtituræ.in 2.volum.Corn.conſi.16.aperta in j.volum.idem tenet Dec. in regula,fœminæ.in 39.ſpeciali.ff.de reg.iu.Iaco de S.Geor. in tracta.de feudis,in ver.& fœminis Cur.in d.tract.in 3. par. q.j.Ange.de Claua.in ſua ſumma,in verbo feudum, in primo num.7.& Dec.conſi.32.& pro tenui.& 85. & diligenter & 139.& diligenter.& 139.& diligenter. & 128. ad clariorẽ & conſi.390.quoniam.Alber.Brun.conſi. 4. refutationem,ĩ

ſi.&

Source : BIU Cujas

Feudorum declaratio.

fi.& 8.circa prin.col.3.& eſt conſilium Iaſonis. Hodie ex cõſuetudine generali huius regni ſicut maſculi ſuccedunt authore Petro Iaco.in ſua pract.de ſucceſſione feud.col.3.verſ. in illis enim locis,& verſi.ſequen.idem tenet Bernard.de Buſtis in ſuo martiali in 12.parte ſermone primo, in princ.magnus ille ſcientiæ & conſuetudinis theſaurus, D.Boer.in §.ij. de conſuetudi.feud.& §.7. ſequitur d.Ioan.Sanxon.in cõſuetudi. Turoneñ.in titu. des ſucceſſions des fiedz, artic.xiiij.& rub. comment homage.artic.j.conclu.vlti. & in poſſeſſione feudi per iudices ſunt manu tenendæ, vt pulchrè ſcribit Albertus Brunus conſil.j.& D.de Ripa in libro primo reſpon. de legibus.ca.j.nume.70. & idem in collateralibus cenſet integer conſuetudinarius,do.Boer.in d.§.ſexto, & Benedictus vbi ſupra,in verſi.& vxorem nume.563.& 656.quia in dicto regno feuda ſunt redacta inſtar patrimoniorum ſecundum prædictos, & Ioan.Fabr.in Authen. ĩgreſſi.C.de ſacroſanctis eccle.Guido papa,conſi.xviij.ſuper caſu, & conſil.214.circa materiam. Io. Raynaud. in texta diuiſi. in loco ſæpe allega. Ioan.Sanxon.in titu. du pied du fied,artic. ij. & xij. & Ioan. le cirier, in tracta.de iure primogenituræ,lib.ij.q.iiij.in verſi. poſſeſ.col.ij.& ſupra dixi, imò hodie cõtractus feudales ſunt redacti inſtar omnium aliorum contractuum teſte Ioanne Berber.in d.titu.de feud.3.quæſt. immo etiam ſuccedunt ex mulieribus deſcẽdentes. Guido papa deciſio.Delphinat.par lamenti.q.59.& quæſt.297.& Frãciſ.Mingon. in conſuetudi. Andega.in 3 parte licet in aliquibus partibus, vt vidi, non ſuccedant fœminæ extantibus maſculis, ſed quod ſupra dixi eſt communius,vide tamen vnum caſum in quo de conſuetudine feudorum mulier ſuccedit,per Rom. ſing. 177. & ſeptem caſus vide per eum conſilio 367. circa prin. & octo p Iacobum in d.ver.& fœminis,& Doct.in d.§.filia.qnquaginta quæſtiones in hac materia vide per Bal. in l.j. ff.de rerum diuiſio.& Curti.in tertia parte,quæſt.j. Vltimo vaſallus tenetur ſeruire quando eſt a domino requiſitus,alias non, & iõ fiunt hodie proclamata ſiue criees auban, & fundatur in c. vno.§.fina.an ille qui interfec.fratrem do. ſui.feudum amittat:ſequitur D.Ioan.Sanxon.in conſue.Turo. in rubri.comment homage &c.articu.j.conclu.18. fo.65. Et quando fiũt oſtentiones,quas vulgari ſermone monſtres appellamus, ſi vaſalli & milites non recipiunt ſolutionem, quia recuſant, non poterunt poſtea petere, ſecundum Bart. & patruum meum Reb. in l. fortiſſimi,per illum tex.C.de eroga.milita. anno.arg.l.nulli.illo titulo citat d.Bartho.de Chaſſa. in conſuetud.Burgund.in §.4.in gl.nouelle cheualerie,in nouis additio.ideo communiter ſolutiones fiunt in oſtenſionibus, ꝑ tribus menſibus,niſi fraudentur per theſaurarios,ut uidim⁹ ſæpius fieri: quare multæ domus nobilium ſunt fere deſtructæ,& theſaurarij mali hodie ad furcas patent,ad quas oſtẽtiones poteſt compellere ſuos milites & armigeros capitaneus, teſte Luca de penna, in l.fi.col.8. C. de re milita lib. 12.uide laſ.in l.prætor.§.ſi aliquando.ff.de noui operis nun. Notandum eſt tamen ꝙ hodie vaſalli non tenentur adaliquid dandum vel faciendum domino ſuo, niſi ad expreſſa in ſacramento fidelitatis, quæ ſunt ſeptem,in cap.de forma. 22.quæſt.v.c.ego.N.de iureiur.cap. uno,de forma fidelita.& pulchre declarat,d.de Chaſſa.in §.quarto in glo.in rub. des fiedz,& Petr.Iacob.in ſua pract.rub.de feu.ſucceſſio.colum. 9.verſi.dico ergo quod uaſallus.Alia quæ ſunt de natura feudi ponit tex.& ibi Docto.in cap.vno,de natura feudi,& Sylueſter de Prierio in ſua ſumma in verſi.ſi feudum, in j.quæſ. & in hac materia uide xxxv.regulas per Ioan.Baptiſtam ĩ repe.c.primi.colum.ix.cum ſeq. de feu.cognitio, & ibi ponit caſus in quib.feudum ab emphyteuſi differat & concordet, vltra laſ.in l.j.C.de iure emphyteu.& xxxvj. concluſiones citat D.Sanxon. ubi ſupra, in rub.comment homage, articu. primo.vide Bened.in repe.cap.Raynutius in ver. & uxorem in quarta deciſio.numero 546.cum ſequen.de teſt.non omittas videre quæ cumulate licet quandoque remiſſiue ponit D.meus in glo.ad conſuetu.Bitur.in rub.de conſuetud.feud. & rub.ſeq.Nunc ſe offert.vltimum, uidelicet quotuplex ſit feudum, quod ſit tantum duplex,ex dicto Philoſ.complecti tur,dicẽtis,quòd quælibet diuiſio debet eſſe bimembris, uel ad bimembrem reducibilis,citat Petrus de Beſutio, & laſ.in repeti.l.reconiuncti.ff.de lega.iij. & Lancelo.Polit.in tracta tu ſubſt.in prin. ideo Curtius hoc perpendens,in ſuo tracta. feudorum,quæſtio.viij.primæ partis duplex dicit eſſe feudũ, videlicet proprium & improprium. Sed vt iuuenes clarius intelligãt, procedo per diuiſiones, inſequendo doctrinam iuriſconſul.l.j.ff.de exceptio.Bald. & aliorum.ideo prima diuiſio eſt, quia feudum quoddam eſt eccleſiaſticũ,aliud ſeculare.hãc diuiſionem ponit Raynaudus & Aluaro. in prooe. feudo,& Pet.lac.in rub.de cauſis ex quib.domi,debet admittere ꝓprietatem,in j.diui.Pet.de Ferra.in ſua pract.in forma libelli quo agitur ad feu.reuo.in ver.ac nomine recti. &c.

1 Eccleſiaſticum eſt triplex, quod ab eccleſia datur, quod ab eccleſia ſuſcipitur:aliud quod datur vel ſuſcipitur a clerico non tanquam ab eccleſia,& de hoc loquitur tex. in cap. vno de clerico qui inueſtitu.accepit,§.fin.de cap. Corrad.ca. j.qui feudum da.poſ.Berber.in 2.q. Alua.in v. diui. & Iaſ.in xj.prælud.feudorum.

2 Seculare eſt,quod a ſeculari principe vel domino recipitur.§.Marchio,qui feudum dare poſſunt, vt ſi Chriſtianiſſimus rex Francorum inueſtiat aliquem de marchia vel comitatu,& de hoc feudo maior pars libri feudorum loquit̃, & plus quam de eccleſiaſtico, & hęc probantur in prędudiis feud.in vltima diuiſio.per Bald.ſed quia nobiliora ſunt præmittenda.§.fin.inſt.de iure perſona.cap.ſedes, & ibi Doctor. de reſcript.Decius in c.auaritiæ. de præben.ideo præmiſi hãc diuiſionem,ſicut facit Obertus de orto. c. uno, qui feudum da.poſſunt,& quia eccleſiaſticum eſt nobilius, arg.c.ſolutæ, de ma.& obe.

3 Secunda diuiſio,quoddam eſt regale, aliud non. Regale eſt, quod a rege vel imperatore recognoſcitur immediate, vt eſt feudum marchię,ducatus comitat⁹,vel alterius dignitatis regalis,ideo vicecomes Turenæ, uel comes Fuxi poſsũt dicere hr̃e ſe feudum regale.c.vno, quis dicatur dux march. vl̃ comes. Vel poteſt imperiale dici,ut no.Ioã.Berber.in d.2. quęſt.de feudis, & duobus concurrentibus vocatur regale, primò,quòd ſit dignitas,puta regnum,marchia comitatus, ſecundo quòd ab imperatore vel rege non concedatnr, uel alio non recognoſcente ſuperiorem,tenet Curtius in tract. de feu.in prima quęſt.8. colum.ij. Occaſione prędictorum quęro de quęſtione, an rex Franciæ poſſit alienare ea quæ ſunt regni,& Bald.in prooe.C. & in prima conſtitu.concludit quod non abdicando a ſe omnem iuriſdictionem,dignitatẽ,dominium,& nihil ſibi retinendo, quia eſſet principatum ſeu regnum deformare, quod non poteſt rex facere,immo ſi retineret ſibi directum dominum, adhuc nõ valeret, ſi in regni detrimentum vel incommodum tenderet. argu. l.in ſumma.ff.de pecu.Corſe.in cap.grandi.de ſupplenda negligen.pręla.libro 6. Panorm.in cap.intellecto.de iure iur.& in cap.abbate.ſane de re iud.libro 6.Ioan. Sanxon in conſu. Turon.in rub.de pied de fied, arti.ſecundo,in rub.des donaiſons entre gens nobles,artic.ſexto,d.Boer. in addi.ad Bened. plumb.in l.inuitus. ff. de fideicommiſſ.libe. etiam cum iuramento,per tex.in dicto cap. intellecto,& ſucceſſor poſſet reuocare. Barto. in l.prohibere.§. plene.ff. quod vi aut clam. Bal.in cap licet.colum.ſeptima,de probatio.Felin.in capitu. ad audientiam.colum.ſecunda,de pręſcript.Dec.in capi.j.colum.quarta,de probatio. immo fortius rex non poteſt inuitis ciuibus ſuis alienare vnam de ciuitatibus ſui regni. Hoſti. in cap.dilecti filii,de maio.& obe.& ibi Innoc. & Feli. Oldr. conſilio 231.ut eius. Alexand. in addi. ad Bart. in d.§.plane. Bald.in cap.ſi quis miles, quo tempore miles inueſtitu.petere debeat,cap.vno §.generali.ſi de feudo defuncti conten.ſit inter dom.& agna.vaſa.Ioan.de pla.in l.fin.C.de loc.prędio. ciuil.liber.xj.Panorm.conſilio 3.colum.18.in ſecundo volu. Guido papa,in deciſio.Delfinal.quæſtio.239.Aufrer.in deci. capel.Toloſa.quæſtio 485.Iaſon.in §.item Seruiana.colum. xviij.Inſti.de actio.numero 105.l.ſi non ſortem.§.libertus.ff. de condi.indeb.l.debitorum.C.de pact.& prooe.feudo.in prima diuiſio.Barba.& Felin.in cap.j.de proba. vide do.Ripa.in conſilio 25.de reſcript.in lib. ſecundo reſponſo libro primo de legibus conſilio primo,numero lij.Bal.conſilio 323. quęritur,volumi.primo.Bartho.de Chaſſa.in conſuetu. Burgũ. in rub.des fiedz,§.8.in verſicu.en alienation,in fi.Curtius in tractatu.feudo.in ſexta,quęſtio. ij. Soci. conſi.40.in quęſtione,colum.ij.numero 7.in tertio volum.Ioan.Lupus in repeti.per veſtras.fo.lxxxii.colum.4. de do. inter virum.& vxorẽ. Gomeſ.in §.item Seruiana. numero 40. cum ſequen.vbi ſex modis limitat,Inſti.de actio. & Specu.in prin.rub.viij.fol.xv. cum ſequen.§.nouiſſimè conterraneus meus, domi.Iac. Bonaudi,in addi.ad Io.de terra rubea,tractatu primo,artic.primo,concluſio.13.Albertus Brunus conſi. xij. in ſecunda ratione,& hoc maxime quando metu alienaret, quod metus cauſa geſtum eſt,ratum non habeo,l.j.& per totum.ff.quod metus cauſa,& quando voluntariè, hoc non eſſet ſine peccato,ut tenet Lucas de pẽna in l. j.C.de capitatione ciuium cenſi.eximen.lib.xj. quod eſt notandum.

4 Non regale eſt quod ab inferioribus a principe,imperatore,uel rege recognoſcitur, uel a principe, ſed non conſiſtit in dignitatibus, ſed princeps de aliqua plebe inueſtit.c.uno, qui feudum dare poſſunt,& rubri. quis dicatur dux, comes, uel marchio,ſi vero aliquis inueſtiatur a domino de Claromonte,feudum dicetur non regale,ponit Bald.& alii in ꝓœmio feudorum,j.ſequitur Iaſon. in j.diuiſione.

5 Tertia diuiſio.Feudum quoddam eſt nobile, aliud minus nobile,aliud aliqualiter nobile & ignobile. Nobile eſt qđ poſſeſ-

Source : BIU Cujas

poſſeſſorem nobilitat: vt quando a rege Franciæ eſt conceſſum, vel imperatore, vel papa, vt ſi concederent ducatum, vel marchiam, cap. primo, quis dicatur dux vel marchio. Berbe. in ſecunda quæſtio. Bald & Iaſon in x. diuiſione, & Alua rot. in ſecunda. Bonus de Curtili in tractatu nobilit in tertia parte, colum. 34. numero. 201. Alex. conſi. 30. quoniam. col. pe. prima parte.

6 Minus nobile eſt, quando dux, marchio vel comes alteri concedit in feudum, & ille proprie dicitur valuaſor, ſiue vaſallus, vt no. Ioan. And. in addi. ad Specul. in titu. de præſcrip. & Bonus de curtili, tractatu nobilita. in tertia parte, nume. 201. & iſtud de conſuetudine libri feudorum non poterat alienari in non nobilem, ſed in regno Franciæ poteſt vendi, & in feudum dari, ſed nō ſuper eo redditum accipere domi. Boer. in conſue. Bituricen. §. ii. de conſue. feu. & cenſua. & ſ. latius dixi.

7 Aliqualiter nobile ſiue mediocriter, eſt quando habentes a duce, marchione, vel comite, aliis in feudant: & recipientes vocantur minores valuaſores. Alua. in 2. diui. ℣. abi communiter Doct.

8 Ignobile eſt quando a minoribus valuaſoribus concedit & minimis, cap. vno, qui feudum dare poſſunt, & ibi Bald. in §. marchio dicit ruſticos poſſe in feudum concedere, dummodo ſuarum rerum adminiſtrationem habeant, §. noui per quos fiat inueſtitura, ſequitur Iaco. in ſuo tracta. de feu. verſiculo, in feudum, in octaua diuiſione. Io. Raynaud in ſeptima. Petrus Iacob in rub. de cauſis in quibus do. debet &c. in v. diuiſio. Petrus de ferra. in 8. diuiſione vbi ſupra. Iaſo. in 10. Curtius ſecunda parte. q. 4. 2. partis.

9 Quarta diuiſio. Feudum aliud eſt paternum, quoddam antiquum, aliud nouum. Paternum dicitur quod per patrem eſt acquiſitum, vel ab aliquo aſcēdente communis agnationis vſque ad quartum gradum, tex. in cap. vno, de ſucceſſione fra. & grad. ſucce. in feu. qui eſt melior de iure ſecundum Alexan. cōſilio 30. quoniam, in primo volum. in hoc quòd declarat feudum paternum quid ſit, vide tex. in titu. de natura ſucceſſionis feud. & Alexand. conſilio lv. proſpectis, ī quarto volumi. & conſilio 26. ponderatis. in quinto volumi. & Curtius conſilio 49. numero 3. Petr. Iacob in ſua practica, de cauſis ex quibus do. debet admittere proprieta. in ſecunda diuiſio. Aluaro. in ſexta. Dec. conſi. 208. ad clariorem. nume. 5. Albert. Brunus conſi. lxvii. viſis. col. v. in fine & conſi. 165. viſis inueſtituris. colum. ſexta, in primo & ſecundo volumi. & conſi. 66. viſa donatio. in tertio volumi. Bolog. conſil. primo Bald. conſi. 337. in primis, in primo volumi. col. pen. & conſi. 351. in literis. eodem volumi. & conſi. ſequen. quomodo probetur, & quæ perſonę contineantur in hoc feudo declarat Bal in §. hoc quoque de ſucceſſio. feu. quod proprie continentur hę perſonę ſupra patrem, videlicet auus, proauus, abauus, & atauus: & abinde ſupra perdit nomen paterni, & antiquum appellatur, ex quo ſingulariter infert, quòd ſi cuidam concedatur feudum paternum, non extendetur vltra quartam generationem, & ſic cum myſterio ponuntur illa verba in inueſtituris, cōcedimus in feudum & antiquū, ſequitur Ioan Raynaud. in comprehend. feuda. in prima diuiſione, quod eſt perpetuo notandum ſecundum eos. Hodie notarij ponunt omnia verba hæc, & multo plura, & iō extenditur vſque ad infinitum, & etiam ratione conſuetudinis de qua ſupra.

10 Nouum vero eſt quando fuit de nouo acquiſitum, & hēt initium in perſona ipſius inueſtiti: nec prouenit a ſucceſſione progenitorum, cap. j. quot teſtes ſunt neceſſa. ad probandum no. inueſtitu. Oldra. cōſilio 178. factum tale. Alberi. in dicto. in ver nouum. Iaco. de ſancto Georgio in tractatu de feud. in ver. in feudum in ſexta diuiſione Curtius conſilio l. in tertio dubio & conſilio ſequenti. Io. Raynaud. in prima diuiſione Soci. conſilio 252. viſis, in ſecundo volumi. Deci. conſilio 53 placet mihi, & conſi. 390. quoniam ex numero quarto. Albe. Brunus conſi. lxviij. ſi inſiſtamus, tres effectus ponit Curtius in ſuo tract. in prima parte quæſtio. octauæ. colum. ij. & ſeq. Iaſ. in l. 2. colum. fin. C. de iure emphyteu. & iſtud regulariter non nobilitat, niſi vt ſupra dictum eſt ī præcedenti diuiſione: quia nobilitas non naſcitur in ictu occuli ſecundum Bald. in x. diuiſione, infra per text. in l. ſtemmata. ff. de gradi. Petr. de ferra. in ſua practi. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi, in verſ. ac nomine, in ſecunda diuiſione, & in hoc non ſuccedunt aſcendentes, nec collaterales, de conſuetud. feudorum. cap. primo de inueſti. noua, & cap. vno de ſucceſſione fra. ſed hodie contrarium obſeruaī in regno Franciæ: ut no. Bened. vbi ſupra in verſi. & vxorem nume. 653. & d. de Chaſſa. in d §. v. nume. 7. & in rub. des ſucceſſions, in glo. & les enfans §. 6. & ſupra latius extitit diſcuſſum, & ponit Aluaro. in ſexta diui. & Iaſ. in tertia. Alber. in l. prima. §. ſi quis ędificium. ff. de noui operis nunciatio. Imo in capitulo vltimo, de feud. Oldra. conſilio 178. factum tale.

11 Quinta diuiſio. Feudum quoddam eſt paternum, aliud maternum, Paternum in proxima cellula fuit declaratum.

12 Maternum eſt quod primo per fœminam eſt acquiſitum, cap. vno, de feudo fœminæ, & ſicut large omne feudum qđ fuit ex ſuperioribus agnationis communis acquiſitum, paternum dicitur: ita quod ex quacunque fœmina ex ſuperioribus quæ fuerit ex communi cognatione, fuit acquiſitum, maternum dicitur, vt habetur in titulo de feudo fœminæ, & Bald. in v. diuiſio. Alua. in 7. Natura feudi paterni eſt ut tā tum, deſcendentes maſculos reſpiciat: in §. proſpecto. infra de lege Corrad. natura feudi materni eſt, vt primo maſculos reſpiciat, ſecundò fœminas, d. tit. de feu. fœminæ, & pulchre no. Cur. in tracta. feudorum in tertia parte, q prima, in ij. limitatione.

Sexta diuiſio. Feudum quoddam eſt maſculinum, quoddam fœmininum. Maſculinum eſt quod ad maſculos trāſit, & non ad fœminas. § hoc autem, qui feudum dare poſſunt, immo fœminę non ſuccedunt etiam ſi de eis ſit facta mentio, niſi maſculis deficientibus, § quinetiam epiſcopum, uel abbatem, cap. vno, de feudo fœminæ. laſ. in verſi. & fœminis Petr. de Ferra. vbi ſ. in iij. diuiſio. niſi vt fuit dictum ſ. in natura feudi, uide.

14 Fœmininum ſeu fœmineum dicitur, quod ad fœminas tranſit: ſicut ſupra de materno diximus, cap. i. quemadmodū feudum ad filium pertineat. Iacob. in tracta. de feu. in verſic. in feudum. in v. diuiſio. licet Ioan. Raynaud. duas diuiſiones miſceat. Item ſi aliquis receperit feudum pro ſe & hęredib. tam maſculis quam fœminis extantibus maſculus fœminæ exculditur, cap. j. §. epiſcopum, vel abbatem. Alexand. conſi. 9. in 5. volum. Alber. Brunus conſi. 65. ſuper caſu, ſed hodie in regno tene quod ſupra dixi in natura feudorum in ver. 7. vide tamen do. Io. le cirier, in d. tractatu de iure primogeniturę lib. j. q. xix.

15 Septima diuiſio. Feudum aliud habet propriam naturā, aliud impropriam. Habens propriam eſt feudum ſimplex, rectum, purum, liberum. nam natura feudi eſt quædam qualitas innata a principio generationis feudi ſiue tempore inueſtiturę, ex qua virtus contractus perficitur, & ſemper videtur ineſſe, niſi per pactum improprietur, ut eſt tex. in rub. de feudo non haben. propriam naturam, & §. prętereа. quid ſit inueſtitura, & ſ. late dictum eſt in tertia quæſtione principali, ſequitur Hoſtien. in ſumma huius titu. de feud. §. qualiter feudum. & laſ. in 4. diuiſione, & iſta inueſtitura ſeu tenor eius ſemper debet attedi, c. j. in fi. de duobus fratri. & ibi Bal. cap. accepimus. de priuileg. Io. de Ana. conſi 7 viſis &c. colu. ij. & conſilio xxxvij. Barba. conſi. 17. præclare. colum. 3. ī primo volumi. Deci. conſi. 309. quoniam numero 3. & conſil. 395. in cauſa. nume. 5. Roma. conſilio. 53. viſo inueſtituræ in fi. Alber. Bru. conſi. 8. col. 4. & conſi. ſeq. & conſi. 39. col. 2. & conſi. 41. col. ij.

16 Non habens propriam naturam, vel habens impropriā, eſt feudum conditionatum, vt certum ſeruitium vel conditionem eſt pacto conceſſum. §. fi. quid ſit inueſtitura, & de capita. qui curiam vendi. ut eſt feudum guardiæ & caſtaldię, quod pro mercede datur, de feudo guardiæ, cap. j. Item feudum cameræ uel cauenæ, capitu. fina. de feud. cog. & ℣. dicā. Ioā. Raynaud. in comprehenſo. feuda. in quarta diuiſio. Aluaro. in tertia. Iaco. in ſuo tractatu de feud. in verbo, in feudum, in quarta diuiſione. Bal. in quarta, de Ferra. in vij. Et improprie dicitur feudum quando pactum apponitur contra alterum ex requiſitis in feudo: ut late concludit Curt. in d. ſuo tract. feu. in j. par. q. vj. cum ſeq.

17 Octaua diuiſio ſequitur. Quoddam feudum eſt reale, perſonale, perſonaliſſimum. Reale eſt quod ad hæredes tranſit tam ex parte dantis quam accipientis. §. cum uero Corrad. qui feudum dare poſſunt, cap. vno, de duobus fratribus, qa vnuſquiſque in hoc ſibi pręſumitur voluiſſe prouidere, & hæredibus, l. ſi pactum. ff. de proba. de cap j. de duobus fratri. ſequitur Ale. conſ. 204. conſideratis, in ſecundo vol. illum tex. dicens ſingularem. col. 2. in prin.

18 Perſonale eſt quod ad vitam alicuius conceditur, & non tranſit ad hæredes recipientes, ſed bene dantis, ut feudū guardię & caſtaldiæ. cap. i. de feud. guar. Iaſ. declarat in 6 diuiſio. vt quando feudum habitationis concederetur, quod morte finitur. Bal. in l. beneficium. col j. de conſt. prin.

19 Perſonaliſſimum eſt quod neque ex parte dantis, neque ex parte recipiētis tranſit ad hęredes. cap. j. quis dicatur dux, exemplum ponunt Doctores in ſoldata: ut ſi detur nobili in paupertatem redacto annua prouiſio, tunc ſoldata vocatur, de qua in dicto titu. & ibi per Alua. & l. ſtipulatio iſta. § ſi qs ita ff. de verborum obligat 10. l. vt pomum. ff. de ſeruitu. Bal. in vj. diuiſione, & decima. & non cenſetur proprie feudum, vt tenet Io. Berber. in d. viator. rubri. de feu. q. ij. Iaſon in præ-

ladijs

Source : BIU Cujas

ludijs,colum.penul. & ab initio feudum erat perſonaliſſimum,quia ad nullum tranſmiſſibile, l. j. §.ſi impuberi.ff.de col.bono.& militia vocabatur,l.omnimodo §.imputari.C. de inoffi.teſtamẽ.Hodie vero factum eſt feudum realiſſimũ, & ad quemlibet ſucceſſorem tranſitorium etiam particularem ita quod poteſt donari, vendi,& alio modo alienari ſicut bona patrimonialia:& hoc in iſto regno,vt ſupra late dixi,& tenet Bened.in repe. ca. Raynutius,in ver.& vxorem,in tertia deciſione, numero 525.& ſequen.& in quinta deciſione,de teſta.

20 Nona diuiſio feudorũ eſt: quia quoddã eſt iurabile,aliud nõ.iurabile eſt,ꝓ quo dño fidelitas iuratur, vt ſit regulariter pro omni feudo,vt in c.vno,de noua for.fi. & iſtud expreſſe ponit Pet.Iaco.in ſua practica in ix.diuiſio.Pet.de Ferr.vbi ſ. iiij.diuiſio. Et ſi plures domini in locum ſuccedant,vni iurãdum erit nomine omnium dominorũ.Petr.Iac.vbi ſupra,& Guido papa conſi.207.dominus. & Bal.ſibi contrarius in c. imperialem §.prẽterea ducatus. colum.vlt.de prohibita feu. alie. per Feder. dicens antiquiori præſtandum eſſe iuramentum ar.l.procurator.C.de eden.Iac.plene diſtinguit in d.tracta.de feu. in ver. qui quidem inueſt. præſtiterunt. colum.7. Aret.in l.ii.§.ex his,& ibi Docto. ff.de verborum oblig. latè Iaſ.in l.de pupillo.§.ſi pluribus.ff.de noui oper. nunc.& hæc eſt communis & in practica ſequenda ſecũdum do. de Chaſſa.in conſue.Burgun.in rub.des fiedz,§.7.in prin.in tex.in §. omnes.ſi de feu.defuncti conten.ſit inter domi. & agna.vaſal.domi.Ioan.Sanxon,articu.8.in rub.des ſucceſſions des fiedz. Alber.Brunus conſi. 107. quatuor rationibus, vbi vide latius per domi.Ioan.le Cirier in ſuo pulchro tractatu de iure primogenituræ,quæſtio.ſecunda.libro ſecundo.in 96.prærogatiua.

21 Non iurabile eſt quando illo pacto conceditur, vt non iuretur fidelitas,in §.nulla,per quos fiat inueſt. capit.vno.in princ.de capitu.Corrad.quod eſt ſing. ſecundum Rom.ſing. 266 ſequitur Aluaro. in xj. diuiſio. in præludijs feudorum. Notandum eſt tamen,quòd licet feudum reperiatur ſine iuramento,non tamen erit ſine fidelitate, ita Ioan. Raynaud. in ſecunda diuiſione feudo. Ioan.Berber.in ſecunda quæſt.titu.de feud.& Iaſon.in proœ.feu.nu.122.

22 Decima diuiſio feudum quoddam eſt ligium, quoddam non ligium.Ligium eſt quando iuratur fidelitas contra omnem hominem mundi nullo excepto, & iſtud non recipit niſi a principe non recognoſcente aliquem in ſuperiorem: vt eſt imperator,& rex Franciæ, cap.per venerabilem,qui filij ſint legitimi. ideo dux Sabaudiæ poteſt dici homo ligius regi Franciæ,vicecomes Turenæ,& alij magni feudatarii regni. Et dicitur homo ligius, quaſi illi ligatus & ſubditus,& legalitatem prędicto regi debens, gloſ. ſingul in Clemen paſtoralis & ibi Cardin. de rejud. Specu. in titu.de feu. in §.quoniam.ver.primo.Ioan.Manſuer.eo. ti.verſi.fina.Ioã. Berber.vbi ſupra quęſtio.ij.Bal.conſi. 291 ad euidentiam,in 2.libro. Guido papa conſil. 213. & in ſuis deciſio. quæſtio. 309.& idem tenet Alexan.conſi.30.colum.ij. in primo vol. & conſi ij.in prin.in v.volumi.Panormit.in cap.ex diligenti. de ſimo.Io.de Ana.in conſi.vij.viſis & ponderatis, colum.3. do.de Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in eodem titulo.§. 3.in glo.& homage, & tria requiruntur poſita per Curt.ſuo tractatu feud.in prima parte,quęſtio.viij.colum.7. quatuor effectus ponit Iaſ.in 7.diuiſione feudo. ſequitur do. Io. Sanxon conſue.Turonen in rub.comment homage &c. art.primo. in xxiij.concluſio.Catellia.Cotta in ſecunda par.memor.in ver.feudum.

23 Non ligium eſt,quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur:ut in titu.hic finitur lex, in fin.& §. fina. de prohibi.feud.aliena.per.Fede.Ideo quando vaſalli, domi.de Turena iurant ei fidelitatem, debent iurare aduerſus omnẽ hominem excepto rege Francię,qui ſuper omnes reges eſt, & tanquam quidam corporalis Deus in ſuo regno:ita Bal. in d.§.fi.& in vii diuiſione.Petr.Iacob.in nona.Bened.in repe.capitu Raynutius,in verſicu.& uxorem.nume.230.de teſta.quod notes.

24 Vndecima diuiſio Feudum aliud annale,aliud perpetuũ. Annale eſt ſiue temporale, quod poſt annum ſtatim auferri poteſt,vt feudum guardię & caſtaldiæ, & quod ꝓ mercede alicuius rei datur, cap. primo,de feu.guardię,ille tamẽ annus per pactum poteſt prolongari, & tunc potentior eſt conuentionalis prouiſio quam legalis, qua ceſſante ſibi locum vendicat legalis.l. quod ſi nolit.§.ſi quid ita.ff. de ædil. edi.Bal.in proœmio feu. in nona diuiſio. plus dicens, poſſe paciſci ut nullo tempore poſſit auferri, ſequitur Iacob.de S. Georgio in tracta. de feud in ver.in feudum.in 6. diuiſio.& Petr.Iaco.in quarta. Hoſtien. in ſumma de feud. §. qualiter feudum.verſicu.perpetuum feudum. Ioan. Berber. in viato. iuris,in rub.de feu.in quęſtio.2.Sed hodie hoc in regno ſunt perpetua hæc officia, & quaſi pro patrimonio habentur,ut nota.Benedict.in ver.& uxorem,numero 564. cum ſequen. de teſt.& ſupra latius dictum eſt,ideo vide ſi libet.

25 Perpetuum erat regulariter omne feudum eo modo datum.§.cum uero Corradus,qui feudum dare poſſunt, & ibi Docto.& illud quod eſt ſimplex,eſt perpetuum, capi.j. in fi. in quibus cauſis feudum amit. ita tenet Petrus de Ferra.in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi,in verſi.ac nomine recti.in vi.diuiſio.

26 Duodecima diuiſio feudorum eſt, quia quoddam eſt diuiſibile, aliud indiuiſibile. Et quolibet feudum regulariter eſt diuiſibile quibuſdam exceptis,uidelicet regno, marchia, ducatu,& comitatu,ita atteſtatur Aluar.in 9.diuiſio.in proœmio,per tex.in § omnes, ſi de feudo defun.conten. ſit inter domi & agna. vaſal. capitu.imperialem.§. prẽterea ducatus. de prohibita feu.alie.per Fede.Berbe.ubi ſupra in d.quæſtio. ij.Iacob.in uerſi. in feudum.in xj diuiſio. Bart. in l.inter tutores.ff.de adminiſtrat.tut.& l. & ideo.ff.de condi. fur.Bal. in l.j.de offic. conſul. Panormita.in cap prudentium, in princ. colum 3.de offi.delega.& ibi hoc tenent alii poſt eum.Curtius in tracta.feudorum in 4 parte,quæſtio 30. Alber.Brun. Aſten.in cõſilio 60.incipien. & iſta ideo diuidi non poſſunt: quia ab vno ſolo reguntur melius quam a pluribus, argum. l.tertię § apparet.ff.de adminiſtratio.tuto.l.ii.§.nouiſſime.ff. de orgine iuris,cap.gaudemus.de diuor.§ quia uero. 94. diſt. nam politia vnius optima eſt,paucorum etiã bona, ſed plurimorum eſt difficile,vt bona ſit: cũ plures ad virtutis meritũ peruenire difficile ſit.Ariſtote.in politi. & Lucas de Penna in l. viros.colum. 2. C. de diuer. offi.libro 12.& Philo.ij. metaph.ait,non capit regnum duos:quia multitudo principum eſt oneroſa: cum in apibus vnus ſit princeps cap.in apibus 7.q. 1.late D.Iacob.Bonaud.in additio.ad Ioan.de terra rubea in tracta.contra rebelles regum.articu.ii. tracta. primi,& arti.3.tracta.tertii,conclu.xii.Felin.in cap.quæ in eccleſiarum col.antrepe.de conſtit.& Iaſ.in xii.diuiſio. Ang.conſ. 287.incipien.pro clariori.Curt.conſi.69. Panormit.conſilio 82.in primo volumi.Barba.conſi. 14. clementiſſimi. colu.3. & conſi 40 clementiſſimum.colum 9. in 4 volumi.Chaſſa. in vlti.parte.Catal.in 55.conſidera.& Albe.Brunus tracta.de augmen.conclu x. Hippo. ſingu 9.ſequitur Ioan.le Cirier in ſuo tractatu,de iure primogenituræ,q.7.primi libri, ubi pulchra verba ponit, vide do. Barthol. de Chaſſa.in conſuetud. Burgund in rub.des fiedz.§.ſexto.Alex.conſi.60.viſis dubitationibus,in tertiõ volumine, & conſi. 25. & ſequen.incipiẽ. attentis,in v.volumi. Petrus de Ferra. in 9.diuiſio. & ideo in iſtis indiuiſibilibus primogenitus ſuccedit.capitu.licet,& ibi Docto.de voto.gloſ.in cap.ſi hęredes.de teſtamen.Alber.in proœmio.ff.§ diſcipuli.late Dec.conſi. 389.uiſa longa.num. 6.& alijs filijs debetur apanagium.i. legitima, non per modum prouiſionis,ſecundum Ioan.& de Monteferrato,in tract.de ſucceſſione regum.in primo dubio & ſecundo,& D. Stepha.Buinardus in repe.l. quiſquis.colum.16. C. ad legem Iul.maie.& do.Boer.in tracta.de cuſtodia cla porta.ciui. fol. xv.colum.4.nec aliqua iniuria fit ultimo genitis, nec cõqueri poſſunt,ut expreſſe dicit conterraneus meus do. Io.de terra rubea in tracta contra rebelles regum articu.primo.trac. primi.conclu.21.& ſequen.immo hoc conuenit legi diuinę ſecundum eum in prima concluſione hoc latius deducentem:quem licet videre. Intellige tamen ſupra deducta,videlicet feudum non poſſe diuidi, eſſe verum quo ad dignitatẽ, ſecus quo ad adminiſtrationem, ut vnus frater regat vnam ciuitatem,alius aliam. Benedict. in repeti.cap. Raynutius.in verſic.in eodem teſtamento in j.numero 185. de teſtam. & etiam bona mobilia vel immobilia pertinentia ad dignitatem bene diuiduntur teſte Alber. in dictio. in uerſi.feudum, verſi.alia etiam pulchra.ibi,item quæro pulchram.& in addi.ad Pet.Iacob.in rub.de cauſ. ex qui.do. debet amitte. proprieta. in 6. diuiſi. ſed poteſt fieri concordia exercitii,vt vnus vno anno regat,alter altero anno. ar l Lucio & ibi Bar.ff.de aqua quoti.& eſtiua. & pulchrè Pyrrhus in conſuetud. Aurelia.ti.de feu.c.i. & D.Vdal.Zaſ.in repe.l.2.in verbo,non per inde.ff.de orig.iur.

27 Hodie conſuetudine regni Franciæ omnia feuda poſſunt diuidi prẽter regnum,ut atteſtatur Fabia.de Giochis in repeti.Authen.nouiſſima.colum.fin.C.de inoffic. teſtam.q. fi.Io. Raynaud.in comprehenſorio feuda.in preludiis,ad cap.imperialem.in v.diuiſio.& domi.Boer.in conſuetu. Bitu.in § 2. de conſue.feud.& ibi in addi.& in §. 2.de teſta.& in tracta de cuſto.clau.fol.15.colum.4.ſed conſuetudo eſt in d.regno,qđ licet diuidatur feudum primogenitus inter nobiles habet ꝑcipuum manerium (vt verbo Doctorum vtar) ſiue habitationem cum galli uel caponis volatu. iſtius conſuetudinis meminit Benedict.vbi ſupra. Guido Papa in deci.Delfina.q. 476.Ioan.Sanxon in cõſue.Turo.in rub.des ſucceſſions des fiedz

Source : BIU Cujas

fiedz.art.14.& late domi.Ioan.le Cirier in tractatu ſuo ſolẽni de iure primogenituræ libro 2.q.4.vbi late refert conſuetudines, vide ibi.& lib.j.quæſt.j.conclu.ſecunda. & ſequenti. & an conſuetudo dividendi feuda valeat videatur text.in d. §.præterea qui conſuetudinem reprobat, ergo non videtur valere:ſed contrarium credo, & ita tenet Oldra.conſil. 237. perlectis,in fin.penul colum. Aluaro.& alij in dicto §. præterea.Cardi.& alij in cap.licet.de voto.& non obſtat ille.§. reprobans conſuetudinem, nam debet intelligi ſi non fuerit inducta & ſeruata ſciente ſuperiore, ſed in hoc regno patiẽte ſuperiore & ſciente fuit inducta & ſeruata : ergo ſequitur quod valebit.hoc tenet Ioan.And.in addi. ad Specu.in titul. de feu.in ver.non omittam,& Alber.Brunus conſilio 66.ex themate quod &c.late domi. Ioan. le Cirier in ſuo tract.de iure primogenituræ.q.xi. primi lib.in 3. conclu.& hæc conſuetudo eſt in Italia,teſte Alexan.conſi.18.viſis,in ii.volum. Deci.conſi.389.Soci.conſi.67.in j.volu.& conſ.165.viſis.col. 7.in ii.vol.Curt.conſilio 67.ſapientes. num.31. & conſil.66. domi.Ioan.

28 Decima tertia diuiſio feudorum eſt , quia aliud eſt feudum purum ſiue ſimplex, aliud vero conditionatum ſeu nõ rectum.Purum ſiue rectum dicitur , quod non habet ſeruitia determinat.§.pe.vlti.quid ſit inueſtitura. ſequitur Petrus Iacob.in ſua practica rubr.de cauſis ex quibus domi. debet amittere proprieta.in 7.diuiſio. Hoſtien. in ſumma huius tituli.§.qualiter feudum diſtinguatur,aliis etiam modis dicit rectum,vt habetur in tit.de conſue.recti feud.per Docto. & Cur.in ſuo tracta.feu.in prima parte. q.8.col.6.Imol.in c.fin. col. antepe.de feu.

29 Non rectum ſiue conditionatum eſt quando in conceſſione eſt certum ſeruitium determinatum, puta de aſſociando vxorem domini, vel de filia maritanda,aut de ſeruiendo domino in menſa,vel aliud ſimile.§.fina. de capita. qui cur. vendi.cap.j.de nota.feu.& ibi not.& hoc caſu ad alia non aſſignata nec expreſſa ſeruitia non tenetur vaſallus l. prima.§. fin.conueniat ff.depoſi.l.legem C.de pac.Ioan. Raynau. vbi ſupra in §.firmiter.colum. 22. Iacob. vbi ſupra in ii.diuiſione. Rectum vero poteſt dici quando de domini voluntate & licentia adipiſcitur poſſeſſionẽ præſente curia vaſallus, nam perinde eſt ac ſi inueſtitura eſſet facta, & eſt hoc feudum tranſmiſſibile.cap.vno,de conſuetu.recti feu.ſecus ſi data eſſet licentia ſiue curia:nam tunc non rectum dicetur.capitu.j.quib.mod.feudum conſtitui poteſt vel dicitur rectum, id eſt perpetuum Aluarot. in duodecima diuiſio.Baldus & Iaſon in 2.

30 Decimaquarta diuiſio eſt:Feudum aliud eſt frãcum,aliud non francum.Francum eſt quando vaſallus a ſeruitijs eſt immunis,& nullum ſeruitium debet.tamen non eſt francum à maleficijs conſiſtentibus in tacendo fraudem , vt quia non denunciauit inſidias domino quas contra eum ſcit parari, ſiue in faciendo,ut ſi committat feloniam contra dominũ, priuatur.feudo.ca.vno.quibus modis feudum amittatur. Felynus late in cap.cæterum columna 3. numero 6.de iudicis alioquin eſſet quædam donatio,& non in feudum cõceſſio, vt declarat Imo.in cap. ad noſtram.columna penul.de reb. eccleſ.non alienand.immo tale feudum cõtineret repugnãtiam,videlicet q̃ ſit feudum,& prorſus liberũ ab omni fidelitate,quæ iure non eſt admittenda.l.vbi.ff.de regu.iur.l.Titiæ.ff.de conditio.& demonſt.cap.ſolicitudinem,de app. Aluaro.in ſecunda.diuiſio.Bal. in 8.Berber.in d. viato.in rubri. de feu.in 2.quæſtio.Bened.in repe.cap.Raynutius in verſicu. & vxorem.numero 544.cum ſeq. de teſta.Felyn. late in capi. quæ in eccleſiarum.numero 72.de conſti.Dec. conſilio 193. & pro tenui.numero 4.Cur.in prima parte in quæſtio.8.col. 9.Alex.conſilio 3.colum.penult.in primo volumi.& tres effectus huius feudi licet videre per Iaſ.in 8.diuiſione. & cõſi. lvii.in cauſa.colu.3.volumi.primo. Et ideo ſi in inueſtitura hoc modo dicatur, Titius conceſſit tale caſtrum in feudum liberum & francum,hæc conceſſio importat feudum omni libertate liberum,exceptis duobus ſupra dictis,& etiam importat omni ſeruitio francum, vt nota.Ioan. Andreas in additio.ad Specu.in titu.de præſcriptio.& Iacob.in d.ſuo tract. de teu. in verbo,in feudum,in 8.diuiſione.Bald.in l.ſi plures. C.de conditio. inſer.cap.vno,de capita.qui curiam vendi.illa tamen conceſſio non importat quod faciat rem allodialem,quæ tunc dicitur quãdo a nemine tenetur nec recognoſcitur niſi a ſolo Deo:& ſic dicitur francum,quia ſui iuris & nulli ſubiacens ſeruituti , & nullum onus poteſt imponi ſine conſenſu poſſeſſoris,ca.primo de allod.& ibi Docto.Guido Papę ſingu.380. & Benedi.numero 283.cum ſequenti.de teſta. & i iſtis bonis allodialib.non habet rex vel alius dominus niſi proteſtationem, vt tenet Benedic.vbi ſupra:& ĩ hoc regno pauca ſunt quæ non ſint feudalia , vel emphyteuticaria,ſecundum eum,numero 565. cum ſequen. vide Cor.cõſ. 16.aperta.columna pen. in primo volumi. & an domini tẽporales habeant de iure communi intentionem fundatam, quod non, excepto rege.domi.Boer.in §.pen.de conſuetud. feud.in lib.conſuetud.Bitur.& Io.Sanxon.rub.j.art.3. in conſue.Turo.eos vide ſi libet.

31 Aliud non eſt francum,& eſt quando in conceſſione dominus retinet aliquod ſeruitium,prout fit regulariter,vt habetur in libro feud.& not.And.de Iſer.in rub.in quibus cauſis feu.amitta.& Bald.in 8.diuiſio. Notandum eſt tamen , q̃ res quo ad propoſitum , poteſt duobus modis franca & libera vocari:primo quando a nemine tenetur,immo poſſidens habet & directum & vtile dominum, & dicitur allodium, & non loquimur hic:ſed.loquitur titulus de allodijs.Secundo dicitur franca,vt hic,quia ad aliud ſeruitium non expreſſum non tenetur vaſallus: dabitur tamen laudimum domino directo pro inueſtitura , vt tenet Ioan. Raynaud. in dicto comprehenſo.in cap.imperialem.§.pręterea.in j.quęſtio.20. numero 16.ſupra allega.& hoc quando alienatur ,non vero quando renouatur inſtar emphyteuſis.l. fi. C.de iure emphy. & dominus habebit ius retentionis in feudo ſicut ĩ emphyteuſi.Iacob.in tracta.de feu.in verſ.qui quidem inueſtiti. colum.xvi.pro quo facit tex.in cap.vno in fi.ibi, aliquid propter feudum receperint.qui feudum dare poſſunt,in c.j.§. Titius,ſi de feud.defuncti conten.ſit inter dom.& agnatum vaſalli.Docto.in cap. ad noſtram.de rebus eccleſ.non alienan. domi.Boer.in §.6.de conſuetud.feu.ſatis lente pertranſit cõtra morem ſuum. domi.de Chaſſa. in conſuetud. Burgund. in rub.des retraictz.§.x.gl.j.numero 7.in additio.nouis. Quare Galli vocentur Franci , an a Francione capitaneo,vel qa liberi,ſatis explicat Gaguinus in principio ſui libri. & Benedict.in repe.cap.Raynutius,in verſi.ſi abſque.in 2.nume. 39. & ſeq.de teſta.& de Chaſſa. in cõſue.Burg.in rub.des mains mortes.§.v.in prin.vbi vide & per Paul.Aemilium in princi. ſui libri & hiſtoriæ Gallorum.

32 Decimaquinta diuiſio. Feudum quoddã ad hæredes omnes eſt tranſitorium,aliud non.Tranſitorium ad omnes hæredes eſt regulariter quodlibet feudum , nam æqualiter omnes deſcendentes tranſit.c.j.§.j.ibi quod hodie. qui feu.dare poſ.& iſtud declarat Iaſ.in prælu.feu.col.fi.nu.128.

33 Aliud eſt non tranſitorium ad omnes, ſed ſolum ad primogenitum,vt eſt regnum hoc Franciæ,quod ſolum primogenito maſculo defertur , & non alijs eo ſuperſtite : & idem in Anglia & Sicilia.tex.in cap.licet.de voto.& ibi plene Docto.Bart.in l.j.colum.16. verſi. ſed poſſet dubitari.C.de ſumma Trina.Bal.in l.j.in prin.ſi de feu.d.controuerſia fuerit inter domi. & agna. vaſalli . & l. cum antiquioribus.C.de iure delibe.& Petrus Iacob.in ſua practica.in titulo,de ſucceſſio. regni Franciæ.colum.3.Ioan. de terra rubea in tracta. cõtra rebelles regum,& ibi domi.Bonaudi.in addi.in tracta.j.conclu.ſ.articu.j.Iacob.in ſuo tracta. de feu. in verſic.in feudũ, in 12.diuiſio.& Aluaro.in x.& cap.vno.de ſucceſſio. feu.Petrus de Ferra.vbi ſupra in vlti diuiſio.domi. Ioan.Sanxon in conſue.Turonen.in rub. des ſucceſſions des fiefz. articulo 3. & ſi ad amuſſim velis videre de hac materia primogenituræ,vide in d.tracta.de iure primogenituræ,per domi.Ioan.le Cirier. Vel quoddam eſt familiare , aliud eſt hæreditarium, vt notat Bald.in l.cum virum.C.de fidei.Familiare eſt,quod pro ſe& familia recipitur & in reſtitutione fideicommiſſi non venit, niſi fideicommiſſarius ſit de familia l.quia poterat.ff.ad Trebe.Hæreditarium eſt,quod quis habet pro ſe,& pro hęredibus quibuſcunque, & ad omnes hęredes extendi tur,ſiue ſint de familia,ſiue non.& Dec.conſi.590.quoniam ex num.5.& 395.in cauſa ſecus ſi pro ſe & liberis.Au.de Iſer. in §.hoc quoque.de ſucceſſio.feu.Alex.conſi.xix.ſuper eo.in v.volu.Deci.conſi.185.in cauſa.& Cur.in tra.de feu.in j parte.queſt.8.

34 Decimaſexta diuiſio feudorum eſt:nam aliud eſt corporale,aliud incorporale.Corporale eſt quod in immobilibus conſiſtit,caſtro,manſo,& ſimilibus rebus tagibi lib.§.item.& ſequen. & §. ſi quis de manſo. ſi de inueſti. feu. contro.fuer.& Petrus Iacob.in forma libelli pro re emphyteuticaria in fin. Iaco.Alua.in prelu.feu.in 22.diui.& in cap.vno. colum.4.in quib.cauſ.feu.amit.Cur.in ſuo tract.feu.in 6. q.in quarto requiſito:declarant Doct.Inſt.de reb.corpo.

35 Incorporale eſt quod conſiſtit in iuribus decimalibus,vel iuriſdictionalibus,& ſimilibus, vt feudum guardiæ & caſtaldiæ.c.vno.§.fi.de feu.cog. ſequitur Silueſter de prierio in ſua ſumma, in verſic.feudum,in princ.in 2. quæſtio. Aluaro.in vltima diui.Ideo laici poſſidentes decimas(quas ante Concilium Lateranen.a papa cauſa defenſionis Eccleſiæ habuerunt,iuſte nunc eas retinent , ut vult Panormit. in cap.cum apoſtolica.de his quę fiunt a prelato ſine conſen. capi. illas tamen non poſſent alteri laico in feudum dare, niſi loco religioſo,ut no.Docto.in ca.prohibemus.de deci.ſequitur Petrus

Source : BIU Cujas

trus de Bellapertica in v.quæſt.tractat.de feu.& hoc cum ꝯ ſenſu capituli ſecundum eos. & Berber.in viato.iuris in rub. de feu.q 4.& an ſine conſenſu. ponit Iaſo.in cap.j. qui feudū dare poſſunt,col.pen.& vlt.cano.Card.And.& Imol.in cap. 2.de feu.vbi plene eos vide,ſi libet. & late ponit domi.Boer. in conſue.Biturices.in §. xj. de conſue.prædio. cum conſenſu tamen ep̄i poterit dari in feudum decima alteri laico ꝯ ſuetudine dictante, licet contraria opinio ſit communior, vt atteſtatur Stephanus Maleret.in tractatu de elect. fol. 26. columna prima.

36 Decimaſeptima diuiſio. Feudum quoddam eſt de camera,aliud de cauena probatur hæc diuiſio in cap.vno.in fine. de feu.cogni.Feudum de camera eſt:quando princeps cuidā nobili concedit decem recipienda de camera communi vbi theſaurus reponitur.hoc debet recipi ſingulis annis, & exēplum ponit Aluar.in d.cap.j.in ciuitate Paduæ, vbi eſt locus qui appellatur camera,ad quam eſt deputatus officialis,qui camerarius appellatur cuius officium eſt colligere & diſtribuere omnes introitus ciuitatis, & de hoc videtur not. in §. præcepta, in authen.de defenſ. ciui. colum. 3. & tali vaſallo non debet fieri ſolutio de camera vel de cauena, niſi ibi ſit vnde ſolui poſſit, nam ſi euacuata ſit ſine domini culpa,dēt vaſallus expectare donec ſolui poſſit. Solui autem poſſe intelligitur deducto ære alieno,ut in titul. de notis feu.in prin. & Aluaro.in d.§.fina.de feu.cog.col.2.& iſtud tranſit ad hæredes,& eſt feudum proprie.§.ſi vero vaſallus,quid ſit inueſt. declarat Iaſ in prælu.feu.col.pe.

37 Feudum de cauena eſt quando princeps concedit ut decē ſextaria frumenti vel vini ex cauena recipiantur, quæ dicit̄ locus in quo frumentum, vinum, & huiuſmodi introitus colliguntur,conſeruantur & diſtribuuntur, declarat Aluar. ponendo exemplum, in eccleſia ſuæ ciuitatis, in qua eſt locus qui vocatur Cinipa, ad quam eſt officialis conſtitutus q̄ habet colligere,conſeruare & diſtribuere tales introitus, & ille feudatarius nomine regio colliget & recipiet quicquam in vino pro ſe, ſicut in ciuitate Burdegalēſi aduocatus regi⁹ & procurator,& vide Aluaro. in prooemio feu. in xvii.diui. & Bal.in c.vno.de notis feu.& c. vno. § ſi vero vaſa.quid ſit inueſtitura.& Alua.vbi ſupra.

38 Decimaoctaua diuiſio feudorum eſt:nam quoddam dicitur feudum guardiæ,aliud caſtaldiæ, & aliud quod pro mercede datur. Feudum guardiæ eſt quod pro cuſtodia datur,ut quando princeps deputatur alicui caſtro guardiatorem,ſiue cuſtodem:nam propter cuſtodiam deſignatur tale feudum, vel guardia habet feudum annexum, vt declarant Docto.c. vno.de feudo guardiæ, & poteſt poni exemplum in capitaneo Aquarum mortuarum, cui cuſtodia ciuitatis datur in feudum, & vocatur capitaneus Aquarum mortuarum,& habet magnam turrim,in ſummitate cuius ſingulis in noctibus ponit lumen,vt reducat nauigantes ad portum, vt ſæpi⁹ vidi,inſtar ciuitatis Ianuæ, de qua meminit Ioan. de Platea in l.pen. C. de naufrag. libro xj. & hoc feudum anno finito poteſt reuocari niſi ad certum tempus fuerit conſtitutum. cap.vno,de feudo guardiæ. quia etiam officia olim non durabant niſi anno.l.præſidijs,cum ſimil.ff.ſi cert. peta. & finito officio finitum erat feudum,quia ceſſante cauſa.&c.cap. cum ceſſante.de appella.l.adigere ff.de iure patrona.l. quod dictum.de pact.& de iſto cuſtode ponit late domi. Boer.in ſuo eleganti tracta.de cuſtodia clauium porta. ciuita. ꝑ totum,maxime fol.6.vbi pulchre. Sed hodie communiter feuda & officia ſunt in hoc regno perpetua.i.ad uitam recipiētium duratura,& hoc quando emanant a rege, uel ab his q̄ ſunt ex eius ſanguine, & hoc ex cōſuetudine generali regni: vt ſępius vidi obſeruari,& audiui, & ponit Benedict.in repe. cap.Raynutius,in verbo,dans.numero 44.cum ſequen.de teſta.ſecus ab aliis dominis,quia ad nutum durant dominorū. Notandum eſt tamen,quod habens caſtri cuſtodiam, uel ciuitatis, ſi eam amiſerit,prēſumitur culpa amiſiſſe.l.cum ita. §.ſpecies ff de lega ſecundo, & gl.refert Barba.in additio. ad Bal.in cap.vno.de feu.guardiæ,quod eſt menti tenendum cō tra cuſtodes fortalitiorū, qui in hoc regno cuſtodias caſtrorum reliquunt:ut nuper vidimus de ciuitate Rhodiorū,& alijs multis caſtris,& pro hoc poteſt allegari tex.in l.quicunque,C.de fundis limitrophis.libro vndecimo. ubi nullus priuatus poteſt cuſtodiam caſtri recipere in limitibus regni exiſtentis, niſi ex cōceſſione principis, & contra faciens capite plectitur, & hoc propter regni pericula dietim contingentia, nec aliquis in prędicto regno poteſt epiſcopatū obtinere ſine regis nominatione & conſenſu, & habetur in titulo de electione. in Concordatis in §. j. late ponit Bened.vbi s̄. nu.405.cum ſeq.de teſta.& in ordinat.reg.in rubri.du droict de regale.

39 Feudum caſtaldię eſt quod datur propter procurationē, nam caſtaldus dicitur is cui res domini gubernanda mandatur. gl.in capitulo vno,de feudo guardię.& in l.ſi.C.quod cum eo.

40 Feudum quod datur pro mercede,dicitur illi quod eſt alicui conceſſum propter laborem, & pro mercede. Aluar.ita tenet in d.cap.uno,de feudo guardię,& ibi Barb. in additio. ad Bald. dicit quòd communiter datur pro mercede alicui⁹ vilis officij,vt ꝑ officio coqui.l.legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ff de lega.3.& coquus principis dicitur habere dignitatem, ſecundum eum nil allegat,ſed adduco textum in l.nemo.ibi nobis iubentibus. ſubſtinetur. C. de dignita.libro xii. quem clamat ſingu. Rom.ſing.305. dicens officium quantumcunque vile mandante principe effici nobile.ſequitur Felyn.in cap.fraternitatis.de hæreti.Docto.in l.j.C.de man. princi. Iaſ. in l.omnium. in j.nota. C.de teſta.idem dicit Aret. de ſecretarijs principis,in § fin.columna.j.Inſt.de excep.ſequitur Bonus de Curtili in trac.nobil.in 3.par.nu.156.

41 Decimanona diuiſio feudorum eſt: Aliud eſt in curte domini,quoddam extra curtē.hæc diuiſio elicitur ex c. vno.de capita. qui curiam vendi. vbi tunc dicitur feudum in curte, quando dominus habet dominium poſſeſſionū & feudorū totius villæ: ita quòd omnes ruſtici, & coloni dictæ villæ recolligunt omnes fructus & redditus domini,& portant illos ad domum dominicalem,ideſt ipſius domini exiſtentem in dicta villa: & illa domus appellatur curia ſeu curtis domini: ideo ſi dominus conſideret in feudum vnum manſum de dicta villa, vel vt vaſallus haberet annuatim certū redditū de dicta curte,& omnes alii fructus eſſent domini, tunc ille vaſallus dicitur in curte, & eſt feudum in curte. ponit idem Alua.in prooe.feu.in 4.diuiſio.

42 Feudum extra curtem, eſt quādo dominus non habet dominum totius villę, ſed poſſeſſiones pro maiori parte ſunt ruſticorum,vel aliorum:& dominus modicum habet, puta duas vel tres poſſeſſiones: & non eſt neceſſe quòd teneat ibi domum dominicalem:nam ſi dictas poſſeſſiones īfeudaret, diceretur habere vaſallum extra curtem.c.vno. §. pe. & §.fi. qui.mod.feu.amit.

43 Vigeſima diuiſio feudorum eſt, quia feudum aliud eſt ad uocatiæ,aliud de tabula,ſeu quaternata. Feudū aduocatiæ appellatur,quando eſt aliquis aduocatus forte fiſci, & illi aduocatię eſt feudum annexum pro ſuis ſtipēdijs exoluendis, & idem in iudicatura,vel procuratoria, notaria vel alio officio,cui feudum ſit annexum. probantur prędicta in capit. vno.§.quicunque aduocatiam.de pace tenenda, & eius viola.& idem puto in feudo ſcutiferorum, ſecundum Aluarot. in prooe.feu.in 18.diui.& in tit.de feu.guardię & Iaſ.in colu. pe.in prędu.feudo.

44 Feudum de tabula ſeu quaternata, eſt quando ſpectat ad collationem regis vel domini: & illa ſunt ſcripta in quaternis camerę, ſicut in camera computorum Pariſijs, declarat Andre. de Iſer.in c.i. de controuerſ.inueſtitu. apud pates terminan.Aluaro. in 21.diuiſio.ſequitur Lucas de Penna in l.j. col.2.C.de venditio.rerum fiſca.lib.xj. & l.quicunque.col.3. de omni agro deſer.lib.eo.& l.j.col.8.de empo lucra. deſcri. libro x.videto ſi libet.Aliud eſt feudum emptitium,ſeu mercenarium,& id eſt quod pecunia acquiritur.l.Titi⁹.ff.de obſequi.Curt.conſi.50.columna j.deciſ.Neap.282. orta. Aliud eſt feudum edictale, quod quis habet ſtatim quòd eſt hæres vaſalli,cuius perſonam repręſentat, & onus homagij videt̄ ſubijſſe. not. Specu.in tit. de feu.in §.quoniam.verſicu.27.& hoc habet ex edicto prætoris mortui,ut ibi no. Aliud decretale,quaſi a domino decretum: nam mortuo vaſallo hęres ſiue filius tenetur a domino petere inueſtituram, & dominum agnoſcere iuramentum fidelitatis prēſtare, & idem dominus tenetur eundem recipere vaſallum & recipiendo v̄ ſibi dicere ius in feudo:ideo decretale feudum vocatur,ut declarat Iaſ.in prædudijs feudorum, in fin. & domi.Boer. in §. 6.de conſue.feudi. in conſuetud. Biturigum: ſicut dicitur de bonorū poſſeſſione: nam quędam eſt edictalis,quędam decretalis,de qua vltima eſt tex.in l.j.§.decretalis. ff.de ſuc.edic. de vtraque loquitur gloſſa in l.3.§. a municipibus. ff.de bon. poſſ.Docto.in l.fin. §.qui admit.declarat mirifice conſocius ac conterraneus meus domi.de Contadis in ſuo tract.de bono poſſeſſio.fol.7. & ſequen.vbi potes videre. Aliud eſt feudum quod ipſo iure admittitur, aliud per ſententiam.ipſo iure tūc admittitur,quando vaſallus iure prohibēte, ſine domini promiſſione alienat:nam licet in alium transferre feudum non poſſit,tamen illud vere amittit. de conſue.lib.feu. c.j.de lege Corra.glo.in c.j.qui.mod.feu.amitt. cap.imperialem.§.callidis.iuncta gloſſ.& §.ſequen. de prohi.feu. alie.per Federic.& ibi late Ioan.Raynaud.& Petrus Iacob.in ſua practica,ī forma libelli pro re feu.in 2.rub.de feudo aperto.cap. vno.§.qui clericus.ſi de feud.defun.conten.ſit inter domi.& agna.vaſal.Barba.conſi.xj.illud adferam, colum.octaua,in ſecundo volumi.domi.Bartholo. de Chaſſa. in conſuetud. Burgun.

Source : BIU Cujas

Burgund.in rub.des fiedz §.8.gl. commiſe n'a point de lieu. & dominus Ioan.Sanxon in conſuetud.Turon.in rubr.com ment hommage ſe doit offrir.articu.j.in j. concluſio. & vndecim caſus in quibus ipſo iure perditur feudum,ponit Frā ciſcus Curtius in ſuo tractatu feudal. in quarta par.verſi.reſtat & c.quod remedium poſſit dominus intentare,ponit Ia ſon.late in l.vna. colu.quinta.& ſequent.poſt alios ff.de condi. ex lege. & in proœmio feudorum hodie alienatur, nec perditur,vt ſupra dixi in tertia. q.ver.6.& c. Per ſnīam feudū aſallus amittit,qñ requiritur ſnīa priuatiua, & lex nō priuat.c.j.de feu.ſine culpa non admit.§.j. quo temp. miles inueſti.pet.dēat.& iurib.s.adductis.In dubio tñ qñ vaſal. amittit feu.debet intelligi per ſententiam,non ipſo iure. Pet. Iac. in d.ſua pract.in forma libelli de condō.ex l.non ſcripta.co. j.& Cur.vbi s. Quæro nūc finaliter q̄ ſit vtilitas qñ ipſo iure admittatur,& an ſit maior q̄ per ſententiam?Et vr̄ q̄ nulla: quia licet ſit priuatio ipſo iure,ſiue per ſententiam, ſemper requiritur ſententia ſaltem declaratoria.c.cum ſm leges. & ibi Doc.de hære.li.6.Fely.late in c. Rodulphus. de reſcript.& in c.cum non ab homine. de iud.Rñd.tres eſſe vtilitates præcipuas qñ ipſo iure admittitur.Prima eſt, quia qñ quis eſt ipſo iure priuatus,tenetur ad reſtitutionem fructuum quos recipit a die quo fuit priuatus: licet poſt interuenerit ſentētia declaratoria.ita tenet gl.mirabilis & ſing.in auth.de inceſtis nuptijs.in ver.imminere.col.2.ſm Bal.in Marga.in verſi.priuatio.& Ang.in trac.in gl.& eius bona.ver.quæro licet accuſatio.& Ia.in tra.ſæpe allegato de feu.ī verbo,dictiq; vaſalli. col.xv.probatur ar.in l.qui in prin.ff.de his quib.vt indignis. tex.& ibi gl.in ver.prouentib.in c.de multa.de præbendis.immo fructus recipiendo poſt priuationem, ipſo iure quis cōmittit furtum:& atteſtatur Bal.in §.iniuria.col.3. de pa.te.& iure firm.ſeqtur Iaſ.in l.2.col.v.nu.17.C.de iure emphy.plus dicens q̄ ſi emphyteuta ſit priuatus non ſoluendo canonē per triennium, ſi tñ perſeuerauerit in poſſeſſione recipiēdo fructus ad reſtitutionem tenetur,allegat Ang. in §.ſi vero.in auth.de nō alie.col.2. Secunda vtilis eſt propter rei alienationem,quia ipſo iure priuatus non aliena. l.Manichæos.C.de hęre.l.fi.ff.ad legem Iul.maie.& ibi latius Doct.Tertia eſt vtilitas vltima nunc propter modum agendi: nam alio modo agitur poſt priuationem ipſo iure ante ſententiam declaratoriam,& alio qñ quis debet priuari per ſentētiam vt tenet Io. Raynaud.in ſuo feuda.comprehenſo.in §.pœna, nume. 14. de prohibita feu.aliena.per Fede.declarant Docto. in d.c.cū ſm leges.Felyn. in c. Rodulphus.de reſcrip. & c.cum non ab homine.de iud.& hoc facit contra beneficiatos hæreticos ſi ue lutheranos,vel ſimoniacos.Alias vtilitates vide per Iaco. de bello viſu,in ſua practica,rubr.de quæſtio.fol. 82.nu.111. vbi ponit quinque.& 56.tradit And.Tiraq.in repe.l.ſi vnquā in verbo reuertatur.C.de reuocan.don. multaſque alias feudorum diuiſiones curioſus reperiet:quia tot ſunt feuda, ſeu ſpecies feudorum, quot ſunt qualitates perſonarum & modi dandi, vt not.Ioannes Berber.in d.viatorio iuris rubri.de feudis.His tamen intellectis,arbitror alias diuiſiones feudorum.recte intelligi: in quibus omnibus ſubmitto me correctioni charitatiuæ cuiuslibet melius ſentientis, iuxta text.in l.Claudius Felix.in fi.ff.qui pot.in pign.habeantur.

VDALRICI ZASII
IVRISCONS. FRIBVRG.
IN VSIBVS FEVDORVM epithome,ordine & vtilitate commendabilis.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum iura,qui primi conſcripſerunt.*
2 *Feudalia placita, legis ne auctoritatem habeant?*



Onſuetudines Feudales,Iuri quidem Ciuili incognitas, prudentum tamen morib. receptas, explicare pergimus: quæ iametſi parum ex ordine, & modica rei Latinæ puritate traditæ, Titulorum enim capita temere,& velut ex re nata ꝺgeruntur, vtiles tamen ſunt & neceſſariæ his quibus Rempublicarum commodis adeſſe conſilium eſt.Tu ergo quiſquis emunctiori ſis nare,politioribuſque literis aſſuetior ſi Latinum agreſte, aut ſordida occurat barbaries, vel fronte durata, vel conniuentibus oculis ſalebras trāſmittito,ſecuruſque male cohærentis ordinis, ipſam rerum vtilitatem complectior, nos manum quantum poſſumus admoliemur, ut male tornata dictio te non offendat,& ſimul quam ſpicam excutiemus,tibi blandiantur, Nec me deterrebunt, qui ante nos placita feudalia docuere clariſſimi quidem illi, ſed alio ſcribendi conſilio ducti. Filii enim rerum inueſtigandarum mare ingreſſi, iuſtos pro ingenio elaborauerunt commentarios,nos in vado manentes, velut Iſagogas trademus nouo fortaſſis ordine, & non iniocundo. Hunc enim librum ī partes dirigendo,quicquid vni eidemque materiæ cōueniat continenter tractabibus, non omiſſis,ſi qua in tex[illegible] gloſſ. nobis notatu digna viſa fuerint, Doctorum ſentias prout commodū fuerit,ita ſubijcientes,vt tamen ab eis aliquando recedam⁹,ut veritatem,quę nobis videatur, ſequamur.Eritque rerum veritas accepta,& faſtidium ordo tollet, ut non infœliciter noūaſſe iudicemur.Antequam in campum ītremus,premitto† auctores feudorum fuiſſe Obertum de Horto, & Girardum Cagapiſti, qui ex vſu Mediolan.& alijs nō nullis conſuetudinibus, feudalia ſcita ſatis quidem notabiliter,ſed ſine ordine congeſſerunt,quod ipſum & Claudio de Siſello ſollenni doctori Sabaudienſi viſum eſt. Vnde fruſtra laborat Aluarotus in continuandis inuicem titulis, vt q tumultuarie,& ut ī buccā venerant,cōgeſti ſint. †Hę cōſuetudines feudales auctoritatem habent legalem, & ita allegari poſſunt,nec enim fruſtra in corpus Iuris Ciuilis inſertæ ſūt. Hoſt.tamen in Summa de immuni.eccle.§.in quantum,negauit placita feudalia auctoritatem legis habere, quod & Aegidius Bellame.conſ.xlviij.aſſeuerāter ſenſit,motus quòd huiuſmodi cōſuetudines a ſimplicibus & priuatis viris Ober to,& Girardo, quibus legis cōdendæ non fuerit auctoritas, ſint collectæ. Vnde volunt q̄ huiuſmodi conſuetudines nihil ſecius operentur, quam conſuetudines. Sed pro primo dicto eſt communis opinio, quam latius Aluar. deducit, & Prępo.Alexandri Aluaroti compilator. Habent ergo legis videm vſus feudorum, non ſolum in foro ſæculari,ſed etiā eccleſiaſtico, vt Docto. moderni poſt Bald. & Cardinalem in cap.cœterum.de iudi.voluere.De feudorum commentatoribns in quibuſdam aliis prœambulis, nihil attinet dicere, cum ex Aluaro. & Feudiſtis facile cognoſcas. Partiri autem hoc opus ī duodecim partes volui.Prima, de origine,nomine,& definitione tractabit.Secūda,de eius diuiſione.Tertia, de feudo paterno & nouo. Quarta, quæ res in feudum dari poſſint.Quinta, per quos feuda dari & accipi poſſint.Sexta, qualiter feuda conſtituantur,& quid iuris vaſallus ex eis cōſequatur.Septima,ad quid vaſallus domino, & dominus vaſallo teneatur.Octaua,de feudi ſucceſſionibus.Nona,de feudi alienatione.Decima,de feudi amiſſione.Vndecima,de cō trouerſijs feudalibus Duodecima pars,feuda,a recti feudi natura de generantia, edocebit.

De origine nomine & definitione Feudi, Pars prima.

SVMMARIVM.

1 *Feuda,vnde originem ſumpſerint.*
2 *Feudum,vnde dicatur.*
3 *Feudum,quid ſit.*
Diffinitio omnis in iure periculoſa.
4 *Beneficium non idem eſſe,quod feudum.*
5 *Feudi conſtitutio,contractus eſt nominatus.*
6 *Feudi conſtitutio,fit ne contractus bonæ fidei.*
Contractus omnis cum Principe initus,cenſetur bonæ fidei.
7 *Feudi contractus ſua ſubſtantialia, naturalia, & accidentalia habet & quæ ſint illa.*



1 Svper prima parte, Originem feudorū Doctores non ad vnguem tractant. Nos credimus feuda a vetuſtis Romanorum moribus orta:† Siqdem ab vrbis Romanæ initio,potentes populariū cauſas tuēdas ſuſceperunt, quos clientes nominabāt, qui ſe & ſua in potentum ditionem commendabant, ut docent auctores Dionyſius Halicanaſſeus, Aul. Gellius, & alij certis in vtroſque obligationum capitulis conſtitutis.Veriſimile eſt, cum Romani in prouincijs Gallia, Germania, & alibi victricia ſigna circuntuliſſent, bonaque pars militum Romanorum in prouncijs remanſiſſet, ipſos cum multum eis eſſet agri,vicinos pro clientulis inuitaſſe eiſque agros & fundos nomine clientelæ conceſſiſſe, atque ita temporis, quod omnia variat,proceſſu, feuda cœteraſque id genus emerſiſſe conceſſiones, quæ tamen in l. 2. de orig. iur.a priuple-

Feudorum declaratio.

plenius attigimus. Vt ſic non ſit falſa opin. eorum, quia Romanis moribus feuda ꝓceſſiſſe docuere. Nam & Gregorius Haloander, vir quondam dum viueret incomparabilis eminentiæ, feuda, iura militiarum nominari ſcribit in Auctenticis diui Iuſtiniani. & eodem pertinent, q̄ a clariſſimo Doctore Vigilio Zuichemo Phryſio, in rub. Inſt. de militari teſt. traduntur. Licet Alua. & communiter Doctores hiſtoriarū forte ignari, in c. j. de contro. inter do. & vaſſal. de inueſti. malè contrarium ſenſerint. Quæ feuda, iuxta locorum conſuetudines, duplici origine introducta ſunt. Quædam enim in Curia, ſeu Curte domini: quædam extra Curiam vel Curtē dari ſo'ꝫ a ſunt. Verum de his. infra. in xi. parte commodius
2 tractabitur. †Dicitur autem feudum a fide vel fidelitate, ſecundum Ober. cap. j. in fi. per quos fi. inueſti. quæ fidelitas eſt ſubſtantiale in feudo, vt poſtea dicemus. Veruntamen feudū etiam a fœdere, alluſione vocabuli, dici poteſt, cum ex certis fœderibus in forma fideli, vltro & citro conſcriptis, conſtare poſſit. Quod ad diffinitionem feudi attinet, inter Doctores ī hoc variantes, diffinitio Io. Ray. mihi placet, quam citat Pe. Rebuf. vir Doctus, in tractatulo ſuo feudali, in prin. Eſt enim
3 feudum, †beneuola & libera rei immobilis, vel æquipollentis conceſſio, cum vtilis dominii tranſlatione, retenta ꝓprietate, ſub fidelitate & exhibitione ſeruitiorum honeſtorum. Debent enim ſeruitia eſſe honeſta, vt in vltima parte dicā. Verum dicta diffinitio non ex logicis regulis, ſed legali modo ſumpta eſt. Cū enim omnis diffinitio periculoſa ſit. l. omnis diffinitio. de regu. iu. ſufficiat quæcunq; deſcriptio, ꝓ q̄
4 res cognoſcitur, vt Trapezuntius in Rhet. ſua voluit. †Quod autem Obertus in c. 1. §. beneficium. in ti. quib. cau. feu. amit. diffinit beneficium beneuolam actionem, quæ gaudium capienti tribuat, & capiat tribuendo, nō eſt feudi diffinitio, ſed beneficij, a Seneca tradita, licet eatenus feudo ꝓueniat, quatenus ex beneficio feuda oriūtur: nec enim ignotum eſt. feudum per Metonymiam beneficium, & item gratiam vocari, id quod in tex. feudalibus frequenter vſurpatur, adeo, vt Alua. putet epiſcopos, & prælatos propter eorum beneficia Papę vaſallos nominari poſſe, & Decius conſi. lxxvj. conſulerit, legitimatum ad omnia beneficia, etiam feudum obtinere poſſe. Verum id alij curent, mei propoſiti non eſt ꝓ ſin
5 gula vagari. †Feudum autem eſſe contractum nominatum, poſt varios opinionum fluctus obtinuit. Siquidem per manus traditur, nouos contractus a lege vel conſuetudine ſub noua forma & nomine ſpecifico introductos, nominatos cenſeri. Bar. in l. iuriſgentium. §. quinimmo. de pact. Ang. in l. legitima. eod. ti. Bald. in c. quæ in eccl. de conſt. qui tamē alias variare videtur, & pro prædictis Præpo. Alex. in c. j. de benef. frat. Quæ tamen aſſertio non procederet in feudo nō recto
6 vel degenerante, de quo latius ordine ſuo. †An autem ſit bonæ fidei, Præpo. Alexand. in c. j. de feu. cogni. ſubſiſtit. Cum. n. ſit beneficium, videtur late & ex bona fide interpretari. l. fi. de conſt. Prin. & quia feudum a fide dicitur, q̄ in feudis maxime exuberare debet, videtur dici poſſe bonæ fidei. Sed Alua. contrarium tenet, cum non numeretur in §. actionum. Inſtit. de act. Sed licet ad hunc. §. facile reſponderi poſſit, attamen in priuatorum feudis Alua. opinionem ſequor, quæ cō muniter tenetur: ſed in feudis a Romano Principe conceſſis verius eſt ea eſſe bonę fidei, cum omnes contractus cū Principe initi, ſint bonæ fidei, vt eleganter Bald. in ti. de pace Cōſtan. ver. ſi quis vero. in verbo, bonæ fidei. Hoc quoque ſciendum eſt, ſicut in alijs contractibus aliqua ſunt ſubſtantialia, vt in contractu emptionis pretium, aliqua naturalia, vt clauſula euictionis in eodem contractu, vt per gloſ. in l. pacta. ad prin. de contrahen. emp. & aliqua in contractibus accidentalia ſunt, ſicut pacta quæcunq;, quæ extrinſecus apponuntur,
7 Ita †& in feudo aliqua ſubſtantialia ſunt, vt quod dominium directum dominus feudi retineat, ſecundum Clau. & ꝙ præſtetur fidelitas, quę abeſſe a feudo non poteſt, licet iuramentum remitti poſſit, vt infra docebitur. Aliqua ſunt naturalia. quæ ad naturam & ſtatum feudi recti pertinent, ſ. quid vaſallus ſeruiat, q̄d ſoli maſculi ſuccedant, & alia, quę habentur in conſuetudinibus feudalibus, & inf. ſuo ordine explicabuntur. Aliqua ſunt accidentalia, vt cum pacta extrinſecus ad feudum ſunt appoſita. Qua in re meminiſſe debetis, multa eſſe naturalia in feudis pro Germanorum moribus, quę ſecundum vſus feudorum ſcriptos accidētalia fortaſſe cēſerēt.

De feudi diuiſione, Pars ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Feuda alia regalia ſunt, alia non regalia.*
2 *Rex poſſit necne caſtrum aliquod regni ſui alienare.*
3 *Feudorum aliud nobile, aliud ignobile.*
Magis & minus diuerſas ſpecies non conſtituunt.
4 *Feudum nobile quid ſit, quid item ignobile.*
5 *Feudorum aliud naturam habet propriam, aliud impropriam.*
Natura propria feudi cuiuſmodi ſit.
6 *Feudum dicitur rectum triplici reſpectu.*
7 *Feudum aliud reale, aliud perſonale.*
Feudum reale, quid ſit.
8 *Feudum perſonale duplici reſpectu dicitur.*
9 *Feudum aliud eccleſiaſticum, aliud ſeculare.*
10 *Feudum aliud maſculinum, aliud fœmininum.*
11 *Feudorum aliud eſt antiquum ſeu paternum, aliud nouum.*
Feudum antiquum a paterno qui differat.
12 *Feudum nouum, quid ſit.*

NVnc ad ſecundam partem, in qua feudorum diuiſiones ſunt explicādę, quo loco noueris feuda varie diuidi. Bal. vndecim genera tractat, Alua. vigintiduo. Et ſicuti diuerſæ qualitates in feudis inueniuntur, ita Doct. Feudiſtę ꝓ ſuo quiſq; ingenio, feuda diuerſe diuiſerunt. Quod certe non erat neceſſarium, cum non omnes qualitatum differentiæ, diuerſas & ſeparatas ſpecies (id q̄d ad bonam diuiſionem pertinet) conſtituāt. Propoſueram itaque non niſi quatuor feudorum genera recenſere, verum ne quis tumultuetur me importunius noua re, quędam potiora ex dictis feudalibus conſuetudinibus ad
1 dere placuit. †Prima ergo diuiſio eſt, Feudorum aliud eſt regale, ſicut Marchię, Ducatus, Comitatus, aut alterius regalis dignitatis. Aliud eſt non regale, quod vel ab inferioribus a Principe recognoſcitur, vel ſi a Rege confertur, eſt tamē extra dignitatem, de quibus in proceſſu infra plus dicetur. An
2 †autem Imperator, Rex, vel Princeps ſui Regni aur Principatus caſtra alienare poſſit? Dic ex ſententia Bal. & Doc. hic, non aliter poſſe alienari, quam vel directo dominio, vel aliqua ſuperioritate retenta. Doct. c. intellecto. de iureiurando. Quod ſi Rex vel Princeps in largiendo excederet, nunc hāc, uunc aliam ciuitatem alienando, hoc non poſſet, vt voluit Mart. Laud. quem refert Laſ. in prelud. feu. col. xxviij. de quo vide Bar. in l. prohibere. §. plane. ꝓ vi aut clam. & poſſet ſucceſſor eas alienationes reuocare. Egid. Bellame. conſi. xij. ver.
3 3. dubitarur. Secūda diuiſio Feudorū. †aliud eſt nobile, aliud non. Hoc loco Ia. de Bel. latius diuidit, aliud eſſe minus, aliud aliqualiter nobile, aliud ignobile, ꝙ inter modernos Laſ. ſequtur in prelud. col. xlij. & Pet. Reb. in arbore feudorum. At ea diuiſio ſic extenta, mihi non probatur, quia magis & minus diuerſas ſpecies non faciunt. l. fi. de fun. inſtr. qui enim modice nobilis eſt, recte & is nobilis dicetur. Sicuti ꝙ optimū eſt, ipſum quoque bonum eſt. l. vbi. in prin. de verb. obl. Vnde re-
4 maneamus cum diuiſione bimembri, quam ex Bald. ſup. po
4 ſui. Eſt †autem nobile, ꝙ poſſeſſorem ſuum nobilitat, vel eū qui prius erat, nobilem oſtendit. ita Bal. in c. inter dilectos. 6. col. de fi. inſt. ſicut eum allegat Laſ. ea autem feuda, q̄bus Reges, Duces, Marchiones, & c. ab Imperatore inueſtiūtur, plus nobilitant, minus autem nobilitāt, cum a Ducibus vel Marchionibus conferuntur, de quibus infra latius dicetur. Cęterum, feudum ignobile eſt, q̄d a minimis Valuaſoribus (ita. n. nominant Feudiſtę) vel etiam a plebe, paganis, id eſt, a priuatis in feudum conceditur, ꝙ Alua. in 2. diuiſione. Burgenſe
5 nominat, verū & de his, inf. latius. Tertia diuiſio. †Aliud habet propriam feudi naturam, aliud impropriam. natura ꝓpria feudi, eſt quędam qualitas, feudis a principio cognata, ex qua virtus contractus proficiſcitur, & ſemper regulariter ineſſe videtur, niſi per pactum feuda improprientur, de quibus in vltima parte dicetur. Intelligitur autem feudum habere propriam naturam, quando eſt ſimplex. purum, & rectum, ad hęredes trāſitorium, & ęquali ſubinfeudari poſſit, item quo vaſallus ſine culpa priuari nō debet, vt in ti. de na.
6 feud. c. j. Dicitur †autem rectum triplici reſpectu, tamen quia purum eſt, & non qualificatum ad certa ſeruitia, vt etiam. j. in vltima parte declarabitur, tamen quia de domini licentia preſente curia poſſeſſio obtinetur, q̄d tamen nō eſt frequēs apud Germanos. Cum denique ꝙ reuocari non poteſt, intelige ſine culpa. vide Alua. hic in 12. diuiſ. Sed feudum impropriam naturam multis modis habere poteſt, ꝙ ipſum, j. in
7 vltima parte latius dicetur. Huic †diuiſioni nō incommode ſubnectitur quarta diuiſio, quia aliud eſt feudum reale, q̄d eſt perpetuum, & ad hęredes tranſitorium, ſi quidem vniuſquiſq; ſibi ſuiſq; hęredibus proſpicere preſumitur. l. ſi peccatum. de proba. & in ri. de duo. fra. a Cap. inue. c. j. & quib. cau. feu. amit. §. fi. ꝙ feudum propriam naturam habere intelligi
8 tur, vt s̄. dixi. Aliud †eſt perſonale, & hoc duplici reſpectu, vel quia ad recipientis hęredes non tranſit, vt eſt in feudo habitationis, vt probatur in c. feuda habitationum. in c. extraordi. vel quia ex natura parte ad hęredes tranſit, vt in ſoldata, nempe cum nobili in paupertatem redacto annua datur ꝓ-

uiſio.

Source : BIU Cujas

uiſio.c.j.quis dicatur.Dux. & declaratur per Rebuf.in d.ſuo tract.& licet Doct.Alua.& alij,nominent hoc feudum ſolda tæ perſonaliſſimum,per hoc tamen diuerſa ſpecies conſtitui non debet,quia magis & minus,&c.vt ſup.dixi. hæc feuda p ſonalia impropriam naturam habere intelliguntur,de qbus
9 in vlti.par.Quinta diuiſio,†qa aliud eſt eccleſiaſticū,aliud ſæ culare, Alua.in 6.dini.ponit,Pet.Reb.in prima,alij aliter. Ec cleſiaſticū dicitur triplici reſpectu, tum q ab eccleſia datur, tum q ab ea recepitur,& tertio,q datur & recipitur a clerico,licet non tanquam ab eccleſia,de quo infra in 6.patte di cetur.Seculare, q a ſecularibus datur & recipit,de quo feudorum liber maiori ex parte loquitur. Sexta diuiſio. Aliud
10 †eſt feudum maſculinum,q ad maſculos tantum tranſit,id qđ in feudo regulare eſt. Siquidem fœmina in feudo ſuccedere,niſi per pactum hoc exprimatur, non poteſt. §.filia.de ſucceſ.feu.& qui ſeu.dare poſſ.§. hoc quoque.& tunc fœminino feudum dicetur,qđ infra in vi.parte latius elucidabi-
11 tur.Septima diuiſio.†Aliud. n.eſt feudum antiquum ſeu paternum, aliud nouum, quæ eſt præcipua feudorum diuiſio. Cæterum antiquum ſeu paternum differenter dicitur.Siquidem feudum,quod ab aliquo ex anteceſſoribus acquiſitum eſt,qui communis agnationis vltra quartum gradum origo fuit,autiquum dicitur.Si vero a patre, vel ab aliquo vlq; ad quartum gradum,nempe auo,prauo,abano,atauo proueniat, paternū dicitur, vt declarat. Bald.in §. hoc quoque.de ſucce.feu.ſucc.Prædicta habentur in c.j. de grad. ſucc.de na. ſucce.feu.gl.c.j.de ſucce.feu.in ti.qui feu.da.poſ.§. cum vero. cum multis Doct.conſilijs,& coucor.per Pet. Reb. in 4.diui.
12 Nouum†feudum, q de nouo acquiſitum fuit, & hēt initiū in perſona inueſtiti, nec a progenitorum ſucceſſione prouenit.c.i.in ti.quot teſt.ſint neceſſ. Verum de hoc feudorum genere infra in ꝓxima parte plura tractabimus,vnde hic diffundi nolumus.Has ſeptē diuiſiones, & non plures, ponere volui.Siquidem alia diuiſionum membra, p Alua. & Doct. poſita,partim ad dictas diuiſiones reducimus, partim ꝓ differentijs qualitatum,quæ in feudis reperiuntur, reputamus. Nam maternum feudum,ſm Bal.& Alu. eiſdem regulis tractatur, ſicut feudum antiquum & paternum. Item q feuda aliqua diuiſibilia dicuntur,aliqua indiuiſibilia,vel q corporalia ſunt aut incorporalia:qualitates ſunt, quæ pro rerum feudalium conditione,feudo accedunt.Paria dicemus, ſi in aliquibus feudis iuramentum præſtatur, & alijs non præſtatur.hoc.n.feudi cauſam in ſpecie non diuerſificat. Denique feudum eſſe ligium,aut non ligium hominem vaſallum reſpicit,eumque obligat in feudi natura nihil variat. Similiter feudum in Curte eſſe,vel extra Curtem qualitas accidentalis eſt,quæ feudum in ſpecie non diuerſificat, de quo tamen infra in pen.parte differetur.Sic eſt feudum annale, vt guardiæ,& perpetuum,vt alia feuda.Item & feudum de Camera & Caneua,& ſi quæ aliæ differentiæ per Alua.& Pet.Rebuf. ponuntur,quia qualitates accidentales ſunt, per quæ feudorum genera diuidi oportere non putamus.Sic & Iaſ.Inſti.de actio.§.ſunt præterea.diuiſiones Pet.de Bel. pert.differentias potius actionum,quam diuiſiones eſſe putat. Verum de omnibus iſtis qualitatibus, quas ſupra enumeraui,infra in operis meis proceſſu latius dicam.

De feudo paterno & nouo, Pars Tertia.

SVMMARIVM.

1 *Feudum paternum dupliciter dicitur.*
2 *Feudum paternum nouam traditionem perſonis diſcendentium non requirit, ſed ſolam recognitionem, & iuramenti fidelitatis præſtationem.*
Recognitio feudi fieri ne poſſit ſine inueſtitura.
3 *Succeſſio feudi paterni in deſcendentes continuata, interdictum adipiſcendę poſſeſſionis dat, non etiam recuperandæ.*
4 *Renunciatio feudi paterni facta in perſona filii non impedit, quo minus feudum illud dicatur antiquum.*
5 *Renunciatio feudi antiqui per vaſallum facta, agnatis non nocet. aliter atque renunciatio feudi nouiter quæſiti.*
6 *Feudum paternum propter delictum Vaſalli amiſſum, ac deinde remiſſa per dominum culpa reſtitutum,an remaneat paternum.*
7 *Feudum maternum, quid ſit.*
8 *Feudum nouum, quid dicatur.*
9 *Feudum paternum,qua ratione nouum fiat.& nu.12.*
10 *Emphyteuſis antiqua nouiter in re feudi conceſſa,veniat appellatione feudi antiqui, an potius noui.*
11 *Refutatio noui feudi per patrem ſimpliciter facta, filiis nocet.*
13 *Conſenſus quorundam agnatorum in refutatione feudi cæteris, qui non conſenſerunt,non præiudicat.*
14 *Eccleſia infeudare non poteſt niſi antiqua,nec creditur epiſcopo narranti in ipſa infeudatione feudum eſſe antiquum.*
15 *Verba enuntiatiua non probant inter eos, qui diſponere non poſſunt, & num.17.*
16 *Antiquitas inſtrumentorum, fidem facit.*
18 *Feudum in dubio præſumitur paternum potius quam nouum, cum neuter litigatorum poſſidet.*
19 *Feudum præſumitur paternum ex antiquitate poſſeſſionis.*
20 *Allodialia ſua in feudum ab alio tenere ſe recognoſcens, an dicatur ea tenere in feudum antiquum, an in nouum.*

TErtia pars de feudo paterno & nouo, quæ feudorum membra tanquam cognitu præcipua in hanc partem ſepoſuimus, vt pote qđ omnium diuiſionum feudalium magis principalis ſit, qua feudum in paternum & nouum diſtinguitur. Pa-
1 ternum†dupliciter dicitur, primo id qđ ab vno ex maiorib. noſtris,qui communis agnationis caput fuerit, acquiſitum eſt,& illud extento vocabulo paternum dicitur.Proprie autem antiquum nominamus,de quo tex.in cap.j.§. is vero.de grad.ſucce.alias ti eſt,de ſucc.fra.c.j.§. paternum. de na.ſucc. feu.Secundo dicitur paternum, qđ a patre vel ab aliquo aſcendentium vſque ad quartū gradum incluſiue, obtentum eſt,vt etiam ſupra diximus,& colligitur ex c.j.§.j. de feu.ſucc. Ex quo videtur inferri poſſe, q inueſtitura diceretur paternū feudum concedi, tale reudū poſt quartum gradum deſineret,qđ tñ non eſt verum,& eſt ꝯ doctrinas feudales. Attñ vt tollat dubitatio, ꝙſultum eſt vt inueſtitura dicatur pater-
2 nū ſeu antiquū. In†hmōi feudo paterno nō exigitur noua traditio in perſonis deſcendentium ſeu agnatorum,poſtquā aſcendentiū ſemel eſt facta traditio.ca.j.§.j.de feu.March.fa. d.c.j.§.ſciendum, de feu. cog.Eſt tñ neceſſaria recognitio & iuramenti fidelitatis præſtatio, vt colligit ex c. quoniā.de ꝓhi.feu.alie.per Loth.Quæ certe recognitio, ſine inueſtitura fieri poſſet.d.§.ſciendum.ſed vſurpatū eſt,vt inueſtitura reno uetur,quæ tñ tenouatio feudi naturam non alterat.Bal. in l.
3 fi.2.col.in prin.C.de ſuis & legit.Deniqueſquamuis in feudo paterno non exigat noua traditio,cum ſemel ſit anteceſſori facta,ea tñ ſucceſſio ſic continuata nō operatur ad poſſeſſorium recuperandæ,licet ad adipiſcendæ operetur, Bald.in auc.defuncto.col.2.C.ad Tertu.quod etiam infra in 6. parte
4 latius deducetur.Verum,†ſi filius vaſalli a feudo paterno ceciderit,& deinde fiat renouatio,eam renouationem conſtat non impedire,quin feudum antiquum maneat.Quinimo ſi filius refutauerit dño feudum paternū conſentiētibus agnatis.& denuo fuerit inueſtitus tanquam de antiquo vel paterno,agnatis.non præiudicabitur,quin paternum maneat.Al. conſil.2.col.2.poſt prin.in 6.parte,qui allegat Bald.in ca.j.an agn.&c.& eundem in l.j.C.qñ nou pet.par.accreſ. cum aliis concor.Hæc vera ſunt,niſi pacta feudi paterni mutentur.Oldra.conſi.clxxviij. & pouam exemplum infra in nouo feudo.Porro etiam ſi pater in manus domini feudum refutet, vt filij inueſtiant̄,non ceſſabit propterea paternū eē,ſi nihil facius nouet̄.bon.tex.in c.j.de vaſ.decre.ęta.Et hęc vera ſunt
5 ſiue feudum ſit antiquum,ſiue paternum, niſi†iſte vaſallus ſimpliciter renuntiaſſet,nam tunc intereſſet, quia feudi anti qui refutatio agnatis non noceret.ca.j.de eo, qui fi.fe.agna. Secus ſi feudum nouiter per vaſallum fuiſſet qnęſitum,quia tunc ſimplex renuntiatio filijs noceret, vt in nouo feudo di-
6 cam,& ita limitatur.d.c.j.Porro ſi vaſallus†feudum ex Fellonia,id eſt,delicto vel perfidia perdiderit,vt ĵ.in x.parte, de amiſſ.feu.dicemus,& dominus eum rurſus culpam remittēdo inueſtiuerit,eo caſu quo remittere poterat, tunc feudum remanebit paternum,per glo.in l.q dicitur.de impen.in reb. dot.fact.Quod notabiliter limita,niſi per ſententiam vaſallus pro delicto fuiſſet condemnatus, vel ipſo iure priuatus feudo, vt in criminę lęſę maieſtatis; quia ſi rurſum inueſtiretur delicto reconciliato,non remaneret paternum,niſi Princeps eum ad oīa bona & ad priſtinū ſtatū reſtituiſſet, q late tractant Alua.& Pręp.d.c.j.de vaſal.decre. ętatis. & Bal.in c. ſuper.cum gl.de prohi.feu.alie.p Fe. An āt culpa,vel delictū
7 remitti poſſit,in ti.de ami.feu.dicā.Eſt p̄terea†feudū mīnum dictū,cuius cognitio ex feudi paterni notitia colligit̄.Nā id qđ primo a fœmina eſt acqſitū,q̄ ſit ex aſcēdētibus, & ſic cognationis caput,maternum dī,in ti.de bñfi.fęm.Et propemo dū q̄ in feudo paterno diximus, huc applicari poſſunt. Succeſſionis tñ iura variant inter vtrunq;,vt infra ſuo loco dice
8 tur.Nouum†autem feudum a dño nouiter conceditur. capitulo,primo.§.nouam.in titulo.quot teſt.ſint neceſſ.capitulo primo. de fra. de nouo benefic. inueſtit. de cuius noui feudi ſucceſſione infra dicetur, quia frater fratri non ſuccedit,

Source : BIU Cujas

nec in eo ius accrescendi recipitur, ꝙ infra latius tractabo.
9 Item & nouum feudum fit, †quoties feudū paternū, mutatis pactis renouatur, secundū And. de Iter. d.c.j. de vasal. decrepcta. Præpo. in prælud. feud. in vi. diuis. ad fin. Velut si (causa exempli) feuda recta, id est, masculina dominus ad fœminas deorserit vel extendat, tūc in fœminis nouum dicetur, Et hoc in practica defendimus, & ita obtinuissemus, & si non alia obstitissent. Et incipiet tale feudum in filijs fœminarum & in descendentium cognatione maternum nominari. Nō
10 tamen †est prætereundum, ꝙ cum emphyteusis & feudi magna sit affinitas, si dominus emphyteusim antiquā, nouiter iure feudi concedat, licet qualitas mutetur, iudicandum tamen est potius iure antiqui feudi quam noui, vt ita qualitas antiquitatis, quæ in emphyteusi fuerat, ipsi feudo communicetur, ꝙ maxime procedit quo ad iura accrescendi, & ita eleganter consuluit Decius consi. lxiij. per tot. ꝙ notabis, si ve-
11 rum est, quia Doct. non tangunt. Item si pater† nouum feudum simpliciter refutasset, præiudicaretur filijs. Præpos. post gl. in d.c.j. de vasal. decrep. æta. fa. l.j. §. videndum. de succe. edi. Nec obst. ꝙ feudum nouum post mortem patris in persona filiorum dicetur paternū. Præp. d.c.j. qa ius istud paterni feu-
12 di, patre viuente, filijs adhuc non est quæsitum. Fit etiam †ex antiquo nouum feudum, si dominus consentientibus agnatis, vasallum tanquam de nouo feudo inuestiat. c. j. in fin. an agn. vel fil. &c. Idem si consentientibus agnatis, vasallus refutet, vt alii simpliciter inuestiantur. Præp. d.c.j. de vasal. decre-
13 æta. †Sed †quibusdam agnatis consentientibus, quibusdā vero non, illis non præiudicat, qui non consenserunt, vt Præp. ibidem. Eodem iure vtimur, si agnatus ius suum feudale, vt vasallus tanquam de nouo feudo inuestiatur, refutet, quia tunc nouum erit, refutans omnino excluditur. Secus si cum mō, & non simpliciter refutauerit. c.j. & ibi Alua. in prin. de eo, qui fi. fec. agn. qđ postea in successionibus latius dicemus.
14 Nec te lateat, † ꝙ cum ep̄s & ecclesia non possint infeudare, uisi antiqua. d.c.ii. de feu. & suo loco dicetur, certe non credere retur episcopo vel Abbati, si infeudaret rē ecclesiæ, & in inuestitura narret esse feudum antiquum, quia præsumeretur hæc enuntiatio facta in fraudem, propter prohibitam infeudationem, ar. l. qui testamentum. de prob. l. cum qs decedens.
15 §. Titia. de leg. 3. Et verba † enuntiatiua nō probant inter eos qui disponere non possunt. bon. tex. in l. si forte. de cast. pec. Nec prodesset, si etiam cum cap. episcopus super feudo ensitiaret. l. iubemus. in prin. ibi, Nec si omnes cum episcopo. C. de sacrosan. eccl. c.j. de reb. eccl. non alie. li. 6. Bar. in auc. hoc ius porrectum. hoc vltimo casu contrarium sentiant, sequētes gl. ibi, & gl. j. in c. cum quibusdam. de fideiu. Sed certe istæ gl. loquuntur de mutuo, ꝙ per ep̄m & capitulū q̄hi p̄t, nō in alienatione rerum. Limitantur tñ prædicta notabiliter, nisi
16 fidem † verbis daret vetustas, scilicet literarū, quia forte in instrumētis vel literis antiquis ita enuntiaretur, quia tunc propter antiquitatem eis creditur, quasi præsumantur omnia solenniter acta, ar. l. si filius. C. de peti. hære. Cy. & Bal. in l. emancipatione. C. de fid. instr. & no. in c. si Papa. de priui. li. 6. diui. p̄
17 lud. In regibus † tamen & alijs secularibus, qui libere infeudare p̄nt, dicta verba enuntiatiua indistincte fidem facerent, ēt si esset noua inuestitura, vñ cum concederetur iure antiqui feudi, assumeret istas qualitates. Præp. allegat. l. quicūq; desertā. C. de om. agro deser. li. x. & Iac. Ardiz. in sua summa, de pa. & nouo feu. Bal. in d.c.i. an agn. vel fi. Alua. d.c.j. de vas. decre. æta. cum alijs ꝺcor. hic ꝑ Præp. do. Fran. Cur. in prælud. feud. in 8. diuis. hanc rem per. 3. vel 4. col. perite & fundamētaliter tractat, quem omisi, ne libellus meus in caput creseret. Hoc
18 tamen † nō est prętereundū, ꝙ neutro ex litigantibus possidēte, feudum potius paternū, quam nouum præsumitur. ita vult tex. in c.j. de grad. suc. ver. si vero dominus. & ibi Alua. & Præp. nisi pro altera parte esset maior p̄sumptio, ꝙ boni iudicis officio est committendum. tex. & gl. d.c.j. Et sic defendi potest id, qđ ꝺsuluit Signor. consi. x. ad fi. q̄ tenet, feudum es-
19 se antiquum, non præsumi, nisi ꝓbetur. Hoc tñ † satis expeditum est, ꝙ propter antiquitatem possessionis feudum paternū esse pręsumitur, vt tenuit Alex. consi. xv. col. 2. vel 3. ad fi. qui alle. d.c.j. & Bal. in c.j. si de feu. ꝺtro. fuerit inter dom. & ag. fa. Præpo. in p̄lud. feu. vi. diui. In præmissis pulchrum dubiū
20 insurgit. Nobilis † habens bona propria (quæ dicuntur allodialia, in allo.) facit ea feudalia, offerens in manū Principis vel prælati, & ab eodem in feudum recognoscens, id ꝙ vidimus in persona Baronis, qui magnam patrimonij sui partē episcopo obtulit, & ab eo in feudum recognouit, an censeatur iure noui vel antiqui feudi? Credimus esse nouum feudū, nisi per inuesliturarn aliter prouideatur, s. ꝙ iure antiqui feudi ea bona concedantur. Quare cautela est, vt in inuestituta nil negligatur, frater fratri non succederet. Possent & non nulla alia de paterno & nouo feudo tractari, quæ tamen in sequentibus sæpe occurrent: hic enim generaliter tantum huiusmodi feudorum conditiones docere voluimus.

Quæres in feudum dari possint, Pars Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Res alienari prohibitę, in feudum dari non possunt.*
2 *Res commerciales in quadruplici differentia.*
3 *Res soli in feudum dari possunt.*
Re immobili in feudum data, etiam fructus veniunt.
4 *Res cohærentes in feudum dari possunt.*
5 *Res, quę proprie immobiles non sunt, immobilium tamen nomine censentur, in feudum dari possunt.*
Camera quid sit, quid item cauena.
6 *Annui redditus inter immobilia computantur, ac proinde in feudum dari possunt, & nu. 12.*
7 *Pensio mere personalis, in feudum dari non potest.*
8 *Prouentus ex quęstu illicito, in feudum dari non potest.*
9 *Panes ciuiles in feudum dari possunt, atque inibi qui dicantur panes ciuiles.*
10 *Tessera frumentaria in feudum dari potest.*
11 *Redditus sigilli episcopalis, sit ne licitus, & an in feudum dari possit.*
Prouentus ex vectigalib. pedagiis, & telonei in feudum dari possunt.
13 *Indeterminata habentur pro perpetuis.*
14 *Iurisdictiones & alia iura incorporalia, in feudum concedi possunt.*
Castro in feudum concesso, in dubium venit iurisdictio.
15 *Mobilia in feudum non dantur.*
16 *Re mobili concessa velut in feudum, ac iuramento fidelitatis præstito, cuiusmodi contractus initus censeatur.*
17 *Mobilia apud tertium constituta, ex quibus annuus redditus percipitur in feudum dari possunt.*
18 *Decimæ, an & quę in feudum dari possint.*
Concessio decimarum laico facta, cuius initum memoriam hominum excedit, presumitur ante consilium Lateranense facta.
19 *Decimę a laicis ad ecclesiam reuersæ, an iterum laicis in feudum dari possint.*
20 *Laicus possit necne in feudum dare decimas, quas possidet.*

IN quarta parte, quæ res in feudum dari possint, ante omnia prefamur, nobis non esse sermonem de rebus, quę non sunt in commercio, vt sunt res sacrę, atque publicis vsibus dicatę. Istas enim res in feudum dari non posse, nemo
1 ignorat. Et porro † ab hoc tractatu secludimus res, quæ alienari prohibentur, siue lege, vt prodigo, pupillo, furioso, quibus bonorum administratio interdicitur; siue statuto, vt ꝙ nemo alienaret extraneis, non ciuibus, siue a testatore, vt in l. filius fam. §. diui. & ibi Doctor. de lega. i. Nam quę alienari non possunt, cęteris paribus, nec infeudari possunt. ca. i. §. sed etiam res. in ti. per quos fiant inuesti. Verum licet feuda alienari prohibeantur, subinfeudari tamen possunt, vt infra dicetur. Res itaq; priuatas, commmerciales, libero nostro do-
2 minio subiectas, in hac parte intelligimus. Quę tamen † res in quadruplici sunt, differentia, quędam sunt soli, id est terrę. l. solum. de rei vend. quędam solo cohęrentes; quędam q̄ inter immobilia computantur, & quędam res mobiles. Res
3 soli, † id est immobiles, vt fundus, castrū, territorium, in feudum dari possunt, vt in tit. de feu. cog. §. sciendum. in fi. Et intelligas rem soli cum fructibus, siue crescāt, siue cum re cognoscantur aut propagentur, vnde lacu, stagno, fluuio, piscina in feudum datis, veniunt pisces tanq̄ fructus cognati, de quo dubitari non conueniet, licet Claud. allegando quendā Bertrandum, in eo se diffundat. De piscibus autem custodię causa in fluuiū positis non esse disceptandum ratio ipsa sua
4 det, cum cognitum sit, eos non esse res soli. Secūdo, res † quę solo cohęrent, in feudum dantur. d. §. sciendum. ad fin. & gl. ibi de fructibus pendentibus exemplificat, quod & Doctor. communiter sequuntur? quia pars fundi esse censentur. l. fructus. de rei vendica. Alii varia exempla adferunt. Aluaro. intelligit domos & ędificia, quę solo cohęrent, quę aliq̄ando cum area in feudum dantur. fa. Institut. de rerum diuisio. §. cum in suo. & pro hoc Clau. allegat Iacob. de Ardi. in sua summa, & Bald. in d. §. sciendum. Potes etiam intelligere de ędificio, quod sine area, sine solo in feudum concedi potest, vt est superficies, de quo Bal. Aluar. in tit. hic finit lex. §. si vasallus. Et dicit Clau quod solum posset vno iure concedi, & superficies alio, ita tamen quod directum dominium apud dominium soli permaneat, & vtile dominium apud eum, cui superficies conceditur. allegat Bar. in l. i. §. i. de superficie.
5 Tertio in feudum † dari possunt res, quas inter immobilia cō putamus. d.c.i. ad fi. de feu. cognitio. vbi textum, exemplum de

de penſionibus, quæ ex camera ſiue cãuena dantur ponit. Camera eſt locus, in quem theſaurus recolligitur. Cauena, in quo frumentum, vinum, oleum, & hmõi cætera reſeruantur. ita intelligit Alua. in d. §. ſciendum. Cæterum de eo feudo, ſ.
6 in vltima parte plenius dicetur. Deniq; ĩ †quocũq; annuo redditu feudũ conſiſtere põt, quia annui redditus cõputãtur inter immobilia in cle. exiui de paradiſo §. cumq; annui reddi tus. de ver. ſig. Et hoc maxime procedit ſi ab re immobili pẽ ſio ſoluatur, ſm Bal. in d. §. ſciendũ. vt ſic redditus ſit quiddã reale, vel mixtũ. Adde ẽt ꝙ quilibet annuus redditus, etiam ſi in re immobili non cõſtituatur, in feudũ dari põt, dũmodo iſti redditus ab aliqua negotiatione, vel ab aliquo loco com mercij ſoluantur. Vt ſi ad menſam numularij pecuniam ꝑ quæſtu poneres, hunc quæſtum in feudum dare potes. Idem ſi ad ſocietatem pro lucro & damno pecuniã ponas, & ĩ cęteris id genus, ꝙa ea penſio licet ex immobili re non ꝓcedat in aliquo tñ commerciali, ꝙ immobilis rei vicem præſtet, fundantur. De dictis ꝓuentibus loquitur An. de Iſer. ſed nõ ita clare. c. j. in prin. ſi de. feu. vaſal. ab aliq. interpel. Cæterum,
7 †ſi penſio eſſet mere perſonalis, feudum in ea conſtitui non poſſet recte, ſicut nec in debito pecuniario, ar. gl. in d. ca. j. & hoc videntur ſentire Bal. Alua. Præpo. in d. §. ſciendũ. & notatur in tit. quis dicatur Dux, aut March. c. j. ad fi. Ex quibus facile conſtat id, ꝙ controuertit glo. in d. §. ſciendũ. de actionibus nominum, id eſt, debitorum, an feudum in eis cõſiſtat, quia ſi actio ſit ſuper debitore reali, aut mixto: tunc feudum in eo recipitur: ſed ſi eſſet ſuper pecuniarijs debitis, aut ſuper rebus mobilibus, feudum non conſiſteret. Vnde decẽ floreni mihi debiti, in feudũ concedi non poſſent, vt quolibet an no vnus ſoluat. facit. d. c. j. quis ſit Dux, March. &c. & Claud.
8 latius in prælud. ſuis. in prædictis †diligenter aduerte, ꝙ prouentus ex quæſtu ſeu negotiatione illicita, non poſſet in feudum dari, vt ſi ex menſa euidenter vſuraria feudũ cõſtituere tur. ꝙ & Pet. Reb. in tractatu ſuo feudali, in prin. attigit, dum de ſeruitijs inhoneſtis loquitur. all. l. ſi remunerandi §. rei tur pis. & l. ſi mandauero. §. qui eidem. ff. man. cum ſim. Itaque ꝙ quidem Prælati feudum conſtituerunt ex quæſtu loſorio, vulgo Scholder, & turpe eſt, & abominabile, nec vllo pacto
9 ferendum. Porro & panes † ciuiles in feudum dari poſſunt, de quibus panibus gl. in d. §. ſciendum. arg. l. fin. §. præterea. C. de int. dot. vbi panes ciuiles in dotem dari poſſunt. Sunt autem panes ciuiles, qui certo tempore annuatim dabantur his, qui teſſeram frumentariam habebant, ideſt ſignũ, quo oſtẽſo panes vel frumenta dabantur, quæ etiam nominantur an nonæ ciuiles. l. iubemus nulli. poſt prin. C. de ſacroſanct. ecc. vbi annonæ ciuiles eccleſiis debitæ, alienari prohibentur; apud poetas, & præcipue Iuuenalem, hmõi largitiones ſportulæ nominantur. Deniq; ſub annonę vocabulo omnẽ penũ eſculẽtum intelligas, vt ex Cicerone in lib. diuina. colligitur, & ꝙ in huiuſmodi annonis ciuilibus quæſitum ſit, tex. eſt in l. vnica. §. ſimiliq; modo. C. de rei vxo. act. Huiuſmodi ergo ꝓuentus panum annonarum ciuilium in feudum locari po-
10 terant. Sed † & teſſerã frumentariam, vt dixi, eodem iure cen ſemus, qua ciues Romani frumentum demenſum certis annuis temporibus accipiebant, de quo text. in l. & ſi ſuſceperit. de iudic. Hodie habentur panes hebdomadarij inter canonicos diſtribuendi, ſed propter quotidianam neceſſitatẽ,
11 non credo in feudum dari poſſe. Prędictis † conſequens eſt, ꝙ reddi tus qui ex epiſcopalium ſigillorum quęſtu (ſi ſaltem is quæſtus commendabilis ſit, quod tamen non firmamus) ꝓſtarentur, in feudum concedi poſſent. Ita prouentus ex vecti galibus, ex pedagijs & teloneis, in feudum dantur. Aluar. in d. §. ſciendum. Nec obſtat, ſi prætẽderetur, in huiuſmodi redditibus quia non conſiſtunt in re immobili, non eſſe directũ dominium, ſeparatum ab vtili, ꝙ videtur neceſſarium. §. fin. qui. cau. feu. amit. quia actio directa quam dominus habet, eſt ipſi domino loco directi dominii. Et vtilis actio quam vaſallus habet, eſt loco vtilis dominii. Inn. Ioan. And. in c. que-
12 relam. de ele. cum aliis hic allegatis per Clau. Et † in ſumma, ex quacunq; re fructus, ſiue menſtruo, ſiue bimeſtri tempore aut annuatim proueniat, eam rem in feudum concedere licet, vt ſunt iura piſcandi, ius venandi, ius cędendi lapidem, & cętera ſimilia, de quibus in l. diuortio. §. ſi fundum. §. ꝙ in anno. §. ꝙ in ſementem. ff. ſol. mat. ita tamen, ꝙ in perpetutũ
13 vel tempore determinato concedantur. Nam † indeterminata habentur ꝓ perpetuis. l. iutiſperitos. in prin. de excu. tuto. ita And. de Iſer. in d. §. ſciendum. Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi ver. 3. quæro. de op. no. nun. Nec refert, iſte annuus prouẽtus ſit vniformis vel difformis, vt fortaſſe vno anno frumentũ, altero vinum, vel quicquam aliud pendatur. Bal. in d. §. ſciẽ dum. ſufficit. enim id quod petitur temporis interuallis an-
14 nuatim ſolui. His † conſequens eſt ꝙ iuriſdictiones. & alia iura incorporalia, ſi alias nihil ſit impedimenti, & per patientiam traditio fiat, in feudum conceduntur. arg. l. 4. §. dare. de vſufruct. Caſtro itaque, vel territorio in feudum conceſſo, in dubio venit iuriſd. Prępo. cap. 1. §. item ſi quis. in ti. quib. mo. feud. amit. fa. l. pupillus, §. territorium. de verb. ſigni. Quarto
35 ſunt res mobiles, † quę in feudum non dantur, vt d. §. ſciendũ a conrrario ſenſu glo. no. in capitu. j. ſi vaſal. ab ali. de feud. interpel. Nam directum dominium apud dominum, vt dixi, remanere debet, qđ non eſt in mobilibus. Item iſtę res aut vſu conſumuntur, & tunc feudum interiret quod aut ſi ſeruare tur, nullam vtilitatem pręſtarent ita And. de Iſer. in d. §. ſciendum. Ideo tales res dicuntur, quę ſeruando ſeruari non poſſunt, toto titu. ff. de vſuf. ea. re. quę vſu conſu. vt eſt pecunia quę eſt ad vſum deſtinata. Sic de cęteris mobilibus. Nec cautio, quę in talibus rebus pręſtatur ſufficeret, de qua Inſtit. de vſuf. §. conſtituitur. quia iſta cautio non tolleret rationes ſuperiores. And. de Iſer. d. c. j. ſi vaſall. ab alio. de feu. inter. fue. licet Iac. Ard. in ſua ſumma, contrarium tenere allegetur, ſed
16 prędicta ſunt veriora. Iuramentum † tamen fidelitatis ſi prę-ſtaretur, conceſſa in feudum re mobili, hoc teneret, non in vim feudi, ſed vt contractus innominatus, ſecundum Clau. ſ. ꝙ hoc iuramentum ſine ſalutis ęternę interitu ſeruari poſſet. And. tamen de Iſer. d. c. j. ſi vaſal. ab ali. per fortes rationes tenet, dictum iuramentum nõ valere, cuius opinio mihi ve-
17 rior videtur. † Prędicta, quę de rebus mobilibus dixi fallunt niſi res mobiles eſſent apud tertium qui redderet redditum, velut ex qũſtu & negocatione honeſta, vt ꝓ An. de Iſer. loco prędallegato, & ſ. dixi de numularijs & ſocietate. Inferimus ex prędictis, ꝙ ſi feudo mihi dato per tertium euicto, dominus pecuniam prò feudo ſolueret, ad ꝙ tenetur, d. ca. j. ea pecunia non erit loco feudi, ſed emenda eſt res aliqua immobilis, quę in feudum recognoſcatur. glo. & Doct. in d. cap. j. ſi
18 vaſal. de feu. Noueris tandem † licet ſpiritualia in feudum nõ concedantur, decimę tamen concedi poſſunt, hę tantũmodo quas laici ante concilium Latera. ab eccleſia habuerunt. c. cum apoſtolica. de his, quę ſi. a prel. ſine conſen. cap. Et prę ſumuntur ante concilium Late. in feudum conceſſę, ſi eius initij non ſit memoria. Io. And. in d. cap. cum apoſtolica. vt eum allegat Clau. Alexan. conſi. 6. in j. volumi. Quid autem,
19 †ſi huiuſmodi decimę ad eccleſiam reuerſę ſint, an prelatus iterum poſſit laico infeudare, cum eccleſia de nouo infeudare nõ poſſit. c. ij. de feu. Res eſt multum ambigua inter Doctos. Io. An. in c. prohibemus. & ibi Abb. de deci. tenent non poſſe, ꝙ & Hoſt. in ſua ſum. in ti. de feu. § quis. videtur tenere, ut eum allegat Clau. Contrarium voluit Card. in c. 2. de feu. & ibi Imo. & qdã alij, vt eos Clau. allegat. Ego puto, opinionem Ioa. And. eſſe veriorem, & pro ea conſulerem quia decimę ad eccleſiã reuerſæ, nihil ab alijs decimis differunt, cũ res ad ſuam naturam facile reuertatur. l. ſi vnus, § ꝙ & in ſpecie, de pac. Vnde ſicut nec alię decimę laico in feudum dari
20 poſſent, ita & hę prohibentur. Quid † autem ſi laicus decimas, quas poſſidet, alteri laico infeudet? Dic indubitatum eſſe quod non poſſit, etiam ſi ante concilium habuiſſet. d. ca. cum apoſtolica. c. quamuis. c. ad hoc. de decimis, & male ſeruatur in Germania noſtra, dum Principes ſeculares Laici & frequenter nobilibus decimas infeudare ſoleant, niſi fortaſſe vſus vetuſtus eos excuſet, in quo me ad canoniſtas refero.

Qui feudum dare vel accipere poſſint, Pars Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Feuda regalia, qui conferre poſſint, & nu. 5.*
Papa conceſſionem feudorum regalium vſurpat.
2 *Rex in regno plus iuris habet, quam Imperator in imperio.*
3 *Ducum & comitum origo, vnde emanarit.*
4 *Marchiones, a quibus initiis originem ſumpſerint.*
6 *Conceſſio generalis feudi a Principe facta, an & quando regalia cõprehendat.*
7 *Imperator feudum concedere non poteſt in præiudicium ſucceſſoris, quod in magnam imperii diminutionem tendat.*
8 *Feudo a Principe duobus conceſſa, ac poſteriori primum tradito, vter vaſallus potior habendus ſit.*
9 *Princeps ex contractu ſuo ligatur.*
10 *Beneficium eccleſiaſticum duobus, conceſſum priori debetur, etiam ſi poſteriori primum traditio facta ſit.*
11 *Feuda maiora, dignitatem tamen regalem non habentia, nõnunquam per principem conceduntur, & quæ ſint ea feuda*
12 *Duces, Marchiones & Comites feuda concedere poſſunt, & horum vaſalli valuaſores dicuntur.*
13 *Valuaſores feuda accepta aliis rurſus infeudare poſſunt.*
14 *Capitanei in triplici ſunt differentia.*
15 *Feudorum & vaſallorum varii gradus.*

Source : BIU Cujas

16 *Feudum regale priuato conceſſum, eum ſtatim nobilitat.*
17 *Laici etiam ruſtici bona propria in feudum dare poſsint.*
18 *Matrimonium etiam in mortis articulo contrahi poteſt.*
19 *Fœmina feudum dare poteſt.*
20 *Fœmina iuriſdictionem inter vaſallos ſuos habere poteſt.*
Fœminæ impudicæ viuenti non conceditur bonorum ſuorum infeudatio.
21 *Minor, an feudum dare poſsit. & nu. 23.*
22 *Tutor, curator, & procurator, an eo nomine feudum dare poſsint.*
24 *Eccleſiaſticę perſonæ quę feudum dare poſſint.*
25 *Prælatus ſuperior rem inferioris eccleſię in feudum dare non poteſt, excepto Papa.*
26 *Prælati dilapidatores bonorum eccleſiæ, an feudum dare poſſint.*
27 *Legatus a latere, poſsit ne feuda concedere in prouincia ſibi decreta.*
28 *Prelatus res ſolitas infeudare poteſt ſine conſenſu capituli.*
29 *Capitulum prælatura vacante feudum dare poteſt.*
30 *Abbatiſſa etiam ſine conſenſu ſuperioris feudum dare poteſt, vt & inferiores prælati, dummodo in feudum ad menſam eccleſiæ redactum non fuerit.*
31 *Feudum, quando dicatur eſſe de menſa eccleſiæ.*
32 *Prælatorum conſanguineis nedum extraneis feuda eccleſię concedi poſſunt.*
33 *Infeudari ſolitæ res, quę dicantur.*
34 *Prelatus inferior Papa res eccleſię non ſolitas infeudari, non poteſt in feudum concedere.*
35 *Prelatus propria bona in feudum dare poteſt.*
Fructus excepti ex re eccleſię in feudum conceſſa, quę infeudari ſolita non erat, ſunt reſtituendi.
36 *Res eccleſię a tyranno poſſeſſas alii æque potenti infeudari poſſunt, qui poſit eas res ab eo tyranno auferre.*
37 *Res eccleſię non ſolitæ infeudari nomunquam in feudum dari poſſunt, cũ ſcilicet eccleſiæ neceſſitas hoc exigit, ſolennitate tamen, quę adhiberi debet obſeruata.*
38 *Neceſſitas legem non habet.*
39 *Eccleſia, ſi quando inopiæ neceſsitate præmatur, feuda ad ſe reuerſa retinere debet.*
40 *Feudi conſuetudines antiquas mutare in prędudicium eccleſiæ prælatus non poteſt.*
41 *Feudum regulariter omnes poſsunt accipere, niſi qui expreſſe prohibiti ſunt.*
Serui feudorum ſunt capaces, ſi feudi dominus conditionem eorum non ignoret.
42 *Seruus a proprio domino feudum accipiens, liber efficitur.*
43 *Monachus de feudo inueſtitus, illud monaſterio acquirit.*
44 *Filiusfamilias feudum accipere poteſt, eius vſusfructus patri non quæritur.*
45 *Fœmina feudum accipere poteſt.*
46 *Pupillus, furioſus, minor feudum accipere poſsunt, & quomodo.*
47 *Pupillus feudum accipiens, iuramentũ non præſtant, niſi poſt perfectam ętatem.*
48 *Adoptiuus patris adoptiui feudum accipere non poteſt.*
49 *Ruſtici inueſtiri poſſunt, & quando per eam inueſtitionem nobiles efficiantur.*
50 *Feudi nobilis conceſsio ignobili per errorem facta, eum non nobilitat.*
51 *Pactum cum vxore ignobili factum, vt filii ex ea naſcituri non ſuccedãt in feudis, valet.*
52 *Pater tenetur relinquere alimenta filiis, quos per pactum excluſit a ſua ſucceſsione.*
53 *Clericus, an feudum accipere poſsit.*
Feudum amittit, qui clericus efficitur.
54 *Clericus victu & veſtitu contentus eſſe debet.*
55 *Papa & Imperator feuda ab inferioribus accipere poſſunt.*

QVintam partem principalem aggrediſmur, quæ in duo capita diſtinguitur. Primo, qui feudum dare; ſecundo, qui accipere poſſint. Primum caput ſyluam tractãdi haberet, ſed nos breuiter abſoluemus. Et cõſtat, †ꝙ ſolus Princeps Romanus feu
1 da regalia, feuda dignitatum, vt ſunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, confert. c. j. in tit. de feu. Marchiæ. Vaſalli autem huiuſmodi dignitatum ſunt Duces, Marchiones, Comites. c. i. quis ſit Dux. Et illi ſecundum feudalia placita, Capitanei regni proprie nominantur. Alua. cap. j. §. ſi Capitanei. de feu. nat. Et dicit Bald. in d. c. j. de feu. Marchiæ. ꝙ Papa talium dignitatum conceſſionem vſurpat inquantum poteſt, ꝙ Alua. ſequitur. Et licet Imperatori, ſit ea poteſtas, Duces Comites &c. inueſtiendi, verum tamen eſt quemlibet Regem in ſuo regno, dignitates huiuſmodi regales conferre poſſe, vt loco prędicto voluit Alua. qui allegat. vi. q. iii. c. ſcitote. Si ꝙ-
2 dem †Rex in regno plus iuris habet quam Imperator in Imperio. Ille. n. regnum ad hæredes proprios tranſmittit, huic vero in imperio non niſi electione ſucceditur, vt in c. per venerabilem. de elect. An. de Iſer. c. i. in ti. qui feu. da. poſſ. ad qđ etiam nomen alludit, nam regales nuncupari ſolent dignitates. d. c. j. de feu. Marc. Quis autem dicatur Dux. qs Comes. quis Mar. in c. j. in ti. quis dicatur, Dux. a poſteriori docetur.
3 Nos † Ducis originem ab exercitus Romani Ducibus ema., naſſe putamus, quos ab Romani Imperij principibus, territoriis donatos eſſe veriſimile eſt, vt tamen ab eis recognoſcant. Comitum originem in Doctoribus non inuenimus ſed noueris eam dignitatem vetuſtiſſimam eſſe. Nam Corn. Tacitus in libel. de Germania, ſcribit, apud priſcos vſu fuiſſe receptum, vt cuilibet Principi, ſeu Duci exercitus duodecim Comites aſſignarentur, ideo dictos, quia comitarentur eos, & a Ducum latere non diſceſſerint. Comitum itaque originem Germanis morib. ortã eſſe, dictus receptiſſimus auctor, teſtis eſt. Quapropter ꝙ in duodecim libris Codicis aliqui ti. de Comitibus largitionum, &c. inſcribuntur, vſurpationem Imperatoris ex Germanorum ritibus ſumptam credo. De
4 Marchione †nihil compertum eſt, niſi ꝙ Gotthicum vocabulum putamus. rex. tamen in d. c. j. quis ſit Dux. Marchiam Barbara interpretatione deſcribit, cuius Barbarien. Alua. auget. Ego tranſeunda putaueram, niſi Celeberrimus vir Do. Boni. Emerbachius commonuiſſet, & vt eſt vir multę lectionis, & inter paucos numerandus, originem Marchionum p hiiſtorias & iura ciuilia declaraſſet. is in ſuis literis ad me datis, ſic in effectu ſcribit Videtur mihi Clariſſi. Zaſi (qđ bona tua pace dictum velim) huiuſmodi Marchionum, ſiue (vt nos appellamus) Margraphiorum origo in limitaneos, Præpoſitos, ſiue Duces referenda; Margraphij dicti, ꝙ limitibus, quos vulgo Marchen appellamus, Graphii, id eſt, præpoſiti fuerunt. Nam non ignoras ex Lampridio, Vopiſco, & cæteris, & ex. l. in nomine domini. C. de Præfec. præto. Afric. Romanos olim limites Imperij ſtatuiſſe, in quibus aduerſus Barbaros, hoc eſt hoſtes, vel eos qui Romano Imperio non parebant, excubias habebant, quorum milites, ꝙ in limitibus militarent, limitaneos appellarunt. inde & limitanei fundi & limitrophi. l. i. l. agros. vbi Alciatus noſter adnotauit, C. de fun. limitro. li. 11. Hi porro milites, ſuos quoq; Duces habuere, quos Imperator limitaneos Præpoſitos vocat, in l. viros ſpectabiles. C. de diuer. offi. & appa. lib. 12. Proinde huiuſmodi Præpoſitis limitum magnam in prouintijs atque adeo in limitibus permanendi ab Imperatoribus datam occaſionem vel unico Lampridij loco in Alexandro Seuero docemur, qui ſic habet. Sola quæ de hoſtibus capta ſunt limitaneis Ducibus & militibus conceſſit, ita vt eorum eſſent ſi hæredes eorum militarent, nec vnquam ad priuatos pertinerent, dicens eos attentius militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addit ſane his & animalia, & ſeruos vt poſſent colere, ꝙ acceperant, ne per inopiam hominum vel per ſenectutem poſſidentium deſererent rura vicina Barbarie, qđ turpiſſimum ille ducebat, &c. Hactenus verba Bonifacij Emerbachii. ex qb° ſatis patet, Margaphios vel Marchiones olim non fuiſſe alios q̃ limitum p̃poſitos, ꝙ ſi quis attentius conſideret, facile hoc in Marchionibus Baden. & Retelen. quo ad
5 Rheni cuſtodiam colliget. Pōt †porro qlibet Rex vel Monarcha, Duces creare, Marchiones & Comites, eiſq; tales infeudare dignitates. Alua. d. c. j. quis ſit Dux. d. c. j. de feu. Mar. & c. t. in prin. in ver. regni. qui feu. da. poſ. Item & Princeps Romanus vel alius Rex, regalia Principi reſeruata in feudũ concedere pōt. Quæ aũt ſint regalia, habes cap. j. q̃ ſint regalia. In
6 gñali †tñ conceſſione, ſiue meri & mixti imperli, ſiue p quæcunq; alia verba, non venirent cætera regalia, niſi motu proprio. vel certa ſcientia exprimerentur. Præp. d. ca. j. qui ſint regalia. Bal. l. 2. circa, 6. col. C. de ſer. & aqua. cũ ſi. Quam doctri nã limitabis primo, ſi aliqua ex regalibus eſſent expreſſa, & poſtea verba generalia ſequerẽtur, vt ſi diceret Princeps, Cõcedo tibi telonea, vectigalia, & quæcũq; alia, iã cætera regalia venirẽt. ita Clau. in ſummula, qui allegat Fely. in ca. quæ in eccle. de conſt. per c. qui ad agendum. de procu. li. 6. Secundo, ſi princeps qui verbis generalibus vtitur in loco conceſſo nihil niſi regalia haberet, tunc per indultum ſuum omnia regalia ex ſermonis neceſſitae venirent. ita Raph. conſi. clxij. p l. fundus qui locatus, ff. de fun. inſtr. qui eſt tex. elegãs ad hoc. Clau. allegat Fely. c. j. v. col. de reſcrip. Tertio, ſi propter onus adiunctum ſumeretur coniectura, vt pote ꝙ hoc onus ſine regalibus expediri commode non poſſet, vt ſi Comiti facultas teſſeram publicæ ſecuritatis, id eſt ſaluum conductum præſtandi daretur, hic concedens telonea vectigalia adiungere voluiſſe præſumitur. Clau. allegat l. Proculus. & ibi Bal. de vſuf. & l. denique, §. interdum. de pec. legato. cum concor. Quartò, ſi illuſtri perſonæ dignitatum conceſſio fieret, vt ſi Rex cognato ſuo comitatum concederet, tunc regalia tranſirent. Vnde cum Marchiones eorum territoria dimidunt, & fratri hunc comitatum vel alium aſſignant, iam & regalia tranſeunt, Bald. in cap. per tranſlationem. de officio, delega. pro hoc allegat, l. fina. C. de offic. prętec. prętor. l. non ambigitur, ff. de leg. Felyn. in capitu. cauſam, ii. col. de reſcriptis.

Prędi-

Source : BIU Cujas

Prędicta(cū dixi in dubio venire regalia) intellige de communibus regalibus,quæ facile concedi ſolent,vt confiſcatio bonorum,ius vectigalium iam impoſitorum, ius in flumine pnblico piſcandi;angaria,perangaria,& ſimi.Cęterum ſi ſint de potioribus regalibus,quæ non niſi cum difficultate ꝯ ceduntur,& Regum ſunt & Principum, illa in dubio in dictis quatuor caſibus non venirent,vt eſt cudere monetam,legitimare,creare notarios,eligere mgaiſtratus,erigere vniuerſitates,&c.id genus.Ita Raph.d.conſi.clxii.And.Barb. d.c.per tranſlationem.de offi.del.Bal.d.l.2.C.de ſeruit.& aq.idem in l.procuratore.C. man. cum ſi. Sed hodie ſæpenumero talia miſceri videas. Ciuitates. nonnullæ auream iam monetam
7 cudunt,qđ eſt abhominabile.Hoc †tamen te nō prætereat, Imperatorem non poſſe vel in feudum,vel alias in præiudicium ſucceſſoris concedere,qđ ad magnam imperij diminutionē tenderet.Bal.de pace Conſtan.in ver.Opiſani .Clau.allegat Fely in c.ad audientiam.de reſc. & eleganter tractat Iacobi.de San.Georgio in ſua ſummula,in glo. ſuper ver.Prin
8 ceps.§.2.Quid autem†ſi Princeps Romanus duobus diuerſo tempore feudum concederet, & poſteriori primo traderet, an.l.quoties,C.de rei vend. in iſta conceſſione locum hēat? ita ꝓ poſterior cui facta eſt traditio ſit potior, per. d. l.quoties.Iac.de San.Georgio in d.verbo Princeps.§.2.52.ſpeciali, hanc qōnem late explicat.inter alia allegando Ludo.Rom. conſi.cxcviij.tenentem,ꝓ prior ſit potior.Tandē diſtinguendo concludit, ꝓ aut ꝑ viā contractus Princeps diſponit, & ſeruandum eſſe.d.l.quoties . ex ſuo. n. contractu dominium non transferri ſine traditione.l.ſi ager.de rei vend.Aut ꝑmodum gratiæ,& tunc Lud.Roma.opinionem diuerſam ꝓcedere,&c.Ego in caſu noſtræ quæſtionis indiſtincte tencrem cum Ludo.Roma.ꝓ q̃uis poſteriori feudū ſit traditum,prio
9 rem.Conſtat†n.Principem cōtractibus ligari, niſi in magnū principatus ſui dānū ꝯxiſſet.Bal.in c.j.in tit.de feu. natura.& voluit ipſemet Iacobin.in §.2.præalle.in xxxi.ſpeciali. qui allegat Albe.l.1.de offi.proc.Cęſ.Denique ſi in ſacerdotiis vel, vt cum vulgo loquar, in beneficijs eccleſiaſticis hoc ſeruat̃,
10 vt ſi vni†beneficium cōcedatur,poſtea alteri, cui & traditio fiat,primū tñ p̄ferri.c.tibi qui.de reſcr.li.6.c.ſi tibi abſcuti. de præb.eo.lib.Io.An.in c.qui prior.de re.iur. lib.6. ita ꝓ ſententia Inno.Hoſt.Io.And.in c.continebatur. de his, quæ fi.a præl.ſi.conſen.d.l.quoties.in perſonis eccleſiaſticis locum nō habeat.Certe in Principe paria dicere debemus, qui nihilominus quā eccleſia,deceptionē cauere debebit,cum in Principe nihil ſit fide prælarius.in epiſtola,inter claras.C.de ſum. Tri.& fi.catho.Diximus de feudis regalibus,quantum noſtri
11 erat propoſiti, ad reliqua pergendum eſt. Sunt†autem alia feuda maiora quidem,ſed non habentia dignitatem regalē, vt ſi Princeps fundos in totum vel partem in feudū cōferat. facit.c.1.in ver.qui vero.in ti.quis di. Dux. Poteſt enim Princeps omnia feuda etiam inferiori concedere.Alua. in d.c.1. An.de Iſe. prout eum allegat Præpo. ita exemplificat de rectoratu,magiſtratu,aut præſidatu ,quæ tñ ſm eum non ſunt ꝑprie feuda,cū tātūmō fructus & redditus conceſſæ adminiſtrationis veniant.Cęterū hi,qui a Principe huiuſmodi feuda accipiunt,Capitanei pariter dici pñt,iaxta intellectum Al
12 ua.& Præ.d.c.j.porro†& a Ducibus,Marchionibus,& comitibus,feuda concedi pñt , quorum vaſalli valuaſores , Barbaro & illoto vocabulo dicuntur , quaſi ad valuas ſtantes, &c.quos & Barones Bal.nominat in c.j.qui feu.da.poſ. Præ-
13 tereа†hi,qui a Ducibus , Marchionibus,& Comitibus inueſtiti ſunt,ſeu a Cæſare,de feudo non regali, quos valuaſores maiores nominant,rurſum aliis infeudare poſſunt, vt militibus & nobilibus, qui minores valuaſores dicuntur , quos ēt Capitaneos nominare liceat,vt c.ſi Capitanei . & ibi Aluar. de feudo Mar.Et vt intelligas, ſciendum eſt Capitaneos tri-
14 pliciter nominari.†Primo ꝑ capitaneis Regni, vt d.cap.1.vt ſunt Duces, Marchiones,&c.q proprie Capitanei ſunt.Secūdo pro valuaſoribus maioribus, qui a Ducibus,& Marchionibus inueſtiti ſunt . Et tertiò(forte improprie) Capitaneos dixeris cos,quia Principe de feudo non regali ſunt inueſtiti,
15 ita vſus ſeruat hęc nomina.vt ergo†colligas,aliqua ſunt feuda regalia,quæ abſolutam & prærogatam nobilitatem habēt,quorum participes tātummodo ſunt Regni Capitanei , Alia ſunt non regalia,ſiue hæc a Principibus Romanis, ſiue a Regni Capitaneis ꝯcedantur,q̃ nō ꝙdē prærogatā , vt illa, ſed conſpicuam quandam nobilitatē exhibent,veluti. Baronum & aliorum,q melioris ſunt nobilitattis,quorum numero ſunt domini terrarum in Auſtria,qui & dominia.& ampla habent territoria,quæ ēt Baronibus æquiparantur,quos oēs ex feudalibus placitis,valuaſores maiores nominaueris. Quibus proxime acceduut hi , q meliores inter nobiles notæ ſunt,vt familia de Rechberg, Hattſtat, Pfirt,Dodmen,qui ipſi ſub ſe habent vaſallos nobiles.Porro qui a Valuaſorib⁹ maioribus,vt a Baronibus , & conſpicuis nobilibus , feuda accipiunt,ſunt quidem & ipſi nobiles , ſed mediocris nominis,quos minores Valuaſores nominauimus, qui & ipſi alijs feuda conferunt,nēpe Valuaſinis , aut minimis Valuaſoribus.(ad īculta. n. iſta vocabula,feudalis me cogit tractatio.) Cæterum ſub valuaſinis iſtis,priuatas perſonas, paganos & ciues,qui in plebe paulo nominatiores ſunt, intelligo prædictam declarationem ſub nube ſenſit Ia. de Bel. in prælu.feu. in.6.diuiſ.licet alijs verbis,& ſequitur Io. An.in addi. ad Spe. ſuper rub.de pręſcr.2.col.ad fi.in verbo , eſt autem dubium. Habes itaque,vt repetā,quatuor feudorum gradus . Primus eſt Ducum,Marchionum,Comitum, quos prerogatę nobilitatis nominauimus. Secundus , qui a prędictis feuda accipiunt.qui nobilitate conſpicui cenſentur, vt Barones & nominatiores nobiles,q ſunt Valuaſores maiores. Tertius Valuaſorum minorum,qui a maioribus infeudantur , q & ipſi nobiles ſunt. Quartus Valuaſinorum , q ſunt pagani & plebei,Et hęc quo ad conſuetudines feudales ſcriptas.Cęterum mores pro vſu laicorum variant.Nam in Germania noſtra Barones,Comitibus ęquiparantur.Porro & vſu venire videmus,ꝓ Princeps Romanus,item regni Capitanei, etiam his qui non ſunt nobiles feuda concedunt,vt plebeis, item Aduocatis,Procuratoribus , Scribis & alijs ſi. Primus ergo gra-
16 dus intra certā ſtat nobilitatē,vſq; adeo,vt ſi Ducatus†priuato concederetur,is iam & nobilis & Dux eſſet,ſicut Aeneas ſyluius ſcribit de primo. Bohemię Principe , qui arator fuit. Nouimus etiam,Decium, ita Phocam & alios priuatos , in Imperatores ſublatos fuiſſe.Secundus tantum nobilium eſt, ſi feuda ſint eius naturę,vt non niſi generoſis perſonis concedantur.Cæterum ſi vulgata ſit feudi natura, non ſequitur conceſſionem nobilitas,niſi alias per Principis diploma pro uideatur.Tertius gradus,licet frequenter nobilium ſit , etiā ad ignobiles tñ protendit,qui propterea nobiles non efficiū tur . Quartus gradus ꝑprius plebis eſt,licet etiam ad mediocris nominis nnbiles manus porrigat.Quę tanquam vera & vſu recepta ſeruabis,etiam ſi Doc.varient.In ſumma,omnes
17 laici , †quibus eſt bonorum adminiſtratio, viri vel fœminę, vel feuda renouare,vel bona propria in feudum concedere poſſunt,etiam ſi ruſtici ſint.Bal.in d.c. i.§.Marchio.& ibi Prępo.in ti.qui feu.da.poſ.Inn.Card.in c.verum de fo com.Quæ procedūt,ſi etiam ſint in mortis articulo. Nam & matrimo-
18 nia†eo articulo ꝯhi poſſunt,ſi contrahentes ſint rationis cō potes.ita Clau.qui allegat Car.conſi.xxxiiij.fa.l.ſanum.C.de tranſac.l.ſenium.C. qui teſt.fa.poſ. Bald. in c.innotuit. v.col. de ele.Fel.in c.prętерea.de offi.ord.Licet ſit argu.contra , l.7. di.c.j.vbi qni in mortis articulo baptizatur,non poſſet effici clericus.Sed rationem gl. ibi ponit. De hac materia diffuſe Alexan.in l.ſi quis poſthumos.de libe.& poſthum.De fœmi
19 na†aūt,ꝓ feudū dare poſſit tex.eſt in c.j.§.fœminā. in ti.per quos fi.inueſt.c.j.§.beneficiū.de capi.extraor. qui titulus frequenter non hī in impremiſſis vſibus feudorū , ſed ſextum eiuſdem tituli ponit Alua.in fi.ſui cōmenti. Ex hoc colligūt
20 Alua.Prępo.poſt Bal.in d.§.fœminā. ꝓ†fœmina pōt habere iuriſdictionem inter vaſallos ſuos.all. ca.j. de eo qui ſibi vel hęte.ſuis,c.dilecti.de arb.c.ſignificauit.de reſcr.gl.in l.fi.C.de arb.cum ſi.per Alua.Et ſic fœmina , licet ſit genus auariſſimum.l.ſi ſtipulata.in fi.de do.inter vi.& vxo.tñ donat, cum feudum ſit beneficium.Si tamē fœmina impndice viueret , & diſſiparet bona,tūc iſta infeudatio ei non ꝙcederetur , ar. l.ſed mulieri.de cura.fur.fa.tex.in l.fi.de actio.& obl.De mi-
21 nore †an infeudare poſſit? Dic ſi feudum eſt antiqnum vel paternū,tunc renouare pōt.c.j.& ibi ꝑ quos fi.inue.pupillus ſine tutore vt trāsferatur poſſeſſio nō poſſet l.poſſeſſionē pupillū.de acq.poſ.De feudo aūt inueſtire,ſi aliquē itelꝝ hret, poſſet etiam ſine tutoribus,vt ſeſe ab obligatione qua is vaſallus vel hęredibus,vel agnatis tenebatur liberaret, ar.Inſti. de aut.tu.poſt prin.fa.Bart.in l.ſi pupillus. de acq.hęr l.magis puto,§.ſi pupillus.de re.eor.&c. Et ſic cōcordantur Iac.Ard. in ſumma ſua,qui tutoris auctoritatē exigit, & Iac.de Bel.q contra ſentit,poſt gl.in c.per quos fiant inue. Idem per oīa de minore ſentias habente curatorem, qui pupillo ęquiparatur,l.ſi curatorem.C.de in integr.reſtituti. minor.Pupillus autem,& minor curatorem habens , antiqua feuda concedendo ſine auctoritate adminiſtratorū vaſallo obligantur, argu.Inſt.de auct.tuto.Vaſallus tamen , qui ab eis ſine adminiſtratorū auctoritate inueſtituram obtinuit, excuſatur, d.l.magis puto,§.ſi pupillus.de reb.eo.&c.fa.quę a Bar.& Al. in l.ſi ex legati.de ver.ob.l.ſi dictū.de euictio.tradūtur. Quid
22 autem †de his,qui alieno noīe adminiſtrāt,vt tutor,curator ꝑcurator,an feudum dare poſſint:certe tutor & curator antiqua feuda ſine pupilli vel minorum pręſentia , concedere poſſent:licitum.n.eis eſt bona adminiſtrare,imo ex cauſa ꝑbabili alienare,nō aūt in conſanguineos ſuos.d. l. magis puto, §.pater.de re.eor.&c.facit Auc. qbuſcūq:,C.de ſacroſan.ec, Idem in procuratore,cui eſt libera bonorū adminiſtratio.l.

Source : BIU Cujas

procurator totorũ.de proc. Prępo. capitu.j.§.ſed vtrum. per
23 quos fiant inueſt. per l.mandato. de procura. Noua †autem
feuda nec pupillus,nec minor,etiam cum adminiſtratorum
auctoritate,concedere poſſent ; & multo minus tutores &
curatores,niſi cum iudicis decreto,& cauſæ cognitione, Do
cto.d.c.j.per quos fiãt inueſti.& facit,d.l. magis puto. cum ſi.
Nunc de perſonis eccleſiaſticis videamus , Clau. ponit duas
regulas,affirmatiuam & negatiuam,quem in affirmatiua ſe
24 cutus,ſequentes concluſiones pono.Prima†Archiepiſcop⁹,
Epiſcopus Prępoſitus, Abbas, Abbatiſſa,feudum antiquum
ꝙ infeudari ſolitum ſit,in feudum dare poſſunt.c.j. reſpon.j.
qui feudum dare poſſ. Amplia concluſionẽ ad oẽs alios ec-
cleſiarum Prælatos, vt ſunt Plebani , & ad quoſcunq; cleri-
cos titulum perpetuum in ſacerdotijs habentes. ca. cum ab
eccleſiarum.de offi.ord.c.2.de iu.tex.in c.j.de cle. qui inueſt.
fe.gl.Doct.in d.c.j.qui feudum dare poſ. & eſt tex.in c. j.Epiſ.
& Abb.ibi,vel alia eccleſiaſtica ꝑſona, intellige concluſio-
25 ſionem,qđ quilibet prælatus†ſuperiorrem ſuæ adminiſtra-
tionis,non rem inferioris eccleſiæ infeudat.Papa autem, qa
cum omni prælatura eccleſiaſtica ꝓcurrere dr̃,feuda cuiuſli
bet eccleſiæ ꝓcedere poſſet,vt Doct.ſcribunt, Bal.d.c.i.col.2.
qui feud.da.poſ.in prin.Fely.in c.ad audiẽtiam.de reſc.De cu
ius dicti veritate altior fortaſſe faciẽda eſſet inueſtigatio, ſed
per me ſint omnia protinus alba,vt per ſius dicit. Et qđ dixi
26 de prælatis & clericis, etiam †de his qui de dilapidatione ſu-
ſpecti ſunt,intelligi debebit, qa nihilominus infeudare poſ-
ſunt.Secus ſi tanquam dilapidatores eſſent accuſati: tunc.n.
non poſſent,ita Bal.& Feudiſtę in ti.qui ſucceſ.tene. allegat
Io.An.in c.qua propter.7.col.de ele.Io.Blan. in ſumma hui⁹
tituli,tenuit per c.fi.de accu,c.licet Heli.de ſimo. Supradicta
27 concluſio non procederet in legato†de Latere:quia licet in
prouincia ei decreta id poſſit ꝙ Papa.Fely.in c.ad audientiã.
de præſcr.c.j.& fi.de offi.le. feuda tamen eccleſiarum inferio
rum in ſua prouincia conferre non poſſet,licet ſit ordinari⁹.
Bal.Alua.Præp.in d.c.j.qui feu.da.poſ.circa,4. col. Bald.alle-
gat.c.de eccleſiaſticis,25.q.2.vbi eſt elegans tex. qui legatis &
28 Papæ ipſi modum imponit.Secũda concluſio, Prælati†pter
capituli conſenſum res ſolitas infeudare poſſunt.Bal. d.c.j.q
feu.da.poſ.qui allegat,c.j. §.& in clericorum.ſi de inueſti.in-
ter do.& vaſallum lis oriatur.Sequitur Cal.in tit. de conſue.
conſi. vl.Fely.in c.cum cauſa.v.col.de re iud.Fed.de Sen. con-
ſi.cix.Et communiter etiam de conſuetudine ita tenetur , li-
29 cet quidam ꝙ nitantur.Tertia concluſio.Capitulum†vel col
legium prælatura vacante infeudat.Fely.in ca. cum olim.de
offi.or.in c.edoceri.de reſc.ibi latius per eum.Niſi eſſet eccle
ſia cathedralis:illa.n.ſede vacante uon poſſet. Claud.allegat
Abb.& Doct.in d.c.cum olim.& in c.illa.ne ſede vacan.Hoc
30 quoq; non ignores,abbatiſſam †& inferiores prælatos , ſine
ſuperioris conſenſu infeudare poſſe.Bal.in d.c.j.col. 5. q feu.
da.poſſ.vbi dicit,Abbatiſſam Abb ęquiparari in bonorũ ad
miniſtratione.Prædicta regula procedit, etiam ſi hoc feudũ,
quod deuolutum vel apertum eſſet , apud eccleſiam aliquo
tempore remanſiſſet,imo ſi primus prælatus mortuus eſſet,
deceret ſucceſſorem vt rurſum inueſtiret, dũmodo hoc feu
dũ ad eccleſiæ menſuram redactum non foret.Bald. in d.c.j.
de cleri.qui inueſt.feu.fe.& ibi Alua.idem in d.c. j.in j. opp.q
31 feu.da.poſ.Sed dubitabis,†quando feudum reuerſum,de mẽ
ſa eccleſiæ eſſe cenſeat. Et certe poſt varios opinionum flu-
ctus,obtinuit Bar.in l.ſi vacantia.C.de bo.vac.lib.x. Si.n.hu-
iuſmodi bona ſint in regeſtis, in libris cenſualibus eccleſiæ
per prælatum,vel eius officiales inſcripta , tunc eccleſiæ iam
incorporata cenſentur.arg.l.ſi quando,C.eod.ti. Panor.in c.
vt ſuper.de reb.eccl.non alie.Præpo.d.c.j.epiſ. & Abb.Pet.de
Anch.conſi.cv.qđ Clau.latius tractat loco præallegato,col.
17.18.19.Si autem bona huiuſmodi non eſſent taliter incor
porata,& cõſtaret ꝙ prælatus bonum vaſallum expectaret,
vel alia iuſta cã interueniret belli vel alia , tunc licet eccle-
ſia longoo tempore ea bona poſſediſſet, non propterea di-
cerentur eſſe de menſa eccleſię.Card.Imol.in d.c.vt ſuper.Si
autem non apparet cauſa;cur non ſtatim infeudaretur,tunc
eadem bona non ante cenſerentur de menſa eccleſię,ſecun
dum quoſdam,niſi poſt curriculum.30.anno. argu. c.ſi quis
per triginta-ſi de inueſt.contr. ſit inter domi.& agn. Si tamẽ
huiuſmodi bona deuoluta,eodem iure quo bona menſalia
tractarentur,ſ.per eundem collectorem colligerentur,in eo
dem calculo in rõnem ponerentur,& oĩno pari iure cẽſerẽ
tur,tunc decem anni ſufficerent, vt poſt de eccleſię mẽſa di-
cerentur.Bar.Bal.& Doct.in l.cum oportet.C.de bo.quæ lib.
facit.l.Procu.vbi bonus tex. de ꝓb. Cęterum ſi circa p̃miſſa,
cõditio,res:ſtatus, variaret,tunc iudicis arbitrio relinquitur,
quando de eccleſię menſa dicantur,argu.l.j.de iu. delib.cum
32 ſi.vulga. Quarta concluſio,feuda ſolita†infeudari etiam ad
eccleſiam reuerſa,non ſolum extraneis , ſed etiam prędlato-
rum conſanguineis,dummodo ſint honeſtę perſonę eccle-
ſijs non oneroſę concedi poſſunt,vt videtur velle glo. in ca.
decenter.lxxxix.di.& fa.c.non ſatis.cum.4.c.ſeq.lxxxviii. diſt.
Abba.in d.c.vt ſuper.ad fi.de reb.ecc.non alien. Et hęc com.
munis opinio poſt Iac.de Bel.d.c.j.qui feu.da.poſ.pro quo al
le.Clau.loco.ſup.allegato diffuſe.col.8. ſed cum aliquo tem
pera mento.Multi tamen probati viri tenuerunt contrariũ,
cum glo.in c.j.in ver.archiepiſcopus.qui ſucc.teneantur.cap.
j.§.i.ſi inter do.& vaſal.de inue.lis oriatur.& videtur eſſe ex-
preſsum in Aucten.quibuſcunque.C.de ſacroſan.eccleſ.quę
tamen Auct. nõ obſtat,quia loquitur de ęconomo,cui non
eſt tanta poteſtas,quãta prędlatis . vnde ſupra dicta concluſio
tenenda eſt,pro qua in argu.facit,quod Saluator noſter con
ſanguineos ſuos, viros honeſtos , Apoſtolos elegit.Alię va-
rię ſolutiones,quas dimitto , per Claud.recitantur. Quinta
33 concluſio,res tunc†dicitur infeudari ſolita, vel eſſe conſue-
tudo infeudandi,ſi conſuetudo illa ſit rationabilis,& nõ dã-
noſa,res ſaltem,xl,annis infeudata ſit.Binus autem inueſtiẽ-
di actus & poſtea,xl.annorum curriculum requiritur , & qđ
ex recipientis parte bona fides fuerit,licet An.de Iſer. vnum
actum ſufficere tenuerit,d.c.j.vbi glo.ambigua. qui feud.da.
poſ.Supradicta concluſio poſt varias Doc. opinio. quas Cla.
loco prędal.recitat,obtinuit,fa.ad d.concluſionem, d. ca.j.de
prędſcrip.lib.6.c.j.de rebus eccle.non alienand. c. cum de be-
neficio.de pręben.lib.6.Iacob.de Bel.Prępo.d.c. j.qui feu.da.
poſ.Verum ea concluſio temperari poterit, niſi Papa primũ
actum inueſtiturę firmauerit,tunc nõ eſt neceſſarium alicu-
ius temporis curriculum.Bal.in auct.quas ruinas.C.de ſacro
ſan.eccle.Idem ſi diuturnitas temporis dubia eſſet,& nõ be-
ne appareret de principio,ar.c.apoſtolica.de his,quę fi.a prę
la.ſine conſenſu capi.

34 **Secunda** regula negatiua.Prędlatus † inferior a Papa
res eccleſiæ inteudari non ſolitas,infeuda-
re non poteſt.Nec differentiam facio , ſiue iſtę res,vel bona
diu apud eccleſiam fuiſſent,vel nouiter acquiſita : imo ſi fa-
cta eſſet infeudatio,per ipſummet concedẽtem , vel per aliũ
cuius interſit,retractaretur,d.c.j.& ibi Doct. qui feu. da.poſ.
Panor.d.c.vt ſuper.de reb.eccleſi.non alie.fa. notata in cle.i.
eo.ti.gl.& Doct.in l.iubemus nulli.§.ſane.C.de ſacroſan. ec-
cle.Barto.in l.poſt mortem.& ibi Docto.de adop.cum ſi.Pa-
pa tamen res eccleſię etiam non feudabiles infeudare poſ-
35 ſet.Car.Flo.conſi.xcix.& ſup.diximus. Hoc tamen†non du-
SEptima huius libri pars duo capita habet. Primò, ad quid vasallus domino teneatur. Secundo, ad quid ediuersò dominus vasallo. Super primo. Et quidem †in feudo antiquo defuncto vasallo liberi ipsius vel agnati, a domino vel ipsius hærede, renouationem inuestituræ intra annũ & mensem, si milites sint, sin vero pagani. i. priuati, intra annum & diem, inuestituræ renouationem petere debebunt. glo. in c. i. quo tem. mi Quod intellige de militibus, qui actu & habitu sint in militia, non de ociosis, & discinctis. Cy. in l. de iur. & fac. ign. De prędicto autem tempore sunt iura feudalia. c. i. §. præterea. de prohib. feu. alie. per Fede. c. i. de capit. Corra. c. fi. de prohib. feu. alie. per Loth. c. i. quę fuer. pri. cau. benef. amit Circa quod & hoc notabis, q̃ si duo †hæredes in feudum succedãt, & alter alteri partem alienauerit, quòd fieri potest, vt per Alua. c. i. §. sed & res, per quos fiant inuesti. eo. casu is cohæres, etiam super parte in alium alienata, inuestituram intra supradictum tempus petere, & fidelitatem iurare tenebitur. Aluar. loco præallegato. Tempus autem, †vt sup. dicitur, prędixum, non nisi a sciente tempore currit hoc est, cum vasallus sciat, notitiam habeat feudi vacantis, glo. in d. c. i. super ver. infantia. in fi. quo tem. mil. Præpo. post Aluar. ibi, & alii Feudistæ. Item & iusta causa† excusat vasallum, & tuetur, eum ne dictum tempus ei sit fraudi. i. currat. Nam sicut de æquitate canonica impedito tempora non labunt̃. c. qui diuersitatem. & ibi Innoc. de concess. præbẽ. ita & in feudis. Si quidem inter dominum & vasallum ęquitati prędipue locus est. c. i. in ver. si quis enim. quib. cau. feud. ami. & est tex. in d. c. fi. de prohib. feu. alie. per Loth. Vnde excusari debet vasallus, si sit impeditus, dum nihil fraudis interuersetur. d. ca. fi. Est ergo tempus prędictum vtile, quo ad impedimenta, sed est continuum si impedimenta cessauerint, secundum Præpo. Sunt† autem iustæ, causę, mors, pestis, incursus hostiles, acres inimicitiæ, quę periculum probabile ingerunt, item incarceratio, captura vasalli, &c. quę omnia Prępo. post Doc. ĩ d. c. i. quo temp. mil. & d. c. i. quę fue. pri. cau. benefi. amit latissime prosequitur. gl. c. imputari. de reg. iur. lib. vi. fa. l. ii. §. fi. Bar. & Doct. ff. si quis caut. Debet, & loco† congruo peti, & concedi inuestitura. vnde non excusaretur vasallus, si vel loco, vel tempore in congruo, vt noctis, prandii, vel baleni, pereret. Præpo. post Aluar. d. c. i. quo temp. mili. ver. q̃ro an vasallus. allegat. l. qui soluturus. de solu. gl in l. more. de fer. glo in c. appellatio. de appel. lib. vi. gl. in c. cupientes. §. q̃ si per viginti. de elec. lib. vi. Nisi dominus alibi inueniri non posset, arg. l. iure ciuili. de condi. & de. Proinde si dominus locum suspectum, incommodum, pestilentem, inimicum, & ad quem non nisi magnis impensis veniri posset, prędigeret ad petendam, certe vasallus si se alio congruo loco offerret excusaretur. fa. l. de ætate. ff. ad Trebel. Excusatur† porro vasallus, ne tempore supradicto arctetur, si ipse feudum antiquũ non possideat, nec litibus possessionem recuperare possit, dum tamen nihil doli ei imputare possit. Alua. Prępos. in d. c. i. quæ fuer. pri. cau. benef. amit. qui allegat Guil. de Cu. tenuisse in l. solemnibus. C. de rei vendi. per l. forma §. si cum ego ff. de censi. q̃ & Bal. Saly. & Doc. sequuntur in d. l. solemnibus. fa. gl. in c. Titius si. de feu. contr. fue. int. do. & agn. quæ vult feuda alienata vsque ad xxx. an. reuocari posse per agnatos. Dic vt ibi fa. Card. in capitu. ii. de feu. & est tex. in c. i. §. p̃terea. de prohib. feu. alie. per Fed. vbi negligentia tantummõ vel incuria non petentis notatur. Idem † si vasallus rem esse ignorasset, qui excusatur, ne lapsus temporis eum premat. Bal. l. fi. C. si pend. appel. mors inter. fac. c. vasallus. cap. si vas. & ibi Prępo. si de feu. contro. fue. int. dom. & agna. Habet autem hæres † vasalli in feudo antiquo integrum anni, & diei tempus nec, tempora quę defuncto decurrerunt, ei nocebunt. Iac. de Bel. Alua. in c. i. post gl. quo tem. mil. q̃ latius. D. Franc. Cur. in xxii. causa priuationis prosequitur. Item & vasallus a temporis† cursu excusatur si inter duos dominos de hęreditate defuncti contentio sit, & vterque ad sese feudum pertinere asserat, dum tamen vasallus protestetur, q̃ penes non stet, &c. quo casu si vult, inuestituram a neutro, petet Old. consi. xxii. incipit. Ad quæstionem. Iac. de Ardi. in sua summa. argum. c. si vero de iu. pat. & l. si perlusorio. in fi. de ap. Quod si alter ex dominis hæredis controuersiæ possessor esset, inuestituram ab eo petendam Prępo. putat d. c. i. xi. colum. ver. quęro, quid si duo. Veruntamen si vasallus ab altero petere vellet, posset fortasse, sed cum protestatione de non prędudicando alteri, argum. l. fi. de petit. hęredita. l. ordinata. de lib. cau. l. prætor. ait in prin. de dam. infect. Ego eum casum de facto habui, dum inter Cœsaream maiestatem & ducem Bauariæ super territoriis contenderetur. Tandẽ† pupillus excusatur, qa tempus ei non currit, etiam si tutorem habeat. Bal. in d. c. i. quo tempo. mili. argum. l. fi. rem pup. sal. fore l. in negotiis. de reg. iur. gl. in d. c. i. Adulto tamẽ qui minor est natu, nisi inuestituram petat, tempora currunt, sed si lęsus fuerit, in integrum restituitur. argum. c. si minori. si de feu. contro. fuer int. dom. & agn. & Præpos. c. i. quo tempor. mil. qui allegat gl. & Bal. in c. i. de prohib. feu. alie. per Federi. Prædicta omnia in feudo antiquo procedunt: in nouo autẽ concedendo tempora variant. Nam si nouum feudum iam concessum sit, & moriatur dominus, iam vasallus ab hærede domini inuestituræ renouationem intra legitima quidẽ tempora. s. annum & diem, petet, quæ tamen tempora non sibi solum, sed & eius filio currunt, si intra annum vasallus decesserit, & non integrabuntur filio tẽpora, sed intra reliquum anni, quod vasallo viuo resederat, concludetur, quia in hoc nouo feudo filius patris personam refert. Præpos. d. c. i. in ver. quęro cum gl. in ti. quo temp. mil. qui allegat. Iac. de Belui. Nic. de Neap. & quędam alia. Circa prædicta scias, q̃ si †sint plures hæredes vasalli, isti aut diuiserunt bona, & is in uestituram petet, iurabitque, ad quem feudum peruenit. aut feudum est retentum in communi, vel est indiuisibile, tunc omnes hæredes, & petent, & iurabunt. Possunt tamen unũ ex eis eligere tanquam curatorem vulgo enim, trager, qui omnium nomine inuestituram petet, & iurabit. c. omnes filii. ibi Aluar. Prępo. si de feu. contro. fue. & hoc vltimum. Eodem iure ciuitas vtitur, vt vnus ex his deputetur, recognoscat, & ita de facto seruatur. Cœterum †si dominus morereẽ pluribus relictis hęredibus, an sit omnibus iurandum, & ab omnibus inuestitura petenda. Doct. controuertunt gl. & in d. c. omnes post argumenta & disceptationes, cum Pyleo tenet, omnibus esse iurandum, q̃ & Alua. & Præpo. post multa sequũtur. & idem Alua. in c. i. §. præterea. ii. in i. oppos. de prohib. feu. alie. per Fede. Possent tamen hæredes domini defuncti (ut etiam supra diximus) vnum eligere a quo inuestitura peteretur, & cui omnium nomine iuraretur. argumẽ. l. quod si nolit. §. si plures de ędil. edic. Vide Spec. in ti. de feud. §. quoniam ver. xxix. Et citra melioris veritatis præiudicium sufficere credo, si uni omniũ nomine iuretur, nec vasallũ, ut omnibus hæredibus iuret cogi, posse, & ita apud Germanos nostros seruatur. Veruntamen omnibus hęredibus vasallus ad fidelitatis capitula adstrictus est. Si tamen †maxime omnibus iurandum esset, pro communi opinione, a qua recedere difficile est vasallus, tamen non ad plura tenetur seruitia, quam erga defunctum tenebatur. argu. l. ne in plures. ff. de exercitor. Vnde isti plures hæredes aut conueniẽt inter se, cui seruitium prędtetur, aut vasallus nulli præstabit argu. l. ęquissimum. l. quoties de vsufr. Vasallus† porro inuestiturã cum honoris prędatione petere debet. pulchre. gl. fi. in c. j. per quos fiant inuest. & se ad iuramentum fidelitatis prędtandũ offerre. Debet tamen inuestitura verbalis & abusiua prędcedere. c. i. quid prędced. deb. an fid. vel inuest. Et hoc si feudum nouum. Realis vero inuestitura, id est, possessionis traditio, fidelitatis sacramentum sequitur. c. i. §. inuestitura. de no. for. fi de. Si tamen iste ordo non seruaretur, nihil referrat. l. moribus. §. prius autem. de vulg. & pup. qui ordo ex intellectu satis cognoscitur, id quod & supra attigimus. In feudo tamen antiquo in quo nõ datur possessio, renouationẽ p̃cedere debet iuramentum, quia dominus tãquam caput ex parte sua prius implere debet, vt Alua. Prępo. in d. c. i. prędced. deb. Sacramenti† prędtandi forma satis diffuse in c. i. de no. for. fi. traditur, q̃ sacramentum in summa hoc continet, nempe iurabit vasallus, q̃ nec consilio, nec auxilio, sciens adesse velit tractaui quo domino, vel uitę, vel membro, damnum adferatur, in vllam ve iniuriam, vel lęsionem incidat, aut honorem quẽ habet, vel habiturus sit, perdat. Quinimmo si scierit, audierit, cognouerit vllos talia moliri, si possit, impediet, aut dominum commonebit, & denũtiabit ei. Prędterea

domino

Source : BIU Cujas

domino iustis ex causis bellum inferenti, aut sese defendere volenti, suppetias ferret, auxilio & consilio aderit. Item res domini amissas pro viribus recuperare perget, secreta non pandet, & nihil eorum vel faciet, vel procurabit, quę ad domini vel suorum iniuriam aut cōtumeliam respiciant. †Et licet contra dominum vasallus nihil niti debeat, nec vllo adesse contra eum consilio, si tamen ea consuleret, quæ in rem domini aut territorii tenderent, etiam si personæ domini per hoc incommodaretur, nihil offenderet, vt si dominus delirus esset, furiosus, mente captus, prodigus, tyrannus, tunc enim posset interesse consilio, vt carceri manciparetur vel castigaretur. An de Iser.d.c i.de for.fid.arg.l.vt gradatim. §.j.de mune.& hono.allegat.l.i.C de emenda.propinq. Præpo.d.c.i.de no.for. fidel. Pro prędictis facit singulare dictum Bal. (licet nemo alleget) in l.i.C.de sent.præf.prę. vbi dicit, eum qui contra commune consulat, dū recte consuluerit, bonum, nō malum esse hominem. Supradictum †iuramen tū breuioribus verbis complecti videas in d.§.i.de for.fideli. Iurabit enim incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. Quippe dominum incolumem seruabit, ne suo corpore ei aut suis existat. Tutū, ne secreta reuelet, vel munitiones quibus tutus est dominus, prodat. Item ea, quæ domino, & suis personis, & rebus sint honesta, vtilia, facilia, possibilia, non vertat in contrarium, vt damnosa, inhonesta, impossibilia, difficilia appareant. Potest & vasallus iurm generale præstare. s. ꝙ domino in antea fidelis erit, sicut vasallus domino debet, nec commissa reuelabit. c.i.qual.vasal.iur.deb. & hoc iuramentum sufficeret, sed propter simplices, qui non nisi ꝑ indiuidua ducuntur, prædictę formæ prolixiores inuentæ sunt, vt dicit tex in d.ca.i.de no.for. fide.in Germania nostra breue iuramentum vsu receptum est. Hodie enim vasallus iurat domini vtilitatem proferre, & incōmoda propellere, parereque, cum paribus in iure dicundo. Sūt & subditis sua iuramenta, his quæ iam diximus non absimilia, maxime ex Germanię consuetudine, quę in talibus inspicienda est, vt dicit And.de Iser.Bal.Alua.in d.c.i.qual.vas.iur.deb. Ex †prędictis iuramenti capitulis & nexibus non est alienū sentire, ꝙ inducant quādam velut vmbram seruitutis. ita Bald.in l. quoties.in prin.C.de suis & legi. Attamen gl.in c.i.in ver.salua.de mili.vasal.qui contu.est. vasallum liberto æquiparat, ꝙ an verum sit, dixi in intel.meis, in §. libertus. Circa † quæ non prætereundum est, ꝙ cum papa a Comitibus, vel Imperator ab ecclesiis, feuda accipiunt, sunt respectu feudorū, inferiores dominis, a quibus inuestiuntur, licet absolute supremi sint. Bald.in l.sed si hac lege.§.si liberta.ff.de in ius uocan. Nec omitto, ꝙ vasallus †fidelitatis iuramēta aut per se', aut per procuratorem specialem præstare potest. d.ca.i.§.personam. per quos fiat inuesti. Ciuis autem iuramentum ciuitati debitum, & subditus domino, personaliter præstare coguntur per procuratorem hoc explicare possent. ita Bald. in l.i § ne autem.ad fi.C.de cadu.tollen. Sic ediuerso iurm ea in re præstitum, non nisi personaliter resignari poterit, vt eadem via sit distrahendi, quæ contrahendi fuerat. argum.l.nihil tam naturale.de reg.iur.& gl.in l.ab emptione.de pac.& ita de facto seruatur. Debet autem vasallus † in iuramento suo excipere Imperatorem, & si quem antiquiorem dominum haberet, alias contra omnes iurabit, vt in sequentibus latius patebit. c.i.§.fi.in ti.hic fi.lex incip.regn. conf.c.i.in fi. de prohi.feu.alie.per Fed. Si vasallus itaque diuersis temporibus duo feuda a duobus dominis acquisierit, sine dubio antiquiorem excipiet, eo tamen vita defuncto, relictis duobus filiis qui feuda diuidant, vt Titio vni ex filiis antiquius Seio alteri fratri posterius feudum obueniat, quilibet iurabit suo domino, nemine nisi Imperatore excepto, cum neuter antiquiorem dominum habeat. Verum Seio posterioris feudi possessore sine filiis mortuo, frater Titius qui ei succedit, cū ambo feuda in manum suam venerint, sicut in patris erant domino posterioris feudi, in quo successerat absolute iurare non tenebitur, nisi domino antiquioris feudi excepto, vt sic res ad naturā suam quę in parte erat, reuertatur. Et dicit †Al. valde notabiliter, ꝙ qualitas formalis feudorum per diuisionem factam, non alteratur. ita tex. licet aliquantisper obscurus, quem glo.non glossauit, in ca.satis.ibi pulchre Aluar.de prohib.feu.alie.per Loth. Et idem per omnia iuris est, si Titius frater antiquioris feudi possessor decessisset, Seius enim posterioris possessor fratri succedendo, dominum posterioris feudi, vt iuramentum renouet, vt sic antiquiorem dominum excipere possit, commonere potest. Et si dominus nolit, adhuc prioritate tēporis ordine intellectus, antiquior dominus exceptus censebitur. argum.d. l. morib.de vulg.& pupil. ita Aluar.d.c.i.§.fi.in ti.hic fin.lex. & in d.c.satis. Et sicut Imperator semper excipitur, ita patriam semper excipiendā dicit Alua.d.§.fina.in fin.hic fi.lex. & d.c.i.de form. fidelitat. Ex prędictis iuramenti capitulis solers homo facile colligit,

vasallum in pluribus domino teneri, qui †quęcunque ad domini offensionem tenderent, cauere debet, & oportet, non solum cum est vasallus, sed etiam cum feudum refutauit. ca. i.in fi.de vasal.qui cont.consti.Loth.feud.alie.& ibi glo.egregia, quæ docet, ꝙ memoria prioris beneficii non debet abo leri. Sic Decurio †deposito officio torqueri non debet. l. fin. de decur. Sic seruus a domino non torquetur, in prioris beneficii memoriam. l.extraneo.§.vnus.§ seruus.& ibi gloss.de quęstio. Sed quantum ad seruitia præstāda, hoc iure utimur ꝙ vasallus †quamdiu feudum, tenet & non vltra, domino iusta bella mouenti tenebitur, etiam si dubitetur an sint iusta. Nec enim in talibus exquirendis, iuxta Ciceronis sententiam, curiosus esse debet. Pręstabit autem ea seruitia non nisi requisitus. Vnde si vasallus †per centum ann. staret, quod super seruitiis non flagitaretur, per hoc nō perdet feuda, nisi dominum obsideri sciret, aut imminens periculū ei instare, tunc enim vel non requisitus auxilium pręstare tenebitur. hæc probantur in c.i.in prin.& §.ii.& iii.hic fi.lex incipi. &c. d.c.i.§.licet.si de feudo fue.contr.inter do.& agna.c.i.§.fi. an ille qui interf.frat.do.c.i.in fi.de alie.feu.pat.in quibus iurib. prædicta concorditer patere possunt. Requisitus vero vasallus, dominum in bellis iustis, vt prædicitur, sequi tenetur, eūque defendere, & purgare, contra omnes, etiam contra posteriorem dominum, si antiquior dominus bella moueat, ꝑ Iac. Ardi.in summa sua. Alua.d.§.fi.hic fi.lex.qui allegat bonum tex.in d.c.i.§.illud.de prohib.feu.alie.per Fe. an autem contra †patrem, filium, fratrem. tex.in d.c.i.§.fi.& ibi gl.in ti. hic finit lex. id ipsum tenuere. Et est communis opi. ꝙ licet hoc durum sit, & rationi naturali obsistat, seruandum tamē esse in feudis, cum lex consuetudinis sic scripta sit, argum.l. prosp exit.qui & a quib.manumis. Ego audacter cōtrarium dico, videlicet, filio contra patrem non esse pugnandum. Cum enim contra pręcepta diuina sit patrem offendere, ea pręcepta sine dubio pluris sunt facienda, quam priuatæ istæ consuetudines, cum hoc loco maxime sunt abominabiliter iniquę, quę nō solum apud Christianos, sed etiam apud Ethnicos, contra pietatem parentibus ex natura debitam, sceleratissime pugnant. Quod si filius † patri alimenta propter dominum subtrahere non posset, vt Bal. in d.c.i.de no.for.fi de. sentire uidetur, quo iure recipias ꝙ ei uitam adimere possit? Quibus consequenter & hoc verum esse non puto, quod Feudistæ volunt, ti vasallus in mortis periculo constitui videret hinc patrem, illinc dominum, & alteri opem ferre posset, vtrique non posset, pręferri debere dominum. d.§.fin.hic fi.lex. Nam & idipsum pari iniquitatis & sceleris morbo inficitur. Quod si vasallus domino auxilium contra patriam ferre non tenetur, vt Spec.in ti.de feu.§.quoniam. ver.xvi.q̄ritur.ad fi.sentire, videtur quomodo patrem auxilium ferret, cuius reuerentia patrię, cęteris paribus præfertur, vt ex Decalogo cognoscitur. Non †ob.quod Spe.patrē pro patria interfici posse putat. per l.minime.de reli. & sump. fun. quia hoc non est verum, nisi in patre qui patrię proditor sit, nec d.l.minime.alter quam in proditionis casu loquitur. Sed ex eo non consequitur, quod hoc generaliter liceat. Nam male ab vna particulari ad vlem arguitur. fa.gl.in l. a diuo, in prin.in ver.a se.ver.sed licet. de re iudi.cum si. Item & contra †seipsum vasallus auxilium, opemue domino ferre non tenetur cum in omni dispositione & pactis in genere initis, persona loquentis excipiatur. gl.in c.peritio. de iureiu.tex.& quæ ibi traduntur, in l.inquisitio.C.de solu. Doct. in d.c.i.§. fi.hic finit lex.cum si.ita ꝙ si tibi castrum vel arcem contra quemcunque aperire promitero, contra me ipsum aperire non teneor. Quod † certe validum pręstat argumentum, qđ nec contra patrem meum pugnare sim obligatus, qui pater & filius vna censentur persona, & vox patris, vox filii. fa.l.fi. C.de impub.& al.subst.it. Hoc vero non negamus, vasallum domino opem ferre oportere contra fratrem, quo loco iura feudalia suæ auctoritati relinquimus. Nobiles equidem fratres vidi (quorum alter mihi familiaris erat) qui cum diuersis dominis seruirent, in conflictu militari alter alterum captiuum cepit. Hoc quoque †non est ignorandum, ꝙ vasallum non vitabit, nisi certam sibi mortē imminere videret, tunc enim vitam suam, vitæ domini pręferret. Bal.in c.i.uer. v.quæritur.in ti.quib.mo. feu.amit. & videtur pro hoc text. in c.ii.de feu.sine cul.non amit. Porro †si uasallus grauiter uulneratus discederet, non esset culpandus. Bart. in l. si quis in graui.in prin.ad Sylla. Idem si dominum mortifere uulneratum relinqueret. gl.Bal.d.c.i.quib.mod.feu.amit. versic. ii.quæritgl.quod intelligo, si uasallo uitę periculum immineret, & is quasi ultima necessitate ad actus abiret, alioqui dominum tam grauiter uulneratum relinquere non debet argum. Euangelici Samaritani. Cœterum in bello notoriæ iniusto vasallus obedire non tenetur, nisi ad domini defensionem, non alterius offensionem. Bal.in d.c.i.ver.no.ergo.

Bar.

Source : BIU Cujas

Bar.in d.l.ſi quis in graui.§.ſi maritus.ad Sylle.Ang.in l.excu
37 ſantur.§.ſi quis eo.titu.Idem † ſi dominus eſſet excommunicatus vel bānitus aut rebellis iudicatus vaſallus huiuſmodi cenſuris durantibus ab omni ſeruitio relaxatur.gl. & Doct. in d.c.i.in ti.quo tempo.mil.Bal.in d.ca.i.in titu.hic finit lex.
38 Io.And.in c pia.de excep.li 6.Si tamen †vaſallus excōicatus eſſet, vel cenſuris preſſus, dñs ſeruitia nihilominus ab eo exigere poſſet.Præpo.ī c.i.in ti.de alie.feud.in fi. prin.allegat. ca.inter alia.de ſenten.excommuni.Ant de But.in ca.nuper.
39 eo.ti.Item ſi rex vaſallos.Baronis †in auxiliū vocaret,Baro autem ſe excuſaret, qui forte propriis bellis eſſet implicitus iam preferretur regis cauſa,vt pote,ꝙ in ea verſetur publica Spec.in ti.de feu.§.quoniam verſi.xvi. Tenentur quoque vaſalli comitari dominos qui principem Romanum Romā conducturi ſunt. Idem ſi domini vaſallorum contra hoſtes
40 imperii Romani proficiſcerentur.Olim †enim qui dominū nō comitabatur, dabat pro modio fructuum xii. denarios in Lombardia.in Alemania verbo tertiam partem fructuū feudalium eius anni pendere cogebatur.Hodie alio iure vtimur qui vaſallus vocatus vt dominum comitetur, aut ipſe venire, aut alium æque bonum, & domino acceptabilem mitere debet,vel certe dimidium fructuum feudalium eius anni,domino ſubminiſtrabit,alioquin feudum perdet. Hęc habentur.in c i §.ſimiliter.de capi.Corra.& c.i.§. firmiter.de
41 prohib.feu.alie.per Fed.& ibi Bal.& Doct. & in ſumma †vaſallus iuramenti fidelitatis ratione domino,non ſolum reſpectu feudi quod habet, ſed proprium ſuorum bonorum reſpectu in his,quæ ex perſona ſua ſunt explicāda,adſtrictus eſt.ita Ioan.de Ana.eleganter conſil. vii.qui allegat Spec. in ti.de feu.§.quoniam.verſ.xvij.quæritur. quia qui perſonam ſubiecit domino,etiam eius bona cenſebitur.argu.l. ſi pater in prin.de adop.qua propter vaſallus inimicos domini prohibere,& arcere tenetur,non ſolum ne per territoria feudalia commeatum habeant,ſed per terras ſuas ꝓprias arcebit, nec hoſpitalitatem eius præſtabit nec vlla familiaritate vel conſuetudine ſeſe eis communicet, ſed quantum poteſt ꝓ ſe & ſuos eis reſiſtet,vt late Io.de Ana.d. conſ.vii.& Raph.
42 Cum a.elegāter conſ.clxi.quaſi per totum An autem †vaſallus propriis ſumptibus domino ſeruire teneat? Dic teneri, argum.l.ſuo victu de oper libe.Spe.in tit.de feu. §.quoniam. ver.xxii.Bal.in c.i ad ſi.prin.ver.alia quæſtio formatur. de capit.qui cur.vend.& ibi alii Doct quod maxime verum eſt,ſi feudum pingue ſit,& opulentum. Nam ſi tenue eſſet,& vaſallus pauper, tunc forte non teneretur. Pacta tamen feudalia,ſi qua forent,inſpicienda ſunt.Moribus noſtrę Germanię uaſalli curiam domini pro iure dicundo propriis ſumptibus accedunt. Denique ſi dominus extra territorium in remota loca proficiſceretur,uaſallus qu idem eum ſequi tenetur niſi dominus vagari pergeret, ſed a ſumptibus excuſatur.Bal.in d.c.i.de capit.qui cur.vend. Idem in c.ad hæc. poſt prin.ver.& eſt argumētum.de pac.iur.fir.idem Bal.in l.quoniam.C.ad l.Iul.maie.Inno.in c ſicut.de iureiuran. Bald.in l. Męuia.§.fi.de annu.leg.Præpoſ.in d.c.i.ad fi.princ.de no.for. fide.& in d.§.ſimiliter de capit.Corra. Si porro dominus inops eſſet,& neceſſitate propter bella preſſus,vaſallus autem dives, hoc caſu is vaſallus manum ei ſua pecunia porrigere
43 teneretur.Veruntamen † dominum creditoribus preſſum, ęrequegrauatum alieno,ſubleuare vaſallus nō tenetur, aut debita ſoluere,nec dominum pro debitis carceratum liberare,quia poteſt ipſe ſibi conſulere cedendo bonis, niſi forte credita propter vaſallum eſſent contracta.ita Alua.Præpoſ. in c licet.ſi de feu.contro.fuc.inter do.& agna.allega.l.curatores §.filium de admi.rer.ad ciuit.pert. l.decurionibus,ff.de decur.glo.in ca.quicunque xvii.q.fi.Spec.in ti. qui fil.ſint legiti.§.i.verſi.ſed nunquid dominus.arguit pro & contra Bar. in l.alimenta §.imperator.de lib.agn.contrarium ſenſiſſe videtur,ſed ſuperior doctrina eſt communiter recepta. His cō
44 ſequens eſt †quod vaſallus etiam alere non tenetur dominū inopem,niſi ex vaſalli facto,inops factus eſſet. Bald. in l.i. §. ſed ſcimus,C.de lat.li.tol.& per alia iura iam proxime allegata.Libertus tamē patrōnum alere tenetur,& in hoc vaſal
45 lus eſt melioris conditionis.Item vaſal.† ad eam reuerentiā tenetur,vt dominum ſine venia non vocet in ius. Alexā. in l.generaliter.de in ius voc.gl. in c.i.ad fi.de mili.vaſal.qui cō tu.eſt Spe.in ti.de feu.§.quoniam ver.xvi.quęritur.Iaſ.tamen in l.ſi non ſortem.§.libertus,de condi. indeb.contrarium tenet.Remitto me ad ea, quę in intel.meis ibi dixi. Hoc tamē
46 conſtat,ꝙ vaſallus † contra dominum actionem famoſam intentare non poteſt.tex.in d.c.i.ad fi.& ibi Aluar.Præpoſ.de mili.vaſal.qui contu.Sed nec interdicto, vnde vi, experiri.l. i.§.interdum,de vi.& ui.arma.ſed actionem in factum ſimplicem proponat.Abb.ī c.cœterum.de iud.fa.l.ſi ſuperſtitis. C.de do.Spec.d.§.quoniā.d. ver.xvii.Licet Iac.de Sā. Georg. contrarium teneat, ſed male, & nullam rationem quę
47 ſtringat, adducit. Tenetur † etiam vaſal. domino ſuppetias ferre, vel conferre ſubſidium pro filia nuptui collocanda. Spec.in ti.de feu.d.§.quoniam.ad fi.ver.& no. Hoſti. in ſumma de immu.eccl §.i.ad prin. Marti.Lauden.ca.i.an apud iudi vel do.feu.quæſt.term. Quod tu etiam extendas probabiliter ad filiam ſpuriam, cum iure pontificio,pater teneatur ad alimenta.cap.cum hęret.de eo qui dux.in vxo.quam poll.p adul.Bar.& Bal in auct.ex complex.·C. de inceſt.nup.
48 prepoſi.d.c.i.§.ſimiliter.de capit.Corra.Si †autē dominus filium ſuum Doctoris dignitate inſignire pergat,vel ſi terram vel uillam aliquam emat, aut ſi ſit captus non pro debitis, putat Spec.d ver.& no.etiam tunc ſubueniri a vaſallo. Attamen Ioan.And.contrarium ibidem tenet.Conſuetudo ſpeculatori,quo ad filiam collocandam,ſubſcribit,non quoad alia.Verior enim eſt opi.Io.An.in aliis caſibus,ut pet Alua.
49 in d.§.ſimiliter.Vaſallus †quoque requirente domino, feudi confines qui ſint, quoue protendant, oſtendere tenetur, alias omnia vaſalli bona feudalia cenſerentur.Hoſt.in ſumma,in tit.de feud.§.vt autem.Spec.de loc.§.nunc aliqua.ver. lix.cum duob.ſeq. niſi vaſallus confines probabiliter ignoraret tunc enim dominus vaſallum certificare compellitur Alua.in d.c.i.§.illud quoque.de prohib.feu.alie.per Fed.Va-
50 ſallus †autem vniuerſitatis,ipſi vniuerſitati, nō ſingu.perſo. obligatus eſt, vñ ſingulas pſonas offendere impune poſſet, excepto adminiſtratore,cui ad ſeruitia tenetur.argu.l.ſed & ſi.§.qui manumittitur.de in ius.voc.argum.c.in quibuſdam de pœn.Et ſufficeret ſi ab eo inueſtituram petat.argu.l.phibere.§.ii.l.aut qui aliter.§.idem quod ui aut clam l. municipes ad munici.Circa prædicta vide Alua.d.ca.i.§.pręterea.ii.
51 de prohib.feu.alie.per Fed.† Tādem ita feudum adminiſtrare tenetur vaſallus,vt eius conditio non deterior fiat gl.ca.i. de alie.feu.pat. Vnde uaſal.non poſſet incidere arbores fructiferas,vel feudi ſubditos male tractare Alu.in ti. de pac.te. §.quicunque.ver.not.ſecundum lec.alleg.l.ſi cum dotem. §. ſi vero.ff.ſol.ma.l.impator.ad Treb.c.ſi de acc.Et poſſent ſubditi de vaſallo conqueri coram domino,vt ibidem.Certe vaſalli Germanię,noſtrę cum ſuper rebus feudalibus experiūtur, ea ſeſe doctrina ſepe numero excuſāt, qua ſe obligatos eſſe dicunt,vt feudi cauſam meliorem faciant,& in veritate tamen ſui lucri cauſa,non propter, feudi commodum litē
52 capeſſunt.Item † vaſal. feudo ſeruitutem imponere non poteſt in directi dominii præiudicium quod, dominus habet, ſed in ſuum preiudicium poſſet,vt pote, quamdiu poſſideat maneat ſeruitus eo decedente ſit extincta, & ita extincta vt nec,præſcrip.lon.temporis,ea ſeruitus firmaretur, niſi forte dominus ſciens non prohibuiſſet, capitu.i.quid ergo. & ibi Doct.de inueſt.de re alie.fac.c.i.§.pręterea.de cap.Corra. Meliorem facere conditionem vaſallus poteſt. Aluar. in c.pręterea. Vnde uectigalia colligere poſſet ſi, alius ex regalibus hoc liceret.ita Sig. de Homo.conſilio.108.eleganter,vbi loquitur de principe qui erat vaſallus Comitis.

54 Nunc ad ſecūdum punctum, ad quid dominus teneatur,in quo breues erimus. Et certe †quia obligatio feudalis vaſalli ad dominum,& domini vaſallum,eſt reciproca,vnde ad ea quę iurat vaſallus,& quę fidei ſunt, ſecuritatis,& defenſionis,ad ea etiam dominus vaſal. tenebitur, vt.ſ.vaſallum contra oēs,nemine excepto, defendat, ſaluis tamen his quæ.ſup.circa parentes diximus,in cauſa,iuſta,& omnia alia quę.ſup.in iuramento fidelitatis expreſſa ſunt, ſeruabit. Alua.in d.§.contra omnes in ti.hic finit lex.(quam determinationem Bal.ibidem ſanctam,& terribilem eſſe dicit.)Et ſi non faceret,vel culpabiliter negligeret,proprietate feudi priuaretur,gl.in d.§.omnes fa.c.i.quali.do.prop.priue.
54 Non tamen †iurare,ſicut vaſallus tenebitur, & in hoc plus eſt in domino quam in vaſal.d.c.i.ad fi.de for.fidel. Nam & liberto patronus non iurat.fa.l.qui bona §.pe. de damn. in fec.Bal.in l.liberti ad fi.C.de oper lib.cum ſi.per Alua. Dicebat tamen Abb.in c.breui.de iureiuran ꝙ dominus ex vrbanitate ſolum teneretur, & non eſſet ei ſtatuta pœna ſi non faceret quod tamen verum non eſt,imo tenetur, ſed extra iuramenti,& ſi non ſeruet, priuabitur, ut iam diximus.fac. Alexan.conſi.xv.col.ii.uer.ſed dominus feudi. in 5. uolum.
55 Franc.de Aret.conſi.xii.Præterea † tenetur dominus iurato uaſallo inueſtituram realem tradere.c.i.in fi.de no.for.fidel. Ad hoc,ſi ſub conditione uel ad diem dominus feudum cō ceſſiſſet,ueniente,uel die uel tempore, aut conditione,inueſtituram & ipſe,& eius hæres implere tenentur.Ex quo relucet feudum eſſe contractum.argum.Inſti.de uer.ob. §. ex cōditionali.& pro prædictis tex.eſt in c.i.qui ſucceſ.tene.titu.ii.
56 Poteſt †autem dominus ut etiam ſup. diximus, feudum ab uno poſſeſſum,alteri in tempus quo uacabit promittere, & tenebatur uacationis tempore promiſſionem implere. At uero feudum ab altero poſſeſſum,pure concedere non liceret,niſi vaſallo cōſentiente.c.i.qui.mo.feu.amit.§.pręterea,

c.j.§.

Source : BIU Cujas

c.j.§.moribus.ſi de feu.contro.fue.inter do.& agna.c.ii. quo
57 tempo.mil. Deniquę†nec vendere vel in alios transferre feu
dum dominus poſſet inuitis vaſallis,quia intereſt ſubditorū
non mutare dominum.ca.j.§.ex eadem.ibi Alua.de le.Cor-
rad.ſicut etiam nec princeps ciuitatem vnam ex ciuitatibus
alienare poſſet.Bal.d.c.in generali.ſi de feu.contro fuer. &c.
Hoſti.Ioan.An in c.dilecti.de maiori. & obe. Hęc vera, niſi
totam curiam vel territorium dominus venderet, vel trans-
ferret,hoc expreſſo,quod iura feudalia tranſirent:hoc enim
poſſet,ſicut alius quilibet dominus.d.§.ex eadem. & fa.tex.ī
58 c.i.de capit.qui cur.vend.d.c generali.Quia†multa cum vni
uerſitate tranſeunt,quę ſeparatim non tranſirent, ſicut etiā
iura patronatus in eccleſiis. l. quędam.de acquir. rer.do.l.in
modicis.de contrahen.emp.& ita intelliges, & Alu. tempe-
rabis,& Præpoſ.in c.i.§.prętereа.iij.in vlti no.& oppo. ſuper
glo.ſi de prohib.feu.alie per Fed.Alias non bene dicerent ita
generaliter decidendo Et hanc diſtinc.quam meam eſſe cre
didi,eleganter attigit Alex.conſi.xv.colum. vii. colum. v.Si
59 tamen †dominus curiam ſimpliciter venderet,& iura feuda
lia non exprimeret,non cenſerentur includi feuda.c.i. & Al
ua.rationem ibi ponit,de Capit qui cur.vend.Nam in gene-
60 rali diſpoſitione uel obligatione†non veniunt illa, quę ſpā-
liter non pręſumerentur obligari.l.obligatione.de pig.Item
61 vaſallum alteri delegare dominus†non poteſt,cum transla
tionis ſpecies ſit,argum.tot.tituli de nouat. & deleg. Vnde ſi
cut uaſallus feudum transferre non poſſet,ita nec dominus
vaſallum.Alua.poſt Dy.d.§.ex eadem.de leg.Corr. Cy.in l.j.
C.de noua.Et ſic ius vaſalli plenius eſt quam liberti, quia is
delegari poteſt.d.l.ſi non ſortem,§.libertus.de condi.indebi.
Tu uide,ne uaſallus & libertus in hoc pari iure utantur, nā
nec libertus,ut patronum mutaret, alteri delegari poſſet.d.
§.libertus.ad ſi.uer.ſed & ſi delegatus.Vnde quod dicimus,li
bertum delegari poſſe,ad operarum fabrilium(dummodo
certe ſint)commoditatem referendum eſt, uti de hoc text.
62 eſt expreſſus in d.ver.ſed & ſi delegatus.Cui† conſequens eſ-
ſe puto quod,ſi uaſalli ſeruitia in operis fabrilibus eſſent,&
feudi dominus operas ei certas indixiſſet, alteri commodi-
tatem earum delegari poſſe,dum uaſalli non intereſſet hic
uel alteri inductas operas perſoluere, alioquin incertorum
ſeruitiorum uaſalli commoditas, alteri delegari non poſſet
ex ratione ſupradicta.Et intelligo Aluar.d.§ ex eadem,in ſi.
dum And.de Iſer.hoc ſentientem allegat. Nam & uaſallus
feudum ſuum alteri ſubfeudare, non aliter quam citra dñi
damnum poterit.Non ignoro,multa adhuc ſuper uaſallis&
dominis dici poſſe,ſed quia breuitati ſtudere uolumus, om
nes angulos,perquirere non eſt animus. Prętерea in titu.ſe-
quentibus,in tranſcurſu,ad quid teneantur, quidue poſſint
dominus & uaſallus,etiam nonnulla explicabuntur.

De feudi ſucceſſionibus Pars Octaua.

SVMMARIVM.

1 *Teſtati caſus inteſtati ſucceſſionem præcedit.*
2 *Feudorum ſucceſſio, ex quibus initiis in quos fines deuenerit.*
3 *Aſcendentes deſcendentibus in feudo non ſuccedunt.*
4 *Feudum antiquum nonnunquam a filio ad patrem reuertitur.*
5 *Deſcendentes in infinitum ſuccedunt in feudis.*
6 *Filii æqualiter ſuccedunt in feudis, etiam ſi in reliqua hæreditate inæqua liter patri ſuccedant.*
7 *Nepotes ex filio præmortuo eam portionem in feudis aui habere debent, quam eorum parens fuiſſet habiturus.*
8 *Feudi ſucceſſio ,quomodo & quando ad collaterales deuoluatur.*
9 *Feudum hęreditarium repudiata hæreditate retineri non poteſt.*
10 *Vaſallus ſimpliciter inueſtitus,cenſetur inueſtitus pro ſe & ſuis hæredi-bus,non quidem extraneis,ſed agnatis maſculis.*
11 *Feudum uaſallo,& filiis eius conceſſum retineri poteſt a filiis etiam re-pudiantibus hæreditatem paternam,& nu. 13.*
12 *Patroni filius bonorum poſſeſſionem in bonis liberti petere poteſt etiā pa terna hæreditate & repudiata.*
14 *Emphyteuſis paterna,an & quando a filiis retineri poſſit repudiata pa-terna hæreditate.*
15 *Feudum hæreditarium quibus caſibus repudiari poſſit adita hæredita-te paterna,aut etiam retineri repudiata hęreditate.*
16 *Filius a patre præteritus feudum hæreditarium retinere poteſt , etiam ſi paternam uoluntatem nolit improbare.*
17 *Exhæredatus,an poſſit retinere feudum hæreditarium.& nu.20.*
18 *Filius ex quibus cauſis rite exhæredatur,ex iiſdem feudo priuatur.*
19 *Exhæredatus a patre feudum auitum retinet ſi pater prius moriatur, quam auus.& nu.23.*
21 *Filius renuntians bonis paternis in uita patris,nō propterea excluditur a feudo hæreditario.*
22 *Filius adiens hæreditatem paternam beneficio inuentarii,feudum hære-ditarium retinet etiam ſi hæreditas non ſit ſoluendo creditoribus.*
24 *Feudum hæreditarium degenerans retineri poteſt repudiata hæredita-te.*
25 *Adoptiuus & arrogatus in feudis patrum,qui eos adoptarunt,non ſuc-cedunt.*
26 *Feudum agnati poteſt agnatus retinere repudiata eius hæreditate.*
27 *Feudum ſimpliciter hæreditarium poſſit ne ab agnato retinere repudiata hæreditate agnati.*
28 *Filii fratris mortui ſuccedentes in feudo patrui defuncti, cum ſuperſtiti bus patruis uocantur in ſtirpem non in capita.*
29 *Filii duorum fratrum ſuccedentes patruo,uocentur ne in ſtirpes , an in capita & nu.31.*
30 *Gradus inferior ad ſucceſſionem facilius admittitur quam ſuperior in li nea collaterali.*
32 *Tunc particula præciſionem temporis ſignificat.*
33 *Filio ,qui de feudo paterno tanquam de nouo conſentiētibus agnatis, eſt inueſtitus , decedente,feudum ad dominum excluſis agnatis reuer titur.*
34 *Feudum nouum fratris mortui frater non retinet,ſed ad dominum reuer titur.*
35 *Frater fratri,an & quando ex pacto poſſit ſuccedere in feudo nouo.*
36 *Frater fratri ſuccedit in feudo empto ex pecunia communi domino ſciente.*
37 *Fratres ſibi inuicem ſuccedunt in feudo,quod procincti aduerſus hoſtem domini acquiſierunt.*
38 *Ius non decreſcendi in feudis nouis locum habet inter duos fratres.*
39 *Fratres ſibi inuicem ſuccedunt in feudo nouo indiuiſibili,quod eis conceſ ſum eſt.*
40 *Frater ad quem mortui fratris prior feudi indiuiſibilis deuoluitur, eius eſtimationem domino inferre tenetur.*
41 *Feudo nouo indiuiſibili pro parte uacante,an & quando dominus patris æſtimationem offerens præferendus ſit.*
42 *Frater fratri ſuccedit in portione emphyteuſis communis.*
43 *Ius accreſcendi habeat necne locum in feudis.*
44 *Tranſuerſales quouſque in feudo nouo ſuccedant.*
45 *Vaſallus feudum acquirens proſe & filiis,ſtatim dimidiam feudi filiis fratris acquirit.*
46 *Fęmina in feudis non ſuccedit atque inibi de ratione huius pronun-tiari.*
47 *Feudum etiam emptum non tranſit in fœminam.*
48 *Feudum maternum ad filias tranſit,nullis filiis ſuperſtitibus.*
49 *Feudum,quo filia uaſalli mortui per dominum inueſtita eſt, non potuit per agnatos reuocari.*
50 *Parentum appellatione,ueniunt agnati.*
51 *Fęminæ ex conſuetudine in feudis ſuccedere poßunt.*
52 *Conſuetudine unius familiæ poteſt ne induci, ut fęmina in feudo ſuccedat.*
53 *Feudum francum,an ad fœminam tranſire poſſit.atque inibi,quid ſit feu dum francum.*
54 *Feudum uaſallo & deſcendentibus maſculis & fęminis conceßum, non tranſit ad f minas extantibus maſculis.*
55 *Et,particula ſucceßionis ordinem nonnunquam ſignificat.*
56 *Fęmina quibus caſibus in feudo ſuccedat.*
57 *Cum particula copulatiue uim nonnunquam habet.*
58 *Fęmina,quæ ex pacto in feudo ſuccedere debet, deficientibus maſculis, non admittitur donec extat maſculus, etiam per fęmininam lineam deſcendens.*
59 *Fęmina,quæ deficientibus maſculis ſucceſſit in feudo, an ſuperueniente maſculo expelli debeat a feudo.*
60 *Dominium ſemel quæſitum cenſetur perpetuum.*
61 *Feudum recognoſci non debet a fęmina extante maſculo.*
62 *Allodialia in feudum data recognoſci debent, & a maſculo, & a fœ-mina.*
63 *Fęmina ſemel a feudo excluſa,perpetuo erit excluſa.*
64 *Principali deſtructo deſtruitur & acceſſorium.*
65 *Filia ſemel a parentum ſucceſione per ſtatutum excluſa,non admittitur ad eorum ſucceſionem etiam defunctis maſculis.*
66 *Feudum inter filios inæqualiter diuidere pater non poteſt.*
67 *Vaſalli ordinationem teſtamentariam ſuper feudo factam impugnare poſſunt deſcendentes uel agnati, quatenus eis nocet.*
68 *Feudum ſi hæreditarium ſit,filii non poßūt patris ordinationi circa illud contrauenire.*
69 *Inuentarii confectio,quid operetur circa ordinationem a patre ſuper feu do factam,aut improbandam,aut agnoſcendam.*
70 *Patris diſpoſitionem circa feudum nouum filii non poſſunt improba re .*
71 *Feudum conceſſum alicui & hæredibus eius quibuſcunque,an ad extra-neos hęredes tranſire poſſit.*
72 *Conſuetudine induci poteſt vt uaſallus de feudo libere teſtetur.*
73 *Inueſtitura noua an,& quando ſit neceſſaria ſuccedentibus in feudis an tiquis.*
74 *Feudum dignitatis , cuiusmodi eſt ducatus,poſſit ne pater filio magis idoneo relinquere , non habita ratione primogenituræ . i. & nume-ro,77.*
75 *Succeſſio in feudis dignitatum moribus recepta,locum non habet in is feu-*

Source : BIU Cujas

feudis quę per modum administrationis conceduntur.

76 *Primogenituræ ratio in successione feudi dignitatis, quomodo attendenda.*

78 *Mutus, claudus, cæcus, an & quando feudum retinere possint.*

79 *Feudum, possit ne a fœmina in dotem marito dari.*

80 *Maritus & si deficientibus ceteris heredibus vxori succedat, in feudo tamen in dotem accepto non succedit.*

81 *Pactum de feudo dotali in totum vel in partem lucrando interpositum est nullius momenti.*

82 *Filii pacto parendum a feudi successione nonnunquam excludi possunt.*

83 *Filii naturales, qui legitimi non sunt in feudis nō succedunt quamuis matri de iure communi succedant.*

84 *Naturales legitimari possunt per principem ad succedendum in feudis.*

Legitimatio simplex ad feuda non protenditur.

85 *Res sua nemini per principem est auferenda.*

86 *Papa legitimare non potest ad feuda sæcularia, sicut nec Imperator ad ecclesiastica.*

Sceptra confundi non debet.

87 *Naturales filii legitimati per subsequens matrimonium succedunt in feudis.*

88 *Legitimatio filii naturalis procedit etiam per matrimonium putatiuum.*

89 *Vasallo monacho effecto, an monasterium succedat in feudo.*

Monasterium habetur loco filii ciuilis, non autem loco filii naturalis.

90 *Adoptiuus filus non succedit in feudis patri qui eum adoptauit.*

91 *Feudum tempore vsucaptum nulla precedente inuestitura retinetur a descendentibus.*

92 *Frater defuncto vtrinque coniunctus, an eum, qui consanguineus tantum defuncto erat, excludat a feudi successione.*

AD octauum titulum deueniens, feudales successiones, de quibus variis in locis Doct. non pauca scripsere, quantum ingenii vires suppeditabunt, cum diligentia & breuitate tractabimus. Diuidimus autem in tria capita principalia, quia primo intestatę successionis materiam, deinde quæ ex testamento est, tādem cōia de successionib. tractare

1 placuit. Nōq; ignorem, q; testati casus, intestati successionē præcedat. l. quamdiu. de acqui. hęre. cum si. Sed quia in feudalibus consuetudinibus intestati res diffusior est, eam præponere voluimus in qua primo de agnatorum successione, deinde de fœminarum dicemus. Super primo origo successio-

2 nem vel nullam vel tenuem habuit. Nam ab ipso † initio dominus feudū ad libitum instar precarii reuocare potuit. l. i. de precar. Deinde ad recipientis vitam firmabatur. Post receptū est, vt in filios, quos dominus prerogaret, feuda descenderent. Succedente tempore ad omnes filios masculos successio extenta est. Nam fœminę, a feudis, nisi specialiter (id quod postea dicetur) prouisum sit, arcētur. Obseruatum deinde fuit, vt ad fratres fratrumque filios, qui patrueles, & in quarto gradu sunt, feuda deuoluerentur. Tandem septimus gradus successionis receptus est. Hodie vero vsque in infinitum inter agnatos succeditur. capitu. i. §. & quia. qui feu. da. pos. Quę tamen successio cum late pateat, per conclusiones est explicanda.

3 Prima conclusio, ascendentes † in stipite non succedunt, filiis seu nepotibus, secundum feudales consuetudines. ca. i. de nat. succes. feu. Ratio est viua, quia si feudum est antiquū, tunc impossibile est q; pater filio succedat, vel auus vel proauus, cum feudū a patre vel auo mortuis in filium defluat. Si aūt feudū nouū est alicui concessum, eo sine descēdētib. decedēte, feudum ad dominum reuertitur, & nō ad patrem nec auum, contra leges Romanas. d. cap. i. de nat. succe. feud.

4 Habes † tamen casum, vbi feudum antiquum ad patrem a filio reuertitur, vt si pater filiorum fauore feudo renuntiet, qui filii viuo patre sine liberis moriuntur, certe feudum ad patrem reuertetur. Prepo. in capitul. i. de vasall. decrep. ætat. qui allegat Iacob. de Ardiz. in titulo, de succes. feud. §. ascendentes.

5 Secunda conclusio quamdiu † sunt descendentes, hi in infinitum succedunt. tex. est in c. i. de suc. feu. Quæ cōclusio est ab omnibus recepta. Vnde dicit tex. in c. i. de grad. suc. primā causam esse liberorum, filiis enim masculis extantibus vel deinceps aliis descendentibus masculis cęteros remoueri

6 agnatos. & fa. c. i. in ti. Imp. Loth Eugenio. & succedent † dicti filii æqualiter, etiam si in patris hæreditate inæqualiter succederent. d. c. i. de feu. suc. Bartol. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. lib. cum si. Et prędicta procedunt siue filii sint in parentum potestate, siue emancipati. Alua. in c. i. §. adoptiuus, si de feudo contro. fue. Bal. Alua. in c. i. an agna. Consi-

7 dera tamen † quod si auus moreretur, relicto filio, & ex alio nepotibus, isti nepotes cum filio, in locum patris eorum admitterent. d. c. i. in ver. solus, de nat. suc. feu. & ita deinceps de omnibus descendentium nepotibus. qui gradus vel cellulæ remotioris essent, quia in parentum suorum locum in feudo defuncto succedent. d. c. i. quantum ad stipitis successionē attinet.

8 Tertia conclusio, si feudum † antiquum seu paternum in descendentes primo deuolutum, his deficientibus tunc trās uersales agnati a latere qui a primo ascendente progeniti sunt, iuxta cōem opinionem consuetudine firmatam, etiā in infinitum succedunt vt exempli causa, Titius vir nobilis acquisiuit feudum, quo mortuo in duos filios suos deuoluitur, hi sunt inter collaterales in secundo gradu, secundum leges. Sic & horum fratrum filii, qui sunt in quarto gradu, ita & nepotes ī ulteriori, & deinceps a latere omnes in infinitum agnati, alter alteri, secundum gradus prerogatiuam, succedit. Et dicit Bal. in c. i. §. si Capitanei. de feu. March. vt eū ibidem alleg. Aluar. in Comitum & aliorum illustrium dominorum successionibus, vltimo Comite sine hęrede mortuo, etiam post quingentos annos succedere quoscunque agnatos. Immo si tota domus moriatur, & unus de antiquo sanguine extaret, is si vel millesimo gradu esset, succederet. Prædicta uera sunt, quod per agnatos in infinitum succedatur, nisi filii dicti Titij, q; primo feudū acquisierat, diuisissent, & alteri ex eis feudum remansisset, tunc non omnes agnati succedent. Iste enim filius cui feudum relictum est, si liberos relinquat, & illi alios, hi in infinitum succedunt, excluso altero fratre, filio Titii, primi acquirentis. d. c. i. de nat. succ. feu. Cœterum vltimo ex dicto filio Titii deficiente, tunc extrāsuerso, ex latere ad fratrem, alterum Titii filium, si uiuit, vel alios agnatos proximiores, feudum peruenit. d. c. i. vnde hoc casu ad ascendentes transuersales feudum deuoluitur, licet ad ascendentes in stipite non deuoluatur, vt dixi i. cōclusio.

9 Quarta conclusio si feudum † hæreditariū sit, filii descendētes patris vel ascendentium hereditatem repudiare non possent, & feuda retinere, q; a vtrūq; aut recipient, aut reiicient, d. c. i. in fi. an agn. vel fil. &c. Procedit dicta doctrina in feudo antiquo & nouo, vt filii successores, alterum ab altero separare non possent, si feudū sit hæreditarium. i. pro se & hęredibus acceptum. ut d. c. i. an agn. &c. & ibi Aluar. Iacob. de

10 Belui. in ca. i. de eo qui sibi & hę. &c. uel etiam † si vasallus simpliciter inuestitus fuisset, nam intelligeretur pro se & hęred. Bal. And. de Iser. Alua. d. c. i. an agna. &c. per tex. in c. i. de benefi. frat. fa. l. si pactum. de prob. Et intellige de hæredibus agnatis masculis. de alie. feu. Præpo. d. ca. i. an agna. vel filii.

11 Cœterum † ea conclusio non procederet, si feudum uasallo liberis seu filiis concessum esset, quia tunc venirent ut filii, non principaliter vt hęredes, quo casu, repudiata patris hæreditate, filii si uolent, feuda retinebunt. Sic, & de iure com-

12 muni patroni filius † patris hęreditatem repudiare poterat, & bono. poss. in liberti bonis petere. l. si patronus. §. fi. de bo. liber. Prædicta per Alua. post Bald. in d. c. i. an agna. vel filii. latius tractantur, qui allegat l. cum patronus. §. cum libertus de oper. liber. Auth. de exhi. reis, §. optimum, l. si operas, d. l. ut iurisiurandi. §. si liberi. vbi uidetur bonus text. de oper. liber. l. quæcunque. ad fi. de uer ob. Bald. And. de Iser. d. ca. i. &

13 procedit † multo fortius ista feudi ab hęreditate sęparatio, si pater sibi primo, & deinde, ex interuallo filiis inuestitura de feudo prouidisset. per gl. fi. in l. Seia. de dona. cau. mor. Bal. in d. c. i. quod dictum Alexād. commendat in l. quod dicitur. de ver. ob. Nec ob. si opponas cū hæredes in feudis accipiuntur pro filiis, nullam esse inter casum differentiam, quasi taciti & expressi sit eadem ratio. Sed non est ita, immo magna est differentia, quia pro se & hæredibus ueniunt non solum vt filii, sed vt hæredes. Qui enim uel concessit vel accepit, facta hæredum mentione, hi non presumuntur, uoluisse quod filii sint feudi capaces, nisi hęredes forent. At in altero casu si

14 liis prospectum est, etiam si non sint hæredes. Prędicta † distīctio etiam in emphyteusi procedit, vt interfit an pater pro hæredibus acceperit. Nam primo casu potent emphyteusis retineri, cęteris bonis patronis reiectis, altero casu non. Alua, late in d. c. i. colum. 3. & ibi Prepo. per iij. quasi colum. an agn. vel fi. Doc, post Bar. in d. l. quod dicitur, de ver. ob. Bald. in l. liberti. C. de oper. liber. quam rem omitto, in qua tamē Do

15 cto, finem facere non possunt. Conclusio † supradicta qua diximus, alterum sine altero repudiari nō posse, postquam sic determinata est limitatur multis modis. Primo, si filii patris hæreditatē adierint, quia tunc impune repudiare feuda possunt. Bald. in d. c. i. an agna. uel fil. &c. colum. ii. ver, quæro cū fa. c. i. de uasal. qui cont, constitutio. Loth. Quia iam satisfactum est legi, cum adita sit patris hæreditas, creditoribus iam prouisum est. Secundo fallit, secundum Iac. de bel. in d. c. i. si filius in re certa paternorum bonorum, vel in legitima solum modo institutus esset, aliis vniuersaliter institutis vel

tis vel fratribus vel extraneis, tunc hereditatem retento feudo repudiare posset, quia hoc casu ad onera hæreditaria nõ tenebitur, l.j.§.si ex fundo, de hered instit. l.si quis priore. ff. ad Treb l.quoties. C. de hære. instit. Bal. c.j. de feu. succes. cũ sit per Alua. adde bo. tex. in l.j. & ij. ff. quod cum eo, &c. Ex quo
16 iij. fallen. oritur. ſi filius †esset in testamento patris præteritus, & patris voluntatem impugnare nollet, vt est casus in l. filio pręterito. in fi. de iniu. test. quia hoc casu feudum nihilominus retinebit. Bal. in d.c.j. an agna. vel fil. in uer. quid si filius a patre. col. iij. allegat in argu. l.si iudex, de mino. l. non tantum. §. plane. de bo. pos. contra tabu. l. posthumo. C. eo. ti.
17 de exhæredato †quęritur, an possit retinere feudum? Et certe secundum Iac. Ardi. si testamẽtum sit factum irritum, filius feudum retinebit, secus si non sit factum irritum, sicuti Aluar. eum allegat in c.j. col. xij. qui feu. da. pos. argu. l. si patronus. §. si filius. de bo. liber. Quod si ex iusta causa filius exhęredaretur, quę ignominiam ingereret, non solum ab hereditate excluderetur, sed ne feudum quidem retinere posset. Est
18 enim †cõsequentia in feudis recepta, ex quibus causis filius exhæredatur, ex eisdem & feudo priuari. ca.j. §. prędictis modis. in titu. quæ fue. pri. cau. benefi. amit. potissime si ea esset ignominię causa, per quam in curia domini vasallus stare non posset. c.i. in ti. an ille, qui interfec. frat. dom. Ceterum
9 feudum †auitum retinere posset exhæredatus a patre, & si is pater ante auum moriatur, secus si ab auo ad patrem feudum deuolutum esset, argum. l. filiusfa. §. cum pater. de leg. j. quæ omnia Alua. loco prędalleg. latius prosequitur. His con
20 sequenter inuestigare posset, si filius †a patre bona mente ex hæredetur, cui & filius acquiescat, per l. multi. de libe. & post hum. l. non putauit. §. si quis sua manu. de bo. pos. cont. tab. an is feudum retinere possit? Et credo posse, quia sine uitio exhęredatus est, quod maxime procedit, si hæres scriptus hæreditatem exhæredato filio restituere grauatus esset, d.l. multi. de lib. & posthum. l. Paulus. ii. l. patronus testamento, §. si
IAm ad decimam huius operis partem, nempe de feudi amissione, deuenimus, quæ materia diffusa est, quam tamen breuissime vt potero perputabo. Diuido totum fermentum in duo membra. Primum circa feudi priuationem, & refutationem versabitur. Secundum circa feudum reuersum, aliqua tractabit. Quo ad primum, varias esse causas quibus feuda amittantur, nemo est qui nesciat, quas tamen sequentibus conclusionibus breuiter colligemus. Prima, feudũ †illicite alienatũ amittitur. c. j. de prohi. feu. alie. p Fed. idem si feudi possessio per alium in alium transferatur. Iacobin. loco. sup. titu. proxi. allegato. Bar. in l. nulli. de transc. veniens, extra eo. Et idem, si vasallus ex causa transactionis, feudum qđ apud eum erat, alteri, cum nullus subfuisset, vel probabilis litis timor, dimitteret. ar. §. Callidis. in d. c. j. de prohi. feu. alie. per Fed. alias vasallus licite transigit, per ea q̃. s̃. diximus. Et declarando †istã conclusionem noueris, si vasallus totum feudum alienauerit, totum amittet: sin partem iam pars alienata interdicit, per tex. no. in ca. j. quali. olim feu. alie. pot. cõtrarium tenuerit, volens quod si vel cespes terræ feudalis alienatus fuerit, totum perdi, & ita intelligebat, d. c. j. de prohi. feu. alie. per Fed. sed in hoc a Bald. recedit̃, & Alua. contra eum tenet. d. c. i. ad fi. de vasal. qui contr. consti. Lotha. &c. quia † pœna cum delicto commensurari debet. l. fancimus. C. de pẽn. glo. & Alua. in d. c. j. Alua. c. j. §. illud tamen, ad fi. quę fuerit. pri. cau. be. amit. in d. ca. j. §. aut si libellario. qui. mod. feu. ami. & defendit hoc asseuerãter Frã cis. Aret. contra Bal. consi. xiiij. ij. col. ad princ. Et vsqueadeo feudum †alienatum amittitur, qđ nõ proderit vasallo si postea recuperet, quia alienatione facta, feudum iam in commissum cecidit. Alua. d. ca. j. post prin. in j. no. quid iur. si post alie. vasal. &c. Et non potest hoc casu purgari culpa, quippe quæ per dominij translationem, secum executionem trahit Bal. in d. c. j. qui allegat. l. si seruum. §. sequitur. & ibi Dyn. de verbo. obl. Vnde † dicit. Bal. si actus rem a substantialibus remouet, non plus integrari. allegat. l. solita. C. de remi. pi. tex. in l. qui res. §. aream. de soluito. Et sic est casus ibi, qđ res nõ reuertitur ad naturam pristinam. de quo. in l. iurisgentium. §. quod fere. de pact. † Hęc conclusio not. fallit in aliquibus casibus. Primo, si vasallus feudum alienatum incontinenti recuperaret, quia pœnam amissionis euitat, Iaco. de Ard. in summa, arg. l. qui possessione. de vi & vi arma. fa. l. quicquid. de reg. iu. Et est pro eo arg. in eo qui natus est, si illico moritur: perinde enim habetur, ac si natus non esset, argum. l. fi. in ratione sui. C. de institu. & substitu. Nam quod modicum distat, nihil distare videtur, argu. l. fructus. ff. sol. mat. Et dicitur † incotinenti recuperare. dum adhuc nihil quæstionis vasallo mouetur. quod intellige, si concurrat modicum dierũ interuallum, ar. l. mancipiorum de opt. leg. Bal. in rub. d. tit. si uasal. &c. & And. de Iser. ibi c. j. qui pondeat verbum, postea. viderit autem in hoc vasallus, ne pacto quoquã ei mora imputetur. Vnde arbitror hoc totum, scilicet, quando incontinenti recuperari dicatur, iudicis arbitrio committendum esse, argu. l. j. de iure delib. Alua. d. c. j. in tit. quid iur. &c. inter alia allat. §. sed quia. quæ fue. pri. cau. benefi. amit. & c. si quibus presbyterorum. de reb. eccl. non alie. Secundo fallit, † si vasallus feudum, citra tamen traditionem, alienauerit. Si enim nudo consensu vendidisset & nõ tradidisset, nõ priuaretur, licet alioqui solus consensus sufficiat in huiusmodi contractibus bonæ fidei. Inst. de oblig. ex consen. non tamen ad amissionem consensus sufficeret. Bald. Aluaro. d. c. j. §. aut si libellario. quib. mo. feu. ami. ar. l. alienatũ. cum si. de ver. sig. Ratio viua est, quia nondum translatum est dominium, nam traditionibus rerum dominia transferuntur l. traditionibus. C. de pact. fa. l. ab emptione, ff. eod. Adde, † quod si vasallus simpliciter compromisisset, etiam in arbitratorem, qđ tamen ei non licebat, vt sup. diximus: quandiu tamen non est lata sententia contra vasallum, non dicitur feudum per solum compromissum amisisse. And. de Ise. Alua. c. j. §. si autem, de leg. Corn. sed quid si vasallus † vendẽdo feudum, constitueret se nomine emptoris possidere precario, vt fieri assolet, an amiserit, Doct. variant. Alu. d. c. j. quid iur. si vasal. &c. tenet feudum non omitti, postquam non est secuta vera traditio, licet ficte sit traditum. allegat. Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. xcv. & in ti. de emp. & vend. §. j. in prima forma instrumenti. Bar. & Doct. in l. prædia. de acqui. pos. & pro hac opinio. Alua. allegat multos tex. feudales, qbus tamen omnibus responderi potest, & quidem facillime ediuerso Pau. de Cas. in l. j. §. si rem. ff. depos. hoc feudum ẽt ficta traditione amitti tenuit. Iste. n. vasallus fecit quantũ potuit, dedit, & tradidit. Iacobi. de San. Georg. in d. ver. & cum pacto. ij. col. recitatis opinionibus hanc posteriorem Pauli doctrinam sequitur, & allegat quendam Petrum Iacobi, ẽt ita tenentem. idem tenuit Marti. Lauden. d. c. j. quid iur. si vasal. &c. per l. quod meo. de acqui. poss. vbi est text. ad hoc no. quæ doctrina mihi verissima videtur per, d. l. quod meo. vbi Alex. post prin. eleganter docet, † quod per constitutum vera, non ficta possessio in emptorem trãsferatur. allegat Bar. in l. si is qui pro emptore. in vlt. q. de vsucap. cum si. quia eo casu emptor adeo est verus possessor, vt rem emptam pro libito, non solum iure sed etiam de facto, si non resistatur ei, tanquam rem precario possessam auocare possit, ar. l. clam possidere. & quæ ibi dixi, de acquiren. pos. Tertio fallit, † ẽm Doct. in casu valde no. Si vasallus ignorans fuisse feudũ, emptori etiam ignoranti alienasset, tunc vasallus feudo nõ priuatur, sed ab emptore reuocare poterit, qui & restituere cogitur, ita tamen quod is emptor interesse suum a vasallo cõsequatur, c. j. §. si vasallus, ii. ibi Alua. Præpo. si de feu. contro fue. &c. Vnde hoc casu iura feudi alienationem punientia cessant, s. constitutiones Lotha. & Fed. vt dicit Alua. in ca. j. de contro. inter do. & em. Et est hic arg. † aliquem contra factum proprium venire posse. Sed hoc recipitur, qa ignorãs, & sine dolo fecit, alias non posset. l. cum confitearis. C. de reuo. dona. Et non creditur vasallo dicenti se ignorasse, nisi iuramento firmet. c. j. de contr. inter do. & emp. quod tamen iuramentem tunc ei defertur, si coniecturis aliquibus iuuetur, vel si defuncto qui domino diu non seruierat successit. l. qui in alterius. de reg. iur. maxime si vir bonus iudicetur. fa. l. scire. §. sufficit. de excu. tuto. l. non omnes. §. a Barbaris, de re mili. Cæterum si præsumptiones contra vasallum essent forte, quia alias inuestitus fuerat, vel tanquam agnatus successerat cum alias defuncto non esset hæres, vel quia fuit aliquando requisitus a domino propter seruitia, tunc ei ignorantiam prætendenti non crederetur. l. quamquam. ad Velleia. l. quisquis. C. de rescin. ven. cum vulg. Nec iuramentum hoc loco ei deferẽdum esset, quia nõ debemus esse autores periurii. ita voluit gl. Iaco. de Bel. An. de Iter. Alua. d. cap. j. de contro. inter do. & emp. arg. ca. ii. de rec. feu. suc. Porro † ignorantia iuris eum non excusaret, si diceret se constitutiones prohibitorias nesciuisse. gl. d. c. i. ar. l. leges, C. de ll. etiam si vel miles, vel mulier vasalli forent, quia secundum opinio. Alua. in d. c. j. hoc casu non iuuarentur, licet gl. ibidem eas personas excusare videatur, sed verior est prima opi. Et hoc casu cum vasallus † ignorans feudum vendiderat, emptor siue a vasallo, vt feudum restituat, conueniatur, in eius electione est

ne eſt vel domino, vel vaſallo reſtituere, d.c.j.de contr.inter do.& empt.nec obſtat.§.ſi vaſallus.2.ſi de feu.contr. fue.in. do.& agn. vbi emptor nemini niſi vaſallo reſtituere debet, quia hoc verum eſt ſi pretium conſequi velit vel intereſſe, ad quod vaſallus tunc tenebitur. Poterit tamen & domino reſtituere, ſed eo caſu nihil a vaſallo conſequetur, nec dominus quicquam pendere cogetur. & ita intelligas & concordas dicta ambo iura, cap.j. & §. vaſallus. ſecundum Alua.& Doct.ibi, Fatuus tamen eſſet emptor, ſm Iac.de Bel. qui vaſallum cum damno dimitteret, & domino ſine vtilitate eligeret. Et imputet ſibi, qui ſibiipſi damno fuerit. l. quod quis de reg.iur. verum vaſallus feudum a domino recuperare poterit, quia non fuerat domino apertum, vt dixit tex.in d.ca. j. Sed tunc is vaſallus ab emptore ad pretium recte conuenietur. Eſſet enim contra bonam fidem, & rem & pretium tenere, ſecundum Bal.d c.j.qui allegat. l. bona fides, de reg.
16 iur. quod ſi quæras, †quomodo dominus contra emptorem agere poſſit gl. Alua.& Doct. variare in d.cap.j. videntur. Sed hoc obtinuit, ꝙ dominus agat condictione ex lege, & ex dicta conſtitutione, imperialem, de prohi.feu.alie.per Fede.fa. j.de cond.ex leg.ſic.n.dicet, peto poſſeſſionem huius feudi, quæ eſt apud emptorem.ex c.imperialem, quod alienationes prohibuit, &c. Alios modos vide per Alua. Quarto fal-
17 lit †dicta concluſio, ſi duo fratres feudum antiquum diuiſerunt, & vnus ex eis partem ſuã alienauerit, licet hanc partẽ amiſerit, ſi tamen alteterius fratris pars aperiretur, iſte alienans in ea parte ſuccedere non prohiberetur. ita Alua. in c. j.de vaſallis qui cont.conſti. Loth allegans And.de Iſer.in c. j.de contr.inter do.& me de por.fra.mei.& ſup.diximus, alienantem in parte tantum alienata puniri. Quinto fallit, ſi va-
18 ſallus, †ſaluo domini, agnatorum iure, vel ſaluo domini beneplacito, alienet, vel ſi domino placuerit, vel ſi dominus ꝙ ſenſerit, nam tunc etiam ſi tradidiſſet excuſabitur, niſi feudalis aliqua cauſa ſubeſſet, nam dicta clauſula, ſaluo iure ſeruat ius illæſum. l. ſi debitor.qui.mod.pign.ſolui. l. ſi quis locuples.de manu.teſt. putauit tamen Bal.& quidam alij, ſecuri eſſe vt addantur ea verba, nec aliter, aut alio modo. & ita. Bald.in ca.j §.hoc quoque.pen.colum.de feu.ſucceſ. Præpo. c.j.§.fi.in fi.quæ fue.pri.cau.be.amit.qui allegat.Bald.ibidem fa.l.ſi quidem.C.de excep. Bal.in l.j.C.de his, quæ pe. nomi. Hoſt. Ioan. And.in c.eam te.extra de iureiur. Lud.Roma.in ſingulari.ſuis, no.ccccliiii.incipit, tu habes ꝙ vaſallus. Hanc tamen doctrinam not.limitate, quia ſi caſtri vel alterius rei alienatio, modo prædicto in potentiorem in tyrannum aliquem, a cuius manibus feudi poſſeſſio vel non recuperari poſſet, vel difficile poſſet, quia tunc in traditione dolus præ-
19 ſumitur, vaſallus a pęna non excuſaretur, quia †proteſtatio, quæ contrario facto tollitur, nihil releuat, ita Bal.ĩ d.§. hoc quoq; Alua.d.c.j.de prohi.feu.alie.per Fed.& dicit Io. An.in d.c.eam te.ꝙ male reſeruat ius, qui totũ eneruat, recitando exemplum cuiuſdam officialis, qui furem, ſaluo ſuo iu-
20 re, ſuſpenderat. Sexto †fallit in feudo non recto, maxime in feudo franco.i.libero, quod certe iuxta inueſtituræ tenorẽ eſt alienabile.c.j.de feu.non haben.prop.natu.feu. de quo.in fra in vltimo titulo plenius dicam. Secunda concluſio. Feu-
21 dum †ſi intra tempus legitimum anni & diei inueſtitura nõ petita fuerit, amittitur. c. i.in princ.quæ fue. pri. cau. benef. cum ſi.circa hoc.ſup.in 6.parte alle. Si tamen dominus vaſallo petenti poſt tempus inueſtituram conferat, iam eſt remiſſa culpa. Bal. Alua.ibi,& l. poſt diem. de le.commiſ. Et licet
22 inueſtitura intra tempus petenda ſit, ſi tamen † vaſallus domino feudi eccleſiaſtico vel ſæculari fidelitatem ſemel iurauerit, ſucceſſoribus denuo iurare non tenebitur, licet inueſtitura ſit recognoſcenda. Bald. Alua.d.c.j.in princ.cum multis
23 concor. ꝙ ſi vaſallus caſu, quo †facta verbali inueſtitura iuramentum præſtare teneretur, iurare differret: tunc in feudo nouo, ſi nondum fuerat tradita poſſeſſio, priuari poterit, dũ tamen legitime, id eſt, trina vocatione prius interpellatus eſſet.d.c.i.§.j.quæ fue.pri.cau.ben.amit.ꝙ etiam tradita poſſeſſione locum habet, dum tñ legitima interpellatio præceſſiſſet, reiecta glo in d.c. j.quæ aliud docuit. Nam veluti dominus poſt præſtitum fidelitatis iuramentum ad tradẽdam vaſallo poſſeſſionem præciſe compelli poteſt. ca. j. in fi.de no. for. fidel. ita & è regione vaſallus vt iuret compelli poterit Alua.c.j.§.eſt & alia.contra gl.ibi, in tit. quæ ſuer.pri.cau.be-
24 nef.amit. Tertia concluſio, ſi vaſallus †a domino pro ſeruitio præſtando requiſitus non ſeruierit. item ſi dominum in bello non adiuuerit, vel deſeruerit, feudum amittet.d.c. i.§. ii.quæ fue.pri.cau.be.amit, Et licet vaſallus intra inueſtituræ petendæ tempus ſit, vel nondum iurauerit, ad huiuſmodi tamen ſeruitia, ſub priuationis pęna tenebitur. Iacob.de Bel. d.c.j.Nico.de Neapol.Alua.quæ fue.pri.cau. benef. amitt.& fa.§.ſed non eſt alia.co.ti.cum præal. Ad huius concluſionis ampliationem hic repeto, ꝙ vaſallus a domino non fugere tenebitur, niſi extrema neceſſitate preſſus, vel niſi fuga dño non noceat.c.ii.in fi.de feu.ſine culpa non amit. cap.j.quib. mod.feu.amit.c.i.§.licet.cum §.ſeq.ſi de feu.contr.fue.Repetoq; etiam, ꝙ in domino adiuuãdo neminem excipiat. An autem contra parentes etiam pugnare debeat. ſupra in vii.parte.cõtra tex.feudales & communem opinio.tenuimus, cum ad hoc non eſſe adſtrictum. Denique ſi vaſallus domino periculum, ſiue in corpore, ſiue in bonis imminere ſciat ſine requiſitione pro viribus præcauere debet, alioqui priuabitur.c.1.in prin.& §.ad hæc.ver.tamẽ ſcias.in ti.hic fini.lex. &c.d.cap.i.§.præterea. quæ fue. i. cauſ.bene. amit. Si tamen
25 †dominus ſub periurii periculo debita ſoluere teneretur, & non poſſet, vaſallus ei in hoc ſubuenire non tenetur.d. ver. tamen ſcias.cum concor. Porro an vaſallus dominum ad loca remota ſequi teneatur. Præterea an dominus iuſtam bellãdi cauſam habeat, item an vaſallus inopia excuſari poſſit, & alia id genus, ſupra ſeptima parte tractauimus. facit.d.ca.i. §.ad hæc.ver.& finge.in titu.hic fin.lex.c.i.in fi. an ille qui interfe.fra.do.d c.i.ibi glo.& Doct.quib.mod.feu.ami.c. 2.quæ
26 fue.pri.cau.ben.ami.cũ ſi. Quarta cõcluſio, ſi lis †inter duos ſuper feudo pendeat,& alter ex eis feudi poſſeſſionem p̃ violentiam inuaſerit, incæptam litem perdet, quo ad cauſę inſtantiam,& duplum ſoluet. Saluum tamen erit ſibi ius, ſi qđ habuerit, vel de nouo acquiſierit, poſtea ordine iudiciario, ſi velit experiendi.c.i.§.ſi duo.in tit.de pa.tenen.i. qui tex. licet variis intellectibur diſtrahatur, veruntamen eum intellectũ veriorem eſſe puto, quem. ſ. poſui. & quem ſequuntur Alu. Præpo.& ſic limitatur.l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. vbi qui lite pendente violentiã facit, rem & cauſam perdit. At ius ad rem vaſallo hic reſeruatur, qa totum duplum eſt pœna, ſecundum glo. quod non eſt in d.l. ſi quis in tantã. Præterea
27 †ex.d.§.ſi duo.per Bal.doctrinam colligitur, quod remotus a dignitate propter vitium aliquod poſtea de nouo aſſumi poteſt, niſi in perſonali vitio remotus eſſet, qnia tanc ſine diſpenſatione aſſumi nonpoſſet allegat.l.ſi aliquid.C.de ſuſce. & arch.lib.x.cum ſi.licet Bal.alibi in l.mancipia.C. de ſer.fu. diuerſum tenuiſſe videatur. V.de tamen Præpo.in d.§.ſi duo.
28 ii.col.ad fi. Quinta concluſio, ſi vaſallus †contra dominum vel ſuos, inimiciter ſeſe gerat, factis inhoneſtis, machinationibuſque indecentibus dominum appetat, amicitias cũ domini inimicis nectat, & in ſumma, quibus ex cauſis filii exhæredantur, mattimonia diſſoluuntur, reuocantur donationes, ex his omnibus feuda amitti prũdẽtib⁹ placuit.c. i. quot teſt. ſint neceſ. ad prob. ingrat.d.ca j. §. prædictis. quæ fue.pri. cau.be.amit. Hæc cõcluſio multa complectitur, quæ ſpecia-
29 lius determinanda ſunt, & primo †ſi vaſallus domini vxorẽ adulteraret, vel ad crimen iſtud ſaltem ſolicitaret. turpiter tentaret, affectaretur, item filiam, neptem, nurum, ſororem pollueret, feudo priuaretur, & hoc tex. feudales Barbaro vocabulo, cucurbitare, nominant. De ſorore tamen intelligas
30 ſi cum domino habitaret, quæ †& in capillo eſſe dicitur, cũ adhuc puella ſit.c.i.in ti.quib.mod.feud.amit.c.i. §. rurſus.2. quæ.fue.pri.cau.bene.amit. ſecundum Alua.& dicit Iaco. de Bel.in curia Regis Caroli magnam fuiſſe quæſtionem, quænam in capillo eſſe diceretur, quod tamen non erat neceſſe quia dicta doctrina non ſolum de ſorore, quę in capillo. i. q̃ puella eſſet, ſed etiam quę nupta ſit, dum in fratris domo, q̃ feudi dominus eſt, habitet, idem ſi vidua ſit. Alua. d.ca. i. quimo feu.ami.& in d.§.rurſus. quę fue.pri. cau.&c. Cęterum ſi ſoror ſiue in capillo, ſiue nupta, ſiue vidua ſit, cum ipſius fratre, nempe feudi domino, non habitaret, vaſallus feudo nõ
32 priuaretur, vt Alua.ibidem docet, nam †ad maiorem domini iniuriam pertinet ea, quę domi ſuę nefanda patrantur. gl. in ſi.in §.ſimiliter.qui.mod.& facit tex.elegans in l.quod ait de adul. Sic habes arg. delicta ratione loci aggrauari. l. aut facta.in prin.& §.locus, de pę. In vxore tamen, filia & nuru, nõ ita diſtinguitur, quia etiam ſi ſeorſum habitaret, vaſallus ex ſacinoribus iſtis nefandis feudum amirteret. intelligas autẽ de vxore, ſiue inuita, ſiue volente:& in vidua, etiam ſi feudi dominus & idem frater defunctus ſit. And. de Iſer. Nico.de Neap. Alua.d.c.i.qui.mod.feu.amit.qui allegant. §. 2.de feu ſine culpa non ami. l. apud Celſum, §. aduerſus. de do. excep. gl. in l. fideicommiſſum. C. de fide. l. ſororem, C. de his quib.
32 vt indig. licet. Bal. in vidua cõtrariũ tenuerit, Supradicta †ẽt. procedunt, ſi vaſallus domini ſponſam, quę nondum tradu ecta erat. adulteraret. Alua.d.§.i. ſecundum Iac.de Ard. arg. In ſtitu. de nup. §. ſi vxor. c.i. de ſpon. lib. 6. & l. ſi qua. §.i. ff. de ritu, nup. Idem ſentiendum putant Bal. Aluã in concubina. allegant Iac.de Ard. ita tenentem, quia concubinatus erat de iure ciuili licitus. l. in concubinatu. de concu. facit. l. item legato. §. parui. de leg. iii. Et feuda nituntur conſuetudini fori ciuilis. extende etiam ad matrem domini, ne ſi vidua ſit, per vaſallum polluatur, arg. Auc. de conſue. §. ſinautem. l. fin. C.
33 de priui. lib. xi. eodem †iure vtimur, ſi vaſallus opem ferat vo-

lenti

Source : BIU Cujas

lenti impurare vxorem, filiam, nurum, &c. & super eo tanq̃ internuntius solicitet. Bal. in d. §. j. qui. mo. feu. &c. qui allegat l. & si amicis. de adul. quod verum puto. Alua. taman in d. §. item si delator. quæ fue. pri. cau. bene. amitt. ad fi. latius distin
34 guit. Verum si vasallus † ignorans cum domini vxore concũ beret, quia forte vxor impudica, in domum vasalli iuuenis personata sub larua aut cucullo tecta, intrauerat: tunc. n. va sallus ignorans, si fraus non subsit, excusabitur, ar c. in lectũ. vbi est pulcher tex. xxxiiii. q. ii. fa. l. pe. de adulte. l. si quis ignorans, ff. loc. nisi coniecturæ vel suspiciones præcessissent, male in vasallo affectionis vmbra subuolaret, alias si is huiusmodi suspitionibus non grauetur, eius iuramento stabitur. gl. in d. c. in lectum. ita Alua. c. i. in tit. hic po esse ti. qui. mod. feu. amit. Alii tex. habent simplicem tit. quib. mo. qui est secundus tit. ita incipiens. Et dicit Bal. q̃ is qui cum moniali q̃gredit̃, si ignorat monialem, non punitur tanq̃ de stupro ve late. Et p̃t hęc doctrina accõmodari ad multa id genus excu
35 sanda facinora. † Quod autem superius diximus de vasallo, qui vxorem, filiam &c. ad adulteriũ solicitet, intellige si fece rit q̃quid facere poterat. Licet. n. interueniente impedimen to impediatur adulteriũ, non tamen excusabitur, argu. l. qui
36 falsam. ad leg. Cor. de Fal. Nam & vasallus si alioqui † domino insidias parasset, tetendisset, feudo priuabitur, etiam si ad effectum insidiæ non peruenerint. Bal. in c. j. §. si noluerit. de Capi. qui cur. vendi. & conatus pro effectu habebitur. l. si q̃s non dicam rapere. C. de epi. & cle. De quo, an conatus p̃ effectu habeatur, Fely. tractatulum fecit, qui videri potest. Cæterum si vasallus cum domini vxore licentiose, vel etiam impudice, sine alia suspicione loqueretur, feudũ nõ amittit.
37 And. de Iser. Bal. d §. j. qui. mo. Idem † si vasallus conetur quidem ad crimen, sed ante factum eum pęniteat, quia non priuabitur. d. §. si voluerit. c. i. de Capi. qui cur. ven. glo. d. §. i. qui. mo. feu. amitt. Et idem in omnibus facinoribus, quibus feuda perduntur, iudicabis: quia & si vasallus delinquere tentarit, si tamen ante factum vltro desistat, excusatur. d. §. si vo-
38 luerit. vbi est tex. no. sed si tales † essent suspitiones, per quas matrimonium separari posset, etiã si colloquia in locis occultis & suspectis sint amplexus, oscula, tactus, hic vasallum non excusamus. Vnde euidens & boua probatio ad sese in huiusmodi casibus purgãdum necessaria erit. facit quæ tradidit Bar. in l. 2. §. fi. & ibi etiam Alex. & d. l. quod ait. de adu. facit. c. literis. c. 3. loco. de præsum. c. præterea. de test. l. cui. de
39 ser. expor. cum si. Addimus ad prædicta, feuda † etiam perdi, si vasallus incestas nuptias contrahat, vt alias incestu pollua tur. Bal. in dicto. §. ii. qui. mo. feu. amit. allegat Auc. de incest. nup. & licet papa dispensset, feudum tamen non recuperatur Bal. in l. j. li. q. ff. de rerum diui. Hic posset cadere pulchra du-
40 bitatio. Quid si vasallus † prælati concubinam, a quo feudũ habet, cucurbitarit. i. cum ea coierit, an feudo priuari possit? Et posset videri, non esse priuandum, quia cum inter prælatum & concubinam nulla ciuilis coniunctio, sed dãnatus & detestabilis amplexus sit, vt toto ti. de coha. cle. & mul. nõ potest consuetudo feudalis adminiculo iuris ciuills (vt. s̃. de concubinatu laicorũ diximus) se ex vlla parte sustinere seu contegere. Præterea vasallum feudo priuari iniquum eẽt ea in re, vbi si non maior, par tñ in prælato, quæ in vasallo turpitudo sit, arg. l. vbi autem. de condi. ob tur. cau. & facit. l. nã cum vterq;. in prin. ne quis eum qui in ius voc. ubi gl. no. col ligit in pari delicti causa, conditionem rei potentiorem esse.
41 Paria † enim delicta, mutua compensatione tolli, allegat, l. viro. ff. sol. ma. & l. fi. §. fi. de eo, per quem fac. est. item cum vi tæ vtilitas dictas concubinas legum nodis cõstringi, dignas non iudicet, vt in l. quæ adulterium. in fi. C. de adul. quomodo & vasallus propter eas priuaretur, cum porro prælatus pœnam & beneficiorum exclusionem, propter concubiuã, cæteris paribus mereatur. c. erubescãt. xxxii. dist. c. sicut, in fi de cohab. cle. & mul. Vnde ex eo, quo pœnam meretur, lucrum expectare nõ debet, quod ei ex vasalli priuatione eue
42 niret. † nemo enim ex delicto suo, &c. l. non fraudantur, de reg. iu. & facit l. siue hæreditaria. cum multis concor. in glo. fi. de neg. gest. & hoc mihi non potest videri probabile. Cæterum ad materiam nostram propositam reuertendo, quia diximus vasallum, si cum domini inimicis amicitiam iungat,
43 priuari, intellige † si ista amicitia in domini damnum tenderet, alias non procederet. Alua. d. c. i. §. item si fidelis. ii. col. in tit. quib. mod. feu. amit. ii. vbi Alua. se diffundit, tenẽdo q̃ sim plex amicitia cum inimico domini quæ sine fraude fiat, vasallo non noceat. fa. c. 7. Ecclesia. ubi dicit Sapiens, Noli esse pro amico inimicus proximo. Sic & tutor esse potest duorũ pupillorum litigantium. l. accipientis. de auc. tut. Et quia feudorum priuationes velut ex æquitate naturali fundãtur, vnde contra æquitatem niti non debent, arg. l. libertus. de ope. lib. Spe. in ti. de treu. & pa. Aequum. n. est conciliare amicos quod verum esse põt, dũ amicitiam cũ dñi inimico simpliciter & sine fraude factum cõstet. Verum quia præsumptio contra uasallum est, per glo. in l. i. §. cum patronus. de offi. p̃fe. vrb. & in l. liberi. §. si tamen. C. de inoffi. testa. quod etiam cuilibet rationis discursum habenti probabile est, vnde grauari vasallum puto, vt mentis sinceritatem probet, licet Alua. loco prędicto contrarium doceat. Sed rationes suæ ex locis communibus sumptæ, nihil astringunt. Quod enim Alua. amicitias conciliare, non illicitum esse putat, verum est si hoc ex æquo & bono, & non in domini iacturam saltem præsumptam fiat. Nam qui amicitias non aliter quam cum domini aduersariis & inimicis conciliare poterit, rectius fecerit si abstineat, aut causas proferat, & cur potissime cũ domini inimicis se amari probet. Veruntamen in hoc passu dubitabili, tota res bono iudici eiusque subtilitati & discretioni est committenda. Prætera † si vasallus domini secreta re-
44 uelat, a feudo excidet, d. c. i. Dicẽdum ipsum temperabis. Si. n. animo damnificandi reuelauerit, & ex reuelatione in dãnum dominus inciderit, doctrina procedet, ſm glo. d. c. j. & ibi Aluar. nam & libertus non ex quacunq; negligentia in seruitutem reducitur, nisi quę iniuria dominum afficiat. d. l. j. §. cum patronus. Et cum hac mica salis intellige iuramentum fidelitatis, de quo. sup. diximus. c. j. de no. for. fid. And. de Iser. Bal. in d. c. i. Vnde si vasallus secreta, non malo proposito, sed ex simplicitate manifestaret, vel quia ipsi incauto verba exciderant, uel quia dominum laudare perrexerat, pęna
45 carebit. arg. l. qui iniuriæ. in prin. de fur. Et non † ex euẽtu, sed ex consilio, fraudis interpretatio perpenditur. l. fraudis, de regu. iur. nisi esset supina vel crassa ignorantia, quæ dolo q̃ equiparetur. l. nec supina. de iur. & fac. ign. Doct. in l. quod te, in fi. si cer. pet. Credo tamen q̃ si vasallus reuelaret secreta eo proposito, vt domino damnum adferret, ipsum teneri, etiam si damni euentus impediretur. fa. quæ. sup. de conatu diximus.
46 Hoc † tamen loco vasallus allegans se non damnificare dominum voluisse, probare tenebitur, cum præsumptione grauetur, fecit. n. rem illicitam. d. l. siue possidetis. C. de prob. Alua. d. ca. i. quamuis probatio super hac negatiua sit difficilis. l. actor. C. de prob. Ex coniecturis autem animum suum inculpabilem fuisse probabit, quia federat inter amicos, inter quos gestus & omnia sincera fuisse. quæ circũstantiæ ad animum probandum multum faciant. glo. & Docto. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. quib. ex cau in pos. ea. Cæterum si probationes vtrinque fint dubiæ, stabit̃ vasalli iuramento, q̃d est nota. dignum. gl. in §. aliæ. Inst. de actio. gl. in c. significasti. de homic. l. si cui. §. ijsdem. de accu. vide Alua. in d. c. i. Et di-
47 cit † circa hanc materiam. Bal. in ti. de Const. ad fi. pulchrum verbum, quod pęna decurionis vel antiani, idest senatoris, regentium rempublicam, sit remotior a munere, si secreta reuelarit, quod intellige vt sup. nisi bono animo & non ex
48 dolo fecerit. Item si vasallus † dominũ assilierit vel in castrũ aut habitationem suam, cum dominus cum vxore adessent impetum fecerit, feudũ amittet. d. c. j. §. similiter. qui. mo. feu. amit. c. j. §. proterea quæ fue. pri. cau. be. amit. d. c. j. in fi. quib. mo. feu. amit. Est autem assultus, impetus in p̃sonam vel locũ, siue hoc pedibus fiat vel aut equo machinis. vel alia quacunque re assiliatur. Alua. d. c. j. §. i. quib. mo. feu. amit. Et sufficit ad priuationem feudi, si vasallus habitationem vel castrũ domini esse sciuerat, siue præsens siue absens dominus sit, & siue vasallus dñi pręsentiam sciat siue ignoret, & hoc temperamento intelligas verbum, sciens. in d. §. j. §. similiter. ut p̃ gl. ibi, quib. mo. feu. ami. c. i. licet opiniones fuerint. Pro quo intellectu fa. d. c. j. §. porro. quę fue. pri. ca. be. ami. Idem si uasallus dominum concusserit. l. 2. & 3. ff. de cocus. & idem si fo
49 res effregerit, argmen. l. fi. de effrac. Si tamen uasallus † eleuata manu, uel stricto etiam mucrone, sese contra dominum expedierit, dũ non exeat ensem, dum non uerberet, uidetur Alua. uasallum excusare, dum tamen ultro destiterit, quia in conatu est locus pęnitentię, ut sup. diximus. Secus si per incurrentes personas impeditus, dominum non lęserit, d. §. si uoluerit, & late, sup. declarauimus. Quod si dominus terrore armorum & impetu insolentiæ flagelletur, hic non excusamus uasallum, ar. l. 3. §. qui armati. & §. sequeuti, de ui &
50 ui arma. super quibus oĩbus iudex iudicabit. Cæterũ † si manus uiolẽtas in dominum iniecerit, uel grauem iniurię molem in eũ effundat, priuabit̃. d. § porro. quę fue. pri. cau. ben. amit. Iacobi. in tract. suo in uerbo, dictiq; uasalli, x. col. Si tamen iurasset uasallus occidere dominum & no faceret, nõ priuaretur nisi cum aliis similia iurantibus cõspirasset. An. Alua. d. §. porro. fa. c. j. §. conuenticulas. de pa. in. fir. In cæteris quæ hic tractari possent, remitto te ad iuramentum uasalli, & ad causas, quibus matrimonia dissoluuntur, exhęredantur liberi, donationes reuocantur. Sexta conclusio, si ua-
51 sallus † dominum criminaliter accusaret, uel contra eum in causis ciuilibus etiam modicis, nedum in criminalibus, testimonium ferret, feudum, salua declaratione sequenti amittet.

Source : BIU Cujas

tet.c.j.§.similiter.de conuetu.feu.rec.c.i.§.item si delator & ibi gl.quæ fue.pri.cau.ben amit.Et quod iuxta gl. ibidem lecturam aliqui tex.habent quod indignationem domini vasallus incurrat,intelligendum est,vt feudo priuetur.Sic in literis apostolicis,si Papa Petri & Pauli indignationem minatur,beneficiorum ecclesia priuationem denotat.Bal d. §.itē si delator.& ibi Alua.quod est notabile.Antiquitus pro moribus Germaniæ nostræ,in grauissimis criminibus, indignationis dominicæ pęna statuebatur. Si quidem in vetustioribus nostræ Friburgen.ciuitatis statutis(quæ in hoc ex moribus feudalibus sumpta esse vñr)indignationis dominicæ crebra fit mentio:ita enim dicitur, Vnnd hatt des Herren gnad verloren.facit optime tit.qui sint rebel.licet Bar.ibi per ea in
52 dignationis verba,fauoris & gratiæ iacturam intelligi putet sed Bald.dictum est verius,quod & Alua. approbat. †Extende conclusionem nostram, vasallum in feudis priuari, si ēt is aduocatus contra dominum sponte fuisset arg c.fi. de postu.d.c.j.§ item si delator.Secus si coactus vel officii necessitate vel per iudicem,no.in l.fi.de inof.test.facit rex.in l. post legatum.§.aduocatum.de his,quib.vt indig.quod Alua.in d.§. item si delator.in ver.quæro subsequenter.col.iij.latius pro-
53 sequitur.Extende †secundo,si etiam vasallus iustitiam domino facere nollet.§.illud.quę fue.pri.cau.bene.amit.quod dupliciter intelligi potest,aut actiue,quia vasalli iustitiam facere domino denegant;aut passiue, quia iuri stare nolunt. Primus intellectus generaliter in omnibus,qui iustitiam denegant,procedit,vt sunt aduocati monasteriorum, vulgo Rastuegt,qui sæpe monasteriorum iura profligant.Item & potentes vasalli, qui quamuis ab inferioribus feuda recognoscant,eorum tamen iustitiam,vt verendum est,frigide tuentur.& hoc intellectu. d. §. illud generaliter sine distinctione accipiendus est.Alius autem intellectus ad vasallos restringitur,cum domini iudicio stare nolunt,etiam si legitime. i.trina vice vocati sint:& tunc si in re feudali venire contemnerent,priuarentur,secus in non feudali,vt per Aluar.in d.§.iustit.in j.q.& idem post.Docto.in ca.j. de mili. vas.qui contu-
54 est & in d.§.item si delator. Extende †tertio hanc conclu.q vasallus etiam feudo priuetur, si contra dominum criminaliter accusatum fideiussor sit,arg d.l. post legatus. §.sunt qui putant.de his,qui vt indi.Et paria dixeris,si vasallus accusato rem submittat.l.qui cum maior.§.ij.de bo.lib. Alu. latius in
55 d.§.item si delator. Quarto extendas,si etiam vasallus† sentē tiam in causa graui & magna,contra dominum ferat, quæ sententia post appellationem interpositam ex eisdem actis infirmaretur,& esset coniectura doli,fraudis,vel latæ culpæ, quia vasallus causæ cognitionem forte præcipitauit, imperitus cum ipse esset,peritiores consulere noluit. Et sunt bonæ coniecturæ,bona malitiæ argumenta animi exulcerati,doli,fraudis,supremæ negligentiæ,si essent eius generis, ꝓpter quę quilibet iudex puniretur.C.de pen.iud.qui male iudi.In summa, vasallus in talibus cautus admodum esse debet. facit,d.c.j.§.præterea quę fue.pri.cau.bene.amit.gl. & Doc.d.§.
56 item si delator.eo.ti.Hęc conclusio†sic extensa, fallit primo si vasallus dominum accusando intentionem suam probaret,vel filius suum prosequeretur.d.l.qui cum maior.in fine. & ibi glo.de bo.lib.licet Dy.ibi contrarium teneat,per l. fin. C.de delato.lib.x.sed ea.l.in seruo loquitur. Secundo fallit,si vasallus dominum ex delicto in principem vel rempub. cōmisso accusaret,dum non improbabiliter accusasse videret argu.§.causas,in Auc.vt cum de app. cog.col.8.gl.in d. §.itē si delator.Tertio si vasallus suam vel suorum iniuriarum ꝓsequatur.glo.d.§.item si delatot,per plura iura.ibi per Doct. Quarto fallit in omnibus cautis,in quibus de iure communi abolitio.i.ab accusatione desistentia,impetrari potest, qa vasallus,si a iudice obtineat quod citra calumniam ab accusatione desistere possit,excusabitur,arg.l.abolitio.C. de abo.
57 d.l.qui cum maior.ii.respon.Quinto fallit,†si vasallus super inuestituręnegotio in causa feudali testimonium cōtra dominum ferat.c.j.in prin.quę fue.pri.cau.c.i. quid sit inuest. ꝙ Alua.d.c.j.similiter.de consue.rec.feu.latius tractat.Sexto fallit,si in causis etiam non feudalibus coactione vrgēti & stricta coactus,testimonium ferat,quia tunc si se excusando fecit quicquid facere potuit,& iudex tamen eum coegit,excusatur.Nam vasalli vt testimonium ferant, non cogi debent, per tex.elegantem in l.libertorum.C. de test.vbi vxor liberti contra dominum improba est.l.lege Iulia.in fi.ff.c. quę omnia per Alu.in d.§.similiter.in d.c.item si delator, latius de-
58 ducuntur.Septimo fallit, †si vasallus contra dominum aduocatus esse cogeretur, quod etiam. s.in prima huius conclusionis extensione attigi.& facit.l.prouidendum, C.de postu.Nico.de Neap.And.de Iser. Alu.d.§.item si delator. Octauo fallit,si vasallus sententiam contra dominum ferat,cum ei culpa imputari non possit, etiam si imperitia laberet Bar. in l.in bonorum,de bon.possessio.si ignorans.ff. loca.quę tamen per And.de Iser.in d.§.item si delator.& ibi Alu. latius
59 explicantur.Septima conclusio,si vasallus†a domino super feudo vel eius conditione conuentus, feudum sciens negauerit,quia forte feudum quod nouum erat,dicebat esse antiquum:vel rectum,quod erat non rectum, vel omnino rem feudalem esse negabat,nam & tunc mendacij cōuictus feudo priuabitur.c.j §.vasallus.j.& 2.si de feu.cont fue.inter doagna.c.j.§.fi.de le.Cor. Sic & socius qui societatem male ne-
60 gat,priuilegio competentię priuatur.Et fideiussor, †qui se fideiussorem esse negat diui Adriani priuilegium perdit. l.si dubitat.§.ita demum. de fideiusso. & ibi Bar. Ita q locis piis legata relicta esse negat,in duplo punietur.§. item mixta.In fi.de actio.Item qui rem hereditariam esse negat, nam Falcidię commodum amittit.l.hereditatum.in fi.ad l.Fal.Et ab eo.qui se possidere negat,transferetur possessio.l.fi.de rei vē. auc.item possessor.C. qui po. in pigno iunctis aliis remediis in iure contra inficiantes proditis. Dicta autem conclusio
61 †fallit primo,in omnibus quę.sup.enumerauimus,si ignorāter & sine dolo & lata culpa,ista abnegatio fieret.Bald. d.§. vasallus.i.Secundo fallit, si vasallus dubitanter respōdeat,vt dictis iuribus patet,& d.c.i.de le.Cor.Tertio si vasallus(vt ex stylo assolet)actioni generaliter negando responderet, vt si litem contestando diceret,Nego narrata prout narrātur, & petitionem fieri debere,&c.hęc negatio ei non nocet,quod est notandum. bonus tex.in d.l.si dubitet.Iaco.de San.Geor. ver.dictique vasalli.in causa.xi. col.ix. Quarto si alius vasallus feudum per vasallum litigantem iniuste negari scierit,& domino non patefaciat,hoc.n.ei tacenti non nocet. d. §.vasallus.i.Idem iuris est,si aliā domini rem celauerit.vt ibidem est tex.Et sic vide frater,iura feudalia videri inter sese pugnare.Nonne vasallus rem domino difficilē facere ex iuramento tenetur,& alia id genus,quomodo ista sese cōpatiuntur? Sed ea fortesse est rō,qa nemo sese in testem ſpōtaneum ingerere debet,non rogatus.Et dicit Cicero in Epistolis, nemi nem in rebus alienis curiosum esse debere. Octaua conclu-
62 sio,si vasallus†feudum dissiparet,aut insigni detrimento deterius fecerit,priuabitur.Bal in c.j.§.publici latrones, de patenen.j.Alua.in § quicunque aduocatiam.eod. ti. vbi.no.vasallum si non legitime exequatur,& legitime impleuerit ea quorum causa feudum datum est,priuari posse. allegat auc. qui rem.& ibi Pau.de Cast.C.de sac.san.ecc.l.eden.C.loc. Ve-
63 rum†ad d.§.quicunq; intellectus diuersi dantur, male. n.inter Doc.probabiliter de aduocatis nobilibus,Baronibus,aut vicedomini nominantur,vt est tex.in c.prēterea.2.de iu. pat. c.in singulis.in fi.de statu mona.in c.in quibusdam.de pę.cū si.Hi. n. ab episcopis aduocatis in temporalibus monasterij negotiis ī feudum habēt.Verum isti pro defensione, ad quā tenentur, monāsteria & subditos sępe supprimunt,ꝓ patrocinio oppugnant,subterunt, spoliant,grauant, premunt flagellant.personisq;,& rebus,priuilegijs,bonis, & iuribus monasteriorum abutuntur,contra quos probabiliter tenendū est,in d.§.quicūque.statutum esse,vt a feudis excidere dēant Nam & graues alioqui pęnę in iure canonico contra eos ꝓ ditę sunt,vt per iura,sup.allegata patere poterit. addo quod huiusmodi aduocati non sunt perpetui,sed reuocabiles, ni si summus Pontifex assentiretur.c.2.de re.eccl. non alie. lib. 6.quod ex c.j.de feu.gua.aliquo modo fundari posse videtur De his aduocatis etiam.sup.in secunda extensione sextę cōclusionis mentionem feci.Negare tamē non possum, quin monasteria nonnulla hodie mala & corrupta, cōmessationibus superfluis,immensis sumptibus, inutilibus structuris, & magna delitiarum licentia, plusquam per aduocatos sese ipsa exterminent.Porro tex.in d.§.quicunque,ex. Bal. sententia generaliter contra eos facit, qui castra villas, territoria,in feudum habent.Nam si subditos male tractarint,& ꝓ dominum admoniti non desistant,feudum amittent: male
64 †enim vtitur substantia domini,qui subditos lacerat.argu.l. cum dotem.§.si vero,fol.mat.l.Imperator.ad Treb. c. fin.de accu.fa.quę per Bald.traduntur in l.2.de his,qui sunt sui, vel alie.iur.Nam & vsufructuarius(cui vasallus aliqua ex parte comparatur)abutendo, feudum frutilem amittit. Guilg. de Cu.Pau.de Cast.d.auc.qui rem. Vel etiam ad interesse tenebitur,si dominus eam pęnam elegerit. & ita saluabis Bal.vt eum allegat Iac.de San.Geor.in l.j §.habet autem.ff. vsufru. quemad.caue.Ad prędictam conclusionem applica ea, quę notabiliter traduntur in c.apostolicę.de reiud.lib.6.l cognouimus.ff.de mancip.& col.lib 9.super quibus vide Iacob. de San.Geor.ver.dictique vasalli,sup.alleg.ca.xii. col.x.Si tamē
65 †vasallus seruitutem imponeret feudo,nou priuaretur:cęterum domino non prędicabitur,sed soli vasallo, ut sup.diximus.facit,c.i §.quid ergo.ibi Aluar.inue.de re alie. fac.No-
66 na conclusio,pater vasallus si filium,†qui dominum offenderat,co requirente,ad eundem non deduxerit, el certe a se non separauerit,feudo priuabitur,per tex.no.in d.c.j.§. insu-

per.

Source : BIU Cujas

per.de prohi.feu.alie.per Fed. Item circa quoslibet alios domesticos suos, excepta vxore.ita Bal.d.§.insuper.qui allegat.l. manifestissimi.§.fin.C de fur.Hac enim deductione vel separatione vasallus innocentiam suam purgat, & non censet amicitiam domesticam cum inimicis domini copulasse,ita Iacobi.de San.Geo.d.ver.col.j.qui all.Io.Ray.d §.insuper.Est autem in vasalli electione,vt filium vel alios domesticos deducat ad dominum,vel a se separaret,ar. l.plerunque. de iu. do.Nec tamen personam deductam vlla atrociori pœna dominus afficit,quam velit & afflagitet offensio, & posset superioris pœnę rigor ad boni viri arbitrium deduci, arg.l.pe. & ibi glo.de arb.l.3.C.de do.promi.Quod si vel filius vel domesticus se deduci non patiantur(quod certe in nostræ Germaniæ nobilibus verisimile esset)tunc mortuo patre vasallo,filius, nisi cum domino componat,a feudo excludetur.

67 Decima conclusio, si subuasallus †vasalli maiorem dominum.i.eum cuius est feudum, ratione directi dominij offendat, eo casu quo offensionis crimen priuationem inducit, feudum non ad dominum offensum,sed ad vasallum q sub feudarat reuertitur, non obstante quod vtile dominium illius vasalli in subuasallum trasisse prætēdi posset,quia imo aliquis effectus vel saltem vtilis dominii reliquiæ apud eum remanserunt,vt ex tex.patet in d. c.i.§.illud.de prohi.feu ali. per Fe. vbi vasallus subuasalli dominus dicitur.Verum si iste vasallus a maiori domino pro satisfactione subuasalli regis tus hoc neglexerit,tunc ambo feudo priuabuntur,& ad verum dominum offensum redibit.d.§.illud nec obstat si prætendatur,quo maior dominus non sit subuassalli dominus. d.§.illud. sicut & socius meus non est socij mei socius.l. nam socii.ff.pro socio.sed ratio facit,vt subuassallus priuetur. Si cut enim seruitus feudum afficit,ita & offensa Iaco.de Bel.d.

68 §.illud.Quod†si verus vasallus propter feloniam suam feudo priuetur, iam & subuasallus a suo iure cadet,quia resolu. to iure datoris,resoluitur & ius acceptatoris. c. j.de alie.feucum si.vulg.nisi prius dominus consensisset in subfeudatio nem,quia tunc dicto vasallo remoto,subuassallus in eius lo cum intrabit.Quod si verus dominus subuassallo non consensisset,vt sup.diximus, vtrisque nocebitur,nisi is domino seruire paratus esset & recognoscere:tunc (cæteris paribus) audiretur,arg.d.c.j.§.i.versi.excepto.qual.olim feu. alie. pot. ita eleganter Io.Fab §.fi.Inst.de vsufru. Vndecima conclusio

69 si vasallus†trina vice per legitima dierum interualla ad domini instantiam pro causa fendali citatus,contumax fuerit. dominus post trinam citationem in feudi possessionem mittetur.Et si vasallus per annum insuper in contumacia persti terit,a feudo cecidit.c.j.de mili.vasal.qui cont.est.Quod si va sallus statim declarauerit se nolle comparere, nō est iterum vocandus,sed statim ad pœnam procedet.d.ca.j.de mili.vas. & c.& ibi Alua.iuxta saniorem opinionem. Qualiter porro fienda sit citatio, quid ad eam pertineat, quis effectus sit,& multa pulchra & notatu digna,habes in gl.magna & magistrali,ad quam sæpe recurritur,in d.c j.de mili.vasal.qui con

70 tu.est.Duodecima conclusio,quæcunque†insignis in dominum vasalli noxia,siue contra fidelitatis iuramētum sit,vasallus domini delator inueniatur, siue sine iusta causa seruire neget,siue captum dominum, cum possit, non redimat, vel grandis iacturæ damnum cum possit, non vltro, etiam non requisitus,auerterit,aut manus in dominum violentas iniecerit,& si dominum in bello sine iusta causa deserat,itē in iacturam mala fide vel consulat vel intersit, vitæ domini veneno,gladio vel alia re insidietur:& vt semel finiam, siue nouæ,in placitis feudalibus etiā nō enumeratæ causę emergant,quæ tamen egregiæ fuerint ingtatitudinis, hæ & simiiles vasallum priuant.d.cap.j.per discursum. & §. prædictis.q fue.pri.cau.ben.amit.c.j.in quib.cau.feu.ami.vbi est text.elegans Oberti.cuius tamen elegantiam cum Alua. non intelligeret,ī verbo,egregiæ ingratitudinis notari voluit,vitia solennibus titulis ornari posse, homo in lingua Latina male feriatus,nihil cum ciuitate Ro.commune habens, in inuestiganda tamen vsuum feudalium veritate. non intelligens commentator.Sed ætati incultæ parcendum est,in quam bo

71 num suum ingenium inciderat.Nam egregium†apud Latinos dicitur,q siue laude siue vituperio præcipuum est. Virg.

Egregiam uero laudem & spolia ampla refertis
Tuque puerque tuus.

Teren.in And.Horum nihil egregie,id est præcipue, præter cætera studebat.sic & insignia scelera,id est præcipua,a Taci to dicuntur.Ad propositum autem, cum nō possint omnes causæ,quæ variis temporum euentis occurrunt, enumerari solertiæ iudicis & discretioni committitur,vt subtiliter cuncta expendens,& a similibus ad similia procedens,a fortiori bus argumenta sumat,ad absoluendum tamen in re ambigua promptior sit.d.c.j.§.prædictis.d.c.j.§.ad hæc.in tit. hic fi-

72 nit lex. Ex quibus sequitur, †q si vasallus fratrem suum, non quidem occideret,sed incarceraret, dum tamen incarceratio truculenta sit, & quæ periculum immane minetur; item si vaallus graui crimine parricidij se polluerit, etiam si dominum nou appetierit,feudo mulctabitur. d. c.j.§.fin.ibi Præpo.in ver.no.col.3.quæ fuer.pri.cau.bene. amit. Et per p̄dictam incarcerationis qualitatem cōciliantur.Bal. & Mar.

73 Lauden.Ex quibus habes†etiam in pœnalibus, item in statutis,quamlibet stricta sint, de similibus ad similia procedi posse.Bal.in d.c.j.qui hunc tex.ad hoc valde notat, ad quem etiam in iure nostro recurritur, sa. notata in l.si quis seruo. C.de furt.c.j.de temp.ordi.in reg.odia.de reg.iur.lib. 6.notat etiam Bal.ex d.c.j.vasallos non mediocri periculo expositos esse,quorum conditionem nonnulli etiam seruitutem vocant,qui tot tantisque ex causis Crucibus affiguntur. Est ergo res lubrica,vasallum esse,non magnopere expetenda, q̄uis nostri temporis vasalli ea libertate abutantur, vt huiusmodi pœnarum fulmina non admodum formident. Sunt & aliæ amittendi feudi causæ, quas.sup. suo loco satis tetigimus. Quid autem †si ecclesia habeat feudum a domino,

74 quem prælatus offenderit?Certe ipso viuente ecclesia est feudo priuata,at post eius mortem,feudum restituitur. Et sic p̄latus dominus cōtra vasallum delinquat,quid iuris sit, mox ordine suo dicetur.De ciuitatibus autem q̄ feudum habent, dubitares si vna pars in dominum delinquat,an tota ciuitas priuetur:dic non priuari.Bald. in c. j. in prin. quib.mod.feu. amit.quia vna pars alteri delinquendo non nocet.ca. in nostra.de iureiur.Et qualiter ciuitas delinquere possit,vide Bar

75 to.in l.j.§.fi.de pæ.An†autem vasallus ipso iure, an per sententiam priuetur?Dic, q̄ vbicunque vasallus ex delicto feudum amittit,processum iudicium & priuationis sententiam requiri.Bal.Præpo.& Doct.in §.Callidis.de prohi.feu. alie.p Fed.Bal.d.c.j.de feu.sine culpa non ami. Priuatur tamen vasallus aliquando ipso iure,vt si feudum alienet.d.§.Callidis. & si qui alii casus essent in iure feudali expressi.Idem si inter do.& vass.ita conueniisset, quod is ex noxia ipso iure priuaretur.Cæterum in casibus ipso iure priuantibus, nihil nisi sē tentia declaratoria erit necessaria.Nec posset dominus propria auctoritate feudum auferre, nisi vasallus forte auferri pateretur.argu.l.creditores.& ibi Docto. C.de pign.l.non est singulis.de reg.iur.cum vulg.Præpos.& Doct.latius in ca.j.§.

76 item si fidelis.quib.cau.feu.ami. De fructibus†autem hoc iure vtimur,quod post sententiam priuationis secutam, vasallus omnes fructus a die commissæ offensę(quo tempore in mala fide esse cæpit)& fortius post sententiam declaratoriā perceptos, ei ad quem feudum fuerit reuersum, siue dominus sit,siue agnati,restituere tenebitur, quod tamen postea dicetur,arg.eorum,quę per glo.in Auc. de ince.nu. in princ. in ver.imminere.ad fi glo.notantur.Bal.in l.incestas.C. eod. tit.& est ratio viua, quia his casibus dominus vel agnati recipiunt,quod suum est merito,cum fructus recipieni.arg. l.videamus.ij.§.fi.ff.de vsur.quod dicit Iaco.de San. Georg. in d. uer.dictique vasalli.col.xiii.perpetua nota esse dignum, all. Guil.de Cu.& Pau.de Cast.in l.i.C.de his quib. vt indign.sed

77 quid†si vasallus post commissam noxiam, quam feloniam nominat, a domino in vita nūquam inquietaretur, an post uasalli mortem filius iniquietari possit:Certe nō, secūdum Io.de Pla.in sua summa,tit. quib. mod.feu.ami.quia delictū patris hoc casu non debet filio nocere.l crimē.ff.de pę. Nec

78 autoris†delictum, hæredi nocere debet.l.eius qui delatorem de iure fisci.facit gloss.in l. cum emancipati. §.emancipatus, de col.bono.ita glo.Alua.& Doct.in d.§. insuper. de prohi. feu.alie. per Fed.licet Io.And.Ray.ibidem contra, sed male

79 tenuerit vt per Iac.Ver. prę.a.Fallit hęc doctrina,†si domin⁹ feloniam vel offensam ignorasset, quia filius vasalli etiam defuncti conueniri posset, maxime cum is feudum teneat, & nemo ius quod ignorat,remittere prę̄sumitur.l. mater.de inoffi.test. Secundo fallit, si dominus ad querelam mouendam se prę̄parasset, & interea vasallus moreretur. glo.d.c.i. §.i.quib.mo.feu.amit.Tertio fallit,si offensa eius esset generalis,quę ipso iure priuaret,vt prędiximus. Nam quia eo casu delictum inseparabiliter executionem secum trahit, certe filius conueniri posset,glo.in d.§.Callidis.Bal. & Doct.in d.§.insuper,ar.glo.in l.3.§.quod autem. in ver.etiam hęredi.

80 ad fi.ibi,uel dic,hic erat,quod quisque iu.Ediuerso,†si domi nus de uasalli offensa cum poterat non agitauit,certe hęres domini contra uasallum non audietur, quia per scientis domini non impediti mortem noxia, quam felonia Barbare nominant,uel crimen,iam remissum censetur. Secus si dominus ignorasset,uel cum sciuerat, & ad conquerendū se prę̄parauerit morte prę̄uentus quę̄stus non fuerit, uel alias iusta causa impeditus quęri non potuit, nam tunc domini hęres non arceretur.Alua.& Doct.in d.§. insuper.Ia. de Bel. in d.c.j.§.j.quib.mo.feu.ami.arg .l.fi.in fi.C.de reuoc.do.glo. in d.c.j.§.j.quib.mo.feu.ami.glo.d.cap.j.§.porro. quę fue.pri-

cau.

Source : BIU Cujas

cau.bene.amit.gl.in l.omni modo.C. de inoffi. teſt.facit,d.l.
81 mater.ff.eo.l.excipiuntur.§.fi.ad Syll. Poteſt tamē†dominus feloniam remittere,niſi prælatus ſit,qui ſolus non poſſet niſi offenſa ſua vnius perſonam reſpiceret: quia cum ſit eccleſiæ adminiſtrator,non dominus, iniuriam eccleſiæ factam condonare non poſſet,ſicut nec donare poteſt.c. accedentibus.de priui.c.2.de donatio.gl.in c.cum deſideres. c.ex tenore.c.contingit.de ſen.exc. ſed cum collegio remittere poſſet.
82 ita Iacobi.loco præal.col.xiiii.Tādem†finge eueniſſe, quod feudum ſe daturum mihi & inueſtituram dominus promiſerit,ego interea feloniam committo, inueſtituram tamen nihilominus in iudicio peto, offenſa mihi obiicitur: certe dominus ſi incōtinenti offenſam ſeſe probaturum offerat, inueſtire non tenebitur:quia ſi iam haberem feudum, priuaret.Ergo dolo facio petendo id,quod ſtatim eſſem reſtituturus.l.dolo,de excep.doli.Nam & in ſimili,ꝙ qui Titij ædificium certa ex cauſa deſtrui facere poſſet, is & eadem cauſa,Titium ne ædificet impedire poterit.ar.l.necnon.§.exemplo.ex quib.cauſ.mai. Denique promiſſionis cauſa ad non cauſam reducta eſt,& poſſet condi.i. promiſſio diſſoluenda
59 *Filio competere ius primogenituręctiam viuente patre, ſi non quantum ad ſucceſsionem, tamen quantum ad ſpem conſequendi, quia pater & filius eadem eſſe perſona cenſentur, vt ſi primogenitus ſucced at patri eidem nepos primogeniti filius mortuo patre ſuccedat.*

60 *Itaque cū patruus excluſus a primogenito ſemel excluſus redire nequeat ſuperſtitibus primogeniti reliquiis, ideo ad nepotem omnia deuoluuntur quę ad primogenitum morte patris, aui nepotis pertinebant.*

1 DA mihi domine ſapiētiam & intelligentiam, vt ingrediar, & egrediar, dicebat Salomon. ii. Paralipo. 1. Qui egreſſus, vt ibi dicit glo. intelligitur ad bella pro defenſione populi, ingreſſus vero ad iudicia ad prędcindendum populi litigia. Quia autem ī manu Dei ſunt omnes ſermones nostri, & omnis ſapientia & ſcientia, ipſe Dominus labia mea aperiat, & ſpiritus ſanctus illuminet intellectum ad oſtendēdum modum & ordinem, quo præſcindantur & euitētur litigia in ſucceſſione primogenituræ, vtrum filius primogeniti filii præferendus ſit patruo ſuo, in maioratu aui ſui.

2 Et ne nimium longa ſumatur oratio, de re dicere īcipiem⁹, nō. n. ſpe quæſtus aut gloria commoti, ad ſcribendum venimus quemadmodum cœteri, ſed vt induſtria noſtra cauilla iſta diluantur. Et quia ſępe veritas, vt ait Cicero. i. Reth. niſi ordo ſeruatus ſit, fidem facere non poteſt, principium huiuſmodi debet eſſe, vt ſtatim apertis rationibus vnumquodq; ad veritatem trahamus, quod pertinet ad eas cauſas de quibus iudicium futurum eſt. Rem vero breuiter narrare poterimus, ſi inde incipiem⁹ narrare vnde neceſſe erit. & ideo diffinitionem primogenituręomittamus, quia ī iure periculoſa eſt omnis diffinitio. l. oīs diffinitio, ff. de re. iuris. Diffinitio enim e genere & differentiis debet conſtare, & difficile eſt in iure quidditatē & eſſentiam explicare rei diffinitæ, ſecundū q Philoſophi veram diffinitionem perſcrutantur, præſertim cum in caſu noſtro diffinitio neceſſaria non ſit.

3 In his ergo tractandis, vt ſumma vtilitas eſt ita ſtudii curęq; plurimum adhibendum erit: An nepos primogeniti filii filiusī vita aui præmortui, maioratus poſſeſſoris, præferatur filio ſecundo ipſius poſſeſſoris. Et licet differentia & varietas doctorum in intellectu faciant legem dubiam, vt aſſerit Bart. in l. i. C. de pæn. iudic. qui male iudic. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 9. & ibi not. ff. de verbor. obli. & in iſto caſu omnes Doctores totis pedibus, vt aiunt, manibùſque inſudarunt: & propter doctorum varietates hanc quæſtionē indigeſtam reliquerūt. Et vbi datur opinionum conflictus, non poteſt certa ſententia proferri, vt dicit tex. in c. cum ſint homines. & ibi Abb. & alii de decimis. Tamen apertum eſt, q Doctores tenentes filium nepoti eſſe præferendum, primogeniti filio iam mortui, ſibi inuicē obuiauere. Tenentes vero nepotis partem, firmiter tenuerunt, vt breuiter oſtendemus in his quæ ipſi dixerūt. Et non ſolum oſtendam qualiter ſibi ipſis contrarii ſunt, ſed etiam hi, qui principaliores ſunt in fauorem filii, pro nepote firmarunt, ſi recte inſpiciatur.

4 Si ergo non volumus verum inficiari, & p iuris ſubtilitates veritatem obumbrare, per quas plerunque cōtingit errare, vt probat tex. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbo. obligat. laboremus incipere ab autoritate illius, qui maioris autoritatis eſt, tam iure communi, quam de iure Luſitanię Regni, vt teſtatur ordinatio lib. ii ti. v. qni eſt Bartolus lucerna iuris. qui in authent. poſt fratres. C. de legiti. hære. vbi communiter allegatur pro filio, aſſerendo Bartol. determinaſſe pro Rege Roberto, qui filius erat aduerſus nepotem: tamen clare & abſque dubio ibi oſtenditur, ſi recte inſpiciatur, ipſemet Bar. pro nepote queſtionem decidiſſe, & non pro filio. Clare enim dicit, & abſque extraneo intellectu quod cū Regnum Apuliæ ſit feudum eccleſię Romanæ, non habetur iure ſucceſſionis, ſed è conceſſione dominica. vt in tit. de ſucceſ. feu. cap. i. Ideo cum non tractetur de ſucceſſione aui vel patrui, ille nepos non aſſumit locum patris ſui. Ex quibus ſequitur ex iiſdem verbis Bart. quod ſi regnum Apuliæ Regi Roberto conceſſum non eſſet, feudum eccleſiæ nō tale qd diceret. Quia aliter ex autoritate Bar. nepos aſſumit locum patris ſui, & etiam in feudis. Sed quia ibi erat feudum eccleſię, ſubiungit quod iſta eſt ſua ratio, quam alii Doctores nō faciunt, nec tangunt illam. Quod apertius oſtendit Succinus in conſi. 252. colum. ix. dicens, quod iſtam opinionem tenet Bart. ſi recte inſpiciatur, in d. auth. poſt fratres. vbi vult quod in cauſa Regis Roberti, ideo Rex Robertus erat prędferendus, licet ſecundogenitus, quia tunc filius ſuccedit in locum patris, quando agitur de hæreditate aui vel patrui, ſed feudum prędictum non deferebatur a iure ſucceſſionis, ſed e conceſſione dominica facta eccleſiæ. vt in capi. i. §. i. de feud. ſucce. Ob id, cum non tractetur de ſucceſſione aui uel patrui, nepos non aſſumit locum patris. Et ſic, inquit Succi. Barto. manifeſte vult quod ſi feudum deferretur iure ſucceſſionis, q tunc nepos aſſumeret ſibi locum patris. Quod clariſſime patet e verbis Bar. in l. is poteſt. colum. ii in fi. ff. de acquiren. hęredit. & examinatur ibi per Doctores. ſignanter p Iaſ. Conſiderandum igitur eſt, Bartolum ibi tacite tenere q in his quæ ſunt iure ſucceſſionis, venit nepos e primogenito, patruo præferendus. Et ſic nepos excluderet patruum, vt enixe oſtendit Succìn. in dicto conſi. 252. vbi per plures rationes arguit pro ſecundogenito, id eſt patruo cōtra nepotem, ſed pluribus & fortioribus pro nepote contra patruum firmat. Et maxime concludit e doctrina ipſiuſmet Bart. in l. liberorum. ff. de verb. ſignifi. vbi ad literam tenet, quod priuilegium & beneficium datum filiis tranſit regulariter ad nepotes. l. milites, & l. diuo Marco. C. de queſtio. Et quod nepos filio ſublato de medio, locum filii incipit tenere, p bat tex. ad literam in §. poſthumorum. Inſti. de exhęre. liberor. & §. cum filius, Inſti. de hære. quæ ab inte. defer. & in l. gallus. §. videndum. ff. de liber. & poſthum. Quandoquidem vberior eſt materia, & opere proprio latius exequenda, quod ſi ex forma ſtatuti filius maſculus excludit fœminam, iſta diſpoſitio extenditur ad nepotem maſculum. Et licet Bal. quem ſequitur Imol. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat. uelit quod quando ſtatutum excludit fœminam extante maſculo filio, tale ſtatutum non trahatur ad nepotem, quando ratio non eſt ſcripta in lege, tamen vt Succin. aſſerit in dict. conſilio 252. Bar. mouetur ratione efficaciſſima ad quam Bal. non reſpondit; vult enim ibi Bart. quod nepos ex filio excludat fœminam, quia nepos ſubrogatur loco filii, & ſubrogatum debet ſapere naturam eius cuius loco ſubrogatur. Quod quidem nobis & ratio, & veritas ipſa præſcribit, quod Bar. & cęteri omnes iſtam concluſionem ſequuti fuere, quod nepos ſcilicet ſubintrat in locum ſui patris, & eundem locum filii primo-

genit

geniti habet in totum. Quæ deciſio vere eſt quę decidit iſtũ caſum prout infra latius probabitur. Et quia ĩ tractatu legis mentalis clare oſtendam qualiter bona maioratus, & bona coronę regalis iure hæreditario & ſucceſſiuo hodie ſuccedãtur, quare non eſt dubium quod remaneat in noſtro caſu. Et ibi exponam omnium iſtorum rationem, quo facilius res difficiles & obſcuræ intelligantur. Et has omnes ſimulati numinis præſtigias reuelabo, quibus inducti homines, a veritatis via longius receſſerunt. Et quia ad eundem caſum aliqua Barto. tradam, quę diuerſis in locis pro nepote ſcripſit, ſuo loco relinquo. Tranſeo pro nunc ad authoritatem Oldradi, qui etiam pro filio allegatur, qui ſi recte intelligatur, pro nepote & contra filium decidit, & diſputat quæſtionem.

5 Oldradus ſibi contrarius, in conſilio 224. tractauit iſtam materiam clariſſimis terminis, & efficaciſſimis rationibus pro nepote, quæ omnino contradictione carent. Et licet pro filio ipſemet allegetur in conſi. 94. nulla fere sũt verba quæ ex ibi dictis pro filio poſſunt colligi. Et ob id illud conſil. nonnulli pro nepote allegarunt. Qua propter viſo vno & alio conſilio, manifeſte conſtabit, qualiter omnino decidit partem nepotis contra filium. Conſiderauit eĩ Oldradus, primo circa ius primogenituręe, legem diuinam & ius naturæ, demum iura communia ciuilia. Et primo ius diuinum dicebat primogenitum in indiuiſibilibus ac comitatibus & Regnis, ſecundo genitis de iure legis Moſaicę debere prętterri. Nam in Geneſ. vt legitur, Iacob abſtulit ius primogenituręe Eſau, Iſaac patre eorum viuente: Vnde dicit Eſau de Iacob, Primogenita mea ante tulit. Et propterea pręcipitur & clare monſtratur, quod viuente patre filio competit primogenito ea cedere, vendere, & donare, & in alium transferre. vt vij. q. i. c. quam periculoſum. Ex quo cõcludebat, quod ſi vendere, cedere, & donare poteſt ius primogenituręe, quod diuina lege permittitur, ergo ſatis cõſtat ad hęredem tranſmitti poſſe. argum. l. quædam. ff. de acquiren. re. dom. nec odioſum ius eſſe cenſetur. Conſiderabat ẽt ius naturę, ad quod deueniebat hoc modo aſsignando rationẽ, quare pater plus diligit filium, quam filius diligit patrem, & adiecit rationẽ eſſe naturæ, quia pr̃ in filio partem ſui retinet ſeu habet. Et tunc arguebat, ſic e modico falſitatis tota oratio falſa redditur, l. ſi is qui. § utrum. ff. de re. dub. non enim proprie nec omnino pater dicitur mortuus primogenitus huius nepotis, quia cum filius viuat, qui pars eſt patris, non debet dici pater omnino mortuus. argum. text. in l. ſi cum vſusfructus. ff. de vſufruct. & l. domum. § ſi vero. ff. de contrahen. emp. Tangebat etiam iura communia hoc modo, quod iuris eſt de toto quo ad totum, idem eſt de parte quo ad partem l. quæ de tota. ff. de rei uind. ſed conſtat quod ibi tractatur de admittendo ad partem in ſucceſſione cum patruis, repręſentat patrem ſuum non in capite, ſed in ſtirpem ex perſona iſtius patris ſuccedit. Authent. ceſſante. & Authen. poſt fratres, & authenti. de hęred. quę ab inteſta. deferun. Ergo veluti patris perſonam repręſentantes vt de iure prelationis in totum ratione primogenituręe agitur, patruum in totum excludant, ſicut eius pater primogenitus eum patruum iure foret primogenituræ indubitabiliter excluſurus. Præterea, tangebat materiam ſucceſſionis nepotis, indagando, nunquid nepos è perſona ſua ad ſucceſſionẽ prædictam veniat primogeniti patris ſui. Quod indubitabile, reputabat dicens, quod non è perſona ſua, ſed patris ſui primogeniti debet admitti: & ad hæc adducebat tex. in l. dedit dotem auus. ff. de coll. bo. & l. ſi nepotes. eo. ti. & l. ſed ſi in conditione. §. nepotes. ff. de hære. inſti. in quibus dicitur quod auus propter filii perſonam debet nepti dotem dare ſicut & filię, cum filiæ perſonam repræſentet. quia nepotibus cõfertur ſicut fratri, quaſi omnes aui eſſent, patris ſcilicet eorũ Ex quo percipitur, quod ex perſona patris & non ex eorum perſonis veniunt. Et alia multa adducebat, quæ enumerare longiſſimum eſt. Quapropter concludit Oldra. pro nepote & contra filium quæſtionẽ tenere viſo vtroq; conſilio.

6 Baldus autem etiam ſibi contrarius, in l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. & in conſi. 386. in regno libero li. 2. tenuit, & tractauit partem nepotis contra filium clariſſimis terminis. In tantum, quod in nullo caſu pro filio induci poteſt, dato quod ſibi ipſi fuit contrarius, rationib. tamen friuolis. Sed quia ipſemet Bal. in l. vt inteſtato. C. de ſuis & legi. hanc quæſtionem reaſſumit dicens, quod plene tractauit eam in dict. l. cum antiquioribus, & ibi determinauit, quod nepos poſtea genitus ſuccumbat: ob id dicit Succin. in dicto conſi. 252. quod non poteſt eius opinio pro aliqua parte allegari. Tamen ſi allegetur, pro nepote allegari debet, cum omnib. in locis, vbi quęſtionem tractauit, clarioribus & fortioribus rationibus iuridicis pro nepote decidit, & in dicto cõſ. 386. dicit hanc eſſe communem, & rurſus in conſil. 389. conſuetudo eſt in nonnullis regnis, colum. i. & ſequent. vſque ad finem eod. lib. ii. Et quando pro filio decidit, & tenet, ſemper ſe reaſſumit cum caſu Regis Roberti, quæ ratio ipſimet cõtraria eſt, quia ſubiungit q̃ hoc ſeruatum fuit in Rege Roberto, quia prælatus fuit filio fratris primogeniti in ſucceſſione Regni, quia papa ita voluit propter publicam vtilitatem Regni, & immenſam ſapientiam dicti Regis Roberti, qui fuit ſecundus Salomon. Et quia ſufficiebat Regi Vngariæ Regnum Vngariæ, nec decens erat, quod in eccleſia dei eſſet duplex. & etiam ſubiungit, quod neſcit an papa Bonifacius determinauerit veritatem in Clementina paſtoralis. q̃ ratio ſuccedendi habet etiam locum in feudis, & ibi ſunt q̃dam dicta, quæ ſapiunt ueritatem iuris, & quædam non. Et ſubiungit etiam quod Papa ibi fuit magis partialis, quam apoſtolicus. Quia autem Bal. in opinione varius eſt, non poteſt vt ſupradictum eſt, eius opinio pro aliqua parte allegari.

Et in hac parte eſt locus opinioni Ancharani ſibi etiam contrarii, in conſilio 82. & in c. licet de no. & in c. grandi, in 2. nota. de ſupplen. neglig. præl. lib. 6. quia eſt eadem cum opinione Bal. eiſdemmet fundamentis & rationibus. Sed cum Baldus eiſdem rationibus & legibus quas Anchara. allegat, ſibiipſi tantum contrarius eſt, & aliis fortioribus rationibus & fundamentis pro nepote contra filium poſuit, prout ſupra retuli, non venit allegãdus. Et ſi aliquo modo præſtari debet auctoritas, pro nepote contra filium præſtanda eſt. Et perpendant ſtudioſi, quod iſta fundamenta Anhcarani, quæ tenet in dicto conſ. 82. ſunt propria fundamenta Baldi, & mirum eſt quod tantus vir hæc ſibi accommodet, non citato Baldo a quo tranſtulit.

8 Iaſon autem pro deciſione huius quęſtionis, nihil determinat: ſed tantũ refert diſtinctionem Baldi in l. iii. C. de ſuis & legit. hęred. & propter dubietatem & arduitatem materiæ nihil reſoluit, vt patet in l. is poteſt. colum. iiij. ff. de acq. hęred. vbi plurima de hac materia accumulat, & in l. maximum vitium. C. de lib. præt. & exhęr. colũ. ii. vbi multa refert, quæ alias adduxit Oldr. conſilio 94.

9 Salicetus vero in l. ſi uiua matre. C. de bon. mater. & in Authenti. poſt fratres. reſpondit ad hanc quęſtionem, vt per Bartolum, & ita ſimpliciter tranſit. Quamobrem non recte pro filio allegatur, cum vt ſupra retuli, Bar. contra filium pro nepote decidit quęſtionem. q̃ eſt ſup. dictis clarum remanet.

10 Ioannes de Imol. & Dominic. de San. Geminiano in c. grandi. de ſupp. neg. præl. qui in eodem loco pro filio allegatur, allegarunt authen. poſt fratres. ad confirmationem ſuæ opinionis. Sed vt ſæpius dictum eſt, in eadem Auth. clare deciditur p̃ Bart. & alios pro nepote contra filium.

11 Cynus autem, qui etiam pro filio allegatur in l. ſi viua matre. C. de bo. mater. negare ipſemet nõ potuit in Authen. poſt fratres. quod nepos repræſentat perſonam patris. Et ſi repræſentat, lucidum remanet ipſum eandem actionem habere, quam habebat pater. Et non obſtat quod ipſe Cynus dicit, quod illud habet locum in hæreditate diuiſibili, ſecus autem in indiuiſibili, quia iſtammet rationem aliqui Doctores allegãt, aliqua tamen lege nunquam illam fortificarunt: & nos erubeſcimus vt aiunt, cum ſine lege loquimur: præcipue cũ ſint tot Doctores tenentes de iure communi in eodem caſu idem iuris eſſe de toto quo ad totũ, quod eſt de parte quo ad partem. quod iuris quale ſit, ſuo loco trademus. Et id quod tradit Ricardus in dicta l. ſi viua matre. corroboratum finaliter fuit in caſu Regis Roberti, prout cęteri faciunt. Quæ rõ nihil ad caſum, prout ſupra dictum eſt, & infra dicetur.

12 Alexander prępoſitus ſibi etiam contrarius in ſi. omnino titu. de gra. ſuc. in feud. Qui etiam pro filio allegatur in conſilio quarto, lib. 4. ratio ſui fundamenti principalior eſt, in quo reſoluitur illud Bal. in dict. l. i. C. de ſuis & legiti. hæred. an ſcilicet filius ſit primonatus quam nepos, & per fundamentum iſtud pro filio determinat caſum, ſi ſenior nepote, fuerit. abſque conſideratione quod nepos de iure communi debet ſuccedere auo memorato, non obſtante quod ſit minor ætate ſecundogenito. Quia ſi diceremus patruum nepoti eſſe præferendum, tãquam maiorem natu, abſurdum ſubſequeretur. Ponamus quod & primogenitus & ſecundogenitus habeant liberos, ſintque liberi ſecundogeniti ætate antiquiores, certe ipſi anteponentur liberis primogeniti, ex iſtiuſmodi ratione, quia antiquiores. Quod nemo niſi fuerit

Source : BIU Cujas

rit mentis inops,poteſt dicere: quandoquidem ex his videbatur etiam concludendum in fauore tertiogeniti contra filios ſecundogeniti in ſucceſſione fratris ſui patrui, vt aſſerit Succi.in di.con.252.nu.7.tradit Bald.in dict.conſi.389.nu.4. vbi dicit quod tam primogenitus quam ſecũdogenitus habent liberos, tamen ſecundogenitus prius uxorem duxit & prius habuit liberos,iam ſequeretur quod ſi ambo filij mortui ſunt uiuo patre,filius ſecundi pręferetur filio primi,ſi nõ attenderetur primogenitura parentis, quod eſt abſurdum, vt poſtea probabo.

13 Philippus Decius ſibi cõtrarius, qui in conſi.i.volu.4.tractat de intellectu huius legis mentalis, & fundamentum ſupra relatum. Alex.& alia quam plurima tradit pro filio,in cauſa domini Rodorici Lobo, inducendo dicta Alexan.ad legem mentalem.ſciendum eſt, qđ tacito autore,omnia illa fundamenta a Succi. ſubtraxit in dict.conſil. 252. vbi Succi. confutat omnia illa per expreſſa iura,& partem nepotis firmiter tenet.& eſt notãdum quod in caſu in quo ipſe Succi.conſuluit, erat quædam conſtitutio ſimilis huic legis mentalis,quod bona ſcilicet remanere debebant filio maiori,qui ex poſſeſſore eſſet tempore mortis ſuæ,prout per eum late poteſt videri. Et profecto miran dum eſt de tanto patre, prout fuit Philippus Decius, conſulere in ſimili caſu per fundamenta adeo confutata per Succi.in loco,a quo ipſe ſubtraxit, non addito aliquo alio fundamento.Et quod magis eſt, ſibi illa omnia accommodauit,non citato autore, a quo tranſtulit,& me hercle cauſa huius fuit,ut ne ita videretur per fundamentorum ſuorum retorſio.

14 Cæterę nanque rationes traditæ per Lucam de Penna in l.i.C.de priuil.& in l.nepotes.C.de his qui numer.lib.x.& in l.ſi quis. C. de ꝓfeſſ.& med.eo.li.x.& in l.Tyrones.C.de Tyron.li. xij. & in l. ſi quis in ſacris.C.de proxim.ſacro.ſcrini.lib.xii.& in l.quicũque.C.de princ.agent.in reb.eo.li.12.& in l.j.C.de priuil.eor. qui in ſacr.palat.milit.& per Franc. de Porce. in ſuo tracta. de duobus fratribus,in 3.parte.q.54. Et per Io. ab Aremone præceptorẽ Io.Ray.in l.pactum. C. de collat. & per Guil.de Peruo conſi.13.in hac cauſa agitata.& per Fran.Curt.iunio rem in tracta.feu.in 2.par.& per Anto.Rub.conſi.149.in tractatu matrimonii.& per And.de Iſer.in ti. de nat. ſucceſſ. in feu.c.i.col.6.& in c.i.col.4.eo.ti.& in ca.i.§. & olim.colu.2.ti. de ſucceſ.feu.& in c.i.§.his vero.& per Arch.in c.vlt. 24. q.i. & per Raph.Ful.in l. ſi viua matre. C. de bon. mater.& in l. vt inteſtato.C.de ſuis & legit.& per Philip.Franc.in cap.grãdi,de ſupplen.negl.pręl.lib.vi.& per Anton.Roſel.in tracta. ſucceſ.ab inteſ.& per Anton.de Prat.vet.in l. in quartam.in 6.quæſt.ff.ad legem Falcid.& per Martin.Lau. in tractatu de primogenitura,nullam vim faciũt aduerſus tot & tam graues Doctores qui nepotis partem inconuincibilibus fundamentis firmarunt.Prout fuit ille ſubtiliſſimus Fran.Aret. in conſi.164. diligenter & mature,per totum,vbi dicit eſſe cõmuniorem opin. & in l.is poteſt.colu.2.ff.de acquir.hære.& Succin.in dict.con.252.per totum.& in l.ſi cognatis,colu.2. ff.de reb.dub.vbi & ipſe de maiore loquitur.& in conſi. 47. lib.3.&Andr.Barb.in conſi.x.li.2.vbi etiã dicit communem opi.& Pau.Caſt.in diuerſis locis,præcipue in con.164.lib.2. vbi dicit idem,ſi loquatur ſtatutum de maiore.& l.is poteſt, ff.de acquirend.hære.& Ioan. Fab. in §. cum alius,colum.2. Inſti.de hęred.quę ab inteſta.defer.& Felinus in cap.prudentiam.de offi.dele.& ſubobſcur.in cap.auditis,de pręſcript. & Abb.Panor.in cap.licet,extr.de voto.& in conſi.85.lib. i.iterum in conſi.iii.li.ii.& Ioan.Raynu.in cap.i.§.pręterea ducatus columna.v.in paruis,ti.de prohib.feud.alienat.& Alber. de Roſat.in procem.fforum.Et Ioan.Andr.in addi.ſpec.ſub rubric.de feud.nec dicat aliquis quod quidam dicunt quod Ioan.Andr.non firmat,cum ponat,vt ait Succin.in dicto cõſil.252.& Pau.Caſt.in dicto conſ.164.vltimo loco iſtam opinionem,iuxta not.in tex.& glo.in l.bona fides. ff.depoſit. & per Bal.in l.ſi idem cum eodem, in ſi.ff.de iuriſ.omnium iu. Et iſtam partem tenet etiam Bald.ſubobſcure in l.liberti, libertęq;. C.de oper.lib. & apertius in l.ex hoc iure, colum.2. verſic.ſexto quęritur.ff.de iuſtit.& iure.& conſi.386.vbi dicit hanc eſſe communem opin.& iterum conſi.389.lib. ii.Eandem quoque partem tenet Pet.Ancha.in cap.grandi.de ſuppl.negl.pręl.lib.vi.& in ca.licet,de uot.Ludoui.Rom.conſil. 29.in cauſa maiorię.Nico.de Peruſ.in tracta.ſucceſ.ab inteſ. i.par.col.vi Corſ.& Aufre.in deci.Toloſ.q.433. Ludou.Bol. conſi.62.viſo igitur colum.vi.Guil.Bened.in repet. capi.Raynutius.num.187.lect.i.cum ſequent.Iaco.a S.Georgio in tracta.feud.colum.3. vbi hanc dicit quotidie obſeruari.D.Coſ. Guy.in procem. pragma.ſancti.colu.ij.& iterum in ti.de nu. & quali.car.in verbo, fratres. Ioan.Montol. qui & hanc dicit eſſe communem ĩ ſuo promp.vtriuſque iuris.& Barptol. Chaſſe.in conſuetud.Burgund.ti.de ſucceſs.§.x.col.i.& conſil.53.ex facto.colum.4.& rurſum col. 17. vbi hanc quoque dicit eſſe communem.& Paul.Pariſ.conſi. 72. ad veram,nu. 108.& nouiſſime Philippus Probus in addit. Ioannis Mont. in dict c.grandi,de ſuppl.neg.præl.li.vi.& Armandus de Narcef.& Ioannes de Lauduno.& Præpoſitus Alexan. & nouiſſime Domi.And.Tiraquel.qui in hac materia plus omnib. laborauit,in ſuo celeb.tractatu de iure Primogenitorum. q. 40. vbi facundiſſimus omnium compilatione fuit. & alii moderni qui referri poſſent,præſertim cum maiores Doctores extra numerum ſint, hucuſq; ꝓ parte filii allegati fuere, qui pro nepote decidunt quæſtionem,ſi prout ſupra dixi,recte intelligantur.

15 Item non parum facit in nepotis fauorẽ, imo omnino probet actionem,cum nos clare videamus quod omnes tenentes partem filii,ſeipſos in caſu Regis Roberti firmarunt,qui, vltra rationem relatam, eſſe ſcilicet ſibi regnum conceſsũ e conceſſione dominica, & non e iure ſucceſſionis:ipſemet Rex Robertus in caſus contingentia, vbi hæc ventillaretur quæſtio de comitatu ſancti Seuerini, ſententiauit & pronũciauit Auinioni præſentibus cardinalibus ſanctæ Mariæ in Aquino,& ſancti Theodorii, pro nepote filio ꝓtimogeniti contra patruũ ſecundogenitum, vt latiſſime refert Io.de Lauduno in allegatione ſuper hãc diſcordiam,quam recollegit, & eius recollectionẽ recognouit Oldr.de Lau.qui& in ea cã pro nepote tenuit,in dict.conſi.224.Et multo a fortiori deciſum fuit pro Rege Anglię de conſilio ſuorum procerum, ꝙ nepos præferatur patruo. Vnde moriens anno illo diſpoſuit Regnum ſuum pertinere ad primogenitum nepotem ſuum,filio excluſo principe de Gaules. Et ita etiam ſępe iudicatum eſt in ſimilibus per Regem Francorũ,vt refert Bal. in dict.l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure.colu.ii. nu. v. & in dict. conſi.389.colum.4.lib.ij.vbi dicit id ita fuiſſe determinatum in illis regnis.& de Gallia Card.Alexand.in c.i.colum.iij. de feud.March. vbi idem dicit de Regno Caſtellæ. ſimiliter de Angliæ Bal.in l.liberti,libertæq;.C.de bo.lib.Et in Hiſpania expreſſa eſt conſtitutio, vt dicit Paulus Caſtr. in conſil. 164. lib.ii.Quantomagis, ꝙ licet Papa iudicaſſet pro Rege Roberto,illa ratione ſcilicet, ex conceſſione dominica, tamen ipſe Rex Robertus conſcientia ductus,ſtuduit transferre regnum Sicilię ad regnum Vngarię,quando deſponſare fecit Reginam Ioannam per illuſtrem Andream filium Regis Vngariæ,vt tradit Bald.in l.ſi viua matre. C. de bon. mater. colum.ii.num.iii.Et pro tuto conſilio in conſcientia non habuit ſibi illud Regnum per Papam conceſſum eſſe. Quod non eſt mirandum,inquit Andr. Barba.in conſi.10. lib.ii.ꝙ Rex Robertus ita deciderit apud Aunionem,& tamen ipſe contrarium obtinuerat pro ſe tanquam ſecundogenitus ad excluſionem filii ex primogenito.Quia ipſe Rex Robertus obtinuit vt pars,ſed poſtea decidit ut iudex. Primo caſu caro & ſanguis ſibi reuelauit,ſecundo caſu, vt iudex proceſſit.

16 Suſcepto igitur illuſtrandæ veritatis officio,ad euidentiam clariorem huius caſus & nepotis iuris aduerſus patruum ſuum in ſucceſſione aui ſui, clariori & breuiori modo iſtam materiam tractabimus.Iam quod demonſtratum habemus,Doctores qui partem filii firmarunt,non ſolum ſibiipſis manifeſtiſſime contrarii fuerunt,ſed etiam e numero eorum variis locis partes nepoti confirmarunt.Et etiam vidimus caſus miraculoſe contingentes in nepotis fauore contra filium:& qualiter omnes qui partem filii tenuerunt,pro conſtanti fundamento caſum Regis Roberti habuerunt in conceſſione ſibi facta illius Regni contra nepotem,per papam Bonifacium, q̃ nihil ad caſum facit, cum illud fuit è cõceſſione dominica, & non ex iure ſucceſſionis. Et ipſemet Rex Robertus conſcientia ductus regnum reddidit per viam dotis filio fratris ſui,dando illi in vxorem filiam ſuam.Et ipſemet iudicauit pro nepote contra filium. His tamen non obſtantibũs, aliquas rationes ac iuriſconſultorum & doctorum concluſiones referam, per quas clare videbitur nepotis iuſtitia, tam ĩ bonis patrimonialibus,quam in his quæ coronæ ſunt regalis.Et quia ad iſtum caſum neceſſe eſt aliqua ex arcanis literis ſacris tradere,& iuris canonici & Philoſophiæ, priuſquã de iure & operibus eius incipiam dicere,ratio permittit, qđ prius ſciatur,quid in iure operatur,aut quę autoritas illarũ. Quandoquidem qui veritatem ſtudet comprehendere,non modo intelligendis iuriſconſultorum ac Doctorum vocib. animum debet intendere,ſed etiam tempora.

17 Diſcant igitur homines & intelligant,ꝙ lex humana contra diuinam non poteſt aliquid ordinare,alias ipſo iure eſt nulla.c.ſunt quidam, 25.q.uæſt.i.vbi formaliter & ad literam, ꝙ vbi aperte Dominus

Source : BIU Cujas

nus vel eius Apoſtoli,& eos ſequentes ſancti patres aliquid ſententialiter diffinierunt,ibi non nouam legem Romanus pontifex dare, ſed potius vſque ad animam & ſanguinem confirmare debet.Quia autem iudicium hominis debet eẽ conforme iudicio diuino , ob id debent principes ſeculi ſacras regulas imitari,non contradicere.vt dicit Abb in c.vni co.vt eccl eſ.benef.Quia,vt inquit Bal.in Authen.ad hæc.C. de vſuris.legislator eſt ſeruus Dei , & ſeruus non poteſt tollere legem domini ſui.quippe qui ſupra omnes leges eſt , q̃ legem Dei ſequitur,vt ait Lactãtius Firmianus , de vero cultu.li.vi. Et ex hoc regulæ diuinæ allegantur in deciſionibus cauſarum tanquam leges ſcriptæ in corpore iuris: notaturĩ Auth.vt iudices ſine quoquo.& tenet Inno. in c.quia plerique.in fi.de immuni.eccleſ.Quia quod prohibitum eſt è diuina inſtitutione & diuino iudicio, ratione humana permitti non poteſt.& cauſa eſt,vt inquit Bal.ĩ d.Auth.ad hęc, quia talis rõ non eſt ratio,ſed abuſio,cum ſe non cõformet volũtati diuinæ.Et non ſolum ius diuinũ iuri ciuili præferri debet,ſed canonicum,quia vbi lex eſt contraria canoni,debet ſeruari canon,& non ius ciuile.Bald.in l.priuilegia.C.de ſacroſanct.eccleſ.Pro quo facit cap. qualiter & quando. el 2.de accuſat.vbi dicit tex. quod ius canonicum proceſſit ex autoritatibus noui & veteris teſtamenti, & in multis habet dependentiam a iure diuino,& in quibuſdam locis ius diuinum appellatur.vt c.nimis,de iureiur. & ca.cauſam.qui filii ſint legitimi.& vtrobique ſcribentes. Et quod magis eſt,qđ ratio naturalis ita allegari debet , & pro ea iudicari, ſicut p eas damnet leges . Quia vt dicit Andr.Iſer.in proœm.feu.rationabile dictum ita mouere debet iudicem ad iudicãdum ſicut ipſa lex, quia lex eſt omne quod in ratione conſiſtit. Quem refert & ſequitur Iaſon,in l.illam. colum.3.C.de collat.& facit tex.in l.fi.& ibi omnes.C. de his qui ven.ætat.impet.vbi dicunt Docto. quod verba quæ habent intellectum ciuilem & naturalem,non debent intelligi ciuiliter,ſed naturaliter.facit l.ex ea parte.§.in inſulam.ff.de verbo.obligat. & tex.& ibi omnes, in l.cum ratio.ff.de bon.dam.& l. ſcire oportet.§.ſufficit. ff.de excuſa.tut.Et in tantum hoc procedit,qnod ratio naturalis corrigit ipſam legem . Quia vt tradit Angel.allegando Ariſtot. in conſil.317. quærere legem, vbi naturaliter ſentimus,nihil aliud eſt, quam infirmitas intellectus. Alibi dicunt Bal.Iacob.Butr.in l.nemo iudex.C.de ſent.& interl.omnium iudic.quod Francigenę leges non allegant,ſed bene ſeruãt rationem legis: non quia lex hoc dicat,nec quia Imperator hoc ſtatuerit,ſed quia ratio ſic vult. Quis erit igitur tam cœcus qui hoc non videat? Quis tam impudens vt neget? quod iuriſconſulti ad probationem rationis, in qua leges fundarunt, allegant Poetas, Philoſophos,& Oratores,prout in l.iura conſtitui , & l. nam & Demoſthenes,& l.nam ad ea.ff.de legib.Et l.legatis.§.pecorib. ff.de lega.3.& in aliis multis. Cum autem apertum ſit,quod non ſolum ius diuinum & canonicum in deciſionibus cauſarum allegari poteſt,ſed etiam Philoſophi,Poetę, & Oratores,in caſu tam arduo,& in quo tanta difficultas hucuſque fuit adhibita,ratio permittit vt omnia tradamus in his q̃ tractanda veniunt.Et primo quid ſit pater , & auus, & quid ſit ſpes,quæ cuilibet eorum in ſucceſſione competit , vt omnibus ordo & exordium ſit.Quoniam exordium,vt ait Cicero j.Rhet.princeps omnium eſſe debet.

18 In primis igitur ſcire homines oportet ſic a principio proceſſiſſe diſpoſitionem iuris, eſſe ſcilicet regulam certam & generalem,a qua nemo diſcrepat,quod qui vnicum nepotem relinquit,nõ videtur abſq; liberis deceſſiſſe . tex. eſt ad literam in l.liberorum.§.diuus.ff.de verbo.ſig.vbi Bar.in tantum voluit,quod auo tam charus eſſet nepos,ſicut filius. & intantum in locum eiuſdem filii eſſet, quod mortuo auo,voluit ibi.Bar.nepotem filium eſſe, ſicut pater eius ſi tunc temporis viueret.Et ampliando etymologiã vocabuli , dixit quod appellatio filii extenditur ad nepotes. Quia filius dicitur a philos,quod eſt amor.Et cum nepotes æqualiter ſeu plus diligamus quam filios, merito filii appellatione comprehenduntur nepotes.Filius enim a filio deriuari poteſt , quia per eum filium & ordo generationis conſeruatur in poſteris . Quod adeo verum eſt,quod idem probat text.in lege filii.ff. de verborum ſignifica. cuius verba ſunt: Filii appellatione omnes liberos intelligimus , liberorũ autem appellatione nepotes & pronepotes, cæterique qui ex his deſcenduntur continentur,hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim tabularum comprehendit,verba ſunt legis in dicta lege liberorum.& concordat tex.in l.iuriſconſultus.§.parentes.ff.de gradi.qui textus apertiſſime dicit,quod parentes vſque ad tritauum,apud Romanos proprio vocabulo nominantur:vlteriores,qui non habent ſpeciale nomen, maiores appellantur.Et in propriis terminis tradit Oldr.in cõſ. 224.num.41.& 43.ita Bartho.in l.Gallus,§.videndum.ff. de liber.& poſth.vbi dicit quod appellatio liberorum, proprie porrigitur ad nepotes.Et etiam concordat text.in l.appellatione.& in l.iuſta.ff.de verborum ſignificat.vbi ad literã dicitur,quod appellatione filii & nepos videtur comprehendi,& patris nomine auus quoque demonſtrari intelligitur. Quia vt dicit gloſ.in d.l.iuſta,vbicunque in corpore iuris fit mentio patris,idem iuris in auo dicas. Quandoquidem verba debent iatelligi ſecundum propriam ſignificationem.l. non aliter.ff.de legat.iij.l.ille.§.cum in verbis,eodem ti.cum ſimilib.& talis eſt huius nominis filii nempe tam apud Grecos,quã Latinos ſignificatio & etymologia: quod intelligã tur nomine filii ẽt nepotes qua de cauſa verba illa legis mẽ talis q̃ in §.2.dicunt, *Mandamos que todas as terras bens & herdamentos da coroa de noſſos reinos que por nos ou plõs reis forã ou foram dadas & doadas a quaiſquer peſſoas de qualquer eſtaado que ſeiam pera elles & todos ſeus deſcendentes ou ſeus herdeiros & ſocceſſores,ſiquem ſempre inteiramente* (*por morte do poſſuidor dos tais bens & terras*) *ao ſeu filho legitimo baram maior que delle ficar* , & alia verba ſeq. §.3.quæ ſic dicunt:*Mas andem ſempre inteiramente em o filho maior baram legitimo daquelle que ſe finar & as ditas terras teuer.* Intel ligi debent(ita vt ſunt in lege) de nepote propter proprium nomen filii & propriam etymologiam vocabuli tã in Greco quam in Latino ſermone.Nam cum Græci dicant, τέκνον υἱὸς ἀπὸ τοῦ φίλου, filium dictum,volunt ab amore,quod omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios,& liberorum appellatione in tantum omnes filii intelliguntur,quod nullus Latinus qui ſcripſit ſecus opinetur,vt patet apud Donatum, Terentium,Ciceronem, & Quintilianum in multis & variis locis.Et quoniam iuriſconſulti tam excellẽtes fuerunt Latini,non eſt credibile aliam dediſſe ſignificationem. Et ſi non dixiſſent,licet dicant tam apertè & manifeſtè : ac dicunt Paulus,& Caliſtratus,in ſupradictis legib. allegatis filii,& liberorum.In qua lege filii,& ibi in gloſſa inueniet nomine filii liberos intelligi,& in lege liberorum manifeſtè & in litera oſtenditur,& clariſſimis verbis nomine filii comp̃ hendi nepotes:tam ex propria ſignificatione quam etymologia vocabuli quam antiquitus(vt iam dictum eſt)lex duodecim tabularum, eodem modo eos comprehendebat ſine differentia aliqua inter Græcos & Latinos: nam Græci τὰ τέκνα. παῖδες vocãt filios.Et quoniã fortaſſis dicet nomine liberorum ſine dubio comprehendi nepotes omnes,per legem ſupradictã liberorum,& ibi per communem doctrinã omnium ſcribentium,ſed nomine filii non comprehendi. Ad hoc reſpondet,quod etſi lex filii,non diſſolueret hoc dubium,dicendo filii appellatione,omnes liberos intelligim⁹ quod multo magis in litera diſſoluit lex eadem liberorum, in §.ſed & Papirius,per totum.Et pręcipue in §. præter hæc, vbi apertiſſime cum iterum mentionem facit liberorum dicit Iuriſconſultus filiorum, quia videbat in vera lingua Latina eandem rem eſſe.videatur proprius & inuenietur ita eſſe,appellatione filiorum omnes qui a nobis deſcendunt cõtineri.& rationem huius etymologiæ affert idem textus in fine,vbi dicit,nec enim dulciori nomine poſſumus nepotes noſtros quam filii appellare.Igitur in re tam manifeſta , etſi Bartolus , aut quiuis alius iuriſperitus contrarium diceret, nullius authoritas haberi debet, quando loquuntur contra textus expreſſos,& contra veram etymologiam & Latinam ſignificationem vocabuli . Præterea ſatis conſtat quam parum ſtudioſus linguæ Latinæ fuerit Bartolus , & quędam iuriſperitorum caterua . Quanquam idem Bart. & reliqui , (qui pauci non ſunt)quos me legiſſe memini,non diſcrepãt ab iſta interpretatione & lata ſignificatione. excipio regulã odioſam poſitam in gloſſa legis filii allegatę,& in lege iuſta cum ſua gloſſa. ff. de verborum ſignificatione.& in lege Iulia,in principio,& in §.hoc capite . & ibi Bartolus.ff. de ritu nuptiarum : quæ leges & iura omnia dicunt, quod materia odioſa,nomine filii non comprehenditur nepos,nec nomine patris aut matris comprehenditur auus, vt latius tractabitur cap.45.in interpretatione tex.in l.fi.c.de natu. lib. Sed in materia fauorabili nullum ius eſt qđ contrarium aſſerat.Imo omne ius & lex affirmat, quod nomine filii nepotes omnes cõprehenduntur. Et ſi dixerint ex aduerſo quod lex mentalis eſt Luſitana , & in Luſitana lingua filius nomen ſuum habet,quo poſſit nominari, & nepos etiam ſuũ proprium habet nomen nepotis.Et ſi legislator voluiſſet nepotem hęredem eſſe,& ſuccedere bonis coronæ , dixiſſet in illis.§.§.nepotem ubi dicit filium,cum haberet linguam ꝓpriam Luſitanam,quia potuiſſet ita nominare.Præterea in iſta parte non agitur de iure , ſed duntaxat de vocabulo & nomine,quod ipſa iura non poſſunt prohibere. Ad hęc reſpondetur,qnod licet hic agat de materia iuris , quo res dẽt habere ſuam deciſionem,& determiuationem, & iura tam aperta dubitationes omnes abſcindunt,tamen in iis legib

& iure

Source : BIU Cujas

& iure tollitur omnis dubitatio de ſignificatione & etymologia vocabuli. Nam etiã ſermo Latinus quidam eſt ſermo, & in omni ſermone tam Græco quam Latino nepos filius eſt tam hoc noïe filii quam nepotis, & ita vt eſt in ſermone Latino, eſt in ſermone Luſitano eſt nomen nepotis & filii, dehinc nomen liberorum & nominando quouis horum ĩtelligitur nepos in propria ſignificatione & etymologia vocabuli. Sed qd pluribus vtor? conſideremus verba illius. §. 2. (*Por os reis foram ou forem dadas e doadas a quaiſquer peſſoas de qual quer eſtaado que ſeiam per elles e todos ſeus deſcendentes ou ſeus herde rios eſoceſſores.*) In quibus verbis aperte oſtenditur ſine dubitatione quod terræ Coronæ per eandem legem cõceduntur omnibus, vt iure hæreditario & ſucceſſiuo poſſideantur, & licet non diceret, ita debebat tamen intelligi, vt latius proba bo, capi. 3. §. cum tam aperte & diſtinctè dicat lex eadem, & idem inuenietur in tota ſacra ſcriptura ꝙ omnes deſcẽden tes vocantur filii ſicut ipſimet filii. Et eſt in arcanis ſanctarũ literarum quod omnes deſcendentes vocantur filii, ſicut ipſimet filii: & omnes aui vocantur patres, ſicut ipſimet patres, vt habetur Matthæi 1. Liber generationis Ieſu Chriſti fi lii Dauid filii Abraham. Et nulli dubium in iſta generatione Chriſti tractari de humanitate ſua: quia, vt dicit gloſſa, Matthæus incipit a carnali generatione, nõ diuinam propo ſuit narrare, quod impoſſibile eſt, vt per Eſaiã diuino ſpiritu plenum Deus loquutus eſt, dicens cap. 53. Generationem ei⁹ quis enarrabit? Et humanam narrando, Chriſtũ filiũ Dauid vocauit, & Abraham. Et Ioannes inquit, cap. viij. Scio quia filii Abrahæ eſtis. Cum autem audieritis, inquit Chryſoſtomus, quod filius Dei, filius ſit & Dauid, & Abrahæ, dubitare iam deſine, quod & tu qui filius es Adæ, futurus ſis filius Dei. Ex quo lucidum remanet, ꝙ cum Chriſtus filius Dauid & Abrahę vocetur, quod Dauid, & Abraham patres Chri ſti vocantur. Et ſi omnes filii Adæ ſumus, Adam pater omnium erit. Quandoquidem cum Deus ad Abraham loqueretur, dixit ei: Gen. decimoſeptimo. Ego ſum, & ponam pactum meum tecum, eriſque pater multarum gentium. & Eccleſiaſtici. 44. Abraham magnus pater multitudinis gentium. & Roman. 4. Patrem multarum gentium poſui te ante Deum cui credidiſti. Quia ut habetur Ioan. 8. Semen Abrahæ ſumus. Et licet in iure ciuili clara iura non eſſent, iam allegata ſunt, & alia complura quæ in proceſſu, patebant, nec in iure eſſent Doctores, qui hoc firmarent, & eſſent qui contrarium tenerent, ſufficiebat ſacra ſcriptura ad reiiciendum omne dubium, & opinionem contrariam preſertim cum ius ciuile iuri diuino cõſonans ſit in propriis terminis, quod nepos vocatur filius, & per conſequens auus vocatur pater per iura ſupra deducta. & eiſdem terminis tradit Ioan. An. in addi. Spec. ſub rubr. de feu. vbi multa allegat, quæ faciunt, vt filius primogeniti, primogenitus cenſeatur: cum etiam nomen liberorum commune ſit filiis, & nepotibus. Quæ eſt communis opinio, & finalis concluſio legum, & Doctorum. & tenet etiam Barto. in l. ſi quis ſuus. ff. de iur. delib. vbi dicit, quod patris appellatio intelligitur de auo, & hæreditas paterna de auita intelligitur.

Quæ cum ita ſe habeant, vt oſtendimus, apparet euidenter, quod ius quod filius primogenitus habere debet a patre ſpes ſuccedendi, quam habet in maioratu, eandẽ habet nepos totius hęreditatis & ſucceſſionis. Quę ſpes, videndum eſt, ſi eſt tam certa, quod aboleri ab ipſo nepote non poſſit, ſi pater eius moriatur in vita aui, qui maioratum poſſidebat. Et ſi iſta ſpes eſt res habens eſſe in ſe habitu, dato quod illud non habeat in exercitio. Et licet ſpes eſſe non poſſit, niſi illius quod videri non poteſt, nec adhuc obtentum eſt: & ſi ita eſt, erit adeo certa, ſicut ſi eſſet in re. Et ꝑ fecto nullum dubium, quod ſpes tandiu vocatur ſpes, quan diu non videatur quod ſperatur, dicente Apoſtolo Roman. 8. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes, quod enim videt qs quid ſperat? ſed non definit eſſe, licet obtentum non ſit, nec viſum. Et ideo dicitur in omnib. diuinis paginis, vt toleret preſentia, ſperet futura. Et quod nepos eandem ſpem habeat, quam pater ſuus habebat, & pro tam certa, ſicut ſi haberet eam in re, clarum eſt propter patris ſui ſpem, quam ita habebat, ſicut ſi illam haberet in re: quia in illo veniebat adimplenda, qđ nepos a natura ꝑmiſſum ſperabat. Quod firmat Baldus in lege, ſpem. C. de donat. vbi allegat Auguſtinum, dum dicit quod ſpes debet eſſe fundata ſuper alio exiſtenti firmamento, alias non dicitur bona ſpes. Et fortius firmamentum ſpei eſſe non poteſt, quam illud, quod nepos habet hęreditatem ſperando aui ſui in ſucceſſione maioratus, cuius pater ſuus hæres erat, & ab eo auferri nõ poterat. quam ſpem ſemper habuit, & cum illa in mundo natus eſt ſicut pater ſuus. Et in tantum eſt iſta ſpes, ſicut ſi eſſet in re, quod ſta tim ex quo natus fuit primogenitus, hæc iura primogenitur̃ præocupauit, quæ ab eo auferri per aliquem non potuit⁹. Hanc ſpem firmam & inuariabilem conſequi tur, ita vt eam nec pater nec alius poſſet ſibi adimere. Quandoquidem ſpes ſuccedendi eſt certa & legitima, firma & immutabilis, vt generaliter dicit Bar. in l. is poteſt. colum. ii. ff. de acqui. hære. vbi aſſerit ſuccedendi ſpem in filiis legitimã eſſe, & conſiderabilem. per l. nec ei. §. prẽterea. ff. de adop. & mortuo filio primi gradus, nepotes in locum patris ſui ſuccedunt. l. i. §. ſuos. ff. de ſuis & legiti. & l. Gallus. per totam, & maxime in. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſthum. & §. i. in authen. de hæred. ab inteſta. & l. in ſuis. eo. tradit Tiraquellus ĩ repe. l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. num. 241. per expreſſa iura. & tenet Ioan. Andr. in c. licet, de voto. & ibi communiter Doctores in c. grandi. de ſupplen. negl. præl. lib. 6. & in regula ſine culpa, de regul. iu. in 6. Quanto minus ſibi auferri poteſt per fratrem ſuum ſecundogenitum, qui nullum ius habuit, nec ſperauit, eo ipſo quod primogenitus primogenituram prẽoccupauit, & per conſequens nepos præooccupauit locum patris ſui, & in ſuammet ſpem intrauit, cum nõ ex perſona ſua, ſed ex perſona patris ſui ad dictam ſucceſſionem & ſpem perueniat. Et intrat in locum patris, & non tam venit iure ſubſtitutionis vel tranſmiſſionis, quam iure repræſentationis: ex quadam æquitate legis. quæ habet, vt filius natura ſit eadem perſona cum patre, l. fi. C. de impub. & aliis ſub. cuius verba ſunt, cum natura pater & filius eadem eſſe perſona pene intelligãtur. ita Bar. in auth. fratres. Bal. in auth. ceſsãte. C. de leg. hẽr. Et ſpes quã pater ſperat, ita trãsformatur ĩ aliam ſimilẽ ſpem in nepotem eo ipſo quod naſcitur, ac ſi illam haberet. Vt exemplificat Bald. in d. l. ſpem, ſi Titius eſſet pater, vel auus tunc iuſte ſpero, quia talem ſucceſſionem obſequentiorem mihi paro. & probat tex. in dic. l. in ſuis. ff. de li. & poſth. & l. fi. C. de pact. & text. in l. nomina. ff. de hære. vel act. vend. quia ius ſpei eſt aliquod, & ſpes aliqua iure approbata. Quod apparet, quia poteſt peti bonorũ poſſeſſio ſecundum tabulas. l. multum. ff. de hæred. vel act. vend. & l. pact. in fi. ff. de pact. & l. nec emptio. ff. de contrahẽ. empti. Spes autem poteſt cedi, vendi, & donari, vt aſſerunt Doctores in dicta. l. ſpem. & ſpes pro veritate habetur. Et in hac materia not. Bar. poſt alios, in l. Gallus. §. videndum. ff. de lib. & poſth. Sed tamen ſanctæ literæ docent in quibus cautum eſt ſpem importare certam expectationem boni futuri, quæ quidẽ certitudo eſt qñq; è cã humana ſeu naturali, ſm illud Apoſtoli, j. Cor. 9. quia debet in ſpe qui arat, arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi, & illud Tobiæ ad filium ſuum cap. x. ſpem poſteritatis noſtræ. Quandoque vero certitudo expectantis eſt ex cauſa diuina ſecundũ illud Pſal. 10. In te Dñe ſperaui. & Pſal. xv. Requieſcat caro mea ĩ ſpe. Et illud Iob. c. 19. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Et magnitudo ſpei cõſideratur ex magnitudine rei ſperatæ, prout eſt ſperare gloriã filiorũ Dei. quã Apoſtolus ponit dicẽs, Ro. v. Et gloriamini in ſpe filiorũ Dei. vt dicitur Sapiẽ. 5. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei. Aut ſperare quandam hęreditatem, cuius ſpei exemplificat Apoſtolus dicens Rom. 8. Filiis autem debetur hæreditas patris. Et rurſus, ſi filii & hæredes. quod allegat Bald. in conſ. 386. in fin. & illud Petri Regenerauit nos in ſpem viuam, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatem incorruptibilẽ. Et illud Iob. c. 14. cunctis diebus quibus nunc milito, expecto, donec veniet immutatio mea. Neceſſitas autẽ expectãtis eſt ex defectu, cui creatura ſubiacet, ſecundum illud Apoſtoli, Rom. 8. Scimus enim ꝙ omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc. Cui enim nihil deficit, neceſſe non habet aliquid expectare. Nam expectatio creaturæ ſenſibilis ſecundum quod eſt a Deo, ordinatur ad aliquem finem. Quod quidem dupliciter contingit. Vno modo ſecundum quod Deus imprimit aliquam formam & virtutem naturalem huiuſmodi creaturæ, ex qua inclinatur ad aliquem naturalem finem, puta ſi dicamus ꝙ arbor expectat fructificationem, & ignis expectat locum ſurſum, & terra deorſum. Alio modo creatura ſenſibilis ordinatur a Deo ad aliquẽ finem, qui ſuperexcedit formam naturalem ipſius. Sicut eĩ humanum corpus induetur quadam forma glorię ſuper nãli, ita tota creatura ſenſibilis in illa gloria filiorum Dei quã dã nouitatẽ gloriæ conſequet̃, ſm illud Ioannis Apocal. 19. Vidi cœlum nouum & terram nouam. & per hunc modũ creatura ſenſibilis expectet reuelationẽ filiorum Dei. Ex q bus clare ſequitur quod omnis ſpes tam diuina quã humana pro certa habetur ſic in re, è certitudine rei ſperatę. Qđ firmat Abb. in c. licet. extra de voto, & conſuluit in cõſi. 85. li. i. vbi in terminis decidit caſum per plura fundamenta, ſignãter quod pater primogenitus aui, tranſmittit ſpem iuris primogenitur̃ irreuocabiliter in filium, ſicut e contractu conditionali ſpem patri competentem ipſe pater in filium tranſmittit. §. ex conditionali. Inſt. de verborum obligat. qui

tex.

Source : BIU Cujas

text.apertissime dicit quod e conditionali stipulatione, tantum spes est debitum iri, eamque ipsam spem in heredem transmittimus, si prius quam conditio extet, mors nobis contigerit: & est communis resolutio in dicto consi.85. vbi dicit Abb. ꝙ non cõtingit ex aliqua causa, nisi quia illa spes firma, & irreuocabilis cum potentia de facili reducibi. ad actum, habeatur pro actu. cap. Pisanis, & ibi notata de resti. spolia. Et secundum receptionem sentẽtiæ, quam Thomas asserit, hæc gloria, quæ in futuro in nobis complebitur, interim in nobis inchoatur per spem. Ex quib. sequitur de primo ad vltimum, quod spes, quam nepos habet succedendi patri suo, & propter patrem suum, auo in eadem sui patris spe, ita est certa in spe, ac si esset in re: quia per tex. illum vulgarem in l. in suis, ff. de libe. & posth. videtur scribere: in suis hæredibus continuationem dominij perdurare, vt nulla videatur hæreditas fuisse: quasi olim hi domini essent, qui ẽt viuo patre quodammodo Domini existimantur. Et statim post, itaque post mortem patris, non hæreditatem percipere videntur, sed magis liberam bonorũ administrationem consequuntur. Ex quo tex. Doct. & ibi, & alibi sæpe multa annotant, quæ huc admodum spectant, vt late tractat Tiraquellus in dict. repet. l. si vnquam. C. de reuo. donat. nu. 19 & nu. 15. etiam in princ. eod. loco.

20 Etlicet Primogenitus moreretur in vita patris sui, relinquit tamen prædictam spem, & successionem filio suo in habitu eodem modo, sicut erat in ipso: & fuit transformata in filio suo, dato quod non reliquerit eam in exercitio, vt firmat Bal. in d. consi. 386. in fi. vbi dicit, quod sicut nepos facit partem patruo in communibus, qa ingreditur ius habitum & statutum paternum, ita arguendo de conclusione partis, ad conclusionem totius. Si tale quid est, quod non potest competere nisi vni, nepos a patre trahens radicem, principium, & ordinem, excludere debet transuersalem suum, id est patruum: quia linea descendens vincit transuersalem, vt in Auth. vt fratrum filii. §. 1. Et non obstant, quæ aliqui dicunt quod spes transmitti non potest, per l. sed si plures, in prin. & l. qui plures, & l. qui habebat. ff. de vulg. & pupill. substit. & l. Sempronius. ff. de vsu, & vsufr. leg. & l. si cum hæres. ff. quando dies leg. ced. & l. hęres meus, ff. de condit. & demonstr. Quia potest responderi, ꝙ quamuis ius primogenituræ non transmittatur in nepotem, nihilo tamen secius nepos ipse iure proprio, id ius obtinet, quin negari potest esse verum simpliciter, spẽ non esse transmissimilem: sed tum demum id procedit, cum spes nõ satis firma est, nec certa, cuiusmodi nõ est hæc de qua agimus, quæ primogenito tolli non potest, sequitur ipsum primogenitum, cum primum in lucem prodijt, id ius consequi & habitu, & spe firma, & inuariabili, quæ per patrem, aut alium tolli non potest, cum transierit in contractum. c. 1. de prob. Ioann. Andr. in cap. significasti, de foro comp. Panor. qui & alia adducit consil. 85. colum. 1. lib. 1. qnem sequitur Moli. in consuetu. Paris. titu. j. §. 85. glo. 3. in 2. q. in fi. Quandoquidem si primogenitura est approbata de iure diuino, quæ etiam etiam potest alienari sicut fuit in persona Esau, & pater, si transmittere non potest id, quod nunquam fuit adeptum, concedo quod quando pater nihil habet, nihil transmittere potest, bene tamen transmittit, quod ipse habet. Et licet filius primogenitus non habeat in exercitium maioratum viuo patre, habet eum in habitu, quod est sufficiens ad trãsmittendum, vt l. illud. §. fi. ff de bon. poss. contra tabul. Quia in transmissione non consideratur corpus, vt ager vel domus, sed ius in corpore, vel quantitate, an illud ius sit transitorium necne. Bal. in l. fi. C. de hæred. instit. Et est communis opinio a qua nemo discrepat. Itaque propter ius transmissum, nepos excludit patruum cui nullum ius fuit quæsitum viuo fratre primogenito. Nam neque frater ipse primogenitus potuit ius istud in fratrem transmittere stante filio. Quapropter si primogenitus nondum est adeptus res maioratus in exercitio, habet tamẽ in habitu ius transmissum, & ideo ipse succedit, non patruus. Et veniet hic nepos, vt ait Oldr. in dicto consil. 224. nu. 36. ad ius, quod nondum erat patri quæsitum in actu, sed solum in habitu. Sicut de querela inofficiosi testamenti, quæ nascitur in aditione hæreditatis, vt ff. de inoffic. testa. l. Papinianus. §. si conditioni. & tamen filius exhæredatus decedens adita hæreditate, transmittit eam ad filium suum licet nondum ratam, nec pręparatam, vt C. de inoff. testam. l. si quis filium, in l. si quis filium, ante filij obitum spes querelæ sibi orta erat, quia pater filij exhęredati erat defunctus, & pendebat terminus hęredi instituto ad hæreditatem adeundam statutus sibi a iure a morte testatoris, vt in l. sancimus, in fi. C. de inoffic. test. Itaq; defunctus primogenitus non videtur transmittere in filium suum, nisi ius quod ipse habet in habitu, non ius ꝙ habere debebat in exercitio. Vnde fit, quod si primogenitus furiosus esset furore perpetuo, & tamen habeat liberos, nũquid auferemus filio eius, & dabimus patruo? certe nequaquam. tex. est in cap. grandi. de suppl. negl. præl. libr. 6. tradit Bal. in dicto consil. 389. nu. 3. Et si dicatur quod nepos non excludit patruum, sed pariter cum illo admittitur, & ideo non licet extẽdere ad exclusionem, quia aliud est simul admitti, aliud cæteros repellere, quod multo grauius est: hi nõ vident, quod iuris est in parte, quo ad partem, id quoque esse in toto, quo ad totum, vt postea probabo. Et filius filij excludit patruum suum, quia quam charitatem institutor, seu testator habuit ad filium, eandem habuit ad nepotem descendentem ex eo, vt est text. ad literam in l. cum auus. ff. de condi. & demonst. & in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Et in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substit. Quæ leges ad literam dicunt, quod de iure communi eandem affectionem, quam testator, seu institutor habuit filio, eandem filijs, seu nepotibus illius filij videtur habere.

Igitur quod nimis apertum sit,

21 † quod idem ius transeat in nepotem filium primogeniti, in successione bonorum, probat tex. in d. l. cum auus, ff. de condit. & demonst. vbi ille text. ad literam dicit, quod si testator quendam filium suum instituit, & pariter nepotem filium alterius filij præmortui, tali conditione quod si ille nepos obijsset intra triginta annos, illa hęreditas reuerteretur filio suo instituto absque alia declaratione. Quærit ibi consultus, si nepos moriatur intra tempus statutum, triginta scilicet annorum, & relinquit filios, si ista hæreditas reuerti debet, & dari filio substituto: quia euenit casus substitutionis, & cum illa conditione nepoti relicta fuit. Et ibi respondit consultus, quod filius testatoris substitutus non consequetur hęreditatem, licet euenit casus substitutionis: imo abnepotes, & sic nepotis filij hęreditatem consequentur. Et ratio huius est, quia eãdem affectionem testator habuit abnepotibus, quam nepoti instituto, licet nati tempore institutionis non sint. quia, vt inquit Bart. Bal. Paul. & omnes in d. l. generaliter, qua ratione prẽmorientem dilexit alteri filio in portione sua, eadem ratione, & omnem eius posteritatem quę reputabatur eadem cum eo. Et dicit Paul. de Cast. in d. l. cum acutissimi, nu. 5. quod de hoc est casus expressus ĩ ista l. cum auus. Et quod nimis miratur quomodo Bal. non ponderauit hanc legem, & licet multum admiretur, Imperator, vt inquit Bar. de hoc casu in d. l. cum acutissimi, tamen, vt ibi dicit tex. plenissimum ei euentum dedit, vt descendentes testatoris grauati post mortem suam hęreditatẽ restituere, intelligantur grauati, si absq; liberis decesserint. Quod est recepta sententia, & finalis conclusio Doct. in d. l. generaliter, quod fauore liberorum disiuncta posita inter conditionem, resoluitur in coniunctam. allegant, l. qui ducenta. §. cum ita. & §. vtrum, ff. de rebus dubijs, quod Bald. hic reputat notab. facit l. quotiens, ff. de hęred. instituen. & l. Lucius, eod. tit. & l. si vnquam. C. de reuoc. do. cap. pręsentia. extra de prob. & cap. Raynu. & c. Rayn. de test. Estque recepta sententia secundum glo. in d. c. Raynuc. vbi rationes vrgentes describit, nec opus est eius dicta transcribere. Filius ergo filij excludit patruum suum, qa quam charitatem institutor, seu testator habuit ad filium, eandem continuatam habuit ad nepotem descendentem ex eo.

22 Non obstant motiua † Doctorum contrarium tenẽtium dum dicunt, quod non potest ad successionem venire maioratus ex persona patris, qui medio tempore, id est antequã adeptus esset maioratum, decessit, vel fuit extinctus, vel inhabilitatus, quia non concludunt intentum suum: & etiam si dicatur quod ius non delatum, nec quęsitum, non transmittitur, quę est maior ratio, quę allegari potest contra nepotem: quandoquidem si primogenitus tẽpore mortis possessoris viueret, nullum dubium remanebat: sed quia prius mortuus est, & videmus quod in bonis diuisibilibus apertũ est, in toto iure ciuili & canonico, quod nepos subintrat in locum parentum suorum, si in vita auorum mortui sunt, non est igitur alia fortior ratio ad hoc, quod in bonis vinculatis, & indiuisibilibus nepos non intret in eodem loco: excepto dicere, quod ius istud non delatum, nec quęsitum, nõ transmittitur, vt in l. vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. Sed respondendum est, quod tex. ille loquitur in his, quę nõ erant debita, vel quasi, & poterant simplici voluntate eius de cuius hęreditate agebatur, tolli cum ambulatoria sit voluntas vltima, vsque ad extremum vitę exitum. l. cum hic status. §. ait Horatius. ff. de donat. inter virum & vxor. l. si qs in princ ff. de leg. 3. cum simili. & in proprijs terminis tradit Old. in d. consi. 224. col. 9. nu. 37. vbi dicit, quod vbi ius speratur deferri ex voluntate testantis, cuius contraria voluntate tolli potest, verum est, quod non transmittitur: & propterea

non

Source : BIU Cujas

non debitum, nec quasi censetur. Vbi autem e constitutionis beneficio ius debetur, cum voluntate a quo debetur, tol li non potest absque iusta causa, vt in feudo, quod est primogenito debitū, iustè dicitur quod ad posteros iustè trasmittatur, quasi æs suum, & respectu testatoris alienum, vt ff. de inofficios. testamen. l. Papinianus. §. si quis impuberes cum similibus.

23 **Minus obstant,** † Quæ aliqui Doct. dicunt, ꝙ scilicet potest intelligi, quando successio diuidi potest inter plures, non tamen quando ad vnum tantum peruenire debet, quia talis responsio, seu opinio non est vera, sed imaginata. Et istæ imaginationes Doctorum, & aliæ similes occasiones dederunt, vt tot temporibus, totque ingenijs summo studio, & labore, veritas non reperiretur. Et ego ponderaui istam opinionem, quæ per multos allegatur, & nescio, vbi intentum suum fundēt, cum nulla lege caueatur hoc demonstrante, nec per verisi mile. Et si est imaginatio Doctorum, prout est, nihil ad casum, eo quod legem non allegent, quia nullus nos cogit sta re opinioni Doctorum, vt inquit Bar. in l. 1. C. de leg. & nos erubescimus, vt aiunt, cum sine lege loquimur, vt tradunt Iaſ. & Salice. in l. illam. C. de collat. tenet Imol. post alios in l. 2. ff. de vulg. & pup. Sed stat regula, & ius, vt supra & infr. potius declaratur, quod si in bonis diuisibilibus nepos intrat in locum sui patris, ac si viueret, in indiuisibilibus, & vinculatis, qui prohibet, quod omnia non habeat, sicut habere partem debet? maxime cum ius sit notissimum omnib. etiam ignaris, quod nepotes ingrediuntur gradum paternum. Et idem videmus in simili in successione ascendentium, quod nepos è filio præmortuo succedit, simul cum filio, & sic cū patruo, prout est casus in c. 1. in prin. de gra. succe. in feud. & clare probat tex. in c. 1. de succ. feu. Et ibi tenent Bal. & Alu. qui dicunt indubitatum esse secundum omnes per illū tex. Et tenet Andr. de Iser. in d. §. his vero. dicens quod in feu. succeditur iure Romano. Et glo. in c. 1. de feu. not. Et probatur ratione, quia si in materia feudorum non reperiretur text. hoc decidens, recurrēdum est ad ius commune, vt habetur in c. de feu. cogn. tenent glo. Bal. & omnes in d. cap. 1. de gra. succ. in feu. De iure autem communi nepos in successione ascendentium succedit in locum patris, & in gradu, & succedit simul cum alijs filijs. Instit. de hæred. quæ ab intesta. defer. §. cum filius. Et eodem modo concludendum esset, si non reperiretur text. in materia feudorum, per quem decideretur, quod in successione fratris, filius fratris præmortui succederet in gradu patris, & cum patruo simul admitteretur, an recurreretur ad ius commune, & concludendum esset, quod sic, prout est de iure communi, vt in d. Auth. post fratres cum simil. Præsertim cum idem ius sit, & esse debet de toto, quod est in parte, vt constat è l. quæ de tota. ff. de rei vind. & c. pastoralis. §. item cum totum, de offic. deleg. & c. super quæstionem. §. eius ergo. eod. tit. glo. Bart. Bald. Paul. tradunt, & est communis opinio, & recepta sententia, ꝙ eadē ratio est de toto, quo ad totum, quæ de parte, quo ad partē. Et sicut nepos succedit in locum patris, vt ad partem admittatur, ita succedere debet, vt admittatur in totum, ad exclusionem patrui, vt dictum est supra, & infra dicetur. Et sic patet, quod idem ius est in portione, quæ defertur de iure communi, quod in illa, quæ defertur de iure speciali, quia ista opinio est communis, vt tradit Ioan. And. in addi. Spec. in rubr. de succeſſ. ab intest. versi. similem quæstionem. Et patet ex his, quæ ponit Alber. de Ros. in quæstionibus statutorum, in 2. par. q. 100. & Domi. Anton. in consil. 20. æquitas valde suggerit, & Paul. Cast. in consi. 342. Præcipue cum nō sit lex. in toto iure, quæ dicat, quod non debet admitti in toto, & quod non est lege cautū, non inducit priuationem, vt in Auth. de non eligen. secun. nubent. §. cum igitur, ibi, nec est lex tale, quid dicens. Quod not. Bald. in Auth. ex testamento, nu. 5. C. de secun. nupt. & ob id ius commune remanet pro nepote in toto, sicut in parte, quod scilicet quilibet vocatur in eam partem, quam pater accepturus erat, si vixerat. Et si in parte, quam filius habiturus erat, si vixerat, nepos illam consequi debebat sicut pater suus, sequitur qđ seipsos offundunt tenebris, & veritatem caligine obducūt, omnes dicentes in illo toto nepotem non admitti, in quo pater suus admitti deberet, si viueret, præsertim cum nō sit ratio, nec lex contrarium permittens.

Facit pro iuris euidētia nepotis

24 †in spe, & in habitu, quod filius dicitur Dominus in vita patris, & possessionem in vita patris habere videtur filius, vt ff. pro hærede. l. 2. in fine. & l. in suis. ff. de lib. & posth. & ibi glo. & Doct. & in §. sui. Instit. de hęre. qualit. & diff. cum sim. Sed hoc effectualiter non est verum. nam in vita patris filius nō habet legitimam, nec aliquid in bonis eius, not. in l. cum filius, & ibi Doct. ff. de verborum oblig. & in l. Imperator. ff. ad Trebell. tradit Bal. Ang. & omnes in l lex Cornel. §. 2. ff. de vulg. & pupil. substit. Bal. in Auth. hæc mulier. C. de sacrosanct. eccle. Vt quid ergo dicimus filium dominum in vita patris? respondebimus, vt per Doctores vbi supr. & in alijs similibus, quod dicitur dominus in habitu, sed non in exercitio. In habitu, propter spem, quam habet succedendi in bonis parentum, sic igitur in casu nostro, si filius primogenitus decedit in vita patris relictis aliquib. filijs: mortuo auo succedit nepos loco patris sui, & in eius portione, quia venit ad successionem è persona patris per repræsentationem per iura supra deducta. Et si dicatur quod hoc debet intelligi in bonis diuisibilibus, & non in indiuisibilibus, iam supr. proxime respondi, idem ius esse in vno casu, sicut in alio: & aliter peruerteretur ordo successionis, & destructo ordine destruitur ordinabile. l. tria prædia. ff. de seruit. rusti. præd. Et ad destructionē antecedentis, sequitur destructio subsequentis. l. j. & ibi Bar. & omnes. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. Eam igitur portionem, quam pater habebat in habitu, consequitur filius & in exercitio, non patruus.

25 **Facit etiam,** †Quod possessio ciuilis, & naturalis differunt, quia ciuilis animo tātum retinetur, naturalis tamen corpore, vt in l. j. per glo. & Doc. ff. de acquir. possess. & in l. j. C. vti possidetis. Et pone ꝙ possidēs ciuilem inquietatur in possessione, agit inquietatus interdicto vti possidetis, cuius natura principalis est, vt pronūcietur quod quemadmodum possidet, ita possideat. Et sic pronunciabitur me in ciuili possessione tuendum. Præsertim cum ad retinendam possessionem ciuilem bene sufficiat solus animus, vt per Doct. in d. l. j. ff. de acquiren. poss. quia ciuilis possessio non perditur, sed animo retinetur. Sic dicendū est in præsenti, quod cum filius primogeniti ius primogenituræ habeat in habitu, & in mente, licet nondum habeat in exercitio, facta a iure transmissione de primogenitura in habitu, & in mente, per mortem aui maioratum possidentis, venit consequutiue in exercitio, quasi ad suum fontem. Et sic per mortem possidentis maioratum transfertur in sequentem in gradu ciuilis, & naturalis possessio. Et cumulato iure maioratus in nepotem, præfertur patruo: quia ad patruum istud ius ire non poterat, cum non haberet fundamentum, ad quod respiceret, seu iret. Quia nec in habitu, nec in exercitio habebat ius ciuile, nec naturale. Et hinc inde est, quod sola administratio dicitur transire ad filium, cum pater moritur, vt iusra probabo.

26 **Quid ergo impedit,** †Quin ab ipsis summus exemplum, vt quomodo illi, qui falsa inuenerant, posteris & tradiderunt, sic nos, qui verum inuenimus, posteris meliora tradamus? Supereſt ingens vna maxima, & extrema quęstio, quę videtur in hac quæstione securim ad radicem ponere: cuius disputatio non ab ingenio, sed a scientia venit. quę pluribus explicanda erit, ne quid dubium omnino relinquatur. Qđ excluso de rebus humanis ordine naturę, necessario sequebatur, vt omnia sua sponte sint nata. Qui enim dicit omnia sua sponte esse nata, nihilq; diuinæ prouidentię tribuit: hic profecto rationem non asserit, sed euertit. Cum igitur generatum aliquid sit, oportet vt generans etiam sit aliqd. Quandoquidem vnaquæque res habet propriam certamq; naturam, suum semen, suamque legem ab exordio datam. Cum autem generatum, vt ait Aristoteles, 7. Metaph. sit simile generanti, necesse est, vt homo generet hominem, & equus equum, & canis canem. Et quia virtus formatiua naturaliter est ordinata, vt producat omnino simile ei a quo sperma est decisum, vt asserunt Philosophi, 7. Metaph. Generans simile est, in generatione, generato: & secundum illud genus, sequitur quod simile generet simile, ex quo sequitur quod omnia generata consequuntur speciei similitudinem è virtute generantis, id est, id quod est in potentia fieri in actu. Et est manifestum, quod agens est causa in rebus generabilibus, & corruptibilibus, quare quod quid erat esse vna, & eadem est diffinitio. Et quia intentio nostra est dare causam materialem propter quam generatio, & corruptio sunt, quia omne generatum, vt asserunt Philosophi, 7. Metaph. componitur ex materia & forma: oportet scire qđ id ex quo res est, principium rei esse videtur. Huiusmodi autem est materia, nam ex materia dicimus materiatum esse, vt Aristoteles inquit, 1. Metaph. Et illud ex quo fit aliquid, cum sit principium generationis rei, videtur esse causa rei: quia res per generationem procedit inesse. Ex materia autem primo res fit, quia materia rerum factioni pręexistit: materia enim est ens in potentia, & species est actus eius. Si enim ipsa materia non sit substantia, fugit a nobis, quę sit alia substantia præter materiam. Et quoniam materia per se existere non potest sine forma, perquam est ens actu scire

for-

Source : BIU Cujas

formam abſque materia, & materiam abſque forma, vt aſſerit Philoſophus in 1.& 4.Phyſicorum, impoſſibile eſt. Cū ergo communis ſententia Philoſoporum ſit, quod è nihilo nihil ſit, palam eſt, quod id quod præexiſtit, oportet ꝙ ſit ps rei generatæ: conſtat.n.ꝙ materia quæ præexiſtit, eſt pars generati, quod ex hoc probari pōt, quia materia, vt ait Philo. 3.Meta. eſt in generato, & ipſa fit generatū, dum in actu educitur. Nec ſolum pars quæ eſt materia prę exiſtit, ſed ſicut è dictis patet, etiā præxiſtit pars, quæ eſt in ratione ſcilicet forma. hæc enim duo, materia ſcilicet & forma, ſunt partes generati. Vnde dicitur ꝙ omnes ſubſtantiæ ſenſibiles habent materiam: quod ideo eſt, quia omnes ſunt in motu, & motus non eſt ſine materia. Cum igitur quędam mutatio ſit ſecundum ſubſtantiam, ſcilicet generatio & corruptio, oportet eſſe aliquod commune ſubiectum quod ſubiiciatur cōtrariis mutationibus ſecūdum generationem & corruptionem. Et hoc poſitis terminis quæ ſunt forma & priuatio, ita ſcilicet quod quandoq; ſit actu per formam, & quandoque ſit ſubiectum priuationis illius formæ. Ex hac autem Ariſt. 8.Metaph. ratione apparet, quòd generatio & corruptio ſubſtātialis, ſunt principium veniendi in cognitionem materiæ primę: quod ita ſe habet ad omnes formas & priuationes, ſicut ſe habet ſubiectum alterabile ad qualitates cōtrarias.

27 Quidam enim dicunt quod tota eſſentia ſpeciei eſt ipſa forma: ſicut quod tota eſſentia hominis eſt anima. Et hæc opinio videtur eſſe Auer. & quorundam ſequentium eum. Sed videtur eſſe contra intentionem Ariſt. in vi. Meta. dicit enim quod res naturales habent in ſui diffinitione materiā ſenſibilem, & in hoc differunt a Mathematicis. Non autem poteſt dici ꝙ ſubſtantiæ naturales diffiniantur per id quod non ſit de eſſentia earum. Subſtantię enim non habent diffinitionem ex additione, ſed ſola accidentia. Vnde relinquitur quod materia ſenſibilis eſt pars eſſentiæ ſubſtantiarum naturalium, non ſolum quantum ad indiuidua, ſed etiam quantum ad ſpecies ipſas. Diffinitiones.n. non dantur de indiuiduis, ſed de ſpecieb. Et quia quodlibet generatur è quod libet ſemine, vt hī Phyſi.ii.& homo hominē generet è materia & ſol, & e ſpermate generatur homo, virtus actiua quę eſt in ſpermate, & ſi non ſit anima in actu, eſt tñ aīa in virtute: ſicuti forma domus in aīa nō eſt domus actu, ſed virtute. Eſt.n.ī ſemine virtus formatiua, quę hoc modo ad materiā cōparatur concepti, ſicut cōparatur forma domus in mente artificis ad lapides & ligna: niſi qđ forma artis eſt oīno extrinſeca a lapidibus & lignis. virtus autem ſpermatis eſt ītrinſeca. Vnde ſicut ex forma domus quæ eſt in mente, poteſt fieri forma domus in materia: ita ex virtute ſeminis pōt fieri anima completa, præter intellectum, qui eſt ab extrinſeco, vt dicitur in 19.de animalibus. Media enim principia agunt in virtute primorum. In his vero, quæ generantur ex putrefactione, etiam in materia eſt aliquod principiū ſimile virtuti actiuæ, quę eſt in ſpermate: è quo cauſatur anima in talibus animalibus. Et ſicuti virtus quæ eſt in ſpermate, eſt ab anima completa animalis & virtute cœleſtis corporis, ita virtus quæ eſt in materia putrefacta generatiua animalis, eſt a ſolo corpore cęleſti, in quo ſunt virtutes omnes formæ generatæ, ſicut in principio actiuo. Qualitates etiam actiuæ, licet actio ſint, non tamen agunt ſolum in propria virtute, ſed in virtute formarum ſubſtantialium, ad quæ ſe habent ſicut inſtrumenta, vt dicitur in ii.de aīa. Quapter, vt aſſerit Aug.in li. de act. cum Felice Manich. oīa quę fiūt, & quod quiſque facit, aut de ſe eſt, aut ex aliquo, aut ex nihilo. Homo quia non eſt omnipotens, de ſe filium facit. ex nihilo autem, & ex eo quod prorſus non eſt facere vt ſint, nullus hominum poteſt. Deus autem quia omnipotens eſt, & de ſe filium genuit, & e nihilo mundum fecit, & è limo hominem formauit, vt per iſtas tres potentias oſtenderet effectionem ſuam in omnibus valentem. Quia de ſe quod fecit, nec feciſſe dicēdus eſt, ſed genuiſſe. & ideo dicitur In Credo, & in Symbolo Athanaſ genitum, non factum, conſubſtantialem patri: &, Filius a patre ſolo eſt, nō factus nec creatus, ſed genitus. Quia omnipotens Deus, & de ſe potuit generare, & de nihilo facere, & ex eo quod iam fecerat aliquid formare. De ſe filium æqualem ſibi, de nihilo mundum & vniuerſam creaturam: ex aliquo de terra hominem. quod non ſolum ex arcanis ſanctarum literarum, ſed ex Philoſophis colligitur, quod ex non ente non fit ens. Et licet fatendum ſit multa neſciri, quæ uoluit Deus intelligentiā hominis excedere, tamen multa ſunt, quę poſſunt & ſenſibus percipi, & ratione comprehendi. Quandoquidem, ſi vera ſunt quæ a nonnullis Philoſophis aſſerū tur, mulier in generatione prolis habet rationem paſſiui miniſtrando materiā, & illam præparando, & conceptum fœtum fouendo, & nutriendo ante partum & poſt, vt ad literā dicit gl. in Eſdræ. 3.cap.4. Quia in generatione, maſculus. vt dicit gl. Sap.7. habet virtutem actiuam & fœmina paſſiuam. Mulier enim, vt Varro interpretatur, quem refert & ſequit Lactantius de opifi. Dei, cap. 12. a mollitie eſt dicta, immuta ta & detracta litera velut mollier, cui ſuſcepto fœtu, cū partus appropinquare iam cœpit, turgeſcentes mammæ dulcibus ſuccis diſtenduntur, & ad nutrimentum naſcentis fontibus lactis fœcundum pectus exuberat, & ideo dicitur ante partum & poſt. & plus roboris maribus attributum eſt. Vir itaque nominatus eſt, quod maior in eo vis eſt quam in fœmina, ut hinc virtus nomen accepit. & ob id in ſemine viri deriuat virtus actiua & formatiua, fœtus de materia a matre adminiſtrata. At fœmina quidem qua fœmina, inquit Ariſtote. 1. de animalibus. cap. 20. patiens eſt, in qua mas agens. Quod firmat Bal. in conſi. 205. dubium ſuper quo. li. v. vbi dicit quod matres vt terra ſemē ſuſcipiunt, vt ſaccum & granum ſuum. Et ideo mulierum teſticuli non ingrediuntur in generatione, nec ex ipſis effectus producitur. Et mirandum eſt qualiter Galenus in lib. de ſemine diſputare voluit contra Ariſtotelem in re in qua proul dicit Lactantius, de opific. Dei ca. xi.& xii. qualiter fiat, mens humana cōphendere non valet. Turpe enim eſt, vt ait Plautus, hominē ingenioſum dicere id, quod ſi neges, probare non poſſit. præſertim ī iſto caſu, vbi varia a Philoſophis diſputata ſunt. Et licet comprehenſum non ſit quomodo fiat, aut quomodo omnino ſit, tamen non diſſimulabo quid ſentiam, non qa ſic eſſe affirmem, quod eſt inſipientis in re dubia facere, ſed vt expoſita rei difficultate, intelligas quanta ſit diuinorum operum magnitudo. Et nō dubito quin ſi Galenus ſciret ſuſtinere non poſſe hanc quæſtionem, non illam ſic tractaret, eo qa ꝓbare nō poterat. Et ab illa decederet, ſicut fecit Hippocrates, in 3.Progn.cap.44.de quo teſtimonium perhibuit Macrobius, vt nec falli nec fallere poſſet. quod & fere ipſe Galenus lib.8. c.4.aſſerit, tamen a futuris ſe deceptum fuiſſe ingenue profeſſus eſt, vt ſcribit Cel.li iii. cap.viii. Et ob id Quintilianus, Hippocrates clarus arte medicinæ, honeſtiſſime, inquit, videtur feciſſe, quod quoſdā errores ſuos ne poſteri errarent, confeſſus eſt. Et ſic credendum eſt quod Galenus fateretur, ſi in mentem haberet quod mulierum teſticuli non ingrediebantur in generatione. Quandoquidem ſperma mulierum, quod in mulieribus generatur, nō habet inuentionē in generatione, vt dicit Auer. in lib.ii.c.x.de collig. vbi etiam dicit ꝙ poſtquam libros Ariſto. legit, a multis mulieribus quæſiuit de hoc, & reſponderunt. quod plures impręgnatæ fuerunt, etiam ſi diſplicuiſſet eis coitus. Et qđ vidit quamplures impręgnatas, quæ fuerūt a maſculis violatæ. Et ſi dicatur, quod Deus & Natura nil fruſtra faciunt, & ideo prędicti mulierum teſticuli de aliquo in generatione ſeruire debent, minus etiam probare pōt, ad quid in hominibus ſunt mammillæ, ꝙ nec in hominibus habent aliq̄ inuentionem, & tamen habent eas, & alia quæ produxit natura. Ex quibus Lactantius Firmianus inquit de opific. Dei, ca. xi.& 12. id quomodo fiat, non eſt difficile prænidere, qa multa ſunt in corpore, quorum vim rationemq; perſpicere nemo niſi qui fecit, poteſt. Quod & ipſe Galen. aſſerit dicēs in li. de par. animal. Ipſe nouit euidenter qui plaſmauit creator. Sed apoſtolus Paulus hoc dubium aufert quādo vas hominis mulierem appellat, dicens j. Theſſa. iiii. Vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione. Et Augu. lib. v. ca. vii. contra Iulianum: vas, inquit, ſuum, id eſt ſuam coniugem poſſidere. Vas autem, vt ait Cicero, in Tuſculan. inſtrumentum eſt ad aliquid capiendum; & cū vas inſtrumētum ſit ad aliquid recipiendum, & e ſe dat, imo recipiēdum & e ſe nihil dat, imo recipit, clarum igitur videtur quod mulier ſicut vas ſemen recipit: & ſicut virtus paſſiua vltra non habet in generatione quam nutrimentum, ſicut ſemen ex terra, & corpus ex cibo. Quandoquidem (vt ait Philoſopus i.de ge.& corrup.ca.v.) cibus non erit caro actu poſt potentiam: & hæc eſt differētia inter ipſum & generationem. Differentia enim inter augmentum & nutrimentum eſt, quando illud quod fit ſecundum ſenſum non eſt niſi tantum caro, tunc dicitur nutriri, & quando illud quod fit ſuerit caro habens quantitatem ſenſibilem, tūc dicitur augmentatio. Ignis cum incēditur per ſe, eſt generatio, & ſi apponas ligna, erit augmentatio. Et nō deſunt autores qui dicunt, ꝙ cibus non eſt pars corporis: nam Seneca in lib. epiſt. idem firmat, dicens c. xxxi. Cibus adiutorium corporis eſt, nec tamen ps eſt. Veluti ſi ueniat in quęſtionem, inquit Lactantius, de opific. dei, cap. xi. lumen, quo vtimur quid ſit, & reſpondeatur, oleum eſſe, quoniam cōſumpto illo, lumen extinguitur, cū utrique diuerſa ſint, ſed alterum fit alterius alimentum. Et vt ipſe Lactantius aſſerit, duo ſunt in homine receptacula, vnum aeris, quod alit animam, alterum ciborū, quod alit corpus. Et cum homo ex corpore, atque anima conſtet,

illud

illud receptaculum ſoli corpori præſtat alimentum, animæ vero aliam ſedem dedit. quandoquidem, vt ait Chryſoſtomus, in ſermo. de Dauidic. cauſa tic. quemadmodum cibo vita hęc ſubſtentatur, & ſic ſi bonis actionibus adnitamur ſpiritu potiemur. Doctrina enim ſacra vt ait Thomas in epiſto. Pauli ad Hebr. v. eſt ſicut cibus animæ, vt dr̃ Eccleſiaſti. xv. cibauit illum pane vitę & intellectus. & xxiiii. Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibūt me, adhuc ſitiēt. Sacra ergo doctrina cibus & potus eſt, quia animam potat & ſatiat. Cibus igitur, inquit Chryſoſtomus, impinguat corpus, ſed pars corporis non eſt, Et ſicut duo ſunt in homine receptacula: ad viuendum, ſic & in fœminis vterus in duas ſe diuidit partes ad concipiendum, quæ in diuerſum diffuſæ ac reflexæ circumplicantur ſicut arietis cornua. Conceptum igit̃ Varro, & Ariſtoteles ſic fieri arbitrantur. Et hac in parte vaſorum aliorum quæ nutrimentum non prębent, differens erit, & in reliquum vaſa erunt. Quod firmat Ripa in l. ex facto. §. ſi quis ita, num. 4. ff. ad ſen. conſul. Treb. & Bal. in d. cōſ. 205. li. v. vbi dicunt q̄ pater eſt proprie ille qui generat & ſeminat, mater vero quæ ſemen ſuſcipit, ſicut ſaccus. Allegant Phyſicos, quib. dicunt in hoc eſſe ſtandum, vt cōmēdat tex. in l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. ho. & tex. in l. j. ff. de ven. inſpi. & l. inteſtato. §. vl. ff. de ſuis & le. cū ſi. Quamobrē, vt ibi aſſerūt, nati è filiæ non p̃ſt dici generati ex auo materno: nec filius debet portare arma familię maternæ, ſed paternæ. Hoſt. Ioa. And. Panormit. & alii in c. Raynucius, poſt principium de teſt. eos reprehendentes, qui faſtu quodam ſuperbiæ ſibi cognomina matrum aſciſcunt, cum ſunt patribus nobiliores: ex eo arbitrantes nobilitatem ſibi comparari. Quibus adſtipulatur antiqua Aegyptiorū lex, qua nullus ex eis genitus, Spurius habebatur etiam ſi ex ſerua natus eſſet: ſolum dicebāt patrem eſſe generis authorem, matrem nutrimentū, & locum infanti tm̃ prębere, Diodoro teſte. lib. ii. Et ēt conſuetudo ſanctarū ſcripturarū: vt ordo mulierū in generationib. non texatur, vt aſſerit Hieron. in Matt. cap. i. & ibi gl. & oēs. Quapropter non per Mariam, ſed per Ioſeph inducitur.

28 **Quod confirmatur** per ea quæ dict x ſunt ad Iacob, Geue 35. vbi Dominus dixit ei, Iſrael vocabit̃ nome tuū, & creſce & multiplicare, & gentes & cq̄gregationes gentiū erūt ex te. & Reges ex lūbo tuo ꝓdibūt. Et ēt cōfirmatur in lib. Iob c. 40. vbi dicitur, Fortitudo eius in lūbis eius. & ibi glo. quę dicit, q̄ in animalibus maſculinis defluit ſemen a renib. ad mēbra genitalia. & apoſtolus Paulus, Hebr. 7. Adhuc enim, inquit, in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedech. Et ibi gl. & Tho. qui dicunt q̄ ſicut Adam peccante, qui in lūbis eius erant, peccauerunt, ſic Abrahā dante decimas, qui in lū bis eius erant, decimati ſunt. Quod non ſequitur in Chriſto, licet in lumbis Adæ & Abrahę, quia non ſecundum concupiſcentiam carnis inde deſcendit. Cum ergo Leui & Chriſtus ſecundum carnem in lumbis Abrahæ eſſent, quando decimatus eſt, non ideo pariter decimati ſunt, quia ſecundum aliquem modum, non erat ibi Chriſtus quo erat ibi Leui. Secundum rationem quippe illam ſeminalem ibi fuit Leui, qua ratione per concubitum venturus erat in matrem, ſecundum quam rationem non ibi erat Chriſti caro, quamuis ſecundum ipſam ibi fuerit Mariæ caro. Leui ſecundum concupiſcentiam carnalem, Chriſtus autem ſecundum ſubſtantiā corporalem inde venturus erat. Cum enim ſit in ſemine viſibilis corpulentia, & indiuiſibilis ratio, vtrum cucurrit ex Abraham vel ex ipſo Adam vſque ad Mariæ corpus. quia & ipſum eodem modo conceptum & exortū eſt, Chriſtus autem viſibilem carnis ſubſtantiam de carne Virginis ſumpſit. Ratio conceptionis eius, non a ſemine virili, ſed longe aliter ac deſuper venit. Proinde ſecundū quod de matre accepit, & in lumbis Abrahæ fuit. Ille ergo decimatus eſt in Abraham, qui ſic fuit in lumbis eius, ſicut in lumbis ſui patris etiam ipſe Abraham fuit: id eſt qui ſic eſt natus de patre Abraham, ſicut de ſuo patre Abraham natus eſt. vt aſſerunt Theologi in iii. ſententiarum, iii. diſtinct. Et ob id in generatione non fit aliqua mentio de matre, quia totū qđ filius hēt, eſt a patre. qñquidem totum hoc intelligitur, vt ait Thom. in epiſt. Pauli ad Hebr. in his quæ in Abraham ſiue in Adam fuerunt ſecūdum rationem ſeminalem & corpulentam ſubſtantiam. & ob id huc Leui in lumbis erat Abraham quando dedit decimas Melchiſedech, & ſic Abraham decimato, decimatus eſt etiam Leui. Quod etiam cōfirmat Sapiē. 7. vbi formaliter & ad literam dicitur: Sum q· dem & ergo mortalis homo ſimilis omnib. & ex genere terreno illius qui prius factus eſt, & ī vētre matris figuratus sū caro decem mēſium coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis. Et ibi gl. quæ dicit q̄ in generatione, maſculus habet virtutem actiuam, & fœmina paſſiuam. Poterit autē faciendi & patiendi, vt inquit Philoſoph. 9. Metaph. eſt quo dammodo vna potentia, & quodammodo non. Vna quidē eſt, ſi conſideretur ordo vnius ad aliam: vna enim dicitur p reſpectum ad alteram. Si autem conſiderentur hę duæ potentiæ, actiua ſcilicet & paſſiua ſecundum ſubiectum in quibus ſunt, ſic eſt alia potentia actiua & alia paſſiua. Potentia autem paſſiua eſt in patiente, quia patiens patitur propter aliquod principiū in ipſo exiſtens. Et potentia paſſiua nihil aliud eſt, quā principiū patiendi ab alio. Potentia vero actiua eſt in agēte, vt calor in calefactiuo, & ars ædificatiua ędificāte. Et quia patientia actiua & paſſiua, vt oēs aſſerunt, in diuerſis ſunt, manifeſtum eſt q̄ nihil patitur a ſeipſo in quā tum aliquid eſt aptum natum agere vel pati. Per accidens autem aliquid pati contingit a ſeipſo, ſicut medicus ſanat ſeipſum, non vt medicum, ſed ſicut infirmum. Cui enim ineſt principium agendi, non ineſt principium patiendi. Nobis autem, vt ait Auguſti. Categor. c. xiij. regula illa ſufficiat vt ſcia mus facere & pati genere eſſe coniuncta, qualitate diſcreta. Et enim calidum, quod frigido præſtat calorem ſui, ſub eodem genere eſt, quo eſt frigidum, ſed diſcrepat qualitate, qđ calet: & doctus cum docet indoctum ſub eodem genere eſt, ſed qualiter diſcernitur. Claret ergo (inquit Auguſ.) facere & pati genere eſſe ſimilia, contraria qualitate. Nam in naturalibus vitam habentibus imperfectam, vt in plantis, agens & patiens vidimus in generatione non diſtingui, ſed in eodem actiuam eſſe virtutem atque paſſiuam. In eis autem quę uitam ſortiuntur perfectam, propter perfectionem generationem agens ac patiens diſtinguitur. Et ideo ad organa corporis informanda, fœmina vt agens, non exigitur, ſed maſcul⁹ in quo virtus eſt actiua & formatiua. Alioquin non oportebat in animalium generatione duo concurrere, niſi vni virtus actiua, & alteri paſſiua a natura diſtributa fuiſſet. Nam vt Hippocrates aſſerit de humana natura lib. 1. nec quæ miſcētur, generant, niſi ſint eiuſdem generis, eandemq; habeāt facultatem. Licet ergo aliqua virtus actiua, in p̄paranda ad genituram materia, fœminę aſcribi poſſet, in qua ventris reqritur diſpoſitio, quę proli fomētum præbeat: in ea tamē non eſt virtus actiua ac formatiua conceptus, ſed in ipſo tm̃ ſemine maris quod principium eſt actiuum. Nec tamen ad concipiendū fœtum, oportet vt quemadmodum ſemen viri eſt actiuum principiū, ita & ſemen mulieris neceſſario adſit vt principium paſſium. nam ſupra deductum eſt, & experiētia, vt aſſerit Hieron Sauanarola, de Ferrar. Trium p. crucis, li. 3. c. 8. eſt compertū, plures mulieres abſq; ſui ſeminis interuētu fœcūdari: p̄ſertim cū apoſtolus Paulus ad Galatas dicat c. 4. At dum venit plenitudo tpis, miſit Deus filiū ſuum factū ex muliere. Et rurſus ad Romanos, c. j. Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundū carnem. Et licet poſſet dici natus è muliere, ſignanter tm̃ dicit factum, & & non natum. Naſci. n. aliquid eſt ipſum produci, non ſolum ex principio coniuncto, ſed fieri ēt ex principio ſeparato. Arca. n. vt ibi ait Thomas, fit ab artifice, ſed fructus producitur ex arbore. Principiū autem generationis duplex eſt, ſcilicet māle: & quātū ad hoc, Chriſtus proceſſit è principio coniuncto, quia mām ſui corporis ſumpſit ex Virgine. Vnde ſm hoc dicitur naſci de ea, Matth. i. de qua natus eſt Ieſus. Aliud eſt principiū actiuū, vt ſup. probatū eſt, qđ quidē in Chriſto, quantū ad id qđ prīcipiū habuit id eſt, quantū ad formationē corporis, nō fuit ꝯ iunctū, ſed ſeparatū: qa virtus ſpiritus ſancti formauit illud. Et quātū ad hoc nō dr̃ natus ex muliere, ſed factus quaſi ex principio exteriori. Quærit aūt cū nos confiteamur Chr̃m natum ex virgine, quare Apoſtolus dicat cū eē factū ex muliere. Et dicēdū, qđ illud naſcit, qđ nāli ordine ꝓducit ſicut fructus ab arbore, vel ꝓles a parēte. Qđ aūt ex volūtate agētis ꝓducit, nō ſm naturæ ordinē, ſicut domus ab artifice, nō p̄t dici naſci, ſed fieri. Quia igit̃ Chr̃s, vt ibi ait Thomas, ex Virgine ꝓceſſit nāli ordine quātū ad aliud, ſcilicet qđ cōceptus eſt ex fęmina, ſpatio nouē mēſiū, dr̃ natus. qa uero quātū ad aliud nō nāli ordine, ſed ſola virtute diuina ꝓceſſit abſque virili ſemine, dr̃ factus. & iō Eua ex Adā dr̃ facta, nō nata. Qm̃, vt ait Chryſoſtomus ī Gene. 2. Et accepit Dn̄s Deus, Adæ, & iterū, Dixitq; Dn̄s Deus, Faciamus illi adiutoriū ſiḿle illi. ſic inquit: Et ędificauit Dn̄s Deus coſtā q̄ accepit ab Adā in mulierē. & paulo ſuperius, Et immiſit Dn̄s Deus exceſſū in Adā, vt diſcamus q̄ nullā p̄is & filii diuerſitatē hæ dictiones indicēt, ſed qa vtriuſq; eſt vna eſſentia, indiſcriminatim noīb. iſtis ſcriptura vtit̃. Vnde & hāc cōſuetudinē, cū de formatione mulieris agit, ſiḿr obſeruauit dicens. Et ædificauit Dn̄s Deus coſtā, q̄ accepit ab Adā, in mulierē. Nō. n. iā dicit formauit, ſed ædificauit, qa ex iā formato partē accepit, & ꝓp hoc dixit: & ædificauit. Nō aliā formationē fecit, ſed ex eo qđ iā formatū, accepta portiūcula quadā, hāc partē ædificauit, & pfectū fecit animal. Et iō & Paulus j. Corin. xj. dicebat. Nō. n. formatus eſt vir ꝓp mulierē, ſed mulier ꝓp virū, ī adiutoriū. ſ. generationis, vt ibi ait Thomas, ſic vt patiēs eſt

Source : BIU Cujas

ꝓpagēs. Quia vir eſt imago & gloria Dei mulier aũt eſt gloria viri. Et ſicut ī prima rerũ ĩſtitutiõe, mulier eſt de viro formata, ita & ī ſubſequẽtibus generationibus, vir per mulierẽ ꝓductus eſt: ſm illud Iob, c. xiiii. Homo natus de muliere. Nã prima productio hoĩs fuit ſine viro & muliere, qũ Deus formauit hominem de limo terræ. Gen. i. Secũda fuit e viro tũ qñ Deus Euam formauit de coſta viri. Tertia autẽ fuit de viro, & muliere, ſicut Abel natus eſt ex Adam & Eua. Gene. 4. Quarta autem e muliere ſine viro, ſcilicet Chriſti e Virgine ſecundum illud Rom. i Et Gal. iiij. factum e muliere, & ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ. Si ergo in generatione Chriſti e parte patris, eo quia natus eſt abſque virili ſemine, dicit eſſe factus non natus: & e parte matris quantum ad humanam carnem, quam e Virgine accepit, dicitur natus ex ea: quoniam ex viri ſemine procedit virtus actiua & formatiua in generatione: ideo non poteſt dici matrem aliquid habere præter nutrimentum, vt iam dictum eſt, ſicut ſemen e terra. Quo fit, vt ait Auguſt. de Gen. ad literam. ca. xvii. vt de grano tritico non naſcatur faba, vel de faba triticum, vel de de pecore homo, vel de homine pecus. ſed ẽt animalibus dedit Deus hoc generare, quod ipſa ſunt: vbi non ſolum homines hominem, verum etiam canes canem. Quia creator ſumme bonus dedit extremis vilibuſq; creaturis, vt cum lõge aliud ſint quã eſt ipſe, hoc tamen generẽt, quod ſunt ipſę. Et ideo homo eſt, vt ait Auguſt. lib. ii. ꝙ Maxim. Arri. epiſc. ca. vi. & vii. quod & pater eius eſt, atq; in diſſimili vita non eſt tamen aliena ſubſtantia. Conſideremus ergo inquit Augu. De Gene. ad literam lib. v. ca. xxiii. cuiuslibet arboris pulchritudinem in robore, ramis, frondibus, pomis: hæc ſpecies non utriq; repente tãta ac talis eſt exorta, ſed quo ẽt ordine nouimus: ſurrexit. n. a radice, vt hõ, quam terræ primum germen infixit, atq; inde oĩa illa formata & diſtincta creuerũt. Porro illud germẽ ex ſemine, ergo illa oĩa fuerunt primitus n mole corporeæ magnitudinis, ſed vi potẽtiaq; cauſaliter.

29 Cum autem præbeat formam in procreatione filii, & genus a materia ſumitur, quia materia per ſe habet ordinem ad formam, vt ſupra ꝓbatum eſt. & tradit Philoſoph. in x. Metaphyſicę, & tenet Bal. in l. i. de exerci. & inſt. act. vbi dicit ꝙ nihil poteſt eſſe de ſubſtãtia formæ, niſi materia preſupponatur, quia omnis forma debet eſſe in materia, vt in iure ex materia prima & forma ſimul iũctis fit materiatum. ff. de pignor. act. l. ſi conuenerit. §. ſi quis ſic cauerit. Et pater & filius, vt expreſſius dicatur, eſſentiæ ſint & naturę, quæ *οὐσία* Græce nuncupaẽ, & homo generet hoĩem quã tum ad corpus, nõ quantũ ad aĩam. Et vt ait Hieronym. ad Saluinã. j. ſcintilla vigoris paterni lucet ī filio, quia ſemẽ carnale procedens a patre filium generat. & natura eſt quid a principio connexum, vt dicunt naturales, non per accidens ſubſequutũ. Nõ eſt igitur dubium nepotem poſſe ſe primo genitum dicere ſicut pr̃ eius ſi uiueret, qa portio paterni corporis trãſfuſa fuit in procreatione filii, vt eſt tex. ad literam ī l. cũ ſcimus. C. de agr. & cẽ. li. xi. & in l. 4. ff. de inof. teſt. Et qđ retinet partẽ vr̃ retinere totũ. ar. l. vna. & ibi gl. & Doc. ff de ſeruitu. præd. ruſt. Et in tñ hoc in iure ꝓcedit, vt pater & filius taliter cenſeantur eadem eſſe ꝓſona, & eadẽ caro, ꝙ ẽt uox patris dr̃ vox filii, vt Inſti. de inuti. ſtip. §. ei vero. qui tex. apertiſſime dicit, uox tua tanquam filii ſit, ſicuti & filii tanquã tua intelligitur. Quæ portio, licet ſit cõuerſa in nouũ hoĩem & diuerſam aĩam negari tamen non poteſt, quin remãſerit vera caro & corpus patris, vt etiam aſſerit, Philoſophus in v. Ethicorum, quia forma, vt oẽs aſſerunt, eſt quæ dat eſſe & ſubſtantiã rei. & eſt tex. ad literã in l. Iulianus. §. ſi quis rem. in fi. & ibi Bar. & omnes. ff. ad exh. & in l. ſi is qui. §. q̃dam. ff. ad le. Fal. & in l. adeo. §. in inſulam, ante fi. ff. de acq. rer. dom. Et licet reſiduũ corporis, quod apud patrẽ, tanquam radicẽ remanſit, extinctum ſit, hæc tamen portiũcula quę in procreatione filij fuit transfuſa, nõ eſt extincta, ſed aucta & augmẽtata, & noua anima & nouo ſpiritu infuſis adhuc viuit, vt firmant Doctores, & eſt communis reſolutio in l. is põt. ff. de acquir. hær. Et in ſimili videmus, ꝙ ſi vna actio in aliã transferatur, non cenſetur extincta, vt aſſerit And. Tiraquellus in li. de Nobilit. & iure primogeniorum. q. 40. nu. 30. licet prima extinguatur, vti actio e teſtamento in actionem ſtipulato animo nouandi, propterea qđ ſupereſt alia in eiꝰ loco ſubrogata, in quam fuit transfuſa ſubſtantia primę: ita vt dici poſſit debitum eſſe ex teſtamẽto, licet non ex actione in teſtõ debeatur. l. cum filius. §. hæres meus. ff. de leg. ii. qa nõ titulus actionis, ſed originalis cauſa inſpicienda eſt. l. tutor. ff. de fideiuſ. & l. qui id quod. ff. de dona. Sic in ꝓpoſito, ex quo filii primogeniti reliquiæ remanẽt, quia eſt nepos ex primogenito, talis nepos excludit patruum, qa per ipſum cõſeruãr reliquiæ patris primogeniti. Et non eſt dubium ꝙ nepos eſt naturalis, & intrinſecæ reliquiæ patris, & ex eodẽ corpore cenſẽt eadẽ perſona per iura & fundamenta ſupra deducta. & ita eſt primogenitus ſicut erat pater ſuus. Quandoquidẽ, ſi iuriſconſulti & legiſlatores in tantũ firmarũt, ꝙ hi qui ꝓ republica in bello ceciderunt, in perpetuũ per gloriã viuere intelliguntur. vt eſt tex. in l. qua actione §. ſi quis in coĩuncta tione. ff. ad l. Aquil. Et melior tex. de iure, qui expreſſius loqꝫtur in §. i. uer. cum hi. n. Inſt. de excu. tu. Quod quidẽ fictione quadã gentilica permittitur: & in caſu ficto idẽ effectus non reſultat, prout in caſu vero, quia diſpoſitio intelligi debet in vero & non in ficto. vt ff. de ver. obl. l. ex ea patre. §. inſulam. & C. de epi. & cle. l. Deo nobis. tradit Imol. in l. Gallus. § qđ ſi tiũ. ff. de li. & poſth. & in l. i §. lex Falc. ff. ad l. Falc. Quanto magis in veritate & abſq; fictione viuit per naturam pater, qui viuit in filiũ. Quod & aperte ſignificat illud Eccleſiaſti. c. 30. Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimile. n. relinquit ſibi poſt ſe. Quod qdẽ per omnia iura & authoritates ſacræ ſcripturæ, & nãlis & ſupernãlis philoſophia cõprobatur: & iõ dici non poteſt mortuũ eſſe, qui filium ſibi ſimilẽ reliquit, vt ſatis ſupra & in toto hoc ꝓceſſu comprobatur.

30 His itaq; argumentis q̃ nec Bar. nec vllus alius iuriſta inuenit, & q̃ nos br̃ colligimus, argumenta eorum q contra dixerũt refellamus. Quę Bal. in l. vt inteſtato, C. de iuris & legi. executus eſt. Qñ licet, inquit, filius primogeniti ſit imago patris, non tamen eſt primogenitus, quia aliud eſt imago, aliud veritas. allegat l. ii. C. de iure annulorum aur. Quod q̃ ſit ridiculum, nulli non patet, vt alias dicit tex. in l. iam dubitare. ff. de hęred. inſtituen. Quandoquidẽ ſententia illa ſuperiori illi argumento repugnat. Et non eſt mirandũ Baldum in hoc caſu erraſſe, eo quia conditores legum aberrare videmus, vt uidere licet l. eſt differentia. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypo. vbi ad literam dicit tex. quod deriſus eſt Nerua iuriſconſultus qui per feneſtram monſtrauerat ſeruos detentos ob penſionem liberari poſſe. Et certe nemo mortalium vt ait Plinius, lib. vi. natu. hiſt. vii. omnibus horis ſapit: nec poſſibile eſt inueniri qui lapſus non ſit. Hoĩum. n. errare eſt & falli, & ſolius Dei nec falli nec fallere. c. a nobis. de ſen. exc. & late cõfirmat Pe. Anc. conſ. ccx. Nam in l. ſed an vltro §. ſi autẽ. ff. de neg. geſ. Celſus eleganter deridet Labeonis ſuĩam. & in l. i §. dolũ ff de dol. Labeo, vt ibi ait Accurſius, reprobat diffinitionem Seruii duab. rõnib. & in l. dedi tibi. ff. de cond. cauſ. da. cã nõ ſequut. vt ibi videre potes per tex. & gl. filius corrigit patrem, ideſt Celſus Celſum. Et Seruius Sulp. libros integros cõpoſuit de erratis & notis Q Mutii Sceuolę ſui ꝓceptoris, vt conſtat ex l. Mutius. & ibi gl. ff. pro ſocio. Marcellus aũt notat ĩniam Iuliani, q̃ tamen mox ſequitur Vlpian⁹ Marcellum ipſum redarguẽs in l. apud Iulianũ. ff. de hær. ĩſt. Celſus aũt Domitio Labeoni ita ſcripſit, vt ad literã dicit tex. in l. Domitius. ff. de teſt. aut nõ intelligo qđ ſit de quo me cõſulis, aut valde ſtulta eſt conſultatio tua. Et ut iam nõ mirari debeas ꝙ Vlpianus, Paulus, & Martianus, de notis Papiniani viri acutiſſimi ſcripſerint, videre põtes. l. i. §. ſed nec. & §. & iõ. C. de ve. iur enuc. Iuſtinianũ aũt legũ cõditorẽ, nõne in multis reprehenſum videmus? Sed de Iuſtiniano minꝰ mirãdũ eſt, qui, vt ait Suidas, ne literarũ qdem elementa nouit, cũ videamus ſummos Pontifices qui omnia iura in ſcrinio ſui pectoris recondita habere ſe dicunt, vt probat tex. in c. i. de conſt. li. vi. in multis eos capere aliarum conſtitutionum obliuionem, vt patet ex c. præterea. 23. diſt. & in c. vlt. 30. q. 4. dicit Vrbanus papa ꝓhibitũ nõ reperiri virũ & vorẽ ſimul puerũ poſſe ī baptiſmo ſuſcipere, q̃uis ante Leo id ſatis ꝓhibuiſſet in c. non plures. de conſe. di. 4. qđ ẽt tenet gl. in d. c. põtea. & in d. c. in conſt. licet. gl. in d. c. vl. idipſum excuſare nitatur Ale. tertius in c. licet. extra de voto. ſpõſalia cõtracta verbis ꝓſentib. ſtatuit ꝓ aliud ſequẽs mrĩmoniũ copula carnali conſummatũ non ſolui, licet qdã illius ꝓdeceſſores aliter ſtatuiſſent. Et vt colligĩ e c. quãto. ex. de diuor. de dirimẽdo mrĩmonio. Inn. tertius & Cęleſtinus ẽt tertius pugnantia ſtatuerũt. Vt ẽt patet ex c. i. 31. diſt. & ibi gl. decretũ qđ cõſtituerat Pelagius, vt ſubdiaconi Sicilię abſtinerẽt ab vxorib. quas ante legitime duxerant, Gregorius primus dict. Pelagii ſucceſſor, retractauit. Ex quib. inferũ ꝙ Iaſon in l. pręſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. publ. poſſ Bal. dicit, ꝙ licet papa eſt Doc. vtriuſq; iuris, ex eo qđ eſt papa, eſt tñ doctor authoritate, ſed nõ ſcia. Decret. aliũ aũt cõpilatores aberrare quoq videmus, & ita ſupine, vt aliqñ affirmatiuã ꝓ negatiua poſuerint, vt firmant Hoſt. & Io. An. in c. vl extra de precariis, vbi ipſe Io. An. ad eius erroris excuſationẽ citat illud Horatianũ, qñq; bonus dormitat Homerus. Albertus ī ſuo ĩdice, & Fili. ī c. ii. de reſcri. infinita errata Gratiani collegerũt Et Cy. de errore canoniſtarũ ſępe quęritur. Inexplicabiles atque cõtinuas Neoticorum legum & canonum interpretũ contentiones omitto, cum nulla pene res ſit adeo expedita, quin tamen in eo diuerſę varię, atque etiam contrarię ſint, & ſępe eorundem ſententię. Philoſophorum autem & Mathematicorum ac aliarũ ſcientiarum actorum errores omitto, quia in libros

quos

quos de nauigatione composui, Philosophia contra Mathematicam clare ostendit in quanta vanitate ipsi philosophorum principes deprehendantur. At in tot erroribus & opinionibus e quibus certum vix colligi potest per scientiã humanam: ratio permittit quod diuina tenebras a veritate auferat, quę variis opinionibus obumbratur tam iure ciuili quam canonico. quandoquidem sacra scriptura est, quę fontem veritatis retinet, ipsa est domicilium fidei, & tẽplum Dei: quo si quis non intrauerit, vel a quo si quis exiuerit, a spe vitę ac salutis ęternę alienus est. Ipsa enim clarissime nos docet oculos habere Bald. incolumes, cor tamen cęcum, eo quod nil obstat omne dictum per eum. Et si quãtum Iurisconsulti sępe inter se dissentiunt, consideramus, quod quidem iuribus citatis demonstratur cum aliis infinitis similibus, nõ mirabimur si legum expositores vacillarũt, cum legislatores illarum idem faciunt. Et vt ad propositum redeamus, vt cętera quę supersunt breuiter explicamus, erit nobis contra Bald. integra disputatio. Quod si bene sciuisset de iis quæ loqu utus est, nunquam sibi tam petulanter errandi licentiam vendicasset. Sed eodem ductus errore, ad probandum vnum esse imaginem, & aliud veritatem, fuit contentus allegare legem illam 4. C. de iur. annu. aur. quę ad casum nihil facit. Quandoquidem secundum Augustinum, de gene. ad literam. altera est imago cuiuslibet hominis in filio eius quem e semet ipso genuit sibi similem, altera vero in annulo siue in cera imago eius impressa, quę non est hoc quod ipse, sicut filius qui naturaliter est hoc quod & pater. Filius enim, vt ait apost. Paulus Hebr. i. & in multis aliis locis, est vere & non ficte imago patris, & figura substantię eius. Et si dicatur hoc in diuinis intelligi, & non in humanis est text. ad literam qui dicit, quod vixit Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. vt ibi dicit glossa, iste portauit imaginem terreni hominis, quia oẽs prius portant imaginem terreni hominis q̃ cœlestis. Et forte dicet aliquis, quare si aĩa dignior est corpore, indignius primo formatũ est, & postea quod eminentius? Non vides, ĩquit Chrysost. q̃ in creaturis hoc idem vsu venit: sicut. n. inquit, cœlũ & terra, Sol, & Luna, & cœtera oĩa formata sunt, & irrationabilia animalia, & post hæc omnia homo horum principatum susceperus, & ita in hac hominis formatione prius corpus producitur, & postea anima, quę dignior. Et sicut animalia ministerio, hominis, vtilia futura, ante hominem formant, vt paratum haberet ministrum is ad cuius vsum creabant, ita etiam corpus anima formatum, vt cum secũdum ineffabilem conditoris sapientiam anima produceretur, posset suas potentias proferre per corporis motionem. Et quia illud in quæstionem venire potest, vtrumne anima lapsa de cœlo sit vt Pythagoras omnesq; Palatonici. & Origenes putant, an a propria Dei substantia, vt Stoici, Manichę⁹, & Hispaniæ Priscilliani hæreses suspicãtur. An in thesauro habeãtur Dei olim conditæ, vt quidam ecclesiastici stulta persuasione confidunt. An ex traduce vt Tertulians, Apollinaris & maxima pars occidentalium autumant, ut quom odo corpus ex corpore, sic anima ex anima nascatur. Inhonestum enim putat Augustinus in quæst. uet. test. quęst. xxiii. si dicatur animas cum corporibus generari, vt anima ex anima nascatur, quod nec animæ ipsi cõpetit. Aut certe si singulæ cœlestes potestates factæ sunt, & ex ipsis cęteræ natæ sunt, potest ex vna Adæ anima credibile videri cęteras nasci. Sed non conuenit, quia soli Deo hoc possibile fuit, vt simplex generaret, nec cæteris concederetur. Photiniani enim & Arriani hanc fidem spernunt, nec creduntDeum generasse. Nã si eo tempore quo seminatur corpus, ẽt anima generat ex aĩa de Adam costam sublatam legimus, non tamen animã natam ex anima. Sed si costa secum habuit animam, iam non nata est, inquit August. ibid. sed detracta in patrem. Sed nec hoc scriptum est. Propheta etiã Zacharias inter cætera, Qui plasmauit, inquit, animã hominis in eum. Nec Esaias ab his dissentiens ait. Cap. 44. Sic dicit Dominus Deus, qui fecit te, & finxit te in vtero. Si ergo in vtero fingitur, iã formato corpori tribuitur. Quod quidem Moyses manifestius tradidit dicens, Si quis percusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit, si formatum fuerit, det animam pro anima: si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia, vt probaret non esse animam ante formam. Itaq; si iã forma to corpori datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine deriuata. Nam si cum semine & anima existit ex anima, multę animæ quotidie pereunt dum semen fluxu quodam non proficit natiuitati. Sed si proprius respiciamus videbimusquid sequi debeamus. Contemplemur facturam Adæ, & in Adam enim exemplum datum est, vt ex eo intelligatur quia iam formatum corpus accepit animam. Nam potuerat animam limo terræ admiscere, & sic formare corpus: sed ratione informabatur, quia primum oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci. Ergo non ex patre, nec ex matre, nec ex vtroque qa nec ex vtroq;, nec ex alterutro, inquit Lact. de opific. Dei. c. xiii. animę corporib. serunt. Corpus. n. ex corporib. nasci põt, q̃m confertur aliqd ex vtroq;: de animis anima non potest, quia e re tenui, & in comprehensibili, nihil decedere potest. Itaque serendarum animarum ratio, vni ac soli Deo subiacet. Nã de mortalib. non potest quicquã nisi mortale generari. Ex quo apparet non a parentib. dari animas, sed ab vno eodemque omniũ Deo patre, qui legem rationemq; nascendi tenet solus. Ideo que per respectum ad solum corpus, corpus & caro patris, est corpus & caro filii. l. fi. C. de impub. & aliis substit. cum similibus. Et vt ait Lactan. de sapiẽtib. stulti, & de stultis sapiẽtes sæpe nascunt: quod quidam fato ac syderib. assignãt. sed non est nunc locus de fato differendi. Sicut enim de radice vitis aliquis ramus propagaretur, deinde siccaretur vetus radix, non propterea siccaretur ramus propagatus, quia nouã emisit radicem quæ loco animæ habetur. l. adeo. §. fina. & l. qua ratione. in princip. ff. de acqui. rer. dom. & diceretur eadem uitis cum illa vnde processit, licet renouata noua radice. & sic licet propter animam, & nouum spiritum dicat nouus homo. ad quod facit glo. in l. obligationum. §. nouo. ff. de act. & oblig. & l. dãni. §. is qui vicinas. ff. de damn. infect. licet alio respectu propter nouam animam, id est nouam radicem seu alimentum noua arbor dicatur. l. sed si ex meis §. arbor. ff. de acquiren. re. dom. Quandoquidem, quæ per seminalem rationem procedunt, tandiu durant in sua essentia quandiu semen vel fructus eius reperitur in sua etiam essentia. sicut dicit lex de subrogatione quæ fit in locum capitum demortuorũ, l. vetus. ff. de vsufruct. sed ista successio per seminalẽ rationem transit, vt supra latissime dictum est. ergo in nepotem transit qui est imago patris & figura substãtię eius, & a patre procedit per seminalem rationem. Ideoq; omnis imago similis est ei cuius imago est: sed nec omne quod simile est alicui, ẽt imago eius est, sicut in speculo vel pictura, qa imagines sunt: tñ si alter ex altero natus nõ est, nullus eorũ alterius imago esse potest. Imago namque tunc est, cum de aliquo exprimitur: sicut cum dixit Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Verba sunt diui Augustini in dict. Genes. ad literam. Vbi dicit quod nulla imago est, in qua similitudo non sit: si enim omnino similis non est, nec imago proculdubio est. Quod apostolus Paulus firmat dicens, ad Hebr. 10. Vmbrã habẽs, inquit, lex futurorum bonorum, non ipsam imaginẽ rerũ. hoc est, vt ibi ait Chrysosto. non ipsam veriratem. Lex quippe veteris testamenti, ita se habet ad bona cœlestia, vt ait Thomas, Ibidem sicut vmbra ad corpus, sed noua lex sicut imago. Quia noua lex dicitur lex amoris, & ideo dicitur imago, quia habet similitudinẽ expressam. Imago ergo & similitudo pro veritate habetur per ea quæ dicta sunt, & infra dicetur. Et scriptum est de Moyse, qui similitudinem Dei vidit, hoc est, vt omnes asserunt, veritatem Dei apprehendit. Quapropter plus quam ridiculum est dubitare, nepotẽ primogenitum esse, sicut ipsemet primogenitus: vt alias dicit tex. in l. Domitius. ff. de test. Alioqui nõ diceretur ab August. Lib. 1. & 2. contra Maximinum Arrianorũ episcopũ, quod non est verus filius, si quod est pater non est filius. Sicut de partubus animaliũ, quia veri filii hoc sunt per substantiam quod parentes. & sic, inquit, homo est, quod & pater eius est ac in dissimili vita, non est tamen aliena substantia. Facit tex. in l. Gallus. §. & quid si tantum, & ibi Bart. & omnes. ff. de lib. & posthu. & tex. in l. quod Nerua. ff. deposit. & l. ad simililudinem. C. de episcop. & cleric.

31 Confirmata sunt, vt opinor, quæ falsa & increbilia putantur ab iis quos vera literarum doctrina non imbuit. sed tamen vt refellãtur a nobis etiam illi qui nimium non sine malo suo sapiunt, argumentis quoque illorum errores coarguamus: confirmãdo istã cõclusionem per textum singularem, in auth. de hæred. ab intest. venient. in §. reliquum. Quem tex. ad propositum allegat Ioã. And. in rubric. de feud. in additio. Specul. & ita illum tex. inducit subtiliter Franc. Aret. in consil. 164. & Socin. consi. 252. Vbi ponderanda est ratio per quam deciditur casus noster, quę est quia nepos est positus in loco patris, vt concurrat cum patruo. & sic in ratione decidendi, decidit casus noster. per quam clare probatur in illo tex. quod qualitas per quam frater excludebat fratrem, transit in nepotem qui eius loco ponitur. Et quia primogenitura est quędam qualitas naturalis, quæ inest sicut esse vtrinque, nepos in successione, & portione patri suo adęquatur eo mortuo: igitur omne priuilegium patris, censetur filio attributum, vt dicit tex. sicut pater si viueret. Quæ dictio sicut, regulariter similitudinem denotat omnimodam, vt in cap. olim. &

Source : BIU Cujas

ibi not. de verborum ſignificat. & in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. tradit Ioan. And. in cap. nouit. de iudiciis. Maxime e quo procedit prima diſpoſitio, quæ in ſuccedendo & in quota vult idem eſſe in nepote, quod in fratre. & poſtea ſubditur, ſi pater viueret, quo caſu omnimodam ſimilitudinem & adæquationem ſignificat. tex. in cap. parochianos, de ſentent. ex commu. Quem ad hoc allegat Ludouic. Rom. in conſi. 328. Æquum enim eſt quod nepos qui eſt eadem perſona cum patre, vt ſupra probatum eſt, ſuccedat in locum ipſius, vt dictum eſt. Quod eſt communis opinio & finalis concluſio legum & doct. Et hoc ex natura rei quę ad vnum tantum pertinere debet argum. l. i. §. pen. ff. de aqua plu. arc. Hæres autē ſuccedit in vicem defuncti, vt dicit Ioan. And. & omnes: vnde ſicut defunctus excludebat, ita & hæres, tam in portione delata de iure communi, quam delata de iure ſpeciali, propter dictam rationem quæ militat in caſu noſtro. per tex. in dict. §. reliquū, & ibi omnes. Et licet ius primogenituræ non tranſmitteretur quaſi non quæſitum ante mortem illius de cuius hæreditate agitur, iuxta notata in ca. licet. de voto: tamen tranſmittitur potentia ſuccedendi quæ ex primogenitura ſurgit. Ita Bar. in l. is poteſt. ff. de acqui. hęre. vbi dicit, ꝙ potentia quam filius habet in ſuccedendo patri, eſt diuersū quid ab ipſa filiatione. Quod patet, quia filio decedente in vita patris, nepos ex eo ſuccedit in hanc potentiam, licet nō ſuccedat in filiatione quę cum perſona extinguitur. Quod omnes Doctores ſequuntur. & hoc inducunt Bart. & Paul. Caſt. in noſtra quęſtione, in qua primogenitus præfertur, licet primogenitura non tranſmitteretur tanquam inſeparabilis aliarum, tamen ipſa potentia ſuccedendi tranſmittitur, quod eſt optimum fundamentum in propoſito. Et in tantū nepos aſſumit locum patris, quod in eo non conſideratur ꝙ pria ætas, ſed ætas patris in cuius locum ſubrogatur: igitē eodem priuilegio gaudet, vt dicit Bar. in d. l. liberorum. & plenius ſupradictum fuit, & infra latius probabo. Quia quādo vna res extinguitur, & altera eius loco ſubrogatur, perſona non dicitur omnino extincta. l. cum filius. §. hæres. ff. de leg. 2. Regula namque iuris antiqui & moderni eſt, quod ſubrogatum ſapiat naturam ſui ſubrogantis. l. i. §. hęc actio. & ibi Bar. poſt alios. ff. ſi quis teſt. lib. eſt. iuſ. fuer. & l. eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. Et capi. eccleſia ſanct. Marię extra. vt lit. pend. & ca. i. vt eccleſ. benef. cum ſimilib. Et de iure eſt, qđ perſona ſubrogata vtitur eiſdem priuilegiis, quibus ille in cuius loco ſubrogatur, l decernimus. & ibi Bart. C. de aquæduct. lib. xi. Qui enim in locum alterius ſuccedit, eo iure vtitur, quo ille vti poterat, per tex. in l. qui quadraginta. verſ. nā hæres. ff. ad Treb. & l. Caius. ff. de manu. At filium ſuccedere in locum patris, non eſt dubium, cum text. id expreſſim dicat in §. cum filius. Inſti. de hæred. quæ ab inteſ. defer. cum ſimilib. & ſupra diximus, & infra ſæpius dicemus. Igitur & eodem iure primogenituræ vti debet, vt pater ipſius. Vnde nepos dicitur natus ex corpore aui. l. Lucius. la. ii. ff. de hęred. inſtit. vbi dicit text. quod licet primogenitus mortuus ſit in vita patris, ſi ſuperſunt filii, non dicitur mortuus, ſed potius extare, vt plenius declarabo in materia legis mentalis, vbi clare oſtendam quod quando agitur de feudo aui, filius primogeniti, id eſt nepos, prefertur ſecundogenito, vt in Hiſpania expreſſa eſt conſtitutio, vt dicit Paul. Caſtrē. in conſ. 159. vbi refert Bal. in l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. dum dicit quod hæc conſuetudo multum inoleuit in magnis ſcilicet Francorum & Anglorum. & ibi dicit relationi tanti viri ſtandum eſt: per id quod in ſimili tenet gl. in l. i. C. ſi ſecūd. nup. Et melius hoc dicit Barto. in l. de quibus. ff. de legi. Sed quia ſi materia tractanda eſſet, omnes rationes quas Doctores tractant, nullum finem, vt ait Cicero, habitura eſſet oratio, ne multum ſermo diffundatur, vt tranſeamus ad legem mentalem Luſitani Regni. Cuius quidem radices fortificatæ remanent, & per iura & fundamenta ſupra relata. Et per eiuſdem diſpoſitionem nepos ſuo patruo venit præferend⁹ in maioratus ſucceſſione. Quod probo ex fundamentis ſup. dictis, & ſequentibus.

AD LEGEM MENTALEM COMMENTVM.

3 DEclaraui quantum mea mediocritas tulit, quid iuris nepos habeat, & ſecundogenitus filius in ſucceſſione vltimi poſſeſſoris in bonis patrimonialib. Conſequens eſt breuiter declarare qd iuris habeat in bonis coronæ regalis. Et licet poteram iis q̄ retuli eſſe contentus, tamen adhuc ſuperſunt multa ſuſcepto operi neceſſaria. Sed ſi quis conſideraverit, facile intelliget, quod nihil in bonis patrimonialibus eſt diſpoſitum, qđ in aliis diſpoſitum nō ſit. Quamobrem aperte videri poteſt qualiter filius ſecundogenitus, per iura ſupra relata in totū excluditur, tam in quibuſdam quam in aliis, eo ipſo qđ nepos e pimogenito viuit. Et quamuis lex iſta mentalis caſum non ita clare diſponeret, præſumi non poterat, quod ordinari deberet contra omnem diſciplinam expreſſam iuris. Quandoquidem ſi ſcire volumus quid ſit mentalis lex, & quid in bonis coronæ regalis ſucceſſio, per eandem legem clare demonſtratur: quia ob id vocatur mentalis, quia in mente prius imaginata fuit Ioannis Regis huius nominis primi. Et mens dicta eſt quaſi eminens: eſt enim mens altior animi pars, qua etiam diuina percipimus. Et ſi iſta eminens pars, mentis & voluntatis dicti Domini Regis fuit prędictā legem condere, ſecundum rationem & ius, dicantur omnia iura. Quandoquidem ita in quolibet legislatore ſentiunt, quod ait Philoſophus in Topicis, lib. 2. quod ad legem condendam præſumitur legislator motus ea ratione qua mouetur diſeretus & ſapiens, ſi de hoc fuiſſet interrogatus. Vnde & optimo iure ſcribit Iuriſconſultus in l. i. ff. de iuſtitia & iure. iuris prudentiam veram eſſe Philoſophiam. & ibi gloſ. & Doct. qui dicunt quod ciuilis ſapientia vera Philoſophia dicitur. Quod & aperte nobis inſinuat. l. pe. & ibi Cy. & Corn. C. de his quib. vt indig. Et alibi ſcribit, Iuriſconſultos & Imperatores dum leges cōdunt & interpretant, philoſophari. in §. aliud quoq;. in Auth. de ęqual. dot. Nam cum ſit legib. cū Philoſophia magna ac propinqua neceſſitudo, & quidē tam propinqua, quam Ioui legum, vt Aſtronomis placuit: ideoq; Cicero, li. i. de le. ex intima Philoſophia penitus hauriendum eſſe iuris diſciplinam putat. Ex hac autem Philoſophiæ & iuris prudentiæ coniunctione, aut potius vnitate, & illud manare videtur, quod legum ſcientiæ ſunt etiam quadam veluti cognatione coniūctę, vt qui iuriſperitus eſt, idē quoque Philoſopus ſit ac medicus, quia Imperator leges sā ciendo mederi dicitur, vt in auth. quib. mod. naturales filii efficiantur legitimi & ſui. in §. liceat igitur. & in l. vl. C. q. ad liber. proclamar. non licet, cum aliis infinitis ſimilib. Et in c. ad hęc. extra de reſcrip. & in ca. nihil. in princi. extra de elec. quia nouis verbis noua conuenit antidota preparari. c. cæterum. de iuramen. calum. vbi Panor. hinc not. Iuriſconſultos legislatores & iuſtitię adminiſtratores eſſe medicos. Quapropter licet ratio in ſtatuto expreſſa non ſit, tamen illā conijecturare debemus quę potuit monere legislatorē, vt in l. tale pactum. ff. de pact. per Cy. in l. non dubium. C. de legib. per Dy. in c. fi. de reg. iur. per Bald. in l. maximum vitium. C. de lib. pręt. per Ant. de But. in c. i. de reſcri. quia, vt dicit tex. & ibi Nicol. de Neap. in l. ſcire oportet. §. aliud ēt. ff. de excuſ. tu. quotieſcunque ex verbis legis ſimpliciter intellectis reſultat iniquitas, tunc a verbis receditur, & mēs ſeruatur, quia mēs legislatoris aliud vult.

33 Et ſi de quolibet legislatore preſumi non poteſt legem condere extra iuris rationem: quomodo igitur credi poteſt, ꝙ ille dominus Rex cum tam ampla volūtate ac mente ſatisfaciendi benemeritis & ſeruitiis ſuorū ſubditorum & vaſallis, legem condere voluiſſet in ſucceſſione caſtrorum & bonorum coronæ, contra commune ius & naturalem rationem, & contra omne ius diuinum, ciuile, & canonicum? & iam quod hoc cogitaremus quomodo non clare diſpoſuerat? tam in eius intellectu, quam in litera, ſi ipſe excludi nepotem vellet. ſecundogenito admiſſo in ſucceſſione? Cum ius expreſſum & commune ſit, legem non ſolum claram eſſe debere in ipſius intellectu, ſed in litera. Et nihil debet lex obſcurum vel ambiguum continere, vt ad literam dicit tex. in ca. ſi. de conſtit. Et enixe oſtendit Imperator in authen. de teſta. imperfect. §. nos igitur. vbi ad literam dicit nihil tam proprium eſſe legū q̄ claritatē, maxime ſuper defunctorum diſpoſitionibus: qa lex eſſe debet honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patrię, loco temporique conueniens, neceſſaria, & vtilis, manifeſta quoque, ne aliquod per obſcuritatem incautum captione contineat: nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate cōſcripta, c. erit, diſt. 4. vbi ad literam enumerat. X. quę lex in ſe continere debet, ne Princeps, Philoſophię plenus, aliquid videatur imperfectum ſanxiſſe, vt dicit tex. in l. cum Sillanianum. C. de iis quibus vt indig. facit tex. in c. 23. quæſt. j. & ca. Forus. §. in omni. de ver. ſig. tradit Auguſtinus in lib. de liber. arbitr. Quod eſt argumentum contra facientes ſtatuta obſcura. tenet Ioan. Andr. in capitulo fi. referens Hieronymus vbi multa ad propoſitum adduxit. Sed in tantum dicta l. voluit nepotem admittendum eſſe, ſecundogenito excluſo, quod in totum ſequtus fuit ius & naturam feudorum in ſucceſſione, in quibus nepos admittitur ſecundodogenito excluſo: vt clare in paragraphi tertii declaratione probabo. inquantum ibi dicit lex, quod nolit iſta bona naturam

turam habere feudorum, quia ibi intelligitur in caſu ſolum modo in quo loquitur. Et licet verba obſcura eſſent & non ita clara, mens legis & intentio loquentis plus debet attendi, quam proprietas verborum, l. ſi quis filium, & ibi glo. & Doct. C. de lib. præt. quia, vt ait Cicero, 1. Reth. calumniatoris officium eſt, verba & literam ſequi, voluntatem negligere, mens enim & intentio ſtatutorum, magis eſt inſpicienda q̃ verba l. vbi pure. & ibi omnes. ff. ad Trebel. Bar. in l. cum & iudices. num. 19. C. de iureiur. & idem Bar. in authentic. hoc ius. C. de ſacroſanct eccleſ. Præſertim cum mẽs ita clare mõſtretur per indubitata verba, qua conſtat nõ ſolum promulgatam legem iſtam fuiſſe ſecundum rationem & ius, ſed ea clare monſtratur nepotem admittendum eſſe in bonis coronæ, excluſo ſecundogenito, ſicut in patrimonialibus. Et quia vt inquit Bal. in l. præcibus. C. de impu. & aliis ſubſtitu. Ferro viam aperit qui per contraria tranſit, idcirco ad euidentiorem claritatem, per eandem legem ꝓbabimus qualiter ius nepoti confert, & qualiter per eius diſpoſitionem iuri cõſonans facta eſſe videtur, & non extra illud. Quandoquidem in §. 16. dicit quod illam ordinauit in ſenatu ſupremi conſilii: & in §. 19. ait, quia informati fuimus per iuriſtas noſtri cõ ſilii. Quibus in locis patet quod dicta lex mẽtalis & exordiũ ipſius, & omne in eo contentum iuri conforme eſt, & non extra ius: cum in eius compoſitione, prout dictum eſt, Iuriſconſulti adhibiti fuere, & ſecundum ius ordinatum fuit, qc quid in ea conſtitutum eſt.

34 *Et quod feudalis & non aliud ſit ſta ment alis lex*, ſuper caſtra & bona coronæ per principẽ conceſſa ſubditis & vaſallis ſufficit eſſe. de quo eſt textus in feudis, de natura feudorum, quia ad literã dicit, Natura feudi hæc eſt, vt ſi prĩceps inueſtierit capitaneos ſuos de aliquo feudo, eos deueſtire non poteſt ſine culpa. Et ad intellectum huius principii, ſpecialiter permittunt Doctores, quod Marchio eſt ille qui a prĩcipe eſt inueſtitus de Marchio. Comes vero a Comitatu. Et iſti proprie appellantur capitanei regni ſeu Regis. *Illi vero* qui ab eis feuda recognoſcunt, dicuntur proprie valuaſores regni: qui tamen & capitanei appellant̃, Illi vero qui ab iſtis maioratibus valuaſoribus feuda accipiunt, appellantur minores valuaſores ſiue valuaſini. Illi autem qui ab iſtis valuaſinis feuda accipiunt, dicũtur minores valuaſores.

35 *Si ergo omnis ordo legis mẽtalis iſte eſt* in conceſſione caſtrorum: eadem lex alium ordinẽ iſtis valuaſoribus & valuaſinis non prębet, ſequitur quod ordini & iuri feudorum relinquit. ſicut vidimus in aliis quam pluribus legibus regni, quę multa relinquunt iuris diſpoſitioni. Et ut dicit Prępoſitus Alex. de natura feud. Feudum habet diſpoſitionem ſuam naturalem, & princeps per generalia verba nõ videtur tollere ſpecialia iura. l. decurionibus. & ibi Barto. & alii. C. de ſilent. & decur. lib. xii. Et ideo licet Deus ſubiecerit leges principibus mundi, non tamen ſubiecit contractus & laudabiles conſuetudines feudi. vt plene notant Docto. in l. digna vox. C. de legib. & in ca. i. de proba. gl. not. in Clementina paſtoralis, de re iudic. Bal. in l. princeps. ff. de legib. & in l. i. ff. de pact. & in l. ſi. C. de tranſa. & in l. i. C. de Lati. liber. toll. Pau. Caſtr. in conſil. 281. Quinimo omnes contractus cum principe inniti cẽſentur bonę fidei, qa apud eum bona fides debet exuberare. Bal. in ti. de pact. & conſti. ĩ verbo omnes. tradit Alex. in conſilio 54. num. 21. per iura ꝑ eum ibi. Qua propter apertum eſt dictum Dominum Regẽ non extraordinem trahere in hac lege mentali, laudabiles ꝯ ſuetudines feudi, nec præſumi debet hanc ſuam eſſe intentionem: quamuis ĩ dict. l. mentali. generaliter loqueretur. Quia lex generaliter loquens reſtringitur per rationem, & ibi locum habet lex, vbi eſt ratio. Bar. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. Bal. in l. ſi. C. de hęr. inſt. & in l. ſi. C. de indict. viduit. toll. & ſi hoc eſt de iure communi, in l. generaliter loquens, quid in hac lege mentali fiet? quæ nullum alium ſenſum habet præter illum ſcilicet quod ſecundum iuris diſpoſitionẽ nepos ſuccedat in bonis coronæ ſicut in patrimonialibus, excluſo filio. Quandoquidem bona ſunt eandem naturam habeutia quando a principe conceſſa ſunt, ſicut patrimonialia: & iure hæreditario & ſucceſſiuo delata ſunt filiis & nepotibus.

36 *His igitur tot & tantis teſtibus* cõprobatur eſſe de iure cautum, vt neque mente concipitur, nec verbis enarrare quiſquam poſſit. Sed reducendo iura a ſuo principio aperte oſtendam quare iure hæreditario & ſucceſſiuo in bonis coronæ ſicut in patrimonialibus, nepos ſuccedit excluſo ſecundo filio. Quis autem non intelliget verum eẽ de iure? quod naturale ius omne ius poſitiuum pręceſſit. vt probatur per quam plures leges. ff. de iuſt. & iure. habetur in principio decre. i. diſt. & conſtat ex hiſtoriis, & probat tex. ad literam in l. ii. ff. de origine iur. quod prius fuerunt populi & hominum multitudines, quam regna. Clarum namque eſt de iure naturali, quod non ſolum primogenitus, ſed etiã alii minores filii eiuſdem patris æqualiter ſuccedebant, in oĩ iure competenti ipſi patri tempore mortis ſuæ: cum natura filios ætatis vel ſexus diſtinctione non habita ad ſucceſſionem vocet: ſucceſſoreſque eos faciat parentum ſuorum, vt in l. ſcripto hæredi. ff. vnde lib. & tex. in l. maximum vitium. C. de lib. pręt. & exhær. & in Auth. de ſemiſſ. §. hinc nos. & in l. cum ratio. ff. de bon. damn. ſunt enim filii pars corporis parentum. & ideo iure naturali æqualiter ipſi ſuccedũt. Firmat hoc etiam Philoſophus Ethicorum vij. tradit Oldradus cõſ. 94. per plura fundamenta inconuincibilia. Denique clarum eſt, ꝙ iure naturali inſpecto filii æqualiter ſuccedunt. & huic iuri naturali ius poſitiuum conſonum fuit, ſaltem quo ad certam portionem certis portionis relinquendam. vt eſt tex. in auth. de hær. & fal. §. primum verum. Poſtea autem cum numerus hominum cœpiſſet increſcere, conſtitutus fuit vnus gubernator, ſeu vnus Rex in quolibet regno electus, cui omnes illius regni obedirent. Quandoquidem in mẽbrorũ pluralitate vnicum caput eſt: & ſi in eodem corpore plura capita reperiantur, dicitur eſſe mõſtrum. vt ff. de ſtatu homi. l. nõ ſunt liberi. & in apibus vnus eſt princeps. grueſque vnã ſequũtur. 7. q. i. in apibus. & in toto vniuerſo vnus Deus omnium factor & rector, vt ait Philoſophus in xii. Methaphyſicæ. Exemplum quoque de unitate huius in populo capitis habetur ex diuina ſcriptura, vbi Dominus per Ezechielem dicit, Seruus meus Dauid, Rex ſuper eos erit, & paſtor vnus erit omnium illorum. His quoque conſiderationibus prohibuit papa generali concilio ne vna eademque ciuitas ſiue dioceſis diuerſos haberet pontifices tanquam vnum corpus diuerſa capita quaſi mõſtrum. Et a canone ſancitum eſt vt ſinguli epiſcopi, & ſingulæ prouinciæ, ſingulos archiepiſcopos haberent: vt extra de offic. ordin. ca. qui in pleriſque. & ĩ præal. c. in apibus. Et cum in iſta gubernatione Regni, omnes filii ſuccedere non poſſint, cum ſolummodo vnus eſſe debeat gubernator: conſtitutum & in vſu fuit receptum primogenito Regis hoc eſſe deferendum. Deinde vero aliæ perſonæ particulariter bona vincularunt, aut per principem ſibi conceſſa fuerunt, propter bene merita uel ſeruitia, & in primogenitum conſtitutum fuit eſſe conferenda. Cum hoc principaliter fiat ratione memoriæ, aut agnationis conſeruandę, aut quia principi cõuenit homines potentes habere ad cõſeruationẽ reipublicæ, & Regni defenſionem. Nam & Plato ſuis legibus li. xi. legem huiuſmodi ſanxit. Qui liberos habet, & teſtamentum conſcribit, primo hæredem de filiis vnum quem dignum putauerit, conſtituat: deinde quencunque aliorum adoptandum aliis dederit, conſcribat: & ſi filiorum aliquis ſupereſt, nulla hæreditate munitus, quem ſecundum legem in coloniam ſperat ꝓfecturum, huic liceat patri de alia pecunia quantum velit legare. Vnde per idem ius ad hunc finem diſponens, ratio naturalis non tollit̃, nec natura veritas obũbratur ſecundum quam filius primogenitus eſt hæres patris, quamuis in ipſum primogenitum filiũ ius poſitiuum taliter confluat iſta bona vinculata, ſeu regni gubernationem & alios filios excludat. facit tex. in l. filio. ff. de li. & poſth. & tex. in l ii. ff. de vſ. ear. rer. quæ vſ. conſu. ibi. nec enim naturalis ratio autoritate ſenatus commutari potuit. & tex. in l. iuribus. C. de iur. dot. Quippe qui nec per ius poſitiuum datur filio primogenito quod hæres ſit patris, qa hoc ſibi conceſſum fuit per ius naturale, vt ſupra probatum eſt. Nec iuri filiationis illius, nocere ſeu detrahere poteſt ius primogenituręadditum eidem. tex. in l. i. ff. ſi quis a parente fuer. manumiſ. §. fi. Nec ius poſitiuum diſponens patrem filium in ſua legitima grauare non poſſe, vt in l. quoniam a prioribus. cum aliis. C. de inoffi. teſt. filium ipſum, in bonis patris, hæredem facit, ſed ius naturale primęuum. Quia legitima iure naturę debetur filio. vt dicit tex. in dict. authen. de trien. & ſemiſſ. §. hæc nos. & tex. in l. fin. C. quor. bonor.

37 *Quibus rebus apparet*, quod filius primogenitus eſt hæres ipſius patris, & iure ſucceſſiuo habet bona ipſa maioratus, & tanquam filius ipſius conſequitur bona illa. Quod ſi non eſſet, nullatenus conſequeretur. Quare non eſt dubiũ quod ſi verum eſſet, filium maioratum habere tanquam æs alienum ſibi debitũ, & non iure hęreditario vel ſucceſſiuo, ſequeretur quod pater nullatenus poſſet aliqua ex cauſa filiũ priuare a maioratu: quod aſſerere falſum eſt. Nã in Geneſ. vt legitur. c. 35. & 49. Ruben primogenitus Iacob, priuatus fuit a maioratu eo, qa ad cubile vxoris patris ſui aſcendit, & torũ patris violauit. Quæ qdẽ iuſta eſt cã exheredõnis vt eſt. tex. ad literã ĩ §. cauſas. in Auth. vt cũ de appellatio. Ita

Source : BIU Cujas

quæ si filius a maioratu ex causa priuari potest sicut a legiti ma, sequitur quod iure successiuo & hæreditario consequi tur illum, & non tanquam æs alienum, prout sunt bona ad uentitia, in quibus a patre priuari non potest, etiam si com mittat quancunque causam ingratitudinis. Item si maiora tus esset filio debitus tanquam æs alienum, pater aliquod grauamen ipsi primogenito imponere non posset. Sed nos habemus de iure, quod si filius primogenitus ea quæ pater iubet, non implet, priuabitur a maioratu. tex. in c. licet. de vo to & vot. redemp. vbi expresse hoc habetur. tenent Ioan. An dr. in cap. fine culpa, de reg. iur. li. 6. & in addit. Specul. in rub. de feu. And. Iser. in c. omnes filii, ti. si de feu. fuer. contr. & Al ber. in proe. fforum. §. discipuli, colum. v. dum dicit quod pa ter è causa potest priuare primogenitum iure suo, testimo nio sacræ scripturæ, Gen. 44. & 3. Reg. i. & Paralipo. 5. & rur sum in l. donationes quas, col. 4. C. de donatio. inter virum & vxo. Bal. cons. 360. lib. 2. motus ea ratione quod istud est be neficium legis, non patris, l. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adopt. & Luc. Ren. in l. i. C. de priu. qui in sac. pal. mil. Pe. Acha. con si. 339. Panormit. in c. intellecto, colu. 2. de iur. iu rã. cons. 3. lib. 2. Pau. Castr. consi. 165. lib. 2. & omnes nemine discrepante. In quam sententiam lex est Mosaica Deutero nomio. c. 21. in hæc verba, Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam & aliam odiosam: genueritque ex his libe ros, & fuerit filius odiosæ primogenitus, volueritq; substan tiã inter filios suos diuidere, nõ poterit filium dilectę primo genitũ facere, & pferre filio odiosę: sed filiũ odiosæ agnoscet primogenitũ dabitque ei de his quę habuerit cuncta dupli cia. Quæ & Iosephus repetit lib. 4. c. 5. quod euenit, quia filio iure hæredis & successionis consequitur maioratum. Ex qui bus concluditur, omnia bona maioratus haberi & possideri iure hereditario & successiuo. Ad quod facit optime, si pri mogenitus mortuo patre repudiaret ius sibi competens & non habeat filium, in eodem instanti deuolueretur illud ius primogenituræ ad secundum genitum. argumen. tex. in l. i. §. assignare. ff. de assig. lib. & in l. 3. §. j. cum duabus ll. sequen. co. ti. & facit tex. in l. i. §. qui semel. ff. de acquir. hered. Ex quo se quitur quod ideo consequitur filius primogenitus bona ma ioratus, quia est hæres patris, & sic iure hæreditario & suc cessiuo. Quod etiam firmat Pet. Anch. in c. licet, de voto Au tor est etiam huius opinionis Martinus Lauden. in suo epi tomate de primogenitura. Abb. in cons. 3. volum. ii. per fun damenta singularia posita ibi per eum. Deniq; ista est veriss ima cõclusio omnino dubio carens, ex quibus clare conclu ditur per opinionem Bar. & omnium Doctorum, q̃ excep to casu illo Regis Roberti qui fuit ex concessione domini ca, in quibus locus repręsentationi esse non potest, eo quia ex concessione dominica illud regnum fuit cõcessum & nõ iure hereditario vel successiuo: in omnibus aliis bonis vincu latis, qui, vt supra dictũ est, veniunt iure hæreditario vel suc cessiuo est locus repręsentationi. & sic nepos ex primogeni to mortuo, subintrat in locum patris sui, & de necessitate iu ris maioratum excluso secundo filio genito. Ideoque opi nio Bart. & sequacium est pro nepote & pro eo determinãt casum in d. auth. post fratres. cum similibus. Cum aperte ip se & alii omnes dicant, q̃ quando bona maiorarus iure hæ reditario seu successiuo deferuntur, nepos personam sui pa tris repræsentat. Quãdoquidem lex ista repræsentationis nu tu diuino fuit condita, vt videre licet Genes. ca. xi. & duo. seq. vbi habetur quod Thare tres filios genuit, Abraham, Na chor, & Aram, Aram genuit Loth. Mortuusque Aram an te Thare patrem suum in terra natiuitatis suę in Vr Chal dæorũ, & reliquit filiũ suũ Loth. Thare mortuo, Abraham admisit Loth nepotem ex fratre ad successionem, eumq; fra tris nomine vocabat tãquam frater esset, aut certe fratrẽ re pręsentaret, eiusq; locum teneret. Et iõ ita excludit patruũ, sicut eius pater si viueret, quod satis superque satis probatũ est, & infra latius probabitur.

38 Fortasse quæreret aliquis in casu de quo. tra ctamus, si ista bona coronę a principe concessa vasallis & subditis suis, eiusdem naturæ sint per istam legem mentalẽ, sicut cætera de quibus dictum est. Et licet ex coucessione regali concessa sint, habeantur iure hæreditario vel successiuo ad hoc, vt in illis sit locus repræsentationi. Quod quidem oĩno dubio caret, vt breuiter & clarissime ostendemus. Et primo aduertendum est, quod ista bona coronę regalis conce duntur a Rege, vel antiquitus concessa fuerunt, propter ser uitia & benemerita antecessorum nepotis secundum quod ex ipsa concessione apparet, & secundum tenorem legis mẽ talis: & cum ista bona veniant per descendentiam prędeces sorũ nepotis, iure hereditario & successiuo sunt illi delata. Quod probat tex. expressus in ca. i. §. cum vero Corradus. q̃ feud. dare poss. vbi dicitur quod licet per concessionem Regis seu Imperatoris bona aliqua alicui concessa sint, dicit tex. in cap. j. de succe. fra. vel gra. succ. in feu. quod nepotibus & cæteris descendentibus, iure hereditario & successiuo reli quuntur, quia sicut pater in feudo paterno & antiquo filio, prędiudicare non potest. e. i. ti. de succe. feu. ita nec in iure pri mogenituręe. Ex quibus patet quod licet bona per principẽ alicui concessa sint, cum princeps sit a Deo non immediate sed per debitam & subalternam emanationem, secundum qđ Apostolus ad Romanos loquitur Cap. 13. Non est po testas nisi a Deo. & statim subdit, Quæ autẽ sunt, a Deo or dinata sunt: nepotes seu descendentes illius habent illa iure hereditario successiuo. In casu vero Regis Roberti erat feu dum ecclesiæ concessum, & ob id cum non tractabatur ibi de successione aui vel ataui, non fuit locus repræsentationi. Attamen in casu de quo tractamus in dict. l. ment tractatur de succedendo auo, in qua successione est locus repræsenta tioni: quia iure hæreditario & successiuo ista bona deferun tur, vt satis probatum est, quia cum ratione meritorum il lius cui bona concessa fuerũt, sibi ius quęsitum fuit iure hæ reditario & successiuo habent illa sui descendentes. Quãdo quidem hereditas nihil aliud est, quam vniuersum ius quod testator habet tpe mortis suę, vt dicit tex. in l. hereditas. ff. de regul. iur. cum aliis infinitis similibus.

39 Cum autem apertum sit de iure quod prius fuit po puli multitudo quam reges & regna, a Deo originẽ habue runt, & quæ sunt, a Deo ordinata sunt, ideo secundum ordi nem successionis in regno regulari debent bona ex eo pro cedentia, quia origo & sententia equiparãtur. vt in l. quotiesc cunque. & ibi Bar. C. de decurionibus. lib. 10. & in l. ingenuũ. ff. de stat. hom. cum aliis. Et si dicatur principem voluisse suc cessionem bonorum coronæ eo procedentium esse aliam, hoc coniecturari non potest, licet per verba hoc denotan tia dixisset: quia esset contra ius tam diuinum quam huma num, vt habetur in l. ii. ff. de legib. & senat. consult. §. nouissi me, vbi dicitur quod constituto principe, datum est ei ius. & istud ius datum a populo iuri consonans & rationi fuit. ta liter, quod omne per eum constitutum rationabile esset, & per scipsum in suam et personam mandaret de honestate executioni. Vnde notandum est, quod licet Apostolus dicat ad Rom. 13. quod omnis potestas dominandi a Deo est: non tamen hęc naturalis est generi humano, nec in statu fuit na turę integræ, vt asserunt Theologi in iiij. sentent. quæstio. v. Nam omnes homines, vt ait Gregorius, 12. Moralium. natu ra equales sumus, & omnes ex eadem radice originem dixe runt, ex Adam scilicet & Eua: quibus iure naturali commu nis est possessio, & communis omnium libertas, vt ait Isido rus lib. v. Etymo. Sed hominum culpa exigẽte, sicut iure hu mano facta est rerum diuisio, ita & concessa est potestas do minandi. Qua propter licet ambitio dominandi Deo odio sa sit, tamen ambientium regimen ad refrænandum in or dinatorum hominum malitiam, & ad conseruandum vnũ quodque in sua iustitia, ac ad disponendum ciues in concor dia, permissum est a Deo dominium & prouisum, vt firmat Alphar. in de planctu eccles. par. i. art. i. Permissum, ad puni tionem malorum, prouisum autem ad concordiam & pa cem bonorum. Hinc ait Apostolus d. cap. 13. ad Rom. Princi pes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non ti mere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris ti me: nõ enim sine causa gladium portat. Et licet potestas do minandi variis titulis & modis acquiratur, quandoque iustis & legitimis, quandoqne iniustis: puta electione populi ha bentis libertatem sibi eligendi Dominum, aut iusto bello pugnando contra infideles aut rebelles, aut per legitimam succesionem, aut per institutionem principis vel superioris haben tis iurisdictionem in eos, quibus pręficiendus est Do minus, vel p emptionem, permutationem, aut donationẽ, siue per prescriptionem bona fide factam, aut alio aliquo tali iusto tirulo. Omnes tamen isti modi legitimi, originali ter reducuntur ad consensum aut electionem populi. Nam primus Princeps legitimus, de quo nunc loquitur propter, principatum paternum, qui iure naturali obuenit, populi ꝙ sensu constitutus est: cuius etiam ordinatione & consensu, leges constitutę sunt. Ex quo correlarie sequitur quod nõ ꝓ pter dominium seu dominum, populus: sed propter populũ dominus est constitutus, quia non Dominus populum con stituit, sed populus adunatus Dominum sua sponte elegit: sub cuius regimine populi authoritate tradita pacifice conuenirẽt. Qua pp Rex ex ipsa sui cõstitutione tenet regere ad vtilitatẽ & commodum reipublicæ, cui cõstitutus est Domi nus & Rector. Et quoties contra bonum reipublicæ aliquid præsumit, excedit terminos suæ potestatis, contra illud Prou. 22. Noli transgredi terminos quos posuerũt patres tui.

Et

Source : BIU Cujas

Et ſi bonum reipublicæ non quærit, ſed lucrum ſuum cõtra vtilitatem reipublicæ, non meretur dici Rex, Princeps, au Dominus, ſed tyrannus. Quandoquidem, vt ait Thomas in epiſtola ad Duciſſam Brabantiæ, ideo ſunt eis inſtituti reddi tus, vt ex illis viuentes a ſpoliatione abſtineant ſubditorum. Quicunque enim præcepta dant hominibus, inquit Lactã tius, De vera ſap. lib. 4. ca. 23. atque vita morèſque fingit alio rum, quæro, inquit, debeat ne ipſe facere q̃ præcepit, an non debeat? ſi nõ fecerit, ſoluta præcepta ſunt. Et ob id princeps ita ſecundum leges debet viuere, ſicut ex lege pendet eius au thoritas. Bal. in l. digna vox. C. de leg. & ibi Salicetus, qui di cit quod de debito honeſtatis, princeps legibus eſt ſubiectus Et reuocare nõ poteſt, contractum initum cum ſubdito, ni ſi ex cauſa, quia ſibi non adimplentur promiſſa, vt late po ſuit Abb. in c. nouit, de iud & Pet. de Anch. in c. canonũ ſta tuta. de cõſt. quia ẽt Deus obligatur ex promiſſione facta, vt tradit Magiſter Sent. loco citato per Bal. in l. j. ff. de pactis. & vt dicit tex. in epiſto. inter claras. C. de ſumma Tri. & fide ca tho. in ver. patet igitur. Per me Reges regnant, & potẽtes ſcri bunt iuſtitiã. nihil eſt enim, quod lumine clariore ꝓfulgeat, q̃ recta fides in Principe. Et tunc ſtat regula, ꝙ illud non di citur poſſe, ꝙ cum honeſtate facere non poſſumus, l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignifi Bar. in l. i. C. de mendic. val. Bald. in l. j. ff. de conſti. princi. ſed eo quod legem cõdidit, illi ſtare de bet, & paribus debet iudicare non imperare. Quod quidem per Chriſtum approbatum fuit, vt legitur in actis Apoſtolo rum, c. i. in quantum ibi dicitur, Cœpit Ieſus facere & doce re. & ibi gl. quæ dicit, ne ſimilis eſſet ſcribis & Phariſæis de q bus dicitur improperando Matth. 23. Dicunt enim & nõ fa ciunt. Bene enim docere & illud non facere, nihil aliud eſt, q̃ ſe ſua voce damnare. Debet ergo legislator, vt inquit Lactã tius, De uera ſap. li. 4 c. 24. & docere præcipiendo, & cõfirma re faciendo: quia qui præcepta dat viuendi, amputare debet oĩum excuſationum vias, vt imponat hominibus parẽdi ne ceſſitatem, non vi aliqua, ſed pudore, & tamen libertatem relinquat, vt præmium conſtitutum ſit parentibus, quia po terant non parere, ſi vellent. & non parentibus pœna, quia poterant parere ſi vellent. Quomodo ergo interrogat La ctant. de vera ſap. li. 4 c. 24. poterit amputari excuſatio, niſi qui docet, & ſit quaſi præuius, & manum porrigat ſecuturo quia cum obſeruantia facta ſit in ſucceſſione regni quod eſt caput in membris etiam ſeruari debet: & in ſucceſſionibus inferiorum dignitatum & maioratuum & feudorum exiſtẽ tium intra regnum & quæ deferuntur primogenito, tum qa a capite membra diſcedere non decet. vt in c. cum non de ceat de præſcri. tum etiam quia videmus in ſimil. quod con ſuetudo vicinorum in rebus dubiis, etiam quæ non ſunt vt caput ſeruanda eſt ſi non eſt contra ius, ſed laudabilis & rõ ne ſubnixa. c. cum olim. extra de conſue. tenet Inn. in ca. dile cto. de offi. Archi. Sed hic eſt huiuſmodi, quia in hoc dubio multæ & fortes rationes allegantur pro nepote ex primoge nito. Et non ſolum in regno Hiſpaniæ, ſed etiam in aliis re gnis obſeruantur ſecundum Bar. Bal. & alios vt tradit Pau. Caſt. in conſi. 164. nu. j. in præſenti cauſa.

40 **Et quod in hoc Luſitano** regno deci ſum & clarũ ſit in regni ſucceſſione, nepotem ſecundogenito filio prẽfer ri, aperte demonſtratur per prædictum Dominum Ioan nem Regem, Mentalis legislatorem, qui in eulogio fa cto per ipſum in ſanitate conſtitutum, & abſque aliqua infir mitate, reliqt & declarauit regna ſua ad nepotẽ ex primoge nito peruentura, q̃ Dñs Alphonſus appellabat, ſi viuo ipſo Rege primogenitus dominus Eduardus obiiſſet: excluſo do mino Petro ſuo ſecundogenito filio. Et vltra proſequendo ſtatuit, quod in æternum in ſucceſſione regni prædictus mo dns obſeruaretur. Quod nepos. ſ. ex primogenito mortuo, ſemper præferendus eſſet ſecundogenito filio. Qui ordo & modus ſuccedendi ſemper, & communiter receptus fuit in mente & effectu omnium inuictiſſimo rum Regum, h ucu que hoc Luſitano regno regnantium. Quandoquidem cũ dpminus Eduardus ſuccederet, primogenitus prædicti legis latoris mentalis, cum præfata teſtamenti ſui patris cõditio ne, in regni poſſeſſione fuit. Et cum obiiſſet cum duobus filiis, & abſque nepote ex primogenito, aliquam declaratio nem non fecit. Quo defuncto, regnauit filius ſuus domi nus Alphonſus, qui cum nepotem ex primogenito habe ret, dominum ſcilicet Alphonſum domini Ioannis filium hoc nomine ſecundi, eodem diſpoſuit ordine: quod mor tuo filio ſuo primogenito Ioanne ſe viuo, regna adprædi ctum nepotem ex primogenito eſſent præuentura. Quod quidem effectum non habuit, quia ſuus primogenitus loã nes in regno ſucceſſit. Sed adeo ſcripta & ſculpta fuit dict. ſucceſſio in mente omnium, quod mortuo principe Alphõ ſo ex ipſo Ioanne primogenito, cum abſq; ſobole legitima decederet, relicto tamen Domino Georgio ſuo filio natura li, illi nimis dilecto, illum Ducem Conimbrienſem conſti tuit: accumulando illi Ducatui, alia quam plura caſtra de q̃ bus in donationibus ſuis poteſt videri. Et cum prędicta bo na vincularet, ſtatuit illa nepoti ex primogenito eſſe prẽuẽ tura, excluſo ſecundo filio, ſi caſus contingeret primogeni tum in vita patris deceſſurum. At ſi dicimus de Rege cele brandę memorię Emmanuele qui poſt prędictum Ioannẽ in regno ſucceſſit, clariſſimum eſt, prędictam legem menta lem in fauorem nepotis interpretatum eſſe. Tamen cum ꝓ mulgare vellet & in lucem edere, impeditus fuit multorum litigantium precibus, qui tunc temporis ſuper his litigabãt. Ad quod legislator attentionem non tenetur habere: ſed re iectis omnibus concludenter legem debet ſtatuere, per quã litigia inter ſubditos reſcindantur. ꝙ ſup. in principio pro batum eſt, Salomonem a Deo poſtulaſſe.

41 **Et ſi in mente ac voluntate om**nium Regum, nepos prẽferendus eſt filio ſecundogenito: & ita etiam per illorum teſtamenta eſt receptum in ſucceſ ſione Regni nepotem ſucceſſurum: non eſt igitur dubium omnia bona ab ipſo regno procedentia eandem naturam ſequi debere, per iura & Doctores ſupra citatos. Et abſque dubio etiam eſt, mens prędicti Domini Regis primi latoris illius legis mentalis, vt nepos ſemper prẽferendus eſſet, ex cluſo ſecundogenito, reiectis cõiecturis & iuris prẽſumptio nibus: cum de iure ſtandum ſit voluntati ipſius latoris men talis legis in teſtamento ſuo factę. vt communiter habetur per tex ibi. in l. j. ff. de conſtit. prin. Quod ea. ſ. quod principi placuit, legis habent vigorem, & pro lege reputantur & ob ſeruantur. Et licet hoc procedat quando illa voluntas prin cipis eſt redacta in corpore iuris, vt per tex. in l. metum. § ſed quod prętor. ff. quod met. cauſ. Et poſt omnes concludit laſ. in d. l. i. ff. de conſti. princi. nu. 10. nihilominus tamen quo ad id ſuper quod interponitur illa talis volũtas, pro lege obſer uatur & habetur per tex. in l leges. C. de legib. & ibi Bar. Bal. Pau. & omnes. Denique iſta eſt communis reſolutio omniũ ſcribentium quod in eo quod princeps diſponit, eſt lex: licet non ſit generalis, niſi quando concurrit vnum ex ſeptem re quiſitis poſitis in d. l. leges. C. de legib. Quo ſic prẽhabito, ac cedat regula poſita per Paulum conſultum in l non eſt no uum, & in l. ſed & poſteriores. ff. de legib. ubi habetur quod leges poſteriores per priores recipiunt declarationem & in terpretationem & priores per poſteriores, quando ſunt am biguę aut dubię. & no. per glo. & Doct. in l. ſcire leges ff. de le gib. quapropter lex mentalis recipit veram declarationem per prędictum teſtamentum illiuſmet legislatoris per iura & fundamenta ſupra deducta, prẽſertim cum ipſemet legiſ lator fuerit ſui ipſius interpres & declarator: qui, non vnam ſibi & ſuis ſubditis diuerſam debet ſtatuere legem, licet legi bus ſolutus ſit. vt expreſſe dicit tex. in l. digna vox. C. de legib. & in l. princeps. ff. eod. Ideoque clare ex his concluditur ean dem fuiſſe mentem latoris legis mentalis in d. l. quã habuit in ſuo teſtamento. qnandoquidem licet verum ſit, quod qñ illud ꝙ princeps inbet, ſi non eſt redactum in corpore iuris, non habet vim legis generalis, ſed ſolum particularis, ſuper actu, ſuper quo interponitur: verum eſt & procedit, excepto quando illud qđ iubet eſt deciſiuũ & declaratiuũ legis du bię: quia tunc illa declaratio licet redacta non ſit in corpore iuris, habetur pro lege generali, & tãquam lex generalis ob ſeruatur. ita concludunt cõiter poſt Bar. & Bal. omnes, in l. fi. C. de legib. Ex quo infertur ꝙ eo ipſo ꝙ iſtud teſtamentum ſit lex declaratiua legis mentalis dubię, eſt lex generalis in ter omnes, licet redacta non ſit in corpore iuris. Et ex eo ipſo teſtõ demonſtratur qualiter in omnibus etiam particulari bus, lex mentalis nepotem vocat, & ſecundogenitum exclu dit. Ad ꝙ ẽt facit illud ꝙ notat Angelus poſt Barto. in l. hęre des. §. cum ita. ff. ad Treb. Quod ſemp mens teſtantis, regula tur ſm mentem legis vel ſtatuti, & contra. Et eũ ſequitur ibi Raph. Pau. & Alex. & ibi etiam Ripa, qui variis in locis dicit hanc eſſe communiter receptam. Si ergo in quolibet parti culari mentem, cum legis diſpoſitione confirmare prẽſumi tur, & econuerſo: quanto a fortiori dicere debemus in Rege faciente teſtamentum ſuum, cum ipſemet illius fuit legisla tor: niſi ꝙ ſicut in ſucceſſione in illo teſtõ nepotem voca uit, ita pro expedito habuit per prędictam legem menta lem determinatũ ſm mẽtẽ ſuã, nepotẽ pferẽdũ eſſe ſecũdo genito excluſo. Quod adeo verũ eſt & procedit, quod ver ba diſpoſitiua teſtatoris, recipiñt reſtrictiuã ĩterpretationẽ a diſpoſitione ſtatuti, contra vim & proprietatem verbo rum, vt teſtatur Ripa loco vbi ſupra, allegans quamplures Doctores. Ex quo concludit quod licet aliqua verba cõtra rium ſonãtia, eſſent in prędicta lege mẽtali, regulari debẽt per claram diſpoſitionem teſtamenti legislatoris. Quod

Source : BIU Cujas

equidem vim habet viuæ legis, vt ſupra deductum eſt, & habetur Deuteronomio. xvii. vbi dicitur quòd Rex poſtquam ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi deuteronomium legis, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere dominum Deum ſuum, nec declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnent ipſe & filii eius. Et alia multa reperies in dicto c. xvii.

42 Nunc quoniam ab his quæ retulimus, aliquã tum §. iij. dictę legis mentalis diſſentit, aperiamus ea quę verbis literæ continentur: ne ſtultorum ineptias in accuſandis opinionibus ſequi ac probare videantur. & per eandem legem mentalem in d. §. tertio. p. babimus ordinatam eſſe ſecundum iuris feudorum diſciplinã. Quandoquidem in §. illo tractando qualiter bona illa coronæ indiuiſibilia eſſe debent inter fratres, dixit ibi dict' Dominus Rex, quod dicta conceſſio non veniebat concedẽda ipſis vaſallis inueſtitis in illis bonis coronę, & caſtris ad hoc vti ipſi tenerẽtur ſeruire certo modo, certisq; sũptib. ſicut ĩ feudo: quia nolebat ipſa bona feudalia reputari, nec naturam feudalem haberent. Dicit tamen q̃ tenerentur ipſi inueſtiti ſeruire quando ipſe Rex iuberet. Et ad iſta ſeruitia tantum certo modo, certiſque ſumptibus obligatoria voluit dictus Dominus Rex bona iſta feudalia non reputari. Non tamen ſeruitia omnino abſtulit & extinxit, imo aperte dicit, quod inueſtiti ſeruire teneantur quando ordinatũ eſſet per ipſum. Et ſolummodo ſeruiendi mutauit modum in iſtis conceſſionibus bonorum coronæ, & cum limitauit, & limitata cauſa limitatum parit ſeu producit effectum. vt in l. cancellauerat. ff. de his qui in teſt. del. & in l. agris. ff. de ac qui. rer. dom. & in ca. cætero, & ca. ea naſcitur. de ſententia, excommunicatio. cum aliis vulga. Quæ quidem bona quo ad omnia alia, præter modum ſeruiendi, feudalia ſunt, tam in ſucceſſione quam in cœteris: vt patet in omnibus titulis feudorum. Præſertim cum iſta clauſula in iſto §. ſeu capitulo contenta aliquo modo ad præcedentia, nec ad ſequẽtia, adaptari non poſſit, nec referri, ſed ad illam ſpeciem tantũ caſus ſeruitii in qua loquitur. Quippe clauſula in vno capitulo ſeu §. alicuius legis poſita, ad caſum illius ſolum refertur, non ad alia. textus expreſſus in l. 3. §. filius. ff. de lib. & poſthum. & in l. pen. ff. de iniuſt. rup. teſt. Bar. Bal. Pau. Soc. Iaſ. & omnes, hoc ibidem communiter firmãt. Dicit enim tex. in dict. l iii. § filius, quod quando filius exhæredatur ab inſtitutis in teſtamento, & inter ipſos inſtitutos exhæredatur, qđ tũc exhæredatus non videtur a ſubſtitutis. & ſi inſtituti hæreditatẽ nolũt acceptare, quod cauſa deuoluitur ab inteſtato Quandoquidem a ſubſtitutis, filius nõ videtur exhæredatus. quia clauſula illa exhæredationis non trahitur ad capitulum ſubſtitutorum. & ideo clauſula in vno capitulo non refertur ad aliud. Quod expreſſe notat Bar. in primo notabil. & Paul. nume. ii. & omnes alii nemine diſcrepante. & dicit Paul. vbi ſupra, nota. ex tex. quod quando clauſula ponitur in l. vel ſtatuto, & dubitatur an referatur ad omnia capitula legis, ſi cõtinetur in vno capitulo, vel intra vnum capitulũ, ſicut in noſtro caſu, tunc niſi ad aliud non refertur, & ad caſum in quo loquitur in illo capitulo ſeu §. tantum. Et ibi dicit Bar. nu. 9. q̃ paragraphus ſeu capitulum legis dicitur, quã do ſegregatio facta eſt, prout in noſtro caſu, & §. ſeu capitulo iii. huius legis mentalis. Quapropter clare concluditur, quod quando aliqua clauſula ponitur inter aliquod capitulum ſeu §. legis, ad ibi dicta ſolummodo refertur, & non ad alia. ex quo ſequitur, quod eo ipſo quod intra illud §. tertiũ, dicitur quod iſta bona feudalia non ſint, nec talem naturã habere: debet ſolum referri ad illa verba §. ſcilicet ad ſeruiendum certo modo certiſque ſumptibus, & non ad aliud quicquam. Quod etiam probatur per tex. ad literam quem omnes ad iſtum propoſitum allegant, in l. ſi ego & Titius. ff. de iniuſt. rup. teſt. vbi clauſula poſita in vno capitulo inſtitutionum, nullatenus ad aliud capitulum ſubſtitutionum refert: licet ibi tractetur de validando teſtãm, in cuius ſubſtentationem tractatur de fauore publico. text. in l. vel negare. ff. quẽadmodum teſtamẽ. aper. cum aliis. Itaque vſquo adeo clauſula in vno capitulo poſita nõ refertur ad aliud, quod etiam ſi tractaretur de fauore publico, non extenderetur. Lex igitur mentalis, quo ad modum ſeruiendi tantum, corrigit ius feudorum, quo autem ad alia cætera, intacta iura remanent in iſtis bonis coronę quæ proprie feuda ſunt, vt ſatis probatum eſt, præſertim cum limitatum ſit illud ad quod clauſula illa referri debeat.

43 Et in confirmatione huius concluſionis, facit veriſſime ſingulare, quod licet dicant Doctores, ſecus eſſe ſi clauſula eſſet poſita in principio legis vel ſtatuti aut in fine: quia tunc ad omnia ſequentia & præcedentia referret. Omnes tamen firmant, quod iſta clauſula licet appoſita eſſet in principio ſeu medio, vel in fine legis, aut in quacunq; parte ipſius legis, nullo modo referri poterat niſi ad illum caſum capituli in quo poſita eſſet. & ratio eſt, quia licet verum ſit, quod clauſula in fine aut in principio appoſita, vel inter duo capitula ad omnia refertur: ſecus eſt quando illa clauſula eſſet iuris correptoria & a iure exorbitans: quia tũc ſolum ad vnum caſum porrigitur quantumcunque generaliter poſita eſſet. gloſſ. eſt ſingularis cum qua eſt communis opinio in l. talis ſcriptura. ff. de lega. i. ex qua Bar. hoc notat. & clarius tenet Bar. & Angel. in l. prætor. §. erit differentia. ff. vi bonor. rapt. Autores etiam ſunt huius concluſionis Ant. & Imol. in Clement. i. de ſuppl. negl. præl. Idem firmat Paul. in conſi. 383. & Alex. con. 42. li. iij. & Are. in d. l. talis ſcriptura. §. fi. ſupra allegata, tria iura pro iſta concluſione allegat tex. ſcilicet in l. furti. §. mandati. ff. de his qui not. infa. & l. & ſi forte, §. hæc autem. ff. ſi ſeruitus ven. & glo. iuncta tex. in c. cupientes. §. quod ſi per viginti, de elect. in 6. Facit etiam optime illud quod not. Gemeus in c. cum ſingul. in verbo, prioratibus, de præbend. in vi. in quantum dicit q̃ qualitas ſeu clauſula ſuccedens poſt duo obiecta quæ erat proportionabilis vtrique, refertur ad proximum ſubiectum tantum, quãdo ſi referetur ad alterum, inſurgeret iurium correptio. Denique iſta eſt firma & communis concluſio omniũ ſcribentium, ex quibus ſequitur, q̃ cum iſte §. tertius dictæ legis mentalis & clauſula in eo poſita, ſit correptio omnibus iuribus feudorum, extendi non poteſt, niſi in caſu de quo tractatur in §. ſeu capitulo illo, quantumcunque clauſula generalis eſſet, & in principio, vel in medio, aut in fine eſſet poſita. Ad quod etiam optime facit illud quod dicit Abb. per illum tex. in ca. eccleſia veſtra. de elect. vbi per illum tex. hoc idem firmat. & facit tex. cum glo. in l. natura. §. fi. ff. naut. cauſtab. Et ideo ſatis ample probatum remanet, per ius ciuile & canonicum, quod omnia iura feudalia locũ habent in iſtis bonis coronæ, quæ quidem proprie feuda ſunt. excepto in illo caſu. §. iii. legis mentalis: ſcilicet quantum ad modum ſeruiẽdi. Et cum ſatis probatum ſit, bona iſta coronę feudalia eſſe, & probet tex. etiam expreſſus in vſibus feudorum in titu. quis dicatur Dux, march. & comes. Videndũ reſtat vtrũ in ſucceſſione feudi nepos repræſentet perſonam ſui patris præmortui. Et profecto nulli dubium in hoc, quia iura expreſſa ſunt in ti. de ſucceſſ. feu. ca. i. in princi. & in ti. de ſucce. frat. & gra. ſucce. in feu. ca. i. & ibi gl. & Doct. Bal. & Aluaro. qui dicunt hoc eſſe indubitatum, nepotem perſonam ſui patris in feu. ſucce. repręſentare. Quamobrem abſque dubio ſumus, cum clare probatum ſit, bona iſta coronæ feudalia eſſe, in quorum ſucceſſione nepos perſonam ſui patris repſentat ſicut in hæreditate, prout ſingulariter dicit gloſſ. in d. c. i. de ſucceſſ. frat. vel grad. ſucceſ. in feu. quod omnes ſcribentes ibi aſſerunt. Et ideo nepos omnino in iſtis bonis coronæ ſuo patruo præferri debet in ſucceſſione, ſicut eius pater ſi viueret præferreretur. Quandoquidẽ vſqueadeo eius perſonam repræſentet, quod licet ipſe nepos natus non ſit tempore mortis ſui patris, ſufficit tamen ſi ſit conceptus & in vtero matris ſuę coagulatus. Nam vt Plutarchus in uita Lycurgi, & Iuſtinus libro 3. aſſerunt, cum Polydectes regnaſſet poſt mortem patris aliquo tempore: quo quidem mortuo, cum ignoraretur vxor illius prægnans eſſe, regnauit & ipſe Lycurgus, ſed poſtquam reſciuit viduam fratris prægnantem eſſe, continuo declarauit regnũ pueri eſſe, ſi quidẽ mas foret: principatum vero ipſe tãquam tutor moderatus eſt. Accidit autem vt ipſo cum principibus cœnante matrẽ pareret: miniſtri autem ad eum infantem deportarent: quẽ ille ſuſcipiens ad diſcumbentes dixit, Rex natus eſt nobis o Spartiatæ, eumque Charilaum nominauit. Si autem Lycurgus ſui fratris filium in vtero matris ſuę genitum in hæredem recognouit, licet ipſe in poſſeſſione regni erat. & cum in mundo natus fuit, ſtatim in regnum illũ ſublimauit, deſiſtendo a regno quod ipſe poſſidebat. quid in iam nato tempore mortis poſſeſſoris fiet? cum vere & realiter tunc perſonam ſui patris repræſentet cum de eius cõmodo tractetur. tex. eſt expreſſus de iſtamet ſucceſſione loquens in §. ita demum, verſi. poſthumi quoque, Inſt. de hæred. quę ab inteſt. defer. & melior tex. & ibi gl. & Docto. in l. qui in vtero. ff. de ſta. hom. cum aliis quam pluribus. Ideoque non parẽtes nõ poſſunt liberos ſine cauſa priuare ſua legitima, etiam non dum natos, vt conſtat ex tit. ff. & C. de inoffi. teſt. & fl. de lib. & poſthu. & C. de lib. præt. & id obtinet in naſcituris, nedũ ex iam natis, quando & qui poſt teſtamentum naſcitur, rũpit teſtamentum in quo præteritus eſt. l. poſthumus. ff. de li. & poſthum. & l. i. & iii. ff. de iniuſ. teſt. & l. i. ii. & iii. C. de poſt. hær. inſti. cum ſimil. nec poteſt nondum natus exhæredari cum nulla ſubeſſe cauſa poſſit. l. ſi quis in ſuo. C. de inof. teſ. tradit Bal. conſi. 350. nu. 5. vbi dicit q̃ ſtatim quod eſt in vtero cauſaliter, licet non formaliter pro nato habetur.

Ordiamur

Source : BIU Cujas

4 Ordiamur itaq; denuo †A communi filij nomine: vt ipso capite destructo, facilior nobis aditus pateat ad excindendum omne corpus: & omni errore sublato, veritas pate facta clarescat. Quippe quæ peracta est, ni fallor in §.2. magna & difficilis suscepti operis portio, sed maiestate cœlesti suggerente nobis dicendi facultatē, inueteratos depulimus errores. Quandoquidem licet in secundo §. dicat d.l. mentalis, quod talia bona per possessoris eorum mortem filio suo legitimo masculo remaneant, qui ex eo maior remanserit: & in dict.§.3. dicat, quod integraliter habeat illa filius masculus maior, & legitimus ex illo qui moritur, q castrorum possessor fuit. Quæ quidem verba huius legis mentalis, pro filio fortiora videntur: cum ista dictio, ex, secundum iuris dispositionem casum immediatum denotet, vt est tex. in l. ex placito. & ibi Bar. cum alijs. C. de rerum permu. Quid ergo dicemus, nisi errare illos, qui istam dictionem, ex, simpliciter dixerunt denotare causam proximam, & immediatam? cum multoties denotet, & significet causam remotā & longinquam, vt est text. in l.j §. ex incendio, & ibi. Bart. quem omnes sequuntur. ff. de incend. rui. naufr. tenent Doc. in l. non dubium, C. de legibus, vbi omnes dicunt, quod nō de necessitate debet ista dictio, ex, denotare causam proximam & immediatam. Et licet dictio, ex, semper causam proximam, & immediatam denotaret, in casu de quo tractamus, nepos immediate ex corpore aui dicitur nasci. ita text. in expresso nostro proprio casu, in l. Lucius. la 2. ff. de hære. instit. qui tex. in expresso dicit, q nepos ita vocatur natus ex corpore aui, sicut ipsemet filius: & ita immediate pcedit ab auo, sicut a patre. Adde tex. singul. cum ibi not. in c. Adam. & c. mulier. 33. q. 5. & c. nec illud. eod. ibi vnum fontem generis humani. Si ergo in aliqua lege, prout in l. mētali, fiat mentio de filio nato ex possessore maioratus, intelligitur nepos filius filij præmortui, sicut filius ipsius possessoris. facit tex. in l.j. C. de condit. infer. & ibi Alciat. & Bald. vbi dicunt, quod in nepote est sanguinis continuatio, & immediate dicitur fieri, quod per rerum naturam continuatiuæ, vnum est, & idem, & rursum idem Bal. in l. Imperialis. §. his illud, ad fi. C. de nupt. & in c.j. col.j. versi. sed immediate, de eo qui sibi vel hæred. suis. & in c.j. §. filia. in fin. & ibi quoque Aluarot. & Alex. col. 4. tit. de succes. feud. & Steph. Bert. consil. 302. visis copijs. col. 3. lib. 3. vbi adducit illud Matth. j. Ioram autem genuit Oziam, veluti Ozias dictus sit genitus ex Ioram: quamuis inter vtrunque fuerint Ochozias, Ioas, & Amazias, vt patet ex lib. 4. Regum. ex quibus infertur dubium istud tolli ex tenore regiæ concessionis, qui inspiciendus est, vt in cap. porro, de priuileg. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. oblig. & l. si quis stipulatus sit Stichū, de fideiuss. l. fideiussores. §. pro Aurelio. Sed ex tenore, & ex verbis dictæ concessionis manifeste apparet, quod Rex voluit filium primogeniti eundemque nepotem debere præferri filio secundogenito. Dicunt enim verba, suus filius maior, quē de legitimo matrimonio habuerit tempore mortis suæ ex linea recta. Vbi notādum est, quod filius suus maior, sane intelligendo, non possunt intelligi, nec locum habere nisi eo casu, quo filius maior de quo primo fuerat locutus, præmoriatur viuente patre ad quem sermo legis dirigebatur, arg. ff. de liber. & posthu. l. Gallus. §. j. in text. & glos. per Doct. & Pau. Cast. in consi. 164. in præsenti causa, nu. 2. Et manifeste patet, quia si superuiueret patri, Rex voluit, q ipse solus hæreditaret, non autem filij eius, vel alij filij minores, vnde esset contradictio in verbis, quam cuitare debemus, arg. eorum quæ not. Cyn. in l. cum falsa. C. de iur. & fa. ignor. in fi. & Bar. in l. fi. §. idem quæsijt. ff. de condict. indebi. Et si dicatur, quod etiam si superuiuat locum habeāt dicta verba: respondetur quod in dicto casu, præfata verba superfluo apposita fuissent. Quia tunc si filius maior superuixisset, & si successisset, & postea relicto filio decessisset, non esset dubium, quod ad filium transmisisset excluso fratre, vt tradit in proprijs terminis Paul. Castr. in consi. 164. num. 2. dicens, quod certum & indubitatum est, quod eo casu, q filius maior, seu primogenitus superuixisset relicto filio: ex eo verba prędicta deberent intelligi, quod ille deberet præferri in succedendo patri suo, filio maiori, seu primogenito, alijs filijs minoribus fratribus patris sui. Quia sic est de iure: & verba, cum fieri potest, intelligenda sunt secundum ordinem iuris, & ad illum sunt redigenda. ff. de iur. dot. l. sed hoc, nisi cum sua glo. & l. 2. in fin. ff. de admi. rer. ad ciui. per. Sed si filius maior, seu primogenitus decederet post mortē patris, non relicto filio, tunc succederet secundogenitus. Quod etiam patet ex verbis legis mentalis, dum dicit filius maior ex eo, qui moritur, & in omnibus §§. dum dicit ex recta linea, & dum dicit gradatim vnum post alium, ideſt filius, aut nepos, vt postea probabo. Quandoquidem nepos ex primogenito est per rectam lineam, sed frater per indirectam, & transuersalem, vt tradit Paul. Castr. in dicto consil. 164. Et si ita est in casu isto, quod quando filius maior decederet post mortem sui patris relicto filio: ipse filius præferretur patruo secundogenito. Et istud non est dubium, vt dictum est, tam de iure, quam de intentione cōcedentis, quæ creditur esse conformis iuri. Præsertim cum ius ciuile iuri diuino consonans, sit in proprijs terminis, & ius diuinū potentius sit, quam ius humanum, tam ex potestate statuētis, quam ex æquitate statuti, vt tradit Bald. omnium rerum vberrimus fons, in l.j. in 2. lect. ff. de constit. princip. O misera obliuio omnium nostrum, qui nesciamus dicere consul tus Scæuola in d.l. Lucius. la 2. quod quidam testator fratrē quem habebat hæredem instituit, & voluit quod si frater ille institutus decederet sine filijs ex se natis, hæreditatem ad certos substitutos peruenire. Et ibi dicit text. quod si frater iste habeat liberos, cōditio substitutorum defecta remanet. Ex qua decisione clare concluditur, quod quicunque descendentes ex illo fratre dicuntur nasci ex illo: quia appellatione liberorum, vt supra dictum est, comprehenduntur quicunque descendentes. tex. & ibi omnes in d.l. liberorum cum alijs supra alleg. quæ tene menti, itaque, licet ista dictio, ex, causam proximam, & immediatam denotet, tñ in casu de quo loquimur, ita dicitur nepos nasci ex corpote aui, sicut pater suus. per tex. in d.l. Lucius. quia ibi dicitur si sine filijs decesserit ex se natis. & tamen ibi sub illis verbis comprehenduntur nepotes & cęteri descendentes. Sequitur quod de ppria significatione vocabuli illius dictionis, ex, comprehenditur nepos, quem tex. ad propositum allegat Paul. Castr. in consi. 159. vbi dicit, quod nō est, qui ad illum tex. respondeat. Quem refert & sequitur Soc in d. consi. 252. num. 46. & 47. & Andr. Tiraquel. in d. tract. de primog. 9. 40. vbi multa allegat. in nu. 33. quę faciunt, ut filius primogeniti natus sit ex corpore aui, vsque adeo, quod ex persona & qualitate patris habet, quod ex sua habere non potest, vt videre potes in d.q. 40. nu. 36. per Domi. Tiraquel. Et ratio huius est, quia immediatum dicitur, quicquid per naturam continuatur. Et hinc venit secundum Soc. quod omnes dicuntur descendere ex corpore Adam, per iura, p eum ibi, & per fundamenta supra deducta. Adde tex. ad literam cum ibi not. & ibi per glo. & August. in cap. hęc imago. 33. quęst. 5. quia sicut a Deo processerunt omnia, sic ab Adam, &c. Quod tenet etiam Bald. in consi. 386. vbi dicit, quod ius naturę eius dignitatis hinc sunt vnum, & idem, vel saltem inseparabiliter connexa, sicut sol, & splendor. Cum igitur, inquit ibi Bal. nepos sit splendor patris sui, & figura substantię eius: & ex caduce patris, vna caro cum illo est, sicut nos sumus omnes vna caro cum Adam: cum ab ipso tanquam a fonte genituręsumus diriuati: & tanquam a quadam massa. nam pater, vt ait Lactantius, lib. 4. cap. 19. quasi exuberans fons est, & filius tanquam defluens ex eo riuus. ille tanquam sol, hic quasi radius a sole porrectus. Et sicut nec riuus a fonte, nec radius a sole, quia & aqua fontis in riuo est, & solis lumen in radio: ęque nec vox ab ore seiungi, nec virtus, aut manus a corpore diuelli potest. Et rursus ibidem quicquid est in patre, ad filium transfluit, & qcquid in filio, a patre descendit. Sicut ergo, inquit Bal. in d. consil. 386. quod est de massa, videlicet eius pars, nō est realiter distinctum ab ea, ita nepos non intelligitur quid realiter distinctum a patre suo, allegat ad hoc Bald. l. fi. C. de impub. & alijs subst. & vt ibi dicit Bal. hic non agimus de forma distincta hominis, quę est anima, sed de communicabili materia, qa eadem natura est patris & filij. Et nos sumus hic in materia genituręergo cōmittat ea, quę sunt primogenituręsicut ex eadē vite est vitis, & propago, seu germen. Ex quibus Bal. concludit, quod nepos est primogenitus, & primogenitus debet dici in virtute generationis, quę a patre diriuatur in ipsum nepotem, & ista, inquit, est ratio naturalis. Adde Hierony. in Dan. c. 5. b. Notat hoc idem in proposito Ludouic. Rom. consil. 148. & quod nepos immediate dicatur nasci ex corpore aui, firmat Ripa. in c.j. de leg. & long. consuetu. nu. 37. & 39. per fundamenta de quibus per eum. Denique de necessitate iuris, nepos dicitur vere natus ex corpore aui immediate per iura supra relata. Ex quib. concluditur, fundamentum istud ad nihilum esse redactū, imo nepos ita dicitur primogenitus ex corpore aui, sicut eius pater si viueret. Et in consequentiam excludit patruū in successione ipsius maioratus stāte dispositione legis mētalis, quia illi paragraphi intelliguntur secundum illius legis substantiam, & illud quod in persecutione declarant filij, scilicet vel nepotis. Et in defectum nepotis primogeniti, consequetur maioratum filius secundogenitus. Sed interim quod nepos filius primogeniti vixerit, nunquam intelligeretur vocatus secundogenitus. Et quamuis in dictis paragraphis

ragraphis filius vocetur, clarum eſt in iure, & ſæpius dictũ eſt, quod nepos ita vocatur ſui aui filius, ſicut ipſemet filius, & auus, ita vocatur pater, ſicut ipſemet pater, cum nomen liberorum commune ſit filijs, & nepotib. Quod ſatis ample probatum eſt, quando diſcuſſum fuit, quid erat filius, & quid erat nepos, & quid pater & auus, quod iterum, atque iterum tene mente.

45 Libet hoc loco † Illorum reprehendere vanitatem, qui dum volunt cõtra nepotem oſtendere deciſionem text. in l. fi. C. de natur. lib. vbi dicitur, quod quando in aliqua lege fit mentio de filio cum certa qualitate, nunquam appellatione filij comprehenditur nepos. Quem text. ad hoc not. Bart. in d. l. liberorum. nu. 6. verſi. item prædicta. ff. de verbor. ſign. multa colligunt in quibus oculi falluntur: inter quæ illud etiam, quod furioſis & ebrijs omnia duplicia videantur. Et cum lex dicat filius maior, qui eo tempore fuerit conſequetur bona illa, vellent fortaſſe dicere, quod in illis verbis ſtat qualitas iſta eo, quod dicit, maior, & quod ideo non poteſt comprehendi nepos eo, quod nominatur filius cum qualitate, per d. tex. in d. l. fi. C. de natur. libe. & per theoricam Bar. in d. l. liberorum, quem omnes ſequuntur. Quod etiam nihil facit ad caſum, licet iſtud fundamentum aliquid coloris videatur habere. Quandoquidem in d. l. fi. dicit Imperator ꝙ licet ſtatutum erat patrem naturalem filio naturali relinquere non poſſe, niſi certam partem bonorum, tamen dicit ibi textus, quod bene relinquere poſſet nepoti ex ipſo filio naturali omnia bona. Ecce quod ſtatutum in filio naturali, ſeu ſpurio non habet locum in nepote: quia quando lex mentionem facit de filio cum aliqua qualitate non cõprehẽdit nepotem, & qualitas in filio erat, quia ſpurius, ſeu naturalis: & diſpoſitum in filio reſpectu qualitatis, non videtur diſpoſitum in nepote ex eo. Sed hoc tantum euenit, quia eſt quid fauorabile ipſi nepoti, & in materia fauorabili licitum eſt extendere caſum extra proprietatem verborũ. cum de propria ſignificatione huius nominis, filius, comprehendatur nepos. Tamen ſi ibi tractaretur de minorem partem relinquendo nepoti, quam filio, illa extenſio non fieret. Quod notat Bald. ibi ex tex. verſi. ea enim ſubſiſtente, quia quando in illo textu tractatur de fauore ſobolis legitimę æquiparatur nepos naturalis ſuo patri, etiam naturali: ſed quando tractatur de filio naturali reſpectu qualitatis odioſæ inhærentis ſibi, tũc nepos non comprehenditur. Tamen ſi tractaretur de qualitate filij fauorabili, tunc nepos ex eo recte comprehenditur, ſecundum rationem decidendi Bartoli, & Baldi, & omnium ad illum text. Et quod hæc concluſio vera ſit, quod lex, ſcilicet mentionem faciẽs de filio cum qualitate fauorabili comprehendat nepotem, tenet Bar. Paul. & omnes in l. is poteſt. ff. de acquir. hæredit. vbi dicunt, quod qualitas illa primogeniti, quia maior natus & primogenitus, iniecta incluſiua & excluſiua alterius filij minoris comprehendit nepotem ex primogenito, & in illum tranſmittitur. Notat hoc idem Ioann. And. in regula ſine culpa de regul. iur. in 6. Ergo lex illa finalis de natu. lib. intelligitur ſecundum iuris diſpoſitionem, quod nepos appellatione filij non comprehenditur, quando filius nominatur per legem reſpectu alicuius qualitatis odioſæ, ſecus vero quando filius nõminatur per legem reſpectu alicuius qualitatis fauorabilis, quia tunc venit nepos expreſſe ex ꝓpria ſignificatione vocabuli. Et pater in filium recte trãſmittit qualitatem illam fauorabilem primogenituręad excludendum filium ſecundogenitum in maioratus ſucceſſione. Ex quo ſequitur, quod deciſio illius l. fin. C. de natu. lib. pro nepote facit contra filium, quia vera & communis ratio decidendi ad illum tex. eſt, quia ideo nepos non comprehenditur ibi, quia qualitas ſui patris odioſa erat, id eſt Spurius: & ſuccedere non poterat, niſi in certa parte bonorum. Sed quando lex nominaret filium reſpectu alicuius qualitatis fauorabilis, prout in caſu noſtro, tunc nepos recte comprehenderetur. Quandoquidem in odioſis, appellatione filij non continetur nepos, ſi ratio odij, quæ erat in filio, ceſſat in nepote.

46 Et licet tam aperta, & clara, † Atque communis ratio iuris non eſſet, & nomen filij ad nepotem adaptari non poſſet, ſufficiebat ſolum corpus, caro & ſanguis: quia, vt ſupra probatum eſt, pater & filius, idem corpus, & vna eademque ſubſtantia, caro & ſanguis ſunt: & ſi in nomine diſſentiamus, verum de corpore conſtet, nulla dubitatio eſt, quin valeat emptio & venditio: nihil enim facit error nominis, cum de corpore conſtet, vt eſt tex. ad literam, in l. in venditionibus. ff. de contrahen. empt. Sed talis nepos vere primogenitus appellari poteſt, quia ad hoc, vt aliquid dicatur verum, ſufficit quod habeat aliquid veritatis mixtum, vt in l. quid tamen. ff. de contrah. empt. Et vt aliquid dicatur extare, ſufficit aliquid quantumcunque modi cum ex illo extare l. domum. ver. ſi vero quantumcunque pars. ff. eodem. & l. ſi cui vſufruct. inſulæ. ff. de vſufru. Præſertim cum ad hoc vt vere primogenitus dicatur nepos, vſq; ad nomen habeat. Nam tanta eſt filii & patris identitas, quod a patre in filium videtur eſſe quædam continuatio dominii, vt etiam viuo patre, filii quodammodo domini rerum, & iurium paternorum eſſe cenſeantur. Imo nec diſtinguitur pater a filio, niſi nota per quam diſtinguitur genitor ab eo qui eſt genitus, vt in l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. quod no. Bal. in l. quotiens. C. quando non pet. par. pet. accreſ. col. xii. num. 32. vbi ad literam dicit quod nõ videtur mortuus, qui ſimilem ſibi relinquit poſt ſe: eſt enim pars ſui corporis præſens. l. cum ſcimus. § fi. C. de agri. & cen. lib. xi. quem tex. ad hoc aureum dicit Bald. conſil. 234. decretum magnifici. colum. j. lib. j. & ex eo. no. Bar. quod ſi ex ſtatuto non alibrati non debent audiri, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, certe libra patris proderit filio. Atque etiam ſi ſtatuto abſentes non potiantur priuilegiis ciuitatis, ſatis eſt patrem in ciuitate eſſe, vt filius abſens priuilegijs potiatur, perinde ac ſi præſens eſſet. & ſequitur Roman. in l. j. §. domini. & l. 2. ff. ad Sillan. & Pau. Caſt. conſ. 110. ſuper primo quæſito, col. 2. tradit Dom. Tiraquel. in repet. l. ſi vnquam. in prin. nu. 15. ſed quis huic. C. de reuoca. donat. Et ex diuerſo per illũ tex. conſuluit Angel. conſ. 261. ſtatuto ciuitatis, quod non videtur abeſſe a ciuitate qui in ea filios relinquit, qui ſunt pars corporis ipſius: nec tantum filius eſt pars corporis, ſed vterque pater & filius ſunt tanquam vnum corpus, vna queperſona, vt aſſerit tex. in d. l. fi. C. de impub. & alijs ſubſtit. quem multum commendant omnes Doct. ibi, inter quos Bal. ad fi. dicit, quod id quod vnus habet, cenſetur & alter habere, & Ang. etiam ad fi. quod habitatio patris, cenſetur habitatio filij ad conſequendum beneficium vel priuilegium, ad quod quidem conſequendum requiritur habitatio. Quod etiam voluit Bal. in l. 1. §. illud. C. communia, de manumiſſ. Sunt inquam pater & filius vna caro. § hac authoritate, 35. q. 3. cuius authoritate affirmat glo. in c. ſtudeat, in verbo, ſui 54. diſtinct. & in c. ſuper eo. extra de teſt. quod pater & filius cenſentur vna perſona. Atque etiam gl. in c. tibi domino, in verbo. & iuuare, in fin. 63. diſt. quæ ex hoc dicit, quod in patre & filio ſufficit reuocatio mandati, & ſi de ea certior nõ factus ſit mandatarius, per l. ſi pater. ff. de manu. vind. & alia glo. in c. 4. de pœn. diſt. 3. Caro. Flor. in clem. 1. col. 4. de reſcri. quibus concinit, quod apud Saoconem hiſtoriæ Danicæ libro 7. dicit Sinaldus, ſuos ipſius liberos a ſe non eſſe diuerſos quem ſuæ generationis authorem habuerunt, ſeque ac filios vnius hominis loco eſſe cenſendos, quibus veluti vnũ corpus a natura tributum videatur. Quandiu enim, vt inquit Bal. in d. l. quotiens, viuit vita feudi, nunqnam intercidit, nec ad proprietatem redit, quia viuere viuentibus eſt eſſe, & poſito aliquo ineſſe, nulla ſequitur priuatio x. colu. qui feu. dar. poſſ. c. 1. §. cum vero Corradus. & de gra. ſucc. in feu. c. 1. quod etiam firmat Socin. in conſil. 3 1. 1. par. nu. 14. quia natura, vt dicunt naturales, eſt qualitas innata a principio generationis, ex qua virtus actus proficiſcitur & ſemper in eſſe videtur. & habetur cap. 1. de feu. tenet etiam Bal. in proœm. feud 4. diuiſione. Quapropter in omnibus alijs creaturis, vt inquit Chryſoſtomus, docuit nos Beatus Moyſes modum formationis dicendo, Dixit Deus, Geneſ. 2. fiat lux, & facta eſt lux: fiat firmamentum, congregetur aqua, fiant luminaria, germinet terra herbam feni, producant aquæ reptilia animarum viuentium, & producat terra animam viuentem, & verbo omnia firmata ſunt. Sed in formatione hominis, inquit. Et formauit Deus hominem puluerem de terra, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę, factuſque eſt homo in animam viuentem. Vide quomodo verbis, inquit Chryſoſto. quæ noſtræ paruitati congruunt, vſus eſt: ſimul & modum formationis, & in formando potentiam docens, & quaſi, vt humano more dicam, manib. Dei ipſum formare depingit. ſicut & alius Propheta inqt, Pſal. x. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me. Nam ſi imperaſſet ſimpliciter ex terra hominem, nonne productus fuiſſet? ſed vt modo quo formauit, cõtinuo memorijs inculcaret, vt nõ ſupra quam oportet de nobis ſentiremus. Hic exclamare iuuat pulchrum illud Beati Dauidis dictũ Pſal. 105. Quis loquetur potentias Domini, & auditas faciet laudes eius? quia de puluere tale animal produxit, & tanto honore venuſtauit, tantiſque beneficijs ſtatim ab initio ꝓſequutus eſt? Vide etiam in hoc ipſo differẽtiam inter hoc admirabile rationale animal, & cæterorum irrationalium creationem: de illis enim inquit, quod ſupradictũ eſt, Producant aquæ, & prodierunt ex aquis animantia animata: ſic & de terra. De homine autem non ſic: ſed prius de terra

corpus

corpus formauit, postea vitalis illi virtus datur, quæ scilicet animæ est subantia. & idcirco de brutis dicebat Moyses, Sanguis eius anima eius est. In homine autem substantia quædam est incorporea & immortalis, multo interuallo corpus excellens: & tanto, quanto corporeis prœeminent incorporea. Quod & ipsa natura manifestum facit, quia quod insertum est, facit poma suæ speciei, non poma radicis. & hoc est ex lege naturæ, quæ vnumquodque generat tale, quale ipsū est. & ob id causa naturalis transit in nepotem qui ex semine patris producitur, & in quo nomen patris perpetuatur. Et sicut corpus patris partim in filium transfunditur & propagatur, ita effectus ætatis & primogenituræ incœptus in patre, etiam transfunditur in filium: vt quemadmodum pater excluſisset ſecundogenitum, ita & filius qui est eadem persona & eius locum ingreditur, vt sup. ostensum est, iure propagationis & repræsentationis etiam excludit. Quamobrem fundamentalis ratio Alexan. confutatur, in quantum dicit q̃ ideo secundogenitus admittitur, excluso nepote primogeniti, quia ipse secundogenitus est maior ætate. quē refert & sequitur Decius in consil. 1.4. par. in causa. Domini Rodorici Lobo, inducendo dicta Alexandri ad legem mentalem, inquantum dicit q̃ bona illa coronæ habebit filius maior qui ex possessore remanserit tempore mortis suæ. Quippe cum per ea quę dicta sunt, constet ætatem patris huius nepotis esse considerandam in successione aui, non est dubium quin ipse nepos admittatur habito respectu ad ætatem sui patris, quem omnino & per omnia repræsentat in ista successione, excluso secundogenito. Nam aliter si secundogenitus patruus nepotē ex primogenito excluderet, esset nepos multo deterioris conditionis quam filius: quod esse non debet: vt probat tex. in l. maximum vitium, ver. sancimus, ibi & hoc non solum. C. de lib. præt. vbi nepotes ex filiis deterioris conditionis esse non debent, quam ipsi filij: prout illum tex. ponderant Bald. & Paul. Castr. Corneus, & recentiores.

47 Et inquātum ipse Decius in cō-

si. tenet quod nepos repręsentat personam sui patris priuatiue & non transmissiuè, & sic venit ad succedendum auo ex propria persona, & non ex persona patris & ideo, inquit, nō consequitur ius primogenituræ quod erat in patre. Ad hoc fundamentum satis supèrque responsum est. Sed vt magis ī specie responsum detur, sciendum est quod illa opinio licet sit Bar. in l. j. §. si sit filius. ff. de commu. cum emancip. lib. non est vera: quia glo. Accursii ibi, prout ipse Bar. refert, tenet contrarium. & de iure Lusitaniæ regni maioris authoritatis est glo. quam Bar. vt testatur ordinatio lib. ii. ti. v. Præcipue cum opinio glo. sit magis communis contra Bar. vt asserit Soci. in d. consi. 252. nu. 27. Idem tenet Io. An. in rub. de feu. Bal. in l. si emancipati. C. de colla. quos sequitur Salicetus post Rai. de Forli. in l. illam. eo. ti. quia vere & realiter nepos subrogatur loco sui patris, cum eisdemmet qualitatibus quas simul habebat pater. Quandoquidem nepos vere & realiter sine aliqua fictione, est caro patris augmentata, imago & figura eius prout s̃. dictum & probatum est, & pater nō dicit mortuus, eo quia viuit in filio. Hic enim accipimus primogenitum, prout est ex radice parentis & ex massa ipsius. l. pronunciatio. ff. de verb. sig. cum aliis. Et vt integraliter omnia fundamenta Decii deleantur, videndus est omnino Soci. in d. 2 si. 252. aquo subtraxit, non addito aliquo verbo. & ipse Soc. adeo euidenter respondet, q̃ nemo est qui dubitet nepotem admittendum secundogenito excluso. Et quia fastidiosum reputo referre confutationem fundamentorum Decii positam per Soci. d. consi. ad ibi videnda remitto. & ibi videbit̃ qualiter Decius omnia a Soc. transumlit ipsum sub silentio relinquendo. Quapropter nullam authoritatem hac in parte præstare Decio debemus, cum sua intentio fundamentis adeo conuictis fundatur. Et miror quo ore seu qua fronte ausus fuit illa transferre asserendo partem contrariam illius subtilissimi Soci. a quo subtraxit Et in quātum ipse Decius allegat Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. pro filio, & refert q̃ ibi dicit Bal. esse. s. quasi hæreticum disputare de ista q. eo quia per clementinam pastoralis est decisum, pro filio. Illud autem fateor, quod in aliis successionibus collateralium seu transuersalium quam fratrum & filiorum fratrum forte nō haberet locum ius primogenituręquod per repræsentationem inducitur, vt pote cum repræsentatio de iure communi non habeat locum, nisi in linea directa in infinitum. Et ita in specie nostri casus, videtur voluisse Bart. in d. auth. post fratres. C. de legiti. hæred. nam nepos succedit, inquit, in locū patris sui tantum, quādo tractatur de successione aui vel patrui, secus in successione aliorum. per tex. ibi. Ob idque dicit Romanam ecclesiam pronunciasse in regno Neapolitano pro Rege Roberto contra Regem Vngariæ, qui erat nepos Caroli primogeniti, vt sæpius dictum est. & hoc sequitur Rapha. Co. in l. cum ita. §. in fideicommisso'. ff. de lega. ij. & ipse Decius late, consi. omnium. i. & iterum consi. 127. li. 5. Alex. consi. 204. col. 3. li. 2. & consi. 129. col. 2. Præsertim cum in eodem loco dicat Bal. nepotem præferendum esse excluso secundogenito. & etiam dicit quod nescit an Papa Bonifacius determinauerit veritatem in Clemētina pastoralis. quia ibi sunt quædam dicta quæ sapiunt veritatem iuris, & quædam non. & quod Papa ibi fuit magis partialis quam apostolic⁹. & in illa Clementina pastoralis. erat feudum ecclesię vbi nō erat locus repræsentationi, sed ex concessione domini p̃ rōnes supra deductas, per quas nostra quæstio decisa remanet per legem mentalem & per iura feudorum quæ. s̃. retuli qñ probaui bona ista coronę feudalia esse per expressa iura de quibus ibi per me.

48 Quod ad præsentem disputatio

nem pertinebat, ostendi: reliqum est, vt offeram rationes q̃bus fundamentalis ratio legis mentalis omnino declaretur in quantum dicit verbum illud suus filius maior, quod pronomen suus, intelligi debet fratris, scilicet, de quo locutus fuerat ex quo ad aliud relatio fieri non potest. l. i. & ii. ff. de li. & posth. & nō verbis modo, sed etiam exemplis ex vero petitis, vera esse, quę a nobis dicuntur, ostendemus. Quod ex ponderatione verbi, patet necessarie nepotem ad successionem vocatum esse secundogenito excluso: quia istud nom̃ maior significat illum quem nemo præcedit, cum idem sit quod primogenitus seu primonatus. Nam vt ait Iurisconsultus in prœm. Digestorum, versi. in reliqua, quod primum est, aliud ante se habere non potest. Ob idque Cręco vocabulo nuncupatur, quia nihil est anterius. facit l. proximus. ff. de verb. signifi. tenet Bal. in l. cū antiquioribus, col. 6 C. de iure delib. Idem tenet Barba. consi. x. volu. ii. col. 8. & Abb. consi. 85. j. vol. col. ii. dicens q̃ si testamentum, vel alia scriptura faciunt mentionem de maiori filio, debent intelligi de primogenito. Et mos est diuinarum scripturum, vt primogenitus vocetur qui primo natus est: non ille quē fratres sequuntur, vt ait Hieronymus, & probat tex. in c. Ioseph. de verbo. signific. qia nomen istud maior, est comparatiuum, vicē habens superlatiui, qui habere non potest aliquid supra se. vt in l. vbi autem non apparet. ff. de uerb. obli. tenet Bar. in l. qui duos. ff. de rebus dub. Et non sermoni res, sed rei est sermo subiectus, vt ad literam dicit tex. in c. intelligētia, de ver. signi. Et nihil obstat narrandi diuersitas, vnde eadem dicuntur, ca. nihil. eod. ti. Quia primus non solum is intelligitur q̃ ante aliquem est, sed etiā is ante quem nemo sit. vt ff. de vul. & pup. subst. l. ex duobus cum aliis ex quibus infertur quod dum lex dicit, suus filius maior, vsque ad trinepotem voluit discutere de maiore natu: cum de natura dictionis, eius, sit quod referatur ad proximum subiectum, vt no. glo. in ca. accedens, el ii. vt li. contest. tradit Pau. Cast. in d. consi. 164. li. ii. vbi idem dicit, Si statutum loquatur de maiore, per iura per eum ibi.

49 Hoc præhabito apparet euiden-

ter, q̃ nomen istud filius maior. comprehendere secundogenitum nullo casu potest, eo quia maior non est, sed minor: nec primogenitus, sed secundogenitus: pręsertim quia quando lex dicit suus filius maior, illico nepos primogeniti intelligitur in defectu patris sui: quia suus sua suum, denotat dominium. Bar. in l. Quintus. §. argento. ff. de auro. & arg. leg. tenet Soci. in consi. 92. i. par. ver. ii. circa prin. Et ponitur quandoque pro proprius, vt velle suum cuique est. habetque hoc pronomen suum, vocatiuum, vt si dicam defendite Cæsarē o amici sui. Et dicimus etiam suus est illius mos, sua est istius natura, suus est Aristotelis modus, suum Platonis genus. Et vt dixit de suo filio maiore. & dominium denotauit, dicendo, suus, illico primogenitus, qui suus filius maior fuit, dominium obtinuit in nascendo, prout supra ostensum est. Et natus fuit, etiam secundogenitus excluſus fuit: & vt semel excluſus a primogenito, excluſus remanet durātibus reliqiis eius, id est nepote filio primogeniti. quia sicut reliquię prioris tutelę, excludunt sequentem tutelam. vt in l. i. C. de testa. tutel. ita reliquię primogeniturędebent secundam genituram excludere. quia vt dicit Bald. in d. l. cum antiquioribus, primogenitus etiam in vita patris habet quędam iura quę naturaliter primogenita appellantur, & quędam iura consequitur post mortem patris, vt ius succedendi. Pręsertim cum statim quod dictum fuit in illis §. §. ii. & iii. suus filius maior, addidit & dixit in §. 4. quod si talis filius vir & legitimus nō esset, ad quem bona illa deuenire debent. Quę clausula, fm iuris dispositionem intelligitur: & alia interpretatio excepta quę sequitur, illi tribui nō potest. Dicit igitur ille §. filius vir & legitimus aut nepos filius filii masculi: & cum pręfecit dicere filius filii, illico addidit illam clausulam, ad quem perueni-

Source : BIU Cujas

uenire debent. Quæ clauſula ſic adiecta, expreſſe denotat, ſecundum diſciplinam iutis feudorum, nepotem ad ſucceſſionem bonorum admitti excluſo ſecundo filio. Quia verbū ſeu clauſula in fine appoſita, ſi ad omnia præcedentia referri non poteſt, neceſſario refertur ad ſ. proxi. & magis connexa & ppinqua ipſi verbo ſeu ipſæ clauſulæ, l. j. § hoc edicto, & ibi Doctores. ff. de poſtu. l. ſi idem. ff. de iuriſdictio. omniū iud. cle. i. §. fi. & ibi notata de iure pat. l. fi. & ibi Bar. ff. de reb. dub. gl. notabilis, in c. eccleſia veſtra. el 2. de elect. Bal. in ſua margarita, in verbo, inſtrumentum. in ver. no. clauſulam. Auguſtinus ad Polentium lib. 2. vbi ait ſi vis cauere ſequentia, muta antecedentia.

50 Cum autem prædicta clauſula aliam proprietatem non habeat in ſe, nec conſequentiam, vt intelligi ſecundus filius poſſit, cum addita fuit aliis ſupra proximis verbis in quibus filius filii maſculi clare vocatus fuit. Quis igitur ignorat, niſi prorſus incogitans? quod eadē lex omne dubium aufert abſque aliqua altercatione, vt ſecundogenitus in tali ſucceſſione repellendus veniat in totū & verba legis impropriari non debent, extra literæ ſenſum, vt eſt tex. Quandoquidem ſi princeps voluiſſet quod ſecundogenitus in ſucceſſione præferendus eſſet & non nepos: bene declarare & exprimere poſſet illuc quod lib. 4. dixit. ti. 52. §. & moriendo dictus emphiteota. Vbi aperte exprimit q̄ ſi filius aut filia eſſet, ad ſucceſſionem nō admitteretur nepos, licet eſſet filius primogenitus. Et ſi prīceps hoc voluiſſet, bene ſciuiſſet ponere vocabulum accomodatius & planius loqui, vt no. Dixit Abb. in d. c ad audientiam, col. i. de deci. Sed talis eſt & præſumitur mens loquentis, qualia ſunt eius verba, l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l non aliter. ff. eo. ti. Sed quia non declarauit, imo contrarium apparet, clare per eandem legem mentalem conſtat, nepos ad ſucceſſionē admitti deberet, & non ſecundogenitus filius. vt per omnes dicunt, filius aut nepos, vt §. qui eſt in ordine x. qui dicit vtrū d. lex locum habebit in filio aut nepote naturali, & in §. 15. dicit per noſtram authoritatem per illum conceſſa fuit filio aut nepoti: in tali caſu p̄ mortem dicti filii aut nepotis, & in §. 17. dicit in præiudicium filii primogeniti maſculi, cui dicta bona debita ſunt per authoritatem dictæ legis. Ex q̄bus clare notatur, q̄ per eandem dictam legem mentalem, bona iſta coronæ debita ſunt primogenito. Et ſi ipſi ſunt debita, qui naſcendo ſecundogenitum excluſit: ſecundum iuris regulas, nepoti auferri non poſſunt. qui filius eſt ipſius primogeniti, qui nunquam excluſus fuit, imo admiſſus ad ſecūdogenitum excludendum tanquam ſemel excluſus. & in eodem, §. 17. dicitur quod ſi donatio facta fuit in dote alicui filiæ, ſi ipſa abſque filio ſeu nepote maſculo & legitimo obiret. Et vltra procedit dicendo, Et ſi per mortem ſuam aliqs filius aut nepos legitimus remāſerit, & maſculus ex illa deſcendens p̄ er lineam maſculinam, ipſe habeat talia bona interim vixerit: & deinde in illis ſuccedant filius maior aut nepos legitimi & maſculi qui per lineam rectam deſcendant. In quo clare videtur quod licet d. l. generalis eſſet, & obſcura, & reſtringi deberet, ne veniret contra rationem naturalem. vt expreſſe tenet Abb. in c. ſuggeſtum, de appel. pro qua deciſione facit tex. in l. quamuis. ff. de in ius vocand. Et ne ēt veniret contra ius ciuile & expreſſum: tamen ipſa lex clare & aperte idem dicit, quod dicta ſucceſſio debet currere ſecūdum ſupradictum modum, quia aliter eſſet cōtra naturam currere deſinere fontem & deſcendere per conſuetum naturalem modum: nec deuiari debet, interim quod poſſit per directum & conſuetum currere curſum. Qui fons huius ſucceſſionis, eſt quoddam beneficium ſeu gratia a principe collata, & beneficia vadunt ſecundum lineam ſanguinis, & ſequuntur lineam deſcendentem vſque ad infinitum. ita expreſſe tenet Bald. & eſt communis opinio in cap. i. verſic. cū vero, de feu. ſucc. vbi dicit Bald. q̄ licet in aliis ſucceſſionibus non ſuccedant vltra decimum gradum, tamen in ſucceſſione feudali, ſucceſſio fit in infinitum. Ex quibus concludēdū eſt. q̄ frater primogenito ſuperexiſtente ipſe admittitur, ſed præmortuo, admittuntur eius liberi. & iſta concluſio probatur, quia conſtitutio dict. l. mentalis primo admittit fratrem maiorem, aut eius liberos, eo non exiſtente, & ſic generaliter loquitur, ſiue extent alii fratres, ſiue non: igitur generaliter debet intelligi, l. i. §. generaliter. ff. de leg. præſt. c. ſi Romanorum. 19. diſt. Et quia lex ſimul circa fratrem aut eius liberos determinat, igitur debet æquaiſter determinare. l. iā hoc iure ff. de vulg. & pup. & l. ſi legatarius. §. i. & ibi per Bar. ff. de leg. 3. igitur cum fratrem frater dimittit cum beneficio excluſionis aliorum fratrum, ita cenſetur eius liberos admittere, vtæqualis ſit determinatio. Et cum lex intelligi debeat, q̄ mortuo primo fratre admittantur eius liberi: ſequitur per alternatiuam, aut iuxta nota per Bar. & Doctores, in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & poſthu. quod poſt mortem fratris admittuntur eius liberi, nec de aliis fratribns aliqua fit mentio, igitur liberi maris fratris præferuntur ſecundum Soci. in d. conſi. 252. ex duplici regula. Prima eſt, quia primo nominati, & de aliis fratribus nulla facta eſt mentio. arg. tex. cū ibi no. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de le. ii.

51 Quid amplius iam dici poteſt, cum d. l. mentalis ſemper locuta fuit de filio aut nepote: & idem vltra dicit. §. 19. q̄ dicta bona ad filium vel nepotem maſculinum legitimum reuertātur. Et vltra dicit, & ſi filius ſeu nepos non ſit maſculus legitimus per lineam maſculinā deſcendentem, & ſemper in toto proceſſu dictæ legis & §§. illius, dicit filius aut nepos & per lineam deſcendentem, rō non permittit, vt verba interpretemur, cum lex ſit adeo clara: quia in incertis, & non in apertis eſt locus coniecturis. l. p̄tinuus. §. cum quis. & ibi glo. & Doctores. ff. de verbo. obl. & cum lex clara ſit, & clarior mens & volunras dicti Domini Regis, non eſt curandum de verborum qualitate, dum modo conſtet de meute loquentis. Bal. in l. quoniam. C. de teſt. cum ſim. Et quamuis in diſcurſu totius legis mentalis, nō aliter admitteretur nepos, quam eo quod ſemp̄ dicit filius aut nepos: ſolum ſufficiebat vt nepos admitteretur excluſo ſecūdo filio: quia illa dictio ſeu, vel ſiue, iuncta filio primogenito, cum ſit diſiunctiua, firmat nepotem admittendum in defectu primogeniti, quia iſta particula ſeu, vel ſiue, eſt qua iungimus ea quorum alterum, non vtrunque affirmamus, vt ait Plautus, Hęc ſunt, ſeu recte ſeu peruerſe facta ſunt, ego met feciſſe confiteor. tenet Bar. in l. ſi is qui. ff. de reb. dub. & in l. cum qs. §. ex his. ff. de leg. 3. vbi dicit q̄ verba generalia p̄pter adiectionem ſpecialium factam p̄ dictionem ſiue, nō inducit reſtrictiorem, & ſimile de dictione ſeu: quia ſi diſiunguntur verba, ſenſum tamen coniungunt. &, vt dicit text. in l. hæc verba. ff. de verb. ſigni. verba ille aut ille, non ſolum diſiunctiua, ſed etiam ſubdiſiunctiua orationis ſunt. Sicut cū dicimus ant dies, aut nox eſt, quorum altero deficiente, neceſſe eſt alterum poni. præſertim cum alternatiua ſeu, vel ſiue, eadat inter genus & ſpeciem, & ideo reſoluitur in coniūctam, vt firmat Bar. in l. ſi quis ita. ff. de aur. & argen. lega. maxime cum alternatiua ſeu, vel ſiue, poſita inter patrem & liberos denotet ordinem ſucceſſionis, & quod poſt fratrem liberi admittantur. l. cum pater. §. pen. ff. de leg. ii. ſecundum q̄ illum tex. intelligit. Bar. in l. Gallus. §. quidam recte. & ſic ſi recte conſideretur, dicta conſtitutio decidit hunc caſum. Qua propter apertum eſt dicta bona per ordinatam deſcendentiam ab ipſa lege mentali eſſe ſuccedenda, & in defectū primogeniti, nepos genitus ex eo ſuccedat, quia deficienti vno ex poſitis in alternatiua, admittitur alter. Maxime cū pater huius nepotis acquiſitum habeat in ſe ſuccedendi ius per ſupradictum modum. vt dicit gl. fin. in c. i. §. fi. de feu. cogn. vbi ad literam dicit glo. fin. in c. j. §. fin. de feu. cogn. ubi ad literā dicit, quod mortuo vaſallo, eius filius nō dicitur feudū acq̄rere, ſed acquiſitum capere. & ibi Bal. qui dicit modum illū loquendi eſſe ſapidum & pulchrum. Quandoquidem ſemp̄ dirigimus oculos ad primum ſtipitem in feu. ſucceſ. quod eſt regula approbata de iure, ut tenet Bal. in c. j. de grad. ſucc. in feu. & in l. quotiens. C. quando nonpet. par. pet. accreſ. vbi dicit quod feudum magis inſpicit ſtipitem ſuum, quaſi formā ſuam naturalem & originalem, & illi potius in infinitum dicuntur ſuccedere, qnia ipſe quæſiuit feudum nō vltimo moriens in euius feudum nunc ſubintratur. quia, vt ibi dicitur, etiam viuente patre, filius dominus intelligitur, & alibi dicitur quod ad propria bona venire intelligitur. vt ff. de ſucc. l. i §. largius. Vnde nihil ei deeſt, præter adminiſtratio. ff. de li. & poſth. l. in ſuis. Quia vt dicit gl. omnibus. nota. in l. ii. C. q̄ætat. vel profeſſ. lib. x. cum eadem ſit perſona patris & filii, ſi pater ſnbeat munera, non tenetur filius ſubire, ſufficit enim patrem ſubire pro vtroque. Quam ſequitur Ioan. de Pla. ibi. & pro ea eſt optimus tex. in l. diximus. §. ſi pater, ff. de excuſa. tuto. ubi Bal. hinc ſumpta occaſione eam gloſ. citat. & dicit ſingu. Et vt dicitur in vſib. feu. ſi duo fratres recipiunt feudū, vnuſquiſque intelligitur recipere pro ſe, & deſcendentibus ex ſe, non ex altero fratre, vt in c. i. §. cum vero. qui feud. dar. poſſ. & in c. i. de duo. frat. a capita. inueſt. Ex his ergo colligit quod filii non acquirunt patri ſuccedendo, ſed acquiſitum capiunt, tam in bonis coronę quæ feudalia ſunt, quam in patrimonialibus. quia vt dicit Bal. in l. vt inteſtato: C. de ſuis & legitimis, ratio ſuccedendi habet etiam locum in feudo per iura & fundamenta ſupra deducta. Et ſi per eandem ſucceſſionis rationem quæ eſt in bonis patrimonialibus, ordinata fuit feudorum ſucceſſio per legislatores, lucidum remanet, quod intentio dicti Domini Regis non fuit, legem mentalem condendo deſtruete, nec derogare tali ſucceden. di ordini & naturæ, tam in feudis, quam in omni iure diuino, c

Source : BIU Cujas

no,ciuili & canonico. maxime cum nepos naſcatur ex radice priuilegiata & quæ cæteris præferebatur :ergo & eandē naturam priuilegii aſſumit,quam pater habebat: qa forma & origo quæ a radice ducitur, in quolibet diriuato reperit. l.in ratione La.j.§.ſi filio.ibi,formam & originem. ff.ad leg. Falc.& l.qui id quod.in princip.ff.de dona.& l.tutor.ff. de fiduſſ.Et omne quod decidit per medium, ſapit naturam medij,ſi illud medium ſit naturale & non ſimpliciter inſtrumētale,quia per medium ſpecificatur & natuatur, vt vtar verbis Bal.in conſi.389.lib.ii.Sed cum ipſe dictam legem condidit,diſtinctam in modo ſuccedendi eā ordinauit, vt ad vnū tantum dicta ſucceſſio perueniret, ſicut ex ea conſtat talia bona diuidi non debere. Et clarum eſt quod illam neutralem facere noluit,nec multiplicis intellectus, ſed vnius tantum. Quandoquidem,vt inquit Bart. in l. in ambiguo.ff.de reb.dub.quando vna lex habet plures lectiones, q̄libet pōt eſſe bona,ſi probatur per alias leges vel rationes aliarum legum:ſed pro certo Iuriſconſultus ſeu legislator de vna tantum intellexit,licet de qua voluerit intelligere incertum ſit apud nos . Et cum de vnius ſolum ſucceſſione locutus fuit prædictus Dominus Rex, hac in lege , & ſemper loquendo de filio aut nepote illam proſequutus fuit , & omnia feuda veræ ſucceſſionis ordinem ſequuntur , diſtinctam condidit illam & claram,& abſque confuſione,quia lex alias indiſtincte deberet intelligi.quia lex indiſtincte loquens,indiſtincte intelligi debet.l.de precio.ff.de pub.in rem act.& ibi Bar.qui dicit,q̄ vbi lex non diſtinguit,nec nos diſtinguere debemus. Et cum vnus ſolus ſuccedere debet , per eandemmet legem clare patet q̄ nepos ad ſucceſſionem admittetur ſecundogenito excluſo,quia omnia ſupra tradita iura auferunt omne dubium, ſi tradi poterat.

52 **Non me præterijt,** ſi aliquid dubij in huius legis verbis opponi poſſet,quod secundum iuris diſpoſitionem decidi deberet & interpretari.Et cum de iure apertum ſit,& ſatis ſuperq; ſatis p̄batum,dictam ſucceſſione de ſui natura ad nepotem tranſire,cuius pater acquiſitum omne ius habebat in habitu , ac ſi illimet illa eſſent bona conceſſa, patet ēt q̄ licet ſecundogenitus ſimpliciter eſſet ſubſtitutus,nihilominus excluſus eſſet admiſſo nepote per ſupradicta iura . Ex quibus conſtanter illud aſſumitur , quod videmus in ſubſtitutionibus non dici patrem extinctum ſiue non deſinere extare,cum nepos ex eo ſupeſt in quem trasfuſa fuit caro & ſubſtantia patris, colligitur ex celeberrimis d.ll.cum auus.ff. de cond. & dem. & cum acutiſſimi.C.de fid.comm.& generaliter.§.cum aūt. C.de inſt.& ſubſt.s̄.allegat.quæ leges ad literam dicūt, quod de iure communi eadem affectio quam teſtator ſeu inſtitutor habuit inſtituto,eandem filiis ſuis videtur habere : licet tempore inſtitutionis,inſtitutus non haberet filios:quia hæreditas,legatum,fideicommiſſum,cuipiam relictum , ea lege,vt poſt ſuam mortem ad alium quempiam res redeat,intelligitur,ſi is cui primo loco relicta eſt,non decedat abſque liberis,etiam ſi id expreſſe dictum non ſit. Quandoquidem ea conditio ſemp intelligitur,ſi ſine liberis deceſſerit,vt notant omnes quotquot in eas leges ſcripſerūt.Et tradit D.An. Tiraquel.in ſuo celeber.tract.de nobilit. & iure primogenitorum.q.40.nu.32.& 45.quia dictæ leges habent locum , ēt ſi alter filius ſit ſubſtitutus. Ex quibus ſequitur quod licet in caſu noſtro ſecundogenitus ex mente legis mentalis ſubſtitutus videatur eſſe,loco primogeniti deficientis, dicta legalis ſubſtitutio,intelligitur habere conditionem, ſi primogenitus ſine liberis deceſſerit,per dicta iura. Tanquam non videatur ipſe extinctus,qui liberos reliquit.quia tāta eſt patris & filij identitas : & adeo cenſentur pater & filius eadem eſſe perſona & eadem caro,vt filius ſit vere patris portio, in eoque ſit ſubſtantia & caro patris, & vnus ſit cum ipſo patre, vt expreſſe dicit tex.in c.iam itaque , ibi, vnus erat cum illo. j.q.4.Quapropter non fruſtra dixerunt iura,quod pater & filius natura reputantur vna eademque perſona, cum omne principium & omnis materia,forma,& ſubſtantia,& totale ſuum eſſe,præter animam , vt ſupra probatum eſt a ſuo genito recipiat. Vſqueadeo , q̄ in tota ſcriptura auus vocatur pater,ſicut verus pater:vt ſupra p̄batum eſt , & habetur Geneſ.29.vbi Iacob.interrogans dixit,Noſtis Labam filiū Nachor?cum eſſet filius Bathuel.Filius autem dicitur in ſcriptura,& aui,& proaui,vltra maiores alicuius qui ex illis propagatur, vſitatiſſimæ locutionis eſt.Hinc eſt quod & Iſaac patrem filij ſui appellauit Abraham : & etiam Iacob patrem ſuum appellat auum , ſicut ei dixerat Iſaac pater eius dicēs, niſi Deus patris mei Abraham & timor Iſaac adfuiſſet mihi.Ob idque,non ſolum iura teſtantur , ſed etiam magiſtra rerum efficax experientia manifeſtat,c.quam ſit.de ele.quod ſi pertulit quis inſtitutum filio , continuata affectione omnem eius poſteritatem pertuliſſe cenſetur . quia quos ratio-

nis identitas conuertit, non debet iuris diſpoſitio ſeparare, præcipue illos quos idem ius expreſſe iungit . Maxime cum ius ſit notiſſimum omnibus etiam ignaris, ſucceſſionem parentum liberis competere : & id doceat ratio naturalis . Et vbi ratio naturalis aliquid ſuadet,non p̄ſumitur ignorantia,nec etiam admittitur in fœminis vel ruſticis.l ii. & ibi notant omnes C.de in ius vocan.tradit Iaſ.in l. ſi quis id quod. ff.de iuriſdic.omn.iud.quanto fortius in d. Do. Rege p̄ſumi non debet , quod contra rationem naturalem , & adeo expreſſum ius,legem iſtam mentalem condere voluiſſet in ſucceſſione horum bonorum:cum ſemper p̄ſumatur legislatorem leges condere ſecundum alias leges, & eas corrigere non p̄ſumitur,vt habetur in l.p̄ecipimus. C. de app. in fi.cum expediat iura iuribus concordare,vt dicit tex:in c. cum expediat.de ele.in 6. & ibi concord.

53 **Præſertim cū lex ſemper dicat,** filius aut nepos.Et quando verba ſunt ita plana , non ſubeſt dubitatio.vt eſt tex.ad literam in l.ille aut ille §. cum in verbis.ff.de legat.iii.& l.iam hoc iure.§.ſed hoc ita. ff. de vulg.& pil.& l.ſi quis locupletes.ff de manumiſ. teſt. Vbi vero nulla ſubeſt dubitatio,non eſt interpretationi locus.l. pediculis.§. argento.ff.de auro & arg.leg.l.continuus §.j. ff.de verb. obl. Præſertim cum datio in feudū non ſit proprie donatio , ſed ob cauſam datio,vt ff.de donatio.l.i.cum ſimil.Et ſcire oportet ſic a principio proceſſiſſe diſpoſitionem feudi,vt filius viuo patre intelligatur inueſtitus,ac etiam poſſidere,& continuatur in ipſum poſſeſſio ſine alia inueſtitura.vt no. in ca.i. de feud.cogn.& ibi communiter Doctores,adeo quod viuo patre,nō deeſt filio niſi adminiſtratio:ius ergo q̄ habet, trāſmittere poteſt,vt l.ſi fratris.C.de iure delib.cum ſimi. Porro iſta eſt neceſſaria tranſmiſſio,in qua non conſiderantur iura conſenſus , ſed iura naturæ. Et naturale ius inter omnia primatum obtinet tēpore & dignitate:cœpit enim ab exordio rationalis creaturæ.Nam nec variatur tempore, ſed immutabile ſemper permanet,vt dicit tex.v.diſt.decre.Vnde licet viuo patre filius non poſſet aliquo ſuo conſenſu ſibi iura patris ſui vendicare,vt l.nec nos.C.de capit.tamen ius neceſſarium primogenituræ tranſmitttit : quia iura naturalia ſunt inſeparabilia,& impoſſibile eſt,non habere quod natura infixit,vt ff.de pact.l.ius agnationis . & tenet Nicolaus de Math.& eſt communis opinio:quia in dubio interpretanda ſunt ſecundum ipſius feudi naturam,& generalis feudorum conſuetudinem.Nam a natura rei nunquam eſt recedendū in dubio,quinimo verba potius trahenda ſunt ad naturam rei,quam econtra,naturam rei ad verba,vt ſunt iura vulgata.Et nepos poteſt ſe vere dicere primogenitum aui,ſicut poterat pater eius,attenta etiam natiuitate patris ſui: cuius corporis pars,ima concohærentia qualitatis temporis fuit in ipſum transfuſa.Et licet iterum nata ſit ex vtero matris ipſius nepotis,& ſic renata,non tollitur quin per prius fuerit nata ex vtero auiæ,matris ſcilicet ſui patris,arg.de verb.ſignific.l. 2.& l.cum quidam de le.3.& etiam aſſerit Philoſophus in 3. Methaphyſicæ.Et ſi dicatur quod ceſſante cauſa ceſſare dēt effectus.per l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pat.& c. cum ceſſante,de app.& ceſſante cauſa priuilegij,ceſſat priuilegium, quod primogenitura tribuit. Reſpondetur limitando priorem partem,vt ſcilicet procedat , niſi quædam reliquiæ cauſæ remaneant.quia tunc licet ceſſet cauſa,non tamen ceſſat effectus propter reliquias illius.p tex.in l.ii.& iii.ff. rer. amo. Et tradunt Dyn.& Ioan.And.in c.decet.de reg iur.lib.6.cum multis ſimilibus.Sed hic ſuperſunt reliquiæ ipſius primogenituræ,vt ſupra probatum eſt,& tradit Soci.conſi.84.li.3.Cū autem caſu de quo loquimur, cauſa finalis ipſius priuilegii omnino non extinguatur morte patris,ſed ſuperſint reliquæ non eſt dubiū priuilegium in filios transferri, cum nepos ipſe æque primogenitus dicatur,vt pater ipſius,vt ſupra ī multis locis oſtendimus . Ex quibus clare concluditur q̄ nepos dicitur natus ex auo,& ex proprio corpore ipſius aui, vt ſup. ſatis probatum eſt,& aſſerit.Præpoſ.Alexan. in d.c.i. de feu. in di.March.& ob id dixit tex.in l.dedit dotem,ff.de collatio. bon.Quippe officium aui,circa neptem,ex officio patris erga filium pendet,& quia pater filiæ, ideo auus propter filiū neptem dotem dare debet,etiam ſi exhæredatus ſit.Quanto igitur fortius ſucceſſionē habere debet quæ ſua ex ſecundū iura.s̄.tradita in fortioribus terminis,maximē ī iſto caſu vbi aliqua ſubſtitutio ſecundogenito facta non fuit.& vbi filius primogeniti erat natus,vel pro nato habitus tempore mortis ſui patris , qui omne ius acquiſitum habebat ſicut eius pater ſi tunc temporis viueret.

50 **Vt igitur legem iſtam mētalem** exercitatione aſſidua laboremus,eamque faciamus de malorum conflictatione perfectam in nepotis fauorem ſubiūgemus,

Source : BIU Cujas

gemus:quod Papæ ſiue Imperatoris ſeu alterius principis ſẽ tentia contra ius commune,non facit ius generale.Bald inter conſi. Angel. conſi. 106.ſanctiſſima & illuſtriſſima Regina.Quinetiam vt pronunciatio principis habeat vim legis, debet fieri cum cauſæ expreſſione.Imol.in c. i. in prin. extra vt eccleſ.benef. Alex.in c.j.§.& quia vidimus.ti.qui feud.dar. poſſ.Quanto magis ꝙ §.22.d.l.dicit & procedit quod in omne ius commune obſeruetur. Quod quidem ius commune ſatis clare oſtendit nepotem admittendum eſſe in ſucceſſione,ſecundogenito excluſo·Quapropter ſucceſſio iſtorũ bonorum coronæ,in deſcendentes debet directe currere,& nõ in tranſuerſales,vt habetur in §. 14.qui dicit quod nullus legitimus frater ſucceſſionem illorum non habebit, licet per lineam directam maſculinam deſcendat. Et in eodem §.caſus contingibiles narrat,in quibus frater legitimus admiſſus non fuit ad ſucceſſionem,imo ad eandem coronam regalẽ illico reuerſa fuerunt,& Rex poſtea aliis conceſſit. Et quod filius ſecundus tranſuerſalis ſit interim, quod primogenitus aut eius reliquiæ viuunt,nulli dubium, eo quia primogeniam acquiſitum habebat ius,eo inſtanti quo natus fuit in rerum natura,& per conſequens illud ius translatum fuit in filium ſuum,qui eſt nepos huius vltimi poſſeſſoris. Et ne bis, aut ſæpius idem dicamus, cauendum eſt ne id quod ſupra diximus,repetamus.Quandoquidem ſi iura ſupra relata vera ſunt,vt ſunt vera,non eſt dubium quod inſtanti quo prædictam ſucceſſionem primogenitus acquiſiuit,illico frater primogeniti tranſuerſalis exiſtit in eadem hæreditate & ſucceſſione,qa ſemel fuit excluſus a primogenito, & excluſus remanet durantibus reliquiis primogeniti,hoc eſt nepos. Qñ ſi primogenitus primogenituram præocupauit in naſcẽdo, & ſucceſſio ex ea reſultans illi fuit conceſſa:per ius diſpoſitũ eſt,quod in eodem inſtanti in primogenitum ipſiuſmet filii eſſet tranſmiſſa eo inſtanti quo in rerum natura procreatus eſſet.Ex quo ſequitur quod idem ius eſt in nepote, quod in patre ſuo poterat eſſe,ſi tũc viueret. ar. l.ſi libellũ.& ibi Bar. Bal.& Sali.C.de diuer.reſcr. qui dicunt, ꝙ reſcriptum communiter impetratum,præſumitur vtrique conceſſum. Quapropter ſecundogenitus tranſuerſalis remanet in hac ſucceſſione,tum quia nepos ex primogenito eſt per rectam lineã, ſed frater per indirectam & trãſuerſalem: tum etiam quia ꝓ fratrem ſuum iam excluſus erat,& in eadem excluſione remanet durantibus reliquiis eius. Præſertim cum quod quis non habet per ſe,habet per alium in cuius locum reponitur l.Ariſt.§.j.ff.qui res pign.oblig poſſ.& l.qui prior, ff.qui poti. in pign. hab. ubi tertius creditor præfertur ſecundo propter iura ei conceſſa a primo creditore. Ideoque ſimili ratione nepos debet præferri, qui a patre primogenito ius primogenituræ habet.Ad quod facit tex.in c.authoritate de conceſſ. præb.li.6.vbi ex tribus expectantibus ſecundus qui ex perſona ſua primam præbendam obtinere non potuiſſet, ex perſona tamen tertij qui primum ſuperat,illã obtinet.Et primogenitus naſcendo,& ſeſe incluſit:& hoc agens,ſecundogenitum perpetuo excluſit.per ca.j. §. quinetiam.ti.epi.vel ab Et no.Bal.in c.j.ti.de mat.ad Morg cõnt. Nam durãte finali cã excluſionis,durat & excluſio,l.nam & ſi parentibus,ff.de in oſſi.teſt.quia quod vni eſt collatum, alteri ſublatum eſt, l.ꝙ in rerum.§.ſi quis.ff.de lega.j. Et ſtatim quam primogenitus natus eſt,veluti ius illud prioritatis occupat,in eoq; iam fundata eſt primogenitura, in re quidem naturæ quo ad actus iuris,licet quo ad bona paterna effectus primogenituræ ſuſpenſus ſit,donec viuit pater.Et cum tranſuerſalis ſit, per eãdem legem mentalem,& §.14.ipſius legis ſucceſſio ad illum peruenire non poteſt:quia,vt inquit Bald.in conſil. 205. lib. 5.ſucceſſio in feudo directa non aſcendit,ſed deſcẽdit, quia pater,inquit,non ſuccedit filio,ſed filius patri,vt probat tex. de nat.ſucce.in feu.in prin.& ſic multominus debet ſuccedere patruus nepoti ex tranſuerſo,vt aſſerit tex.de gra. ſucc. in feu.§.his vero deficiẽtibus.Maxime cum ſemper dirigamus oculos ad primum ſtipitem,quia ipſe quæſiuit feudum, non vltimus moriens in cuius feudum nunc ſubintratur,vt latius tractatum eſt.& ideo iure hæreditario & ſucceſſiuo habent illa bona ſui deſcẽdẽtes.Quia aũt feudũ eſt paternũ cõcludi debet ꝙ ſuccedunt fratres & filij fratrũ cũ patruo.Caſus eſt clarus,vt tenent Io.An.& An.de Iſer.Bal.& alij in c.j.§.his vero,de gra.ſucc.in feu. Et probatur in c.decedente fideli.Et ibi Bal.& Doct.in c.i.de ſuc.feu. & idẽ Bal.in c.i.§.ſi tñ.q feu.da. poſſ.& eadem lex mentalis hoc expreſſe dicit in quãpluribus ſui proceſſus §.§.in quantum in illis dicit, ſi is qui prædicta bona obtinuit per donationem regalem, aut is cui dicta bona conceſſa nouiter fuerunt. Propter quod ſequitur verba legis dirigi primo feudi acquiſitori,& ad illam radicem ſemper diriguntur.Et nullum dubium eſt quod nepos in feudis tam de iure quam ex conſuetudine,quam per eandem legẽ mentalem,ſuccedit in gradu,loco, & iure filij: & per conſequens ex regula iuris ſupra deducti,vtitur eiſdem priuilegijs per paſſiuam interpretationem.cum competant ratione dignitatis quæ non moritur: quia perſona ipſius primogeniti non eſt huius priuilegii cauſa,quod datur primogenito, ſaltem propinqua,ſed ipſamet primogenitura ſeu ipſius dignitas.Igitur cum ipſa perſona non extinguitur.c. quoniam abbas,extra.de offi.deleg.& ca.ſi gratioſæ.de reſcrip.lib.6. & c. liberti.12.q.2.& ibi gl.quam ſequitur Ale.in l.pactum quod col.2.C.de pact & idem Alex.in l.extraneum,col.3. de hære. inſtit.vbi vide concord.& propterea tranſmittitut ad ſucceſſores ſaltem filios huius dignitatis capaces. Et vtetur nepos etiam priuilegio primogenituræ,quia ex diſpoſitione iuris, nepos ſuccedit in loco & iure filij ex conſuetudine feudi,qa ius commune in feudi ſucceſſione,& in d.i.mentali facit ordinem,vt in eis ſuccedant filij & nepotes.

55 Nec moueri debẽt iudices,quia ſæpe iudicatum eſt,quia non exemplis,ſed legibus iudicãdũ eſt.Nam iudex ſententias ſequi non debet,niſi rationem habeant in ſe,vt tradit Bal.Sali.An.de But.& omnes in l.nemo iudex.C.de ſen & interlo.omnium iu.per tex.ibi, vbi omnes dicunt,quod erroneæ ſententię non ſunt ſequendæ,ne in pectoribus iudicum extendatur vitium & error.Et plus iſti Doctores dicunt,quod quando iudices ſequuti fuerint ſententias iam latas propter æquam rationem quam in ſe habent non ſequuntur eas,quia iudicatum ſit,ſed quia ius & ratio velit.

56 Facit pro corroboratione ea quæ declarat illamet mentalis lex,in §.20 tractando vtrum caſtra iſta ſeu bona vẽdi aut permutari poſſint cum principe, vbi dicit quod ſic.Et rationem decidendi aſſignando inquit, vt non obuietur viæ per quam licite ad regale petrimonium a quo exierunt,reuertantur,cum princeps illud augmentare teneatur. Qua ratione & intentione permiſſa,vidẽdum eſt, cum qua ſucceſſione,nepotis ſcilicet vel filij,citius iſta bona ad ipſam coronam reuertentur,ſecundum ea quæ communiter accidunt,quoniam ad ea iura adaptantur, vt in l.nam ad ea cũ aliis.ff.de legib.Ad ea enim potius adaptari debet ius,quæ & frequenter & facile accidunt quam ad ea quæ perraro eueniunt.Quia quæ ſemel aut bis,vt ait Theophraſtus, accidũt, contemnunt legislatores.Ex quibus patet,quod ſi nepos ſuccedat,multum temporis trãſit priuſquam vxoretur & filios procreet, cum ſæpius ſucceſſio ad illum perueniat in infantia cõſtitutum,& ſine illis faciliter decedere poteſt, & caſtra iſta ſeu bona ad ipſam regalem coronam a qua exitum fecere,iuſte deuoluuntur.Quod in ſecundogenito non contigit,cum fere ſemper in ætate eſt vxorem ducendi, & filios ꝓcreandi, propter quod illa occaſione impeditur, ne cito ad regalem reuertantur coronam. Cum autem legem condentis iſta ſit expreſſa voluntas,modum,per quem melius fati ſfiat voluntati illius,inſpiciamus. Quandoquidem ſi præfationes & proœmia cuiuſcũque legis & inſtitutionis probãt cauſam finalem diſpoſitionis,vt tenent Doctores, & eſt cõmunis opinio,per textum,in l.ſi.ff.de hæred.inſtituend. quid igitur in hac lege fiet?vbi intentio & voluntas ita explanata fuit,ne viæ obuietur per quam citius & rationabiliter bona iſta reuerti poſſint ad regale patrimonium a quo proceſſerunt.

57 Præterea, quãquam ita clare hoc nõ eſſet deciſum de iure diuino,ciuili, & canonico: & alia quamplura quæ allegari poterãt,quę brꝛuitatis cauſa omitto,nec eſſet ratio naturalis quæ ius ciuile corrumpere non poteſt,vt ad literam dicit textus in §.fina.Inſt. de legit. agnatut. Solum opinio ſufficiebat vulgi & publica vox & fama, vt aiunt,quod vſqueadeo homines habent iſtam ſpem ſuccedendi pro certa ſicut in re, nepotem. ſiſta bona ſucceſſurum ſecundogenito excluſo, & ita illum pro inueſtito reputant, tam in ſucceſſione patrimonialium bonorum quam coronę, quod hucuſque non fuit aliquis quod ſolum cum iſta ſpe,filiam ſuam non coniugaſſet cum quodam filio cuiuſdam primogeniti,licet auus viueret,reiecto dubio, quod decedere primogenitus poſſet in vita ſui patris.Et cum omnibus patefactum ſit,nepotem ſuum auum ſucceſſurum,licet pater eius a morte obumbretur,viuente genitore ſuo.Et ita ſculptum ſit in cuiuſcunq; animo, raro inuenitur perſona maioratum inſtituens,quę ſucceſſorem non faciat nepotem ex primogenito,ſecundogenitum expellendo, ſicut in hoc Luſitano regno fuit D.Petrus Princeps prudentiſſimus qui hꝛeditatem & ſucceſſionem ſuam ad nepotem prꝛeũ turam decreuit ſecundogenito excluſo, & Comes ille celebrandæ memorię Dominus Nunus Aluarez pr[a], qui cũ vnicam filiam tantum habuiſſet, & illam nuptui tradidiſſet filio naturali Dom.Ioannis Regis hoc nomine primus, eodẽ modo

Source : BIU Cujas

modo constituit nepotem prę ferendum esse filio secundogenito. & etiam nonnulli qui hac tempestate a Domino nostro Rege petierunt, & absque mora obtinuerunt, vt in suis concessionibus demonstratur, nepotes secundogenitis esse præferendos, sicut est Do. Antonius a Taide perillustris comes da Castanhiera, persona tantæ præeminentiæ & authoritatis in hoc regno. Et D. Franciscus a Gama comes da Vidigr, & Do. Petrus a Sousa, comes do prado, qui omnes a Rege nostro licentiati ad successionem nepotem vocarunt secundogenito excluso, si in vita possessoris primogenitum decessisse contingeret. & quod plures asserunt, raro inuenitur falsum, vt ait Philosophus in Ethica, quia integrum est iudicium quod plurimorum sententia confirmatur. Et si in statutor istud non patefaciat ius commune & omne aliud, admittit nepotem: nec est aliquis asserens contrarium secũdum ipsam naturalem rationem. Et quod cõmunis opinio populi, in is quæ dubia sunt, habeatur pro lege, est doctrina singularis Bal. in ti. de pace const. §. opizoni. bi ait ꝙ quando aliqua clausula ĩuenitur scripta, quæ in duplici sensu applicari potest, semper applicari debet sensui qui magis auribus sonatet audientium, quia, vt ibi dicitur, omnis intellectus est extraneus, qui in auribus vulgi non sonat, quem cõmendat glo. regu. canc. Iulij ii. in iii. par. prin. & idem Bal. cõ sil. 335. quædam mulier. nu. 7. vbi dicit quod vocabula intelligenda sunt secundum quod vulgus intelligit. allegat. l cum de lanionis. §. asinam. ff. de funnd. inst. & l. librorum. §. quod tamen. ff. de leg. 3. Quoties enim sermo capit duas sentẽtias, ea sumenda est, quæ rei gerendæ aptior est. l. quoties idẽ sermo. ff. de regu. iuris. quanto igitur a fortiori in simili casu in quo aliquod dubium adhiberi non potest.

53 Et si dicatur ius primogenituræ in nepotem in actu aut in potentia transmitti non posse, qa primogenitus viuo patre, non habet ius actuale: & ob id illud transmittere non potest, per l. si quis filium. C. de inoffi. testa. Et quod secunda causa suum effectum agere debet ex vi primæ causæ. l. tutor. ff. de fideiu. & l. qui id quod. ff. de don. A primordio enim tituli posterior formatur euentus. l. i. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. Et quod omnis deriuatio præsupponit vim deriuãtis in alteram, sine qua nulla deriuatio potest fieri. l. 2. §. i ff. de stipend. seruo. Item, quod de potentia est, fieri etiam non potest, quia talis potentia caduca est effecta morte filii, ideo nec transmitti potest. per l. i. §. pro secundo & §. in nouissimo. & §. sui autem. C. de caduc. tollen. & no. in l. i. C. de his qui mit. aper. tabul. Potest responderi, pter ea quæ dicta sunt in præcedentibus, quod ius competens beneficio legis, transmittitur etiam antequam fuerit delatũ, vt patet in arrogato, qui legis beneficio habet quartam in bonis arrogati, quam & in hæredem transmittit nondum delatam, per legem, si arrogator. ff. de adop. & l. i. §. impuberi. ff. de colla. bono. Quandoquidem si filius viuo patre moriatur, ita nepos in eius locum succedit, vt eodem modo iura suorum hæredum nanciscatur: proindeque si præteritus fuerit, æque rumpit testamentum, vt pater rupisset si superuixisset, per §. posthumorum. Instit. de exhiben. liber. & per l. si auus. C. de lib. præt. Quod apertissime patet, eadem iura cõpetere nepoti ex filio mortuo ante auum, quæ & ipsi filio ꝙ peterent, si auo superstes esset. & per l. 3. §. vltimo cum duab. seq. ff. de assig. lib. vbi si pater assignauit vni ex liberis libertũ: fratres eius, cui facta est, vel ex eo aliquis supersit, siue is patri superstes sit, siue non. Propterea & in simili quandiu supersit primogenitus, cui huiusmodi ius primogenituræ est a lege aut cõsuetudine assignatum, aut aliquis ex eo, vt in d. l. mẽtali, non possunt fratres ipsius quicq̃ iuris prętendere. Nã nõ est minoris roboris hæc legis vel statuti assignatio, quam quæ fit ab homine. per l. si libertus minorem. ff. de iur. patro. tradit Do. Tiraq. in d. trac. de primogenit. q. 40. nu. 35. Item dici potest quod potentia succedendi etiam transmittitur a filio mortuo ante patrem, per tex. in §. i. in Auth. de hære. ab intest. tenent Bar. & Paul. Ca. in l. is potest. ff. de acq. hær. Quẽadmodum enim frater ex vtroque latere excludit fratres ex altero tantum, vt est tex. in d. §. reliquum sup. alleg. & tex. in auth. itaque. C. de successio. & in d. auth. post fratres. ita & liberi ipsius fratris coniuncti ex vtroque latere, excludũt alios ex altero tantum, licet liberi non sint coniuncti defuncto ex vtroque latere, sed ex vno tantum, videlicet ex parte patris, propterea que in illis non sit repulsiua qualitas, vtriusq; scilicet vinculi, sed ob id tantum quod in illis repręsentatur qualitas patris. Et propterea etiam in nostro casu, licet in nepote iuniore annis, qualitas ætatis non sit, quæ in patre erat, & propter quam cæteros fratres repellebat, tamen quia patrem repręsentat, cuius qualitas inerat, ęque patruos repellit ac pater repulisset si vixisset. Ob idque dici non potest ꝙ per medium inhabile & imperfectum non potest perfectus transitus fieri in aliquo extremorum l. qui sella. §. in rusticis: ff. de seruit. rusti. præd & quia primogenitus est medium inhabile & imperfectum, cum mortuus sit viuo patre, igit in nepotem ipsius filium transitus fieri non potest. quia inhabilitas filii primogeniti non impedit quin nepos ex eo in iure primogenituręsuccedat, ꝙ ea quę dicta sunt supra sępius repetita. cum pater ipse etiam viuẽte auo potest dici ius primogenituręsaltem habitu occupasse. Et in spe huiusmodi ius habuit, & ea quidem firma & non variabili, vt pote quę tolli non potest. Maxime cum ille textus trahendus non sit ad alios casus in quibus nepos de iure communi succedit in locum patris, vt etiam patruos excludat, vt supra probatũ est. Et minus potest dici quod si nepos prefertur patruo, is ex parte plus consequitur quam parer ipse primogenitus habebat tempore mortis suę, contra vulgatissimam illam regulam, Nemo plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse habeat, vt in l. nemo. & ibi per glo. & Dec. ff. de reg. iur. & ca. Daibertum. i. q. vii. quam etiam regulam tradit Plato in Symposio, quod quis non habet, dare non potest. quia in hoc casu, d. ratio non militat. quia videmus quod etiam de iure communi nepos vna cum patruis in portione succedit quam filius pater ipsius habiturus fuisset: licet eam non haberet, cum mortuus est. per d. auth. cessante, & auth. post fratres. & alia sup. alle. iura.

59 Post istarum præmissam rerum positionem, subiungemus: quod vbi ex cõtractu aliquid sub conditione debetur, etiam ante conditionis euentum, moriens cui debetur ad hæredes transmittit. vt Insti. de verb ob. §. ex conditionali. l. is cui. de actio. & oblig. & ibi gl. & Doct. & l. dies. ff. de condit. & demonst. Idem vbi habetur aliquod ius conditionale ex beneficio principis vbi maius ius quęritur. l. beneficium. ff. de constit. princip. negare nemo andebit plus iuris quęri ex regia concessione, quę est pura & semper durat, ca. i. de na. feud. quam e contractu conditionali, q deficiente conditione, deficit & corruit. Et filius mortuus ante patrem aut matrem, aut etiam ante secundas nuptias alterius parentis superstitis, portionem lucri ad nepotes transmittit, quod erat sibi prouenturum ex futuris illis nuptiis, si ad eas vsq; vixisset. Nec ex ea portione quicquam obtinet patrui. tex. in l. in quibus. & in l. si quis prioris. C. de secund. nup. Quod etiam tradit Bald. in ar. statuti disponentis quod filia dotata existentibus liberis non succedat sed ipsi filii obtineant hęreditatem. Nam si is qui habet filium, & ex altero filio iam mortuo nepotem, dotet filiam, & decedat: velitq; filius omnino obtinere quod soror de iure cõmuni habuisset supra dotem, repulso nepote, quia pater eius decessit eo tempore quo transmittere non poterat: nec continentur nepotes appellatione filiorum in materia stricta, concludit tamen contrarium, quia nepotes ita ingrediuntur gradum paternum, vt portionem omnino obtineant, quam pater percepisset, si vixisset. quia ius primogenituręin filium videtur transmitti, siue illud ęquiparemus iuri accrescendi nõdum competenti. per l. si pluribus. ff. de suis & legit. siue iuri deliberandi, per l. cum antiquioribus in prin. C. de iur. delib. siue etiam spei competenti ex contractu conditionali per supra proxima iura. Nam verum est quod duo in hęrede concurrunt: persona scilicet & significatio. Et ipsa significatio quæ est quoddam intellectuale, semper est perseuerans ęnigmatice, licet non corporaliter. quia si concedimus nondum filio competere ius primogenituręviuẽte patre, quantũ ad successionẽ pertinet, tamen negari non potest, quin spes conse quendi sit huiusmodi iuris, & ea quidem firma & inuariabilis, vt pote quam non possit pater, nec alius quiuis inuito filio adimere, imo transmitti potest sicut Esau, qui (vt ait Apostolus Paulus ad Hebręos 12.) propter vnam escam primitiua sua vendidit: & postea cupiens hęreditare benedictionẽ, reprobatus est, & non inuenit pœnitentię locum, quanquã cum lachrymis inquisisset eam. Ob idque licet auus deficiat nihil ad rhombum, & si promissor sine hęrede decedat, nõ tamen cessat promissio. vt no. in l. i. §. plane. ff. depos. & l. Stichum aut Pamphilum. in prin. ff. de solut. & l. postquam. ff. vt leg. no. cauea. & l. ex facto. §. vlt. ff. ad Treb. & l. si quis hęredem. ff. de adminis. tu. & l. fancimus. §. cum autẽ, C. ad Treb. Cum autem generatio habeat concomitantiam temporis necessariam, vt in c. abbate sane. de re iud. lib. vi. vnde si dicit genitus & natus ex auo, propter hoc, quia pater eius, cuius ipse portio est, genitus & natus ex illo est. Et primogenitus ex contractu conditionali qui ad hęredes transmittitur, habebat ius per d. l. mentalem, ex concessione principis. sequitur quod ad filium suum transmitt ere potest. Prę sertim cũ tunc temporis dicatur genitus & natus, quando pater eius genitus & natus fuit: licet iterum natus fuerit: qa iterata natiuitas, vt dicunt naturales, non obfuscat nec tollit veritatẽ

primi.

Source : BIU Cujas

primi,arg.l.filio quem pater.ff.de lib.& poſt.& l. aſſumptio. ff.ad municip.Et propter hoc dicunt iura ſupra deducta, ꝙ pater & filius natura reputantur eadem perſona.Et eſt notā dum quod dum dicit natura, quaſi dicat, non per fictionē iuris poſitiui,ſed ſecundum veritatem iuris naturalis. & ita filius primogeniti vere primogenitus dici poteſt, quod filiꝰ Regis appellatur Rex viuente patre Rege.vt probat tex.in l. 2.§.exactis deinde Regibus.ff.de origine iur.vbi dicit Iuriſcō ſultus exactos Reges numero multitudinis,cum vnus tantū Rex eſſet, ſcilicet Tarquinius,vt hinc intelligas illius filios, quos etiam vocat,fuiſſe.Et cum eos exactos, vt omnes Romanæ hiſtoriæ ſcriptores recenſent, & inter cæteros Liuius lib.ii.& 3.Et ita ea verba dictæ l.2.intelligit Zaſius,vir præter iuris ſcientiam,omnium bonarum artium peritiſſimus, & poſt eum Hierony.Cagnol. licet Accurſius alio eam verbo rum pluralitatem,non inſcite tamen,referat. Sed & Cicero Philip.3.& 5.Reges etiam exactos dicit.cum de eadem re lo queretur,& priori loco paulo ante dixiſſet ſingulariter Tarquinium expulſum.Ex quibus intelligere potes Regis filios Reges dici.Quod plane aſſerit glo.in c.vl.24.q.1. ex eo tex.q Regem vocat quempiam filium Regis, licet regnum non habeat.& eam gloſſ.ſequitur And.de Iſer.in prælu.feud.& in c.i.& ibi etiam Alua.col.antepe.& Martin.Laud. & Alex.in principio col.3.tit. quis dicatur Dux, Co.Mar.Tradit etiam Dominus Tiraquel.in repet. l.ſi vnquam. C. de reuoc. don. nu.21.vbi allegat quamplures autores qui dicūt quod filius Regis appellatur Rex,& filius comitis potitur priuilegio illius conſtitutionis,loquens de Comite.& filij Imperatorum dicuntur Auguſti per iura per eum ibi. Et nemo ex Regibus vt ait Salomon Sap.7.aliud habuit natiuitatis initium.vnus enim,inquit,introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus.cum vnuſquiſque eadem ſit ſubſtantia & caro cum ipſo patre,vt ſatis probatum eſt.Et ex Latinis ſcriptoribus etiam colligitur.Quintilianus enim li.3.cap.10.Liberos,inquit,natura omnes & eiſdem conſtaré elementis. & Boetius ille Seuerinus li.3.de conſol.philoſophiæ,omne hominum genus in terris,ſimili ſurgit ab ortu.Plinius autem lib.18.ca.i.terrā omnium parentem dixit. & rurſum de arbore parens dicit lib.12.ca.5.rami nouam ſibi propaginem faciunt circa parē tem in orbes. Parentes pro conſanguineis poſuit Salluſtius in perſona Romanorum dicens,Parentes abūde habemus. Ad ꝙ adducit Barbat.illud Virgilij de Aſcanio filio Aeneę, Sic oculos,ſic ille manus,ſic ore ferebat. Et quod ſcribit Liuius in 2.de bello Punico de Hannibale filio Amilcharis,q cum exercitum vidiſſet Hannibal,arbitrabatur ipſum videre Amilcharem. Et Dido quoque ipſa Ouidiana ad Aeneam.

Forſitan & grauidam Dido ſcelerate reliquis
Parſque tui latitat corpore clauſa meo.

Quibus concinit Hieronymus appellans liberos viſcera parentum in epiſtola Pauli ad Philemonem. nam & ipſe Paulus inibi ad id alludens,Tu autem,inquit,illum, id eſt mea viſcera ſuſcipe.

80 Et quia de Interpretatione legis mentalis loquimur, non videtur in ea fuiſſe magis affectio ad ſecundogenitum quam ad nepotem, imo econtra. Et p prædicta non poterit concurrere ſecūdogenitus ſeu patruus tanquam ſemel excluſus cum nepote ex primogenito. Et ſic fruſtra conſideratur quod vnus veniat iure ſpeciali,alius iure communi:quia imo vnus venit iure quodam ſpeciali, id eſt nepos,approbatum iure communi,& per propagatio nem & repræſentationem.Alius,id eſt patruus,nullo modo venire poteſt,quia ſemel eſt excluſus a primogenito, & excluſus remanet durantibus reliquiis eius, id eſt nepote filio primogeniti.Cum in ſucceſſione feudi attendatur proximitas gradus reſpectu primi cui feudum fuit conceſſum. tex.in d.c.j.de ſucc.feu.tenet Soc.in d.cōſi.252.col.10.in prin. & eſt communis a qua nemo diſcrepat.Quandoquidem aliud eſt cum ſucceſſio defertur proximiori,aliud cum primogenito, vt vtar verbis Pauli Caſt.in d.conſi.164.2.par.nu.5.nam primum verbum proximior, intelligitur per reſpectum ad illū cui ſucceditur.Si ergo,inquit Paulus, tēpore quo Titius decedit,ego reperior illi proximiori, licet ante mortem alius fuerit proximior,nihil defertur, quia verum eſt me eſſe illi nunc proximiorem. Sed ſecundum verbum ſcilicet primogenitus, non dicitur per reſpectum ad illum cui ſucceditur, ſed per reſpectum ad ſecundogenitum.facit l.ſi quis ita hæredes.ff.de here. inſt. Si ergo nunc cum Titius moritur, ego ſum ſecundogenitus,licet ſim proximior Titio, non tamen eſt verum quod ego fuerim primogenitus, ſed frater meus qui præmortuus eſt, Ob idque ſi aliquis extat ex eo deſcendens, non poſſum vendicare mihi ius primogenituræ, ſed ipſe ſibi primonaſcendo,vendicauit pro ſe & pro ſuis poſteris,quia eſt qualitas habens actum inſtantaneum,& acquiritur in momento cum naſcitur.verba ſunt Pau.Caſt.in d.cōſil.164.nu.5.maxime cum dicat Bal.in conſi.386. ſ. alleg.ꝙ nepos ingreditur locum patris.Et licet ponatur pater i vna cellula depicta in arbore conſanguinitatis, & filius eius in alia,tamen pater & filius non faciunt niſi vnum gradum,videlicet primum,& ſunt duo quaſi vnus,ſicut eſt vna feneſtra ex duobus angulis,vt no.Inſti.de gra.poſt principium.Et tūe arguit Bal.ſic,pater & filius ſunt in primo gradu inter ſe, vt ff.de gta.i.iuriſconſultus.Ergo ſi ambo in primo, ſequitur ꝙ ambo in iure primogenituræ.Item dignitas cōcreata a principiis naturæ eſt ſicut caro & ſanguis qui tranſit in poſteros, quia a medullis & oſſibus naſcitur,& inde habet ſubſtantifi cam tranſmiſſionem,& deriuationem naturalem, quæ deri uatio eſt priuilegiata.Quia deriuatio fit cum cauſa ſua, virtute,habitu,& diſpoſitione: ſicut aqua ducta pertranſiens: emanatio etenim eſt non interciſa, ſed extenſa per virtutē extenſiuam,& in fluxum generationis,tale quale eſt ipſum generans.Et ideo filius gaudet priuilegio patris,quia ſi non gauderet,filius patris prærogatiua minueretur,& eſſet priui legium perſonale,non naturale.Et alia multa allegat Bald. in d.conſi.quæ fortiora videntur pro nepote.Et concludit ꝙ Rex Robertus voluit regnum pro ſe, ſed quod communis opinio eſt pro nepote. Ex quo illud ſubſequitur ꝙ pater & filius ambo ſunt in iure primogenituræ, alioq enim ambo in primo gradu non eſſent. & ſucceſſio eſt ius ſanguinis, vt no.in l.ius agnationis.ff.de pact.& l.iura ſanguinis.ff. de reg. iu.ius autem ſanguinis tranſit in liberos.l.3.ff.de interd.& re leg.& l.i.C.de priuil.eor.qui in ſacr.pal. milit. li. 12.& prima cauſa ſemper repræſentatur ſecunda in quam influit, l.licet. §.ea obligatio.ff.de procur.ſed primogenitus eſt prima cauſa quæ vim ac poteſtatem ſuam tranſmittit in filium ſuum, qui eſt ex natuta patris,& ob id debet eſſe eiuſdem cenſurę, qnia legis cēſura naturam imitatur.l.nam adoptio.ff.de adopt.Et illa verba proximior intelligi debent reſpectu ſucceſſionis ſecundum diſpoſitionem iuris communis & feudorum conſuetudinis,& ita eſt proximior filius fratris ſicut frater p ſupradicta iura.Et habetur in l.ſi ſerui veſtri.C. de nox. & in l.ſi.§.in computatione.C.de iure delib. cum per repræſentationem fiunt proximiores,aut.poſt fratres. C. de legit.hære. vbi tex.vult quod poſt fratres & filios fratrum, q proximior eſt,admittitur:& ſic datur intelligi ꝙ in fratribus & filiis fratrum,non attenditur gradus proximitas ex quo filij ex fratre admittuntur ſimul cum patruo.Et in caſu noſtro nepos non eſt melioris conditionis quam eius pater in cuius locū ſubrogatur cum priuilegio excluſionis, adeo quod eodem modo admittitur,ſicut pater admitteretur ſi viueret, prout eſt caſus clarus d.§.reliquum Auth.de hære.ab int.ſ. alle per quem tex.apparet ꝙ nepos ex vno filio eſt melioris cōditionis quam alter filius qñ eius pater erat melioris conditionis prout eſt caſus noſter.Et quia tam de iure communi q̄ conſuetudinario feudorum ad ſucceſſionē ita dicit proximior filius fratris ſicut frater,vt eſt communis opinio & finalis ꝯcluſio legum & Doctorum.& ita nepos eſt primogenitus ſi cut pater eius ſi viueret. Igitur concludo in fauorem nepotis ex primogenito,ꝙ ipſe ſiue in ſucceſſione, ſiue in bonis feudalibus,ſiue ex l.mentali.ſiue in aliis bonis vel honorantiis quæ debentur primogenito,excludat patruum ſecundogenitum.Quandoquidem per iura ſ.deducta, abſque dubio remanet ꝙ omnia bona quæ deferuntur per mortem vltimi poſſeſſoris,tam patrimonialia,quā Regalia, quouis modo conceſſa,ſi illa ad primogenitum peruenire debent,licet ad vnum ſolummodo filium eſſent conceſſa, nihilominus ad nepotem iure hæreditario & ſucceſſiuo debent peruenire eo modo quo ad patrem erant peruentura.Quoniam cum talia bona fuerint quæ noua non egeant principis cōceſſione,ſed ex conceſſione poſſeſſoris ad aliquem filium debeāt peruenire,dici non poteſt, quod filius ſecundogenitus illa debeat habere,ſed nepos ſicut & cætera patrimonialia & regalia.Cum realiter & in omnibus perſonam ſui patris repręſentet ſicut ſi viueret, & vterque ſecundogenitum exeludit. Quapropter natura liquorum bonorum non eſt dabilis q̄ ad primogenitum peatineant,quæ ad ſuum primogenitum filium abnegentur pertinere,illo penitus excluſo, quem penitus excluſum primogenitus habebat,& nepotem admiſſum qui ad rem ſemper ius habuit, & in ſpe ſui patris intrauit.Alias plures allegationes omitto,qa tota penę iuris prudentia antiqua & moderna ſequitnr hanc patrem,vt veniat nepos ex primogenito,& apponitur gladius ad radicem huius hæſitationis.

FINIS.

Tracta-

Source : BIU Cujas

TRACTATVS MAIORATVVM ET MELIORATIONVM HISPANIAE,

in quatuor partes digestus,

MELCHIORE PALAEZ A MERIS LICENtiato, & Granatensi Prætorio Aduocato, auctores.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus diffinitio.*
2 *Maioratuum origo, & an primigenia sint ex iure diuino, naturali, aut consuetudinario, & agitur de intellectu tex. in l. 31. tit. 18. par. 3. & an maioratuum confectio, licita sit in foro animę.*
3 *Maioratus nostri in multis differunt ab illis, de quibus in sacra pagina fit mentio, & a primogenituris Galliæ & Italiæ.* (*paratur.*
4 *Melioratio tertii, & quinti vinculata: uocat maioratus, & maioratui æq-*
5 *Omnes leges, quæ loquuntur de maioratibus procedunt etiam id meliotione tertii, & quinti uinculata.*

PRAEFATIO.

CVm oīum rerū quas qs ageř vel diceř īstituit, primipilares acies ferāt principiū, & p̄fationes, qa libēti⁹ nos ad lectionē ꝓpositæ materiæ ꝓducūt: & cū ad ipsā materiā ꝓueniť, ei⁹ euidētiorē p̄stāt intellectū (auctore Iurisc̄osulto in l. i. ff. de origine iuris) materiā maioratuū tractatur⁹) q̄ res, & verbis, & effectu ē difficilima, & nomē ipsū terret, vt in ꝓgressu huius
1 operis videbiť.) Pri⁹ nosse oportet, qd sit maiorat⁹? Qui. n. ali cui⁹ rei seriē tractare vult, añ oīa exponeř dēt, q̄ ea res sit, iuxta ꝙsiliū Vlpiani ī d. l. j. ff. de orig. iuris. ibi, pri⁹ noss'e op3, vñ iuris nomē descēdat. Et oīa recte gerim⁹, si prīcipiū sit decēs & amabile Deo, vt ꝓbať ī aut. quomō oporteat epiſc. ī prin. In quo pūcto, paucis rē absoluēdo, ne ī his q̄ difficilia ñ sūt, tp̄s ꝙterať, dico, q maioratū, cōi vsu loquēdi vocamus ī Hispania, q maioratus, & illū ēt vocāt grosso mō, aut ex ꝓuīcię more auātagiū. Quasi qvnus filius sit aliis p̄lātus ī portiōe, aut hr̄ditate p̄ris. Et ī suba est quoddā p̄legatū q̄ p̄, vel mater, charitate filiali ducti, vel desiderio ꝓseruādæ memoriæ, faciūt primogenituā, vt notat post alios Mo. Par. ī ꝓsue. Pari. par. i §. 8. gl. 3. nu. 16. fol. 114. & gñlius vocať maioratus, quoddā vinculū ꝓpetuū, relictū a p̄re vel matre, vel alio extraneo onere adiecto q bona titulo maioratus relicta: īdiuisibilia, & inalienabilia sint, & vt ad maiores natu deueniāt, & vt tādē bona vīculata pueniāt ad successores ī infinitū. Et hāc diffinitionē (l3 nō ita amplā, neq; pfectā) colligere possumus, ex scriptis p Ant. Gomez in l. 40. Tau. in prin. Epiſc. Couar. Reso. li. 3. c. 5. in prīn. vbi tradit, q ista dictio (maiorat⁹) ē intelligēda, fm cōem vsū loquēdi in Hispania, q̄ p̄ferť ꝓprię significationi. l. librorū §. q tñ Cassius. ff. de le. 3. & in alijs locis latius dicemus. & notatur p eūdē Epiſc. Couar. in practicis qōni. c. j. nu4. in ver. posterior cōclusionis. vbi hac de re elegāter agit multa, ab ipsis vltimis fundamētis añā īcognita exponēdo. & p Tiraq. ī trac. de primog. ī prin. vbi ex sacra pagina, & ex pluriū gētiū morib. atq; legib. docet, primogeniorū antiqtatē, & obseruātiā. & qualis sit diffinitio primogenituræ. aperit ēt Mo. Par. ī d. §. nu. j. vbi. nu. 2. dicit, q ius primogenituę, ortū habuit a iuř gētiū antiqssimo, & a ꝓmitiuo, & ꝙfirmatū extitit iure diuino, ad q refert, q hř Genesis. c. 25. 27. 43. & deuteron. c. 21. & tradiť notāter p Bal. ī l. cū antiquioribus, n. xi. C. de iu. deli. & diffinitionē primogenituræ ēt tradit Tiraq. ī d. tra. q. j. nu. j. cū seq. apud quos oēs curiosū slector legere p̄t, q̄ ī hoc loco desiderari poterūt, qa hoc opus (si tñ hoc nomē merdť) eo mō faceř decreui, vt q̄ ab aliis scripta sūt, & ad nr̄m materiā erūt opportuna, & illa sine q̄bus hic tractatus eēt īpfect ex amiēt, & aťa supflua omittāt. Cū āt iste sit tractat⁹ maioratuū & res nō dicať esse pfecta, nisi ex oībus suis partib. cōstet, & effectus rerū dēant cōsonare noībus. l. a nullo. C. de fe. l. i. §. appellata. ff. si cer. pet. §. ē & aliud. Inſ. de don. notat Lucas de Pen. in l. j. C. de īduc. li. x. est necessariū, q nōnūq̄ aliorū scripta ī hac materia obiter, & veluti p trausitū qñq; latius, ꝓut subiecta materia, & res exegerint referāt, vtrūq; ꝓ virili face re conabor, ita vt cęterorū scripta in hūc locū nō trāsferāť, qa nō ītēdo, ea q̄ ab añcessorib. erudite, & suis locis tradita sūt, huc adducere, ne plus tp̄ris ꝓdať, q̄ nouę vtilitatis affera tur, nec ēt necessaria omittāť, q̄uis ab aliis tradita sint, qa veritas sæpius examinata, magis splēdescet. c. graue. 35. q. 2. no. gl. in c. cū Ioan. in verbo, postquā. de fi. inſ. Et licet materia sit amplissima, & humeris & īgenio, & stylo meo impar, eā ad bř uitatē, & veritatē & praxim reducere conabor, & quo breuius, & clarius fieri poterit totius rei summā excusā tradeř, ī illis qōnib. tñmō inhærēdo, q̄ in practica magis cōtingūt, aut sese offerre p̄nt. Sequēdo vestigia Celsi Iurisc̄osulti. ī l. nā ad ea. ff. de legi. Nā iuris ciuilis scīa parū ꝓficit, nisi bñ, & frequēter, negotijs applicet, fm Io. Fab. ī §. sed nec vsq; ī fi. de le. Inſt. notat latius Mo. Pa. ī cōsue. Pa. par. i. § i. gl. 3. nu. 4. fo. 18. vbi tradit, q leges tūc demū pfecte ītelligūť, q̄ñ in praxi dirū. Et breuitati quo adpotero studebo, imitādo Imperatorē ī l. j. de sen. q̄ ꝓ eo q ītereſt ꝓferūť. q ibi ornauit Reb. no. 2. pag. 361. & bř & summatim (disputatiōis apparatū omisso veritatē huius materiæ resoluere conabor. Nec ꝓmitto exactissimā, & pfectissimā ipsius materiæ īterp̄tationē, ac oībus lectorib. satisfaciētē (licet immēso, & assiduo labore, ad portū desideratū puenerim) nec a me hoc qs iuste petere p̄t, q̄ñ qdē & ipsos met iurisc̄osultos, nr̄arū legū fontes purissimos & abūdātissimos, nō semel ī aliquos errores īcidisse sciam⁹, vt latius animaduerterūt Budęus ī obseruatione antinomiarū. Alc. li. 4. parerg. c. 17. facit d. Ang. in l. minus īstructus. C. de acq. pos. vbi dicit, q ī iure nr̄o nullus Iurisc̄osultus fuit oī ex parte pfectus, nec vnquā fuit aliquis Iurisc̄osultus, q nō fuerit q̄ñq; reꝑhensus. notat latius Barth. Soc. in cōsi. 150. nu. 15. lib. i. vtilitatē ēt istius materiæ nō cōmēdo, qa ipsa satis se cō mēdat, sicuti ingt Iurisc̄osultus in l. i. ff. de in inte. rest.

2 ¶ SCIRE igiť oportet, antequā ad vlteriora ꝓgrediamur, q licet iuxta opinionē Mo. Pa. q̄ p̄dictis rōnibus mouet, ius primogenituę, ortū habuerit a iure gētiū, & cōfirmatū fuerit iure diuino: & licet fm alios primogenitura sit de iure diuino, vt psuaderi p̄t ex d. c. 27. Geneſis, ibi, Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ. Et ibi, seruiāt tibi populi, i. rustici, & plebei, & adorēt te Tribus, id est, nobiles. Et est dñs fratrū tuorū, & incuruēť añ te. Cuius sñiæ fuit ēt Old. in cō si. 257. latius Ab. in cōsi. 3. nu. 3. & 4. li. 2. Io. And. & alii in c. licet. de vo Pal. Ruui. in l. 40. Tau. n. j. de quo ēt tractať p Tira. in d. tra. in p̄fatione tractatus, n. xviij. & in q. 29. n. xj. pa. 2 26. & ꝓcesserit a legib. & institutis Hebræorū, vt docet idē Tira. q. x. nu. xvij. pa. cx. Quorū auctoritate moueri potuit Anton. Nebrissensis, suo vocabulario, vbi exponēs hoc uerbū, (Maioradgo) dicit idē esse, quē sacræ lr̄æ vocabāt primogenitū. cui ego assentio, in quātū nr̄i maioratus, maior: b. natu defer rūť: sicut succedebāt filii primogeniti in primogenituris scr̄ę paginę & nō in alijs, q ex j. dicēdis apertius cōstabit. Et ius primogenituę, iure naturę, iure consuetudinario, & ēt iure diuino est approbatū, vt docet elegās. l. 2. ti. 15. par. 2. q̄ ad hoc est notāda. & ēt iure canonico, vt cauē in d. c. licet. & notat Ab. in d. cōsi. licet (inquā) ius primogenituræ sit de iure gētiū & de iuř diuino, & ꝙsuetudinario, & canōico: Nō tñ his ꝙrib. qs cōpelli pōt ad pręferēdū in successione filiū primogenitū, alijs postea natis, nec ad relinquēdū ei aliqđ pręcipuū, nec iure fori, nec iure poli p̄ ad hoc cogiť. & ius diuinū loqtur pmissiue, nō p̄ceptiue, qa in re propria qlibet est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mā. ēt in abutēdo. l. sed si l. §. cōsuluit. ff. de pet. hę. cū cōcordātib. & parētib. arbitriū diuidendæ hr̄ditatis inter filios, adimēdū nō est. l. parētib. C. de inof. test. facit. l. j. C. de sacros. ecc. ibi liberā testādi facultatē. & in donatione, est pro rōne volūtas. l. j. ff. de don. notat Ange. in cōsi. 179. col. 4. uer. his p̄missis. nu. 3. & hoc latius ꝓbari poterat, nec quicquā obsunt d. l. par. & alia. s̄. citata, qa bñ verū est, q ius primogenituræ est ap ꝓbatū iuř diuino, cōsuetudinarie, & canonico. Qđ tradit Ri. in l. nemo p̄t. n. 3. fol. 119. ff. de le. j. & q ꝓcessit a iure gētiū, q voluit dicere. d. l. par. ibi. *La primera naturalmente.* q esse de iure naturæ, nequaquā fundari p̄t (si credēdū est Iurec̄osulto in l. j. § huius studij. ff. de iust. & iu. quo in loco, & in legibus, se. agiť de differētijs inter ius naturale, & ius gētiū, & ius ciuile. cū q̄bus cōcordat. l. 2. ti. j. pa. j. ex qua lege ēt apparet (vt obiter hoc dicā) esse vitiosa & male scripta q̄dā verba, q̄ adsunt. in l. 32. ti. 18. par. 3. ibi. *Contra derecho natural seria, ß diessen por priuilegio las cosas de un home a otro, no auiendo fecho cosa porque las deuiesse perder aquel cuyar era.* Nā dñia rerū, sunt de iure gētiū, & nō de iure naturali, vt patet ex d. § huius studij, & d. l. 2. ti. j. ibi. *Ca por tal derecho como este cada vn homo conoce losuyo apartadamente.* & idē cōstat ex. §. i⁹ gētiū. Inſ. de iu. na. gē. & ciu. imo de iuř nāli, oīa erāt cōia. c. ius nāle, ī. di. l. i. ff. de ac. re. do. & dicit sanctus Clemēs ī epi. 4. cōis oīum vsus, oīum q̄ sunt in hoc mūdo, omnib. esse hoībus debuit, sed p iniqtatē alius dixit hoc esse suū, alius istud & sic īter mortales facta fuit diuisio, & q đ instinctu naturę erāt cōia: sed postea fuerat necessariū fieri dñiorū distīctio nē lege humana & rōni nāli factū fuisse, & hoc ad reipu. vtilitatē ptinuisse, late docet Cōrrad⁹ ī tra. đ ꝙc. q. x. & sequētib. quē refert, & seqt Epi. Cou. ī 2. par. relectio. rr̄ę peccatū. de re. iu. ī 6. §. xi. n. 3. fol. 8. col. 2. ī ver. qua rōne. Notat elegāter Gre. Lopez. ī l. j. ti. 28. par. 3. in gl. j. P̄nt tñ saluari verba dictæ legis par. ex alijs verbis. c. i. pri. di. vbi ius nāle vocať, q qs nō ꝓmittat in aliū, q ꝙ se fieri nō vult. Et est notāda doc. Io. Fab. in §. singulorū. fo. 44. Inſt. de re. diui. vbi tradit, q radicale principiū iurisgētiū, simul cū iure humano ꝓcessit, videlicet, rō nālis, q̄ apud oēs hoīes idē ꝙstituit: sed ipsū ius gētiū ꝓcessit postea multiplicato populo. Et de hoc ēt recte loqť Mo. Par. in add. ad De. in l. iura. sanguinis. ff. de re. iu. Et qd sit nā, docent duæ extraordinariæ & ad mirabiles leges regni. Prima est. l. 2. ti. 27. par. 2. ibi. *De partieron los sabios antiguos que la natura es virtud que esta encerrada dentro enlas cosas, e faze a cada vna obrar aſſi*

Source : BIU Cujas

ET ex his etiam infertur, quod si ille, cui ius competebat in successione alicuius maioratus ab antecessoribus ei relictum,commisit aliquod crimen per quod fuit ad mortem damnatus,non est incapax successionis maioratus,& licet sit sententia contra eum exequutioni mandata, nihilominus eiusdem filii sunt capaces ad succedendum in maioratum,dummodo crimen paternum non fuerit hæresis, vī lęsæ maiestatis cuius occasione incapacitas ad filios fuerit porrecta,prout latius probo,inij.par.huius operis. illatio.2. q.4.per totā.& quod talis condēnatus, nō sit incapax ad succedendū in hunc maioratū ab anteceſſorib. habitū, probat ex maiorate rōnis.Quia cū in maioratū nouiter constitutū succedere possit.vt ſ. probatum fuit, fortius ei competit successio & habilitas ad succedendum in maioratum a progenie antiqua deuenientem,argumento. l.3.ff. de interdict. & relegat.Et maioratus ab antiquo magis retinetur, quam de nouo acquiritur.l.cohæredi.§.cum filiæ. ff. de vulgari. vnde difficilius amittitur & quis eo priuatur,quam si de nouo ad ipsum vocatus sit.l.per retentionem,C.de vsur.l.qui autem. ff.de his,quæ in fraud.credit.& hoc magis procederet,si sententia lata contra patrem sit in absentia si credendū est Bal. in l.i.num.18.C.de hæred.instituen.vbi dicit,qnod licet delīquens condemnatus in pręsentia efficiatur seruus pœnæ, vt in l.quo ad statum.& in l.qui vltimo, ff.de pœ.absens tamē damnatus(secundum eum)non efficitur seruus pœnę, quia antequam sit deprehensus, est liber. de cuius doctrina ego valde dubito tam quia nullam legem ad hoc refert, quam ex dispositione pragmaticę de Alcala, quæ habetur in volumine pragmaticarum, folio mihi clxxviij. per quam inter alia statuitur,q̄ si reus sit legitimè vocatus, & secundum te norē illius legis, & intra termina assignata nolit cōparere, possit etiam in absentia condēnari & dari pro perpetratore delicti, si adsit legitima probatio, vel ad pœnam ordinariam,vel ad torturam infligendam, vt latius in d.l.cauetur. Ex qua lege videtur mihi correcta.l.absentem. C.de accusa. l.absentem.ff.de pœnis. vbi absentes damnari non possunt, licet possint annotari bona l.i.C.de requiren.reis. l.i.ff.eo.ti. l.8.titu.8.parti. 3.vbi vide Grego.Lopez.& Egid. Bossium in practica criminali,titu.de fauoribus defensionis.nume.viij. & in ti.de reis requirend.num.i.cum aliis pagi.461.vnde hodie, cum per prædictam prægmaticam absens ad pœnam mortis damnari possit,si delictum hoc patiatur,licet si se p̄sentat,& iudici exhibeat,audiendus sit etiā anno transacto quo ad pœnas corporales:non ideo minus effectus est seruº pœnæ,quam si in præsentia sit damnatus. & ideo apud nos doctrina Bal.licet de iure ciuili esset vera, sustineri nō pōt. Et quod hodie in Hispania absens damnari possit,tenet Mē chaca lib.ii.controuersiarum.c.17.num.4.fol.72. ductus solummodo auctoritate.l.4.titulo 3.lib.2.for.quæ non est seruanda nisi probetur,quod vsu & consuetudine est recepta, vt patet ex l.Taurina.Quod maxime p̄cederet si delinquēs sit damnatus pro crimine hæresis,vel alio delicto, pro quo pœna ipso iure imponitur:nam tunc,licet in absentia sit cō demnatus,si tamen legitime sit cōdemnatus,efficitur statim incapax,& in consequentiam si post condemnationem,aut potius post declarationem filios aliquos procreauerit, sunt incapaces successionis maioratus,& alterius cuiuslibet successionis,quia in istis criminibus, iudex solummodo debet declarare delictum fuisse perpetratum. l. eius qui delatorem,ff.de iure fisci.vbi Barto.& alii.c.cum secundum.de hæreti.in vi.de quo etiam infra latius agetur.Et in istis criminibus multa sunt in iure specialia contra regulas iuris.ca.in fidei fauorem.de hæreti.in vi.& hoc vbique reperitur,& ideo in crimine lęsæ maiestatis est speciale,quod absens damnari potest,vt probatur in extrauag.ad reprimendum.notat Barto.in l.lege Cornelia.§.& qui hoc crimine. vbi Hippol. ff.de sica.Et ad hoc etiam est egregie. d.l. 7. titulo 8.parti.3.vbi si absens bona annotentur,si reus intra annum moriatur,hæredibus suis bona reddēda sunt,nisi in exceptis criminibus, ibi, *Fueras en de si el yerro fuesse de traycion, o de aleue, o otro alguno de aquellos sobre que pueden accusar al home y dannar la fama, maguer sea finado.*& in istis criminibus, a die criminis commissi reus quodammodo sua mente punitus est. l.vltima. C. ad l. Iuliam maiesta.quam statim latius explicabo.Et ad istam ꝛclusionem pondero etiā nouiter tex.egregium in Authē.de hæredita.ab intesta. venientibus.circa fin.in versiculo, hæc autem omnia.ibi,Hæc autem omnia, quæ de successionib. generis sancimus,obtinere in illis volumus,qui catholicæ fidei sunt,in hæreticis autem iam a nobis positas leges firmas præcipimus esse,nullam nouitatem,aut immutationem ex præsenti introducētes lege.Nec est mirū,quod propter atrocitatem criminum,punitio exercebatur,vt est tex.notab.in l.i.C.de precib.imperato.offer.ibi,admissi sceleris atrocitas. facit.l.cum vir. C. ad l. Iuliam de adulter. & famosa doctri. Innocen.in c.i.de consti.de qua late per Iaso.in d. l.i.& alios
57 plures,quos omitto. Ex quibus ad propositum nostræ materiæ resoluitur,quod si quis in absentia sit dānatus pro aliquo crimine,pro quo si præsens damnatus fuisset, efficereē incapax successionis maioratus:eodem modo redditur incapax,si condemnatus sit in absentia, & eadem ratione si post talem condemnationem in absentia filios procreauit, sunt incapaces tanquam a radice,& stirpe iam infecta progeniti, & quia causa influens, est vitiosa & inhabilis, nec oportet quod absentes in hoc sint melioris conditionis, quam præsentes.l.seruius.ff.quod vi aut clam. c. contingit. de dolo & contuma.l.9.ti.7.par.3.l.18.ti.parti.7. credo tamen ex dispositione dictę pragmaticæ de Alcala,quod si talis reus absens etiam anno transacto se præsentauerit,ad allegandum suas defensas, quas liquidauerit q̄ reintegratur eius status, & reddi-

Source : BIU Cujas

ditur capax, si innocẽs appareat. Quod etiam probatur in d.l.7.versiculo, *Mas scyendo el viuo*, & in l.auus.ff.de requir.re. Et hoc ẽt iustum est, vt delinquentes libentius ad iudicium, & ad se de delictis purgandum veniant, & statim quod a delicto absoluuntur, integer manet eis status & capacitas, & filii etiam capaces redduntur, quod verissimum est, & ex mẽte omnium legum.

58 ¶ EX superioribus maxime ex scriptis in versi. quod maxime.etiam infertur, quod licet damnatus ad mortem appellatione pendente non est factus seruus pœnæ, & status ei maneat integer.l.si quis filio. §. hi autem.ff.de iniust.rup.irritoque facto test.l.si quis post accusationem. l.qui a latronib. l.eius.§.j.ff.de testam.l.xv.in versic. *Otro si aquel*.titu.j.par.vi.& idem est vbi sententia est nulla.d.l.si quis filio. §.quod si quis, & dicit Bald.in d. l. qui a latronibus, §. quod stante statuto, quod bannitus possit impune offendi, pendente appellatione offendi non potest, etiam si postea appellatio deserta efficiatur..notant Alexan.in consi.xxxiiii.lib. iiij.Ripa in l.j.numero 12.folio.215. ff.de re iudi. hoc non procedit in his criminibus, in quibus pœna ipso iure imponitur, nam per supradicta appellatio non suspendit incapacitatem, quia iudex declarat nec nihil noui facit. Vnde si quis per primã sententiam declaretur, commisisse crimen lesæ maiestatis, aut aliud simile, licet appellationem interponat, medio tempore inter appellationem, & sententiæ confirmationem, est in capax quemadmodum si sententia sit iam confirmata. nec huic illationi, & præcedenti obstat.d.l.4. Taurina, quia nõ est intelligenda in his criminibus exceptis, quia in istis criminibus damnatus ad mortem non potest facere testamentũ, nec capere ex eo, & censentur ista crimina excepta per d.l. ad quod facit glo.in l.vltima, in glo.vltima.C. de accusatio. & l.8.in versiculo.Y *aundezinos*.Et l.13.in versiculo. *La primera*. titul.16.parti 3.& est notanda.l.3.titu.2.parti.ibi, *han poderio de lo fazer sobre yerro de traycion*.l.quisquis.§.filli.C.ad l.Iuli. maiesta.Et lex noua superueniens generaliter loquẽs, non procedit in casibus specialibus, & priuilegiatis, nisi de eisdem sit facta mentio.d.l.in testamento.vbi Fulgo. iuncta l.hac consultissima.C.de testament.l.si adulterium.§.libertis.ff.de adul. & dixi latius in quarta illatione prẽcedenti. & hoc etiam aperte patet ex d.l.4. in illis verbis. *Excepto delos que por el tal delicto fueren confiscados, o se ouieren de confiscar*. quod est notabile ꝑ intellectu illius legis, & scribentes ibi non tangunt, licet sit valde necessarium pro expositione illius legis, ex qua etiam cõstat ex superioribus, quod deportatus amittit facultatem eligendi fideicommissarium. quod etiam de iure commu niꝑbatur in l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de lega. 2. & in l.ex facto.§.si quis rogatus.in ij.ff. ad Trebe. vbi explicant Doctor. præcipue Ripa, numero 2.fo.168.ex quo infertur, quod si qs committat alicui, vt eligat ad maioratum aliquem filium quem uoluerit, vel ad meliorationem, & postea sit damnatꝰ ad mortem, vel deportatus non amittit facultatem eligendi virtute commissionis eidem concessæ.

¶Sed pro intellectu istius illationis & materiæ quam ĩ manibus habemus ad altiora, & difficiliora transitum facere oportet, non quod uelim vt vtar verbis Caij Iurisconsulti in l.j.ff.de origi.iur. verbosos facere commentarios, sed quia qõ, quę statim tractabitur recentior, & penè indissolubilis est, ut ex eiusdem progressu constabit. Et mirandum est, maiores nostros incuria, vel maioribus (vt potius credendum est) rebus occupatos, non solum eã in campum, & in disputationẽ non adduxisse, sed nec summis labiis nec veluti per transenam tetigisse. Qua de causa necesse mihi fuit summopere & totis viribus, & ingenio dimicare, vt eandem ad ueram resolutionem reducerem. Quæ quidẽ quæstio paucis verbis expediri non potest propter eius difficultatem, & quia vt prę dixi, nullum in ea lumen certum, nec stellam habeo, quæ me ducere possit: qua ratione, & quæstionis difficultate perterritus, sæpæ sæpius istud certamen ingredi verebar, postea ipsa necessitas reddendi rationem huius villicationis, & materiæ, quam examinãdam assumpsi, coegit me ut audacis potius militis, quam timidi, & pusillanimi nomen mihi acquirerem. Et licet omnis diffinitio sit periculosa. l.omnis diffinitio.ff.de regul.iur. quam ad hoc aduocãt Moder. Parisien.in 2.part.consuetud.Parisien.§.55.glo.j.numero 163. illam propose diffinire & resoluere conabor: lectores eligant quod illis verius videbitur: nam ego homo sum, & humani a me nihil alienum puto, & errare facilius quam alius possum. Quantæ autem utilitatis sit ista sequens disputatio, lector videbit, & magis intelliget quantum lucis & utilitatis particularis, & exacta singulorũ discussio adferat, cuius defectu ad pauca respiciẽtes facile cadunt. Et quia in superioribus actũ est, quemadmodum damnati ad mortem possint testari & facere maioratũ, vel meliorationẽ, & qualiter ad hoc sint capaces, & ad acquirendũ & capiendũ, quæ eisdẽ relicta sũt in ista qõne cõtinuanda est ista materia, qa superioribus est ꝺsẽtanea, & ꝓprie iã dictis quadrat: vñ licet quodãmõ erat secundæ partis, non potui eandẽ ab hoc loco segregare absque iniuria eorum, quæ dicta sunt. Quæro igitur, cuius temporis incapacitas sit respicienda in his, qui committunt crimina hæresis, læsæ maiestatis, sodomiæ, ad hoc vt fiant incapaces succedendi in hęreditatibus, legatis, maioratibus, aut meliorationibus? an eius temporis, in quo delictum committunt? vel temporis, in quo pro delicto condemnati sunt, siue in absentia, siue in præsentia? quia his cognitis materia nostra magis declarabitur, & exornabitur & ad culturam, & practicam reducetur, vt ex infra dicendis lector respiciet. Et vt materia rectius percipiatur, agam de quolibet delicto de per se, & vt dominus Iesus Christus, magis meum aperiat intellectum, & ab offensa, quæ Deo maximo fit: cũ quis in hæresim incidit incipiamus, quia Deus est principiũ, medium, & finis omnium rerum.c.i.de summa Trini. & fide catho.c.legimus, §. hinc etiam 37.distinctione. procemiũ elegans in prima partita.l.ii.ti.18.parti.3. & procemium secundæ partitæ.l.i.ti.ii.parti. ij. prius examinandum est quid fieri debeat in his, qui hęresis delictum committere audent, & pro ea parte quod hæretici sint incapaces successionum, & aliorum quarumlibet acquisitionum, a die ipso criminis commissi, faciunt sequentium fundamenta.

¶PRIMO facit tex.in l.Manicheos, C.de hæreti.ibi ipsos quoque volumus amoueri ab omni successione & hæreditate, nam illud verbum (amoueri) iuxta plurium opinionem, est latæ sententię, & singificat priuationẽ ipso iure fieri, secundum Barba.in capi.2.de rescrip. & in consi.11.col. 9.lib.2.& alios quos refert Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, reuertatur.nu.171. C.de reuo.do. Secundo conducunt alia verba illius legis ibi, huic itaque hominum generi, nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum cœteris: quia illud uerbum (sit) est etiam latæ sententię, secundum glo.in l.amissione.§.qui deficiunt.in verbo, relegati.ff.de capi.diminu. Et in c.si quis clericus.& ibi Innocen.& Imol. de vita, & honesta. cleri. ad quod etiam alios refert Tiraquel.
61 vbi supra, nume.180.qui istam materiam, quando, & in qbus casibus leges pœnas ipso iure, aut per sententiam imponant, abundantissime examinauit.ex cuius lectione magis, lector colliget nimis audacter doctissimum virum Simanc. Episcop.ciuitatis Roderici in libro, quem edidit de institut. catho.c.9.numer.56.affirmasse, quod hęc verba, ipso iure, non tam vim habent, quantam iuris periti existimant: nam ista conclusio est contra ius ciuile, canonicum, & Regium, prȩcipue contra plures leges ordinamen.& l.77.Taurinã, & alias infinitas, quę docent, longam esse differentiam inter pœnas: quę ipso iure per leges imponuntur, & inter eas, quę per sententiam.

¶TERTIO adduco tex.in authen.credentes. C. de hęretic.vbi dicitur, sit intestabilis nec testandi liberam habeat factionem, nec ad hęreditatis successionem accedat. Ani-
62 maduertendũ igitur est ad verba illius legis. Primo ad verbum (sit) quod vt supra retuli, est latæ sententię. Secundo ad verbum (accedat) quod est prȩsentis temporis nisi aliud specialiter constet, glo.in l.si quis maior.in verbo, infamia.iuncto tex.C.de transact.vbi Bar.Bal.Salicet.Iaso.& alii.glos. in l.i.§.efficerentur.C.ne lice.potentio.& alii, vt per Ias.in l.eã quam, nume.16. C.de fideicommi. Deci.in auth.cassa.C.do sacros.eccle.num.4.Purpura.in l.more maiorum.num.126. ff.de iurisdi.omni.iud.

¶QVARTO facit tex.in c.excommunicamus. §. credentes.de hęreti.ibi, ipso iure sit infamis effectus, nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos huiusmodi, aliquos, nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hęreditatẽ successionem accedat.qui tex. in tribus locis probat istã conclusionẽ, scilicet, in verbo ipso iure. & in verbo, sit.& in verbo, accedat.

¶QVINTO istã opinionem probat bona.l.5.titul.25. par.7. ibi *Apostata en latin tanto quiere dezir en romance como Christiano q̃ se torno a Iudio, o Moro, y despues se torno a la ley de los Christianos, y porque tal home como este es falso, y escarnidor de la ley, no deue fincar sin pena maguer se arrepienta, e porende dixeron los sabios antiguos que deueser infamado para siempre, de manera que su testimonio, no sea cabido, ni pueda auer officio, ni lugar honrado, ni pueda fazer testamẽto, ni pueda ser establecido por heredero de otros, en ninguna manera. E demas desto, manda o donacion que le ouiessen fecho o que hizisse a otro delo suyo de aquel dia en adelane, que le entro en el corazon de hazer esto queremos que no ua la.* Quę lex esset expressa, & in indiuiduo, nisi loqueretur in apostata, qui grauius delinquit
63 quam alius simplex hæreticus, quia apostasia est maius delictum, quam alia hęresis non mixta cum ea, & addit hæresi qualitatem, quæ eam grauat, secundum Sanct.Thom.22.q. 12.arti.

Source : BIU Cujas

22. arti. i. & melius namque est, fidem Domini non agnoscere, quam post agnitã retroire. c. quædam, de apost. & dixit Paulus ad Galatas, Quomodo conuertimini ad infirma, & egena elementa. ad quod etiam facit, quod scribitur Prouerbio. vi. homo apostata vir inutilis, grandiens, ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo ore machinatur malum, & in omni, tempore iurgia seminat. Ex dixit idem Diuus Paul. ad Hebræos, impossibile est eos qui semel illuminati sunt, & post pauca prolapsi sunt, scilicet, per apostasiam rursus reuocari ad pœnitentiam. Ex quibus & aliis scribit Villa diego, in tracta de hær. pra q. v. col. 2. quod apostasia est grauius crimen, quam simplex hæresis. & idem sẽtit Matth. ab Afflic. in constit. Neapoli Rubric. de apostat. nume. j. cum aliis. Io. Lop. Rubr. de donatio. inter virũ & vxo. Et Castro in lib. de hæresib. quæst. 9. colum. 2. fol. 19. & ista est communis opinio, licet idem Castro, de iusta hæretico. punitio. cap. vii. colum. xi. teneat contrarium. & pro communi opinione est tex. videri meo, expressius in l. vlti. C. de apostat.

66 in fin. Ex quibus infert Villa diego vbi supra, quod hæretici, qui in illo tempore detecti fuerunt, potius apostatæ, quam hæretici erant iudicandi: cum non solũ in parte de fide Domini nostri Iesu Christi male sentirent, sed eandem in totũ abiicerent ad legem Moysi redeuntes, & ideo deteriores, quã alii erant iudicandi. Et idem dici potest in regno hoc Granatensi de descendentibus a Sarracenis, qui hæreticantur in totum, & fidem domini nostri Iesu Christi: cum iam sint baptizati negant, & ad sectam Mahometicam anima, & corpore redeunt, & ideo vere, & realiter sunt apostatę iudicandi.

65 ¶ SEXTO in delictis, in quibus pœnæ ipso iure imponuntur, prout est in crimine hæresis, licet requiratur sententia ad declarationem, quod delinquens crimen cõmisit, & incidit in pœnam, non tamen requiritur sententia condemnatoria, sed ab illo tempore, quo crimen commisit, habet pro condemnato, & sola declaratio est necessaria, qualiter delinquens commisit delictum, nec iudex ad aliud tenetur, quam ad declarandum. l. eius qui delatorem. vbi Bart. ff de iur. fis. c. cum secundum. §. confiscationis. de hæreti. in vi. Archidia. Domini. Ioan. And. Ancha. & Fran. in c. 2. de præscri. in 6. & alii quos refert Tiraquel. in d. verbo, reuertatur. num. 400. pag. 543. & tenet Simanc. in d. lib. de instit. cathol. c. 9. fol. 28. nume. 67. Imol. Tiraquel. in d. loco. nume. 398. refert plures Doctores tenentes, quod cum pœna est ipso iure imposita, non est opus alia sententia declaratoria criminis commissi, sed absque ea potest ad exequutionem procedi. de quo puncto etiam tractant Gregor. Lopez. in l. 4. ti. 2. par. 7. in gl. in verbo *el señorio*. Rebuf. in declaratio. feudorum ad finem. cum ergo non requiratur niti declaratio, quod quis sit hæreticus, talis retrotrahitur ad tempus commissi delicti: tã quo ad pœnas incapacitatis, quam quo ad alia. nec enim quo ad quędam declaratio seruire debet, & quo ad alia non. Quia vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ędes. ff. de vsucapio.

66 ¶ SEPTIMO, hæretici & illorum fautores, non tantũ efficiuntur indigni ad obtinenda beneficia, sed obtentis ipso iure a die criminis commissi abdicãtur. c. quo iure. distinctio. 8. vbi glo. Domini. & Præpos. & probatur in c. vt commissi. §. priuandi. de hæretic. in 6. vbi Doctor. communiter. Abb. in c. inter dilectos. colum. vlti. de fide instrumen. & alii, quos referunt Bernardus de Lugo, in praxi. criminal. c. 106. vbi additio. Episcopus Couarru. lib. 1. resolutio. c. 8. nume. 4. qui multa ad propositum tradit.

67 ¶ OCTAVO, Cum hæreticus omnia bona, quæ possidet, ipso iure amittat. d. c. cum secundum. cum concordantibus. maiori quidem ratione bonorum, quę acquirere poterat, si hæreticus nõ foret, est iudicãdus incapax est indignus. nõ. n. est par ratio, debita amittere, & lucra non capere. l. vlt. C. de acquir. possess. l. quia autem. ff. de his quę in fraudem creditor. l. si sponsus, §. si maritus. ff. de donatio. inter virum & vxo. l. non fraudantur. ff. de regul. iuris. l. 14. titu. 11. par. 4. l. 19. ti. 2. lib. 4. fori. Et facilius aliquid retinetur, quam de nouo acquiritur. l. per retentionem. C. de vsur. l. pater furioso. ff. de his quę sunt sui, vel alie. iuris. l. plurib. §. & si placeat. ff. de verbo. obligatio. l. existimo. ff. de curato furiosi. Sed quod ista rõ non tantum vrgeat, sicut prima consideratione apparet, qa si hæreticus bona ipso iure amittit, est in pœnam delicti, & ex illo die bona alienare non potest in prędiudicium fisci. Et cum in acquirendo bona fisci prædiudicium non vertatur, est diuersa rõ in acquisitione, quam in amissione, & iõ diuersum ius statui debet.

NONO, si hęreticus non esset ipso iure incapax, parum agerent pœnę incapacitatis successionis, & aliarum rerum, quæ contra hęreticos statutæ sunt. Nam vt cõstat ex hodierno stylo, & praxi huius Regni & inquisitionũ, hęretici post quam capiuntur pro delicto, hinc ad dimidium annum, vnum, aut plus vel minus, ad autum publicum ducuntur, in quo si delictum iam confessi sunt, statim absoluuntur, & remanent ad succedendum capaces: si negant statim ad flammas deducuntur, vt constat ex instructionibus inquisitorum. & Simancas in d. libro. c 58. fol. 207. Si igitur hoc verum est, leges incapacitatem iniungentes, quasi frustratorię essent, & difficiliter practicarentur, et exẽplificarẽtur. Quod non est dicendum, nec doctis hominibus persuaderi potest. l. iura. l. ex his quæ forte vno aliquo casu accidere possunt. l. nam ad ea. l. quoniam ff. de legib. & dispositiones legum, nõ debent esse frustratorię. l. 4. in prin. ff. de iur. iuran. vbi late Iaso. l. postliminiũ. §. vl. ff. de capti. ibi, alias superuacua esset lex. c. pastoralis. vbi DD. de appel. quod procedit etiam in statutis, secundum Bart. & DD. in l. 4. §. ait prætor. ff. de damn. infect. hinc est, quod dispositio odiosa & pœnalis ampliatur, ne fiat illusoria, & vt fraudes euitentur. l. i. §. vlt. ff. de calumnia. l. sed Iulianus. §. mutui dationem. ff. ad Macedonian. c. si ciuitas. de senten. excommunica. in vi. cum concordanti. vt per Modern. Parisien. in prim. part. consue. Parisi. §. 13. glo. 3. num. 9. Tiraquel. li j. de Retrac. §. 36. gl. i. nu. 3.

69 DECIMO, cum per iura supra citata hæreticus sit ipso iure incapax testandi, a fortiori carere debet testamenti, actione passiua, quod probatur, quia difficilius quis potest capere ex testamento, quia in testamenti factione actiua, sufficit habilitas tempore conditi testamenti. l. 2. ff de testamen. cum concordanti. in testamẽti autem actione passiua, tribus temporibus est necessaria habilitas, scilicet tempore, institutionis, tempore mortis testatoris, tempore, additionis. l. si alienam §. in extraneis. ff. de hredibus. instit. §. extraneis. Insti. de hæred. qual. & diff. Hinc fit, quod licet excommunicatus possit facere testamentum secundum Bart. l. si quęramus. ff. de testamen. vbi Areti. communem dicit, nihil tamen ex testamento capere potest, secundum Archidi. in c. Pia. colum. 4. de exceptio. in 6. Faber in §. legari. numer 2. Insti. de legat. Host. in summa de testamen. §. quis sit effectus. versi. & prodest hoc notare. licet aliqui dicant, hoc solummodo procedere in excommunicato propter hæresim, prędicipue Specula. in titu. de instrumen. editio. §. compendiose. nume. v. versi. quid de excommunicato. Domini. in ca. de cernimus. numer. 8. de sentent. excommunic. in 6. Paul. in l. si cui. ff. de testamen. Chrisopho. Porc. in d. §. legari. Habita autem pro vera sententia Hostien. & aliorum, ex ea obiter infertur, excommunicatum non posse capere maioratũ aut meliorationem, qui in eundem factus fuerit. Ex quibus omnibus colligitur hæreticum esse incapacem ad quamlibet acquisitionem, a die ipso criminis commissi. Quę sententia de iure communi verior, & tenenda videtur. Sed cum Hispani leges Regales, ante omnes seruare teneamur, vt patet ex. l. i. & 1. Tauri. cum concordant. attentis aliquibus legibus regalibus, & rationibus particularibus, contra prædictam sic fundatam partem arguere mediis sequentibus possimus.

71 PRIMO, ad hoc facit notanda lex Taurina. 77. ibi. *Por el delicto que la muger, o el marido comietere, aunque sea de heregia, o de otra qualquier calidad, no pierda el vno por el delito del otro sus bienes ni mitad delas ganancias auidas durante el matrimonio. E mandamos que sean auidos por bienes de ganancia todo lo multiplicado durante el matrimonio, hasta que por el tal delicto, los bienes de qualquier dellos sean declarados por sentencia, aunque el delicto sea de tal calidad que imponga la pena ipso iure.* Ecce igitur qualiter hęc lex dare vult, quod hæreticus sit capax ad acquirendum fisco, vsque ad declarationem sententiæ, quæ profertur contra hęreticũ. Et cum habeamus legem tam aperte decidentem quæstionem istam, nõ est cur de eadem dubitemus. & cum ista lex loquatur in bonis, quæ acquiruntur titulo oneroso, prout sunt bona, constante matrimonio lucrata: quia deferuntur propter communem laborem mariti, & vxoris in acquisitione, custodia & conseruatione talium bonorum; maiori ratione procedere debet in acquisitione hæreditatis, aut legati, siue in aliis, quæ titulo lucratiuo obueniunt. argumen. l. 17. 22. & 44. Taur. & aliorum iurium quæ omitto, maxime quia dicta legis dispositio, est odiosa alterutri contingum, qa non stante illa lege, quod incapax acquirere non poterat, alteri socio accrescere debebat. l. 2. C. de hære. insti. d. §. legari. auth. quib. mo. natu. effici. sui. §. vltimo.

Secundo ista pars suadetur, ex. l. clara. 4. tit. 26. par. 7. ibi. *E aun dezimos que no deue valer su testamento ni donacion, ni vendida que le fuesse fecha, ni la que el biziere a otro delo suyo, desde el dia que fuesse sazgado por herege en adelante.* Quia hoc verbum (*sazgado*) de proprietate vocabuli intelligitur, id est, *sentẽciado, por herege*, ad quam legem difficilime responderi potest, vt patet ad sensum, quia in dubio a proprietate verborum non est recedendum. l. non aliter. ff. de legat. 3. l. 4. titu. 33 par. 7. cum ergo ista

verba

Source : BIU Cujas

verba (*fuzgado porherege*) apud nos ſecundum communem vſum loquendi interpretentur pro eo, qui iam per ſententiã iudicatus eſt, ſequitur quod hæreticus eſt capax ad acquirendum vſque ad ipſum iudicium, & ſententiam. Nam & appellationem iudicii, venit ſententia diffinitiua intelligenda, ſecundum Bal. in l.i. notab. 4. C. ſi aduer. rem iudica. gl. in ca. ſtatutum. §. inſuper. vbi Doctores præcipuè Philip. Fran. nu. vi. fol. 15. de reſcrip. lib. vi. cum concordantibus, vt per Deci. in Rubr. de iudi. nu. vi. vbi Moder. Pariſien. Sed plenius rimãdo iſtius legis intellectum, eſt conſiderandum, quod nihil facit pro iſta opinione, quod fundamentaliter comprobatur. lex igitur prædicta non decidit iſtam quæſtionem, quia cum iuxta ius canonicum, ciuile, & regium hęretici ſint ipſo iure incapaces teſtandi, vt plenius ſupra docui, aut prædicta lex eſt per ius canonicum, aut parum vrget pro determinatione iſtius noſtrę quæſtionis. nam animaduertendum eſt, ꝙ dicta lex quæ vna determinatione, reſpicit plura determinabilia, pariformiter debet omnia determinare. l. iam hoc iuſ. ff. de vulgar. explicat melius omnibus Modern. Pariſien. in conſue. Pariſien. par. i. §. 2. glo. 4. nume. 36. diſponit, *que no deue valer ſu teſtamento, ni vendida, ni donacion que le fueſſe fecha, ni la que el fizieſſe a otro delo ſuyo deſde el dia que fueſſe ſuzgado por herege.* Ecce ergo qualiter hęc lex, non ſolum determinat quod hęreticus non poſſit facere teſtamentum, nec donationem eidem factam capere, ſed etiã conſtituit *que deſde el dia que fuere ſuzgado por herege, ne uala la donacion, y mãda que hiziere*. Attẽde igitur lector, qualiter iſta lex in duobus eſt contraria iuri canonico. Primo in eo, quod vult, quod hæreticus non poſſit facere teſtamentum ab eo die, quo iudicatus fuerit pro hæretico, quod canones aborrent, vt ſupra probaui ex d. §. credentes & aliis. Secundo in quantum tex. clare ſentit, quod hæreticus donare, & vendere poteſt, vſque ad diem, in quo iudicatus fuit pro hæretico, quod eſt contra dictum capit. cum ſecundum. & alia iura cõſimilia. Vides igitur qualiter iſta lex, aut procedere non põt ſtante iure canonico, quod contrarium diſponit, & ꝙ in iſta hęreſis materia ſeruari debet, cum ſit res ſpiritualis, & à fide dependens, iuxta text.
73 in c. vergentis. §. prohibemus. de hæretic. in 6. vbi eſt glo. cõmuniter approbata. & probatur in §. in hoc. 2. q. 7. & tenet Alberic. in l. cognouimus. C. de hæreticis. Gregori. Lopez in l. 7. titu. 7. par. 6. in glo. in verbo, catholicos. Caſtro in lib. de iuſta hæreticorum punitio. c. 6. col. 10. in verſ. ex hoc etiam dominio. Simancas in d. lib. de inſti. cathol. c. 36. nu. 1. cum alijs. fol. 182. aut eſt concordanda cum iure canonico & ciuili, & ſecundum iura antiqua interpretanda & limitanda l. ſed & poſteriores. ff. de legi. Maxime quia leges partitarũ,
74 nunquam cenſentur derogare ius ciuile & canonicum, dico in his, in quibus ius canonicum derogare poterant, ni ſi in his caſibus, in quibus ipſæ leges aperte id docẽt. Quod probat quædam lex melior omnibus in l. 9. titul. 13. par. 6. vbi dicitur, *Las leyes antiguas otorgan, que el padre muriendo ſin hiſos legitimos, puede el hiio natural heredar los bienes delas doze partes las dos, no dexando el muger legitima, caſi la dexaſſe embargaria al hiio, que no la poderia demandar. E porque no podemos dar ninguna razon, porque ſe mouieron los que hizieron las leyes, atollerle al hiio eſta ſu parte, por razon de la muger legitima que dexaſſe ſu padre: porem de tenemos por bien que la aya, y que no ſe embargue. Eſto nos atreuimos a mandar. &c.* Ad quod etiam facit proœmium legum partiæ, ibi, *E tomamos delas palabras, e delos buenos dichos que dixeron los ſabios, que entendieron las coſas razonadamente ſegum natura, e delos derechos delas leyes,* & l. 6. titu. 1. par. 1. quę ſpecialius loquitur. & l. 1. Taurina. ibi, *Por que fueron ſacadas y tomadas delos dichos delos ſanctos padres, y de los derechos y dichos de muchos ſabios.* Et huius opinionis, quod leges partitæ ſemper cenſeantur concordare cum iure canonico, & ciuili, ſunt omnes doctores noſtri regni præcipue Epiſcop. Couar. reſolu. lib. j. ca. 14. nu. 5. Grego. Lopez in d. l. 9. in gl. in verbo a mudar. per illam legem. Peralt. in l. ſi quis in principio teſtamenti. nu. 40. ff. de leg. 3. vbi addit, leges partitæ percipere non poſſe, qui prius ius ciuile recte non intellexerit, qui tamen ad hoc non referunt prædictas leges regni. Et hoc coadiuuatur, quia generaliter, & in vniuerſum, eſt euitanda legum correctio. l. vnica. C. de inoffi. teſtam. Vnde eſt, ꝙ ne inducatur repugnãtia a iure communi, licitum eſt a propria ſignificatione recedere, ſecundum Anto. & Imo. in c. cum dilectus. de conſuet. Alex. in conſ. 85. nu. 12. lib. 4. ꝙ refert ad aliud, quod infra tractabitur. Vt igitur dicta lex non ſit correcta, & euitentur abſurditates, quas prima facie probare videtur, vt ſupra latius expoſui, neceſſario fateri debemus, ꝙ dicta lex quanuis cenſura curioſiſſimi viri Gregorii Lopez ſit emẽdata, adhuc eſt errata, & ſi opus fuerit debemus ſupplere, & emendare, *deſde el dia que fuere ſuzgado por herege*, & in locum illius dictionis (*por*) ſuppleat dictio (*que*) & ſic eam interpretari debemus vt euitetur à correctione, vel abſurditate, nec mirandum eſt de iſta interpretatione, quia eã multis mediis & rationibus cõcludentibus fundare poſſumus.
75 Primo ex principio iuris, ꝙ abſurditates in iure ſunt euitandæ. l. nam abſurdum. ff. de oper. liberto. Vnde fit, ꝙ tollerabilius eſt ꝙ verba nihil de nouo operentur, quam ꝙ in abſurdum cadant, ſecundum glo. in c. paratus. 23. q. 1. & in l. vlti. §. in computatione. C. de iure deliber. Ioann. de Monte Sperello, quem ad hoc plures referunt in l. 1. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſ. Maria Salam. in l. gallus. §. & quid ſi tãtum. col. 1. ff. de li. & poſth. & tenẽt alii quos referunt Iaſ. in l. 1. in prin. nota. 5. ff. ſolu. ma. Simancas in lib. de inſtit. catho. c. 9. nu. 55. folio. 26. & quælibet lex non extendenda ampliatur, pro euitanda abſurditate. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſa. tuto. notat Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 370. ff. de vſucapioni. late Euerardus in centum locis, loco ab abſurdo. 8. pagin. 114. Socin. Iunior in conſi. 181. nu. 51. lib. 2. qui ex hoc decidit caſum notabilẽ, in vocatione maſculorum & fœminarum. & vide eundem ibi, num. 34. vbi poſt Alex. in conſi. 93. lib. 3. tradit, quod copulatiua amittit offi cium ſuum, & capitur pro diſiuncta quando, ſi ſecundum naturam ſuam caperetur, reſultaret abſurditas, & aduerſaretur voluntati teſtatoris. & ex hoc dicit idem eſſe ſi teſtator dicat, ſi deceſſerint deſcendentes ex Angelo. hoc eſt, ſi nati fuiſſent; id eſt, nati eſſent & poſtea ſine maſculis deſcẽdentibus decederent, nec mirum eſt ꝙ vt abſurditas euitetur, vna dictio capiatur pro alia, imo id iure fit, ſecundum Bart. in l. omnes populi. in 6. q. princip. in verſi. iuxta prædicta q̃ro. nu. 58. ff. de iuſti. & in. vbi ad hoc refert glo. in l. in ambigua. ff. de legib. notant Doctor. in d. ca. cum dilectus. Alex. conſi. 81. lecto & diſcuſſo. nu. 5. lib. 3. & conſi. 53. nu. 14. lib. 5. & conſi. 134. nu. 26. lib. 6. & ad hoc eſt melior tex. de iure in d. l. in ambigua. ibi, in ambigua voce legis, ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, pręſertim cum volũtas legis ex hoc colligi poteſt. Item quoties expedit, ꝙ vna coniunctio capiatur pro alia, & vt deſeruiant menti, verba impropriantur, glo. in l. eas. ff. de condi. & demonſtra. & in l. inſulam. ff. de pręſcript. verb. cum concordan. vt per Alexã. in conſi. 22. nume. 5. lib. 4. vbi Pariſien. Et hoc etiã coadiuuatur, quia dictiones non ſemper ſumuntur vniformiter, ſed ſecundum ſubiectam materiam capiuntur, nunc vno modo, nunc alio, vnde copula non ſemper coniungit. l. ſæpe. ff. de verbo. ſignificatio. de quo per Alexan. in conſi. 158. lib. v. Boer. in deciſio. 202. & quadrat. l. i. vbi Bar. ff. de pac. & quod notant idem Bar. in l. i. ff. de iure condicillo. & in l. ſi is qui decenta. § vtrum. ff. de reb. dub. Bal. in c. 2. colum. penul. de reſc. Alex. in conſi. 98. li. v. Iaſ. in l. ſi mater. num. 2. C. de inſtitu. & ſubſti. Deci. in c. ex parte. num. 7. de conſt. & in c. ex par. num. x. de reſc. late in conſ. 122. Chriſtoph. Porc. in §. ſi qs ancillas. nu. 25. Inſt. de lega. Roder. Suarez. in alle. 27. col. 2. & facit. l. j.
78 C. de conditio. inſti. Et de dictione (vel) quod q̃ñque ſit coniunctiua, quandoque vero diſiunctiua, traditur per Angel. Aret. in §. i. quib. ex cauſ. manumit. non licet. & de dictione (vel) etiam tractant Iaſ. in auth. qui rem. nume. 3. C. de ſacro ſanct. eccle. Epiſcop. Couarru. in initio ſecundæ relectionis Regul. poſſeſſor. de regul. iur. in vi. & lib. i. reſol. c. 16. nume. 3. & verbum præſens, aliquando ponitur pro præterito, tex. & gl. in verbo, finiretur. in l. ſi cum dies. ff. de arbitr. notat Iaſ. in l. i. in princi. nu. 25. ff. de verbo. obliga. & verba præſentis temporis, ex coniectura capiuntur, pro verbis futuri temporis, l. verbum erit. ff. de verbo. ſigni. notat Iaſo. in l. qui filiabus. §. i. nume. ij. ff. de lega. i. Et verba, quæ alias ſignificant neceſſitatem, propter ſubiectam materiam reſoluuntur in liberam voluntatem ſecundum glo. in l. i. in gl. magna. ff. ſolut. matr. tex. ſingula. vbi Abb. in c. i. de ſponſa. notat Iaſ. in l. i. nume. 3. & 9. ff. de iuſti. & iur. & e contrario verba, quæ ſignificant liberam voluntatem, propter ſubiectam materiam, reſoluũtur in neceſſitatem, & arbitrium boni viri, de quo late per Dec. in c. cum venerabilis. num. 7. de exceptio. Et de dictione
81 (ſtatim) quod propter ſubiectam materiam mutet nominis proprietatem. notat glo. in c. i. de mut. petit. Iaſ. in l. diuortio, in princ. nume. 12. ff. ſol. matri. Deci. in c. cœterum. num. 4. de reſcri. Item pro prædicta interpretatione ad d. l. 4. facit, quia
82 verba etiam in ſententiis iudicum impropriantur, vt reducantur ad intellectum iuris, ſecundum Bald. in l. j. oppoſit. i. C. de neg. geſ. vbi Paul. & alii, vt per Moder. Pariſi. in conſuetu. Pariſi. §. 1. gl. 4. num. 20. fol. 24. Et de hac materia plura reperire licet apud Tiraquel. in d. verſ. reuertatur. nu. 37. & ſunt alia pleraque his ſynonima, quæ conſulto omitto. Prętera verba illius legis. 5. ibi, *Deſde el dia que fuere ſuzgado por herege.* intelligi debent, id eſt, per ſententiam legis fuerit damna-
83 tus non expectata hoĩs ſnĩa. Canon enim latæ ſententiæ habet vim ſententiæ hominis. gl. in l. amiſſione. §. qui deficiũt. ff. de capi. diminu. vbi Bal. dicit, nota eam, qa raro inuenies. Angel. in conſi. 48. commune Florentiæ. Et quod in legibus partitæ

Source : BIU Cujas

partitæ hoc verbum (*Dañado.*) pro ſentētia intelligatur, id eſt, per ſententiam legis probat egregia lex 21. titul. 13. par. vi. vt
84 in ea latius videri poterit. nec eſt omittendum, quod verba, quæ non poſſunt intelligi proprie, exponuntur improprie, vt actus ſuſtineatur. l. ſi pecuniam. vbi late DD. ff. ſi cert. pe. ta l. ſi olei. vbi Bar. & communis. C. locati. l. inſulam. vbi Bar. ff. de præſcrip verb. Et verba, quę in proprio ſignificatu operari non poſſunt, ad improprium trahuntur. l. ſi cum te. C. de dona. ante nup. l. ſi tam auguſt. per illum tex. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. & licet verba legis repugnent, ratio eſt ſpectāda. d. l. ſcire. §. aliud. per quam legem Moder. Pariſien. in conſuetud. Pariſien. lib. par. i. §. 22. num. 116. arguit, & venit contra verba expreſſa legis vltimæ. §. ſin autem. C. commu. dele ga. & inquit idem Moder. Pariſien. in d. §. num. 43. quod craſ ſities illorum qui inhærent literæ non habita ratione, nec æquitatis, & veriſimilitudinis, tanquā ſuperſtitio Iudaica im probatur per glo. in l. damni infecti. §. i. & §. ſi is qui vicinas, in verbo aliquas, ff. de damn. infecto. & alia, quæ refert. Prædictis omnibus patrocinatur. tex. in l. iij. §. conditio. ff. de adimē. legatis. ibi, melius eſt ſenſum, magis, quam verba amplecti. l. credendum. ff. qui pet. tutor. ibi incidit, in conſtitutionis verba, ſed ex ſententia excuſatur & præſtat. l. ſi cui. ff. de ſerui. ibi, ciuili; tamen modo, nam quędam in ſermone ta cite excipiuntur. & l. pen. ff. ad exhibend. ibi reſpondit, non oportere ius ciuile calumniari, ſed qua mente id diceretur,
85 animaduertere. Et taliter debent leges, & dicta interpretari, vt non poſſit a ſapientibus reprehendi. l. Iulianus. ff. de leg. p̄ ſtan. l. ex facto. in prin. ff. de vulga. nota. Bal. in conſil. 294. ad euidentium prę̄mittendum eſt, quod maleficium. lib. i. & in quit Alber. poſt Oldrad. in l. qui duos. §. i. per illum text. ff. de manu. teſtam. Quod interdum vis eſt inferenda literæ, vt ſanum & iuri conſonum intellectum capiamus: vnde etiam dicit Lancelo. Deci. in l. cætera. §. item hoc prohibetur. ff. de lega. i. quod quando contextus verborum legis, vel ſtatuti, ſonat in aliquam abſurditatem, recedendum eſt a verbis, & mens amplectenda. Et aliqua ex his dictis, & alia ſimilia cō gerit Moder. Pariſi. in conſuetudinibus Pariſien. par. i. §. 8. gl. 4. num. 8. fol. 117. quare Grego. Lopez. in d. l. 4. ti. 25. in verbo. *Por herege.* vti maximus interpres partitarū, ſentiēs illius legis difficultatem, intelligit eam procedere a die commiſſi criminis. Tandem cum leges ſemper ſint factę de caſibus dubi tabilibus. l. quod Labeo. ff. de ſupellect. leg. qui ſanctæ illam legem dubitabat, quod ſecundū canones & leges antiquas hæreticus erat inteſtabilis, nec donare poterat & alias pœnas patiebatur, de quibus in d. l. fit mentio. Hinc eſt, quod quando litera legis, vel ſtatuti, dupliciter punctuari pōt, & vno modo punctuata, decidit caſum dubium, de quo quęritur, alio modo non decidit, ſemper debet punctuari eo mō ſecundum quem deciſionem dubii inducit: etiam ſi alias ſit pœnalis, ſecundum gl. in ca. i. in verbo, clarum. quam ibi ſequuntur Gemina. & Fran. de tempor. ordina. in 6. & Roma. in conſi. 509. circa propoſitum. colum. 6. & in ſingula. 741. di cit ſtatutum. Et alios, vt per Moder. Pariſien. in conſuetudi.
86 Pariſien. §. 4. num. 15. fol. 387. licet his omnibus aduerſari vi deatur, quod non eſt licitum addere ad literam textualem, ſecundum Bal. in l. i. in fine. ff. de curato. furio. & in l. Gallus. §. penul. ff. de liber. & poſthu. facit lex. i. §. loquitur. ff. de aqua quotidia. & æſti. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. ſed replicari poteſt, quod iſta non eſt additio, ſed literam tex. erratam corrigere, ſecundum ius & rationem, & leges, & canones antiquos, ex quibus ſemper exiſtimaui iſtā legem non facere pro iſta opinione, imo potius pro contraria.

87 TERTIO principaliter pro iſta ſecunda parte adduco legem 4. ti. 13. par. 6. ibi. *Otroſi dezimos, que el que ſuzgado por here ge, no puede ſer eſtableſcido por herdero de otro.* quę lex valde vrget pro iſta ſententia, niſi ad illam legem reſpondeamus a liquibus rationibus de his, quæ ſupra ſcripta ſunt. Et intelligam⁹ illa verba, referendo ea ad tempus delicti, quaſi quod lex in illis verbis non diffiniat, nec ſentiat de ſnīa, aut q̄dēnatione ipſa, ſed dicat qđ ille, qui fuerit hęreticus iudicatus non poſſit hęres inſtitui: vt cum dicimus ſecundum communem vſum loquendi talis eſt iudicatus, vel habitus pro prodigo, furioſo aut luxurioſo, vel aliud ſimile, non enim in hoc ſen tiunt homines de actu iudiciali, aut ſententia ſed hominis qualitatem, de quo tractatur, diffiniunt. Licet contra iſtam interpretationem facere videatur l. xii. ti. 21. par. ii. ibi. *Ni ome que fueſſe ſuzgado para muerte.* Ex quidus verbis lex manifeſte ſentire videtur, quod prædicta verba denotant condemnationem & iudicium iam fuiſſe latum. Et idem probat. l. 14. ti. 12. par. v. & ibi. *Fueße ſuzgado a pagar,* & l. 15. ti. par. 6. in prin cipio. quæ clarior videtur cæteris. & l. 10. ibi *ſuzgado el Rey.* titu. 3. par. vi.

88 QVARTO, licet hæreticus nihil alienare, aut donare poſſit a die ipſo criminis commiſſi, acquirere tamen fiſco ei liceat, vſque ad ſententiam, ita quod hæreticus in damnoſis fiſco ſit capax, non in vtilibus, & in acquiſitione. l. is cui bonis. ff. de ver. obl. l. ſi ſeruus. C. de pact. l non eo minus. C. de procu. l. neque. C. de contra. & cō. ſtip. l. 5. ti. 11. par. 4. & eſt bonus text. in l. i. ff. de offi procur. Cæſ. Vbi geſta a procuratore Cęſaris, quæ ſunt Cæſari vtilia valent, nō autem valent inutilia, & Cęſari præiudicantia. facit. l. 54. Tauri. Et conducunt alia plura, quæ ſcribo in 5. parte huius operis. limitatio. i. nu me. 1. cum aliis. Sed hæc iure procedere non videntur data incapacitate illius, qui acquirere non poteſt, nec debet eſſe quo ad quædam capax, & quo ad alia incapax, nec vna, & eadem res debet diuerſo iure cenſeri. d. l. eum qui ædes, ff. de vſucapio. c. cum in tua. de decim. & vtrobique. DD. Iaſ. in l. cēturio. in prin. ff. de vulg. facit tex. in l. iudicatę. in prin. in gl. in verbo pro liber. ff. de except. l. duobus. ff. de liberal. cauſ. l. ſi pariter. in prin. eod. tit. l. vltima. C. de commu. ſeru. manu. in l. ius noſtrum non patitur. in fi. verb. ff. de reg. iu.

89 QVINTO, leges ea ratione pęnas pecuniarias contra delinquentes ſtatuerunt, vt earum metu perterriti, ſicut pro pœnis corporalibus a delictis arceantur, l. quiſquis. §. filii. C. ad l. Iuli. maie. cum concordant. ſed certum eſt, quod quo plura bona delinquētibus auferuntur in condemnationib. & confiſcationib. tāto magis ipſi caſtigantur, & in republica ædificatur cum exemplo quod aliis datur, quod ratio, ipſa & experientia rerum omnium ſubſtentaculum demonſtrant, a qua licet arguere. c. multis. 44. diſtinctio. c. quam ſit. de electio. & ab experientia in caſu ſingulari circa noſtram materiam, & quandam vocationem ſecundogeniti excluſo primogenito, arguit Ripa in reſpon. 131. nume. 18. Expedire igitur videtur ad ędificationem & exemplum reipublicę, & maiorem punitionem delinquentium, quod hęreticus ſit capax ad acquirendum plura bona, quia ſic magis punitur, & ita videmus quod leges, & canones pro delictis grauioribus, maiores pœnas imponunt, corporales & pecuniarias, non alia ratione, quam quia exoptant, ne atrocia delicta committantur, ex quibus Deus & reſpublica offendat. Sed iſta ratio, licet ſit naturalis & ęqua, cum contrarium iura, quæ pro prima parte adduximus velint, ceſſant coniecturę & æquitas

90 SEXTO ſi vera ſunt, quæ in principio proximi fundamenti ſcripta ſunt (prout negari non poſſunt) expedit ad fidei fauorem & bonum commune reipublicæ Chriſtianæ, vt crimen hęreſis grauiſſime puniatur, maxime hodiernis tē poribus, in quibus propter peccata noſtra ita hæreſes pullu lant, ideo æqua, & catholica, & religioſa opinio videtur, q̄ hæretico bona confiſcentur omnia, & ſit capax ea acquirēdi, vſque ad cōdemnationem: quia hoc modo homines ma gis timebunt delicta cōmittere, & aures arrigent quaſi mai⁹ periculum impendat. ad quod facit. l. reſpiciendum. §. non nunquam. ff. de pœnis. & cū in hoc caſu agatur de fidei fauore, in dubio iſtam opinionem amplecti debemus. d. c. in fi dei fauorem notat Abb. in c. ij. de diuort. Decius, in l. factū. §. in pœnalibus. ff. de regul. iuris. Sed iſta etiam ratio magis ęqua quam iuridica videtur, obſtantibus legibus, & rationibus pro priori parte traditis, & eſt æquitas non ſcripta, quæ prę̄ferri non debet iuri ſcripto. l. i. vbi gl o. Bart. Salice. ff. legibus. l. proſpexit. ff. qui & a quib. cum concordant. vt per Dec. in l. in omnibus quidem, maxime tamen num. 9. ff. de regul. iur. Explicant eleganter Epiſco. Couarru. in Regu. poſſeſſor, de regul. iur. in vi. in ij. par. relectio. §. vi. nume. 2. & 3. Moder. Pariſi. in j. par. conſuetud. Pariſi. §. 41. nume. 86. nec pœna eſt addenda, niſi lege caueatur. Auth. de trien. & ſemiſſe. §. cōſideremus. colla. 3.

91 SEPTIMO iſtam ſententiam velut obiter, quaſi non tam ingētes difficultates quęſtionis iſtius diffiniti haberet tam ex legibus iuris communis, quam regii, quas nō retuli, tenuit licentiatus Tello, cuius lectura plena eſt ſubſtantia. Is inquam in d. l. 4. in duobus locis, prius, num. 34. vbi tradit, hę reticum eſſe inteſtabilem, nec poſſe facere teſtamētum, nec capere ex eo a die declarationis. Qui ad hoc refert Caſtrū, lib. 2. de iuſta hęreticorum punitio. c. 9. colu. 11. in quo hoc ſępiſſime perquiſiui, & nunquam inueni Caſtrū eſſe auctorem huius opinionis. Et mortuo dicto licentiato, data opera legi librum, quem ipſe habebat de iuſta hęreticorum punitione. Et hoc nunquam inueni, poteſt eſſe quod ego deceptus ſum, in interpretatione dictę allegationis, & eā nō rectę percipio, vt cumque ſit hoc dictum minime verum puto, rā in primo membro, quam in ſecundo. Nā quod dicit dictus aduocatus, hæreticum non eſſe inteſtabilem vſque ad diē declarationis, falſiſſimum eſt, & contra omnia iura canonica, & ciuilia ſupra relata, quæ ad hoc nulla egent ponderatione, quia ſunt clariſſima. in ſecundo etiam falſus fuit, vt cō ſtat ex iam dictis. Secundo iſtam opinionem tenuit in d. l. 4.

num

nume.48.vbi dicit,quod in crimine hæresis,licet bona confiscentur ipso iure ex die criminis commissi,durat tamen vsque ad sententiam,quia remanet in hæresi,& quotidie dicitur delinquere,& postea quæsita veniunt in confiscationē, & reseruat dicere alibi latius,quod dictum etiam iuridicum non est,vt patet ex superioribus,nec ratio per eum tradita, quicquam vrget,nec est vniuersalis:quia sæpe contingit, qđ quis vnam tantum,vel duas hæreses committit, quarū post ea ipsum pœnitet,& eadem in confessione sacramentali fatetur, & in isto casu delictum non habet tractum successiuum,nec delinquens quotidie delinquit. Et eiusdem opinio ꝓcedit in casu,in quo hæreticus hæresim semper in animo habet,& eam quandoque in aliquibus exercet.Ex quib. tandem constat veriorem esse opinionem, hæreticum esse incapacem ad acquirendum a die ipso criminis commissi, nulla spectata declaratione. Et nemo est sapientum, qui interpretationi huic tam æquæ,tamquam rationabili consen
92 tire non possit.Nec his omnibus etiam obstat.d.l.77.Taurina,quam in primo fundameuto huius secundæ partis ponderaui,quia cum illa lex sit exorbitans, & loquatur in illo casu speciali ; cum in contrarium in aliis casibus sint plura iura ad alios casus, & res trahenda non est.l. ius singulare.l. ꝙ vero contra.ff.de legib.l.si vero.§.de viro.ff.solu.matri.cū concordant.quæ scribo in principio huius operis.illa. 7.nu. 11.imò potius ex illa lege nostram opinionē probare possumus , nam cum illa lex statuerit illud specialiter & in illo casu,cuius rationem nō est cur quęramus. l.non omnium. ff.de legib. clare sentit , ꝙ in aliis diuersis casibus contrariū est iudicādum, quia inclusio certi casus, est exclusio aliorū. l.quod in rerum.§.si quid post. ff. de leg.i.l.cum prætor.ff.de iud.c.nonne.de præsumptio.cum concordantibus.& ex hac resolutione plura in practica notabilia inferuntur.

præsuppositа legitimatione hæredem instituit, si legitimatio est defectuosa, institutio non valet, & hæreditas pertinet ad successores ab intestato. Et dicit quod in quęstione de facto ita respondit. & Bal. sequuntur DD. ibi Parisi. in consi. x. nu. 22. lib. 2. & est communis secundum Deci. in consil. 176. col. 4. in fine, versi. non obstat quod magna. & alios Doctores refert Rolandi. in consi. 61. nu. 27. lib. i. facit. l. si pater. C. de hæredi. institu. & l. neque professo. ibi, & quę vt filiis. C. de testam. Sed præsumptio est pro legitimatione, quod si efficax, & opponenti contrarium incumbit onus probandi, vt per Deci. in consi. 462. in prin. & Gozadi. in consil. 98. nume. 11. Et quando est dubium, an legitimatio valeat vel non? dēt interpretari ꝙ valet, vt per Ias. in cons. 184. col. 2. in prin. lib. 3. per regul. tex. in l. quoties. ff. de reb. dub.

28 ITEM scire oportet, quod si quis faciat maioratum in filium spurium sub conditione, si impetrauerit dispensationē adiiciendo, quod si dispensatio non fuisset impetrata, vel institutio maioriæ in eum facta non valeret, quod bona deuenirent ad nepotem filium filii spurii. talis institutio valet, & non impetrata dispensatione, nepos obtinere debet maioratum. quod probatur auctoritate. l. 2. C. de hære. insti. & cuius dam doctrinæ Guido. papę. in cons. 94. effectus narrationis, nu. i. cum sequentibus. præcipue nu. 4. vbi lector videre poterit fundamenta alia ad confirmationem huius sententiæ. imo etiam si dicta verba non adiiciantur, quod maioratus sit inefficax: cum conditio deficiat maioratus non valet. l. cedere diem. ff. de verbo signifi. l. hæc venditio. in princ. ff. de contrahen. emptio. l. qui hæredi. §. Plautius. vbi Bart. & Socinus. ff. de conditionib. & demonstra. Bar. Socin. in consil. 99. sereniſſimus Rex. col. 7. versi. tertio confirmatur. lib. 3. Deci. in consi. 2. vnde dicit Socinus Iunior in consi. 165. nume. 6. lib. ij. quod donatio facta sub conditione, ea deficiente reddi tur inefficax: Et qualiter princeps dispensare possit cum inhabilibus ad testandum vel codicillandum, optime omniū explicat Bartho. Socin. in consil. 12. nume. 12. cum pluribus sequentibus. libr. 1. quem lector si expedierit omnino legat.

29 ET an maioratus fieri possit in aliquem incapacem, vt bona restituat alii capaci? Lector decidere potest ex his, quæ tradunt gloss. & Docto. pręcipue Ias. nume. 22. in l. eam quā. C. de fideicommis. & Domin. Antoni. de Padilla. num. 221. ex quorum resolutione veritatē huius puncti lectori colligere licebit, & est animaduertendum, quod tacitum, & iuri contrarium fideicommissum de restituendo non capaci, non præsumitur iniunctum nisi probetur. l. Lucius. Titius. §. in testamento. ff. de leg. i. l. nō intelligitur. §. tacite. ff. de iure fis. l. cum tacitum. l. qui testamentum. ff. de probatio. notat Bal. in cons. 91. vnde quod electio. lib. j.

30 PONE etiā, quod cuidam data fuit facultas ad faciēdū maioratum, & anteq̄ illius notitiā haberet, cōfissus, quod licentia ei concederetur, fecit ignorās concessionem maioratus. quæro an talis cōstitutio maioratus valeat? Huius qōnis diffinitio pendet ab alia, an beneficium vel priuilegium prīcipis habeat locum, & effectum a tempore concessionis, an a tempore notitiæ? In quo communis est opinio, quod non habeat effectum vsque ad tempus notitię, secundum Abb. & alios in c. 2. de consti. probatur in l. vltim. vbi glos. C. de consulib. lib. 12. tenent Bar. & alii in l. beneficium. ff. de constitutio. princip. vbi Ias. nume. 32. plures refert dicendo, quod ista est cōmunis opinio Canonistarum & Legistarum. ex quo in nostra quæstione videtur, quod priuilegium non habet effectum ad confirmandum talem maioratum. & pro ista sētentia facit. l. 42. Taurina. in sui generalitate.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus quomodo liciti sint.*
2 *Primogenitus tenetur exhibere fratribns alimenta necessaria.*
3 *Principi debet fieri mentio de his, quibus scitis, quanuis concessisset, difficilius tamen, quod procedit in gratiosis & priuilegiis. nec sufficit in genere hæc exprimere.*
4 *Primogenitum nouum, ab antiquo, qualiter differat.*
5 *Principi est facienda certa relatio filiorum legitimorum, quos quis habet vt legitimatio non sit subreptitia.*
6 *Qualitas spurietatis, qualiter exponi debeat.*
7 *Princeps nihil agit cum præiudicio tertii, etiam minimo, multa ibi referuntur.*
8 *In impetratione legitimationis oportet, ꝙ principi exponatur, ꝙ pater non potest licite contrahere matrimonium cum matre.*
9 *Aequalitas in dubio inter filios seruari debet. vide ibi multa bona quod quando pater aliquem filium meliorat, adhuc gaudet dispositione testamenti inter liberos.*
10 *Resoluitur contra Gregorium Lopez. & Episco. Couarr. quid vbi a principe impetratur facultas ad faciendum maioratum, est exponendus illi numerus certus liberorum.*
11 *In literis gratiosis, etiam exprimi debet, quod Papam mouere potest ad concedendum, vel non concedendum.*
12 *Facultas ad faciendum maioratum, an sit gratia, vel dispensatio?*
13 *Dispensatio quid sit, & qualiter stricte interpretari debeat, & an id sit in constitutione maioratuum?*
14 *Si pater in constitutione maioratus habeat se seuere aduersus alios filios, quid agendum.*
15 *Verba generalia sufficiunt ad derogationem vbi apparet de voluntate derogantis. Et pater qui reuocat, & derogat maioratum semel factum, sufficit, vt generaliter deroget, si tamen appareat de illius voluntate.*
An principi sit facienda mentio liberorum, quos quis habet dum ab illo petitur licentia ad faciendum maioratum.

QVAESTIO TERTIA.

QVæro tertio an ille, qui plures filios habet, dum petit a Rege licentiam faciēdi maioratū, teneatur Principi exponere & declarare, & referre, numerum certum filiorū, quos habet? In qua quæstione semper ego existimaui ꝙ pater qui vult a principe petere facultatem regiam ad faciendum maioratum in vnum ex pluribus filiis, quos habet, tenetur principi facere indiuiduam & certam mentionem liberorum, quos habet ad hoc vt facultas non sit subreptitia. Ad cuius conclusionis fundamentum supponere oportet, quod primogenita licita sunt, quando ex causa, & ratione probabili constituta sunt, secundum Petrum de Bella Perti ca in §. fin. Insti. de iu. natura. gen. & ciuil. & dicit Cinus in l. Barbarius. colum. i. ff. de offi. prę to. peccare primogenitum, qui ex consuetudine totum patrimonium retinet, si scit consuetudinem illam esse erroneam, & si vult esse sine peccato, debet primogenitum diuidere cum fratribus. & idem Cinus in l. rescripta. in 3. q. C. de precib. Imperat. offeren. dicit, quod consuetudo disponens vt primogenitus totum habeat, est contra Apostolum dicentem. Filius ergo hæres ideoque peccat primogenitus, si consuetudinem sequutus totum accipit. qua de re plura scribit Tiraquel. in tracta. de primogenitu. q. 4 num. 11. & in numeris antecedentibus, & sequentib. alia refert. & num. 13. ex variis auctoribus probatur hęc primogenitura licita esse, quia plures vtilitates ex ea resultant. citat Oldrald. in consi. 94. eleganter circa negotium. & Bar. in l. 2. q. 24. C. quæ sit long. consuetu. & alia iura. Ex quibus ꝰ stat primogenita licita esse, modo sint condita cum recta ratione, & ęquitate. Quod plenius constat ex illis, quę scribo ī principio huius primę partis, nu. 2. ver. sed licet. Præcipua vero causa, ex qua maioratum constitutio licita est, & q̄ reddit Principem tutum, vt possit concedere licentiam ad faciē dū maioratum in eo cōsistit, ꝙ si primogenitus, vel electus ad maioratū habeat fratres, eisdē fratribus alimenta necessā
2 ria p̄stētur. Vt aduertunt & late probant Io. Lopez. in rep. c. per vestras. de donatio. inter vir. & vxo. 3. notab. §. 21. Roderi. Suarez. in l. quoniam in prioribus. limita. 11. versi. ius finē. col. j. C. de inoffi. testam. Anto. Gomez in l. 41. Tauri. nu. 47. celeberrimus, & nūquam satis laudatus magister meus Episcop. Segouienſis in epitome de sponsalib. par. 2. ca. 8. §. 6. nu. 5. in ver. quarto deducitur. qui refert Ioan. Licirier, in tracta. de primogenitura. lib. ij. c. 15. & Tiraque. in eod. tracta. q. 74. & 75. vbi tractat, qualiter primogenitus tenet cęteris fratrib. alimenta prę stare, si aliunde filii ea non habent. Ex quibus infertur, quod si quis faciat Principi relationem, quod vult facere maioratum valoris viginti mille ducatorum, vel pluris, vel minoris, non autem illi exponit filios, quos habet, prīcipi fit fraus: quia credendum est, quod si princeps sciret eū, qui licentiam petebat, multos filios habere, forte non concederet prædictam facultatem, si iuxta redditus bonorū vinculatorum verisimiliter videret, quod non sufficiebant ad sustentandum honorem, & statum primogeniti, ipsique & cæteris fratribus alimenta necessaria ad exhibendum. Cum igitur hęc inficiari minime possint, notorium est in iure, ꝙ non solum Principi est facienda mentio, & relatio, quæ si expressa fuissent, non concessisset: sed ēt de his quæ si principi nota fuissent nihilominus concessisset, sed non ita leuiter, hæc conclusio probatur in c. si proponente de rescript. & in c. postulasti. in verbo, de leui. eod. titu. & in cap. si motu proprio. in verbo, modicum. de præben. in 6. notat Abba. in d. c. postulasti. quem ad hoc dicit esse singularem. & idem Abb. in c. cęterum. notab. j. eod. ti. Et hoc tenent alij, quos refert Alex. in consi. 108. nu. 4. lib. 7. & in consi. 96. requisitus super dispensatione. nu. 8. li. 7. qui ex hoc argumento in variis casibus consuluit. notat Ludoui. Gozadin. in cons. 25. in hac cā num. 6. & in cons. 26. in causa illustrissimorum. nū. 20. in cōs.

Source : BIU Cujas

85.videtur prima facie nu.3.Egidi.Bosius in practi.crimina. in titu. de remediis ex sola clem.princip.procedentibus,nu. 34.Ias.in l.j.nu.2.C.si contra ius vel vtili.publi. quod procedit non solum in beneficialibus, sed & in cæteris gratiosis, & priuilegijs,secundum Abba.in c.constitutus,col.2.in ver. Item nota,quodomnia.de religio.domi. Ad quod alios cõcordantes refert Barba in consi.49.clementissimum Deum. lib.4.& in consi.55.clementissimum & omnipotem Deum. eod.lib.Ripa in l.ex facto,nu.15.ff.de vulga. & pupil.Tiraq. in tractatu.de cessante causa.limita j.nu.13.cum sequentib. ex quo constat, quod hoc procedit in rescriptis ad lites, & in remissione bãni, & in legitimatione, & requiritur quod fiat notabilis expressio.nec sufficit in genere fieri, vt impetratio saluetur a subreptione,seu obreptione, secundũ Roman.in consi.326.& in consi. 38. cum concordantib. vt per Thomam Grammat.i. in decisio. 59. nu.58.& in decisio.66. nu.19.vbi etiam tradit exglo. in c.dilectus filius, de rescript. quod non sufficit generaliter exprimi factum, nisi exprimatur modus facti,

ITEM, cum numerus filiorũ sit qualitas considerabilis,& præcipua ad mouendũ Principẽ ad concedendũ, vel non concedendũ licentiam ad maioratũ faciendũ: cũ agat de filiorũ alimentis, quib.iure naturę, aut rõne naturali debita sunt,oportet q̃ Princeps de hoc sit certus, ne forte fratres primogeniti mendicare cogantur, q̃ graue,& turpe est, & est necesse de hac qualitate, tanquam importantissima, mentionem Principi facere,quia generaliter,cum aliquid a Principe impetratur, est illi facienda mentio de omnibus, quæ ipsum mouere possunt ad minime concedendum, qđ ab eo petitur, alias Principis dispositio est subreptitia. text. est,& ibi notatur in l.si qua loca.C.de fund.& sal. rei dom. lib.xj.facit tex.in l.si quis obrepserit. ff. de falsi. & in l. etsi legibus,C.si contra ius,vel vtilita.publ.l.2. C. de diuersi. apparit.lib.12.& sunt notabiles leges par.l.2.tit.2.par.7, & l.5.tit. 13.par.2.& mælior,l.36.titu. 18. par.3. æquum igitur est, q̃ Princeps sciat numerũ filiorum petentis licentiam,quia est vrgentior causa,ex qua licentia, vel concedi, vel denegari debet. Hæc etiam alia ratione adiuuantur. finge enim patrem esse hominem nobilem,& diuitem,qui dũ viuit splendide,& cum pompa sustentat filios, & familiam suam, captus aũt cupidine extendendi nomen,& memoriam suam, iudicium, & oculos cæcos habet: ingens enim desiderium perpetuandi propriam gloriam,non dat ei locum, vt intelligat,quod omnibus suis filijs expedit (prout alibi tradit Ripa responso.117.nu.4.inquiens,quod ratio sanguinis, & fauor agnationis, sæpe animum consanguineorum vrget ad donandum,& fere omnem substantiam pater consũmit in faciendo maioratum in aliquem filiorum, de plurib.quos habet. nonne durum est, & maximum crudelitatis genus, quod patre defuncto filij cadant de statu, & honore paterno,& pristino. Et quod præcise cogantur fratres seruire fratri,qui maioratum possidet? vel alia facere opera,quę sunt dedecori patri,ac generi suo,prout quotidie contingit. Vt igitur hæc mala euitentur oportet, quod Princeps sit certus,tam de quantitate patrimonii, quam habet volens facere maioratum,quam de filijs, vt Princeps vtrunque sciens, perpendat,num facto maioratu, & patre defuncto alij filij congrue,& iuxta honorem suum possint alimentari? Et iõ iusta fuit petitio data per procuratores Regni Madritij, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, in ordine 106.vbi supplicatum fuit,quod non concederentur facultates ad confectionem maioratuum, nisi præcedente informatione valoris bonorum petentis licentiã. ad quam responsum fuit,quod ad illud respicietur,& agetur necessarium, vt plenius ex dicta petitione, & responsione patet. Dices forsam, quõd si hoc verum esset nullus maioratus posset sustẽtari,etiam ab antiquo factus: cum onus alimentãdi fratres semper in infinitũ perrineat ad succedentem in primogenitura,& quod in omnibus maioratibus Ducum, Comitum,& Marchionum,& aliorum nobilium,est idem inconueniens,quod ego hic scribo. Sed hoc non vrget, qa ratio est valde diuersa, nam quando maioratus instituitur de nouo, filijs legitima aufertur, quibus debita est iure naturæ,aut ratione naturali,secundum leges, & omnium sententiam. & quia tot de iure priuilegia habet omnibus nota,ideo hic non refero. nolo etenim in vulgaribus, & quæ ab alijs tacta sunt tempus consumere. In maioratu autem ex antiquo constito aliud est, quia filij secundogeniti solũ habent a fratre primogenito ius alimentorum, & ideo nõ tanta eis infertur iniuria:cum frater primogenitus eos non ita honorate tractat,& alimẽtat sicut decet honorem suũ. Et pro hac differentia facit, quod scribo infra hac quæstione,nu.13.ex Bal.in l.maximum vitium.C.de liber. præterit, item cum maioratus prouenit ab anteceſſoribus,bona maioratus non sunt illius,qui filios alimentare tenetur,sed successorum,nec in eis aliquod ius habent fratres illius,qui primogenitus est:quare non tam exacte alimendi, aut honorandi sunt,sicut quando bona parentis sunt libera, & restitutioni non subiecta, & quorum filij quodãmodo etiam in vita parentum domini sunt.l.in suis.ff. de liber. & posth. cum concordantib. Ad superiora etiam replicari potest,q̃ licentiæ, quæ communiter conceduntur ad faciendũ maioratum, obligant parentes ad relinquendum filijs alimenta, licet non sint in tanta quantitate, sicut legitima. Sed hoc etiam non obest,quia hoc vix parentes faciunt capti cupidine memoriam propriam in omne ęuũ extendendi,& amore filij,cui maioratum prestare volunt, cui fratres timore litium,in quibus vita,& facultas consumitur, licet oculis lynceis videant grauamen,non audent contradicere,nec ad iudices confugere,& melius est in tempore occurrere, quam post vulneratam causam remedium quærere.l.sancimus.C. in quibus caus.resti. non est necess.l.j. C. quando liceat sine iudi. se vind. oportet igitur, vt ante concessionem licentię fiat examen facultatum,& numeri filiorum, licentiam petentis. Præterea,pro hac sententia est bonus tex. in ratione sui,in c.super eo.de cohabita.clericor. & mulier.in quo, secundum communem ibi,& in alijs locis probatur, quod literę a concubinario impetratę, quę seriem facti non continent super absolutione,non valent, nec prosunt impetranti:vnde siquis velit impetrare a Principe dispẽsationem ad ligitimandum filium illegitimum, qui tamen filios legitimos habet,tenetur declarare,& proponere Principi,quot filios legitimos habet, & numerum certum eorum, alias dispensatio non valet.tex.in Auth.quibus modis natur.effici.legiti.§.si vero. notat Præpositus in c. per venerabilem.§. quod autem,num.27.versi.aduerte nunc. qui filij sint legiti. Quod confirmatur ex pluribus,quæ referunt, Tiraquel.in l. si vnquam.in verbo,donatione largitus.num.254. C. de reuoc. dona. Et Episc. Couarru. in epitome de sponsalib. par. 2.c.8.§.9.num.7. & hæc opinio etiam fortificatur ex doctri. Ioan. Andr.in additio.ad Spec.tit.qui filij sint legit. super rubrica.vbi dicit,quod si aliquis est spurius, & incestuosus, & est legitimatus tanquam spurius,non expressa qualitate, q̃ etiam erat incestuosus,non valet legitimatio.Sequitur Anto.in d.cap.per venerabilem.& alij,quos refert Ias. in §.omnium,nu.38.de actionibus. Et id generale est, quod qualitas spurietatis in impetratione, & dispensatione est exprimenda,alias legitimatio non valet,vt per Felin. in d.cap.posulasti,col.4.de rescrip.& Episcop.Couarru.vbi supra,num. 2.& per Petrum Rebuf.in practi.beneficiaria.titu. de dispensatio.& defectu natalium,nu.61.& in titu.de rescripto. legitima.mixto.nu.91.in quo titu.exprimit omnia requisita, vt legitimatio filij spurij, vel alterius filij illegitimi sit valida, vide cum si expedierit,& Grego.Lopez in l.9.titu.18. par.3. in glo. *no aula marido*: quod tamen limitatur secũdum Pau. de Cast.in consi.299.super isto puncto. quem plures referũt pro singulari, sed ego non inuenio, nisi Princeps vtatur in dispensatione verbis generalibus, includentib. omnes qualitates, super quibus dispensat. quod referunt pro singulari Barth.Socin.in consi.63.visis testamento nobilis, nu.6. lib. 3.& Hyppol.in singul.492.in legitimatione alicuius immemores.quod Bald.in l.eam quam.nu.36. C. de fideicom. expresse tenet, quod si ex clausula non obstantibus, apparet de Principis intentione,& mente, dispensatio comprehendit oẽs spurietates, licet non exprimantur. pro quo faciunt quæ scribo infra nu.15. his patrocinatur sententia Oldra.in cõsi.246.factum tale erit,quidam Rex.vbi dicit, quod dispensatio dicitur surreptitia, vbicunque Principi non fuit motum, quod legitimatus fuit natus ex coniugato, & coniugata, quia licet Principi dicatur, quod fuit natus ex adulterio ille,qui legitimatur,adhuc dispensatio est subreptitia.notatur per Alberic.in rubr.C.de naturali.liberis Ale. in consi. 195.a summo.num.4.cum alijs,lib.2.vbi plura notabilia ad propositum eorum, quæ hic fundantur scribit. & est elegãs consilium in hac materia. & idem tenet Præposi. in d.c. per venerabilem.§.quod autem,num.20.& Alex. in consi.129. lib.6.& alij plures,quos refert Moder.Parisien.in additio.ad Alex. in d. consi.195. in addit. quæ incipit, subreptionis. & conducunt,quæ late scribit Roderi.Suarez in alleg. 12. col. 2.in versi.his sic præmissis..Ex quibus colliges, qualiter dispensatio redditur subreptitia,si quælibet qualitas, vel aliqd tacitum,quo expresso, non ita facile gratia vel dispensatio concederetur non exprimatur, & quomodo reddatur ipso iure nulla. Cæterum, cum Princeps semper studeat, nihil facere cum damno tertij, licentia ad faciendum maioratũ, quæ proprie est dispensatio, (vt infra docebitur) maxime cũ impetrans vltra vnum filium habet, est stricte interpretanda,non in præiudicium filiorum, vt filij quantum minus

possibile

possibile fuerit grauentur, quod ad alia, quę scribentur scire est necessarium. Quod autem Princeps nihil studeat facere, nec pręsumat in pręiudicium filiorum, infinitis iuris testimonijs constat, quę recensere laborioſum potius opus esset, quam subtile: nihilominus tamen, aliquas referam auctoritates, quę lectoribus laborem si expedierit leuabunt. & est tex. capitalis in l. 2. §. merito. & §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publico. & in cap. ex tuarum, de auctori. & vsu pall. Imo si Princeps dicat, quod aliquid vult facere, & disponere cum pręiudicio tertij, intelligitur de paruo pręiudicio. glo. magistra. in l. sed cum hęrede. in gl. fin. ff. ad Treb. notat Bartol. in l. prędia. C. de loca. prędior. ciuil. lib. xj. Bald. in c. super eo. de offic. deleg. Iaſ. in l. quoties, nu. 4. C. de precib. imperat. offeren. & clausula motus proprij, suas non habet vires, vbi alicuius vertitur in pręiudicium. Bal. in cap. ad audientiam, de rescrip. Iaſ. in l. iustitia. nu. 11. ff. de iusti. & iure. Et de hac materia, qui plura scire cupit, legat etiam. l. 30. 32. tit. 18. par. 3. & l. 8. 12. 13. & 25. tit. 4. lib. 2. ordiſiam. & Iaſ. in l. beneficium. ff. de consti. Princi. & in l. de inofficioſo. nu. 2. C. de inoffic. testamen. & in l. Gallus. §. & quid si tantum, num. 50. ff. de liber. & posthu. Eundem post Alex. in l. quamquam. C. de testam. mili. & in l. fi. nu. 8. C. de pactis. & in consi. j. nu. 8; lib. 2. Ancharan. in consi. 87. omisso primo dubio. Abb. in consi. 57. in quęstione, quę vertitur. nu. j. lib. 2. & cōſ. 70 id de iure quæritur. & in consi. 87. omisso primo dubio. eod. lib. Alex. in consi. 3. ex his, quæ in themate, lib. 3. Corn. in consi. 245. licet alius consulturus, lib. 5. Deci. in consil. 11, quoniam iudicantium. nu. 4. & in consi. 192. & 286. in causa communitatis. Anton. Rube. in consi. 147. viso instrumento transactionis. Eundem Deci. in l. in contrahenda. ff. de regul. iur. Gomez. in regul. Cancell. regul. j. & Alciatus reg. 3. præsumptio. xj. Ludou. Gozadi. in consi. 14. nu. 18. Episco. Couarru. lib. j. resolutionum. c. 17. num. 3. Et hæc satis sunt, quomodo igitur Princeps percipere potest prætiudicium filiorum, si non cognoscit quot sunt filij, quos habet ille, qui vult maioratum facere? cum hoc sit factū, quod Princeps ignoare præsumitur? hanc opinionem, quam sustento, fundare possumus ex sententia gloss. singularis in Auth. quib. mod. natura. effi. legiti. §. si igitur licentia. quæ tam magnifacit notitiam, quę Principi est danda de illis, quę cum flectere possunt ad negandum, quod ab illo petitur, quod dicit in impetranda legitimatione filiorum illegitimorum esse ne-
8 cesse, quod Principi dicatur, patrem non posse honeste contrahere matrimonium cum matre filii illius, qui legitimari prætenditur, nec dispensatio habet effectum, nisi Principi id specialiter notum sit, & expositum. notat Bal. in c. illud, num 3. de præsumptionibus, vbi dicit, quod alibi non reperitur. & dicit Ang. in cons. 17. nu. 5. quod vidit propter hunc defectum, multos legitimatos exclusos, eo quod non fuit facta mentio huius qualitatis, quam conclusionem cōfirmat & commendat alios citando, licentiatus Tello in l. 12. Tauri. nu. 8. igitur idem dicendum est in nostro casu. & quod nō sufficiat generalis expressio Principi facta in his, quæ redderent Principem difficiliorem in varijs casibus, probat Ludoui. Gozadin. in consi. 6. prima facie. num. 6. & in consi. 44. nu. 9. & consi. 85. nu. 3. & 4. & in consi. 92. nu. 19. Vltimo etsi
9 res ista in ambiguo esset illam debemus amplecti opinionem, per quam fratres ad concordiam reducantur & æqualitatem. text. in Auth. de nupt. §. illud quoque. vbi Ang. dicit quod pater non debet facere vnum ex filiis priuignum, & alium filium notat. Barth. Socin. in l. cum auus, nu. 41. ff. de condit. & demonstr. & in consi. 108. casus ser Franciscus, libro 3. & dicit Paul. de Cast. in Auth. hoc inter liberos, col. j. versi. in contrarium. C. de testam. quod quando plura testamenta apparent facta inter liberos, ei stari debet, quod inter eos æqualitatem continet. ad quam conclusionem alios cō cordantes refert Tiraquel. in tract. de primogenit. 4. q. nu. 5. & Moder. Parisien. in consuetudi. Parisi. titu. de materia feudali. §. 8. nu. 10. vbi refert Bal. in l. testamento. ff. de condit. & demonst. quibus adde Alex. in consi. 100. visa parte. num. 4. lib. 3 & consi. 135. videretur nu. 8. lib. 5. Iaſ. in l. admonendi. in lectu. nu. 41. ff. de iureiur. & Petr. Rebuf. in tomo. 3. ad constitutio. regias. titu. de inquisitio. seu commissario. arti. j. glo. vnica. nu. x. Barth. Socin. in consi. 242. nu. 2. lib. 2. & in consil. 18. nu. 4. & consi. 61. nu. xj. lib. 4. & in consi. 243. num. 2. lib. 2. vbi tradit, quod testatoris dispositio aliquando ampliatur, aliquando restringitur, vt æqualitas inter filios seruetur. & addo Decium in consi. 59. & 349. consuluit excellentissime, nu. 9. vbi post Roman. in consi. 169. amplissime Doctor, tradit, quod priuilegia, quæ patribus conceduntur testantibus inter liberos, intelliguntur quando pater æqualiter ea instituit, vel æqualiter alio modo eis prouidet. De qua doctrina dubitat Greg. Lopez in l. 7. tit. j. in glo. in verbo. *Seria* quem punctum in his temporibus notabiliter examinat licentiatus Tello in l. 3. Tauri. par. j. num. 21. quem lector, si expedierit, omnino legat: vbi hoc ad practicam deducens tradit, an priuilegia, quæ parentes habent testando inter liberos procedant, vbicunque pater in vnum eorum facit melioration-
em? Cui iunge Deci. in consi. 63. num. 2. & faciunt, quæ scribit Socin. Iunior in consi. 130. nu. 3 lib. i. vbi ponit regulam, quod semper debet fieri talis interpretatio, vt ex dispositione testatoris resultet paritas inter eius filios. quod tamen. nu. 13. dicit procedere, si verba testamenti hoc patiantur. Et de æqualitate inter filios seruanda, tradit idem Soc. in consi. 147. nu. 38. & in consi. 160. nu. 20. 22. 24. lib. 2. & opinio Romani est verior, & receptior, vt testator Egregius Dominus Anton de Padilla. in rubr. C. de fideicommiſ. nu. 3. & in substitutionibus præsumitur, quod pater vult æqualitatem seruare inter filios, secundum Ripam. in consi. 132. nu. 14. & per hoc fundamentum Paul. in d. Auth. Moder. Parisi. in additioni. ad Alex. in consi. 168 ponderatis in additi. quæ incipit, quod sic, lib. 5. decidit elegantem punctum ꝙ Alex. ibi, etiam in alio casu per Grego. Lopez in l. 5. tit. 5. part. 6. in glo. verbo *ygualdad*. pro quibus est tex. in l. vt liberis. C. de colla. & melior. in l. 4. in versi. *Esto porque se guarde ygualdad entre ellos*. tit. 15. par. 4. & pondero. l. 31. Taurin. vbi commissarius, virtute commissionis sibi a testatore ad faciēdum testamentum concessæ, non potest facere melioration-
em tertij, & quinti, sed in dubio debet seruare æqualitatem inter filios. Et notat Roderic. Suarez, in l. quoniam in prioribus, limita. 8. C. de inoffic. testamen. per l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. 2. & est obiter aduertendum, quod quamuis Roderi. Suarez hoc dicat procedere, nisi id colligatur tacite ex mente testatoris, hoc dictum verum non videtur. attenta. d. l. 31. Tauri. quæ in hoc indiuiduam specialitatem requirit, & commissionē, ad hoc vt talis melioratio fieri possit. Item odiosum est restringere successiones liberorum, secundum Bald. in l. quoties. in prin. C. de suis & legiti. hæredi. & in l. si defunctus. in princ. eod. tit. Deci. in consi. 446. nu. 6. & in dubio est ferenda sententia pro æqualitate seruanda inter filios, vt cesset inuidia, secundum Barth. Socin. in consi. 108. nu. 4. lib. 3. Et leges exoptant, vt æqualitas seruetur, maxime inter filios. l. iā hoc iure, ver. sed si alter. ff. de vul. l. 5. ver. *Ca si a quel*. tit. 5. par. 6. & multa in quibus attenditur æqualitas tradit Ioann. de Plat. in l. in sacris. versi. fi. C. de proxi. sacro. scri. lib. 11. & aliqua refert Greg. Lop. in d. l. 5. in gl. in verbo *ygualdad*, hinc ēt venit, quod bona præsumuntur esse diuisibilia inter filios, & restitutioni, & vinculo maioratus non subiecta, vt voluit Suarez in l. quoniam in prioribus in 2. dubio. nu. 1. C. de inoffi. testa. Ex quibus videbis quantum leges desiderent æqualitatem seruare inter filios & alios. ex quo principio & fundamento, multa decidi possunt, quæ infra ego (Deo fauen-
10 te scribam. His igitur rationibus ductus, semper fui in ea sententia de qua supra. quamuis non me lateat virum doctissimum Greg. Lop. in l. 36. tit. 18. par. 3. in gloss. in verbo *encubriendo la verdad*, contrarium tenuisse, affirmando quod licentia non est surreptitia ad faciendum maioratum: quanuis Principi non exponantur filii, quos quis habet tempore licentiæ impetratæ. Cuius etiam sententiam, amplectitur Episco. Couar. resolutio. lib. 1. c. 20. in fi. (salua etenim pace tantorum virorum) contraria opinio mihi potius applaudet. Nec obstat glo. in clem. 1. in verbo. vel alteri. de præb. quam Greg. Lopez ad suam sententiam aduocat, quæ tenet quod in literis gratiosis, solum quis exprimere tenetur ea, quæ ius disponit, vt exprimantur. in cuius glo. confirmationem aliqua refert, quia contra illam gloſ. tenet Abb. nu. 2. & Decius, in c. ad aures, de rescri. qui plures citat, vbi tenēt, quod de qualitate beneficii notabilis, est Papæ faciēda mention, quia talis qualitas inducere potest Papam ad non concedendum. & idem tenet Abb. in c. super literis, in gl. in verbo. litera. de rescrip. fatetur autem Deci. quod de qualitatib. quæ inducerent superiorem ad facilius cōcedendum, est de consilio, quod exprimantur, sed de necessitate non requiritur, nisi in qualitatibus, in quibus iura disponunt, quod ex pressio fiat. & lecturam dictę glo. reprobat ibi Cardin. ante numerum primum. & rescripta gratię ad beneficia subrepti tia sunt ipso iure nulla, vt probatur in clemen. j. ibi, nullius momenti, de pręben. & in d. c. ad aures. & in c. ad audientiā. de rescript. & in l. 1. ff. de natalib. restituend. notant Abb. & Decius, in notabi. 2. nu. 1. in d. c. ad aures. Aymo Crauet. cō si. 68. proponitur. & alii, vt per Rebuf. in praxi. beneficio. tit. de differentiis inter rescripta gratię, & iustitię, nu. 1. & 7. 19. & 20. facit glo. in clem. vnica, de offic. ordin. & quod scribit
12 idem Rebuf. in tract. denominatio. q. 9. nu. 52. Prętera minime verum est, quod licētia a Principe concessa ad faciendum maioratum illi, qui plusquam vnum filium habet est gratia, imo potius est dispensatio, quando pater vult vinculare, nō solum tertium, & quintum, sed plus, cum aliis *filiis*

legitima

Source : BIU Cujas

legitima valde diminuatur:ideo necesse est derogare leges. Imo in licentiis,quę conceduntur ad faciendum maioratū non solum datur facultas impetrantibus vt possint facere maioratū de bonis,quæ excedant tertium & quintum, sed & in aliis pluribus leges derogantur,vt in eisdem videri poterit.Et ideo recta ratione vocari possunt dispensationes, & non gratiæ, nec indulta, quia dispensatio datur in his,quæ sunt contra ius: indultum vero,& gratia in his, quæ sunt p̄ter ius,vt passim iura docent. & notant Hyeron.Paul.in sua praxi.auiæ Romanę.quem refert Rebuf.in d. practica.tit.de dispensatio.nu.20.vbi de hoc late tractat.Et Episcop.Couarru.qui etiam rectè declarat in epitome, de sponsalib. par.2. c.6.§.3 nu.j & dispensatio,est iuris communis relaxatio,vtilitate siue necessitate pensata, vel est iuris rigoris per eum,
13 ad quem spectat canonice facta relaxatio,c.nisi rigor.ca. sequenti.6.q.j.notat Spe.ti.de dispensatio.§.j.par.j. Oldra.in cō sil.327.omisso themate.Matth.ab Afflictis, decisio.Neapolit.320.Ioannes.nu.13.Thomas Grammat.in decisio.81.nu. 10.Et quæ dicantur literę gratiosæ docet etiam egregia.l.49. ti.18.par.3.& plures differentias inter rescripta gratię,& iusti tię cumulat Rebuf.in d.practi.cui adde notabilem doctrinā Bart.Soci.in consi.4.lib.3.nu.7.vbi dicit,quod gratia vocat̄ illa quam princeps vocat gratiam.& idem Rolād. in consil. 23.nu.25.lib.i.de quo ego dubito:cum propter nostrum affirmare,vel negare,substantia rerum non immutetur. l.si in sulam.ff.de prę̄scr.ver.l.cum falsa. C.de iu.& fa.ign.cum concordan. dispensatio tamen respectu concedentis dī gratia, quia ad hoc cogi non potest.c.vl.de scisma.c.innotuit.de ele. Dom.in c.licet canō.in fi.de elect.in 6.l.3.& vl.ti.32.par.7. Et an dispēsatio dicatur ius,vel gratia, explicant eleganter Archidia.& post eum Domin. in cap.licet canon.§. vltimo.nume.3.de electi.in 6. & (dispensatio) verbum,non semper notat iuris relaxationem, sed aliquando sumitur pro dispensatione rerum,vt probatur in prooemio sexti.in princ.vbi hoc notat Domini.nume.4.Item pro prædicta opinione conducit,quia vbicumque dispensatio est contra ius commune, prout regulariter sunt omnes dispensationes (vt supra dixi) dicitur odiosa,& non gratiosa,vt per Decium in l.nō debet. nu.5.ff.de reg.iur. Et dispensatio,quia habet vim priuilegij, est stricte,interpretanda.l.ex facto.in prin. vbi Doctor. ff. de vulga.& pupil.notant Innocē.in c.dudum.de elect.& alii vt per Iaſ.in l.beneficium.nume.37.ff.de constit. Princip.Tiraquel.in l.boues.§ hoc sermone.in regu num.36. cum sequē tibus.ff.de verbo.signifi.idem Iaſ.in l.si ita scriptum. num.8. ff.de liber.& posth.& in l.re coniuncti.num.148. ff.de leg.3. Ripa,in c.ad aures.num.34.de rescrip. & ideo dicit notanter Abb.in c.atsi clerici.§ de adulteriis.num.8.de iud. quod in dispensationibus, non licet arguere ab identitate, vel maioritate rationis. quę fuit prius sententia Federic. de Senis, in consi.14.& Ioan.Andre.in regula,quæ a iure,in mercurialibus.de regul.iuris,in 6.notat Alciat.lib.2.de verbo. significa. in fine,cui adde Iaſo.in d l.beneficium.num.38. Felin.in ca. causam quę,& in c.postulasti.de rescript.Deci.in d.l.non debet.& in consi.76.Ripa,respon.10.num.6.Et priuilegium dicitur,quod datur in aliquorum tantum commodum,vt docent l.i.ti.11.par.1.l.2.ti.18.par.3.Imo si pater tantum vnicū filium habeat, & bona velit vinculare titulo maioratus. cū omina bona,excepta quinta parte sint legitima filij, qui ei pater relinquere tenetur libera ab omni grauamine, iuxta l.quoniam in prioribus,C.de inoffi.testam.cum materia necesse est principi derogare leges,alias filio vinculatio non p̄judicaret,quod notissimum est,& iuri consonum. & notat̄ per Suarez in d.l.quoniam.limit.2.nume.16.Non obstat etiā alia ratio,quæ per dictos scribentes adducitur, quod in constitutione maioratuum,bona & familiæ conseruantur,& iō maioratibus est fauendum.quia ad hoc est facilis responsio ex his,quæ per me supra scripta sunt,& ex traditis per Tiraquel.in d.q. 4.& pro responsione est etiam notabilis doctrina Bald.in l.maximum vitium. C.de liber.præteri.vel exhæred.& clarius in l.2.nu.3.C.qui ad liber.peruen.non poss.vbi dicit,quod statuta excludentia fœminas ob masculos sunt fauorabilia,quando non agitur de exclusione filiarum a testatore descendentium per lineam directam.notat Alexan. in consi.141.nume.9.& 10 lib.7. & alij quos refert Modern. Parisi.in consi.1.pro Duce de villa Hermosa. num.53.pro q̄bus faciunt dicta Azo.in sum. c. de impuber.& aliis.& l. xij. in ver.*mas si el cauallero*.ti.5.par.6.Et pro hoc etiam faciunt,q̄ scribo in q.98.infra hac parte.Itē fauorabilibus personis ita fauendum est,vt aliis iniustitia non fiat:quia alias esset contra charitatem.c.& si necesse.de donat. inter vir.& vxor.c.ex tenore,de foro compe.notat Deci. in c. in prę̄sentia. nu.58. de probatio.adhuc igitur sum in ea sententia, paratus tamē palinodiam canere,si quis melioribus fundamentis ductus, contrarium probare velit. Hoc tamen in loco rectè quadrat egregia doctrina Grego.Lopez.in l.11.ti.4.par.6.in gl.in verbo.*libremente*.vbi dicit,quod si pater in constitutione maioratus habeat se seuere aduersus alios filios, quando constituit maioratum auctoritate regia,tunc iudex in hoc succurrere debet,& taxare & moderare,quod debet dari aliis filiis attenta patrimonii quantitate & personarum qualitate, & aliis circunstantiis. Nam cum pater virtute regiæ facultatis valde enormiter,& contra boni viri,arbitrium,minuit filiis legitimam,idem est acsi in totum tolleret. refert Bart. Soci. in consi.150.lib.j.quod est notabile consiliū in ista materia. Et decisio Rotę in nouis.18.& alia.Quod confirmatur ex sē tentia Rod.Suar.in l.quoniam in prioribus.in 2.limi.aut de claratione ad l.regiam.num.14.vbi tradit,iniustas esse licentias datas ad faciendum maioratum,vbicumque apponuntur illa verba.*Do os licentia y facultad, para que de todos vuestros bienes podays hazer y hagays mayorazgo*.quia in quantum dicitur de oībus bonis,est iniusta, & conscientię concedentis onerosa. & ad hoc faciunt quæ scribo infra hac. Sed idem Grego.Lopez.in l.32.ti.9.par.6.in glo.in verbo.*no valdria*.colum. 4.in ver. aduerte etiam. fortius vult,quod quando quis impetrat facultatem ad faciēdum maioratum, tenetur facere principi mentionem de posthumo nascituro. quod dictum aliud agendo refero in quæs.12.infra hac prima par.num.3, & istam opinionem potius quam contrariam seruare tenē tur,qui assistunt in camera Regali,quos hæc cura tangit, & summa reipu. administratio cōmissa est, vt in tpe occurrāt litibus,quæ quotidie oriūtur,super his facultatib.qa vbi certiores facti sint de numero liberorum petentium licentias, & de valore facultatis,& hac informatione præmissa facultas detur,lites,discordię,& iurgia inter fratres excusabuntur. interest enim republicæ,ne lites inter homines sint. l. minoribus,ff.de minori.l.item si res.§.i.ff.de alien.iudic.mut.caus. fac.cum concordantib.quę scribo in.4.par.tracta.q.22.nu.8.

15 ET in ista quęstione,quia supra nu.12.dictum est,esse necessariam legum derogationem ad hoc,vt quis possit facere maioratum vltra tertium & quintum est sciendum vnum singulare,quod si per verba derogatoria (licet pro lata generaliter ab eo,qui derogare potest) appareat de voluntate volentis derogare,sufficit ista derogatio secundum Ioan.And. in c.j.colum.vlti.de excessi prælato.lib.6.Bal.in consi. 140.li. 4.vbi refert Io.Andr.& dicit,quod non figura literarum,sed sensus intellectualis inspicitur. & idem voluit Socin. in l. si mihi & tibi.§.in legatis ff.de lega.j.num.5.Archidia.in ca.seruatis.25.quæstio.2.Domini.in c.i.nu.17.ver.ego credo.de cōstitu.in 6.Guido Papa in tracta.de rescript.& clausu.derogatoriis.6.col.cum sequentibus. & in prin.octauæ colum.Ale. in consi.187.& est communis secundum eundem in consi. 111.nu.16.lib.6.Aymo,in consi.126.num.5.circa fin.Rebuf. in concordan.ti.de forma manda. apostolici. Ex quibus in nostra materia infertur,quod si quis faciat maioratum in filium,& postea illud (licet verbis generalibus) reuocet, si cōstat de illius voluntate,quod derogare voluit,sufficit ista derogatio. ad quod etiā facit, quia vbi constat de volūtate disponētis,in quo est etiam potestas disponendi, clausula præcedens derogatoria ad sequentia nihil obstat dispositioni, secundum Bal.in l.sancimus.C.de testamē.& est communis opinio secundum eundem in cōs.286.lib.4.versi.& idem disputando.& in consi.226.li.i.ver.si vero vltima voluntas.Soci.in d.§.in legatis.Parisi.in consi.10.li.3.nu.21. quorum doctrina ad alia plura negocia prodesse potest & addit Decius in c.cum inter.nu.8.de exceptio.quod in actibus principis solla eius consideratur voluntas,& de tali voluntate declaranda non est data forma a lege, sufficit quomodocumque voluntas principis colligatur etiam ex coniecturis.& facit pro his.l.3.ti.11.par.5.in ratione sui ibi, *E qualesquier palabras que embiaße a dezir por tal carta o mensaiero,de que pueda auer entēdimiēto*.& in summa quæ possint opponi contra regiam facultatē datam ad faciendum maioratum tradit Rebuf. in tracta. de exceptio.nu.15.Et de virtute clausulę (cœteriſque contrarijs quæ volumus pro expręssis haberi) iunctis illis verbis (quorū tenores) lector videat Bar.Soc.consi.169.num.10.li.ij.& cōs. 7.co.li.Deci.consi.142.& 165.nu.2.& cōsi.296.nu.34.Aymo Craue.consi.68.nu.7.& consi.296.num.2.Rebuf.in praxi benefi.de clausul.manda.nu.19.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis,& an habens facultatem ad alienandum bona maioratus,possit ea permutare?*
2 *Subreptio non vitiat gratiam quando princeps facilius concessisset.*
3 *Agitur de intellectu tex.in c.cui non de sacerdotali.de præb.in vi.& ex prooemio colligitur subreptio.*
An si quis habent tres filios, principi exponat, quod habet quatuor, vel exponit,quod habet multo minus bona, quam realiter possidet? an facultas sit subreptitia?

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO QVARTA.

VIc quæstioni Alia est ꝓxima quarta quæstio. Pone etenim quod Principi fit mentio liberorum, quos habet ille, qui licentiam impetrauit: & cum haberet quatuor filios expoſuit Principi, quod habet quinq; vel ſex. aut cum haberet bona viginti milia ducatorum, fecit relationem quod habebat bona decem milia ducatorū, vel aliud ſimile principi ſignificauit: quo cognito princeps multo facilius concederet diſpenſationem, & licentiam ad faciendum maioratum, an talis diſpenſatio, & facultas ſit
1 ſubreptitia. In qua quæſtione primo aſpectu dicendum videtur, quod facultas ſit ſubreptitia, quia non continet veram facti narrationem, argum. tex. in c. cui non de ſacerdotali. de præb. in 6. vbi probatur, quod ſi papa mandat, quod alicui prouideatur de præbenda certi valoris, etiam volente illo, cui præbenda dari debet, non poteſt ei dari præbenda, quæ minus valeat: quia mandati fines diligenter cuſtodiendi ſunt per quem tex. dicit Ioann. Faber in §. is qui. nu. 3. Inſti. manda. quod quando ex mandato præiudicatur alter, quam mandans, quia in eo caſu mandatū eſt odioſum: cum agatur de præiudicio tertij, & alterius quam mandantis, tunc debet in terminis ſuis teneri tāquam odioſum, nec debet ampliari, nec reſtrīgi, quamuis forte eſſet vtile illi tertio. Ad propoſitum igitur, cum hic agatur non ſolum de præiudicio impetrantis licentiam, ſed filiorum, videt quod licētia eſt vitioſa, licet princeps eam vtilitate, vel cauſa maiori cognita multo facilius conceſſiſſet. Et modicum mendacium totum denigrat, ſecundum Bal. in c. ſi proponēte. de reſcrip. Et ad hoc etiam adduci poteſt doctrina Bart in l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit per illum tex. ff. quib. mod. pignus, vel hypoth. ſoluit. vbi dicit, quod ſi epiſcopus dedit licentiā Abbati vendendi res immobiles eccleſiæ, pro ſatisfaciendis debitis eccleſiæ non poteſt permutare: cum ſit diuerſa rō, quia permutando non ſatisfacit debito, niſi forte aliter vendi non poſſunt. notat Iaſ. in l. vlti. nu. 6. ff. de condit. ob cauſ. ex qua doctrina ad noſtram materiam infertur, quod ſi qs habeat facultatem ad obligandum, vel alienandum bona maioratus ad ſolutionem aliquorum debitorum, non poteſt ea permutare: cum ſit diuerſiſſima ratio in vno caſu, q̄ in alio. quod limitatur ex alia doctrina notabili Bartol. in l. Ariſto. ad finem principij, ff. de donatio. vbi Bar. dicit, ſecus eſſe, vbi fit principaliter venditio habens mixturam permutationis: vnde dicit ibi Bar. ſe de facto conſuluiſſe, quod cū Papa dediſſet licentiam Abbati vendendi certum fundum eccleſiæ, poſſet eum vendere pro mille, & pro alio fundo, qui permutabitur, quando autem permutatio vicem vendi tionis obtineat, tradit late Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 14. nu. 28. cum aliis. Nihilominus tamē in noſtra quæſtione contrarium tenendum videtur, quia abundans cautela, nocere non ſolet. l. quæ dubitationis. ff. de regul. iur. & quod plus iuris eſt, vtique tanti eſt. l. cum furti. ff. de in lit. iuran.
2 Et ſubreptio non vitiat gratiam vbicunque ſi principi aliquid expoſitum fuiſſet, facilius conceſſiſſet, vt eſt Deciſ. Rotæ ſub titu. de reſcr. 331. nu. 7. verſi. neque quartum dici poteſt. notat Deci. in d. c. ſuper literis, nu. 9. de reſcript. vbi dicit, quod expreſſio illorum non eſt de ſubſtantia, quib. expreſſis princeps facilius concederet. & idem in c. ad aures, nu. 4. eod. titu. Hieronym. Gratus in conſi. 31. lib. 1. nu. 16. & traditur notanter per Auguſt. Beroi. in d. c. ſuper literis. num. 44. verſi. aliud eſt quærere. & in repetitio. eiuſdem capit. nu. 73. notanter Barthol. Socin. in conſi. 170. nu. 3. cum aliis. lib. 2. & traditur per eundem Bartho. Socin. in conſi. 120. num. 5.
3 lib. 4. Non obſtat tex. in d. c. cui non de ſacerdotali. quia ſpeciale eſt in mandato, vt notant DD. ibi & Deci. in l. in eo, quod plus eſt, nu. 14. de regul. iur. ff. quamuis mandatū poſſit etiam adimpleri in æquipollēti. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit, ff. de acquir. hæred. l. fi. §. fi. ff. manda. l. ſi vltra. C. de fideiuſſor. cum concordant. & ad iſtud facit conſilium Zabarel. in conſi. 8. Zampertus. vbi dicit, quod non nocet tacere coloratam poſſeſſionem alterius, quando eſt inducta tali modo, quod ſi papa illud ſciuiſſet facilius conceſſiſſet literas, puta ſi prius papa reſeruaſſet ſibi beneficium cum clauſula decreti, & aliquis contra dictam reſeruationem acceptaſſet poſſeſſionem beneficii, quia licet iſta poſſeſſio eſſet colorata, tamen ſi impetrans narraſſet qualiter aduerſarius poſſidebat contra reſeruationem, Papa facilius conceſſiſſet; & ideo habet locum c. ſuper literis. de reſcrip. & iſtam doctrinam refert, & ſequitur, & limitat Felin. in c. in noſtra, in verſi. 13. & vltimo nota, nu. 36. de reſcript. Et hoc eſt tenēdum in præſenti quæſtione. Lectores etiam animad uerto pro vberiori intellectu iſtius materiæ, quod ex proœmio, & prefatione priuilegij conceſſi ad faciendum maioratū, colligitur cauſa per quam motus fuit Princeps ad concessionem priuilegij, vt late tradit Barth. Soci. conſi. 164. viſa bulla, nu. 9. lib. 2. quæ reſolutio fulcitur ex pluribus ſingularibus traditis a Gomizio in reg. de ann. poſſe. q. j.

SVMMARIVM.

1 *Geminatio multa habet in iure ſpecialia.*
2 *Gratia motus proprii, excludit vitium ſurreptionis.*
3 *Clauſulę, quæ apponuntur ex ſtylo ſecretariorum regum, non magnifaciendæ ſunt.*
4 *Clauſula cum libera adminiſtratione, non habet effectum in præiudicialibus.*
5 *Clanſulæ motus proprii, & ex certa ſcientia, non tollunt vitium ſubreptionis in facultatibus, quæ dantur ad faciendum maioratus.*
An licentia Principis geminata ad faciendum maioratum, excludat vitium ſubreptionis?

QVAESTIO QVINTA.

QVinto quæro, An contra facultatem, & licentiam regalem, quæ ſit geminata ad faciendum maioratum, poſſit opponi de vitio ſubreptionis? In quo ſi communem Doctorum opinionem ſequi debemus dicendum videtur, quod non poſſit agi de vitio ſubreptionis, quia idem operatur ſecunda Principis iuſſio, quod clauſula motus proprij, ſecundum Bal. per tex. ibi in l. nec damnoſa. C. de precibus Imperato. offer. vbi Raph. Fulgo. Bald. & idem Fulgos. in l. reſcripta, col. j. ff. ſi cōtra ius vel vtili. publ. & dicit Iaſ. in d. l. nec damnoſa. nu 4. quod in ciuitate Papiæ obtinuit per illud dictum Baldi ſententiam, cum multa opponerentur contra quoddam reſcriptum, licet poſtea contra dictum Bal. ponderet egregium text. in c. conſtitutus, de reſcrip. Sed Bal. ſequitur idem Iaſ. in l. ſi quis iniquum, nu. 6. ff. quodquiſque iur. & in l. cum procurator. §. 1. nu. 6. ff. de noui opee. nuncia. & in l. fin. nu. 4. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. ſi quemquam. nu. 7. ff. ſi quis cauti o. Egid. Boſi. in practi. crimi. tit. de remediis ex ſola clemen. prin. proced. col. 2. nu. 4. late Felin. in c. ſi quando. in verſic. geminatio reſcripti col. 2. de reſcrip. & eſt expreſſa. l. 30. titu. 18. par. 3. ibi, *Si contra derecho comunal de algun pueblo, o dano del fueren dadas algunas cartas, no deuen ſer cumplidas las primeras, ca no an fuerca, porque ſon a dano de muchos: mas deuen lo moſtrar al rey rogandole, e pidiendole por merced ſobre aquello que les embia a mandar en aquella carta. Empero ſi deſpues el Rey quiſiere en todas guiſas ques ea deuen cumplir lo que el mandare.* & geminatio multa alia habet ſpecialia, vt probatur in l. Baliſta. ff. ad Trebell. & latius ego
2 doceo in q. 22. infra eo. nu. 13. Certum autem eſt, quod vbicunque gratia eſt facta motu proprio per hanc clauſulam, extinguitur vitium ſubreptionis. c. ſi motu proprio. de præben. in 6. Clem. ſi Roman. eo. tit ad quod faciunt ſcripta per Anch. in conſi. 216. pro clariori. & Roman. in conſi. 127. iſtę ſunt cum aliis: vt per Feli. & Dec. in c. ad aures. num. 11. fol. 63. de reſcrip. & per eundem Deci. in c. ex parte. in 1. nu. 5. de reſcrip. & in c. 2. nu. 7. de confir. vtil. vel inutil. & faciunt multæ pragmaticæ & leges regni, quæ ſemper magnam vim tribuunt his clauſulis motus proprii, & de certa ſcientia, & cō ducunt plura ſcripta per Pariſium in conſil. 1. lib. 4. vbi ex Bal. in l. conficiuntur. § codicilli. in prin. ff. de iure codicillo. & in conſi. 196. ciuitati Camerini. & Oldra. conſi. 157. factū tale. col. 4. & Feli. in c. nonnulli. de reſcrip. nu. 44. & ex alijs, quos refert tradit, quod clauſula ex certa ſcientiam, tollit omnem ſurreptionem & obſtaculum iuris poſitiui, & taliter quod ita factum, in dubium reuocari nō debet. Et idem eſt in clauſula, de plenitudine poteſtatis, ſecundum Bal. poſt Collecta. in proœmio decretal. col. 4. & in d. l. reſcripta, cum concordan. vt per Alex. in conſi. 92. nu. 30. 40. & 49. & in cōſil. 111. nu. 4. & in conſi. 155. nu. 3. lib. 6. vbi, & num. 8. tradit, quando vt clauſula generalis, non obſtante, præiudicet iuri tertii requiratur mentio ſpecialis, & quæ dicatur mētio ſpecialis, & ad concluſionem, Bal. in d. l. conficiuntur. concordantes refert Moder. Pariſien. in additio. ad Alex. in conſil. 79. nu. 7. in additio. ſupplentes, ibi. vbi Ale. idem tenet. & in conſi. 74. nu. 7. eod. lib. & multa ſcribit idem Pariſi. in conſi. 3. num. 70. cum ſequentibus lib. 4. Ego in propoſito noſtræ quæſtionis exiſtimo, quod ſi Princeps cum aliquid opponitur contra facultatem regiam, & de ſubreptione, nihilominus illam ſeruare iubet, hoc ad vnguem ſeruari debet, iuxta dictam. l. partitæ, & alia iura. Si vero Princeps in facultate regia ſimpliciter apponit clauſulam motus proprii, vel ex certa ſcientia, ego nō tantam facultati regiæ vim tribuerem, quod ſi principi ſit ſubreptum, facultas ſit efficax. Nec eſt de mente, aut intentione Principis, filios ſummo onere

grauare,

Source : BIU Cujas

48 ADDO etiam, quod augmentum superueniens rebus, in quibus factus fuit maioratus post mortem constituentis, qđ habuit initium in vita testatoris, auget maioratum, ad qđ facit. l. si patronum. §. vlti. ff. de bon. liber. quam dicit singularem Roman. in singul. 128. volo tibi. notat Ripa, in l. in quartam. num. 47. ff. ad l. falci. vbi tradit, secus esse in his, quæ debentur ex dispositione legis præter vel contra voluntatem. Et ex his confirmatur quędam notabilis opinio Moder. Parisien. in consuetud. Parisi. §. 30. nu. 175. vbi tradit quod si ex consuetudine mulier habeat dimidiam partem in reb. empris, vel acquisitis per virum, & vir habeat quædam feuda antiqua sibi propria antequam matrimonium contraheret mulier nihil põt capere de illis: cum nõ sint de conquæstu, si constante matrimonio aliqua subfeuda, vel prędia, ac propriis viri dependentia consolidentur, & redeant ad virum tã quam dominum directum: quacunq; de causa, vxor in illis consolidatis non habet dimidiam partem, quia consolidatio fit ex natura rei, & ex necessitate causę antiquę. & inexistentis rei consolidatę, & rei cui fit consolidatio, & consolidatum

ſolidatum efficitur ipſo iure eiuſdem iuris qualitatis & conditionis,cum re cui conſolidatur & vnitur,& nō dicitur noua acquiſitio,ſed recuperatio,& reuerſio rei ad ſuam originem & primæuum ſtatum. Et ibi iſtam opinionem aliis pluribus concludentibus iuribus, & rationibus firmat contra Io.Fab.in §.ſi cui.Inſti.de leg. & Ioan.Lop.& Nicol.Boeri.& Chaſſane.Et hæc ſententia Mo.Pariſien. verior, & tenenda mihi videtur,quam multis argumentis, & auctoritatibus ſe quutus fuit Greg.Lop.in l.18.in gl.in verbo,*o eſtimada no fueſſe*.per totam glo.ti.xi. par.5. & eam omnino ſequor. & iſta opinio fulcitur ex alia doctrina ſingulari eiuſdem in d.§.nu. 187.vbi vult,q̄ non omnis noua acquiſitio communicatur inter vir.& vxo.ſed ſolum ea,quæ fit conſtante matrimonio & non dependet iure iam alterutri eorum ante matrimonium,traditio vero poſt contractum matrimonium fiat,nō tamen efficitur communis,ſed propria eiuſdem cui erat debita.quæ notāda ſunt ad leges noſtras,de iſta materia loquētes.& opinionem hanc etiam vī amplecti Tira.li.i.de retractu.§.32.glo.j.& vnica.nu. 37.ad quod ſe retulit idem Tiraq. tractans de conſolidatione,eodem li.j.§.j glo. 14. nu.113 Et pro his eſt tex.in §.vl.Inſt. de vſuf. vbi qū vſusfructus vēditur proprietario, non eſt amplius in rerum natura, ſed eſt ſuppreſſus,atque extinctus per conſolidationem. Vnde etiam lapſus fuit Peralt. qui opinionem Io.Fab. ſequutus fuit in l. Mæuius.§.duorum.nu.29.ff.de leg.2.quem retuli in 3.par.huius tractatus.q.v.nu.v.Et pro Pariſi facit etiam tex.in l.in bello.§.ſiquis ſeruū ff.de capt.& q̄ per illum tex.in materia bonorum acquiſitorum matrimonio conſtante, voluit idem Peral.in l.3.§.qui fideicommiſſam.nu.25.ff.de hære.inſtituē. & illud principium,quod origo in qualibet re,inſpici debet l.nam origo.ff.quod vi aut clam.Item,quod talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demonſtrāt.l.vl.§.cui dulcia. ff. de vino trit.& oleo lega.Et in iſto caſu nullum ius de nouo ſuperuenire videtur,ſed verus exequitur,vt in alio propoſito fundat Pariſien.2.par.conſuetud.Pari.§.52.glo.1.nu.85.cum ſeq. Et quod ſcribit Deci.in conſi.238.q.5.vbi tradit, quod bona recuperata ab hærede ex pacto de reuendendo,debent reſtitui fideicommiſſario, cui hæreditas reſtitui debet: quoniā poſt recuperationem efficiuntur eiuſdem naturæ, ac ſi ſemper fuiſſent in manibus teſtatoris refert Tiraq.li.2.de retract.in fi.nu.82.quæ autem ſit conſolidatio, traditur per Vlpian. in l.inde Neratius.§.1.& in l.idem eſt.ff.de vſufruc.accreſcen.& per Triphoninum in l.cum in fundo. §. ſed q̄ ſi vxor.in fi.ff. de iure dot.& in aliis locis,vt per Tiraq.li.j.de retra. §.j.glo.7. nu.60.Et opinionem Pari.ſequitur etiam Epiſco. Couarr.in Epito.de ſpon.par.2.c.7.§.1.nu.9.Eſt item ſciendum, quod ſi teſtator fecit maioratum de aliquibus rebus mobilibus exiſtentibus in aliqua camera, vel loco prout plerumque contingit,& vocatus ad maioratum,inſcio,& ignorante teſtatore aliquas res fraude in talem cameram,vel locum intulerit, talis cautela non prodeſt,nec talia bona erunt vinculata.argu.l.cum ita legatur.ff.de leg.2.vbi Dinus,Bar. & Alb. & Peral. nu.4.aliqua ad propoſitum adducunt.

51 Et eſt etiam conſiderandum in iſta materia,quod ſi quis deſtinauerat aliquas res ad aliquem maioratum faciendum, ſi tamen non conſtituerit, nec ad effectum perduxerit,non videtur facere maioratum,q̄ probatur per.l.fundum,§.inſulę. ff.de actio.empt.per quam dicit Bal.in l.diui fratres.ff.de rer. diui.non haberi,nec dici perfectum,q̄ diſpoſitum eſt ad proxime faciendum.nec minus facit.l.ſi noudum.C.de fur. l.1.ī fi.ff.de condi.& demon.l.interdum.ff.de verbo.ſigni.l.ſi vxor ff.de adul.de quo alia tradit Tiraquel.lib.de legi. connubial. gl.2.en pouuoir.nu.30.faciunt notata in l. in bonæfidei.ff.de eo quod cer.loco.& quæ latiſſime tradit Par.poſt alios,quos refert in 2.par.cōſue.Pari.§.55.nu.78.plenius.per Tiraq. li.2. de retract.in fin. num.41 cum plurib.ſeq.ex quo lōco multa notabilia lector habere poteſt.& cuius effectus ſit deſtinatio tradit idem Tira.li.1.de retra.§.j.gl.7.nu.106.cum aliis. Iaſ.in l.ſi fundum.nu.j.ff.ſol.ma.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus regulariter ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, multa referuntur.*

2 *Si vendatur res patrimonialis, & alia ematur in ſubrogationem illius, an hęc res ſubrogata ſit etiam patrimonialis.*

3 *Pecunia redacta ex venditione alicuius fundi ad alterum coniugum expectantis,non efficitur communis.*

4 *Subrogatus,ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur, primordialem non accidentalem.*

5 *Res ſubrogata in locum alterius,quæ vinculata erat, non cenſetur vinculata.*

6 *Subrogatus ſapit naturam ſubrogati,eadem exiſtente ratione.*

7 *Subrogatio ad hoc ut efficiatur eiuſdem qualitatis cuius eſt res,in cuius locum ſubrogatur,debet eſſe facta ab habente poteſtatem faciendi ſubrogationem.*

8 *Res ſubrogatæ in locum aliorum,quæ erant uinculatæ ex regia licentia, ſunt vinculatæ quando ſubrogatio fit per corpora eiuſdem ſpeciei.*

9 *Subrogatæ res ad maioratum,ſequuntur conditiones priorum.*

Facultas regalis ad faciendum maioratum,an habeat locum in bonis, q̄ ſubrogata fuerunt in locum bonorum uinculatorum.

QVAESTIO VNDECIMA.

VNdecimo quæro pro intellectu huius materiæ, an ſi quis habeat facultatē regiam ad faciendum maioratum de aliqua re, quem uere & realiter fecit, poſtea autem in locum illius rei vinculatæ,ſubrogat aliam propria auctoritate,abſque facultate regia:an hæc res ſubrogata ſit itidem vīculata ſicut alia quæ fuit regia licentia vinculata?Et quod talis res ſubrogata ſit vinculata,ſicut alia,quæ ex facultate regia erat vinculata

1 fuadetur. Quia regulariter ſubrogatus ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatus fuit.l.vnica.§.vt plenius C.de rei vxori.actio.l.ita conſtante.l.in dotem datæ.l. res ex pecunia. ff.de iur.dot.l.xxij.ti.xi.par.4.c.eccleſia.vt lite pendente. cle.j. de ſuppl.neg.præla.& eſt egregia.l.ſi donatæ. §. ſi ſponſus.ff. de dona.inter virū.& vxor. & eſt bona.l.42.titu.9.part.6.ibi, *Pero ſi deſpues en vida del teſtador ſe murieſſe, la beſtia que ſolia traer deſataſſe porende la manda,e no vale.Fueras enda, ſi el teſtador enſu vida metieſſe otra beſtia en ſu lugar de aquella que fueße muerta.* & eſt materiabrocardica de qua per Barth.Soc.in l.filia.§.Titia.ff. de conditio.& demon.Hippo.in ſingu.255.incipien.ſubrogatus.Io.Lop.in rub.de dona.inter vir.& vxo.§.61.& quamuis reſſubrogata in aliquo diſcrepet, adhuc gaudet priuilegio rei pro qua ſubrogatur,ſecundum Pau.in conſi.73.quod repertum eſt conſi. cclxv. licet iſta domina Liſa.li.j. & Dec.in conſi.190.circa primum.& conſ.53.nu.j.cum aliis,vt per Tiraq.lib.j.de retractu.§.i.gloſſ.x.nu.80.& in l.boues.§. hoc ſermone.limit.8.nu.ij.ff.de verb.ſign.& limitatio.14.& faciunt etiam ſcripta per Deci.in cōſi.433.nu. 20.Mathe. ab Afflict. in conſt.Neapo.Rub.65.li i.nu.9.& li.ii.Rub.3.num.84 & in decīſio.Neapo.395.nu.x.Reb.in tra.de nominatio. q.16.nu. 5.col.j.Et ideo etiam pecunia redacta ex venditione prædiorum,dicitur immobilis,ſecundum Raph.Fulg.Alex.Aret.in

2 l.ea demum.C.de colla. Ex quo aliqui inferunt intellectum ad ſorum illud,quod in multis locis huius regni ſeruatur,q̄ radix redeat ad radicem,& ſtipes,ad ſtipem, de quo fit mentio in l.6.Tau.nam dicunt,quod ſi quis vēdat rem, quæ erat de ſtipite & radice maiorum,& emat aliam etiam mobilē, quod hæc res empta,& ſubrogata cenſentur etiam patrimonialis & de radice.Quæ fuit ſententia Bal.in conſi.cxii.quæritur qui intelligatur.col.ii.ver.& prædicta ſunt vera.li.i.& Ma ſuer.in tit.de ſocietate,§.item dicuntur conqueſtus. vt tradit Tiraq.vbi inf.qui non recte ad hoc.Bal.citauit,quia hoc Bal. nō dicit,ſed ſolum tradit regulam generalem, quod vbi res nouæ ſunt emptę ex pecuniis rerum antiquarum, in eorundē locū ſuccedunt.Et ad idem refert Bal.Tiraq.in l.boues. §. hoc ſermone.limita.15.nu.2.ff.de ver.ſig.& q̄ pecunia redacta ex vēditione prędiorum ſit immobilis,tenet Firmhanus in ſuo indice.in verbo,mobilia.uerſi.4.qui refert Bald.in d.l. ea demum.Sed huius puncti ueritas pendet ex notatis per Tiraquel.lib.i.de retractu.§.i.glo.7.nu.cxij.& eo.li.§.32.glo.i.& vnica.nu.19 cum ſequen.ex cuius lectura ſemp in ea fui ſententia,quod talis pecunia redacta ex venditione rei immobilis, non eſt immobilis, nec in ea ſuccedunt conſanguinei uirtute fori,ſed parentes,pręcipue ex tex.in l.uenditor ex hereditate.ff.de hęre.uel actio. uend. & quia in particularibu non ſuccedit loco rei,pretium.l.qui uas.§.fin.ff.de furt l. Labeo & Sabinus.ff.de uerb.ſign.cum cōcor.quę refert.Tiraq Et cui non conueniunt uerba legis,non conuenit eius diſpoſitio.Conſului etiam per prędicta,quod cum per. l. xxxij.in quaterno gabellarum ex bonis datis in dotem, non debeatur gabella, talis gabella non debetur ex bonis ſubrogatis ī dote,quæ prius conceſſa fuit.Vt tamen ad noſtram quęſtionem redeam,pro prędicta ſententia etiam facit,quia ſubrogatus ſapit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur cum omnibus qualitatibus.ut notatur per Deci.in cap.quoniam Abbas.nu.3.de offi.deleg.& facit.l.xij.titu.4.lib.3.fori.quę di

3 cit. Quod fundus emptus ex pecunia redacta ex uenditione alterius fundi,ad alterum coniugem ſpectantem,non ſit cōmunis tanq̄ acquiſitus,ſed manet eius proprius,cuius fund⁹ fuit.Notat Ioan.Lup.in Rub.de dona.inter ui.& ux.d. §. 61. & alii,quos refert Tiraq.in d.§.xxxii.quod in practica ad unguem cuſtoditur,& facilius aliquid conceditur ad coadiuuandā intētionē iam fundatam, quam ſi a principio actus deberet fundari,ut probatur in d.l.ſi donatę.§.ſi ſponſus. ff.de do.

inter

inter vi.& vxor.cum concordantibus,vt per Decium in c. 1. nn.33.de prob.& in l.fi.nu.23.C.de eden.& Tiraq.in tract.de primoge.q.40.nu.43. & hoc videtur procedere, maxime cũ is,qui ſubrogationem hanc facit, declarat, quod hanc rem ſubrogatam ponit in locum alterius, quæ ex facultate regia fuit vinculata,quia huic declarationi ſtari debet, & ſeruanda eſt,ex ſententia glo.in l ſed ſi lege.§.j.ff.de peti.hæred.facit glo.& quæ ibi adducunt Doctores in l.res quæ per.eum.ff.de iure do.& tex in l.at ſi quis.§.interdum.in ver. oportebit. ff. de relig.& ſum.funer.& notatur in ſimili ꝓpoſito per Guillel.Bene.in c.Raynutius.in verbo,& vxorem nomine ad Alaſiam.nu.791.Chaſſane.in tit. des adroitz appartenaus agens mariens §.2.in verbo,& acquæſtum. & ad hanc ſententiam eſt tex.in l.Imperator.§.vl.cum l.ſeq.& ſequenti.ff. de lega.2. vbi probatur,ꝙ grauatus fideicommiſſo, qui aliquas res ex hæreditate alienat,& alias emit,videtur res emptas vice permutationis in locum hæreditarium reſtituere. Et horum iurium auctoritate & aliorum dicit Iaſon. in conſi.231.lib.2. nu.1. quod res emptæ vel permutatæ, ex pretio rei ſubiectæ fideicommiſſo,efficiuntur fideicommiſſariæ. Et facit tex.in l.filiæ.§.Titia.ff.de cond.& demon.& quod tradit Soc.Iun.in conſ.162.nu.22.li.2.Et ex iſtis deducitur verum eſſe quoddã dictũ Pari.in conſue.Pariſi.§.xi. nu.31. vbi inquit,quod ſi qs emerit rem in qua eſt locus iuri primogenituræ,quam emit cum pacto de retro vendendo,primogenitus habebit pretiũ ꝙ venditor redimendo reſtituit.Quod approbat Tiraq. li.2. de retrac.in fi nu.174.

¶ HIS tamen & ſimilibus non obſtantibus,'contrarium ĩ
4 propoſito noſtræ quæſtionis tenendum exiſtimo, quia licet pro maiori parte procedat,& ſit vera'regula ſupra firmata, quod ſubrogatus ſapit naturam illius rei,ĩ cuius locum ſubrogatur,id procedit in natura primordiali,& impoſita. gloſ. eſt ſingularis in l.certi conditio.in prin.in glo.magna in verbo.ex omni cauſa.ff.ſi cer.pet. quam Bart. ibi ſumme cõmẽdat.& Bal.in d.l.vnica §.& vt plenius.de rei vxo. actio.Deci. in Rub.C.de eden.nu.5.Iaſ.nu.6.& Gomez.nu.7. in §.fuerat. de actio.Inſt.& idem Iaſ.in §.actionum.nu.24.eod.ti.Alberi. Fulgo.& Roman & etiam Iaſ.in l.eum qui in prin.ff. de iure iuran.Soc.in tracta. fallentiarum. regu. 475. & in aliis libris. 64.Doctores alii præter Barto.in d. l.certi conditio.vbi Iaſ.& Purpurat.nu.57.& hoc etiam amplectitur Barth.Soc.in conſi.141.Conſiderata facti contingentia.li.j.nu.6.Tiraq. in tra. le mors.par.2.declaratio.9.nume.21.&22.& in tract.de conſtit.par.2.ampliatio.25.nume. 6. Euerardus in centum locis, loco.93.a ſubrogatione.Notanter Iaſ.in conſi. 108.lib. j.Ad rem igitur,licet in locum rei, quæ ex facultate regia fuit vinculata alia ſubrogata,habet qualitatem accideutalem ,quæ eſt regia facultas,quæ vĩculum illi impoſuit, & vltra primordialem naturam,habet hanc accidentalem,& ideo non debet ſequi eiuſdem naturam , abſque expreſſa licentia illius, qui alteri rei,in cuius locum alia ſubrogata fuit,qualitatem nouam & accidẽs dedit. Quid enim, ſi hæc res ſubrogata eſt forſam maioris valoris,quam alia, ad quam fuit obtenta licentia?Non enim ex hoc, ſi impetrans alios habet filios poſ
5 ſunt p̃iudicari,certe ſic.Præterea regula prædicta, quod ſubrogatus ſapit naturam illius,in cuius locum fuit ſubrogatus procedit,vbi eadem eſt ratio,vt ſunt alia plerumque in iure ſecus ſi eſt diuerſa ratio.ſecundum Bar.in l.pater filium.ff.de inoffi.teſta.per l.cum fundus. §.ſi fundus.ff. de iure.dot.Item quando eſt diuerſa qualitas in ſubrogato, nunquam debet ſubrogatum ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.l.j.§.ſi quis autem.ff.de ſucceſ.edi. & eſt elegans doctrina Bal.quam habui in facto, in lite valde agitata in l. certum. nume.22.C. vnde legiti.quam commendat inter alios Iaſ.in §.fuerat.nu.9.Inſt.de actio. Alex.in bono caſu, in conſi.106. nu.17.lib.3.& Barth. Soc.in caſu valde notab. in conſi.195. nu.i.cum aliis lib.2.Dec.in conſi.3.nu.7.& 8.& regula,quod ſubrogatus ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, procedit eo caſu,vel caſibus,quo vel quibus,qualitas,vel natura,quæ ĩeſt,vel inerat primæuæ diſpoſitioni,poteſt adaptari ad diſpoſitionem ſubrogatam, alias ſecus vt tenet Bart. in l.liberorum.nu.15.ff.de ver.ſigni.cuius opinio eſt ſingularis,
6 ſecundum Peralt.in l.Lucius.j.nu.17.ff.de lega.2.Quis igitur negare poteſt,quod in hoc, quem tractamus caſu ratio non ſit valde diuerſa inter rem primam vinculatam, & aliam ſecundam ſubrogatam ? quia cum a principio nõ fuerit libera poteſtas illi, qui illam voluit vinculare abſque auctoritate regia vinculandi in caſibus, in quibus hoc non permittitur facere ſine regali facultate, eadem met ratiõe hæc altera res
7 vinculari non poteſt abſque regio aſſenſu. Et rẽgulam illã, quod ſubrogat' ſapit naturam illius rei, in cuius locum ſubrogatur.Ego intelligo procedere,vbicumque ille, qui ſubrogationem facit,habuit liberam poteſtatem diſponendi de illa re,ſolo ſuo conſenſu, & libera voluntate abſque alia ſolennitate.ſicut ergo non licet ei,qui aliquã rẽ vinculare vult ſine regali auctoritate,qua iuuari voluit, ſaltim vltra tertiũ, & quintum, Ita nec in hac re ſubrogata. Nam in quolibet actu,quem quis vult facere,voluntas, &'poteſtas requiritur. c.cum ſuper.de offi.deleg. l.cum te.vbi Bald.C.de dona.ante nup.l.nolle.vbi Bald.ff.de acqui.hær,licet ergo diſponens de maioria, habeat voluntatem ſubrogandi illam rem in locũ alterius,quæ erat vinculata licentia regali,caret tamen potestate faciendi rem vinculatam, præcipue cum ad rem vinculãdam neceſſe fuit derogare leges,& eſt in præiudicium aliorum filiorum,nec habet poteſtatem faciendi bona vinculata cũ qualitatibus, quibus per principem vinculantur,etiã ſi non agatur de præiudicio aliorum filiorũ. & limitata Prĩcipis licentia, limitatum produxit effectum. l. age cum Geminiano.vbi late Iaſ.C.de tranſa.l.in agris ff.de acqui. re.do. cum ſimilib Item proteſtatio non iuuat proteſtantem ĩ his, quæ non ſolum dependẽt a voluntate ſua, ſed etiam a volũtate alterius vel legis.l.alimenta.C.de nego.geſ.l.36.ti.12.par. 5.l.nemo poteſt.ff de leg.j.Bar.qui hanc regulam ponit l. nõ ſolum.§.morte.nu.31.cum ſeq ff.de noui oper.nuntia.quem Doct.communiter ibi ſequuntur.& in c.cum.M. de conſtit. Quid igitur facit,ꝙ quis,'quando facit ſubrogationem proteſtetur, quod illam vult ſubrogare in locum alterius rei, q̃ cum Principis licentia fuit uinculata, cum hoc non ſolum dependeat a uoluntate proteſtantis,ſed legis & Principis?Ex quibus omnibns hæc ſecunda opinio mihi magis placet, q̃
8 contraria.Procedunt tamen hæc, niſi ſubrogatio ſit talis naturæ,quod per ſubrogationem corporis eiuſdem ſpeciei res continuatur,& perpetuatur,nec aliter reſpoſſit conſeruari, ut puta,ſi factus eſt maioratus de quadam domo principali,quæ in vita teſtatoris fuit diruta, & ab illo iterum ædificata,quia idem ædificium,& domus dicitur.l.eum debere.ff.de ſeru.ruſtic.prædio.l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff.eo.ti.l. ſi ita legatum.§.vult.ff.de leg.1.facit.l.proponebatur.ff.de iudic. l.ſicut.§.pen ff.quod cuius.uniuer.nomi.Notat Iaſ.in l. quod in rerum.§.ult.nu.3.ff.de leg.j.& facit quod ciuitas uel caſtrum deſtructum,& in alium locum translatum,retinet iura,quę ante habebat.glo.in c.priuilegium.de regu.iur.in 6.Innoc.in c.2.de noui oper.nunt.& alii vt per Alex.in conſi.43.nu.2.& 3.lib.j.qui hoc ex aliquibus confirmat.Et homagium uniuerſitatis ligat non ſolum eos,qui tunc erant uiui, ſed ſucceſſores.l.5.in uer.*Primeramente*.titu.15.par.2.ubi notat Grego.Lopez in glo.in uerbo,*ſi uos*.& ubicumque eadem ſpecies retinetur,res mutata non dicitur,ut per d.l.proponebatur.tenet Lucas de Penna,in l.unica.C.de imponen. lucra. deſcriptio. li.x.col.2.in uer.magnam uero mutationem. ubi tamen dicit quod qnandocumq; res cum magna difficultate ad prioꝛem ſtatum reducitur,dicitur res mutata , per l.ſi cui lana.in prin.& §.i.& l.chartis.& l.quæſitum.§.illud.& l.lana ff. de le. 3.Secus ſi leuiter,per l.ſeruis urbanis.§.eum qui.eo.titu.ad ꝙ ego induco meliorem tex.de iure,in l.rerum mixtura. uerſi. etſi natura.ff.de uſucapio.unde ſi quis faciat maioratum de quodam uiuario,& animalibus ibidem exiſtentibus,quæ in illorum locum naſcuntur & producũtur,ſunt etiam ex maioratu.l.ſi grege.ff.de leg.i.quod latius explicat Mod. Pari.in conſuetudi.Pariſi.tit.1.de mater.feud.§.1.gloſſ. 8.nu.17.cum ſequentib.& faciunt notata per eundem.de naue Theſei,ea. par.§.41.num.54.Alcia.in l.uerbum erit.123. ff.*de* uerb.ſign. Et pro hoc adduco quod notat Alb.*in* 1. glo.Rubri.C.nu.4. ubi tradit,quod licet ex additis, uel detractis fiat noua forma,l.ius autem ciuile.ubi Bar.& alii.ff de iuſt.& iu.eſt uerũ, ubi eſt uniuerſalis mutatio,non particularis, & ubi eſt facta reſolutio,animo repetendi partes ſub prima forma, per d.§. ſi ſublatum.& l.qui res.§.aream.ff.de ſolu. & notata in l.qui uſumfructum.ff.de uſufr.& hæc concluſio ſaltem in exemplo propoſito de domo,quæ lapſa fuit, & iterum reædificata uera eſt, attenta.l.46. Taur. Ex quibus infertur deciſio ad quandam quæſtionem,quam tradit Tiraquel.lib.1. de retra. §.35.glo.j.nu.55.ubi tradit,an domus extructa in loco,ĩ quo domus patrimonialis exuſta eſt, ſit etiam patrimonialis. ex quibus infertur intellectus ad l.6.Tauri.& ad alias leges Taurinas detractu loquentes.Secundo dicta concluſio procedit niſi in facultate regia caueatur, quod poſſit augere, & minuere ille,qui licentiam impetrauit,quia per eandem rationem ſubrogare poteſt,imo magis ſubrogatio, quam additio,uel mutatio permittitur iuxta ea,quę ſupra tradita ſunt
9 ¶ EX iſtis etiam,quæ in iſta quęſtione de uirtute ſubrogationis tradita ſunt deducitur, quod ſi quędam res maiorat' ſubrogentur in aliis rebus,quę in locum priorum uinculãtur,ſequi debent iſtę res ſubrogatę, tam in uocatione maſculorum & fœminarum , quam in aliis clauſulis naturam normam & legem,quę prioribus impoſitę fuerunt.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Vasallus si fecit feloniam, quæ ei domino fuit remissa, an videatur habere feudum tanquam nouum, aut tanquam antiquum.*
2 *Restitutio, omnia ponit in pristinum statum.*
3 *Resolutio præsentis nostræ quæstionis.*
4 *Princeps concedendo Ducatum, aut Marchionatum, videtur illum concedere primogenitis titulo maioratus.*
Si possessor maioratus committat aliquod delictum, per quod bona amisit, & postea fuit restitutus a principe, an bona sint vinculata, absque noua regia facultate.

QVAESTIO DVODECIMA.

DRoxime præcedentibus, quæstionibus, succedit propriissime alia quæstio. Pone etenim, quod possessor maioratus commisit aliquod delictum, quod fuit talis qualitatis, vel naturæ, quod propter illud bona vinculata regia auctoritate fuerunt confiscata, vel ipso iure vel per sententiam, & sic bona ad regem peruenerunt, vel ad eius cameram, si postea Princeps restituat benigne illum delinquentem ad bona, uel illi' successorem, quæro, sint ne adhuc talia bona post restitutionem vinculata absque regali licētia; Vel an sit necessaria noua licentia, aut quod Princeps dicat in restitutione, quod restituit illi boua maioratus, sicut antea habebat? In qua quæstione in primis sese offert opinio glo. in l. 4. §. si areæ. in verbo, manet. ff. de pecu. vbi expresse dicit, quod si vasallus fecit feloniam, quæ ei a domino est remissa, videtur habere feudum ex concessione antiqua & non noua, vnde transmittit feudum ad agnatos, si sine liberis decesserit, ad idem est glo. in l. quod dicitur. ff. de impens. in rebus dotali. fact. & gl. in c. imperialem. §. insuper. in verbo, priuetur. de prohibita feud. aliena. per Fed. Sed quicquid dicant prædictæ glossæ, Bart. & alii in d. l. quod dicitur. & in d. §. si areę. & in d. §. insuper. cōmuniter tenent, quod in hoc est adhibēda distinctio, quod aut vasallus fuerat priuatus feudo ipso iure, aut per sententiam: si uasallus fuit priuatus ipso iure, ut in crimine lęsę maiestatis, uel quando feudum erat concessum sub hoc pacto, quod uasallus caderet per feloniam ipso iure a feudo, tunc est nouum feudum, tanquam post ius ipso iure amissum, facta remissio sit concessio facta. Aut vasallus nondum erat ipso iure priuatus licet esset priuandus, & tunc remanet feudū antiquum. Notat Alex. in consi. 34. visis. li. 5. Fran. Cur. senior consi. 48. de quo etiam puncto plura scribit Tiraquel. in tra. de utroque. retra. §. 32. gl. unica. nu. 29. & longam distinctionem, ex qua plura de promi. possunt pro decisione huius pūcti, tradit Mod. Par. in consue. Pari. par. 1. tit. 1. de materia feuda. §. 30. q 28. nume. 105. Quid dicemus in quęstione nostra? Ego existimo, quod si Princeps restituat delinquentem, vel illius filium, uel successorem ad bona, quę antea habebat, quod remanent uinculata, & restitutioni subiecta, sicut antea erant. 2 Quia regula iuris est, quod restitutio est in integrum statum, & ius repositio, & cum omnibus qualitatibus quę primitus aderant. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. ibi, restitutio ita autem facienda est, ut unusquisq; integrum ius suum recipiat. l. uerum. §. j. l. patri pro filio. §. si pecuniam. ff. eo. ti. & l. 1. & 2. ti. 19. par. 6. l. in condemnatione. §. cum uerbum. ff. de reg. iur. l. uideamus. §. in Fabiana. ff. de usuris. & dicit Bar. in l. fi. C. de sen. pass. quod semper restitutio tātum restituit, quantum illud aduersus quod restitutio petit abstulit. per illum tex. qui ad hoc est singularis, nā dicit text. ita indulgentię restitutio bonorum, ac dignitatis uno nomine amissorum, omnium fit recuperatio. faciunt notata per Episcop. Couarru. in regula, possessor. de reg. iu. in 6. par. 3. relectio. §. 1. nu. 3. Et princeps cum facit hanc restitutionem, ta 3 cite uidet disponere, quod bona remaneāt sicut antea erāt. Nec huic sententię etiam obstat tex. in l. pater filium. §. quin decim. ff. de leg. 3. ubi probatur, quod res prohibita alienari extra familiam, si alienetur semel, in casu a iure permisso, remanet perpetuo inalienabilis. de cuius legis ītellectu, ego tractabo in 4. par. huius operis. q. 19. Nam hoc, & alia operatur restitutio facta per principem: cum (ut prędixi) fit in integrum, & antiquum statutum repositio. & hoc magis procederet, quando princeps restitueret delinquentem, non solū ex gratia; sed ex iustitia secundum ea, quę tradunt Bar. & alij plures antiqui & iuniores in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. quia hęc restitutio ex iustitia, ualde ampla, & pręgnans est, ut ibi uidere licet. & hęc maiori ratione procedunt, quando ille, qui priuatus fuit, & postea a Principe restitutionem impetrauit erat Dux, uel Marchio, uel Comes: nā 4 ex hoc uidetur Rex de Marchionatu, uel Ducatu constituere maioratum, ut probatur in §. prętera Ducatus. de prohibita feu. alie. per Fed. Ex quo deducitur, quod quando Rex donat alicui villam, vel oppidum, faciendo illum Marchionem, vel Ducem, eo ipso videtur constituere maioriam. & eadem conclusio probari videtur in l. 12. tit. j. par 2. & huius opinionis possumus facere Abb. in c. prudentiam. in nu. 13. in prin. de offi. dele. vbi dicit, quod dignitas Ducatus, aut Marchionatus non potest diuidi, & transit tota ad primogenitū & probatur hæc conclusio in c. licet. de voto. vbi Host. Ioan. An. Ant. & Abb. & voluit gl. in c. si hæredes. & ibi Doctores de testam. & hanc quæstionem latissime disputauit Roderi. Suarez, maximæ eruditionis vir, in l. quoniam in prioribus limita. xi. vbi in hoc facto consultus, multa scribit super comitatu de Valentia, quæ lis adhuc sub iudice erat, tempore Grego. Lopez, prout ipse refert in d. l. 12. in verbo *hæredamiēto*. & ipse illius causæ erat iudex. Quibus omnino adde, q̄ latius in hoc puncto scribit Tiraq. in d. tra. de primoge. q. 4. nu. 21. cum seq. vbi multa congerit pro cōfirmatione huius nostræ sententiæ, quæ ibi videri poterunt. & hoc mihi videtur in hac duodecima quæstione. Et alia quæ huic quæstioni cō sentanea sunt lector videat in 4. part. tracta. quæstio. 23. num. 34. cum sequentib.

SVMMARIVM.

1 *Habens facultatem ad maioratum faciendum in vnum ex pluribus, filiis si vnum tantum habeat, an possit vti regia facultate.*

QVAESTIO DECIMATERTIA.

DEcimo tertio quæro, an habens a principe regiam facultatem ad faciendū maioratum in vnum ex filiis, possit facere maioratum in vnicum tantum filium? Dubium facit tex. in l. vbi numerus. ff. de reg. iur. vbi probatur, quod pluralis locutio, duos ad minus requirit. l. ubi numerus. ff. de testib. l. qui quartam. §. vlti. vbi Bar. ff. de leg. j. l. legato. §. qui plures. ff. de leg. 2. & ideo inquit Oldr. in consi. 142. factum tale est. quod si testator substituit sororem posthumis, si ij decesserint in pupillari ætate: non est locus substitutioni, si vnus tantum posthumus natus sit, & censetur esse casus omissus. & idem tenet Io. And. in add. ad Spec. tit. de testamen. §. j. col. pen. in uersic. quarta quęstio. & pro hac sententia possunt adduci plura, q̄ scribit Tiraq. more consueto, in l. si vnquam, in uerbo, susceperit liberos. nu. ccxxvi. cum seq. C. de reuoc. donatio. quibus quidem non refragantibus, contrarium in nostra quæstione dici potest per tex. in l. si tibi electio. §. j. ff. de optio. lega. ibi, si ex quatuor villis duę, quas elegissem, mihi legatæ sunt, siue duę sint relictę, siue ab initio duę solę fuerint ualet legatum & appellatione liberorum unus tantum filius comprehenditur. l. non est sine liberis. ff. de verbo. signi. l. pater Seuerinā. §. ita fideicommisso. ff. de conditio. & demo. l. a filia. in prin. ff. ad Treb. l. j. ubi, Doct. C. de condit. inser. cum concordantibus, quę adducit Tiraq. ubi sup. nume. cxli. ubi hoc latissime confirmat. cui adde Moder. Pari. in consue. Pari. par. j. §. 3. gl. 3. num 5. Dec. in cons. ccxviij. nu. x. & cclxxxxi. nu. 9 1. ubi post Alex. in consi. 31. li. 2. tradit, quod illa conditio, si sine liberis decesserit, expirat unico filio, uel filia nata. Ex cuius dictis, hęc nostra conclusio in mirum modum corroboratur. & sane cum facultas concessa ad faciendum maioratum tunc sit magis fauorabilis, quando pater unicum tantum filium habet, quia eo casu aliis fratribus primogeniti non fit prędiudicium in legitima, potius hęc facultas est ampliāda, quam restringenda. regu. odia. de regul. iur. in 6. cum concordantib. ad ea autem. quę in contrarium adduximus facilis est respōsio ex dictis per Tiraq. ubi s.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus an confirmetur per licentiam, post factum maioratum concessum, quando pater vnum tantum filium habet.*

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

DEcimoquarto quæro, an l. 42. Tauri. quę dicit, quod licentia ad faciendum maioratum, debet prędecedere maioratum, nec ex licentia subsequuta confirmatur maioratus, q̄ antea erat factus procedat, tam in casu, in quo pater plures filios habet, quā in casu quando pater solum unicum filium habet? In qua quęstione, licet licētiatus de Mieses, quem in suis glossis valde extollit & sequitur Gregori. Lopez teneat, quod lex illa non procedat in patre, qui unicum tantum filium habet p l. po-

l.posthumus.in prin.vbi Bar. ff.de iniusto. rup. irritoq; facto testam.prout illum refert idem Greg Lopez in l.32.ti.9.par. 6.in ad fi.in ver.item quæro. iusta ratione cõtra illum tenet Grego.Lopez,& consideratis verbis.d.l. Taurinæ, quæ tam generalia sunt,& ideo generaliter intelligi debẽt,licet sit ma ior rõ in vno casu,quam in alio,iuxta.l.j.§.generaliter. ff.de lega.præstan.& l.1.§.quod autem.ff.de aleator.l.1. §.vxori.ff. de auro,& arg.leg.sequitur euidenter,quod illa doctrina do ctissimi viri non est vera,& est nimia restrictio ad illam legẽ maxime,quia regulariter vbi licentia præcedere debet, non sufficit quod subsequatur.auth.licentia.C.de epi.& cle.c.om nis vtriusque sexus.de pœni.& remis. l. si quis mihi bona.§. iussum.ff.de acquir.hær.vbi omnes Doct. l.fin. §. necessitate. C.de bonis liber.& facit,l.13.ti.6.par.6.vbi Grego. Lopez.in glo.in verbo *con otorgamiento.* Notant Inno.in c.dudum.de re bus,eccle.non alienan.Bar.in l. si autem plures. ff. de aqua. plu.ar.Marcus Anto.in §.si alienus seruus. de hæred. institu. Bar.Soc.in consi.222.pẽs consultatio.li.2.nu.3. De quo la tius tracto in 4.par.huius operis.quæstio.2.num.2. cum aliis. Ex quibus nostra conclusio verior,& tenenda videtur.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus constitutus auctoritate priuata, æquiparatur quo ad reuoca tionem maioratui constituto auctoritate regia.*
2 *Leges Taurinæ fauent nepotibus æque ac filiis.*
3 *Nepotes an comprehendantur filiorum appellatione, ex proprio significatu.*
4 *Conditio si sine liberis decesserit, verificatur in nepote etiam ex filia.*
5 *Statutum, quod extantibus masculis, filiæ fœminæ non succedant, habet locum si nepotes adsint.*
6 *In beneficiis principum, filiorum appellatione veniunt nepotes.*
7 *Alex. resolutio, quando filiorum appellatione comprehendatur nepotes.*
8 *In feudis, filiorum appellatione veniunt nepotes.*
9 *Primogenituræ ius, est fauorabile.*
10 *Expressum dicitur, quod tacite ex natura dispositionis colligitur.*
11 *Fauor agnationis vbi vertitur filiorum appellatione, veniunt nepotes & ideo si statutum dicat, quod filia fœmina non succedat extãtibus masculis, habet locum in nepotibus.*
12 *Habens facultatem eligendi vnum ex pluribus filiis, non potest eligere nepotes.*
13 *Facultas concessa ad faciendum maioratum in filium, extenditur ad nepotem, ubi eadem est ratio.*
14 *Dispositio ita debet semper intelligi, vt suum sortiatur effectum.*
15 *Verba, quæ non possunt verificari in iure expresse constituto, verificãtur in iure differenti, etiam si sit maius expresso.*
16 *Princeps præsumitur vti plenitudine potestatis, ut actus ualeat.*
17 *Præsumptio validitatis actus, est fortior alia qualibet præsumptione.*
18 *Actus vt valeat, receditur a natura dispositionis.*
19 *Ratio eadem ubi militat, comprehenduntur ea, quæ veniunt tam ex lata significatione, quam ex stricta, & filiorum appellatione, vbi eadem est ratio veniunt nepotes & pragmatica dotiũ extenditur, quod auus non potest dotare nepotes vltra summam in illa lege contentam, sicut nec pater.*
20 *Pater si habeat filios, & nepotes tempore exequutionis facultatis regiæ ad faciendum maioratum, non potest excludere filios.*
21 *Licentiam habens ad vendendum bona maioratus, non potest illa obligare.*
22 *Fundatore viuo, si filius primi gradus fuit mortuus, prouisio facta filio, verificatur in nepote.*
23 *Licentia data ad faciendum maioratum quando ad sunt plures filii, restringi debet.*
24 *In priuilegiis, quæ sunt contra ius commune, in statutis, & in aliis dispositionibus odiosis, filiorum appellatione, non veniunt nepotes.*
25 *Agitur de duobus doctrinis contrariis Gregorio Lopez, & quæ sit verior*
26 *Pater habens filium, & ex eo nepotes, an possit in vnum ex nepotibus facere maioratum excluso filio, Et an idem sit in melioratione.*
27 *Si filius proprio nomine nominetur in facultate regia, non potest fieri maioratus in nepotem.*
28 *Facultas regia data ad faciendum maioratum propter seruitia in filium an extenditur ad nepotem.*
29 *In nobilitate concessa propter seruitia, an filiorum appellatione veniant nepotes.*
30 *Licentia data ad faciendum maioratum, an comprehendat nepotem nõdum natum, tempore impetratæ licentiæ.*
31 *Facultatem habens faciendi maioratum in nepotem, an possit facere in nepotem fratris filium.*
32 *Pater si semel constituit maioratum in filium, defuncto vita filio, an possit facere iterum in nepotem.*
Late hic disputatur, an habens licentiam regalem ad faciendum maioratum in filium, possit vti tali licentia in fauorem eius nepotis.

QVAESTIO DECIMAQVINTA.

DEcimo quinto quęro pro intellectu huius materiæ, de quæstione valde vti li,& necessaria,& quæ de facto iam enorigit: an habens licentiam regalem ad faciendum maioratum in filium, possit ea vti in fauorem nepotis? In qua q̃stione, omis sis pluribus, quæ hic scribere poteram, quia longa est qõ & dependens ab alia quæstione, vtrum filiorum appellatione veniant nepotes? In qua Doctores tum legendo, tum consulendo, prout quilibet ingenio ductus, vel lucro captus determinare voluit, varia & contraria scripserunt. Ex sequentibus dici potest, quod habens regiam facultatem ad faciendum ĩ filium maioratum, potest illum facere in nepotem ex filio. Primo hoc probatur per tex.in l.18.Taurina, in qua conceditur patri facultas, quæ ex lege illi cõcessa erat, vt possit meliorare filium, vt tali facultate possit vti in nepotem, licet ad huc pater illius viuat, vt latius in d. l. disponitur. quod igitur per d. l. statuitur in melioratione tertii & quinti, iusta ratione procedit in maioratu. Nam hæc duo in multis æquiparãtur, præcipue in casu.l.17.& l.44. Taurinis. In quibus legibus apparet, q̃ parificantur melioratio tertii & quinti, constituta priuata auctoritate,& maiorat⁹ fact⁹ regia facultate, quo ad reuocationem. De qua similitudine inter maioratum & meliorationem tertii & quinti, latius ago in prima parte hu ius operis in prin.nu.5.cum aliis. Eadem conclusio probatur ex.l.40.Tau.ibi, *hiso, o nieto, o descendiente legitimo.* quæ lex æquiparat quantum ad successionem & priuilegium illius legis fi lium nepoti sed ad idem possunt põderari.l.17.19.20.21.22. 23.25.26.27.28.29.& 31.in eisdem legibus Taurinis. quæ om nes leges ita fauent nepotibus, & aliis descendentibus vt filiis, licet hæ leges retorqueri possint in cõtrarium, quia sentiunt, q̃ est necessaria mentio nepotum, ad hoc vt dispositiones dictarum legum in illis habeant locum. Et ita in simili arguit Alb.in l.1.C.ne rei do. templ. vbi dicit hæc verba ibi, sobolis appellatione videntur solum filii contineri. quod patet, quia statim subiicit, quod non fuisset, si sobolis appellatione continerẽtur. quare l.18.Taurina specialiter dat facultatem parentibus, vt possint meliorare nepotes, sicut poterãt filios meliorare, quasi quod non stante illa lege, id parentibus licitum non erat. Sed nihilominus dicta cõclusio, ex iure ciuili probari videtur in l.iusta interpretatione. ff.de verb. signifi.ibi, iusta interpretione recipiendum est, vt appellatione filii, sicut filiam familias contineri, sæpe respondimus: ita & nepos videatur compræhendi. eadem conclusio probat ĩ l.natorum & in l liberorum.ff.de ver. signifi. & adeo est vera hæc conclusio, quod filiorum appellatione, etiam ex proprio significatu, nepotes comprehenduntur, vt probatur in d.l.liberorum.§ sed & Papirius. per quem ita tenet glo.in §.fin.in verbo, appellantur. Inst qui test.tu.da.poss. Cui similis in Auth.de non eli.secun.nub.§.cum igitur.in verbo, filiorũ. coll. j. Et Iacob.But.in sua disputatio.relata per Bar.in l.liberorũ. nu 9 & Sal.in l.maximum vitium.C. de libe.præte.ubi Bald. col.2.Anch.in c.2.col. vlt.in vet.accedat huc. de consti. in 6. Cepol cons.17.causarum ciuilium. Et est communis opinio secundum Gozad.in consi. 59. nu.20. vbi istam opinionem late fundat, quamuis hoc fundamentum non admodum tutum sit, imo quod nopotes non comprehẽdantur filiorũ appellatione ex proprio significatu vocabuli, sed per extensionem. tenent Din.& Bar.nu.10.in d.l.liberorum. Io.Faber, in d.§.fi.licet Ang.ibi etiam glos. sequatur. & fundat notabiliter. Mo.Pari.in add.ad Ale.in consi.1.in add. quæ incipit Nepotes, li.j & huius sententię fuit etiam gl.in l.filij appellatione.ff.de verb.sign.& in Cle.j.in verbo, liberi.de baptismo. Et probatur in l.pe.in uerbo, extendi.C.de proxi.sacro. scriniorum.li 10.& in l.pronunti atio.in verbo, porrigitur.ff. de ver. signifi.& tenent Alb.in d.l.iusta.& in l.fin.ff.ad Mace.Io.An. Ant.& Abb.in c.ad extirpandas.de filiis presby. Romanus in consi.129.Ias.in l.emancipata.nu.20.C.q̃ admi. Dec.in con. 353.nu.1.& 5.& in consi.372.num.9.& in consi.391.nu.3.& alios plures refert Tira.in d.tra.de primog. q.40.nu.58.& est commu.opinio, secundum Ale.in consi. 198. perspectis.nu. 23.li.6. Item pro prędicta opinione facit tex. singularis in l.i. C.de cond.inser.iuncta.l.Lucius.la 2.ibi, ex se natum.ff.de hę re.inst.ubi probatur, quod hęc conditio, si decesserit sine liberis ex se natis, verificatur in nepote etiam ex filio, quia in nepote adest sanguinis cõtinuatio. Quem tex.notãt ad hoc ibi Bal.in c.j.col.j.in vers.sed immediate de eo, q̃ sibi vel hęred.suis.& in c.j.§.filia in fi.de succ.feu.vbi Car.Ale.Anch.in d.c.2.quęstio.14.Ioan.de Imo.in d.l.Lucius.ff. de hęred. insti. Pau.in consi.410.li.1. Ale.in l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb. vbi Ripa.Guido.Papa, decisio.173. & idem tenet Bart. in consi.j.& alios plures refert Tiraq.d.q.40.nu.16. Hinc etiam fit, quod

si sta

ſi ſtatutum dicat,quod ſtantibus filiis maſculis, filia fęmina non ſuccedat,tale ſtatutum verificatur etiam, & procedit ſi ad ſint nepotes. Vt eleganter fundat Rapha. Fulgo. in conſi. 78.ſuppoſito ſtatuto.cuius opinio confirmatur ex pluribus, quæ refert Bart.Soc.in conſi. 14.ſequẽdo ordinem.nu.j.cum ſequen.lib.i. quos ad hanc ſententiam refert Hippol. in ſingulari.303.filiorum appellatione.Et idem tenet Rapha.Fulgo.in l.de quibus.ff.de legibus.vbi Iaſ.nu. 16. dicit hanc eſſe communem opinionem.quamuis Hippoli.vbi ſupra, in cõtrarium referat ſcripta per Decium in conſ.87.pro reſolutione.quod eſt bonum cõſilium in hac materia. & inquit Bal. in l.j.nu.7.C.de ſecun.nup.quod ſi ſtatutum dicat,quod filia fœmina non ſuccedat extantibus maſculis,ſi quis relinquat filiam dotatam,& filium maſculum , & nepotem ex alio filio præmortuo:ſuccedunt ambo maſculi, filius & nepos,excluſa fœmina. ad quod alios concordantes refert Campezi. in tracta.de dote.par.5.q.61.quem vide quæſt.62.pro declaratione doctrinæ Raphaelis,& aliorum,vbi pũctum diſputat. & latius Tiraq.in d.q.40.nu.49.vbi tradit late, qualiter ſtante prædicto ſtatuto,nepos excludit amitam, ſi filius viuo patre deceſſit.Præterea iſta concluſio probat, quia vt eſt Bart. doctri.in d.l.liberorum.nu.8.in beneficiis principum,filiorũ appellatione,nepotes comprehenduntur. & idem Barto in l.vxorem.§.concubinæ.ff.de ie.3.quem ſequitur Iaſ in l. Gallus.§.inſtituens.ff.de li.& poſth.per l.vl ff.de conſt. prin.cum qua concordat.l.28.ti.fi.par.7.facit tex.in l. fi. circa medium. C.de Prin.agent.in reb.li.12.ibi,abſurdum eſt,ac temerariũ, imperialem libertatem non augeri, ſed aſtura interpretatione minui.Sed hoc etiam non admodum vrget, quia vt latiꝰ probo in q.3.nu.12.ſ.in hac j.par.licentiæ,quę dantur ad cõſtitutionem maioratuum , potius ſunt diſpenſationes , aut priuilegia quam beneficia.quæ duo longe diſtãt, vt traditur in l.beneficium.ff.de conſt.Prin.& in aliis pluribus locis:maxime vbi agitur de pĩudicio aliorum filiorum. Item ad hanc concluſionem pondero tex.in c.ex multiplici.de decim. vbi probatur,quod priuilegium ſemper debet interpretari ſecũdum voluntatem concedentis,& idem conſtat ex.d.l.28.ibi, *E dixeron,que las palabras de los priuilegios,quando ſon eſcuras, deuen ſer interpretadas largamente.Catando ſiempre,que acuerde el entendimiento dellas,con la voluntad de aquel que Dio el priuilegio* . & facit tex.in l.in ambiguis orationibus.ff.de reg.iu. Cum igitur intentio Principis licentiam concedentis ad faciendum maioratum ſit veriſimiliter, quod facultas data ſortiatur effectũ, vel in filio,vel in nepote: iſtud de nepote haberi debet ꝓ ex. preſſo,ꝓpter prædictam veriſimilitudinem.argumento. tex. ſingularis in l.Titius.§.Lucius.ff.de li.& poſth.quam ego legem,in uariis huius operis locis, in memoriam reducturus,
7 & magni facturus ſum.Et ex his dixit Ale.in d.§.inſtituens.ꝙ quando verbum(filii)profertur in plurali numero indiffinite,non referendo in genere ad futurum euentum, & agitur de commodo nepotum,& In illis eſt eadem ratio,nec ſequitur abſurditas:tũc filiorum appellatione in ſubſtitutionibus & in aliis diſpoſitionibus comprehenduntur nepotes. & idẽ tenet Ale.in conſi.5.lib.i.& in conſi.26.li.3.Bal. in conſ.136. & 302.li.4.Ant.Rub.in d.l.Gallus.§.quidam recte . & eſt crebrior,& receptior opinio,ſecundum Mod.Pari.in additi. ad Alex.in d.conſi j.Et ex his etiam naſcitur doctrina alia Ale.
8 in d.§.inſtituẽs.vbi dicit,quod in feudis,filiorum appellatione veniunt nepotes,quem ibi ſequitur Iaſ.ad hoc citans tex. in c.j.§.pen.in quib.cau.feu.amit.& aliis mediis hoc confirmat.& pro hoc eſt tex.in c.j.§.& ſi clientulus.de aliena.feud. notatur per Alex. in conſi.17.li.5.& per Iaſ.in d.l.de quibus. nu.19.& Decium.in conſi.451.nu.51. quam quæſtionem latiſſime diſputat Curtius in tracta.de feu.par.2. in verſic.circa hanc materiam.& Tiraq.in d.trac.& quæſtio.nu.20.Ex quorum ſcriptis colliges,quod opinio Ale. & aliorum eſt communior,quod in feudis filiorum appellatione, veniant nepotes.Sed cum feuda,& maioratus æquiparentur, iuxta Doctrinam Bal.in l.cum antiquioribus.nu.xi.C. de iure delib.Sicut in feudis filiorum appellatione veniunt nepotes , ita in licentiis datis ad faciendum maioratum. Sed iſti fundamento,non eſt multum fidẽdum:quia æquiparatio de feudo ad maioratum non procedit,niſi vbi eſt eadem ratio , vt pleniꝰ dico in 2.par.huius operis.q.6.nu.3.

¶ ET HAEC etiam concluſio corroboratur , quia plerique Doctores noſtri,tam Canoniſtæ, quam legiſtæ communiter fatentur,quod in teſtamẽtis , & in aliis diſpoſitionibus fauorabilibus , filiorum appellatione nepotes continentur per.l.filii ff.de verb.ſignifi.cum concordantib. ut per Alex.ĩ conſi.37.nu.8. cum aliis,li.6.& in conſ.5.circa primum. nu.9. cum aliis.lib.3.Soc.Iu.in conſi.108.nu.5.li.2.quem tamen vide nu.15.cum aliis. Quod ex noſtris Hiſpanis traditur ẽt per Grego.Lopez in l.8.ti. 3.par. 6.in gl.in verbo , *tal hiio* in fi. & notatur per Mo.Pariſien.in conſuetu.Pariſien.par. 1.gloſſ.j. §.3.quæſtio.4.nu.6.q.66.ex quibus infertur, ueram eſſe ſentẽ tiam Antonii Gomezii,& Cifuentes in l.22.Taurina. ubi tenent , quod ſi pater promiſſit non meliorare aliquem ex filiis,eadem ratione non poteſt meliorare nepotes.quam illationem latius confirmat & tractat licentiatus Tello in d.l. nu.7.cum ſequentibus.Si igitur hoc uerum eſt, ut inficiari ñ poteſt,facultas regia, & beneficium faciendi maioratum in filium,ad nepotes porrigi debet.quod autem ius primogeni
9 turæ,& maioriæ ſit fauorabile,conſtat ex.l.2.tit. 15.par.2.& ex doctrina Romani,qui id in terminis tenet , in conſi.29.in cauſa maioriæ Hiſpanenſis.de quo dicto inf.in alia quæſtione tractabitur.& hæc fulciuntur ex doctrina Anchar. in cõſi.393.viſa diligenter gratia. ubi auſus fuit dicere,quod id dicitur expreſſum,quod tacite ex natura diſpoſitionis colligitur,quodque includitur ſub natura uerbi expreſſi,& iuris ꝯmunis interpretatione declaratiua,vel extenſiua.Ideoque ſecundum eum,nepotes videntur expreſſe contenti in diſpoſitione loquente de filiis,in re ad nepotes tranſmiſſibili. notat Iaſ.in l.prætor.col.1.ff.de noui ope.& Tiraq.in legib.connubia.gl.7.in verbo,exprez.nu. 177. Tandem iſta concluſio probatur. Quia etiam ſi facultas regalis ſit priuilegium, & ñ beneficium(prout ſcripſi in 3.q.ſ. eo.)adhuc debet fieri lata interpretatio,quia intereſt reipublicę , & vertitur in bonum publicum in conſtitutione maioratuum,quod bona non diuidantur.& aliæ plures reſultant vtilitates,vt latius infra tractabo.& id nos experientia rerum magiſtra docet. Cum igitur hoc verum ſit,cõſtat,quod de iure, vbi vertitur fauor publicus,debet fieri lata interpretatio.quod procedit in priuilegiis,& ſtatutis,& etiam in pœnalibus,vt eſt caſus ſingular.in l.ita vulneratus.§.multa.ff.ad l.Aqui.& probatur in l.vtrum ff.ad Sil.& de hoc dixi in j.q.ſ. eo. & ideo dicunt in terminis fere noſtris Bar.Pau.Sal.Fulgo.Alexan.Deci.& Curti. in l.venia.C.de in ius vocan.ꝙ appellatione filiorum , nepotes cõtinẽtur etiam in ſtatutis,vbi vertitur fauor publicus,& agnationis.& eſt ad hoc etiam expreſſa doctrina Bar.in d.l.liberorum.num.13.vbi dicit,ꝙ ſi ſit ſtatutum, quod filia ſtantibus filiis maſculis ſit dote contento, cum tale ſtatutum factum ſit ob conſeruandas agnationes extenditur etiam ſi quis habeat nepotes.quam doctrinam exornat Decius in con.382. viſis & diligenter.nu.8.& 9.ubi refert conſilium Fulgo. 78.q̃ doctrina notanda eſt pro intellectu pragmaticæ dotium,data Madritij anno 1534.de quo infr.dicitur nu. 19.& quod filiorum appellatione, nepotes comprehendantur , late etiã docet Chaſſan.in conſuetu.Burgun.rub.7.col.2. vbi nu. xxx. ſequitur opinionem illorum , qui dicunt quod filiorum appellatione de proprio ſignificatu veniunt nepotes,nec ſacra pagina ab iſta opinione deuiat, in qua plerumq; nepotes & alii deſcẽdentes in infinitum vocantur filii. prȩcipue Math. cap.i.& aliis locis.

12 ¶ HAEC autem opinio tot iuribus ſuffulta , non eſt ſine magna difficultate propter text. qui in contrarium videtur expreſſus in l.cum pater.§.hæreditatem.ff.de le. 2. in illis uerbis,de aliis eligendi poteſtas non fuit.in qua lege,ſecundum intellectum Dini ibi probatur, quod habens facultatem eligendi vnum ex pluribus filiis,virtute talis facultatis,non poteſt eligere nepotes.quem tex.etiam ad hoc notat Roma.in conſi.328.nu.15.verſus finem & ita illum tex. intelligunt ẽt ibi Alb.& Soc.in d.§.inſtituens.ad finem.nu. 5. quos ad hoc refert Arias Pinel in l.j.par.j.C.de bonis mater.nu.69.qui ad idem refert gl.in l.unica.ad fina. C.de his,quę ante aper.tab. ex quo videtur , quod facultas regalis data alicui ad faciendum maioratum,in unum ex filiis , quem impetrans elegerit,non porrigitur ad hoc quod poſſit nepotem eligere . & eſt aduertendum,quod tex. ille loquitur in vltimis voluntatibus,in quibus(vt ſuperius dixi) communiter filiorũ appellatione veniunt nepotes,quia in vltimis uolũtatibus debet fieri lata interpretatio.l.in teſtamentis.ff.de regu.iur.cum ſimilib.& agitur de intereſſe publico,quod teſtamẽta locum habeant.l.vel negare.ff.quemadmo.teſt.aperian.l Gallus.§.ſi is.ubi Bal.ff.de liber.& poſthu. Item cum Hiſpani in cõmuni vſu loquendi aliter vocent filios,quam nepotes , & communis uſus loquendi in quacunque materia prȩferatur etiã proprię ſignificationi.l.liberorum.§.quod tamen Caſſius.ff. de lega.3.cum ſimilibus. quę in aliis locis iſtius lecturę refero.ſequitur quod facultas regia ad faciendum maioratum ĩ filium,non poteſt in nepote verificari: qua ꝓpter in hoc pũcto & qõne ſic mihi uidetur diſtinguendum.

13 ¶ PRIMA ſit concluſio, quod ubicumque ex facultate regia vel alias conſtare poteſt,quod militat eadem ratio circa eligendum nepotem virtute licentię regalis , quę aderat uel extabat in eligendo filium,tunc facultas regia ad faciendum maioratum in filium,poteſt adimplere in nepote , ut priuilegium, uel gratia ſuum ſortiatur effectum.ratio.n.eſt lapis angularis quarumlibet diſpoſitionum , & quę limitat

uel

Source : BIU Cujas

vel ampliat leges,& teſtamenta,& alia omnia, vt ſunt iura vulgata l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de lega.2.& alia quibus lectores onerare nolo:maxime cum id latiſſime tractauerit Tiraq.in illo egregio tracta.de ceſſante cauſa par.1.nu.1.cũ ſeq.finge,quod pater prout plerumque contingit, & ego iã vidi tempore impetratæ licentiæ,habebat vnum vel duos filios,qui ante factum maioratum deceſſerunt relictis nepotibus,nam multi parentes vt filii maiorem illis reuerentiam præſtent,aut propter alios fines, quamuis habeant facultatem ad faciendum maioratum,adhuc ſuperſedent in conſtituẽdo maioratum,ſicut ego etiam vidi.nonne hoc caſu colligitur,ex veriſimili mente licentiam concedentis, voluiſſe, quod habeat locum facultas regalis,tam in nepote, quam in filio:cum in hoc caſu eadem ſit ratio,& ſit æquum, quod
14 facultas ſuum ſortiatur effectum? Ad quod eſt mirabilis caſus in l.fundus qui locatus.ff de fundo inſtr. inſtru. que lega. vbi dicitur, fundus qui locatus erat legatus eſt cum inſtrumento,etiam inſtrumentum,quod colonus in eo habuit.legato.cedit Paulus, an quod coloni fuit, an tantum id quod teſtatoris fuit? Et hoc magis dicendum eſt niſi nullum domini fuerit.quem tex. in variis locis commendat Iaſ. præcipue in l.1.nu.1.C.de ver.ſign. & in l.ſi ſtipulatus fuerim. §. 1.nu. 4 & in l.cum ſtipulamur.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu. 101.ff.de ver.ob. in quo loco ſex memorabilia dicta ad hũc propoſitum ſcribit.cui iunge Fel.in c.j.nume.4.de reſcr.& eſt alius tex.elegans in l.non vtique.in verſi.proinde. ff.de eo ꝙ certo loco.vbi ſingulariter probatur, quod quando ſimplicia ſunt inter ſe ⁊traria:mixtum aſſumit naturam illius ſimplicis,quod eſt fauorabilius. Quem text. valde commendat idem Iaſ.in l.2.in prin.nu.6..ff.de verb. obliga. Quibus etiam
15 patrocinatur tex.in l.diuus.in prin.ff.de vſu & habita.vbi cauetur,quod verba,quæ non poſſunt verificari in iure expreſſe conſtituto, verificantur in iure indifferenti, etiam ſi tale ius indifferens ſit maius expreſſo,ad hoc vt actus valeat, & ſuum ſortiatur effectum.ibi,etenim erat relictus vſus ſyluæ, & quia ſub ratione vſus,legatum non valebat,comprehenditur vſusfructus. Quem textum ad hoc ſubtiliter expendit Aret.in l.quod in rerum.§.j.ff.de leg.j. Et commendat Iaſ.in l.1.nu.j.ff.de eo quod certo loco.& eſt etiam ad propoſitum gl.non minus celebris in l.pediculis.§.item cum quæreretur. in verbo non videri.ff.de auro,& argen.leg. Nec in hac re eſt omittenda Pau.Caſt.doctrina in l.ex imperfecto.C.de teſta. vbi dicit,quod licet Princeps non præſumatur vti plenitudine poteſtatis,niſi id expreſſe dixerit & exprimat,ſecundum
16 doctri.Inn.ab omnibus communiter approbatam in ca.innotuit.de electio.& idem tenet Bal.in l.ſi teſtamẽtum. C.de teſta.idem Iaſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.50.ff.de lib. & poſth.& in l.cauſas.num.6.C.de tran.& tenent alii plures, quos omitto.id,ſecundum Pau.non procedit,quãdo ad hoc vt actus ſuum ſortiatur effectum & valeat eſt neceſſarium, quod Princeps vtatur plenitudine poteſtatis.Opinionem autem Pau.ſequuntur Decius,in c.cum inter.nu.6. de exc.Hipoli.in prac.criminali.§.quæritur.nu.20.& in l. de vno quoque.nu.20.ff.de re iu.& in l.j.§.ſi ſeruus.nu.5.ad fi.ff.de queſtio.& in ſing.84.Et pro his eſt etiam bona lex.2. tit. 33. par. *Deue declarar ſegun el tendimiento que deue ualer la poſtura.* Et gene
17 raliter præſumptio validitatis actus eſt fortior,& efficiacior alia qualibet præſumptione.l.quoties in actionibus. ff.de rebus,dub.l.quoties.ff.de ver obl.vbi late Iaſ.& in l.ſeq.& probat latius Dec.in l.in contrahenda ſtipulatione. ff.de reg.iu. & idem tradit in c.quoniam Abbas.de offi.del. & in ca.conſtitutus.nu.2.de reſcr.& in l.ſi donatione.nu.12.cum aliis.C. de colla.& in l.poſtquam liti.C.de pac.nu.23. vbi refert bo-
18 num tex.in l.qui concubinam.§ qui hortos.ff.de le. 3. Qui ꝑ bat,quod vt actus valeat,recedit a natura diſpoſitionis. quẽ tex.ad hoc notat Bart.in l.his verbis.§.fi.ff.de le.3.& traditur etiam per Iaſ.in l. ſi non ſortem.§.j.ff.de cond. indeb.& in l. ſi procurator.nu.4.ff.de cond. cau.da. & in l.ſi tibi pecuniã. nu.5.ff.ſi cer.pet. & in l.i.§.i.nu 5.ff.de noui ope.nun. Purpura.in l.rogaſti.§.ſi tibi.nu.38.ff.ſi cer. pe.Hippo.in ſingu.672. Alc.in tra.preſumpt.reg.3. præſum.34.& vide eundem in pſumptio.35.& notatur etiam per add.Seguræ,in l.ab exhære dati ſubſtituto.nu.59.ff.de vulg.quibus etiam adde Peral. in l.ſi quis in prin.nu.86.ff.de le.3.quæ omnia ſunt notabilia,& fere expreſſa pro ſnĩa,de qua ſup. egimus, & quæ alibi non reperies.Et ex his inf.faciam particularem quæſtionem.Nũ, ſi quis uirtute regiæ facultatis faciat maioratum in aliquem filium,qui non habuit effectum, poſtea poſſit iterum eligere virtute regalis licentiæ, & an per primam electionem extincta fuerit? quæ eſt quæſtio.18. Redeundo igitur ad rem, ꝑ cuius confirmatione omnia ſuperiora ſcripſi concludo, ꝙ ad hoc,vt facultas regia ſortiatur effectum, ſi concurrat eadem ratio in nepote,quæ in filio,extenditur regalis licentia, data ad faciendum maioratum in filium,ad nepotem. Pro qua ſententia eſt etiam gl.in Cle.i.in verbo,eligantur.de ele. quæ dicit,quod vbi militat eadem ratio, comprehendũtur tam ea,quæ veniunt ex lata ſignificatione vocabuli, quam quæ ex ſtricta.ad idem eſt gloſſ.in Clem.vt ij qui.de ætate,& qualita.& in cle.j.in gl.pe.de rer.permu.& in Cle. auditor.in verbo,beneficio.de reſc.cum concordantibus, vt per Alex. in conſi.216.nu.33.li.2.vbi Pari. & conſi.51.nume.3.lib.5.& 171.nu.4.cod.li.vbi vide Pariſ. Et qnod filiorum appellatio-
29 ne comprehendantur nepotes,quando eadem eſt ratio,colligitur ex Bart.in d.l.liberorum.num.12.& tenet in terminis Ioan.Faber.in d.§.fi.Inſtit.qui teſtuto.dari poſ.quem ad hoc refert Ciſuent.in bona quæſtioni.in d.l.22.Tau.& add.Seguræ.in l.3.§.fi.col.4.ff.de li.& poſth. & idem tenent communiter Doc.in d.§.inſtituens.& Alb.per illum tex.in d.l.iuſta.Soci.Iu.conſi.19.nu.2.latius in ⁊ſi.125.nu.35.ii.2. quem lector ſi res exegerit omnino legat.refertur ad hoc tex.in l.ſenatus ff.de ri.nup.Ex quibus infertur,ꝙ pragmatica dotium, quæ taxat quantitatem,quam parentes poſſunt dare in dotem filiabus,procedit etiam in nepotibus.nam quamuis ſit lex exorbitans, quia eadem eſt ratio prohibitionis in iſto caſu in nepotibus,quæ in filiabus,vt aperte patet.& dicta lex eſt introducta in fauorem reipublicæ,in nepotibus procedit,ſicut in filiabus.Imo ſi recte conſideretur,maior ratio prohibitionis adeſt in iſto caſu circa nepotes, quam filias. Et non eſt æquum,vt parentes neptes & nepotes filiis, & filiabus anteponant,donando, & dotando neptes vltra æquum in maximum incommodum,& damnum filiorum,quod permittendum non eſt.Et licet plura contra iſtam illationem adduci poſſint,quæ ſciens omitro,præcipue, quia tenor prædictæ legis eſt inſpiciendus,nec vltra diſpoſitio trahenda,& alia ⁊ſimilia:conſiderata tamen mente,& radice illius legis,iſta illatio iuri conſona videtur & pro ea faciunt conſilia Decii, & Ful.quæ ſ.retuli.nu.11.

20 ¶SECVNDA principalis ſit concluſio,quod quotieſcũque pater tempore,quo utitur facultate regali, quam habet ad faciẽdum maioratum in filium, habet filios ſimul & nepotes,non poteſt facere maioratum in nepotes.quæ concluſio deducitur ex Ioan.Fab.in d.§.fin.vbi dicit, quod verbum (filii) non verificatur in nepotibus,quando adſunt filii, qui ſunt in primo gradu,per tex.in d.l.liberorum. §. quod tamẽ Caſſius ff.de leg.3.& idem tenet Deci.in conſi.j.in fin.& Alc. in d.l.iuſta.nu.3.vbi dicit,quod dum ſuperſunt filii, qui prĩ nominati ſunt,non eſt locus cœteris poſterioribus deſcendẽtibus.Et hoc verum mihi videtur, & ex mente omnium legum & Doctorum,qui in hac materia loquuntur.Et ꝑ hac concluſione facit,quia a forma data per principem in quã-
21 tum poſſibile fuerit,non eſt recedendum. l.ſi pupillorum.§. i.ff.de reb.eorum facit glo.in l.non debet.ff. de regu. iur.per quę iura tenet Greg.Lopez in l.6.titu.11.par.6.in glo. in verbo *no ualdra.* in ver.etſi data fuit licentia. quod habens licentiam ad vendendum bona maioratus,non poteſt virtute talis licentię illa obligare,uel hypothecare. & ad hoc faciunt ſcripta per Decium in d.l.non debet. Euerar.in cẽtum locis. loco.65.a minori.Et Io.de Imo.& Ale.nu.7.in d. §.inſtituẽs. dicunt, quod ſi quando diſpoſitio confertur in futurorum filiorum appellatione,comprehenduntur nepotes:quia par affectio teſtatoris ad nepotes pręſumitur filiis præmortuis, ſi neptes ſuperſunt.Notatur pet eundem Alex.in con.26.videretur fortaſſe.lib.3.& facit notabile conſilium Angel. 88. Pręterea, quando diſpoſitio non poteſt uerificari in perſonis filiorum primi gradus ſub filii nomine, ſut ſuum ſortiat effectum in nepotibus,qui ſunt in ſecundo gradu procedit, alias ſi ſortiri poteſt effectum,non verificatur in nepotibus l.Lucius.vl.ff.de hęred.inſt.l.2.§.ſi mater.ff.ad Tert.& ex Bar. in d.l.liberorum.deducit Aret.in d.§.inſtituens.nu. 39. & tenent Car.Abb.nu.8.poſt Hoſt.in d.ca.ad extirpandas.tradit notabiliter Carol.Ruinus,in conſi.132.nu.7.lib.3.vbi dicit, quod ſi fundatore uiuo,filius primi gradus fuerit mortuus, prouiſio facta filio,verificatur in nepotibus. Et idem tenet
22 Caro.Ruin.in conſ.203.nu.22.li.2.& in conſ.154.nu.4. eod. lib.Et iſta faciunt etiam pro præcedenti cõcluſione.& quod diſpoſitio vbi poteſt habere locum in filiis primi gradus,nõ extendatur ad nepotes,tenet Bar.in d.l.liberorum.nu. 18.& probatur in d.l.Gallus.§.idem credendum.& notatur ꝑ Ludoui.Gozadi.in conſi.26.nu.6.& Bart.Soc.in conſi.104.quoniam pręſens conſultatio.lib.3. Quod præterea fundatur,qa licet ex his,quę in principio huius quęſtionis dicta ſunt perſuaſum pluribus ſit,quod licentia data per regem ad faciendum maioratum eſt potius amplianda,quam reſtringenda, ego ſemper in ea fui ſententia, quod id uerum eſt,ubicum-
23 que non agitur de præiudicio aliorum filiorum, quibus legitima tollitur,uel ualde diminuitur,ex confectione maioratus.Nam ſi ad ſint alii filii, vel nepotes quibus fit pręiudicium ex tali facultate,talis licentia potius debet reſtringi,q̃

amplia

Source : BIU Cujas

ampliari,in aliorum filiorum,vel nepotum prejudiciū,quia siue sit beneficium siue sit priuilegium in præiudicium aliorum stricte debet interpretari.l.2.§.merito.& §.si quis a principe.ff.ne quid in loco publi.cum similibus.imo talis facultas potius est dispensatio,quam gratia ,vt supra late docui.ī d.q.3.nec qequam refert, quod frater maior teneatur alios filios alimentare,quia alimenta cum vita finiuntur, & experientia cognitum est, quantas necessitates patiantur fratres minores illius, qui maioratum possidet. nam quodammodo sunt serui fratrum primogenitorum.notum autem est q̄ Bart.in d.l.liberorum.nu.7.palam affirmat,quod vbicumq;
24 princeps concedit alicui priuilegium contra ius commune, quia priuilegia sunt stricte interpretanda mixta.l.si quando C.de inoffi.te.cum similibus. Tunc filiorū appellatione nō veniunt nepotes.Et omnes post Bar. ibi, & vbique ꝙcludūt, quod in qualibet materia stricta,prout in statutis vel cōtractibus,filiorum appellatione,non veniunt nepotes.quod late traditur per Iaſ.in l.si extraneis.nu.20.ff.de cond.cau. data & est communis opinio,quam sequitur Ange.Are.in d.§.fi. Inst.qui test.tuto.da.& regulariter in qualibet materia odiosa,filiorum appellatione non comprehenduntur nepotes. l.lege Iulia.§.hoc capite.ff.de rit.nup.l patri.ff.de adul. notat
25 Bar.in d.l.liberorum.nu.6.Episcop.Couarr. Resolutio.lib.2. c.8.nu.2.Et ex his fundatur doctrina Gregorii Lopez, quem Deus est mihi testis, postquam hæc scripsi a me visum in l. 32.tit.9.par.6.in glo.in verbo,*no valdra*.vbi expresse tenet, q̄ si concessit princeps licentiam alicui ad faciendum maioratum in vnum ex filiis,etsi pater plures filios habet, non potest facere maioratum in nepotem,quia secūdum eum, vbi cumque agitur de præiudicio alterius dicitur priuilegium talis licentia Et quando nullius vertitur præiudicium, dicit beneficium.refert notata per Bar.in d.l.liberorum.& ibi scribit alia ad propositum huius materiæ. Pro quo vltra superiora facit,q̄ prohibitio de non alienando facta filiis, eo qa est odiosa,non extenditur ad nepotes.tex.in Auth.de rest.§. *nos igitur.coll.9.*vbi notatur,& per Cinum & Bald.in l.voluntas.C.de fideicommiss.vbi etiā Sal.& alii,quos refert Ale. in consil.55.ponderatis.nu.xi.lib.3.de quo latius tracto in 2. parte huius operis,q.6.nu.67.Et hoc tenendum est,quamuis idem Grego.Lopez parum sibi constans in l.2.titu.15.par.2. in glo.in verbo,*Si dexasse filio*.in versi.& etiam contrarium ex diametro teneat.vbi indistincte affirmat,quod habens facultatem ad faciendum maioratum in filium, non potest face-
26 re in nepotem.Et ex his infertur, quod si pater habeat regiā facultatem ad faciendum maioratum in filium , qui plures filios habet,quod non potest pater in præiudicium filii facere maioratum in aliquem nepotum,nisi patre consentiente sed si filius consentiat,nihil est quod impediat, quo minus ī aliquem nepotum possit facere maioratum, ratione cessante eorum,quæ supra dicta sunt.Et qualiter pater vnicum tātum filium habens, ex quo habet plures nepotes possit vnū ex nepotibus filio omisso meliorare, tradit Episco. Couarr. resolutio.li.j.c.19.nu.4.quem sequitur contra Anto. Gome. Licentia.Tello.in l.18.Tau.nu.2.nec his obstat.d.l.18. Taur. imo pro ista opinione facere videtur, quia cum d.l. specialiter hoc statuat in melioratione, in aliis casibus contrarium est iudicandum . Nec obstat similitudo,aut æquiparatio de melioratione tertii,& quinti,quia non omne simile est idē. c.innotuit.vbi Abb.no.7.de ele.c.2.de transl.præl.l.j. C.de veter.iur.enuclean.gl.vulga.in l.quod Nerua.ff.depo.Et quando duo sunt similia secundum quid,& non simpliciter , tūc non procedit argumentum a simili, si.in eo in quo fit comparatio sit dissimilitudo,secundum Arch. Domi. & Præpositum in c.relatum.37.di.Abb.& Imo.in c.translato.de cons. Explicat notabiliter Euerard.in centum locis,loco x.a simili.unde licet maioratus & melioratio æquiparentur quo ad reuocationem,est secundum quid,& illo casu,& non generaliter,vnde in nostro casu similitudo non procedit.

27 ¶ TERTIA sit conclusio, Quod quotiescunque quis a principe impetrauit regiam facultatem ad faciendum maioratum ī filium,quem proprio nomine vocauit in facultate impetrata,non potest vti tali facultate in fauorem nepotis, etiam si sit nepos ex filio in licentia nominato,vt colligitur ex Bar.in d.§.instituens.& notant communiter Docto. in l. Gallus.§.idem credendum.ff.de libe.& posthu.Gozad.in cō si.29.nu.15.facit tex.in l.si diuersis.ff.de cond. & demonst.per quam Bar.tenet,quod quando conditio est explicanda in p̄ sona alicuius sub nomine proprio,non potest explicari in p̄ sona hæredis.notat Bar.Soc.in consi.29.nu.11.li.3.& conducunt notata in cap.quoniam Abbas.de offi.delega. & hanc etiam sententiam,postquam hæc scripsi, reperi quod tenet Grego.Lopez in d.l.2.ti.15.per l.si quis ita.vbi Bar. ff.de test. tutel.

28 ¶ COGITA etiam lector, quando alicui conceditur p̄ principem facultas faciendi maioratum in filium, propter seruitia illius,cui licentia conceditur , an virtute talis licentiæ possit facere maioratum ī nepotem,licet filium habeat? Quia Bal.in consi.303. ad euidentiā præmittēdum est.col. 2.ver.item ista interpretatio.li.2. dicit, quod si priuilegium fuit concessum cuipiam,& illius filiis propter seruitia , licet in tali priuilegio regulariter non comprehendantur nepotes,propter seruitia tamen illius, cui priuilegium cōcessum fuit,possunt nepotes tali priuilegio gaudere.quam doctrinā reperio relatam a Titaquel.in l.si vnquam.C.de reuoc.don. in verbo.donatione largitus.n.55.quod dictum,licet in aliis casibus possit esse verum,in nostro proposito minime tenē dum puto: cum remuneratio benemeritorum non debeat extendi in præiudicium filiorum illius, q̄ maioratum facit, in quorum damnum pater vult facere maioratum posthabitis filiis,qui sunt in primo gradu. Sed tamen ex prædicta
29 doctrina Bal.potest inferri intellectus ad l.4.& 5.ti.i.li.4.ord. quæ dicunt,quod filii illorum , quos Rex nobiles fecit & armauit,debent gaudere priuilegio nobilium,si tamen concepti fuerunt post datam nobilitatem.Nam si talis nobilitas ꝙ cessa fuit propter seruitia facta regi in bello,vel alias,videtur quod nepotes tali priuilegio gaudere debēt,quamuis in priuilegio id non sit expressum.ad quod etiam facit,quod cum agitur de remuneratione,lata debet fieri interpretatio,secūdum Guil.de Cugn.in l.3.in prin.ff.quod quisque iuris. Dec. in c.ult.col.2.de const.& alios plures,quos refert Tiraq.in d. loco,nu.89.in quo maturius est cogitandum quia hæc priuilegia immunitatum,& releuationum a tributis,sunt in multorum præiudicium,& ideo strictius sunt interpretanda.l.ex facto.in prin.vbi Doct.ff.de vulg cum concordantibus.Et q̄ priuilegium immunitatis sit stricte interpretandum:cum sit contrarium publicæ vtilitati,patet, quia excusat priuilegiatum a muneribus & tributis, quę in alios transferuntur. in effectu enim nihil Rex ex propriis reditibus amittit,vt patet ex legibus regni.Præcipue,ex pragmatica Regis Ioannis,data Toleti,anno.1422.& l.1.ti.4.li.4. ordina.licet ꝺrium esse. de iure communi,secundum Spe.Et Io.An.in tit. de censib. §.nunc dicendum.ver.quid si vniuersitas.Henri.Card.& Anton.in c.peruenit.de immu. eccle. & est communis opinio, secundum Iaſ.in l.auus.nu.9.ff.de pact. fundat late Stephan. Bertran.in consi.181.nu.22.li.3.concludentes, quod priuilegium immunitatis concessum per principem, non præiudicat ciuitati,sed ipsi principi,qui minus percipere debet, Sed nos leges regni seruare debemus. ex his ergo constat, quod tale priuilegium,est stricte interpretandum,quia vtilitas cōmunis semper præfertur priuatæ. auth. res quę. C. cōmunia de lega.tex.singularis,qui non refertur in l.unica.§.ult.ī ver. tantum etenim.C.de cad. tol.Et quod talia priuilegia immunitatis sint restringenda,voluit Pau.in l.maritum.ff.sol.ma. Ale.in l.quia tase.ff.solu.ma.& alii,vt per Ripam, responso, 183.nu.19.notat eleganter Iaſ.in consi.83.li.3. & est bona.l. 10.tit.18.par.3.Et pro hoc in simili facit,quod priuilegiū immunitatis(quia censetur contrarium publicę vtilitati , cum excuset habentem a muneribus publicis non porrigitur ad descendentes ex fœminis,secūdum glo.in l.si ita scriptum in verbo vocabulo.ff.de leg. 2. quę ita intellexit text.in l.i.ff. de iure immu.notat Alb.in eadem.l.j.Bart.in d.l.liberorum. nu.7.ff.de verb.signifi.& alii,quos refert Arias Pine.in l.3.C. de bo.mater.nu. 32. & hanc opinionem in hac specie tenet Otalora,quem legi postquam hęc scripseram , quamuis nō ita fundet in tracta.de nobilita.4.par.c.3.nu.6. & idem tenet in c.j.eadem.4.par.nu.7.

30 ¶ SED dubitari potest, an virtute licentię datę alicui , vt possit facere maioratum in filium,ualeat eligere nepotem, qui non erat conceptus tempore impetratę licentię? Dubiū facit quędam doctrina Francis. de Aretio, in subscriptione facta ad quoddam consilium Barth.Soc.152. casus iste non est nouus.nu.13.lib.1.ubi dicit,quod filiorum appellatione, non veniunt nepotes,qui nondum erant nati tempore testamenti,nec tempore mortis testatoris,per text. & glossam in l.si cognatis.ff.de reb.dub.in quo conti. etiam subscripsit Io. Bap.de Caccialup.& pro hac doctrina plura refert Tiraq.li. j.de retra.§.i.glo.9.nu. 85. & in numeris antecedentibus . vt cunque autem sit in eo casu,in quo Are.loquitur,in nostro casu ego existimo, quod si sit eadem ratio in nepote, quę in filio & ille,qui vult facere maioratum filios nō habeat, potest fieri maioratus in nepotem virtute talis licentię, licet ꝺceptus non fuerit tempore datę licentię , vt facultas non sit illusoria,sed effectū sortiatur . & pro hac opinione faciunt aliqua,quæ scribit Tiraq.in d.loco.nu.86.cum aliis. nec obstat doctrina Aret.quia illud est, propterea quod ex mente testatoris non censentur vocati nepotes nondum nati tempore testamenti,q̄ cessat in nostro casu . Et hęc mihi videntur in hac quęstione,quę de facto quotidie contingit.

31 ¶ NO-

Source : BIU Cujas

31 ¶NOTANDVM etiam est in hac materia, quod si qs habeet a Principe facultatem faciendi maioratū in nepotē pōt illud facere in nepotem fratris filium, nisi habeat nepotem, vel nepotes ex filio. quod suaderi potest ex doctrina Iacob. de Bel. per tex. ibi, in c. i. §. similiter. nu. 5. quib. mod. feu. ami. vbi dicit, quod si quis acquisiuit em phyteusim pro se & suis nepotibus, intelligitur etiam de filiis fratris. & idem dicit esse in priuilegiis per tex. in l. si instituta. §. 2. ff. de inoffi. testa. & l. hæredibus. §. vult. ff. ad Treb. sed contrarium in nro proposito est verum, per ea, quæ scribit Dec. in c. per tuas. n. 5. de prob. vbi Mo. Paris in add. Et quia nos nunquam communi vsu loquendi vocamus nepotem fratris filium, sed sobrinum, quod notissimum est: vnde cum in quacunq; materia, & dispositione seruandus sit communis loquendi vsus, qui propriæ etiam significationi præfertur. l. liberorum. §. q tamen Cassius ff. de leg. 3. l. 4. ti. 33. par. 7. sequitur, quod in p̄dicto casu, etiam si quis non habeat nepotes descendentes, non potest vti facultate regia in fauorem filiorum fratris, & pro hoc facit notabilis doctrina Bal. in l. si auiæ. num. 3. C. de succe. edi. vbi inquit, quod si statutum dicit, quod filii & nepotes excludant fœminas, non intelligitur de filiis fratrum, nisi statutum diceret, quod fratres & nepotes defuncti excluderent fœminas: quia tunc filius fratris dicitur nepos ex natura copulæ, quæ sunt eodem genere. l. cum de Lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. l. vlti. §. cui dulcia. ff. de vino, triti. & oleo lega. & ad hoc facit doctrina Cornei in consi. 47. col. 3. li. 4. vbi concludit, quod dispositio testatoris, faciens mentionem de nepote, non verificatur in filio fratris. Et postea tradit, quod omnes Doct. tenent, quod in materia stricte interpretanda, nepotis appellatione, non venit filius fratris, vel sororis. Et confirmat Soci. Iun. in consi. 41. nu. 12. lib. 1. Et hoc est tenendum, quicquid concludat Barth. Soc. in consi. 124. nu. 1. lib. 4. & aliis, quos refert Reb. in tomo. 2. ad consi. re. tra. de censib. actio. art. xi. gl. 5. Et Io. An. in c. fundamenta. de ele. in 6. vbi vult, quod illa cōsuetudo, qua filios fratris nepotes appellamus, non indiget probatione. quem refert Greg. Lo. in l. 7. tit. 2. in gl. in verbo, *Paladino*. par. 1. Cur. de feu. part. i. q. i. nu. xiii. Et quod filius fratris improprie dicatur nepos, tradit Abb. consi. 89. nu. 2. li. 1.

32 ¶DVBITO etiam circa istam quæstionem, pone quod Rex dedit alicui facultatem ad faciendum maioratum in vnum ex filiis, quam exequutioni mādauit, & constituit maioratuu in vnum filium, qui viuo patre, decessit, ita quod in illius personam maioratus effectum habere non potuit: an possit postea eligere nepotem., nempe filii filium ad maioratum? Et videtur, quod in isto casu cum maioratus non habuerit effectum in persona filii, potest pater eligere nepotem. Ad quod est notanda doctrina Bart. in d. l. liberorum. nu. 18. in versi. quæro quid. quam sequuntur Alex. in consi. 105. nume. 3. lib. i. & in cons. xi. lib. 3. Deci. in consi. 95. nu. 5. ver. 4. & vltimo apud quos lector rationes dubitandæ huius quæstionis videre poterit, circa quam vide etiam, quę scribo in q. 18. ī. eod.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione, quomodo in priuilegiis filiæ ueniant.*
2 *Resolutio præsentis quæstionis.*
3 *Statutum contra ius commune, loquens de masculo, non comprehendit fœminam.*
4 *Licentiam habens ad faciendum maioratum in filium potest facere in filiam, ubi filii sunt mortui, uel facti religiosi.*
An facultas concessa ad faciendum maioratum in filios, possit in filiabus verificari.

QVAESTIO DECIMASEXTA.

DEcimo sexto quæro, vtrū, si quis habeat a Principe facultatem faciēdi maioratum in vnum filium, possit illum facere in aliquam filiam? Sunt etenim aliqui parentes, q magis amāt filias, quam filios, vel ob quandam intrinsecam affectionē naturalem, vel quia forte filios odio habent, quia matrimonium contraxerunt post licētiam impetratam, cum aliqua muliere indigna dignitate & honore parētum, vel propter
1 aliam consimilem causam, quæ quotidie cōtingunt. Quod autem patri liceat vti tali facultate in fauorem filiæ exclusis filiis per suaderi possumus, quia etiam in priuilegiis, masculinum concipit fœmininum, secundum Bal. in c. ad audiē tiam. in 1. col. fi. de rescr. & Domini. in c. generali. de elect. lib. 6. nu m. 9. vbi infert, quod priuilegium immunitatis concessum alicui ex filiis, etiam filiabus competit. Et pro hac conclusione facit tex. in l. i. §. fi. ff. de iu. immunitatis. vbi excipiūtur in priuilegiis descendentes ex fœminis, non autem fęmine. & hęc est communis opinio, secundum Decium in l. fœminæ. nu. 118. ff. de reg. iu. pro qua ego adduco bonum text. in l. iusta. ff. de uerb. signi. de quo etiam egimus in præcedenti quæstione. vbi dicitur, iusta interpretatione recipiendum est, vt appellatione filii, filia familias comprehendat. & hæc & alia similia faciunt pro hac sententia. Ego in præsenti q̄stione existimo. quod vbicumque pater filios habet tempore, quo vult facere maioratum, non potest facere maioratū in filiam, quia quod in priuilegiis filiorum appellatione veniant filiæ, non est sine dubio, quia plerique tenent contrarium, inter quos est Signorol. in cons. 184. in quæstione vertente inter durantem. vbi dicit, q̄ priuilegium datum alicui legitimandi filios, non extenditur ad filias. & idem tenet prę positus in c. per venerabilem. §. quod vero. nu. 125. qui fi. sint legi. & Hippo. in fin. 536. habuisti & alii, quos refert Mo. Pa. in add. ad Dec. in d. l. fœminæ. in verbo, filiabus. quos ipse sequitur rationem adducens, quia non est tanta ratio in fœ-
2 minis, & quia priuilegium exorbitat. Vnde in proposito nostro videtur, quod licet fœmina sit capax maioratus, hoc est defectu masculorum, & non alias, vt probatur in l. 2. tit. 15. par. 2. & in aliis locis, quos infra in alia quęstione referam. & per masculos agnationes conseruātur. l. i. §. publicę. ff. de vē tre inspicien. l. cum legitimæ. ff. de sta. ho. l. iurisconsultos. ff. de gradib. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de ver. sig. Et ideo statuta Italiæ, per quæ cauetur, ne fœminę succedant stantibus masculis, iusta censentur, quia per ea familię masculorum conseruantur, alias non essent licita, secundum Cin. in l. 1. C. de adul. & Bald. Imo. in l. fi. ff. de hære. inst. & alios, quos refert Epi. Coua. resol. li. 3. c. 5. nu. 5. Et eadem ratione primogeta licita sunt, secundum Præpo. in c. ius naturale. dist. i. col. 3. & ideo Principis voluntas in hoc videtur tendere verisimiliter, vt maioratus fiat in masculo, & non in fœmina, quod si pater odio habet filios, & non vult in illos facere maioratum, petat a Rege nouam licentiam: nam hoc casu, quando pater exclusis filiis, vult facere in filiam maioratum, licentia redditur odiosa propter prædicta & quia est in præiudicium legitimę aliorum filiorum. Et ideo dicit Ale. in consil. 135. li, i. quod in statuto odioso, quod stricte debet interpretari, masculinum genus non concipit fœmininum. Et Bart. Cepo. in consi. 26. & idem Ale. in consi. 24. anima duersis. li. 2. & alii, quos refert Deci. in d. l. fœminę. num. 116. cui adde
3 eundem Alex. in consi. 234. puto circa dubium. li. 6. ubi late suffentat, quod statutum contra ius commune loquens de masculo, non comprehendit fœminam. refert notata p gl. & Bar. iu l. i. ff. de uer. sign. faciunt etiam scripta per Fulg. quē etiam prædicti non referunt in consi. 75. ex facto proponit. de cuius consilii veritate, ego in alio loco tracto. Et possumus etiam inducere pragmaticam dotium datam Madritii, anno. 1534. qua statutum extat, quod patres non possunt filias meliorare in tertio & quinto pro dote, nec illas dotare
4 nisi in quātitate, quæ ibi exponitur. Et ex his apparet, quod vbicumque post licentiam impetratam ad faciendum maioratum in filium uel filios, moriātur tales filii masculi, vel intrent religionem, aut aliam quamlibet incapacitatem patiantur, potest pater vti licentia in fauorem filię fœminę, qa isto casu cessant, quæ supra tradita sunt. Et ad hoc facit. l. i. §. pen. ibi, fratribus suis non obstabit. l. sed si ex modica. §. si filius. ff. de bon. libe. l. i. §. pen. ff. de bon. poss. coutra tab. & conducunt alia plura, quæ scribo in hac. i. par. q. 2. nu. 14. & 15. Et quod notat Montalu. in j. ti. 3. in gl. in verbo. *asu fiio*, uersi. item nota, quod ubi est consuetudo li. j. for. & ista conclusio probatur in d. l. 2. ibi, *que si fiio uarō y no ouiesse la fiia, mayor, credasse el reyno*. vbi Grego. Lopez in glo. *hiio varō*. ductus solum modo auctoritate illius legis, tenet præcedentem conclusionem. Et ista procedunt etiam, si in facultate regia adiiciant hæc uerba. *Podays hazer mayoradgo enel hiio o hiia, que quisieredes* Nam talia uerba debent intelligi, & moderari secundum ordinem a iure præscriptum & rationem. quod constat ex iā dictis. & l. si quando. C. de inoffi. test. cum similib. Ex quibus etiam infertur, quod si pater vel mater habeat filios masculos, non potest in tertio filias meliorare, sed contrarium credo propter generalitatem tex. in l. 27. Taurina in illis verbis, *descendientes legitimos*. quia descēdētium appellatione, veniūt fœminę. Auth. de hære. ab inte. venientib. in prin. collat. 9. cū similibus, quæ scribo in 2. par. tra. q. 6. n. 86. hoc autem intelligendum est in vltima voluntate, non tamen in contractu inter uiuos, & ob causam dotis, propter dispositionem dict. pragmaticę, quæ hodie habetur. in l. 1. titu. ij. libro, v. ordin. nou.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, quomodo amittatur per non usum.*
2 *Facultati faciendi aliquid libero arbitrio non præscribitur.*

3 Ele-

Source : BIU Cujas

3 *Electio competens primogenito iuxta Galliæ morem, durat perpetuo.*
4 *Intellectus ex prædictis.*
Meliorato datur facultas per legem Tauri. repudiandi hereditatem & acceptandi meliorationem.
5 *Intellectus ad l.60.Taurinam.*
6 *Intellectus ad.l. 26.ti.9.par.6.*
Legato uno de equis testatoris, uel uno de seruis, aut de aliis similibus rebus, & i edetur electio, non solum ipse, sed etiam illius hæres eligere potest.
An per non vsum amittat quis licentiam, quam habet ad faciãdum maioratum.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA.

DEcimo septimo quæro, intra quantum tempus ille, qui à rege licentiam impetrauit ad faciendum maioratum teneatur illam executioni mandare ? quia plerumque patres in hoc moram trahunt, vel quia non illico volunt dispo nere de bonis suis, vel quia maturius volunt cogitare, in quem filiorum de pluribus, quos habent facient maioratum, vel propter alios plures fines. Quæstio
1 etiam est noua, in qua difficultatem facit textus. in l. prima, ff. de nundi. vbi probatur, quod habens priuilegium vtendi aliqua re, si habet facultatem vtendi, & illa non vtitur amittit priuilegium. & idem probatur in l. tertia, titulo septimo. parte quinta, in fine legis, & in l. xlii. titulo, decimo octauo. parte tertia, ibi, *Priuilegios y ha de otra manera que da ei Rey en que otorga a aquellos los da, que fagan alguna cosa nueuamente, que non pueden fazer sin mandado del: assi como feria o mercado, o si les mandasse que uendiessen alguna cosa que era ante uedada, o que sacassen alguna cosa del reyno, que por uedamiento no ossassen antes sacar, o si usassen de uender por una medida, e les otorgasse que uendiessen por otra, o otras cosas qualesquier, que fuessen de estas maneras. Tales priuilegios como estos duran para siempre si usaron dellos por diez annos.* Cuius legis verba ideo libentius retuli, quia ex ea confunditur quædam opinio Archidiaconi in capitulo, primo, quæ incipit, priuilegia. duodecimaquinta quæstione secunda. vbi tenet, quod dicta, l. prima. ff. de nundi. procedit in nundinis. & in casu in quo loquitur, & non vltra, quia in nundinis agitur de præiudicio multorum, quia de sui natura priuilegium est perpetuum. l. falso. C. de diuersis rescriptis, vbi glossa. videtur tenere hanc opinionem, quia dicit speciale esse in nundinis, vbi idem tenet Albericus. & multis medijs confirmat Decius. in capitulo, cum accessisset. numero decimosexto, de constitutionibus. qui tamen post Felinum. numero decimoquarto, dicit, quod contra Archidiaconum, est communis opinio. quod etiam constat, ex adductis per Iason. in dicta. l. falso. nu mero. primo, & per Decium in consilio, ccccccviij. no tanda est igitur. dicta l. parte. pro opinione communi, quia lex partitæ loquitur generaliter in casibus in illa ex pressis, & in aliis non expressis. ibi, *o otras cosas qualesequier*. licet autem hæc vera sint, contrarium in proposito nostræ quæstionis verum esse existimo. quod primo pro batur per. l. xliij. Taurinam. quæ dicit, quod licentiæ datæ per Reges ad faciendum maioratum, non expirant per mortem concedentis. quæ lex generaliter loquitur in illo casu, & absque vlla distinctione : cum tamen contingere possit, quod hodie quis quis impetret licentiam, & hinc ad annos viginti non faciat maioratum, quos & plures viuere potest Rex concedens licentiam. Et hæc conclusio etiam confirmatur, quia cõ muniter per licentias, quæ conceduntur ad faciendos maioratus, relinquitur impetranti dispositio libera faciẽdi ma ioratum, siue in vita, siue in morte, vt patet ex licen-
2 tiis, quæ ad hoc dantur. Certum autem est, quod vbi faciendi, est expresse posita in libera volũtate illius cui fit con cessio, illi voluntati non præscribitur vllo tempore, gloss. est notabilis in capitulo priuilegia. in glossa, penulti. de priuilegiis quam ibi commendat Antoni. & sequitur Calderin. in consilio primo titulo, de præscriptione, & est aurea & multum notabilis, secundum Felinum, in dicto capitulo, cum accessisset. numero 16. vbi dicit, quod alias vidit in ardua quæstione: cum Imperator dedisset per suum priuilegium, vni nobili facultatem faciendi molendinum, cum clausula ad libitum voluntatis suæ, & ipse per multos aunos non fuisset vsus tali facultate, quod eam non amisit. quod confirmatur ex eo, quod scribit Iacobus Aluarotus, in capitulo feudum. versiculo, ex qua glossa. in titulo si de feudo fuerit controuersia. vbi dicit, quod si res feudalis concedatur per hęc verba, scilicet, quod dominus dat feudum recipienti & successoribus, quibus dedit, per hęc verba censetur data libera voluntas alienandi pro libito voluntatis, & operantur illa verba, quod feudum transire possit ad hæredes extraneos. No. tatur per Albericum, in l. finali, colum. secunda versiculo, nunquid hęc lex. C. de iure emphyteu. & per alios, quos referunt Alex. in consi. 189. viso li. 2. Dec. in cons. 171. in cau sa venerabilium. num. 2. & hæc conclusio etiam ostendi-
3 tur ex expressa doctrina Modern. Parisiensis in consuetu dine Parisiensis, titulo primo de materia feuda. §. 10. numero primo, vbi dicit, quod cum iuxta legem Galliæ, primogenito competat electio sui præcipui, siue circa mansiones, siue iugera : in defectum mansionum hæc facultas durat in perpetuum, donec sortita fuerit effectum : quia illud ius, & facultas eligendi competit ei iu re, & nomine proprio per modum iuris, & ad sui commodum, & sic est perpetua, & transmittitur ad hære dem, secus in facultate eligendi, quæ competit alicui iu re alieno, & pro alio. refert notata per Bartolum, Paulum Alexandrum. & Iason. in l. si stipulatus fuerim. in principio. ff. de verborum, obligatione quæ doctrina no tanda est ad intellectum. textus in lege vigesimaprima. Taurina. quæ dat facultatem meliorato repudiandi hæreditatem, & acceptandi meliorationem. & ad intellectum textus in lege vigesimanona, in eisdem legibus, quæ concedit facultatem ei, qui dotem recipit, vt eligere possit valorem bonorum eorum, qui in dotem ei dederunt, vel valorem tempore datæ dotis, vel mortis eius qui de
5 dit. Et ad l. 60. Taurina, quæ dicit, quod quando mulier renuntiat bonis constante matrimonio acquisitis, non teneatur ad soluenda debita, prout latius in dictis legibus
6 cauetur. Et ad alias plures leges regni, horum vicina est lege vigemasexta, titulo nono, particul. sexta, quæ dicit, quod si alicui sit legatus vnus de equis testatoris, vel de seruis, aut de aliis similibus rebus, & ei detur electio, non solum ipse sed illius hæres eligere potest, vt plenius. d. l. dicit. ex quibus apparet, quod hęc secunda opinio est tenenda in nostro proposito.

SVMMARIVM.

1 *Refertur ad præsentem quæstionem doctrina Greg. Lopez qui dicit quod si primus filius in quem facta est maioria acceptauit illam, & effectum fuit consequutus non potest iterum eligere.*
2 *Licentia data ab homine, intelligitur de prima licentia, & generaliter simplex concessio intelligitur in primo actu.*
3 *Dispensatio in primo actu verificatur.*
4 *Licentia concessa Cardinali, vt testari possit, an extinguatur in primo testamento.*
5 *Actus odiosi extinguntur morte mandantis.*
6 *Resolutio huius quęstionis.*
7 *In materia fauorabili, dispositio non consumitur in primo actu.*
An pater semel electione facta virtute regalis licentiæ, possit iterum eligere.

QVAESTIO XVIII.

DEcimo octauo quęro, quid si Rex concessit licentiam alicui ad faciendum maioratum in vnum ex pluribus filiis, quem elegerit, & fecit in quendam ex pluribus filiis, qui viuo patre decessit, & maioratus reuertitur ad patrem, an possit virtute regalis licentię alium elige re filium, & in eum facere maioratum ? In qua quæstio ne Gregor. Lopez in lege vigesimatertia, titulo nono, parti. sexta, in glossa, in verbo *no ualdra*. in versiculo, quid si Rex. ita distinguit. nam dicit, quod si primus filius, in quem facta est maioria acceptauit illam, & vigore facultatis fuit effectum consequutus, quod tunc non potest iterum eligere vigorę regię facultatis. mouetur ex l. cuius bonis. ff. de curato. furio. & l. boues. §. hoc sermone. ff. de verborum significatio. quam omnes referunt ad probandum, q regulariter quęlibet dispositio in primo actu verificatur. Si vero ante actum perfectum filius mortuus fuit, & ante acq sitionem, dicit, quod tunc iterum pater absque noua licentia poterit eligere alium filium, & in illum facere maiora

Source : BIU Cujas

sum.argumen.capitu.si compromissarius.& ca.si electio.de electionibus. in sexto. & citat alias auctoritates: vide amus qualiter hæc sententia Gregor. Lopez procedat. Nam pro primo membro sue distinctionis, quod sit noua licentia necessaria, quando filius acceptauit maioratum, & actus habuit effectum, facit etiam doctrina Bal. in l. veluti. l. hęc vox. ff de edendo. vbi dicit, quod in licentia data ab homine, intelligitur de prima licentia. idem Bald. in l. si vt proponis. la seconda. columna prima, & vltima. C. quomodo & quando iudex. per tex. in l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legatis tertio. & per hoc dixit Alexan. in consilio 81. lecto & discusso. numero 8. libro 3. quod commissio facta per summum Pontificem de dando licentiam Abbati ad concedendum bona in emphiteusim, extinguitur cum primo actu, & concessione. Notat in bono casu Socin. Iuni. in consilio 25. numero 9. libro secundo. Et generaliter simplex concessio, primū actum tantum recipit. l. dotis promissio. ff. de iure dotium. l. placet. ff. de liberis. & posthumis. capit. non potest. §. primo. de præben. in vi notat Calderi. in consilio 16. de iure patrona. Felin. in capi. secundo. de treg. & pace. de quo puncto varia scribit Tiraquel. in dicto §. hoc sermone. & hoc apertius procedit vbicunque ille, qui maioratum fecit alios habet filios, quibus præiudicium fit ex maioratu, quia hoc casu licētia, & priuilegium dicitur odiosum, secundum ea, quæ scripsi in tertia, & decima quæstione. supra eodem, & in aliis locis: cum sit necessaria principis dispensatio & derogatio legum. Et dispensationes in primo tantum actu verificantur, cap. ordinarii. vbi glo. in verbo, ea quæ. de regulis iuris. in vi. vbi probatur, quod dispensatio ad duo beneficia, intelligitur de primis tantum. idem probatur in capt. non potest. in versic. illud autem. de præbendis. in vi. Et ideo dicunt Lapus. Anchara. Domini. & Francus in cap. primo. de filiis præsbyterorum. libro vi. Quod si Papa dispensat cum aliquo illegitimo, vt possit habere beneficium, nō poterit habere aliud beneficium post primum, quia dispensatio est odiosa. Quare etiam dicit ad propositum Decius in consilio 512. cum reuerendæ Cardinalis numero 3. & 4. quod licentia concessa Cardinali per summum Pontificem, vt testari possit de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, intelligitur de prima vice. Et si primo faciat testamentum, & iterum faciat aliud, hoc secundum non valet. quam opinionem sequitur Socinus Iunior in consilio 89. libro primo. Quod etiam refert Episco. Couarru. in capit. cum in officiis. numero 8. de testamen. & dicit, quod licet, aliquando hoc fuerit sequutus, tunc tamen dubitat per doctrinam Bald. in capitulo primo, in princip. numero 3. in versicu. deinde quæro. de pace Constan. vbi per alia iura tenet, quod si princeps concessit ciuitati facere statuta, virtute cuius concessionis ciuitas fecit statuta, virtute cuius concessionis fecit statuta, quod poterit illa reuocare. Sed tamen opinionem Decij sequitur Nauarrus, quem refert dictus Episcop. vbi supra. & quod dispositio, odiosa intelligatur pro prima vice, secus si sit fauorabilis, tenet idem Deci. quæ prædicti non referunt in capitulo quanto. numero 5. de iudiciis. per notata in l. placet. ff. de liberis & posthumis. & corrupte refert Alexan. in consilio 171. viso processu. libro secundo. & idem Deci. in capitulo cum in cunctis, §. primo. numero 1. de electionibus. & actus odiosi extingūtur morte mandantis, secundum glo. in capitulo a nobis. in primo. verbo, non nisi. in fine. de sententia excommunicationis. & ex tex. in l. fina. ff. de pœn. notant Abba. & Felin. in capitulo ex literis. de constitutionibus. & alii, quos refert Episcopus vbi supra. Cui adde doctrinam Domini. in capitulo quamuis. de præbendis. in sexto. vbi dicit, quod literæ iustitię sunt ampliandæ, quia non minuunt iuris dispositionem. & id pene est in vniuersis dispositionibus, quod quando odiosæ sunt, restringi debent. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. regula odia. de regulis iuris. in sexto. l. prima. §. si incertum. ff. de ventre in possessio. mitten. notat Barto. in l. prima. ff. de verborum significationibus. Decius in l. fœminę. numero 105. ff. de regulis iuris. & hoc in aliis locis reperies. Et pro hac sententia etiam facit tex. in l. serui electione legata, semel tantum optare licet. ff. de legatis primo. & l. 25. titulo 9. parti. vbi Gregor. Lopez in glo. in verbo, *del anno*. tangit quæstionem, si mulier dat facultatem marito eligendi vnū ex filiis ad maioratum: an si maritus non eligat intra annū, sit excluſus a tali electione? Quid dicendum in hac quęstione? Certe mihi videtur, quod cum intentio principis concedentis licentiam ad faciendum maioratum sit, quod ille, qui licentiam impetrat ea vtatur, & suum sortiatur effectū, & finem, pro quo fuit concessa, & quod bona deueniant in diuisibilia ad vnum: cum ex hoc regnum magis ornetur, quia primogenitura est regno honorabilis, secundum Romanum in consilio 29. in causa maiorię Hispanensis. quem etiam retuli in quæstione 15. numero 9. supra eodem. Et leges nostræ regales maioratibus fauent, præcipue, l. 43. & 45. & 46. in legibus Taurinis. vt principis intentio effectum sortiatur, licentia non extinguitur in primo actu. Et qualitercunque fuerit possibile, debet exequutioni mandari, iuxta text. in dicta lege fundus qui locatus. ff. de fundo instructo. instrum. lega. & alia plura, quæ scripsi in quæstione decima quinta. numero 14. quæ hanc sentētiam in mirum modum fulciunt. Quod autem priuilegium debeat interpretari, secundum intentionem concedentis, & extendi, vel restringi, probatur in capitulo ex multiplici. de decimis. & in capitulo fina. de prebendis. & in capitulo mandatum. de reſcriptis. & in aliis iuribus. Et quod in materia fauorabili, & quę benignam interprætationem recipit, dispositio non consumatur in primo actu, probatur in l. hæc conditio filiæ meæ. ad finem. in illis verbis, benigne tamen dicendum est, ff. de conditionibus, & demonstrationibus. & in l. placet. ff. de liberis, & posthumis. vbi si quis instituit posthumum hęredem, nō solum institutus videtur, qui ex ea, quam habet vxorem ei primum natus est, vel is, qui tunc in vtero est: verum, & is quoque, qui postea ex quacunque vxore nascitur. quod glo. ibi dicit esse propter fauorem institutionis & testamenti cōseruandi. & notat Oldradus in consilio 212. quidam in suo testamento. & late docet Tiraquel. in dicto §. hoc sermone. tertia limitatione. & hoc etiam fulcitur ex doctrina Iacob. de Are. Cyni, Alberi. & Bald. in l. si quis prioris. §. talem. C. de secundis nuptiis vbi dicunt, quod si consuetudo est vt primo genitus ex primo matrimonio succedat in Baronia. quidam autem Baro tres vxores habuit, ex prima nullos liberos suscepit, ex aliis multos: primogenitus ex secundo matimonio, debet habere Baroniam. Et pro hac sententia facit etiam insignis doctrina Barto. in l. liberorum. numero 18. ff. de verborum significationibus. in versiculo quæro quid si in aliqua. vbi dicit, quod si quis instituit nepotem, qui tibi ex suo filio nascetur, nato nepote, institutio habet suum effectum in eius psona: merito ad pronepotem ex eo nascitu rum non extenditur per dictam legem boues §. hoc sermone. si vero in persona filii primo nati non committitur, tūc ad personam inferiorum extenditur, ex l. Lucius ff. de hęredibus instituendis. vbi testator grauauit aliquem si filium filiam, vel ex se natum non habuerit: nam illa verba intelliguntur, si tempore mortis suæ non habuerit, vt l. ex facto. §. si quis. ff. ad Trebellianum. & Barto. sequuntur Alexand. in consilio 250. numero tertio, libro primo. Decius in consilio nonantesimoquinto, numero quinto. versiculo quarto, & vltimo. quod dictum ad alium finem refero in quęstione decimaquinta, supra eodem. Ad ea autem, quę in contrarium faciunt. respondet licentiatus Tello in l. quarta. Taurin. numero tertio, cum sequentibus. vbi contra Socin. vbi supra & alios, late sustentat, quod licentia data Cardinali, aut episcopo a summo Pontifice, vt possit testari de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis ex intentione concedentis, & ex iuris rigore non consumitur in primo testamento, sed quod durat vsque ad extremum vitæ, cuius dicta sunt necessaria ad fundamentum huius nostræ sententiæ. Et notatur per eundem in l. 35. Taurin. numero primo. Et eius scripta confirmantur ex pluribus, quę Tiraquel. scribit in dicto §. hoc sermone. limitatione sexta. vbi late tractat, quod ex primo actu non consumitur effectus, quando per primum actum non est satisfactum menti, & intentioni loquentis, siue disponentis, siue agentis. quem vide numero decimo, & vndecimo. vbi aliqua egregia scribit in confirmationem huius dicti. & traditur per eundem Tiraquel. libro primo, de retract. §. octauo. glossa septima. numero quinto. vbi refert textus in dicta lege hæc conditio filię meæ. in princip. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. & alia similia. & hæc maiori ratione procederent, vbicunque pater tempore quo fecit maioratum alios habebat filios, quos vocauit defuncto primo filio, in cuius fauorem constituit maioratum absque filiis, & tradidit filio possessionem rerum maioratus: tunc enim cum ex traditione possessionis non solum fuerit ius acquisitum, & irreuocabile filio illi, in quem maioratus fuit constitutus, sed omnibus aliis vocatis in scriptura maioratus, vt probatur ī lege septima, titulo quarto, par. quinta. & latius infra trademus in quæstione vigesimaquarta. hoc casu non erit necesse patri iterum uti licentia regali ad faciendum maioratum: cum iam perfectum fuerit, & consumatur in alios filios, & in omnes vocatos, & descendentes in infinitum. & hoc mihi videtur in prima distinctione Grego. Lopez. quod vbicunque ante acquisitionem filius mortuus fuit, libera manet patri facultas iterum nominandi, seu quorcum propter rationes ab illo adductas. Et ego alias adducere poteram, quæ consulto omitto.

Et

mitto. Et ista fortius procederent, vbicunque in facultate regali caueretur, quod maioratus semel constitutus possit reuocari & mutari. quę clausula, maxime in facultatibus, quę presentibus, & proxime p̄teritis temporibus concedunt̄, pro maiori parte reperitur. Et per hęc ēt, dubia redditur alia sententia eiusdem Grego. Lopez in l. 50. in gl. magna, quę incipit. *dos vezes*. titu. 5. partic. 5. vbi vult, quod non stante, l. 44. Taurina, quod si quis facit cum facultate regia maioriam ī vnum filium tenebit, licet non sit sequuta traditio, & nō q̄ facta fuit in secundum cum traditione: quia per primū actū expirauit licentia. quæ cōclusio attentis superioribus, nequaquam procedere videtur.

SVMMARIVM.

1 *Eligentes scienter indignum, priuantur potestate iterum eligendi.*
2 *Priuilegio male vtens, illud amittit.*
3 *An pater præsumatur scienter eligisse filium indignum ad maioratum.*
Si pater elegit ad maioratum filium indignum, an priuetur potestate iterum nominandi.

QVAESTIO DECIMANONA.

DEcimonono quæro de alia quæstione, quæ præcedenti est contigua. Si pater virtute regiæ facultatis facit maioratum in aliquem filium indignum, vt q tempore in quo factus fuit maioratus erat hæreticus, vel commiserat crimen læsæ maiestatis, vel aliud simile delictū, nec illi tradidit possessionem vel scripturam, & nec maioratus fuit factus propter contractum aliquem onerosum: an pater remaneat priuatus potestate nominandi alium filium ad maioratum? In qua quæ
1 stione sic distinguo. Nam si pater elegit talem filium indignum scienter ad maioratum, tunc iuste priuatur potestate iterum nominandi alium filium. Hæc conclusio probatur in c. cum in cunctis. §. j. de electio. a quo deducitur, quod eligentes aliquem scienter indignum, priuantur potestate iterum eligendi eadem conclusio probatur in l. 26. titu. 5. par. j. notat Deci. in consi. 522. nu. 7. Rip. responso. 32. nú. 4. & ī tracta. de pest. c. de remed. ad conserua. vebert. nu. 197. Et hoc p̄cedit etiam in electionibus laycorum secundum Bald. in ca. venerabilem. de electio. de quo etiam per Abb. in d. ca. cum in cunctis. & in c. per inquisitionem. notab. vlti. eo. ti. & notatur etiam per Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone, limita. j. nu. 43. ff. de verb. signifi. De quo agitur per Auen. in i. part. de exe
2 quen. man. regiis. c. 19. nu. 22. Et habēs priuilegium ad aliqd faciendum, si illo male vtitur, amittit. cap. priuilegium. 11. q. 3. l. Iudęos. C. de Iudęis. l. eos. C. de aquęduct. lib. 11. Si autem ignoranter facta fuit nominatio, non priuatur pater potestate iterum nominandi alium filium, secundū prædictos. Docto. Et pro hoc facit, quia cum electio prima fuerit nulla, nō prohibetur iterum eligere, & nominare. argu. text. in l. aut si nulliter. C. de legiti. hæred. in verbo, aut si nulliter. cum concordantibus, vt per Felin. c. ex tenore. colum. 2. de rescrip. Iaſ. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. notat Petrus, de Peral. in l. vnum ex familia. §. sed si vno. nume. 3. ff. de lega. 2. Sed an præsumatur, quod pater elegit filium indignum sciēter Bar.
3 in l. si patronus. ff. de confirma. tuto. tenet, quod eligens indignum, præsumitur id scienter facere, & priuatur eligendi potestate. notatur per Deci. in d. §. clerici. nu. j. quæ opinio dura, & rigida est, & contra rationem, & æquitatem: cum in rebus dubiis, semper interpretatio benignior sit summenda. l. ea q̄. §. in re dubia. ff. de regu. iuris. l. proxime. ff. de his quæ in testa. delentur. & delictum non est præsumendum. l. merito. ff. pro socio. cum vulgar. Quare ego in proposito nostræ quæstionis arbitrio iudicis relinquendum esse iudicio, qui attenta q̄ uersatione filii cum patre, & aliis circunstantiis hoc notum habere possit. potest enim esse, quod filius in longinquis partibus abfuerit, vel quod delictum fuit ita occultum, quod patri notum nō fuit, cum fecit maioratum. Et ideo ego potius in hoc casu nō præsumerem sciētiam, imo potius ignorantiam. argum. l. verius. ff. de probatio. glo. in l. 2. ff. de recep. cum concordant. facit tex. in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. l. quidam decedens. §. ex quo. ff. de admini. tutor. Et pro hac sententia faciunt plura, quæ scribit Petrus de Peralt. in l. cum quidam. nume. 3. cum aliis. ff. de lega. ii. vbi late p̄bat, quod quis non præsumitur scienter eligere indignum, sed ignoranter, vel culpabiliter, vide illum, qui hunc articulum recte scribit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium reuocat princeps absque causa, & fortius cum causa, & an id procedat in donatione.*
2 *Princeps potest ex causa reuocare priuilegium, etiam quando transit in contractum.*
3 *Princeps non potest reuocare licentiam datam ad faciendum maioratū, quando est executioni mandata.*
Princeps potest reuocare licentiam concessam ad faciendum maioratum.

QVAESTIO XX.

VIgesimo quæro, an princeps, qui concessit alicui licentiam ad faciēdum maioratuum possit illam reuocare? In qua quæ
1 stione breuiter me expediendo, quoniam sacrilegum est disputare de potestate principis. l. disputare. C. de crim. sacrileg. Dico, quod Princeps potest reuocare priuilegium, quod dedit ad faciendum maioratum, etiam sola voluntate, absque aliqua causa, quia de iure princeps potest reuocare priuilegium, quod subdito dedit etiam absque aliqua causa. ca. conquæstus. vbi gloss. 9. quæst. iii. cap. fraternitas. 16. quęst. j. Inno. Abba. Felin. vbi late Deci. nume. 13. in cap. nouit. de in. Alb. in l. digna vox, C. de legib. Cynus, Imol. Alexan. & Iaſ. in l. nō amplius. §. si quis certum. ff. de legat. i. Docto. in l. priuilegia. C. de sacrosc. eccles. Iaſ. in consi. 56. redemptoris nostri. lib. j. & in consi. 108. in causa mota. eod. lib. Deci. in cons. 407. visis & in pluribus aliis consiliis. Purpura. in l. imperium. nu. 165 ff. de iuris. omni. iudic. Egidi. Bossi. in practic. crimina. titu. de prin. colum. 603. Alex. in consi. 216. lib. 2. nume. 5. vbi latissime hoc docet Guillel. Bened. in capitu. Raynutius. in verbo. duas habens filias. de testamen. Rebuf. in l. vnica. nume. 16. totius voluminis tractatuum. C. de sententi. quę pro eo quod interest proser. Gozadin. in consil. lxij. nume. 9. & in consi. 5. nume. 27. vbi dicit, gratiam a se datam, Principem reuocare posse. late Stephan. Bertan. in consi. 181. circa processum. lib. 3. Thomas Grammati. in decisio. 46. numer. 5. Et Princeps ex post facto, potest gratiam a se datam, seu donationē modificare. Bal. in l. si nuptæ. lectu. j. ff. de senat. per l. qui fundos. C. de omni agro. deser. lib. xi. vbi Lucas de Penna. & Ioan. de Platea. de quo etiam per Mathe. ab Afflict. in constit. vtriusque Sicilię. in consti. pen. carcer. lib. 2. ad fin. de quo tamen vide, quę scribo infra. q. 26. Si igitur Princeps potest priuilegiū reuocare subdito concessum etiam sine causa: minus dubiū erit id facere posse causa existente. quod expresse probatur ī l. 19. titu. 3. lib. i. ordina. Et pro hac sententia faciunt aliqua, quæ ad propositum nostrum scribit Grego. Lopez in l. 3. tit. 13. par. 6. In glos. in verbo, *mugeres*. in fine, quem vide. Nec nouum est, quod principi liceat reuocare priuilegium: cum cā existit, quia licet alias priuilegium, quod princeps concessit per viam contractus non possit reuocare, vt per Docto. in d. capitu. uouit. & Barto. in l. 2. nume. 7. ff. de iure immunita. & in l. fina. ff. de condict. ob causa. Bald. in l. fina. ff. de senato. & in l. si cum mihi. ff. de dolo. & in consil. 326. Rex Romanorū.
2 libr. primo, Ioan. Lop. in l. 17. Taurin. in ver. ex quo inferebā tamen existente publica vtilitate, id principi licet, & reuocare priuilegium, statutum vel concessionem, secundum Angel. in l. ii. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. q̄ confirmatur ex pluribus, quæ Angel. citando notat. Alexan. in d. consi. 216. nec arguendi. libro, 2. numero 6. quem ad hoc corrupte refert Hippolitus, tam in numero voluminis, quam in numero consilii in singul. 531. quod incipit, vtilitas publica. Notatur etiam per Ferdin. Mencha. lib. controuersia. illustri. capi. 31. numer. 24. pro quibus est egregia Bart. doctrina in l. cum nauarcorum. C. de nauicul. lib. 11. & tex. in l. legatum. ff. de vsufruct. & in l. vt gradatim. §. quoties. ff. de muneri. & honori. & in l. quod semel. ff. de decret. ab ordin. facien. & in l. iubemus nullam nauem. C. de sacrosanct. eccle. Ex quibus notat Aretin. in capitu. nouit. de iudic. quod princeps potest iurisdictionem semel alicui cōcessam reuocare. Tradit Mathe⁹ ab Afflict. in constituti. Neapolita. lib. primo, Rubrica. 17. numero ij. refert Barto. in l. non ambigitur. ff. de legib. & in l. vl. ff. eod. tiru. & sequitur Pau. Parisien. in additio. ad Barto. in l. digna vox. C. de legib. in addi. quæ incipit, imperator. Et hęc sufficiant pro decisione huius quęstionis, quam latius non confirmo, quia prędicta satis sunt, ad hoc vt pro indubitabi
3 li habeatur. Sed ista conclusio procedit, nisi maioratus iam sit factus, & filio possessio tradita sit, vel factus sit ob contractum onerosum, nam tunc non erit principi licitum reuocare licēt iam, cum iam agatur de p̄iudicio aliorum, quam impetrantis, quibus princeps prędicare nequit. Ad quod facit. l. si donationem. C. de reuo. don. ibi, si donatio nē rite facti hāc, auctoritate rescripti nostri rescindi non oportet. & ad hanc conclusionem, est bonum consilium Pauli de Castro. 164. lib. 2. de quo latius ago in q. 26. infra eod. vbi lector

Source : BIU Cujas

reperiet alia plura ad fundamentum istius limitationis, quæ regulariter verissima est. Et hoc modo est temperandum, quod nimis generaliter scribit Montaluus in l.8. titu. 12. lib. 3. for. in glo. in verbo, *no puede toller*. vbi inquit, quod maioratus factus per Regem est mere priuilegium ab eo concessum, & sine causa potest reuocari. refert notata per Zaba. in c. perpendimus. de sen. excom.

SVMMARIVM.

1 *Licentia regalis data ad faciendum maioratum, an reuocata censeatur, quando pater alios suscipit liberos?*
2 *Donatione reuocata virtute. l. si vnquam. reuocatur constitutum in ea appositum.*
3 *Principi est facienda relatio de posthumo nascituro, vbi impetratur licentia ad faciendum maioratum.*
4 *Dispositiones omnes intelliguntur, rebus sic extantibus.*
5 *Maioratum etiam si quis faciat cum iuramento, an possit illum reuocare, liberis postea susceptis.*
6 *Legitimatio reuocatur, liberis postea susceptis.*
7 *Donatio vnico filio facta, quomodo reuocetur, liberis postea natis.*
8 *Lex si vnquam. C. de reuo. don. non procedit, quando tempore donationis, quis filios habebat.*
9 *Affectio magis præsumitur ad filios natos, quam ad nascituros.*
10 *Resolutio præsentis quæstionis.*
11 *Primogenitis est fauendum.*
12 *Fauorabile aliquid dicitur etiam in materia pœnali, vbi agitur de interesse reipublicæ.*
13 *Reuocatio hæc, an procedat vbi maioratus fuit factus per contractum onerosum.*
14 *Donatio facta fauore matrimonii, an reuocetur per dictam legem si vnquam?*
15 *Donatio ob causam non reuocatur ex l si vnquam.*
16 *Diffinitio quæstionis, de qua in nu. 13.*
17 *Ratio vera decidendi ad d. l. si vnquam.*
18 *Intellectus notabilis ad leges, 17. & 44. Taurinas.*
19 *Maioratus an reuocetur si tempore, quo pater fecit maioratum duos habebat filios, & postea alios genuit.*
20 *Fructus in ista materia, a quo tempore restitui debeant?*
21 *Renuntiatio maioratus, reuocatur per superuenientes filios.*
An licentia regalis ad faciendum maioratum, & maioratus reuocetur propter superuenientes filios?

QVAESTIO XXI.

VIgesimo primo quæro, de quæstione difficili, & practicabili. Pone enim, q̃ pater vnicum tantum filium habens, impetrat a rege facultatem faciẽdi in eundem maioratum, & vinculãdi omnia bona, & grauandi filium, onere restitutionis, & aliis similibus vinculis; & deducendo ad exequutionem licẽtiam, quam habet, facit ĩ filium maioratum, & ei tradit possessionem bonorum maioratus, & tempore quo licentiam petiuit, & impetrauit ad faciendum maioratum, & eadem vsus fuit, nullam habebat spem filios procreandi: an si postea præter spem, ex vxore, quam tempore impetratæ licentiæ habebat, vel alia, cum qua priore defuncta contraxit, alios aliberos suscipiat, talis licentia reuocata censetur, & maioratus ĩ eiusdem exequutionem factus reuocari queat? Et quia disputationes plerunque magnam vtilitatem adferunt, & vt alibi inquit Bald. ferro viam apperit, qui per contraria affirmat. & contraria contrariis curantur. c. j. de pœn. di. 2. c. legitimus. de consecra. di. v. no. Pau. de Cas. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. placet primo partem affirmatiuam fundare. Et quod in isto casu talis licentia regalis sit reuocata, & pater maioratum reuocare possit, primo probatur ex generalibus verbis. l. 17. Tauri. quæ permittit, meliorationis reuocationem, tradita etiam possessione, ex causis quibus per leges regales donationes semel perfectę, & irreuocabiles reuocari queunt. vbi Cifuentes nume. 4. istam quæstionem loquendo in melioratione tetigit, nihil tamen decisit, sed se retulit ad notata in l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. Ego tamen infra tractabo. Cum igitur ex dispositione tex in l. 8. titu. 4. par. 5. quæ concordat cum dicta l. si vnquam. donationes perfectæ reuocantur, si postquam factę fuerint, donantes liberos procreauerint, ad quod reuocantur ipso iure, vt patet ex d. l. part. ibi, *no deue valer en ninguna manera*. Sequitur quod ex generalitate illius legis 17. idem dicẽdum est in nostro casu, & quod licentia regalis viribus prorsus in isto casu caret, & reuocata censetur, & maioratus virtute illius constitutus. Et licentia regalis in isto casu, habet totum fundamentum, & causam a relatione patris, qui licentiam impetrauit, qui necessario principi exposuit, se velle facere maioratum in filium, eo quod alios filios non habebat, quam facultatem princeps non concederet, aut si concederet, non cum clausulis & libertate, quæ concessa fuit. Habet etiam fundamentum ab intentione illius, qui eam impetrauit, qui verisimile est, eo quod patres magis communiter solent filios æqualiter diligere, quod non fecisset maioratum, nec licentiam petisset, si crederet, quod postea filios debebat suscipere, vel saltem non in tam magna quantitate sicut fecit, & præsumitur æqualis affectio erga omnes filios, vt per l. vt liberis. C. de colla. tradit Socin. Iunior in consilio 100. nume. 13. lib. 1. & a communiter accidentibus videmus quod parentes, qui vnicum tantum habent filium, illum exorbitantissime diligunt, quod si duos vel plures filios habent, amor inter eos diuisus non permittit, quod in vno sit tanta dilectio, sicut si solus esset, & virtus vnita magis potest. Sed & sæpissime contingit, quod parentes magis amant filios iuniores, & vltimogenitos, quã primogenitos, vel maiores natu, quod nouum non est. Nam Iacob Patriarcha (vt scribitur Genesis c. 37. in initio) diligebat Ioseph super omnes filios, eo q̃ in senectute illum genuerat. Et Priamus (vt refert Homerus) libro 20. Illiados. Polidorum filium charissimum inter omnes habebat, quia illum in senectute genuerat, & nouissimus omnium erat. Cum ergo principis voluntas, & intẽtio eius, qui licentiam obtinuit, verisimiliter cessent, a quibus originem & primeuam causam constitutio maioratus, tanquam sit sublatum fundamentum, & radix succisa nam deficiente fundamento, deficit ędificatum. c. cum Paulus. j. q. j. Et quicquid est causa causæ, est causa causati. l. dotem dedit. ff. de colla. bono. l. manumissiones ff. de iudi. & inre. vbi Bal. & Fulgo. l. quominus. ff. de flumini. & de ista verisimilitudine varia, & infinita scribit Tiraquel. in d. l. si vnquam. præcipue, in principio legis. Item hęreditas liberis debetur omnibus naturali ratione. l. scripto. ff. vnde lib. l cum ratio. ff. de bonis damnato. & cum ratio naturalis omnibus filiis sit communis & æqualis, testatoris affectio præsumitur omnibus filiis pariter prouidere, quia effectus regulatur a sua causa. l. cancellauerat ff. de his, quæ in testamẽ. delentur. Et prędicta conclusio fulcitur, quia donatio facta ab eo, qui caret liberis, videtur habere tacitam conditionem si liberos postea non suscipiat, & ideo liberis superuenientibus, tanquam iã sit conditio impleta, reuocatur, secundum Bar. Bal & Albe. in d. l. si vnquam. & alios plures, quos refert Tiraquel. in d. prin. num. 6 & ad hoc etiam facit, quod voluit Oldr. in consi. 95. num. 6. & 7. vbi tradit, Regem Aragoniæ, qui fecit iuramentum de non alienando bona regni stipulante notario, posse nihilominus donare bona regni vxori, quia propter affectionem, non videtur inclusa in promissione, & iuramẽto, & statuto. Et potest Rex in hoc casu promissionem reuocare. Nec quicquam refert in isto casu, traditio possessionis ad reuocabilitatem huius maioratus, & donationis per prædicta: & quandam doctrinam Decij in consi. 360 pro declaratione. ad fi. vbi dicit, quod reuocata donatione ex virtute. d. l. si vnquam. reuocatur constitutum in ea appositum. & idem vult Caro. Ruin. in consi. 173. quæritur primo. in 2. dubio. lib. j. & alii, vt per Tiraquel. in tract. de consti par. 3. limit. 29. nu. 4. fo. 146. Et ex istis confirmatur doctrina Gre. Lop. in l. 32. ti 9. par. 6. in gl. *no valdra*. columna 4. in versicu. aduerte etiam quod videtur. vbi dicit, quod vt plenior sit facultas ad faciendum maioratum, oportet quod principi fiat relatio de posthumo nascituro, ex notatis per Barto. in l. Titius. ff. de liberis & posthu. & in l ex facto. in princip. ibi, nam & verisimile est. ff. de vulga. facit l. qui in vtero. ff. de statu homi num. l. 3. ti. 23. par. 4 l. 2. ti. 18. par. 6. Item prædicta conclusio
4 iustificatur, quia omnes dispositiones intelliguntur rebus sic stantibus, & propter superuenientem causam retractantur, l. quod Seruius. ff. de condi. ob causam. vbi late Ias. qui plura adducit e suggestum de decim. l. 43. ti. 18. par. 3. ex quibus iuribus patet, quod dicta regula procedit etiam in dispositionibus principum, no. idem Ias. in l. si quis seruum. nu. 5. ff. de ver. ob. Et ea, quæ de nouo emergũt, nouo indigent auxilio, l. de ętate. §. ex causa. ff. de in erroga. action c. pastoralis de excep. Notatur per Roman. in l. si vero. § de viro. ff. solu. matri. Barba. in rubri. C. qui admitt. num. 19. Deci. in d. c. pastoralis. num. 5. Hippoli. in l j. §. vlti. num. 5. ff. de quæstio. & sing. 233. & 503. & 512. & 619 quæ plenius a me tradentur in 4 par.
5 huius ope. q. j. limit. j. nu. 13. vbi lector videat. Ex quibus, qui hanc partem affirmatiuam tenere velit inferre potest, q̃ licet pater faciat maioratum, & iuramẽto confirmet, adhuc reuocare eum põt liberis postea susceptis: quia ẽt iusm intelligĩ reb. sic extantib. c. quẽadmodũ. vbi gl. in verbo cõditio. de iureiu. c. ne aligs. & ibi gl. ul. 22. q. 2. no. Doc. in põd. locis. Et Mod. Pari. in 2su. Par. par. j gl. 4 §. 2. nu. 6. & cõstat ẽt ex his, q̃ no. cumulat Tiraq. ĩ d. l. si vnq̃. in prin. nu. 166. sed ista illatio. intelligi potest, secundum distinctionem inf. traditam nux.

Præte-

Source : BIU Cujas

Præterea, pro hac opinione affirmatiua est dictum Dini in l. ex facto ff. de vulg. vbi dicit, quod legitimatio facta filio naturali, reuocatur liberis postea susceptis. refert ad hoc illum text. vbi substitutio exemplatis expirat, liberis postea susceptis. Pro quo facit, quia legitimatio dicitur donum patris, vt probatur in auth. siue legitimis. C. de natu. liber. & in aliis locis. Sicut ergo donatio reuocatur liberis postea susceptis, ita legitimatio, quæ vim habet donationis. Et opinionem Dini sequuntur Guil. de Cug. Alber. & Pau. in l. tale pactum. §. vl. ff. de pac. Old. in cons. 247. factum tale est. Bal. in l. 2. in fi. C. si in frau. patro. & alii, quos refert Tiraquel. in sæpius citata. l. si vnquam in verbo, donatione largitus. nume. 279. quamuis statim nu. 281. plures numero referat, q̃ p̃riũ tenẽt, prout ibi videri poterit. Et ex his dixit Chassane. in consue. Burg. Rub. 7. femmæ Mariæ. §. 12. nu. 8. col. j. in ver. ꝙ intelligi esse verũ. ꝙ si pater & mater habeutes vnicam tm̃ filiam, eidẽ dederit oĩa bona in dotem, & postea filiũ susceperũt, reuocatur donatio in parte cõtingenti tali filio. q̃ quæstionem latius disputat Nic. Boe. in consue. Bituricens. tit. de consue. matri. §. i. gl. i. col. pe. Ex quibus ẽt deducitur, ꝙ si pater ex defectu filiorũ legitimorum faciat maioratum in filiũ naturalẽ, ꝙ reuocabitur maioratus propter superuenientes filios legitimos.

7 Cæterũ Io. Lop. in l. 27. Tau. nu. 23. tenet, ꝙ donatio vnico filio facta, cum non habeat vim melioratiõnis, reuocaẽ quo ad integram filiorum postea natorum legitimam portionẽ quæ (secundum eũ) deduci debet ex toto patrimonio. Sed hæc doctrina non multũ vrget pro ista opinione, quia aliud sentit esse Io. Lopez dicẽdũ, si pater filiũ melioraret, prout est in nostro casu. Proprius istam partem adiuuat, ꝙ scribit Episco. Bernar. Diaz in fallen. suis. litera, D. regu. 141. vbi dicit, quod si pater non habens nisi vnicum filium fecerit donationem, si alii filii postea nascantur reuocatur donatio, & oẽs filii reduci debẽt ad æqualitatẽ, & non habebit dict⁹ filius maiorem partẽ, q̃ alii filii. Nam cum esset vnicus filius tm̃, non præsumitur, ꝙ pater voluit eũ meliorare, quia non dẽt præsumi illa prædilectio, nec melioratio respectu filiorũ nasciturorum, quorũ merita pater nondũ nouit, & quia facultas meliorãdi dẽt intelligi pluribus filiis extãtibus, inter quos cadere possit affectio, & prædilectio, cuius rationes sũt efficaces: & valde vrgentes. Et, hanc sententiam Episcopi. refert, & sequitur Greg. Lopez in d. l. 8. in gl. in verbo. *a otro*, in medio gl. & dicit æquam, & veram esse. Et pro ea faciunt, q̃ supra scribo. nu. j. Et opinio illorum, qui dicũt, ꝙ in filio vnico non potest cadi melioratio, quam tenent Io. Lup. in l. 27. Tau. nu. 27. & alii, quos refert Dominus Ant. de Padilla in l. cum virum. nu. 2. C. de fideicom. licet Peral. in l. Titia cum testamento. §. Lucius. nu. 161. ff. de le. ii. hoc limitet in quinto. & ꝙ contra communem opinionem Barto. & aliorum in l. Titia. §. imperator. ff. de le. ii. tentat Rip. in d. l. si vnq̃ q. 47. nu. 111. vbi tradit, quod donatio facta filio vnico, reuocaẽ p̃ donantẽ liberis postea susceptis pro virilibus portionibus, quia si p̃ verisimiliter de aliis filiis cogitasset, eorũ portiones alii filio non donasset: cum pater præsumatur, velle æqualitatẽ seruare inter filios. l. illud. C. de col. l. vl. C. commu. vtriusque iud. l. q̃sitũ. §. sed & inde Papinianus. ff. de fund. instru. & ingt Sal. in d. l. si vnq̃. ꝙ si appareat, patrẽ donasse bona sua filio, qui alios filios non habebat, vel non sperabat habere, quod forte per superuenientiã liberorum, reuocaretur donatio virtute illius legis.

¶ PRO contraria sententia, imo quod maioratus reuocari non possit, & licentia regalis firma remaneat, facit regula tex. in l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verb. obli. quæ docet, ꝙ ea, quæ vtiliter constituta sunt durant, licet ille casus superueniat, a quo incipere non potuerunt. Et istam regulã latius trado in 2. par. huius operis. q. 6. n. 15. ex quo loco sumi multa p̃nt pro fundamẽto istius cõclusionis. & ad hoc facit ꝙ ĩ materia. d. l. si vnq̃ tenet Bar. in l. Titia Scio. §. Imperator. col. vl. & ibi Bal. ff. de leg. ii. vbi dicunt, ꝙ si pater post donationẽ factã liberos procreauit, qui postea mortui sunt, nõ recuperat vires donatio. Et idẽ voluit Imo. in c. vl. nu. 22. de dona. & alii, quos refert Tiraq. in d. l. in verbo, susceperit liberos. nu. 203. qui istũ articulũ latissime disputauit. Scãdo ad hoc facit opinio illorũ, tenẽtiũ vt dictũ fuit ꝯ Dinũ, ꝙ legitimatio semel p̃fecta nõ reuocaẽ, si p̃ postea liberos suscipiat. q̃ tenẽt Cinus. Sa. & Ias. qui hãc dicit esse cõmuniorẽ & veriorẽ opinionẽ ĩ p̃cto iuris, & in pra. in d. l. ex facto. nu. 16. & alii plures, quos refert Tiraq. in d. nu. 281. vbi pro ista sntia aliqua adducit, p̃cipue ꝙ legitimatio semel p̃fecta, reuocari nõ p̃t p. l. si vt p̃ponis. C. de ꝓfir. tut. l. sancimus. C. de admi. tut. Et qa legitimatio semel q̃sita, nõ dẽt tolli facto patris postea matrimoniũ ꝯhẽtis, ac filios p̃creãtis, nulli filiorũ legitimorũ accedẽte cõsensu. sed ista hæc disputatio Dy. & aliorũ, apud nos

8 hodie soluta est, ex. l. 12. Tau. quæ approbat opinionem Dy. & aliorũ. & facit pro priori opinione supra fundata. Tertio d. l. si vnq̃. non procedit vbicumq; qñ quis donauit iam alios habebat, nã si postea filios procreauerit, non reuocant donationem fm Iac. But. in l. i. C. de inof. donation. & idẽ tenẽt Io. Fab. in d. l. si vnquam. Dec. in l. possidentes. C. de bon. poss. contra tab. & alii, quos citat Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo. filios non habens. nu. 3. pag. 143. vbi tamen in pag. sequẽti refert Bal. Ang. & alios contrarium tenentes, quorum opi-

9 nio priorẽ etiam adiuuat sntiam. Quarto, maiorẽ affectionẽ quis habere præsumitur ad filios natos, q̃ ad nascituros, vt probatur in l. legatũ. §. ornatrici. ff. de leg. 3 & in l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. j. cum concordantib. vt per Tiraq. in p̃xime citato loco. in prin. Cui adde An. Rub. in cõsi. 31. nu. 2. & in cons. 47. nu. 4. Alex. in consi. 52. nu. 6. li. 4. So. Iun. in cõs. 128. nu. 95. li. j. & adducit Tiraq. vbi sup. ꝙ cum ætate liberorũ parentũ amor crescit, qa quo sunt natu maiores, eo impensius diliguntur. refert Moysem in lib. qui Dux dubitãtiũ scribitur. 3. c. 50. Et inquit Soc. Iu. in consi. 118 nu. 26. li. i. ꝙ testator magis præsumitur diligere filios, qui sibi noti erant, q̃ nepotes. Vides igitur lector optime, quam difficilis sit huius quæstionis determinatio propter argumenta, quæ in vtranq; partem æquo libramine vrgere videntur. Oportet igitur

10 distinguere & explicare, quid nos tenere debemus. Ego in ea sum sntia, ꝙ cũ cõstitutio maioratus sit quædã donatio, q̃ pater facit in fauorẽ filii, & descendentiũ (vt clare patet) reuocabit maioratus quo ad legitimã filiorũ, post maioratũ factum procreatorũ. q̃ cõclusionẽ deduco in primis ad l. 8. in illis verbis, *que toda dia finque en salvo a los hijos la su parte legitima*. Quæ lex in isto etiam casu propter eandem rationem procedere debet, nec iuridica ratio diuersitatis dari potest. Et cum dicta lex generaliter loquatur, generaliter in omnibus donationibus est intelligenda, iuxta iura vulgata. Sustinebitur igitur maioratus, & licentia regalis saltem in tertio & quinto, & legitima si detur, ꝙ in omnibus bonis nõ p̃cedat. Et pro hac opinione facit, ꝙ scribit Episco. Couar. reso. li. i. c. 19. n. 4. vbi totis viribus, & magna auctoritate affirmat, ꝙ donatio facta filio vnico, reuocabit liberis postea natis, quo ad legitimã filiorum deducẽdã, tm̃ a bonis parẽtũ detracta. v. & 3. par. qa de tertio, & quinto p̃ disponere p̃t fauorẽ cuiuslibet filiotũ, quos voluerit. qua, & aliis pluribus rõnib. hãc opinionẽ p̃bat, & respõdet ad oĩa, q̃ in contrariũ adduci p̃nt. Itẽ, ista sntia coadiuuat, qa maioratus sustineri debet & verificari meliori mõ, quo possit: vñ si verificari nõ põt in maioratu de oĩbus bonis, sustineri dẽt ĩ tertio, & quinto iuxta tex. notabilẽ in l. fundus q̃ locatus. ff. de fun. instr. & in l. diuus. ff. de vsu & habi. cũ ꝯcordan. q̃ scripsi. in q. 15. nu. 14. Præterea verisimile est, ꝙ licet p̃ tpe, quo maioratũ fecit, alios hẽret filios. adhuc faceret maioratũ, vel saltim melioratiõnẽ tertii & quinti: maxime si sit nobilis, & indignitate cõstitutus. Cuius generis hoĩes semp̃ solent facere maioratus, p̃-

11 cipue in filios primogenitos si nõ multũ ingrati sint. Nã & est ꝙsuetudo Galliæ, p̃sertim inter nobiles, & in aliis prouinciis, ut in successionibus sit melior ꝙditio primogenitorũ, q̃ cæterorũ, fm Ol. in ꝙs. 224. istę sunt allegationes An. de Yser. in c. i. §. sed & res. ti. inter quos fiat inuestitura. & alios plures, quos citat Tiraq. in d. tra. de primog. in p̃fatio. nu. 3. cum seq. vbi in nu. 4. refert in hoc ꝙsuetudine Hispanię, & aliarũ gentiũ, quæ consuetudo adiuuaẽ ex l. ii. ti. 15. par. 2. q̃ dicit, filios primogenitos esse chariores parentibus, & succedere in locum parentũ, ibi, *Ca segũ natura pues que el padre y la madre codician auer linage, que herede lo suyo aquel que primero nace, e llega mas ayna a cumplir lo que desean ellos, aqual por derecho deue ser mas amado dellos.* & ibi, *Ca segun dixo a Moysen en la vieia ley, todo masculo q̃ naciere primero, seria llamado cosa sancta de Dios, e que los hermanos deuen tener en lugar de padre.* Et maioratibus, & vinculis fauendum est, eo quod vtilia sunt reipublicæ, ut supra in aliis locis

12 dico. Et vbi agitur de interesse reipublicę, materia reputatur fauorabilis. l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad l. Aqui. notat Bart. in l. quemadmodum. C. de agricol. & censitis. li. xi. notat Ias. in l. si is qui pro emptore. nu. 367. ff. de vsucap. & in cons. 118. lib. i. col. 3. Qua ratione, quando in hoc dubium esset, hãc sntiam amplecti debemus. & ex istis vltimis rationibus, colligitur responsio ad doctrinam dicti Episco. de Lugo. nam in filio primogenito præsumitur prædilectio paterna, & est verisimile, quod pater etiam si alios filios haberet, illũ ad maioratũ nihilominus elegisset. Et pro responsione est etiã cõsiderandũ, ꝙ ubi ꝙstat, ꝙ p̃ virtute licentiæ regalis facit meliorationẽ, iã animũ suũ exposuit circa filii p̃dilectionẽ, quẽ & successores voluit bõa titu. maiorat⁹ hẽre. Et ĩteresse parẽtũ, ꝙ successores ĩ maioratu nomẽ suũ & gloriã ĩ oẽ ęuũ re p̃sẽtẽt, uñ cũ manifeste p̃is appareat uolũtas, & ei⁹ĩterlit, ꝙ maiorat⁹ ꝙseruẽt, & ꝑpetuẽt cessãt ꝙiecturę, quas epis. Lucẽ sis ĩ casu, ĩ quo logt tradit. ad a'a ãt, q̃ adduximus facilima ẽ rũtio ex his, q̃ s. scripta sũt. p̃cipue, ex d. l. par. & quæ tradit Epis. Couar. in d. loco. nec huic distinctioni contradicũt, cũ ĩ

Source : BIU Cujas

effectu maioratus reuocetur cum prędicta distinctione. Hęc
13 omnia procedunt, vbicumque pater fecit maioratum in filium, & eidem tradidit possessionem absque eo, quod in tali maioratu mterueniat tertia persona, & contractus sit factus cum aliquo tertio: sed ob cõtractum onerosum, an isto casu reuocetur maioratus, vel quid agendum sit quæritur? In quo videtur, permittendam non esse licitam reuocationem, quia in isto casu, non solum agitur de præiudicio filii, in cuius fauorem maioratus fuit constitutus, sed etiam alterius tertiæ personæ, ut puta vxoris, vel cuiuslibet alterius personæ: quare alteri per alterum, non debet iniqua conditio afferri. l. non debet. ff. de reg. iur. cum concordan. facit regu. d. l. id quod nostrum. Sed in hoc etiam casu locum habere videntur, quę in prędcedentibus dicta sunt, quia dispositio. d.
14 l. si vnquam. procedit etiam in isto casu, ex doctrina Alex. in cons. 71. li. 4. vbi tener, quod donatio facta puellę fauore matrimonii, reuocatur per nouum aduẽtum liberorum, sicut alia quęlibet donatio. quem refert, & sequitur Titaq. in d. l. si vnquam. in verbo donatione largitus. num. 240. ubi Ripa. nume. 22. & sequitur etiam Parisien. in d. Alex. consi. in add. quę incipit liberorum. Tho. Parpal. in l. 2. in prin. colum. xi. versi. in eadem glo. ff. solu. ma. qui respondet ad obiecta, quę in contrarium adduci possunt. traditur per Parisien. in trac. de donatio factis in contractu matrimonii. nu. 59. 65. & 68. Et quod in donatione facta sponso fauore matrimonii, ꝙ est proprius ad nostrum propositum, habeat locum dicta l. si vnquam. tradit Ias. in consi. clxxi. viso instrumento dotis. lib. 4. colum. 4. & Stephan. Bertrand. in consil. 76. viso instrumento. in fi. lib. ii. & consi. 257. siue donatio eodem libro. & Alexand. sequitur etiam Gregor. Lopez in d. l. 8. in glo. *dicesse*. vbi dicit, quod id habuit de facto. & ego etiam obtinui, & habui de facto in hac regali chancellaria in quadam donatione facta ab vno extraneo, pro dote cuiusdam puellę. Et idem sequitur Nicol. Boeri. qui post Tiraquel. & alios scripsit in decisio. 159. nume. ix. vbi omnium scripta refert et tandem concludit, quod si qs donauerit alicui matrimonium contrahenti, & postea suscipiat liberos, & naturales legitimatos, tamen postea reuocatur donatio ex. c. d. l. si vnquam. Pro quo in hoc vltimo facit d. l. xii. Tau. & contraria dicit procedere, vbi quis in suo matrimonii contractu donauit, tunc dicit non reuocari donationem ex. d. l. Et pro ista opinione etiam conducunt scripta per eundẽ Boer. & Chas sane. in supra citato loco. Sed cõtra ista fundamẽta pro hac parte adducta facit, quod tenent Barth Soci. in consi. cxlvii. uisa facti contingentia. lib. i. Ias. in d. cosi. clxxi. nu. i. uersi. sed prędmissis. ubi dicunt, quod donatio facta per extraneum ꝓ dote puellę, reuocatur per susceptionem liberorum: donatio tamen facta per patrem filię, non reuocatur. Cuius tamen contrarium tenent Chassane. & Boeri. ubi supra. Et ꝓ Soci. etiam facit, quia donatio propter nuptias facta a patre filio familias, vel emancipato, non reuocatur uirtute dictę legis, secundum Imol. in l. vl. col. 3. uersi. tertio casu, nu. xvij. de donatio. quem, & Socinum sequitur Tiraquel. vbi supra,
15 nume. 244. Et generale est, ꝙ donationes ob causam non reuocantur, ex. d. l. si vnquam, secundum Bal. Ang. & alios. ibi. Ripa. q. xiii. & tenent alii, ut per Alexã. in consi. 29. lib. iii. & Barth Soc. in d. consi. Deci. in cons. clxxi. Tiraq. in d. verbo, nume. cxli. Greg. Lop. in d. glo. & hęc est ratio legum. 17. & 44. Taur. in quantum prohibent reuocationem maioratus, & meliorationis, vbi factę sunt ob contractum onerosum cum aliquo tertio. Et pro horum opinione est expressa doctri. Bal. quam (si memoria non me fallit (nullus prędictorũ refert. in l. i. nu. iii. C. de pac. ubi tradit, quod illud quod est factum contemplatione deficientium liberorum, non reuocatur per natiuitatem, quando illud e factum a principe gratia dantis, & recipientis. Et hoc etiam coadiuuatur ex. l. hoc iure. §. vult. ff. de dona. ibi, nomen meum laturum. & l. cum filius. §. pater cum filia. ff. de le. 2. Et facit quod scribit Guido Papa in decisio. 251. & 407. Dec. in consi. 273. Ni. Boeri. deci-
16 sio. 146. nu. 6. Quibus tamen non obstãtibus, nostra opinio ęquitatem habet, & vt omnibus filiis (licet non ęqualiter, mediocriter tamen prouideatur) est amplectenda. quia licet verum sit, quod dispositio. d. l. si vnquam. non vendicet sibi locum in dote promissa a patre puellę, id procedit, quia talis donatio est ob causam, quia parentibus incũbit onus dotandi filias, velint nolint. l. vl. C. de dot. promis. l. 8. ti. xi. par. 4. cum similib. & idem est in donatione propter nuptias facta a patre filio, quando filius vxorem ducit, & non est facta ex mera liberalitate, quia ad id pater ex. l. tenetur. Et in necessitatibus, nemo liberalis existit. l. vt liberis. l. illud. l. illam. aut. ex testa. C. de colla. l. quoniam nouella. C. de inoffi. test. declarat recte An. Gomez. in l. 29. Tau. nu. 12. & 13. in nostro vero casu, diuersa est ratio, quia non solum pater constituit donationem ꝓ nuptias, sed ex mera liberalitate facit de omnibus bonis maioratum in filium, quod filiis aliis postea natis moderari dẽt, ne crudeliter filii, qui ab eodẽ sanguine procedũt mendicare cogantur, & seruire fratri maiori. & impetret sibi mulier quæ contraxit matrimoniũ, cuius pater poterat, postea filios habere. & Ias. in d. cons. nu. 2. col. 7. in versi. ex istis omnibus. expresse fatetur, quod donatio causa dotis facta filiæ per patrẽ, licet non sit mera donatio, sed ob cãm non reuocatur in totũ ipso iure, sed bene reuocatur vsque ad eorum legitimam. per. l. si totas. & l. si liqueat. C. de inoffi.
17 dona. Et vera ratio decidendi dictas leges. si vnquam. & legẽ par. in eo consistit, quod non est verisimile, quod si quis tempore factæ donationis speraret, se postea filios procreaturũ, nec ex mera liberalitate, nec ob causam procedẽtem ab eadem met liberalitate donaret, sed potius superfederet in donando, saltim in tam magna quantitate, prout donauit, vt tradunt communiter. Doc. in d. l. si vnquam. Menchaca. lib. i. controuersiarum. c. 10. nu. 39. Hæc igitur ratio, quæ habet retro oculos, & considerationem ad verisimilem mentem eius, qui maioratum fecit tpe, quo illum constituit ob causam onerosam, quod si cogitaret de futuris liberis eum non constituisset. procedit etiam & militat in casu, in quo maioratus factus fuit ob contractum onerosum. Et cum ista rõ sit generalis in oĩbus casibus, in quibus concurrit, & procedi, est seuanda. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de le. 2. cũ cõcor. & est egregia doctrina Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. p̃ teri. nume. 7. vbi dicit, quos ratio conuertit, non debet iuris dispositio separare per l. i. C. de diuers. reser. Nec his ẽt ob
18 stant. d. leges. 17. & 44. quæ prohibent reuocationem maioratus, aut meliorationis, vbi isti hæc fiunt *in* fauorem tertii, quia dictas leges nouiter ego intelligo procedere in dispositione hominis, & vbi ille, qui maioratum fecit sola sua propria auctoritate reuocare vult, non etiam procedunt in reuocatione aut moderatione, & limitatione facta a lege, prout est in nr̃o casu. & lex ipsa, & non homo limitat, aut moderatur. l. vl. ff. qui satisf. cog. l. quod semel. ff. de decr. ab ord. facien. l. si hominem. ff. man. l. libera. ff. de pecu. Ex quibus tandem fit, ꝙ tam vbi pater filio tradidit possessionem rerum maioratus, q̃ vbicunque maioratus factus fuit cum tertio, reuocatur maioratus quo ad legitimam filiorum postea natorum. & hæc erit iustissima causa impetrandi a rege facultatem ad extrahendum a maioratu bona, quæ filiis competere debent pro legitima. Imo forsan in isto casu non erit licẽtia necessaria, quia istud fieri videtur ex antecedẽti, & necessaria causa. argu. l. alienationes. ff. fami. her. & l. i. C. debitor. vend. pig. impe. non pos. & aliorũ, quæ scribo in 4. par. huius operis. q. i. limita. 6. nu. 13. Erit igit̃ in istis casibus licitũ patri in vita reuocare maioratũ, & eo mortuo filii reuocare pos-
19 sunt, quo ad eorundem legitimam partem. Sed est dubiũ, an p̃dicta ꝓcedant vbicũq; pater tpe, in quo maioratũ fecit duos filios habebat, & postea multos alios filios procreauit? In quo licet verisimile videat̃, patrẽ velle oĩbus filiis ꝓuidere, & existimãdũ est, ꝙ si plures liberos haberet, non feciss̃et maioratũ in tã magna quãtitate. Et dicat Cor. in consi. 4. lib. 3. nu. 5. ꝙ d. l. si vnq̃. fortius ꝓcedit, cũ qs post donationẽ factã, multos filios ꝓcreauit: vñ per natiuitatẽ vnius filiæ fęminę, q̃ nõ indiget tot bonis sicut masculus, nõ ita reuocat̃ donatio, nec solet ita retrahi a donando, q hẽt vnã filiã ꝓ ut q hẽt vnũ filiũ masculũ vel plures. Tenendũ tñ est, ꝙ ĩ isto casu nõ reuocabit̃ maioratus, & primogenitus solũ tenebit̃ cęteris fratribus alimẽta exibere. Et existimãdũ est, ꝙ pr̃ nihilo minus maioratum feciss̃et, etiam si plures alios filios haberet, maxime si sit nobilis, nam (ut s̃. dixi) nobiles appetũt, & solẽt facere maioratus, vt progenies illorũ magis illustret̃. Et ꝓ hoc facit, ꝙ in simili tradũt Bal. lectura. 2. & Ang. in d. l. si vnq̃. vbi dñt, ꝙ d. lex non ꝓcedit vbicũq; est verissimile ex ꝓ babili cõiecturis, ꝙ etiam si pater deliberis cogitasset, nõ iõ minus donationem feciss̃et. notatur ꝓ Anc. in consi. 46. prima facie videtur. & Dec. in consi. 581. & per alios, quos refert Tiraq. in d. l. si unquã. in prin. nu. 84. & est communis opinio, ꝰm Soc. in d. consi. 147. nu. 13. Imo vt s̃. dixi. nu. 8. d. l. nõ procedit, vbi quis, q̃ñ donauit, aliquos iã habebat filios. Sed
20 in casibus, in quibus reuocatur maioratus, vel melioratio reuocetur vna cum fructibus, ubi postea filii superueniũt? ꝫ stat ex scriptis per Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo, reuertatur. num. 269. vbi istum articulum in specie illius legis disputat. referendo Lance. Galiau. in i. centurio. col. 13. ff. de vulg. & Rip. in d. l. si vnq̃. nu. 40. qui diuersas sn̄as tenet. & tandem Tiraq. in ea est sn̄a nu. 273. ꝙ est faciẽda fructuũ restitutio: cũ donator declarauerit velle donationẽ reuocare, & non antea. & idẽ in effectu vr̃ tenere Mo. Pa. in consue. Paris. §. 2. nu. 58. vbi dicit, fructus esset restituẽdos, postq̃ donatari⁹ hęc sciuit. Et de restituẽdo fuit interpellatus, & cõstitutus ĩ mala fide, & nõ reducit̃ ad nõ cãm ꝓ tempore p̃terito. Et pro decisione huius dubii est animaduertenda prædicta lex octaua

in

Source : BIU Cujas

in illo verbo.*luego*.Plura alia in ista qõne examinare poterã que lector prout negotia occurrerint percipere facile potest a Tiraquel.in vberrima repetitione prædictæ legis, quæ mirabilis est.

21 ¶ EX superioribus etiam deducitur, quod si quis renũtiauerit maioratum in fratrem suum, vel in alium in quem si ipse non adesset in medio succedere deberet,& post factãm renunciationem liberos procreauerit,maioratus reuocatur ipso iure propter superuenientiam liberorum,quod ex prædictis constat.Et probatur ex pluribus, quæ scribit Tiraq. in d.l.si vnquam.in verbo donatione largitus. nu.178.pa. 245. Et hoc potius haberet locum,vbicumque ille,qui renuntiauit,iam possidebat bona maioratus, & ius quæsitum habebat.l.vl.C.de acq.poss.l.seruus.C.de pac.Et faciunt plura,quę scribit Tiraq.in d.loco.nu.180.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio firmat regulam in contrarium, in casibus non exceptis.*
2 *Exceptio non facit,quod regula extendatur ad casus,qui sub regula nõ comprehenduntur.*
3 *Casus excepti a regula, extenduntur ad casus similes.*
4 *Taxatiua dictio,non excludit alios casus exceptos in alia parte iuris.*
5 *Lex limitatoria extenditur ex identitate rationis.*
6 *Contra instrumentum guarentigium,an apponi possint alię exceptiones, quam contentæ in lege regia.*
7 *Regulam habet pro se, qui dicit donationem factam reuocari non posse.*
8 *Iuramentum si pater præstitit tempore,quo fecit maioratum, non potest reuocare,etiam si posessionem non tradat.& idem est in melioratione tertii.& ibi vide multa.*
9 *Iuramentum intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur.*
10 *Pactum factum quod filius, qui descendet ex matrimonio succedat, an reuocari possit.*
11 *Siquis homagio facto faciat maioratum aut melioratione, an possit reuocare,etiam si possessionem non tradiderit,late disputatur & multa vtilia inuenies.*
12 *Quid quando pater promittit in veritate,quando maioratum facit.*
13 *Geminato consensu,si pater faciat maioratum, an reuocare possit.*
14 *Geminatus consensus,tantum valet, quantum iuratus.*
15 *Ex actus geminatione, colligitur deliberata voluntas, & ius de futuro per binum actum renuntiari potest. & verba geminata arguunt qualitatem masculinitatis.*
16 *Renuntiatio geminata,an rescindatur prætextu ænormissimæ læsionis & ibi multa de virtute geminationis.*
17 *Resolutio questionis de qua. in nu.12.*
18 *Maioratus factus ad remunerandum filio,an reuocari possit?*
19 *Donatio facta filio ob remunerationem per patrem, in tantum valet q̃ est deducenda,vt æs alienum.*
20 *Donatio remuneratoria,non potest per principem etiã reuocari propter ingratitudinem.*
21 *Leges retractus consanguinealis,an habeant locum in donatione remuneratoria,sicut in venditione.*
22 *Quæ sint operæ,quas filii debent facere parentibus, vt prædicta procedant,& an satis sit patris confessio.*
23 *Pater maioratum semel factum, quando per ingratitudinem reuocare possit.*
24 *Ingratitudo filii,an sit sufficiens ad reuocandum maioratum factum per contractum oneroſum.*
25 *Donatio ob causam,non potest per ingratitudinem reuocari.*
26 *Si pater excedit in dotando filiam spuriam matrimonio constante,hic excessus peti non potest. & infertur intellectus ad pragmaticam dotium.*
27 *Maioratus non potest reuocari per ingratitudinem, quando vocati sunt filii illius,qui ingratitudinem fecit.*
28 *Si pactum fuit factum in matrimonio, quod si filius masculus nascitur succedat,valet,& ibi vide alia plura similia.*
29 *Notabilis difficultas,quæ oritur contra ea,quæ notantur in num.23.& 24.omnino videnda.*
30 *Determinatio vna,non respicit plura determinabilia,quando ratio est diuersa.*
31 *Pater etiam ex consensu filii,non potest reuocare melioratum in præiudicium vxoris,cuius etiam occasione,maioratus fuit factus.*
32 *Causa quando præsumatur finalis.*
33 *Pater si faciat maioratum in filium ob causam matrimonii,si filius committat delictum,an bona amittantur in præiudicium vxoris.*
34 *Pater si facit maioratum in filium, ob causam oneroſam matrimonii, quando mulier non vult nubere,an posit reuocari,& quid si pęnituit eum.*
35 *Maioratus factus ob causam matrimonii, quando posit per patrem reuocari si mulier decedat ante contractum matrimonii.*
36 *Pater potest reuocare maioratum,etiam tradita possessione,quãdo filius contenta,& promissa non seruauerit.*
37 *Filius ingratus,in quem factus fuit maioratus, a quo tempore teneatur fructus restituere,& an pater soluere illi sumptus teneatur,& remissiue quæ sint causę ingratitudinis.*
Pater quando,& in quibus facto maioratu,ossit illum reuocare,latissime exponitur.

QVAESTIO VIGESIMASECVNDA.

IN quæstionibus præcedẽtibus tractatum est,quomodo constituatur maioratus auctoritate principis, & qualiter auctoritate legis & Principis reuocetur, nunc in hac quæstione vigesimasecunda agendum est, qualiter,& quando pater post factum in filium maioratum, possit illum reuocare. Quæ quæstio est latissima, & in practica quotidie contingibilis, & super hoc contingunt mille lites maximi momenti,præcipue inter nobiles & magnates.quæ in alias sequentes quæstiones, est diuidenda, vt ea, quæ dicuntur rectius percipiantur. Sciendum igitur est, quod patri licet regulariter reuocare maioratum, quem fecit in filium per l.14. Taurinam, exceptis tribus casibus in illa lege contentis. Videlicet, si fuerit tradita possessio bonorum maioratus,vel si tradita sit scriptura, vel si maioratus sint factus ob causam oneroſam, cum alio tertio, vt per viam matrimonii,vel per aliam similem causam. Quia in his tribus casibus, non est licita reuocatio, nisi in licentia maioratus hoc Rex statuat, vel condens maioratum reseruauerit sibi potestatem reuocandi,vt latius in d. l. cauetur. & colligitur in summa ex illa lege, quod in illis tribus, casibus, non licet patri reuocare maioratum iam factum, & in aliis. sic oportet igitur inuestigare pro intellectu istius materiæ, an vltra casus in illa lege contentos sint alii, in quibus patri non liceat reuocare maioratum? Quod vt perfectius in-
1 telligatur, supponere oportet,dispositionem casus notabilis in l.nam quod liquide. §.fina.ff.de penu lega. a quo Doctores omnino deducunt, quod exceptio firmat regulam ĩ contrarium,in casibus non exceptuatis. Vbi dicitur, si cui penus legata sit præter vinum, omnis penus legata videtur exeepto vino. eadem conclusio probatur. in l.quæsitum.§. denique. vbi Bartol.ff de fund.instruct.l.maritus. C. de procurato.notat gloss.in l.his verbis. ff. de legat.iii. & ideo dicit Romanus in consil.271. numero 3.quod concessio generalis,a qua fuerunt excepta quædam regalia, firmat regulam in contrarium in omnibus regalibus, præter exceptuata. Et notatur in variis casibus per Curtium Iuniorẽ in consil. 16.lib.primo,nume.11.& in consil.133.nume.16.& in cons. 60.nume.11.lib.j.& Alexan.in consil.133.num.16.& in consi.186.nume.6.libr.6.& in consi.32.nume.4.lib.7.& in consi. 106.nume.10.lib.5.& in consi.36.nume.2.lib.6. & in consil. 144.eod.lib.& in consil.35.lib.4.Ias.in l.transigere. num.13. C.de transactio.vbi Purpura.nume.58.& in l.Titiæ textores. num.21.ff.de leg.i.& in l.si is qui pro emptore.num.51.ff.de vsucapio.& in l.illud nume.9.ff.quod quisque iure. Bartho. Socin.in consil.72.visis statutis communitatis.lib.4.vbi dicit quod de natura exceptionis est, vt faciat includere casus nõ exceptuatos.& idem in consi.25.num.27.lib. i.Purpura. in l. j.nume.578.& nume.580.& nume.700. ff.de offic.eius, cui mand.est iurisdict.Tiraquel.in tracta. de pia causa. priuileg. 78.& iterum Ias.in l.si ita legatum.nume.6.ff.de lega.i.& Deci.in consi.381.nume.iii.Ludouic.Gomez. in regu. de triennali possess.quæst.10.eleganter Episcop.Couarru. resolut.li. secun.capitu.5.nume.6. quæ adde ad Euerard. in centum locis,in loco.3.ab exceptione ad regulam. & notatur etiam p Moder.Parisien.in consuetudin.Parisien.par.i.§.i.glo. 5. nu. 60.& §.18.gloss.iiii.nume.10.Socin.Iunior in consi.140.nu. 15.lib.ii.& hęc.sufficiant.ex quibus videtur, quod in omnibus casibus,præterquam in illis tribus, quæ in prædicta lege continentur,est licita reuocatio maioratus, & his exceptionibus stari debet,quia dantur pro regula.l.ab ea parte. ff. de proba.& non sine misterio lex prædicta ponit illas exceptiones,cum potuisset faciliter & alias tradere, vnde in illis tantummodo casibus regula fallit.l.vnica.§. finautem ad deficientis.C.de cadu.tollen.habuit etenim (vt suspicor)illa lex considerationem ad parentes,qui æquum est,vt habeant liberam potestatem disponẽdi de rebus propriis, & quod eadem libero arbitrio possint inter filios suos diuidere, siue in vita,siue in morte,dummodo non excedant metas iuris.l.j. c.de sacrosan.eccles.l.parentibus.C.de inoffic.testamẽ.sed licet dicta conclusio,quæ deducitur a dicta. l. nam quod liquide.§.fi.sit ab omnibus recepta, & regulariter vera. insignis Philiphus Decius in capitulo, cum dilecta. numero 6. de confirmatione vtili, vel inutili. laborando in intellectu istius materiæ, & ab ipso firmamento principium sumen-

Source : BIU Cujas

do dicit esse considerādum, ꝙ exceptio firmat regulam ista ratione, quia sub generalitate omnes casus regula includit:
2 vnde aliqui casus excipiuntur, alii sub regula manent. l. cum prætor. ff. de iud. sed quo ad alios casus, qui sub regula non comprehenduntur, exceptio non firmat regulam: quia non facit, ꝙ regula extendatur ad ea, quæ alias sub regula non includuntur. vt est tex. in l. generali. §. vxori. & ibi Barto. ff. de vsufru. leg. quem Deci. vbi supra latius inducit. & idem Deci. in l. j. nu. 22. ff. de regu. iur. vbi Parisien. citat Alberi. in l. fi. per illum tex. ff. ad Treb. & idem Deci. in consi. 44. num. 44. & in cons. 40. nu. 4. & in cons. 151. nu. 7. & Bar. quem hic non refe runt in Auth. de non alie. aut permutan. reb. eccle. §. vt autē lex. nu. 2. Pari. in consi. 141. nu. 13. cum seq. li. 4. Barth. Soc. in consi. 47. nu. 3. li. j. & in dictis locis Deci. plura in confirmationem huius opinionis adducit. & idem ante eum tenuit Ale. qui eandem regulam ponit in consi. 28. visis & accurate. lib. i. nu. xi. vbi Pari. alios concordantes refert. & plures citat Tiraq. iuxta morem consuetum. li. j. de retrac. in fi. li. nu. 94. cui adde Alex. in consi. 39. li. 4. & Corne. in consi. 57. lib. i. Ludoui. Gozad. in consi. 26. nu. 48. Stephan. Bertran. in cons. 150. nu. 5. lib. j. Euerar. in centum locis. loco. 3. ab exceptione ad regulam. pag. 43. Iason. in l. properandum. nu. xii. C. de iud. ꝙ maxime procedit, vbi resultat correctio iuris: quia tunc regula in casibus non exceptuatis, non firmatur. l. serui nomine. cum ibi notatis per glo. & Bar. ff. de vsucap. & alii, vt per
3 Ale. in consi. 145. nu. 2. lib. 7. Item casus excepti a regula, extenduntur ad casus similes illis exceptis. vt probatur in d. ca. cum dilecta. vbi Abb. & Deci. nu. 5. notab. 5. & idem Abb. in c. ad audientiam. de cleri. non residen. & alii, vt per Deci. in dicto loco. & per eundem in d. l. i. nu. 32. ff. de reg. iu. & in cōsi. 555. & in c. iurauit. col. 2. de proba. & Alex. in consi. 130. in causa strazarolorū. nu. 5. lib. 4. Feli. in c. quoniam frequenter vt ji. non cont. & est elegans glo. quam prædicti non referūt in l. i. C. de cond. indeb. notat. Episcop. Couar. in d. c. nu. 6. cui adde And. ab Exea. in c. cum omnes. de constitutionib. num. 219. in consi. 118. li. j. col. 3. & in auth non licet. C. de li. præte. & in l. quod te mihi. nu. 30. ff. si cer. pet. notat. Greg. Lop. in l. 18. tit. 18. par. 2. in glo. *seno por dos cosas*. & Ioan. Lopez in rub. de dona. inter vir. & vxor. in col. 60. in ver. & inde. & in c. col. 119. in versi. ampliabis. Suarez in proœ. leg. fori. col. i. in uer. ecce casus notabilis. Pari. in d. consi. 141. nu. 24. Tiraq. li. 2. de retract. §. i. glo. 6. nu. 6. pag. 842. & hæc est communis opinio. quamuis Bal. in c. post trāslationem. de renun. dicat, ꝙ exceptio firmat regulam in contrarium in casibus similibus, vel habentibus eandem rationem: non etiam in casibus maiorem rationem habentibus. quem ad hoc refert Episco. Segouien. in c. Alma mater, col. i. de sent. excō. in 6. sed certe istud principium ego ex Bal. colligere nō potui, nec in meo libro hoc dicit. Et per prædicta inquit Abb. in ca. inter alia. nu. 15. de immu. ecc. in ver. præterea vbicumque. ꝙ si vnum ius po.
4 nit aliquam regulam, & excipit aliquem casum, cum dictione taxatiua, nihilominus excipiuntur alii casus, qui reperiūtur excepti in alia parte iuris. refert tex. coniuncta glo. in ca. quoniam frequenter. vt lit. non contest. & glo. & Bart. in d. l. serui. ff. de vsucap. pro quo facit tex. in cle. exiui de Paradyso. §. cum autem natura. de verborum significatio. quem commendat. Iason. in l. actio. nu. 2. C. de transa. & in l. cognito. nu. 5. ff. de offi. eius, cui man. est iurisdi. & in l. 3. §. iurari. num. 19. ff. de iure. iuran. & in l. j. nu. 6. C. de iur. & fa. ign. & in l. j. nu. 11. ff. si quis ius dicen. non obtem. Et lex limitatoria, extenditur
5 ex identitate rationis. l. his solis. ibi, satis etiam tacite cautum putamus. C. de reuoc. dona. & est communis opinio, secundum Alc. li. 2. de verbo. signi. qui plura in proposito nostro adducit, & dictiones, (solum) & (tantum) non excludunt ca
QVOD aūt per maioratum dicto modo conſtitutum ius acquiratur filiis illius,in cuius fauorem maioratus fuit p̄ſtitutus,vltra quod id cauetur in omnibus maioratibus probatur ex deci.Guid.Pap.267.incipit pact.factum. vbi dicit,q̄ ſi pactum factum ex contractu matrimonii, q̄ filius maſculus naſciturus ſuccedat in tali domo,ſeu caſtro,vel ipſum habeat præcipuum per ſtipulationem, vel per ſponſum, vel p patrem,vel notarium interpoſitam : ex hoc pacto quæritur ius primogenituręfilio primo naſcituro.per l.diui.§. pactus. C.de naturalib.liber.& in l.ſi interdictum. ff. de pact.& alia iura.& donatio,quæ fit filio in poteſtate, fauore & contemplatione matrimonii valet,vt tenet idem Guido in deciſio. 145.quamuis debeat cum fratribus communicari,vt p Chaſſanc.in conſuetudi.Burgund.Rubri.vii.colum i.verſic.aduertendum.& filio naſcituro,poteſt donari & legari.l.Gallus.§. ille caſus.vbi Bar.& alii.ff.de liber.& poſthum. Boeri. in deciſio.172.num.4.vbi poſt Bellamera. deciſio.17. dicit valere donationem factā in contractu matrimonii filio primo naſcituro maſculo omnium bonorum,vſufructu retento, q̄ñ notarius ſtipulatus eſt,aut pater pro eo.quę etiam conducūt ad intellectum eorum,quæ ſcribo in hac quæſtione. nume. 8.& 9.& addo Purpur.in l.vlti.nu.221. C.de pact.vbi dicit,q̄ quando pactum radicatur in perſona promittentis,pactum valet,& quod per hunc modum ſuſtinētur primogenituręquę fiunt in partibus vltramontanis,in contractu matrimonii,ex quo per pactum concipitur promiſſio,quæ radicatur in perſona promittentis,ex qua quęritur ius primogeniturędeſcendentibus.refert tex.in d.l.diui, & corrupte duas deciſiones Guidonis Papæ. Et idem ſuſtentat Rip.in bono caſu in conſi.xcv.nu.ij.cum aliis. iſtam opinionem latius omnibus confirmat Guilielm.Benedict.in c.Raynutius.in verbo, duas habens filias.nume.198.cum ſequentib. de teſtam. vbi tradit,q̄talia pacta inter nobiles,& potentes,conſuetudines Galliæ approbantur,ſaltem quo ad iuriſdictiones,donationes,& feuda.& idem Guilielm.in verbo, & ſobolem,quam geſtabat in vtero,num.48.49.& 50.& facit quod ſcribit Bal. in d.l.cum Archimedoram.nume.7. C.vt in poſſeſſio.legat. Deci.in l.pactum quod dotali.num.vij.C.de collatio.& Bal. in conſi.22.quædam domina Neolina.nu.j.& 2.libr.v.Deci. in conſi.225.in cauſa.num.3.& in conſil.376. viſo conſilio. num.9.& in conſi.216.nu.3.& 475.nume. 23. Guido Pap.in conſi.xij.ex facti narratione.Suarez. in l. quoniam in prioribus.q.ix.nume.16.pagi.230. Stepha.Bertran. in conſil. 299. alias cum ſcribere.nu i.li.j. & in conſi.cccij.viſis copiis, nu. 5. lib.iii.qui doctores in hac materia varia ſcribunt pro deciſione plurium litium. & notanda ſunt pro declaratione p̄dictæ illationis,& omnium ſupradictorum,& iſtius materiæ,quam tractamus. Et ex hac tandem illatione, conſtitui videtur tertius caſus vltra duos alios,qui continentur in d.l 44. in quo permittitur patri reuocare maioratum etiam ſi filio tradiderit poſſeſſionem.Sed nihilominus ſuper hac limitatione,quam ſcribo in nume 25.altius eſt cogitandum: quia d.l.17.cum ſtatuiſſet illos tres caſus,in quibus licet patri & matri reuocare meliorationem tertii,inter quos enumerat,quando melioratio fuit facta ob cauſam matrimonii cum quopiam tertio,in fine legis dicit,q̄ poſſit reuocari per aliquam cauſam,per quam ſecundum leges regni permittit̄ reuocatio donationū perfectarum. ibi,*o por alguna cauſa, que ſe gun las leyes deſtos reynos, las donaciones perfectas y con derecho hechas ſe pueden reuocar*,vides igitur qualiter illa lex in oībus caſibus in ea cōtentis,vna determinatione, quę reſpicit plura determinabilia,& omnia debet pariformiter determinare.l. iam hoc iure.ff.de vulga.& pupilla l.Titius.eod. titu.l.in teſtamen. & ibi,laſ.2.notab. Deci. in quarto notabi. C.de teſtament.milit.& idem Decius notabiliter in conſi.211.dicit poſſe reuocari donationem,ex cauſis in legibus regni contentis,quarum hæc eſt vna : quando donatarius committit ingratitudinem contra donantem.iuxta.l.x.titu.4. part.v. & cum lex non diſtinguat,nec nos diſtinguere debemus.l.de p̄tio.ff.de public.vbi gl.plures concordantes refert.c.ſi Romanorum.19.diſtin.& eſt materia brocardica. de qua per Iaſo. in l.non dubium.C.de legib.& in l.quamuis C.de in ius voc. Soc.regu.29 & per alios,quos omitto.& quando duo verba, & duæ diſpoſitiones recipiunt vnam determinationem, intelliguntur eam vniformiter determinare.l vlt.C.de ſentē.& interlocu.om.iudi.l.ſi legatarius.§.vltimo ff.de leg i.vbi hoc notant Dinus,Petr.& Alber.& Bar.qui īfert ad notabilem q̄ſtionem.quam refert & confirmat Moder.Par.in 1. parte cōſuet.Pariſi.§.3 glo.4.num.36.cui adde eleganter Iaſo.in l.miles.§.i.num.2.3.& 4.fol.133.ff.de re iud & clauſula in fi.appoſita,refertur ad omnia ſuperiora.l. talis ſcriptura.ff.de lega.i §.filius intermedias.ff.de liber.& poſt.l.i.C.de liber.prę-
ter.l vltim.ff.de reb.dub.Sed adhuc replicari poteſt,q̄ licet verum ſit, q̄ regulariter vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, cēſetur omnia pariformiter determinare: id procedit,quando eadem eſt ratio determinandi, ſecus ſi ſit diuerſa:quia tunc non fit æqualis determinatio. ſecundū Ange.in Authen.de hæred.& Falci.§.hinc nobis:in fin.Imo. in l.Caius.colum.3.vbi Alex.ff.ſolu.matrim.Deci.in d.l.in teſtamento.num.8.& in conſi.456.num.xii.Barto. Soc.conſil. 291.nu.xi.lib.2.Soc.Iunior in conſil.121.num.27.lib.1.& in conſil.80.nume.15 & 158.nume.4. & 167.nume. 25.& 185. num.11.lib.2.Caro.Rui.conſi.265.nume.7 lib.2.licet diuerſum concludere videatur conſi.86.num.9.lib.5.ex qua reſolutione apparet,q̄ quāuis.d.l.17. in illis vltimis verbis æqualiter videatur determinare in illis tribus caſibus,quia vbi cōtractus factus eſt ob cauſam oneroſam cum tertio,ratio determinandi eſt diuerſa(vt dictum eſt)non debet ēſſe ęqualis determinatio.& vbicunque exceptio ponitur poſt plures caſus,& non poteſt de iure adaptari niſi ad alterum tantum, debet ſic intelligi,vt excipiat ſolum caſum, cui eſt adaptabilis,ſecundum glo.in c.1.in verbo niſi. vbi Domi. & Fran. de præſcrip.in 6.& valde hanc glo.tollit Euerard. in centum locis,loco.3.ab exceptione ad regulam.pag.58. & ad hoc etiā facit notabilis caſus in l.ſi ſeruus liber,ff.de ſtat.lib. & in l.ſi ita ſcriptum fuerit cum Titius.ff.de manumiſ. teſtamen.vbi probatur, quod licet quādo vna determinatio determinat

plura

Source : BIU Cujas

plura determinabilia, omnia pariformiter debeat determinare fallit, nisi vnum de determinabilibus sit tale, cui iura magis faueant quam alteri, quę iura didici ad hoc. Abb. Alexan. in consi. 50. lib: 4. num. 3. Barth. Socin. in consil. 5. num. 17. lib. 4. Carol. Rui. consi. 64 nu. 7. lib. 3. & 106. nume. 6. lib. 2. & 157. nu. 2. eo. lib. & consi. 3. nu. 10. lib. 2. vbi declarat. cum igituriura nostra magis faueant maioratui, vel melioratio-
ni factæ cum tertio ob causam onerosam, quam in alijs ca-
sibus, vt patet ex. litera. l. 17. 22. 24. Taurinis: sequitur, quod in hoc casu quando maioratus est factus cum aliquo tertio ob causam onerosam: quia hoc est magis fauorabile, non reuocatur propter ingratitudinem donatarij.

31 ET ex prædictis etiam infertur, ꝙ si pater ad hoc, vt fi-
lius contrahat matrimonium cum aliqua muliere, facit in fauorem filij melioratione, aut maioratum, ꝙ contracto matrimonio, non licet patri, etiam ex expresso filij consen-
su melioratione, aut maioratū reuocare: quia postquam mulier ex hac causa matrimonium contraxit, non tantum agitur de præiudicio ipsius filij, sed etiam vxoris, cuius oc-
casione, etiam non interueniēte traditionc, melioratio, aut maioratus de iure est irreuocabilis per dictas leges 17. & 44. & ideo absque consensu vxoris non est licita reuocatio. ad quod facit l. pacto succesorum. C. de pact. l. vlti. ff. eod. titu. l. si post mortem, §. vlti. ff. de contratab. l. per fundum. ff. de seruitu. rustico. prædio. l. in concedendo. ff. de aqua pluu. arcen. regula, quod omnes. de regul. iur. in 6. d. l. non debet. ff. de regul. iur. l. j. C. de transact. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. fa-
cit dispositio, & ratio, aut siue a me. C. ad Velleian. c. peruenit. de emp. & vend. l. 7. titu. 11. par. 5. in versi. *pero con todo* imo etiam si filius in cuius fauorem factus fuit maioratus, vel melioratio priusquam pater, qui maioratum constituit vita functus fuit, filijs ex tali matrimonio conceptis, maioratus vel melioratio reuocari non potest per patrem: quia iam fi-
lijs ius fuit acquisitum ex primæna institutione maioratus. vt ex superioribus longe constat, & alijs pluribus, quæ scri-
bo. in q. 24. ſ. eod. fortius dico, ꝙ a patre facta melioratione per contractum onerosum, durante onere, vel existente ali-
qua causa, & adhuc durante, ex qua inter alias maioratus fuit constitutus, aut melioratio a principio non licet filio consentire in aliqua noua cōditione, quam pater velit adij-
cere ī maioratu, vel melioratione, quia sicut reuocatio est prohibita in totum, ita conditiones nouæ non permittun-
tur. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub mo. l. filius. C. de pact. fa-
32 cit egregium consi. Pau. de Cast. quem in alijs locis refero, 164. lib. 2. num. 5. vnde facile est videre, quam inutilis sit cau tela, qua hodie aliqui parentes vtuntur, qui dum filios me-
liorant ob contractum onerosum, ab illis extorquent cedu las pro maiori parte priuatas, in quibus promittunt se non vsuros melioratione: quia in præiudicium vxoris tales, pro-
missiones sunt inefficaces. ad quod facit dictum Imol. in l. cum vir. ff. de vsucap. quem sequuntur Alex. in consi. 16. lib. 3. & alij, quos refert episcop. Couarr. in c. quamuis pactum, de pact, in 6. 2. parte relectio, §. 2. num. 4. versi. satis etiam. vbi tradunt, iuramētum factum per mulierem de non alienan-
do fundū dotalem, non nocere emptori tale iuramentum ignoranti. Et hoc confirmatur: quia cum causa per quam aliquid statuitur, non solum est ad commodum concedentis, sed alterius tertij præsumitur finalis, secundum glo. Bart. Bal. Ang. & Salicet. in l. si mulier, C. de iure doti. & in l. 3. §. si quis quasi. ff. de condi. ob caus. Cin. Petr. & Alberi. in l. generaliter. vbi Salicet. C. de episc. & cler. ad quod plures DD. refert Tiraquell. in tract. de cessan. cau. limitatio. 1. nu. 12. præ-
sumitur igitur causa finalis, quādo pater facit maioratum, vel melioratione m in filium contrahētem matrimonium cum aliqua muliere, ipsa mulier, quæ nubit. Cum igitur mulier sit causa finalis talis dispositionis, illa non cōsentien
te, nihil est immutādum, & si aliter diceremus, facile fieret illusio mulieri, & fraudaretur, quæ ideo contraxit matrimo nium: quia eius socer fecit maioratum, vel melioratione m in mariti fauorem: nam & matrimonium est quædam spe-
cies emptionis, vt per Tiraquel. in legibus connubialibus. l. 4. notatur per eundem. lib. 2. de retract. in fi. nu. 69. quod fa-
cilius mihi persuadeo: cum inspicio hominum auaritiam, & ambitionem in huiusmodi copulandis matrimonijs, in quibus pro maiori parte non habetur consideratio, nec ex parte mariti ad pulchritudinem, virtutes, & genus mulieris, neq; ex parte mulieris ad genus, & virtutem viri, sed ex vtra-
que parte principaliter attenduntur diuitiæ, & de alijs om-
nibus, tanquam debilibus, accessorijsq; tractatur. (ꝙ maxi-
me dolendum est,) & ex hoc plura reipublicæ incommo-
da resultant lachrymis, fletuque dignissima, & merito repræ hendi eos liquet ex scriptis per Ioan. Fabr. in Rubri. de nupt. & Tiraquel. in legibus connubialibus, in 7. lege connubia. cum sequentibus. O tempora felicia, in quibus Licurgus il-
le acerrimus legislator statuit, vt virgines sine dote nube-
rent, ne propter opulentiam colerētur, vt latius tradit idem Tiraquell. in d. tracta. 5. lege connubiali. num. 10. Et hæc opi nio tradita in isto nu. & præcedenti persuasiua videtur, licet aduersari videatur resolutio. Bar. & aliorum in l. qui Romę. §. Flauius. ff. de verb. obli. de qua tracto infra, q. 24. nu. 7.

33 ET hæc etiam præstant argumentum, ꝙ si pater faciat melioratione m in filium, ob causam onerosam matrimo-
nij, & filius committat aliquod delictū, per quod bona pro-
pria in totum, vel in partem possit amittere: dummodo de-
lictum non sit de illis, quæ continentur in l. quinque legib. ff. de bon. damnato. vbi Doctores. non amittit bona data in melioratione m: quia cum talis melioratio facta sit contem
platione vxoris, illa non delinquente pro vita mariti, non debet priuari facultate gaudendi bonis: quia pœna suos au-
thores tenere debet. l. sancimus. C. de pœn. faciunt tradita per Moder. Parisien. in consuetudin. Parisien. §. 30. nume. 76. nec obstat. l. 78. Taurina. quia loquitur specialiter in illa cau sa, & in dote, quam etiam mulier constante matrimonio amittere potest. ad quod faciunt scripta per Ale. in consi. 23. lib. 1. Bartho. Soci. in consi. 121. num. 22. lib. 4. Nicola. Boer. decisio. 278. nu. 6. & 7. sed nihilominus hæc conclusio dubia videtur, tum per dictam legem 78. Taurinam, quæ propter eandem rationem ad nostrum casum extendi potest: tum, quia hoc iure cautum non reperitur, & esset aperire viam delictis. nec obstant, d. leges 17. & 44. Taurinæ, quia loquun-
tur quantum ad id, quod pater, & mater non possint reuo-
care melioratione m, aut maioratum, quando contractus fuit factus cum tertio ob causam matrimonij, vel ob aliam causam, & non loquitur in reuocatione, quæ per legem fit ob delictum eius, in cuius fauorem melioratio fuit facta. ꝙ verius puto per has rationes, & alias, quas omitto, cotentus cum quadam bona remissione Peral. quem lector legat. in l. 3. §. qui fideicommissam. nu. 128. ff. de hæred. instit.

34 EX his etiam deduci potest, ꝙ si pater facto maioratu, vel melioratione in filium ob causam onerosam matrimo nij mulier nubere nolit, prout aliquādo contingit, vel quia ipsam vel eius parentes, aut consanguineos pœnituerit tra-
ctatus facti, potest pater tanquam iam causa cessauerit, ob quam maioratū, vel melioratione m fecit reuocare talem maioratum, vel melioratione m non aliter, ac si maioratus, vel melioratio non esset facta ob causam onerosam matri monij: quia si ex hac causa onerosa matrimonij, maiora-
tus erat irreuocabilis, illa cessante, dispositio cessare debet: quia promissionis causa cessante, cessat promissio. l. j. §. vlti. cum l. sequenti. ff. de excusat. tuto. & l. qui tutelam. in prin. ff. de testam. tute. l. etiam si partis. ff. de legat. 1. per quæ iura, & alia, doctrinam hanc tradit Anton. per tex. ibi, in c. 2. in 1. no tabili. de custo. euchariſt. Roman. in consi. 417. & confirmat Tiraquel. in tractat. de cessante cau. parte 1. nume. 217. & ad hoc etiam conducunt, quæ scribo in q. 39. infra eod. nu. 11. & ꝙ paria sunt aliquid ab initio esse tale, vel ex postfacto deuenire ad tale. l. nihil. ff. de condict. ob caus. in contrarium tamen facit l. j. C. de ijs, quæ sub mo. vel conditio. ibi, sed si per te non stat, quo minus voluntati defunctæ pareas, sed per eum, cui nubere iussus es, quo min⁹ id, quod tibi relictū est consequaris: non oberit. ad idem facit l. j. C. de institut. & substitu. ibi, non prius eam hæredem existere, quam condi-
tioni paruerit, aut Anthilli filio recusante matrimonium imeditum fuerit, & facit l. 22. versus finem. quæ est singula, tit. 9. par. 6. & l. 2. tit. 4. par. 5. & conducit regula iuris legis, in iure ciuili, ff. de regul. iur. vbi late Deci. & Additio. l. in iure ci uili. ff. de condi. & demonstr. & quadrant scripta per Ias. in l. 3. §. vlti. num. 3. ff. de condictio. cau. da. & Tiraq. lib. j. de retra. §. 15. gl. 2. nu. 7. ex quibus videtur, ꝙ si non stat per filium, in quem pater facit maioratum, vel melioratione m, quo mi-
nus vxorem ducat, sed per mulierem: non debet licere patri reuocare maioratum, vel melioratione m. Ad quod etiam facit l. 3. titu. 11. §. 5. ibi, *si por su culpa finca que el matrimonio no se cūpla.* per argumentum a contrario sensu, quæ concordat cum l. cum veterum. C. de donatio. ante nupt. nihilominus tamen, prior opinio verior videtur, quia in casu dictarum legum 17. & 44. non cōsideratur ad irreuocabilitatem me-
liorationis, aut maioratus, nisi persona in cuius fauorem fa cta fuit melioratio, vel maioratus, qua cessāte omnia reso-
luuntur, vt aperte patet. nec curatur de persona filij stet, vel non stet per eum, quod mattimonium non contrahat. & ex hoc satisfit ad omnia, que in contrarium adducta fuerūt. Sed in hoc se se offert aliud dubium. Nam pone casum, ꝙ mulierem, cum qua filius debebat prius contrahere matri-
monium, pœnituit prioris volūtatis, & vult contrahere ma trimonium, filius autem non vult cōtrahere: an pater pos-
sit reuocare maioratum? In quo puncto videtur patri lici-
tam fore reuocationem, quia vltima mora filij, illi nocere

videtur:

Source : BIU Cujas

videtur maxime si omnia sunt integra. l. si seruum.§.sequit. & §.de illo.ff.de verbor.obligatio.l.illud.ff.de pericu.& commo.rei vendi.& quod facit quædam doctrina Cini in d.l.i. C.de insti.& substi.quam licet Iaſ.sibi,nume. 8.post alios rephendat,ego in nostro proposito existimo recipiendam, & quod in prædicto casu,erit patri licita reuocatio.

35 ITEM dubitari potest, pater facit in filium maioratum sub conditione, quod talem ducat vxorem, & ob causam matrimonii mulier defuncta fuit, antea quam filius possit contrahere matrimonium,dubitatur an pater possit reuocare maioratum? In quo multum refert,an maioratus sit factus sub modo,aut cum conditione:nam primo casu maioratus est irreuocabilis,si modus deficiat morte,vel alio casu fortuito.l. si Titio.in prin.vbi DD.præcipue Iaſ.ff. de lega.1. secundo,autem quando fuit factus per modum cõditionis, si conditio deficit per casum contingentem in persona eius in cuius persona debet impleri, deficit legatum l. legatum. C.de conditio.inser.de quo vide etiam,quæ scribit Iaſ.in d.l. i.& l.14.tit.4.par.6. ex qua rectius quam ex aliis, huius puncti veritas resolui potest,& est singularis in hac materia. vbi vide quę scribit,Greg.Lopez.sed in hoc etiam teneo, q̃ patri licet reuocare maioratum propter generalitatem illius l.44.quæ regulariter permittit reuocationem, nisi maiorat? sit factus cum tertio, vnde licet semel sit factus cum matrimonium cesset, & non habeat effectum, nec vnquam habuit,cessare debet irreuocabilitas; cum iam non agatur de præiudicio tertii, cui dicta lex sine dubio prospexit: cum p̃hibuit irreuocabilitatem, vbi contractus esset factus cum tertio ob causam matrimonii. Quare si traditio non interuenit,quæ ipsum maioratum faciat irreuocabilem,nihil refert q̃ sit factus sub modo vel conditione. & ista distinctio an maioratus sit factus sub modo vel conditione, seruabit, vbi traditio interuenit,nõ in casu nostræ quæstionis. & hoc verum credo per prædicta,& l.item quia.ff.de pact.ibi, nuptiis non sequutis, ipso iure euanescit stipulatio. & l. sancimus.C.de nup.l.qui hæredi. in fi.ff.de condit. & demon.l.iubemus.§.pen.C.ad Trebel.l.i.ff.de regu.Caton.l.hæc vẽditio. ff.de contrah.emptio.

36 QVINTO principaliter ex regula text.d.c.cũ dilecti. cũ concord.infertur,posse patrem aut matrem reuocare meliorationem aut maioratum,quamuis tradiderit filio possessionem:vbicunque filius ex parte sua non paruit conditionib. aut aliis grauaminibus, quæ ex parte eius exequi promisit, & tenebatur,quod probatur ex ratione text.in l. quotus.C. de donatio. quæ sub modo. & ex aliis pluribus, quæ scribo in secunda parte huius operis quęstio.4.illatio.8.vbi late tracto,qualiter successor in maioratu exequi tenetur conditiones per testatorem in maioratu adiectas sub pœna amissionis maioratus.iustificatur etiam hęc cõclusio ex.l. cum proponas.C.de pact.& c.peruenit.de iureiuran.& l.qui fidem.ff. de transactio.in quibus locis doctores plura ad propositum scribunt.cum quibus concordat.l.4.titu.41.par. v.ex quibus iuribus constat, q̃ frangenti fidem non est seruanda fides. quarum legum dispositio procedit, etiam si sit appositum iuramentum ex altera parte,quia non seruanti fidem ,non est seruanda.c.3.de iureiuran.tradunt Areti.Soci. & Iaſ.in l. qui Romæ.§.Seia.ff.de verbor. obligatio.Imol.in consil.81. Deci.in cõs.264.nu.3. Hipol.in sing.42.q̃ non habet locum in treuga,vt probat clara lex.28.titu.11. par. 3. quæ dissoluit disputationem doctorum.de qua per Vincenti.& alios in c. j.de treuga,& pace.vbi late Feli.& per Gregor. Lopez in d l. 28.in glo.in verbo, *En treuga*.Et ex prędictis apparet,q̃ quanuis pater cum iuramento promittat non reuocare maioratum, vel meliorationem si ex parte filii, vel aliorum, in quorum etiam fauorem pater fecit maioratum in filium, non stetur promissis,licet patri facere reuocationem maioratus:quia videtur factus sub conditione,si ex altera parte p̃missis satisfiat.& hoc comprobatur, quia donatio perfecta inter vivos reuocari potest,quando donatarius conuenta, & promissa non exequitur,secundum Alberic.& Salicet.in l.generaliter.C.de reuocan.donatio.& tradit in specie cuiusdam donationis Stephan. Bertrand. in consilio cccxxxiij. quamuis donationes. lib.iij.& hoc verissimum iudico.

37 POSTREMO in hac quęstione circa ea,quę tractata sunt supra num.23. & sequentibus quęro,si forsan pater ob filii ingratitudinem maioratum reuocauerit, possit petere fructus ante cõmissam ingratitudinem ,vel postea pceptos? In qua quæstione dico,q̃ fructus reuocantur a die ingratitudinis commissæ,& non ante secundum Rip.in l. vltim.quęstio.65. C. de reuocand. donatio. cuius tamen contrarium magno animo Mo.Pa.in i.parte.consuetud.Pari.§.22.num. 75.fo.190. per tex.clarum in l. his solis. in verbo. ex eo die, quo & controuersiæ.C.de reuocand.donatio.Et an pater teneatur soluere filio sumptus,& meliorationes factas in reb. quas illi dedit in maioratũ qñ ingratitudinis cã reuocatur, vide Mod.Par.in d.consuetu.§.xxx.nume.101. fol. 242. & si scire cupis,quæ sint iustæ causæ ingratitudinis, vide tex.omnibus notum.vt in Authen.vt cum de appellatione cognoscitur.§.aliud quoque capitulum.collatio.8.l.v.6.& 7.titu.7. par.6.late eundem Mo.Pa.supra.& notabiliter Episcop.Couarru. qui melius omnibus hanc materiam tractat in cap. Raynutius.nume.8. cum sequentibus. fol. 88. de testament. quibus adde Tiraq.in l.9.connubia nu.xxv.cætera autẽ,quæ pertinent ad istam nostram materiam circa ingratitudines commissas per eos, qui habent ius succedendi in bonis maioratus lector habet in 2.par.huius operis dictæ quęstio. 4.illat.j.Et qui scire cupit,qualiter,& quomodo debeant interpretari clausulæ,per quas parentes reseruant potestatem reuocandi,addendi,aut minuendi ad maioratum vel meliorationẽ, legat plura subtilia,& scitu digna in Aymo. Crauct. consil.135.num.23.cum aliis.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Si coniuges de communi consensu maioratum constituerunt, reuocare possunt.*
3 *Si maritus & vxor inuicem promissionem fecerunt, & contractum de non reuocando maioratu,est irreuocabilis maioratus.*
4 *Maritus si ex bonis vxoris,& illius consensu facit maioratũ,eo defuncto non potest mulier reuocare.*
5 *Consentiens alienationi rei suæ,eam amittit,& primogenitus consentiẽs inuestire secundogenitum,ius suum amittit.*
6 *Pater si de consensu filii facit maioratum ex bonis illius, sibi præiudicat.*
7 *Maritus si suo proprio nomine vendidit rem vxoris, & ipsa consentiat, eius consanguinei admittuntur ad retractum.*
8 *Maritus si faciat maioratũ de re vxoris,non potest filius petere aliquid in vita patris,licet mater sit mortua.*
9 *Vxor si est præsens quando maritus facit maioratum de re illius,sibi nõ præiudicat.*
10 *Maritus an possit facere maioratum de bonis superlucratis cõstante matrimonio,absque consensu vxoris.*
11 *Dominium bonorum matrimonio constãte acquisitorum,an eo ipso q̃ vir illa lucratur,acquiratur vxori.*
12 *Maritus si vendidit rem,matrimonio constante acquisitam,an admittantur ad retractum consanguinei vxoris.*
13 *Mulier in habitu habet dominium bonorum acquisitorum constante matrimonio,& aliqua bona similia referuntur.*
14 *Maritus an donare possit bona constante matrimonio superlucrata.*
15 *Mater an possit reuocare maioratum in casibus cõtentis in l.xliiii.Taurina?*
16 *An de bonis, quæ maritus in bello acquisiuit possit facere maioratum absque consensu vxoris.*
17 *Mulier si dedit marito mandatum ad faciendum maioratum,an post quã illud dedit possit reuocare facto maioratu.*
18 *Maritus si pro se,& vxore petat licentiam ad faciendum maioratum,& concedatur marito,uxori concessa uidetur.*
19 *Pater si de pecuniis primæ uxoris emat rem,& de ea faciat maioratũ in filium secundæ uxoris:an filii primæ uxoris rem uendicare possint.*
20 *Consensus mulieris non facit ut ex contractu conuenire possit.*
21 *Maritus & uxor si faciant maioratum iudicantur duo testamenta.*
Si pater & mater faciunt simul aliquem maioratũ,uel meliorationem, an unus sine altero possit illam reuocare,altero mortuo?

QVAESTIO XXIII.

QVæro vigesimo tertio, si maritus & vxor fecerunt simul maioratum, aut meliorationẽ ex communi consensu, & ex amborum patrimoniis: an possit vnus altero mortuo reuocare,& contrauenire maioratui semel constituto? In qua quęstione,p̃ perfectiori illius declaratione,subiicio tres casus principales.

1 PRIMVS casus est vbicunque pater,& mater tempore facti maioratus,vel post eum factum,antea quã alter reuocaret possessionem,vel scripturam tradiderunt, aut maioratum fecerunt in fauorem tertii ob aliquam causam onerosam,secundum formam legum.17.& 44.Taurinarum:tunc etenim altero mortuo,non licet alteri reuocare maioratũ, vel meliorationem ,nec marito neque vxori: quia respectu vtriusque perfectus,& irreuocabilis remanſit,nisi in facultate regia adsit clausula,q̃ post factum semel maioratũ, possit reuocari:nam tunc sicut si maritus solus faceret maioratũ reuocare possit,et̃ tradita possessione,iuxta d.l.44.eodem modo reuocare potest si simul cum vxore maioratum fecerit,

Source : BIU Cujas

cerit, quia in isto casu possessio nullum effectum habet ad impediendum reuocabilitatem. Et idem erit quando maioratus factus fuerit cum tertio propter causam onerosam, vt probatur in d.l.44. in melioratione autem tertij, & quinti facta sine regali auctoritate, indubitanter procedit hic primus casus, & non permittitur reuocatio tradita possessione, aut si contractus sit initus cum tertio ob cām onerosam.

2 SECVNDVS casus constituitur, vbicunque pater, & mater faciunt in testamento, vel in contractu maioratū, & non tradunt possessionem: quia tunc vno defuncto, alter potest maioratum reuocare: cum cuiuslibet voluntas sit mutabilis, vsque ad mortem, quæ quamuis sit cum alia coniuncta, non ideo minus restringi debet. l.j. C. de sacrosan. eccles. cum similibus. & quemadmodum si quilibet eorum solus faceret, posset reuocare, ita si ambo simul faciunt: qa non ex eo, ꝙ ambo constituerunt maioratum, qui de sui natura reuocari potest non tradita possessione, in aliam naturam conuerri debet, argu. l. patris, & filij. ff. de vulga. Et huius opinionis fuit Oldra. quem pleriq; appellant patrem veritatis, in consi. 174. thema tale est, nu. 1. & 2. Mouetur pluribus fundamentis, præcipue per tex. in l. Lucius. §. Caio Seio. ff. ad Trebell. & hanc sententiā refert, & sequitur, & confirmat noster Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus. nu. 12. limitatio. 5. C. de inoffic. testa. & Corn. in consi. 159. lib. 4. nu. 1. Episco Couarru. in 2. parte Rubri. de testam. nu. 7. & hanc opinionem dicit tenendam contra Bologninum in consil. 62. colum. 4. qui dicit, ꝙ primogenitum per virum atq; vxorem ex communi patrimonio factum, altero vita functo, non potest per alterum reuocari, qui supersit, ne fiat illusio mortuo, qui ratione communis consensus illum actum fecit. alioquin, minime facturus, quem sequitur Tiraquell. in tract. de primogenitura. q 8. nu. 7. sed idem Tiraquel. in d. tracta. q. 68. contrarium ex diametro tenet, & sequitur Oldra. & eandem sententiam, ꝙ hoc casu est actus reuocabilis, loquendo in melioratione tertij, & quinti tenet licentiatus Tello. in d.l. 17. nu. 13. qui respondet ad doctrinam Bal. in l. pro hæreditariis. C. de hæredit. actio. cum alia doctrina eiusdem Bal. in l. humanitatis, nu. 37. C. de impub. & alijs. & pro hoc facit sententia Mencha. lib. j. eontrouer. c. 12 num. 9. vbi dicit, ꝙ si coniuges de communibus suis bonis, maioratum communi consensu in personam vnius filij fecerunt, potest alteruter sine alterius licentia reuocare. & opinionem Old. sequitur D. Anton. de Padilla. in l. clari. C. de fideicommis. num. 19. vbi dicit, hoc receptum esse in prætorio Pinciano. Hoc etiam probat Burg. de Paz. in l. 3. Taur. par. 2. conclu. 6. num. 12 (9. ad ea autem, quę Bologninus adducit, vltra alios ego respondeo, ꝙ si quis vult, ꝙ non fiat ei illusio consensus, quem ipse præstitit ad faciēdum maioratum faciat actū tali modo, & forma, ꝙ alter non possit eum frustrari, nec contrauenire cum d.l.44. & aliæ leges præbeant ad hoc sufficientia remedia imputet igitur sibi, qui cautela conuenientc, & firma non se præuenit, ne propria voluntas illusoria redderetur, & hoc damnum æquo animo pati debet, qui ex propria culpa, & negligētia actum non fecit irreuocabilem. l. quod quis. ff. de regul. iur. l. si communis familia. ff. de noxalibus. l. 22. titu. vlti. par. 7. l. non enim negligentibus. ff. ex quibus caus. maio. Et arguitur negligentia in eo, qui cum remedijs opportunis ad actum vti potuisset, id non fecit. cap. licet Episcopus, de præb. in 6. not. Barth. Soci. in consil. 273. libr. 2. Aymo Crauet. in consi. 132. num. 4. & varia & mutabilis est semper fœmina. c. forus. de verbor. sign. l. filia. C. de inoffi. testam. & imputandum est marito, qui illud posse euenire ꝓspicere debebat. l. si quis domum. §. idem quærit. ff. loca. l. si creditores. ff. de priui. credito. de quo late per Tiraquel. lib. 1. de retract §. 1. gloss. 18. num. 41. & 42. & cum istam sententiā tenuerit Oldr. stante solo iure commune, quid diceret si vidisset. d.l. 17. & 44. Taurinas, quæ istis reuocationibus fauēt? est ergo hæc opinio tenenda, tanquam communior, & verior. & hoc magis habet locum quādo ille, qui prius decessit fuit vir, & non vxor: nam pro maiori parte vxores, his maioratibus præstant consensum propter reuerentiam maritalem, & persuasiones virorum, qui exoptant memoriam sui nominis, & familiæ in ęternum relinquere, cuius rei mulieres solēt esse parum ambitiosæ, quod experientia satis cognitum est. Quare æquum est, ꝙ mulieri remaneat libera potestas reuocandi illud, quod forsam inuita fecit. mulier etenim præsumitur a marito seducta, secundum Lucam de penna. in l. quicunque. C. de re milita. lib. 12. Et vxor viro reuerentiam, & obedientiam præstare tenetur, vt patet Genesis. c. 3. & ex Diuo Petro, in j. Epistola. c. 3. & alijs plurib. quæ cumulat, nunquam satis laudatus vir Tiraquel. in lib. de legibus connubialibus, lib. j. num. 20. cum pluribus sequentib. vbi num. 25. late tradit, quando mulier præsumatnr facere actum metu reuerentiali. Pro hac conclusione etiam facit tex. in l. vlti. in versic. penult. C. de pact. ex quo notant ibi Alex. & alij Moder. ꝙ consensus inter viuos præstitus, super eo, quod continet futuram successionem, assumit naturam vltimæ voluntatis, & sic potest ad libitum reuocari, vsq; ad mortem. facit l. 9. titu. 10. & l. 13. titu. 5. & l. 33. titu. xj. par. 5. de quo vide, quæ scribo in quæstio. præcedenti. nu. 8. cum alijs. & num. 28. Et induci potest in simili. l. vlti. C. de non nume. pecu. quam Doctores in infinitis locis, vsque ad sydera extollunt ad probandum, ꝙ licet iuramentum sit de sui natura irreuocabile, tamen si sit appositum super actu voluntario, assumit naturam actus voluntarij, & secundum eum in
3 terpretatur, & moderatur. de qua lege latius tracto in d. qō. præcedenti. illatione j. num. 9. Limito tamen prædictam conclusionem Oldra. & aliorum, nisi ex scriptura maioratus, quem vir, & vxor constituerunt constaret, ꝙ vnus sine altero maioratum illum non constituisset, neque alioquin fecisset. quod multis modis apparere potest: tunc etenim videtur quædam conuentio reciproca, & vicissitudinaria, quam vnus altero inuito, nec contradicere, neq; reuocare potest. l. si pater puellæ. C. de inoff. testam cum ibi notatis. l. de fideicommisso. vbi late DD. C. de transact. ad quod faciunt alia plura, quæ scribo in 4. parte huius operis. q. 22. nu. 14. vbi lector videat. facit l. vlti. ff. de condictio. cau. da. ibi, quia ideo tibi dedi, vt mihi Sthicum dares. aut nisi maritus, & vxor faciant simul contractum insertum in tenore maioratus vel meliorationis, in quo vnus alteri inuicem promittit, ꝙ nunquam discedet a tali contractu: nam tunc talis contractus insertus in maioratu est irreuocabilis, & in omnibus habebit naturam contractus, & erit vltro citroque obligatorius: quia contractus non potest ex vna tantum parte consistere. l. Labeo. ff. de verbor. signific. facit l. sicut ab initio. C. de act. & oblig. neque enim est ignotum, virum & mulierem posse inuicem contrahere, vt in mutuo est tex. in l. penul. in prin. & in l. vlt. ff. de in rem verso. & in l. Aurelius. §. vlti. de libera. lega. & in venditione. l. si vir. ff. de præscri. verb. & in l. cum in fundo. §. vxor. ff. de iu. dot. & in l. si sponsus. §. circa venditionem. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & exemplificat multis iuribus Tiraquel. de legibus connubialibus, glo. 8. de son mari. nu. 111. quem lector legat. Nec obsunt. l. 17. Taurin. in illis verbis. *Por algun contracto*. & l. 44. ibi, *Por uia de contracto*. quia loquūtur in contractu facto cum filio, ob viam maioratus vel meliorationis: non in contractu facto inter maritum, & vxorem de non reuocando maioratum, aut meliorationem: imo dico, ꝙ in isto casu, erit maioratus irreuocabilis, etiam si regalis licentia concedat, posse reuocationem fieri: quia ex tali contractu, vidētur tacite talem facultatem renunciare, & hoc est notabile cōsilium pro his, qui in isto casu volunt facere maioratum, aut meliorationem irreuocabilem. Et ad ista facit regula. l. sicut ab initio. C. de actio. & obligatio.

4 TERTIVS casus est, vbicunque maritus ex consensu vxoris constituit maioratum de bonis, tam ipsius, quam vxoris vinculatis: tunc etenim quia vxor patitur maritum disponere de re propria, non potest mulier marito mortuo maioratum reuocare. cuius opinionis etiam sunt Suarez. & Episcop. Couarru. & licentiatus Tello. vbi supra per tex. in l. sicut. §. venditionis. ff. quibus mod pign. vel hypothec. soluit. pro quibus est multo melior, & expressior. l. si sine voluntate, C. ad senat. consult. Velleian. & l. 9. titu. 13. par. 5. quam legem inducit ibi Gregori. Lopez ad quæstionem. Si maritus de consensu vxoris fecit maioratum de re vxoris, illa cōsentiente taliter, ꝙ maritus disponeret, vt de re propria ipsius mariti, ꝙ si postea maritus reuocet donationem, aut maioratum, remanebunt bona apud maritum, & non reddent ad vxorem. ad quam quæstionem inducit etiam doctrinam Bal. in l. j. C. si vnus ex pluribus appella. in versi. item quæro. addit tamen, ꝙ sit maioratus ex tali re factus fuit in filium communem, videtur, ꝙ debeat filio remanere ex defectu causæ finalis, vel ꝙ reuerti debeat ad matrem. & tandem cogitandum reliquit. cęterum pro opinione Suarez, & aliorū, est bonus tex. in l. filiofamilias. C. de iur. deliber. ibi. pro hære de voluntate filij gessit, & quod scribit Bart. in l. qui precio. num. 4. ff. de donat. caus. mort. facit etiam l. 60. titu. 5. par. 5. l. 37. titu. 13. eadem par. ibi, *franquear no puede ningum home ei sieruo, ni la sierua, que ouiesse empenado a otro, a dano ni menoscabo de aquel que la tenia apenos de mientra, que fuere assi empenado: mas si acaescieße que lo aforraße estando delante a quel que lo tenia apenos, e no lo contradize, valdria el aforramiento*. & probatur in l. creditor. ff. de regul. iur. & conducunt, quæ late notant Alex. & Ias. post antiquos. in l. quæ dotis. ff. solu. matr. & est etiam text. in l. cum quidam. ff. de administr. tuto. & in l. nihil. §. proponitur. ff. de reg. iur. & quadrat, quod dicit Bald. in l. liqueat. per illum text. C. de inoffi. donat. nu. 1. vbi inquit, ꝙ qui consentit alij rem propriam donare, ipse donare videtur. de qua

doctrina

Source : BIU Cujas

doctrina plura refert Tiraq.in legibus connubialib. in gl. in verbo,cõtracter.nu.145.cum aliis.in quo loco plura scribit pro confirmatione huius sententiæ. vbi nu.186.late tractat quæst.illam:an possit mulier nupta absq; cõsensu mariti,cõ sentire alteri vt contrahat?vide eum, quia cum multa ad ꝓ
5 positum adducit.Et generaliter cõsentiẽs alienationi rei suę amittit eam.d.l.cum quidam.l.si fundus.§.i.de pignorib. ca. præterea.qui.mod.feu.amitta. per quem tenet ibi Bal.num. 2. ꝙ si ad primogenitum regis vel baronis pertineat regnũ vel feudum,& consentit inuestiti secundogenitum, sibi prę iudicat.& dicit esse tex.expræssum in c.quam periculosum. vii.quæst.i.Et pro hac conclusione est bo.tex. in l.censualis. C.de don.ibi,sed si in censum velut sua mancipia deferenti priuigno tuo consensisti donationem,in eum contulisse vi
6 deris.Et ex his infertur, ꝙ si pater consensu filii faciat maioratum de bonis, quæ idem filio competunt ex successione materna,vel alio quouis titulo in ipsum filium, & hoc filius acceptauerit, non poterit postea talis filius reuocare hunc consensum, & facere bona libera, sed vincula seruare tenetur eo modo, ac si pater de propriis bonis feciss set maioratum,& non potest hũc actum filius impugnare, aut retrocedere nisi beneficio minoris ætatis, vel propter metum vrgentem, vel ex alia quauis iusta causa, quæ sit conformis regulis iuris.Imo fortius dixit Episc. Couarru.in c.Raynaldus.§.ij.nu.3.ꝙ in legitima consentiente filio, põt absque regio assensu primogenitum constitui.quod ego ve rissimum credo,licet in hoc non se determinauerit Ioann. Lopez in rub.de donatio.inter vir.& vxor.§.47. colum.2.& secundum Couarru.sicut pater potest grauamina, & substitutiones adiicere filio in tertio, bonorum iuxta.l.27. Tauri. ita potest ex consensu filii,grauamina in legitima ponere. Quam sententiam approbat & declarat Peralt.in l.cum patronus.num.8.pag.290.ff.de le.2.vbi tradit,an tale grauamẽ
7 præiudicet cæteris descendentibus.Et ex his etiã declaratur quędam sententia Mo.Pa.in consue.Pari. §.13.gl.vi.nu.1.& 2.vbi dicit,ꝙ si maritus suo proprio nomine vendidit aliquã rem,quæ erat vxoris,vxor autem non vendidit, sed tantum consensit vẽditioni,vel eam ratam habuit: ꝙ nihilominus consanguinei mulieris admittuntur ad retractum, quicquid teneat Albericus in materia retractus proximitatis, in prima parte statutorum. quęstione. 98. vbi post Andream de Pisis,quem dicit late & subtiliter disputasse tenebat,non eẽ locũ retractui, & nullos proximiores admitti,nec ex parte viri: quia res non est de eorum genere, nec ex parte vxoris, quia ipsa non vendidit. idem tamen quod Alberic. tenent Bartol.in consil. qui incipit Mafiliolus. & alii quos refert Campegius in tractat.de do. parte.quarta quæstione 28. quos ipse sequitur. quod est singulare ad leges regias, quæ de retractu loquuntur. consilium tamen illud Bartoli nunquam inuenire potui, sed relatum reperi apud Campegium.

8 DEDVCITVR etiam ex his, ꝙ quamuis maritus faciat maioratum de re vxoris ipsa consentiente,licet vxor defuncta sit, non potest filius primogenitus aliquid petere a patre ex bonis maioratus, nisi aliud cautum sit in maioratu, donec pater vita functus sit.Quia de talibus bonis, non est iudicandum,prout de bonis matris, sed patris.Et probatur etiam hæc conclusio ex doctrina Ci.in l.nec patris.C.de donatio.causa mort.vbi dicit,ꝙ cum vxor donat causa mortis rem viri ex consensu ipsius,tunc ad confirmationem talis donationis non sufficit mors vxoris, sed & viri quoque exigitur, si nondum res tradita fuit. notat Tiraquell. in legibus connubialibus.gloss.v.in verbo,contracter.numero 89. procedit tamen ista conclusio, si mater habeat licentiam ad faciendum maioratum, nam alias, non potest mater per illum actum filio præiudicare, vel in remanente bonorum.

9 ET est etiam animaduertendum in hac materia,ꝙ si maritus in præsentia vxoris faciat maioratum,& testetur de re vxoris,illi non prędiudicat. quod probatur ex doctrina Bald. in c.i.de proh.alien.per Loth.vbi dicit, ꝙ si patior testari de re mea,non videor consentire: quia patientia non præstat auctoritatem extra iuris dispositionem.no.Ias.in l.cum proponas.num.7.C.de pact.& in l.cum alienam.C.de leg.& Stephan.Bertrand.in consi.79.li.3.nu.2.& ex istis fulcitur quod dam dictum Ioan.Lopii in repetitio.rubr.de donatio.inter vi.& vxo.vbi tradit,ꝙ per simplicem consensum prędictum venditioni, non excluditur quis a retractu,nisi renũciauerit expræsse,vel se obligauerit.refert Mod.Pa.in cons.Pari. parte.i.glo.i.nu.x. & ista confirmantur ex pluribus, quæ scribo in 4.parte huius operis. quæstione. 15. numero. 14. Et ista conclusio in nostro proposito confirmatur: quia in mulieribus non præsumitur donatio, quia sunt auaræ. l. si ego. ff.ad Velleia.l.3.titu.lxi.parti.4.de qua re plura scribit Tiraquel.in l.ix.connubiali,numero.43. cum sequentibus. foli. 132.contra hoc tamen facit.l.vi.titulo i.parti.v.hac tamen conclusione habita pro vera,limitatur vt scribo in quarta parte huius operis dicta quæst. xv. vbicunque mulier dolo taceat.

10 HIS autem quæstionibus alia erat proxima,an marito licitum sit facere maioratum de re, q̃ fuit matrimonio constante acquisita, absque vxoris permissu? Quæ quęstio decidi potest ex his quæ scribit Licentiatus Tello in l.xvi.Tauri. nu.xvi.& rectius,& proprius in l.19.nu.2.cũ aliis.vbi tractat an maritus possit assignare meliorationem constante matrimonio in re acquisita cum vxore, eodem constante matrimonio,ex cuius dictis ad nostrum propositum sust ẽtari potest,ꝙ maritus non potest facere maioratum ex bonis cõstante matrimonio superlucratis,absq; cõsensu vxoris:esset etenim cõtrariũ dicere auferre vxori id quod ex legib. & cõsuetudinib.Hispanię eius propriũ est, quæ tribuũt vxori medietatẽ bonorũ matrimonio cõstante acquisitorũ. q̃ cõsuetudo,etiam in aliis prouinciis seruatur, vt traditur per Epis. Couarru.in epitome de sponsalib. parte.2.ca.7.nume.v.& p Nicola Boer.decisio.xxij.Petrum Rebuf.in tom.ad constitutio.regias.ti.de lit.obligat.arti i.glo.ix.nu. 30.& ad Licentiatum Tello adde Chassane.in consue.Burg.titu.de dedroctr. Rubr.4.§.9.colum.i.num.v.in versi.Sed quid erit de assignationibus.Vbi expresse tenet,ꝙ maritus non potest de bonis matrimonio constante acquisitis,facere diuisiones inter liberos in prędiudicium mulieris.vbi etiam tradit,qualiter maritus non legaret res matrimonio constante acquisitas. & dubitat,an res legatas matrimonio constante superlucratas in vita possit tradere? & an donare causa mortis? Pro quib. facit quia maritus non potest prędiudicare vxori in iure quęsito.l.seruus dotalis.l.vltima.ff.soluto. matrimon. & pondero text. in l. filius. C.de rebus credit. & in l.non debet. ff.de
11 regul.iuris.Et licet inter nostros Doctores sit magnum certamen, an eo ipso quod uir acquirit bona prædicta, transeat dominium in vxorem? quia Roderic. Suarez. magnæ scientię vir, præcipue in intellectu, & practica regni, in titulo, *delas ganancias*. tenet, quod eo ipso quod vir tali bona superlucratus fuit acquiruntur mulieri, tam in proprietate, quam in possessione, licet postea relinquat maturius cogitandum. id tamen intrepide tenet Segura. in l.3.§.vltim.ff.de liber. & posthum. Anton. Gomez. in l. 51.Taurina numero lxxvi.Ioann.Lop. in repetitione rubri. de donatione inter virum, & vxorem.column.mihi 362.in versicu.vel aliter.quod etiam omnibus latius sustentat.Gregor.Lopez in l.lv.titulo v.part.v. in glos.*comunalmente*.citant omnes text.in l.47.titu.28.par.3. licet contra eos teneat Ancharа.in consi.102.nume.6.qui dicit,ꝙ donec matrimoniũ fuerit solutum,non transit dominium talium bonorum in vxorem. quem sequitur Modern. Parisien. parte.j. §.25.nume.1.late Episco.Couarru.resolutio. libr. tertio, capitulo 19.numero secundo.Ioann. Lopius in hoc palinodiam canens in d.rubrica. vbi in hanc secundam opinionem aperte se inclinat. & eiusdem sententiæ fuit Cardinal. Florentin.in consilio xv. qui incipit, quod maritus. & Tiraquell. qui etiam in his terminis loquitur suppositа Gallię consuetudine.libro primo.de retract.§.32.gloss.j.& vnica.numero
12 100.Qui ex hoc tandem tenet numero prędecedenti post Modern. Parisien. in dictis consuetudinib. titulo primo, §.xxx. numero 74.quod si maritus vendat rem, quam matrimonio constante acquisiuit,admittuntur ad retractum rei vẽditę consanguinei mariti,& non vxoris,quod dictum notãdum est ad leges regias ordinamenti & Taurinas, quæ de retractu loquuntur.& idem tenet Gregor. Lopez in d.l.55.in d.gloss.versus finem.contra Doctorem de Castillo. in lege 73.Taurina, tandem opinionem Ancharani. Sequitur dictus Licentiatus Tello in dicta lege. 16. Taurina numero decimo, cum aliis. qui tamen non refert Tirqauell. nec alios, quos retuli. ideo lector laborem meum gratum habeas. Sed pro Roderic. Suarez. & sequacibus facit lex decimaquinta Taurina, vbi legatum factum per maritum vxori, non computatur in parte, quæ ei debetur de bonis matrimonio constante acquisitis. cuius legis ratio est, quia talia bona ipso iure vxori a lege deferuntur. & idem statim deferuntur, vt existimat idem Episcopus Couarru.in capitulo officii, numero quinto. folio 80.de testament. Et lege 53. Taurina, vbi pater dorando filiam, videtur dotare de bonis matrimonio constante lucratis quasi quod ante mortem mariti vxoribus acquirantur.Vtcumq; tamen sit de istarum opinionum veritate(vt ad superiora redeã) siue illico acquirat̃ vxori dominium bonorum cõstante matrimonio acquisitorum: cum

Source : BIU Cujas

primum bona acquiruntur per maritum, siue soluto matrimonio acquirantur: cum tunc dominium ipso momento transeat in vxorem, vel illius hæredes, ab ea auferri non debet. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. & licet mulier constante matrimonio, non habeat liberam administrationem, sed maritus: mulier tamen in habitu illico est domina horũ bonorum. quod sufficit ad hoc, vt maritus non possit de talib. bonis facere maioratum absq; vxoris permissione: quia verba non tantum ad actum, sed ad aptitudinem etiam referuntur. c. maiores. §. cæterum. de baptis. sic delegatus ante expressionem personarum & rerum, habet iurisdictionem in habitu, licet non in actu. c. pastoralis. §. quoniam. de rescript. & rei vendicatio vna est in habitu, alia in actu ſm Bal. in c. 1. de aliena iudic. muta. caus. fact. & præses anteaquam intret prouinciã, habet iurisdictionem in habitu, licet non in exercitio. l. obseruare. ff. de offi. procons. similiter præsbyter parochialis habens ecclesiam, quæ postea propter temporum discrimen non habet populum, dicitur parochialis in habitu, licet non in exercitio. vt traditur in c. licet. de electio. libr. 6. notat. Abb. in cap. de multa. de præben. Et filius Regis, Rex propter spem probabilem appellari potest, licet in vita patris administratio sit eidem interdicta, secundum glo. in cap. vlti. 24. qõ. 1. quam refero in principio secundæ partis tract. num. 54. & Tiraquel. in tract. de primogenitu. quæstio. 33. & sunt pleraque exempla his similia, quæ latius cumulat Lucas de Penna. in l. vnica. C. de reis postula. lib. 10. cui adde gl. in cap. statutum. in verbo collegiatus. de electio. in 6. dicentem, quod vbi est eadem ratio, idem iudicatur de ecclesia collegiali, vel parochiali in habitu, ac si esset in actu. notat.
14 Deci. in d. §. quoniam. ntum. 1. Et opinio prædicta etiam suadetur: quia maritus solus, nõ potest donare bona matrimonio constante acquisita, vt traditur per Simanca. de institut. catholic. cap. 90. num. 90. & Gomez Arias. in l. 5. Tauri. nu. 50. & vide Moder. Parisi. in consuetu. Parisi. par. 1. §. 30. num. 75. Quibus addo elegans consilium Bal. quem lector in isto puncto omnino legat in consil. 235. statuto tergisti. lib. 2. pro quibus facit, quia talia bona acquisita, videntur magis titulo oneroso, & propter industriam coniugum, vt patet ex. l. 14. Tauri. vbi not. Tello post Rip. in l. fœminæ. nu. 59. C. de secund. nup. & inquit notab. Rebuf. in tom. 2. ad constit. reg. tract. de donatio. artic. 1. glos. 1. nu. 33. Quod dum vxor lucratur mediam partem conquæstuum, in illa acquisitione non requiritur insinuatio: quia ipso iure acquiritur vi consuetudinis. ad ea autem, quæ in contrarium adduci possunt diligenter respondet. d. Licentiatus in d. l. 19. & hoc mihi videtur in ista quæstione.

15 POST QVAM autem ad ista ventum est, anteaquam hinc ab eam, inquirere oportet: an dispositio d. l. 44. quæ pmittit patri reuocationem maioratus, nisi in casibus in d. l. contentis, habeat locum etiam in matre? Quæstio est a nemine tacta, nec de ea vidi vnquam dubitari: cum tamen sint multæ causæ dubitandi. & in primis lex prædicta. 44. quæ solummodo in homine loquitur. ibi, *El que hiziere algun mayoradgo.* auget difficultatem. l. 17. Taurina, quæ loquendo de melioratione tertij dicit, ꝙ pater & mater eam possint reuocare, nisi in casibus in d. l. contentis. & loquitur specialiter in matre, quod non fecit d. l. 44. cum hoc potuisset faciliter exprimere, quod cum nõ fecerit, non est credendum sine causa factum. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. ibi, nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim eam disponere. C. de cad. u. toll. facit regula tex. in l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. l. commodissime. ff. de libe. & posthu. reualidatur difficultas: quia donatio facta per matrem filio illico valet, & est irreuocabilis, quia non habet filium in potestate, l. si constante. C. de donat. inter vir. & vxor. l. illud. §. vlti. C. de colla. l. velles nec ne. C. de reuocand. don. de quo plenius tracto in q. 28. ĩ. eod. nu. 5. sed licet hæc vera sint, adhuc videtur, ꝙ illa lex habeat locum in muliere, & in matre, sicut in patre: quia in legibus masculinum regulariter concipit fœminin. num. l. j. §. j. ff. de const. pecun. l. 3. in prin. ff. de nego. gest. quod procedit etiam in materia pœnali & odiosa, ſm Ci. & Odofred. in l. quicunq;. C. de seru. fug. & alios, vt per Deci. in l. fœminæ. nu. 110. ff. de reg. iur. & Tiraq. lib. 1. de ret ract. §. j. glo. 9. nu. 211. quod maxime procedit, vbi lex loquitur per verbũ cõe, prout loquitur. d. l. 44. ibi, *el que hiziere.* nam hoc verbũ, si quis tãquam cõe, quia de homine intelligitur, tam masculum, quam fœminam comprehendit. l. j. ff. de verb. signi. vbi DD. præcipue Alciat. qui illam legem paucis verbis notanter explicat. Hoc fortificatur ex dispositione d. l. 17. quæ eandem facultatem matri ĩcõcedit in reuocatione tertij. & maioratus, & melioratio per illas leges æquiparantur, quo ad reuocationem, & ideo statutum in d. l. 17. censetur statutũ. in d. l. 44. propter paritatem, quam in hoc habent. l. si socera, genero. in prin. & ibi gl. ff. sol. mat. l. de quibus. circa finem. & ibi Ang. in 6. notab. ff. de legib. l. j. §. veteres. ff. de acq. post. Et verba apposita in d. l. 44. censentur scripta gratia frequentioris vsus. quia homines magis cõiter faciũt maioratus, quam fœminæ, & ideo nihil ꝺicit de matre. ibi, non esse factam mentionem iuxta gl. in clem. j. verbo præsidentes, de rescri. in 6. & in l. vnica. in verbo sponsam. C. de rapt. virgin. Et ad hoc facit, ꝙ scribit Ale. in consi. 119. nu. 43. lib. 6. vbi dicit, ꝙ quando in aliqua dispositione est facta expressa mentio de vno, puta de masculo, & expressio de ipso facta fuit ratione maioris frequẽtationis: tunc non vĩ facta mentio de illo ad casum similem non expressum, & ibi Moder. Par. alios concordantes refert. Et cum ista sententia sit fauorabilis matri, cuius libera voluntas non est coarctanda, vt tollatur a libera testandi facultate, in dubio est amplectenda iuxta ea, quę plenius trado in q. 22. ĩ. eod. nu. 37. & in alijs locis huius lib. & cum hoc concurrit practica communis, a qua non est recedendum. l. minime. ff. de legib.

16 SED an de bonis, quæ maritus in bello acquisiuit possit facere maioratum absq; consensu vxoris? pendet a notatis per Rode. Suarez. in tit. *de las ganancias.* limita 3. fol. 15. Ioan. Lopium in repe. Rub. de donatio. inter vir. & vxor. col. 225. & 320. Greg. Lopez in l. 6. titu. 11. par. 6. fol. 83. colũ. 1. & per eundem Suar. in q. maioratus. quibus adde l. 6. tit. 17. par. 4. l. 5. titu. 15. par. 6. ex quibus & alijs, quæ ego scribo in 1. q supr. eod. nu. 7. appareat, maritum ex talibus bonis libere posse facere maioratum absq; consensu vxoris: dum tamen obseruentur, quæ habentur in l. 2. & 4. tit. 4. lib. 5. ordina.

17 PRAETEREA in ista quæstione est comendandũ, quod scribit Vasquius Menchac. lib. j. controuersia. c. 12. nu. 11. & 12. fol. 58. vbi tenet, ꝙ si maritus, & vxor constãte matrimonio conuenerũt facere maioratum de certis bonis in persona vnius filij, & maritus iuxta mandatum vxoris fecit maioratum, si eam pœnituit, & reuocanit, valet reuocatio. quod dictum procedit, & limitari debet secundum distinctionem d. l. 44.

18 ITEM est notandũ, ꝙ si maritus nomine suo, & vxoris Regi supplicauit pro licentia ad faciendum maioratum, & Rex tantummodo marito licentiam prestitit, vĩ & vxori talem licentiam prestitisse, ad quod vĩ text. expressus. in l. 1. C. de diuers. reseri. qui ad hoc est notabilis vbi Ias. post alios plura in confirmationẽ huius conclusionis scribit. no. idem Ias. in l. Lucius. nu. 17. ff. de vulg. & ad hoc facit doctrina Bar. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. vbi dicit, ꝙ quãdo supplicatio est certa & limitata, & responsio ambigua: rñsio & concessio declaratur & intelligitur, ſm supplicationem. & dicit Rebuf. in praxi beneficia. in 3. par. signatu. num. 44. ꝙ concessio facta a papa in signatura, intelligitur secundũ partis supplicationem. in quo loco plura similia ad propositũ adducit, & ad hoc etiam est notanda l. part. 40. titu. 18. par. 3. in tota lege: maxime in illis verbis, *de tal carta se pueden aprouechar todos, maguer no se faga en ella mention delos otros.* quã legem ad alium finem refero. in q. 2. supra hac pri. parte. nu. 24. ista tamen conclusio non transit sine difficultate. nam princeps concedendo vni ex duobus petentibus licentiam, alij dene gare videtur. l. cum prętor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procura. cum concordantibus pro priori tamen opinio. faciunt, quę scribit Aymo. Cravet. in consi. 45. nu. 2. & pro secunda distinctio. Albe. quam lector legat in d. l. j. C. de diuers. rescrip.

19 HIC etiam inferere decreui. quod si pater maioratum facit filio secundę vxoris, ex reb. cõparatis pecunijs filiorũ, quas ex priore vxore sustulit maioratus, quidem stabit, filij aũt habebunt actionem solummodo ad pecunias, vt tenet Greg. Lopez in l. 24. in gl. magna. verbo, *entonce.* versus finem tit. 3. par. 5. per tex. ibi. & doctrin. Bal. in tit. de his, qui feud. da re poss. §. & quia vidimus. nu. 10. vbi tradit, ꝙ in feudis non refert cuius pecunia fundũ sit sumptum: per l. non vnde. C. si cer. pet. & ista doctr. Greg. Lopez de plano procedit, vbi filij primę vxoris, quorũ erat pecunia tpe emptionis, erant maiores, si aũt minores erant dici põt, ꝙ possunt rem vendicare tanquam a patre emptam, qui est filiorũ legitimus administrator. arg. l. curator. C. arbi. tute. l. 2. ff. qñ ex fact. tut. l. 49. tit. 5. par. 5. vbi Greg. Lop. multa scribit pro intellectu istius materię. cui adde Soc. in reg. 343. Ias. in l. j. nu. 8. C. de furt. Moder. Par. in tract. de ẽctib. q. 83. nu. 628. Episco. Couarru. resolutio. lib. 3. c. 3. nu. 6. versi. sed ad huius melius. in c. 1. nu. 5. de
20 testa. Est ẽt sciendũ in ista materia, ꝙ consensus prestitus per mulierem, dum maritus facit maioratum de re ipsius vxoris, non facit, vt ea possit conuenire ex tali contractu, cui consensit l. aliud. ff. de regul. iur. & ita in terminis voluerunt Bart. in consi. 211. quidam sibi filius, colum. 1. Anchar. consil. 76. in vltimo dubio. Aymo in tract. de antiquit. temp. in quęstio posita post tractatum, nume. 4. & 41. Summè etiam

est.

Source : BIU Cujas

est notandum, quod licet vir, & vxor, simul in aliquo supremo iudicio faciant maioratum, censentur esse duo suprema iudicia, scilicet, alterum viri, alterũ vxoris. l. Papinianus. §. sed nec impuber. ff. de inoffi. testa. facit quod no. in l. patris & filii. ff. de vulg. quæ resolutio ad plura, quæ in ista materia se offerunt est necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Ponderatur. l. 45. Taurina ad decisionem huius quæstionis, & istius quæstionis diffinitio.*
2 *Lex. 45. procedit etiam in primo vocato ad maioratum.*
3 *Donatio facta alicui, vt post tempus certum alii rem restituat, tempore veniente transfertur dominium & possessio in secundum donatarium.*
4 *Principi non licet alterare inuestituram in præiudicium iuris quæsiti.*
5 *Pater si emphiteusim accipiat pro se, & filiis an possit vni prælegare.*
6 *Actus perfectus per causam superuenientem, non renocatur.*
7 *Vbi dies acquisitionis cessit, non potest donans reuocare grauamen donatario adiectum.*
8 *Testator non potest disponere de bonis sibi, & suo filio donatis.*
9 *Variatio non est licita, vbi alicui est ius quæsitum.*
10 *Donans fundum, si constituat se pro possessore pro donatariis', mortuo primo donatario ius omnibus acquiritur.*
11 *Emphiteusim accipiens, vt pars præmorientis alteri accrescat, pōt intẽtare rei vendicationem.*
12 *Donatione facta pro matrimonio, donatario, et liberis, illico censetur ius acquisitum liberis postea natis.*
13 *Donatio reuocari non potest, vbi est ius quæsitum propria stipulatione, vel notarii.*
14 *Donatio in quam plures personæ sunt vocatæ, dicitur vna donatio.*
15 *Res desinit esse integra, per traditionem veram, vel fictam.*
16 *Feudi concessione facta pluribus de agnatione, transit feudum ad omnes iure proprio.*
17 *Consuetudo quod venientes ad habitandum ciuitatem, certis fruantur immunitatibus, est seruanda.*
18 *Subditi compelli non possunt ad portandum frumentum ad molendinum domini.*
19 *Si pater meliorat filium in tertio, non potest reuocare vincula & grauamina.*
20 *Donatione facta Caio & liberis, qualiter rei vendicatio intentari possit.*
21 *Donatio facta libero, ex primo matrimonio nascituro, an reuocari possit.*
22 *Filius primogenitus non potest consentire, quod pater reuocet maioratũ, ad quem alii fitii sunt uocati.*
23 *Vendita re censuali, acquiritur ius domino, etiam si venditio annulletur.*
24 *Ius acquisitum etiam spe, tollere non licet.*
25 *Contrahentes, an possint reuocare pactum, quod primogenitus succedat.*
26 *Absque acceptatione acquiritur ius secundo vocato ad maioratum.*
27 *Lucrum a lege delatum, transfertur absque agnitione.*
28 *Bona matrimonio constante acquisita, transferuntur absque agnitione.*
29 *Renuntiatione facta, ius acquiritur absque acceptatione.*
30 *Successor in maioratum licet realiter possessionem nō accipiat, eam trãsfert ad successorem.*
31 *Maioratus factus ob causam matrimonii, non potest reuocari in præiudicium secundo loco vocatorum.*
32 *Maioratum faciens si se constituat pro possessore pro omnibus vocatis fortius ius eis tribuitur.*
33 *Primus vocatus si delictum committat, pater non potest maioratum reuocare in præiudicium fisci, vel vocati quib. ius quæsitum sit.*
34 *Maioratu facto, pater non potest vendere vel obligare bona.*
35 *Primo vocatus, si maioratum non acceptauerit, secundus acceptare potest.*
36 *Hæres potest habere ratam donationem defuncto factam.*
37 *Pater potest reuocare maioratum vbicunque in vita filii prius uocati, conditio non fuit purificata.*
38 *Maioratus vel melioratio si sit inualida, non acquiritur ius, nec primo uocato, neque aliis, & reuocari potest.*
39 *Maioratus reuocari potest, si primus vocatus non pareat conditionib.*
40 *Maioratus an reuocari possit in casu huius quæstionis, si sit factus oh contractum oneroſum?*
Si facto maioratu pater tradit filio possessionem est irreuocabilis, tã quo ad ipsum, quam quo ad alios vocatos.

QVAESTIO XXIIII.

Vigesimo quarto pro Intellectu istius materiæ quæro de quæstione, quæ propter sui vtilitatẽ, & quia noua est, & in practica contingibilis est magnifacienda? Pater fecit maioratum in fauorem alicuius filii de pluribus, quos habebat, & in vocationibus vocauit alios filios succedere si contingeret, q̃ filius qui primo vocatus fuit decederet absque filiis, & facto maioratu tradidit filio possessionem rerum maioratus corporalem, aut per alium actum iuridicum: postea contingit, q̃ filius prius nominatus decedit absque liberis in vita patris aut matris, queritur an possit pater, aut mater reuocare maioratum ĩ præiudicium filii vocati post primum, cui possessio tradita fuit? In qua quæstione quia semper intendo, non conterrere tẽpus frustra (quod ad negotia quotidie occurrentia est mihi necessariissimum) videtur, q̃ in isto casu maioratus est irreuocabilis, tam quo ad primum vocatum, quàm quo ad alios, quod probatur rationibus, & iuribus sequentibus.

1 PRIMO ad hoc facit. l. 45. Taurina. ibi, *Mandamos que las cosas, que son de mayoradgo agora seã villas, o fortalezas, de otra qualquier calidad que sean luego sin otro acto de aprehension, se traspase la possession ciuil y natural enel siguiente en grado*. quæ lex clare probat hanc conclusionem, nec dici, potest q̃ illa lex loquitur ĩ vlteriorib. successoribus, & non vbi moritur primus successor maioratus: quia cum dicta lex generaliter loquatur, & sit introducta in fauorem maioratuum, generaliter est intelligenda. c. si Romanorum. 19. di. cum vulgarib. l. i. §. & cum ratio. ff. de aleę vsu, & alea. nec congrua ratio diuersitatis ad est magis in vno casu, quam in alio, vt ad oculum patet. & ideo lex illa est intelligenda tam in maioratu antiquo, quã in nouo. l. illud. ff. ad l. Aquiliã. cum concordan. & q̃ illa lex procedat etiam in primo successore, quia succedit primo in stitutori, & fundatori maioratus, late sustentat Anton. Go. in d. l. nu. 119. cuius concludenti fulcitur, quia si verum est, q̃ iam sunt bona maioratus, & vinculata, postquam fundator uinculauit, omnibus debent gaudere priuilegiis, & qualitatibus bonorum maioratus: quia vna & eadem res, nõ debet diuerso iure censeri. l. eum qui ędes. ff. de vsucap. l. vlti. C. de commu. seru. manumis. Cum igitur possessio in talem filium vocatũ ipso iure transferatur, auctoritate prædictę legis, quem filium pater uocauit in defectum q̃ primus filios liberos non relinqueret, sequitur q̃ quemadmodum maioratus est irreuocabilis respectu primi propter possessionem quæ ei data fuit, ita est irreuocabilis quod ad alios vocatos.

2 Secũdo, hæc cõclusio suadetur ex dispositione. l. 7. ti. 4. par. 5. quæ est ad infinita singularis. & pro ista etiam sententia est notabilis, quæ probat, q̃ si quis faciat alicui donationem de aliqua re vsque ad certũ tempus, cõditione adiecta, q̃ post illud tẽpus alteri restituat, a die ab illo qui donauit præfixo, statim trãsfertur possessio in illum, ad quem ex tali donatione ius competit, illo die prẽterito, ibi, *de aquel dia en adelante ganarian la possession y el señorio della sus herederos del que ouiesse hecho la donacion o el, o el otro a quien nombrasse para auerla*. facit egregia lex quoties. C. de donatio. quę sub mod. cuius legis dispositio producit, secundum Salic. non solum in reali, & vera appræhẽsione, sed etiam in ea, quæ facta est per clausulam constituti. notat Ias. in l. post quam liti. C. de pac. latius & pfectius omnibus Episco. Couarru. resolutio. lib. 1. c. 14. num.

3 2. cum sequentib. Tertio ad hoc facit simile, q̃ princeps nõ potest in præiudicium eius, cui ius quæsitum est alterare inuestituram, seu alterum admittere secundum Bal. in c. i. §. vl. de feu. guard. & Paul. de Castr. in l. 1. C. quando non potent. par. & alios, quos refert Deci. in consi. 207. ad clariorem. &

4 Gozaĩ cõ. 20. nu. x. Quarto ad hoc est elegãs doctrina eiusdem Bal. in auth. si quas ruinas. colũ. pen. ver. iuxta hoc q̃ro. nu. 6. in fine nume. C. de sacros. eccle. vbi tractãs, an pater accipiens pro se & filiis aliquam rem in emphiteusim, possit eam prelegare vni filiorum. de qua quæstione etiã agit Bar. in l. vt iurisiurandi. §. liberi. ff. de oper. liber. & late Gozadin. in con. 75. num. 1. cum sequentibus. tandẽ Bal. concludit, q̃ licet pater acceptam prædicto modo rẽ in emphiteusim, possit uni ex filiis prelegare, quando filius est in potestate: quia donatio non ualet per. l. 2. C. de inoffi. dona. cum concordan. mater tamen id facere potest, nec prælegare emphiteusim, pro ea & filiis acceptam, quia donatio facta filio tenet irreuocabiliter a principio, citat tex. in l. liberti patroni. ff. de assign lib. igitur cum maioratus, & melioratio facta per patrem filio teneat, & reuocari possit tradita possessione efficitur irreuocabilis maioratus tam respectu primi, q̃ aliorum

5 vocatorum. Quinto ad hoc facit, quia actus iam perfectus, per superuenientem causam, non debet retrocedere. l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verborum obligatio. & ius iam acqsitum filio ad maioratum ex prædicta vocatione, non est auferendum. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. facit. capitul

6 quamuis. de rescript. in .6. Sexto licet inter nostros doctores sit antiqua & magna controuersia: num donator possit reuocare conditionem, aut modum adiectum donatario tempore contractus in vtilitatem alterius, quo

Source : BIU Cujas

donatarius grauatur vt alteri post certum tempus rē restituat, vel post tempus mortis. Quam quæstionem latissime disputant dictus Episc. vbi supra. Suarez in l. quoniā in prioribus. q. 8. ad legem regiam. C. de inoffi. testam. Deci. in cons. 233. colum. 2. & Greg. Lopez. in d. l. 7. in glos. pen. in verbo *el otro*. Menchaca li. 3. controuersiarum. c. 63. nu. 1. cum aliis, ꝙ in pluribus aliis locis disputatum est. & Doctores in duas factiones diuisi sunt, vt cumq; sit de istarum opinionum veritate, & illius certitudine expeditum est, ꝙ si iam venit dies acquisitionis, qua ex pacto donationi appositio res donata tertio competit, nequaquam poterit per donatorem illud pactum in fauorem tertii adiectum reuocari secundū Salic. in d. l. quoties. nu. 4. refert tex. in l. si quis argētum §. 1. C. de donat. & idem tenet Deci. in cōsi. 58. nu. 3. Alex. Soci. & Iason. nu. 17. in l. qui Romę. §. Flauius. ff. de verbo. obligatio. & alii, vt per dictum Episc. vbi supra nu. 13. in ver. principaliter, & quī to. qui refert bonum text. in l. 1. C. si mancipi. ita fuer. aliena. cui adde notabile consi. Dec. 607. nu. 8. vbi tradit, ꝙ testator non potest disponere de bonis sibi per fratrem donatis, & suo filio, & descendentibus in præiudicium aliorum, quādo ex stipulatione notarii vel alias fuit ius quęsitum filiis donatarii: cum igitur ex prædicto maioratu fuerit ius quęsitum secundo filio vocato in defectum, ꝙ primus vocatus sine liberis decedat, saltim ex die mortis filii prius uocati, quia adueniente conditione, & cedente die filius secūdus factus fuit possessor, hoc ius quęsitum nō potest per patrem reuocari: quia est regula generalis & certa, ꝙ vbicunque est alicui ius quæsitum, non est licita variatio in præiudicium alterius, & iuris ei quæsiti. secundum glo. in c. nolli. de electio. & Arch. in c. certe. in verbo muto. xii. q. ij. qui dicit ita esse concordanda iura, quæ dicunt, licere mutare consilium, & quæ dicunt non licere. Et idem voluit Cardinalis Alex. ibi. & alii ut per Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. limit. 23. nu. v. ff. de verbor. sig. & hoc comprobatur, quia ex modo donationi appositio in fauorem tertii, acquiritur ius illi tertio, etiam sine cessione, secundum Pau. & Corne. in l. 2. C. de his, quæ sub modo. cum concordan vt per Bar. Soci. in consi. 236. li. 2. quos sequitur Rip. in responso. 131. num. 38. vbi tradit, ꝙ si castra donētur in pacto matrimoniali acquirantur filiis masculis, & nō
7 fœminis per quasdam coniecturas, quas ibi tradit. Septimo pro nostra sñia adest quasi expressa sñia Decii in cons. 239. primo non uidetur dubitandum. num. 4. 5. 6. 7. & 8. vbi scribit, ꝙ si qs donat fundum filio pro liberis & successoribus, & tempore donationis, se constituit pro possessore pro donatario, hoc est tantæ efficacię, ꝙ mortuo primo donatario fuit ius acquisitum & dominium trāslatū in illius liberos, quod reuocari nō potest, mouet ex tex. in d. l. quoties. & doctrina Guido. de Suza. in additio. ad Spec. ti. de emptione, & venditio. §. sciendum. colum. 10. in ver. quid si res vendita nō est in præsentia. in additio. quæ incipit, hic dubitatur. & per egregiam in proposito decisio. Specula. in ti. de loca. §. nunc aliqua. versi. septuagesimo quęritur, ecclesia. vbi eleganter cōcludit, ꝙ si ecclesia concedit rē in emphyteusim hoc pacto, ꝙ pars alterius premoriētis insuperstitę perueniat, præmortuus est vnus eorū alio hęrede relicto, qui hæres possedit rem pro parte defuncti, supstes vult a dicto hęrede petere partem, quæ secundum cōcessionem sibi debetur: quærit Spec. quo iure eam petere possit? Et concludit, ꝙ habet actionem in rem, & ꝙ dispositio d. l. quoties. habet locum in isto casu. quam doctrinam sęqtur ibi Ioan. An. & refert Ale. in cons. 24. ponderatis. nu. 3. lib. 5. Quod confirmat Deci. quia hoc casu videtur acquisitum vtile dominium huic secūdo donatario, quod absque traditione trāsfertur ex legis dispositione, vt in siñi casu no. Bal. in l. si vt pponis. q. 3. C. de cōd. ob cau. & in l. si a sponso, in fine. C. de don. ante nup. & alii, vt per Deci. vbi supra. Et addit Spec. vbi supra ad propositū, ꝙ quando res est tradita duobus pro indiuiso, in parte postea accrescenti, non est opus noua traditione. & idem quod in d. consi. 239. tenet idem Deci. in consi. 216. visa transactione. nu. ij. & 9. in fi. vbi loquitur de donatione facta filio pro matrimonio, ꝙ si sit facta donatario, & eiusdem liberis, illico censetur ius acquisitum liberis postea natis. Et idem tradit in simili casu in consi. ccxiij. nobilis Melchio. & Alex. in notabili casu, quem nullus refert in consil. 87. nu. 8. libr. 6. & Gulliel. Benedic. in c. Raynutius. in verbo, si absque liberis, secundo de fideicommiss. substitutio. nu. 23. de testam. & Stepha. Bertran. in cōsi. i. lib. ij. & late Chassan. in cons. 53. num. 51. & idem Deci. in l. traditionib. nu. xv. C. de pact. qui refert per illum notata in consi. 68. Et Deci. in d. consil. 239. sequitur Aymo Crauet. in consi. 19. nu. ix. quos fere omnes adde ad Licentiat. Tello in l. 27. Taurina. nu. 2. qui solummodo refert Deci. in d. consi. 239. & apud prædict. Licentiat. alia repe ries pro confirmatione istius sententiæ, quibus etiam addo aliam doctrinam Spec. in ti. de instr. editio. §. nunc aliqua. in
8 additio. quæ incipit per superiora. quam refert Iason in l. vl. nu. 12. ff. de pact. Octauo ad istam sententiam adduco doctrinā Bart. Soc qui subscripsit cuidam consi. Cornei. 137. lib. i. vbi dicit, ꝙ paria sunt ad irreuocabilitatem donationis, ꝙ sit in tertio quæsitum, vel ex propria stipulatione, vel alterius ꝓ ipso interpolita. & dicit idem Soc. in consi. 53. in prędenti consultatione. lib. j. nu. 4. versi. postremo. ꝙ donatio inter viuos acceptata per notarium, transmittitur ad hæredes. Nono li-
9 cet in tali maioratu sint plures personæ vocatæ, in ueritate non sunt plures donationes, sed vna tñ, prout in siñi in cōcessione feudi tenet Mod. Pa. in consuet. Par. §. xxij. q. xx. nu. 88. ꝓ tex. in l. si Stichum. §. stipulatio, ff. de verb. obl. cū ergo ī substantia sit vna donatio respectu omnium in eadem cōprehensorum, est irreuocabilis quo ad primum donatariū, & quo ad alios, licet huic dicto contradicat quædā snīa Andreę de Ysernia in c. i. §. præterea ducatus. de prohi. alie. feu. ꝓ Fed. vbi dicit, ꝙ donatione in qua continentur plures gradꝰ substitutionum, tot dicuntur donationes, quot personę cōtentæ in substitutionibus, quod dictum ego in aliis locis refero. pro quo facit quod scribit Bal. in c. j. §. hoc quoque. nu. 14. fo. xx. de succes. feu. vbi inquit, ꝙ tot sunt feuda, quot suc-
10 cessores. Decimo ad hoc vrget alia ratio: qa cum ex d. l. 45. defuncto primo fratre, sit translata possessio in filium secūdo loco vocatum (vt supra latius fundatū est) res desinit esse integra, & ideo non est locus pœnitentię: nam per traditionem realem, aut per constitutum, aut precarium, aut per retentionem vsusfructus per traditionē clauium ingressum emptoris, ex licentia venditoris, res desinit esse integra, vt latius docet Mo. Pa. qui ad pdicta refert remissiones in cōsue-
11 Pa. ti. 1. §. 13. nu. 14. Undecimo induco ad hanc snīam tex. in c. j. in verbo qui inuestituram patris. de feu. marchię. vbi pbatur, ꝙ in facta concessione feudi vni de agnatione, defuncto sine descendētib. transit feudū ad alios proximiores trāsuersales, non proprie per ius accrescendi, sed magis ꝓprie dī trāsire ad eos ex iure inuestituræ primi, qui concessionem accepit. tradit Ale. in l. si mihi & Titio. col. v. ff. de verb. oblig. & ī consi. 29. quoniam abunde. li. j. Cur. Senior. in cōs. 47. memoriæ recolendo. & alii, vt per eundē Pa. vbi sup. q. xxij. nu. 83.
12 Duodecimo ad istam snīam facit. l. peto. §. fratre. ff. de le. 2. in
13 rōne sui. Decimo tertio ad hoc est notabilis doctrina Ioan. And. in addi. ad Spec. ti. de cēsib. in additio. quę incipit. l. 2. per hāc. vbi dicit, ꝙ si est consuetudo in hac ciuitate seruata per longum tempus, ꝙ venientes ad habitādum in ipsa ciuitate, & districtu liberi, & immunes sint ab oīb. exactionib. cuiuscunque speciei: consuetudo hęc seruari debet. Et quidā habitantes in villa sancti Ioannis fruebantur hoc priuilegio, fecit ciuitas statutum, ꝙ habitatores sancti Ioannis debeāt facere & conferre ad quoddam opus, quod ibi fit in cōmune, non obstāte aliquo priuilegio: asserit ꝙ tale statutum nō prędiudicat priuilegiatis, quib. iam erat ius q̄sitū consuetudinis vigore, quod eis inuitis auferri non potest. refert. l. si post mortem §. vl. ff. de cōtratabu. & l. vl. ff. de pact. & citat Guid. de Suz. quorum doctrinam refert, & sequit Bar. Soc. in cōs. 272. nu. 11. in fi. lib. 2. vbi ex hoc dicit, quòd subditi, qui consueuerunt portare frumēta ad quędā molendina, nō possunt per dominos recognoscentes superiores, hac libertate per statutum priuari. cuius dictum conducit ad intellectum c. curiarum, loquentis de impositionib. ani. 28. datis Madritii. de quo vide Andr. ab Exea, in c. cum omnes. de cōst. limi. 2. nu. 165. in fi. pag. 372. & Io. An. refert etiam, & sequit Ale. ꝙ hoc ex aliquib. confirmat in cōs. 216. nu. 6. li. 2. & in cōs. vl. nu. 18. li. 4. & hanc snīam Ioan. And. tenet Pau. de Cast. qui non refert Io. An. sed nec Bar. Soc. nec Ale. Pau. referunt, is ī quam in cōs. 283. visis & ponderatis dictis ordinamētis. nu.
14 j. li. 1. Decimo quarto, istam nostrā snīam in terminis tenet Rod. Suar. in d. l. quoniam in prioribus. qō. viij. nu. 1. cū aliis. pag. 216. vbi late sustentat, ꝙ si pater meliorat filiū in tertia parte bonorū, & facit ei vīcula, & substitutiones, ꝙ post tps conditione aduenięnte, bona deueniant ad aliū, ꝙ pater antequā veniat conditio, vel tempus, non ꝑt reuocare vincula seu grauamina. q̄ sentētiā plene fundet quē lector si de hac opinione nostra dubitauerit legat. in allegat. 19. col. 2. ī ver. sed his adhuc cessantib. vbi tradit, ꝙ si fratres consenterunt in fauorē alterius fratris, vt aliqua res esset maioratus in uita illius fratris, & filii maioris, & descendentium: hoc fuit acquisitum ius irreuocabile per alios fratres fratri, in cuius fauorē fuit factus maioratus, & aliorum descēdētiū. Et istius etiam opinionis in terminis nostris, fuit Anto. Gomez. in l. 40. Taur. nu. 34. Et Suarez vbi supra refert Licentia. Tello ī l. 27. Tau. nu. ij. ubi tradit, ꝙ in his substitutionib. & donatiopib. fauore exercētis liberalitatę ex sola donatione aduenię te tpe, transferī dominiū in quemlibet vocatum in infinitū. vbi ex hoc inquit, ꝙ ex alienatione prohibita in contractu maioratus, impeditur dominij translatio contra regulam. l.

ea

Source : BIU Cujas

ea lege.C.de condict.ob cauſ.quod ego trado. in 4. part huius operis.q.j.nu.7.

20 EX quibus conſtat iſtam opin. veram eſſe, & in iudicijs obſeruandam. Quicquid videatur tenere Gui. Pap. in deciſi. 212. Titius bona ſua donauit. vbi dicit, ꝙ ſi Titius bona ſua donauit Caio, & eius fratri in caſu, quo ipſe decederet ſine liberis vſufructu retento, & conſtituit ſe præcario nomine poſſidere ipſius Caij bona, & caſu quo dictus Caius ſine liberis decederet, ipſe talia bona donauit Sempronio, ſe etiã cõſtituendo ꝓcario nomine poſſeſſorem vſufructu retento: obijt dictus Titius donator abſq; liberis, & habuit locum donatio in perſona Caij, qui bona poſſedit, & moritur etiã Caius ſine liberis: ait enim ꝙ Sempronius non habet dominium, nec poteſt intentare rei vẽdicationem. Et ad hoc mouetur quibuſdam rõnibus per eundem relatis. & idem tenet Bertrand. in conſi. 276. Chriſti, & viſo. nu. 4. lib. 1. quos ſequit Tiraquel. in tract. de conſtit. par. 2. amplia. 28. vbi dicit, ꝙ ita fuit iudicatum in Senatu Pariſien. & tenet ꝯ Deci. in d. cõſil. 239. & idem Tiraquel. in tractat. le mors. part. 2. declaratione 5. nu. 10. pag. 78. nam ꝯ Guido. eſt cõis ſententia Decij, & aliorum. & d.l. partitæ. 7. quam nos ſeruare debemus. & eſt
21 expreſſa ꝯ ſententiam Guid. Et ipſe Stepha. Bertrand. in cõſ. 138. ex themate. nu. 11. lib. 2. fortiter ſuſtentat, ꝙ ſi ſit facta donatio libero ex primo matrimonio naſcituro, & illius liberis, & ſic effectu aliter liberis nondum natis, ſi donatarius talem donationem acceptauerit, non põt reuocari, neq; ab ipſis, qui eam conſtituerunt, nec ex cõſenſu filij, vel filiæ primogenitæ. Quod plenius ipſe cõfirmat, & rñdet ad doctrinam Bar. & aliorum. in d. §. Flauius. & ad alia, quæ in ꝯrium adduci poſſunt. & in d. conſi. plene tradit, donationem poſſe fieri nondum natis. & idem in conſil. 140. lib. 3. & noſtra opinio etiam fulcitur ex ſcriptis per Roderic. Suar. in quæſt. maioratus. nu. 17. cum ſeq. pag. 436. Et ex his fulcitur, quod ſcribit Socin. Iunior in conſi. 52. lib. 1. nu. 6. & 7. vbi tradit, ꝙ legitimatio facta per ſubſequens matrimoniũ non præiudicat ei, cui per donationem erat ius quæſitum, ꝙ non põt tol li ſola voluntate patris legitimantis. Quæ concluſio ſic, tã
22 abundanter fundata, duobus modis ampliatur. Primo modo extenditur adeoq; procedit, ꝙ etiam ſi filius primogenitus, qui ſemel maioratum acceptauit, & poſſeſſionem accepit, conſentiat ꝙ pater reuocet vocationem factam in alios filios, adhuc reuocare ei non licet maioratũ, & ius alijs acquiſitum. ad ꝙ facit dictum conſil. Bertran. 138. & l. vlti. ff. de pact. §. relata. & tex. in c. j. Quid iuris, ſi poſt alien. feud. Et vbi
23 ex ꝯctu facto cum tertio reſultat effectus reſpectu alterius tertij, non eſt in poteſtate ꝯhentium tollere illud ius, & ideo vendita re cẽſuali, acquiritur ius dñio, etiam ſi venditio annulletur, ſm Ioan. Fabr. in c. j. inſtitu. de emptio. & vendi. Bar. in l. ſi a me. ff. ad l. Falc. & alios, quos refert Auenda. in tract. de exequend. mandat. reg. par. j. c. 17. num. 8. qui alia tradit in confirmationem eorum, quæ in hac qõne tradita ſunt. & ad iſtam concl. eſt bon. tex. in l. ſi conſtante. §. except. C. de nup. vbi probatur, ꝙ licet regulariter licet marito & vxori, diminuere dotem, aut donationem ꝓp nuptias, id eis prohibẽt, vbi qñ volunt diminuere filios iam habent, quibus ius ac-
24 quiſitum fuit. per quam legem dicit ibi Bald. ꝙ qñ ex ꝯctu, vel occaſione ꝯctus per diſpoſitionem legalem, eſt ius alicui tertio, re, vel ſpe, non põt ab eo ꝯctu recedi in non conſentientis præiudicium. Et conducit etiam text. in l. apud Iulian. & ꝙ ibi notant Bal. Ang. Imo. Pau. & alij. ff. de legat. j. & in l. non debet. ff. de reg. iur. & faciunt, quæ notanter adducit Tiraquel. lib. j. de retract. §. j. gl. 18. nu. 56. vbi ex hoc diſputat: an emphyteuta, qui ſemel fundum vendidit, poſſit augere, vel minuere precium abſq; conſenſu dñi rei emphyteuticæ? Ad quæ conducunt, quæ ſcribit idem Tiraquel. lib. 2. de retract. §. 1. gloſſ. 2. nu. 18. cum alijs. pag. 860. Et bene quadrant, quæ
25 ſcribit Ant. Gomez. in l. 22. Tauri. nu. 24. & facit doctr. Tiraquel. in tractat. de primogenitu. c. 8. nu. 5. pag. 108. vbi dicit, ꝙ licet ꝯhentes pactum appoſitum in ꝯctu matrimonij, vt q primogenitus fuerit ex matrimonio, is integrã coniugum hæreditatem habeat, aut aliquam eius partem præcipuam ſucceſſione excipiat poſſint reuocare (de quo ego tracto in q. 22. illatio. j.) id procedit, niſi alius quiſquiam futuris cõiugibus, aut ẽt iam maritatis rem aliquã donauerit ea lege, vt eorũ primogenitus in ea tñ ſuccedat: nam tũc non eſt liberũ, ipſis parẽtibus alios filios ad eius rei ſucceſſionem admit
26 tere in prejudiciũ primogeniti, cui ius quęſitum fuit ex promiſſione, & pacto donantis. refert tex. in d.l. ſi poſt mortem. §. vlti. ꝙ dictũ aliud agens refero. in d. q. 22. Secundo iſta concluſio ampliatur. ꝙ procedit ẽt, ſi ille ſecundus vocatus non acceptauerit maioratum: nam ipſo iure, ꝙ primus ſucceſſor fiat abſq; liberis defunctus, ipſo facto fuit trãſlata poſſeſsio in ſm vocatũ, & eo deficiente per mortem, incapacitatẽ, vel
27 ꝓp aliã cãm, ad aliũ proximũ ſequentem ius maioratus de fertur. ꝙ probatur ex d.l. 45. Taurina, q̃ ſupra ponderaui. Et quia lucrũ a lege delatũ transfertur abſq; aliqua agnitione, ſm Ale. ꝯ Ang. ibi. in l. ſi vir. ff. ad legem Falc. & Barth. Soc. in conſi. 116. nu. 19. lib. j. Iaſ. in l. ſi arrogator. ff. de adopt. nu. 15. traditur per Pinel. in l. j. parte j. nu. 36. C. de bon. matern. vbi tradit, receptam eſſe opinionem, ꝙ oẽ cõmodũ, vel lucrũ a lege delatum, transfertur abſq; aliqua agnitione, de qua materia larius tracto. in q. 36. ꝯ. eod. & in 3. par. parte huius opesis. q. 13. & ad Pinel. adde Bal. in d.l. ſi arrogator, vbi per illã tex. dicit, ꝙ lucrũ dotis, ꝙ defertur marito ex forma ſtatuti,
28 transfertur ẽt, & trãſmittitur abſq; aliqua agnitione. notat recte Ale. in cõſ. 150. viſo themate. nu. 7. lib. 2. & conducũt, quæ ſcribo. in q. 68. ꝯ. hac prima parte, ex quo obiter infero intellectũ ad leges, & conſuetudines Hiſpaniæ, quæ tribuũt marito, & vxori medietatem bonorũ ſuperlucratorũ, conſtante matrimonio: quia cum iſtud ſit lucrũ a lege, & cõſuetudine delatũ, transfertur, & tranſmittitur in vxorem, & maritũ, & in hæredes eorũdem abſq; aliqua agnitione. quę fuit ſnĩa Ioan. Lopij. in rubr. de dona. inter vir. col. 4. quem ſequitur Anto. Gom. in l. 50. Tauri. nu. 79. qui ad hoc citat. tex. qui nihil facit, in l. 3. ff. de interdict. & relegat. en in l. vlt. C. de bo. mater. dicens, ꝙ iura particularia prouenientia ex ꝯctu, vel legis diſpoſitione transferũtur abſq; aliqua agnitione. quo-
29 rum ſnĩa, melius ex prædictis fulcitur. Et iſta etiam coadiuuantur. ex gl. in c. licet. in verbo, placebit. de procurat. in 6. dicente, ꝙ vbicunq; eſt quiſpiam, ad quem ex renũciatione alterius ius deuoluitur, ſtatim illi ius acquiritur abſq; aliqua acceptatione. refert l. j. §. qui ſemel ff. de ſucceſſ. edicto. & facit l. cohæredi. in prin. ff. quis ordo. in bonor. poſſeſſ. ſeruetur,
30 & iſta ẽt conducunt pro intellectu tex. in d.l. 45. nam etiam ſi ſucceſſor in bonis maioratus realiter non accipiat, & corporaliter poſſeſſionem taliũ bonorũ, nihilominus eam trãſmittit ad ſuũ ſucceſſorẽ: quia magis transfertur ex facto legis, q̃ hominis, & eſt a lege ipſo iure delata. & iſta ampliatio tenenda eſt in propoſito noſtro, attentis noſtris legib. regalibus, licet Andr. de Yſer. in conſti. Siciliæ incip. in aliquibus, co. 5. & ibi Math. ab Afflict. col. 9. in verſ. 3. quæritur, dicant, ꝙ ſi mater admittat ſorores ad ſuccedendũ, non obſtãte ſtatuto eas excludente, ſi ſorores acceptauerunt, non eſt licita fratri pœnitentia, alias ſecus. De qua tñ qõne vide, quæ ſcribit Tiraq. in tract. de primog. q. 24. Et quæ de iſtis acceptationib. ſcribit idẽ Tiraq. lib. j. de retract. in ſi. q. 8. nu 40. pag. 768.

31 TERTIO iſta concluſio ampliari põt ex gñalitate, d. l. 45. non ſolũ vbicunq; pater qñ fecit maioratũ tradidit filio poſſeſſionem, ſed ẽt vbicunq; maioratus fuit factus cum aliquo tertio, ob cãm oneroſam matrimonij: quia ſi filius moritur ſine filijs, admittuntur vocati poſt eũ, nec patri licitũ eſt reuocare maioratũ, iam ſemel perfectũ, & cuius poſſeſſio tranſit ipſo iure in vocatũ: quia in eius præiudiciũ, & maioratus ſemel irreuocabilis nihil fieri poteſt. quod confirmatur ex reſolptio. Ioan. Lopii. in l. 17. Taur. nu. 43.

32 QVARTO ex prẽmiſſis apparet, concluſionem ſupra fundatam non ſolum veram eſſe, vbi primus filius, & vocatus accepit corporalẽ poſſeſſionẽ rerũ, ſed ẽt per conſtitutũ, aut aliũ actũ fictũ. Quę concluſio iuſtificatur ex traditis per Rebuf. tom. 3. ad conſtit. regias. tit. de mater. poſſeſſ. in prẽfat. nu. 38. vbi ẽt tradit illud generale, ꝙ tñ operatur fictio in caſu ficto, quãtũ veritas ĩ caſu vero. l. filiusf. ff. ſi cer. pe. cũ ꝓcor.

32 ET quæ dicta ſunt in ampliationib. & reſolutione prẽcedentis qõnis, fortius ſibi locũ vendicabunt, vbicunq; pater in conſtitutione maioratus, vel meliorationis vinculatę, cõſtituit ſe pro poſſeſſore, non ſolum nomine eius, quem ante oẽs vocat, ſed ẽt nomine omniũ ſuccedentiũ, & vocatorũ, in maioratũ, prout in pleriſq; maioratib. vel meliorationibus cauetur. Quia in iſto caſu conſtituti vis ſortitur effectũ, tam quo ad ptimũ, q̃ quo ad oẽs conſtitutarios vocatos. ad ꝙ eſt notabilis ſnĩa Oldr. in conſi. 95. nu. 16. vbi tradit, ꝙ per ſtipulationem notarij, eſt ius acquiſitũ hẽredib. & perſonis in ſtipulatione incluſis, vbi loquitur in promiſſione, quam fecit Rex Aragonię, in qua promiſit, ſe non alienare bona regni. vt latius patet in dicto conſil.

33 ET ex iſtis infertur, ꝙ ſi filius in quem pater fecit maioratũ modo prędicto poſt apprehẽſam bonorũ poſſeſſionẽ cõmiſit aliquod delictũ, cuius occaſione bona maioratus amitti potuerũt iuxta ea, q̃ ſcribo ĩ 4. par. huius opis. q. 23. talis filius, etiam ſi in vita patris delictum committat, bona amittit, nec eſt patri licitum reuocare maioratum in prẽiudicium fiſci, cui ius quæſitũ fuit, quod filius habebat. & cadẽ rõne ſi ſecũdum delicti qualitatem & tenorem maioratus, vel meliorationis bona non amittuntur, transfertur maioratus ad alios vocatos, in quorum prẽiudicium, non eſt patri licita reuocatio. Secundo infertur, quod poſtquam pater conſtituit maioratum, prędicto modo, non poteſt obligare, hipotheeare, vel vendere, aut alias diſponere de rebus maio

Source : BIU Cujas

ratus in præiudicium eorum, qui in ſecũdo loco, tertio, aut vlterioribus ſunt vocati: quemadmodum nihil poteſt vendere vel diſponere in præiudicium prius vocati. quod reſoluit Deci. conſi. 239. num. 6. nec delinquendo, talia bona pa-
35 ter amittere poteſt, vt reſoluit Peral. in l. 3. §. qui fideicõmiſſam. nu. 128. ff. de hæred. inſti. Et hanc illationem innuere videtur Greg. Lop. in l. 32. ti. 9. par. 9. in gl. magna ver. itẽ aduerte. Nec poteſt præiudicare pater filio per ſuam cõfeſſionẽ, ꝙ ante bona alicui obligaſſet. Et confirmat Pau. in cõſ. 337. ſi prima duo, li. 2. Ex quo ſubinferẽ limiratio ad l. 21. Taur. ſtatuentẽ. filium melioratũ obſtrictum eſſe ad debita defuncti pro rata. Nã prædicta lex procedit indebitis contractis ante meliorationem, vel maioratum reuocabilem, non ẽt in de
36 bitis factis poſt cõſtitutionẽ maioratus, qui eſt perfectus, & irreuocabilis. Et alia ſimilia ĩferri poſſunt, quæ ſuperioribus cognitis, ſunt facilia. Tertio inferẽ, ꝙ ſi filius, qui primo loco vocatus fuit nõ acceptauit maioratum, vel melioratio nem incuria forte, propter abſentiam vel alium finem: & moriatur abſque eo ꝙ acceptauerit, poſſunt alii filii, & vocati acceptare maioratũ vel meliorationem, quod ex prædictis conſtat, & ex tex. in l. ſi ſine. § ſi procurator. ff. rem rat. habe. vbi patet, ꝙ in re, q̃ ad hæredes pertinet, poteſt hæres ratum habere, ꝙ noĩe defuncti fuit factũ. notat Din. in reg. ratum. q. pe. de reg. iur. in 6. Dec. in l. eius qui in prouincia. §. placebat. ff. ſi cer. pet. Et alii, quos refert Epiſ. Couar. in 5. par. rubr. de teſtam. nu. xiij. vbi tradit, hęredes donatarii, poſſe ratam habere donationem defuncto factam, ad hoc vt reuocari non poſſit. & ita intelligit ſcripta per Tiraq. in dicto tracta. de conſti. limi. xxx. num. 73. & 74. & iſta illatio fulcitẽ, quacum ius vocatorum poſt primum non dependeat ab hoc prius vocato, ſed a primo fundatore. l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulga. eiuſdem incuria vel abſentia, aliis obeſſe non debet. l. 3. ff. de interdict. & relega. d. l. non debet. ff. de reg. iur.
37 ¶ Principalis autem concluſio & reſolutio, limitatur tribus modis. Primo, vbi pater in cõſtitutione maioratus, aut meliorationis, appoſuit aliquam conditionem, quę nõ fuit purificata in vita filii primo uocati, & defunctus fuit ante purificationem conditionis: quia tunc libere põteſt reuocare maioratum in præiudicium aliorum uocatorum, argum. l. i. § dies incertus. l. hæres. §. i. ff. de conditio. & demõſtra. l. huiuſmodi. in fi. l. ſi cum hæres in prin. ff. quan. dies lega. ceda. l. Iulianus. ff. de leg. ij. & aliæ ſimiles, ut per Oldra. in conſi. cxxxj. quidam habens tres filios. Roman. conſil. 17. & aliis conſiliis, ut per Laſ. in l. cum ſecundum, nu. 3. C. de fidei com. & in l. quæ delegato. nu. 22. ff de le. j. Tiraq. li. 1. de retract. gl. 2. §. 1. nu. 24. notat Deci. in conſ. 417. uiſis cõſiliis, nu. 2.
38 ¶ Secundo prędicta concluſio limitatur quando maioratus, uel melioratio ex aliqua cauſa ſit inualida quia tunc, ſicut non fuit ius acquiſitũ primo donatario, ita nec acquiritẽ aliis uocatis & ita fere in propriis terminis uidetur determinare Bar. Soc. in conſ. cxv. nu. i. cum ſequentibus. lib. 4. vbi dicit, patrem poſſe reuocare grauamen, quod filio donatione appoſuit, ꝙ ſi alienaret res donatas, deuenirent ad hoſpitale, vbi donatio ex defectu inſinuationis fuit inualida. mouetur ex famoſa gl. in l. ſi patronus, §. patronum. ff. ſi quid in fraud patro. & ex doctrina Bal. in l. ſi abſentis. C. ſi cer. pe.
39 TERTIO quando ſucceſſor poſt primum vocatũ nõ paret conditionib. & uinculis a teſtatore adiectis, quia ſicut eſt licita reuocatio, hoc caſu veniente inuito primo vocato iuxta. l. vlt. C. de reuocan. dona. ibi, uel quaſdam conuentiones, ſiue in ſcriptis donationi impoſitas, ſiue ſine ſcriptis habitas, quas donationis acceptor ſpopondit minime implere voluerit: ita per eũdem eandem rationem eſt licita reuocatio in prędiudicium ſucceſſorum. & iſta limitatio fulcitur ex aliquibus, quę ſcribo in ſecunda parte huius operis quæſtio. 4. illat. 9. nu. 11. vbi lector ſi neceſſe fuerit legere poterit, & ſupra queſtio. 22. nu. 36.

QVARTO videtur ſi pater farciat maioratum in filium ob cauſam tantũ oneroſam matrimonii abſque traditione poſſeſſionis, & inuocationibus ſtatuat, quod ſi filius primo natus decedat abſque liberis, ſuccedat in maioratum alius filius, ſi primo vocatus moriatur in vita patris, quod licet maioratus non poſſit reuocari reſpectu primi, quo ad alios tamen eſt reuocabilis, tanquam ceſſante cauſa oneroſa matrimonij, ob quam maioratus fuit conſtitutus. Quod fundari poteſt ex pluribus, quæ ſcribo ſ. hac parte q 39. nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæſtionis, & intellectus ad l. 2. tit. 8 par. 6.*
2 *Reſolutio quæſtionis.*
3 *Refertur, & confirmatur doctrina Angel. in l. non eſt ferendum. ff. de inoffic. teſtam.*
4 *Donatio reuocatur, quando facta fuit vxoris blanditiis.*
5 *Peccat qui aliquem fraude induxit, vt cum inſtitueret hæredem.*
6 *Blanditia ſolæ, niſi ſint doloſæ non ſunt illicitæ.*
7 *Perſuaſiones in caſu huius quæſtionis, an probentur per coniecturas?*
8 *Præſumitur contra filium ſecundum patrem perſuaſiſſe, quando pater reuocabit maioratum, quem fecerat in filium maiorem. Et vbicunque propter filias reuocat maioratum factum in maſculos.*
9 *Perſuaſio filii habetur loco coactionis.*
10 *Mater facilius perſuadetur, quam pater.*
Si pater maioratum factum in fauorem vnius filii reuocauerit perſuaſionibus alterius, qualiter filio conſuli poſſit?

QVAESTIO XXV.

VIgeſimoquinto quæro, Si pater reuocet maioratum, quem prius fecerat in fauorem vnius filij, & conſtituat in alium filium perſuaſionibus talis filij, in cuius fauorem fuit ſecũdo loco maioratus factus: an teneat iſte ſecundus maioratus, & alius ſit reuocatus? Quæſtio eſt magnæ vtilitatis, & quæ propter inſatiabilẽ hominum cupidinem, quotidie contingit, & plerunq; fratres ob inuidiam aliorum fratrum, vel ducti cupidine bonorum parentum mille excogitant fraudes, & vias ad debellandos
1 animos parentum, vt ſibi bona relinquant, & ab alijs auferant. In qua queſtione breuiter inquantum poſſibile fuerit, me reſoluendo dico, ꝙ ſi quidem filius ſecundus, in quem ſecundo loco pater facit maioratum, blanditijs licitis, & honeſtis patrem traxerit, vt in eum faciat maioratum, & reuocet a primo: in iſto caſu ſecundus maioratus valebit, & primus non habebit effectum. iſta concluſio probatur in l. vlt. ff. ſi quis aliq. teſt. prohibuer. & in l. vlt. C. eo. tit. ibi, iudicium vxoris in ſe probare maritali ſermone, nõ eſt criminoſum. & eſt notabilis. l. 27. titu. 1. par. 6. quæ concordat cum prædictis legibus. ibi, *ſi premia ni fuerca no le fizieſſe, mas rogando le por buenas palabras lo aduxeſſe*. Nec huic opinioni obſtat ſingularis, peregrina, & valde nota. l. 2. ti. 8. par. 6. cuius hæc ſunt verba. *E como quiera que no faga en miente del hermano enel teſtamento, ni le dexe ninguna coſa de lo ſuyo no le perteneſce al hermano de facer querella de teſtamento que el otro ſu hermano ouieſſe hecho, ni lo puede quebrantar: fueras ende, ſi a quel que ouieſſe eſt ablecido por heredero fueſſe ome de mala fama, o ouieſſe ſido ſieruo del teſtador, o otro que el ouieße aforrado, & deſpues lo eſt ablecieſſe por heredero, por falago que le fizieſſe el aforrado, nolo mereſciendo el, ni auiendo derecha razon por que lo douieſſe fazer*. Quia iſtius legis diſpoſitio ſpecialis vr̃ in odiũ ſeruorũ, qui teſtatorẽ perſuaſerũt blanditijs, vt fratres non relinqueret hr̃des, in nr̃o vero caſu, rõ eſt diuerſa, quia oẽs ſunt filij, & iõ licet teſtator vnũ eorũ, alijs præferat, non facit illis notabilẽ iniuriã: nã in hũtibus ſimbolũ, facilis eſt tranſitus, nec eſt facienda æqparatio a ſeruis, quos teſtator fecit hr̃des, ductus eorũ blanditijs, excluſis fratrib. teſtatoris ad filios, qui (vt prædixi) oẽs ſunt æquales. vel iſta. l. 2. intelligi põt de perſuaſionib. illicitis, & doloſis, prout ſtatim latius explicabitur. & præciſe hæc lex. 2. vel vno, vel alio modo dẽt intelligi, & concordari, cũ d. l. 27. ne illi ſit, tã ex diametro ꝙria: cũ expediat iura, iurib. concordari. & vide ẽt pro rũſione d. l. 2. Greg. Lopez qui in illius intellectu laborat. in gl. in ver-
2 bo *por falago*. Si aũt perſuaſiones illius filij, in cuius fauorem pr̃ ꝑm maioratũ fecit ſint cauteloſę, & in illis inſit dolus, vel fraus, ꝙ ꝑm negociorũ contingentiã exemplificari põt, (ꝙ plerunq; contingit) primus maioratus non erit reuocatus, quaſi pr̃ non faceret illũ ꝑm maioratũ, niſi interuenirent ꝑſuaſiones illæ fraudulentæ, & captioſæ, & fallaces, ad huius ꝙeſtionis probõnẽ induco tex. in l. Luc. Tit. §. Sempr. ff. de leg. 2. vbi probaf̃, ꝙ qñ qs dolo induxit teſtõrem, qui primo loco volebat aliũ hr̃dem inſtituere, vt illũ mutaret, & perſuadentẽ inſtitueret, ſuccurrir̃ actione de dolo illi, quẽ primitus teſtõr volebat hr̃dem inſtituere, & ꝑbaf̃ in d. l. part. 27. a ſenſu õrio, & iõ dixit Ang. in l. non eſt ferendũ. nu. 3. ff. de inoffi. teſt. ꝙ blanditiæ tunc demũ concedunt̃, qñ quis blandit̃ ad ſui cõmodũ t̃n, puta, blandit̃ teſtatori, vt eũ hæredem inſtituat, ſecus ſi blandit̃ in perniciẽ alterius, ſuggerendo falſas cãs teſtõri, ad hoc, vt teſtõr priuet hr̃ditate illũ, cui volebat hr̃ditatẽ relinquere. & per hoc dixit ſemel ſe obtinuiſſe quãdã hr̃ditatẽ factã in fauorẽ quorundã pauperũ: nam eis erat relicta, & quidã agnati teſtõris perſuaſerunt eidẽ, ꝙ elemoſina non erat bona, nec Deo acceptabilis, & illi quibus eã relinquebat, non erant hoĩes bonæ ꝙdõnis, vt fruſtraret̃ eius piũ propoſitũ. Et hanc ꝙeſonẽ tenent idem Ang. & Laſ. nu. 3. in d. l. fi. & refert Ang. Greg. Lop. in d. l. 2. & eiuſdẽ opi. fuit Cepol. caut. 36. & Laſ. in l. 3. §. penul. ff. de condict. cauſ. dat. & in l. prima. §. fuit quæſitum. num. 39. ff. ad Trebellia. notatur etiam per Hippolit. in ſingul. 526. & hoc tradit notãter Rip. reſponſ. 69. nu. 14. Et per hæc dixit Ioan. Lopez in Rubri. de donatio. inter vir. & vxor. col. 460. in verſ. ſecus. ꝙ ſi maritus fecerat donationem alicuius rei alteri, & deinde vxor blan-
4 dis verbis, vel adulationibus induxit maritum ad reuocandam donationem, vt illi donaret, licet ſecunda iſta donatio valeat facta in vxorem: tamen primus donator reuocauit il-

lam

lam ab vxore actione de dolo, quam doctrinam Ioan. Lop. ego intelligo, modo interueniat fraus vxoris, prout postea se exponit. colum. 462. in versi. si ego alias. dictū eius non esset verum per prędicta. & blanditiæ maritales, multa a credulis vxoribus extorquent. vt per Mathe. ab Afflict. decisio. 79. nume. 4. & hęc confirmantur ex tex. egregio, qui ad plura est conducibilis. in l. i. §. persuadere. ff. de seru. corrup. ibi p̄ suadere autem est plusquam cogi, ad quæ compellit. & per hæc dixit Caieta. in 22. q. 62. arti. 4. q̄ si quis alium traude īduxit, vt illum īstitueret hæredem, vel legatum relinqueret, alio excluso, tenetur in conscientia ad restitutionem legati, vel hæreditatis. & idem dicit Siluester in summa sua verbo, restitutio. 3. §. vltim. in versi. tertium. vbi refert Ange. in d. l. fi. quod latius discutit. Episco. Couarru. in regul. peccatum. de regul. iur. in vi. & hanc etiam sententiam confirmare possumus ex dispositione, & ratione. l. 21. ti. i. par. vi. ibi, *No era verdadera la razon, porque el testador se mouio a fazerlo heredero*. & p̄
3 fuerit, cum in re propria quilibet ſit moderator & arbiter, ēt in abutendo. l. in re mandata. C. manda. l. ſed a lege. §. conſuluit. ff. de petitio. hæredi. de quo per Angel. in §. vl. Inſti. de his quæ ſunt ſui, vel alie. iur. Iaſ. in l. qui Romæ. in princ. nu. 36. ff. de verbo. oblig. & in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 9. ff. de leg. j. & in l. Polla. ff. de his quib. vt indig. Deci. in conſi. 635. Rip. in d. §. diui. nu. 107. & Crot. col. 35. Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo. nu. 7. C. de pact. Hippol. in l. circundere. §. ſeruo. nu. 2. ff. de
4 ſicar. & in ſing. 419. & 548. & 636. Nec verum eſt, q̄ conſtitutione maioratuum verſetur fauor publicus prīcipaliter, nec credo, q̄ vſque in hodiernum diem aliquis fecit maioratum ob publicam vtilitatem principaliter, ſed in fauorem filiorum, aut deſcendentium, vel conſanguineorum, & ob nominis ſui memoriam, & hoc eſt a communiter accidentib. quod in iure ēſt efficax argumentum. c j. vbi Doct. de cleric. non reſiden. l. ideo. vbi glo. ff. de legib. notat Euerard. in centū locis. loco 56. & actus ſunt iudicandi a primæua intentione facientium, ex qua. euentus iudicantur, & cuiuslibet rei, & diſpoſitionis principium, & origo inſpici debet. l. j. C. de imponen. lucrat. deſcriptio. lib. x. vbi gloſſ. notat. & Soc. Iun. in conſil. 61. nume. 36. & in conſi. 130. num. 11. lib 2. cum igitur illi, qui faciunt maioratum tanquam in ſcopum ad proprium, & ſucceſſorum commodum tendant, nihil conſiderantes de commodo reipublicæ, ad illud principium, & originem eſt habenda conſideratio. Et eſt bonus tex. in l. ad q̄. ī prin. ff. de donatio. & in l. 2. §. parui. ff. de priuileg. credito. notat latius Tiraquel. lib. i. de retrac. §. 19. glo. vnica. num. 4. licet verum ſit, q̄ conſtitutio maioratuum permittitur propter fauorem publicum, & illud quod inductum eſt in fauorem patrimonii priuati, dicitur principaliter factum in vtilitatē priuati, & ſecundario in fauorem publicum. l. 2. vbi hoc dicit Bar. in l. j. oppo. 4. ff. ſolu. matr. & facit tex. in l. ſi quis decedens. §. vltimo. ff. de libera. lega. & q̄ ſtatuta, & conſuetudines præferentes primogenitos cœteris, & maſculos fœminis, ſint principaliter ſtatuta propter fauorem priuatum, & ſecundario propter fauorem publicum. tenet in terminis Tiraquel. in d. tra. de primogenitu. q. 24. vbi id late fundat. & certe negari non poteſt, quin in conſtitutione maioratuum principaliter verſetur fauor priuatorum, & ſecūdario fauor publicus, quia fundatores maioratuum intentum habent p̄cipuum ad conſeruationem familiæ & dignitatis, & ad propriæ memoriæ immortalitatem, potius quam ad bonum publicum (vt notiſſimum eſt, & experientia ſatis cognitum) q̄ credo fore meram & ſolidam veritatem. quæ aperte probatur in l. j. §. huius ſtudii. ff. de iuſti. & iur. ibi, publicum ius in ſacris, in ſacerdotibus, in mageſtatibus conſiſtit, priuatum i⁹ tripartitum eſt. ex qua lege apparet, q̄ in ſolis illis tribus caſibus, vertitur principaliter fauor publicus, & in aliis fauor priuatus. & facit etiam. l. j. ff. de rer. diuiſ. in verſi. ſi hæc autem. & l. conuentionem. ff. de pact. ibi, publica conuentio eſt. Et illa dicuntur concernere vtilitate publicam: cum eam reſpiciūt principaliter, & non ſecundario, vt voluit Paul. in d. §. huius ſtudii. qui refert Bald. in §. 2. ff. ad municipa. notat Tiraquel. q̄ id late confirmat in tract. res inter alios acta. verſic. ex his fit. qualiter autem lex dicatur introducta principaliter, vel ſecūdario in fauorem publicum aut priuatum, explicant Fortu. Gaſia. in d. l. i. § huius ſtudii. ff. de iuſti. & iu. Nauarra in c. inter verba. 11. q. 3. & Epiſco. Couarru. in ca. quamuis pactum. de pact. in 6. 2. parte relectionis. §. 1. num. 6. quem ſi expedierit omnino vide. & in ſpecie, q̄ intereſſe, quod vertitur reipublicæ, q̄ homines ſint locupletes, de quo in Auth. vt iudices. ſine quoquo ſuffragio. §. cogitatio. & latius trado in prima qō ne ſupra hac. j. par. nu. 7. & 8. ſit proprie commodum priuatū not. Barto. in d. l. j. ff. ſolù. matri. nu. 26. ſi igitur pater pęniten-

tia motus forte, quia poſtea melius cogitans reſpexit, q̄ ī bonis ſuis non habebat tantum, quantum ſperabat, & poſtea voluit omnes filios æqualiter hæredes inſtituere, uel aliter diſponere de bonis propriis, quare hoc ei denegandū eſt? Nec enim vtilitas publica tanti debet eſſe effectus, ut uincat patris voluntatem, & liberum arbitrium, cui leges multum fauent, vt in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. cum concordanti. & charitas, & ęqualitas, quæ eſt propria parentibus, & ęqualis circa omnes filios, debet incipere a ſeipſa, vt ſit recte ordinata, ſecundum Diuum Paulum. & probatur in l. præſes. C. de ſerui. & aqua. & notatur per Io. Andre. & Abb. in c. dilecti. de arb. & per plures, vt per Tiraquel. lib. j. de retract. §. i. glo. 9. nume. 30. & per alios, quos omitto. & Gregor. Lopez. quamuis hoc in ſpecie non tangat, in pleriſque glo. ſcribit, quemadmodū pater poſt factum maioratum, illum reuocare videatur, alienando rem maioratus, de quo infra tractabitur. & ad hoc ēt facit, quod in ſimili voluit Abb. in c. cum acceſſiſſet. num. 2. de conſtitutio. vbi tradit, quod confirmatio ſtatutorum a ſuperiore ſimpliciter facta, non impedit, quo minus ſtatuentes poſſint a ſtatutis recedere. notat Ripa, in reſponſo. 2. num. 6. ex quibus, & aliis rationibus opinio Peraltæ videtur contra tex. in d. l. 44. & rationes Peraltæ, magis videntur aures demulcere, quam menti ſatisfacere. & cum leges reſtringentes libe-
5 ram teſtandi facultatem, & diſpoſitionem de rebus propriis potius ſint reſtringendę, quam ampliandę, vt in aliis locis dicis dico. & probatur in d. l. j. C. de ſacroſanct. eccleſ. hęc libera voluntas non eſt paſſim reſtringenda, ſed potius amplianda & pacta futuræ ſucceſſionis, ſunt contra bonos mores. l. vlt. C. de pact. l. pactum quod dotali. C. de collatio. l. penul. eod. titu. de pact. explicat Epiſcop. Couarru. in initio. 2. partis. ca. q̄
6 uis pactum de pact. in 6. nume. 2. Et hęc opinio etiam fulcit ex tex. in l. Lucius. §. vl. ff. de fideicom. libe. vbi prohibitus alienare, videtur hanc prohibitionem facere ſucceſſoribus, & ſi ſibi. Ex quo tex. infert Gregor. Lopez ad propoſitum noſtrū in l. x. tit. 26. in glo. in verbo. *vēndiendo*. in verſi. item aduerte, q̄ ſi in facultate regia ad cōdendam maioriam caueatur, q̄ nō poſſit reuocari per facientem, nihilominus poterit rem aliq̄ maioriæ alienare, niſi eſſet translatum dominium in filium vel maioria ſit facta per contractum oneroſum. Et contra Peraltam etiam argumentari poſſumus, & defendere iſtam opinionem ſuis ipſius armis, & tela in illum coniicere, & retorquere ex aliquibus, quę ſcribit in d. §. qui fideicōmiſſam. num. 116. & 117. vbi tradit originem prædictę legis. 44. ī quo etiam (vt ego ſuſpicor) fallitur. & cum iſta opinio tendat ad ſeruandam æqualitatem inter filios, in dubio eſt tenenda. l. vt liberis. C. de collatio. cum concordan. quę in aliis locis refero.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſi ꝓmittat meliorare in tertio & quinto, an poſſit. relinquere quintam poſtea pro anima late diſputatur.*
2 *Reſolutio huius quæſtionis.*
3 *Lex noua loquens in vno ex æquiparatis per legem antiquam, extēditur ad alium.*
4 *Pater poteſt de parte quinti diſponere pro anima, non obſtante melioratione.*
5 *Mater non poteſt reuocare donationem quinti, poteſt tamē de parte illius donare pro anima.*
6 *Traditio an ſit neceſſaria ad hoc, ut mater nō poſſit reuocare donationem quinti.*
7 *Agitur de intellectu tex. in l. poſſeſſionem, C. de reuoc. donatiouib.*
8 *(Poſſeſſionis) verbum, etiam proprietatem ſignificat.*
Reſolutio quæſtionis de qua in nu. 6.
9 *Lex 22. Taurina an procedat, vbi promiſsio eſt facta in vltima voluntate.*
Leges 17. & 44. Taurinæ, an procedant in auo & auia.
11 *Pater, & mater, an poſsint reuocare donationem quinti.*

QVAESTIO XXVIII.

ACtum eſt in præcedentib. quęſtionibus, quando patri liceat reuocare maioratum ſemel factum in aliquem filium, & quia melioratio tertii & quinti in pluribus ęquiparantur maioratui, vt viſum fuit in quęſtionibus prędcedentibus, & in principio iſtius operis, antea quam ad vlteriora prograediar, quęro vigeſimo octauo de quęſtio. dubitatiſſima, & q̄ ī praxi quotidie verſatur, vtrum l. 17. Taurina, quę permittit patri, & matri reuocationem tertii, procedat etiam in quinto? Quęſtio eſt ab aliis tacta, ſed nihilominus nr̄ labor neceſſarius fuit (vt illico apparebit) & vt rectius hic punctus intelligatur referam primo, quę ab aliis in hac materia ſcripta ſunt, & ii-ll

comeam

Source : BIU Cujas

eo meam exponam sententiam. Et in primis Ioan. Lopi in l.22. Taurina, in versic. sed pulchra est dubitatio. tenet, quod si pater promisit filium meliorare in parte tertia & quinta, non potest relinquere quintam pro anima sed tenetur promissionem adimplere. Rigida est opinio, & contra pietatem animæ. idem autem Ioan. Lopi in d.l. 17. indistincte tenet, ꝙ dicta l. 17. loquitur in quinto, sicut in tertio, & ita sumat d.l. in principio lecturæ. Roderic. autem Suarez. in l. quoniam ī prioribus, versus finem nume. 27. C. de inofficio. testamen. tenet, quod si pater per modū quotæ inter viuos donauit quintam bonorum suorum, quod non potest postea in morte relinquere aliam quintam, quamuis dicat, quod patri remanet facultas disponendi pro anima. Anto. vero Gomez. in d. l. 17. nu. 10. dicit, quod respectu quinti, potest per patrem donatio reuocari, quia non sine misterio dicta lex solum loqt̄ in tertio. & idem videtur aperte tenere Roderic. Suarez. vbi supra nume. 5. in versi. præterea. vbi dicit, quod stante. d. l. 17. donatio tertii facta per matrem, est irreuocabilis tradita possessione, quamuis de iure ciuili etiam in quinto erat irreuocabilis. Sed Licentiatus Tello in d.l. 17. num. 10. dicit, quod si donatio facta fuit titulo oneroso cum tertio, minime potest reuocari per l. 22. infra eodem. vbi ipse idem tenet. nume. 14. quæ ad hoc est expressa. & idem dicit procedere in filio emancipato, cui sit facta donatio respectu quinti, est irreuocabilis, in aliis vero casibus dicit permittendam esse patri reuocationem. qui tamen non refert Ioan. Lopi & Suarez. vbi supra, & vt omnia, quæ scripta sunt ab aliis vsque in hodiernum diem referamus, Gregor. Lopez in l. 3. titu. 4 parte. quinta in glo. in verbo. *valdra*, tenet indistincte, quod lex illa habet locum respectu tertii, nam respectu quinti dicit, quod antiqua iura remanent incorrecta, & ita deueniendum erit ad differentiam, quam iura antiqua faciunt inter filium emancipatum, & in potestate constitutum, & in effectu idem tenet, quod licentiat. Tello tenere videtur. postea autem idem. Gregori. in l. 8. titu. 4 par. 5. in gloss. in verbo *en vida*. ante medium. sequitur opinionem Roderic. Suarez. vbi supra. vbi tenet, quod si pater in vita non fecisset donationem quinti p modum quotæ, sed fecisset aliquas particulares donationes modicas, quod per has donationes nō minuetur quinta, de qua pater disponere potest quod intelligit Greg. Lop. quando excessus fuisset modicus, & filii parum grauarentur in legitima. refert gl. in l. nomen. § i. in verbo, propc. ff. de le. 3. sed Cisuentes. in l. 26. sup. eo. generaliter affirmat idem, ꝙ Io. Lopi. ꝙ pater non possit reuocare donationē tertii, & quinti (vt ex eodem latius constat.) vt autem magis mireris varietatem Doctorū nostrorū, qui in hac materia loquuntur, ex altera parte superuenit Peral. in l. Cum pater. §. an filia. nu. 68. ff. de leg. 2. vbi reprobat opinionem dicentium, ꝙ hodie per d.l. 17. valet donatio inter patrem & filium, quia secundum eū non valet hodie magis donatio irreuocabilis, nisi quo ad solum effectum, ne possit pater filium aliū meliorare, quo ad reliqua vero permanet reuocabilis, & vim habet legati. Sed idem Peralt. in l. qui testamento. nu. 20. ff. de leg. 2. palam affirmat, ꝙ si pater donet aliquid filio in potestatem (cum secundum l. 26. Taurinam) censeatur eum meliorare in 3. & 5. facta hac donatione, nō potest pater in aliquo postea aliū meliorare, & est irreuocabilis. etiā pater faciat secundam melioratiōnē, non valet melioratio, & facta computatione de tertio, & residuo, nihil extra legitimam supereſt ad hoc, vt possit habere locum secunda melioratio. Quid dicendum le
2 ctor erudite, in hac laboriosa quæstione, in qua Doctores nostri ita ex diametro sibi contradicunt, & difficile videtur tantas componere lites? Certe de stricto iuris rigore, mihi videtur, quod si pater faciat donationem tertii, & quinti alicui filio, & ei tradat possessionem corporalem, vel per scriptura, aut per constitutum, aut faciendo cōtractum oneroſum cū tertio, ꝙ quemadmodum per. d.l. 17. nō potest reuocare tertium, ita neque quintum. quod vltra omnes ego probo ex dispositione. l. 44. Taurinæ, vbi dicit, *el que hiziere algun mayorad go aunque sea con auctoridad nuestra o delos Reyes, que de nos uinierē, ora por uia de contracto, ora en qualquiera ultima uoluntad, despues de hecho pueda lo reuocar, saluo si el que la hiziere por contracto entre uiuos ouire entregado la possesio*. Et alia verba, quę sequuntur. Ecce ergo qualiter prædicta lex in illis uerbis, & in illa implicatiua (*aun que*) quæ implicat casum minus dubitabilem. l. illud. ff. ad l. Aqui. notat Iaſ. in l. qui se patris. C. vnde libe. & in l. i. nu. i. ff. de iurisdict. omn. iud. & declarat Euerard. in centū locis, loco. 82. a natura dictionis implicatiuæ. habet pro indubitali, quod etiam in maioratu facto absque regia authotitate, non est licita reuocatio in casibus, qui in prædicta lege continentur, qui sunt idem met, qui sunt in dicta lege 17. & dicta l. in illis verbis primis, *el que hiziere algun maioradgo aunque sea con auctor. dad nuestra*, iunctis verbis sequentibus, generaliter loquitur in quolibet maioratu, siue factus sit regia authoritate, siue priuata, nec distinguit tertium a quinto, & lex vocat maioratum etiam illū, quem quis fecit absq; regio assensu, quod est tertiū & quintum, in quo est patri libera dispositio, & non, vltra secundū leges regni. Et illa lex sic inducta, est expressa pro hac opinione. nisi dixerimus, ꝙ dicta lex procedit vbicunq; melioratio est vinculata: cum in isto casu in substantia sit maioratus, in cuius cōstitutione agitur de fauore publico, vt in alijs locis dico, & ideo non est mirum. ꝙ non sit licita reuocatio. Sed ad hoc replicari potest, ꝙ idem quod ista lex. 44. statuit in maioratu, statutum fuit in melioratione per d.l. 17. nec dicta lex 44. priuilegiauit magis maioratū, quam simplicem melioratiōnem, quo ad reuocationem: vnde d. lex est singularis pro ista opinione. Præterea hæc conclusio nouiter psuaderi potest ex dispositione d.l. 22. & d.l. 17. & 44. in legib. Taurinis semel iunctis, hoc modo. Nam dicta l. 22. clarissime dicit, ꝙ quādo melioratio tertij & quinti fit per patrem per viam matrimonij, aut per cōtractum oneroſum, quod non possit illam reuocare. ibi, *Assi mesmo mandamos, que si prometio el padre, o la madre, o alguno de los ascendientes, de meiorar al guno de sus bisos descendientes enel dicho tertio y quinto por via de casamiento, o por otra causa oneroſa alguna, que ental caso sean obligados a lo cumplir, e fazer, e sino lo fizier e que paßados los dias de su vida, la dicha meioria y meiorias de tertio y quinto, sean auidas por echas*. Considerata igitur, & perpēsa huius legis dispositione, & d.l. 17. & d.l. 44. quæ duæ posteriores æquiparant hos tres casus, scilicet, traditionem scripturæ, vel ipsius possessionem, vel quod pater, aut mater faciant donationem ob aliquam causam oneroſam, sequitur aperte, ꝙ dispositio d.l. 22. quæ dicit, ꝙ melioratio tertij, & quinti non possit reuocari, quando fuit facta propter contractum oneroſum. Procedit etiam vbicunq; fuit per patrem vel matrem tradita scriptura, aut possessio rei melioratæ: quia cum d.l. 22. quamuis extet in eo dē volumine, sit tamen recentior in ordine, lex nouior statuēs in vno ex æquiparatis, extenditur ad alia æquiparata per le-
3 gem antiquam, secundum glo. celebratissimam. in c. si postquam. §. fina. in verbo prouisione. de elect. lib. 6. quod etiam procedit in correctorijs, secundum glo. in l. si quis seruo persuaserit, C. de furt. & in l. quod vero contra. ff. de legib. notat. Iaſ. in Auth. quas actiones, nu. 9. C. de sacro. eccl. & in l. Marcellus, nu 27. ff. ad Trebellia. & in l. fi. nu. 6. C. de inoffic. testa. & in §. ex maleficijs, nu. 39. de actio. late Stepha. a Feder. par. 1. de interpretat. iur. argum. 14. Bartho. Socin. in consi. 36. nu. 7. lib. 4. Crotus in l. si constante. lectura. 2. in q. 7. ff. solu. matr. Fortun. Garsia in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. Episcop. Couarru. in c. Raynaldus. §. 3. nu. 6. de testamen. Alex. in consi. 111. lib. 6. nu. 14. qui hanc dicit esse interpretationem passiuam. Vbi tamen Mod. Pa. dicit hoc procedere, dummodo non fiat interpretatio, & extensio de exorbitante ad exorbitans. & ita etiam limitat idem Modern. Parisien. in consuetudin. Parisien. §. 8. glo. i. nu. 48. & dictum gl. sequuntur etiam idem Ale. vbi idem Modern. in consi. 171. num. 3. lib. 7. & idem Moder. vbi hoc dicit procedere etiam in consuetudine par. 1. cpnsuetud Parisi. glo. 3. §. 3. num 3. & pro hoc etiam facit, quia vaiet argumentum ab ordine situ lorum, secundum Bar. in l. Labeo. §. i. ff. rerum. amota, & in l. 1. num. 2. ff. de sta. homi. & eadem ratione arguere, licet ab ordine legum. Et de duabus legibus, vel statutis contrariis in eodem volumine, posterior prænalet, secundum Dinum in l. tutores. ff. de testamen. tute. & Cin. in l. si a patre. C. eo. tit. Bar. in l. omnes populi. in 3. q. principali. ad fi. ff. de iusti. & iu. Ale in consi. 117. nu. 2. lib. 6. vbi ipse. & postea Moder. Parisi. alios concordantes referunt, nisi dicamus diuersani esse rationem, vbicunque traditio scripturæ, vel rei datæ in melioratiōnem tradita fuit ad casum, in quo promissio melioran di facta fuit ob contractum oneroſum: cum in isto vltimo casu, iam non tantum agatur de præiudicio filij, sed etiam alterius tertij, quo non cōsentiente, cōtractus reuocari non potest. l. vlti. ff. de pact. l. id quod nostrum. ff. de regul. iur. cum concordant. Et in primo casu, solummodo agatur de præiudicio filij. ex quo videtur nihil prædictam opinionem adiuuare d.l. 22. quia lex noua statuens in vno ex equiparatis per legem antiquam, videtur in alio determinare, qñ in vtroq; est eadem ratio, non alias, secundum gl. in c. presenti, de sen. excommun. lib. 6. quam sequūtur. Dominic. nu. 2. Et Philip. Franc. num. 3. in d.c. si postquam. & idem Franc. in d. cap. presenti, nu. 1. & Dominic. nu. 1. qui etiam dicunt in d.c. si postquam. quod ad hoc, vt procedat prędicta gloss. requiritur, ꝙ extrema communiter parificentur a iure in omnibus. nec sufficit, quod in aliquibus casibus equiparentur. & adequatio debet esse in omnibus, ad hoc, vt sit eiusdem nature, & & couditionis. l. i. ff. de legat. j. c. fundamenta. circa medium. de electio. in 6. & argumentum ab equiparatis, non habet locum nisi in casibus, in quibus loquitur equiparatio. l. Su-

chum

chum.ff.de manumiſ.teſta.glo.in l.omnes dies C.de feriis.de quibus tamen lector legat Aymo.in tract.de Antiquita.par. 4.num.51.explicat late Ripa.in d.l.j.nu.ij. cum aliis.& iſta ꝙ firmantur, quia multum leges fauent contractibus oneroſis,& vltro citroque obligatoriis, magis quam contractibus gratuitis,& mere liberalibus. vt patet ex dictis legibus Taurinis.facit l.vlt.§.ſi a ſocero.ff.de his,quæ in fraud. credito..no tat.Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.nu.30.de actio.& l.Neſen nius.num.3.ff.de iudica.bona.l.7.in ver.*ſi por auentura*.tit.15. par.5.& hoc in aliis pluribus locis reperitur. Sed nihilomin⁹ videtur verior ſententia,ꝙ eſt prohibitā patri reuocatio quī ti,ſicut reuocatio tertii in caſibus,in quibus leges regales ve tant reuocari meliorationem tertii. licebit tamen patri(vt reor)tali promiſſione,& contractu non obſtante, licet non de toto quinto,ſaltem de magna eius parte diſponere ꝓ ani ma,quæ cunctis rebus præferri debet.quod fundari poteſt ex diſpoſitione legis.30.Taurin.vbi dicitur, quod cera miſſæ,& alia legata gratioſa debent extrahi de quinto. videtur ergo lex clare diſponere,quæ eſt poſterior.d.l.22.ꝙ non obſtante melioratione miſſæ,quæ reſpiciunt animam teſtatoris,& ex penſæ funeris,ſunt de quinto deducendæ. Sed huic inductio ni replicari poteſt,ꝙ ſi hoc verum eſſet, deberent etiam de quīto extrahi legata gratioſa,ex quo meliorationi maximū fieret præiupicium.Sed huic replicæ iterum replicari poteſt, ꝙ legata gratioſa exequentur,ſicut dicta lex mandat, niſi id impediat melioratio tertii,& quinti.& diuerſa eſt ratio in legatis gratioſis,quam in his,quæ reſpiciunt animæ fauorem. Et in impenſa funeris,quæ magna priuilegia habet, vt patet ex *l*.impenſa.ff.de religio.& ſump.fune.& l.30.titu. 13.part. 5.vbi Grego.Lopez in verbo *que otro*. ſequitur. Bart. in l. i.ff. ſolu.matri.nume.26.vbi dicit,quod funeris impenſa præferī etiam doti vxoris.& Ang.in §.vltimo,Inſt.ad l.Falcid.facit.l. 12.titu.13.par.i.& quod notat Alex.in conſ.133.nu. 7.libr.5. Epiſ.Couarru.in c.Raynaldus.§.3.de teſta.Rebuf.tomo. i.ad conſtitutiō.regias tra.de ſententiæ prouiſione.pa.229.nume. 39.cum aliis.& certe iniquiſſimum eſſet auferre patri facultatem diſponendi de aliqua parte quinti pro anima, qui forte bona cum magno labore acquiſiuit, ꝓut experiētia quotidie videtur. Et ſi dixeris,id æquiſſime patrem mereri,qui ſi bi ipſi manus ligauit,& legem impoſuit, & ideo debere patienter ſuſtinere damnum, quod ſuo proprio contractu eidem ſuperuenit,& eam legem debere ſuſtinere & pati, licet duram cum,qui contrarium facere poterat. l.proſpexit.ff.q, & a quib.huic argumentationi reſponderi poteſt, ꝙ iſtæ meliorationes,quas patres faciunt, procedunt ab eximio amore,quem in filios habent, qui facit parentes a iuſto deuiare, quia amor parentum circa filios,eſt immenſus,etiam in brutis animalibus.Vt latiſſime oſtendit Tiraq.in l.ſi vnquam.in princ.C.de reuocan.dona.& omnia,quæ noſtra ſunt,ex filiorum voto paramus.l.nihil.circa medium.ff.de bon.liber.l.de emancipato.C.de legit.hæred.& hoc amore ſeducti, & quia filios optant honorate matrimonium contrahere, aut propter alios fines ſolent hos contractus facere, cum quibus ſe excoriant,vt in alio propoſito inquit Ripa reſponſ. 117. nu. 4.Vnde iniquum videtur, ſic ipſorum poteſtatem reſtringere.& hoc æquitate iuſtificatur licet ſummum ius deficeret,ꝓ ut alias inquit Conſultus in l.2.§ quamquam.ff.de aqua.pluuia,arcen.& filii ingenti obligatione, & remuneratione tenentur pietatem in parentes exercere. l. nam & parentibus. ff.de inoffi.teſtam.& eſt egregia lex.8.titu.23.part.i. notat gl. in c.i.30.diſt.& in c.non ſatis.86.diſ. & pietas ad omnia vtilis eſt,ſecūdum Diuum Paulum.& animæ,& pietati multa sūt conceſſa contra regulas iuris,de quo particularem edidit tractatum Tiraquel.de pia cauſa.in quo 167.priuilegia piæ cauſæ cumulat,quæ inibi lector videre poterit,ex quibus multa depromi poſſunt ad confirmationem huius ſententiæ.& ad hoc facit bonum dictum Peraltæ in l.ſi quis Titio, nu.22.ff. de leg.2.vbi agit de intellectu tex.in d. l.3. & ſi res iſta in ambiguo eſſet,& ſtaret ſcribentiū varietas,in dubio eſt tenenda opinio,q̄ fauet animæ & piæ cauſæ. tex. eſt celebratiſſimus.ī l.Iunia Petronia.ff.de manumiſ.Et ex iſtis ſatisfieri poteſt ad omnia,quæ in contrarium per ſcribentes in qōne adducuntur, quod ego hic in indiuiduo non facio, quia longum eſſet.

5 ¶ HAEC omnia ſuperiora procedunt in patre, nunc inqrere oportet, an dicta lex. 17. quæ permittit matri reuocare donationem tertii, procedat etiam in quinto? In qua qōne videtur mater nō poſſe reuocare donationem quinti,& circa hoc diſpoſitio illius tex. remanet in diſpoſitione iuris cōmunis.ex quo donatio facta per matrem filio,eſt irreuocabilis refertur ad hoc.l. velles nec ne. C. de donatio. & cum lex loquatur de tertio,non de quinto,habetur quintū pro omiſſo.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matrimo.l.commodiſſime. ff.de liber.& poſthu. & cum lex diſponat de tertio, & diſponere poſſet de quinto & non fecit,non eſt credēdum factum fuiſſe ſine miſterio & cauſa.l.vnica.§.ad deficientis.C. de caduc. tollend. Et ad iſtam opinionem facit d. l.22.ſed eſt dubium neceſſariiſſimum, an ad hoc quod donatio quinti facta per matrem ſit irreuocabilis,ſit neceſſaria traditio? In quo dubio Licentiatus Tello in d.l.17.num.3.dicit, ꝙ de iure communi donatio facta per matrem filio, erat irreuocabilis abſque traditione.& ex hoc infert.numero 8.quod melioratio quinti facta per matrem eſt irreuocabilis, licet traditio non interueniat, nec ex cauſa oneroſa facta ſit per tex.in d.l. velles nec ne.cuius opinionem ego quādoque ſequutus fui, poſtea reperi.contra eam fortem text.in l.ſi conſtante.C.de donatio.inter virum,& vxo.vbi dicit lex,ſi conſtante matrimonio mater domum tradidit hāc, in bonis tuis efficit. Ex qua lege videtur probari traditionem eſſe neceſſariam,ad hoc vt donatio facta per matrem filio, reuocari non quæat. notat Iaſ.in l.frater a frarre.nume.46.quæ eſt finalis, in repetitio.ff. 7 de condictio. indebit. Secundo contra prædictum aduocatū eſt textus fortis,ſecundum intellectum gloſſ. & Bald.ibi.in l. poſſeſſionem.C.de reuocand.donatio.ibi,poſſeſſionem,quā in vos emancipatos per donationem mater contulit,ex pœnitentia ſola alienare non potuit. Ex quo tex.Bald. ibi aperte colligit,quod traditio eſt neceſſaria, vt donatio ſit irreuocabilis. & intellectum Bald. ibi clare ſentit gloſſ. dum refert pro concordanti dictam. l. ſi conſtante. Sed quamuis dicta lex,poſſeſſionem, ſecundum intellectum gloſſ.& Bald. ibi, faciat contra dictam Licentiatum,mihi videtur,ꝙ ſecundū verum intellectum,illa lex non vrget. Nam Barto. ibi aliter ſumat illam legem dicendo, quod ibi mater ex pœnitentia, ſola,donationem reuocare non poteſt. & fundamentaliter 8 dico,quod Bald.in intellectu illius text.falſus fuit, quia illud 8 verbum(poſſeſſionem)non ſignificat eam poſſeſſionem, q̄ dicta fuit a pedum poſitione.de qua fit mentio in l.i.ff.de acquirend.poſſeſſio.& in l.i.titulo,30.parte.3.ſed potius ipſam rei proprietatem. quod aperte patet ex tenore, & latinitate prædictæ legis,& ex l.poſſeſſiones.quæ eſt ſecunda.C. de probatio.& l.poſſeſſiones.C.ſi quis ignorans rem mino.& l.poſſeſſionum diuiſionis.C.communi.vtriuſque iud.l.2.C. de ſeruitu.& aqua.& apud iuriſconſultos.hoc expeditum eſt,vt cō ſtat per l.interdum.ff.de verbo.ſignificatio.ibi interdum proprietatem verbum,poſſeſſionem etiam ſignificat,ſicut ī eo, qui pōſſeſſiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt. vbi Alciat.hoc notat,qui ex noſtris legibus ſolummodo refert.leges vl.C.de de prædi.minor.& l.cum res.C.de contrahen. emptio. tradit etiam Chaſſane.in conſuetu.Burgun.Rubri.iiii.§.v. numero 7.in verſicul.quæro, nunquid diſpoſitio. Et probatur etiam iſta concluſio in l.ſi ſuper poſſeſſiōne.vbi notat Deci.in primis verbis.C.de tranſact.qui alias refert. & idem tenet Cor. in conſi.197.nume.16.libr. ij.& in conſil. 8.nume.5.lib.i.vbi dicit,quod ſi quis in libello petat ſibi reſtitui poſſeſſiones, intelligitur de fundis & prędiis.& tradit Ripa in Rubric.de cauſa poſſeſſi.& proprietate,numero 40. & probatur etiam iſta concluſio in l.2.C.de bon.vacant.libr. x.vnde dicit Luca,de Penna in l.i.C.de reis poſtulant.lib.x.col.4.in verſicu.in contrarium vero.quod qui donat poſſeſſionem, donare intelligitur ipſam rem.& plura ad noſtrum propoſitum ſcribit,& traditur etiam per Deci. in conſil. 572. nume. 3.& Alexand. vbi in conſil.63.nume.7.lib.6. Et idem probatur in actibus Apoſtolorum.capit.2.ibi, poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant.& iterum,capitu.7.& Pſalmo 22.ibi, poſſeſſionem tuā terminos terræ. & apud nos communis vſus loquendi hoc docet.nam vulgariter dicimus *eſta es mi poſſeſsion, o Pedro tiene muchas poſſeſsiones*,ſignificando ipſam rei proprietatem, & tā tum eſt dicere proprietatis poſſeſſio, quantum eſt dicere dominium rei,ſecundum Bald.in l.locorum. C. de omni agro. deſert.lib.xi.Iaſ.in §.omnium.nume. 63. de actio. & iſta conducunt ad intellectum cuiuſdam quęſtionis, quam diſputat Barto.in l.ſi aliquam rem.nume.10.ff.de acqui.poſſe.Et qualiter accipiatur hoc verbum (poſſeſſio) tradit etiam. l.quę ſtio eſt.ff.de verborum ſignificatio.vbi Alciat.& dicit Bal. in additio.ad Specula.titulo.de reſtitutio.ſpoliatio. circa princ. in verſi.ſi peto reſtitutionem, quod quando in libello peto reſtitutionem poſſeſſionis, valet ſententia de re reſtituenda. refert.& confirmat Iaſ.in l.vinum.numero 29. ſi cer.petatur pro quibus nos habemus expreſſam.l. 10.titu.33.part.7. Et ex iſtis patet,quod niſi prędicta lex poſſeſſionem intelligat, 9 ſecundum intellectum Bald. non contradicit opinioni dicti aduocati. vtcunque ſit eiuſdem opinio mihi dubia videtur,tam propter ſententiam gloſſ.& Bal.quam per dictam l. ſi conſtante. nec quicquam obeſt dicta lex, velles nec ne. quia gloſſ. Bartol.Angelus Baldus, Salicet. ex ea lege deducunt,quod donatio facta per matrem filijs, non reuocatur prætextu mariti,& liberorum abſentia, nec ille tex.vllatenus probat concluſionem dicti licentiati:vnde reſoluitur,

quod

Source : BIU Cujas

quod quemadmodum ad hoc vt donatio tertij facta p̃ matrem indiget traditione, vt non possit reuocari, ita donatio quinti. Et si ista opinio est tenēda, dubium redditur, quod supra scripsi, nu. 5 & videtur quod ad hoc, quod mater non possit reuocare donationem quinti, requiritur traditio, sicut in tertio. & procedit d.l. in tertio & quinto, cogitandum est super his, quia dubia sunt. sciendum autem est matri fore licitū reuocare donationem quinti, si eam filius, vel filia non
10 acceptauerit, vt latius probo in q. 36. infra hac par. Antea tamen, quam hinc abeam, quia tractatum est de intellectu text. in d.l. 22. inferere hic oportet sententiam Peraltæ in l. si quis in princ. testamenti. nu. 138 ff. de lega. 3. vbi affirmat, q̃ d.l. 22. procedit, quando promissio de meliorando facta fuit in contractu, secus si facta fuit in vltima voluntate: quia tūc talis promissio non valet, quia aufert liberam testandi facultatem. iuxta l. stipulatio hoc modo concepta. cum materia. ff. de verbor. oblig. cuius dictum verum puto, non per rationem ab eo adductam, quæ nihil vrget attenta d.l. 22. Sed quia vltimæ voluntates deambulatoriæ sunt vsque ad mortem, & contraria voluntate reuocari ad libitum possunt. Limito tamen, nisi talis promissio facta sit in vltima voluntate per viam contractus filij acceptantibus promissionem, & contractum, vel alijs in quorum fauorem promissio facta fuerit. Quod probatur ex doctrina Alb. in Rubri. C. de donat. num. 1. & alijs, quæ scribo in q. 31. ĩ. eod. nume. 7. non obstāt verba, d.l. 22. quia censetur scripta gratia frequentioris vsus, vt affirmat Peralta de verbis. d.l. 17. in l. Lucius ff. de lega. 2. nu. 20. nec minus conducunt, quæ scribo in quæstio. 23. supra hac par. num. 3.

11 IN hac etiam quęstione cōgruenter tractare possumus, an leges 17. & 44. Taurinæ vendicent sibi locum in auo, & auia, sicuti in patre & matre, in quibus ipsæ in specie, & in indiuiduo loquūtur. Et licet articulus disputati poterat ex varijs iuris principijs: cum mihi semper ea cura sit, tempus frustra non consumere, in hoc etiam non placuit ab iostitu to deuiare, semper igitur placuit opinio, præciratas leges p̃cedere etiam in auo, & auia. quod probatur in l. iusta. 201. ff. de verbor. sig. ibi, patris nomine auus, quoque demonstrare intelligitur. & facit l. 18. Taurin. vbi licet auo, omisso filio nepotem meliorare in tertio. & ista conclusio alijs rationibus probari poterat.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Concedens licentiam apprehendendi possessionem propria auctoritate, illam tradere non videtur.*
3 *Intellectus ad tex. in l. fistulas §. fundum, ff. de contrab. empt.*
An sit necesse, quod pater det licentiam filio ad capiendam possessionem bonorum maioratus, vel an ipse filius, virtute scripturæ, illam petere possit?

QVAESTIO XXIX.

VIgesimonono quæro. Pro intellectu istius materiæ: scimus quod lex 17. Taurina, & l. 44. concedunt patri facultatem, quod possit reuocare meliorationem, vel maioratum, nisi possessionem tradiderit, (vt latius in dictis legibus cautum extat) inquirere oportet, an sit necesse, quod pater propria voluntate tradat possessionem post scripturam factam, vel sufficiat, q̃ filius vadat cū scriptura, quam a tabellione extrahat, & petat a iudice, quod sibi detur possessio ad hoc, vt effugiat reuocabilitatem donationis? Nam Bal. in §. si facta. nu. 1. si de feud. fuer. controuers. inter domin. & agnatum vasal. dicit, q̃ post receptum sacramentum fidelitatis a vasallo, tenetur dominus præcise mittere vasallum in possessionem vacuam feudi, & idem in donatione. refert ad hoc text. ibi. & in l. in ædibus. §. vlt. ff. de donatio. faciunt tradita in §. actionum. Insti. de act.
1 & in alijs similibus locis. Nihilominus tamen cōtraria opinio mihi placet per text. in d.l. 17. quæ non sine ministerio, nec frustra dicit illa verba, *o le ouiere entregado la possession*. & illa verba, *o le ouiere entregado ante escriuano la escriptura*. & eadem verba habentur in d.l. 44. quæ loquitur in reuocatione maioratus, vt ex illa latius patet: respexerunt etenim illæ leges, & considerationem habuerunt, non solum ad primam parentum volūtatem, sed ad deliberatam & enixam eorundem determinationem, quę adest, quādo non solū faciunt meliorationem, vel maioratum, sed etiam procedunt ad vlteriora, tradendo possessionem, vel scripturam. ex quo actu colligitur maior. & indiuidua volūtas, vt in alijs locis dico Non obstat doctrina Bald. vbi supra: quia illæ leges regales aliud volūt in hoc casu. potest autem habere locum doctrina Bald. vbicunque pater non solum facit maioratum, vel meliorationem, sed dat licentiam filio, q̃ possessionem apprehendat: tunc etenim iudex tenebitur filio possessionem dare, vel ipse filius potest illam apprehēdere propria auctoritate. l. si creditores. vbi late Bart. C. de pignoribus. l. qui ratiario. §. illo. l. pen. ff. de pignor. actio. quia hoc casu iam con-
2 stat de voluntate parentis, volentis possessionem tradere. Sed attende lector, q̃ non ex eo, q̃ pater det filio licentiam apprehendendi possessionem, illam tradere videtur: imo si anteaquam illam apprehēdiderit, reuocauerit maioratum, erit reuocatio valida, quicquid dixerit. Mathe. ab Afflict. in constitutio. Neapoli. in constitutio. hac edictali. §. fin. notab. 4. lib. 4. vbi dicit, q̃ concedens alicui licentiam apprehēdendi possessionem propria auctoritate, videtur in consequentiam tradere possessionem. refert l. fistulas. §. fundū. ff. de contrahen. emptio. quem iusta ratione reprobat Peralta. in l. Titia cum testamento. §. Lucius. nu. 6. ff. de lega. 2. vbi tenet, q̃ ex licentia intrandi possessionem, non censetur tradita possessio. & idem tenet non relato Mathe. ab Afflict. Ioā. Lopi. in l. 17. Taurina. & ibi Doct. Castillo. in versi. sed quæro, post effectus possessionis, quos cumulat. nam & per verba (dedit & tradidit) non censetur translata possessio. secundum Bar. in l. prædia. ff. de acquir. possess. & Bald. in Rubr. C. de cōtrahen. emptio. q. 19. cum concordant. vt per Ale. in d.l. prædia. & in consil. 4. videretur inspectis, col. 2. lib. 2. & Deci. in l.
3 traditionibus. nu. 30. C. de pact. Nec Mattheum ab Afflict. iuuat tex. in d. §. fundum. imo potius in contrarium facit, q̃ dicit lex, fundum ab eo æmisti, cuius filij postea tutelam administrant, nec vacuam accepisti possessionem: dixi te tradere possessionem hoc modo posse, vt pupillus & familia eius discedant de fundo, & tūc demum tu ingrediaris. quem tex. in varijs locis commendant Doctores ad probandum, q̃ licet debeat esse differentia personarum inter tradentem, & accipientem, iuxta tex. in l. 2. in fi. ff. de stipulatio. seruorum. & in c. fi. de institut. fallit ratione officij: quia quis sibi ipsimet potest possessionem tradere, de quo tex. meminere Bartol. in d.l. 2. & idem. vbi Ale. Ias. & alij. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. Bal. in l. nō dubium. C. de lega. Ang. in §. tutor. Inst. de auth. tuto. Ias. in l. id quod pauperibus. nu. 3. C. de epi. & cler. & in l. singularia. nu. 18. ff. si cert. pet. & in l. j. in princ. nu. 95. ff. de acq. poss. Rom. in singul. 103. text. ille igitur non probat conclusionem, quam ab illo deducit Matth. ab Afflict. vt colligitur ex illis verbis. ibi, & tunc demum tu ingredieris. iunctis verbis præcedentibus: quia in casu illius text. non censetur possessio translata, donec pupillus, & familia a fundo discesserit. Ecce igitur qualiter ex simplici licentia non censetur possessio trāslata, nisi vere apprehensa fuerit, & qui antea possidebant, a fundo discedant. & ideo Matth. ab Afflict. falsus fuit in intellectu illius text. vt aperta patet. Præterea talis licentia eum solum effectum habet, quod filius potest accipere possessionem etiam proprie auctoritate, nec erit violentus possessor, ac sine metu possessionem ingredi potest, quod ex solo titulo non licebat. l. si ex stipulatione. l. fundi. ff. de acqui. poss. l. nec ex vera. C. eo. ti. l. j. in prin. ff. quor. legato. Ex tali ergo licentia euadet pœnam violenti possessoris, & prædonis, secundum Bart. & alios in d.l. prædia. ff. de acquir. poss. & eundem in l. 2. C. eod. tit. Cuman. & Ias. nu. 3. vbi alij Modern. in d.l. si ex stipulatione. quæ lex & concordantes faciunt pro opinione, quam tenui. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio Peral. in decisione præsentis quæstionis.*
2 *Arguitur contra Peraltam.*
3 *Fundatam habet intentionem, qui habet regulam pro se.*
4 *Lex statuens aliquid in casu speciali, in aliis casibus contrarium statuere videtur.*
5 *Qualiter de iure communi, donatio facta per patrem filio erat inualida, & quid de iure regio, & quid etiam in matre?*
6 *Clausulæ, quæ sunt ex tabellionum stylo, parum operantur.*
7 *Donatio causa mortis, sequitur propriam naturam, licet adsit promissio de nō reuocando, ubi constat quod uerba sunt apposita ex consuetudine tabellionum.*
8 *Iuramentum etiam non operatur, quando apparet scriptum ex tabellionum stylo.*
9 *Refertur aliud dictum Pinelli, de emphiteuta, qui promsit rem meliorare.*
10 *Clausulæ expositę ad executionem dispositionis, eius naturam non mutant.*
11 *Donatio causa mortis facta cum promissione de non reuocando, an reuocari queat?*
12 *Intellectus ad l. ubi donatur. ff. de do. causa mor.*
13 *Taciti, & expressi, non idem est iudicium quando tacitum est contra regulas iuris.*

14 *Renun-*

Source : BIU Cujas

Ren unciatio legum an debeat esse specialis.

15 *Lex. 17. 22. 44. Taurinæ sunt correctoriæ iuris communis, & exorbitantes, & non procedunt vltra casus in eisdem contentos.*

16 *Maioratus coniungi possunt extra casum matrimonii, in quo loquitur pg. anni. 1534.*

Si pater promittat non reuocare maioratum, an hæc promissio efficiat maioratum irreuocabilem.

QVAESTIO XXX.

TRigesimo quæro, tempore, in quo pater maioratum fecit, promisit se illum non reuocaturum, vel cum fecit filio melioratione tertii & quinti, etiam si non tradat possessionem, nec sit in illis casibus, qui continentur in d.l. 17. & 44. q̃ sunt fontes huius materię, an possit reuocari maioratus, vel
1 melioratio. Quæ quæstio non multum dubitationis apud me habebat, nisi inuenissem ꝙ Peralta, maximus in academia Salmanticensi monarcha, & qui fuit magister fere omnium, qui hodie in regno causas iudicant, & patrocinio defendunt hunc punctum, & quæstionem tangens, affirmauisset in repetitio. l. cum pater. §. a filia. nu. 32. ff. de legat. 2. quod si pater faciat melioratione tertii & quinti cum ꝓmissione de non reuocando, efficitur melioratio irreuocabilis, ẽt absque traditione possessionis. Mouetur Peralta ex dispositione. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mort. per quam multi tenent, quod donatio causa mortis facta cum promissione de non reuocãdo, efficitur irreuocabilis pręcipue Bar. & alij ibidem. vbi Deci. nu. 21. in l. vl. C. de pac. Alex. in consi. xiiij. li. j. & alii, quos refert Episcop. Couar. in 2. par. rubr. de testam. nu. 13. Moder. Parisien. in addi. ad Alexan. in consi. xiiij. lib. i.
2 Et quia ex hoc videtur pater renuntiare facultati, quæ illi tribuitur ex. d. l. xvij. quod possit reuocare donationem tertii, nisi in casibus in d.l. cõtentis. taciti autem & expressi, idem est iudicium. l. cum quid cum materia. ff. si cert. pet. pro quo etiã facit quod notat Grego. Lop. in l. 4. titu. 4. par. 5. in gl. *no lo pue de fazer.* vbi scribit magno animo, quod si donator, quando absenti donat iurat, vel promittit se non reuocaturum donationem, acquiritur ius absenti, licet non habeat dominiũ ante acceptationem. Sed si veritatem libere loqui licet, quã semper amare, & colere debemus. l. cum ita legatum. ff. de condi. & demon. l. xi. titu. 4. par. 3. l. 4. ti. 20. ead. par. l. 5. tit. xiii. par. ij. quæ est sing. Hęc opinio viri tam excellentissimi, noua & fragilis mihi videtur ex sequentibus rationibus. Primo, cõtra eam faciunt. d.l. xvii. & lxiiii. quæ pro regula ponunt illos casus, & non ita faciliter ad alios sunt extendendæ, quia non sine misterio illos tantum tres casus leges expresserũt, & alii debent haberi pro omissis. nec est nostrum, legem extendere nisi cum vrgentissimis, & concludentibus rationibus, & re-
3 gulæ standum est. l. ab ea parte. ff. de proba. cum similib. Et in casibus non determinatis, fundatam habet intentionem ille, qui habet regulam pro se, secundum glo. in l. omnis diffinitio. ff. de regu. iur. & in rub. eo. ti. in 6. & res dicitur esse certa pro eo, qui habet regulam pro se. Secũdum Bar. in l. quoties. ff. qui satisdar. cogan. de quo plura scribit Deci. in l. j. nu. 6. & 7. ff. de reg. iu. & Tiraquel. in tract. de vtroque retract. §. i. glo. 9. nu. 209. Pari. in i. par. consuetud. Parisien. part. i. §. xiii. nu. 5. & §. 2. glo. 3. nume. 6. Et cum illi casus solum excepti sint, alii censeutur inclusi. l. cum prætor. ff. de iu. maxime cum d.l. 17. sit correctoria iuris communis, quo statutum est, ꝙ donatio inter patrem & filium in potestate constitutum est nulla, seruandum igitnr erit ius commune in his casibus, in ꝙbus expresse non sit correctum. Et exceptiones debent semper interpretari ita, vt non corrigant ius commune, secundum Cu
4 ma. consi. 30. & Aymo. consi. 153. nume. 35. Et facit quia qñ lex aliquid statuit in aliquo speciali casu, illius contrarium censetur regulariter statutum. glo. in cap. ne aliqui. in uerbo cæpta. de hęret. in 6. & in c. prędenti. de præb. eod. lib. & legis verba sunt inspicienda, nec vltra dispositio trahenda. l. quod constitutum. vbi Bar. ff. de testa. milit. l. si seruus. §. non dixit p̃ tor. ff. de acquirend. hęredita. & aliis similibus. Secundo, Pe-
5 ralta confunditur a sufficiẽti partium enumeratione, quod argumentum efficax est in iure. l. patre furioso. vbi Bart. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. omnium, Institu. de actio. vbi Ias. nu. 20. cum concord. quæ refert Euerardus loco. 51. sequẽti modo, nam de iure communi, si pater faciebat donationẽ filio in potestate cõstituto, ex causa profectitia non interuenie traditione, donatio erat nulla, quia eodem instãti patri re acquirebatur. l. si donationes quas parentes, C. de donatio. inter vitum, & vxo. l. si donatione. C. de collat. l. placet. ff. de acquir. hæred. & de legibus partitę hoc etiam erat, vt appareret ex. l. 3. titu. 4. par. 5. & cum hoc verisimum sit, quid obscro in isto casu operabitur promisfio de non reuocando, si traditio non interueniat? Cum licet pater promittat se donationem non reuocare, patri nihilominus acquiratur. si autem donatio sit facta filio emancipato de iure cõmuni erat valida, & irreuocabilis. l. siue emancipatis. l. cum de bonis. C. de donatio. cuius contrarium hodie statuitur in d.l. 17. cuius regulæ (vt supra dictum fuit) in dubio standum est. & facit l. quæsitum §. denique. ff. de fun. instru. nam est de iure cõmuni, quod per solam emancipationem factam in fauorem filii familias, non confirmabatur donatio, nisi interueniente traditione, secundum gloss. in l. Papinianus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Bald. in l. 2. C. de inoffic. donat. & est communis opinio secundum Ias. in l. frater a fratre. nu. 45. ff. de cond indebit. vbi Crot. col. xx. Segur. in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. num. 124. ff. de leg. 2. Palaci. Ruui. in d.l. 17. nu. 11. & in rub. de donatio. & inter vi. & vxo. col. xi. igitur respectu donationis factæ per patrem filio, nec de iure ciuili, nec de iure regio sententia Peraltæ iustum fundamẽtum habet, sed nec respectu matris procedere potest per d.l. 17. quæ hanc restrictionem Peraltæ non ponit, & regula in dubio est seruanda. & licet mater promittat, se donationem non reuocaturam: cum ista verba apponantur in actu de sui natura reuocabili, sequi debent naturam illius actus, in quo apponuntur l. q̃ religiosis. ff. de religio. & sumpt. funer. & quia accessorię ponuntur, sequuntur naturam principalis dispositionis, quæ est reuocabilis. l. cum principalis. ff. de regu. iu. & statim latius dicitur. ex quibus apparet, ꝙ a sufficienti partium enumeratione. dictum Peraltæ non procedit. Tertio cõtra Peraltam facit, quia prædicta clausula de non reuocando, (quæ communiter apponitur ĩ istis donationibus, quas patres aut matres filiis faciunt) potius scribitur ex tabellionum stylo, & consuetudine, qui omnia vno modulo & canna metiri volũt, quã ex contrahentium voluntate, & ideo minime mutat naturã
6 contractus, nec aliquid operatur iuxta sententiam. Barto. in l. 1. q. 6. ff. de iure. codicillo. cum concordan. quæ supra scripti in quæstione. 5. in versic. ego non tantum. nume. 3. quare inquit Modern. Parisien. in additio. ad Alexand. in consi. 14. in additio. quæ incipit simpliciter. libro, i. ꝙ vbi donatione in bene merita non exprimuntur nisi in genere, velut ex cõmuni stylo nihil operantur. refert Barth. Socin. in cons. 295. lib. j. stylus tamen probari debet, alias instrumento est standum, vt resoluit Rebuf. in praxi beneficia. titu. de resignatione cõditional. nu. 9 pag. 485. & in terminis, quod donatio cã mor
7 tis, cum promissione de non reuocando, suam sequatur naturam donationis causa mortis, quando ea verba adiiciunt ex tabellionum stylo, recte fundat Episc. Cou. in 2. part. Rub. de testa. nu. 14. in prin. & ante illum Deci. quem ipse non re-
8 fert in consi. 521. nu. 15. Et ex his dixit Barbatius in cons. 46. sempiterna dignum est. col. 6. versi. capio modo. li. 2. ꝙ iurm nihil operatur in contractu, quando constat, ꝙ ex tabellionum Stylo ponitur in cõtractibus. & idem ante illum voluit Anto. cuius non meminit Barba. in c. cum contingat. in 4. ca su de iureiuran. Ripa in l. centurio. nu. 82. ff. de vulgar. Alexa. in consi. 125. visis & consideratis. lib. j. quod dictum magis coloratum, quam verum mihi videtur, cum auctoritati & religioni iuramenti nõ debeat his dictis cauillari atq; illud maxime, quia iuramentum non ligat nisi cum formaliter præstatur. c. clericus. de iureiu. & per hoc dixit Pinel. in l. 2. C. de rei. ven. part. 2. nu. 10. quod licet res sit concessa emphyteutę, cũ clausula de meliorando rem, intelligitur de melioramentis modicis, non de ędificiis, & aliis similibus rebus, ꝙa hæc clausula melioramẽtorum, adiicitur potius ex tabellionum Stylo, quam ex contrahentium voluntate. quę fuit prius sententia Pari. in consue. Pari. par. i. §. i. gl. 5. nu. 73. & 74. de quo ego ad aliud propositum memini in hac. i. par. q. 10. in versi. & ꝙ augmentum. nu. x. quam cõclusionem ego obiter moderor nisi quis accipiat solum in emphyteusim: nam tunc, tacite videtur illud accipere ad ędificandum, etiam cum sumptuosis ędificiis, quia talia sola ad hoc communiter accipiuntur, licet in contractibus emphyteuticis hoc non caueatur, & cõtrahentes, cum ista consuetudine, & vsu se conformare vidẽtur. l. licet. l. ex conducto. C. loca. l. 4. titu. 8. part. 5. & faciunt, q̃ scribo in quęstio. 48. num. 23. cum aliis. Et pro hac opinione facit etiam tex. in l. habitatores. §. vlti. ff. loca. l. qui bona. §. de illo. ff. de damn. infect. & quod per hæc iura nota. Cin. in l. ex conducto. §. si vis. ff. loca. Bal. in §. vasalli, qui tempore. de pa. cons. Greg. Lop. in l. 22. titu. 8. par. 5. in glo. in verbo, *hueste.* Egidius Bosii. in ti. de remiss. mercedis conducto. num. 84. totius volum. & bona. l. 4. ti. 19. par. j. in ver. *pero todos.* Ancha. in consi. 63. nu. 6. Et prędicta conclusio tradita a dicto Episcop. secundum eum, maxime procederet, vbicumque ista uerba ꝓmissit de non reuocando, adiiciuntur exequutioni ipsius cõtractus, non principali dispositioni, quia tunc nullius sunt effectus, nec mutant naturam contractus, seu dispositionis. cuius opinionis fuit Deci. in l. omnis. num. 21. ff. si cer. pet. & Ias.

in cons.

Source : BIU Cujas

in consi.6.lib.2.per tex.quem Doctores nostri in infinitis lo
10 cis,vsq; ad sydera extollunt in clem.1.de præb.qui tex.commendatur a plerisq; Doctoribus,quos refert Episco.Couar. in d.loco.quibus iunge Suar.Allega.14.versus finem. Curti. Iunior.in consi.56.num.3.lib.1.And. ab exea. in c.cum cēs. nu.152.de constitutio.Moder.Parisi. in consuetud.Parisien. par.j.§.5.nu.85.& latius.§.1.nu.16.Purpura.in l.more maiorum,nu.42.ff.de iurisdi.omn.iudic.& ideo clausula non obstantibus.non ampliat dispositionem Bald. in l.eam quam, nu.36.C.de fideicommiss.Carol.Ruin.consi.29.nu.5.lib.j.& ille text.est ad hoc notabilis, & egregius,secundum Ias.in l. qui Romæ.§.duo fratres,nu.73.ff.de verbor.obliga.& tradit magis in specie Rolandus in quadam donatione causa mortis iurata.in consi.8.nu.15.& nu.38.lib.1.Carol.Rui. in cōsi. 51.lib.j.Paris.in consi.16.lib.2.& in consi.23.num.153.lib.1. vbi de clausula de plenitudine potestatis. Deci. vbi limitat consi.423.nu.19.idem Deci. in consi. 213. nu.9. vnde inquit Soci.iunior in consi.116,nu.33.lib.1. q̄ si inter fratres est facta diuisio bonorum cōium,& fuit promissum de nō reuocando talem diuisionem, talis promissio non ampliat diuisionem vltra id,q̄ principaliter importat diuisio,nec censetur renūciatum fideicommissum. Et ex hoc,inquit Aymo Sauil.consi.110. Quod si testator leget centum puellæ, vt possint nubere, si a testatore sit facta mentio ista in ea parte testamenti,quæ ad exequutionem legati,non ad dispositionem pertinet,legatum est purum: & non conditionale.no. Episcop.Couarr.in c.3.nu.10.versi.3.inde.de testamen.

11 FVNDAMENTA autem Peraltæ nihil vrgent, qa ad legem vbi ita donatur. ex proxime dictis responsum est, & dicta opinio, quod donatio causa mortis non possit reuocari quando adest promissio de non reuocando, non est ita indubitabilis,vt pro veritate habeatur, imo quod donatio causa mortis, etiam si habeat prædictam clausulam possit reuocari tenet Bald.in l.cum quis.in fine.in vers. sed quid si.ff.de condictio. ob caus. quia secundum eum non dicitur contrauenire,qui sequitur naturam contractus per l.quero. §.inter locatorem.ff.locat.& idem tenent Roman. in consi. 229.pro declaratione.Alex.in consi.71.lib.1. Corneus cōsil. 124.& 259.& 289.lib.4.Rip.in tract.de peste.in vers.16. Crotus in l.stipulatio hoc modo concepta.nu.78.ff.de verb. obl. & alios citat Rolandus in consi.61.nu.24. lib.1. qui post Oldrad.in consil.238.cum mulier.& Rom.consil. 266. Deci.in d.l.non omnis.& alios,quos citant prędicti tenet, quod ista cōclusio procedit etiam, si in tali donatione adsit iuramentum,quia intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur.l.vlt.C. de non num. pecu. de qua in alijs locis ago. Et de vtroq; dicto,vide scripta per Episcop. Couarr.in d.rubri.nu.10.& 11.& in sequentibus. & quælibet generalis dispositio est limitanda, secundum naturam rei. de qua dispositione loquitur l.j.§.j.ff.de offi. præsid. eruditus Aymo, consil.186.numer.7.

12 PRAETEREA est considerandum, q̄ dicta l. vbi ita donatur,ideo procedit,quia de donatione causa mortis per promissionem de non reuocando, fit transitus ad aliā speciem,scilicet,ad donationem inter viuos, qua ratione sequitur effectus donationis inter viuos: ī nostro vero casu,licet pater promittat se non reuocaturum donationem, non fit transitus ad aliam speciem contractus, sed remanet adhuc donatio,quæ debet stare in finibus donationis cum qualitate dictæ legis 17.permittentis reuocationem, nisi in illis tribus casibus. Et quamuis pater promittat, se non reuocaturum,adhuc est ei libera potestas reuocandi, quæ non est restringenda propter illa verba, absq; renunciatione magis speciali. Ad quod facit notabilis doctrina Oldr. in cons.95. ex forma istus,nu.15.& 16.vbi tenet, q̄ licet Rex iuret, & p̄ mittat non alienare bona regni, neq; donare, potest tamen vxori donare: quia iuramentum non addit ad contractum, nisi religionis vinculum, & in his in quibus præstans iuramentum non consensit,nec cogitauit,non obligat:quia intelligitur ſm materiam actus, super quo interponitur per l.
13 vlti.C. de non numer.pecun.& alia simil. Minus obstat ſm fundamentum Peraltæ,dum affirmat, q̄ ex tali promissione,videtur pater renunciare facultati, quæ ei competit ex l. illa.17.quia taciti,& expressi idem est iudicium.l.cum quid. ff.si cert.pet.quia taciti,& expressi,idem est iudiciū, vbicunque tacitum procedit secundum regulas iuris, secus si contra regulas iuris, secundum Ale. in l.ex facto.§. si quis rogatus,nu.12.ff.ad senat.consul.Trebell. Ias. & Purp. expressius in d.l.cum quid.cui adde Ias.in l.Marcellus.nu.47.ff. ad Trebelli. Cum igitur in nostro casu, tacita reuocatio sit contra regulas iuris, scilicet,contra d.l.17.& contra l. 44. quæ libere permittunt patri reuocationem maioratus, & melioritionis, nisi in casibus in illis legibus contentis:per illa verba tacita non est censenda renunciatio prædictarum legum, quę tam fauorabiles parentibus sunt. Et verba generaliter loquentia,restrictionem non recipiunt præter casus in iure ex
14 pressos,vt tradit Aym.Crauet.consi.135.nu.23. Tandem cū hæc tacita renunciatio, præsupponat renunciationem.d.l. 17. non sufficit, quod quis generaliter renunciet omnes leges in sui fauorem facientes,sed requiritur, quod specialiter renunciet legem,quæ loquitur in casu,de quo tractatur. vt plene traditur in l.j.ff.si quis in ius voc.non ierit.vbi late Ias. nu.14.qua ratione, & alijs huc pertinentibus dicunt Docto. quod ad hoc,vt quis excludatur a beneficio.l.si vnquam.C. de reuocand.dona. requiritur specialis renunciatio illius legis,secundum Oldr.in d.consi.95.ex forma istius.nu.39. Roman.in consi.279.non est dubium,Bal.in l.1.q. fin. C. de inoffi.don.& alios plures,quos refert Tiraq. in d.l.si vnquam. in prefatio.nu.122.cui adde,quæ scribit Paul.de Cast. in consi.278.lib.1.Cardina.in consi.136.Feli.in cap. accedentes. de præscript. sed hoc non est ab omnibus concessum, vt latius digestum est per Tiraq. vbi supra, & vbi tractatur de graui prejudicio, nulla generalitas quantuncunque expressa satis est,nisi re ipsa esset omnino, & specialiter expressa.l. si quis mihi bona.§.iussum,vbi DD.ff.de acquir. hęred. Bart. in l.filiusfamilias,ff.de donatio.& alij,quos etiam refert Tiraq.in legibus connubialibus.glosſ.7.in verbo,contracter, nu.111. fol.313.& hoc mihi videt in hac quęstione (salua pace tanti viri) nam & contra illum facit alia propria sententia,in l. legatum,nu.9.ff. de lega.2. vbi constituēs differentiam inter legatum,& donationem causa mortis dicit,q̄ donatio causa mortis est irreuocabilis, quando adest pactum de non reuocando illam.iuxta l.vbi ita donatur.cum concordan. Sed si legatum relinquatur cum tali clausula de non reuocādo, non ideo minus est irreuocabilis:quia peculiaris, & ingenita natura vltimæ voluntatis est, vt sit reuocabilis vsque ad mortem:cum igitur peculiaris, & ingenita natura melioritionis sit, vt possit reuocari vsque ad mortem, non interueniente traditione, sequitur q̄ melioratio nequaquam mutat naturam suam, quamuis adsit clausula, & promissio de
15 non reuocando. Item hęc nostra opinio validissime corroboratur,quia vt scimus.l.17.& l.22.& l.44.Taurinę, quæ loquuntur de adimplenda, & non reuocanda melioratione, aut maioratus confectione sunt correctorię iuris cōis, pręcipue tex.in l.vlt.C.de pact. vbi quamuis valeat pactum factū de hęreditate viuentis,cum illius tamen consensu permittitur reuocatio vsq; ad vltimum vitę spiritum (vt vtar verbis prędictę legis) & cum dictę leges sint correctorię, & contra prędictam legem, & l.stipulatio hoc modo concepta.ff. de verbo.oblig.cum ibi latissime notatis,etiam ex maiorita te rationis extendi non debet.Auth.quas actiones, vbi plene Ias.C.de sacrosſ.eccl.& cum etiam appareat,illas esse exorbitantes,& impedientes liberam testādi libertatem, & prohibentes patres reuocare donationes factas in filios, quod etiam est correctorium & exorbitans a iure communi, vt latius apparet ex scriptis per Licētiat.Tello. in d.l.17. ī prin. sequitur, q̄ prędictę leges tanquā correctorię, & exorbitantes non sunt trahendę,nec extendendę vltra casus, in quib. loquuntur.l.ius singulare.l.quod vero contra.ff. de legib.l.si vero.§.de vtro.ff. solut. matri.etiam vbi est eadem ratio ſm gl.in c.in fidei.in verbo inquisitionis.de hęret.in 6.& probatur in c.constitutionem.vbi glo.in verbo prorogamus.de regular.in 6.notatur latius per Tiraq.in d.l.si vnquam, in verbo.libertis,nu.27.C.de reuocand.donat.Alciat.lib. 2.de verbor.sig.pag.9. (quod est animaduersione dignū) quia non solum est necessarium pro intellectu huius qōnis, sed aliarum,quas supra scripsi,& alias,quę se se offerre possunt circa intellectum dictarum legum.17.& 22. & 44. Et ex prędicta regula, quod leges exorbitantes non extenduntur extra casus in quo loquuntur alias inferebam (vt hoc ex trāscur su dicam) quod pregma. Madritij anni 1534. quę decidit, quod vbi duo maioratus coniunguntur per matrimoniū, & ex matrimonio nati sunt duo,vel plures filij: q̄ non possit filius maior duos maioratus hre, sed q̄ sit in sua potestate vnū illorū eligere, (vt latius in d.l.cauet) nō p̄cedit extra casum matrimonii,ī quo loquit. & cęteri casus sunt iudicādi veluti omissi per ius cōe, & iuxta testatorū dispositiones.

SVMMARIVM.

1 *Refertur opinio Anto.Gomez,& arguitur,contra illam.*
2 *Donatio inter viuos facta in testamento,& per notarium acceptata, est irreuocabilis.*
3 *Testator si.cōstituat se possidere nomine legatarii, trāsfertur ei possessio.*
4 *Verba appositā gratia frequentioris vsus, non mutāt iuris dispositionē.*
5 *Traditione interueniēte ex cōtractu cōditionali, trāsfertur dominium.*
6 *Pater si faciat maioratum in filium, vel melioritionem sub aliqua conditione, transfertur dominium.*
7 *Donans in testamento, si constituat pro possessore donatarii, præfertur alteri,cui realis possessio tradita fuit.*

Source : BIU Cujas

8 *Donatione causa mortis facta, si traditio sit facta, transfertur dominiũ.*
9 *Possessio magis occupari potest ex licentia in testamento concessa, quã in contractu.*
10 *Traditio facta per constitutum in vltima voluntate factum, facit maioratum, vel melioratione irreuocabilem.*
Si pater facto maioratu, vel melioratione per vltimam voluntatem tradat filio possessionem, an maioratus, & melioratio sit irreuocabilis.

QVAESTIO XXXI.

IN præcedenti quæstione. 30. argumentatum fuit contra opinionem Peraltæ, nunc in quæstio hac. 31. restat insurgere, & proram conuertere contra aliam opinionem Antonii Gomez, qui ambo fuerũt in academia Salmanticẽsi contemporanei, & cathedras proprietatis regebãt. Quæro igitur, si pater faciat maioratum, vel melioratione terrii in filium in testamẽto, vel in alia vltima volũtate, & post factam melioratione illi possessionem tradat, an possit reuocare prædictam melioratione, aut maioratum? in quo puncto Anto. Gomez in d.l. 17. num. 24. palam affirmat, ꝙ quando hoc contigerit, est patri licitum reuocare melioratione, quod probare nituntur ex tex. in l. j. & per totum titulum, ff. de adimen. lega. vbi probatur, ꝙ legatum relictum in vltima voluntate, potest reuocari etiam si traditio interueniat. & per distinctionem communem Dini, Rayn. Bar. Bal. & aliorum, in l. legatum. ff. de lega. 2. vbi dicunt, ꝙ quando traditio facta fuit simpliciter, nulla facta mentione de legato, transit in vim donationis inter viuos. Secus tamen, quãdo fit ex causa expressa legati, quia tunc habet vim legati, & reuocari potest. quorum sententiam ex nostris Hispanis etiã refert Grego. Lopez in l. 1. titu. 9. part. 6 in gloss. in verbo *de donacion.* & pro Anto. Gomez melius facit doctrina Barto. in l. si quis in prin. testamenti. ff. de leg. 3. vbi tenet, quod si in primo testamento ad sit clausula, quod si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, vel donationis causa mortis irreuocabilis, potest tamen tale testamentum reuocari. & idem tenet Bar. in l. cum duobus §. idem respondet. ff. pro socio. & in l. stipulatio hoc modo concepta. vbi Ang. & alii. ff. de verborum obligatio. est communis, secundum Alexand. ibi, & Ias. in consi. 122. nume. 2. lib. 4. vbi hoc dicit etiam procedere, notario stipulante. vide tamen eundem Ias. in consil. 169. lib. 4. nu. 4. & 5. vbi dicit, istud non procedere, quando testamentum primum, fuit factum in fauorem ecclesiæ, & pię causæ. Quibus rationibus non obstantibus, contraria opinio verior mihi videtur, imo quod si pater faciat maioratũ vel melioratione tertii in filium in testamento, vel in alia qualibet vltima volũtate, & illi possessionem postea tradat, efficitur talis maioratus irreuocabilis. quod probatur rationibus sequentibus. Primo contra Anto. Gomez facit expressa l. 44. Taurin. quæ aperte dicit, ꝙ pater potest reuocare maioratum, quem fecit in qualibet vltima voluntate, nisi filio tradiderit possessionem. quæ lex non solum loquitur in maioratu facto auctoritate regia, sed etiam in maioratu, & melioratione facta per quemlibet priuatum, auctoritate ꝓpria. vt patet ex illis verbis. & implicatiua. *aunque.* prout latius exposui in q. 28. supra eo. Secundo contra Anto. Gomez facit expressa doctrina. Bal. in l. ex testamento. nume. 1. C. de fideicommis. vbi dicit, ꝙ si testator instituit hæredem, & dixit si non valet iure testamẽti, valeat iure donationis inter viuos, quam fecit notario præsente, & accipiente, tanquam publica persona, constituẽs se precario nomine possidere, postea autem condidit nouum testamentum ac reuocauit primũ, quod hac reuocatione non obstante, donatio fuit reuocabilis. refert notata in l. hæredes palam. §. fina. ff. de testam. quam doctrinam citat, & sequitur Barth. Soci. in consi. 72. difficultatem faciebat. nn. 1. li. 3. quem ad hoc corrupte refert Greg. Lop. in l. 3. ti. 1. par. 6. vbi aliqua in proposito nr̃o refert. & ꝓ Bal. est doctr. Ang. in cons. 179. nu. 6. & huic est cõsimilis sententia Bal. in c. j. col. fi. ver. sed ecce imperator nu. 13. de ꝓfir. vti. vel inu. vbi dicit, ꝙ si testator constituit se possidere nomine hæredis, vel legatarii, transfert in illum possessionẽ per l. Lucius Titius tertiñ. ff. de leg. 2. quem ad hoc notant ibi An. Bal. & Pau. & Bar. & Bal. in l. legatum. ff. de le. 2. ad q̃ conclusionem, ne diutius vos detineã plures authores, & cõfirmationes scribit Tiraq. in tract. de const. par. 2. ampliatio. 23. nu. 1. cum seq. Et alia doctrina eius. Bal. & Ias. nu. 4. in l. cum antiquitas. C. de testa. vbi dñt, ꝙ donatio pure facta in testõ reuocari non potest. q̃ doctrinam ex aliis confirmat Ripa in l. nemo potest. nu. 35. ff. de le. 1. Tertio facit in simili tex. in l. si lia legatorum. C. de leg. vbi Doctores. & quæ scribit Ias. in l. huiusmodi. §. cum pater. num. 18. ff. de le. j. & in eadem. l. §. si Titio, nume. 7. Quarto hanc opinionem in terminis nostris contra Anto. Gomez licet illum non referat nec (vt credo) vidit, tenet Peralta in d.l. Lucius Titius. n princ. ff. de lega. 2. nume. 20. vbi dicit, ꝙ si pater meliorauit filium in testamento, vel codicillo in tertio bonorum designata certa re, & eã tradit filio ex interuallo, siue simpliciter sub commemoratione legati, talis melioratio dicit irreuocabilis, & hoc modo extendit. d.l. 17. non tñ refert ad hoc. d.l. 44. nec alia s̃. scripta. imo si bene inspiciãtur verba. d.l. 17. ea sentit clare cum hac opinione nam dicit lex *quando el padre o la madre meiorare alguno de sus hiios, o decendientes en testamento, o en otra postrimera uoluntad, o por algun contracto entre viuos, ora el hiio este en poder de padre, que hizo la meioria o no, fasta la ora desu muerte, la puede reuocar quando quisiere. Saluo si hecha la dicha meioria, por contracto entre viuos ouiere entregado la possession.* quia hæc lex vna determinatione, quæ respicit plura determinabilia, & ideo pariformiter debet omnia determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulga. dicit, ꝙ pater, vel mater possint reuocare donationem tertij, siue sit facta in vltima voluntate, siue in contractu, nisi tradiderint possessionem, vnde illa verba *ouiere entregado la possession.* ad omnia superiora referũtur, quia lex pariformiter voluit omnia determinare, & exceptio illa, *si ouiere entregado la possession* est de regula, quæ prius, & supra tradita fuit. & ideo in omnibus casibus regula ꝓcedere debet, exceptio etenim est de regula, vt declarat Barto. in l. si quis eum. ff. si quis cautio. Iaso. in l. Titiæ textores. numer. 21. ff. de lega. j. & in l. rem quæ nobis. nu. 11. ff. de acq. pos. & in l. nũmis. nu. xi. ff. de in li. iur. & in l. cunctos populos lectu. 2. nu. 75. C. de sum. Tri. Sed contra hanc inductionem argui potest, ꝙ illa verba, *Saluo si hecha ladicha meioria por cõtracto entre viuos, ouiere entregado la possession.* possunt referri, & intelligi, quod solum melioratio sit irreuocabilis, vbicumque melioratio sit facta per contractũ inter viuos, & in illius exequutionem tradatur possessio, & ꝓ argumentum a contrario, ꝙ fortissimum est in iure, iuxta l. j. §. huius rei argumentum. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. cum concordant lex probare vr̃, ꝙ melioratio facta ĩ vltima volũtate, ẽt tradita possessione, est reuocabilis. sed hic intellectus sustineri nõ põt, quia ex eo sequeretur, ꝙ in duobus casibus sequentibus, quos dicta lex ponit, s. vbi traditio scripturæ facta sit ante tabellionem, vel cõtractus factus fuit cum tertio ob causam onerosam reuocari possit, melioratio si esset facta in vltima voluntate, quod est contra intẽtionem prædictæ legis, & ꝙ omnia superius scripta, p̃cipuæ, cõtra illud, quod adduco infra, s. contractum posse fieri in testamẽto. & illa verba, *por contracto entre uiuos.* videtur scripta gratia frequentioris vsus, & ideo non mutãt iuris dispositionẽ, nec excludũt alios casus, iuxta gl. in l. vnic. in verbo spõsam. C. de rap. virgin. & in cle. j. in verbo, præsidentes. vbi Anto. & Imo. de resc. & in l. j. in gl. j. C. de his, qui ad eccles. confugiũt. & hoc est vulgare brocardicũ, de quo ꝓ Reb. in tra. de nominatio. q. 5. nu. 3. cum seq. Mod. Par. in consue. Pari. par. j. §. 28. nu 3. Deci. in auth. Cassa. nu. 8. C. de sacrosan. ecc. q̃ plures refert Peral. in l. Lucius j. nu. 22. pag. 245. ff. de le. 2. de quo vide, quæ scribo in 3. par. tract. q. 9. num. 7. Et contractum inter viuos, vocat lex traditionem ipsam, & actum tradendi. Quinto ꝓ ista sñia facit. l. 23. Taur. vbi lex æquiparat melioratiõnẽ factam per contractum & vltimã voluntatem. ibi, *quando el padre o la madre, por contracto entre uiuos o en otra postrimera uoluntad.* quam legem ad alium propositum induco infra q. 48. & faciunt etiam l. 26. & 27. in dictis legibus Taurinis. Sexto hæc coadiuuantur, quia licet conditione pendente, non dicatur perfecta venditio, nec alii contractus l. hæc venditio. in prin. ff. de contrahend. emptio. l. bouem. § si sub conditione. ff. de edili. edict. l. hoc iure. ff. de verbor. oblig. de quo multa scribit Tiraq. in tracta. de utroq; retracta. § j. gloss. 2. nu. 21. cum seq. hoc fallit, nisi processum fuerit ad traditionem, nam hoc casu etiam cõditione pendente, propter traditionem transfertur dominium l. dotis fructus. §. vltimo. cum l. seq. ibi, sed ni si hoc quæ confestim sequitur. ff. de iur. dot. q̃ legẽ ad hoc põderãt Bar. Ale. & Are. in l. j. §. si vir vxori. ff. de acq. post. & probatur in l. sub cõditione ff. de solu. & in aliis iuribus relatis ꝓ Tiraquel. in loco prædicto, num. 28. qui alios etiam auctores citat pro hac conclusione. cui addo bonum text. in l. 2. ff. de pericul. & commod. rei vend. Deci. in consi. 179. in l. traditionibus. nume. 6. C. de pact. & ex hac doctrina deduxi in q. ii. §. hac prima parte. quod si pater faciat maioratum, vel melioratiõnem in filium sub aliqua conditione, & ei possessionẽ tradat, non potest reuocare maioratum, vel melioratiõnem donec constet, an conditio fuerit impleta. Septimo, ista opinio corroboratur ex doctrina, Alber. in rubri. C. de donatio. colum. j. nume. 1. uer. quid si faciens. ubi dicit, ꝙ cum donatio inter uiuos in testõ fieri possit ꝓ l. assignare, §. ul. ff. de ar. lib. si testõr donatione ĩter uiuos in testamẽto facta, donat aliq̃ rẽ & se constituit possidere nomine donatarii, & postea inter uiuos alteri eam rẽ donet, & actualem possessionem tradat erit

erit potior ille, cui in testamẽto facta fuit donatio cum clausula constituti. quod commendat Iaſ. in l. quoties. num. xvi. versicu. imo fortius inuenio. C. de rei vendi. notat Tiraquel. in tracta. de constitutio par. i. nume. xxii. & idem quod Albe. ri. voluit Oldradus expresse, quem prædicti non referunt in consi. 114. factum tale. vbi addit, quod testamentũ faciẽs, si dicat se donare inter vivos, donatio reuocari non potest. quod consilium sufficit ad decisionem huius quæstionis, & ibi respondet ad omnia obiecta. quod autem cõtractus possit fieri in testamento, late docet Tiraquel. in tract. de legib. connubialib. glo. v. in verbo contracter. nume. 49. vbi adsunt aliqua in confirmationem eorum, quę hic tractantur. & est communis opinio secundum Nicolaũ Boerium in decisio. 353. tradit Menchaca lib. 3. controuersiarum. c. 51. num. j. cũ aliis. & licentiat. Tello. in l. 3. Taurina. par. 2. nume. 12. Octa-
8 uo istam sententiam etiam in terminis tenet Licentiat. Tello, quem legi postquam superiora scripseram in d. l. 17. num. 83. cum seq. vbi loquendo in melioratione dicit, istam quæstionem contigisse de facto. & ibi respondet ad omnia obiecta in contrarium, licet non referat prædictam legem. 44. q̃ nullum locum cõtradictioni, aut disputationi relinquit. nec refert alia plura, quæ supra scripsi. Nono induco. l. senatus.
9 ff. de donatio. cau. mort. vbi si sit facta donatio causa mortis, & res donata a donante donatario tradatur, transfert dominium in donatarium. quam legem explicant Bart. & Pau. in l. si mortis causa res donata. ff. eod. titu. Rip. in l. 2. ff. de lega. j. Episcop. Couarru. in 3. part. rubr. de testamen. nume. 19. De-
10 cimo si per licentiam datam in contractu accipiendi possessionem, possessio potest propria auctoritate occupari, fortiꝰ per vltimam voluntatem talis licentia concedi potest auctore Barto. qui hoc modo arguit in l. creditores. numer. 9. C. de pigno. per l. seruum filij. §. eum qui. ff. de leg. j. & quia ex vltima voluntate transfertur dominium recta via. l. a Titio. ff. de furt. ex qua doctrina colligitur, quod maioris efficaciæ est vltima voluntas ad transferendam possessionem, quam
11 contractus. Vndecimo vrget doctrina Bald. in l. executor. num. 11. C. de execut. rei iudic. vbi vult, quod donatio causa mortis traditione interueniente, hãbet vim contractus, notat Laur. Calca. in consi. 12. nume. 4. tandem si recte consideretur Anto. Gomez ipse non decidit quæstionem per eum propositam, cum ipse proponat quæstionem generalem q̃rendo, an si pater tradat filio possessionem rei, in qua in vltima voluntate eum meliorauit possit, si eum facti pęniteat reuocare? Nec tractat, neque distinguit, vtrum traditio sit facta mentione legati. postea autem, cum decidit quæstionem ad eiusdem decisionem trahit communem opinionẽ Bar. & aliorum in d. l. legatum. itaque non determinat quæstionem, quam proposuit. Est igitur attẽtis superioribus, opinio Peral. & Licent. Tello verior, quæ propter easdem rationes est seruanda in maioratu. quamuis nõ me lateat quod Grego. Lopez in l. 2. tit. 15. par. 2. col. 4. in prin. in versi. an si pater teneat etiam sententiam Antonii Gomez quorum opinione reiecta, ex dicta veriori sententia infertur, quod non solum traditio vera facta in exequutionem vltimæ voluntatis facit maioratum irreuocabilem, & meliorationem, sed etiam traditio ficta, quæ fit per constitutum, vel per reseruationem vsusfructus, vel alios similes actus. de quibus late p scribentes in d. l. 17. & Gome. in l. 45. Taurina. & hoc clare probatur ex doctrina Bal. in d. l. ex testamento. & aliis supra scriptis. Et ista fulciuntur ex notabili doctrina Cornei in consilio, 306. nume. 7. lib. 3. vbi ait, quod reuocatio facta per patrem in vltimis codicillis, non trahitur ad bona donata in primis codicillis cum iuramento, quod refert Aymo Craue. consi. 25. num. 5. & alia Ange. in consi. 179. nu. 6. vbi tradit, q̃ donatio in qua fit mentio mortis est inter viuos, vbi adfuit stipulatio.

SVMMARIVM.

Intra quantum tempus, liceat reuocare maioratum, vel meliorationem.

QVAESTIO XXXII.

RIgesimo secundo quęro, intra quãtum temporis liceat patri reuocare maioratum, aut meliorationem tertij & quinti? In quo puncto paucis agẽdo dico, quod quamuis de iure communi hoc possent esse dubitationes aliquæ, quia omne ius excluditur annis triginta, vt probatur in l. omnes C. de præs. triginta annorum. & dixi supra in 6. quæs. vbi tractatum fuit intra quantum tempus agi possit de subreptione contra facultatem regiam, de iure tamen regio melioratio tertii est reuocabilis vsque ad mortem, vt probatur in l. 17. Taurina ibi, *fasta la ora desu muerte.* & propter eandem rationem idem dicendum in maioratu. & faciunt verba. d. l. 44. *Pueda lo reuocar a su voluntad.*

SVMMARIVM.

1 *Pater consentiens filium esse. in possessione rei donatę in maioratum vel meliorationem, non potest reuocare maioratum, vel meliorationem.*
2 *Conclusio prędicta procedit, dummodo possessio non sit iure familiaritatis.*
3 *Qualiter cognoscatur possessio esse iure familiaritatis.*
4 *Conclusio de qua in num. 1. procedit, quando præcessit titulus & donatio.*
5 *Si filius possideat aliquam rem, quam eidem postea pater in maioratum concessit, non potest pater talem maioratum reuocare.*
Si pater consentit filium esse in possessione bonorum maioratus, an ex hoc efficiatur maioratus irreuocabilis.

QVAESTIO XXXIII.

TRigesimo tertio quæro. posito quod pater vel mater, non tradunt filio possessionem expresse rei melioratæ, vel datæ in maioratum, sed patiuntur filium esse in possessione bonorum maioratus, vel meliorationis, an hoc remaneat maioratus, vel melioratio irreuocabilis? In quo etiam puncto breuitati studendo dico, quod ex hoc censetur filio tradita possessio, & maioratus est irreuocabilis, cum modificationibus, de q̃bus infra agetur. ad quam conclusionem est tex. apertus in l. si emancipatis, C. si quis alter. vel sibi. ibi, si emancipatis vobis fundos, quos nomine vestro, cum in potestate ageretis tradidit, vel in possessione eorum uoluntate patris fuistis. vbi late Doctores notant. Barto. & alii in l. filiæ. C. familię erciscund. & facit. l. 2. C. de acq. pos. & l. xi. titu. 10. part. 3. ibi, *vendida o enagenada seyendo alguna cosa a algun ome, si aquel a quien la enagenasse fuesse mẽtido en la tenencia dela cosa sabiendo el senor, y no lo contradiziendo, ganaria entonces el otro la tenencia, tambien como si el senor gela ouiesse entregado por si mismo.* & est bonus casus in l. non id circo. C. de contrahend. emptione, ibi, secundum consensum authoris, in possessionem ingressus est. & est ad propositum Corneus in consilium, 4. dubia latis. in versicu. concurrit etiam. lib. 3. numero 6. vbi dicit, quod pater diu tacendo & permittendo donatarium, post natiuitatem filiorum vti re donata, præstat vrgentem coniecturam, quod noluit decedere a donatione. refert gloss. in l. athletę. §. dat remissionem. in verbo. nisi priusquam. ff. de excusa. tutor. quæ dicit, q̃ si tutor datus in testamẽto, postea contrahat inimicitias capitales aduersus testatorem ita, vt ob id censeatur tutelam reuocare, per illum textum tamen si diu post eas inimicitias stetit, & potuit reuocare testamentum, & non reuocauit, satis censetur remisisse. Et inquit ad propositum notabi. Bald. in l. executorem. num. 36. C. de execut. rei iudica. quod præsumitur inuestitura corporalis solenniter præcessisse, si per annum continuum vasallus feudum tenuerit domino sciente, & non contradicente. Et vbi venditor passus est, quod emptor in re empta custodes apponat, videt possessionem tradere, vt per l. quemadmodum. ff. de acquirenda, posse. & l. minus instructus. C. de acquirend. possession. & l. quædam mulier. ff. de rei vendicatione, tenet Bartho. Socin. in consilio 55. numero 2. libro 4. & dicit Salicetus in d. l. filiæ. quod si filius longo tempore tenet, & possidet aliquam rem, & fructꝰ percipit, sciente, & consentiente patre, præsumitur animus donandi, quamuis traditio non interueniat, & idem ipse affirmat in l. si donatione. C. de collatione, & Corn. in consil. 235. nume. 12. libro, i. & facit in simili, quod diuturna scientia, & patientia decem annorum, operatur expressum etiam consensum, & auctoritatem eius, qui eam præstare debebat, vt in statuto. Quod minor aut mulier non possint contrahere sine licentia propinquorum, voluerunt Angelus. Bald. Imol. Aretin. & Iaso. in l. qui in aliena. in princi. ff. de acquit. hæredita. Angel. & Imol. in l. sciendum, ff. de verborum obligatione, & est communis opinio secundum Alexand. in l. ii. §. voluntatem. ff. soluto, matrimonio; ad quod alios Doctores refert Tiraquel. in legib. connubialibus, glossa. vii. nu. 39. argumen. textus in l. in confirmando. ff. de confirmatio. tutorum, & est bona doctrina Bald. in l. prima, colum. final. in versiculo, sed vlterius quæro. C. de inoffi. donatio. & alia Salicetus. in l. si totas. C. eodem titulo, & Paul. de Castro in l. secund. ad finem, C. de postulan. & conducit. l. Procula. ff. de probatio. vbi probatur, quod diuturnitas temporis aliis concurrentibus, inducit præsumptionem donatio

Source : BIU Cujas

nis, quem tex. late exornant Bar. & alii in l. quę dotis. ff. solu. matrim. & Tiraquel. in tracta. de præscriptio. §. 1. glo. 4. & facit etiam l. Titia. ff. de solutio. & gl celebris. in l. pen. C. communi diuidundo. quę dicit, quod si fratres plures separatim atque diuisim, possiderunt bona communia spacio decem annorum, & onera pro se separatim quisque subierũt præsumitur inter eos facta diuisio per l. cum de in rem verso. ff. de. vsur. quam glo. sequuntur Doct. ibi, & alii, quos referunt Deci. in consilio. 79. & Tiraquel in dicto tract. §. j. gl. 4 quam glosiam habui in facto. & hoc aliis pene infinitis rationibus confirmare poteram, & de hac materia tractabitur in alia quæstione, dum agemus de possessione bonorum maioratus. Et cum pater emit rem aliquam nomine filii, censetur ei donare, & habet talem rem pręcipuam, d. l. filiæ cuius. vbi Bart. & in l. quæ dotis. ff. soluto matrimonio. & alii. quos refert Tiraquel. libro 1. de. retract. §. 1. glo. 9. numero 62. & adduco notab. tex. in l. censualis. C. de donat. ibi, sed in censum velut sua mancipia deferenti priu gno tuo consensisti: donationem in eum contulisse videris. Procedit tamen hæc conclusio, dummodo possessio, quam filius habet sit seorsum a patre, & non iure familiaritatis, vt probatur in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirenda possessione. vbi Pau. de Cast. numero 22. hanc sentẽtiam expresse tenet de quo consuluit idem Pau. de Cast. in consilio 179. in causa quam magnificus. lib. 1. Et de hoc etiam latius agemus in
3 tertia parte huius operis, in materia possessionis rerum maioratus quæstio. 6. nume. 20. Cognoscitur autem quod possessio est iure familiaritatis, quando possidens nullum ius possidendi habet, sed ratio cõsanguinitatis, & amicitiæ hoc suadet secundum Rebuf. in tomo 3. ad constitutio. regias. ti. de materia possessio. in præfatio. nume. 29. Bartho. Socin. in consi. 13. nume. 17. lib. 4. Et ista conclusio procedit etiam si titulus alterius sit inualidus, secundum Bartho. Socin. in cõsilio 13. colum. 3. post medium. lib. 4. Aymon. Sauilia. in consilio 61. nume. 2. Et ex actibus voluntariis, & iure facultatis, non acquiritur possessio, nisi constet de animo acquirentis, secundum Abba. & alios. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie & in c. suam. de simon. Feln. in ca. cum M. de consti. Ripa responso. 187. num. 5. pro quibus facit regul. l. quædam mulier. ff. de rei vendic l. 1. C. de impon. lucra. descri. l. x. de qua per Aymo. in tracta. de antiquita. tempo. par. 4. numero. 221.

4 SECVNDO, hæc conclusio procedit, dummodo antecedat donatio bonorum maioratus, vel melioratio, quia si absque donatione pater tradat filio aliquas res, bona sic tradita imputantur in legitimam, secundum Barto. in l. prima. §. si parens ff. si quis a paren. fuer. manu. laso. in l. si quãdo. §. & generaliter. C. de inoff. testamen. quorum conclusio dubitabilis hodie apud nos videtur, attenta l. 26. Taurina. vbi vide Licentia. Tello numero 1. & Episco. Couarru. in c. Raynaldus. §. 2. numero 6. de testamen. Sed adhuc limitatio vera est, ad quod est expressa doctrina Bal. in d. l. executore. dicto numero 36.

5 ITEM circa hanc materiam, & quæstionem notandũ est, quod si filius erat in possessione alicuius rei, de qua postea in eum facit pater maioratum, aut meliorationem, quamuis de nouo non tradat ei possessionem, nec vere, nec ficte, nec contractus sit factus cum aliquo tertio actus est irreuocabilis, quod probatur ex §. interdum. ff. de acquiren. rerum dominio. cum quibus concordat l. 47. titu. 28. par. 3. quæ leges procedunt, etiam si res vendita, vel donata sit in absentia, secundum Ange. post Fab. in dicto §. interdum. notatur per Anto. Gomez. in l. 45. Tauri. numero 69. & ad illarum legum intellectum vide Alexand. in consilio 86. libro vi. & pro hac sententia facit textus. notab. in dicta l. quędam mulier. in ver. proponebatur. ff. de rei vendica. alios autem casus in quibus transfertur possessio faciliter lector colligere poterit ex Cassane. qui hoc late tradit in consuetudini. Burgun. rub. 7. §. primo. & fol. sequenti. qui hoc melius omnibus cumulat. cui adde Ange. in consilio 221. viso puncto. colum. vltima. in princip. notat Deci. in consilio 583. numero 6. dicentes, quod qui tenet, & possidet ex contractu, videtur approbare contractum.

SVMMARIVM.

1 *Pater si tradat possessionem de pluribus rebus, de quibus fecerat maioratum, an in ceteris reuocare possit.*
2 *Apræhensa possessione vnius rei hæreditarię, cæterarum rerum minime apræhensa videtur.*
3 *Conclusio de qua in numero primo, procedit dummodo res tradita, sit diuisa.*
4 *Qualiter in hoc casu cognoscatur, quod res sit indiuidua.*

Pater tradendo vnam de pluribus rebus, an quo ad alias maioratum reuocare possit.

QVAESTIO XXXIIII.

TRigesimo quarto quæro, an tradẽte patre filio possessionem de pluribus
1 rebus, de quibus in eum fecit maioratum, quo ad omnes remaneat maioratus irreuocabilis, vel in ea solũ, in qua facta fuit traditio? Et casus etiam constitui potest, vbi cunque pater consensit filium esse in possessione alicuius rei ex his, in quibus maioratum cõstituerat. in qua quæstione primo se se offert tex. in l. cum fidem. C. de nõ numerata pecu. vbi si debitor soluit partem pecunię, vel vsuras pecuniæ, quam prętendebat minime sibi numeratam fuisse, nõ potest postea opponere exceptionem non numeratę pecuniæ. vbi glo. & Doct. hoc notant, & Ioan. Fab. in §. j. numero 2. Insti. de literarum obliga. & alii, vt per Iaso. in l. qui pecuniam. nume. 5. ff. si cer. pe. Episco. Couarru. resolutio. libro j. c. 7. num. 6. cui adde l. 6. titu. j. par. 5. ibi, *o gelo embia a dezir por carta, o de otra guisa, o le otorga, o si paga despues alguna partida dela deuda: dezimos que tenudos son de pagar el prestamo.* licet autem hæc vera sint, in casu nostro quæstionis ego contrarium existimo: quia potius videtur, quod pater tradendo vnam rem ex pluribus, in quibus eum meliorauit, vel maioratum fecit, possessionem cæterarum rerum denegat, l. cum prætor,
2 ff. de iudi. & pro hac sententia est gl. in l. j. §. veteres. in verbo, per vnum reliquorum. ff. de acquiren possess. & l prædia. eodem ti. gl. in l. 3. in prin. in verbo, quamlibet. eodem ti. quod procedit non solum, quando res sunt omnino distinctæ, & separatæ, sed etiam cum omnes continentur sub vniuersitate vnius cuiusqiam iuris. quod probatur, quia appræhensa possessione vnius rei hæreditariæ, cæterarum rerum eiusdẽ hæreditatis non est appræhensa, secundum Inno. in c. in prę sentia. de proba. Bar. in d. l. 3. in princ. & alios plures, quos refert Tiraquel. lib. j. de retract §. 26. glo. 3. num. 3. Sed hæc pro
3 cedunt modo res, quę per patrem tradita fuit sit diuisa ab aliis, secus si sit indiuisibilis, & cum alia coniuncta: quia tũc possessio totius vniuersi, tradita videtur. Nam in hoc casu vna, & non plures res dicuntur: & ideo sufficit aprehendere possessionem vnius partis. d. l. 13. in prin. l. si stilicidii §. vltim. cum l. sequen. ff. quemadmodum ser. amittant. facit tex. in l. quod in rerum. §. si quid post testamentum. ff. de lega. 1. & l. prędiis. §. qui domum. ff. de leg. 3. Et conducunt alia, quę scribit Tiraquel. vbi supra, num. 4. cum sequenti. quomodo autem cognoscatur in hoc qualiter res sit indiuidua, vel diuidua, lector videre poterit in q. 10. ẽ. eodem. & in Moder. Pariſ. in consue. Pari. §. 1. glo. 5. num. 14. cum sequen. sed hic iunge tex. in l. is qui usumfructum. ff. quib. mod. vsusfru. amittat. vbi per vsum partis, ius in totum conseruatur. & doctrinam Ab. in c. j. per illum tex. in versi. vltimo nota. de relig. do. vbi dicit, q̃ per exercitium vnius articuli comprehensi sub vniuerso, infertur possessio vniuersi. & idem voluit Ab. in consi. 54. col. 2. ver. secando ad idem. lib. 1. vbi dicit, hoc procedere, quando non constet alium possidere, tradit notanter Deci. in consi. 271. nu. 17. facit no. doc. Bar. in l. & hęc distinctio. §. vlt. ff. loc. & Are. in l. duo fratres. ff. de acq. here. & aliorum, vt per Decium in consi. 282. & quod tradit Bar. in l. si communis. ff. de neg. ge.

SVMMARIVM.

Detentionis translatio, an faciat maioratum irreuocabilem

QVAESTIO XXXV.

TRigesimo quinto quæro, si pater detineat aliquam rem de qua fecit maioratum, & transtulit in filium eam detentionem: an ex hac traditione detentionis, maioratus remaneat irreuocabilis? Quæ quęstio non est noua. sed eam tetigit Peral. in l. vnum ex familia. in principio. ff. de legatis secundo. numero 22. vbi dicit, quod si quis simpliciter detineat aliquam rem, & eam detentionem transferat in filium melioratum, non sufficit, nisi eum faciat verum possessorem, põderat ad hoc dicta l. 17. in verbo, *possession.* coniuncta doctrina Aretin. in rubrica, ff. de acquirenda possessione. columna tertia. in principio. in versicu. vbi autem. pro qua sententia etiam faciunt, quæ scribit Petr. de Ferar. in titulo de forma libelli. quo petit hęreditas ex testamen. & glossa in l. vltima. in verbo, fuerunt Alberi. Bar. Ioan. Fab. Salic. Alex. Corn. & Pau. C. de

Source : BIU Cujas

C.de edi.diui. Adria. Tollen. Et quę ſcribit Iaſo.in l. naturaliter.§.nihil commune.nume. 33.ff.de acquirend.poſſeſſio.& faciunt alia plura,quę refert Tiraquel.in tracta.le Mort.Saiſit viuum.part.3.declara.4.nume.3.quibus non obſtantibus, hęc doctrina Peralt. periculoſa videtur ex textu in l. Aquilius.ff.de donatione, a quo colligitur, quod detinenti rem ex cauſa iuſta, datur remedium poſſeſſorium, ſi turbetur, vel ſpolietur iniuſte. & notatur per Paulum ibi .& eundem Paul.in l.rem quæ nobis.nu.j.ff.de acq.poſſe. cum concordant.vt per Anto.Gomez.in l.45.Taur.num.12.& Pinellum in l.j.par.3.nu.40.ad finem.col.j.C.de bon. mat. quibus adde Epiſ.Couar.lib.2.reſolutio.c.19.nume.8. & egregiam.l. xi.titu.x.par.7.ibi, *E como quier que ayan la tenencia dellas, pero e que gela tomaſſe aſſi, de be de tornar lo que tomo.* quæ lex eſt expreſſa pro hac opinione,licet nullus ad hoc eam ponderet, præter Grego.Lopez ibi,& conducunt ſcripta per Ludouicum Gomes in regula de annal.poſſeſſ.q.57. & quæ tradit Bal. in l.i.C.commun.de vſucap.vbi diſtinguit, quando fit mentio de poſſeſſione,an intelligatur de poſſidente naturaliter, vel detinente? explicat latius Felin.in c.cauſam.num.x.de præſc. ex cuius dictis poſſunt ſumi aliqua,quæ ad noſtram rem cõducunt. Et dicit Bar.in l.ſi quis ſui.§.differentia, ff.de acqui. poſſ.quod detinens dicitur habere dominium.refert,& confirmat Egidus Boſſi. in practic. crimina.titulo, de furtis numero 44.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio regulariter requiritur in qualibet donatione.*
2 *Lex.2.ti.16. lib.5. ordina.qualiter hodie intelligatur.*
3 *Donatio etiam piæ cauſæ facta, requirit acceptationem.*
4 *Pater ante filii acceptationem,poteſt reuocare maioratum vel melioratione m.*
5 *Acceptatio tacita, ſufficit vt puta,ſi fructus recipiat, vel de ea diſponat cedendo,aut alio quouis modo.*
6 *Voluntas tam colligitur facto,quam verbo,vnde ſi pater in teſtamento relinquat filio aliquam rem quouis titulo excedentem legitimam, habetur pro meliorato,licet non dicatur.*
7 *Primogenitus ſi cedat ſuum ius primogenituræ, videtur gerere pro hęrede.*
8 *Filius accipiens a tabellione ſcripturam maioratus, quamuis in indiuiduo non dicat quod maioratum acceptat,videtur tamen acceptare.*
9 *Acceptatio præſumitur, eo ipſo quod donatarius reperitur poſſeſſor aliquarum rerum contentarum in donatione.*
10 *Filius ſi ſit præſens,& non contradicat,videtur tacite acceptare maioratum.*
11 *Acceptatio confeſſionis,an inducatur quando eſt facta in præſentia partis.*
12 *Renuntiatio facta parte præſente,videtur acceptata.*
13 *Maioratu facto de nominibus debitorum, an requiratur filii præſentia.*
An ad hoc quod maioratus ſit irreuocabilis, ſit neceſſaria acceptatio.

QVAESTIO XXXVI.

PRigeſimo ſexto quæro an ad hoc quod maioratus ſit irrreuocabilis vel melioratio,in caſibus,qui continẽtur.in l.17. &44. Taurinis,requratur acceptatio filii,in quem melioratio, vel maioratus fuit factus? Et an ſane vera eſt concluſio, quod
1 in qualibet donatione regulariter eſt neceſſaria acceptatio donatarii,& ante acceptationem eſt reuocabilis, & non habet effectum.l.ſi ego.ff.de iure dot.l.ſi ego. ff. de negoc. geſt. notat Oldrad. in conſi.229.in 3.dubio.Deci.in conſil.226.& 247.& 432.& in l.contractus.ff de reg.iur.nu.22.Anto.Rub. in conſ.117.cum concordantibus. vt per Tiraquel. in tracta. de conſtitutio. parte tertia limita. 30. & notat. Aufrelius in capella Toloſanæ.deciſio.383.item fuit quæſitum.Et probatur iſta concluſio.in l.67.titu.18.par.3.ibi, *recibiente por ſi.* quæ
2 concluſio etiam apud nos procedit ſtante.l.2.titu.161. lib.5. ordinam.quæ dicit,quod in contractibus,non eſt neceſſaria ſtipulatio,vt latius in d.l.cauetur,quia ex hac lege non tollitur vis acceptationis, quæ eſt neceſſaria ex parte donatarii, ad hoc vt donatio reuocari non poſſit. vt ex Alexan. in conſi.126.in fine.lib.5.& aliis.ſuſtentat Grego.Lopez.in l.4. ti.4. part.5.in glo.*no lo pueda fazer*. cuius opinio eſt in praxi recepta,quamuis contrarium videatur tenere Epiſcop. Couarr. reſolutio.lib.j.cap.14.numero 2.in fine.& in 2. parte rubr.de teſtam.num. 14.verſus finem. vbi dicit,quod hodie ex d. l.ordinamenti,nec in donatione ſimplici,nec in donatione cauſa mortis,præſentia donatarii reqniratur.Et idem tenet Ant. Gomez in tracta.de contractib. titu.de donatio.cap. 4.col.2. & Gloſſator in d.l.ordinamen.(quos autores aliud agens refero in 3.parte huius operis.quæſtione 13.)& idem Gregor. Lopez.ſibi contrarius in l.prima,titu.11.par.5.in glo.magna poſt medium.Sed prima opinio Gregor.Lopez verior videt quia cum d.l.ſit correctoria iuris communis, & ſolummodo loquatur in obligatione,non eſt extendenda ad donationem. Et leges correctoriæ non ſunt extendendæ, etiam ex
3 maioritate rationis ſecundum communem, in authẽ.quas actiones.C.de ſacroſanct eccleſiis,& in l.ſi conſtante.ff. ſoluto,matrimonio.notat latius Bernard.Diez de Lugo regula, 178.imo ſi recte conſideretur, maior eſt ratio tollendi ſcrupuloſam ſtipulationum ſolennitatem, tanquam iura antiqua,cum tot ambagibus requirebant,quam ſolẽnitates ſimplicis donationis,quia in obligationibus, præſupponitur aliqd ex parte obligati,qui pro redimenda tali obligatione promittit.diuerſum autem eſt in donatione, quæ nullam præſupponit obligationem ex parte donantis,voluntas non eſt ita referenda,vel liganda,ſicut illius,qui ſe obligare vult. Ad ius rationem differentię induco notabilem cauſam in l. exhęredatum.ff.de re iudicata, ibi,fortius enim donatori ſuccurrere debemus,quam ei,qui verum debitum ſoluere compellitur.& de hoc vide etiam,quę ſcribo in quæſtio.68. infra eodem. Et hanc ſententiam fulcit quod in terminis.d. l.ordi.ſcribit Auend.lib.2.de exequend.man.regiis.c.29.num.11. item pro prędicta opinione,quod ante acceptationem filii, ſit patri licita reuocatio,facit vulgata glo. in l.illud. C.de ſacroſanct.eccleſ.quę tenet,quod etiam in donatione facta in piam cauſam,requiritur acceptatio.tradunt inter alios Fab. in §.j.nume.5.Inſtitu.de obligatio.ex conſenſ.Socin.in l.Paulus.ff.de exceptio.Iaſo.in l.1.nume.5.C.de pact.Deci. in conſi.163.& eſt communis ſecundum Deci.in conſi. 391. notat late Tiraquel.in tracta.de pia cauſa.priuileg 115. Ex quibus
4 infertur,noſtrę quęſtionis reſolutio,quod ſi pater faciat in filium maioratum, & conſtituat ſe poſſidere nomine eiuſdem filii res,quas in maioratum dedit, ſi filius non acceptet hunc maioratum,licitum eſt patri reuocare,& filio nullum ius remanet poſt reuocationem. Vnde licet ſecundum cõmunem in d. l. 17. ad irreuocabilitatem meliorationis, aut maioratus,ſufficiat clauſula cõſtituti,&operatur perinde ac ſi vera traditio facta eſſet,procedit, vbi melioratus meliorationem acceptauit,quia ſi non acceptauerit, eſt licita reuocatio, non obſtante clauſula conſtituti.& idem eſt in caſu.d. l.44. Quod vltra prędicta patet ex pluribus fundamentis traditis per Tiraquellum dict.limitatio. trigeſima. vbi plene ꝓbat,ꝓſtitutum factum in fauorem abſentis, nullius eſſe momenti ante ratificationem. Notandum tamen eſt, ꝙ in iſto caſu eundem acceptationis effectum habebit acceptatio tacita,quem expreſſa, quod fundatur ex regula text. in l.cum quid.ff.ſi cer.peta.vbi late Docto.pręcipue Iaſo. Purpurat.& Deci. Et in donatione, quod ſufficiat tacita acceptatio tenent Deci.in conſi.586.colum.fina.Hieronym.Grat. in conſi.12.Gozadin.in conſil.42.quorum ſententiam plenius con
5 firmat Tiraquel.in d.limitatio.30.num. 11.vnde ſi filius,poſt quam pater fecit in eundem meliorationem,& ſe conſtituit nomine eiuſdem filii poſſidere,vel alio modo facto tranſtulit poſſeſſionem in alium,vel fructus ex rebus datis in maioratum percepit,videtur acquiſitionem ratificare, vt conſtat ex doctrina Alexand.in conſi.88.num.32.lib.5.per l.litibus. C.de agricol.& cenſit.libro, 11.& ex deciſione Rotę incip. licet amicus.& Alexand.ſequitur in d.conſi.& Deci.in l.ſem per qui non prohibet. num.9.ff.de regu.iur. & poſt hanc acqſitionem & ratificationem, pater non poteſt maioratum reuocare.ad quod etiam faciunt ſcripta per Alexand.in conſi.127.libr. 5. & plura ad iſtum,propoſitum tradit Tiraquel. in dict.limitatio.nume.xij.notat Aym. Craue.in conſi. 204. nu.xi.& pro hac ſententia eſt etiam tex.in l.ſi auia.C.de iur. deliberan.vbi probatur, quod qui de hęreditate ſibi relicta teſtatur,eo ipſo illam adire videtur. facit l. pro hęrede. ff.de acquir.hęre.l.xi.ti.6.part.6.quę eſt ſingularis in hac materia, ibi, *e aun ſe puede fazer por ſecho, maguer no lo diga, eſto ſeria, como ſi el heredero vſaſſe delos bienes dela herencia, aſſi como heredero, e ſeñor labrando la heredad, o arrẽdandola, o vſando della en otra manera qual quiera ſemeiante de eſtas.* vnde ſi filius quomodolibet vtatur re data in maioratum,acceptare videtur.& ad hoc conducunt aliqua,quę ſcribit Grego.Lopez.in d.l. xi.& ad iſtam opinionem eſt celebris doctrina Modern.Pariſien. in conſuetudin. Pariſien.parte.prima,§.9 gloſſ.4.nume. 7.vbi in terminis inquit,quod ſi primogenitus abſtinens a primogenitura, cedit portionem ſuam,vel iura ſua,& actiones ſucceſſionis ſecundogenito,tunc etiam ſi exprimat,abſtineo,renuncio, verba neceſſario debent impropriari.ex quo conſtat de intentione cedendi & transferendi iura in ſecũdogenitum & eum ſubrogandi in locum renuntiantis. mouetur per doctrinam Bald.in l.pactum quod dotali.q.8.C.de col.Pau.Alexã.Iaſ.& Deci.in l. ſi actionem. C. de pactis. & Bartholomeus Soc.in

Source : BIU Cujas

consi.34.visa renuntiatione.nu.3.lib. 4. & notatur p eũdem Par.in 2.par.consuetu.§.55.gloss.4.nume. 38.& ad Parisien. addo Deci. in l.non vult esse hæres. nume. 9. 10.& 11.ff.de regu.iur.vbi ponit regulam, quod transferendo quis in aliũ hæreditatem,videtur velle esse hæres.etiam notabiliter Rip. in l.si vnquam.nu.21.C.de reuocand.dona. & per illum tex. in d.l.si auia.obtinui in facto,ꝙ cum pater fecisset in filium maioratum regali facultate,& factum maioratum,filius renunciauisset in fauorem proprij filij neporis illius, qui fecit maioratum, nec fecisset mentionem de aliqua acceptatione:hoc solo,maioratus existit irreuocabilis,& ex hoc obtẽtum fuit:quamquam ille, qui maioratum fecit post cessionem a filio factam reuocauerat maioratum,& fecerat in fauorem alterius filii, quia illa renuntiatio habuit vim tacitæ
6 acceptationis. Et ista iustificantur, quia generaliter plus est facere,quam pronuntiare,& voluntas plenius colligitur ex factis,quam verbis.l. Paulus respondit. ff. rem rat. haber.l.si tamen.§.ei qui.ff.de ædil.edi.c.dilecto.in prin.vbi Dec.& alij de appel.& notat glo. quæ multa iura refert in l. recusari.ff. ad Trebel.& glo.in c.cum super.de offi.deleg. cum concordantib.vt per Peral.in l.cum fundus.in prin.nu.5.& in l.Lucius.in prin.num.50.& in l.cum ita legatur.§.species. nu.4.ff. de lega.2.cui adde Bartho.Socin.in cons.125.num.j. lib.j.& per istam regulam voluit in materia nostra Suarez in l. quoniam in prioribus in 5.q.ad l.reg.num.3.C.de inof.tes.Quod si pater reliquit in testamento filio suo, siue iure institutionis,siue alio quolibet iure portionem, quæ excedit portiones aliorum filiorum,ita tamen quod non excedit tertiam, licet non dicat,melioro filium,est melioratus, quia declaratio voluntatis melius fit facto, quam verbo pro quo hodie facit.l.26.Taurin.quæ lex secundum doctrinam Suarez ampliari potest etiam si testator non vtatur isto verbo(dono) sed alio quolibet,quia lex illa tantummodo loquitur vbi pr̃ hoc verbo(dono)& facit doctrina Bald. in l.vltim:num.16. versi.sed incidenter quæritur. C.de pact.vbi vult,ꝙ quando filia vnius contemplatione renuntiat hæreditatem iam delatam,videtur prius adire,& successiue illam hæreditatem renuntiare.& idem Bald.in l.duobus.per illum.tex.ff.de leg.j.& ibi Paul.& sequuntur plures,authore Bartho.Socin. in con. 147.nu.8.lib.1.Aretin.in cons.91.viso themate.nume.1.cum aliis.quem Socinus.in d.consi. num.14.in alio proposito(qa in hoc illum non refert)vocat præceptorem suum,& lumẽ iuris.& facit quod scribit Maria.Soci. in consi. 34. visa repudiatione paternæ hæreditatis.lib. 4.& in consi. 183.vbi dicit, aliud esse repudiare hęreditatem,aliud renuntiare.ille enim qui renuntiat,præsupponit ius quæsitum,vt ꝓbatur in l. fuit. ff.de acquiren.hæred.& hoc est tenendum licet Soci. Iun.in consi.129.nnme.25.lib.j.tradat,quod renuntiatio in dubio, non includit aditionem,ex Dino in consi. 3.inci. in quæstione domini Alb.& Io.An.in add.ad Spe.ti.de tes.§. in primis. in magna additione.inci.in fi.Vber.de Bobio,nu.5.in 3. par. Spec.Sed hoc a Io.An.difficiliter colligi potest, sed ꝙ ex simplici renuntiatione hæreditatis aliter non donando,nec cedendo,non inducatur aditio,tenent Bartho. Soci. in consi. 183.col.2.post medium,ver.sed tamen præmissis,nu. 1. lib.2.
7 Aymo Crauet.in cons.200.nu.1.quorũ resolutio vera est.Et ad ista etiam est expressa in nostro proposito doctrina Mo. Par.in consue.Pari.par.1.§.9.glo.4.vbi dicit, quod si primogenitus cedat ius suum secundogenito, cedendo videtur gerere se pro hærede,siue illa gestio,& cessio fiat expresse,siue tacite.refert Pau.in l.si actionem.C.de pact.& in l.pactum ꝙ dotali.C.de colla.& Barth.Soc.in consi.34. visa renuntiatione.lib.4.ex quibus etiam constat,præcipue Moder.in d.loco, ꝙ non solum,quando adest cessio expressa,sed etiam tacita puta facta renunciatione per primogenitum in fauorem secundigeniti acceptantis,ius acquiritur,& ibi alia singularia ad hæc spectantia inuenies.& filius etiam acceptare videtur, vbicumque promisit seruare,& exequi ea, quæ in scriptura maioratus,vel meliorationis facta sunt.Nam in isto casu,licet non dicat expresse ꝙ acceptat,approbare tamen, & acceptare videtur,quia res non iudicãtur a verbis,sed ab effectu, & substantia.l.assumptio.ff.ad mun.l.insulam. ff.de pręs.vet. cum concord.quæ scribo in prin.huius quartæ partis. nu.7. & ex prædictis satis deducitur.Et pro horum confirmatione facit tex.sing.in l.Pantonius.§.vl.ff.de acq.hære. & quod notab.voluit Bal.in l.potuit.nu.23.C.de iu.delib.vbi vult, ꝙ si pupillus maior infante,vna cum tutore possessionem hæreditatis fuit ingressus,per hoc videtur hæreditas legitime aprę
8 hensa per plura iura,quæ ibi refert. Ex quibus etiam dici potest, ꝙ si quis tradat filio scripturam maioratus ante tabellionem iuxta formam dictarum legum.17.&44.Taurinarũ, & filius eam scripturam simpliciter accipiat,licet specialiter & expresse,& ante talem tabellionem non dicat,quod eam acceptat,eo ipso quod recipit scripturam & in eiusdem pote

state reperitur,videtur eam acceptare, & maioratus est irreuocabilis,secundum Barto.in l.cum tabernam.§. idem quæsiit.nume.4.ff.de pignorib.vbi dicit, nota ex hac lege, quod sufficit,quod quis ostendat literam sibi destinatam,nec requritur quod probet,se tunc acceptasse,videtur enim acceptare literam,cum ipsam recipit.refert tex.in clem. i.de procur. & in l.si filius.ff.ad Macedo.l.6.titu.1.part.5. Et per ostensionem tituli probatur eiusdem acceptatio,secundum Bald. in
9 consi.380.lib.2.Et acceptatio priuilegiorum, & donationũ, in dubio inducitur eo ipso, quod in aliqua parte contentorum in priuilegio, & donatione reperitur possessor donatarius. Nam ex hoc apparet voluntas vtendi in totũ. l. qui vsũ fructum.vbi Alberic.ff.quemadmo.vsusfru.amittat. & alios modos acceptandi donationem,priuilegium, & similia tradit Auend.in trac.de exequen.mand.regiis.2.par.c.j. nu.2.cũ aliis.vbi multa bona adducit ad nostram materiam conducibilia.Et ex his est proxima doctrina Pau.de Castr.in consi. 347.lib.i.nu.4.vbi vult,quod exequutio donationis arguit,q̃ fuerit mens donantis in donando.Et sufficit etiam ad hoc ꝙ
10 maioratus sit irreuocabilis,quod filius sit præsens,& non cõtradicat tempore,quo pater in eo facit maioratum, quia tacite filius maioratum acceptare videtur.l.qui patitur.ff.mandat.& quando actus respicit acquisitionem,quæ debet fieri, non improbare,est approbare.Bar.in l.quo enim.ff. rem ra. haber.qui refert gloss.& ibi notata in l.qui absentis.C. si cer. peta.Ex quo inquit Dec.in consi.58.nume.2.quod si mulier scit maritum recepisse emphiteusim pro se & vxore,& non contradicit,dicitur ratificare,vt sibi acquiratur.Et in specie ī donatione,quod si sit facta præsenti,& tacenti,eam præsens donatarius acceptare videatur, etiam si hoc expresse non dixerit,tenent Angel.in consi.183.col.2.Cur.Iun.in rubr.C.de pac.col.j.vbi Purpurat.& in l.rogasti.§.si tibi.nu. 64.ff.si cert. peta.& alii,vt per Ep.Couar.in 3.parte rub.de testa.nu.13.& nu.14.in fine,pro quibus facit etiam doctrina Bar.in l.j. ff.de pact.vbi dicit, quod si promitto tibi præsenti,& tacenti, est pactum,& non pollicitatio,quia lex præsumit tacitum consensum,ex quo agitur de vtilitate tua,per d.l.qui patitur. refert,& confirmat Alcia.in trac.præsumptio. reg.3.præsump.
11 21.vbi ex hoc dicit, quod acceptatio cõfessionis inducitur, quando est facta in alicuius vtilitatem,qui est præsens,& nõ contradicit,de quo tamen vide,quæ scribit Ioã.Lopius in repetitione,c.per uestras.de dona.inter vi.& vxo. & Emanuel. Acost.in l.si ex cautione.4.fal.nu.2. C.de non nu. pecun.vbi ex Cyno in l.vnica.q.6.C.de confes.& Rip.in rub. ff.de verb. obliga.nu.22.& Feli.in c.si cautio.nu.23.de fide instru. dicit, communem esse opinionem, ꝙ in confessione non sufficit præsentia partis,nisi confessio acceptetur, quamuis contrariam opinionem dicat probabiliorem ex Alex.in l. suus hæres.nu.3.ff.de repud.hære.& aliis,quæ refert.Sed & præsentia
12 eius,in cuius fauorem fit renuntiatio, habet vim tacitæ acceptationis,secundum Ale.in l.2.nota.3. C.de rep. hæred.& Deci.in l.postq̃ liti.nu.8.C.de pac. & pro sniа plura ēt scribit Tiraq.in tract.de utroq; retract.§.i.gl.9.nu.115.cum seq.ex q̃ bus cõstat certã esse opinionẽ,ꝙ prẽsentia filii, qñ pater ī eũ constituit maioratum, facit eum irreuocabilem, & hoc est tenendum, quicquid tenere videantur Areti.in l.2.ff.de leg.j. Corn.in rubri.C.de testam.versic.tertio quæro.& Stephanus Bertran.latius in consi.173.nume.9.lib.1. Sed licet sufficiat quod scriptura reperiatur apud filium(vt supradictum fuit, quia ex hoc inducitur tacita acceptatio) rectius tamen erit filio expresse acceptare apud tabellionem,nam licet scriptura apud eum reperiatur,si non constat de die ipso, quo ad illum peruenit,facile fraus fieri filio potest,si pater reuocauerit maioratum,& constet de die certo reuocationis, non ēt de die,in qua filius scripturam recepit.Nam is, qui de certo tempore probat, etiam si aliter non probat de prioritate p̃fertur ei,qui de incerto tempore probat, secundum Martin. Sil.Cin.& Bald.in l.de rebus,C.de donatio.ante nupt.& eundem Bald.in l.creditor.ff.qui potio.in pign.habean.ad quod plures concordantes refert Tiraquel.libro,i.de retract.§.11. gloss.j.nume.10.& ex istis apparet,quæ dicta sunt in maioratu,locum habere in melioratione tertii & quinti. Et quando stipulatio tabellionis sufficiat ad acceptationem maioratus,vel meliorationis, ad hoc vt reuocari nequeant, resolui potest ex scriptis per Tiraquel.in dicto tracta.de constitutio. d.limitatione.30. per totam. & alios plures, quos refert Epi scop.Couarru.in d.rubr.& in d.capitu.14.num.11.in quibus
13 locis agendo de donatione hoc diligenter examinat. Et qd si pater facit maioratum in filium de aliquibus nominibus debitorum,vel aliis iuribus,vtrum requiratur acceptatio & prẽsentia filii,resolui potest ex aliquibus,quę scribo in q.40. in i.par.nume.5.

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Agitur de intellectu tex. in l. omnium. C. de testam. aliter atque egit Epi. Couar.*
2 *Diffinitio quæstionis.*
3 *Ponderatur l. 44. Taurina.*
4 *Lex omnium. C. de testamentis, procedit, nisi agatur de præiudicio tertii.*
5 *Transactio facta super bonis maioratus, valet principis auctoritate.*
6 *Maioratus, sicut in totum reuocari non potest, ita neque in parte, & reprehenditur Greg. Lopez.*
7 *Princeps si prohibeat alienationem bonorum maioratus, videtur prohibere eiusdem reuocationem.*
An si princeps prohibeat maioratus reuocationem, ex constituentis consensu reuocari possit.

QVAESTIO XXXVII.

TRigesimo septimo quero, si Princeps concedit licentiam ad faciendum maioratum, cuius virtute maioratus fuit factus, quē princeps confirmauit, prohibendo eiusdem reuocationem ex expresso consensu constituentis, an nihilominus reuocari possit? Difficultas, & resolutio huius quæstionis maxima ex parte consistit in intellectu tex. in l. omnium. C. de testam. vbi secundum communem probatur quod testamentum, etiam a principe confirmatum reuocari potest, qui intellectus ad illum textum verior est, quicquid dicant ibi, Alexan. & Iaſnu. 6. contra quos aperte faciunt verba illius legis. ibi, cum hoc ipsum per supplicationem, nostris auribus intimatum, ita demum firmum sit, si vltimum comprobetur, nec contra iudicium suum defunctus postea venisse detegatur. & ita illum tex. inter alios intellexit Bal. quem nostri non referunt in rub. de confirma. vtil. vel inutil. nu. 16. vbi expresse in nostro proposito dicit, ꝙ si Imperator confirmauit testamē tum, in quo erat clausula irreuocabilitatis, non plus operat, quam si Princeps non confirmasset. Ex quo apparet, perperam Episco. Couarr. in rub. de testamen. nume. 7. eam legem omnium. retulisse ad decisionem nostræ proprię quæstionis, ex ea deducendo, ꝙ si Princeps ex consensu maioratum cōstituentis, prohibeat eius reuocationem, est maioratus irreuocabilis, licet non interueniat, quæ habentur in l. 44. Taur. quia potius illa. l. omnium. secundum communem, & verio rem intellectum contrarium probat. vtcunque sit, Episcop.
2 Couar. tenet eam sententiam, quam prædixi, qui ad hoc etiā mouetur ex doctrina Archidiacon. in cap. vltima voluntas. 13. q. 2. vbi dicit, ꝙ ex principis priuilegio fieri potest, vt testiū semel ab aliquo conditum non reuocetur. quē sequitur Bar. Abelenzinis in c. cum Marthæ notab. 6. de celebratio. missa. licet contrarium teneat dominus Anton. de Padilla in l. cla. C. de fideicommis. num. 18. Hæc sententia Episcopi vera mihi videtur, non per rationes ab eo adductas, quæ (vt ego iudi
3 co) parum vrgent, sed per sequentia fundamenta. Primo, ad hoc adduco. d. l. 44. Taurinam in illis verbis. *Saluo si enel poder dela licencia, que el rey le die re eſtuuiere clauſula, para que deſpues de hecho lo pneda reuocar.* quia sicut maioratus constitutus regia facultate potest reuocari, licet sit tradita possessio, vel scriptura, vel vbi factus fuerit cum aliquo tertio, cuius iam vertit præiudicium ex reuocatione, vbi in ipsa facultate hoc exprimitur, vt latius. d. l. declarat: maiori quidem ratione effici debet irreuocabilis, etiam extra casus in illa lege contentos. ubicumque princeps prohibuerit maioratus reuocationem ex consensu constituentis, qui principis authoritate, a quo omnes leges procedunt, sibi manus ligauit, nam quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito l. vlt. §. vlti. ff. de lega. 3. & contrariorum eadem est disciplina. l. & si contra. ff. de vulg. l. i. vbi. Bal. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. licet ad istud fundamentum replicari possit, quod reuocatio tanquam fauens libertati testandi, & disponendi de rebus propriis sit fauorabilior, quam prohibitio reuocandi, quippe, quæ impediat liberam testandi facultatem (prout plenius dico in q. 30. supra eodem. numer. 15. & in q. 39. infra, numero xi.) vnde non est efficax prædicta argumentatio, quia est ratio diuersa, vt tradunt Docto. in prædictis locis. Secundo, pro ista opinione facit doctrina Angel. in d. l. omnium. vbi dicit, quod ille textus procedit, nisi agatur de p̄ iudicio alterius, a volente reuocare. & idem tenet Abba. in capitu. cum accessisset. nume. 62. de constitutio. Lapus alleg. 86. in quæstione vertente. & alii, quos referunt Felin. & Dec. numero 3. in d. capitu. cum accessisset. Quare cum in isto casu princeps confirmauerit maioratum, quem quis fecerat, prohibendo reuocationem, iam agatur de præiudicio eius, in cuius fauorem maioratum constituit; & omnium vocatorum, non debet esse licita pœnitentia. Et ex hoc vltimo videtur nihil prædictæ sententiæ obesse quædam doctrina Barto. in l. omnes populi. nume. 33. ff. de iusti. & iur. vbi dicit, quod statutum per superiorem confirmatum, potest reuocari, quando ad tale statutum condendum non erat necessaria superioris auctoritas quem sequuntur communiter ibi Docto. in d. l. omnium. & in d. cap. cum accessisset. & est notabilis doctrina Bald. in l. ex placito. nu. 7. C. de rerum, permutat. de qua per Deci. in consi. 262. numer. 12. Ex qua aliquis arguere posset, quod sicut ad faciendum maioratum irreuocabilem, vel reuocabilem non est necessaria principis licentia, ita post principis confirmationem, quæ non erat necessaria, debet esse licita pœnitentia, quia (vt apparet ex superioribus) doctrina Barto. procedit, nisi in tali reuocatione agatur de præiudicio tertii. Tertio, pro hac opinione bene facit text. in capitu. j. de confirmatio. vtil. vel inutil. & l. 15. titu. 18. parti. 3. Quarto, longe inter se distāt quod princeps maioratum simpliciter confirmauerit, prout cauetur in d. l. omnium. vel simul cum confirmatione prohibuerit maioratus reuocationem: quia vbi in confirmatione adest prohibitio reuocandi, est duplex vinculum, quod fortius operatur quam vnum. authen. itaque. C. commu. de succesſio. Quinto, dicta lex omnium loquitur in testamento, cuius reuocatio nullo fere freno cohiberi potest, vt satis constat ex scriptis in prædictis locis. & in l. si quis in princip. testamenti. ff. de lega. 3. & in aliis locis. vt per Episcop. Couarru. vbi supra. maioratus autem est irreuocabilis. in casibus contentis in d. l. 44. ergo non est mirandum, ꝙ ex principis priuilegio, etiam sit irreuocabilis ac-
5 cedente consensu constituētis. Sexto ad hoc est in simili sententia Pinel. in l. 1. C. de bonis, matern. part. 3. numero 50. in versicu. octaua limitatio. vbi dicit, quod licet transactio sup bonis maioratus non valeat, id fallit, si fuerit a principe confirmata pro bono pacis. de quo latius tracto in quarta parte huius operis. quæstio. 22. numero 5. Septimo ad hoc adduco l. si quos. C. de decurio. lib. 10. de qua agit Pinel. in l. 2. par. 2. c. 2. nume. 23. C. de rescind. venditio. Octauo hanc opinionem
6 tenet in terminis etiam Gregor. Lopez in l. 10. titu. 26. col. 2 in fine. in versicu. item aduerte. pagina, 4. vbi dicit, quod si in regia facultate data ad faciēdum maioratum caueatur, quod non possit reuocari, efficitur irreuocabilis, sed secundum eū hoc non obstante, constituens potest alienare vnam ex reb. vinculatis, quod vltimum verum mihi non videtur. Quia si verum est, quod totum maioratum non potest reuocare, ita neque partem aliquam ipsius. l. quæ de tota. ff. de rei vendicatio. l. j. §. ego Offilio assentio. ff. de aqua quotid. & æstiua. ibi, non potest ita in parte eius vis fieri, quin in tota aqua vis fiat. l. si quis cum totum. ff. de excepti. rei iudicatæ & traditur per Euerardum in centum locis. loco. 80. & non licet a capite membra discedere. capit. non decet. 12. distinctio. Authentica. de ecclesiastic. titu. in princip. & vna & eadem res, non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. Nono si auctoritate legum. 17. & 44. Taurinarum, melioratio vel maioratus non potest reuocari, vbi traditio interuenit etiam si ista fiant in vltima voluntate principis auctoritate, quæ est lex animata in terris. l. j. ff. de constitutio. princip. iu-
7 stum est, ꝙ fiat irreuocabile, ex quibus tandem apparet veritas & resolutio huius quæstionis. Et veram esse aliam sententiam Peralt. in l. 3. §. qui fideicommissam. nume. 119. pagina. 238. ff. de heredib. instituend. vbi vult, quod maioratus nō potest reuocari, vbi licentia fuit concessa per principem, adempta ipsi impetranti facultate reuocandi, vel expresse vel tacite, puta, prohibendo ipsi impetranti alienationem rerum maioratus sub pena priuationis, quam sentētiam aliquibus iuribus & rationibns confirmat.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio proprio quilibet renuntiare potest.*
2 *Nobilis an possit propriis priuilegiis renuntiare.*
3 *Decisio quæstionis præsentis.*
4 *Renunciationes sunt stricti iuris.*
5 *Renuntians priuilegio. l. 44. Taurinæ, an renuntiare videatur priuilegio reuocandi maioratum.*
Faciens maioratum virtute regiæ facultatis, si renuntiauerit facultati regiæ, & priuilegio, an uideatur renuntiare. l. 44. Tau. & de aliis similibus quæstionibus.

QVVAESTIO XXXVIII.

TRigesimo octauo quæro, si qs īpetrauit a Rege facultatē ad q̄dēdū maioratum cū facultate, ꝙ eum possit reuocare quando voluerit,

fit, vtēdo tali facultate fecit maioratum in filium, & renunciauit facultati regiæ, quæ ei concessa fuit ad reuocandum maioratum: an videatur etiam reuocare bñficio.l.44. Taurinæ, quæ reuocationem maioratus regulariter permittit? Ad cuius quæstionis resolutionem suppono, q̄ valet renunciatio facultatis, quæ concessa fuit ad reuocandum maioratum, & patri ligantur manus ad hoc, vt non possit quātum ad reuocandum vti regia licentia: quia cum ea clausula sit
1 apposita in merum fauorem illius, qui licentiam impetrauit, huic renunciare iure permittente potest.l. si quis in scribendo.C.de epīsc.& cler.cum concordant.vt per Ias.in l. 1.nu.4.cum alijs.ff. de feriis. & in l.ius publicum.ff.de pact. Feli.& alios.in c.si diligenti.de foro compete. latius Angel. Aret.vbi multa bona cumulat.in §.idem iuris.nu.41. cū sequenti Instit.de excep.& Rebuf.in praxi beneficiorum.in ti. de differentijs inter mand.& rescr.num.38. Tiraq.in tract.de primogeni.q.24.Episcop. Couarr. in c. quamuis pactum.de pact.in 6. in initio secundæ relectionis. nu.5. vbi tractat illā
2 notabilem quæstionē, in qua auditores huius regalis Cancellariæ varias præferunt sententias: vtrum nobilis (quem nos, hidalgo vocamus) possit renunciare priuilegiis, illis per leges, tam regales, quam ciuiles competentibus, vt pro debitis non valeant incarcerari, & alijs similibus priuilegijs? In quo tandem concludit, eam renunciationem validam esse, sicut Grego.Lopez.in l.34.tit.vlti.par.7. hoc autem suppositō, in nostra quæstione omissa disputatione, prima facie videtur dicendum, q̄ licēt quis renunciauerit facultati regiæ, quam habebat ad reuocandum maioratum semel factum, non tamen excluditur a beneficio.l.44.nisi ei specialiter, & generaliter renunciauerit. Quæ cōclusio deducitur ex tex. notabili.in l. miles.§.sexaginta.in fin.ff. de adulte.vbi probatur, q̄ ille, qui renunciauit priuilegio, non censetur renunciare iuri communi.& tenet Bal.per illum text. in l.sed & si quis.§.quæsitum.in fine.ff.si quis cautio. Ant.de Butrio.in c. 1.notab.2.de translatio.notat,& explicat Deci. in c.1 lect.1. nu.23.in versi.5.& vltimo.de iudi. Alciat.lib.5. Paradoxorū, c.15. & ius priuilegij facilius tollitur, quam ius cōe.l j. C.de thesaur.lib.10.l.1.in fine.ff.de iur.immunita.l. eius militis,§. militia missus ff.de testam.milit. notat Ias. in l.j.§.veteres.ff. de acquir.possess.& in l.si quis extraneus.nu.15.ff.de acquir. hered.Dec.in consil 638.nu.13. Alciat. in tract.presumptio. 36.num.13. Et per prouisionem hominis, non cessat dispositio legis.gl.in l.vlt.C.de pact.conue.de qua per Fan.de pign.
4 memb.4.par.2.nu.87. Et renunciationes sunt stricti iuris, & in eis non veniunt nisi, quæ sunt expressa, secundum Calde. in consi.8.an habens.tit.de præben.quem vbiq; sequitur Deci.precipue in consi.452.nu.21.& sequenti.& 460.num.6.& 579.nu.2.& idem tenet Barth.Soc.in consi.96.in fi lib.1. per l.si ex pluribus.ff.de solutio.& l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. ad quod plures auctores refert Tiraq. in l.si vnquam.in prin. nu.128.C.de reuocand.donatio.vbi in nu.sequenti tradit, q̄ vbi capi potest alia coniectura, non est presumenda renunciatio, quod latius tracto in q.69.j. eod.nu.4. Et renuncians vni facultati, aliis renunciare non videtur. l. si domus.ff. de seruit.vrba.prædio.& facit doctrina Decij in consi.610. nu. 4.& 5.vbi dicit, q̄ si dispensetur circa vnam solennitatem testamenti, in cæteris dispensatum non videtur. adhuc tamen replicari potest, q̄ dispositio generaliter facta, ad omnia refertur.l.pluribus.ff.de acceptilat.l.vlt.C.de dot.promissio. cū concordantibus, vt per Ale.in consi.68.nu.6.lib.5.vbi Mod. Parisi. Tiraquel.in l.si vnquam.in prin.nu.113.C. de reuocā. donatio.& lib.1.de retract.§.1.gl.14.nu.101. vnde dici pōt, q̄ si in facultate regia adest idem priuilegium, q̄ conceditur per d.l.44. Taurinam, nec aliud speciale habet, si renunciatum fuit priuilegio, renunciata videtur lex. 44. & frustra fit per plura, q̄ fieri potest per pauciora.l.cum fundus.§. seruum tuum imprudens.ff. si cert. pet.l. dominus testamento. ff.de conditio.indeb.clem.auditor.de rescrip.& ad hoc facit, q̄ notat Deci.in d.c.j.de iudic.vbi dicit, q̄ regula d. legis miles.§.sexaginta.procedit, si vltra ius cōe, aliquod competat priuilegium: nam ex pluribus iuribus, si alij renunciat, alterum remanet.l.si domus.ff.de seruit. vrbano. prædio. secus si vnum ius tantum competit: quia illud tollitur per renunciationem.l.stillicidijs.ff. quemadmo. seruitu. amit. Sed si quis
5 habens facultatem regiam ad faciendum maioratum cum clausula, q̄ eum reuocare possit, augere, vel minuere, constituit maioratum in filium, & renunciat facultati sibi competenti ad reuocandum maioratum ex d.l.44. quæro, an videatur etiam priuilegio ei concesso ex regia licentia ad reuocandum maioratum quoties voluerit renūciare? In quo tenendum videtur, q̄ ex tali renunciatione non censetur renunciatum priuilegium, & facultas regalis, imo oportet ei etiam renunciare. quod patet ex dictis in numero præcedenti. Et quia vbi potest cadere alia præsumptio, quam renunciationis priuilegii, ei non præsumitur renunciatum, secundum Host.Ioan.Andr.& Ant.in c.accedentibus.de priuileg. notat Ale.in consi.33.nu.10.lib.5.Dec.in consi.374.num.5. Ludou.Gozad.in consi.23.nu.3.facit.l.voluntarię.C.de excusa.tuto.notant Felin.Dec. & alij in c.cum accessissetis.de constitutio.& conducunt, quę scribit Greg.Lopez in l.42. tit.18. par.3.in glo.1. & facit simile, quod per prouisionem statuti, non intelligitur in dubio derogatum prouisioni iuris cōis, vt est doctrina Bar.in l.quoties.ff.de actio. & oblig. & in l.1. ff.vi bon.raptor.& aliorum, quos refert Alex. in consi.107. nu.2.lib.5. & licet quis generaliter renunciet omnibus iuribus, ac quibuscunq; sibi competentibus, restringitur ad causam specificatam, vt per l.in agris.ff.de acquir.rer.domin. & alia iura tradit Socin.Iunior.in consi.23.nu.12. & 13. lib.2. hoc tamen procedit (prout in precedenti conclusione dictum fuit) nisi priuilegium contineat idem, q̄ d.l.44.Taurina: nam tunc, qui renunciat dictę legi, renunciare etiam videtur priuilegio, ad quod etiam induco tex.in l.si duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iur.iur.& in l.vlt.in fi.C.de nupt. quę iura, & alia consimilia ad propositum inducit Aymo Craue. in consi.290.nu.1.cum alijs.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio huius quæstionis.*
2 *Matrimonium dicitur perfectum, etiam ante copulam.*
3 *Vxoris appellatione, etiam in statutis venit sponsa de præsenti.*
4 *Pater, & mater si meliorauerunt filiam, vt contrahat matrimonium cum aliquo, illo mortuo antequam contrahat matrimonium, an melioratio reuocari queat?*
5 *Si pater faciat maioratum in filium, vt contrahat matrimonium, & ille post contractum matrimonium obiit, an reuocare possit maioratum.*
6 *Masculus, qui subito moritur, non censetur extitisse.*
7 *Effectus causæ, quando est consumatus, non cessat actus, quamuis cessat causa.*
8 *In donatione vbi duæ causę concurrunt, causa finalis presumitur dilectio.*
9 *Resolutio quęstionis, de qua in nu.5.*
10 *Si pater faciat maioratum in filium ob causam onerosam matrimonii, non declarando personam certam cum qua debet contrahere, an possit reuocare?*
11 *Maioratum si pater faciat in filium impuberem, vt contrahat matrimonium, si aduemente legitima ætate non contrahit, an possit reuocare.*
12 *Dominium meliorationis quando transferatur in filium grauatum, vt nubat?*
An ad hoc, vt maioratus factus cum tertio ob causam matrimonii sit irreuocabilis, requiratur, quod matrimoniū fuerit copula consummatū.

QVAESTIO XXXIX.

TRigesimonono scimus, Quod ex dispositione legum 17.& 14.Taurinarum patri permittitur reuocare donationem tertij, & maioratum, nisi melioratio, aut maioratus factus fuerit cū alio tertio ob causam onerosam matrimonii: quęritur igitur, an ad hoc, quōd maioratus, vel melioratio sit irreuocabilis oporteat, quod matrimonium sit factum, & carnali copula consumatum, vel an sufficiat, q̄ si factum secundum dogmata, & constitutiones ecclesię, licet copula non adfuerit? Nam matrimonium est maris, at-
1 que fœminę coniunctio, indiuiduam vitę consuetudinem retinens.l.1.ff.de ri.nup.l.1.§. hinc fit.ff. de iusti. & iu.§.1.27. q.7.§.1.Institu.de pat.potest. cum concordant. nihilominus tamen contrarium verum est, quod maioratus, vel melioratio est irreuocabilis ex solo contractu matrimonij, licet copula non interuenerit: quia matrimonium, etiam ante copulam dicitur perfectum.c.beata.c.coniux.c.omne. 27.q. 1.cap.1.& 2.de matrimo.contra.contra interd.eccl.l.nup.ff. de reg.iur.quod plenius fundatur ex scriptis per Tiraquel.in l.si vnquam.C.de reuocand. donatio.in verbo, donatione largitus.num. 224. & Episc.Couarru.in epitome, de sponsa lib.par.ij.c.i.num.i.cum allis.Grego. Lopez.in l.28.in glo.in verbo *ante*.titu.11.parti.v.facit tex.in l.cui fuerit: ff. de conditio.& demonstr.vbi glo.per quem dicit Alex.in consi. 20. lib.2.num.1.q̄ legatum factum mulieri, cum nupserit debetur per solum contractum matrimonii.& est l. 13.ti.7.part. j.l.cum hic statutus.§.si diuortium.ibi, non enim coitus.matrimonium facit, sed naturalis affectio. ff.de donat.inter vir. & vxor. Et dispositio loquens de matrimonio, & de muliere nupta, vel copulata viro, non requirit copulam, secundum Bal.in consi.ccxxviij.ad euidentiam.li.3. Et hęc conclusio patet ex pluribus, quę notabiliter cumulat Ioan. Lopius in rubric.de donatio.inter virum & vxor.colum. 266.in versi. ad idem.

Source : BIU Cujas

idem.vbi citat tex.in l.3.ff.de donatio.inter virum & vxorẽ. & alia plura iura.& quod etiam appellatione ſponſæ vxor contineatur,late tradit Tiraquel.de legib.connubialibus, in glo.2.en pouuerede.in ſon mariti.colum.2.& etiam in ſtatu
3 tis,appellatione vxoris,venit ſponſa de præſenti,etiam non dum tradita viro,ſecundum Barto. in l. nihil.ff.rerum amo ta.Paul.in l.ſi fuerit.ff.de conditio.& demonſtratio. & eſt re ceptior opinio,ſecundum Moder.Pariſ. in j. par. conſuetu. Pariſien.§.3.gl.1.nu.4.vnde.l.j.C.vnde vir & vxor.habet etiã locum in ſponſa de preſenti,licet non ſit velata, nec coniu gata, ſecundum Bald.Sali.Ale.Iaſ.& Deci.in d.l. j. & alios, quos refert Anto Gomez.in l.8.Tauri. num.2.& conducũt etiam ſcripta per Tiraq.lib.j.de retract.§.x.glo.i.& vnica.nu me.7.& per Bartholom.Soc.in d.l. ſi fuerit.numc.4 fol.144. & hæc adiuuant, quæ late ſcribit Cãpe.in tract.de dote.par. v.quæſtio.13.num.1.cum ſequentib.vbi ex glo.Bar. & Bald. in d.l.nihil. ff. rerum amotarum.late ſuſtentat, quod ſtatu tum de dote lucranda vxore prędecedẽte, habet locũ in ea, quę nondum eſt traducta, dummodo ſit deſpõſata per verba de preſenti.& Chaſſane.in conſuetu.Burgun.rubri.4.§.2. colum.j.num.16. in verſi.ſed an hæc noſtra conſuetudo. & faciunt etiam ſcripta per Lucam de Penna.l.mulieres.C.de incol.& in quo loco.in prin.quibus addo text. expreſſum,q a prædictis Doctorib. non refertur in l. ſancimus.C.de nup. vbi ſi factum ſit pactum aliquid dandi vel faciendi, cũ nup tiæ ſequutę fuerint,conditio impletur,cum tantum ipſa nu ptiarum accedit feſtiuitas,quod procederet , niſi ex mente illius,qui maioratum fecit,colligitur , quod voluit ad hoc, vt ſcriptura maioratus haberet effectum,ꝙ filius realiter,& vere copularetur vxori copula carnali. hoc enim ſeruandũ eſt.quod conſtat ex doctrina Bal.in conſi.cc.num. 3. libr.3. vbi dicit,quod ſi teſtator legauit decem ſub conditione, ſi Seio per matrimonium copulabitur, per ſola ſponſalia nõ debet habere legatum,niſi copula ſubſequuta, vbi ex men te,& ratione teſtantis id colligi poſſit,quod late fundat.pro prie autem mulier dicitur ea,quæ fuit velata,vt conſtat ex.l. 2.tit.18.par.3.ibi,*o de otra que aya auido,que fueße velada*.

4 ET iunge hic Ciſuent.in l.17.Taurin.vbi tradit notabili- ter quæſtionem,ſi pater & mater meliorauerunt filiam , vt cõtrahat matrimonium cum Titio, quam meliorationem faciunt ad ſuſtentanda onera matrimonii,& Titius moria- tur antequam ſuſtineat onera matrimonii, an cenſeatur ta- lis melioratio reuocata? Quæ quæſtio erit hodie neceſſaria: cum pater meliorat filiam auctoritate, & conſenſu regis,& cum derogatione.c.curiarum Madritii.cj. anno 1534.per qđ prohibentur parẽtes filias meliorare in tertio & quinto bo norum.& quæſtio Ciſuent.poſſet habere locum in filio.cui iunge Deci. in conſil. 659. vbi tradit , ꝙ donatio facta per patrem filiæ,habet tacitam conditionem,ſi filia patri ſit ſu- perſtes.

5 HOC autem in loco tractare oportet de quæſtione nõ vulgari,& hactenus non ſolum non diſputata,ſed nec etiã tacta. Ad cuius deciſionem,rationes adducam non remo- tas,ſed velut natiuas, & vinas, ex quibus veritas breuius & lucidius,velut oculis expoſita apparebit; ſi pater faciat ma- ioratum in filium,ob cauſam tantum oneroſam matrimo nii,non facturus,niſi adeſſet illa cauſa matrimonii, & con- tracto matrimonio defuncta fuit mulier abſque filiis,poſſit ne pater reuocare maioratum? Et videtur permiſſa reuoca- tio,quaſi ceſſante cauſa,ex qua erat irreuocabilis, quæ fuit cauſa finalis,qua iam ceſſante totum ceſſat. Nam illud per- ſpicuum,eſt ꝙ ceſſante cauſa in quibuslibet diſpoſitionibus ceſſant diſpoſitiones.l.2.§. vlti. ff. de donatio.quæ in noſtro propoſito loquitur.ubi late Bar.& alii.notatur per Oldrad. in conſi.238.& 278.Deci.in conſi.351.l.omni.vbi Bar. ff.de adop.l.licet.§.ea obligatio.ff.de proc.cum cõcor.vnde ſit,qđ reuocationis cauſa ceſsãte, ceſſat reuocatio ſm Bal.loquẽs de reuocatione donationis inofficioſæ, vt ea ſcilicet ceſſet ſi pater donationem tantum queſiuit , quantum ſufficit ad legitimã in l.colum.2.in verſic.3.ſic poſt glo.ibi.q.8.C.de in- offi. donat.per l i. §. ſi quis in fraud.ff.ſi quid in fraud. patro. & idem tenet Ange.in Auth.de immenſis donatio. colum. vlti.& alii,quos refert Tiraquell.in tracta.de ceſſante cauſa. part.i.nu.229.fol.86.& in l.ſi vnquam.in verbo ſuſceperit,li- beros.num.166.C.de reuocand.donatio. quorum doctrina notãda eſt ad intellectum tex.in l.8.ti.4.*de las donaciones*.part. v.in illis verbis,*quanto a la ſu parte legitima*.Cum igitur cauſa re uocationis ceſſante, ceſſet reuocatio,eadem ratione cauſa irreuocabilitatis maioratus ceſſante , debet irreuocabilitas ceſſare , & priuilegium quod conceditur per leges. 17.22.& 24.cauſis oneroſis matrimonii , ne ea interueniente melio ratio aut promiſſio de meliorando, aut maioratus poſſit re uocari.quia quod operatur propoſitum in oppoſito, opera tur oppoſitum in oppoſito.l.vlti.ff.de leg.ij.quo argumento ſæpe vtitur Bar.Soc.& facit doctrina Bal.in l.cum mulier. ff. ſolu.matrimo.vbi dicit,ꝙ ſicut ſe habet cauſa ad effectum in productione, ſic ſe habet deſtructio cauſę ad deſtructio- nem effectus:quia eſt potentia cõtrariorum.l.ab emptione, ff.de pact.cum concordantib. vt per Euerard. in centum lo cis.loco.75.a contrariis.Et etiam eſt generale, ꝙ ceſſante cã priuilegii,ceſſat priuilegium.l.Titia Seio. §.vſuras.ff. de leg. 2.l.athletæ.§ i.l.geometra.l.idem Vlpianus.ff.de excuſat. tut. item quando cauſa reducitur ad non cauſam,per inde eſt, acſi cauſa a principio non adfuiſſet. l.i.in fi. ff.de condictio. ſine cau.Andre.de Yſerni.in rubr. quę ſint regalia.in verſic. hęc pedagia.Et cum promiſſionis cauſa ceſſet, promiſſio ẽt ceſſare debet.c.2.vbi Antonius.j.notabi. de cuſtod. euchari ſti.cum concordant.vt per Tiraquel. in d. tracta. parte.i.nu. 217.Et his ſunt plura ſimilia,quæ curioſus lector legere põt in Tiraquel.Et hoc maiori ratione procedere videtur,vbi li cet matrimonium fuerit cõtractum per verba de præſenti, non tamen fuit conſũmatum,quia vxor deceſſit,nam tunc omnia ſunt integra : maxime ſi mulier ſtatim decedat,quia paria ſunt non eſſe,& ſtatim deſinere eſſe.c.nam & ego. de verborum ſigniſi.hinc eſt ꝙ maſculus, qui ſubito poſt mor
6 tem patris deceſſit,non cenſetur extitiſſe,& non impedit qn fœmina ſuccedat etiam in feudo,in quo ex lege cõceſſionis, ſi maſculus ſemel extiterit,fœminę ſuccedere non poſſint, ſecundum glo.in c.j.§.quin etiam.Epiſco. vel Abba.& alios quos refert Modern. Pariſienſ.in conſuetudin. Pariſienſi. §.27.q.1.num.8.quod dictum in alio loco refero.& ea, quæ momento temporis tantum durant, non ſunt in conſide- ratione.l.ſi conſentiente.C.de dona.ante nup.l vltima. in fi. C.de bon.quæ lib.& alia adducit Pariſiẽ.vbi ſupra numer.9.
7 In contrarium tamen aliqua faciunt fundamenta, & in pri mis principium iuris, quo cautum eſt,ꝙ ſi effectus cauſæ iã eſt conſumatus,non ceſſat actus,quamuis ceſſet cauſa.l.vlt. in prin.ff.vnde lib.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo. obligato.l.8.titu.21.par.4.cum concordant,quæ ſcribo in 2. parte huius operis.q.6.num.12.Et facit ſimile,quod dicimus matrimonium non diſſolui propter ſterilitatem,quia nõ ſo la cauſa,plis eſt in matrimonio, ſed euitatio fornicationis, & fides.c.tantum.32.q.7. item quamuis cõtractus matrimo nii fuerit,cauſa vt maioratus perficeretur in filiũ,veriſimile tamen eſt,quod pater dictus amore paternali, & deſiderio, conſeruandi & perpetuandi memoriam ſuam,nihilomin9 maioratum feciſſet,& quod nõ fuit ſola cauſa matrimonii quæ patrem induxit ad confectionem maioratus.vnde licet ceſſet illa cauſa matrimonii,non ceſſat amor paternus : qa omnia vincit, & ſuperabundat coniecturas.l.iſti quidem.ff. quod met.cau.cum ſimilib.& omnia quę noſtra ſunt,ex vo to filiis paramus.l.nihil.ff.de bon.libe.l.de emancipatis.C.de legit.hæredib.Et ad hoc vrget etiam tex.in l.ſi donaturus, ĩ prin.ff.de condictio.ob cauſ.ibi,ſi donaturus mulieri iuſſu cius,ſponſo numeraui,nec nuptiæ ſequutę ſunt id mulier ꝓ dicet.vbi DD.ad propoſitum aliqua ſcribunt.& Decius in ꝓ ſil.35.nume.6.cum ſequentibus. Et eſt bonus tex.in ratione ſui in authen.ſed quamuis,C.de rei vxo.actio.& in l.ex mor te.C.de pact.conuent. ibi,ex morte cuiuſcunque perſonæ, ſiue mariti,ſiue mulieris,eandem partem,non pecunię quã titatem,tam uirum ex dote,quam mulierem ex ante nup- tias donationem lucrari decernimus.Et vbi ſunt plures cãæ diſpoſitionis,vna ceſſante,remanet alia,& diſpoſitio durat. l.ſi non Elia Sentia.ff.de hæredib.inſtituend. l.tutor petitus, §.quę tutoribus.ff.de excuſa.tuto.cum aliis,quæ refert Tira quel.in d.tracta.de ceſſante cauſa.limitatio.22.num.1. cum ſequentibus.cui addo bonam theoricam Pariſien.in cõſue. Pari.par.1.§.4.gl.6.nume.28.Et ubi concurrunt duę cauſę fa- ctæ donationis, preſumitur, ꝙ cauſa finalis donationis fuit dilectio.d.§.quæ tutoribus.l.pen.ff.quod fal.tuto.auct.l.quã uis.§.vlt.ff.de annui.legat.facit l. Quintus.ff.de au. & argen. lega.& quod per hęc iura decidit Thom.Grammat.in deci- ſio.73.venerabilis Antonius,nu.15. Et quod per text. in d.§. quę tutoribus.dicunt Bal.Imo.Iaſ.nu.20.& alij in l. qui filia- bus.in prin.ff.de lega.1. vbi dicunt, ꝙ legatum factum filia bus, cenſetur factum propter affectionem , & non propter benemerita,quod valde vrget pro iſta concluſione.Et lega- tum relictum ab extraneo valde amico Epiſcopo , videtur relictum ipſi Epiſcopo,& illius occaſione, ſecundum gloſſ. communiter ibi receptam,in c.requiſiti.de teſta. & eſt com- munis,ſecundum Socin.& Ludoui. Luſita.in l.2. ff.de rebus dubi.notat Alciat.in tract.preſumptio.regul. 1. preſumptio. 28.latius Epiſco.Couarru.in d.c.requiſiti. Et eſt ad propoſi- tum quoddam ſingulare Romani.646. & conducunt ſcrip- ta per Abba.Feli.& Deci.nume.16.in c.quoniam Abbas de offi.deleg.eundem Deci in c.ex literis.num. 16. de conſtitu- tio.& Epiſco.Couarru.in c.Ioannes.num. 3.de teſtam. vbi concordat cum Romano in d. ſingulari dicente, ꝙ quanuis

execu-

Source : BIU Cujas

executor ex teſtatoris nominatione, ſi tamē ſit cōiunctus teſtatori, non amittit legatum, pro quibus facit. l. vltim. tit. x. par. 6. Communis tamen eſt opinio, quod legatum preſumitur relictum contemplatione officii, ſecundum Peral. in l. j. nume. 63. ff. de lega. 2. Et ad hanc ſententiam eſt bonus text. in l. cum vxori. C. quando dies leg. ceda. in ratione ſui. quam late ornat Iaſon in l. ſi quis. C. de inſti. & ſubſtitu. & de ea latius ago in 2. parte huius operis quæſtio. xii. & facit etiam ad noſtrum propoſitum. l. ſi Pontionilla. C. eodem titu. & notabilis caſus in l. cum alienam. C. de leg in illis verbis, quod ſi ſuam eſſe putauit, non aliter valeat relictum, niſi proximæ perſonæ, vel vxori, vel alii tali perſonæ datum ſit, cui legatarus eſſet, & ſi ſciſſet rem alienam eſſe. facit. l. x. ti. 9. parti. 6. l. p̄dia obligata. C. de fideicommiſ. l. Quintus. §. vltim. ff. de aur. & argent. lega. Et iſtis etiam iungo Iaſ. in l. ſi donatione. nu. 1. C. de collat. & quę ſcribit Tiraquell. in præfatione retract. nu. 55. Et pro iſtis etiam facit doctri. Bal. in l. i. colum. 2. num. 2. C. de priuileg do. vbi dicit, q̄ priuilegia, quę matrimonio dantur, habent locum, etiam ſi momento matrimoniū durauerit. Et ſi ex forma ſtatuti, vxore p̄decedente, in matrimonio maritus debeat lucrari dotem, ſatis eſt, q̄ matrimonium momento durauerit ſecundum Bal. per illum text. in l. non tantum. C. de leg. & in l. vxoris abortu. C. de poſthum. hæred. inſtitu. ad quod alia ſimilia adducit Dec. in l. ſi tibi pecuniā. num. 7. & 8. ff. ſi cer. peta. & facit ſimile, quod ſcribit Nicolaꝰ de Neap. in d. §. quæ tutoribus. vbi inquit, q̄ in dubio donatio facta per patrem filio, potius preſumitur facta ex paterno affectu, quam ob merita. notat Bar. Soci. in conſi. 91. nu. 9. li. 1. & pro hoc facit quod ſcribit Bal. in conſi. 406. lib. 3. vbi dicit, quod filius ſpurius, potius preſumitur inſtitutus vt filius, quam vt extraneus, & in dubio donatio facta, præſumitur ob affectionem ſanguinis, ſecundum Roman. in ſingula. 648. incip. donatum conſanguineo. Pau. de Caſt. in conſi. 335. circa bona. verſ. ſecundo videtur obſtare. li. i. alios, quos refert Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus. nu. 74. vbi ſcribit plura ad noſtrum propoſitum facientia, & inter alia, refert notabilem tex. in l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de lib. leg. & hoc etiam conducit notabile conſiliū Bar. Socin. 81. nu. 15. li. 3. vbi tractat de caſu notabili huic rei congruenti. & hæc ſecunda opinio tenenda videtur propter
9 has rationes vrgentes. Et ex contraria ſequerentur multa in conuenientia, vt clare apparet. Et ad ea, quæ in contrarium adduxi, & ſuperioribus eſt clara reſponſio, quamuis Stepha. Bertran. in conſi. 1. nu. 3. & 4. li. 1. teneat, q̄ donatio facta fauore matrimonii, non habet effectum ſi conſtat, q̄ matrimonium fuit cauſa finalis donandi, alias ſecus, quod altius ipſe, in caſu, quo conſultus fuit fundat. Et ex iam dictis confirmat̄, quod ad propoſitum noſtrum ſcribit Tello in l. 17. Taurin. numer. 75. vbi vult, quod donatio facta filio in cauſam matrimonii, eſt irreuocabilis, etiam ſi matrimoniū nō ſequatur.

10 HVIC eſt ſuffraganea alia etiam non leuis quęſtio. Pater (prout plerunque contingit) vt filius honoratius, atq; ſplendidius vxorem ducat, facit maioratum in eum declarando, q̄ illum facit, ad hoc vt filius melius matrimonium contrahat, nec declarat perſonam, cum qua matrimonium perfici debet, ſolent etenim parentes ſimiles contractus facere, vt ſub hac imagine, colore, & cupiditate, melius filius ſubhaſtetur, atque in foro publico venundetur) quem contractū, licet pater fecerit, nō tamen tradidit filio poſſeſſionem actu vero, nec ficto, nec aliquē modum de contentis in d. l. 44. & 17. quęro an in iſto caſu pater poſſit reuocare maioratum, aut meliorationem? In quo etiam quod mihi videtur, breuiter & palam exponendo dico, q̄ ſi pater in iſto caſu p. aliquem fortem actū non tradat poſſeſſionem, poteſt libere reuocare maioratum, aut meliorationem, quia in iſto caſu contractus non fuit oneroſus, nec factus cum tertio, quod requirunt dictę leges, 17. 22. & 44. ad hoc vt melioratio, & promiſſio de meliorando, aut maioratus ſit irreuocabilis, & totam vim irreuocabilitatis ponunt in eo, quod interueniat tertia perſona, quę ex contractu commodum ſentiat, vnde ſi pater poſt factam meliorationem, vel maioratum, non ratificat contractum antea factum, habet poteſtatem reuocandi, niſi euidenter probaretur, q̄ mulier præmiſſo maioratu, vel melioratione commota, aut promiſſione de meliorando (quæ eidem, aut eiuſdem parentib. vel conſanguineis, qui de matrimonio tractabant, oſtenſa fuit per patrem ducentis aut alium quemlibet) ſub hoc colore, & perſuaſione, nupſit. ad quod facit. l. ſi ſine voluntate. C. ad Velleia. & ad hoc faciunt, quæ ſcribo in q. 22. ſupra in verſ. item dubitari poteſt. nu. 35.

11 HOC etiam in loco oportet in medium adducere quæſtionem neceſſariam, & quam iam habui de facto. Pater deſponſauit filium impuberem, & vt melius ſponſalia perfice rentur, & cum maiori honore filii, conſtituit in eo maioratum, vel meliorationem tertii ob cauſam oneroſam deſpōſationis, & filius in effectu contraxit ſponſalia, & poſt factā deſponſationem, & poſtquam factus fuit contractus maioratus, defuncta fuit ſponſa, cum qua filius matrimoniū erat contracturus, ætate legitima adueniente, aut alias matrimonium non habuit effectū quæro: an pater poſſit reuocare talem maioratum, vel meliorationem? Quæſtio eſt etiam a nemine noſtrorum tacta (niſi memoria me fallit) eiuſdem tamen veritatem pro viribus meis explicare curabo. Et videtur, quod ſi ſcriptura maioratus facta ſit ſimpliciter abſque aliqua conditione, videlicet, quod non dicitur, q̄ ſi nuptiæ ſequutæ non ſint, non habeat effectum talis ſcriptura, & contractus eſt irreuocabilis per tex. in d. l. ſi donaturus. relatum in num. 7. vbi ſi quis donat ſimpliciter ſponſę dotē, cuius nomine ſponſo numeratur, licet nuptiæ non ſequantur, dos mulieri acqritur: ſecus autem quando mulieri dos detur, nam ſi ſequutæ non eſſent, dotanti dos redderetur. Et hoc cōfirmatur ex d. l. tutor. § quæ tutoribus. & alijs, quæ ſcripſi d. nu. 7. & 8. & in iſto caſu, licet matrimonium ad p̄fectionem non fuerit deductum, remanet affectio paterna, q̄ eſt propria, & naturalis circa filios, d. l. iſti quidem. ff. q̄ mer. cauſ. cum mille ſimilib. & iſta affectio naturalis, eſt præferenda accidentali. l. qui habebat. ff. de lega. 3. l. vlti. C. de his, qui veni. ætat. impetraue. Et maiori ratione, dicta l. ſi donaturus procedere debet in noſtro caſu: quia lex loquitur in extraneo dotante, nos ſumus in filio donatario. Sed iſtis, & aliis ſimilibus non obſtantibus, contraria opinio verior videtur. Primo ex verbis dictarū legū. 17. & 44. in quib. ſunt illa verba, *por via de caſamiento.* quę ſecūdum communem vſum loquendi, interpretantur de matrimonio de preſenti, & nō de futuro, & quod perfectum non fuit, & iſte intellectus omnibus eſt preferendus. l. librorum, § quod tamen Caſſius, ff. de lega. 3. cum concordātibus. Item ea verba ſunt intelligenda in potiori ſignificatu, ſcilicet, in matrimonio contracto per verba de preſenti, quamuis non conſumato, non etiam in ſponſalibus, nec in debiliori ſignificatu, l 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectig. vel emphiteu. dic. Item, cum dictę leges ſint exhorbitantes, & parentibus valdę oneroſę, quippe, quę quodammodo aufferunt liberam diſponendi de rebus proprijs facultatem, contra l. j. C. de ſacroſ. eccle. l. in re mandata, C. manda. & ſint contra legem vltimam, C. de pact. & alia iura ſimilia, interpretandę ſunt, vt minus lędant ius cōmune, inquantum fuerit poſſibile, l. 2. C. de noxal. c. cum dilectus, de conſuetudi. nec debent extendi etiam ex ſimili ratione, ſecundum glo. in c. in fidei fauorem. de hęret. in 6. nec ex maioritate rationis, ſecundum gl. quam omnes ſequuntur in Auth. quas actiones. vbi Doctor. & de hoc latius ago, circa intellectum dictarum legum in alijs locis, prę̄cipue in q. 30. ſupra hac prima parte, num. 15. Præterea pro iſta ſecūda opinione eſt elegans Doctrina Bald. in l. ſolet. § quę virū, ff. de his, quę notantur infam. vbi dicit, q̄ etiam in fauorabilibus, ſtatutum in vxore non habet locum in ſponſa de futuro, & verba dictarum legum ſunt intelligenda vere, & nō ficte, vt in alio propoſito animaduertit Tiraq. tractando circa intellectum legis. 54. & 55. Taurinarum, in legibus cōnubialibus, gl. 2. empouuoer. nu. 22. qui in numero prę̄cedenti citat Bal. in d. loco. Secundo ad iſtam opinionem adduco. l. ſi extraneus. ff. de condictio. ob cauſ. in illis verbis, nam quaſi cauſa non ſequuta, habere poteſt condictionem, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato, ex qua lege deducit ibi Regulam Alex. quod in promiſſione dotis, inest tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur. ad quam regulam eſt melior tex. ſecundum Iaſ. ibi, num. 11. in l. ſtipulatione. ff. de igre doti. faeit regula tex. in l. Publius Męuius. in prin. ff. de conditio. & demonſtr. vbi legatum pro dote, aut cauſa dotis factum alicui puellę, cenſetur conditionale, & non purum, & ideo non debetur, ſi matrimonium non ſequatur. & idem probatur in l. ſi ego, l. tali. l. promittendo. ff. de iure dot. explicat late Bar. in l. Titio cētum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtr. & eleganter Epiſcop. Couarr. qui hanc regulam melius omnibus latiuſq; reſoluit in c. 3. nu. 11. de teſtam. quem lector omnino legat. cui adde, l. xj. & 12. tit. 11. par. 4. quę concordant cum prędictis iurib. & Acoſta. lib. 2. ſelectarum interpretatio. c. 21. nu. 3. Menchaca. in l. ſi quando. §. illud. nu. 77. C. de inoffic. teſta. Aymo Crauet. in conſi. 15. num. iij. Bal. in conſi. 249. an legatum dotis, lib. iiij. Et iſta cōcluſio procedit, etiam ſi quis dotem promittat ſoluere ad omnem voluntatem creditoris, ſecundum Bald. in l. qui ſe debere, ff. de cōdict. ob cauſ. & confirmat Alexan. in conſi. 145. viſo proceſſu, nu. 2. lib. 5. no. Tiraq. lib. 2. de retrac. §. j. glo. 2. nu. 55. non obſtat text. in d. l. ſi donaturus. per ſupra dicta. Et quia procedit in ſponſo de preſenti, & non de futuro, inter quos eſt longa differētia, vt patet ex dicta doctrina Bal.

na Bal.& quia in casu illius tex.interuenit traditio, & verba illa sponso,debent intelligi in spōso de pręsenti, & in potiori significatu,non in sponso de futuro . & forsan dici potest per illum tex.in prędictis verbis,eius sponso numeraui.q̄ in nostra quęstione, si interueniat traditio in exequutionem contractus,& filio impuberi bona sint tradita , est irreuocabilis constitutio maioratus:quia extincta causa onerosa matrimonij,remanet traditio possessionis.pro quo faciūt, quę scribo in q.2.in hac prima parte, nu.10. nisi traditio fiat in exequutionem eius,quod actum fuit: quia remota & extincta causa principali,cætera velut accessoria,& dependentia & connexa resoluūtur.l.cum principalis.ff.de reg.iur.l.dotē dedit.ff.de iure dot.l.manumissiones.ff.de iust.& iu.l quo minus.ff.de flumin.Et causa perempta, perimit suū causatum, secundum glo.in c.ita quorundam.in verbo, ferrum. de Iudæis.Tertio adduco.l.plerunque.§.si ante.ff.de iu.dot.l.18.ti. 11.par.v.ibi. *Esto es,porque tal donacion como esta es fecha so condicion,que es tal si el casamiento se cumple.*

ET facta conuentione de matrimonio contrahendo inter duos impotētes:cum fuerint legitimæ ætatis, an interpellatus,qui nondum est ætatis legitimæ,constituatur in mora explicant Angel. in consil. cclj. Domina Mastina. per totum .

12 IN hac etiam quæstione est memorabilis.l. xxi. in versic. *Esto es.*titu.9.par.6.quę singulariter vult,qđ si quis leget mulieri aliquid,vt nubat cū aliquo,legatum statim est ei tradē dum præstita cautione.Quod procurauit exequi,quod testator mandauit, nec antea transfertur mulieri dominium q̄ exequatur, quod testator iussit.Ex qua lege inferri potest,q̄ si pater meliorat filium in aliquibus rebus vt aliquam mulierem vxorem,ducat est filio tradenda possessio bonorum donec ducat,non tamen in illum transfertur dominium absolute dum nuptiæ sequutæ non sunt,vel filius fecerit quicquid potuerit vt statim cauetur in illa l.singulari , & in lege sequenti,in prin.pro qua sententia faciunt:iura, quæ dicunt dñium non transferri ex ɔ̄ctu , vel alio actu conditionali , nisi conditione existente.l.ei qui ita hæreditatem. ff.de condi.institu.l.qui hæred.vult.ff.de conditio. & demo. cum concor.realis per Tiraq.in l.si vnquam.verbo reuertatur. num. ccxxv.C.dæ reuocan.donat.& li.i.de retract.§.i.gl. x. nu. 46. pag.436.

SVMMARIVM.

1 *Determinatio quæstionis, & quod cessio sola habetur pro traditione in iuribus incorporalib. & maioratus iurisdictio transfertur absque apprehensione.*
2 *Promissio de cedendo aliqua iura incorporalia, non operatur irreuocabilitatem donationis.*
3 *Traditio instrumenti,tunc operatur traditionem possessionis,& irreuocabilitatem maioratus,vbi est de rebus corporalibus.*
4 *Rerum appellatione,quæ veniant?*
5 *Maioratus nominum debitorum, quamuis tradita possessione scripturæ reuocari nequeat, non tamen actio competit , sine patris cessione.*
6 *Notabilis quæstio, an maioratu facto de bonis immobilibus, compræhē dantur annui reditus .*
7 *Annui reditus,inter immobilia computantur.*
8 *Possessorium intentari potest pro annuis reditib.*
9 *Annui reditus , constitui debent super bonis immobilibus , vt liciti sint.*
10 *Incerta,& dubia,in dubio,perpetua sunt iudicanda.*
11 *Emphiteusis,cuius origo non apparet,presumitur perpetua.*
12 *Referuntur authores,qui tenent, quod hi census , sunt bona mobilia, & quod leges retractus,in eis locum non habeant.*
13 *Opinio authoris , quod isti census non sunt bona mobilia , nec immobilia.*
14 *Decisio quęstionis,de qua in nu.6*
15 *Infertur intellectus ad l.6.Taurinam.*
16 *Remissiue traditur,an molendina,& alia cōsimilia sint bona immobilia & iterum deducitur intellectus ad forum Sepuledæ,& ad.d.l.6.*
Si pater faciat maioratum de aliquibus annuis reditibus incorporalib. & cedit actiones in filium,maioratus efficitur irreuocabilis .

QVAESTIO XL.

QVadragesimo quæro, quid si pater in fauorem filii,fecit maioratum de aliquibus annuis reditibus,vel de aliis iuribus incorporalib. vel de nominib.debitorum, cedendo iura, q̄ hēt in filium:an ex hoc censeatur maioratus irreuocabilis,quis
1 alia traditio non interueniat? Quam quæstionem absoluēdo dico,q̄ in his casibus,& iurib.incoporalib.cessio sola hr̄ p̄ tradōne,& in ꝙsequētiā,maioratus efficit irreuocabilis, ꝙa cessio in iuribus incorporalibus habet eundem effectū, quem traditio in iuribus corporalibus,secundum glo. in l. vltima.in verbo , scio.C.quando fiscus,vel priua.quam sequuntur Bar.Bal. & alii ibi. & est notabilis secundum Ias. in l.prima.§.si vir vxori.numero 5.ff.de acquirenda possess. & in l.si sic.§.vltimo.ff.de lega.primo.Bald.Nouel. quem lector videat in tracta.de dote. priuil.14.numero 2.in fi.& illam etiam sequitur Bar.in l.is cui.§.vltimo.numero 2.ff. vt in possessio legato.seu fideicommisso.Dec.in consilio 446. viso eleganti.numero 5. & alios concordantes citat Tiraq. qui tamen Ias.Deci.nec Bar.refert in tracta.de vtroque retracta.§ primo.gl.7.numero 17.& ideo dicit Licentiat.Tello in l.17.Taurina.numero 50.q̄ melioratio tertii efficitur irreuocabilis,quando in donatione rerum incorporalium cessio interuenit.Pro cuius opinione vltra ea, quæ ipse scribit, faciunt per me supra relata. & hoc tenendum est, tam in constitutione maioratus, quam in melioratione tertii, & quinti.Et quod donatarius, in cuius fauorem fuit facta donatio,& cessio nominis debitoris,alteri præferatur:quia ex cessione censetur nomen traditum , tenet in terminis Decius,quem prædicti non citant in consilio 251.numero 4.per doctrinam Bar.in l.ad eum.ff.de donat. & in l.Scia.in fi.ff.de dona. causa mor. Et ista nostra sententia recte probatur per text.in l.promittendo.§. acceptilatione.& l.licet. primo respon.ff.de iure do.& l.13.titu.11.in ver. *en otra manera.*par.5.& ad hoc est expressa doctrina Bal. in l. executorē. numero 36.C.de executione rei iud.vbi dicit , quod donatio facta per patrem filio in potestate,confirmatur traditione corporali in re tradibili, sed si nomina debitorum filio in peculium assignet, ipsa assignatio & experiundi licētia, pro traditione habetur, & idem est in simplici donatione.
5 Et ex istis infertur, quod si pater faciat maioratum in filiū de aliqua villa cum iurisdictione, & idem cedat ius iurisdictionis , hoc sufficit pro traditione: quia iurisdictio est ius incorporale,secundum Specu.titu. de causa possessionis& proprietatis.§.sequitur.facit l.vi.ti.10.par.5.vbi Grego.Lop. in glo.3.Et ex scriptis per Deci.in dicto consilio 251.cōstat quod sola donatio nominis debitoris absque cessione, nō faciat donationem irreuocabilem,etiam si donans constituat se possidere nomine donatarii:quia iura incorporalia non possidentur.l.seruos. §. incorporales. ff.de acquirendo rerum dominio.diuersum autem erit, vbicunque pater p̄misit filio, cessurū se ei in titulum maioratus,aut meliorationis aliqua iura incorporalia , de quibus supra mentio fuit facta: quia tunc cum talis promissio de cedendo non habeat effectum cessionis , non inducit irreuocabilitatem maioratus,quod autem promissio de cedendo non habeat effectum cessionis , tenet in specie Roman.in consilio 86. viso quæstionis themate.numero 11.facit simile, quod dicimus diuersam esse venditionem a promissione de vendendo:quia ex promissione de vendendo non transfertur dominium,sed actio personalis contra promissionem,l.si sterilis.§.si tibi fundum.ff.de actio.emp.l.qui fundum.ff.de cōtrahen.emptio.cum aliis.vt late per Socin.& Iaso.in l.si antenuptias.ff.soluto matrimon.& Tiraquel.lib.2.de retract. in fi.num. 4.& 41. & 64. qui refert concordantes dicto Romani in dicto consi.cui adde Deci. in consilio 502. ex duobus consiliis.numero 11. & Emanuel Acosta. in l. obligationum fere.§.conditio.ff.de actio. & obliga. numero 2.late Parisien.v.par.consuet.Paris.§.55.glo.j.numero 79.& traditur per eundem Tiraquel.lib.j.de retract.§.j. glos.10. nu. 88.& 89.vbi disputat,an promittens ratificare, videatur ratificare,quis autem præferatur ex duobus, quibus est facta cessio diuersis temporibus,vide per Bal.in l.3.versus finem. C.de nouatio.& Docto.in l.non quocunque.ff.de lega.primo.Ias.in l.quoties.numero 38. C. de rei vendicatio.& est omnino notandum in ista materia,quod quamuis per traditionem instrumenti, maioratus & melioratio reuocari non possint iuxta dispositionem legum.17. & 44. Taurin. id procedit , quando traditio instrumenti fit de rebus corporalibus,quę instrumento continentur , secus si contineret nomina debitorum: quia tunc actionum non censetur facta esse traditio,nec possessio debiti,secundum Ioann. de Imo.in l.vltima.ff.de donation. quem sequitur Vincentius Herculanus in l.3.in princip.colūm.7.numero 18.ff. de acquirenda possessio. & ideo absque cessione non censetur translata possessi.ex quo infert Rebuf.in tomo. 3.ad constitutio.regias.ti.de materia possessio.in præfatio. numero 84. quod si quis deferat instrumentū castri empti a Titio, quo valet cogere censuales ad recognoscendum, non tenentur recognoscere , nisi ostendat cessionem factam per dominum.hoc tamen dictum non est sine difficultate in proposito nostræ materiæ,quia in d.l.17.& d.l.44. ad irreuocabili

tatem

Source : BIU Cujas

tatem meliorationis tertij & quinti, vel maioratus dicunt, ſufficere traditionem ſcripturæ eſſe factam rei, vel rerum, de quibus fuit facta melioratio, aut maioratus, vt latius dictæ leges clarè docent. Igitur qualiſcunq; qualitatis fuerint res, quæ continentur in ſcriptura maioratus, inducunt irreuocabilitatem maioratus, vel meliorationis: quia rerum ap-
4 pellatione veniunt iura, & actiones, & alia conſimilia. l. rei appellatio. l. rei appellatione cauſę, & iura continentur. ff. de verb. ſign. l. 1. in fi. ff. ſi cer. pet. vbi latius DD. de hoc tractant, præcipue Iaſ. nu. 43. idem Iaſ. in §. omnium, nu. 25. de actio. & in l. licet inter priuatos. nu. 13. C. de pact. vbi dicit, q̃ appellatione rei, venit hæreditas ex tex. in l. nam quod. §. vlti. cum l. ſequenti. ff. ad Trebell. & hoc recte declarat Moder. Pariſi. in par. 1. conſuetud. Pariſi. §. j. gl. 5. num. 14. & appellatione rerum, veniũt ſerui, vt ſi teſtator leget Titio talẽ fundum cum omnibus rebus, quæ ibi ſunt, veniunt ſerui. l. omnia. §. vlti. ff. de legat. 2. notat Iaſ. in l. ſerui electione, §. Labeo. nu. 8. ff. de lega. 1. & de hoc vltimo latius agit Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo donatione largitus. nu. 323. cum ſequentib. C. de reuo cand. donatio. & q̃ ſi quis donet res ſuas intelligantur iura, & actiones, explicant Gul. de Cug. Bart. & alij in l. j. ff. de ſta. hom. vbi diſtingũt, an q̃s dicat dono res, vel dono res meas: nam priori caſu, veniũt iura & actiones, in ſecundo autem caſu nomina. & de hoc puncto tractat etiam Purpurat. in d. l. j. ff. ſi cer. pet. nu. 32. Tiraq. in legibus connubialib. in glo. 2. de ſon marit. nu. 87. & in d. l. ſi vnquam. in verbo, bona. nu. 11. vbi latius de hoc agit. & Moder. Par. in dictis conſuetud. par. 1. glo. 4. §. 2. nu. 26. vbi diſtinguit, q̃ appellatione rei, qñ profertur ab homine, ſiue in diſpoſitione hominis, venit tota, & non pars. l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui. oper. ſecus quando profertur a lege: quia tunc poteſt venire etiam ſola pars. l. ait prætor. 2. in princ. & ibi Salic. Alex. & Iaſ. ff. de iureiu. ad quam diſtinctionem alios cõcordantes refert Moder. Pariſi. Nec doctri. Imo. in d. loco caret contradictore: qa
5 contrarium tenet Alex. in d. l. 3. in prin. fatendum tamen eſt, q̃ ſi pater faciat in fauorem filij maioratum, aut meliorationem, & illi tradat ſcripturam maioratus, vel meliorationis, quod ex hoc quamuis maioratus non poſſit reuocari: tamen ſi talis ſcriptura cõtinet donationem nominum debitorum, & actionum, abſque ceſſione non competit filio meliorato ius aduerſus debitores, quod ex prædictis clare apparet. Et plura de ceſſione actionum tradit Peralt. in l. qui duos, nu. 7. ff. de leg. 2. & an talis ceſſio habeat effectum, vbicunque eſt facta in abſentia, conſtat ex ſententia Ioan. And. in addi. ad Spec. tit. de ceſſio. actio. §. conſequenter. in addit. ſuper parte recipienti. & glo. in l. in cauſæ. §. vlt. ff. de procura. & alijs, quæ refert Greg. Lopez in l. 64. tit. 18. par. 3. glo. 1. Sed circa ſupra dicta offert ſeſe explicatio cuiuſdam dubij, cuius declaratio, & reſolutio, nõ ſolum eſt neceſſaria ad noſtram
6 materiam, ſed ad alia plura. Pone caſum, quod pater facit maioratum in filium de omnibus bonis immobilib. dicendo, *hago maioradgo a mi hiſo de todos mis bienes rayzes*, an ſub hac generalitate comprehendãtur reditus redimibiles, quos nos lingua materna vocamus (*cenſos al quitar.*) cui quidem dubio, prima facie reſpondit text. in clem. 1. exiui de paradyſo. §. cumque annui reditus. de verbor. ſignifica. ibi, cumque annui reditus inter immobilia computentur a iure. & probatur eadem concluſio in Auth. vt hi, qui obligatas. §. ſi vero plus ſit quam ſufficiat, col. 6. vbi glo. in verbo, reditus. & idem probatur in l. ſi. quis inquilinos. ff. de lega. 1. & in l. iubemus nulli. in glo. in ver. annonæ. & ibi Bart. Paul. & alij. C. de ſacroſan. eccleſ. & hoc ſequuntur plures alij DD. quos refert Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 6. nu. 4. vbi multa hac in re congerit. & regulam dictæ clementinæ, aliquibus modis coarctat & intelligit, poſt quem vide Roderi. Suarez. in l. 2. for. titu. *de los emplazamientos*. lib. 2. in prin. nu. 28. Petrum Rebuff. in tomo 3. ad conſtitutio. regi. tit. de cauſ. beneficia. poſſeſſo. nu. Chaſſane. in conſuetudinib. Burgun. rubr. 5. §. 1. colum. j. verſi. quantum ad quæſtionem. Sed hæc iura, tanquam ex eiſdem apparei, quia tempore, quo condita fuerunt, nondũ erãt cogniti hi annui cenſus redimibiles, (ſed & ante extrauagantes. Martini quinti, & Calixti tertij, maximum dubiũ, & anceps erat, an liciti forent) nihil vrgent ad propoſitum noſtræ quæſtionis, & ſine dubio dicta iura loquuntur in annuis reditibus perpetuis. Vlterius pro hac ſententia, quod hi annui reditus redimibiles aſſimilentur potius immobilibus bonis, quam mobilibus facit, quia licet poſſeſſorium intentari non poſſit ratione vectigalis ſuper re conſtituti, æq; ac ratione ipſius rei, tanquam vectigal ipſum ſit eiuſdem naturæ, ac res ſuper qua debetur., quæ fuit ſententia Alberi. in l. 2. num. 8. C. de pact. Bal. in l. 2. in verſi. ſciendum eſt. C. de ſeruit. & aqua. & aliorum, vt per Rip. in l. rem quę nobis, num. 16. ff. de acquir. poſſeſſio. Deci. in conſi. 136. Tiraque. lib. 1. de retract. §. 32. gloſſ. vnic. numer. 79. vbi plura notabilia ad hoc propoſitum reperies. Igitur, cum hi annui reditus redimibiles conſtituantur, ſuper rebus immobilibus, ſunt cenſendi eiuſdem naturæ, cuius ſunt bona ſuper quibus conſtituentur: imo hi cenſus tunc liciti ſunt, quando conſtituuntur ſu-
9 per bonis immobilibus, non alias. ſecundum Ioann. de Legnia. in c. in ciuitate, de vſur. & alios plures, quos refert Epiſcop. Couarru. reſolutio. lib. 3. c. 7. cui adde Barth. Soc. in conſil. 261. numer. 4. lib. 2. & hoc fortificatur, quia hi, qui ęmunt hos cenſus redimibiles, ęmunt vtile dominium, quod venditor habebat in bonis, ſuper quibus cẽſus fuit conſtitutus, & ideo quemadmodum dominium directum, quod extat apud venditorem eſt immobile, (vt aperte patet,) ita dominium vtile, quod tranſlatum fuit ad emptorem pro bonis immobilibus eſt iudicandum: quia vna & eadem res, nõ debet diuerſo iure cenſeri. cap. cum in tua. de deci. cum concordant. Et ille, qui habet dominium vtile, non minus dominus eſt, quam ille, qui directum habet. l. j. §. 1. ff. de age. vectigal. vel emphiteut. l. 1. titu. 28. par. 3. in verſ. *la teeramane ra*. notatur per Bal. in l. 3. col. penult. C. ſi a non competent. iudi. de quo vide quæ late ſcribo in 3. parte huius operis. qõ. 9. num. 9. & ad hoc etiam facit doctrina Alber. Bart. & Ale. & aliorum in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogantur. dum dicũt, annuos iſtos reditus eſſe bona immobilia, cum debentur ſuper re immobili, quę illis præſtandis eſt obligata. & idem tenent alij DD. relati per Tiraquel. in d. gloſſ. 6. nume. 10. cui adde Rebuff. qui idem tenet in tom. 2. ad conſtitution. regi. titu. de conſtitutio. redituum. Cum igitur hi annui reditus redimibiles conſtituantur (vt ſupra dixi) ſuper re immobili hypothecata, ad principale debitum, & ad cenſus decurſos: ſequitur, q̃ ſunt bona immobilia, & pro talibus ſunt iudicandi, & habendi. Item iſta opinio comprobatur, quia cum incertum ſit, quando hi cenſus redimantur, & ſoluatur quantitas principalis, pro qua quotannis hj cenſus ſoluuntur, in dubio hj cenſus perpetui ſunt iudicandi, Qui in du-
10 bio, dubia & incerta potius ſunt iudicanda perpetua, quam temporalia. l. ſufficit. vbi DD. præcipue Iaſ. ff. de conditio. indebit. facit text. in c. ſi gratioſe, de reſcrip. in 6. glo. in capi. vlt. in verbo, perpetuus. in fi. eod. tit. vbi Ioann. Andr. & Dominic. notant Iaſ. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acquiren. poſſeſſio. Deci. in conſi. 472. & alij plures, quos refert Tiraquel. lib. 2. de retract. in glo. 1. & vnica. num. 39. cui addo Bart. in l. iuris peritos. ff. de excuſatio. tutor. Deci. in conſil. 204. in fi. Alciat. in tracta. de præſumptio. regula. 2. præſumpt. 36. qua tandem ratione ductus Moder. Pariſi. in conſuetudin. Pariſi. parte. 2. tit. 2. de cenſib. num 21. tenet expreſſe, quod hj cenſus redimibiles, ſunt potius bona immobilia, quam bona mobilia. refert text. in d. l. ſufficit. & quod notat Bartho. Socin. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori. colum. 1. & ſecunda, ff. de nou. oper. vbi etiam Iaſ. & ibi Modern. Pariſien. late tractat, qualiter, & quomodo hi cenſus ſunt bona immobilia, vel mobilia. ex quibus dictis, & ex d. l. ſufficit. obiter confirmari poſſunt, quę ſcribit Epiſcop. Couarru. reſolutio. lib. 3. capitu. 10. nume. 4. vbi late tractat, qualiter emphytheuſis, vel cenſus, cuius origo non apparet, nec inueniri põt præſumatur tem
11 poralis, vel perpetuus. Porro pro hac ſententia facit doctrina Zenzelini in extrauaganti. 22. incipien. ad conditarum, column. prima, in verſicu. mobilium, vbi dicit, quod annui reditus computantur inter immobilia: cum ſunt perpetui, aut ad longum tempus. idem tenet Bald. in l. hac edictali. §. his illud, C. de ſecund. nupt. Iaſ. in d. l. ſciendum. nume. 23. & alij plures, quos refert Tiraquel. vbi ſupra. numer. 7. cui adde Purpurat. in l. ex conuentione, num. 73. C. de pact. vbi addit, quod quando eſt eadem ratio loquens in bonis immobilibus, quę eſt in annuis reditibus, pro immobilibus ſunt iudicandi, alias ſecus. & eiuſdem Tiraquel. in d. gl. quamuis non referat Purpuratum. & Bald. ſententiam ſequuntur plures, quos refert Modern. Pariſien. vbi ſupra, numer. 22. Contra-
12 riam autem, quod hi cenſus, quibus hodie vtimur ſint proprie bona mobilia, contra omnia prędicta, tenere videtur idem Modern. Pariſien. in d. loco, nume. 29. vbi ex hoc dicit, quod conſuetudo, quę dat ius retractus in Gallia cognatis conſtituentis cenſum, non habet locum in huiuſmodi reditibus: quia ſunt bona mobilia. & eiuſdem etiam ſententię fuit Cifuentes, in l. 70. Tauri. quęſt. 25. dicens, quod leges retractus, non habent locũ in annuo reditu redimibili, quamuis locum habeant in annuo reditu perpetuo. refert Matth. ab Afflict. in tracta. protomiseos. §. tota hęc lex. & Bald. in prælud. feud. colum. 6. & quod reditus conſtitutus ad rationem beſſis, vel ſemiſſis vſurę tantum, vel circa. puta ad rationem vnius pro duodecim, vel quindecim, aut ſexdecim nõ
13 ſint bona immobilia, nec habeant cãm perpetuã. tenet idẽ Mod Par. in d. 1. par. cõſue. §. 41. nu. 96. Quid dicendũ in hac quæſtione? Ego quidem in ea fui ſententia, & ad huc ſum, q̃ hi cenſus, proprie loquendo, nec ſunt bona mobilia, nec

immo-

Source : BIU Cujas

immobilia,ſed conſtituunt quandam diuerſam ſpeciem,ſicut nomina debitorum,quæ faciunt tertiam ſpeciem:quia non ſunt bona mobilia,l.quam Tuberonis §.vlti.ff.de peculio.ad quam concluſionem plures retuli DD.& cõcordãtes in q.59. infra hac prima parte. Et pro hac concluſione in duco de iure egregium caſum in l.i.titul.17. part.2.ibi, *E las muebles ſe entienden por aquellas que viuen,e ſe mueuen por ſi natural mente.E otro ſi por las otras que maguer no ſon viuas,e ſe no puedẽ por ſi mouer,pero mueuen las.E las rayzes ſon las heredades,y las labores que ſe no pueden mouer en ninguna manera.* Ex quo apparet,ꝙ cum annui reditus non mouẽtur,nec ſint radices,ad hoc ſunt immobilia,conſtituunt præciſe quãdam ſpeciem de per ſe, quæ eos facit non eſſe bona mobilia, neque immobilia.ad idem facit l.4.tit.29.par.3.& vere(vt prædixi) hæc bona ſunt veluti quoddam nomen debitoris,quod quotannis competit creditori contra perſonam,& bona debitoris ad recuperandum cenſus decurſos, & pecuniam quæ fuit in cenſum data,& cum finis in omnibus rebus ſit potius inſpiciendus, ad quem quodlibet negocium tendit, quam quod preſens eſt.l.ſi idem.§.vltim.ff.de iuriſdict. omnium iudic.l.ſi domũ. ff.loca.l.qui bona.§.inter.ff.de dam.infec. & finis ipſe declarat,qualis res ſit cenſenda . l. ſed & ſi quid.§.i.ff.de vſufruct. c.fraternitatis,§.vlt.de frigid.& malefici. quod latius confirmat Tiraq.in tract.de vtroque retract.§.i.glo.ſ.7. nu.47.facit in l.ſi Titius.in prin.ibi. ex euentu ſolutionis, ff.de leg.2.cũ igitur finis ſit inſpiciẽdus,& data per debitorem pecunia cẽſus,redimitur& remanet liber,debent cenſus iudicari ſicut alia quælibet debita , quę non ſunt bona mobilia, nec immobilia.Et ſi proprietas vocabuli in omnibus rebus ſeruanda eſt.l.officium,ff.de re milita.l.vlti. ff.de ædil.edict.explicat late Alciat.lib.j.de verborum ſignificatio.in prin.ſequitur, ꝙ ex proprio ſignificatu,hi cenſus non ſunt bona mobilia, neque immobilia, quod patet ad ſententiam,cum nec moueatur,nec ſe mouẽant, nec ſint ſtabiles, ad quod etiam facit.l.xv.titu.ix.par.6.vbi Greg.Lop.in gl. in verbo,*contra*.vult maioratum poſſe cõſtitui ex annuis redditibus vel iuros,qđ quotidie fit Item ſi communis vſus loquendi tantæ eſt virtutis,ꝙ prefertur propriæ ſignificationi.l.liberorum.§.quod tamen Caſſius.ff.de legat.3.certum eſt, ꝙ in Hiſpania diuerſo nomine nuncupãtur cẽſus redimibiles,& alia bona mobilia,& immobilia quod communis vſus loquendi ,apertiſſime docet.nec obſtant in contrarium adducta, quia impro prie,bene venire poſſunt cenſus appellatione bonorum,ſiue appellatione bonorum immobilium:proprie autem ne quaquam mihi pſuaderi poteſt.eandem in hoc puncto ſup eſt, ꝙ caueamus a Ioan.Lop.in d.l.70. Tau.in verſi.non obſtat.vbi generaliter dicit , ꝙ cenſus non ſunt bona mobilia, neque immobilia,ſed quod conſtituunt quandam ſpeciem de per ſe.& clare Ioan.Lope.loquitur in annuis reditibus p petuis.Cuius opinio eſt contra text.in d.clement.exiui de paradyſo,cui nulla eſt congrua reſponſio, & illius ſententiam amplector in annuis reditibus redimibilib. hęc omnia ſup-
14 ponere oportuit,vt rectius,& radicitus ſciamus,quid in noſtra quæſtione reſpondendum ſit,cuius occaſione omnia ſuperiora ſcripſimus dum propoſitum fuit , an ſi quis faciat maioratum de omnibus bonis ſuis immobilibus, comprehendantur annui reditus redimibiles?In cuius quæſtionis ſolutione,ſi communior opinio ſequenda eſt (pro vt ſ.retuli) vĩ,ꝙ comprehendantur in maioratu hi annui reditus,tanq̃ potius aſſimilentur bonis immobilib. q̃ bonis mobilibus. Sed ſuſpicor,ꝙ doctores noſtri, qui dicunt hos annuos redi tus eſſe bona immobilia , non loquuntur in his cenſibus *al quitar*,ſed in aliis annuis redditibus. Vnde,quia Mode.Pariſi.& Cifuent. loqui videntur magis proprie in his caſibus: non multum erraret,qui teneret, ꝙ hi cenſus non venirent in dicto maioratu.Et iſta corroborantur, quia licet aliquando ex his annuis reditibus redimibilibus fiant maioratus, non tamen poſſunt eſſe tam perpetui & ſtabiles,ſicut quando facti ſunt de bonis immobilibus: cum poſſint ad voluntatem debitorum quotidie redimi,quę eſt facilis via ad hoc
15 vt amitti , & extingui poſſint. Et ex his obiter inferri poteſt intellectus ad legem ſextam Taurinam. an virtute fori , cuius in dicta lege fit mẽtio, annui reditus tanquam bona mobilia pertineant ad parentes , vel tanquam bona immobilia pertineant ad conſanguineos : In qua illatione, quę quotidie contingit deciſiue procedendo concludo , quod ſi iſti cenſus ſint maiorum,ita quod ſint de ſtipite,vel trũco filii pertinebunt ad conſanguineos parentib.excluſis:ſi autẽ non ſint maiorum applicabuntur parentibus , nec enim.d. l.6.in quantũ dicit,*el tronco,al trõcoſi, o la rayz,a la rayz*.nõ loquitur de trunco, vel radice arborum,ſed de trunco vel radice maiorum,quod patet ex doctri.Paul.in l.vlum.C.de verbo. ſign.vbi Ange.& Curti.Iuni.in conſi.177.num.3.libr.2.& l. 1.n.6.par.4.quam.l.Gre.Lop.ibi in l.9.*e aquel.* dicit notabi.ꝙ intellectu.d.l.6.ad idẽ facit.l.2.& 3.eo.ti. & doctr. Bal.in c.i. ad fi.vbi Mart Lau col.2. de eo qui ſi,aut hær. ſuis. eiuſdem Bal.in c.i.col.ij.de luc.fratr.vel grat.& Deci.in conſi.445.nu. 19.Præp in c.& quia.num.16.70.& 71.qui feu.da poſſ.Alex. in conſi.125.nume.7.lib.v.ex quibus remiſſionibus, quas lector in dictis locis videre poterit, iſta opinio tenẽda videtur ſecluſa cuiuſque loci conſuetudine,quæ erit ſeruanda. Sed an molẽdina,ſeruitutes,naues,& alia plura huiuſmodi ſint bona mobilia,vel immobilia?vide quę late ſcribit Tiraq.li. 1.de retract.§.i.glo.7.num.88.cum pluribus ſequentibus.cui adde Rebuf.in tom.ij.ad conſtitutiones regias.ti.de reſciſio. contractus,art.vnico,glo.xv num.36. & vide etiam eũdem Tiraq.eod.lib.i.§.i.glo.v.nume.i.cum aliis.Et an pecunia redacta ex venditione prædiorum ſit immobilis,vide Tiraq.ĩ d.gl.7.nume.112.& latius §.32.glo.i.& vnica.num. x.cum ſequentib.vbi tractat,ſi quis vendidit fundum patrimonialẽ, & ex pecunia ipſius alium emit fundum,an cenſeatur patrimonialis,& retrahi poſſit per conſanguineos, ſi uendatur? Quę omnia etiam conferunt ad intellectum text. in d. l.vi. Taurina.& fori de Sepulueda, & aliorum locorum . Et an
16 bonorũ appellatione veniat fundus, vel emphiteuſis? Vide quę late ſcribit idem Tiraquel. in l. ſi vnquam.in verbo,bona.num.14.vbi aliqua reperies pro intellectu eorum , q̃ hic tractantur. Ex iam dictis etiam deducitur intellectus ad leges.14.& 31.titu.11.par.v. in quibus fit mentio de bonis radicibus.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæſtionis.*
2 *Poſſeſſio quę ex generali Francię conſuetudinẽ in hæred transfertur,hẽt locum in herede infante.*
Pater ſi faciat maioratum in filium infantem , & tradat illi poſſeſſionem,an reuocare poſſit?

QVAESTIO XLI.

QVadrageſimo primo quæro, ſi pater facit maioratum in filium infantẽ, & tradidit ei poſſeſſionem, vel ſcripturam, aut conſtituit ſe nomine illius poſſidere, vel maioratus fuit factꝰ cum aliquo tertio:an poſſit illum reuocare? In qua q̃ſtione relinquo poſteriorem caſum videlicet, vbicunque maioratus fuit factus non ſolum in fauorem infantis,ſed etiam in fauorem alterius propter aliquam cauſam oneroſam,& tunc diſpoſitione legis.44.Taurinæ,maioratꝰ eſt irreuocabilis:quia in hoc non ſolum inſpicitur perſona infantis,ſed illius etiam,in cuius fauorem maioratus fuit fa
1 ctus,qui totum vinculum actui dat. in aliis autẽ caſibus reſolutiue dico,ꝙ niſi aliquis,puta ſeruus, tutor, vel curator, aut tabellio , nomine infantis poſſeſſionem apprehẽderit realiter,vel ſcripturam acceperit,vel conſtitutum acceptauerit,maioratus eſt reuocabilis,non obſtante.d.l.44.Taurina:quia infans ſolus,non poteſt incipere poſſidere, quia intellectu caret.& affectionem tenendi non habet.l.i.§.adipiſcimur.ibi,quia affectionem tenendi non habent,ff.de acq. poſſ.l.quamuis.§.infans.ff.eod.ti.facit.l. pupillus.ff.de acquiĥæred.& quod per illam dixit Ioã.Paglio. quem refert Bar. Soc.in conſi.116.colum.4.ver.ad quartum.lib.j.& poſſeſſio ſine animo acquiri,nec amitti poteſt.l.3.& l quemadmodũ, ff.de acq.poſſ.l.licet. C.eod. tit.& faciunt,quæ ſcribit Balb. in tract.præſcriptio. i.par.3.partis,q.9.nume.3. quibus adde bo
2 num tex.l.ſi quis in emancipatum.C.de donatio.& ideo Tiraquel.in trac.le mort.parte.2.declaratio.16.affirmat,ꝙ poſſeſſio,quæ ex generali Franciæ conſuetudine transfertur ipſo iure in hæredem abſque apprehenſione,non habet locũ quando hæres eſt infans,vel furioſus,quamuis dicat, ꝙ vſus antiquiſſimus,& practica obtinuit contrarium, quod veriꝰ puto.& in caſu legis.45. Taurinæ tenendum (prout dico in tertia parte huius operis in materia poſſeſſoria. q.2. poſt prĩcipium.)Sed pro hac ſententia faciunt quæ ſcribit idem Tiraquel.in tract.de conſtit.par.3.limita.30.nu.53. & doctrina Ale.in l.reſtituta.§.pupillus . nu.vi.fol.138.ff. ad l.Falcid.vbi dicit,ꝙ infans ſolus,nõ põt acquirere, niſi poſſeſſionem iocalium,in quibus præſumitur affectionem habere . notant Doctores per illum tex. in l.donatarium . C. de acquirend. poſſ.præcipue Bar.& Salic.Iaſ.in d.l.17.in cuius legis intellectu Doctores ibi,& ĩ aliis pluribus locis valde laborant?ſed videri meo) nullus recte ſatis facit verbis illius legis in prin.q̃ generalia ſunt, & clare docent quod ſi tradatur infanti poſſeſſio aliquarum rerum,licet ei ſoli tradatur poſſeſſio,ei q̃ritur.Et Doctores diuinant in intellectu illius tex.dicendo,ꝙ loquitur in iocalibus,& alias ſimiles diuinationes tradunt, pupillus vero ipſe ſolus de per ſe, poteſt incipere poſſidere.

d.l.

d.l.i. §. Offilius. l.quamuis.§.infans,ff. de acquir.poſſ.vnde ſi maioratus fuit factus in fauorem pupilli,& apprehenderit corporalem poſſeſſionem,aut per conſtitutum vel traditionem ſcripturæ,vel alio ſimili modo,maioratus eſt irreuocabilis. Quod confirmatur ex ſcriptis per Rebuf. in tomo.3. ad conſtitutio.regi.titu.de materia poſſeſſ. præfatio. numer. 32.pag.228.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis.*
2 *Stante cõſuetudine,quod bona ſuperlucrata cõmunicentur ſi aliqua proprietate conſolidentur,an communicentur?*
Quis dicatur titulus oneroſus,ad hoc vt maioratus efficiatur irreuocabilis.

QVAESTIO XLII.

QVadrageſimo ſecundo quæro ꝑ intellectu huius materiæ, quis dicatur titulus oneroſus ad hoc, vt maioratꝰ ſit irreuocabilis, quando eſt factus cum tertio, titulo oneroſo? In quo remiſſionibus ero contentus,quia hoc in aliis locis reperitur,præcipue in l.vnica. §. lucratiuas. C.de impon.lucra. deſcript. lib. x. & in l. fin. §. ſi a ſocero . ff. quæ in fraudem credi. & in l. ex promiſſione . ff. de actionibus & obli. & in l.apud Celſum.§.auctoris autem dolus. verſi. cęterum, ff.de exceptio.dol.& glo.in l.Mæuia.§.i.in verbo nocere. vbi Bar.& DD.ff.ſolut.matrimo .& in l.donatarius.§.i.ff.de conditio.cauſa da.notat Ioan.Faber in procœmi. Inſtitut.§.Iuſtinianus.Bal.in l.i.C.ſi rect.proui. And.ab Exea in c.i.num.xi. de conſtitutio.Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem.nu.30.de act. Tiraquel.in l.ſi vnquam.in verbo donatione largitus.num. 187.C.de reuoca.donatio.Deci.in l.in eo,quod.ff.de regu.iu. Peral.in l.Mæuius.§.duobus.num.x.& nu.29.ff.de lega.2.vbi inter alia dicit,ꝙ illud, quod obuenit per conſolidationem dicitur obuenire titulo lucratiuo: vt puta,quando vſusfructus proprietatis conſolidatur. & refert doctrinam Ioan.Fabri.in §.ſi cui fundus,Inſti.de leg.dicentis, quod ſtante conſuetudine,ꝙ acquiſita per viros communicentur vxoribus, & cõtra, vir antea quã vxorẽ duceret, erat dñs directus quorundam rerum feudalium,& conſtãte matrimonio, aliquæ ex his rebus conſolidantur:quia cenſentur haberi alio titulo,& ſic lucratiuo diſtincto ab ipſa rei proprietate, & id circo velut aliæ res ipſius viri cenſendæ ſunt de per ſe.Cuius q̃ ſtionis reſolutionẽ vide per Pera.poſt alios,quos ipſe refert, quia non eſt materia noſtra, & quæ ſcribo in x.q.ſup.eo.nu. 49.vbi hoc reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio donationis,in dubio non præſumitur.*
2 *In reuocatione maioratus, quę expreſſe fit,requiritur eadem ſolennitas quæ in illius confectionem adfuit.*
3 *Error notarii in teſtamento,qualiter probetur.*
4 *Maioratus non requirit in illius reuocatione ſolennitatem quæ ex abundantia adfuit.*
5 *Inimicitiæ inter patrem & filium,probantur per duos teſtes.*
6 *Maioratus reuocatur tacite,quando pater de eiſdem bonis facit maioratum in filium alium.*
7 *Maioratus in caſu præcedenti reuocatus cenſetur , etiam ſi ſecundo factus ſit in filium inhabilem,& incapacem.& idem eſt in melioratione tertii.*
8 *Melioratio facta in re certa filio in poteſtate,qualiter reuocetur ſi rem illam teſtator poſtea vxori donauit?*
9 *Arguitur contra Greg.Lopez,& contra notata in nu.6.*
10 *Diffinitio quæſtionis,de qua in nu.6.*
11 *Maioratus reuocatur tacite per alienationẽ rei,de qua fuit factus maioratus.*
12 *Pater ſi fecerat maioratum in filiam de pluribus rebus, & quando illam nuptui tradidit fecit de parte ipſarum rerum, an trãsfundatur.*
13 *Maioratum ſi pater faciat in duobus teſtamentis,quid agendum.*
14 *Maioratus reuocatur tacite per inimicitias ſuperuenientes inter patrem & filium.*
15 *Ratio quare donatio inter viuos non poſſit reuocari propter ingratitudinem hæredis,niſi teſtator reuocauerit, legatum vero ſic.*
16 *Hæredes poſſunt reuocare maioratum vel meliorationẽ tertii propter ingratitudinem meliorati, quando eſt reuocabilis vſque ad mortem.*
17 *Maioratus reuocatur etiam , quando inimicitiæ ſuperuenerunt culpa patris.*
18 *Reconualeſcit maioratus,ſi pater reconcilietur cum filio.*
19 *Maioratus vt per inimicitias reuocetur,debent eſſe capitales.*
20 *Maioratus ſi ſit factus de pluribus fundis,quid ſi poſtea teſtator alteri vnum eorum donet.*
21 *Legato nomine debitoris , ſi teſtator poſtea illud conſumpſit quid agẽdũ.*
22 *Maioratus qualiter reuocetur per delictũ conditoris? remeſſiue traditur.*
23 *Maioratum an ſufficiat derogare generaliter.*
Quæ ſolennitas ſit neceſſaria in reuocatione maioratus.

QVAESTIO XLIII.

QVadrageſimotertio proꝑfectio ri intellectu huius materię quęro , quæ ſolemnitas requiratur in reuocatione maioratus ad hoc vt ſit legitima & ſecundum ius , & reuocet maioratum prius factum? In quæſtione præmittendum eſt, ꝙ reuocatio,& mutatio voluntatis ſemel datę , non præſumitur in dubio.tex. eſt notabilis in l.cum hic ſtatus.§.pœni-
1 tentiam.ff.de donatio.inter virum & vxorem.vbi ꝑbatur, ꝙ donatio facta per virum ad vxorem,non præſumitur reuocata.per quem tex.Ioan.And.in additio. Specu. in rub.de donatio.inter virum & vxorem.decidit pulchram quęſtionem.& probatur in l.ſi inter virum.vbi hoc notat Soci.nu. 3.notabi.3.ff.de reb.dub.& hanc doctrinam Ioann.Andre. citat Roman.quem So.non refert in ſingu.593. ſcis ꝙ donatio.& pro fundamento huius opinionis ſufficit text. in d.§. pœnitentiam.vbi iuris cõſultus dicit, ſed vbi ſemel donatorem pœnituit , etiam hæredi reuocandi poteſtatem tribuimus,ſi appareat defunctum euidenter reuocaſſe voluntatẽ, ꝙ ſi in obſcuro ſit procliuior, debet eſſe iudex ad comprobandam donationem.& eſt tex. in l.fideicommiſſum.C.de fideicom.facit l.eum qui.ff.de ꝑbatio.& in l. quinquaginta. & in l.cum tacitum,ff.eod.tit.& l.in confirmando.ff.de confirm.tuto.l.Lucius Titius.§.Lucius Titius ff.de leg.2.& rectiſſime congruunt ſcripta per Bar.Soci.in conſi.163.non fuiſſet.num.x.li.2.& Ale.in conſi.169.viſo teſtamento. num.4. li.5.& in conſi.171.accurate.eod.li.& in conſi. 168. ſtantib. nu.v.lib. vi.vbi uide Moder.Pariſ & eundem Alexan.in cõſ. 169.inſpecto.num.3.eodem volum.& in conſi. 157.viſo teſtamento.li.7.vbi etiam Pariſien.in additio.quæ incipit , reuocatio.expedit igit vt manifeſte de reuocatione appareat, ad hoc vt maioratus cenſeatur reuocatus. & ideo dicit Alc. in l.moribus.num.66.ff.de vul. & pupilla. ꝙ ſi quis certa de monſtratione,& nominatim ſubſtitutus ſit,propter inimicitias, non reuocatur ſubſtitutio : quia tunc tacita voluntas non ſufficit per tex.in l.ex parte.ff.de adimen.lega.Et ex iſtis inquit notanter Guid.Pap.in conſi.60.ad dubia elicita. nu.13.ꝙ ex eo,ꝙ pater inſtituit ſibi hæredem vniuerſalẽ ſecundogenitũ,nõ cẽſet reuocare donationẽ factã primogenito: maxime in nobilib.& baronibus,in quibus circa ſucceſſionem attenditur ius primogenituræ,& iſto caſu ſecundum eum expreſſa reuocatio requiritur,nec ſufficit tacita, refert.l.genero.ff.ſolu.matrim.& tex.in authen. unde ſi parens.C.de inoff.teſtamen.& Cinum in authen.ex teſtamento. C.de collation. Et adeo reuocatio donationis non præſumitur. Quod hoc procedit etiam interueniente ingratitudine, vt eſt notabilis doctrina Bal. qui in cunctis adeſt.in l. i.C.de reuocan.donatio.quem ſequitur Mod. Pariſi.in conſuetu.Par.§.xxx.num.cvi.quod eſt notandum ad ea,quę trado in q.22.ſupra hac parte.num.23.de reuocatione maioratus propter ingratitudinem . Et pro hac ſententia Guid.eſt bon.tex.& illius ratio in l.hac conſultiſſima. §.ſi quis autẽ. ad fi.C.de teſtam.l.22.in verſi.*e otroſi.* ti.j.par.6.ex quibus periculoſa videtur doctri.Corne.in conſi.92.libr. i.vbi vult ſatis eſſe docere pręſumptiue voluntatem mutatam fuiſſe.quod refert Socinus Iunior in conſilio 148. numero 12.libro 2. quorum doctrina procedere poteſt in fœminis , quæ varię, & mutabiles ſunt. l. filia.C. de inoffi.teſtam.quod trado ſupra in hac par.q.23.num.2.& quæſt.25.nume. 10.eſt autem notandum , quòd in mulieribus magis præſumitur mutatio voluntatis , quam in viris, vt notat Decius in conſilio 163.num.11.per c.forus.§.vlti.de verbo.ſignifi.tradit Tiraq. in 9.l.cõnubiali.num.133. Duo autem ſunt genera reuocationis,vnum expreſſum, per quod faciens maioratum,poſtea declarat ĩ aliqua ſcriptura expreſſe,ꝙ eum reuocat. Alterum autem eſt tacitum:cum rem de qua in filium fecerat maioratum , alij donat,vel de ea aliter diſponit. de primo genere reuocationis agẽdum erit, & poſtea de ſecundo. Circa primum ſciendum eſt , ꝙ ſi pater per ſcripturã, vel inter
2 viuos, vel teſtamentariam fecit maioratum in filium, tenetur adhibere eandemmet ſolennitatem , vbi illam vult reuocare,quæ interuenit quando eam fecit : quia id eſt regulare de iure, ꝙ in cuiuslibet actus reuocatione , eſt neceſſaria eadem ſolennitas , quæ interuenit in actus confectione. l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.omnia.eo. tit. regu.omnis res in decretalibus.l.prout quiſq;.ff.de ſolu.l.23.ti.1 par.6.& l.25.eod.ti.l.ſi quis cum.§.j.ff.de vulg.l.x.tit.v. par.6. in fi.leg. l.39.titu.9.ead. par. & quot teſtes requiruntur in probando teſtamen-

Source : BIU Cujas

testamento, totidem requiruntur in probanda reuocatione testamenti. glo. in l. cum proponeretur. ff. de leg 2. notatur per Deci. in d.l. nihil num. 9. Hippol. in rub. C. de probatio. num. 345. & in pract. crimi. § restat num. 6. & 7. Segur. in l. filius dum in ciuitate. numero 45. ff. de verborum obli. Tiraquel. de leg. connubialib. in glo. 5. in verbo, contracter. nu. 12. cum alijs, cui adde Alexan. in consilio 104. lib. 2. vbi Parisien. in addi. & Peral. in l. si quis in princ. testamenti. num. 197. ff. de leg. 3. Euerard in centum locis, loco 75. a cõtrario sensu facit Auth. hoc inter liberos. C. de testam. cum qua cõ cord. l. 8. tit. j. par. 6. Et q̃ in expressa ademptione legati facti in codicillis requirantur quinque testes, qui sunt necessarij ad illius confectionem, tenet expresse Paul. Castren. in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam. & in d.l. fideicommissum. post. Bar. C. de fideicommi. & in d.l. datum. C. de lega. & notat latius Episcop. Couarru. qui hac de re late egit in 2. par. rubr. de testamen. nume. 2. in versi. quod si codicilli. vbi hanc dicit esse communem oppinionem. Et ideo quando agitur de probando errore notarij, qui adfuit in testamẽto,
3 requiruntur septem testes. error autem in codicillis, probãt quinq; testibus secũdum Bar. in d.l. cum proponeretur. Bal. Ange. & Imo. in l. quoties. ff. de hæredib. instituen. notat Deci. in l. si librarius. nume. 8. ff. de règu. iur. & est vera, & communis sententia, secundum Iaſ. in l. errore. nume. 7. C. de testam. Sed notandum est, q̃ si in confectione maioratus aliqua ad fuit solennitas, quæ non erat necessaria, quamuis in
4 reuocatione illa non adsit, non vitiatur reuocatio: quia regula dictæ legis nihil tam naturale. procedit quando in confectione actus, de necessitate certa solennitas est necessaria, sed si ex abundanti vltra necessitatem alia solennitas adest, ea non est necessaria in reuocatione, & ita declarant Bart. in d.l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testamen. & alij, vt per Deci. in d.l. nihil tam naturale. nume. 5. Moder. Paris.
5 consuetue. Paris. §. 6. glo. 7. num. 7. & §. 45. num. 16. facit. l. testamentum. C. de testam. l. 12. tit. j. par. 6. Quando autem tacite adimitur res data, vel legata, puta interuenientibus postea inimicitijs, vel alio quopiam simili (de quo ĩfra dicetur) sufficiunt duo testes, vt tenet Paul. in locis supra citatis post Bar. in d.l. fideicommissum, & Bald. l. errore, & idem tenet Aret. in d. §. si quid post. & hæc est communis, quicquid teneat Salic. ĩ d.l. fideicommissum, quam communem opinionem etiam sequitur Alciat. in d.l. moribus. nu. 66. ff. de vulg. & pupilla.

6 Reuocatur autem tacite maioratus variis modis. Primò, si pater faciat in filium maioratum, & postea in alium filiũ facit maioratum de eiusdem proprijs bonis, quamuis non faciat mentionem alterius maioratus, quem primitus fecerat, secundum Greg. Lop. in l. 39. tit. 9. par. 6. in glo. in uerbo *reuocar.* per gloss. quam ibi sequitur Dynus in l. Seia. ff. de donat. cau. mor. quamuis Paul. de Cast. ibi teneat contra gl. in fi. ver. sed pro gl. & Dino faciunt plura, quæ scripsi supra in 36. quæstio. dum ex. l. Paulus. ff. rem rat. habe. & l. Auia. C. de iure deliber. & l. 11. titu. 6. par. 6. & aliis pluribus probaui, facta esse maioris efficacię ad manifestandam alicuius voluntatem, quam verba, & facit. l. nostra. C. de testam. l. cãcellauerat. in fi. ff. de his, quę in testamẽto delent. l. j. ibi, *o desecho* l. 18. ibi. *por palabra, o fecho.* d. titu. 6 par. 6. l. 9. titu. 14 par. 5. & quæ de reuocatione tacitę ex facto resultante scribit Deci. in ca. in præsentia. numero 61. de probatio in illa quæstio. vtrum testamentum prius factum per ingressum monasterij reuocetur? Et notat etiam Iaſ. in l. pacta nouissima. nu. 12. C. de pact. Ex qua, & ex alijs rationibus existimo, quòd Greg. Lop. sentẽtia vera est. Et pro ea adduco bon. tex. ĩ l. 4. titu. 11. par. v. ibi, *O si callasse no diziendo nada, e la diesse despues a otro, o la vendiesse.* immo hæc conclusio adeo vera videtur, q̃ etiam si secundus maioratus factus fuerit in filium inhabilem, & incapacem, adhuc pater visus est adimere a primo, & prima maioria erit reuocata, vt expræsse probatur in l. & si transferam, ff. de adim. lega. ibi, & si transferam legatum in eum, cum quo nobis testamenti factio non, est siue in seruũ proprium, cui sine libertate legauero: licet eis non debeatur nec illi tamen debetur, cui fuerit ademptum. ad idem text. in l. legatum, §. pater ortos, ff. eod. ti. & in l. cum quidam, ff. de his quibus vt indig. & dicit expresse Dinus in regul. non præstat, ff. de reg. iuris, in vj. q̃ per donationem etiam inutilem, inducitur ademptio legati. Et per hęc, & alia iura sustentat expræsse Peral. in l. qui testamento, nu. 5. ff. de lega. 2. quod vbicunque pater prius meliorauerat filiũ, & postea secundo facit aliam meliorationem in alterum filium forte incapacem, aut inhabilem ad succedendum in illa, etiam si hæc secunda melioratio nulla sit, prima sublata censetur, quo in loco Peral. rem hanc latissime tractat, & ab ipsis primis fundamentis interpretatur. cui adde Rom. in sing. 137. & Iaſ. in l. certi condictio. §. qm̃, nu. 8. ff. de lega. 1. & Suarez, qui idem quod Peral. tenet in l. qm̃. in prioribus. q. 9. nu. 2. C.
8 de inoffi. test. & in d. loco Peral. tractat, quemadmodũ melioratio in re certa facta per patrem filio existenti in potestate citra aliquam traditionem, veram, vel fictam cẽseatur reuocata p aliam donationem de eadem re, vxori propriæ factam. & faciunt scripta per Couarr. vbi supra in vers. tertio principaliter. Contra doctrinam tamen Grego Lopez extat
9 fortis tex. in l. si plurib. ff. de lega. 1. ibi, si pluribus eadem res legata fuerit, si quidem coniunctim etiam si alter vendicet, alter ex testamento agat: non amplius, quam partem habebit is, qui ex testamento aget, q̃ si separatim: siquidem euidentissime apparuerit ademptione a priori legatario facta, ad fm legatarium cõuolasse, solum posteriorem ad legatũ peruenire placet: sinautem, hoc minime apparere potest, p virili portione ad legatum omnes venire. Ex quo textu vr, q̃ si pater fecit maioratum in vnum filium de aliqua re, & postea fecit alium in alterũ filium de eadem met re, quod censetur in ambos facere maioratum. Et pro hoc dicto faciunt, quæ late scribit Ale. in consi. 169. nu. 1. cum alijs lib. 5, vbi tradit, qualiter si testator vni legauit fundum Cornelianum, & postea alteri similiter legauit eundem fundũ, non fit in dubio interpretatio, q̃ voluerit adimere legatum primo, sed quod voluerit ambos esse collegatarios. quo in loco vide Moder. Parisi. in addit. quę incipit, si Fortidianum. & faciunt notata per eundem Ale in consi. 168. Itantib. veris, lib. 6. & melius in consi. 204. perspectis, nu. 15. eod. volu. Ego
10 quidem in melioratione tertij, & quinti, veram puto hanc opinionẽ, q̃ si pater faciat primo meliorationem alicuius rei in filium, & postea de eadem re facit meliorationem in alium filium, non reuocando expresse primam, nec dicendo, fundus quem dedi Ioãni filio meo, dẽ Petro filio meo, quod admittentur ambo pro virili in tertio, & quinto bonorum iuxta tex. in d.l. si pluribus. ad quod facit l. 29. Taurina. *para que ni a el, ni a otro.* si vero sit maioratus factus auctoritate regia, qui ad vnum tantum indiuisum peruenire debet, vera est sententia Grego. Lop. sed cogitandum est super his: quia materia est confusa propter varietatem legũ, quæ in hac materia loquuntur. & DD. etiam non se bene expediunt. Quibus addo, quod scribit Peralt. in l. 3. qui fideicommissam, nu. 11. pag. 137. col. 2. ff. de hære. l. insti.

11 SECVNDO modo reuocatur tacite maioratus, per alienationem rei, de qua fuit factus maioratus l. fideicõmissa. §. si rem. ff. de lega. 3. & est cõis opin. q̃ donatio reuocatur per alienationem rei donatæ, sicut legatum fm Dinum in l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. & cõem profitetur Alcia. in l. non omnis. ff. si cert. peta. De hoc tamen puncto, qñ per alienationem rei, de qua fuerat facta melioratio censeatur reuocata melioratio vide, quæ late scribit Licentiat. Tello. in l. 17. Tauri nu. 117. cum seq. cui adde l. 40. tit. 9. part. 6. & l. 17. eo. tit. & vtrobiq; vide Grego. Lope. ex quibus locis recte intelliges, quemadmodũ per alienationem & donationẽ, vel vẽditionem, vel hypothecam rei datæ in meliorationẽ, censeatur reuocata melioratio. & ex Peral. in l. Lucius. § Lucius testamento, nu. 27. ff. de legat. 2. Tiraq. lib. 1. de retract. in præf. num. 36. Pro intellectu tamen cuiusdam distinctionis, quam facit Licentia. Tello. in d.l. 17. Tau. nu. 120. vbi tradit, magnam esse dr̃iam, q̃ melioratio facta sit per viam quotę, vel in certa re, ad hoc, vt reuocata postea censeat. adde Bar. Soci. in consi. 93. nu. 14. lib. 4. vbi ponit regulam, q̃ dispositio facta super quota, trahitur ad rẽ certam, quando est eadem ratio in vtroq; per l. nomen debitoris. §. si filio. vbi Bar. ff. de legat. 3. & tenet Imo. in l. 2. ff. de donat. nec est differentia fm Soci. q̃ donetur aliqua quota, aut donetur aliqua res maioris æstimationis, quam sit illa quota. Et istis adde doctrinam Greg. Lopez in l. 2. tit. 15. par. 2. in gl. in verbo, *maioria*, col. 3. in fi. in versi. & an si patet qui fecerat maioratum. vbi tracta quęstionem de patre, qui fecerat maioriam in filiam de plu
12 ribus rebus, & postea cum tradidit eam nuptui, fecit ei maioriam de parte ipsarum rerum: an videatur transfundisse primam maioriam in secundam, & reuocasse primam? Refert notata per Bal. in l. filia legatorum. C. de legat. & Bart. in l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de lega. 1. Et dicit idem Gregor. Lopez in l. 23. tit. 9. par. 6. in gl. in verbo, *extraño.* Quod si quis facit per testamentum maioratum in filium suũ maiorem virtute facultatis regiæ, postea in alio testamento faciat maioriam in alium filium absq; regia facultate, q̃ ex hoc vr reuocata prima maioria: quia non est verisimile, q̃ pater voluerit filios grauare duplici onere, & filij debẽt lædi minus, quam sit possibile. argum. c. mandatum. de rescri. & l. nauis onuste. ff. ad l. Rodi. de iac. sed est animaduertendũ, q̃ Greg. Lopez, non recte ponit casum in secunda parte, dum loqui loquitur de maioria facta in secundo testamento, absque facultate regia, cum sine facultate regia non possit fieri, nisi melioratio tertii, & quinti vide dictas quęstiones per Greg.

Lopez

Source : BIU Cujas

Lopez & Licentia. Tello, quia si in singulis insisterem, esset hoc opus immensum.

14 TERTIO reuocatur tacite maioratus ipso iure, per inimicitias superuenientes, inter patrem, & filium, in quem fecit maioratum, & idem erit in melioratione tertii & quinti, siue melioratio, aut maioratus factus fuit in testamento, siue in contractu inter viuos, nisi interueniat traditio vera, vel ficta, vel maioratus, & melioratio sit factus cū alio tertio, per contractum onerosum. In primo casu, quando maioratus factus fuit in vltima voluntate vel melioratio, non est dubium, vt probatur in l. 3. §. non solum. & in l. ex parte. cum glos. ff. de adimen. leg. l. in ipsius. C. famil. erciscund. not. Fab. in §. ex eo. num. 3. Insti. quib. mod. testam. infir. vel melioratio. Roderic. Suar. allega. 2. fol. 128. colum. i. & idem erit vbicunque maioratus fuit factus in contractu inter viuos, nō interueniente traditione: quia si inimicitiæ superuenient, erit tacite reuocata: quia si donatio inter viuos interueniē te ingratitudine, ꝙ inimicitia non pōt reuocari tacite, sed
15 expreſſe. Et ideo ſi teſtator in vita non reuocauerit, non licet hęredi reuocare. l. fin. C. de reuocandis donatio. l. x. in fi. titu. 4. par. 5. facit. l. omnimodo. C. de inoffic. teſtam. de quo late per Rip. in d. l. fina & Tiraque. in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. num. 215. C. de reuocan. donatio. & notat Moder. Pariſi. in conſuetu. Pariſi. par. j. §. 30. num. 126. Eſt qa a die, & momento factæ donationis habet perfectionem. l. ſenatus. §. mortis cauſa. ff. de dona. cau. mor. & hinc eſt, ꝙ appellatione donationis ſimpliciter non venit donatio reuocabilis, vt probatur in l. filiusfamilias. §. pari. ff. de donat. ſed maioratus, vel melioratio abſque traditione non hēt p fectionem in vita meliorantis: cum reuocari poſſit. ex quib. infertur, ꝙ vbicunque pater facit melioratione in filium vel maioratum, eo modo ꝙ poſſit reuocari, quia non fuit tradita poſſeſſio, nec cōtractus fuit factus cum tertio, ꝙ hic actus potius ſortitur naturam vltimę voluntatis, quam donationis inter viuos. Quæ concluſio comprobatur ex his, quę notanter ſcribit Peral in l. legatum. num. 2. ff. de lega. 2. vbi conſtituit differentiam, & rationem inter legatum, & donationem, quantum ad reuocationem. & ideo Greg. Lo
16 pez in d. l. x. ī gl. in verbo, *ſus herederos.* dicit, ꝙ licet per illam legem, hæredes donatarii regulariter non poſſint reuocare donationem a defuncto factam, propter ingratitudinem, p cedit in donatione perfecta, & irreuocabili. ſi enim eſſet reuocabilis vſque ad mortem, vt illa, quæ fit per viam maioriæ, vel donationis in tertia bonorum, iuxta leges regni: tūc ipſo iure donatio reuocatur. & refert d. l. 3. §. fi. ff. de adimen. lega. & pro doctrina Gre. Lop. facit ſingula. in propoſito cō ſilium Roma. 184. quod incipit, omnipotentis Dei. num. v. vbi dicit, quod hæres donatarii, poteſt reuocare donationē prætextu ingratitudinis, vbicunque donator in uita tacite reuocaſſet. Ex quibus dubito de doctri. Alci. in d. l. moribus.
17 quam vt ſupra retuli. Et adeo prædicta concluſio eſt vera, ꝙ hoc procedit etiam, quando inimicitia prouenit ex parte, & culpa patris, quia nihilominus donatio & melioratio reuocatur ſecundum Iaſ. in l. ſi filiam. C. de inoff. teſtam. nu. 2. & in l. hæreditas. num. 3. C. de his, qui. vt indig. & Rip. in l. fin. C. de reuoc. donatio. q. 45. Ioan. de Amic. in conſil. 4. nu. 8. & alios, quos refert Epiſ. Couarru. in d. rubri. de teſtamen. par. 2. nume. xx. in uerſi. v. ex præmiſſa apparet quos ipſe ſeq tur contra. Bar. in l. cum tabulis. §. j. ff. de his, quib. vt indig. no
10 l.non dubium.num.60.C.de legibus. Et ex hac regula concludit Tiraquell. in dicto loco, quod contractus factus per mulierem sine licētia mariti,est ipso iure nullus. sed in isto puncto ꝙrium tenent Castillo.Palati.Ruui. Gomesi.& Lic. Tello.in d.l.33.nu.2.vbi ēt refert Episcop.Couarr.& Grego. Lopez dicentes, tempora statuta per dictam l.33. posse a testatoribus prorogari. quorum conclusio probatur in capit. quia nos.de testa.vbi Abb.hoc notat. Et istam sententiam melius omnibus fundat Bal. quem isti non referunt in consi.302.constitutio patriarchalis.num.6.lib.2.vbi tradit, testatorem posse prorogare tempus exequutionis datum a lege, vel constitutione synodali, & idem vult Episco. Couarr. in c.tua.nu.6.fol.130.de testam.

11 NVNC expedit,(vt ad vlteriora progrediamur)pro intellectu istius quęstionis,& commissionum,quæ dantur per testatores ad meliorandum filium,vel eligendum ad maioratum.in qua materia est memorabilis doctrina Peraltæ, in d.l.cum quidam,num.2.vbi dicit,quod in casu legis.31.(de qua supra actum est') fuisset data facultas specialis alicui ad meliorandum vnum ex filijs testatoris,quem ipse commissarius vellet nominare, & virtute eiusdem cōmissionis elegerit indignum,præferendo eum digniori, culpa lata, valet electio,secus si dolose id fecerit, quod dicit esse valde notādum ad d.l.31. refert ad hanc conclusionem legem ibi. vbi probatur,quod quando commissio electionis, vel declarationis datur alicui per verbum voluntatis, talis commissarius virtute commissionis,potest eligere indignum, prætermisso digno, quem potuisset eligere si voluisset, & certe cū commissarius, cui a testatore fuit data potestas meliorandi vnum ex filijs, habeat quantum ad hoc eandem met potestatem,quam testator habebat faciendi electionem inter filios ad meliorationem tertii,& quinti,sicut pater eligere poterat minus dignum, omisso digniori, (vt statim probabitur) ita commissarius hoc facere potest: quia omnia nostra facimus illorum, quibus auctoritatem nostram impartimur.l.2.§.omnia enim.C.de ver.iu.enuclean.notat Bart.in l.de quibus,numer.21.ff.de legibus Hippol.in singul.567.& est materia brocardica. Et subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. vnica. §. & vt plenius. C.de rei vxor. actio. cum vulgaribus. Et ad hoc facit d.l.trigesima prima ibi, *lo que specialmente*. & videtur pater vbicunque similem concedit facultatem, habere æqualem affectionem ad omnes filios. Et verisimile est, quod si vellet, quod aliquis eorum non nominaretur ad maioratum, vel meliorationem,eundem exciperet,& excluderet,& specialiter commissario iniungeret, cui rationi nulla est dabilis responsio. Et ad istam sententiam,est etiam melior tex.de iure, in l. cū pater.§.rogo.ff.delega.secundo,ibi, vt quisque de te meruerit,videtur omnibus liberis, & si non æqualiter meruerint, fideicommissum relinquere. quod autem pater possit meliorare filium non tam dignum, omisso digniori, probare possumus ex l.parentibus.C.de inoffic.testamen.ibi, parentibus arbitrium diuidendæ hæreditatis inter filios, adimendum non est,dummodo,non minus is, qui pietatis sibi conscius est, partisque in testato defuncto potuit ad eum pertinere:quartam ex iudicio parentis obtineat.facit text.in Authen.vnde si parens.eod.titu.l.si totas.C.de inoffic. donatio. Ex quo confirmatur sententia Episcop.Couarru. in regula, peccatum.de regulis iuris, in 6. in secunda parte relectio. §. septimo,numer. 7.vbi late sustentat, quod in foro conscientiæ, pater, qui ex lege regia habet facultatem meliorandi, ūnum ex filijs, potest illam electionem,& nominationem facere in filium minime digniorem. vbi hanc sententiam plene corroborat contra Ioann. Lopi. qui contrarium tenuit,in capitulo per vestras.notabil.3.§. 26. in princip. & respondet Episcop. ad text. in l. fœminæ. C. de secund. nupti. imo iste text. multum facit pro opinione dicti Episcopi, in §.vlt.in illis verbis,& testandi circa quem voluerit, liberam habeat facultatem.de qua lege agunt Francisc.Aret. in consil.142.column.penultima,versicu.præterea.Tiraquel.lib.1. de retract.§.26.numero secundo. Rebuf. in tracta. de nominat.quæst.vigesima prima,numero trigesimo octauo,quamuis pro Ioann. Lopi. faciat elegans consilium Oldra. quem ipse non refert in consi.94. incipien. eleganter, numero 16. vbi tradit,quod habetur Genesis,capitulo 44.& 45.vbi dicitur, quod Rubem fuit primogenitus, sed cum ascendisset ad cubile, & violasset thorum patris, fuit datum primogenium Ioseph.Et 4.Regum, capitulo primo, vbi Dauid prætulit in regno Salomonem filium suum minorem Adoniæ natu maiori.& facit cap.licet,de voto. & quod notat Rebuf. vbi supra. nume. 60. dicens, post Syluestrum in summa sua. verbo,restitutio.tertia quæstio.12.distinctio.secunda, quod licet collator in mēsibus graduatis possit gratificare vnum ex pluribus graduatis,debet tamen gratificare meliorem,& ecclesiæ vtiliorem,alioquin eligēs peccat:quia magis Deo, q̄ proximo gratificare debet,ſm Bal.in l.2.nu.4.C. de ser. & aqua.sed hoc nō vrget,qa collatori,nō est ita plena facultas

Source : BIU Cujas

disponendi, sicut patri, cui leges in hoc concedunt plenam & absolutam voluntatem. Sed pro opinione Ioann. Lopij, plura cumulat Tiraque. in tracta. de primogeni. in 3. opinione. 17. quæstionis. quo in loco scribit, quod de duobus litigãtibus pro primogenitura, de quib. ignoratur, quis prius matris ventrem exciderit, prefertur idoneior. Et in istam sentẽtiam Ioann. Lopi. videtur etiam inclinare Anton. Gomez. in l. 40. Taurin. nu. 58. vbi tradit, q̃ pater eũ bona cõsciẽtia p̃t eligere ad maioratum filiũ minorẽ, excluso maiore, q̃ filius electus, & nominatus sit dignus, & benemeritus, sicut primogenitus, & non alias, & idem clarius voluit idẽ Ant. Gomez in l. 17. Taurina, vbi concludit, patrem in conscientia teneri ad eligẽdum filium digniorem ad melioratiõnẽ. Ego sententiæ Episcopi potius adhæreo, quam Ioan. Lopii. & Anton. Gomez. ex dispositione. l. 18. Taurinę, quæ tribuit patri liberam facultatem meliorandi filium, aut nepotem, quem voluerit, & nulli pater facit iniuriam vtendo facultate, ei a lege concessa. l. nullus. ff. de reg. iur. & qui peccat auctoritate legis, peccare non dicitur, l. Gracchus. C. de adulte. c. qui peccat. 2. q. 43. Et conscientia secundũ ius cõformatur cap. qualiter, & quando, in i. de accusatio. & conducunt plura, quæ scribit Perusinus in c. constitutis. in 2. de appellatio. Et pro horum opinione est notanda doctrina Bal. quam p̃dicti non referunt in d. l. 2. num. 46. C. de seruitu. & aqua. vbi inquit hæc verba. nam dicunt Theologi de electione boni quod obligatus ad duo, tenetur magis prę̃ferre bonũ: ga in eo est maior ratio prę̃stationis, vt Deo, magis quam proximo, & patriæ, magis quam singulari personæ. l. veluti. ff. de iu. & iu. sed obligatus ad vnum, tenetur ad illud soluendũ, non ad magis bonum eligendum: sed vbi sunt duo, ad neutrum obligatus, & potest præferre minus bonum, meliori. quę est notabilis doctrina in proposito istorum. & etiam est bonum dictum Greg. Lopez in l. 8. in glo. in verbo, *el mejor.* ti. 18. par. 2.

13 A D alia autem progrediendo ex his, quæ scripsi num. 3. & 4. supra eodem, non absque magna occasione dubitare possumus de quadam doctrina Greg. Lopez. in l. 2. ti. 15 par. 2. in glo. in verbo *esto vsaron.* in vers. sed pone. vbi dicit, quod si mater fecit maioratum in filium, quem pater elegerit, q̃ ĩ effectu nullum elegit, bona non remanent libera, sed rõne consuetudinis videtur facta in filium maiorem. Solent etenim parentes, maioratum facere in filium maiorem, & valet argumentum a communiter accidentibus, iuxta iura vulgata. de quo late per Euerard. loco 56. Et secundum eum ista est consuetudo Hispaniæ quæ semper in successione maioriæ honorat primogenitum. refert text. in d. l. si seruus plurium, §. vltim. ff. de leg. i. l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de leg. 3. vbi Bal. notat, quod illud præsumitur quis uelle, quod est consuetum. & elegans decisionem Guid. Pap. 505. vbi scribit, quod si factum est pactum in contractu matrimonii, quod pater filio primogenito dabit tale castrum, seu alteri ex ipso matrimonio, cui pater meliorauerit, ex quo matrimonio nati sunt duo liberi masculi, deinde moritur pater, nulla alia electione facta, seu declaratione suæ voluntatis: quod primogenitura pertinebit ad primogenitum, id est, primo natum, l. 2. & l. qui liberos, cum ibi notatis. ff. si pars hæredit. petat. & alia plura iura. Quibus non obstantibus, multum existimo fidendum prædictæ sententię, Gregor. Lopez: cum in effectu dicta electio per mulierem commissa, sit quædam exequutio, quę erat declaranda per maritum, q̃ cum facta non sit, intra tempora a lege præstita, remanet cõmissio caduca, ac sine effectu, & bona inter liberos æqualiter diuidi debent, quod patet ex toto tenore prædictę legis 33. maxime ex illis verbis. Y *passados los dichos terminos, no pueda mas hazer, que si el poder no le fuera dado, e vengan los dichos bienes a los que los auian de heredar muriendo el testador ab intestato.* quid enim interest, quod transacta sint tempora exequendi commissionem a testatore datam, ad hoc vt nihil exequi possit exequutor, & bona veniant ad successores ab intestato, & quod morte præuentus exequutor nullam electionẽ ante exequutionem facere possit? Quia in vtroque casu militat eadem ratio, immo maior in hoc casu secundo, quam in primo; cum mors omnia soluat. & maritus nõ possit suã vel uxoris declarare voluntatem. sed qui istam sententiam Gregorii Lopez tenere velint, non deficient illis plures rõnes, & fundamenta, ad quæ lector animaduertat: quia non solum proderunt ad istam quę̃stionẽ, sed ad alia plura p̃ intellectu istius materię, & aliarum magnæ vtilitatis (vt reor)
15 erunt. Et iam primum omnium pro hac opinione Gregor. Lopez facit ratio, quia voluntates testatorum, semper in dubio se conformari videntur, cum dispositione iuris communis. l. hæredes mei, §. cum ita. vbi Bar. & omnes, ff. ad Trebellia. & ibi Alexan. in addit. alia ad propositum. refert & alia congerit Peral. in l. Proculo, num. xxviij. ff. de legat. ii. cui adde l. si serui vestri. C. de noxalibus, vbi probatur, quod stipulator semper uidetur se cõformare cum iure communi, notat Ludouic. Gozadin. in consi. 53. prima facie. Et conclusionem d. §. cum ita. notant etiam Roman. in consi. 179. amplissime Doctor. num. v. & melius Ale. in consi. lv. libr. 4. vbi Moder. Parisiensi. plures citat concordantes. & in consil. 4. nume. xij. eod. li. Anto. Rube. in consi. 36. numer. 2. & consil. 39. num. 2. & 150. nu. 4. Ias. in l. hæc uerba, num. j. ff. de legat. i. & in l. cum filio familias, num. 38. eod. titu. Matthe. ab Aflict. in decisio. Neapo. 44. nume. xx. & in bono casu Deci. in
16 consi. 155. nu. 7. Ex qua ratione & præsumptione, concludit idem Gregor. Lopez in l. 3. ti. 13. par. vi. in glo. in verbo, *mugeres.* in medio, quod si quis faciat simpliciter maioriam, p̃ferri debet filius minor, filiæ maiori natu, quia id est in Hispania consuetum. poterat melius Grego. Lopez dicere, q̃d hoc est de iure, iuxta l. ii. ti. xv. par. ii. quæ hoc decidit ĩ regno. Et per regulam d. §. cũ ita. alias inferebam, quod si Rex donat alicui aliquam rem cum facultate, & potestate, vt eam relinquere possit alicui ex filiis titulo maioratus, & talis qui facultatem nominandi accepit decessit non facta electione aut nominatione, uidetur in dubio elegisse filium maiorẽ, immo etiam nepotem filii maioris, quæ illatio corroborat̃ ex scriptis, infra num. xxvi. & pro prædicta sententia Grego. Lopez. in d. l. secunda. & aliorum, quę statim dicentur, addu eo l. x. titu. 29. part. 7. ibi, *E no fuere puesta pena enla fiaduria, e fuere costumbre vsada en aquel lugar do acaescieſſe, quãto deue pechar el que assi fia a otro por su faz, si no la aduxere a derecho, aquello deue pechar que fuesse acostumbrado.* quę lex ad hoc, & alia plura, est scitu digna. videtur igitur mulier, cum marito concedit facultatem eligendi filium ad maioratum, se tacite conformare cum iure communi, & legibus & consuetudinib. Hispanię, quæ prę̃ferunt filium primogenitum cæteris fratrib.
18 Secundo pro hac sententia Gregor. Lopez facit tex. ad plura commendatissimus in l. vltima, C. de fideiuss. vbi consueta apponi in contractibus, habentur pro appositis, etiam si non apponantur. quem text. ibi celebrant DD. ad idem est casus in c. cum M. de constitu. vbi Bal. Anton. Abba. Barba. Felin. Dec. & Ripa. & eadem conclusio probatur in l. si pri⁹, §. i. ff. de aqua plu u. arcen. d. l. si quis, ff. de vsufruct. cap. 2. vers. & si non apponatur. de refer. & est notabilis in l. circa, C. Io. de quo plura similia tradunt Anto. in c. accepimus. num. 2. de æta. & qualita. Abb. in c. quo ad translationem. num. 3. de offi. deleg. Præpositi. in c. dilectissimus. 12. q. 2. Ias. in l. argentarios. nu. 6. de eden. & in l. Gallus, §. idem credendum. nu. 21. ff. de lib. & posthum. & in l. errore, C. de testam. l. ex parte. nu. 6. ff. de ver. obli. Alex. in consi. 27. nu. 2. lib. ii. vbi Moder. Par. Plures refert. & alios citat Tiraq. in tract. de consti. parte. 3. limi. 31. nu. 9. & limita. 3. nu. 37. Nico. Boer. in decis. 217. nu. 6. Episcop. Couarru. in 2. parte, rubric. de testam. num. 14. Et ex istis dixit Bal. in l. j. ff. so. matri. licitum esse tabellioni apponere hipothecariam clausulam in contractibus, etiam si nihil a contrahentibus dictum, sit quod post aliquos, quos refert Tiraque. in d. limitatio. 32. nu. 7. sequitur Ant. de Fan. in tract. de pigno. parte. 3. membro. i. nume. 24. licet ad contrariũ referat Bal. Castillo. in l. 50. Taurina. & ex his ausus fuit dicere Bar. Soc. in quodam consi. quod Tiraquel. refert in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, nu. 306. quod est finale, C. de reuocan. donatio. quod tamen consiliũ ego non inuenio, quod vbicunque quis renunciando vel donãdo facit, quod solitum est fieri, non procedit. d. l. si vnquam, ex quo dicit, filiam, quæ dum dotatur, aut matrimonio collocatur renuntiat successioni in fauorem, vt solet fieri, non reuocare donationem, ob filios postea natos, quod dictum
19 ad plura seruire potest. Et hæc etiã confirmantur, quia licet debitor non teneatur facere creditori instrumentum guarẽtigiatum habens exequutionem paratam, secundum Ang. & Ale. l. si finita, §. elegenter. ff. de dam. infec. & in l. Stichum §. si pupillus, alias incipit, si pupillus, ff. ad l. falcid. Aretin. & Ias. in d. l. ex ea, Roderic. Suar. in l. post rem iudicatam, in q̃busdam libris, fol. 168. colum. i. & in aliis pagi. 363. colum. i. & Moder. Parisi. in consuetudin. Parisi. par. ii. ti. ii. de censib. num. 22. dicit tamen Tiraq. in li. i. de retrac. §. 29. glo. v. num. 2. quod in Gallia, in qua nullum instrumentum conficitur ex antiquo more regni, tenet̃ debitor facere creditori instrumentum guarentigiatum, uel q̃d habeat exequutionem paratã, & licet Tiraq. in hoc pedes non firmat, eius opinio in nostra Hispania vera, & tenenda mihi videtur: quia omnia instrumenta fiunt cum clausula guarentigia, & habẽte exe cutionem paratam, vnde debitor tenetur facere, quod omnes faciunt per prædicta, & hanc etiam opinionẽ tenet Benedict. de Barz. in tract de instrument. guarentig. in quæstio. 5. primæ partis, & Pet. Reb. in tomo, i. ad constitutio. reg. tit. de lit. oblig. ar. 2. glosi. i. vbi ex hoc dicit, quod debitor tenetur facere creditori instrumentũ sigillatum, quod iuxta Gal

liæ

lię consuetudinem habet executionem paratam. Et hoc etiam procedit, si sit consuetum, quod sigillum regium apponeretur, & obligatio ad rigorem parui sigilli montis Pessulani. vt scribit idem Rebuf. in tomo. 3. ad constit. regias, in tract. de consue. arti. 2. glo. 3. nu. 28. Pro quib. est egregia Bar. doctr. in d. l. ex parte. nu. 2. vbi dicit, ꝙ debitor pōt cogi conficere instrumentum creditori, secundum stylum, & consuetudinem patriæ. Et pro sententia Grego. Lopez adduco etiã tex. apud omnes celebratissimum in l. Titium. § primo. ff. de liber. & posthum. vbi illud, quod verisimiliter testator si viueret statuisset, habetur pro dispositio, & statuto. verisimile autem est, quod mulier, quæ marito prędictam dedit commissionem, si interrogatur in quem filium volebat maioratum facere? disponeret idem quod leges regni, & cōiter per omnes fit: quia quod omnibus, aut pluribus placet, vel appetitur, aliis eiusdem conditionis hominibus placere videtur. l. quoniam desideria. C. de natural. lib. l. Domitius esto, ff. de vsufruct. l. 6. titu. 19. part. 3. notat in bono casu Moder. Parisi. in consi. j. pro Duce de Villa Hermosa. nu. 47. vbi refert bo-
20 num tex. in c. prudentiam. de offic. delega. Sed & hæc omnia corroborantur ex doctrina Deci. in consi. 397. viso puncto, & consideratis. nu. 6. vbi dicit, quod clausulę primogeniorū in Hispania, sunt interpretandæ iuxta consuetudinem, quæ est in Hispania in successione primogeniorum. & idem tradit Barb. quem ipse citat in consi. 10. sapienter scribitur, per
21 totum, lib. ii. Ex quibus idem Greg. Lopez in d. l. 2. titu. xv. in gl. j. in versi. item pone. dicit, quod si quis habens filios facit maioriam, dicens, quod volebat, quod omnia bona sua essent maiorię ex facultate regia, quam habebat, & forte morte præuentus non aliter ordinauit circa perpetuam successionem maioriæ: si filius maior, qui in maioria successit sine filijs defunctus est, bona veniunt iure maioriæ ad alios fratres: quia sic est consuetum ordinari, & fieri in maiorijs, & testatores cōiter facientes maioriam, hoc faciunt, immo hodie hoc de iure est, vt ex. l. 27. Taurina latius fundaui in princi. supra hac prima parte, nu. 11. Et ex superioribus, ma-
22 gnum etiam firmamentum recipit quædam doctrina Epis. Couarru. resolutio. lib. 3. c. 5. num. 1. vbi dicit, quod si quis aliqua bona proprio testamento, vel donatione in Titium detulerit, ita ꝙ, ea habeat titulo, & iure maioratus, licet alias cōditiones non instituerit, habebit naturam, proprietatem, & alios effectus, quos alij maioratus habent ex legibus, & consuetudinibus Hispaniæ: quia verba sunt interpretanda, & extendenda secundum cōem vsum loquendi. & hoc sequitur Dominus Anton. de Padilla, in rubr. de fideicom. nu. 11. contra Episcopum Ciuitatensem, & Anto. Gomez in l. 40. Taur. nu. 64. quos ipse refert. Pro quorum doctrina, melius faciunt iura, & rationes superius relatæ. Et quod scribit
23 Moder. Parisi. in consuetudin. Parisi. §. 5. num. 74. vbi dicit, ꝙ omnis actus, in quo non apparet determinatio certa, debet accipi, & determinari secundum consuetudinem loci, quæ est ius cōe. iuxta doctrinam Abb. in rubri. de consuetud. per dictam l. quod si nolit. §. quia assidua. pro quo facit dictum Anchar. in c. quia propter, in fi. 4. oppositio. de rescr. in 6. vbi dicit, ꝙ consuetudo format omnem dispositionem, etiam si non sit dictum. Et pro hoc conducit famosa doctr. Bart.
24 in l. vt iurisiurandi. §. liberi, ff. de oper. libert. vbi dicit, ꝙ concessio emphyteusis facta alicui pro se, suisque filijs masculis, & fœminis, intelligitur secundum statutum, vel consuetudinem loci disponentem de modo succedēdi, ita quod si fit statutum, quod fœmina non succedat stante masculo, filia nō admittitur ad dictam emphyteusim, nisi in defectū filiorum. quod dictum omnes scribentes vbique sequuntur secundum Moder. Parisi. in dictis consuetudi. §. 22. q. 20. nu. 86. cui adde Ale. in cons. 124. nu. 4. lib. 5. & per prædicta alias sustentaui, quod cum quidam miles ex primatibus huius regni in suo testamento cauisset, quod relinquebat quandam domum principalem, quam habebat valoris viginti mille ducatorū, titulo maioratus, & nihil aliud statuisset, nec vocasset filium maiorem ad maioratum, nec aliud vltra dixisset, quam prædicta verba. quod ex hoc solo domus remansit vinculata in fauorem filij primogeniti, cum omnib. qũa litatibus, & grauaminibus, quæ in maioratibus, tradi solēt,
25 tam ex iure, quam ex consuetudine. Horum etiam auctoritate ductus idem Episcop. Couarru. resolutio. lib. 3. c. 6. nu. 10. in versic. postremo. scribit, licet dubitans, quod ex eo, ꝙ frequentissime maioratus facientes, disponunt in eisdem, ꝙ nec ob causam dotis bona maioratus alienari possint, non obstante, quod in aliquo maioratu, illa verba non sint apposita, habentur pro scriptis: & dicta clausula subintelligitur, & suppletur, perinde, ac scripta fuisset per illum, qui maioratum fecit. Quæ doctrina licet, ex prædictis multum coadiuuetur, causa dotis est, tam fauorabilis, quod iuste ab ista sententia deuiare possumus. ad quod faciunt ea, quæ scribo
26 in 4. parte huius operis. q. 1. limita. 2. nu. 1. cum sequentibus. Et ex prædictis etiam originem ducit, quod scribit Anton. Gome. in l. 40. Taur. nu. 59. vbi dicit, quod si pater vel mater constituerunt maioratum, aut meliorationem, non exprimendo, quod veniret ad filium maiorem, sed tantum dicendo, quod veniret ad vnum ex filijs, vel morte cum non haberet filios, vocauit consanguineos, vel extraneum, & post mortem eorum disposuit, quod veniret ad vnū ex filijs eorum, & quod bona essent inalienabilia, & indiuisibilia, ꝙ talis maioratus valet. & indubio vocatus censetur filius maior primogenitus, & per consequens successiue debet deuenire ad maiorem, quam conclusionem ipse latius bonis ra-
27 tionibus fundat. Ex cuius etiam fundamentis, & alijs iam dictis, potest confirmari alia doctrina Gregor. Lopez. in d. l. 2. vbi affirmat, quod si quis faciat maioriam in filium non declarando nomen filij, quod hoc intelligitur de filio maiori: cum hoc sit consuetum. Ex quibus confirmatur sententia Peral. in l. vnum ex familia. §. sed & si fundum, nume. 19. ff. de leg. 2. vbi inquit, quod si pater meliorauit filium, & eū grauauit, vt post mortem nominaret ad meliorationem vnum ex filijs, vel descendentibus, & talis qui eligere, & nominare tenebatur, decessit ante nominationem, melioratio debet peruenire ad maiorem natu ex alijs superstitibus ipsi primo nominato. refert Aret. consi. 162. & Guido Pap. deci-
28 sio. 46. & alia pro quo facit, quod trado infra quæstio. 51. numer. 25. Et ex his dixit etiam Moder. Parisien. §. i. glo. 6. nu. 6. quod si constet fundum esse censualem, sed solum dubitabatur, quanta quantitas census sit soluenda: tunc ad eam verificandam, sufficit consuetudo regionis, & locorum circumuicinorum, secus si de alio onere extraordinario imponendo ageretur: quia etiam si maxime cæteri omnes circūuicini fundi, illud pendeant, nihil concludit ad onerandum alios, nisi alias de titulo, vel longissima præscriptione particulari doceatur. Ex quibus omnibus facile quis defendere potest prędictam sententiam Gregor. Lop. (de qua in num. 13.) tenentis, vt prædixi. quod si mater faciat maioriam in filium, quem maritus elegerit, qui in effectu, nullum elegit, ratione consuetudinis videtur facta in filium maiorem. & hac doctrina Gregor. Lop. habita pro vera, eam possumus tribus modis limitare, ex quib. fallentiis, materia ista latius declarabitur.

29 PRIMO, vbi apparuerit, quod mulier, quæ prędictam facultatem marito dedit alium filium, magis quam maio-
30 rem diligebat, maxime si alias diuitias, vel maioratum haberet aliquem, facit l. capienda. §. quod factum, ff. de regul. iur. ibi, quod factum est, quod in obscuro fit, ex affectione, cuiusque capit interpretationem. & est bonus textus in d. l. si seruus plurium. §. vlti. ibi, charitas, aut necessitudo, l. cum pater. §. a te peto. ff. de legat. secundo, gloss. in l. Gallus, §. primo. in verbo, exprimat. ff. de liber. & posthu. l. in testamento. vbi gloss. & DD. ff. de liber. & posthu. l. semper in dubiis. ff. de regul. iur. l. proxime, versic. sed in re dubia, ff. de his, quę in testamen. delent. l. si fuerit, in fi. ff. de legat. tertio. l. cum in testamento, ff. de reb. dubi. & conducunt scripta per Roman. in consil. 62. Florentina constitutio. Deci. in d. l. semper. Oldra. eleganter in consi. 95. num. 6. & 7. Et est bonus textus in l. ea
32 quæ. §. in re dubia. ff de regul. iur. Et ideo si legatum sit factū monasterio, non exprimendo specialiter aliquod monasterium, intelligitur potius de monasterio fœminarum, & monialium, quam virorum, secundum Bald. in l. in multis. in fi. ff. de sta. homi. Cinus in l. cum multa. C. de dona. ante nup. quęstio. vlti. vbi hoc sequuntur Bald. Angel. & Deci. in l. fœminę, num. 77. ff. de regul. iur. & est notabilis l. 20. titu. 3. part. 6. vbi tradit, qualiter intelligatur legatum factum pauperibus. Ex qua multæ conclusiones diffiniri possunt, vbi Gregor. Lopez refert prædictam doctrinam Bal. pro quo etiam facit, quia vbi testator aliquid reliquit ecclesiæ, non specificando ecclesiam, intelligitur de illa ecclesia, quæ sibi magis coniungitur, vt notant Doctores per illum textum in l. quæ conditio. §. cum ita. ff. de conditio. & demonstrati. pręcipue Paul. & Socin. & traditur per Alexan. consi. 213. num. 2. lib. 6. vbi Modern. Parisien. sed de his vide, quæ notanter scribit Tiraquell. in tractat. de primogenitura. quęstio. 17. nume. 16. Et pro ista limitatione est etiam text. in ratione sui. in l. cum alienam. & in l. prędia. C. de legat. & in l. Quintus. §. vlti. ff. de auro, & argen. lega. & l. x. titulo 9. part. 6. & conducunt alia plura, quę scribo in secunda parte huius operis. in princip. num. 32. cum alijs. ista tamen limitatio, quoddam dubium habere videtur: nam si mater tempore illo, in quo fecit prędictam dispositionem diligebat magis filium minorem, qui ei erat charissimus, quam filium maiorem, verisimile est, quod mater non fecisset illam dispositionem dubiam, & incertam committendo marito electionem filij ad maioratum, sed statim declararet, ꝙ cum non fecerit, exi-

Source : BIU Cujas

ſtimandum eſt, quod ea affectione non obſtante, voluit filium maiorem primogenitum facere, & dediſſe marito ad hoc poteſtatem. niſi dicamus, ꝙ multoties mulieres ob reuerentiam maritorum, non audent animum ſuum aperte declarare. quod quotidie contingit.

33 SECVNDO dicta concluſio Gregor. Lopez poteſt limitari, niſi filius maior eſſet odioſus natu, tũc etenim rationẽ odii exiſtimandum eſt, & veriſimile videtur, quod mater nolebat ei pręſtare maioratum, nec quod maritus ad eundem eligeret illum filium indignum, & odioſum, nec cenſeri poteſt ad hoc dediſſe mario poteſtatem, nec commiſſio data p mulierem ad hoc extendi debet ſub illo arbitrio. argumen. tex. ſingul. qui ad plura eſt conducibilis in l. Lucius Titius. §. Titius damam. ff. de leg. 2. vbi probatur, ꝙ in diſpoſitione generali, non comprehenduntur odioſi teſtatori diſponenti, non probantibus ſequẽs meritum. quem tex. ibi ad hoc notant Bar. & alii. & Iaſ. in l. ſi ab hoſtibus. §. i. nume. ij. ff. ſolut.
34 matrimo. Et per illum tex. dixit Bal. in l. eam quam. num. 38. C. de fideicommiſ. ꝙ filius, qui eſt plurimum odioſus, vt quia natus ex ſacrilegio, vel monachatu, non eſt legitimatus per verba generalia, non obſtantib. ſed ſpecialis in hoc eſt impetranda diſpenſatio. & per illum tex. dixit idem Bal. in l. omnes populi. in verſi. eſt ergo aliud exemplum. ff. de iuſti. & iu. Quod ſtatutum, quo cauetur primogenitum ſuccedere, intelligitur ſi ſit habilis, quia beneficia legum capacibus data ſunt non incapacibus. ſequitur Corneus in conſil. 42. videtur prima facie. num. v. lib. 4. notat latius Tiraquel. in tracta. de primogenitu. quęſtio. 23. & dixit idem Bal. in l. Barbarius. ff. de offi. prętor. per dictum §. Titius, damã. quod princeps non pręſumitur promouere odioſos, & multipliciter criminoſos. notat Alex. in conſi. 195. aſſumo. num. x. lib. 2. & idem Alex. in conſil. 29. viſa inquiſitione. num 6. libr. 6. vbi vide Pari. in addit. quę incipit odioſe. qui citat Calderin. in
26 conſi. 8. de re iudica. & alios. & eundem Alex. in conſil. 213. ponderatis num. 4. eod. lib. per illum etiam tex. in d. §. Titius damam. ſcripſit Greg. Lop. in l. 30. ti. 9. par. 6. in gl. in verbo, *no valdra*. fol. 68. colum. 4. verſic. aduerte etiam. quod ſi quis habeat licentiam faciendi maioriam, non videtur princeps concedere, quod faciat maioriam in filium, qui ſit inimicus regis. refert etiam ad hoc. l. fina. C. de pact. inter empto. & vendito. & doctrinam Bal. in l. id quod pauperib colum. 8. in verſic. 2. vigeſimo ſecundo quęritur, C. de Epiſco. & cleric. num. 34. vbi expreſſe ad propoſitum noſtrum per illum tex. in d. §. Titius damam. tenet, quod exequutor datus ad diſtribuendum pauperes, non poteſt eligere indignum. Sed & per illum tex. in d. §. Titius. repetit idem Greg. Lopez in d. l. xxx. in verſi. ſed an ille. colum. i. in prin. quod habens facultatem ad faciendum maioratum in filium, etiam ſi non habeat filios legitimos, non poteſt illum facere in filium ſpurium. nec eſt etiam omittendum, quod per illum textum ſuſtentat Paul. de Caſt. in conſi. cccxxxv. laudatio & inueſtitura. num. 2. in fin. lib. 1. vbi dicit, quod in feudo nobili, non eſt capax ad ſuccedendum ignobilis, ſine expreſſa domini voluntate, quam doctrinam refert Tiraq. in tract. de nobilita. c. 37. num. 28. de qua doctrina latius ſcripſi ſupra in quęſtio. i. num. ij. & ad hoc facit proprius doctrina Paul. de Caſt. in l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia. ff. de lega. i. vbi dicit, ꝙ quando committitur hæredi nominatio certę perſonę, non poterit nominare inimicum teſtatoris, & quem teſtator veriſimiliter non nominaret. citat tex. in d. l. Lucius Titius. §. Titius damam. quem refert, & ſequitur Bar. Soci. in l. vtrum. §. cum quidam. num. x. ff. de reb. dub. Et Peralt. in d. §. ſi de falcidia. nume. 4. motus ex dicta doctrina Pau. ibi, & aliis, expreſſe ad noſtrum propoſitum vult, quod ſi pater deciditur alicui commiſſionem, & vnum ex filiis melioraret, non po-
37 teſt eligere ad meliorationem filiũ patri ingratum & dicit eleganter idem Bar. Soc. in conſi. 37. num. i. cum ſequentib. lib. 3. quod licet in fideicommiſſo familię, vel parentelæ relicto, cenſeantur uocati illi de familia ordine ſucceſſiuo, ſecundum gradum proximitatem, quando inter eos adeſt ordo affectionis. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. l. peto. §. fratre, ff. de lega. ij. cum concordant. tamen remotior admittitur, ſi fuerit probatum, quod teſtator odio habeat proximiorẽ in gradu, quod eſt notabile conſiliũ. & refert Aciat. in l. moribus, num. 66. ff. de vulga. vbi dicit, ꝙ in fideicõmiſſo, quod generalibus verbis relictũ eſt familiæ, ad eius petitionẽ, nõ admittuntur inimici teſtatoris, quamuis ex familia ſint. Et pro hac ſententia, & limitatione facit etiam tex. in l. ut gradatim. §. fi. ff. de mu. & ho. & in l. ſi quando. C. de inof. teſt. & faciunt, quę plene notantur in l. i. C. de ſacroſ. ec. & in l. i. §. nunciatio. ff. de ope. no. nũ. Et mandatum inueſtiendi in aliquam rem cenſualem, intelligitur de perſonis iuſtis, & habilibus, ſecundum Moder. Pari. in conſuetud. Pariſi. §. 41. num. 74. Et facit, quod uoluit Paul. de Caſt. circa materiam. l. ſi vn quam. C. de reuo donatio. diſtinguẽs inter liberos odioſos, & dilectos patri in l. 1. C. de inoffi. teſtam. & Cardina. Flo. in conſ. xx. Iacobus teſtator. & per has & alias rationes quas omitto, hæc ſecunda limitatio perſuaderi poteſt. Sed nihilominus hæc ſecunda limitatio non procedit ſine difficultate quia cum mater, tempore in quo dedit poteſtatem patri eligendi filium, quem ipſe vellet ad maioratum, nõ expoſuerit, quod volebat, vt ille filius maior, tanquam ei odioſus, non ſuccederet in primogenitura: credendum eſt, quod illi remiſit iniuriam, & odium, & quod iam eam pęnituit prioris voluntatis: maxime ſi probatur reconciliatio, & beneme rita filii poſt offenſam, & odium. argum. eiuſdemmet tex. in d. §. Titius damam, ibi, ſi ii, qui peterent, manifeſte docerent, eo animo circa ſe patronum cum teſtamentum faceret eſſe cæpiſſe, vt ijs quoque legatum dari velit, alioquin nihil ipſis præſtetur, facit tex. expreſſius in l. in ipſius, C. famierciſcun. ad quod etiam alios concordantes ſcripſi in 42. q. ſupra eodem, in verſi. tertio reuocatur, num. 18. Et dixit expreſſe Bal. in d. l. id quod pauperibus. in verſi. uigeſimo ſecũdo quæritur, quod exequutores virtute commiſſionis illis a teſtatore datę, eligere poſſunt illos qui erant odioſi teſtatori, licet non indignos: quia cum teſtator deceſſit confeſſus & contritus. illud odium remiſiſſe videtur. debet tamen ſecundum eum fieri articulus, quod deceſſit in illo ſtatu. refert notata in §. fin. Inſti. de iniur. nam & ſcimus quod illę qui fuit malus, & poſtea ſe de crimine emendauit, præponitur, illi qui ſemper bonus fuit, ſm gl. no. in c. fidelior. diſt. 50. de quo per Rom. in conſ. 533. electi ſunt duo doctores. & latius per Fel. in c eam te. ver. limita tertio. de reſcrip. & notat Decius in c. conſtitutis. num. 8. de appellatio. Et iſta ſi concuſſio maiori ratione procederet vbicunque mater vixit aliquo tempore, poſtquam marito conceſſit prędictam facultatem, ac potuit illi declarare, ſe non uelle, ꝙ faceret maioratum in illũ filium ei odioſum nec tale declarauit: quia tũc magis præſumitur odium remiſiſſe, argum. glo. in l. athletæ, §. dat remiſſionem. ff. de excuſa. tuto. & in l. tractabatur, ff. de teſtament. milit. & l. 3. C. de inoffi. teſt. & facit bonũ conſilium Bart. Soc. in conſi 93. nu. 7. li. 4. Præſumendum autem eſt, matrem faciliter filio ingratitudinem & offenſam remittere, tam ob dilectionem, quam in filios communiter matres habent (vt experientia docet) & probatur per text. in l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi. teſtamẽ. ibi, propter votum parentum & naturalẽ erga filios charitatem. de qua re plura ſcribit Tiraquel. in l. ſi vnquam, in prin. nume. 5. cum ſequenti. C. de reuocan. dona. quo in loco lector ſtomacho ſatisfaciet, quam quia facilius ſolent filiis parcere & miſereri, vt quotidie videtur ad quod facit l. filia, C. de inofficio. teſtamen. & mulieres ſunt miſericordiores, & piæ magis quam viri, vt docent Ariſto. & Auice. vtrique lib 9. animalium. c. j. & confirmat Tiraq. in l. 9. connubiali. num. 197. licet idem eadem glo. num. 184. tradat, mulieres iracundas eſſe, & cũ ira furere.

38 TERTIO prędicta cõcluſio Grego. Lopez & alię ſimiles quæ ad illam fundandam adduximus, poſſunt reſtringi, niſi poſtquam mulier illam facultatem marito conceſſit, ante confectionẽ maioratus ſuccedat aliqua noua cauſa in filio maiori, qui matrem grauiter offendiderit poſt mortẽ (prout ſępe contingere poteſt) quia tunc veriſimile eſt, quod ſi mater uiueret, nequaquam vellet, quod filius maior ſuccederet in primogenitura, quod uariis iuribus, & rationibus fundari poteſt, ex quibus ea, quæ magis vrgent ſcribam. Et in primis facit tex. ad plura laudatiſſimus in l. hominem,
39 ff. manda. arguẽdo de contractibus, ad vltimas voluntates, iuxta l. quæ de legato, ff. de leg. j. vbi late Iaſ. ex quo colliges, qualiter hoc argumẽtum eſt efficax, vbi militat eadem rõ. probat igitur d. l. ſi hominem, quod ſi quis dedit mandatũ ad hominem manumittẽdum, procurator tenetur exequi mãdatum, niſi iuſtam cauſam habeat id nõ faciendi, veluti ſi poſtea compererit, eũ falſas rationes confeciſſe, inf dias vitæ domino extruxiſſe, quem tex ſumme commendat, vocãdo vnicum, & ſingularem Bal. in c. j. num. 19. vt lit. non con teſtat. Iaſ. in l. omnes populi, lectura i. nume. 34. & lectura 3. nu. 12. cum aliis. vbi plura adducit, ff. de iuſti. & iur. & hoc alii plures ad cœlum vſque extollũt, quos omitto, facit tex. notabilis in l. quod ſemel, ff. de decre. ab ordin. facien. & in l. fi. ff. qui ſatisd. cog. l. cum quis in princ. l. ſi cum Cornelius, ff. de ſolu. & in l. Stichum, §. vſumfructum, & in l. ſi quis ſeruo, ff. eodem tit. l. libera, ff. de pecul. de quibus iuribus late tractat Iaſ. in l. rogaſti, §. ſi fugitiuus, num. 2. ff. ſi cer. petat. & in l. non ſolum, §. morte. num. 16. ff. de noui operi. nuntiatione, & in l. ſi pecuniam, §. 1. numer. 2. ff. de condictio. cauſa da. Ioann. Fab. in §. pretium, num. 2. Inſtitu. de emptio. & venditio. & omnis diſpoſitio intelligitur, rebus ſic ſtantib. l. quod Seruius ff. de condictio. ob cauſ. cum concordant.

Hinc

Source : BIU Cujas

40 Hinc est,quod si mulier soluto matrimonio adulterium cõ
mittit thorum violando,perdit medietatem lucrorum acq-
sitorum constante matrimonio, propter præsumptam ma-
riti voluntatem.de quo credendum est,quod si vineret, hoc
non consentiret.probatur in l.4.titu.4 lib.5. ordi.quæ est fin.
titu.12.par.4.ibi,*e la pena es esta, que es despues de mala fama , e de-
ue perder las arras,e la donaciõ que le fizo el marido finado,e las otras
cosas,que le ouieße dexadas enſu teſtamento,e deuẽ las de auer los hiios
que finçaren del.Esi fios no ouiere , los parientes que deuen heredar lo
ſuyo,eſſa meſma pena deue auer,ſi antes que paßaſſe el anno fiziſſe mal
dad de ſu cuerpo.*Et istum pũctum & dictam legem regiam no-
tabiliter explicat Acost.in cap.si pater de testa.in 6.parte.i.in
verbo legauit.nume.38.pag.96.Et facit glos.in l. tororem in
41 in verbo indignam.C de his,quib.vt indig.quæ dicit,quod si
hæres post mortem testatoris, commiscuit se cum illius vxo-
re,efficitur indignus hæreditatis. quam glos.sequuntur com
muniter.Docto. ibi. & est consimilis.in l. fideicommissum.
C.de fideicom quæ idem in legatario dicit.vbi Paul.de Cas.
42 dicit,quod si vxor post mortem mariti committit adulteriũ
perdit dotem . quam opinionem pluribus relatis dicit com-
muniorem esse Petr.de Peral.in d l.cum quidam.nume.8 ff.
lega.2.& Bellonus in rubr.de æden nu.83.Boerius in decisio
338.& idem etiam tenet Cisuent.in l.14. Taur.quamuis con
trarium teneat Alexand.in d.l.tororem.& Ias.in d.l.fideicõ-
missum & alii,quos referunt.& defendunt,& sequũtur egre
gii scriptores moderni.Epis.Couarr.in epitome de spõsalib.
2.par.c.7.§.6.num.10.11.& 12.& Anto.Gomez in l.80. Tau-
rina.num.70.Arias Pinel.in l.fi.num 9 C.de bon. maternis,
apud quos hæc quæstio late disputatur . quibus adde eundẽ
Anton.Gomez in d.l.14.Taurin.nume.17.& Mod.Parisien.
qui illam glos.in d.l.fideicommissum . repræhendit in con-
suetud.Parisien.par.j.§.30.nume.142.Et horum auctoritate,
dixit in hac ipsa nostra materia Io.Lop.in rubri. de dona.in
43 ter vir.& vxor.versi.ex istis infero. quod si maritus relinquat
vxori facultatem vt pro eo testari possit,& mortuo marito,
ipsa luxoriose viuat , per hoc videtur reuocare mandatum.
ad quod etiam adducit bonum tex.in d.l. si cum Cornelius.
ff.de solu.de cuius legis ornatu vide vltra plura , quæ cumu-
lat Ioan.Lopi.Ias.in l.singularia ff.si certum, petat.Hippoli.
44 singul.58.Ex quorum dictis etiam deducitur , quod si marit9
commisit vxori,vt faceret meliorationem , aut maiotatum
in filium,quem vellet , & ipsa mortuo marito stuprũ faciat,
censetur tacite reuocasse potestatem,quam ei dedit faciendi
meliorationem, aut maioratum.quod voluit Cisuẽ. in l.31.
Taurin.nume.4.& hæc illatio sulcitur ex pluribus, quæ no-
uissime scribit Dominus Anton.de Padilla,in d.l. fideicom-
missum.nume.3.& aliis quem lector legat.Imo ex superiori
bus,præcipue ex.tex.in d.l.si hominem . & ex aliis pluribus,
quæ illius argumento , in innumeris pene locis scripta sunt,
forsam fundari potest,quod etiam si mater expresse patri cõ
mittat,& dicat,quod nominet filium ad maioratum, quem
ipsa proprio nomine nominauit , nec ipsa ex tunc facit ma-
ioratum,sed patri cõmittat,vt illum maioratum faciat,stan
te noua & vrgentissima causa, ante nomiuationem licet pa
tri retrocedere a voluntate defunctæ,quasi voluntas matris
si viueret,idem disponeret,si casus contigeret,nec in hoc re-
fragatur voluntati testatoris, quia propter illam causam , iã
cessat.argumento tex.in d.l.Lucius.§.Titius damam. & alio-
rum,quæ supra scripta sunt . in quo tamen cogitandum est,
quia voluntas testatoris in vniuersum seruari debet.l.in con
ditionibus primum locum. ff. de conditio.& demonstrati.l.
40.Taurin.in fine, & hoc vbique scriptum est . licet ad hoc
etiam replicari potest, q hic actus ,in quo debet exequutio-
ni mandari,voluntas testatricis,habet retro oculos , & retro
trahitur ad vitam,& tempus,in quo testatrix illud disposuit,
de qua credendum est,quod si tempore, quo fecit illam dis-
positionem concurreret,& adesset causa, quæ postea conti-
tigit idem statuisset.quod argumẽtum est forte, & ex ipsa ra-
tione,& experientia , & medulla legum detractum , & illo
ego sæpe vti debeo in huius operis prosequutione. Et hoc
etiam confirmatur, quia ex causa de nouo superuenienti,li-
cet recedere a qualibet dispositione.d.l. quod Seruius.ff.de q-
dictio.ob cau.c.quemadmodum.de iureiur.ca.suggestum.de
decim de quo vide notabile consilium Anchar.83.prima fa
cie.& alia plura quæ refero in 4.par.j.eodem.q.1.limitatio.j.
num.13.Nec prædictis etiam obest, quod scribit Peral.in l.3.
§.qui fideicommissam.num.88.cum aliis. ff. de hæred.instit.
vbi tradit,quod successor in maioratu non debet eo priuari,
licet lacesserit famam, vel honorem illius , qui maioratum
fecit.nam quæ ipse scribit , procedunt in maioratu iam per-
fecto,nostra vero quæstio in maioratu, qui est in fieri . inter
quos longa est differentia . l. patre. furioso.ff.de his,qui sunt
sui vel alie.iur.cum concordant. Sed an licear pœniteret pa-
tri postquam virtute commissionis matris filium elegit ad
maioratum,vel meliorationem, breuiter videtur , quod pa-
ter in hoc casu,minime variare potest ex ratione, & dispo si
tione legis 35.Taur. quæ licet generaliter loquatur dispon-
do,q executor non possit mutare testamentũ, quod semel
fecit virtute commissionis,ad hunc casum propter eandem ra
tionẽ extendi debet, imo illud decidere videtur. & ita tenet
Cisuen.in l.31.Taurin.num.6. nisi commissarius nulliter eli-
geret,& fecerit talem nominationem , vt coiligit ex scriptis
per Licent.Tello.in d.l.31.num 3.pro qua sentẽtia adde scri
pta per Deci in l.2.nume.9.C.de succes.edict.& in c.2.de con
firma.vti.vel inut.Ias.in l.j.§ hæc verba, ff quod quisque.iur.
Felin.in c.ex tenore.de reser.Purpu.in l.edita.num.103.C.de
eden. Hippoli in sing.274.& 291.& 340.& 386.& 441.Segu.
& Additio.in l.si ex legati causa.num.134.ff.de verbo.oblig.
Deci.in consi.126.Bellam.consi.x.col.23.Anto.Rube.consi.
vlti.nu.5.& probatur hæc conclusio in c.si electio.de ele.lib
6.& in l.hæc conditio filiæ meæ.ff.de condi.& demonst. & in
aliis pluribus iuribus relatis per Tiraquel. qui hanc conclu-
sionem late probat,& declarat in l. boues. §. hoc sermone.
limita.1.num.1.cum seq.pag.116 ff.de verbo. signi. cui adde
Mod Parisien in 1.par.consue Parisien.§.4.nu.14.& dicit Re
bus.in tracta.de nominatio. q.21.nu.32.q nominatio nulla
primi,non impedit nominationem secũdi. refert per ipsum
notata in l.quod iussit.notab.2.fallen.4. ff.de re iudicat. Ego
46 tamen limito hanc sententiam,nisi exequutor fraudem ha
buerit,faciẽdo exequutionem,& nominationem data opera nullam propter aliquem finem , sicut contingere potest, quia fraus & dolus,cuiquam patrocinari non debet.c.ad no stram.de emptio.& venditio.c.pastoralis.§.vl. de offi.dele.l.si remunerandi.§. Maurus.ff. manda. Et fraudem in toto pene iure in variis casibus iura abhorrent,vt videre licet apud Ia. in l.quidã cum filium.nu.22.ff.de verbo.oblig.eundem Alc. & alios in l.actio.C.de transã.Hippo.in singu.289. Epi.Cou. li.2.resolu.c.14.& Tiraquel.lib.1.de retract.§ 1.glos.9. num. 67.& hoc vbique reperies.Et alia notabilia circa eos, q nul-liter eligunt,vide in q.52.infra hac parte nume.7.cum aliis.
47 Sed dubitatur,vtrum si quis commisit exequutori,q possit vsque ad mortem meliorare,vel facere maioratum in filiũ, an hoc casu liceat exequutori semel facta electione, & no-minatione, variare intra tempus diffinitum per legem Tau-rinam?Doctores hoc loco non tangũt de dictis legibus Tau rinis,quia lex Taurina 35.loquitur,vbicunque fuit per testa-torem simpliciter data facultas faciendi exequutionem, nõ quando per testatorem datur commissio vsque ad mortem, quod regulariter fieri potest.licet etenim testatoribus,proro gare tempus datum exequutoribus ad exequendas vltimas voluntates,vt supra conclusio.nu.9.& 10.Et ideo videtur q variare,& eligere potest.cum iam semel elegerit,quando(vt prædixi)commissio fuit data vsque ad tempus mortis,vel tẽ pore mortis.vt expresse probatur in l.vnũ ex familia.in prin. ff.de lega.2.vbi grauatus restituere,vel eligere usque ad mor tem,potest uariare semel electione facta,uel commissione, & ibi ad hoc notãt communiter Doctores. ad idem est text. ubi etiam,Docto.in l.cum pater.§.a filia.ff.eod. titu. & con-ducit tex.in l.post mortem.C.de fideicom. aduertendum ta-men est,quod hæc conclusio text. in d.l.vnum ex familia. & similium,procedere potest in extraneis relinquẽtibus alicui commissionem,& nominationem,iuxta dicta iura, quia te-stator non arctatur relinquere illico illi , cui est facienda re-stitutio bona,in filiis uero aliud est,quia bona illico debent distribui inter filios nõ spectata morte commissarij, & ideo non licet tantum tempus vsque ad mortem sperare . Item, cum d.l.35.generaliter loquatur,generaliter est intelligenda licet in vno casu sit maior,uel diuersa ratio, quam in alio.l. j.§ quod autem.ff.de aleator.l.1.§.uxori.ff.de au.& arg.lega. cum concordã. & ideo conclusio supra firmata in exemplo supra posito in patre,qui fecit dictam commissionem , non uidetur firma.& in aliis etiam habet dubitationem propter
48 d.l.35.Præterea circa hanc materiam,quam in hac.q.tra ctamus de exequutore testatoris,qualiter teneatur exequi me lioratiõnẽ tertii , & quinti,uel maioratum a testatore com-missum. Quæritur , num hæc facultas concessa per test ato-rem commissario,quod possit facere meliorationem tertij, & quinti in aliquem filium , sit transitoria ad hæredes exe-quutoris? Quam quæstionem non tangunt scribentes in le gibus Taurinis,quæ de hac materia loquuntur,& tamen est ualde necessaria,& difficilis propter diuersas opiniones. Nã glos.in c.religiosus.de testam.in 6.in §.sane.in uerbo, mor-tuo.per tex.ibi,in ea uidetur esse sentẽtia, quod officium exe quutoris,non sit transitorium ad hæredem.quam ibi sequit Philip.Fran.nume.9.Et Dominic.nu.19.& idem tenent Spe culat.& Io.And.in additio.quæ incipit,nulli.in titulo.de in-strumentorum æditione,in 2.par.Specu.§.nunc uero aliqua ad ultimarum uoluntatum.numer.76. quam sententiam se

quun

Source : BIU Cujas

quuntur Dinus,& Alb.in l.cum ita legatur.§.quod a legata
rio.ff.de lega.2.& eſt communior opinio,.vt conſtat ex rela
tis per Alexand.in conſi.206.lib.6.& idem tenet Deci.in ca.
ex parte.num.4.de conſtitut.quia ſecundum omnes videtur
electa per teſtatorem induſtria perſonæ. Et Bart. in l.a filio.
ff.de alimen.& ciba.lega.nu.5.dicit,quod quando obligatio
defuncti,continet onus perſonale, & non onus burſale,nō
eſt tranſitorium officium exequutoris ad hæredes.& hanc
Barto.opinionem ſequitur,& declarat late Peralt. in d. §. ꝙ
a legatario num.3.ex Bar.generaliter deducens,ꝙ ſi is,qui ī
teſtamento relictus ſit exequutor decedat,hæres tenet adim
plere officium exequutionis in omnibus ab eo per teſtatorē
relictis,& per eum præſtandis ſeu ſoluēdis ex re,vel propter
rem ſibi legatam, vel ex aliis bonis teſtatoris, non tñ tenet
alia facere,vel exequi,quæ concernunt tātum officium exe
quutoris perſonale, & induſtriale, qui latius hanc materiā
aperit.Ex quibus videtur in propoſito noſtræ quæſtionis,
quod ſi aliquis teſtator committit exequutori, vt poſſit no-
minare in tertio,& quinto filium,quem voluerit, ꝙ ſi vita
functus fuit, abſque eo quod faciat talem nominationem,
hæres iſtius etiam intra tempora per leges conceſſa exequu-
toribus.non poteſt facere talem electionem, & nominatio-
nē.Et hæc ſententia adiuuatur, quia pro maiori parte teſta-
tores,qui huiuſmodi commiſſiones concedūtur,eas cōmu-
nicant cum exequutoribus & propriam voluntatem illis ex
ponunt.& quod relinquunt in manu exequutorum, regula
riter ſolum eſt ordinatio propriæ voluntatis, quia ipſi mor-
te peruenti nō habent locum ſeriatim,& per ordinem om-
nia explicandi,& vnico verbo in ſumma, & in ſubſtantia il-
lis propriam declarant voluntatem,& hoc ratio,& experiē-
tia docent.Si igitur hoc verum eſt, (pro vt inficiari nō pōt)
quomodo exponet hæres exequutoris illius volūtatem,ma
xime ſi non conſtet, ꝙ ipſe hæres communicauit cum exe-
quutorem illam voluntatē? Et hæc maxime procedunt qñ
maioratus vel melioratio,quæ fieri debet, eſſe maxime quā
titatis,quia non eſt credendum, ꝙ teſtator non communi-
cauit cum exequutore. Et pro hac ſententia facit.d.l.33.in
illis verbis.*Pero loque el teſtador le mando ſeñaladamente,y de deter
minadmente ſeñalando la perſona del heredero, o ſeñalando cierta co-
ſa que el commiſſario auia de hazer.Madamos que en tal caſo el commiſ
ſario ſea obligado alo fazer, e ſi paſſado el dicho termino lo biziere,
que ſea auido como ſi el tal commiſſario lo biziеße declaraſſe.* Pon-
deranda igitur ſunt verba illius legis *cierta coſa.* iunctis præce
dentibus, & ſequentibus ex quibus aperte colligitur, quod
ea ſola habent vim exacto tempore quod datur commiſſa
riis ad declarādum,quæ teſtator ſpecialiter iuſſit, & nō alia.
Et facit etiam apertior. l.36.in illis verbis. *O porque ſe murio.* q̄
clare docent ꝙ mortuo commiſſario,etiam ante tempus p̄
finitum per dictas leges præcluditur facultas nominandi,&
exequendi.& illa lex parificat lapſum temporis, & mortem
commiſſarii.nam dicit lex. *Quando el commiſſario no bizo teſtō,
ni diſpuſo delos bienes del teſtador, por que ſe poſſo el tiempo,o porque
no q̄ſo,o porq; ſe murio ſin hazerlo,los tales bienes vergā derechamēte.*
Et regulariter facultas declarandi non eſt tranſitoria ad hæ
redes,ſecundum glo.in l.idem Pomponius. ff.de rei vend.de
qua ego infra in alio loco tractabo.vnde etiam euenit,ꝙ ꝯ-
49 miſſarius virtute talis commiſſionis eidem a teſtatore con-
ceſſæ,non poteſt eam in alium ſubdelegare,ſecundum Bal
in l.nulli.C.de epiſcop.& cleri.per tex.in cap. j.§ fina. de teſt.
in 6.& in c.tua.cod.titu.in decretalibus.& idem tenet Ciſuē.
nu.5.& Gomez Arias num.16.& Anto.Gom.nu.5.& Licē-
tia.Tello.num.4.in d.l.31.& Bertach.in tract.de epiſco.in 6.
par.circa vltimas voluntates eius,& 4.licet Anton.Gomez,
ſibi met tribuat prædictam ſententiam. imputet igitur ſibi
pater,qui pro exequutore homi nem nominauit, qui mor
te repentina forte arreptus, vel propter curiam mortuus fuit
ante exequutionem voluntatis defuncti. Et ita pro nunc
50 mihi videtur in hoc puncto tenendum.Item pro continua-
tione huius matetiæ, quæro de alia contingibili quęſtione,
teſtator credens ſe moriturum,vel quia multoties homines
Chriſtiani,& cauti faciunt teſtamenta multis annis añ mor-
tem,quod eſt conſilium catholicum,& hominis prudentis.
facit teſtamentum, in quo dixit relinquo vxori meæ faculta
tem,vt pro me poſſit meliorare vnum ex filiis meis ī tertio,
& quinto bonorum,non expreſſo nomine proprio vxoris,
quo facto deceſſit illa mulier cum qua teſtator tunc erat cō
iugatus,& cum alia poſtea contraxit matrimonium,& tan
dem deceſſit abſque reuocatione prioris teſtamenti, quęri-
tur an hęc ſecunda vxor poſſit eſſe exequutrix ſicut prima
& nominare filium,qui ſuccedere debet in tertio & quinto.
In qua quęſtione licet articulus erat diſputabilis(vt apud au
ctores,quos infra referam videri poteſt)ego illam ſententiā
eligo,ꝙ hęe ſecunda vxor.non cenſetur habere commiſſio-
nem, & mandatum,quod prima habebat.moueor doctrina
Bal.in l.fi.in ver.& nota quod ſi talis vxor.num.7.C. de indi
51 uiduita.vbi dicit, ꝙ ſi teſtator relinquit vxorem ſuam domi
nam & vſufructuariam,& viuente teſtatore uxor, quæ erat
tempore teſtamenti moriatur, vxor quę erat tempore mor
tis,ad illum legatum non admittitur. refert text. in l. ſi quid
earum.§.fin.ff.de lega.3.ibi,poſteriori debeatur, ſi ei aſſigna
ta ſunt,quia non eſt ita de poſteriori cogitatum.quod dictū
Bald.refert,& ſequitur pro ſingulari, Crem. in ſingula.8. &
hanc Bald.opinionem totis viribus defendit Phi.Dec. in ca.
quoniam Abbas.nume. 16.de offi.deleg.& Iaſ.in l.diuortio.
§.quod in anno.ff.ſolu.matrimo.& alii,vt per Tiraquel.in l.
ſi vnquam.in princ.C.de reuoc.donatio. num.104.cui adde
Epiſcop.Couarru.in c.requiſiti.num.3.col.3.de teſtamen.&
Deci.in conſi.526.Felin.in cap.2.de treug. & pace. Gulielm.
Benedict.in c.Raynutius.in verbo,bona,num.19.de teſta.&
alios,quos citat Mod.Pariſien.in additio.ad Decium, in d.c.
quoniam Abbas.in addition.quæ incipit, Bald.quo in loco
Bald.ſequitur.& in quodam Alexan.conſi.171. viſo proceſ-
ſu.lib.2.in additio.quæ incipit,vera contra Alexand. ibi. Et
certe hæc concluſio,maxime in noſtra quæſtione veriſſima
videtur,quia (vt in præcedenti quæſtione dictum fuit) teſta-
tores,qui huiuſmodi commiſſiones faciunt, a cōmuniter
accidentibus, ſolent voluntates ſuas cōmunicare cum exe-
cutoribus,vt ipſi eas poſtea latius extendat, & ordinent, &
ideo cum in certum ſit, an teſtator voluntatem propriam
cum ſecunda vxore communicauerit, nequaquam hæc ſe-
cunda vxor,quæ ignorat voluntatem defuncti communica
tam cum prima vxore, eam poteſt exequutioni mandare.
Item forte teſtator non tantñ confidit ſecundæ vxori, quan
tum primæ, cui voluntatem ſuam declarauit, aut cōmiſit.
& etiam contingere poteſt,ꝙ non habet tantā affectionem
ad ſecundam vxorem,quantam ad primam.Præterea ſucce
dere poteſt,ꝙ tam prima vxor,quam ſecūda filios habebat
& ſi aliter diceretur,daremus caſum, ꝙ hęc ſecūda uxor fa-
ceret ſine dubio meliorationem in filios proprios, & non ī
filios alterius prioris uxoris,& ideo,hęc ſententia probabi-
lis,& ſecundum rationem uidetur,maxime cum ex hoc filij
reducantur ad ęqualitatem. & ideo in dubio hoc eſt tenen-
52 dum.Auth.de nuptiis.§ illud quoque. & latius ſcripſi in 3.q.
Ad aliud etiam eſt aduertendum in hac materia, ꝙ quam-
uis Petr.de Peral.in l.Męuio.num.13.ff.de leg.2. dubitauerit,
an commiſſarius uirtute commiſſionis ſibi datę ad meliorā
dum,poſſit meliorare filium in quinto,ſicut in tertio? Ego,
exiſtimo,ꝙ licet commiſſario facere meliorationem in ter
tio & quinto,quia cum commiſſarius hoc faciat uirtute po
teſtatis ſibi a teſtatore conceſſę, omnia quę teſtator facere
poterat exequi poteſt ille,qui pro eo teſtatur. & omnia nra
facimus,quibus auctoritatem impartimur.& quamuis teſta
tor nō exprimat in indiuiduo, ꝙ poſſit meliorare in tertio
& quinto,id intelligi debet ſecūdum leges,quibus hic com-
miſſarius fungi poteſt,ſicuti teſtator. Et declaratio facta ab
exequutore,facta uidetur ab ipſo teſtatore.l. unum ex fami
lia.in prin.ff.de leg.2.confirmat Anch.in conſil.329. nu.3.&
hęc ſpecies,ꝙ poſſit meliorare filium,quem uoluerit,habet
in hoc caſu uicem generis,& omnia indiuidua comprehen
dit,& cum teſtatot nihil exceperit,& potuerit excepiſſe, ui-
detur dare commiſſionem tam in tertio, quam in quinto,
argu.l.unicę.§.finautem.uer.ad deficientis.C.de caduci. toll.
Et ex hoc intelliges,quid dicendum ſit in alia quęſtione,.q̄
53 explicauit Peral.in d.l.Męuio?hoc in loco etiam eſt notan-
da doctrina Gregor.Lop.in l.11.titu.3.par.6.in glo.in uerbo
aluedrio. uerſus finem.in uerſi.& ex prędictis patet. nam cum
hic ſit tractatus maioratuum,plurima in aliis locis tacta ad
ducenda ſunt,ut hęc lectura ſit reipublicę magis utilis. dicit
igitur Greg.Lo.ꝙ non ualet inſtitutio maiorię facta a patre
ſub conditione,ſi mater illam fecerit in filium communē,
conferendo uerba in futurū per l.illę autem inſtitutiones.ff.
de hęre.inſti.ubi probatur, ꝙ uoluntas captatoria dicitur il
la,quę in futurum confertur,& dependet ex alieno arbtirio
facit l.Clemens patronus.in fi.ff.de hęred.inſti.& l.mulier.in
fi.ff.de cond.inſti.l.j.ff.de ijs,quę pro non ſcrip.habent. & di
cit Greg.Lop.procedere hanc concluſionem, ēt ſi faciens il
lā diſpoſitionem haberet regiam facultarem, ut poſſit face
re maioriam cum omnibus cōditionibus,uinculis, aut ſub
miſſionibus.quas uoluerit,qa intelligit de non reprobatis a
iure,ſecus tñ eſt ſub ꝺitiōe de p̄terito,id eſt,ſi teſtator dicat
ſi mater fecit,qa tūc ſm eum bene ualeret.& hęc opinio ue
ra mihi uī, ſaltem attēta diſpoſitione dictę legis undecimę,
quę abhorret omnes iſtitutiones, q̄ in alienum arbitriū cō
feruntur.Nā de iure communi poterat de hoc dubitari, cū
captatoria uoluntas proprie non ſit, cū inſtitutio hoc mō
fit.inſtituo Ioannē hęredē,ſi Petrus uoluerit.aut inſtituo il
lū hęredē,quē Sempronius uoluerit,ut latius fundat Anto.
Auguſti.lib.4.emendatio.c.15.Epiſc.Couarr. in ca.cum tibi.

num.

Source : BIU Cujas

num.2.de testam. hoc etiam in capite, & quæstione est ani-
54 maduertendum, quod si quis dicat in testamẽto, quod facit maioratum, vel melioratione in filium, quem ipse nominauit in quadam scriptura, quæ in certo loco adest (prout fecit quidam March o in hoc regno) talis dispositio est valida, & maioratus habebit effectum, nec dispositio est captatoria, dummodo non dubitetur de fide, & veritate scripturæ, de qua fit relatio, & appareat illam esse propriam, ad q̃ testator se retulit. quod probatur ex doctrina Bart. in l. si ita scripsero. ff. de condit & demonstr. vbi dicit, quod si testator dixit, volo quod hæres meus det illud, quod scriptum est in schedula, quam reliq apud guardianum fratrum minorũ: si appareat ex literarum comparatione, vel ex alijs legitimis indicijs, q̃ illa schedula est testatoris, dispositio est valida & seruari debet. & idem tenet Bal. in l. asse toto. in fi. ff. de hæredibus instituen. Paul. de Castr. in l. hæredes palam. nu. 2. & 3. ff. de testa. Alex. in consi. 76 num. 5. lib. 3. & in consi. 239. num. 1. libr. 6. & consi. 43. num. 6. lib 7. & est communis opi. secundum eundem in l. ait prætor §. si iudex. ff. de re iud. Rube. in consi. 14. nu. 7. & Bellonum in consi. 87. num. 11. quos referunt, & sequuntur Licentiat. Tello. in l. 3. Tauri. in 5. parte. & in l. 37. num. 2. qui ad confirmationem opinionis Bar. ponderat illam legem, aut secundum eundem illam explicat Episcop. Couarru. in d. c. cum tibi, nu. 5. quibus adde Bartho. Soci. in consi 142. Reuerend. pater. num. 8. lib. 1. vbi post Paul. de Cast. in d. l. hæredes palam. dicit, quod si testator nõ expressit, quod schedula erat manu sua scripta, non est necesse, quod hoc constet, dummodo appareat, illam esse de qua testator sensit. Et ista conclusio etiam confirmatur ex doctrina Bart. in l. fideicommissa. §. 1. ff. de legat. 3. & in l. si is qui testamentum. versi. quod si testator. ff. de testam. vbi dicit, quod si testator scripsit totam suam voluntatem in schedula, non tamen eam publicauit, & moritur, tale testamentum dicitur perfectum ratione volũtatis, sed imperfectum ratione solennitatis, & ideo valet inter liberos. quod sequũtur Alexan. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. Deci. in consi. 159. num. 3. quorum doctrina hodie dubitabilis videtur, attenta l. 3. Tauri. in illis verbis. *ora sea entre los hiios descendientes*. Et inquit Paul. de Cast. consi. 387. ad primum videtur dicendum, dispositionem hebraicam, lib. 2. in pri. dubio. quod si testator in testamento solenni se refert ad aliquam priuatam scripturam non solennem, omnia contenta in scriptura priuata, censentur expresse disposita, & expressa in ipso testamento referente. not. Aymo Crauet. in consi. 143. nu. 6. sed adhuc dicta opinio verior est, quæ habita pro vera, ex ea inferri potest, quod si pater in quadã schedula, de cuius fide non est dubium, & de qua nec in testamento, nec in codicillo mentionem fecit, nec eam publicauit, filium meliorauit, valet talis metioratio. quæ doctrina fulcitur ex multis, quæ scribit Licentiat. Tello. in d. l. 3. parte 1. num. 13. cum alijs. proderit autem in istis casibus, & erit sufficiens probatio confessio filiorum confitentium schedulam esse scriptam, vel subscriptam manu parentis. vt cõstat ex doctri. Corne. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. col. 1. C. de testa. Caro. Ruin. in consi. 7. col. 1. lib. 3. Et est animaduertendum, q̃ ad hoc, vt maioratus sit efficax, vbi testator se retulit ad aliquam schedulam, debet de tali schedula apparere, alias maioratus erit nullius effectus, vt cõstat ex mente prædictorum Doctorum & ad hoc facit, §. sed si vxor, versi. sed si quam acceperit. Instit. de legat. l. si non designata. C. de fal. cauſ. adie. leg. l. si sic legatum. §. 1. ff. de legat. 1. l. legaui. ff. de libera. lega. & notatur per Moder. Parisien. qui alia similia refert in consuetudin. Parisien. parte 1. §. 5. nu. 75. Est autem animaduertendum in ista materia ad quandã communem resolutionem Bart. & aliorum in l. 2. C. de bonor. possess. secund. tab. vbi volunt, quod confessio hæredis confitentis testamentum, sed minus solenniter, non prçiudicat. notat Rip. in l. admonendi. num. 186. ff. de iureiur. Aymo in tract. de antiqui. par. 1. num. 120.

55 TANDEM circa intellectum eorum, quæ in hoc capite, & quæstione sunt discussa scire oportet, quod licet ex dispositione l. 35. Taurinæ, non liceat commissario reuocare testamentum, quod semel ex commissione sibi data fecit (vt latius in d. l. cauetur) id limitari potest, nisi hæredes vel aliæ personæ, dolum in aliquo commiserint commissario, vel celãdo illi bona testatoris, vel alias. nam ad hoc admittitur variatio. hæc conclusio fundari potest ex l. 4. quæ incipit scyphi electione legata, si non omnibus scyphis exhibitis legatarius elegisse, integram portionem manere placuit. facit l. si quis affirmauerit, ff. de dolo. l. qui cum tutorib. §. qui per fallaciam. ff. de transactio. & l. vlt. in vers. plane. vbi Barto. & alij. ff. de eo per quem fact. erit de quo qui plura scire cupit, legat Tiraq. lib. 1. de retract. §. 24. gloss. vnic. num. 8. vbi alias auctoritates ad hoc refert. Et ibi etiam tradit, q̃d

56 agendum vbicunque ille, qui eligere debebat mero errore elegerit, an iterum eligere poterit: vbi citat tex. & Bal. in vlt. notabi. in l. mater. ff. de inoffi. testam. Et ex istis infertur, q̃ si commissarius elegit ad maioratum, vel melioratione filium dolo quopiam ad id persuasus, iterum eligere potest. Et pro hoc facit tex. vbi Bart. in l. vlt. in prin. C. de iu. delibe. & quod tradit Peral. in l. cum quidam. nu. 9. ff. de leg. 2.

7 PONE etiam, q̃ quis dedit alicui commissionem, vt faceret maioratum in aliquem ex filiis cum consilio alterius tertij, qui anteaquam consilium præstaret defunctus fuit, ita quod consilium iam præstare non potest: an hoc nõ obstante, commissarius commissionem suam exequi possit? & videtur, quod nihilominus cõmissarius possit exequi commissionem per tex. in c. 1. §. vlti. ne sede vacant. aliquid innouet. lib. 6. vbi habens conferre beneficium cum consilio Episcopi, potest conferre si Episcopus sit mortuus, vel absens. & inquit Bart. in l. si quis arbitratu. nu. 15. fol. 20. ff. de verbo. obligat. quod si factum sit compromissum in Titium, vt arbitretur de consilio Sempronij, illo nolente consulere, vel mortuo, receditur ab eius persona, & arbitrator, id potest expedire. de quo latius ibi per Ias. nu. 33.

58 SED singulariter circa prædicta dubitatur, pater fecit testamentum manu propria, in quo apparet, quod meliorauit vnum ex filijs, vel per viam maioratus, vel melioration is tertij & quinti: an talis constitutio maioratus, vel melio rationis valeat sine testibus. In quo videtur dicendum, q̃ si appareat clare talem scripturam esse scriptam manu patris, quod valet etiam si careat testibus, vel aliis solennitatibus. quod probatur ex Auth. quod sine. C. de testamẽ. cuius dispositio procedit, etiam in fauorem piæ causæ, secũdum Ale. in consi. 4. lib. 7. num. 6. cum alijs. si autem negetur tale testamentum esse manu patris scriptum, & testibus duobus careat, dispositio non valet: quia nullum testamentũ, quantuncunque conditum a persona priuilegiata, vel inter personas priuilegiatas, valet cum minori numero duorum testiũ l. 1. l. Lucius. ff. de testam. mili. l. milites. cum glos. C. eod. tit. c. relatum. & c. cum esses. de testam. d. Authen. quod sine. cum concordant. vt per DD. in dictis locis. & late Ias. in consil. 184. circa legitimationem, numer. 6. lib. 2. Alexan. in consil. 76. nu. 2. libr. 3. Socin. iun. in consilio 186. numero 64. libro 2. & traditur per Parisien. in d. Alexan. consil. licet ista distinctio etiam dubitabilis videatur, quia priuilegia, quæ patribus conceduntur, vbi testantur inter liberos procedunt, vbicunque æqualiter testantur. secundum Roman. in consilio 169. Deci. in consilio 349. numero 9. de quo videnda sunt, quę refero in quæstione 3. supra hac prima parte. nu. 9. vbi cito Licenciatum Tello in l. 3. Tauri. par. prima. numero 21. qui quandam quęstionem huic similem nostræ scribit. Et an sufficiat confessio filiorum confitentium, patrem fecisse maioratum in testamento, vel codicillo, sed minus solenniter resolui potest ex l. si veritas. C. de. fideicomm. vbi late Docto. & traditis per Rip. in l. admonendi. ff. de iureiu. Aymo. in tract. de antiq. par. 1. nu. 119.

EST etiam notandum quod testator committat alicui vt pro eo faciat maioratum, vel melioration em in aliquẽ filium, quem eligat, & talis commissarius dicat coram testi-
59 bus, se velle eligere ad maioratum, vel melioration em aliquem filium, talis dispositio est dispositiua, non enunciatiua, & eligere videtur statim, quod probatur ex doctri. Bart. & aliorum in l. prima. C. de summa Trinita. & fide catholi. vbi concludunt, quod ista verba (volo eligere) si constiterit quod deliberate sunt prolata, inducunt electionem. ex quo inquit ad propositum nostrum Barth. Socin. in consilio 86. numero 4. cum aliis lib. 3. quod si is qui habebat commissionem eligẽdi aliquem de pluribus ad fideicommissum, dixit coram personis fide dignis, quod volebat eligere aliquem ad fideicommissum, ex talibus verbis statim eligere videtur. quem refert, & multum commendat Marian. Soci. Iunior in consilio 179. numero 25. lib. 2. licet in contrariũ faciat, quod voluntas ab ipso facto separatur, c. primo. de eo qui mittitur in pos. l. promissor Stichi. §. cum constituto. ff. de constitu. pecunia. vnde dicens se velle eligere, videtur in aliud tempus actum faciendi reseruare, & non statim disponere, ad quod facit, quod in simili tradit Dec. in l. non vult. numero 5. ff. de regul. iu. vnde dicit elegauter Moder. Parisi. in consuetudi. Parisien. §. x. numero 16. quod ista verba (volo eligere) significant aliquam voluntatẽ de præsenti actus eliciti, quem disponunt, sed non significant voluntatem p̃sentis actus imperati, nec aliquid de ipso actu imperato, q̃ est ipsa realis electio disponunt, sed illud annuntiant dumtaxat. vnde ex vi illorum verborum, non colligitur actualis electio, sed quædam tendentia in futuram electionem ex circunstantiis autem possunt illa verba suppleri & perfici, vt actum consumatum importent, puta cum deliberatione

tione ad hoc exquisita vocatis testibus, vel amicis, vel tractatu super hoc habito, tanquam conclusio actus proferuntur, tunc enim intelliguntur dispositiue, & perfecte præferri, & inducunt actualem electionem inuariabilem per l. Paphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. & alia, quæ refert. & ex resolutione, quam ibi tradit infert, ꝙ si primogenitus semel, & serio dixerit se velle eligere talem mansionem, non potest alia eligi ab eius hærede, imo nec ab ipso primogenito, quia electio trahit secum exequutionem, dūmodo appareat deliberate, & a sciente facta esse. quæ notanda sunt ad intellectū legum. 29. & 52. Taurinarum. Et eisdem addo quæ scribit Peralta in l. prima, numero 79. ff. de legatis secundo. vbi late dehoc loquitur. Et an damnatus, ad mortem deportatus vel damnatus ad metallum efficiatur in capax ad eligendū,
60 vel declarandum, vel nominandum successorem in maioratu vel melioratione, lector resoluere potest faciliter ex l. cum pater. § hęreditatem. vbi glo. & Docto. ff. de leg. secundo & ex his quę scribo supra. q. 1. nu. 50. cum aliis. & per legem 4. Taurinam. & l. ex facto. §. si quis rogatus. secundo. ff. ad Trebel. Bal. in l. id quod pauperibus. num. 5. C. de episco. & clericis.

SVMMARIVM.

Decisio huiusquæstionis

1 *Accipiens possessionem rei incertæ, an illam acquirat.*

2 *Donans uel uendens, uel obligans omnia bona, uel quotam bonorum, & constituens se possidere transfert possessionem, licet bona non exprimantur.*

3 *Maioratus & melioratio non remanet irreuocabilis per clausulam cōstituti quo ad bona futura.*

4 *Maioratus factus in contractu oneroso, non requirit expressionem bonorum.*

An quando bona maioratus, vel meliorationis sunt incerta, pater possit reuocare maioratum, aut melioratione.

QVAESTIO XLIX.

QVadragesimo nono pone, quod pater constituit maioratum, vel meliorationem in filium de omnibus bonis, aut de tertio bonorum suorum, nec exprimit, aut specificat talia bona, quod plerunque contingit, & nomine filii in quem fecit maioratum, aut melioratione se constituit pro possessore, quęro an ex hoc censeatur maioratus irreuocabilis? Dubium facit, quia hoc casu, bona sunt incerta, & ideo possessio non transfertur. l. incertam. ff. de acquirenda possessi. cum concordantibus. si igitur possessio non fuit translata maioratus est reuocabilis & melioratio. quia & aliis rationibus
1 hęc opinio persuasiua videtur, in contrarium tamen, quod in casib. supradictis, melioratio vel maioratus remaneat irreuocabilis pondero nouiter l. 17. Taurin. iunctam l. 23. nam in dicta l. 17. dicitur, quod pater possit reuocare meliorationem, nisi tradiderit possessionem. & quod hoc procedat etiam si traditio fiat per constitutum, tenent scribentes ibi, nemine dempto, & est vera conclusio. superuenit posthea dicta l. 23. dicens, quod ad meliorationem tertii habeatur consideratio ad valorem, quem bona illius, qui meliorauit habent tempore mortis, & non ad tempus in quo facta fuit melioratio. Ecce ergo legem aperte probanrem, ꝙ melioratio tertii, est ius quoddam vniuersale recipiens augmentum, aut diminutionem ab eo, quod testator acquirit, vel minuit in bonis, & quod bona futura in ea comprehenduntur, quamuis non sint acquisita, nec in potestate illius, qui meliorationem fecit, & cum prædictę leges Taurinæ, aliæ declarentur per alias (vt ex illis patet) sequitur quod possessio de qua loquitur dicta l. 17. non eget aliqua expressione bonorum: nam si id foret, daremus casum, quod pater in bonis, quę post factam meliorationem acquisiuit possetin alium filium facere aliam donationem, & meliorationem tertii, quod minime esse potest stante d. l. 23. cuius sunt verba. *Quando el padre o la madre por contracto entre uiuos, o en otra postrimera uolunt ad hiziere alguno de sus hiios descendentes alguna meioria del tertio de sus bienes, que la tal meioria aya consideracion a lo que sus bienes ualieren al tiempo de su muerte, y no al tiempo que se hizo la dicha meioria.* ex quo infertur, quod non solum melioratio erit irreuocabilis tradita possessione per constitutum respectu bonorum pręsentium, sed etiam futurorū, cum per hanc legem acquisitum sit ius filio in melioratione, non solum ad bona, quæ pater habebat tempore factæ meliorationis, sed ad bona, quæ postea acquisita fuerunt, & vna & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. ff. de vsucapio. ad istam tamen legem 23. responderi potest, quod loquitur quantum ad hoc, quod tertium æstimetur secundum valorem bonorum temporis mortis, non quo ad irreuocabilitatem. Item pro hac sententia facit tex. in l. si fur. §. fina. ff. de vsucapio. vbi probatur, quod ita demū incertitudo impedit possessionem, vbicūque ille, qui illam tradidit est incertus quantum possideat, sed si tradens sit certus quid, & quantum possideat, incertitudo in accipiente possessionem, non impedit illius translationem: nam dicit consultus, incertam partem possidere nemo potest, ideoq; si plures sint in fundo, qui ignorent quotam, quisque partē possideat. neminem eorū possidere mera subtilitate Labeo scribit. per quem tex. ita determinat glos. in dicto §. incertū. in verbo, Titius. quam ibi sequuntur Imo. & Aret. in pri. & Alexan. numero 2. & Ias. numero 8. & dicit Alexand. quod Docto. sequuntur communiter glossam. & est communis opinio secundum Anto. Gom. in dicta l. 17. numero 17. contra quam recta ratione (vt mihi videtur) ipse tenet per aliqua fundamenta. cui ego addo, quod si bene consideretur dictus §. fi. l. si fur potius probat contrariam sententiam: cū in effectu dicat, quod si plures sint in fundo, & quilibet ignoret quid possideat, nullus possidet mera subtilitate. Ecce ergo qualiter ad acquirendam possessionem lex considerat animum acquirere volentis, qui cum nesciat quid acquirere debet, animum habere non potest ad acquirendam possessionem, cum incertus sit ad quem locum dirigere animū debeat. scimus autem, quod animus lapis angularis ad acquirendam, vel amittendam possessionem. l. licet. C. de acquirenda posse. l. quemadmodum. ff eod. titulo. & totus fere titulus de hoc agit. & est singularis. l. 6. titu. 30. part. 3. & dicit iuris consultus in d. §. fina. ꝙ non sufficit, quod quis sit corporaliter in fundo, sed requiritur, ꝙ specifice, non autem in genere sciat quantum possidet. & cum ille, qui in fundo est non habeat possessionem, non cognito quid possideat, fortius ille, qui eam de nouo acquirere debet, requiritur quod sit certus, quid, & quantum ab eo acquirendum est. argum. l. final. C. de acquiren. pos. & l. 13. d. ti. 30. par. 3. & hęc vltima ratio aliis pluribus mediis iustificari poterat. Sed cū in hoc & aliis iudicando, & consulēdo sint communes opiniones sequendæ, glossę sententia est amplectenda, quantum ad ꝓ positum nostrę quęstionis & ex illa opinione prędicta firmior est. Tertio pro hac sententia facit, quia si ego dono, vēdo, vel obligo vniuersaliter omnia bona mea, vel quotam
3 bonorum, & constituo me possidere nomine emptoris, vel donatarii, vel creditoris, licet aliter bona non exprimantur, transfertur possessio secundum Iacob. Butrig. in Auth. hoc si debitor. C. de pign. & Bar. in l. qui pignoris. ff. de acq. posse. & in l. Celsus. in ver. pone quod debitor. ff. de vsuca. ad quod alios concordantes refert Tiraq. id sequutus in tract. de constit. par. 2. ampliatio. 29. & faciunt scripta per Pau. Paris. in ꝓsi. 59. num. 23. lib. i. & per eundem Tiraquel. in d. tract. par. 3. limita. 19. num. 2. licet Chassane. in consue. Burgun. rub. 7. le mor. saisit §. j. nu. 19. col. 2. contrarium tenere videtur. Ex quibus videtur, quod stricto iuris rigore de iure communi, hæc
4 opinio est tenenda, quod melioratio tertij tradita possessione per constitutum efficiatur irreuocabilis, etiam quo ad bona futura. & idem propter eaidem rationes videretur dicendum in maiotatu, cum quis facit maioratum de omnibus bonis suis, sed cum habeamus. d. l. 17. quę expresse dicit, quod ita demum melioratio est irreuocabilis, cum traditur possessio. *de la cosa, o cosas enel dicho tercio contenidas.* & eadem verba repetunrur in l. 44. Tau. quę loquitur de maioratu ibi, *Saluo, si el que lo hiziere por contracto entre uiuos ouiere entregado la possesion de la cosa, o cosas contenidas en el dicho mayoradgo*, in hoc maturius deliberandum est. & licentiatur Tello. in d. l. 17. n. 23. palam tatetur, quod libentius in hoc disceret, quam doceret, & tadem cogitandum reliquit. & ex istis etiam legib. remanet dubia opinio Peral. in l. unum ex familia. in princ. nume. 20. & 21. ff. de lega. 2. vbi ita demum prohibet irreuocabilitatem tertii quo ad bona futura, vbicunque donans se constituit possidere bona præsentia, & futura, & non aīs. lectores etiam certiores facio, quod in maioratu, vel melioratione facta per contractum onerosum, vel traditionem scripturę, non est necesse exprimere bona maioratus, vel meliorationis, vt talis maioratus, vel melioratio sit irreuocabilis, nec procedunt quæ dicta sunt, quod clare probatur, in l. 17. & in l. 44. Tauri. quod vt nouum, & necessarium mē ti tenendum est.

SVMMARIVM.

1 *Spe lucri inuitari quis potest ad matrimonium contrahendum, quæ conclusio late exornatur, tam ex iure communi, quam regio.*

2 *Filius si non pareat conditioni, qua grauatus fuit, vt contrahat matrimonium*

Source : BIU Cujas

monium cum aliqua consanguinea sub pœna perditionis maioratus, non amittit maioratum, si faciliter impetrare dispensationem nequeat.

3 *Conditioni quod quis contrahat matrimonium cum aliqua fœmina pœna adiecta, an persona grauata teneatur impetrare dispensationem.*

4 *Resolutio huius præsentis quæstionis.*

5 *Consilium qui petere tenetur, non tenetur sequi, & valet præceptum testatoris quod filia maritetur cum consilio tertii sub pœna.*

6 *Actus est nullus, vbi requiritur consilium, & non adhibetur, & debet peti ante actum.*

7 *Opinio auctoris in hac quæstione.*

8 *Legatum factum virgini, si Titio nupserit, non amittitur, filia nubente cum alio ex patris mandato. & ibi omnino vide huius opinionis confirmationem sing. doctrinam Bald. & alia ad confirmationem opinionis, de qua in nu. præcedenti.*

9 *Conditio per testatorem adiecta, quod filius legitimatus per subsequens matrimonium non succedat in maioratu, an ualeat, remissiue traditur.*

10 *Conditio adiecta filio primogenito, quod ducat aliquam mulierem indignam sub pœna, an sit adimplenda.*

11 *Indignus quis dicatur.*

12 *Conditio quod vxorem ducat aliquam, quæ forsam trahit originem a Iudæis, vel Mauris reiicitur.*

13 *Filius grauatus vt talem uxorem ducat sub pœna perditionis maioratus si semel renuit, an postea possit ducere.*

14 *Minor potest petere restitutionem aduersus conditionem non impletam. de quo in nu. 13.*

15 *Verba a testatore in vinculo adiecta, si sint modalia, & semel quis negauit modum implere, postea implere potest.*

16 *Verba exhortationis, an inducant grauamen.*

17 *Grauatus vt contrahat matrimonium, si fecit quod potuit, an habebit melioriationem.*

An valeat conditio per patrem filio in maioratu uel melioratione apposita, quod non ducet vxorem, nisi arbitrio alicuius, consensu, aut consilio.

QVAESTIO L.

QVinquagesimo quæro de quæstione qua (vt reor) magnæ vtilitatis erit. Pater in constitutione maioratus, vel melioratio nis, siue in testamento, siue in contractu apposuit conditionem, & præceptum, quod filius vxorem ducat cum voluntate, arbitrio, aut consilio alicuius personæ, puta uxoris, quod est communius, vel alterius, sub pœna amissio nis maioratus, aut melioriationis, an hæc conditio valeat? & filius illi patere teneatur, ne amittat lucrum a patre delatū? In quo puncto præmittendum est, quod in conditionibus primum locum obtinet voluntas testatoris l. in conditioni-
1 bus primum locum. l. pater Seuerinam. ff. de conditio. & demonstra. cum concordantib. & dicit tex. ad propositum nostrum in l. Titio. §. j. ff. de cond. & demon. posse quem inuitari spe lucri ad matrimonium contrahendum. quem text. dicit singularem Ioan. Lopi. in repetitio. c. per vestras. de don. inter vir & vxo. notab. 3. §. 21. ad idem est tex. in l. j. C. de inst. & substit. ubi Doct. omnes. præcipue Ias. nu. 4. l. 2. eod. ti. Et p batur in l. creditor. § i. ff man. not. Ias. in l. si ita stipulatus fuero per te non stisti. §. vult. num. j. ff. de verb. oblig. & est bonus ad propositum tex. in l. dictam. C. de condict. ob caus. notat Guillel. Benedict. in cap. Raynutius. in verbo, cuidam Petro tradiderunt. numer. 7. cum sequentibus. de testamen. Ex quo fit, quod si testator præcipiat alicui, quod cõtrahat matrimonium cum aliqua fœmina, & si non contraxerit, vult eum hæreditate priuare, talis conditio valet, & ille priuabitur hæreditate, si conditioni non pareat, secundum Oldr. in consi. 16. & Aret. in l. si ita stipulatus fuero te stisti. §. si tibi nupsero. ff. de verborum oblig. & idem tenet Ioa. Lo. vbi supra. quos refert, & defendit Epi. Cou. in epit. de spon. par. 2. ca. 3. §. 3. nume. 7. dicens post Ioan. Lopium, q hæc conditio potest adiici filio, dummodo non sit in legitima. Et pro hoc, est sententia Bar. quam prædicti minime citant. in l. cum donationis, nume. 5. C. de transactio. Et pro ista opinione sunt duæ leges partitæ, quas nostri Hispani non referunt. prima est l. 4 ti. 14. par. 6. ibi, *Pero si el testador, que faze el testamento dixesse, mando a tal muger cien marauedis, o fago la mi heredera si casare con tal ome.* & est alia l. 22. ti. 9. par. 6. ibi, *Esto seria, como si el testador dixesse assi, mando a fulano ome mil marauedis si casare con tal muger.* & facit ēt l. x. in fi. tit. 3. par. 6. & hæc opinio Oldrad. & aliorum tanquã verior, & communior est tenenda, quicquid contra eum late arguat Emanuel. Acosta. celeberrimus olim in Salmanticensi academia lector, in l. cum tale. §. rescriptum. ampliat. 12. nume. 12. ff. de cond. & demonst. nam & idem Acosta (vt mihi videri meo) est sibi contrarius in 2. limitatione illius. §. num. 5 vbi dicit, se defendisse Bal. sententiam, & per eam reprobat doctrinam Stephan. Bertran. in consi. 148. & themate. libr. j. dicentis, quod si mulieri aliquæ res donatæ sint, & in donatione adiecta fuit conditio, quod si nuberet sine consensu eius, quæ donabat, & aliorum, donatio resolueretur, quod resolutio non valet, & quod donataria debet obtinere res legatas.

¶ CVM ergo pater vtẽdo facultate regia, quæ ei data fuit ad faciẽdum maioratum in filium, quem ei libuerit, voluit filium prædicto modo grauare, & per leges regias licitum sit pauri melioriationem facere in tertio, & quinto in vnum ex filiis, cui ipse gratificare voluerit, non est cur filius quæri possit ex prædicto grauamine & conditione, per quod pater filii vtilitati prospexit, & pro illius præcepto est præsumendum, & quod filio expedit. l. nec in ea. ff. de adulteriis. l. septima, titu. 8. parte iiij. & ad hoc facit. l. 27. Taurina in ratione sui.

¶ ET ex his fit, q legatum a marito vxori factum, si vidua lem vitam egerit, vel donec secundo nupserit, amittitur ab vxore si secundo nupserit. authen. quod locum. C. de secun. nup. mulier. l. 2. C. de indi. viduit. tol. explicat late Episc. Cou. in d. epitome. par. 2. c. 3. §. 9. & vl. nu. 11.

2 ¶ ATTENDENDVM tamen est, quod si pater grauet filium, vt contrahat matrimonium cum aliqua muliere, quæ est eiusdem consanguinea intra quartum gradum, vel habet aliud impedimentum, per quod filius eam ducere non potest, absque summi Pontificis dispensatione nō amittit maioratum, si cum illa non ducat. Ad quod est singularis dicta l. 14. ti. 4. par. 6. in fin. ibi, *fueras en de si aquel con quien le mandaua que casasse, fuesse pariente della, o tal ome con quien no podia ni deuia casar segun derecho.* Et est ad hoc tex. notabilis in l. vl. ff. de condict. sine cau. vbi ille, qui dat dotem pro futuro matrimonio contrahendo inter consanguineos, repetere potest, quod dedit. sed dispositio. d. l. partitæ potest limitari, nisi dispensatio faciliter impetrari possit per filium grauatum, nã tunc filius tenetur procurare, & petere dispensationem, maxime si fit in casu, & in gradu, in quo faciliter dispensari possit, iuxta norata per textum, in l. apud Iulianum. alias idem Iulianus. in illis verbis, cum distrahi non soleant. ff. de lega. primo. vbi late Doctores præcipue Aret. Alexan. & Ias. facit tex. in l. in iure ciuili. ff. de condi. & demonstra. & in l. in iure ciuili. vbi Deci. ff. de regulis iuris & l. 2. ti. 4. par. 5. & l. 21. titu. 9 par. 6. late Tiraquel. libro 1. de retract. §. 32. gl. vnica. numero 63. cum aliis. pag. 680. Et ad hoc facit sententia Emanuelis Acostæ, quem post hæc scripta vidi in l. cum hęres. §. 1. numero 14. ff. de statu libe. vbi dicit, quod si instituero Lucretiam sub conditione si Francisco nupserit, cui erat coniuncta in quarto gradu, hęc conditio potius difficilis, quam impossibilis dicitur: maxime si dicatur, si Francisco nupserit ex dispensatione. Et in ista materia lectorem animaduerto, vt omnino legat Parisium consi. 17. lib. 1.

3 SED dubium est, stãte veritate huius limitationis, quis tenetur impetrare dispensationem ad hoc, vt non amittat maioratum? Et certe ex vera mente prædictarum legum videtur, quod onus impetrandi dispẽsationem, pertineat ad p sonam, quæ grauata fuit vt alteri nubat. & facit l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. in ratione sui. Et quod ad illam tradunt Ioan. Fabr. in §. quoties. de inutilib. stipula. Ange. in §. actionum. de action. de quo latius agit Tiraquel. libro 1. de retract. §. primo. glo. 17. numero. 4. Et si non petierit dispensationem, illi imputari debet vt latius trado. in quarta part. quæst. 40. nnmero 20.

4 SED vt ad punctum nostrum reuertamur, licet prædicta omnia in suis casibus vera sint, in prædicta quæstione ego ex mente omnium, sic distinguendum iudico: nam si quidem pater filio iniungerit, vt matrimonium contrahat cum consensu arbitrio, vt voluntate matris, vel alterius, tũc talis conditio non tenet tanquam impeditiua matrimonii, & maioratus purus remanet conditione reiecta. l. cum tale. §. rescriptum. ff. de conditio. & demonstra. l. turpia. in versi. si Titię. ff. de lega. primo. & vtrobique Doctores. si vero pater filium grauauerit, vt contrahat cum consilio matris sub pœna priuationis melioriationis, aut maioriæ, tenetur omnino petere consilium a matre, alias priuabitur melioratione, aut maioratu. Ratio differentiæ inter arbitrium, consensum, aut consilium est: quia licet quis teneatur petere cõsi
5 lium, non tamen illud sequi tenetur: arbitrio autem aut cõsensui obsequendum est, secundum Petrum de Bellapert. in dicta l. turpia. quem sequitur Pau. de Castro. vbi hoc late fundat in consi. 300. videtur dicẽdum, quod dicta filia, libro primo. vbi dicit, quod valet præceptum testatoris, quod filia maritetur cum consilio tertii, sub pœna amissionis hereditatis. & idem tenet Alexan. in dicta l. turpia. §. primo. & Feli. in c. ex parte. columna 2. de constitu. & est communis opinio secundum Aymo. consilio 1. quem refert, & sequitur Peral. in l 31. numero 1. ff. de lega. 2. dicens, quod cum hoc

in

in facto consuluisset contra Aret. in consilio 67. reperit Aymonem hoc dicentem: cum tamē (vt vides) ante illum hoc alii affirmauerint. cui adde Ioan. de Anani. in consilio 15. vbi Bologninus se subscripsit. & est receptior opinio secundum Emanuel. Acosta in dicta l. cum tale. §. si arbitratu. limitatione 11. qui ad hoc plures refert, quamuis ipse magno conatu contrarium teneat. Et quod regulariter quis non teneatur sequi consilium, probatur in l. cum pater. §. mando. ff. de lega. secundo. vnde si ex forma statuti quis teneatur pronunciare secundum consilium sapientis, intelligitur, quod consilium debet esse iustum: quia hoc importat verbum, (consilium) secundum Bart. in l. prima, §. si plures. ff. de exerci. de quo per Lucam de Penna in l. omnes iudices. C. de decurio. libro x. Alexand. in consilio 19. libro 4. & alios, quos refert Greg. Lopez in l. secunda. tit. 21. par. 3. in glo. *si intendieren que es bueno.* vbi est lex expressa pro Bartoli sententia. & est alia l. 23. titu. 12. par. 5. ibi. *Ca ninguno es tenudo por premia de tomar consejo.* notat Socin. Iunior in consilio 97. numero 9. libro j. vbi tradit, quod licet filius debeat petere consilium matris vigore testamenti paterni, sequi tamen illud non tenetur. quibus adde Abb. in ca. non potest. numero 21. de re iudica. & in c. j. numero 3. & 6. de capel. monacho. & in c. 2. numero 2. & 4. de arbitris. vbi tradit, an necessario sit requirendus ille, qui consilium præstare debet: & notatur per eūdem Abba. in c. ad apostolicam. numero 12. de re iudica. & in ca quanto. numero 5. de his quæ fiunt a præla. & faciunt notata per Roderic. Suarez, qui eandem sententiam & distinctionem tenet, faciendo differentiam inter consilium, & arbitrium. in l. 3 titu *de los casamientos.* colum. 1. Et actus est
6 nullus, vbi requiritur consilium, & non adhibetur, vt per Abb. in d. cto c. ad apostolicam. Et quando consilium requiritur in aliquo actu, oportet, quod ante actum interueniat, secundum Abba. in c. cum in veteri. numero 7. de electioni. vbi numero 8. & 9. tradit, quod si in aliquo actu requiritur consilium, potest actus sine consilio expediri, nisi consulentes fuerint requisiti in extremitate temporis. & vide eundē Abba. in c. cum vos. numero 5. de his quæ fiunt a prela. Et si ille cuius consilium requiritur sit absens, & sit periculum in mora, potest actus absque illius consilio expedire, secundum Bar. in l. si plures ff. de exercito. notat Tiraquel. qui plura similia adducit in 8. l. connubi nu. 16.

7 SED certe licet hæc magis in iure communi recepta sint ex tex. in dicta l. cum tale. §. rescriptum & aliis supra citatis scilicet in efficacem esse conditionem, quia quis arctatur ad matrimonium arbitrio alicuius tertii, tanquam sit causa impediendi matrimonium. quam etiam tenet Rip. in l. secunda. §. voluntatem numero 11. ff soluto matrimo. vbi ait, quod conditio nubendi cum consensu propinquorum, reiicitur a iure tanquam impeditiua matrimonii. Quando in proposito nostræ quæstionis considero, ac perpendo, quando hodiernis temporibus interest reipublicæ, quod filii non contrahant matrimonia absque consensu parentum, & si pater deficit, absque consensu matris, quibus deficientibus cum consensu alicuius proximi, quem pater & mater elegerint, & in quo confisi fuerunt: quia in hoc præsumptio est pro parentibus, quod filiis maxime prospiciunt (vt supra dixi) & cum mecum magis, magisque cogito, quam difficile sit reprimere calores iuuenum, & maxime illorum, quos parētes diuites meliorationibus, aut maioratibus superbos reddunt, & relinquunt sub custodia matris, vel alterius personæ, & quanta mala, & infamiæ, & dedecora generationibus sequantur ex peruersis factionibus filiorum, qui vxores accipiunt suo genere indignas, per quarum coniugium tota familia maculatur, & iurgia, & dissensiones, & alia plura mala ex hoc oriuntur: reipublicę mirū immodum expedire credo, quod parentibus liceat iniungere, & grauare filios in melioratiōnibus, aut maioratibus, ne vxores ducant sine consensu matris, vel alterius amici, aut consanguinei testatoris, sub pœna priuationis maioratus, vel meliorationis. Quam opinionem fundare possum[9] ex ipsa naturali iustitia, & ratione, & reipublicæ vtilitate, cuius occasione multa sunt in iure nostro introducta contra rationem disputandi, prout inquit ille tex. mirabilis in l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad legem Aquilam. ibi multa in iure ciuili contra rationem disputandi recepta esse, in innumerabilibus rebus probari potest. quem tex. ego in aliis locis refero. & coadiuuatur hæc conclusio ex ratione tex. in dicta l. prima. C. de institutio. & substitutio. & dictarum legum partitæ & ex aliis supra citatis, ex doctrina Laurentij Calcanei in consilio 2. numero 2. post medium. vbi dicit, q̄ quando testator in dispositione simpliciter reliquit aliquid sub conditione arbitrii alterius, conditio non valet, & legatum remanet purum: si vero testator transit vlterius disponendo, priuando hæreditate illum, quem iussit contrahere cum arbitrio alterius, nisi conditioni paruerit ex scriptis per Oldra. in dicto consilio 16. & certe hoc etiam manifesto intendit Pau. de Castro in dicto consilio 300. dum respondit ad tex. in d. §. rescriptum. & dicit, quod in dicto §. fuit legatū per modum præcepti, & etiam dicit, quod in dicto §. rescriptum. conditio tenebat ad impediendum principium acquisitionis, in casu autem Pauli agebatur de resoluenda hę reditate iam acquisita, si præceptum non adimpleatur, licet horum opiniones dubiæ mihi videantur, attenta ratione & dispositione tex. in d. §. rescriptum.

EXPEDIT igitur ad bonum regimen reipublicę, vt iuuenes non contrahant matrimonium, absque consensu & arbitrio maiorum, & eorum, qui vtilitate illorum credere est, quod prospiciunt, & qui patrem nō habet, matri obediat, & qui matre caret, alicui proximo obsequium prę stet in accipienda vxore, & ideo leges nostræ, tam iuris ciuilis, quam regię, consensum parentum, & in defectum illorum fratrum requirebant, l. ea quæ patris. ff. de sponsa. l. viduæ. l. in coniunctione. C. de nuptiis. §. primo. Insti. eodem titu. l. 4. tit. & l. vnica. titu. 6. lib. 5. ordina. quę duæ leges posteriores pœnam priuationis hęreditatis patris, & matris iniungunt fœminæ remanenti in potestate fratrum, quæ absque illorum consensu nupsit. & est singularis lex, quam lectorem supplico, vt ad hoc legat si expedierit in l. vltima. titu. 3. part. 4. quæ lex miro ordine ponit plura mala, quæ tam ad animas, quā ad corpora resultant ex matrimoniis contractis, absque consensu, & scientia parentum, vel consanguineorum proximorum de qua materia, quia non est nostri instituti, vide quæ scribit Ioan. Lopi. in rub. de donatio. inter virum & vxorem. Grego. Lopez in dicta l. vltima. Episcop. Couarru. in epitome de sponsalib. par. 2. ca. 3. §. 8. numero 1. qui duo peregrina. dicta Corasij, & Chassenei refert latius Roderi. Sua. in lectura fori. titu. *de los casamientos.* cum sequentibus. & alii, vt per Tiraquel. in 9. lege connubiali. numero 3. & hac ratione iustissime concilium Tridētinum sub sessio, 22. c. primo. damnat & annullat omnia matrimonia clandestina propter mala, quæ ex illis, tam hominum conscientiis, quam ad rempublicam bene institutam resultabant. Ex qua lege remanet confirmata, d. l. vltima. ti. 3. par. 4. quæ hæc matrimonia maximis cum pœnis prohibebat, & l. 49. Taurina. & illud silentio in hac materia prętereundum non est, quod scripsit Steph. Ber
8 trand. in consilio 148. lib. 1. vbi respondit, legatum virgini factum, si Titio nupserit non amitti, si ipsa virgo nubat alteri cum patris consensu. Et faciunt quæ scribit Calcane. in dicto consilio. numero 20 quod dictum fulcitur ex doctrina Emanuelis Acost. in §. si arbitratu. limitatione 2. numero 3. vt autem intelligas quanti nostræ leges, & doctores faciant, consensum parentum, in copulandis filiabus, attende quandam egregiam Bald. doctrinam in consil. 357. incipienti nulla mulier lib. j. quem non referunt Bertrandus nec Episco. Couar. in dicto §. 8. dicit igitur Bald. in loco supra citato magna auctoritate, quod si statuto cauetur, quod nulla mulier nubat cum hæreditate extra iurisdictionem communem Mediolani, & si nupta fuerit extra iurisdictionem, non succedat alicui de iurisdictione Mediolani, sed illa hæreditas perueniat in agnatos proximiores: si tamen mulier nubat alicui voluntate, & mandato parentis, non incidit in pœnam per statutū datam ex l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. & per alia iura, quæ ipse refert. pro quo facit, quę de metu reuerentiali scribit Tiraquel. de legib. connubialib. glo. 5. in verbo, contracter. numero 36. Et pro hac decisione Bal. est bon. tex. in l. liberorum. §. vult. ff. de his qui notantur infamia. vbi mulier quæ contraxit matrimonium intra annum luctus, excusatur ab infamia vbicunque iussu patris cō traxit matrimonium. cum qua. l. concordat. l. 2. titu. 6. part. 7. quarum legum dispositio hodie non procedit, attenta l. 48. Tauri. per quam filia per contractum matrimonii liberatur a patria potestate. Et ex hac doctrina Bal. & Bertrandi inferri potest, quod si pater faciat vinculum in fauorem filii, vel filię, grauādo illum, vel illam ad matrimonium cum aliqua persona, si talis persona grauata contrahat matrimonium consensu, vel mandato parentis cum alia diuersa persona, non amittit vinculum, aut maioratum vel meliorationem. Et maxime si persona grauata sit fœmina, quæ maiorem reuerentiam, & obedientiam tenetur patri exhibere in contrahendo matrimonio, argumen. d. ca. honorantur. authen. sed si post. C. de inoffi. testamen. cum concordan. sed quamuis hæc illatio, & Stepha. Bertrand. doctrina colorata videatur, magis æqua, quam tuta videtur. Durum enim est sic facere illusionem voluntatibus testatorum, quibus leges in vniuersum fauent, & cum his cauillationibus supremas defunctorum voluntates irridere, & infringere. & est dare occasionem, vt sub hoc colore passim vltima defunctorum iudicia irritentur, & vt bona concedantur contra voluntatē

testa-

testatorum, & conditiones ab illis adiectas. Et prædictis consimile est, q̃ cum tractatur de nuptiis liberorum furioſi & dementis, sunt in eam rem conuocãdi, qui ex eo genere nobiliores sunt. l. tam dementis. vbi hoc notant Albe. & Fulgo. C. de episcop. aud & idem probatur in l. si furioſi. C. de nup. & traditur per Tiraq. in tract. de nobil. c. 20. nu. 25. pa. 136. qa secundum eos iura præsumunt honestius se in ea re habituros, magisque consulturos commodo & honori eorum, de quorum nuptiis tractatur. Tandem pro ista conclusione, q̃ filius & filia in cuius fauorem pater fecit maioratũ aut melioratione, grauando illum ad matrimonium cum consensu matris, aut alterius consanguinei teneatur huic conditioni, & grauamini parere, facit quod in simili scribit dictus Episco Couar. in d epit. de spon. d. cap. 3. § 9. num. 3. vbi agens de pragmatica dotium data Madritii anno, 1534 illã dicit esse æquam, & iuri canonico non aduersari, nec impeditiuam matrimonii, sed ad reipublicæ utilitatem parentib⁹ esse occurrentem, qui studio tradendi filias nuptui, maria & montes promittunt. Nec his obstant, quæ notantur in d. § i arbitratu. per ea quæ supra scripta sunt. & quia nõ multum præiudicium filio fit ex prædicto onere, quia si inique arbitretur persona, quæ in tali matrimonio arbitrium præstare debet, huic arbitrio filius parere non tenetur. l. vnde si Neruc. ff. pro soc. l. si liber. ita iurauerit. ff. de ope. liberto. & est singu. l. 24. titu. 4 par. 3. ibi, *esi cosa desmesurada mandasse, deuese enderecar por aluedrio de hombres buenos, e no seria tenudo el otro de fincar por ella, maguer el pleyto ouiesse metido en su mano, e iurado de fazer lo que el por bien tuuiesse.* & est materia amplissima, quam late tradit Iason. in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. & alii plures quos omitto. & etiam si talis persona quæ præstare debet consensum ad matrimonium contrahendum, puta mater, vel alia ex causa iniusta deneget consensum, ad iudicem recurri debet, qui in hoc medelam adhibebit. l. j. C. de nup. quæ ad hoc est expressa. & facit doctrina Bal. in l. in conjunctione. C. de nuptiis & de hoc plura scribit Roderic. Suar. in l. 3 for. ti. *de las deudas.* ver. viii. limita. col. j. & est lex. 57. Tauri in ratione sui. & latius de hoc puncto, & de materia text. in d. l. 57. agit Tiraquel. in tracta. de legib. connubialib. glo. vii. nume. 127. vbi plura ad propositum nostrum inueniuntur. Et ista opinio fulcitur ex doctrina Barto. vbi latius Peral. in l. j. num. 59. ff. de lega. 2. Concludo igitur in hac quæstione, (saluo meliori iudicio) filium amittere maioratum, vel melioratione, si contra præceptum parentis matrimonium contraxerit absque consensu p. rsonæ, cuius testator accipere consentum iussit. Sed vt ad alia ad hanc quæstionem spectantia procedamus.

9 VLTERIVS quæro, an valeat conditio per testatorem adiecta, & grauamen in maioratu, q̃ filii legitimati per subsequens matrimonium non succedant in maioratu, uel melioratione? & an talis conditio sit impeditiua matrimonii? q̃ quæstionem latius scribo in parte. 2. huius operis. q. j. num. 2. vbi videnda est, si lectori hoc placuerit.

10 ¶ ITEM pro perfectiori huius quæstionis intellectu quæro, q̃d si pater aliquo insano errore, vel affectione, aut ignorantia ductus, præcipit filium sub pœna priuationis maioratus vel melorationis, q̃ ducat aliquam vxorem indignam se, dignitate, familia, & genere filii, an filius amittat maioratum, vel melioratione, si hoc præceptum non obseruet? q̃ in facto euenisse scio, & forte in hac regali cancellaria lis super hoc pendet. & certe mihi videtur, quod filius in hoc casu quamuis non pareat voluntati parentis, non amittit maioratum aut melioratione per tex. in l. cum ita legatum. in versic. si Titio nupserit. ff. de conditio. & demonst. vbi siquis faciat legatum mulieri, si Titio nupserit, nõ amittit mulier legatum, quamuis conditioni non pareat, quãdo condigne mulier Titio nubere non potest. dicitur autem mulier indigne, & inhoneste nubere, quando secundum mores ciuitatis matrimonium non est æquale, nec condignum. l. at si qs. §. hęc actio. uersi. æquum autem. ff. de religio. & sump. fune. notat Bar. in d. l. cum ita legatum. Emanuel. Acosta in d. l. cũ tale. §. si arbitratu. & alii, quos refert licent. Tello, aliud agẽs in l. xxx. Taurina, num. 9. & pro hac sentẽtia est expressa lex quam ipse non refert in l. 3. titu. 4. part. 6. ibi, *E generalmente son llamadas imposibles segun derecho todas las condiciones, que son contra honestad de aquel, a quien son puestas, o contra buenas costumbres, o contra obras de piedad, contra derecho natural* per quam legem dicit ibi Greg. Lop. in uerbo *honestad.* quod si testator condens maioratum in armis, aut insignis defendis aliquid inhonestum relinquit, & iubeat deferri sub pœna perditionis maioriq̃, nõ tenet talis dispositio. & aliæ similes quæstiones in nostra materia deduci possunt ex ill. l. 7. pro intellectu diuersarum conditionum, quas facientes maioratus, aut melirationes in illis ponunt. Et ; ro iis est rex. melior de iure, quem præ dicti non referunt in l. filius. ff. de conditio. insti. vbi conditio quę non est honesta, non dicitur potestatiua. ibi, nanque facta lędunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram & (vt generaliter dixerim) quę contra bonos mores fiũt, nec facere nos posse credendum est. nec minus vrget. l. 32. titu. 9. par. 6. ibi, *O contra su fama, o deshonra delos parientes del, no deue ser guarda do tal mandado tal mandamiento.* & facit l. nepos Proculo. ff. de verbor. significatio. & est bonus tex., & expressus in ista materia, qui in conditione nubendi loquitur in l. reprehendenda. C. de institutio. & substitu. vbi Doctores aliqua ad ꝓpositum adducunt & vult etiam hoc in terminis Oldrad. d. q̃ si. 16. nume. 2 Et ad prędictam conclusionem facit simile, q̃ dicimus de filia, quę quamuis sit maior viginti quinque annorum, si tamẽ nubat viro ignominioso, & generi indigno, potest a patre exhęredari. glo. ii. in cap. de raptoribus 26. q. 1. vbi Archidia. Ioan. And. Cardin. & Anto. in ca. accedens. de procurato. Iason. in d auth sed si post. C. de inoffic. testa. & alii, quos refert Episcop. Couarru. in d. epitome. de sponsa. par. 2. 11 c. 3. §. 8. nume. 7. Et ad ista etiam est notabilis doctrina Barth. Soc. in l. quoties. num. 1. ff. de conditio. & demonstrat. vbi dicit, quod conditio, si nubat mulier indigno, reiicitur. indigno autem dicitur, cum quo (salua honestate) matrimonium cõ trahere non licet. imo durior est conditio, quod nubat indigno, quam quod nulli nubat. Et refert etiam bonus text. in l. semper in coniunctionibus. ff. de tegu. iur. ibi, semper in cõ iunctionibus non solum quod licet considerandum est, sed quod honestum sit. & in l. qui liberos ff. eo. ti. in fi. ibi, prohibere autem videtur, & qui conditionem non quærit. & sunt alię leges illius tituli ad rem spectantes. & bene quadrant, quę scribit Ioan. Lop. in c per vestras. column. 357. Aymo de antiquita. tempo. 4. par. nu. 120. ad quod etiam facit doctrina Bal. in authẽ. si quis. C. de natura. lib. vbi dicit, quod cum lex requirit, quod mulier potuerit viro matrimonio coniungi, debet intelligi non solum, de iure, sed etiam secundum bonos mores ciuitatis. notat Card. in c. tanta. q. xvi. qui filii sint legiti. Soci. Iun. in consi. 52. nume. ii. lib. j. Et est etiam ad hęc bon. tex. in l. in eadem. ff. ex quib. caus. maio. vbi dicitur non posse fieri, quod sine dedecore fieri nõ potest. de qua re plura scribit Tiraq. in tract. de nobili. c. 20. nume. 164. & recte faciunt scripta per Aymon. in tracta. de antiquitate, tempore par. 1. numero 26.

12 ¶ ET ex istis apparet, quod si quis reliquit filio maioratũ, vel melioratione grauamine adiecto, quod matrimoniũ contrahat cum aliqua muliere, quę trahit originem a Saracenis, vel iudęis, quod si non fecerit priuat illum maioratu, vel melioratione, filius non tenetur huic præcepto, & conditioni parere, & ea reiecta habebit maioratum, quia est contra bonos mores, & filii dignitatem, & honestatem, quod maxime procedet, quando iste cui vinculum, & grauamen adicitur, est mundus a tali macula & morbo, nec enim dẽt genus suum maculare, nam stipes corruptus, corrumpit fructum in paterna linea. l. vl. ff. de stat. lib.

13 ¶ PREATEREA quęro, testator grauauit illum ĩ quẽ fecit maioratum quod contraheret matrimonium cum aliqua muliere sub pęna amissionis maioratus, & bonorum ĩ maioratu comprehensorum in quibus iussit, talem fœminam succedere, illa ob aliquas causas mota, renuit tale facere matrimonium, postea autem pœnitentia ducta, contrahere vult matrimonium, an admittat ad maioratum, in quo puncto animaduertenda est doctrina Bal. in l. j. C. de institu. & substitu. q. xii. & vlt. ubi supposito casu illius legis, in quo probatur, quod si instituta fuit mulier, si Anthilli filio nupsisset, quod non aliter admittenda est mulier ad hæreditatem, quam si conditioni patuerit, aut Anthilli filius eam ducere uxorem recusauerit, quod si mulier hęreditatem consequuta fuit. quia Anthilli filius cum illa renuit contrahere matrimonium, postea autem pœnitentia ductus, vult eam ducere, ipsa autem non vult, nihil prodest pœnitentia ad hęreditatem consequendam de nouo, quia sufficit quod conditio semel impleta fuerit, ut probatur in l. siquis hęredem. C. de institutio. & substitutio. & hanc sententiam Bald. contra Petrum, & Cinum ibi sequuntur Salicet. Pau. Alexan. Cor. Deci. Iason. num. 8. qui communem dicit. & alii quos refert Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. in regula, num. 101. & 102. ff. de verbo. significatio. Et horum sententia receptior est, & in iudiciis amplectenda, quicquid contra illam more solito arguat Emanuel. Acost. in d. l. cum tale. §. si arbitratu. in limitatio. vii. nume. 4. qui non refert Tiraquel. ego in hac quæstione, quam in præsenti dispato prius inspiciendum esse existimo tenorem vinculi, qui pro lege seruari debet, & ab illo non est recedendum. Vnde si faciens maioratum priuat ipso iure vocatum, si eo momento, quo requisitus fuerit matrimonium contrahere id renuerit, non proderit postea pœnitentia. & cum semel testatoris præceptum neglexerit, nõ est licita pœnitentia. cum iam alteri ius quæsitum fuerit, a

quo

quo priuari non debet. c. quamuis. de rescrip. in 6. ad quod faciunt scripta per Alexan. in consi. 23. lib. j. Anto. Gomez in l. xl. Tau. num. 91. & aliorum, quæ scribo in 4. par. huius operis. q. 23. & est manifestum quod quamuis in aliquibus casibus sit licita variatio, post ius alteri quæsitum variari non licet, secundum glo. in cap. nostri. de electio. Archidiaco. in c. certe. 21. q. ii. & alios, quos refert Tiraq. in d. §. hoc sermone. nume. 5. limitatio. 23. & Peral. in l. 3. nume. j. ff. de leg. 2. Si vero testator illud non adjciat, & omnia integra sunt, sufficit volũtatem testatoris exequi eo tempore, quo ad exequutionem deduci potest. & testator si viueret hoc idem sanxisset, qua ratione haberi debet pro expresso l. Titius. §. j. & vlti. ff. de lib. & posth. & credendum est, quod testator nõ respexit solum ad leuitatem illius, cui vinculum iniunxit, sed ad alia plura, & iustis decretis res temperanda est. l. non est nouum.

14 quoties. ff. de reg. iur. Quod maiori ratione procederet, vbicumque esset minor viginti quinque annorum ille, qui vinculum exequi noluit, nam tunc potest restitutionem petere aduersus conditionem non impletam in tempore debito. imo & in casu præcedenti licebit etiam restitutionem petere, vt probatur in l. 3. § si hæres institutus. ff. de minorib. quod ego latius ad alium finem confirmo in 2. parte huius operis q. 4. illatio. 8. in versic. notandum tamen est. n. 7. Si autem verba a testatore adiecta in vinculo sunt modalia, & non conditionalia, si postea grauatus petat modum impleri, audiendus est, vt late fundat Alexan. in consi. 102. visis & ponderatis. num. 6. lib. j. quem sequitur ibi Mod. Parisien. ad hoc citãs tex. in l. cum ab eo. ff. de contrah. empt. & l. quoniam assueras. cap. de rerum permutatio. glos. in l. ii. ff. de indiem adiect. & aliquos Doctores.

16 ¶ ET est etiam in hac materia sciendum, q̃ verba exhortationis inducta per patrem, matrem vel aliam personam ei, cui faciunt maioratum, vel melioratione tertii & quinti, non inducunt grauamen vel conditionem. quod probatur ex ratione tex. in c. quod præcipitur. 14. q. 1. alias. in cap. vlti. §. quod præcipitur. facit tex. & quod in ea scribunt Ant. Abba. Præpo. & Fel. in c. i. de despon. impub. tradit latius Epi. Couar. in c. j. nu. 12. de test. quem lector legat. q̃ notandum est, quia sæpe contingit.

17 SED quid si testator meliorauit filium, vel alius extraneus vinculauit rem in fauorem alicuius, vt contraheret mrimonium cum aliqua fœmina, an gaudebit melioratione vel re vinculata, si fecit grauatus, quicquid potuit, vt exequeretur præceptum testatoris? lector faciliter determinauit pro. d. l. 1. C. de instit. & substitutio. l. Titius. vbi glo. ff. de cond. & dem. l. si fundum per fideicommissum. §. i. alias si Titio. ff. de leg. j. l. 21. in fine, titu. 9. parte. 6. quæ est singula. & l. 22. in princip. eod. titul.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Pactum valet, vt certæ res non deueniant in certum genus personarum.*
3 *Primogenito si faciat præceptum, vt non matrimonium contrahat nisi cũ filia nobilis, non satisfacit contrahendo cum filia de hiio dalgo, nisi ex communi vsu loquendi filii hidalgorum nobiles vocentur.*
4 *Filius primogenitus grauatus, vt contrahat matrimonium cum filia nobilis, an adimpleat grauamen contrahẽdo cum filia nobilis ex priuilegio.*
5 *Paria sunt inesse alicui qualitatem per naturam, ac inesse per priuilegium.*
6 *In his quæ tempore inhabilitationis excogitari potuerũt, habilitatus ex priuilegio, est vere talis.*
7 *Nobilitas omnis procedit a principe.*
8 *Filius legitimatus, an sit vere legitimatus.*
9 *Decisio quæstionis, de qua in nu. 4.*
10 *Nobilitas quanto antiquior, tanto clarior.*
11 *Verba indubio sunt accipienda potius naturaliter, quam ciuiliter.*
12 *Filius adoptiuus, non succedit in primogenitura.*
13 *Priuilegium immunitatis, transit ad descendentes ex fœminis, quando fœminæ fuit concessum.*
14 *Masculorum alicuius filiæ instituta si sit facta mentio, non præsumitur ratio conseruandæ agnationis.*
15 *Neptis excludit auunculum, quando quæ testata est erat fœmina, uide ibi latius, quia est casus singularis.*
16 *Statutum loquens in primogenito, non procedit in primogenita, nisi fœmina primogenituram instituerit.*
17 *Fœmina non est feudi incapax, quando prima concessio fuit facta fœminę.*
18 *Filius naturalis non excludit substitutum, quando testator erat homo in dignitate constitutus.*
19 *Legatum factum uxori, aut consanguineæ de vestibus, intelligitur secundum personæ qualitatem.*
20 *Melioratio facta filio sine signatione tertii & quinti, intelligitur secundũ personę qualitatem.*
21 *Donatio præsumitur in nobilibus.*
22 *Filius legitimatus quando excludat substitutum.*
23 *Alienationis prohibitio perpetua censetur ex qualitate prohibentis.*
24 *Qualitas rei relictæ facit, ut præsumatur testatorem voluisse rem in agnatione permanere.*
25 *Nobiles ex consuetudine solent masculis & non fœminis facere donationes. & ibi vide casum notabilem.*
26 *Conditiones exequi debent in forma specifica.*
27 *Grauata vt nubat cum aliquo naturali alterius loci, non sufficit quod sit effectus naturalis ex priuilegio.*
28 *Oppositores ad beneficia huius regni Granatensis, & prioratus Genien sis an sufficiat quod sint naturales per priuilegium.*
29 *Nobilitas propria virtute acquisita, an sit sufficiens ad exequendam conditionem a testatore in iunctam, quod vxorem ducat filiam nobilis.*
30 *Nobiles ex priuilegio si tamen descendunt a Iudęis, non admittuntur ad collegia, & cofradias, & alia similia.*
31 *Regi an liceat extraneo huius regni facere donationem effecto naturali per priuilegium.*
32 *Alcaldes delos hiios dalgo, an sufficiat esse nobiles ex priuilegio.*
33 *Officia, quæ vocamus alcaldes dela hermandad, an sint concedenda nobilibus ex priuilegio.*
34 *Vidua alicuius nobilis ex priuilegio, an gaudeat priuilegiis mariti.*
35 *Iuri patronatus ex priuilegio illustrium, an derogari possit.*
36 *Filius grauatus ne contrahat matrimonium cum descendente a Iudæis, si in secundis nuptiis hoc impleuit, licet in primis contrauenerit, an euitet pœnam.*
37 *Filius Grauatus (prout cauetur in numero præcedenti) si matrimonium copula non consumauit, an euitet pœnam per testatorem adiectam.*
An valeat conditio per quam pater filium grauat, vt matrimonium contrahat cum muliere descendenti a Iudęis, uel Sarracenis, & alia plura scitu digna explicantur.

QVAESTIO LI.



Visum fuit late in quæstione præcedenti qualiter, & quomodo patri licitum. sit iniungere grauamen filio, quod non contrahat nisi cum consilio, consensu, aut arbitrio matris, nunc in hac quæstione quinquagesima prima agendum est de alia suffraganea quæstione. An valeat conditio per patrem adiecta in maioratu vel melioratione, quod non contrahat cũ muliere descendente a Iudæis vel Sarracenis sub pęna amissionis maiorat⁹ vel melioratio nis? Quod sapientissime ordinãt illi, qui faciũt maioratus vel meliorationes (pro vt videri potest in institutione aliquorum maioratuum, maxime nobilium) difficultatem facit, quia matrimonia debent esse libera, & ab omni grauamine secura. l. cum tale. §. rescriptũ. ff. đ conditio. & demonstra. & pro hoc alia similia adduci poterant, quę libenter omitto, vt veritatem breuiter resoluamus Tenendum igitur est, talem conditionem validam esse, & q̃ si filius contra hanc conditionem veniat, & contrahat matrimonium cum aliqua muliere descendente a Iudæis, vel Sarracenis, amittit maioratum vel melioratione. hęc eĩ conditio honestissima est, & secundum bonos mores, & iustissima, vt recte probatur in l. cum ita. & in l. seq. ff. de cond. & demon. ibi, cum ita legatum sit, si Titio non nupserit, vel ita, si neque Titio, neque Seio, nec Męuio nupserit. Et denique si plures personę comprahensę fuerint, magis placuit cuilibet eorum si nupserit amissuram legatum, nec videri tali conditione viduitatem iniunctam, cum alii cuilibet satis commode possit nubere. notat Deci. in consi. 435. nume. 24. Bartho. Socin. in consi. 35. nume. 1. lib. j. Et valet conditio alicui iniuncta si Aretię non nupserit, vt probatur in l. hoc modo. quę est l. sequens ad d. l. cum ita. & valet legatum filię factum si in familia nubat. l. qui filium. ff. vbi pupill. educa. debeat. cum ergo filius possit contrahere cum muliere, quę nõ sit descendens a Iudęis vel Sarracenis, cum multę reperiant quę liberę sunt ab istis masculis, tenetur filius prędictę conditioni parere, maxime cum hęc conditio sit honesta, & tẽdat ad conseruandam generationem & familiam testatoris, & bonum genus. nam expedit reipublicę, quod in ea sint homines nobiles, & quod honorate & secundum dignitatem nobiliter nubant. l. j. 4. 8. 11. 12. titu. 7. par. 2. sing. l. 3. titu. 5. l. 1. & 2. titu. 6. l. 2. 4. 6. 9. 11. 12. 18. 23. titu. 9. l. 5. 6. 7. 9. titul. 18. l. 2. & sing. ad propositum. l. 3. & 23. tit. 2 1. l. 4. titu. 23. l. 3. titu. 24. par. 2. l. xj. tit. 13. par. 6. Et proœmium partitarum in versicu. *Otro si.* vbi Gregor. Lop. in verbo *del linage.* facit ratio, l. si qua illustris. C. ad Orphicia cum qua concordat. d. l. xi. titu. xiii. & nobilitas & bona origo natalium, sępissime in iure cõmendatur. Auth. de defenso. ciuita. §. j. l. honor. §. de honoribus. in verbo, origo natalium. ff. de mune. & honori. & conducunt quę late scribit Tiraq. in tract. de nobilit. c. 20. & in aliis pleriſq;

risque locis illius tractatus. Auenda. libro primo, de exèquẽ. mand. regiis. cap. 19. numero 17. & intereſt reipublicę cognoſcere rationes, ne claræ & honeſtæ familiæ pereant, & confundantur commixtione, & ſuppoſitione infectorum. l. prima §. penultimo. ff. de ven. inſpi. per quam hoc inquit Guill. Benedic. in c. Raynutius. in prin. numero 57. fol. 9. de teſtam. vbi addit, quod infecti, & maculati, & ſanguine turbulenti, & eorundem deſcendentes ſub vmbra & clipeo claræ proſapiæ, & nominis aſſumpti matrimonii medio plures alios faciliter decipiunt, & illaqueant, ac communioni aſſuefactio ne inficiunt ſanos, credentes eos in puro, & claro ſanguine boni & approbati hominis, & generationis & familię ortos, taliter, quod reſpublica ultra damnum ſobolis, confuſionẽ ſanguinis patitur. Quod probat clare l. 3. titu. 5. parti. 2. & facit bona l. 3. titu. 21. eadem parti. adeo etiam antiqui nobiles nationes æſtimauerunt, quod inquit Bald. in l. ſi tibi filius. ff. de adopti. quod Papa poteſt permittere monacho vxorem ad tempus ducere, vſq; ad procurationem filiorum, ne ſtirps nobilis ſine prole deficiat. de cuius dicti veritate tractat Tiraquel. in tracta. de nobi. c. 20. numero 186. hoc autem viſum fuit in Hiſpania in Rege Aragoniæ Ramiro, ſed fuit propter bonum publicum illius regni. ſed & idem Bald. in c. primo. §. filii nati. numero 1. ſi de feu. fuerit controu. inter domin. & agna. numero 1. fol. 48. inquit valere pacta matrimonialia, per quę paciſcitur, quod filii ſuccedant in aliqua re, quia per ea nobiles inueniunt nobiliores, per quos nobilitas creſcit. Et cum iſta opinio ad reipublicæ vtilitatem tantum ſpectet, etiam ſi de iure probatiſſima non eſſet, eandem amplecti tenentur, qui reipublicæ vtilitati (quam ſemper amare, & colere debemus) proſpiciunt: etiam ſi ſummum, & ſtrictum ius aliud dictaret. l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad legem Aqui. quod in aliis locis animaduerto. Et valet pactum, vt quædã res non deueniant in certum genus perſonarum. l. ſi ita qs. §. ea lege. ff. de verborum obligationib. l. codicillis. §. matre. ff. de legatis ſecundo. notat Campegius in tracta. de dote. parte v. quæſtione 79. numero 1. Et voluntates defunctorum ni
2 hil illicitum habentes, fruſtari non debent, prout dicit text. in Authen. de nuptiis. §. quæ vero. collatio. 4 & conducunt, quæ ad hoc propoſitum ſcribit Emanuel Acoſta in l. cum tale. §. ſi arbitratu limitatione quinta. numero 1. ff. de conditi. & demonſtra. Et valet fideicommiſſum relictum alicui, in quo grauatur, ne in eos ſuccedant filii ſecundi matrimonii, vt per Decium in conſilio 336. numero 1. & 2. cuius ſententia fulcitur: quia nuptiæ ſecundæ odioſæ ſunt, vt patet ex Authen. de non eligendo ſecun. nub. & §. certo. in Authen. de nuptiis. & ex toto titu. de ſecundis nuptiis. quod longe, & erudite docet Tiraquel. in l. boues. §. hoc ſermone. in regula. numero 141. ff. de verborum ſignificat. & fadebetur tolliod licet regulariter legitima, quæ de iure naturæcitmileuſi qſi non poſſit lege vel ſtatuto. lex tamen poteſt facere lumi in, habilem, & incapacem ad ſuccedendum in legitima. Auth. vt cum de appellatione cognoſci. §. cauſas. l. prima. §. filium. ff. de contratabul. late Alexand. in conſilio 75. numero 11. libro primo. vbi loquitur de ſtatuto auferente filio bannito legitimam. Et iſta opinio valde iuſtificatur ex pluribus, quæ ſcribo in dicta quæſtione prima. in hac prima parte tractatus. numero 13. Et facit regula l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iu. & glo. notab. quam lector legat in capi. ſit quidam. 10. quæſtione prima. Sed in iſta materia animad uertendum eſt, quod ſi conditor maioratus caueat in maioratu, quod filius contrahat matrimonium cum muliere *fiia dalgo*, vel filiabus aut ſucceſſoribus præcipiat, quod nubat cũ hominibus *biios dalgo*, ſatisfacit filius ſi nubat cum muliere *hiia dalgo*, & ita filia ſi contrahat matrimonium cum homine *hiio dalgo*. ſi vero dicat teſtator, quod nubant cum nobilibus (prout ego vidi in aliquibus maioratibus) non paretur conditioni a teſtatore adiectæ contrahendo cum muliere, quę ſolummodo eſt *fiia dalgo*. nec mulier nubendo cum eo, qui tantum eſt *hiio dalgo*. quia ad hoc, vt quis ſit *hiio dalgo*, ſuffi cit, quod ex parte patris qualitas ei inſit de *hiia dalgo*, ad hoc autem quod ſit nobilis oportet, quod ex parte patris, & ex parte matris. & ſic ex vtroque parente ſit nobilis. ex l. tertia, titulo 21. par. ſecunda. ibi, *Ca maguer la madre ſea uillana, el padre fiio dalgo, fiio dalgo es el hiio que dellos naſciere, e por hiio dalgo ſe puede contar, mas no por noble*, facit tex. in cap. venerabilibus. ibi ab vtroque parente illuſtrem. de præben. & Oleæ, cap. 9. ibi, gloria eorum a partu, ab vtero, & a conceptu. & ex prædicta lege partitæ, ceſſat diſputatio Bal. in l. vltima. C. de ſeruis fugitiuis. vbi dicit, quod loquendo ſimpliciter, & præciſe, non dicitur quis nobilis reſpectu matris, ſed bene ſecundum quid: quia omne compoſitum dicitur de forma, & materia. & hanc ſententiam quod magis nobilis dicatur, qui ex parte matris eſt nobilis, ſuſtentat Petrus Rebuffus in tractatu de nominatio. quæſtione decimaquarta. numero 3. cum. ſequẽ tibus. de quo puncto vide latiſſime Tiraquell. in tractat. de nobilita. capitulo 18. numer. 26. cum ſequentibus, vbi inter alia elegantia refert illud Virgilianum, lib. 12. Eneidos. Genus huic materna ſuperbum Nobilitas dabat, incertum de patre ferebat. Sed eſt conſiderandum, quod iſta concluſio, quæ fundata eſt in iſto numer. tertio non procederet. quando ex conſuetudine regionis conſtaret, quod homines communiter eos, qui ſunt *hiios de algo* vocant nobiles. Nam in iſto caſu quamuis teſtator dicat, quod filius vel nepos contrahat matrimonium cum muliere *hiia de algo*, cenſetur conditioni eſſe ſatisfactum, ſi contrahat cum filia de algo, licet non ſit nobilis. l. anniculus, ff. de verborum ſignificat. l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legatis tertio cum cõ·
4 cordantibus. Sed dubitatur, an filius cum prædicta conditio fuit iniuncta, quod contrahat cum filia nobilis ſub pœna amiſſionis maioriæ ſatisfaciat, & cenſeatur conditioni paruiſſe, ducendo eam, quæ nobilis eſt ex Principis priuilegio, aut filia etiam prædicto modo grauata, conditionem adimpleuerit contrahendo cum aliquo, qui ex principis facultate ſit nobilis. cui dubio reſpondit Gregor. Lopez. in d. l. 3. titulo 21. par. ſecunda in gl. in verbo, *con villana* affirmando, quod ſi quis diſponat in maioratu, quod ſuccędens in eo non contrahat matrimonium cum plebeia, ſed cum generoſa, aut *hiia de algo*, ſatisfacit diſpoſitioni maioriæ, ſi cõtrahat matrimonium cum muliere, quæ ex Principis priuilegio facta eſt *hiia de algo*. citat ad hoc Grego. Lopez egre
5 giam doctrinam Bald. per text. ibi in l. cum ex ratione. ff. de excuſatio. tuto. vbi dicit, quod paria ſunt, ineſſe alicui qualitatem per naturam, ac ineſſe per priuilegium. cui adde eũdem Bal. in l. ſi filius. ff. ſi certum petatur. & Bartholom. Socin. in conſil. primo, numero decimo, lib. primo, & optime declarat idem Socin. in conſi. 260. numero nono, lib. 2. vbi ponit regulam, quod vbi caſus verus & fictus equiparantur, diſpoſitio in caſu vero locum habet in caſu ficto per capit. ad audientiam. & cap. cum dilectus, de cleric. non reſidenti bus, & dictam legem cum ex oratione. Et pro hoc facit l. liberos. C. de collatio. vbi paria ſunt, quod quis de iure com-
6 muni, vel ex ſpeciali priuilegio admittatur. Vbi Decius, numer. 6. dicit, quod in his, quæ tempore habilitationis, vel reſtitutionis excogitari potuerunt, ille qui habilitatur ex priuilegio eſt vere talis, ſecus in his quæ poſtea ſtatuuntur: quia ſaltem in materia ſtricta, non comprehenderentur illi, qui ſunt tales ex priuilegio. Et dicit Romanus in conſilio 62. column. ſecunda, quod appellatione ciuis, comprehenditur ciuis ex priuilegio. quod latius fundat Nicolaus Boerius in deciſio. 260. num. 23. Et melius facit doctrina Bart. in l. murilegij. C. de murileg. lib. vndecimo. Laſ. in l. ſecunda, numero 147. C. de iu. emphythe. Et tantum operatur fictio in caſu, quem finxit, quantum veritas in caſu vero, habetur enim pro veritate ſecundum gloſſ. in Authenti. de ſanctiſſ. epiſco. §. ſi vero. & gloſſ. in l. 1. §. accedat. C. de rei vxor. actio. cum concordant, vt per Barthol. Socin. in conſilio 22. numero
7 16. lib. 1. Et omnis nobilitas procedit a Principe, ſecundum Albericum in l. Imperatores, ff. de decur. per text. ibi. & Paul. de Caſtro in l. quoties. C. vbi ſenator. vel clariſſi. & in conſi. 22. viſis omnibus. column. 2. libr. 2. ad quod alios plures Doctores refert Tiraquel. in tracta. de nobilita. capitulo ſexto, numero primo, cum alijs. facit l. 4. 5. 7. & 8. titulo primo, lib. 4. ordin. & l. 5. cum ſequentibus, titulo 21. part. 2. & pragmati. in volumine pragmaticarum domini regis Ioannis. fol. mihi. 173. ſed hoc nobilibus Hiſpaniæ difficillime perſuaderi poterit, qui ex egregiis factis anteceſſorum nobiles ſe eſſe prætendunt, nec a veritate deuiant, quod iſtius propoſiti
8 non eſt. Item filius legitimatus eſt vere legitimus. Barto. in l. ſi quis pro emptore, numero 29. ff. de vſucapio. cuius opinio communior eſt ſecundum Laſ. ibi, numer. 127. & Deciũ conſil. 258. late Andre. Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos, num. 52. C. de reuocand. donatio. ex quo dixit Rebuf. in tomo tertio ad conſtitu. regias, titulo de materia poſſeſſo. arriculo nono, gloſſ. vnica, numero decimonono, quod cum filius legitimatus nihil differat a filio legitimo, & naturali, iuxta tex. in Authen. quibus mod. natura. efficiant legiti. §. ſi igitur collat. ſexta. Quod filius legitimatus erit ſaiſitus in poſſeſſione ex conſuetudine generali regni Franciæ, ex qua mortuus ſaiſit viuum. pro quibus eſt expreſſa l. duodecima. Taurina. ibi, *pero in todas las otras coſas*. & licet ex his, & aliis ſimilibus rationibus dictum Gregor. Lopez coloratum prima facie videatur, ego verum mini-
9 me puto: cum conſidero, quod teſtatores, qui prædicta præcepta, & grauamina, & vincula faciunt grauando filios, vel filias, vel nepotes, aut alios deſcendentes ne matrimonium contrahant, niſi cum mulieribus nobilibus, maxime exoptant propriæ familiæ, & generationis augmentum, & conſeruationem, & quod in dies creſcat, tam in nobilitate,

Source : BIU Cujas

quam in diuitijs, & in alijs qualitatibus, quando dictum gra
uamen, & alia similia iniungunt, non solum tractant & re-
spiciunt, quod descentes grauati fruantur priuilegijs, & præ
eminentijs nobilibus competentibus de iure communi, &
regio, sed & illud in mirum modum anxij & soliciti curãt,
vt posteritas eorum, & descendentes in infinitum ius san-
guinis, quod nullo iure ciuili dirimi potest, (prout alias in-
quit consultus in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur.) habeant ex
omnibus lateribus perfectum, & incommutabile, & absq;
aliqua labe & macula, & quod quotidie magis illustretur.
Et contra doctrinã Greg. Lop. inter alia plura induci etiam
potest l. 12. titu. 21. parti. 2. in illis verbis, *el linage no se puede comprar*. per quam legem dicit ibi Greg. Lop. in gl. in ver-
bo. *la honrà*. quod priuilegium generositatis concessum per
cecuniam non valet, nisi derogetur illi legi. 12. & d. l. 3. ti. 21.
par 2. ibi, *Fidalguia segun diximos en la ley antes de esta, es nobleza
que viene a los hombres por linage*. itẽ licet nobilitas proueniat
10 a Principe (vt supra dictum est) quanto quis antiquius
ex progenitoribus est nobilis, est maior, & clarior. l. 2. §. quæ
omnia. versic. sed anatolium. in verbo vir ab antiqua stirpe.
C. de veter. iur. enucle. quem text. notat ad hoc ibi Alber. ad
idem est tex. in l. prouidendum. C. de postulan. & in l. 1. C. de
iu. aureo. annulo. vbi dicitur, natales antiquos. de quo vide
Tiraq. in d. tract. de nobilit. c. 19. nu. 1. cum alijs. cui adde Re-
buf. in tract. de nominatio. q. 14. nu. 4. & l. 2. d. tit. 21. par. 2. ibi,
*E como quier que estos que la ganan por su sabiduria, y por su bondad,
son por derecho llamados nobles, e gentiles: maior mente lo son a quellos
que lo son por linage antiguamente, e fazẽ buena vida, por que le biene
de luẽgo como heredad*. per quam legem dubia redditur disposi
tio text. in l. stigmata ff. de gradibus in quo probatur, quod
in nobilitate requiritur antiquitas: quia non nascitur in ictu
oculi secundum Bal. in prælu. feud. in vlti. diuisio. & Moder.
Parisiens. in consuetud. Parisien. titu. de materi. feuda. §. 9. gl.
3. fol. 120. nu. 2. ad quam legem partitæ, vide etiã Otaloram
de nobilitate parte. 2. c. 3. nu. 8. fol. 24 rursus stante dispositio
ne, quod ius patronatus non exeat extra domũ vel paren-
tela, exhæredatus vel adoptatus non potest esse patronus, vt
per plura probat Lambert. de iur. patro. libr. 1. articu. 9 nu. 4.
Item contra Greg Lop. facit, quia licet ille sit nobilis, quem
Princeps nobilitat, negari tamen non potest, quin in repu-
blica magis ęstimetur ille, qui ex progenitoribus est nobilis,
quam ille, quem princeps nobilitauit. & testator cũ posuit
dictum grauamen, potius respexit ad nobilitatem generis,
quam ad nobilitarem acquisitam ex priuilegio: quia verba
in dubio naturaliter. & non ciuiliter debẽt intelligi. l. ex ea
parte. §. insulam. ff. de verbor. obliga. l. vltim. C. de his qui ve-
niam ætat impetra. cap. suscepturi. de rescript. lib. 6. l. Statius
Florus §. Cornel. Felici. ff. de iure fisci. l. 1 §. qui in perpetuũ.
ff. si ager vectigal. vel emphyt. l. filio quem pater. ff. de in ius
rup. ibi, ne imagine naturæ veritas obumbretur. de quo per
Ias. in rub. ff. de nou. ope. nun. cui adde multa notabilia, quę
ad propositum huius regulæ scribit Lucas de Penn. in l. vni.
C. de imponen. lucrat. descrip. lib. 10. col. 1. in princ. in versi.
verbum enim potissime. & Tiraq. in d. l. si vnquam in ver-
bo, suscepit liberos. nu. 17. & in tract. de primogenitu. q. 1.
num. 10. & in q. 84. num. 6. vbi ex hoc, & aliis post Modern.
12 Parisien. quem ipse refert tenet, quod filius adoptiuus non
succedit in primogenitura. & eadem regula traditur ab eo-
dem Tiraquel. lib i. de retract. §. i. glo. 11. nu. 7. & lib. 2. de re-
tract. §. 4. gloss. 6. Et ad confirmationem dictæ regulæ addo
Greg. Lop. in l. j. tit. 20. par. 2. gloss. 2. Item, nobilis ex genere
præfertur illi, qui ex propria virtute consequutus fuit nobi-
litatem, secundum Bart. in l. j. C. de dignita. lib. 12. contra Ci-
num. in l. prouidendum. C. de postulan. vbi Bart. dicit, quod
nobilitas proprie loquẽdo est separata a virtute. & pro Bar.
contra Cinum est expressa. d. l. 2. partitæ, quam supra retuli.
Et nobilis ex genere, præsumitur vir nobilis, & studiosus, &
e conuerso. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædili. edict.
l. 6. & 7. quæ sunt singularia. titu. 18. part. 2. cum alijs, vt per
Alcia. regul. 1. præsumptio. 48. nu. 1. pag. 127. item verba sunt
intelligenda simpliciter, & non secundum quid. capit. statu-
tum. iuncto capit. licet canon. de electio. in 6. l. hoc legatum.
vbi Bar. ff. de legat. 2. notat Deci. in consil. 52. nu. 3. ergo cum
testator grauauit filium ad matrimoniũ cum filia nobilis,
intellexisse videtur de nobili simpliciter, & non secundum
quid, & per priuilegium, & notat etiam Bartho. Soci. in con
si. 9. nu. 22. lib. 1. Et aliud est esse exemptum, & aliud hĩre pri-
uilegia exemptionis. c. si Papa. c. volentes, de priuileg. in 6. &
aliud esse religiosum, & aliud hĩre priuilegia religionis. ca. si
religioso. de ptiuil. in 6. notatur per Bartho. Soc. in cons. 288.
nu. 8. lib. 2. Et hęc maiori ratione procederent, vbicunque te
stator, qui maioratum, vel melioratione fecit, esset miles
valde nobilis, vel illustris: tunc etenim credendum est, quod
odio habebat illos, qui non sunt eiusdem generis, & similis
qualitatis, etiã si ex Principis priuilegio essent nobiles: nam
nobiles sunt honoris immodici appetentiores, vt quotidie
videtur. & tradit Aegid. lib. 1. de regim. princi. par. 3. Guillel.
Benedict. in c. Raynut. gloss. 1. nu. 26 latius Tiraq. in tract. de
nobilita. c. 25. num. 1. pagi. 196. quod etiam multis alijs me-
dijs probabo. & attende ad ea, quę scribentur curiose lector.
quia multa peregrina, & in variis locis sparsa, quæ ad plura
13 negocia prodesse possunt hoc in loco colligemus. Et primo
facit, quia verba sunt interpretanda secundum qualitatem
personæ disponentis, & recipientis, & ideo, licet priuilegiũ
immunitatis nõ transeat ad eos, qui ex fœminis sunt descen
dentes. l. 1. in fi. ff. de iur. immun. §. 1. de excusat. tutor. de quo
Per. Bar. & Addi. in d. l. eundem Bar. in l. 1. ff. de constitutio.
princip. Alexan. in l. quia tale. ff. soluto matrimo. Decium in
l. fœminæ. num. 57. cum aliis. ff. de regul iur. & in consil. 223.
& in cond. 448 & Tiraq. lib. 1. de retract §. 1. gloss. 9. numer.
240. & Episco. Couarru. in cap. Raynaldus, in prin. num. 13.
de testam. & Ariam Pinel. in l. 3. C. de bon. mater. nume. 30.
cum aliis, id tamen fallit, cum fœminæ fuerit priuilegium
concessum: quia tunc priuilegium immunitatis porrigitur
ad descendentes ex fœminis, secundum Anchara. in consil.
339. quod incipit, pro maiori intelligentia. citat text. in l. pe-
nulti. §. equitii. ff. de vsu & habita. in quo probatur, ꝙ verba
testatori: sunt intelligenda secundum qualitatem personæ,
in cuius fauorem est dispositio facta. quem text. ornat Ias. in
Authen. ingressi nu. 25. C. de sacrosanct. eccles. Et per hanc
doctrinam dixit Ias. in l. 2. §. liberos, nume. 2. ff. de in ius voc.
ꝙ licet masculinum genus in contractibus non comprehen
14 dat fœmininum (vt plene traditur per eundem Ias. ibi, &
Deci in d. l. fœminæ. & Tiraquel. vbi supra) id procedit, nisi
concessio a principio fuisset facta fœminæ. & ponit exem-
plum in emphyteusi fœminæ data, quod aliis etiam mediis
Ias. fundat. & dictam doctrinam Ancharani etiam sequitur
Bartho. Socin. in l. Gallus. §. nunc de lege, num. 5. in versi. po
test etiam secundo loco limitari. ff. de liber. & posthu. & per
illam, nume. 8. dicit, quod alias per solennes aduocatos fuit
consultum, & ipse subscripsit, quod si facta esset mentio mas
culorum alicuius filię institutę, vel alterius mulieris, ex quo
tunc liberi illius mulieris non sunt agnati testatoris, neque
mulieris iuxta. l. quoties. C. de suis & legitim. hæredibus non
potest præsumi ratio conseruandæ agnationis, & cõsequen
ter veniunt in tali dispositione masculi ex fœminis, licet re-
gulariter contra. Pro quo facit, quod scribit Paul. de Castr.
in l. fi. nume. 2. in versic. nota quod non distinguit. C. de ver-
bor. sign. vbi dicit, quod in casu illius text. cognati veniunt,
potius quam agnati, ex pręsumpta mente disponentis, & di
cuntur propinquiores. & de his vide, quę scribo in secunda
parte huius operis, quæst. 6. num. 57. Et per predictum etiam
15 Ancharan. consilium dixit eleganter idem Socin. in l. cum
auus, num. 83. in versicu. tertius casus. ff. de conditio. & dem.
quod si fœmina testatrix habens filios masculos, & filiam
instituit filios, & filię reliquit certum pro dote, & grauauit
filios de restituendo hęreditatem ad inuicem, si quis eorum
decederet sine filiis, & moritur alter filius masculus relictis
filiabus: tunc etiam neptis excludit auunculum substitutũ,
quia non est censendum, quod fœmina proprium sexum
odio habuit: quia vt ipse dicit, verba sunt intelligẽda secun-
dum qualitatem personę. d. l. penultima. §. equitii. Sed hoc
non procedit in maioratu constituto a fœmina, & a mascu
lo simul: quia iudicari debet sicut maioratus a masculo con
stitutus circa vocationem masculorum. ad quod induco. l.
quęritur. ff. de stat. homi. & l. in multis. ff. eo. tit. & facit doctri
na Bal. in l. 1. ff. de senato. vbi dicit, quod si masculus & fœ-
mina patroni discordant in pręsentando ad ius patronatus,
16 vox masculi pręfertur. notant Deci. & Moder. Parisien. in l.
fœminę, numero 47. ff. de regulis iuris. Et ex hoc ausus est
dicere Tiraquel. in d. tracta. de primogenitu. quęstio. 10. nu-
mero 27. quod licet statutum vel consuetudo pręferens pri-
mogenitum in successione, non intelligitur de primogeni-
ta, secundum Bald. in l. multis. ff. de stat. homi. & alia plura,
quę ipse refert (quod in secunda parte huius operis tracta-
bitur) id procedit, si non sit fœmina, quę constituit primo-
genituram. neque enim est credendum, fœminam exclusis-
se fœminam sibi similem. refert notata per Soci. in d. l. cum
auus. & idem tenet Peralta in l. cum pater. §. a filia. numero
64. pagi. 335. ff. de legat. 1. Et faciunt adducta per eundem Ti
raquel. in d. l. connubiali. in glo. 1. par. 5. numero. 26. colum.
secunda, sed & idem Peralt. in l. si quis in principio testa. nu
mero 169. ff. de lega. 3. postquam suam exposuit sententiam
in illa tenebrosa qõne, vtrum qualitas masculinitatis reperi
ta censeatur: inquit ꝙ si fœmina maioratũ instituit, est con-
iectura, ꝙ uoluit repetere qualitatem masculinitatis. Hinc
17 etiam dixit gloss. in capitul. 1. §. quia videmus. qui feud. dar.
poss. in verbo frater. quod licet regulariter fœmina sit inca-

pax

Source : BIU Cujas

pax ſucceſſionis feudi, hoc non procedit quando feudum a principio habuit originem a fœmina.per tex.c.1. de natu. ſucceſſ.feud.& hoc ſequitur, & declarat Curtius in tract. de feu.par.3.in verſi. circa primum.col.1. & idem tenet clarius in 4.lib.feudorum,q.73. Et eſt communis ſecundū eundem Curtium in dicto tracta.parte 8.part.2.verſi.ſupradicta con cluſio.licet contrarium teneat And. de Yſer. in §. vidimus, col.2.per tex.in c.1.de feu.fœmin. Quorum doctrina procedere poteſt,vbicunq; non adſunt maſculi, qui ſi illi adſint, fœmina excluditur ſecundum Iacob.Ardizo.Iacob. de Bellouiſu,Nicolaum de Neap.Bal.Aluarot.& Affict.in c.1. de beneficio fœmi.Curtium Iunior.in tract.feud.parte 3.q.1.limita.2.quod intelligit procedere Rolandus in conſi.67. nu. 21.lib.2.in feudo,vbi admittuntur agnati,quamuis non ſint hæredes:ſecus in feudo hæreditario,quod ille latius fundat. Quare etiam licet regulariter filij naturales excludant ſubſtitutum,fallit cum perſona ſit in dignitate conſtituta.ſimilis enim ſimilem amat.l.ex facto.§.ſi quis rogatus ff. ad Trebellia.& idem dicit ibi Bar. quando erat homo honeſtæ vitæ,& venerabilis obſeruationis, ita quod ei eſſet verecūdia, ſi ſua cognatio vel domus deueniret ad baſtardos. argum.l. 1.verſicu. publice.ff. de vent.inſpicien.& l.j.§.generaliter.de ven. in poſſeſſ.mitten.& idem in nobili dixit Ang. in diſputatio.quæ incipit, quidam nobilis. quem & alia refert Ale. in conſi.94.conſideratis.nu.1.lib.1.qui circa hunc punctum notabiliter loquitur.& notatur per Barth.Soci.in conſi.86. nu.13.lib.3.& in conſi.63.num.18.ver.tamen.eod.lib.vbi ex hoc, & alijs dicit, quod qua ratione voluit teſtator vocare filios legitimatos filiorum, eadem ratione exiſtimandū eſt voluiſſe vocare filios legitimatos nepotum, vel aliorum vlteriorum.de quo vltimo tracto.in 2. parte huius operis.q.6. nu. 67. quorum ſententia videtur expreſſa pro hac doctrina,quam hic fundo. Et der hanc regulam,& per prædictū
19 §.equitij.dixit Rapha.Fulg.in conſi.27.quod incipit, in propoſita quæſtione. quod legatum factum conſanguineæ de veſtibus, intelligitur ſecundum quatitatem perſonæ legatariæ.ad quod propoſitum multa alia refert Iaſ. in l.ſtipulatio iſta habere licere.§.hi qui ſunt.nu.7.ff.de verbo. oblig. & in l.Stichum,aut Pamphilum.§.ſtipulatio.& in l.liber homo. nu.3.ff.eo.ti.& idem poſt Ang.in l.cum hi.§. ſi prætor. nu.5. ff.de tranſact.& in Auth.ingreſſi.nu.35.C.de ſacroſ. eccle.& in l.non ſolum.nu.17.ff.de no.oper.nunt.& in l. ſi domus.in prin.poſt Bal.& Raph.ff.de legat.1.Hippol.in rub.C. de probatio.Deci.in l.quoties idem ſermo.nu.3.ff. de reg.iur. Alci. lib.1.de verb.ſignifi.pag.45.Ludou.Gozad.in conſi.24. quæritur an Dauid.num.11. quibus in locis varia reperies argumenta.pro fundamento noſtræ ſententiæ. Et ſemper ex dignitate legatarij augetur legatum.l.ſi ſeruus plurium.§. vlti. ff.de legat.1.& in l. ſed & ſi ſuſceperit.§. ſed & ſi proponat. vbi glo.notat.ff.de iudi.notat Tiraq.in tract.de nobilit.c. 20. nu.153.Et dicit Feli.in c.2.col.2.verſi.fallit ſecundo. de treuga,& pace.poſt Bal.in l.1.nu.5.col.2. verſic.pone quod teſtator.C.de fideicommiſſ. quod ſi teſtator iuſſit hæredem veſtire vxorem viduam, intelligitur dum in viduitate permanſerit ex qualitate perſonæ,iuxta d.§.equitij. nec ſufficit, quod det ei vnum veſtimentū pro tota ipſius vita viduæ,ſed quolibet anno:quia de more eſt, vt veſtes quolibet anno renouentur.notat & declarat Tiraq. in l. boues.§. hoc ſermone. limitatio.2.ff.de verb.ſignifica. & ad hoc propoſitum dd vidua, cui teſtator relinquit veſtes, vide bonum conſiliū Bal. 30.viſo teſtamento,lib.5.quem refert Moder.Pariſien. in addit.ad Ale.conſi.70.lib.4. Cæterum ad hanc rem conuenit, quod ſcribit Lucas de Penna.in l.mulieres.col.6.verſicu.16. C.de dignit.vbi inquit, quod ſi cōſanguinei mulieris diſſentiant de eius nuptijs, eſt nobilioris arbitrium anteponendū: quia attenta illius nobilitate, melius proſpiciet honorem, & vtilitatem puellæ,& legatum præſumitur perpetuum attenta qualitate perſonæ legatariæ,ſecundum Bart.in l. cum quidam.ff.de annui.legat.& Barth.Soci.qui recte confirmat in conſi.48.nu.2.& 3.lib.3.& Bald. in l.precibus,nu.39.C.de impuber.& alijs.ponit regulam generalem, quod quoties aliquod refertur ad aliquam ætatem vel perſonam, debet intelligi ſecundum illam ætatem, & perſonæ qualitatem p dictam l.penultimam.§.equitij.l.cum vnus. §. in alimentis. ff.de aliment.& cib.lega.Præterea facit,quod in materia no
20 ſtra ſcribit Peralta.in l.Mæuio.nu.10.ff. de legat.2. vbi dicit, quod melioratio facta filio, ſine deſignatione certæ partis, id eſt tertij vel quinti, & ſic quæ poteſt diuerſo modo intelligi,interpretatur ſecundum qualitatem, & perſonam me-
21 liorati. Item facit, quia licet donatio in dubio non præſumatur l.cum de indebito. ff.de probat.cum ſimilibus,quam legem ample exornauit Tiraquel.in l.ſi vnquam. C.de reuocan.dona.in verbo,donatione largitus. num.168.cum alijs. fallit tamen in nobilibus,ſecundum gloſſ. in l. vxor.§.vlt.& ibi Bart.ff.de legat.3.notat Bald.in l.ſi paterno.C. de negoc. geſt.& in l.2.col.2.C.de iu.dot.& alij, vt per Tiraq. in tracta. de nobilita.cap.30.num. 47. facit gloſſ. in l.ſi voluntate.in glo.2.C.de dot.promiſ.& quod notat Iaſ.in l.ſi non ſortem. §.libertus.nu.8.ff.de condict.indeb.& in l.vlti.num.18.C. de verborum ſignificatio.& idem Tiraquel. in proxime citato loco.num.18.& Additio.Segur. in l. cohæredi.§. cum filiæ.
22 nume.162.ff.de vulga.Et his etiam patrocinatur, quia licet inter noſtrates ſit antiqua & magna controuerſia,an filij legitimati excludant ſubſtitutum,de quo per Bal.in l. Lucius Titius,la 2.ff.de hęredibus inſtituen.& in l.generaliter. §. cū autem.C.de inſtitu.& ſubſtitu.Decium poſt communem in cap.in prę ſentia.de probat.Tiraquel.in d.l.ſi vnquam. in verbo,ſuſceperit liberos.num.84.& numer.99.Gozadi. in conſil.25.num.3.& in conſi.48. in cauſa Florentina. qui in conſi.29 videtur prima facie,numero 19. dicit communem eſſe opinionem,quod non excludatur.pro qua facit hodie.l.12. Tauri. Tamen vbicunque perſona de cuius ſucceſſione tractatur eſt nobilis,ſeu in dignitate conſtitutus, nunquam filius legitimatus excludit ſubſtitutum, ſecundum Angel.in d.diſputa.quidam nobilis, in dubio 2. quem referunt Alex. in conſi.67.conſideratis.lib.1.nume.5.& Gozadin. in d.conſil.29. numero 33. quę doctrina videtur expreſſa pro noſtra ſententia. Vnde etiam oritur, quod ſi fœmina ſit rogata hęreditatem reſtituere ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerit, filius naturalis non excludit ſubſtitutum: quia propter mulieris honeſtatem non eſt credendum teſtatorem ſenſiſſe de filijs inhoneſtis, ſecundum Bartol. in l. hęredibus.§.1. ff.ad Trebell.cuius ſententiam late defendit Acoſta. in cap. ſi pater.de teſta.in 6.part.1.verbo ſi abſque liberis, numero 38.pag.150.cui addo Bartho.Socin.in conſil.51.numer.22. lib.4. & huius officinę etiam eſt communis opinio, quam
23 refert Moder.Pariſien. in conſilio primo pro Duce de Villahermoſa.num.44.vbi dicit, quod ex qualitate alicuius, puta quia erat nobilis,prohibitio alienationis & fideicommiſſum cenſetur eſſe perpetuum, & in rem. quod eſt notabile ad ea,quę notantur in l.filiusfamilias.§ Diui.ff.de legat.primo & in l.27.Taurina. Et ex qualitate rei relictę, prę ſumitur quod teſtator voluit in agnatione permanere, & præſumitur tacitum fideicommiſſum,ſecundum Bal. in l. quoties la.1.nu.8.C. de fideic.q dictum etiam refero in ſecunda parte huius operis.q. 5. poſt principium. cui tamen dicto ꝺ dicere videtur ſingu.l.44.ti.5.par.5.ibi, *enſu teſtamento deffendedo algun ome,que ſu caſtillo, o torre*. quam legem lector videat. & ibi Greg.Lop.in gl.2. & vide Philonē ludæū in lib. de no
25 bilita.Et eſt ēt ad propoſitō egregia deciſio Guido.Pap.506. quæ incipit in ꝺctu matrimonij.vbi inter alia dicit, q nobiles ex conſuetudine maſculis, & non fœminis ſolent facere donationes. & ideo concludit, q ſi pater in ꝺctu matrimonij donauit primo nato ex ipſo matrimonio vltra portionem ſuam, & in auantagiū vnam domum fortem cum decē libris auri, ex quo matrimonio primo nata fuit vna Peroneta nuncupata, ſecūdo, natus fuit vnus filius Peronetus nuncupatus:talis donatio, & auantagium cenſetur factum filio,licet ſecundo natus fuerit, & non filiæ, quamuis eſſet primo nata:quia nobiles ex conſuetudine maribus, & non fœminis ſolent ſimiles donationes facere. citat in argiñ.l.ſi ſeruus pluriū.§.fi.ibi,ſed & legatarij dignitas.ff.de leg.1. pro qua ſnīa faciunt plura,quæ ſcribo ſupra hac parte.q.48. nu. 13.cum alijs.præcipue,nu.26.& 27.vbi refero bonū ad propoſitū dictū Peral. q eſt notabile ad plures ꝺctus matrimonij,qui conſtituuntur,qñ filij vxores accipiunt,& filię maritantur.& ad ea,qnę hñr in l.17. & 44.Tauri. Tandem pro p dicta ſnīa facit,quia credendum eſt,q ſi teſtator viueret, & de hoc interrogatus fuiſſet,non permitteret,q filius ꝺheret matrimoniū cū muliere, quæ eſſet nobilis per priuilegium: quia magna eſt dīa inter nobilem ex genere,vel ex ſanguine (vt pluſquā notiſſimū eſt) illud igitur,q teſtator vellet ſi viueret,hñdū eſt pro expreſſo.l.Titius.§.fi.ff.de lib.& poſth. l.qñ deſideria.in primis verbis.C. de natu.lib. Et hęc magis locum hīent, qñ teſtator in vim ꝺdōnis expreſſę, ſucceſſores in maioratu grauaret ad ꝺhendū cum filia nobilis: quia ꝺdōnes non debent adimpleri per ęquipollēs, ſed in forma ſpecifica,& indiuidua.l.per fideicom l.qui hęredi.C. de cōd.
26 & dem.cū concord. quæ omitto,cōtentus bona remiſſione Peralt.in neminem.nu.8.ff.de leg.2.& Campegii in tract de dote par.v.q.13. Et ex iſtis dixit ad propoſitū noſtrū Rapha. Fulgo.quæ poſt ſuperius ſcripta legi in conſi. 61.domina Catherina ſuo teſtamento. q ſi Catherina inſtituit Ioannam neptem vniuerſalem hæredem grauamine iniuncto, q nō poſſit nubere alicui,qui non eſſet oriundus terra ripæ Tridēti,cuius erat ipſa teſtatrix,& qui non habitet in ipſa terra,& ſi dicta Ioanna ſecus faceret,ipſa Ioanna in tertia parte dūtaxat ſuccederet,q ſi Ioāna nubat alicui, qui ex priuilegio

Source : BIU Cujas

Principis impetrauit, vt sit habitator castri Ripæ Tridentinæ diœcesis, & quod pro tali habeatur, & reputetur quo ad omnes, honores, & vtilitates, quas habent ciues originarij, & natiui, & habitatores terræ prædictæ non sufficit, & incidit in pœnam a testatore adiectam, ꝙ latissime Fulg. fundat respondendo ad argumenta ꝓria, & sustendando ꝙ valuit dicta conditio. quod dictum etiam retuli in 2. parte huius operis. in prin. nu. 60. Et hæc confirmantur, quia regulariter nobilitatis priuilegia impetrant plebei, & descendentes ex genere Iudæorum, diuitiis quas possidēt. & testatoris voluntas non debet hoc modo fraudari: quia id esset iniquissimū, & in dubio a verbis testatoris, & mente, recedi non debet.

27 Et ex his etiam infertur, dubiam valde esse aliā sententiam Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. par. 6. in gl. in verbo *mugeres*. col. 2. in fi. & col. 3 in prin. vbi dicit, ꝙ si conditor maioratus in defectu masculi, voluit succedere fœminam hac conditione, ꝙ nuberet homini suigeneris, qui nomen suum haberet, & insignia, & nomē, & memoriam suam conseruaret: ꝙ mulier censetur paruisse conditioni nubendo extraneo, qui nomen & insignia testatoris accepit: quia hoc est cōtra apertam testatoris volūtatem, & nullo iure fundari potest, nec rationes quas refert aliquid vrgent. Contra quem etiā facit notab. ad propositum doctrina Roc. de Cur. in tract. de iure patro. in verbo, ipse vel is a quo. nume. 74. cum alijs. vbi vult, quod stante dispositione, ꝙ ius patronatus non exeat extra domum, vel parentelam: quod si quis creetur, vel adoptetur de illa parentela, non potest fieri patronus per plures rationes, quas ibi adducit.

¶ AD doctrinam autem Bal. in d. l. cum ex oratione. facilis est responsio ex supradictis. & contra illum facit alia
28 sententia eiusdem Bal. in l. in vrbe. ff. de sta. hom. vbi dicit, ꝙ quando ex consuetudine officia sunt danda naturalibus ciuibus, non poterunt illa habere ciues adoptiui, id est, recepti ad ciuilitatem. quem inter alios citat Auēd. par. 1. de exequen. man. c. 19. nu. 16. in fi. quod est notabile ad eos, qui se opponunt ad beneficia huius regni Granatensis, & ad prioratus Gienensis diœcesis, quorum oppositores, iuxta statuta harum diœcesarum, quæ ad vnguem obseruātur, debent esse naturales harum diœcesarum, vt possint obtinere beneficia & prioratus. Quæ constitutiones ortum habent a text. in l. in ecclesijs. C. de episco. & cler. vbi probatur, ꝙ extranei in ecclesijs non sunt ordinandi. & idē patet ex c. neminem. 70. distinct. & ideo dicit glos. in c. ii proponente. de rescrip. vbi Doctores. ꝙ si forensis impetrat beneficium, & non facit mentionem de loco sui originis, gratia est, subreptitia: quia in dubio papa intendit, cuique in sua patria prouidere. de quibus vide, quæ notat Greg. Lop. in l. 13. in gl. in verbo. *los hijos dela yglesia*. titu. 15. par. 1. & l. 18. & 19 tit. 3. lib. 1. ordin. Rochum de Curte, in tracta. de iure patron. & eundem Gregorium Lop. in l. 1. tit. 11. par. 2. Rolandum in consi. 47. nu. 67. lib. 1. & Rebuf. in tract. de pacifi. possesso. num. 276. ratio autem prædictarum constitutionum (vt obiter hoc agam) est, qa præsumitur quis patriam diligere, ex qua ortus est. l. veluti. & ibi notatur. ff. de iusti. & iu. & in electione officiorū semper sunt præferendi ciues originarij forensibus, secundum Lucam de Penna. in l. quisquis. C. de omni agro deser. lib. xj. vbi hoc ampliat etiam si ciues nouus esset magis dignus originario. & ita in terminis notat Alciat. adducendo prędictā rationem in tract. præsump. regula 1. præsump. 37 num. 3. ad quod est expressa. l. 8. tit. 2. & l. 23. eod. tit lib. 7. ordinam. quæ sunt singulares. ad quas vide Greg. Lopez in l. 2. tit. 19. par. 3. facit in simili. l. j. C. de metal. lib. 11. vbi Bar. Ang. Pau. & Lucas de Penn. vbi apparet, ꝙ ciues sunt præferendi exteris in emptione frumenti. notat Roman. in l. 2. nu. 7. ff. solu. matri. Iaſ. in l. vlt. nu. 12. C. de iure emphyt. & alij, vt per Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 18. nu. 2. & Episc. Couarr. qui hoc recte explicat lib. 3. reso. c. 14. nu. 6. Et quando quis dicatur ciuis originarius, vide late Boerium decis. 13. qui multa scribit pro intellectu. l. 18. & seq. tit. 3. lib. 1. ordin. & aliarum legum regalium statuentes, beneficia non esse concedenda exteris a regno Castellæ. Et ꝺ Bal. etiam facit, quod notant Iacob. de S. Greg. & Domi. in c. si episcopus, de suppl. negli. prælat. lib. 6. vbi dicunt, ꝙ dispositio illius tex. volentis, ꝙ vbi ecclesia cathedralis vacat, vel quàsi vacat, ea quæ obueniunt, debent reseruari futuro successori, non habet locum, quando ex consuetudine præscripta, vel priuilegio, vacante sede episcopali spectaret ad Archidiaconum, vel capitulum, vel ad vnum de capitulo exercere iurisdictionem episcopalem: qa talis consuetudo, & priuilegium cum sint stricti iuris, nō debent extendi ad alium casum per id, quod hī in c. vl. de offi.
29 Archi. notat Ale. in consi. 102. nu. 4. lib. 6. in vno tamen casu (vt ad superiora redeam) potest habere locum doctrina Gregor. Lop. vbicunq; filius cui a patre iniungitur prædicta conditio, ꝙ non contrahat cum illa, quæ descendit a genere Iudęorum, vel Sarracenorū, acquisierit nobilitatem propria virtute, & egregijs factis (quod non semel contingit) vel propter merita maiorum suorum, imo vera nobilitas ab his ortum habuit: tunc etenim videtur quod satisfacit contrahendo cum persona talis conditionis. quod suaderi potest ex dispositione. l. 6. titu. 27. par. 2. ibi, *a los que lo honrasſen de sus enemigos, matando alcaudillo de la otra parte, o prendiendolo, pueden les dar honra de hijos de algo, e los que no lo fueren por linage*. & l. 2. tit. 21. & l. 21. ead. par. & l. 4. tit. 23. par. 2. ibi, *mas el tercero que viene por sabiduria a mayor fuerca que estos otros dos que diximos*. & facit text. in l. si quid bello. ff. de capti. Et scripta per Alex. consi. 209. ponderatis. lib. 6. nu. 8. vbi probat, quod nobilis ex virtute præfertur illi, qui est ex genere nobilis. & conducit l. 1. tit. 1. *delos caualleros*. lib. 4. ordin. nihilominus tamen quamuis in casu proposito per Greg. Lop. hoc vltimū verum sit, in quæstione nostra nequaquam procedere potest: quia quamuis aliquis propter egregia facta, vel alias nobilitatur per principem, si tamen originem trahit a Iudæis, vel Sarracenis, non purgatur vitium & semen malum, qđ in posteros deriuatur in omne æuum, & sic non obstante, ꝙ per principem nobilitentur, adhuc macula, & vitiū ossibus adhęret, quod deleri per principem non potest, cum sit quid naturale, & ideo incommutabile. §. sed naturalia quidem iura. Institu. de iure natu. gent. & ciuil. & ius sanguinis, quod est incommutabile. l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. l. 34. tit. fin. par. 7. & expresse contrauenitur voluntati testatoris, qui illud semen abhorruit. pone etenim, ꝙ quis sit nobilis
30 ex priuilegio principis cum quibuslibet clausulis, si tamen sit descendens a genere Iudæorum, admittetur ne ad collegia, quę non conceduntur, nisi mundis ab hac macula? vel ad dignitates & præbendas ecclesiasticas, quæ in hoc regno & in ecclesia Gienensi, & in ecclesia Toletana, & in alijs ecclesijs non conceduntur, nisi sint liberi a prędicto semine? certe ex prędicto priuilegio non remaneret habilis ad prędicta, vel ad alias congregationes & cofradias, in quib. non admittuntur qui prędictam habent inhabilitatem, & si inspicienda est vulgi opinio, qua fere nulla est maior probatio ad verificationem nobilitatis, vt probatur in l. 6. titu. 2. lib. 4. ordin. in versiculo *pero si*. & in pragmatica regis Henrici. anno. 1543. & notatur per Bar. in l. 1. C. de dignita. lib. 12. & per alios plures, quos omitto. certum est, ꝙ istius conditionis homines non sunt, nec reputantur nobiles, permitti igitur non debet, quod successor in maioratu contraueniat voluntati testatoris, & tot beneficia amittat, quę conceduntur illis, qui ab omni macula sunt liberi, & alijs quę veniūt ex semine Iudęorum.

31 HOC aūt in loco licet quodāmodo sit extra materiā, quia supra est facta mentio de doctrina tex. vbi Bal. in d. l. cū ex oratione, & in d. l. liberos. c. decollatio. lector. admoneo, ꝙ ex prædicta doctrina per quam dixi, ꝙ paria sunt inesse alicui qualitatem per naturā, aut per priuilegiū, pōt inferri intellectus ad l. x. tit. 9. lib. 5. ordi. statuentem, regem non debere cōcedere, aut donare extraneis regni villā, ciuitatē, aut locū, aut terrā regni, nā si princeps ex priuilegio faciat aliquē originariū, & naturalē huius regni: cū ex principis priuilegio insit iā illa qualitas. naturalitatis, pōt in talē effectū prędicto modo naturalē, ꝑꝑ magna seruitia facere donationem, ac si esset naturalis. sed hic intellectus ad dictā legē periculosus vī, quia dicta lex facta fuit ꝑꝑ bonū publicum regni, & ne exteri fruant̄ bonis, q̄ ꝑpric sunt naturaliū regni, & ne secreta regni pandant, & paulatim fiant dñi bonorū regni, & ꝑꝑ alios bonos fines: vñ non licet astutis interpretationib. legū mentem fraudare. l. non dubiū. C. de legib. l. ꝯ legē. ff. eo. ti. & hæc priuilegia naturalitatis sunt odiosa, vt patet ex Pragmatica data Pintię anno. 1523. l. 24. & ex alia Toleti anno. 1525. l. 4. quę leges hodie sunt in l. 16. ti. 3. lib. 1. in nou. recopi. sed princeps oia pōt. l. disputare. C. de cri. sacr.

32 SECVNDO deducit intellectus ad l. 30. tit. 4. li. 2. ordi. quę dicit, ꝙ iudices quos vocamus *alcaldes delos hijos dalgo* debent esse nobiles, prout plenius in d. l. cōtinetur. nam attenta doctrina Bal. sufficit, quod sint nobiles ex priuilegio. dicta autem lex est hodie. 11. tit. 11. lib. 2. recopi. nouę.

33 TERTIO infertur, ꝙ in locis in quib. officia, quę nos vocamus *alcaldes dela hermandad*, vel *alcades ordinarios* conceduntur nobilibus ad hoc, vt gaudere possint prędictis officijs, sufficit quod sint nobiles ex priuilegio.

34 QVARTO infertur intellectus ad l 6. ti. 2. *de los hidalgos* lib. 4. ordin. hodię. l. 9. ti. 11. lib. 2. ordi. nou. statuentē, vxorem nobilis viduam, gaudere debere priuilegijs mariti, qui nobilis erat ex sanguine: nam ea lex ꝑcedere videtur in viduis, quę nuptę fuerunt *con caualleros armados*, quos nos vocamus. gaudere etenim debent maritorum priuilegiis durante viduitate: cum paria sint inesse alicui qualitatem per naturam, aut per priuilegium. quę illatio fortificatur ex.

l. 13.

Source : BIU Cujas

l.13.tit.4.lib.4.ordi.quæ est hodie.l.18.ti.14.lib. 6. ordin.nou. vbi licet filii officialium domus regiæ non gaudeant priuilegio parentum, mulieres tamen illorum viduæ remanentes, gaudent illorum priuilegio . quæ lex singularis ad hoc propositum.& conducit.l.7. titu.2.par.4.in versi.*e aun otra fuerça.* & l.3.titu.15.par.2.l.fœminæ.ff.de senato.l.cum te.& l.vl. ibi. sentiat eius fulgorem.C.de nup.l.vlt.C.de incol.lib.x.ibi,mulieris honore maritorum erigimus. quod procedit etiam in exorbitantibus l.vlt.vbi Docto.notant.C.de priuileg. schol. lib.xi.notatur post alios plures per Ioan.Lopi.in rubr. de donatio.inter virum & vxorem.§.31. & per alios plures, quos refert Tiraq.qui de hoc latissime agit,& multos concordantes adducit in tracta.de nobilitat.c.18.nu.1. cum seq.vbi hoc tradunt in releuatione tributorum & in aliis similibus reb' & idem Tiraq.in tract.de cessan.cau.par.j. num. 107.q̃ maxime procederet,quando priuilegium fuit concessum marito mortuo propter seruitia.quia vbi agitur de remuneratione,lata debet fieri interpretatio secundum Guillem.de Cuquem sequitur ibi Alexand.in l.3.in prin.ff.quod quisque.iu. & Decium,in c.vlt.de const. & alios plures,quos refert idem Tiraq.in l.si vnquam.in verbo,donatione largitus.num.85. C.de reuoc.donatio.& facit quoddam egregium consilium Bald.303.lib.2.quem refert Tiraq.in d.verbo,donatione largitus.nu.55.quem ego latius refero in q.15. sup.eo. num.28. & hanc sententiam in propriis terminis postquam hæc scripsi reperi tenere Otaloram,licet nõ se muniat prædictis omnibus fundamentis,in tracta.de nobilita.c.7.par. 4.quamuis hæc illatio difficultatem habere videatur ex eo, quod prædicta.l.6.hoc non dicit,nec leges.4 & 5.tit.1.lib.6.quæ loquuntur de priuilegiis militum ex priuilegio principis,quæ requirunt ad hoc,vt ipsimet milites ex priuilegio gaudeãt immunitatibus,quod habeant arma,& seruiant in bello,& alia faciant de quibus in prædictis legibus.Sed adhuc illatio æquitatem habet, cum ad hoc seruiat priuilegium maritorum , q̃ licet viduæ sint,præsumantur in eodem matrimonio durare & quamuis senatoria dignitas,de qua fit mentio in d.l.fœminæ.& officium de quo in d.l.ordin.13.titu.4.lib.4.sint personalia,& non veniãt priuilegia ex genere, adhuc mulieres viduæ gaudent maritorum priuilegiis. & hoc patet ex aliis pluribus legibus,quæ de hac materia loquuntur , quas Tiraq.& alii referunt.& hanc sententiam tam veram, quam æquam iudico.

35 QVINTO inferri potest, quod est supplicandum summo Pontifici si derogetur ius patronatus laycorum, præcipue illustrium personarum,etiam si sit quæsitum ex priuilegio,in quo caueatur,qnod habeatur tale ius patronatus , ac si esset ex donatione , & fundatione. cuius generis iura patronatus habẽt multi domini huius regni.de qua illatione vide latius Episcopum Segouiens.in practicis quæstionibus.ca.36. nu.6. cui adde Rebuf.in prax.beneficiorũ in tertia parte. signatur. in verbo.nec non iure patronatus. nu. 23.& concilium Tridentinum sub sess.25.c. 9.quamuis his omnibus contradicere videatur.l.cum hic status.§.si sponsus.ff.de donatio. inter vir.& vxor.per quam dicit Aretin.in l.diuortio.col. vlt.ff.de verborum obligatio.q̃ vbicumque ad priuilegium cõsequẽdum requiritur certa qualitas, si ea inest ficte tantum, & nõ vere,non comprehenditur sub verbis legis. Et ad hoc illum tex.etiam ponderat Aretin.in l.j.in fi.ff. solut. matrimonio,

36 His tamen omissis, vt ad nostram materiam reuertamur vlterius quæro.casu quod filius quem pater grauauit, vt non contraheret matrimonium cum muliere trahente originẽ a Iudæis.vel Saracenis, primas contraxit nuptias contra præceptum parentis,in secundis tamen nuptiis,quas prima vxore mortua celebrauit,paruit voluntati testatoris,an maioratum amittat?Et prima facie dicẽdum videtur, q̃ filius ĩ hoc casu,quamuis in primis nuptiis testatoris voluntati nõ obedierit,nec conditionem impleuerit,p̃t postea illã adimplere per tex.in l.hæc conditio filiæ.in prin.ff.de cond. & demonst. in quo probatur, q̃ si legatum relictum est filiæ si nupserit, si ea nondum nubilis ætatis nupserit , vel etiam cõiuncta sit illi,cuius nuptiis interdictũ sit,non censetur paruisse cõditioni,sed si postea alteri vtiliter nupserit , conditioni paruisse censetur,& facit quod p̃ illum tex.notat Bal.in l. inuitus. C. de proc.de quo puncto plura scribit Tiraq.lib.j.de retract.§. 8.gl.7.nu.7.Sed his non obstantibus ꝺnium persuaderi põt ex sniã Old.cons.16.n.3.vbi dicit, q̃ si testator in legato, q̃ fecit in fauorẽ filiæ extra legitimã , grauauit illã,ne nuberet nisi mercatori,aut filio mercatoris,alias perderet relictum,& illa nupsit mercatori,& illo defuncto secundo nupsit nõ mercatori decidit Old.q̃ ex quo illa prohibitio erat perpetua,talis mulier secundario nubens non mercatori, incidit in pœnam.& hanc decisionem sequitur Paul.de Cast.in l.hoc genus.ff.de conditio.& demonstratio.& ita est communis opinio,& in vniuersum ab omnibus recepta,secundum Peraltam,qui plures citat,in l.unum ex familia .§. sed & si fundũ. num.31.ff.de le.ii.vbi ex hoc infert intellectum ad l.49.Taurinam,quæ prohibet,filiam contrahere matrimonium clãdestinum,sub pœna exhæredationis. quod dictam pœnam sustinere debet , etiam si primo contraxit matrimonium in facie ecclesiæ , & postea facta vidua cõtraxit matrimonium clandestinum.& ibi infert etiam ad quendam casum de melioratione tertii & quinti,in quo (vt ipse affirmat) cõsuluit, & obtinuit.& hæc opinio Oldra tenenda est, quamuis contra Oldra teneat Acosta in l.cum tale.§.si arbitratu. ampliatio.3.num.x.ff.de cond. & demonst.Et ad hoc facit doctrina Alcia.in l.boues.§. hoc sermone.ff.de ver.signi. vbi inquit, q̃ si testator in testamento dixit,lego Titiæ centum si Sempronio non nupserit,hoc voluisse videtur,vt nec primis nuptiis nec secundis nec vlterioribus Titia nubat Sempronio non nupserit,hoc voluisse videtur,vt nec primis nuptiis,nec secũdis nec vlterioribus Titia nubat Sempronio.quem refert ,& sequitur Epi.Couar.resolutio.lib.i.ca.13.nu.7.hoc cõfirmãs, quia ea est vis negationis,vt totum quod sequitur neget, vt sua virtute eque indistantia,ac in propinqua agat, secũdum glo.in c.cum dilectus.in verbo suspensis. de consuetu.quam valde commendat per Cardi. ibi cui similis in d.l.hoc genꝰ, ff.de cond.& demon.nam postquam filius contra conditionẽ fecit,eo ipso testatorem grauiter offendit, maximeĩ hoc casu. nec quicquam refert,q̃ hoc sit in primo, vel in secũdo matrimonio,cum eadem ratio in vtroq; casu sit,si respiciat ad offensam , quæ testatori facta fuit quod fortius habet locum vbicumque testator iusserit , q̃ ipso facto & momento, quo filius vel alius descendens in maioratu matrimonium prædictum copularet contra voluntatem,& præceptum testatoris,bona deuenirent ad successorem in gradu, quia tũc iste iure sibi iam quæsito ex facto prædecessoris, qui mandatum non seruauit per actum , quẽ postea ipse facit legitime contrahendo,& iuxta voluntatem testatoris,priuari nõ debet.l.vl.ubi late Ias.ff.de pac.c.quamuis.de resc.in 6. & faciũt notata per Bal.Ange.Imo.& alios in l.in insulam.§. vlt.ff.solu.matrimo.& eundem Bal.in l.ii.C.de ser.exportan. & in l. qui Romæ.§.Flauius.ff.de ver.ob.Et ista maiori ratione procederent, vbicumque iste qui matrimonium contraxit , ex primo matrimonio filios habuit,& semen testatori odiosũ, qui casus indubitabilis est, vt ad sensum patet.Et pro istis re torqueri p̃t tex.clarus in d.l. hæc conditio.in illis verbis.& si testator de primo nuptiali iugo senserit,puto,defectam conditionem.Et ex istis etiam clare patet, q̃ si filius vel alius successor in maioratu in primis nuptiis conditioni paruit , sed in secundis vel vlterioribus contra præceptum a testatore in iunctũfecit,incidit in pœnã a testatore adiectam, nam mens testatoris,& ratio prohibitionis in omnibus nuptiis militat. & hæc confirmat Ias.in l.si sic stipulatus.nu.4.ff.de ver.oblig.

37 ITEM quæri potest pro intellectu istius materiæ , testator ꝓhibuit,ne successor in maioratu ꝺheret matrimoniũ cũ descẽdente a Iudeis, vel Sarracenis sub pœna amissionis maioratus , successor in maioratu matrimoniũ ꝺxit per verba de præsenti ꝺ voluntatẽ testatoris cũ aliqua muliere, q̃ maculam patiebat originis Saracenorum,vel Iudæorũ, non tñ copula cõsumauit mrimoniũ,qa mulier decessit,vel ob aliã similẽ cãm , an nihilominus incidat in pœnã a testatore dispositã?Ratio dubitandi est,qa testator qui dictã ꝓhibitionẽ fecit,& pœnã appositit , ad illud primæuã cõsiderationẽ habuit,ne ꝓpriũ genus iungeret, aut miscere cũ generatione Iudæorũ,vel Sarracenorũ,ex quo posteri testatoris grauati, macula in infinitũ aspergerẽt,q̃ est per q̃ notissimũ.Cũ igit hæ rõ cesset,vbicũq; quis q̃uis ꝺxit matrimoniũ p̃ verba de præsenti,non tñ copula consumatũ fuit,qa añ cõsumationẽ ꝺhens vel vxor mortua fuit,seq̃ a rõne cessante,q̃ ex verisimili mẽte testantis in pœnã lapsus non fuit, & cũ rõ cesset & dispositio sit pœnalis , & p̃ceptũ a testatore iniũctũ sit odiosum,potius dẽt restringi,q̃ ampliari,reg.odia.de re. iu.in 6.l. cũ qdã.ff.de li.& posth.cũ cõcordant.Et ad hoc facit notabilis doctr.Bar.in l.vl.ff.de ꝺd.sine cau.vbi dicit,q̃ mulier repetere p̃t dotẽ,q̃ dedit ꝓ cõtrahẽdo mrimonio cũ aliquo consanguineo,ubicũq; mrimoniũ ñ fuit de facto copulatũ, sed tñmõ fuerũt spõsalia cõtracta. Quã snĩam sequũt ibi Ang. & Ias.qui plurib.rõnib.ꝺfirmat.p̃cipue ex doctr.Bald.in rub. ff.solu.ma.vbi q̃rit,quare minus puniat mulier dãs dotẽ pro mrimonio illicite cõtrahẽdo,q̃ ꝓ ꝺtracto de facto?qa primo casu repetit,scdo nõ?Et dicit,q̃ rõ diuersitatis est,qa in mrimonio ꝺtrahẽdo,non fuit turpido consumata,& pœnæ quę imponũt ipso facto per legẽ, requirunt turpitudinẽ cõsumatã,& nõ ĩchoatã.l.3.§.hæc verba,ff.q̃ qsq; iur.& istã Bar.opinionem refert,sequitur,& confirmat Greg.Lop.in l.51.titu. 14.par.5.in glos. *casando.*Et pro hac sententia induci possunt plura,quæ scribit Tiraquel.in tracta.de legibus connubialibus.in glos.2.empouuoit . numero 18. in quo tamen loco

Source : BIU Cujas

pro maiori parte loquitur in ſponſa de futuro. Et conducunt quę ſcribit Lucas de Penna in l. mulieres. C. de incol. & in quo loco, in princip. quibus tamen minime obſtantibus, contraria opinio ſuſtentari poteſt, & verior vī ex.l.nuptias.ff.de reg.iur.& ex.l.cum fuerit.ff.de condi. & demonſt. & alijs pluribus, quæ ſcribo in q. 36. ſupra eod. & matrimonium dī perfectum ante copulam c. beata.c. coniux.c. omne, 27.q.1.& dicit Chriſoſtomus, Matth.16. homili.33.verū eſſe matrimoniū, veraſq; nuptias ex ſolo coniugali cōſenſu abſq; copula.& cum iam poſſidens maioratum, qui grauatus erat contrauenerit teſtatoris voluntati, & per illum non ſteterit, quin matrimonium copula conſumaretur. ſed ex facto fortunæ, excuſari a pœna non debet. l. qui ea mente, ff. de furt. & conducunt aliqua, quæ ſcribo in 4. parte huius operis q.12.& aliquid in q.17. Nec obſtat, ꝙ dictum fuit de veriſimili mente teſtatoris facientis maiorarum, quia teſtatorem etiam veriſimile eſt reſpexiſſe, ꝙ filius vel alius deſcendens non contraheret ſponſalia per verba de præſenti, licet matrimonium copula non perficeretur: quia quāuis nō tam grauiter teſtatorem offenderit, ſicut ſi matrimoniū copula cōſumaret,& filios haberet, nihilominus tamen iniuriam teſtatori fecit,& ſi contrarium teneremus, ſequeretur maximum abſurdum, ꝙ licet ſucceſſor in maioratu, qui tenuit iuſtam teſtatoris volūtatem ſeruare, matrimonium copula conſumauerit, & filios haberet, qui poſtea mortui fuerunt, vel nunquam filios habuiſſet, tametſi matrimoniū aliquo tempore durauerit, non incideret in pœnam a teſtatore adiectam, quod abſurdiſſimum eſt,& a doctis hominibus alienū. teſtator itaq; habuit etiam reſpectum ad ipſum contractum matrimonij, & hoc conſiderauit ſicut liberorum procreationem. facit regula. l. in iure ciuili. ff. de condi. & demonſtr. l. in iure ciuili. ff. de regul. iur. vbi ſi non ſtat per eum, qui cōditionem exequi tenebatur, quominus impleatur, habetur pro impleta. ſic in propoſito, cum non ſtet per grauatum,& non contrahat, quod filios procreet, ſed ex facto,& voluntate Dei, a pœna non eſt excuſandus: nā idem operatur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito. l. vlt. §. vlt. ff. de legat. 3. Et ex hoc etiam infertur, ꝙ ſi ſponſa de præſenti ante copulam ſubſequutam, (quod non ſemel contigit) defuncta ſit, pœnam pati debet. & iſta ſententia confirmatur, quia etiam in materia pœnali ſpōſa de præſenti, venit appellatione vxoris, vt patet ex.l.2. tit.15. lib. 8. ordi.& ex.l.81. Tauri. ex qua lege etiam fundari poteſt in illis verbis, *aunque ſe diga y alegue que el dicho matrimonio fue vinguno*, quod ſucceſſor in maioratu, cui prædicta pœna appoſita fuit, incurrit in pœnam a teſtatore adiectam, etiā ſi matrimonium quod contraxit, fuerit ex aliqua cauſa nullum. facit l. eum qui duas. C. de adulter. c. nuper, de bigam. l. quod ergo. §. quod autem. ff. de his, qui notant. infam. Ex quibus legibus patet, quod quando lex conſiderat ſolum animum facientis, & non iuris effectum: tunc faciens actum etiam nullum, incidit in pœnā.& facit doctr. Bart. in l. non dubiū. C. de legibus, nu.20. vbi Fulgoſ. qui tenent, quod quamuis actus factus contra legem ſit nullus, intelligitur quo ad cōmodum illorum, qui contrahunt, non quantum ad illorū damnum & odium. quamuis hæc controuerti poſſunt per tex. cum ibi notatis. in l.4. §. condemnatū. ff. de re iudi. quem ampliant & ornant Felin. in c. ex tenore. de reſcrip. nu.4. Tiraquel. lib.1. de retract. §.1 glo.2. nu.6. Ex quibus auctoribus latiſſime apparet, ꝙ actus nulli cenſentur tanquam ſi facta non fuiſſent.& conducunt notata per eundem Tiraquel. in tractat. de legibus connubialibus. in glo. de ſon marit. q. 33. nu. 234. & licet poſſeſſor maioratus contrahens matrimonium contra prohibitionem teſtatoris iniquè fecerit, negari tamen non poteſt, ꝙ non ita teſtatorem offendit, ſicut ſi matrimonium validum contraxiſſet, ex quo liberos poterat procreare indignos genere teſtatoris. Nec obſtat. d.l. 81. Taurina. quia ibi eſt caſus ſpecialis, propter offenſam, quam mulier ſponſo fecit in adulterio, quamuis ſponſalia, aut matrimonium nullum eſſet. Sed pro prima opinione facit. l.3. tit.6. par.7. vbi mulier eſt infamis per contractum ſecūdi matrimonij per verba de præſenti, nec eſt neceſſaria copula, vt conſtat ex illa lege. & faciunt tradita per Rebuf. in tract. de pacifi. poſſe. nu.223. vbi confirmat opinionem gl. in c.1. de
2 cleri. coniu. lib.6. quæ tenet, quod per contractum matrimonij abſq; copula per verba de præſenti amittitur beneficiū. & ibi etiam tradit, an amittatur beneficium ſi matrimoniū ſit nullum. & iſta ſententia etiam corroboratur ex aliquib. quæ tradit Rip. in rub. C. de ſecund. nupt. nu.16.& 17.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæſtionis.*
2 *Intellectus ad leges.23.& 29.Taurinas.*
3 *Augmentum extrinſecum eſt filiorum.*
4 *Valor bonorum parentum, quo tempore ſit conſiderandus ad ſolutionem legitimæ? & vide ibi notabiles effectus, qui ex ſuperioribus ſequuntur.*
5 *Deducitur etiam quod ſi filius rem vendiderit, debet fieri computatio rei venditæ, ſecundum valorem, qui adeſt tempore mortis patris.*
6 *Bonorum valor ſi diminutus ſit, fratres illius, cui res conceſſa fuit ſuſtinere etiam debent.*
7 *Maritus eligens virtute legis.29.Taurinæ, & nulliter, an iterum eligere poſſit?*
8 *Commiſſarius nulliter eligens, variare poteſt.*
9 *Primogenitus in electione præcipui variare poteſt, quando nulliter elegit. & idem in caſu pragmat. datæ Madritii anno 1534.*
10 *Mulier cui ex lege.52.Taurinæ nulliter elegit, an variare poſſit?*
11 *Mulier an facta electione virtute dictæ legis.52. variare poſſit?*
12 *Fratres non meliorati, an ipſemet melioratus probare teneatur, quod res data in titulum meliorationis, non excedit tertium, quintum, & legitimam?*
13 *Vxor an probare teneatur, quod arrhæ datæ non excedunt decimam bonorum partem, vel hæredes mariti?*
14 *Reſolutio quæſtionis.*
15 *Confeſſioni patris affirmantis quod bona, quæ filio donauit non excedunt tertium quintum, & legitimam filii, non ſtatur.*
16 *Deducitur, quod ad verificationem quod arræ non excedunt decimam partem bonorum, non ſufficit confeſſio mariti licet multum poſſit.*
17 *Infertur, quod non ſtatur confeſsioni parentis, quando filiam dotat in caſu capituli curiarum dotium.*
18 *Deducitur, quod non ſtatur confeßioni mariti dicentis, quod ioias quas mulieri dat, non excedunt octauam partem dotis.*
Valor bonorum, in quo tempore ſit conſiderandus in melioratione tertii, & in legitima, & aliæ ſimiles quæſtiones?

QVAESTIO LII.



Vinquageſimo ſecundo

Quæro, pro intellectu noſtræ materiæ. caſu, ꝙ pater fecit in filiū melioratione tertii,& quinti, & tradidit ei res aliquas, cui meliorationi filij alij mortuo patre, contrauenire volunt dicendo, ꝙ ea excedit tertiū & quintum,& legitimam ipſius filij, & quod tāquam inofficioſa reſcindi debet: quæritur cuius temporis æſtimationem ſequi debemus ad probandum, ꝙ excedit, vel non excedit a tertio,& quinto,& legitima, an illius temporis, in quo pater tradidit illi res, in quibus ipſum meliorauit, & meliorationem fecit, an illius temporis, in quo pater deceſſit? Quæſtio eſt, quæ ſæpe euenit in practica, in diuiſione bonorum, quæ inter filios diuiduntur. In qua quæſtione ſicut in alijs
1 breuitati innixus dico, ꝙ debet haberi reſpectus ad valorē, quem habent illa bona data per patrem tempore mortis, ſiue precium bonorum auctum ſit, ſiue diminutū. ad quam opinionem fundandam facit doctrina Pau. de Caſtr. in l. illud, numero quarto. C. de collatio. vbi dicit, quod ſi pater emit militiam pro vno filio, puta feudum pro centum, iſte fundus non confertur cum fratribus: quia non eſt proprie matrimonialis. potius enim videtur eſſe in bonis domini directi, quam in bonis feudatarij, & non debet communicari cum alio inuito domino, quia non cogitur alium vaſallum accipere, ſed confertur pecunia, quam pater expendit, nō tota, ſed quatenus valet feudum tempore mortis patris conſideratis oneribus ipſius feudi: vude ſi non reperiantur tunc niſi quinquaginta, illa ſola conferuntur. quam ſententiam alijs relatis ſequitur Barth. Soci. in conſil.64. conſiliis noſtris, numero 1. libro primo, in verſi. ſeptima concluſio. & doctrinam Pau. de Caſtr. refert, & ſequitur Grego. Lopez in verbo *contar.* in prin. titu.15. par.6.& ad hoc facit l. cū quęritur. C. de inoffic. teſtam. & quæ ſcribit Chaſſane. in conſuetud. Burgund. rubr. ſeptima. §.2. verſ. nota ergo. vnde fit, quod ſi res datæ in meliorationem tertij, & quinti ſunt augmentatæ, ex ſola mutatione temporis in valore eſt conſiderandus valor, qui aderat tempore mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur,& non valor illius temporis, in quo res donatæ fuerunt: quia verè tunc ſucceditur teſtatori & non ante. Ad quod eſt bona. l.23. tit.5. par.5. ibi, *e deſpues deſſo, por mudamento de la condition del tiempo.* Et hæc concluſio corroboratur ex diſpoſitione legis 23. Taurinę, quam explicuimus in q. 48. ſupra eodem.& l.29. in fine. in eiſdem legibus, quæ hoc modo ſunt intelligendę, & declarandę. quod eſt animaduertendum, quia ſcribentes hoc non tangunt in prædictis legibus. & ex eiſdem rationibus idem dicendum eſt in bonis, quę pater dat filio ante mortem in computationem legitimę: quia argumentum intrinſecum eſt conſiderandum ſm tempus mortis patris, vel matris. quod eſt ponderandum, quia

Source : BIU Cujas

quia sępe euenit, quod postquam parentes dant aliquid filiis, vel in computatione legitimæ, vel in titulum meliorationis, viuunt viginti, aut triginta annos, vel plus, vel minus
3 Et dixi, quod augmentum intrinsecum, & valor, qui adest ex mutatione temporis, est considerandum secundum tempus mortis patris vel matris: quia si res augmentatæ sunt non solum ex cursu temporis, sed propter plantationem, vel ędificationem factam per filium: ad ista augmenta non est habenda consideratio, sed res ęstimanda secundum tempus, in quo fuit concessa per parentes, secundum Raphael. Fulgo. Roma. Paul. & alios in dicta l. illud. Socin. in d. consi. ver. octaua conclusio. Ex quibus etiam infero, quod capitale adductum per aliquem ex coniugibus, si fuerit actum p̄tium illius ex cursu temporis, non debet tale prętium communicari tanquam multiplicatum, sed est propriū illius, quę ad matrimonium adduxit. Et est etiam omnino notandum, quod valor bonorum parentum adeo est considerandus in tempore mortis illorum, quod si aliquod augmentū postea in illis adsit, quamuis intrinsecum, & ex cursu temporis cedit filiis, & etiam damnum quod in illis superuenit
4 patienter subsinere debent. Quæ conclusio probatur in l. si patronum. ff. de bon. liber. per quem dicit Pau. de Castro in l. in ratione. in prin. la 2. num. 4. ff. ad legem Fal. q̄ si legitima iure naturę debita, post mortem patris augeatur ex rebus hæreditariis, vt puta, si valebant tercentum, legitima erat centum, & post mortem patris bona valent sexcentum: nō debet attendi augmentum, etiam si augeatur ex causa, quæ retro fingitur ad tempus mortis. si autem diminuatur, dicit q̄ hoc nocet filio, quia res perit periculo illius. l. pignus. C. de pigno. actio. Et pro hac conclusione est notanda. l. 3. titulo 11. par. 6. quam nullus nostrum refert. ibi, *la quarta de los bienes del defuncto deue ser catada y asmada enèl tiempo, que el fino, por que segun lo que essonce era, deue el heredero sacar lasu parte esi despues se menguo, o se crecio ei danno, o el pro della, pertenesce al heredero.* quæ lex, iunctis verbis sequentibus tollit plures difficultates, quas tradunt Alex. in d. l. in ratione. nu. 6. Ias. in authē. nouissima. nu. 5. C. de inof. testam. vbi non satis se explicat, agendo de intellectu tex. in l. serui. ff. ad l. Fal. Anto. Gomez in l. 29. Tautina. num 35. Grego. Lopez in l. 17. in glo. pen. ti. 1. par. 6. Et ad hæc etiam facit l. item si fundi. §. 1. & 2. ff. de vsufruct. & quod tradit. Gre. Lop. in l. 17. in glo. in verbo. *estimando.* ti. j. par. 5. Et ex his sequitur maximus effectus, quod si pater aut mater moriuntur, & ante mortē dederant aliqd filiis, vel in titulum legitimę, aut meliorationis, & post aliquos annos faciant filii bonorum diuisionem (quod sæpissime euenit, quia hæ diuisiones sunt immortales) est considerandus valor bonorum, quæ filii possidebant, siue sit extrinsecus, siue intrinsecus secundum tempus mortis parentum, & si augmentantur, valor pertinet ad illos, & si diminuuntur, damnum erit suum. Et idem est vbicunque filii virtute testamenri parentum, illico accipiunt possessionem aliquarum rerum, quas parentes illis reliquerunt, siue in partem legitimę, siue titulo meliorationis: quia tempore mortis est valor considerandus, & non tempore, quo fit di-
5 uisio aliorum bonorum. Et ex istis etiam deducitur, quod si filius post datam sibi a patre rem, aut in legitimæ partem, vel pro melioratione illam vendidit ante mortem patris, quamuis talis res sit in potestate alterius, adhuc debet fieri computatio valoris secundum tempus mortis patris, vel
6 matris. Deducitur deinde per easdem rationes, quod si bonorum valor diminutus sit, damnum debet esse commune inter alios filios, nisi superuenerit culpa filii possessoris. Vnde etiam euenit, quod licet fructus augeant hereditatem. l. non est dubium. C. fami. erci. cum concordā. fructus tamen non sunt computandi ad deducendum ex illis tertium, & quintum, sed pro rata sunt diuidendi. pro quo etiam facit l. hæreditas. ff. de reg. iur. glo. in l. prima. §. veteres. ff. de acquir. possessio. cum concor. quæ refero in 4. par. operis. quæsti. 19. nume. 12. quæ omnia (videri meo) in practica sunt necessaria, & ad intellectum dictarum legum 33. & 29. conducibilia, in qua lege 29. num. 15. tradit Tello. quod valor militiæ seu decurionatus, debet considerari secūdum tempus mortis illius, de cuius successione tractatur quod ex prędictis ve-
7 rum est, & pro intellectu huius materię. d. l. 29. Et est notandum, quia cum ex dicta lege concedatur facultas Illi, qui dotem accepit eligendi valorem bonorum patris & matris, q̄ adest vel tempore, in quo dos fuit constituta aut promissa: nam siquidem maritus semel elegerit, & nulliter ex facultate illi per dictam legem concessa, non precluditur illi via vlterius eligendi, ex tex. in l. hæc conditio filiæ meæ. ff. de cōdi. & demon. vbi probatur, quod si legatum sit relictum filiæ si nupserit, si ea nondum ætatis nubilis nupserit, vel etiā nupserit ei, cuius nuptiæ interdictæ sunt, non censetur paruisse conditioni, & potest postea alteri vtiliter nubere. & p illum tex. dicit ibi Pau. de Cast. q̄ dispositio hominis consumitur in primo actu valido, non etiam inualido. & ibi Soc. num. 4. & dicit Roma. in l. si is qui hæres. num. 4. ff. de acqui. hęred. q̄ actus nullus non impedit fieri illius reiterationem
8 etiam in oppositum. & ad propositum alia refert licentiatus Tello in l. 35. Tauri. num. 3. Ex hoc post alios ibi concludens, q̄ si commissarius virtute commissionis illi a testatore datæ nulliter exequitur voluntatem testatoris, non prohibetur iterum eligere. cui adde tex. expressum pro hac conclusione in l. ii. ff. de optio. leg. & alia, quæ refert Tiraq. lib. 1. de retract. §. 8. gl. 7. nu. 4. vbi plures rationes ad propositum huius dicti videre poteris. & ideo dixit Modern. Parisien. in consue. Parisi. par. j. §. 10. num. 10. in vltimis verbis numeri. q̄ primogenitus in electione prędicti, & mānionis variare potest, vbi semel nulliter elegerit. Ex qua doctrina, & superioribus infertur intellectus ad prag. datam Madritii anno 1534. statuentem, quod si duo maioratus vniti fuerint per matrimonium valoris ī illa l. designati, filius maior habeat electionem. quia si nulliter elegerit, electio eidem non præiudicauit, & idem si ductus fraude eligat. pro quo vltimo fa-
9 ciant quæ scribo in q. 48. supra hac par. num. 48. Ex quibus etiam deducitur, q̄ si pater concessit filio facultatem eligē di tertium, & quintum in bonis suis, & filius nulliter eligat res, in quibus debet habere prędegatum aut meliorationē, potest iterum eligere. & idem dici potest in casu l. 52. Taur. vbi cōceditur mulieri facultas eligendi arrhas, vel donatio-
10 nem ioiarum intra viginti dies postquam ab hæredib. mariti fuerit requisita: quia si nulliter eligat mulier, non prohibetur iterum eligere, & permittitur variatio. Et hæc maxime procederent vbicunque eligentibus in prædictis casib. nulla potest imputari culpa in nulliter eligendo, vt resoluit Bald. in consi. 227. per sanctissimum. lib. 4. per l. quęsitum. ff. de penul. actio. est annal no. Tiraq. in loco citato. num. 19.

SED quia in memoriam venit d. l. 52. Tauri. obiter circa illius intellectum lectores animaduertere decreui, quod Peralta in l. Stichum. num. 5. ff. de lega. 2. dixit circa declarationem illius legis, q̄ mulier in casu prędictę legis facta semel electione, quamuis valida, iterum eligere potest. motus doctri. Are. in l. serui electione. ff. de leg. 1. vbi dicit, q̄ quando a lege conceditur electio, est locus variationi vsque ad actualem solutionem per tex. in l. eum qui certarum. §. ff. de ver. ob. & alias plures rationes de qua sententia Peraltę, nō sine iustis rationibus dubitari potest, quia dispositio dictæ legis, serui electione. quæ dicit, q̄ serui electione legata, amplius optare non licet est generalis. & l. 25. ti. 9. par. 6. quę cū illa concordat. & contra Are. late tenet Iaso. in d. l. serui elene. nume. 17. & 18. vbi hunc articulum plene disputat, pro qua sententia addo tex. in l. si fundus. §. eleganter. ff. de leg. commiss. vbi consultus dicit eleganter Papinianus. lib. 3. responsorum, scribit statim atq; commissa lex est statuere, vē ditorem debere, vtrum cōmissoriam velit exercere, an potius pretium petere, nec posse si commissoriam elegerit postea variare. & facit etiam. l. si qui stipulatus si Stichū, aut Pamphilum. quę est lex 112. ff. de ver. ob. item cum ioię donatę, vel arrhæ statim fiāt mulieris: cum ipsa vnum eorum optauerit (quod aperte patet) electio hoc casu trahit secum exequutionem, & non est licita variatio. l. apud Ausidium. ff. de optio. leg. per quam dixit Parisien. in d. §. 10 nume. 10. q̄ si primogenitus semel mansionem elegerit, non potest iterum variare, nec optare. Et ex hac doctrina & iam dictis infertur, q̄ si primogenitus eligat maioratum iuxta dispositionem d. pragma. non potest variare & iterum eligere, immo si aliquo casu permittatur variatio, intelligitur semel, & non pluries, vt scribo in. q. 26. ī. hac parte. nu. 13.

12 AD rem igitur deueniendo, ijs quę in hac quæstione disputata sunt succedit proprijsime alia cōsentanea quęstio. ponc, q̄ pater dat filio aliquam rem, in qua illum meliorat in tertio, & quinto, & tradidit illi possessionem, & postea ab hac luce migrauit, & fratres istius filii meliorati prętē dunt, quod illa res data in meliorationem excedit tertium, quintum, & legitimam meliorati, ex aduerso autem filius id negat, quæritur quis tenetur in hoc casu probare vtrum excedat nec ne? In quo puncto mihi vī, q̄ fratres istius meliorati tenentur probare, & liquidare illum excessum, & non filius melioratus. Primo, quia cum filius possideat, eius est melior conditio. §. commodum. Instit. de interdi. l. 28. tit. 2. par. 3. l. 1. ti. 14. par. 6. de quo plura refero, & scribo in tertia parte huius operis in præfatione. Secundo per l. cum de lege. ff. de probati. vbi est glo. famosa. in leriśque locis commendata. quę affirmat, quod hæres probat habere locum legem Falcidiam, probando tot lagata, & asserendo tantū esse in bonis, & non vltra. Si enim legatarii dicunt tantum remanet apud hęredem, q̄ sufficit ad legem Falcidiam, id probare debent. & illam gl. sequitur ibi Ange. & Bar. in l. j.

Source : BIU Cujas

§.si vsusfructus.ff.ad l.Fal.& in l.si constante.q.j. ff.so.ma in quo loco id dicit esse verum, etiam si de maximo præiudicio tractetur.cuius gl.opinio communis est secundum Corneum in l.vlt.§.licentiam.C.de iu.delibe.vbi late Iaſ. multa adducit in confirmationem sententiæ, quam in hoc loco scribo.& predicta gl.est etiam communis secundum Caro. Rui.in consil.91.col.2.lib.v. & notaui per Iasin §.item si qs instandum.nu.70.de actio.& in d.l.si constante.nume.130. & in l.decem.nu.34.& in l.qui Romæ.in prin.num.20.ff.de ver.ob & alios concordantes refert Epi.Couar.lib.2.resolu.
13 c.6.nu.3.vbi materiam illius glosse plenissime tractat. & refert doctrinam Rode.Sua.in l.1.ti.2.lib.3.for.qui dicit,quod vxor tenetur probare,ꝙ maritus tot bona habebat tempore promissionis arrharū quot potuit facere promissionem de qua agitur.& ꝙ eo tempore nō excedebat decimam partem bonorum promittentis, quod dictum procedit secundum Episcopum in loco relato. Quando ipsa vxor agit ad arrhas, secus si conueniat,& bona possideat:quia tūc onus probandi transfertur ad hæredes mariti, quia etiam vxore nihil probante debet absolui. & idem tenet Suarez vbi supra.Et mulier dicens non esse alia bona, in quibus sibi dos restitui possit,habet intentionem fundatam,& asserenti cōtrarium incumbit onus probandi secundum Bart.in d.l.decem.in prin.ff.de ver.ob.& in d.l.vlti.§.licentia.in j. nota.C. de iu.delib.& alios,vt per Decium in consi.519.nume.7.Ex
14 quorum dictis ad nostrum propositum infertur veritas prę dictæ conclusionis,ꝙ fratres meliorati tenentur probare,ꝙ res quas possidet frater melioratus,excedunt tertiū, & quintum,& legitimam meliorati, & ꝙ si talis filius melioratus non possidet bona meliorationis, tenetur probare, ꝙ illæ res, in quibus facta fuit melioratio, non excedunt tertium quintum,& legitimam: quia est fundamentum propriæ intentionis,vt patet ex prædictis,& ex l.ei qui ff.de prob. & in l.2.ti.14.par.3. Et ex hac vltima ratione etiam deducitur,ꝙ quamuis filius non possideat,si tamen a fratribus ipse conueniatur,& non agat,adhuc fratribus probatio incumbit.l.
15 qui accusare.c.de eden.cum similibus. nec sufficeret confessio parentis hoc confitentis in donatione, aut melioratione,si forsam affirmauerit, ꝙ res donatæ non excedunt tertium,& quintum,& legitimam:quia cum per leges regales hic actus prohibitus sit vltra tertium, quintum,& legitimā nihil iuuat confessio parentum. l. cum quis decedens.§.Titia honestissima.ff.de leg.3.l.qui testamentum.ff.de probat. facit quod no.Bar.per tex.ibi in l.si forte.nu.5. ff.de castren. pecu.Deci.in consi.20.nu.3.idem vbi Iaſ.Al. & alii in l.si donatione.C.de colla.& est notabilis lex 3.quæ incipit,*tan gran*
16 *de es el amor,que ha el padre con su fiio*.d.ti.14.par.3. Et per istas leges,etiam in facto dixi pro intellectu legis quinquagessimæ Taurinæ,quæ prohibet, maritum donare mulieri vltra decimam bonorum partem,quod licet maritus fateatur tē pore factæ donationis, vel postea quod donatio non excedit decimam partam bonorum (prout communiter fit in huiusmodi donationibus)hoc non releuat mulierē arrhas nō possidentem a probatione, quod non excedit decimam bonorum partem, multum tamen proderit hæc confessio mariti,iuxta sententiam Salice. in l.mater.C.de contrahen. emptio.& aliorum, quos refert Tiraquel.in l.si vnquam.in verbo,donatione largitus.num.100.C. de reuocan.don. Et ex his etiam infertur intellectus ad vulgatam pragmaticā dotium statuentem metam,formam,& quantitatem, quā parentibus licet dare pro filiarum dotibus: nam si mulier dotem iam possideat, excessum prætendentes,id iudicem docere debent,quod si non probauerint,mulier absolui debet,si autem ipsa non possideat & petat,& non conueniat,
18 nec rea sit, probare ipsa & liquidare debet. & idem procedit in ioiis,quas maritus per aliam legem 101. Madritij datam anno 1534.non potest dare mulieri vltra octauam partem dotis.ad quod etiam facit consilium Bartho.Soci.394. vbi tractat,an confessio facta per maritum in eius testamēto,s.se habuisse a Titio centum pro vxore vestienda,an sibi præiudicet? & conducunt,quę scribit idem Socin.in consi.sequenti.Et pro ista distinctione facit sententia Cyni,& Salic. in l.actor.C.de probatio.vbi volunt, quod si ad vnum actū oportet,quod adsit certus numerus facultatum, & opponatur, actum non esse validum, quia faciens non habuit tot facultates,is qui hoc opponit tenetur illud probare si possideat is,cui hoc opponitur.

SVMMARIVM.

1 *Resolutio quæstionis.*
2 *Malitiis hominum est obuiandum. vide singularem legem partitæ.*
3 *Deducitur intellectus ad l.6.Taurinam.*
4 *Pactum factum in contractu matrimonii,non impedit disponere de bonis futuris.*
An de fructibus liceat patri donare vltra tertium,& quintum.

QVAESTIO LIII.

QVinquagesimo tertio scimus, ꝙ per leges nostras regias pater non pōt donare,nec relinquere filio ī vita,nec in morte vltra tertium,& quintum,& legitimam, vt latius cauetur in l.26.& 28.Taurinis,cum concordantibus. Quęstio nunc est,an de fructibus, quos parentes percipiunt de bonis suis possint facere etiam liis donationes vltra tertiū, & quintum: cū de ipsa substantia,& bonorum ꝓprietate hoc
1 illis interdictum sit per dictas leges? In qua quæstione (vt paucis agam)ego sequor Bart.Soc.in consil.93.circa primū consultationis.lib.j.vbi agens de quodam statuto,per quod aucta fuerat legitima filiorum,& parenti licebat disponere de quarta parte bonorum,concludit,ꝙ sicut pater non pōt disponere de proprietate vltra quartam partem in præiudicium, ita neque de fructibus quam sententiam ibi late fundat,vbi facile est videre. & ideo ego in hoc non immoror & istam opinionem plene disputando elegit noster Grego.. Lop.in l.8.ti.4.par.5.in gl.*en vida*.ad medium cum duabus limitationibus.videlicet, nisi pater donet vsumfructum,quē habet in bonis filii, quia ista donatio non reuocabitur per querelam inofficiosæ donationis,& si fructus percipiantur per filium ex re sibi donata:quia non augent donationem. & istam sententiam Bartho.Soc.ego veram esse iudicio cū alias mens legum regalium prohibentium, ne pater possit donare filio vltra tertium,quintum,& legitimā, facile fraudaretur, si pater permitteretur donare fructus bonorum, cum tanto minus alii fratres habebunt,quantum ipse dederit de fructibus,quibus non donatis ex illis posset pater alia bona emere,vel nummos seruare, & intentio & ratio legū non debet frustari per argumenta,& cautelas.qualitercunque enim mens legum lædatur, permitti non debet. l. non
2 dubium.C.de legi.l.contra legem.ff. eodem ti.Et est lex.quę nullis quantumcunque amplissimis verbis commendari potest,quam iudices ante oculos semper habere debent,in l.13.titu.7.par.3.ibi,*vna delas cosas del mundo de que mas se deuem trauaiar los Reyes e los otros sennores,que tien lugar de nuestro sennor Dios enla tierra para mantener iusticia es de contrastar a la malicia delos omes, de manera,que el derecho no pueda ser embar gado por ellos*. quæ lex ad plura negotia est singularis.item cum quid vna via prohibetur,alia concedi non debet,iuxta regulam iuris.Et cum hæc sententia sit filiis fauorabilior, cum reducantur ad æqualitatem possibilem,in dubio est amplectenda,l.vt liberis.C.de collatio. cum similibus. quæ ego in aliis
3 locis refero.Et hęc etiam notanda sunt pro intellectu legis 6.Taurinę,ad quam est valde necessarium dictum consiliū Soci.Sed an pater qui fecit donationem in filium titulo meliorationis,aut per viam maioratus, reseruando fructus ad disponendum in vita sua, possit in morte de talibus fructibus disponere,videndus est Barto.in consilio 76.incipienti pater filio suo emancipato. Alexan.in consil. 13. nume.17.
4 lib.3.quod est aduertendum,quia sępe contingit.Nec omitto ad propositum quæstionis,& materię,quod tradit Nico-Boer.decisio.204.numero 36.vbi vult,quod pactum factū. in matrimonio, vt primogenitus succedat, non impedit ꝙ de bonis futuris promittētis eius industria, vel ex vsufructu retento post pactum acquisitis possit disponere, quia tale pactū non extenditur ad postea quęsita per l.si ita.ff.de auro & ar.le.& alia,quę refert.qua in re verba promissionis sunt inspicenda,& ad leges nostras regales est animaduertendū.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Feudatarius etiam cum domini consensu, non potest alienare feudum in remotiores agnatos.*
3 *Damnati ad mortem,an possint meliorationem facere remissiue traditi.*
4 *Maritus & mulier,si ad secundas nuptias non conualuerint possunt facere meliorationem ex bonis,quæ habuerunt ex matrimonio.*
5 *Mulier an possit ex arrhis meliorare.*
An de bonis,quę pater,vel mater tenentur reseruare filiis primi matrimonii,possint meliorationem facere.

QVAESTIO LIIII.

QVinquagesimo quarto quęro, an pr̄, vel mr̄ de bonis, quę ꝓm leges ciuiles, & regias reseruare tenent filiis primi mr̄imonii,iuxta l.fęminę.C.de sec.nu.& l.15.Tau. possint vnū ex filiis,

Source : BIU Cujas

liis,quos de priori matrimonio habuerunt meliorare? Quã quæstionem late disputat Roderic. Suar. in legibus fori.titu. *de las arras*.notabili.2. col. j. & sequentibus. vbi post longam
1 disputationem tandem concludit, quod nõ licet mulieri ex arrhis, quas sibi maritus dedit meliorare vnũ ex filiis,nec facere maioriam per tex.in Authen.de nuptijs.§.venient.coll. 4. & in Authen.de non eligendo secundo nubẽtes §.prospeximus.coll.1.& in Auth. hoc lucrum.C.de secũd.nup.& idẽ tenet ipse Suarez.in l.quoniam in prioribus limitatio.x. nu. 1.C.de inoffi.testa.cui adde Decium , qui in simili casu consuluit in consi.236.num.16.Et pro hac sententia facit, quod scribit Bald.in c.1.titu.de aliena.feud.num.11.vbi dicit,quod ius gratificandi non competit , nisi in casibus a iure expressis per.l.cum hermes.C.loc.& l.dudum C. de contrah. emp. & ibi Bald. ex hoc dicit, ꝙ feudatarius etiam cum consensu domini,nõ potest alienare feudum in remotiores agnatos, qui in feudo non essent successuri, nec postea successerũt ex prima feudi consistentia,nec agnatus habet ius eligendi,nec præferendi,quem ex filiis velit. notatur per Aretinum.in cõsi.42.ex facto.& Tiraquellum in tracta. de primogenitur.in 2.opinio.cvii.q.nume.23.& in lib.j.de retract. §.xxvi. glos.ii. nume.2.& facit etiam tex.ĩ Auth. bona damnatorum.C.de
3 bon.damnato.& quod per illam legem determinat Roderi. Suar.in d.l.quoniam in prioribus limitatio.x.& Episco.Couarru.in 3.parte rub.de testam.num.27.vbi dicunt,ꝙ ex bonis quæ hodie reseruantur damnatis,non possunt facere meliorationem,sed illa reseruare filiis æqualiter tenentur. De quo puncto videnda sunt , quæ scribo in quæstione.j.supra eodem.in quinta illatione.nume.8 Et istam sententiam etiã adiuuant quæ scribit Anch.in consi.112.latius Socin.Iun.in consi.103.num.21.cum sequen. lib.2.& est bonus tex.ꝙ hac opinione in l.31.Taurina.vbi commissarius non potest meliorare filium nisi id a testatore expresse cõmittatur. Et hac conclusione habita pro vera, ꝙ ex bonis reseruatis ad filios primi matrimonii,non potest fieri melioratio per mulierẽ.
4 Notandum est , ꝙ cum hæc pœna sit statuta in odium matrimonii,quod mulier contraxit,si mulier non nubat poterit libere ex talibus bonis meliorare filium , quem voluerit quia cessant rationes,quę habẽtur in Auth. hoc lucrum.C. de secun.nup.& ideo ius cessare debet.& idem est in patre dicendum,& multo maiori ratione. in arrhis autem minime verum puto dictum Suarez,licet idem teneat Ioan. Lopi.in rubr.de dona.inter vi.& vxo.§.27.num.1.quos iuste reprehẽdit Tello Fernandez in l.19.Taurin.num.12.cuius sententia fulcitur,quia cum regula iuris regii sit,cum qua se cõformat huius regni consuetudo,quod parentes ex omnibus bonis filios possint meliorare,isti regulæ adhęrendum est,nec ab ea recedendum,nec est nostrum distinguere leges(vt iuris principia passim (dictant) ex qua ratione dubitabilis etiam reddi tur cõclusio supra tradita de bonis,quæ mater tenetur reseruare filiis primi matrimonii, cum nostræ leges & consuetudo postea conditæ sint,nec talem faciant distinctionem, vñ in dubio eas seruare debemus.

SVMMARIVM.

1 *Determinatio quæstionis traditur per distinctiones.*
2 *Melioratio facta separatim in pluribus,siue in pluribus partibus eiusdem rei,an possit per filium in partibus acceptari, & in partibus repudiari.*
3 *Filius acceptans fideicommissum,uidetur consentire grauamini in legitima adiecto.*
4 *Filius an in quinto possit grauari conditione causali,vel mixta,remissiue traditur.*
Quando alicui competit successio in duobus maioratibus , quorum vnus est sine aliquo grauamine,an possit vnum repudiare , & alterum acceptare.

QVAESTIO LV.

Vinquagesimo quinto ponę, quod alicui competit successiõ in duobus maioratibus , quorum vnus est sine aliquo grauamine & conditione , alter vero est cum aliquibus grauaminibus,aut conditionibus,quæro an poterit succẽssor in maioratu repudiare vnum,& acceptare alium?In quo articulo
2 omisso multiloquio, sic distinguendum esse existimo , nam siquidem hi duo maioratus relicti sunt ab vno & eodem testatore,ita,vt qui habet vnum maioratum , teneatur alterũ possidere,& non possit possidere vnum sine alio , tunc quidem non poterit successor in maioratu vnum repudiare,& alterum acceptare.Quę conclusio probatur per tex. in l.sed duobus,ff.de le.2.vbi probatur,ꝙ si testator legat alicui plures res,& in aliquibus grauat legatarium,& in aliis non, nõ potest legatarius vnã rem acceptare, & alias repudiare , sed vel omnes repudiare,vel acceptare tenetur. eandem conclusionem probat,l.39.titu.9.part.6.in versicu. *e si la manda fuesse demuchas cosas*. quod maxime procederet si in eodem contractu,vel testamento ambo maioratus facti essent , ex scriptis per Bartho.Socin.in consi.125.insistendo.nume.4. lib.3.vbi tradit,ꝙ si sunt in eodem contractu factæ plures donationes causa mortis,quarum altera habet onus annexum, non potest donatarius alteram acceptare , & aliam repudiare cum onere factam.pro quo facit,quia ratione connexitatis diuersa,loco eiusdem habentur.l.cum quęritur.ff.de admin.tuto. l.tutor.ff de procura.l.nam absurdum . ff. de bon.liber.tradit in notabili quęstione huic.nostri simili Albe.in l.omnia priuilegia.num.ij.C.de epi.& cle.in quodam legato facto certo hospitali.Si autem maioratus relicti sint a duobus personis, siquidem testator præcise iussit,ꝙ qui vnum maioratum haberet & alterum tenetur possidere,idem seruandum est,ꝙ in precedenti casu.si vero hoc non cautum sit,& tales maioratus recipiunt diuisionem , potest successor vnum repudiare, & alterum acceptare,quamuis vnus sit sine onere , & alter sit cum aliquo grauamine.quod deducitur ex tex.in l.legatarius.ff.de lega.j.& l.neminem.ff.de leg.2. vbi vide Peral.& in l.ij.eod.titu.num.4.versi.vndecima desumitur.facit l.Lucio. eod.titu.l.ij.4.5 & 6.d.titu. 9.& ex d.l.36.in versi. *en escogentia*. vsque ad ver.*mas si aquel*. & his adde Peralt.in d.l.sed duobus.
2 nume.3.vbi tractat,si filius per patrem melioretur in tertio & quinto,& assignetur sibi melioratio separatim in plurib. rebus,siue in pluribus partibus eiusdem rei, an possit per illum vna pars acceptari,& altera repudiari?Et in ista materia
3 est notabilis doctrina.Socin Iun.in consi.cxxij.num. 9.lib.1. vbi tradit vnum,quod sępe reperitur in testamẽtis,& in vinculis factis a parentibus ob viam meliorationis tertii & quĩti.vbi dicit, ꝙ filius cui certa bona relicta sunt cum onere fideicommissi,& si de eis non sit contentus,ꝙ eo habebat tãtum suam legitimam, si acceptat bona legata , dicitur fideicommisso consensisse & legitimę renunciasse. ex quo erat in eius arbitrio,quid ex prędictis vellet.per l.si cui.in prin.ff. de cond.& demonst.& l.Imperator.§.si centum.uer. enimuero.ff.de leg.ii.& vide eundem Soci.in consi. 136.num. 16.eo. lib.vbi tradit,ꝙ filius approbando,& confirmando , uolens adimplere legata facta per patrem , uidetur legitimę renuntiare.Pro quibus facit,quia acceptans contractum , videtur illud acceptare cum omnibus suis qualitatibus. l. contra.§. vlti.cum l.sequent.ff.de pact.ubi Docto.de quo plura scribit Tiraq.lib.ii.de retract.in fi.nu.i.cum aliis. quem lector legat. & hanc nostram sententiam tenere videtur Peralt. in l.cum patronus.nu.9.ff.de leg.ij.
4 ET quando grauamen conditionis casualis vel mixtę apponitur coniunctim in tertio & quinto,in quibus filius melioratur,an ualeat cõditio casualis , uel mixta in tertio sicut in quinto?& alia plura circa istum intellectum tex. in l.xi.ti. 4.par.6.tradit Peral.in l.i.nu .10.pag. 13.ff.de leg.ii. ubi elegãter loquit.ex cuius lectura resoluere lector potest, an pater possit in confectione maioratus apponere filio aliquas conditiones mixtas, uel casuales.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quæstionis.*
2 *Successor in maioratu ad quem deuolutus fuit maioratus, an grauamina adimplere teneatur.*
3 *Conditiones important causam finalem.*
Quando testator in maioratu apposuit conditionem, quæ tempore testamenti iam extabat,quid agendum.

QVAESTIO LVI.

Vinqnagesimo sexto,testator in tenore maioratus aliquam apposuit conditionem , quę tẽpore quo illam apposuit iã extabat , quęro an maioratus censeatur purus vel conditionalis?In qua quęstione breuiter etiam distinguo, nam siquidem testator quando illam apposuit conditionẽ, ignorabat illius implementũ, maioratus censetur purus, si ãt sciebat impletã fuisse,& est talis conditio,q̃ iterari p̃t, tũc ẽt uĩ,ꝙ nihilominus conditioni parẽdũ est. ꝙ ꝓbaẽ in l.hęc conditio filię meę.cũ l.seq.ff.de cond.& demonst.& in l.si ita scriptum.§.ult.ff.de leg.ii.& in l q̃dã relegatus.in princ.ff.de reb.dub.& hic iunge doctr.Greg.Lop. in l.ul.in uerb.*aquella*
2 *parte*.ti.10.par.6.ubi tradit,ꝙ si conditor maiorię grauauit illũ,quẽ primo uocauit nominatim, ut impleret suum testm̃ sub pęna perditionis maiorię,& exꝓstitutione maiorię ĩ odiũ nõ implẽtis deuoluta est ad aliũ maioria,si iste nõ adimpleat,q̃ ſcdo loco uocatus fuit amittat maioriã.ex q̃b.dictis colliges,qũo pęna imposita primo successori extendatur ꝫ

vlte-

Source : BIU Cujas

ulteriores successores. De quo lectores videant, quę scripta sunt in 2.par.istius operis quæstio 4.illatio.8.nu.11.cum seq. scientes ad hanc quæstionem, & ad alias, quæ ad istud propositum in hoc opere tractantur, quod conditiones in dubio important causam finalem dispositionum, quibus adijciuntur glo. & Bar. in l.2.§.vlti.ff.de donat. quod resoluit latius Peralta.in l.si quis in principio testa.nu.206.ff.de leg. 3.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio, & propositio quęstionis.*
2 *Legatum factum uxori cum conditione, quod cum filiis habitet, valet.*
3 *Intellectus ad tex.in §.Titio centum.ff.de condit. & demonstra. Et patriam quis presumitur diligere.*
4 *Maioratus si perueniat ad fœminam nuptam, an teneatur habitare in loco in quo testator iusit?*
5 *Ex causa noua licet successori in maioratu non habitare in loco, in quo testator præcepit.*
6 *Legatū factum cum grauamine, quod quis uiuat cum aliquo, non amittatur, si commode viuere non potest.*
7 *Ex causa de nouo superueniente, recedere licet a voluntate testatoris.*
8 *Testator uocare uidetur ad maioratum ortum ex patria.*
An valeat conditio apposita in maioratu, quod successor teneatur habitare, in certo loco, uel domo?

QVAESTIO LVII.



Vinquagesimo septimo

Quæro, an sit efficax condictio iniuncta per testatorem, vt successores in maioratu habitare teneantur in certa ciuitate, villa, vel loco sub pœna amissionis bonorum maioratus? Quam conditionem sæpe testatores in maioratibus iniungunt, & iam vidi super hoc,
1 quandam litem in hac regali cancellaria. Dubium facit tex.in l.Titio centum.§.Titio centum.ff.de condi. & demo. ibi, Titio centum relicta sunt, vt a monumento meo non recedat, vel vt in illa ciuitate domicilium habeat: potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur.notatur in l.2.ff.de li homin.exhib. & in l. antiquitas.C. de vsufruct.& in l.nec non.§.1.ff.ex quibus caus.maio. & in l.qui neque.§.solutum.ff.de verbor.signifi.Et per Roma.singul.629.vnde dicunt DD.in locis supra citatis, præcipue Salicet.in d.l.antiquitas.q; licet valeat pactum, quo quis se adstrinxit habitare in certo loco, non tenetur præcise habitare, sed ad id, quod interest, remanet obligatus. & conducunt plura, quæ ad istum propositum scribit Mathe.ab Afflict.in constitutio. Neapoli.lib.3. rubri.9. vbi inter alia refert notabilem doctrinam Bal.in l.si quam.C.de oper.libert. Quibus non obstantibus verior videtur conclusio, quod successores in maioratu, eam cōditionem, & grauamen seruare teneantur sub pœna amissionis maioratus. quod primo probatur ex tex.in l.27.Taurina. vbi patri licitum est, filijs apponere grauamina, quæ eidem libuerit, tā restitutionis, quam aliorum. & cum dicta lex generaliter loquatur, generaliter est intelligenda in omnibus grauaminibus, & conditionibus licitis, & honestis.l.j.§.& generaliter.ff.de legat.præstand.cum vulga. Secundo, quia in traditione rei propriæ, potest quis iniungere grauamina, & conditiones, quæ ei grata fuerint. l. traditionibus.ff.de pact.l.legem.C.eod.tit.l. codicillis. §. ma-
2 tre.ff.de leg.2.Tertio, valet legatum factum vxori sub conditione, q; habitet cum filijs, l.libertis.in fi.ff. de cond. & dem. l.Seio.in prin.ff.de annu.lega.notatur in l.j.C.de lega. & per Decium in consi.601.viso eleganti consilio.& Bartho.Soci. in consi.31. & 69. lib.1. vbi hoc notabiliter explicat.& vide eundem in consi.70.sequenti.& in consi.21.lib.3. per totū. Quarto, valet pactum, vt vir cum vxore in certo loco habitet, secundum Host.in summa.de coniugio seruo. & Abba. qui hoc dicit communiter receptum in c.1. qui matrimon. accus.poss.Silues.verbo, vxor.q.8. Quinto facit tex. in l.2.C. de agrico.& censit.lib.11. vbi homines liberi, & coloni possunt obligari ad habitandū perpetuo in certo loco.& idem patet ex.l.originarios.& l.seruos.eo.tit.& in l.89. ibi, *Otro si prometio por si e por sus hiios demorar en tal su heredamiento para siempre iamas.*tit.18.part.3.quem tex.dicit ibi Greg.Lopez notabilem contra ea, quæ notantur in d.§.Titio centū. Sexto, istam opinionem clare sentit Bartho.Socin.in consi.52. nu.
1.lib.1.cum alijs.vbi tractat de eo, qui grauatus fuit, & eius
3 filij, q; in certa domo habitarent. Non obstat text. in d.§.si Titio centum, & alia, quæ supra adducta sunt: quia d.l. procedit, quando conditio non est adiecta in alicuius fauorem, nec l nullius interest.secundum Paul.& Imo. ibi. Si igitur testator faciēs maioratum iustis rationib. motus, quas ipsum melius alijs verisimile est percepisse, intelligens, q; illud grauamen expediebat suis successoribus propter varios fines, quos homines habent, illam conditionem adiecit, cur seruari non debet? Et interest ei ad conseruandum proprium honorem, memoriam, & gloriam, q; successores habitēt in loco, vbi est domus & familia testatoris. amittitur nanq; facilius memoria, & nomen testatoris, vbicunque successores ad alia loca se conferunt ad habitandum (quod experientia notissimum est) iustitia ergo petijt, vt in hoc, & in alijs similibus rebus testatorum voluntatibus obsequatur. quod maxime procederet, vbi quis grauaret successores, vt in propria testatoris patria habitarent, quæ est dulcissima, & ad eā testator magnam præsumitur habere affectione, l.qui habebat.ff.de legat.3.& interest testatori, q; propria patria plurib. ciuibus sit decorata.l.si qui seruo. in fi.C. de commun.seru. manumi.ibi, & sint oēs ciues Romani constituti, ampliandam enim ciuitatem nostram magis, quam minuendā esse censemus.& l.2.C. de indi.uiduit.ibi, augeri enim magis vestram rempublicam multis hominibus.facit text. in l.vlti.§. pen.ff.de bon.damnat.notat bene Marian.Socin.inter consilia Barth.Soci.35.qui incipit, circa prædictam consultationem.num.36.& 12.lib.1. vbi adducit notabile dictum Homeri, & conducit, quod scribit Ouidius, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos ducit, & immemores nō sinit esse sui. Et est notabilis.l.parti.1.tit.20.par.2.ibi, *Ca esta les es como madre*, & ibi, *mayormente, que el linage que dellos viniere que nazca enella.* & l.4. titu.24.par.4.ibi, *e la tierra han grandeudo de amarla, e acrescentarla, e morir por ella si menester fuere.* & vlti.ff. de iusti.& iu.cum ibi notatis.& ad istam opinionem est tex. notabilis in l.si pater.C.de institut.& substit.ibi, si in patriā, quæ in prouincia Mauritania erat, regressus fuisset. vbi Bal. notat.nu.5.versi.exemplum.dicens, quod patria cuique gratissima est. Et ex istis comprobatur doctrina Abb. in c. accedens.el.2.vt lit.non contest.vbi dicit, q; si iudex est conterraneus alterius partis, quia est oriundus ab eadem ciuitate, de qua est altera pars, potest recusari, vt suspectus.vbi hoc declarat Abb. & ibi Felin. Robert. a Maranta de ord. iudicio. parti.2.arti.2.num.39.& adduco.l.x.tītu.25.par.4. ibi, *Puede auer vida de aquella tierra donde es natural*. & plura similia de obligatione & affectione patriæ tradunt Ias.& Fortun. in l. veluti.ff.de iusti.& iu.Decius in c.quæ in ecclesiarum, num. 14.de constitutio.Hippol.in l.1.§.præterea.nu.33. ff. de quæstio.notanter Episco.Couarrui.in c.Raynu in princ.nu.9.de testam.& facit doctrin.Archidia.in c.1. 14.q.2. quam explicat idem Episcop.Couarr.in c.18.practicarum quęstionum. num.4.& vnicuique propria patria est præstantior alia.l.vlt. vbi glo.vlti.C.si seru.exportand.ven.& vide plura, quæ scribo in q.51.supra eodem.nu.28.Et ad hoc etiam facit text.in l.cum tale.in prin.ff.de conditio.& demonst. & l.qui concubinam.§.vxori.ff.de lega.3. & quæ scribit Emanuel Acosta. ibi. Nec dici potest, q; si in isto casu successor in maioratu non sequatur volūtatem testatoris, quod tenetur solum ad interesse: quia voluntas & intentio testatoris, & propositū, quod habuit propriæ memoriæ conseruandæ, nullo interesse æquiparari potest.

¶ISTA tamen conclusio duobus modis limitari potest.
4 PRIMO, limitatur vbicunque maioratus peruenit ad aliquam fœminam, quæ nupsit viro habenti domicilium extra locum vbi mulier habitat, & domicilium habet, & in quo testator iussit residere, quod probatur, quia vnaquæq; mulier sequi tenetur virum suum, quocunque vir voluerit, c.vnaquæque.13.q.2.notat Abb.in c.de illis. de sponsa. & mulier est subdita viro. l. sicut.ff. de oper. libert. & vir est caput mulieris, secundum Paul.Ephes.c.5.& 1.ad Corinthios.c.xj. qua de re plura scribit Episcop.Couarr. in epitome de sponsalibus.c.7.in prin.nu.5.Cui adde plura, quæ tradit Tiraq. in 1.l.connubiali.nu.3.cum sequentibus.& iterum.nu.39. vbi late notat, qualiter mulier sequi virum teneatur, etiam vagabundum, & quocunq; vadat, & etiam si a principio sciebat esse huiusmodi conditionis. Nihilominus tamen ista limitatio scrupulum habere videtur: cum mulier non possit a culpa excusari, contrahendo matrimonium cum homine, qui erat alterius domicilii, cuius conditionem, & statum ipsa ignorasse non præsumitur, & non decet supremas defunctorum voluntates cum occasionibus multoties procuratis infringere.

5 SECVNDO, prædicta conclusio limitatur, nisi post testatoris mortem, qui illud iniungit grauamen primogenito, & successoribus, aliqua noua causa orta fuit, quam si testator coniecturasset, aut in illius tempore, & vita contigisset, non apposuisset dictum grauamen, aut saltim dispensasset, cuius occasione primogenitus nō potest commodè,
& aut honestè, & sine magno detrimento grauamen adimplere, nec est in illius potestate propter varietatem temporum, & causas de nouo emergentes (quod plerunq; contingit)

nam

Source : BIU Cujas

nam iſto caſu non cadet primogenitus in culpam, ſi iſtam conditionem habitandi, in certo loco, & alias ſimiles nō ſeruauerit. Quod probatur ex tex. quem ibi ad hoc notat Bart. in l. Caio. §. i. ff. de alimen. leg. vbi dicit, quod ſi alicui factum ſit legatum cum grauamine, quod viuat cum alio, non amittit legatum ſi cōmode, & honeſte non poſſit cum illo uiuere. & idem probatur ex alia doctr. Bar. in l. Mæuia §. vxore nu. ii. ff. de annu. lega. & ſequitur Abb. in conſi. 90. circa primum. nu. 3. lib. i. & Bal. in Auth. hoc locum. in fi. C. ſi ſecun. nupſer. mulie. ad quod alias refert Iaſ. in l. i. nu. 3. C. de leg. vbi alii. DD. hoc tenēt. Et ex cauſa de nouo ſuperueniente, licet recedere a voluntate teſtatoris. l. vtilitatem, ff. de confirmat. tuto. l. tres fratres. §. vlt. ff. de admini. tuto. & eſt ad propoſitum magiſtralis doctrina Anchar. in conſi. 84. quam plenius ornaui & confirmaui in 4. parte huius operis, quæſtio. i. limitatio. i. num. 13. & hoc confirmatur ex doctrina Antonii, & Abb. in d. c. i. qui matrimo. accuſa. poſ. vbi dicunt, quod etiā ſi in contractu matrimonii, pactum ſit, ut uxor non teneat ſequi maritum, tamen illum ſequi tenetur, ſi ex cauſa noua alio migret, nec tenebitur in pœnam ad id ſtatutum, quos referunt, & ſequuntur Epiſcop. Couarru. & Tiraq. in locis citatis, & ad iſta eſt bonus tex. in d. l. ſi pater, ibi, manifeſtum eſt multis caſib. non voluntariis, ſed fortuitis euenire potuiſſe, vt eam implere non poſſet.

8 EX HIS autem quæ ſcripſi nu. 3. de amore & dulcedine patriæ, inferri iuſte poteſt, quod ſi ſit contentio inter duos conſanguineos, vter eorum ſit vocatus ad maioratum ſup quo eſt lis, potius teſtator vocaſſe in dubio videtur illum, q̄ eſt naturalis ex propria patria, quē magis præſumit diligere, quam ex aliena, quod etiam ſcribo in prin. ſecundæ par. tracta. nume. lij. Infertur etiam, quod ſi naturalis huius regni litiget cum alio extraneo regni habente in priuilegium naturalitatis, ſi iura partium ſunt obſcura, in dubio eſt pro naturali ſententiandum, & ei eſt adiudicanda dignitas, beneficium vel officium, ſuper quibus extiterit contentio. quod colligit ex intentione legum regalium, quæ in omnibus naturalib. fauent, & hoc quotidie practicare potes.

SVMMARIVM.

1 *Leges quemadmodum non ligant extraneos a iuriſdictione, ita neq; bona ſita extra iuriſdictionem.*
2 *Ratione bonorum, quæ quis habet in aliquo loco, conueniri poteſt.*
3 *Prælatus excommunicat ratione bonorum, quæ ſunt in ſua iuriſdictione.*
4 *Dominus feudi & iudex laicus rōne feudi, ſunt iudices competentes contra clericum.*
5 *Poſſeſſio rerum hæreditariarum, quo in loco petenda ſit?*
6 *Diffinitio bonorum, matrimonio conſtante acquiſitorum ſecūdum quas leges fieri debeat.*
7 *Mercator alienigena ſi faciat maioratum, an teneatur ſeruare leges regni.*
8 *Exteri huius regni qui parentes habent, quantam legitimam, parentibus relinquere teneantur, valde conducit ad intellectum text. in l. vi. Taurina.*
9 *Mulier pro bonis paraphernalib. in quo loco agere debeat.*
10 *Legitimatus an ſuccedat in bonis exiſtentibus extra territorium legitimātis, & an portet arma parentis.*
11 *Tutorem quis iudex debeat dare pupillo.*
12 *Forenſib. an pro bonis, quæ extra territorium habent, ſint imponendæ collectæ, & qualiter extranei huius regni teneantur regi tributa ſoluere & alia iura?*
13 *Decima prædialis eſt ſoluenda parocho, vbi bona ſunt ſita.*
14 *Ad retractum conſanguinealem eſt inſpicienda cōſuetudo: vbi bona ſunt ſita.*
15 *Fundum ſi quis vendat exiſtentem Valentiæ Granatæ, conſanguineus, illum non poteſt retrahere.*
16 *Extraneus huius regni non ſuccedit in caſtris in Caſtella ſitis.*
17 *Locus vbi ſita eſt res feudalis, debet attendi circa diſpoſitionem feudi.*
18 *Emphyteuſis, ſi aliter conuentum non ſit, debet iudicari ſecundum leges & conſuetudines, vbi ſita eſt res emphiteutica.*
19 *Confiſcatio, non extenditur ad bona immobilia ſita extra territorium.*
20 *Statuto ſi pater tenetur ad ſoluendam condemnationem pro filio, ad id nō arctatur, quando filius deliquit extra territorium.*
21 *Inſinuatio donationis an fieri debeat in loco, vbi bona ſunt ſita.*
22 *Præconia quando res ſubhaſtantur, dari debent ſecundum conſuetudinē loci, vbi bona ſunt ſita.*
23 *Præconia dari debent in loco vbi bona ſunt ſita.*
24 *Fundatur opinio, quod parentes de bonis, quæ extra regnum, habent diſponere non poſſunt ultra tertium, & quintum.*
25 *Statutum dirigens prohibitionem in perſonam, ligat ſubditum vbicunque exiſtentem.*
26 *Statuto, ſi mulier contrahere prohibeatur abſque licentia conſanguineorū, ligatur mulier vbique exiſtens.*
27 *Statuto ſi prohibeantur minor, aut mulier contrahere tale ſtatutum porrigit effectum, vbicunque adſunt bona illorum.*
28 *Mulier coniugata naturalis huius regni, etiam extra regnum exiſtens, non poteſt contrahere abſque licentia mariti.*
29 *Minor an filius familias exiſtens extra regnum, an poſſit contrahere abſque ſolennitate capituli anni 1555. Pintiæ conditi latiſſime diſputatur.*
30 *Maioratum ſi quis inſtituat de bonis extra regnum exiſtentib. id facere non poteſt abſque regia facultate.*
31 *Deducitur, quod maritus de bonis, quæ extra regum habet, non poteſt dare in harris, mulieri ultra decimam partem bonorum.*
32 *Lex ſexta Taurina, an procedat in bonis, quæ habent filii extra regnum.*
33 *Intellectus ad l. ſeptimam Taurinam.*
34 *Deducitur intellectus. ad l. 11. Taurinam.*
35 *Explicatur. l. 28. Taurina, quod pater non poteſt diſponere, niſi de uno quinto*
36 *Infertur intellectus ad. l. 69. Taurinam.*
37 *Pragmatica dotium eſt extendenda ad bona etiam extra regnum ſita.*
38 *Idem dicēdum in caſu pragmaticæ, quæ loquitur de ſociis dandis ſponſis quod non debent excedere octauam partem dotis.*
39 *Infertur ad cōſuetudinem epiſcopatus Gienenſis, in quo epiſcopi ſuccedūt prioribus ab inteſtato, conſanguineis excluſis.*
40 *Conſuetudines irrationabiles extirpari debent, et quid in immemoriali, & an conſuetudo preſumatur rationabilis?*
41 *Lex. 6. Taurina in illis uerbis: la rayz a la rayz. an extendatur ad bona exiſtentia extra territorium: vbi adeſt conſuetudo?*
42 *Legitima qua debetur parentib. eſt de iure naturæ, ſecundum legem partitam.*
43 *Galliæ conſuetudo in qua mortuus ſaiſit viuum, ſaiſit parentibus, in hac hereditate filiorum.*
44 *Par eſt reddenda ratio parentibus, quam Diis ſecundum Ariſtotelem.*
45 *Subſtitutio pupillaris expreſſa iure poli, non excludit patrem.*
46 *Inequali neceſſitate famis, potius eſt fauendum parenti, quam filiis.*
47 *Statutum excludens matrem a ſucceſſione filiorū propter conſanguineos non extenditur ad bona alibi ſita.*
48 *Statutum matrem repellens a ſucceſſione pupilli, nō procedit in bonis extra territorium ſitis.*
49 *Statutum arcens matrem a ſucceſſione filii, non procedit in nominibus debitorum ſitis extra territorium.*
50 *Ad qualitatem redditus an ſit mobilis, debet inſpici locus vbi redditus ſolui debent.*
51 *Intellectus ad l. 63. Taurinam circa ſtatutum excludens creditorem per ſilentium decem annorum.*
52 *Nomina debitorum, an intelligantur eſſe illius loci, in quo debentur.*
53 *Statutum quod mater non ſuccedat filio, non extenditur ad ſucceſſionē filiæ.*
54 *Statutum quod eſt contra ius commune, eſt reſtringendum.*
55 *Lex ſemper debet intelligi iuxta intellectum, per quem redditur ad ius commune.*
56 *Lex correctoria extenditur, quando redditur ad ius antiquum.*
57 *Statutum aliquid reducens ad ius commune, eſt fauorabilis.*
58 *Forus quod radix redeat, ad radicem, & ſtipes ad ſtipem eſt fauorabilis quando non agitur de excluſione parentum.*
59 *Satutum excludens filiam fœminam ob maſculos, non porrigitur ad bona ſita extra territorium.*
60 *Primogenitus an ſuccedat in bonis extra territoriū ſitis? late diſputatur. vbi vide plura dicta ad propoſitum, & deciſionem queſtionis.*
61 *Primogenitura poſtquam eſt radicata, eſt fauorabilis.*
62 *Infertur intellectus ad forum ciuitatis de Alcarez, quo ſtatutum eſt, q̄ ſi filius moriatur ante patrem, ante factam diuiſionem bonorum, nō ſuccedunt illi pater nec mater. & an dictus forus ſit derogatus per legem ſextam Taurinam?*
63 *Statuto ſtante, quod ſi ſint filii maſculi, & duę fœminæ, & vnus filiorum repudiat, cui fiat accreſcio.*
64 *Deducitur, quod iudex ſecularis poteſt dare clerico curatorem ad bona.*
65 *Statutum excludens filiam dotatam, an extendatur ad bona alibi ſita?*
66 *Statutum excludens filiam ſuperſtite maſculo, an compræhendat filiam non ſubditam.*

Pulchra quæſtio vtrum pater, uel mater de bonis, quæ extra regnum habent poſſint filios meliorare vltra tertium, & quintum.

QVAESTIO. LVIII.

QVadrageſimo octauo quæro de difficili quæſtione, & in practica contingibili, quam non inamenum erit reſoluere, vtrū pater, vel mater poſſit de bonis, quę extra regnum habet, puta in Flandria, vel Italia, aut in regno Valentiæ, & Aragoniæ, aut Luſitaniæ, vel aliis ſimilib. prouinciis, relinquere maiorē legitimam, quam illis competit in hoc regno, & excedere in melioratione, vltra quantitatem taxatam per leges regales, & facere maioratū abſque regia aucto-

Source : BIU Cujas

auctoritate? Quam quæstionem multa faciũt dubitabilem, quæ hoc in loco inſerere libuit, vt ſi quando de hoc in practica dubitatum fuerit, omnia exigentibus, ea præmanibus ſint. Et in primis, quod hoc caſu ſit patri libera, & abſoluta diſpoſitio teſtandi, vel diſponendi, ex bonis illis ſecundum leges loci, vel locorum, vbi ſunt ſita, probatur, quia bona affecta iuriſdictioni, & loco ubi ſunt ſita, & legibus loci vbi adſunt (vt poſtea latius docebitur (& ideo leges, ſicut non ligãt illos, qui non ſunt ſubditi, vt probatur in l. i. C. de ſum. Trinita. & fi. cathol. & in l. 12. tit. 1. par. i. ita neque ligant bona propter eandem rationem, vt pleniſſime traditur in d. l. cũctos populos. & facit. l. 6. titu. 3. part. i. quæ loquens de conſuetudine legi æquiparata dicit, *E aun otro poderio muy grande, que puede tirar las lezes antiguas, que fueſſe hechas antes que ella, pues que el rey della tierra las conſintieſſe vſar contra ellas tanto tiempo. como ſobre dicho es, o maior. Eſto ſe deue entender, quando la coſtumbre fueſſe vſada generalmẽte en todo el reyno, mas ſi la coſtumbre fueße, e ſpecial entonce no defataria la ley, ſino en aquel lugar tan ſolamente do fueſſe guardada.* quæ lex ad plura eſt ſingularis. Secundo facit. l. fi. C.
2 vbi in rem act. in qua probatur, q̃ ratione bonorum, quæ quis habet in quopiam loco conueniri poteſt, quamuis domicilium habeat in alio loco. & idem probatur in capitu. ſane. & in capitu. fin. de fo. competen. & in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. fin. ff. de iudi. & in l. ſi prędium. C. de præd. mino & in l. 32. in quinto caſu. tit. 2. par. 3. facit. l. vltim. ibi. *la mayor partida de los bienes.* titu. 9. par. 6. & in l. 5. titu. x. ibi, *En cuyo obiſpado ouiere.* parti. 6. de quo uide tex. egregium in l. Titium aut Mæuiũ, §. tutores. ff. de admini. tuto. Bar. in l. finali. §. ſed & ſi quis, ff. e. titu. Decium in c. i. lect. i. num. 23. in uerſi. duodecimo diſpoſitio. d. iudi. Iaſ. in l. ſi conuenerit. num. 39. ff. de iuriſdict. omn. iudi. Alex. in conſi. num. ii. lib. v. Petrum Rebuffum in tomo
3 primo ad conſtitutio. regias. titu. de lite. obligat. arti. vi. glo. 3. num. 62. Et prędatus excommunicare poteſt illum, qui extraneus a ſua iuriſdictione ratione bonorum immobilium, q̃ habet in propria iuriſdictione prędati, vt probat expreſſa. l. 8. titu. 9. par. i. facit. c. Romana. § contrahentes. de foro compe. in 6. & facit l. 15. tit. i. par. 7. ibi, *Otro ſi dezi nos, que puede ſer iuzgado el malhechor delante el iuzgador del lugar do fiziere el ſu morada, o delante de aquel do ouieſſe la mayor parte de ſus bienes maguer el acuſador ouieſſe hecho el yerro en otra parte.* Et ideo etiam domi
4 nus feudi ratione feudi eſt iudex laicus, & cognoſcit contra clericum feudatarium. c. cœterum. de iudi. c. ex tranſmiſſa. de for. competent. & in c. i. de controuer. inueſt. inter vaſallũ & Epiſcop. & eſt ſingu. l. 57. ti. 6. par. 1. vbi Greg. Lopez notat Guillem. Benedict. in d. ç. Raynutius. in uerbo, & vxorem nomine Adelaſiam. in deciſi. 3. Oldr. in conſi. 272. reuerende
5 pater. Tertio facit tex. in l. vnica. C. vbi de hær. agi opor. vbi p bat, q̃ poſſeſſio rerum hæreditariarũ debet peti in loco vbi res hæreditariæ ſunt ſitæ. de quo tamen vide Bart. ibi nu. x. & Bal. q. 7. Salice. nu. 8. & Alex. & Decium, num. 31. in l. fin. C. de edic. Diui Adri. hinc eſt quod dicit Oldrad. cuius magna eſt auctoritas in conſilio 249. quod bona, quæ inter coniuges ſunt diuidenda, debent diuidi & iudicari ſecundum conſuetudines locorum vbi ſunt ſita, etiam ſi in aliis locis domiciliũ habeant coniuges, aut alibi contraxerint matrimonium. Et
6 idem tenet Ioan. Andr. & alii, quos refert Simancas in li. de inſtitutio. catholi. c. 8. nu. cij. quibus addo Soc. Iuni. in conſil. 14. nu. 1. cum aliis lib. 1. quod maxime notandum eſt ad conſuetudinem, quę Cordubę inuiolabiliter obſeruat, vbi mulier non habet patrem in bonis matrimonio conſtante acquiſitis, quamuis contrarium ſit in toto hoc regno. Ex quo & aliis infert Greg. Lopez in l. 24. titu. 11. par. 4. in glo. in verbo, *ganancias.* poſt medium, quod conſuetudo in bonis matrimonio conſtante acquiſitis, non extenditur ad bona alibi ſita. pro quo facit quod tradit Anchara. in conſil. 163. vbi dicit, q̃ lex domicilii mariti, non eſt conſiderãda quo ad bona alibi ſita. cuius opinionem ſequitur Decius in conſi. 283. qđ eſt elegans conſilium in hac materia. Aymo Sauil. in conſi. 30. & alii, quos refert Epiſc. Segouien. in epitome de ſponſa. par. 2. c. 7. in prin. ad quos iunge Ant. Gom. in l. 51. Taurina. num. 75. Chaſſane. in conſuetu. Burg. rubric. 4. §. ii. nume. i. Et ex his infert etiam Greg. Lop. in d. l. 24. q̃ ſi mercator alienigena faciat maioratum in Hiſpania, debet regulari circa oĩa
7 ſecundum leges & conſuetudines Hiſpanię. quod ego intelligo procedere in bonis, quæ talis mercator alienigena, hẽt in Hiſpania, & non in aliis, vt conſtat ex notatis in d. l. j. & ex his, quæ iam dicta ſunt, & poſtea dicentur. Et prędipue ex ele
8 ganti conſi. Lud. Goza. 49. q̃ incipit circa primũ vĩdicendũ, nu. 1. cum aliis. vbi ſtante lege noſtra 6. Taur. ex qua æquiparata eſt ſucceſſio parentum ad filios ad ſucceſſionẽ ipſorũ filiorum circa parentes. cuius legis exemplar ibi in lingua Itala eſt ſtampata per Gozadin. & illius deciſio. ſuppoſita conſuluit per plura fundamenta. & probat, q̃ ſi ciuis Genuenſis Hiſpanię exiſtens, facit in Hiſpania teſtamentum, tenetur relinquere patri vel matri duas tertias hęreditatis, vel bonorũ quæ habet in Hiſpania, iuxta formã illius legis, q̃ ſi id factũ non ſit, licet patri querelare, vel dicere, teſtamentum nullum, ſi ſit præteritus, quod eſt elegans conſilium in hac materia, & eſt notabile ad Genuenſes, vel alios exteros Valẽtię & Aragonię, Portugalliæ, & aliorum regnorum qui in Hiſpania mortem obeunt multis mercantiis, & aliis rebus relictis. Pro quo eſt ſingulare conſilium Barto. Soci. 79. num. 30. & 31. li. 4. vbi concludit, q̃ ſi ciuis origine Florentinus, & domicilium habens Piſis, habitando ibi cum familia, ſubeũdo onera ciuium Piſanorum, & alia ſimilia, ſi ibi viget ſtatutũ quod non valet relictum factum a viro vxori, nec donatio, nec confeſſio conſtante matrimonio, tenetur ſeruare in donatione, vel alia diſpoſitione leges loci domicilii, & ciuitatis Piſanæ, non loci originis ciuitatis Florentinę. vbi lector videre poterit multa neceſſaria pro confirmatione ſententię Ludouici Gozadin. Et eſt doctrina generalis Anch. in ca. canonum ſtatuta. 12. q. princi. de conſti. in vi. quod in ſucceſſione ab inteſta. attẽdi debẽt ſtatuta loci, vbi bona ſunt ſita. & idem voluit Bal. in d. l. cunctos populos. num. 17. Et eſt verior, & communior ſecundum Bar. Soc. qui plura ſcribit in conſi. 288. nu. 2. li. 2. & certe cum prędicti exteri bona p̃ maiori parte acquirant in Hiſpania, mirum non eſt, q̃ iudicẽt de bonis ſecundum leges Caſtellæ, & eſt notabile illud, conſilium, ad intellectũ dictæ legis. 6. & in practica poteſt eẽ valde lucroſum, licet dubitabile videatur propter ſententiam, Salic. in l. ij. C. de iuriſdict. omn. iudic. & ex ſcriptis per Alex. in conſi. 19. viſo titulo. num. 2. li. i. ſed pro illo conſilio Goza. vide multa, quę refert Iaſ. in conſi. 163. li. 2. vbi late fundat, q̃ ſtatutum lenuæ, q̃ agnati maſculi vſque ad quartum gradũ excludãt alios etiam proximiores, non porrigitur ad bona ſita extra territorium lenuenſium, quod eſt abundans conſilium in hac materia. & pro hoc conſi. Gozadini eſt etiam quædam doctrina Alex. in conſi. 155. nu. 4. lib. 7. vbi dicit, q̃ ad modum & facultatem teſtandi, debet attendi locus in quo teſtamentum factũ eſt. vnde ipſe infert, q̃ mulier nupta exiſtens Venetiis, quia ſequitur domicilium viri, per l. ea q̃ deſponſata. & l. vltim. ff. ad municip. tenetur ſequi ſtatuta in teſtando ciuitatis Venetiarũ, licet ipſa ſit in ciuitate Piſana, contra quam tenet ibi Pariſien. dicens id verum eſſe, quo ad ſolennitatem, non circa diſpoſitiua, & ad conſilium Oldra. prædictum, vide etiam Alex. vbi Pariſi. in additio. in conſil. c. li. 3. per totum. & Tiraq. de legib. connubialib. glo. ij. nu. 45. cum aliis. & Petrum Rebuf. in tomo. 3. ad cõſtitutio. regi. in tract. de conſuetu. vſu & ſtylo. in præfatio. num. 29. & Gui. Pap. in deciſi. 396. quæ incipit, quid de habentibus in hac pa-
9 tria. nu. 3. vbi tradit, an mulier agere poſſit pro bonis paraphernalibus in loco vbi bona ſunt ſita, vel in loco vbi maritus domicilium habet. Item faciat doctrina Innocent. quæ in his temporibus in hac regali cancellaria eſt valde diſputata in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. qui dicit, q̃ quan
10 documque filius legitimatus ſuccedit ab inteſtato, non eſt habilis ad ſuccedendum in bonis ſitis extra territorium legitimantis. ſequitur Lucas de Pẽna in l. fina. C. de his qui ſpon. mun. ſubc. Præpoſit. in c. lege. diſtinctio. x. Alex. in conſi. 67. li. 1. & Decius in conſi. 150. & 157. vbi communem dicit. & Licentiat. Tello in l. 12. Tauri. nu. 34. quod procedit, niſi ſit legitimatus per ſubſequens matrimonium, nam is vere. & naturaliter, & in omnibus, & per omnia æquiparatur filio legitimo. ſecundum Ab. poſt communem in c. tanta. qui filii ſint legiti. Anto. in c. per uenerabilem, nu. 16. eod. ti. facit l. 1. ti. 13. par. 4. de quo late Tiraq. in tracta. de primogenit. quæſtio. 34. per totam, & Epiſc. Couarru. in epitome, de ſponſali. par. 2. c. 8. §. 2. num. i. cum aliis. & nume. 26. cui adde Petrum Rebuf. in praxi beneficiorum tit. de reſcripto legitimationis mixto. num. 24. & ideo talis filius ſuccedit in maioratu, vt fundatur per Tiraq. vbi s̃. & Greg. Lopez in l. i. titu. 13. par. 4. & in l. 2. ti. 15. par. 2. in glo. *ſino el fiiio mayor*, verſus finẽ. & poteſt portare arma parentis, & anteceſſorum, ut fundat Chaſſane. in cathalogo gloriæ mundi. par. i. concluſi. 77. verſus finem, & his adde quæ ſcribit Greg. Lopez in l. 4. ti. 15. par. 4. in gl. in uerbo *en cuyo ſeñorio.* & eſt communis opinio Doctorum ĩ c. per uenerabilem, qui filii ſint legit. quod papæ legitimatio quando non diſpenſat ſuper radice matrimonii; non extenditur ad bona temporalia layci. & ſecundum Bar. So. in conſi. lxv. nu. vi. & 7. li. 3. Et prędictis etiam patrocinatur gl. in l. i. in uerbo facultates. C. ubi petan. tut. quæ tenet, quod quilibet iudex, vbi pupillus habet facultatem, debet dare tutorem filio, de quo tamen vltra ſcripta per DD. in d. l. i. uide Tiraq. in tract. de primogeni. q. 46. nume. xx. & 26. & egregia. l. 12. vbi Greg. Lop. ti. xv. par. vi. in gl. in uerbo, *al iuez* nec eſt omittenda glo. in l. reſcripto. §. vltim. ff. de mune. & hono. in gloſſ. penultim.
12 verbo collectis, quæ dicit, & forenſibus non eſt imponenda collecta pro rebus, quas habent extra locum vbi degũt. qa

in

in loco vbi bona sunt,imponi debet.vbi Bar.idem tenet.nu. 4.& idem Bar.in l.libertus.§.sola domus. ff.ad municip.& in l.i.C.de mulie.& in quo loco.li.x.de qua quæstione,quia hic non est locus adaptabilis vide Nicola.Boe.in decisio.v. & 7. & Oraloram de nobilit.par.6.c.i.nume. v. cum aliis vbi late tractat,qualiter Genuenses,& alii exteri huius regni teneantur Regi nostro tributa, & alia iura soluere, cui adde Curti. Iunio.in consi.42.& in consi.61.& in consi.68. nume.i.& in con.60.eod.lib.num.v.& in consi.cvi.lib.2.Guid.Pap.in decisio.396.quæ incipit,quid de habentibus. Alexan.in consi.lij. nume.v.lib.v.& in consi.35.num.4.lib.4.Anto.Rube.in cõs. 9.Barto.Soci.in consi.302.lib.2.Decium in consil.694. & in consi.385.& Nicola.Boer.in decisio.260. Roch.de Cur.in c. fi.de consuetu.sectio.9.num.18.fol.113. & facit l.3.& 5.tit.4. lib.7.ordin.& quæ differentia sit inter collectas, & alia onera realia,notatur per Ias.in consi.109.ad fin.li.i.& per Bal. in l.i.num 5.C.de annon.Alex.in consi.4.num.4.lib.6 & Pinel.in l.1.par.2.num.72.in uersic.& ideo non est locus. C.de bon.matern.& de his etiam uide Auenda. in tractat.de exequen.mandat.regiis.c.x.num.4.& 22.par.2.c.14.nume.33.Et tempus ad deliberandum peti debet,vbi est maior pars bo-
13 norum hæreditariorum.l.1.titu.6. par.6. Et hęc etiam adiuuat quod in simili dicimus, decimam prædialẽ esse soluendam curato illius parochię, in quo bona sunt sita.c.cum sit. de decim.c.fina.de paroch.Hostien &Ioã.Andr.in c.a nobis. eod.tit. Et beneficati curati habent intentionem fundatam contra Episcopum.vbi ptobatur in d.c.fi.& in c. vlti.vt li.pẽden.& Imo.& Cardina.in consi.88.Bart.Soc.in consi.297.viso,li.2.Iason in consi.19.& in causa. lib 2.quã de re pluta scribit Petr.Rebuf.in tracta.de decim.q.7.num 3 cum aliis. quo in loco quando res exegerit videre poteris , cui adde Tiraq. in tract.de vtroque retract.§.36.glo.3. vbi etiam tractat.nu. 27.ꝙ in collatione beneficiorum est inspiciendus locus , in quo beneficium est situm. Et pro istis etiam adde Alexã. in consi.101.num.4.li.1.Et dieta est computãda in actione reali a loco vbi res est sita , & non a loco vbi reus domicilium habet,secundum Zenzelinum,& Guil.de Monilla,in clem. i.de rescrip.eundem Zenzelinum in c.statutum. §.cum vero, de rescrip.in 6.& ibi Ioan.Andre.Archidia. Domini. nume. xv.Phili.Fran.num.12.in d.§ cum vero.post glo.ibi,& Ioan. de Imo.in ca.dilectus.de foro competent.dicit, ꝙ ista vltima
15 opinio seruatur in practica,licet alia sit verior. Et ad concedendum vel denegandum beneficium restitutionis in integrum,inspicitur consuetudo , vel statutum loci,vbi contractus factus est,vel vbi res est sita secundum Bart. & Paul.& Ias.in l.ii.ff.eod.quod cer.loc quos sequitur Rebuf.in tom.2. ad constitutio. regias arti.i.glo.3. vbi ex hoc dicit,quod quædam mulier nupta,quæ vendiderat villam de la Comperie, in territorio sitam Andegauiensi , non fuit restituta : quia consuetudo Andegauiæ vbi erat sita , potestatem alienandi nuptæ etiam minori concedebat,vbi dicit sic censuisse senatum.quod notandum est ad ea,quæ infra scribo, nume. 28. circa intellectum legum Taurinarum. & coram quo iudice in ĩtegrum restitutio peti debeat,tradit Rebuf.vbi supra.nu. 19.in præfatio.& uide eum,num.40.arti.1.gl.1. Sed & Ioan.
14 Fab.in d.l.i.C.de summa trin.dicit,ꝙ si quis alicuius prouinciæ,in qua forte consuetudo retractus non est,vendat fundum in ciuitate,in qua consanguinei possunt vti retractus ad rem uenditam per consanguineum,cum talis consuetudo rem ipsam respiciat,potest consanguineus prouincię,in qua res est sita vti retractu , de quo vide Mathe. ab Afflict. in tracta.prothomixeos.in princ.in versi.item pone quod ĩ terra,§.fin.colum.penul.& Tiraq.in d tracta.de vtroque retract.ti.i.§.i.glo i.nume.i.vbi refert aliqua,ex quibus hęc nostra opinio confirmari potest,præcipue Bar.Soc. in cons.74. in præsenti consultatione.li.2.ꝙ in consi.271.li.1.num.194. super uacuo videtur,li.2.asserentes , ꝙ si statuto cauetur ne domus vendatur irrequisito consorte, poterit Senensis vendere domum,quam habet Pisis,vbi non est tale statutum cõsorte minime requisito , ea ratione Iason mouetur,quia cum statutum sit contra ius commune , ad bona alibi sita non extenditur,ex qua doctrina infertur , ꝙ si aliquis ven-
15 didit fundum Valentiæ , vel Aragonię (in quibus regnis leges retractus non sunt) non potest consanguineus venditoris existens Granatæ fundum retrahere , quod fuit in illis locis venditum,quia consuetudo vel statutum afficit res ipsas.quæ omnia notanda sunt ad leges nostras Taurinas de retractu loquentes.præterea huius classis est,quod probatur in l.forma.§.si vero.ff.de cẽsib.& in l.j.C.de mulie. & in quo loco.lib.x.& in l.an in totum.C.de ædifi.priu. per quas leges dicit Greg.Lop.in l.i.ti.18 par.ij.in gl.in verbo,*de fuero*.ꝙ alieni gena huius regni, non potest , nec debet succedere in castellis,quæ sunt in regno.vt ibi latius tradit . & ex hoc etiam dicit Moder.Parisien.in par.ij.consuetu.Paris. §.16.glo. i.nu. 7.quod in re censuali est seruanda consuetudo loci , in quo est res censualis sita.& dicit idem Mod.in tit.i.de materia feuda.§.7.num.34.ꝙ circa dispositionem feudi debet attendi locus vbi sita est res feudalis.ad quod est aduertẽdum, quia plerique faciũt æquiparationem de rebus feudalibus ad res maioratus. quod latius infra tractabitur in suo loco . Et facit ẽt ad propositum aliud dictum eiusdem in eisdem consu. §. 22. q.20.nu.86.vbi dicit , ꝙ quando aliquid simpliciter conferẽ in feudum,nõ determinata forma oneris,insunt tacite onera consueta,secundum modum & formam ꝙuetam, a qua omnis actus informatur,& declarationem recipit, secundũ consuetudinem loci seruientis,seu rei quæ conceditur,& nõ secundum consuetudinem loci contractus,vel loci dominãtis.Ex quibus doctrinis inferri potest, ꝙ si quis concedat aliq̃
18 rem simpliciter in emphyteusim, & censum,quod in his, in quibus partes expresse conuenerunt circa solutionem decimæ,& circa commissum,& alia huiusmodi pacta seruari debent . si autem in aliquibus pacta expressa non sint facta inter partes, seruanda est consuetudo loci , vbi est sita res emphiteotica,& in censum data,& non cõsuetudo loci,vbi contractus fuit factus,quod est notabile ad ea, quæ habenẽ in toto titulo de iure emphiteotico.& ad l.28.& 29.ti. 8.par. 5.sed huc etiam conuenit doctrina Bal. in l. mercatores. per
19 illum textum.C.de comer.& mercat.vbi dicit, ꝙ imperator confiscare potest propter delictum alicuius bona mobilia existentia extra territorium suum, non etiam bona immobilia.quam doctrinam summe commendat Alexan. in consi. 31.viso titulo.lib.j.non ob aliam rationem , nisi quia bona mobilia concernunt personam,immobilia vero rem ipsam argu.l.pupillum.§.territorium.ff.de verbo.signi.sed de hac q̃stione latius tractabitur in 4.par.huius operis, si dominus sit mihi adiutor,vt ad illam deuenire liceat. Et huic etiam par-
20 ti opitulatur,quod scribit Bar.in tract.repræsaliarum. in j.q. prin.q.3.vbi dicit,ꝙ si pater tenetur ex forma statuti soluere condemnationem pecuniariam pro filio,non tenetur pater ad soluendam illam condemnationem,quando filius delinquit extra territorium.quam doctrinam referunt,& sequuntur Bartho.Soc. in consi.272.num.9.lib.2.Decius in l.vlt.nu. 5.ff.de iuri.omn.iud.& in consi.359.in causa Ang. & Ias.nu. 98.in §.actiones.Insti. de actio.licet contrarium teneat idem
21 Decius parum sibi constans in cap. ii.num.13.de constitu. Et ex istis etiam confirmatur quod scribit Petr. Rebuf. in to 2.ad constitutio.regi.in trac.de insinuatio.donatio.art.i.glo.3.vbi dicit,quod consuetudo Galliæ, quæ exigit certam solẽnitatem ad insinuandam donationem,non extẽditur ad bona,quæ habet donãs extra Galliæ regnum, etiam si in regno Galliæ esset facta donatio.refert ad hanc fundandam opinionem doctrinam Bald.in cap.cum venisset.de eo qui mittitur in pos.cau.rei seruan.& alias auctoritates.& dicit idem Reb. in eod.tracta.& lib.artic.2.glo.5.numer.49. quod insinuatio donationis debet fieri ĩ eo loco,vbi res donata sita est. & ita dicit declaratũ fuisse p Regẽ Hẽricũ in Gallia.& ad hoc est expressa.l.9.titu.4.par. 5. ibi. *Fueras ende si lo fiziesse con carta con sabiduria del mayor iuzgador de aquel lugar do fiziere la donaciõ.*& ad Rebuffum adde Bal. in consi.166. quidam Franciscus.num. 6.li.5.vbi dicit,quod donatio insinuata virtute legis municipalis , porrigit effectum suum ad bona extra territorium sita,in quo territorio seruatur ius commune , vel aliud statutum,quia vbi sumit essentiale principium & formale , in omnem terram extẽditur,& per alias rationes,quas ipse adducit.Et Specula additi.Ioan.Andre.in titu.de instrum . editio.§.porro.in glo.in verbo,subscribat,num.4.Et adduco regulam generalem,quam tradit Parisi.in consuetu.Paris.parte i.§.41.num.89.vbi tradit, quod omnia quæ sunt in domi nio regis non possidentur nisi legibus suis,per c.quo iure,8. distin.& alia iura,quę notanda sunt ad intellectum tex.in l.
22 sancimus,cum materia,C.de donat. Sed & idem Rebuf. in d.ti.de pconiis,licit. ar.4.gl.vnica,nu.20.dicit,ꝙ pconia dẽnt dari secundum cõsuetudinem loci vbi bona sunt sita,quod maxime notandum est ad eos,qui appellant ab exequutionibus,& venditionibus bonorum , dicendo , quod in venditione non interuenerunt solennitates necessariæ . quia in hoc debet attendi stylus cuiusque ciuitatis,aut loci. Et confirmatur ex textu in capitulo, quam graui. cum ibi notatis. de crimin.fal.& aliis locis concordantibus. Idem etiam Rebuf.in d.tomo.artic.1.glo.2.num. v.& vi.dicit aliud ad pro-
32 positũ singulare,ꝙ præconia & aclmationes,quado subhastatur aliqua res debitoris, debẽt dari in illis locis,vbi bona sunt sita quæ licitantur & venduntur.Nam verisimile est,ꝙ ibi facilius inueniant emptorem,quam alibi pp affectionẽ vicinorum, quia sępe habent fundos conuicinos , & supra iustam etiam æstimationem pro bonis dant,argum.l.si cui, ff.de lega.3.& l.i.§.sed si alii,ff.si quid in fraud.patro.& certe hæc conclusio vera mihi, vĩ cum facilius inueniri possit emptor,

ptor, qui iusto pretio res emat, in loco vbi res sunt sitæ, quia earum habent notitiam, qua carent vicini loci, vbi bona non sunt sita, maxime si sint bona in parte longinqua a loco, in quo petitur exequutio. quod ratio ipsa, & experientia docet. ad quod est animaduertendum, quia contrarium sępissime fit. nam pro maiori parte dantur præconia ad res, quę propter debita subhastantur in locis, in quibus exequutio petitur, & non in locis in quib. bona sunt sita. Et ex hoc possunt irritari multę venditiones bonorũ, quæ plus offerenti, propter debita uendunt̃. Sed in hoc magnam uim habet consuetudo, & stylus cuiusque loci, ut supra traditum est, ex sententia Rebuf. & aliorum. Et adde Deci. Guid. Pap. 262. quę incipit consuetudo, seu stylus. Et hæc omnia, quę peregrina & singularia sunt, & ad varia negotia prodesse possunt, & alia quæ hic omitto (quia infra in alia q̃ stione tractabo) faciunt pro opinione, ꝙ pater in bonis, quæ extra regnum habet, potest disponere vltra metam concessam per nostras leges. Quibus tamen non obstantibus (quę verè non obstant) contrarium de iure verum esse fundatur sequentibus rationibus. Et primo hæc sententia negatiua, auctoritatem sumit ex quadam doctrina Bart. in l. cunctos populos, num. 32. vbi dicit, ꝙ quando statutum est prohibitiuum in personam, & prohibitio est fauorabilis, vt puta ne minores decipiantur in confectione testamentorum, statuitur, ꝙ minor non possit facere testamentum, vel cauetur statuto, ꝙ vir non possit legare mulieri, vel econtra: tale statutum quod fortius est, comprehendit ciuem illius ciuitatis, & etiam vbicunque existentem, & talis prohitio extẽditur ad bona alibi sita. opinionem autem Bar. sequitur Salice. in d. l. i. & Ancha. in ca. canonum statuta. q. 12. de constitutio. in 6. vbi hanc q̃stionem tractat. & dicit, ꝙ in statuto Trisiluanę ciuitatis cauebatur, quod nulla mulier maritata posset contrahere absque licentia duorum consanguineorum, contigit, ꝙ quædam mulier maritata contraxit Venetiis, vbi non est tale statutũ sine consilio duorum consanguineorũ, concludit ibi Anchar. ꝙ talis contractus non valuit, quam Anchara. opinionem sequitur & confirmat late Ale. in consil. 41. visis quæ subtiliter. li. v. & Bar. Soc. in consi. ciii. domine labia, num. 19. li. 4. vbi late fundat, quod statutũ potest eligere personam sibi subditam, etiam vbicunque existentẽ. & opinionem Alexan. sequitur per aliqua fundamenta Tiraque. in legib. connubialib. in verbo, de son marit. gl. 8. num. 219. & ccxx. qui tamen licet omnes copia dicendi vincat, non citat Barolum in d. l. i. nec Socinum, contra quem tamen tenet Bal. in consi. 119. factum proponitur. lib. 3. vbi tractat, an si oriundus in uno, loco & in alio habens domicilium, & bona in vtroque condat testamentum in loco domicilii, iudicetur de illo testamento secundum statuta loci originis vel domicilii? & si an statutum loci domicilii extendatur ad bona existentia in utroque territorio? Sententiam autem Bar. in d. l. i sequuntur, & communem dicunt Barba. in d. cons. si. lib. 3. Bapti. de san. Seueri in d. l. i. C. de summa trinitat. quos refert Rochus de Cur. in c. fina. de consuetud. sectio. 9. num. 26. qui etiam hanc opinionem sequitur & communem dicit. sed idem Tiraq. in d. loco. num. 228. sustentat, mulierem prohibitam a statuto contrahere sine licentia mariti, nõ solum esse prohibitam cõtrahere in bons, quæ sunt in regno, vbi adest tale statutum, sed etiam in bonis, quæ sunt extra regnum & alibi sita, vbi tale statutum non vrget, refert Bar. in d. l. j. non in prẽd. nu. 32. sed in nu. 39. vbi Bar. dicit, ꝙ est considerandũ, an statutũ principaliter & directe statuat circa bona subditi existentia in alieno territorio, & tũc statutũ non valet ex defectu iurisdictionis, quã in eis est certum non hĩc statuẽtęs cũ in eis habeatur statuens loco priuati, cũ sint extra territorium, l. 3. ff. de offi. præsi. aliquando statutũ principaliter, & directe disponit circa personam sibi subiectam, & tunc statutum extenditur ad bona alibi sita, tanquam accessoria ipsius personæ. l. propter litem, §. licet. ff. de excusat. tuto. & quod statuta fauorabilia extendãtur extra territoriũ statuentium, probatur in l. 2. ff. de eo quod cer. loc. & in c. vt animarum. de constitu. in 6. not. Hippol. in d. l. vltim. nu. 142. ff. de iurisd. omn. iudic. cum igitur ex legib. Hispaniæ, præcipue Castellæ, & ex vniuersali consuetudine, specialiter ex. l. fori. & ex l. 26. & 28. Taurinis. pater prohibeatur relinquere vni filiorum plusquam tertium & quintum, & legitimã, & hæc prohibitio principaliter dirigatur contra parentes, & sint fauorabiles, cum respiciant legitimas, & alimenta filiorum, q̃ tot de iure habent priuilegia & fauores, necessario sequit̃, ꝙ sicut pater de bonis, quæ in regno habet, prohibetur disponere, vltra tertiam & quintam, & legitimam, ita de bonis, q̃ habet extra regnum, & non solum si exigat in regno, sed ẽt si alibi degat, non tãquam subditus, aut vicinus, nec animo contrahendi ibi domicilium, sed tanquam extraneus, quia adhuc est subditus Regi nostro. & tenetur viuere per leges regias, & illas custodire. Nam & idem Bar. in l. si duo. num. 2. ff. de admin. tuto. dicit, quod si per statutum minor vel filiusfamilias prohibeatur contrahere, tale statutũ porrigit effectum suum, vbicunque sunt bona mulieris vel minoris. refert tex. in l. pater, §. i. ff. de castrẽ. pecul. & l. moris. ff. de pęn. Prętera idem Bar. in l. ex castrensi. ff. de castren. pecul. dicit, ꝙ quando interdicitur alicui administratio in certo actu a iudice talis interdictio porrigit effectum suum ad omnem locum, & hęc etiam adiuuant scripta per Nicola. Boeri. in decisio. 13. num. 44. Et ex his etiam aperte primo infertur, ꝙ cum per nostras leges regales mulier nupta non possit contrahere absque mariti licentia cum talis interdictio sit fauorabilis, & dirigatur directa in personas mulierum nuptarum (ꝙ ex eisdẽ clare patet) prohibetur mulier contrahere absq; mariti licẽtia, ẽt si bona sint extra hoc regnũ, & ẽt si mulier sit extra regnũ, ꝙ aũt statuta requirẽtia in cõtractibus mulierũ consensum cõsanguineorũ sint fauorabilia & non odiosa, præsupponit exp̃sse Bar. in d. l. i. & tenet in l. qui exceptionem. in prin. ff. de condictio. indeb. Bal. in consil. 60. quædam soror. lib. v. Alex. in consi. 207. ponderatis verbis. lib. vi. Bart. Soc. in consi. 77. consiliis nostris, num. 6. colum. 1. Secũdo ex prædictis infertur intellectus ad quoddam capitulum curiarum conditum Pintię anno milesimo quingentesimo quĩ quagesimo quinto, petitio. 78. hodie l. 22. titu. 11. li. v. ordin. nou. in qua statutum extat, ꝙ nullus filius familias, vel minor habens tutorem aut curatorem possit aliquas merces, vel alias quaslibet res emere pecunia credita, & habita fide de pretio. & die dato ad soluendum, si non interueniat patris, aut tutoris, vel curatoris licentia, quæ lex graues pœnas ponit tabellionibus & mercatoribus aliter contrahentibus. vt latius in d. c. cauetur. nam considerata Bartol. doctrina & aliis supra scriptis, idem dicendum videtur, ꝙ in muliere nupta, scilicet, ꝙ quamuis minor extra regnum reperiatur, vel filius familias non possunt emere merces aliquas pecunia credita, & in diem soluenda, absque solennitate expræssa in illo capitulo etiam de bonis, quæ sunt extra regnum. & pro hac illatione facit quod scribit Barto. Soc. in consi. 239. præsentis consultationis. li. 3. numer. 3. vbi dicit, ꝙ statutum Mirandulę super contractibus minorum, quod vult, ꝙ contractus factus a minore xxv. anno. maiori tamen xx. valeat, tanq̃ si esset factũ a maiori xxv. anno. non comprehendit casum, quando minor alienat bona existentia extra territoriũ Mirandulæ. Et pro hoc etiam facit quod in simili dicimus, quod suspẽsus ab officio in hoc loco ex causa, quæ infamiã vel non infamiam irrogat, ubique locorum est suspensus, & inhabilitata est persona quocunque uadat, & illum priuatio cõmitatur, sicut lepra leprosum, vt no. gl. in c. pastoralis, §. uerum. de appellatio. vbi Ioan. Andr. & alii, præcipue Philip. Fran. num. 18. Et ista illatio confirmatur ex aliquib. quæ tradit Parisi. cons. 99. nu. lvi. li. i. sed siste tantis peregregie lector gradum, quia contra hãc secundam illationem, videtur facere quod scribit idem Bar. Soc. Doctor eruditissimus, & acutissimi ingenii, in consi. 131. nume. 2. lib. 4. vbi dicit, ꝙ quando statutum prohibet minorem contrahere, ita, ꝙ eũdem ex toto inhabilitat prohibito, extenditur ad omnem locum, in quo vult contrahere, sed si statutum prohibet cõtrahere sine certa solemnitate, tunc non ligat subditum alibi contrahentem, quia quo ad solemnitatem contractus inspicitur locus ipsius contractus, l. si fundus. ff. de euictio. cũ concordant. & ita intelligit Soc. Bar. in d. l. i. num. 32. 6. q. prĩ. & eandem opinionem, quam Socin. fundat, uidetur tenere Aret. in consi. 73. diligenter & mature. colum. 4. num. 6. 7. & 8. versi. ex his ergo. vbi in terminis fere nostris tenet, quod si minor naturalis huius regni contrahat in loco alio, vbi non sunt leges huius regni absque solemnitate, quæ in hoc regno exigitur in contractu minoris, cum circa solemnitatem contractus debeat inspici locus vbi contractus est factus, valet contractus, vt latius Aretin. fundat attentis igitur opinionibus Soc. & Areti. vĩ distinguẽdum, ꝙ si minor contrahat in hoc regno, vel filiusfa. tenetur seruare solẽnitatẽ dicti cap. ẽt in bonis, quæ sunt extra regnũ, si vero cõtrahat extra regnum, nõ tenetur seruare solẽnitatem dicti cap. sed certe ꝙ Bar. Soc. & Are. dicunt, valde mihi scrupulosum videtur (salua tantorum virorum pace) propter sententiã Bar. in d. l. j. num. 32. inquit etenim Bar. ꝙ statutum qđ ligat minorem, vel mulierem etiam alibi existentem, illam habet rationem, & propter id est factum, ne mulier vel minor decipiantur in contractibus quos fecerint, quibus statutum est fauorabile. & hæc secundum Bar. est viua ratio, quare prædictum statutum ligat subditum vbicũque existentem. igitur cum ratio & aperta mens Bartoli habeat etiam locum, vbi cunque statutum dicat, ꝙ mulier vel minor non possit contrahere absque certa solẽnitate: cum talis solẽnitas sit introducta, vt minores vel mulieres nõ decipiãt in suis cõtractib.

paria

paria sunt,quod statutum dicat, ꝙ non contrahãt minores absque certa solennitate,vel quod inhabilem reddat minorem,vel mulierem ad contrahendum,in vtroque enim casu limitat eadem statuti ratio,& ideo idem ius seruandum est. quia vt est principium vulgatum,ratio legis, vel statuti determinat omnes casus sicut genus comprehendit species, vt notant Petr.& Cinus in l.iura non in singulas.ff.de legib. & idē Pet.& Cinus l.quod vero contra.ff.eod.titu.cum concordantib.congestis per Tiraq.in l.si vnquam.in verbo, libertis. nu. xv.C.de reuocan.dona.& ratio legis est ipsa lex.vt notat glo. in l.2.in verbo rationem,aut legem.C.quæ sit lon.consue.& ratio legis est sicut anima.& est materia brocardica, de qua per Tiraq.in tract.de cessante.cau.par.i.num.133. cum pluribus sequentibus.nec Bar.facit pro Soc.quia.Bar.in prin.dictę textæ quæstionis, ponendo distinctiones in hac materia, in versic.circa primum.dicit, ꝙ quando statuta sunt prohibita ratione solennitatis, vt quia dicit statutum, quod non fiat testamentum,atque instrumentum absque duobus notariis vel absque alia solennitate,tunc tale statutum non porrigitur extra territorium statuentis. Ecce ergo quomodo Bar.loquitur non circa solēnitatem,formam,& capacitatem,quæ requiritur in ipsomet contrahente,sed in solennitate,quæ requiritur in confectione instrumenti, quæ diuersissima sunt, vt plusquam manifestum est. Et Bart. apertissime exponit in versi.aut statutum. quare adhuc tenendum est, ꝙ si aliquis minor,vel filius familias naturalis huius regni,& qui in hoc regno habeat domicilium, accipiat extra regnum Castellæ aliquas merces,pecunia credita,& in diem soluenda absque dicti capituli solennitate,& sine licentia patris,& tutoris,nō obligatur, nec creditoribus aliquod potest competere ius ꝙ verissimum esse credo,attenta mente,& ratione dicti capituli,quæ potius considerat,ne minores, vel filii familias ludendo,& aliis vitiis,ad quæ est ꝓna iuuenelis ætas proprias, vel parentum substantias funditus perdant,quam simplicem solennitatem omissam per tabellionem.& Barth Soc.& Are. loquuntur in casibus, in quibus non requiritur solēnitas ad integrandam personam,nec ad euitāda ptædicta damna, & inconuenientia,prout in casu dicti capituli. Et istam etiam opinionem clarissime tenet Barto.in d.l.ex castrensi.ff.de castren.pec.& hæc maxime vera sunt,si creditor minoris,vel filii familias virtute illius obligationis, quæ extra regnum facta fuit,velit facere exequutionem,vel intentare hypothecariam contra bona, quæ minor, vel filius familias possidet in regno:non etenim potuerunt minores, vel filij familias acquirere bona, quæ sunt in regno per contractum factum cōtra prohibitionem dicti capituli.& doctrina Soci.& Aretin.procedere potest,quando statutum diceret,ꝙ in confectione instrumenti facti per minorem,requirantur tot testes, vel alię solennitates ipsius instrumenti,& chartę cōfectionem respi-
30 cientes.Tertio infertur ex superioribus, ꝙ siquis velit facere maioratum de bonis,quę habet extra regnum, vel relinquere vltra tertium & quintum (quod idem est)tenetur a rege nostro impetrare licentiam,& absque illa non habebit effe-
31 ctum. Quarto ex superioribus infertur intellectus ad leges fori,& l. quinquagesimam Taurinam statuentes, maritum non posse dare pro arris mulieri,vltra decimam partem bonorum mariti,quę leges cum introductę sint propter publicam vtilitatem,& ne viri inconsulto calore amoris,profunda liberalitate se iactent, certe ligant maritum naturalem huius regni,etiam vbicumque existentem, qui nō potest facere donationem vltra decimam bonorum partem de bonis,quę sunt extra regnum. Et hoc deducitur ex mente Bart. & aliorum,prout supra scripsi. & etiam probatur ex doctrina Rom.in consi 39.quod incipit,in proposita quęstione.nume.3.vbi dicit,ꝙ statutū Reginę ciuitatis, quo cautum erat, ꝙ maritus non possit legare vxori nisi vsque ad certam quātitatem,extendi'ur & habet locum, etiam marito existente in quolibet loco, vbi statutum non viget,quia cum statutum illud sit fauorabile,& respiciens commodum ipsius mariti. nec amore vxorio bonis spolietur,vbique est seruandum.refert in argumentum.l.qui exceptionem.ff.de condi.ind.& addit ibi Romanus, ꝙ idem dicendum est in bonis, quę sunt extra territorium ciuitatis Reginę, quia neque in illis maritus disponere potest vltra quantitatem taxatam per statutū Reginę ciuitatis,per l.magis puto.§. illud.ff.de reb.eorum.& alias auctoritates.& idem quod Roma. tenet etiam Salic.in d.l.i. C.de summ.Tri.quam refert Iaſ.in l.si arrogatur. nume. 43.ff.de adop.Barth.Soc.in consi.74.difficultatem,quę in prę senti.nume.3.lib.3.& in consi.79.Dominus labia mea.num. 5.lib.5.& idem tenet Alexan.in consi.43. videretur prima facie.num.xi.lib.5.vbi ad hoc facit authores.Bar.& Bal.in d.l.j. C.de sum.Tri. licet contrarium teneat ibi Mod. Parisien. in additio.quę incipit vxorem:& in consi.41.eod.lib.in additione quę incipit.quod sic.eod. libr. quę conclusio Romani.& aliorum vera mihi videtur,& tenēda ad dictam legem quin
32 quagesimam. Quinto infertur intellectus ad dictam legem textam Taurinam ęquiparantem(vt superius dixi)successionem parentum circa filios,& filiorum circa parentes. quia attento quod illa lex est parētibus fauorabilis,habet locum in bonis,quę filii relinquunt extra regnum Castellę. Sexto
33 idem dicendum est in casu.l.7.Taurinę, quę mandat, quod fratres non possint concurrere cum parentibus in successione,quia hęc lex est facta in fauorem parentum. Septimo in-
34 fertur intellectus ad l.x.Taurinam,qua cautum est, ꝙ pater non potest dare filiis illegitimis vltra quartam bonorum,qa lex illa est introducta ad reprimendam luxuriam, & coitus illicitos,& in fauorem reipublicę christianę,& in fauorem filiorum legitimorum.ad quod vide Bal.in d.l.j. de sum.Trin. num.14.Octauo infertur,idem esse dicendum in casu.l.vige-
35 simę octauę Taurin.quę statuit,ꝙ pater neque in vita, neq; in morte possit facere donationem, neque disponere nisi de vno quinto bonorum.Nam cum hęc lex sit fauorabilis, & introducta in fauorem legitimę,quę ratione naturali,aut secundum plures iure naturę, filiis est debita, & tantis gaudet priuilegiis secundum ius:procedit etiam in bonis, quę pr̃ &
36 mater habent extra regnum. Nono infertur intellectus ad l. sexag simam nonam,in eisdem legibus Taurinis statuentē, non posse aliquem donare omnia bona sua, etiam si sint p̃sentia,& non futura.quę lex continet etiam prohibitionem fauorabilem,& dirigitur in volentem donare, & respicit lex bonum publicum,& est fauorabilis, ne homines cogantur egere,& tristem exitum sentiant. & ideo subditus huius regni,etiam vbique existens, non poterit facere donationem omnium bonorum prędictorum, maxime si talia bona sint
37 in hoc regno.Decimo infertur intellectus ad pragmaticam, quam vocam⁹ dotium datā Madriti anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto,quę taxat quantitatem,quam parentes possunt dare filiabus in dotem qnę nunc est. l. i.tit. ii.lib.5.ordi.nam cum prędicta lex fuerit facta ad refrenandam pro digalitatem parentum,qua vtuntur in constituendis dotibus filiarum, & sit facta propter fauorem filiorum masculorum,ex qua etiam lege alię resultant reipublicę vtilitates,certe extendi debet in bonis, quę parentes habent in regno Castellę,& id iustissimum videtur,ex mēte dictę prag
38 maticę & vide quod scribo infra,num.64. Vndecimo infert idem esse dicendum in casu pragmaticę. 101. datę Madritii dicto anno quę dicit, quod sponsus non potest dare sponsę in mulibri mundo,& donis vltra octauam partem dotis, q̃ sponsę marito dedit.vt latius in d.l.cauetur.hodie.l. i.tit. ii.li. 5.ord.Nam id non licebit sponso facere,neque transgredi dispositionem illius legis,etiam in bonis,uel ex bonis, quę ex̃
39 regnum habet. Duodecimo cum prędicta non procedant vbicumque statutum,vel cōsuetudo est odiosa iuxta text.in l.ex ea.ff.de postulan.& receptam sententiam in d.l. cunctos populos.infertur ad quandam consuetudinem, quam vsurpauerunt episcopi ciuitatis Gienēsis,circa quam in facto habui consulere.per quam consuetudinem ipsi episcopi prętendūt,quod per tempus immemoriale sunt in possessione succedendi prioribus ecclesiarum dictę diœcesis, qui ab intestato decedunt,parentibus, & aliis consanguineis clericorum exclusis,nam cum prędicta consuetudo sit odiosa, & irrationabilis,& contra naturalem ęquitatem, & quodammodo sit corruptela, non est extendenda ad bona,quę prędicti clerici priores relinquunt extra dictum episcopatum Gienēsē, & illius districtū. Nam bona quę reperiantur extra dictum episcopatum(posito quod dicta consuetudo sit seruanda) ꝑtinebunt ad consanguineos, uel parentes prioris defuncti,qbus competit ius succedendi ab intestato. iuxta vniuersalem Hispanię consuetudinem,quę admittit,vbique ꝑsanguineos ad successionem clericorum,idque ęquissimum,& rationi ꝯgruum videtur:maxime quia dicta consuetudo est quidam abusus & contra rationem,& ideo extirpāda est, quia quod
40 ratione caret,extirpandum est a reipublica.cap.quod episcopi.68.distinctio.facit.l. nulla ratio.& l.quod non ratione. ff. de legib.cum aliis,vt per Decium in capi. ratio.de prębend. & probatur etiam in capit.sacratas.23. distinctio.notat Rochus de Curt.in cap.fina.de consuetud.sectio.5.nume. 26.& quęlibet consuetudo,quę est cōtra ius,pręsumitur in dubio irrationabilis.text.vbi Abbas.notat in cap.3. de eo qui mitt. in possess.cau.rei seruan.& in c.2.vbi Deci.num.8. de proba- & ideo alibi est magna inter Doctores controuersia, an rationabilitas consuetudinis ab eo, qui cōsuetudinem allega. sit probanda:de qua quæstione vide Doctores in d.cap. vlti. pręcipue.Rochum de Curt in sectio 7.numer.24.& Bartho. Socin.in consi.92.num.14.lib.3.Rebuf.in tomo.3. ad constit. regia.in tract.de consuetu.vsu & stylo.in prefat.num.9. & ꝯ suetudo,vt obseruetur,debet esse fundata in ratiōe.text.in c. fin.& in l.2.C.quę sit lon.consue.l.3.in princ.& l. 6.in fi.titu.

2.par.

Source : BIU Cujas

2.par.j.tradit late Alexan.in d.l.de quibus.Deci.in d.cap.2.de appellat.& consuetudo etiam immemorialis non iuuat, vt probatur in Auth.vt nulli iudicum.in §.i.in vers. male enim inuenta.& in Auth.omnes peregrini.C.commun. de succe. de quo per Hippol.in l.si quis ne quæstio.num.68.ff.de quæs. & per Grego.Lop.in d.l.3.in gloss.in verbo,*bien*.titu.2.part.1. vbi late tractat, qualiter consuetudo, quæ non sit rationabilis,sit seruanda.& adde Franc.in c.j.num.2.de consuetud.lib. 6.sed quod consuetudo immemorialis, in dubio præsumat rationabilis,licet sit contra legem,tenent Geminia. & Card. Alexan.in c.fruſtra.8.distinct.Abba in consi. 7. tria circa primum.lib.2.Rochus de Cur.in d.c.vlti.de consuetud.in glo.in verbo,rationabilis.num.21.& sectio.7.nume.24.& vtrobiq; etiam dicit,quod vbi consuetudo est generalis, præsumitur esse fundata in ratione.Et qualiter cognoscatur rationabilitas consuetudinis,vide quæ eleganter tradidit Rebuf. vbi supra,nume.10.cui adde Dominic.nume. 30.& Francum,nu. 18.in rub.de const.vbi dicunt, quod relinquitur iudicis arbitrio,quæ consuetudo sit rationabilis.& idem Atchidiaco.in c.leges.distin.4.nume. 8.& communis opinio Doctorum in d.c.fina.de consue.prout ibi refert Rochus de Cur. sectio.2. num.48.quem punctum ex professo disputauit Burg. de Paz
41 in l.j.Tau.num.316.cum aliis.Decimo tertio infero alium intellectum ad dictam legem sextam Taurinam in illis verbis, *lo qual mandamos que se guarde,saluo enlas ciudades, villas y lugares, do segun el fuero delatierra se acostumbran tornar sus al bienes al trõco o la rayz*.quia forus de quo fit mentio in dicta.l.cum sit odiosus,tanquam auferens parentibus bona,quæ tot iuris diuini, & humani testimoniis eis debentur,non extenditur vltra locum,in quo ille forus seruatus est.Et sic si filius defunctus,de cuius successione tractatur inter consanguineos stipitis, & parẽtis relinquat aliqua bona extra locum, vbi ille forus viget,succedent in illis bonis parentes, & non successores de trunco,ad quod est animaduertendum, quia in practica est notabile,& vidi in facto dubitari.quam sententiam videtur tenere Montalu.quamuis paruis verbis,& subobscure,in l.i. ti.6.*de las herencias*.lib.3.for.in glo.quæ incipit.hæredem.*su buena*.& quia(vt prædixi)hæc illatio sæpe contingit, hanc cõclusionem latius confirmo.Et primo probatur,quia vt dictum est,forus excludens parentes a successione filiorum,est odiosus,quia priuat parentes successione filiorum, quæ illis debetur in solatium filiorum amissorum, l.iure succursum. ff.de iur.dotium.ibi,iure succursum patri,vt filia amissa solatii loco succederet,& secundum ipsam naturam illis debita est successio.Auth.de hæred.& Falc.§.i.colla.1.ibi, tanquam ipsam naturam eis debetur,quale est,filijs,nepotibus, atq; matribus.facit l.nam & si parentibus.nume.1.ff.de inoffic.testa. l.j.tit.8.par.6.& d.l.6.in prima parte.Et est expressa.l. j.titu.xi.
42 par.6.quæ dicit,quod legitima,quæ parentibus debetur, est debita iure naturæ.ibi,*mas si los derchados fuessendelos que desciẽden,o suben por linea derecha del fazedor del testament o, a que llaman en latin* debitum iure naturæ. quæ lex probare vī, quod tam legitima,quam parentes debent filiis, quam ea, quam filii debent parentibus,est de iure naturæ.ad quam legem aduer tẽdum est,quia dissoluit illam difficilem quæstionem,in qua tam antiqui,quam iuniores Doctores valde laborant in pleriſque locis disputantes, an legitima quam parentes debent
43 filiis sit de iure naturæ? Et facit etiam pro opinione tenentium,quod legitima debita parentibus est de iure naturæ,& non de iure ciuili,quicquid teneat Bald.in l.j. §.ius naturale. ff.de iust.& iu.de quo vide Alcia.reg.j.præsumptio. 8.nume. 3.sed ista quæstio non est præsentis instituti.Et ex his dixit Petrus Rebuf.in tomo tertio ad constitut. regias Gallicanas.in tracta.de materia possess.ar.9.glo.vni.num.28. quod consuetudo generalis regni Franciæ,ex qua mortuus saisit parentes in bonis filiorum.refert tex.in d.l.nã & si parentibus. & odiũ quod habet dictus forus & consuetudo, excludens parentes a successione filiorum propter consanguineos detrunco, ẽt ostenditur ex Aristotele lib.9.Ethicorum.c.j.vbi dicit,parem esse dandam rationem parentibus,& Diis.facit tex.in Auth.
44 de non eligendo secund.nub.§.j. & alia plura,quæ scribit Tiraq.in l.si vnquam.in verbo donatione largitus.num. 21.C. de reuocan.dona.ex quo dixit Archi.in cap.si pater,de testa.
45 in 6.quod.d.c.si pater.ex quo deducitur, ꝙ substitutio pupillaris expressa excludit matrem. etiam quo ad legitimam.ꝙ probatur in l.Papinianus.§.sed neque impuberi.ff.de inoffi. testam.& in l.7.titu.5.par.5.notant Bar.& omnes,in l.2.ff.de vulgar.& pupil.procedit iure fori,non iure poli.de quo vide Soc.in d.l.7.& Gregor.Lop.in d.l.7. in glos.in verbo *del moco*. & Episcop.Couar.in c.cum esses.num.xi.& in c. Raynutius. §.5.num.6.de testam.Tiraq de pia causa.priuilegio. 69.in fi. & ideo dicunt Iacob.de Raue.& Salicet. contra Cinum ibi.
46 in l.2.quæ est etiam.vlt.C.de patri.qui filios distraxerunt.ꝙ si quis habeat patrem & filium, & sint in æquali necessitate famis, & non habeat filius nisi vnum panem, potius tenet patri panem dare,quam filio.faciunt notata in l.veluti.ff.de iust.& iur.& per Pau.de Cast.in d.l.j.§.ius naturale.nume.4. ff.eod.titu.& tex.in c.cæterum.86.distinct. & dicit Ambros. Lucæ.c.12.disce quod parentibus tuis debes, cum legis a patre filium non voluntate,non opere,non tempore discrepare,& si personis duo, potestate vnum sunt, vtrique nullum, ille pater cælestis laborem generationis expertus est, tu matri debes pudoris iniuriam virginitatis, dispendium, partus, periculum matris,longa fastidia.& est egregia.l.8.tit. 23.par. i.quæ probat, ꝙ filius tenetur dare eelemosinam patri infideli,potius quam alij fideli:cum vterque sit in eadem necessitate.Item,quod dicta consuetudo sit odiosa, probatur auctoritate Bal.in c.i.in prin.nu.6.de successio. feu. vbi dicit,ꝙ statutum excludẽs matrem a luctuosa hæreditate filii,est cõtra ius naturale,& strictissime est interpretandum. Et in ter-
47 minis Pau.de Cast. in consi.32. circa primum quæsitum notandum est.lib.3.num.1.dicit,quod statutum Racanatæ, excludens matrem a successione filiorum, stantibus consanguineis defuncti ex parte patris,non excludit matrem a successione filiorum in bonis alibi sitis.& idem tenet Deci.in ꝙ sil.314.num.7.ad finem consilii.& Anto.Rube.in cons.136.
48 viso statuto.vbi ex hoc dicit,ꝙ si statuto præcipitur ꝙ mater nõ possit succedere filio defuncto in pupillari ætate,in alijs autem bonis succedant proximiores agnati,quod tale statutum non extenditur ad bona relicta, quæ filius relinquit extra territorium,vbi tale statutum viget,quia statutum excludens matrem a successione filii,est odiosum,vt nota.Petr.& Cinus,in l.non sine:C.de bon.quæ lib.& Bal.in l.maximum
49 vitium,C.de lib.præter.cum aliis, vt per Corneum in consi. 199.lib.3.& ideo dicit, ꝙ mater non excluditur a nominib. debitorum filii prædefuncti, quæ reperiuntur extra territorium,vbi illud statutum viget,quia de talibus nominibus debitorum idem iudicandum est, quod iudicatur de bonis sitis extra territorium,quæ sunt mobilia.refert Rube. Paul.de Cast.& Decium in dictis consiliis.licet in hoc vltimo contrarium teneat Alex.in consi.19.lib.6.nume.9.& in consi.31.lij.& Bartho.Soc.non relato Alex.in consi.36.num.5.& 6.lib. i.quos sequitur Mod.Parisien.in consuetudi. Parisien.ti.2.de
50 censib.num.90.vbi ex hoc dicit, ꝙ ad qualitatem redditus, an sit mobilis,vel immobilis,debemus inspicere locum vbi redditus debet solui, licet alia sit consuetudo in loco fundi. citat tex.in l.Titium,aut Męuium.§.i.ff.de admini. tuto.& l. quæro.in fi.ff.de solu. & idem tenet Petrus de Rauena in nominibus debitorum.scilicet,ꝙ debeat inspici locus,vbi dẽnt solui nomina in titu.de consue.sectio.4.nume.2.Pro quibus adduco sententiam Barto.in d.l.1.de sum.Trinita. nume.18. vbi dicit,quod si in ciuitate Bononię sit statutum, ꝙ si creditor stet decem annis,ꝙ non petat debitum,prescribatur tale debitum per dictum tempus modo pone,ꝙ Bononiensis existens Romæ,promisit soluere Florentino in ciuitate Bononiæ,& Florentinus stat per decem annos, ꝙ non petit creditum,excluditur Florentinus virtute statuti ciuitatis Bononiæ.de quo per Iaſ.nume. 66.in d.l.cunctos populos.lectu.2.
51 & per Hippol.in d.l.vl.nu.76. ff.de iurisdict.omn.iudic.quod est notabile ad intellectum.l.63.Taurinę. sed attende quod in d.consi.19.lib. 6.tenet contra Alexan.in d.consi.quamuis diuersum sequatur in dictis consuetudinibus loco supra citato.Sed an & quando nomina debitorum intelligantur esse
52 illius loci,in quo debentur,vel in loco in quo est debitor, aut creditor,quia Doctores in hoc sunt contrarii, & diuersa scribunt,quia non est pẽsentis speculationis, vide(si expedierit)Tiraq.lib.i.de retract.§.36.glo.3.nume. 14. cum sequent. & Grego.Lop.in l.4.titu.29.in glos. i.in verbo *mueble*. part.3. Vlterius prędicta illatio,q̃ facta fuit ad dictam.l.sextam Taurinam,confirmatur ex doctrina Archidiacon.in cap.si quis suadente.17.quęs.4.vbi dicit,ꝙ si statuto cauetur, quod mater non succedat filio,quia dictum statutum est odiosum,& pĩudiciale matri,non procedit in successione filæi,& hoc casu,masculinum non concepit fœmeninum. notatur p Ale. in consi.234.num.4.lib.6.de quo vide concordantes per eundem Tiraq.lib.i.de retract.§.i.glo.9.numero 189.& dicit Bal. in l.quicunque.nu.11.C.de seru. fugiti. quod si sit statutum, quod existente patruo non succedat auus maternus,quia tale statutum non est rationabile, non per hoc intelligitur esse exclusa auia materna.notatur per Corneum.in l. illam. C.de col.& per alios plures,quos refert Pari. in addi.ad Ale. in consi.45.habita.in addit.q̃incipit, materna.nu.7.vbi Ale. idem tenet,volum.7.item dicta illatio ostenditur,quia dicta consuetudo, quod radix reddat ad radicem,& stipes ad stipem;est contra ius ciuile,& regium, & ideo non est extendenda ad bona alibi sita. Quia quando statutum est contra
54 ius commune,non extenditur ad bona alibi sita, vt notant omnes Doctores in d.l.i.Alexan.in consil.16.libr.i. quod est

elegans

Source : BIU Cujas

elegans cõsilium in hac materia.& postea de illo latius agemus.& notat Tiraquel.in legibus connubialib. glos.6.q.28.
55 Pro quo etiam facit,quia lex semper debet intelligi iuxta intellectum , quo reditur ad ius cõe : quia est fauorabilior.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.Bar. in l.omnes populi.3. q.tertiæ quæstionis principalis.ff.de iustit.& iu. cum aliis, vt
56 per Feli.in c.cum omnes.& in c.cum accessisset.de constitu. & ideo licet lex correctoria non sit extendenda. Auth.quas actiones.C.de sacrosecci. vbi abunde Iaſ.fallit,nisi nos reducat ad ius antiquum commune consuetum,gl.in c. statutũ. in verbo numerandum.de præben.in 6.cum aliis, vt per Tiraquel.quem semper malo referre,quam silentio præterire: cum iustius sit lectores admonere de auctore,tam abundanti,quam illius labores vsurpare,& scribere in multis verbis, quæ paucioribus comprehendi possunt,non insistendo, nisi in necessarijs , & quæ ab alijs tacta non sunt . Quid enim fœlicius esse potest,quam in vno auctore reperire , quæ cũ magno labore,& consumpto multo tempore, quis difficiliter inueniret?inquam Tiraq.in d.tracta.de primogenitu.q. 24.nu.6.& Episcop.Segouien.lib.3.resolut.c.6.num.3.& Rebuf.in praxi.benefi.tit.de differentijs inter rescriptũ, & mandatum , num.6. & consuetudo semper est interpretanda secundum ius cõe.c.cum dilectus.de consuetu. Bald. in consi. 299.punctus quæstionis.lib. 2.Purpurat.in l.2.§.mutui datio. nu.35.ff.si cert.petat.& consuetudo contra ius non extenditur.l.quod non ratione.C.de legib.c. quo ad translationem. de offic. delega. & communiter concluditur in l. de quibus. ff.de legibus,vt dicit Rochus de Cur.in c.vlt.de consue.in 3. requisito,nu.6.vbi ex hoc plura infert.& inter alia doctrinã Ioann.Andr.in additio.ad Speculat.in tit.de feudis.dicentis, q consuetudo preferens primogenitum,non extenditur ad filium primogeniti mortui ante patrem . de quo postea latius dicetur.quia hæc doctrina Ioan.Andre.est expresse con
57 tra l.40.Taurinam. Et dicit etiam Decius in l.certum. nu.3. C.vnde legi. q statutum, quod aliquid reducit ad primæuã naturam,est fauorabile,& non odiosum.citat glo.in d.c.statutum. & interpretatio , quæ nos reducit ad ius commune , censetur pia & fauorabilis.c.2.in prin.de decim.notat Anto. Rube.in consi.9.num.6 & in consi.49.num.2.Barth.Soci.in consi.204.nu.4.lib.2.& de his vide etiam, quæ scribo in tertia parte huius operis.q.9.nume. 22. Item pro hac illatione facit,quia consuetudo non extenditur,neq; pactum, secundum Bal.in c.1.de feu.cogni.de quo plures conclusiones singulares scribit Feli.in c.auditis,nu.15.de præscrip.& id maxime procedit,cum est odiosa (vt supra late probaui) nec existimandum dst consuetudinem illam , quæ dictat , quod forus debet redire ad forum,& radix.ad radicem , & sic excluduntur parentes a successione filiorũ esse fauorabilem,imo
58 esse odiosissimã,vt plene dictum est . Nec quicquam refert , quod videatur esse prædictus forus fauorabilis,quia per illũ conceditur consanguineis facultas obtinẽdi bona,quæ fuerunt maiorum.argu.l.si in emptione.ff.de minor.l. cum pater.§.libertis.ff.de legat.2.glo.in l.1.§.& reipublicæ. ad finem ff.solut.matrim.& in l.si æquo.ff.de legat.1. Et si quæ sunt similia,quia licet id æquum videatur,id iustum est, dum non tractatur de exclusione parẽtum,quibus tam debita est successio , vt supra docui . & certe nunquam mihi persuadere potui, q dictus forus sit fauorabilis, imo est odiosus respectu parentum . & quod hæreditas magis debita sit parentib. quam transuersalibus consanguineis tradit Ale.in cons. 80. viso & oportune,lib. 1. & quando duæ personæ fauorabiles concurrunt,magis fauorabilis præfertur.l. verum.§. fin.ff.de minorib.notat Iaſ.in l.cætera.§.si quis ad opus.nu.4.ff. de le-
59 gat.1.Deci.in c.in præsentia.nu.51.de probat. Decimotertio infertur ad elegantem doctrinam Bartol. in d.l.cunctos populos,nu.32.vbi dicit, q statutum disponens , q filia fœmina non succedat:cum sit prohibitorium,& odiosum , vt in l.maximum vitium,C.de liber. præterit. non extenditur ad bona alibi sita,facit tex.in Auth.successione.C. de suis & legit.hęredib.& l.3.tit.13.par. 6. in illis verbis , *quier sian varones,quier sean mugeres* .q̃ opi. sequunt Bal.Ancha.& alii quos refert Ale.qui ẽt hoc sequit in cons.16.nu.1.lib.1.& in cons. 128.consideratis.eo.lib.nu.1. cũ aliis. & plures refert Mode. Pari.in additio.ad Ale.in d.consi.16.qui idẽ sequit, & dicit, q ita practicat.& in d.consi.128.& in d.consi.26.affirmat verũ esse opin.q talia statuta tanq̃ realia non extẽdũtur extra
60 territoria.quib. adde Lud.Gozadi.in cõsi.35. breuiter agendo.nu.9. Ex his etiam potest determinari illa celebratissima quæstio, quæ est propria ad nostram materiam , vnde non immerito,nec extra propositum nostræ materiæ,omnia superiora scripsimus, quando tractatur de successione primogenituræ,& defunctus habet bona in diuersis prouincijs, & in vna prouincia primogenitus cæteris præfertur , & in alia omnes fratres æqualiter succedunt,quid agẽdum in hoc casu? Quæstio est amplissima,in qua Doct. nostri valde laborauerunt,& illã post alios examinauit late Bar. in d.l.cunctos populos,num.41.versi.sed posset dubitari.vbi Angel. Iaſ. & alii plures eã tractant. & in propriis terminis disputauit Tiraq.in d.tract.de primogen.q.46.nu.1.cum aliis . vbi omniũ opinion.refert.& nu.2.dicit cõem esse opinio.vt attendatur locus bonorũ sine distinctione,an sit statutũ personale, aut reale,quam sniam etiam sequi vr Deci.in d.consil. vt s.dixi. & Bar.Soc.in consi.128.nu.4.lib.4.Carol. Rui. consil.48.nu. 4.tit.3. & idem Moder.Parisien.consuetudi.Parisien.§.8.gl.j. nu.2.vbi expresse dicit, q consuetudo in primogenijs, non potest hre locum,nec vim respectu bonorum, quæ sunt extra territorium suum, sed cuiusq; loci consuetudo est seruãda,quo ad bona in eo loco sita, quibus ẽt concinit , q probatur in c.1.de feu.cogn.in vsi. feu. per quam dicit idem Moder.Par.in dictis consuet.§.7.nu.32. q vera & naturalis natura feudi est illa , quæ regulatur a consuetudine loci , in quo situm est feudum.& dicit idem Moder.Paris.in d. consuetu. §.12.nu.1. Quod licet ius primogenituræ sit fauorabile , verum est in se,& in vi comprehensiua , non in vi extensiua . cui adde,q notat Philipp.Corne.in consil.199. lib.2. col.14. vbi tenet, consuetudinem preferentem primogenitos ceteris,esse exorbitantissimum a iure cõi: q pluribus rationibus probat notabiliter Tiraq.in d.tract.de primogen.q.4. nu.11. & in eodem tract.qõ.38. & huiusmodi primogenituræ sunt odiosę,cum deprimant secundogenitos, quos sicut primogenitos natura creauit ꝑm Lucam de Penna.in l. quicunq;. C.de princip.agent.in reb.lib.12.arg.l.fi.C. de lib.pręt. & l.leges.C.de suis & legit.hęredib.& Tiraq.in d.q.46.nu.32. q est finale,plurium opiniones referendo.Tandem concludit,q in Gallia in hmõi successionibus inspicitur consuetudo , & statutum cuiuslibet loci siue in rem,siue in personam,videlicet, bona Pictanię diuidantur inter hęredes ꝑm consuetudinem Pictanię,bona Turonię,ꝑm Turonię , & sic de aliis . Et idem tenet Euerardus in cẽtum locis.in loco.de tanquã 79.Et est ẽt bonũ consil.Ale.in consi.141.nu.15. lib.7.vbi vr de Moder.Parisien.Et si hęc vera sunt,& in nostro regno essent seruanda, quid dicendum de pluribus dñis huius regni Castellę,qui habent bona in Cataluña,& Valentia,& in Italia , & in alijs similibus locis , vbi iura primogenituræ forte non seruantur?Nam q in Gallia seruetur dicta consuetudo vltra prędictos Doctor.Gallos Tiraq.& Mod.Paris. notatur per aliũ magnę auctoritatis Doctor.Gallũ, Pet.Rebuf. in tomo 3.ad const.regias.tract.de contum.& defenso.art.2. glo. 22.vbi dicit, q si primogenitus varonis , vel nobilis in totũ succedere debeat in Vasconia,si ille nobilis habeat ẽt bona in Francia,vbi non est talis consuetudo: tunc oẽs filii succedũt pro virili in illa patria, nec computabitur primogenito sua portio,quam in Vasconia habuit. refert notata per Iac. in l.de quib.ff.de legib. ego quidem meã in hoc exponendo sniam,licet de iure cõi,& in casib.qui per prædictos Docto. traduntur eorũ conclusio procedere possit , in nostra tamẽ Hispania id minime seruandũ esse existimo : quia consuetudo quę seruat in Francia,& in aliis similib.loci, in successione primogeniorũ,ex vi consuetudinũ vel statutorum , eam habet vim,q absq; voluntate parentũ filii primogeniti succedunt in bonis parentũ iure primogenituræ,ferentes quoddã pręcipuũ , vel prelegatũ inter fratres iure hęreditario . q constat ẽt aperte ex Mod.Par.in plurib.loc. pręcipue ex his , quę scribit in §. 8. gl.3. nu.6. fol.112.& ita aperte apparet ex oĩb.Doctorib.qui in hac materia loquunt, pręcipue ex Ioã. de Cirier.& ex Marti.Laud.& Tiraq.in prefat.nu.3.& ĩ aliis plurib.loc.repetit.& iõ mirari non debemus, q dicta cõsuetudo sit odiosa,& seruet cuiusq; loci cõsuetudo,quippe,quę auferat ltimã filijs,totũ adiudicãdo primogenito : in nostra Hispania diuersissime hoc fit, qa ius succedẽdi ĩ maioratib. nõ cõpetit ex legib.aut cõsuetudinib.Hispanię, sed ex vocatione testatorũ,& illorũ,qui faciunt maioratus, nec filii,vel alij cõsanguinei pnt in maioratib.succedere, nisi sint vocati a testatorib.in oĩb.bonis,in qbus maioratũ constituũt , nec capiũt bona a lege vel cõsuetudine , vbi bona sunt sita , sed ab ipsis primis fundatorib. qui licitũ est vocare successores in infinitũ ad bona,quę in qualibet prouincia sita sunt. nec filij inuitis parẽtib.pnt prendere aliqd pcipuũ , aut plegatũ, meliorationem,aut maioratũ, licet sint primogeniti , sicut in Francia,aut Gallia. & sicut equalis est voluntas illorũ , q faciũt maioratus in vocatione in qbuslibet bonis,ita successio dẽt esse equalis. nec vna & eadẽ res dẽt diuerso iure censeri l.eũ q ędes,ff.de vsuc. rõ itaq; est diuersissima inter nros maioratus,& primogenia Gall. & Ital. & iõ diuerso mõsũt iudicãdi.l.cũ pr.§.dulcissimis.ff. de leg.2. nec verũ vr , q primogenituræ nõ sunt fauorabiles , saltim postq̃ sũt radicatę, & nõ agitur de ꝑiudicio aliorũ fratrũ.l.i.§. publice.ff. de ventre.inspicieu.& hoc in aliis locis dixi . & aperte probatur in

Source : BIU Cujas

l.ii.tit. 15.par.2.ibi, *Otro si segun antigua costumbre, como quiera que los padres auian piedad comunmente de los otros hijos, no quisieron que el mayor lo oviesse todo, mas que cada vno dellos oviesse su parte, pero con todo esso los oomes sabios y entendidos, catando el pro comunal de todos, e conociendo que esta particion.* Ex quibus infertur, legem. 40. Taurin. præferentem nepotem patruo, procedere in bonis, quæ antecessor in maioratu extra regnum reliquit & dispositio. l.45. in eisdem legibus. ex qua transfertur possessio ipso iure in successorem in maioratu, quamuis alius in vita occupauerit. procedit etiam in bonis, quæ sunt maioratus extra regnum Castellæ, quia hoc resultat in fauorem maioratuum, quibus prædicta lex & l 43. & 46. multum fauent. Ex quibus etiam constat, quod maioratus in Hispania sunt fauorabiles dicit Parisien. in consuetu. Parisien. §. 8. glo. iii. num. 30. quod ius primogenituræ simpliciter & regulariter loquendo, est fauorabile, vt pote, non odio alicuo secundo genitorũ, sed mero fauore primogenitorum, & familiæ conseruandæ inductum per rationes, quas ipse refert. Et causa finalis primogenituræ est, vt conseruetur nomen, & dignitas familiæ, quia non potest melius conseruari, quam per studium vnitatis, & sublationem diuisionis, quantum saltem iustitia fieri potest secundum eundem in d. §. 8. glo. 4. num. 15. per d. l. i §. pen. ff. de ven. inspi. & alia quæ refert. & idem repetit. §. xxii. numer. 207. cui adde. l. 2. §. nouissime. ff. de origin. iur. & quæ scribit Anton. Rube. in consi. 133. nume. 9. & Bartho. Soc. in consi. 128. num. 4. lib. 4. & quod primogenituræ sint fauorabiles, saltim vbi pater non disponit de omnibus bonis, sustentat Aymo post alios, quos ipse refert in consi. 256. nume. 3. Et pro hoc etiam facit, quia scimus, quod omnes Doctores in d. l. i. C. de sum. Tri. & in omnibus fere locis, in quibus de hac materia loquuntur, communiter concludunt, quod leges fauorabiles vbique suas extendunt vires, & radices. quod ego supra latius per exempla, & illationes docui. Concludo igitur, q̃ successor & vocatus ad maioratum, succedit in bonis maioratus, tam in proprietate, quam in possessione, quæ antecessor relinquit, tam in regno Castellæ, quam extra regnum hoc. Et existimo, quod consuetudo hæc vniuersaliter in regno Castellæ ita interpretata est, & minime mutanda sunt illa, quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legib. Item, cum ex dispositione illius, qui primitus maioratum instituit bona sint indiuisibilia, nec sint propria illius, qui primitus maioratum instituit bona sint indiuisibilia, nec sint propria illius, de cuius successione tractat, sed successorum filii, nullatenus in illis habere legitimam possunt, nec diuisio inter illos fieri debet, sed successori ī maioratu sunt reseruanda. & bona quæ in aliis prouinciis sunt tanquam accessoria, sequi debent caput maioratus. l. rerum mixtura. ff. de acquir. domi. cum concor. Ex quibus infertur, idem dicendum est in bonis vinculatis per tertium & quin-

62 tum. Decimo quarto ex his infertur intellectus ad quẽdam forum, siue consuetudinem, quæ est in Hispania in ciuitate de Alcaraz, & eius districtu, cuius fori exemplum ego legi ī quodam negotio, & seruatum est etiam ī ciuitate illa, & ei⁹ districto a tempore immemoriali vsque adhuc. quo quidẽ foro cautum extat, q̃ si patre defuncto, mater sit superstes vel econtra matre defuncta pater superuixerit, & anteaquã diuisionem bonorum, pater vel mater, qui non fecit diuisionem cum filiis, non est hæres illius hæreditatis, quæ filio defuncto pertinebat, sed hæreditas pertinet ad fratres filii prædefuncti, siue fratres sint masculi, siue fœminæ, excluduntur pater & mater, & non seruatur ius ciuile, vel regium iuxta quod patres sunt successores filiorum, vt supra traditum est. Quia cum hic forus sit odiosus, & contra parentes, non dẽt extendi vltra territoriũ de Alcaraz, nec ad bona, quæ filius reliquit extra ciuitatem, quia in illis succedent parentes exclusis filiis. Sed in hoc lectores animaduertant ad vnum singulare, q̃ potest dare commodum & honorem in practica. quia in hac regali Cancellaria sunt plures lites ex illa ciuitate, & districtu circa hoc. Nam lex. vi. Taurina, agens de successione parentum in bonis filiorum dicit, quod æqualis est successio, nisi in his locis vbi ad forus, quod radix redeat ad radicem, quem forum solum lex prædicta iubet seruari. Scimus autem, quod lex prima Taur. in versic. *En lo que por ellas no se pudiere determinar, mandamos que se guarden las leyes de los fueros, assi del fuero delas leyes, como delas leyes municipales, que cada cibdad, villa, o lugar tuuiere, en lo que son o fueren contrarias a las dichas leyes de lo ordenamientos, y pregmaticas de los Reyes, que de nos vinieren. Capara ellas & nuestra intencion y voluntad. que se determinen los dichos pleytos y causas, no embargantes los dichos fueros, y vsos y guard dellos.* Ecce ergo, qualiter hęc lex mandat, q̃ nullus forus seruetur in iudicio, qui sit contrarius dictis legibus regni. q̃ clarissime cõstat ex dicta lege prima. Cum autem dicta lex. 6. solum permittat, q̃ custodiatur forus ille, *quãdo el tronco bue lue al tronco, o la reyz. o la rayz.* manifeste videtur, q̃ per dictas leges primam & sextam simul iunctas, fori alii, qui loquuntur in hac materia successionis parentum in hereditatem filiorum, sunt derogati, & nullius effectus, quia inclusio vni⁹ est exclusio alterius. l. cum prẽto. ff. de iu. cum similibus nec huic opinioni contradicit. l. xi. titu. i. lib. vii. ordi. vbi dicitur, *nuestra merced y voluntades de guardar, y mandamos que sean guardadas a las cibades, villas y lugares de nuestros reynos sus priuilegios, y libertades, franquezas, y buenas costumbres segun que les fueron otorgados por os Reyes nuestros progenitores.* quia ad hanc legem respondetur faciliter, q̃ dicta lex ordinamenti loquitur generaliter. & l. 6. & i. Taurina loquuntur specialiter, & ideo genus per speciem derogatur. l. in toto iure. ff. de regu. iur. cum vulgaribus. & dicta. l. i. tanquam recentior est custodienda, nec ab ea excedendum est. & licet specialiter non deroget dictam. l. xi. sufficit generalis derogatio. l. si duo. ff. de admin. tutor. l. semper in generalibus. ff. de regul. iur. cum vulgarib.

63 Decimoquarto infertur ad doctrinam Par. in d. l. i. q. 6. ad finem. & in q. 7. C. de sum. Tri. vbi dicit, q̃ licet stante statuto, q̃ filia fœmina non succedat extantibus masculis, si extant duo filii masculi, & duę filię fœminæ, si vnus filiorum repudiauit, vel alias excludatur, eiusdem portio non accrescit filiabus, sed alteri fratri, secundum Barto. in d. l. reconiuncti. & in l. mulieri, & Titio. ff. de cond. & demon. & ibi Raphael Cuma. & Pau. de quo etiam per eundem Pau. in l. vnica, q. 4. C. quand. non peten. par. & per Iaſ. in d. l. reconiuncti. num. 163. ff. de leg. 3. Si tamen testator hẽret bona in diuersis territoriis, in quibus esset diuersum ius, bona existentia in alieno territorio non accrescunt masculis. notat Iaso. qui alios refert in d. l. re coniuncti. numero. 215. vbi Ludouic. de Villa Longa.

64 Decimoquinto infertur ad peregrinam doctri. Pau. de Cast. in consi. 352. curator datur bonis. in nobis. li. i. vbi ex his omnibus superioribus late sustentat, quod iudex secularis põt dare curatorem clerico ad bona. Decimosexto infertur impugnatio ad sententiam Mencha. li. i. contro. c. 3. nu. 20. volẽtis, q̃ lex dotium de qua actũ fuit supra num. 57. non procedet, si puella nupsit viro Portugallensi, aut Aragonensi, nã ex iam dictis certa non videtur dicta sententia. Et quando statutum excludens filiam dotatam a successione, extenditur ad bona alibi sita, explicat late Campegius in tracta. de

66 dote, par. v. q. 66. nu. i. cum seq. Et statutum excludens filiam, superstite filio masculo, an excludat filiam non subditam a bonis existentibus in territorio statuentium, resoluit Cald. consi. 134. rub. de testa. quem refert Carol. Rui. consi. 49. nu. 3. li. 3. quo in loco alia in hac materia scribit. & de hoc videndum est, q̃ traditum fuit ſ. nu. 59.

SVMMARIVM.

1 *Nomina debitorum, constituunt quandam speciem.*
2 *Donatio omnium bonorum valet, quia non comprehenduntur iura, & actiones.*
3 *Decisio questionis.*
4 *Maioratum si quis constituat, nullis adiectis clausulis, sequitur in omnibus naturam maioratuum.*
Testator si dicat lego omnes res meas titulo maioriæ, an oratio sit uniuersalis, vel generalis.
Maioratu facto de bonis mobilibus, vtrum comprehendantur iura & actiones.

i

QVAESTIO LIX.

QVinquagesimo nono: pater facit maioratum in filium de omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, vel meliorat filiũ in tertia & quinta parte bonorum mobilium, & immobilium, quę ro an cõprehendantur sub hac generalitate iura, & actiones & nomia debitorũ: Et sane Spec. in ti. de fruct. & interesse. §.

1 scias igitur. ver. sed pone p̃latus. ibi, scđo q̃ritur. & Io. An. ibi, in illa sunt snĩa, q̃ nomina debitorũ nõ sunt bona mobilia nec immobilia, sed constituunt q̃dã tertiã speciẽ de p̃ se. Pro qua snĩa est tex. expressus ī l. q̃ Tuberonis. §. vlt. ff. de pecul. ad q̃ snĩam quasi innumerabiles Doctores refert, iuxta morẽ ꝓpriũ Tiraq. in trac. de vtroq; retra. §. i. gl. 7. nu. 9. vbi duas columnas cõsumpsit in ꝙcordant. ad hanc opinionẽ. cui tñ ad de Sil. in sua summa. verbo, alienatio. nu. 8. & Purp. in l. ex ꝙuentione. nu. 67. C. de pact. & Episc. Couarr. in c. relatum. in 2. nu. i. de te. & An. de Fan. de pig. 2. par. memb. 4. nu. 84. notat ẽt Tiraq. in l. si vnq̃. in ver. bona. nu. 7. C. de reuoc. do. & in d. tra. de primoge. q. 49. vbi ex hoc disputat, an ex cõsuetudine Frãciæ, primogenito ꝙpetãt noĩa debitorũ. cui adde Ari. Pine. q̃ multa scribit, in). par. rub. C. de bo. mat. nu. 24. cum seq. Et ex his ausus fuit dicere ante oẽs Bal. in ꝙsi. 274. lib. 2. q̃ vá

2 let donatio oĩum bonorũ p̃sentiũ, & futurorũ, qa in illa nõ comprehenduntur noĩa & actiones, ex quibus tertia spẽs cõstituitur. & idem tenet Corn. in cons. 104. circa primum. lib. 2. & Iaſ. in l. stipulatio hoc modo concepta. ante fi. ff. de ver. obli-

Source : BIU Cujas

obligatio. & l.a Diuo Pio.§.in venditione.col.2.ff.de re iudica.& in consi.5.lib.3. & Deci.in consi.30.& 237.& alij,quos refert Tiraquel.vbi supra.quod notandum est ad intellectū tex.in l.69.Taurina.& pro hoc faciunt,quæ scribit Pinel.vbi supra nu.25. vbi tradit, quod in donatione vel relicto omnium bonorum mobilium, & immobilium, non comprehenduntur iura & actiones. Ego in nostra quæstione omissis infinitis, quæ ad vtranque partem adducit Tiraq. vbi supra.in illud inclino,quod in casu nostro,venient in maioratu,& ī melioratione, nomina debitorum: quia in Hispania secundum communem vsum loquendi, qui præfertur propriæ significationi verborum: cum in qualibet dispositione fit mentio de bonis alicuius,intelligitur etiam de nominib. debitorum,quod omnibus plusquam manifestum est. Et dicit Oldra.in consi.219. quod ob vsum communem loquendi,appellatione bonorum mobilium,& immobilium,comprehenduntur iura, & actiones. Et quod communis vsus loquendi præferatur cuicunque propriæ significationi, probatur in l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de lega.3.quod procedit in materia pœnali,secundum Bart.in l.libellorum. §.sed si aliud.ff.de accusat.& notat late Ias. in rubri.ff.de no. oper.num.6.& in l.1.nu.6.eo.titu.& in l.stipulatio ista.§ hoc quoque.ff.de verbo. obliga. & notabiliter Decius in c.1.nu. 22.de constitutio.& in c.in præsentia,num.33.de proba.quibus adde Bar.in l.1.num.8.ff.de offi.procur.Cæsar. & in consil.200.late Episcop.Couarru.resolutio.lib.3.c.5.nu.1. vbi ex hoc dixit,ꝙ si quis simpliciter ex donatione, vel testamento relinquat alicui bona titulo maioratus, quamuis aliud non exprimat,sequitur in omnibus naturam maioratuum. de quo ego egi supra in q.47. Et verisimile est, quod faciens maioratum vel meliorationem de his nominibus debitorū intellexit, conformando se cum communi vsu loquendi: nam & vbi ex intentione loquentis constat, quod voluit designare totum patrimonium,appellatione bonorum mobilium,& immobilium comprehenduntur nomina debitorum & actiones,secundum Abb.in c.nulli.de reb. eccles. & constat ex doctrina Bal.in l.1.ff.de sta.homi.& ad hanc conclusionem ponderat Gregor.Lop.in rub.titu.17.par.2.in gl. in verbo,*en dos maneras*, quod maxime procederet, vbicunque testator relinquat bona per dictionem hanc (omnia) vt in propositione quæstionis dixi: quia tunc veniunt etiam iura,& actiones,l.quoties.§.vlt.vbi traditur.ff. de vsufru. notat Ale.in consi.45.nu.8.lib.1.vbi Moder.Parisi.& Alciat. in l.mouentium.ff.de verbor.signifi.& hic iunge Peral. in l. cū autem,nu.12.ff.de lega.2.vbi late tractat,an verbum(bona) debeat generaliter intelligi vna cum oneribus, & honorib. & cum ære alieno, vide illum, qui plura scribit. Et quid si testator dicat relinquo filio omnes res meas titulo maioratus,an hæc oratio sit vniuersalis, aut generalis colligitur ex Bar.in l.si ita.col.2.ff.de au.& arg.lega.& late scriptis per Episco.Couarru.Resolutio.lib.1.c.13.nu.1.cum aliis. vbi plura singularia & difficilia resoluit ad plures materias.

SVMMARIVM.

1 *In facultate conceßa ad faciendum maioratum, si exprimantur a iure aliqua, quæ tacite insunt, nihil operantur.*
2 *Verba facultatis sunt trahenda ad ius commune.*
3 *Clausulæ quæ sunt in facultatibus, recipiunt restrictiones,quas ius commune.*
4 *Factum superioris, in dubio refertur ad ius commune.*
5 *Verba apposita in facultate regali, non debent esse sine effectu aliquid operandi.*
6 *Locator non potest expellere inquilinum, etiam pro vsu proprio, si promisit eum non expellere.*
7 *Priuilegium concedens facultatem appellandi, intelligitur etiam in casibus, in quibus appellatio prohibetur.*
8 *Verba non interpretantur, vt aliquid operentur, nisi exprimant, quod tacite inest a iure.*
9 *Actum faciens videtur se adstrinxisse legi loquenti de illo actu.*
10 *Licentia generalis data ad faciendum maioratum, non operatur, quod alteri ius quæsitum tollatur.*
Traduntur aliqua pro interpretatione clausularum facultatum, quæ conceduntur ad faciendum maioratum.

QVAESTIO LX.

IN hac qōne sexagesima. Ad similitudinem cuiusdā resolutionis instruere lectores decreui de aliquibus conclusionib. & iuris principiis quæ sunt necessaria pro intellectu clausularum & verborum contentorum in facultatibus,quæ conceduntur ad faciendum maioratus, & ad reuocationem illorum, vt lectoribus nihil desit in ista materia quod sit conducibile, nec sit eisdem necesse passim alios aperire libros.

1 PRIMO noto,quod si in facultate regia data ad constitutionem maioratus exprimātur aliqua,quę de iure insunt. nihil operantur.l.non recte.C.de fideiuss.l.3. vbi late Iason, post alios.ff.da legat.1.idem Ias.in l.2.num.1.ff.de condictio. indeb.Bar.in consi.1.nu.1.Fel.in c.2.nu.4.de rescrip.

2 SECVNDO noto, quod verba priuilegii sunt trahenda, quantum possibile fuerit,ad ius commune.capitul. cauſamque de rescrip.cap.licet,de præben.cap.paratur, 23.q.1 cum similibus,vt per Deci.in consi.33.numero quarto. Alexand.in consi.34.numero 6.lib.sexto,vbi tradit,quod rescriptum, & dispensatio debet interpretari, vt quanto minus possit,lædat ius commune,per capitul. cum dilectus. de consuetud.& c.dilecto.de consang.& affin.

3 TERTIO, quod clausulæ, quæ sunt in facultatibus prædictis, recipiunt omnes restrictiones, quas ius commune,secundum Domini.post Ioann.Andre.in capitul.licet canon.§.vlti.numero quarto,versi.nota bene istud dictum. de electio.in sexto. Hinc euenit,quod talis præsumitur voluntas principis,qualis est legis scriptæ,& naturalis rationis. secundum Bald.in capitulo primo,column.secunda,numero
4 3.apud quem, vel quos. Et ad hoc facit alia doctrina Bald. in l.bonorum.C.qui admit.vbi dicit, quod quando factum superioris in dubio potest referri ad ius commune, semper ita intelligitur.& idem volunt Innocen.Ioann.Andr.& Anton.in capitulo dudum,de decimis. Paul. de Cast.in l. Princeps.ff.de legibus,cum concordantibus,vt per Deci. in consil.114.numero tertio.

5 QVINTO noto,quod verba apposita in facultatibus regalibus concessis ad constitutionem maioratuum, non debent esse sine effectu aliquid operandi, per regulam.l.si quando.ff.de legatis primo, quæ procedit etiam in materia pœnali.l.prima.§.penult.cum l.sequen.ff. de calomniato. & ista regula procedit in priuilegiis. capitulo si Papa. de priuil. libro sexto,capitulo in his.vbi Abb.de priuileg. Et in priuilegiis hoc modo arguunt Bald.in Auth.habita. notab.4. C. ne fil.pro pat.& in l.3.§.si is pro quo. vbi late Iason ff. quod quisque iur.Ancharan.in consi. 186. Et ista regula habet locum in statutis,secundum Bar.in l.secunda.ff.de vsucap. notat Ias.in l.secunda.§.creditum.numero 14.ff.si certum peta. & in d.§.si is, pro quo, numero 3. Et licet periculi appellatione,non veniat casus fortuitus: fallit, nisi vt verba renunciationis aliquid operentur, secundum Roman. in singula. 437.de quo vide Aymo.Cravet. qui plura adducit in consil. 194.numero 3.& consil.92.numero 5.& consi.135. numer. 24. Et clausula etiam odiosa in rescriptis apposita,debet intelligi,vt aliquid prēter ius commune operetur,etiam si possit simpliciter secundum ius commune intelligi, secundum Abb.& Deci.in cap.pastoralis.in prin.de appella. notat Modern.Parisien.qui plura ad propositum adducit, in consuetudi.Parisien.§.41.num.14. Quare etiam inquit notabiliter
6 Angel.in l. ædem.C. loca. quod locator non potest inquilinum expellere, etiam si ob nouam causam re locata indigeat, si in scriptura locationis expresse promittat,quod eū non expellet, conductionis tempore pendente, vt ista verba aliquid operentur.quem sequitur Deci. in consil. 192. & 667.& in d.capitulo pastoralis.in princip.numero primo,in quibusdam libris,fol.220.& in alijs 320. de appellat. contra quos tamen tenent Arnald.Fero.in consuetu.Burg. de Gull. §.2.Episcop.Couarru.resolutio.libro,secundo cap.15. num. 4.versicu.ex quo.cui adde Parisiens. qui etiam tenet contra Angel.in additio.ad Deci.in d.capitu.pastoralis.Gregor.Lopez.in l.6.titulo 8.part.5.& his est simile. Quod priuilegium
7 concedens liberam appellandi facultatem, comprehendit casus,in qnibus alias de iure appellatio non admittitur secundum gloss.& alios præcipue Anton.numero 10. in capitulo,i.de rescriptis.vbi Decius nume.iiii.in versi.subiicit Abbas.hic in fin.plura tradit pro intellectu istius materiæ.& refert Angel.in dicta.l.ædem. & dictum Bal. in l. conuenticulam.numero secundo,C.de episcopis.& cleri.dicentis,quod statutum dicens,quod non extantibus masculis, filia fœmina succedat, vt verba aliquid operentur a contrario sensu statuti colligitur,quod stantibus masculis,filiæ fœminæ non succedant. Et idem tenet Alexand.& alii in l.i.ff.de offi.eius cui.manda.est iurisdict.& alii, quos refert Euerard. in centū locis,loco.4.a contrario sensu.Est tamen notandum, quod
8 licet verba sic debeant interpretari semper, vt aliquid operētur,hoc fallit,si verba exprimant illud, quod tacite a iure erat secundum Ioannem Andreæ in capitulo solitæ. super. glossa. in verbo, tanquam. de maioritate,& obedientia,& Alexand.in consil.xxxiii.numero iiii.lib.i.vbi etiam dicit,ꝙ verba non refert quod aliquid operentur, quando.ex

Source : BIU Cujas

Intellectu resultaret interpretatio iuri communi contraria, ex Geminia. in d.c. si Papa, notat Calderi. in consi. 12. titu. de priuileg. Decius in consi. 512. num. x. & ad hoc conducit notabilis Bald. doctrina in l. si duo. ff. de acqui. hæredi. vbi dicit,
9 ꝙ faciens aliquem actum, videtur se adstringere legi loquēti de illo actu. notat Alcia. reg. 3. præsumptio. 32. num. 14. Et etiam notandum, quod licet verba debeant aliquid operari verum est infra terminos materiæ subiectæ, nec debent in dubio operari, nisi secundum materiam actus, secundum Bal. in rub. C. de contrahen. emp Ale. consi. 21. lib. 5. Paris. in consue. Pari. §. 22. nu. 4.

19 ¶ Quinto dico, ꝙ in generali licentia data ad faciendum maioratum non venit, ꝙ ius alteri quæsitum tollatur, secūdum glo. notabilem in cle. sæpe. in verbo defensiones. de verborum significa. quam commendant. Docto. in l. filiusfamilias. ff. de donat. Bal. in l. cum antea. C. de arb. & alii, vt ꝑ Alexan. in consi. 216. nume. 12. lib. 2. facit regula generalis. l. 2. §. merito. & §. si quis a Principe. ff. ne quid in lo. pub. quod notandum est ad intellectum tex. in l. 44. Taurina. in illis verbis *Por contracto oneroso*. Ex quo iuste & iuridice infertur, quod si sit factus maioratus ob contractum onerosum, ad cuius cōfirmationem postea regalis licentia fuit impetrata, non potest prætextu talis licētiæ aliquid inuocari circa maioratum prius constitutum ob cōtractum onerosum. ad quod etiam facit. l. si quando. C. de inof. test. cum materia.

SVMMARIVM.

1 *An vbicumque quis est melioratus in certa parte, possit meliorationem acceptare, & hæreditatem repudiare.*

QVAESTIO LXI.

Exagesimo primo, hoc in loco placuit inserere quæstionem elegantem, quam disputauit alii scriptores nostri regni, dum magno conatu contendunt, an l. 21. Taurina, quę cōcedit facultatem meliorato repudiandi, & acceptandi meliorationem dummodo soluat pro rata debita defuncti, procedat, & habeat locum, vbicumque nō est quis melioratus in tertio & quinto bonorum, sed in certa parte bonorum, non designata tertia, aut quinta parte? Nam Episcop. Couarru. lib. ii. resolutio. cap. ii. num. 4. affirmat, quod dicta lex procedit etiam, si melioratio sit facta in certa re, vel in certis rebus. Vnde si ceres ipsæ, in quib. specialiter fuit melioratio instituta non excedunt quintam, & tertiam bonorum partem ære etiam alieno deducto, non est cur tractetur, an ipse melioratus possit ad debitorum solutionem conueniri, sed si res prædictæ ære alieno ab omnibus bonis deducto excedunt tertiam & quintam bonorum partem, vel id, quod de iure prælegari ipsius prælegati, & meliorationis diminutio fit, & pro ea parte, q̃ diminutione tollitur ab hærede, cōuenitur legatarius. quod ipse latius tradit. Gregor. vero Lop. in l. 2. in glo. in verbo . *la manda*. titu. 9. par. 6. multis verbis in hoc consumptis, tandem concludit idem, quod Episcop. Couar. licet Tello aliter intelexerit Grego. Lopez, de quo mirandum est. idem tamen tenet in d.l. 21. num. 4. per verba illius legis. ibi, *mandamos que se entienda, ora la dicha meioria sea en cosa cierta, o en cierta parte de sus bienes*. Quorum sententia mihi applaudet propter generalia verba. d.l. 21. & per l. 26. Taurinam. vbi filius censetur melioratus in tertio, & quinto bonorum, cum pater eidem aliquam rem donat, licet nihil pater dicat. quamuis Petrus de Peralta magna auctoritate, & fundamentis in l. cum autem. num. 9. ff. de leg. 2. affirmat, ꝙ in d.l. 21. est casus specialis, ob fraudē præsumptā, qñ melioratus repudiasseth rditatē & non alias. & dicit, quod aliter sentientes, perperā & inerudite id sentiūt quo in loco tractat de hac mā, & de intellectu tex in d.l. 21. apud quē videre licebit, q̃ hic non tracto, quia ad alia transitum in nostra materia facere oportet. His tamen addendus est Pari. in consuetu. Pari. ti. 1. §. xi. num. 8. vbi resoluit, an primogenitus teneatur exonerare & soluere debita ꝑ rata bonorum & lucrum hæreditatis, an vero pro portione hæreditatis dum taxat, & concludit, non teneri nisi pro quota hæreditaria. ꝙ caute considerandum est, attenta. d.l. 21. q̃ hodie habetur in nou. recop. l. v. tit. 6. li. 5.

SVMMARIVM.

1 *Gratia principis, an requirat scripturam.*
2 *Diffinitio quæstionis.*
3 *Priuilegium regis carens solennitatibus, est inefficax.*
4 *Signum an sit de substantia in scripturis.*
5 *Scripturarum solennitatibus, an per consuetudinem derogare possit.*
6 *Scriptura tabellionis facit fidem, quando est consuetudine, vel statuto probata.*
7 *Nomen domini est ponendum in scripturis, nisi contrarium caueat consuetudo.*
8 *Consuetudo, validat probationes inualidas. & ibi per exempla aliqua vi debis.*
9 *In scripturis, etiam ex consuetudine, non sunt omittendæ solennitates si detur occasio fabricandi falsitatem.*
10 *Dies requiritur in scripturis publicis, & quid in priuatis, & quid in hoc faciat consuetudo.*
11 *Locus in scripturis est necessarius, & an hoc consuetudine derogari possit.*
12 *Consuetudo vt possit operari in remissione solennitatum sceipturarum, q̃ requirantur.*
13 *Scientia principis, an sit necessaria in consuetudinibus, & quid in immemoriali.*
14 *Scriptura maioratus, quę habet sua solennia secundum leges & consuetudines Hispaniæ, vbique fidem facit.*
15 *Reprobatur quædam sententia Io. And. in proposito numeri præcedentis per quandam legem partitę.*
16 *In testamento debent seruari solennitates eius loci, in quo confectum est.*
17 *Priuilegium regis habens stylum non consuetum, est suspectum & ibi vide exempla.*
18 *Exempla scripturarum regalium donationum, qualiter probent.*
19 *Scriptura maioratus, si ob aliquem defectum est inualida, an maioratus sustineatur.*
Quæ solennitates sunt necessariæ in donationibus, quas faciunt reges titulo maioratus.

QVAESTIO LXII.

Exagesimo secundo, inquirere oportet, quod non semel in iudiciis dubitatur de licētiis antiquis datis per reges ad constitutionem maioratuū, vel de donationibus factis per reges ꝺ quibusdam locis, vel fundis, aut aliis similibus rebus titulo maioratus, quas solennitates habeer debeant ad hoc, vt de fide prædictarum donationum & facultatuum non dubite
1 tur? Et anteaquam ad vlteriora ꝓgrediar sciēdum est, quod gratia principis regulariter non exigit scripturam, vt patet ex tex. iuncta glo. in c. si motu proprio. de præben. in 6. & id tenent expresse Archidiaco. & Io. And. in nouella in procē. Sexti. versi. uniuersitatem. super verbo, transmittimus. Bal. in l. humanum. C. de legib. nu. 5. & alii, vt per Felin. Dec. & Rip. num. 48. in rub. de constit. vbi Augusti. Vero. nu. 83. & istam opinionem tenet latius omnibus Alexand. in consi. 107. nu. xii. cum aliis. lib. 7. & probatur in clementi. dudum. §. nos etenim. de sepul. ibi nos etenim vniuersa priuilegia, gratias, indulgentias, uerbo, seu scripto, sub quacunque forma. vbi gl. & est etiam tex. in c. nostrę. 25. q. 2. ibi, siue quę in scripto decreuimus, siue in nostra prę̃sentia, videntur esse disposita. notat idem Rip. responso. 20. num. i. cum aliis. vbi eleganter loquitur. notat Chassane. in consuetu. Burgund. rub. i. §. 5. col. i. nume. 180. sed licet verum sit, quod ad substantiam gratię ñ requiratur scriptura, est tamen necessaria ad probationem, secundum Bald. in d.l. humanum. & in l. idem Vlpianus. in fi. ff. de excusa. tuto. & alios quos refert Rip. in d. rub. num. 51. cum aliis. & idem tenet Mathe. ab Afflict. in decis. Neapoli. 361. sereniss̃imus num. 17. & decisio. 398. & in constitui. Neapolit. lib. iii. rubrica, 9. nume. 23. licet cōtrarium, quod gratia testibus probari possit teneat Dominic. in ca. duobus. num. 7. de rescr. in 6. & vide eundem in d. procœmio. nume. i. Quo supposito in quę̃stione prę̃habita, omissis multis, quę de iu-
2 re ciuili circa hunc punctum congeri poterāt, habemus singularem. l. ii. titu. 18. par. 3. quę in specie ponit requisita, quę habere debent priuilegia regis, in quibus Rex concedit ali-
3 quē fundum, vel aliud quicquam per priuilegium. & inter alia plura requirit prędicta lex loucm, diem, & horā, & alia huiusmodi. dubium tamen est necessarium, an si in aliquo priuilegio deficiat signum regis, vel locus, vel dies, an tale priuilegium sit inefficax tanquam carens solennitatibus necessariis, quę sunt introductę ad euitandas falsitates, quę in huiusmodi rebus configi solent? Et quidem de iure expeditum est, ꝙ si in scripturis deficiant aliquę solēnitates ex substantialibus, fides illis danda non est, vt plene traditur in l. i. C. de tabula. lib. x. & in c. i. de fide instr. & probatur in l. 54 & in l. iii. tit. 18. par. 3. & in aliis plerisque locis. vnde si in scripturis deficiat signum tabellionis, sunt inualidę. l. fi. C. de assesso-
4 gl. in Auth. de instrumentorū caut. & fi. §. instrumenta. Bar. in procē. Digestorū. & Pau. de Ca. in l. si is qui, nu. 7. & in l. ad testium. §. si quis. ff. de testamentis, cum concotdantibus, vt per Corneum in consil. 296. num. 15. lib. ii. & in consi. 94. lib. 4. & in consi. ccxxvi. nu. iii. lib. iii. & in consi. 94. nu. i. lib. i. & in consi.

Source : BIU Cujas

consil.70.numero,2.libr.iiii.vbi dicit, hoc esse necessarium tam in protocollo, quam in alio instrumento. & Iaso.in l.si stipulatus.§.Chrisogonus.num.46.ff.de verbor. obligation.& Purpura.qui alios refert in l.admonendi.num.223.ff.de iure iuran.& idem Abba.vbi Felin.num.13.dicit, hanc esse communem opinionem in cap.j.de fide instrumē. quorum opinio hodie est confirmata per d.l.54 & l.j.titu.18.part. 3.ibi, *O firmado con signo antiguo que ayan acostumbrado en a, quella sazō* & per l.in curiis Toleti.anno Domini.1525.petitio.31.& in curiis de Segouia.petitio.86.& videtur innuere pragmatica. & in testamento probat.l.3. Taurina, & in nostra specie & materia, quam tractamus.d.l.2.ibi, *la rueda del signo*. Et hoc tenendum est, quamuis Episcop.Couar.in practicis q.nume.5. dicat, communiorem esse opinionem, ꝙ signum non requiritur in scripturis, nisi de consuetudine post Alexand.quem ipse non refert in rub.ff.de nou.oper.num.xiiii.& ista,& alię similes solennitates requiruntur, vt traditur in prædictis locis.& per Couar.in d.cap.Dubium tamen est, an hæc solennitas,& aliæ similes possint remitti consuetudine,& scripturæ absque illis sint validæ.& sane si virtutes & vim consuetudinis sequi debemus, in omnibus,& ꝙ omnia magnæ est auctoritatis. Iura sunt ad hoc plura vulgaria, quæ recensere laboriosum esset opus, potius quam subtile. præcipue tex. in l.si de interpretatione.l.cum de consuetu.l.minime.ff. de legib.l.6.titu.3.par.i.ibi, *e aun a fuerca de ley*.& l.7.eodem.titu.vi detur, ꝙ sicut per legem solennitas scripturarum remitti potest, ita per consuetudinem Et vt quo breuius possim me expediam, pro hac sententia, quod consuetudo possit remittere solennitates scripturarum, est casus expressus in c.cum dilectus.de fide instrument.ibi, quod consuetudo illius patriæ obtinet approbata, quod instrumentis illius regis credatur. vbi glo.& Docto. ad hoc notant illum textum.& ex eo deducitur, quod consuetudo, vt instrumento credatur sine testium subscriptione.& per illum text.dixit Abb.in consi.68. quanquam super vacatione lib.2. nume.2. quod si scriptura tabellionis facit fidem, quando est a consuetudine, vel statuto approbata.& idem Anch.in consi.44. & hanc sententiam in variis casibus & exemplis tenent, & sequuntur Bar. Soc.in consi.86.lib.j.& in cons.87.numer.16.eodem lib. & in consi.277.præmissa consultatio. nume.4.lib.ii. Roman. in consi.204.pro discutienda veritate Alexan.in consi.170. num.1.lib.7.& in consi.124.nume.2.lib.4.Guill.Benedict.in c.Raynutius.in verbo in eodem testamento in i.num.24.de testam.& Pet.Rebu.in tomo.3.ad constitu.Regias.tit.de vsu & consue.in pfatio.num 76.vbi late de hoc agit.& Rochus de Cur.in c.fi.de cons.nu.21.& in glo. in verbo rationabilis. num.34.Petr.de Rauen.in titu.de consuetudinib.in section. 4.num.76.facit d.l.i.titu.18.vnde euenit, quod licet in instrumentis sit ponendum nomen Imperatoris, vel regis illius loci, vt probatur in Authen.vt præponatur nomen Imperatoris.& probatur in hac specie in d.l.2.quod late notatur in d. c.i.& per Bartho.Soc.in d.consi.86.lib i.hæc solennitas consuetudine remittitur, secundum Bar.in l.i.§.si initium.num. 7.ff.de eden.Ang.in consi.118.Felin.in d.c.i. nu.5. & Deci.n. 8.qui citant Abb.in consi.53.in prædicta causa.lib. 2.& ideo dicit Io.And.in add.ad Spec.§.compendiose.versic. sed nunquid, ꝙ consuetudo ex causa vtilitatis, vel necessitatis potest inualidare probationem inualidam.notat Bar.in l. si seruus communis ipsi.ff.de stipula.seruo.& alii, quos refert Feli.in c.2.nume.9.de probatio. & cōsuetudo facit ꝙ credatur scripturæ priuatæ, cui alias de iure credi non debebat secundū Innocen.in c.cum P.tabellio.de fide instrumen. Decius in ℣ si.618.Imo.& alios,in c.2.eod.titu.vbi Anto.dicit, hoc procedere extra territorium vbi viget talis consuetudo quod infra latius tractabitur.notat Ias.in l. admonendi.in repe.n. 95.ff.de iure iuran.versi.quartus casus & in l. si non speciali nume.3.C.de testam. vbi est bonus casus ad probationē nostræ conclusionis.nam tex.inquit, si non speciali priuilegio patriæ tuæ iuris solennitas est relaxata, & testes non in conspectu testatoris.& facit l.rem non nouam.C.de iudi.vbi gl. Bal.& Ias.num.4.dicunt, quod id quod a lege cauetur, si nō est consuetudine receptum si omitatur, nō vitiat actum,& consuetudo est sufficiēs quod aliquod sigillum, quod authēticum non erat, sit authenticum, vt notat Pet. Reb. in tom. i.ad constitu regias titu.de lite.obligat,ar.i.glo. 7.nume.3.citat tex.in d.c.cum dilectus.glos.Barb. & alios.in cle causam de probatio.& nu.8.dat consilium habenti instrumentum, quod est authenticum secundum consuetudinem loci, in quo confectum est, quod petat a iudice vt videat instrumētum,& declaret, quod est authenticum, secundum consuetudinem illius loci vbi confectum est Quare etiam inquit Bald.in l.i.col.2.in versi.sed hic quæro.C.ad Velleia. quod ꝙ consuetudinem receditur a maiori solennitate,& minor solennitas subrogatur loco maioris,& dicitur consuetudo notoria ex inspectione omnium publicorum instrumentorū, & non est necessaria alia probatio.citat tex.in d.Auth.de instrumentorum cautela,& fide.§. oportet.ex quibus omnib. est vera & textualis conclusio, quod consuetudo potest diminuere de solennitatibus, quæ requiruntur in confectione instrumentorum. & ideo memor sum, quod in hac regali Cancellaria, in quodam negotio magnæ qualitatis, fuit data fides cuidam instrumento venditionis multum antiquo, in quo duo tabelliones erant subscripti in scriptura, nec aliquos habebat testes, sed ipsi tabelliones signauerūt scripturam,& fuerunt testes, fuit autem data fides, quia productæ fuerūt aliæ scripturæ illius temporis, & loci in quo facta fuit scriptura venditionis.ex quibus apparuit, quod eandem solennitatem habebāt.& licet in hoc fuit magna alteratio,ad huc fuit illi scripturæ data fides,& pars obtinuit rem, quam petebat per sententiam remissionis, cum haberet negotium desperatum, propter.l.54.tit.18.par.3. Et hoc vltimum comprobatur ex consuetudine Galliæ, vbi si duo tabelliones cōficiant instrumentum valet,& habet maius robur, quam si habeat testes.vt testatur Tiraq.lib.i.de retract.§. 8.glos. 9.nu. 35.& 36.& his etiam addo Bal. in consi. 92.lib.3.numer.13. In hoc autem articulo scire debemus, ꝙ ex pluribus instrumentis, in quibus non reperitur apposita aliqua solennitas, non probatur consuetudo, quod instrumenta possunt confici absque tali solēnitate, nisi probetur, quod talibus instrumentis fides data fuit, & euenerit in notitiam maioris partis notariorum,& populi secundum Abba.in consi. 53.col. 4.in fi.refert,& declarat Aymo in tract.de antiqui.tempo.4. par.nu. 184. Attendendum tamen est, quod hæc conclusio procedit, modo ex solennitatibus, quæ deficiunt in instrumento, non detur occasio fabricandi falsitatem, nam omnes solennitates, quę per leges requisitæ sunt in confectione instrumentorum, sunt introductæ ad euitandas falsitates, q̄ facile in scripturis publicis, quæ non sunt confectæ cum magna cautela confingi possunt. Decet igitur vt his falsitatibus locus non detur,& quod ex consuetudine non omittatur in scripturis solennitas, quæ det causam fabricandi falsitatem. & ideo si omittāt testes, vel tabelliōis subscriptio, vel aliud simile ad substantia: talis consuetudo non valeret, quod ipsa ratio dictat. Et ad id est Bal.doctrina in l.i.col.4.nu. 13.C. de conf.vbi dicit, ꝙ non valet consuetudo, ꝙ credatur omni scripturæ mercatorum, qa ex hoc daretur materia fabricandi falsum.argum.c.2.de consuetu.& in l.conuenire.ff.de pact.dotal.& idem tenet Abba.in c.bonæ.in 2.col.vlti.de postula.præla.& alii, vt per Felin.in c.2.num.8.de proba. Alex. in consi.3.in causa,& lite inter Abraham.lib.2.vbi Parisien. in addi.& notat Rochus de Curt.in d.c. vltim.de consue. in tex.num.27.& ideo non valet consuetudo, vt credatur testibus, qui malam rationem in suis testimoniis dicunt, secundum Io.And.Hostien.Abb.& alios,in rub.de appellati. Ias. in l.de quibus.num.67.ff.de legib.& in l.cum hi §.vlti.igitur num.7.ff.de transactio.late Decius in d.c.dilecti. in princip. nu.xi.de app.vbi plura in confirmationem huius conclusionis,& prędecentis adducit.& idem Decius in consi.37.num. 6.Et consuetudo non potest facere vt non sit necesse, quod in scripturis dies apponatur.& tenet decisio Rotæ in antiqo ribus ordine.7.quam decisionem vitiose retulit Feli.in d.c.i. de fide instru.num. 6. & Decius qui hanc opinionem tenet in c.i. nu. xi.de appellatio. Quod autem de iure sit omnino necessaria appositio diei in instrumento publico, probatur in d.authen.& in l.optimam.C.de contrahend. & commit. stipulatio.& in d.l.54.& in l.114.eod.titu.& prag. de quo per Alberic.in d.l.i.§.si initium.nume.3.& Hippo.in singu.235. Et quid sit in scriptura priuata vide tex. in l.cum tabernam. §.vlti.ff.de pignorib.& Barto.in l.i.num.7.ff.de iusti. & iure, & in d.§.vlti.Purpurat.in l.lecta.num.7.ff.si cert. peta. Alex. in consi.228.num.xi.lib.2.vbi magis communiter concluditur, quod in scriptura priuata non requiritur dies.& est communis opinio, secundum Alexand. in consi.70.nume.6.lib. i.de qua materia plura scribit Tiraquel.libr.2. de retract.§.i. glos.7.num.49.Et certe ex non apposito die, magna potest oriri occasio fabricandæ falsitatis in scripturis, vt aperte patet Præterea locus requiritur in scripturis pro forma, vt constat ex.d.l. partitæ.54. & l.2.præallegatis. & traditur per Anchara.in capitu.i.num.12.de iud.Ang.in consi.220.nume.i. Corn.in consi.60.num.4.& in consil.216.lib.4.Ioan. de Platea, in l.i.C.de apoch.publicis. & adeo est locus necessarius, ꝙ consuetudo in contrarium non valet,& est iniqua secundum decisionem Rotæ.supra citatam.& Deci.in d.c.i.num. 9.& Roman.in l.in illa.ff.de ver.ob.& in l.de pupillo. §.qui nuntiat.ff.de de nouis.oper.Bonifacij.de Vitali. in proœmi. clementi.colum.fi.Stepha.Bertran.in consilio,230.quę iam asserta.lib.ii.& in consil.275.lib.iii. quos etiam sequitur Parisien.in additio.ad Deci.in d.capitu.i.in additio.quæ incipit

Source : BIU Cujas

non valet. Ex quibus apparet, ꝙ hęc eſt magis communis opinio, quamuis illam improbat Barb. in rubri. de fide inſtrum. numer. 96. & de illa dubitauerint Felin. in d. cap. 1. & Alex. in d. §. qui nuntiat. quos refert d. Epiſco. in præall. c. 20. numer. 5. ex quo redditur dubitabilis quædam ſnīa Gregor. Lopez in d. l. 2. titu. 18. par. 3. in gl. in verbo, *el lugar*, vbi contra verba expreſſa illius legis. & l. 4. & 114. eod. tit. quæ requirit in priuilegiis regis expreſſionem loci, dicit, quod illud ꝙ cedit in ſcripturis factis a tabellionibus, & non in ſcripturis factis a principe, quia ſufficit, ꝙ ſint ſigillatæ ad quod adducit. d. l. 114. in illis verbis. *Otro ſi dezimos, que todo priuilegio, o carta de Rey que fueſſe fecha en la manera de como las vſauan en vida de aquel Rey de quien faze y mencion enella, maguer no ſea ſellada: debe ſer creyda en iuyzio, porque ſallamos que algunos reyes, fueron que no vſauan ſellar ſus cartas, mas fazian enellas ſus ſignos.* & facit etiã ſecundum illum. l. 44. eo. tit. in illis verbis. *Otro ſi dezimos, que ſi el priuilegio de ſacordaſe del curſo, e de la manera que acoſtumbrauan hazer los otros priuilegios, que ſolia daraquel Rey miſmo, que no deue ſer creydo.* Et faciunt verba antecedentia prædictæ legis. vbi idem Greg. Lop. in gl. in verbo *el dia.* ſe firmat in ſententia, quam tenuerat. in d. l. 2. inquantum dixit, locum non eſſe de ſubſtantia in priuilegiis regis. & adducit in d. l. 2. ꝙ reperiuntur multa priuilegia data tempore regis Ioannis abſque expreſſione loci, quod verum eſt, & ego vidi multa priuilegia data tempore dicti regis Ioannis abſque loci expreſſione. Hæc ergo ſententia Greg. Lop. non paucam dubitationem habet, propter d. l. 2. quæ eſt apertiſſima. & durum eſt reſpondere ad illam, & ad d. l. 4. quæ hoc in ſpecie requirunt. Ad illud autem de D. Rege Ioanne: cum ille tanquam Rex ſupremus potuiſſet derogare. l. requirentes expreſſionem loci, tã in priuilegiis Regis, quam in aliis ſcripturis, tacite videbatur illas derogare, permittẽdo, ꝙ non apponeretur locus in ſuis priuilegijs. & ſuper hoc maturius eſt cogitandum: quia magna eſt auctoritas Greg. Lop. in interpretatione legum partitarum. Sed an requiratur locus loci in ſcripturis, not Bal.
12 in conſi. 55. lib. 2. Præterea ad hoc, vt conſuetudo reddat efficaces ſcripturas, in quibus deficiunt aliqua de ſolennitatib. iuris, requirunt duo. Primum, ꝙ ſit immemorialis. Secundũ, ꝙ ſit inducta ex tacito principis conſenſu, vt tenet Abb. in conſi. 53. lib. 2. & primum, quod requiratur conſuetudo immemorialis, diſputant Bar. in d. rubr. de fide inſtru. nu. 45. & Epiſcop. Couarr. in d. c. 20. vbi concludit, ꝙ ſufficiunt an-
13 ni 40. Quod dictum ego verum exiſtimo, modo concurrat in tali conſuetudine ſcientia principis, ꝙ expreſſe probatur in l. 3. cum ſeq. tit. 2. par. 1. ibi, *con plazer en cuyo poder ſon.* vbi hoc aduertit Greg. Lop. in gloſſ. in verbo *con intiendolo.* & in gloſſ. in verbo *contra los derechos.* & idem probatur in l. 5. eo. tit. ibi, *Sabiendo el ſeñor de la tierra.* quæ leges aperte docent, quod in hoc regno non poteſt induci conſuetudo contra legem, abſq; ſcientia regis noſtri. Et ideo in Francia eſt ordinatio regia, quod omnes conſuetudines ſcribãtur in quodam libro, & ad principem deferantur, vt eas percipere faciat per conſiliarios magni conſilij, & conſuetudines rationabiles approbet, & irrationabiles ex libro deleat, vt affirmat Petr. Rebuf. in tomo 2. ad conſtitu. regias, art. 2. glo. 17. Et pro hac ſententia facit. l. 1. Tauri. in illis verbis, *e no fueren contrarias.* cum aliis verbis præcedentibus, & ſeq. vbi in ſubſtantia cauetur. ꝙ forus legum, & forum municipalis, non debent ſeruari in his, quæ ſunt contraria legibus regni, quamuis in vſu ſint recepti, vt larius in d. l. cauetur. & licet valeat conſuetudo, ꝙ feuda diuidantur, ſm Old. in conſi. 237. prolatis & diſcuſſis. Hoſt. & Card. in c. licet deuoto. id procedit, ſi talis cõſuetudo ſit ſeruata ſciente, & conſentiente ſuperiore ſecundum Oldr. vbi ſupra. & Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de feudo. col. pen. & alios quos referunt Ale. in conſi. 6. viſa inueſtitura feudi. & Tiraq. in d. tracta. de primogen. q. 4. nu. 39. vbi addit, ꝙ huiuſmodi ſciẽtia non pręſumitur in principe, licet bene præſumeretur in particulari in terris ſuis. iuxta doctrinam Bar. in tract. ad reprimendam. in verbo, non obſtantibus. in fi. Et notat etiam Tiraq ꝙ id procedit, dummodo fuerit obtentum in contradictorio iudicio, & hoc eſt tenendum. quamuis Auendan. lib. 1. de exequen. mand. Regijs. c. 8. nu. 3. teneat, ꝙ in introducenda conſuetudine hodie nõ requiratur ſcientia regis, modo ſit rationabilis per l. 11. ti. 1. lib. 7. ordinamen. quæ lex aperte loquitur in conſuetudinib. præteritis, & cum non corrigat dictas leges partitæ, nec ſit præſumenda illarum correctio, dum id clare non exprimitur: maxime ſtante. d. l. 1. Taurina, correctæ non cenſentur: & ideo Auenda. melius ſentiens. in d. libr. c. 19. nu. 3. contrarium aperte tenuit eius, ꝙ tenuerat in d. c. 8. Et iſtam ſententiam (ꝙ de iure regio ſit neceſſaria ſcientia principis ad inducendam conſuetudinem, quamuis de iure ciuili aliud ſit) tenet Menchaca. lib. 1. controuerſia. c. 3. nu. 3. fol. 9. & ex hoc etiam conuincitur opinio illorum, qui tenent, ꝙ ad ſubſtãtiam conſuetudinis, non requiritur, ꝙ ſit inducta ſciente, & patiente principe, de quo per Bar. in c. vlt. de conſuetudinib. & Corne. in conſi. 255. ex quo ſtatutum. lib. 4. vbi dicunt, ꝙ hæc eſt cõis opin quos refert Rochus de Cur. in d. c. vl. ſectio. 4. nu. 24. Et hæc vltima opin. procedere poteſt in conſuetudine immemoriali, in qua non eſt neceſſaria ſcientia principis. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſtiua. c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſign. Bar. & Imo. in l. ſi publica. Ioan. Lopi. in repetitio. capit. de donatio. inter virũ, & vxorem. Greg Lop. in d. l. 3. in gl. in verbo, *conſintiendolo.* in fi. Auendan. in d. tracta. de exequen. mandat. regijs. c. 1. nu. 22. & eſt cõis opin. ſecundum Balb. in tracta. de præſcript. par. 5. quintæ par. principal. nu. 32. & Otaloram de nobilita. c. 7. nu. 21. notat Deci. in conſi. 85. nu. 2. Ale. in conſ. 6. viſo teſtamento. lib. 1. & Egid. Boſſi. qui hoc notabiliter tradit in practi. criminal. tit. de regalijs, nu. 21. Rebuf. in tracta. de nomina. q. 12. nu. 39. cum aliis. quibus adde Tiraq. in tracta. de nobilita. c. 14. num. 2. cum aliis. vbi ex hoc diſputat quæſtionem, an in præſcribenda nobilitate requiratur ſcientia ſuperioris? & Epiſcop. Couarru. in regula poſſeſſor. de reg. iur. in 6. & fo. 9.
14 Attendendum etiam eſt in hac materia, ꝙ ſcriptura maioratus, quæ habet ſua ſolennia, ſecundum leges, vel conſuetudines Hiſpaniæ, vbiq; facit ius & fidem. licet loco, in quo exhibetur, aliæ ſolennitates requirantur ſecundum Io. Fab. in l. 1. col. 9. in verſi. ſed quid ſi non debetur. C. de ſum. Trin. & fide catho. vbi dicit, ꝙ ſi in hoc loco ſcriptura ſit Authentica, licet in alio loco, in quo exequitur non ſit Authentica debet exequutioni mandari: quia eſt inſpicienda conſuetudo loci, in quo confecta eſt. l. ſi fundus. ff. de euictio. & idem tenet Petr. Rebuf. in tomo. 1. ad conſtitu. regias. titu. de liter. obliga. arti. 1. glo. 9. pro qua opinione eſt. l. vlt. ti. 14. par. 5. ibi, *e por ende dezimos, y mandamos, que toda leyde eſte nueſtro libro, que alguno allegare ante el iuzgador para probar y aueriguar ſu intencion, que ſi para quella ley ſe prueua lo que dize, que vala, e ſe cumpla: e ſi por auentura allegaſſe ley o fuero de otra tierra, que fueſſe fuera de nueſtro ſeñorio: mandamos que en nueſtra tierra no aya fuerca de prueua, fueras ende en contiendas, que fueſſen entre omes de aquella tierra ſobre pleyto o poſtura, que ouieſſen hecho enella, o en razon de alguna coſa mueble, o rayz de aquel lugar: ca entonces maguer eſtos extraños contendieſſen ſobre a quellas coſas ante el iuez de nueſtro ſeñorio bien pueden reſcebir la prueua, o la ley, o el fuero de aquella tierra que allegaren ante el.* cuius legis verba ea ratione inter alias retuli, quia ſunt contra quandam opin. Ioan And. in addi. ad Spec. tit. de inſtrum. edi. §. nunc dicendum. in addi magna. in verſi. 6. eſt, tempus obſeruatio. vbi dicit, ꝙ licet conſuetudo faciat Auth. ſcripturam, quæ alias de iure non erat, iuxta dictum. c. cum dilectus. & d. l. 114. & 44. id non procedit ad hoc, vt faciat fidem extra territorium, vbi illa viget conſuetudo. Et idem tenent Bal. & Feli. nu. 35. in d. c. cum dilectus. not. Ale. in conſi. 138. nu. 5. lib. 1. & idem Bal. in l. exemplo. C. de prob. vbi hoc limitat, niſi extra territorium verteretur quęſtio inter homines illius loci. quod canetur in d. l. partit. & idem Felin. in c. 2 nu. 8. de probat. Moder. Pariſien. in conſuet. Pariſi. tit. 1. §. 5. nu. 25. hęc igitur ſententia Ioan. And. eſt expreſſa ꝺ dictam l. partit. & de iure ciuili de illa etiam dubitari poteſt: nam cum conſuetudo, & lex pluribus pro maiori par. ęquiparentur. d. l. diuturna. ff. de legibus. l. 6. & 7. titu. 2. part. 1. cum concordanti. & contractus debeant fieri iuxta leges cuiuſq; loci, & vbique faciunt fidem. d. l. ſi fundus. ff. de euicti. & tota ſcribentium ſchola in l. 1. C. de ſumm. trinit. & fi. catholi. ſequitur, quod idem dicendum eſt in ſcriptura confecta ſecundum cuiuſq; loci conſuetudinem. & pro hoc facit dictũ Aæto. in d. c. 2. de fide inſtrum. quem ſupra retuli. & expreſſa l. ſi non ſpeciali. ſuperius citata. & vna & eadem res, non debet diuerſo iure cenſeri. l. eum qui ędes. ff. de vſucap. cũ concordant. & in teſtamento ſeruari debent ſolennitates illius loci, in quo cõfectum eſt, vt late poſt antiquos tractat licen-
16 tiat. Tello. in l. 3. Taurina. parte. 2. nu. 1. in princ. & his etiam junge Rochum de Cur. in d. c. vlt. de conſuetu. ſect. 9. nu. 8. & num. 46. & de illa doctrina Ioan. Andr. dubitat non ſine ratione Moder. Pariſien. in additio. ad Alexan. in conſi. 16. lib. 5. in additio. quę incipit, extra. vbi dicit, quod ſcriptura ex archiuo deducta, probat vbique in vim iuris communis, dũmodo ſit archiuum publicum, & legitima auctoritate conſtitutum, in quo non reponuntur niſi ſcripturę authenticę, & non agatur de commodo eorum, quorum eſt archiuum. Et idem tenet contra communem. in d. §. 5. nume. 29. Sed an huiuſmodi ſolennitates ex antiquitate pręſumantur, ſi de illis in licentia, conceſſione, & priuilegio principis non appareat, decide ex notatis ſcriptis, & relatis. in 45. queſtio. ſupra
17 eodem. In iſta etiam materia notandum eſt, quod priuilegium, vel donatio regis, quod continet diuerſum ſtylum ab alijs priuilegijs, vel donationibus illius regis, præſumitur ſuſpectum de falſo. vt probatur in l. 44. titulo 18. par. 3.

quam

Source : BIU Cujas

quam ſupra retuli.num.11. & facit etiam quod probatur in c.cum cauſam, vbi Abb.vlt.notab.de teſtib.& in c.ſuper his. de fide inſtr.vbi Abb.nu.3.& in c.ex parte.de capel.monach. & in c.porrecta.de confirm.vti.vel inut. per quæ iura & alia tenet Roderi.Suar.alleg.27.verſic. ex alio probatur.q̃ legitimatio quę habet clauſulam inconſuetam contra ſtylum regis concedentis eſt ſuſpecta de falſo, non tamen refert dictã legem partitæ. cui adde Bald. & DD. in l.teſtamentum non ideo.C.de teſtamen.Feli.in c.2.de reſcrip.& in c.tertio loco. num.6.de probat.Barth.Soci in conſi.262.in cauſa magnifici.lib.2.Deci.in conſi.399.nu.8.& in c.ex parte,nu.6. & in c. ad hæc,nu.2.de reſcrip.Iaſ.in l.2.§.1.nu.16.ff. de verb.oblig. Tiraquel.lib.2.de retract.conuentio.in præfatio.libri.nu.32. Epiſcop.Couarru.lib.3.reſolutio.c.7.nu.6. Rebuf. in tom.3. ad conſtitu.regias,tracta.de conſuetud.arti.2.glo.13.nu.34. eundem Barth.Soci.in conſi.90.num.1.lib.3. Hippol.in l.de minore.in prin.nu.14.ff.de quæſt.Bal.in c.ex literis. de renũ. Iaſ.in conſi.170.nu.1.lib.2.Ioan.de Anan.in conſi.58.nu.4.
18 Deci.in l.quæ dubitationis,nu.3.ff.de regul.iur. Et an exempla horum donationum & inſtrumentorum probent, licet originalia non reperiantur, conſtat ex latiſſime ſcriptis per Moder.Pariſien.in conſuetudin. Pariſien. titu.1.de materia. feuda.§.5.nu.33.cum ſequentib. vbi de hoc, & de alijs conſimilibus quæſtionibus, quæ circa noſtrum propoſitum ſe offerre poſſunt pleniſſime agit, quem vide vbi res exegerit. Cui adde egregium conſilium Ale.150.nu.5.lib.6.vbi.num. 8.tradit, an in antiquis credatur ſcripturæ, & priuilegio regis ſine ſigillo?

19 ANTEA etiam quam hinc abeam, reſoluere oportet quæſtionem, ſi forſam ipſa ſcriptura maioratus ex aliqua cauſa ſit inualida, an nihilominus maioratus ſuſtineatur? In quo (vt paucis agam, & negocium reſoluam) dico, q̃ licet ipſa ſcriptura maioratus ex aliquibus cauſis ſit inualida (de quibus ſupra actum eſt) ſi tamen de contractu, & conuentione alias appareat, non vitiatur maioratus, imo ſuſtinetur: quia inſtrumentum eſt ſcriptura tabellionis de conuentione partium facta, cõtractus vero eſt ipſa conuentio,ſecundum Bartol.in l.ſi quis legatum,nume.2.ff. de falſ. & Bal.in l.vlt.C.de fal.cau. adie. lega. & dicit Bart.quod poteſt eſſe inſtrumentum inualidum,& contractus validus, & e conuerſo.& generaliter, quod vitiato, annullatoq; inſtrumento,non annulletur nec vitietur contractus,ſi modo de eo alias appareat,tenent Imo.Raphael.Cuma.Paul. Ale.& Iaſ. in l.ſeruum filij.§. eum qui chirographum.ff. de legat.1. idem Raphael.in l.huiuſmodi.§.ſi ita.ff.eo.tit. & alij plures, quos refert Tiraquel.in tracta.de vtroque retract.§.2.gloſ.1. nu.1.cum ſequentibus,cui adde Roderi. Suar.in l. poſt rem. limitatio.7.Decium in conſi.17.Bartho.Socin.in conſil.31. lib.3.Purpurat.in l.ſingularia,nu.124.ff.ſi cert.peta. Gregor. Lopez.in l.47.in glo. *a que deudo*. titu.9.par.6.Auenda.in tracta.de exequen.mandat.regijs.c.10.nume.6. in quibus locis reperies plures quæſtiones ex iſto principio deciſas. Et hoc confirmatur ex celebri doctrina Innocen.in c. cum venerabilis,de exceptio.vbi dicit, q̃ ſi aliquis contractus ex aliqua cauſa ſit inualidus, confeſſio tamen in tali contractu appoſita eſt efficax.quem ſequuntur ibi Abb.num.35. verſi.quartus caſus.& Felin.nu.26.Bal.in c.poſt inquiſitionem. num.3. de electio.Bar.in d.l.poſt legatum.nu.2.verſi. contra hoc oppono.& in l.certi condictio.§.ſi numos,numer.10.ff.ſi cert. petat. & in l. ſi ſtipulatus.§. Chriſogonus.per illum tex.ff.de verbor.oblig.Iaſ.in l.legata inutiliter. num.17.ff. de legat.1. Suar.in allegat.27.Hippol.in rub.C.de probatio. num.306. & eſt notabile conſilium Roma.293.late Tiraq.in tract. de conſtitu.limita.7.nu.18.& bene Bartho.Soci.in conſil.2.nu. 1.lib.3.Et pro iſtis facit tex.in l.eleganter,in prin.ff. de dolo, vbi probatur, quod ſi contractus principalis eſt nullus, valet tamen exequutio vigore talis contractus facta, puta traditio,& liberatio.idem volunt glo.Bar. & DD. in l. ſub prætextu.C.de tranſact.vbi Iaſ.nu.10. & facit doctrina Bal. in l. plane.ff.quod fal.tut.Auth.vbi dicit,quod ſtante ſtatuto, q̃ poſt decem annos non poſſit peti exequutio inſtrumenti, de quo nos habemus.l.3.tit.13.lib.3.ordi.& l.63.Taurinam: poterit tamen ſecundum Bal.produci inſtrumentum, præteritis decem annis ad probationem. Et hanc doctrinam ſequitur, & late confirmat Suare. in d.l.poſt rem.limitat.6. pagi.306. & conſtat ex d.l. ordinam. nec minus facit.l.2.C. commu.vtriuſque iudi..vbi licet ſententia nõ valeat in vim confeſſionis, valet tamen in vim pacti. per quam dixit Marian.Socin.in c.fraternitatis,de hæret. quod licet inſtrumentum cõfectum per notarium non valeat in vim inſtrumen
21 ti,valet tamen vt confeſſio. Et ex iſtis dixit Ang. quem omnes referunt (ego tamen id non reperio in meo libro, ſed quia plerique magnæ auctoritatis eum citant, ego etiam refero) is in quam.in l.1.C.de præſcrip.30.anno.dicit,q̃ quando ſtatuto cauetur,q̃ mulier non poſſit contrahere abſque conſenſu propinquorum,ſi mulier contrahat ſtatuti forma non ſeruata, tamen confeſſio facta per eam in inſtrumento probat omnia geſta.quem referunt Alex.in d.l.ſi ſtipulatus. num.11.Iaſ.in d.§.ſi numos,num.35.Suarez in d.l.poſt rem. limitat.6.num.4.Tiraq.in tract.de legibus connubialibus in verbo,contracter.glo.5.num.112.vbi etiam dicit,quod non inuenit hoc in Angelo.hæc autem opinio Ange. (vt obiter hoc dicam) mihi non applaudet,quantum ad intellectum noſtrarum legum regalium, quæ prohibent, mulieres nuptas contrahere abſque licentia maritorum:nam ſicut mulieribus nuptis non licet contractus facere abſque maritorum licentia,ita neque aliquid confiteri. quod probatur ex his, quæ late ſcribit Iaſ. in d.§. ſi numos. & ex diſpoſitione, verbis, & intentione noſtrarum legum regalium. quod latius fundari poterat,ſi non eſſet extra materiam.Solummodo hoc in loco etiam animaduerto, minime inter nos procedere quandam ſententiam Bart. in l. apud Iulianum.§. ſi pupillus,num.3.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſ.eatur, vbi dicit, quod ſi ſtatuto cauetur,quod mulier non poſſit contrahere ſine licentia proximorum cõſanguineorum, poteſt tamen mulier adeſſe iudicio,& aliquid confiteri. quæ opinio attenta.l.55.Taurina,apud nos non eſt ſeruanda.

SVMMARIVM.

An filius poſſit diminuere legitimam patri, virtute licentiæ patri conceſſæ.

QVAESTIO LXIII.

SExageſimo tertio quæro, An ſi pater impetret regiam facultatem ad faciendum maioratum, & ad diminuendum legitimam filio, an filius poterit vti priuilegio patri conceſſo, diminuendo ei legitimam, quæ patri competit per l.6. Taurinam? Cui quæſtioni ſatisfacere poſſumus cum doctrina Bal.in l.vlt.col.2. in verſic. pone princeps.nu. 7.C.de fruct.& lit.expen. vbi dicit, quod ſi princeps conceſſit mihi poteſtatem teſtandi diminuta legitima filio emancipato:quod filius non poterit vti tali licentia,& priuilegio, diminuendo patri legitimam: quia tale priuilegium eſt perſonale, & perſonam non egreditur.l.quia perſonale.ff.ſolu. matrimon.cum concordantibus.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis.*
2 *Relatione facta ab illo,qui poteſt principaliter diſponere,ſufficit conſtare de mente illius, quamuis de relato non appareat.*
3 *Si quis ſtatuat in maioratu nouo, quod ſeruentur omnes conditiones, quæ aderant in maioratu antiquo,ſi de illo appareat,ſeruandæ ſunt, alias ad leges,conſuetudines,& coniecturas peruenitur.*
4 *Principis verbis enuntiatiuis,quando non credatur?*
Si non apparet de conſtitutione maioratus,villæ,vel alterius loci, & princeps dat facultatem, quod cauſa habeat titulo maioratus, ſicut anteceſſores ſui habuerunt,an hæc ſufficiat?

QVAESTIO LXIIII.

SExageſimo quarto Dubitatur prīceps cõfirmat alicui,quod habeat aliquam villam, vel locum, aut aliam rem titulo maioratus, ſicut aliquis anteceſſor illius eam habebat:an ſi non appareat de alia licentia ad confectionem maioratus, ſuffiat illa pro licentia? In quo vera, & ſolida eſt concluſio, quod ſi dicta verba apponũtur diſpoſitiue,& ex certa ſcientia principis,diſpoſitio non ſuſpenditur, neque conditionalis redditur, ſed eſt pura & efficax, etiam ſi aliter non appareat de relato,& cauſa ad quam dicta verba referuntur, nec eſt opus eam probare, vt probatur in capitulo penulti. vbi Anton.& Abb.de confirma.vti.vel inuti. & tenet Bartol. in tracta.ad reprimendam. in verbo, prout. & in l.eum qui.§. Iulianus.2.ff.de conſtitu.pecun. late Felin.in capitulo ſecundo,verſic.ſcias etiam.de reſcrip.cum concordant. vt per Modern.Pariſien. in prima parte conſuetudin. Pariſienſ. titulo primo,de mater.feud.§.1.numero 67.quem lector omnino legat.cui adde Iaſ.in Authen. ſi quis in aliquo documento. C.de eden.latius Deci.in l.edita.numero 86. eodem titu.qui plura refert. & rectius explicat in conſil. 63. numero 5.& 6.

Source : BIU Cujas

Si autem verba apposita in concessione sunt sine causę cognitione, siue in forma communi: tunc prædicta verba stant conditionaliter, & si non apparet de facultate regia antea concessa ad confectionem maioratus, ex tali confirmatione non censetur data licentia de nouo ad faciendum maioratum, vt constat ex doctrina Bar. in d. verbo, prout. nume. ij. probatur in c. examinata, de confirma. vti. vel inuti. & in ca. quia diuersitatem. de concessio. præben. explicat latius Paris. in d. loco. num. lxix. apud quem alia reperies ad rem hanc cõgruentia. ideo ego hoc in loco non reperio. vbi etiam inuenies, qualiter confirmatio dicatur esse in forma communi, vel in forma speciali dispositiua, quod in paucis locis reperitur. & explicat recte Egidius Bossi. in suo tracta. titu. de prin-
2 cipe. num. 348. cum aliis. Et hæc distinctio etiam comprobatur, quia quando fit relatio ab eo, qui potest principaliter disponere, & actum de nouo facere, sufficit constare de mẽte illius quamuis de relato non appareat, alias secus. l. si donatio. C. de donatio. quam refert Bar. in l. admonendi. num. 44. ff. de iureiuran. & alii, vt per Deci. in ca. cum venerabilis. nu. 23. de exceptio. & in cons. 169. num. 4. & in cons. 325. nume. 3. & 374. num. 4. Alexan. cons. 46. num. ix. li. i. Rod. Suarez in l. post rem iudicatam. in versi. visum est supra. fol. 148. in impressione antiqua. & in noua, pag. 334. nu. v. & facit doctrina Bar. in l. si sic. §. i. ff. de lega. i. vbi post Dinum ibi dicit, ꝙ si comes ait, cõcedo ecclesię quicquid iuris habeo in tali fundo, nisi ostendatur quale, & quantum ius habeat comes in tali fundo, nihil operabitur talis concessio propter incertitudinem. Et idem vult Oldrad. in cons. 163. & alii, vt per Alexan. & Parisi. ibi, in cons. 28. li. i. nu. 7. & inquit Rip. respon. 170. num. x. ꝙ confirmatio regaliorum, & pascuorum facta Archiepiscopo secundum antiquam, & rationabilem prędecessorum consuetudinem, nihil noui inducit, sed antiquam cõcessionem approbat. Ex quibus infertur, ꝙ si quis faciens de nouo maioratum morte forte præuentus, vel in curia detẽtus, vel propter aliam causam dicat, quod vult, quod in hoc
3 maioratu, quem de nouo facit, & in quo est illi libera dispositio, obseruentur omnia, quæ cauẽtur in maioratu antiquo: nam si quidem apparet, si scriptura maioratus ad quem se testator retulit, illa præcise seruabitur, ꝙ si de ea non constet recurrendum erit ad consuetudinem præteritam, & antiq̃ maioratus antiqui, de qua si non constet, ius commune seruabitur. Quæ distinctio colligitur etiam ex l. si seruus pluriũ. §. vltim. ff. de lega. i. & ex doctrina Bar. in l. hæredes. mei. §. cũ ita. ff. ad Trebellian. & de ista materia vide etiam quæ scribit Thomas Grammati. in cons. 59. & Alberi. in l. i. num. 3. C. de Episco. & cleri. vbi distinguit in ista materia dicens, quod aut datio, & confirmatio pertinet ad eundem, & tunc qui confirmat dat, aut ad vnum datio, ad alterum confirmatio: & tũc non. & ita dicit concordari iura, quæ circa hoc videntur discordare. Et est etiam animaduertendum, quod licet regulariter credatur verbis Papę, vel principis attestantium aliquid etiam enuntiatiue clemen. i. de præben. cum concordant. verum est, nisi papa asserat narrata per ipsum sibi fuisse iusta: quia tunc uult sibi non credi nisi de veritate appareat. c. ex literis, de fide instrumen. c. si papa. de priui. in vi. clemen. si dignitatem. de præben. not. Card. in d. clem. & confirmat Ripa. respon. 8. num. 3. quæ conclusio est valde necessaria ad licentias, quæ conceduntur ad faciendos maioratus, vel ad alienãdum bona maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *A ratione legis, vel extante, aut cessante, licet argumentari.*
3 *Scriptura priuata, dicitur scriptura.*
4 *Scriptura priuata recognita, plene probat.*
5 *Scriptura recognita; habet vim scripturæ publicæ, & exequutionem paratam.*
6 *Maioratus vel melioratio in epistola facta, quę postea fuit tradita ante tabellionem, facit maioratum irreuocabilem.*
7 *Vis tota irreuocabilitatis meliorationis, aut maioratus, consistit in traditione scripturæ, aut tabellionis.*
8 *Dissoluitur quoddam dubium Ioan. Lopii.*
9 *Intellectus ad l. 22. Taurinam.*
10 *Communis vsus loquendi, qualiter præferatur propriæ significationi, late docetur.*
11 *Scripturam maioratus amissam, sufficit testibus probare.*
12 *Scripturam maioratus, si non sit solemnis, an possit adiuuari dictis testium.*
13 *Possessorium non exigit scripturæ recognitionem.*
An ad irreuocabilem meliorationis, aut maioratus, sufficiat facere meliorationem aut maioratus per epistolam, & tradere ante tabellionẽ per scripturam publicã?

QVAESTIO LXV.

SExagesimo quinto inquirere oportet pro intellectu istius materiæ: scim⁹ quod ex dispositione legum 17. & 44. Taurin. pr̃ & mater nõ possunt reuocare meliorationem, & maioratum si tradiderint scripturam meliorationis, aut maioratus ante tabellionem publicum, quamuis non tradant scripturam vel scripturas rerum contentarum in melioratione, vel maioratu, quæ est cõmunis opinio Doctorum ī prædictis legibus. & ab illis aperte deducitur. Sed an sit necesse, ꝙ scriptura ipsa, in qua melioratio vel maioratus fit a tabellione publico sit celebrata, vel sufficiat quod ipsa traditio sit a tabellione publico confecta, quamuis ipsamet principalis scriptura sit priuata auctoritate scripta, Doctores non tãgunt in prędictis legibus, ad quarum tamen intellectum est valde necessarium, & ad nostram materiam, quam prosequi
1 mur etiam expedit. Et quod sufficiat, quod melioratio, vel maioratus sit factus in priuata scriptura, de cuius fide, & auctoritate, & probatione non dubitetur, quamuis sola traditio sit facta ante tabellionem, clare probari videtur ī dictis legibus, quę ambæ dicunt. *O le ouiere entregado la escriptura dello ante escriuano.* ecce ergo qualiter hæc lex solum vult, ꝙ traditio sit facta ante tabellionem scripturæ ipsius meliorationis vel maioratus, non autem præcise requirit, ꝙ maioratus ipse vel melioratio sit confecta a tabellione publico & non sine mysterio prædictæ duæ leges, in solo actu traditionis requirunt publicam tabellionis fidem. & ratio prædictarum legũ illa esse videtur, quia cum actus fit apud tabbellionem, efficitur publicus, & de illo controuerti non potest, nec per partes inficiari, ad quod illę leges habuerunt considerationem, & p̃cipue respectum. Et hæc videtur esse vnica, & primæua
2 ratio illarum legum, quæ quamuis non exprimatur, debet haberi ꝑ expræssa, & ab ea, vel a simili vel eadem, vel a cessante ipsa, vel alias argumentari possumus iuxta gl. famigeratam. in l. quamuis. in verbo. curauit. C. de fideicommiss. vbi DD. cuius glo. opinio communis est secundum Deci. in cap. suggestum. num. 2. de appella. Ias. in l. more. num. 40. ff. de acquir. & notatur per eundem Ias. in l. siue apud acta. nume. vi. C. de transactio. & in §. omnium. num 38. de actio. quos addo ad Tiraquel. in legib. connubialib. in glo. v. in verbo, exprez. glo. 7. num. 145. latius in tract. de cessan. cau. par. i. limit. 21. num. 8. quando igitur de veritate scripturæ non dubitat, quia verificatur aut per legitimam probationem, aut per re cognitionem (vt statim dicetur) satisfit dispositioni illarum legum. Hoc etiam fulcitur, quia non vitiatur dispositio testatoris, nec dicitur captatoria quando testator dixit in testamento, volo ꝙ hæres meus det illud, quod scripsi in schedula, quę reperietur apud guardianũ fratrum minorum. si appareat ex literarum comparatione, vel ex aliis legitimis indiciis, quod schedula est propria testatoris, & scripta vel subscripta illius manu, vt est famosa doctrina Bar. in l. si ita scripsero, ff. de conditio. & demon. quam confirmaui, & ad aliud propositum induxi in q. 28. supra eod. ver. hoc etiam in capite. nu. liiij. vbi videndum. nec minus facit tex. in l. si aliquid, de donatio. ibi, si aliquid per epistolam donatum tibi probetur, breuitas chartulæ donationis si hęc recte facta probẽt,
3 nihil quicquam derogat. Et est bonus tex. in l. si donatio per epistolam facta. eod. tit. vnde fere in terminis nostris dicit, & late sustentat Nicolaus Boerius in decisio. 171. numer. 17. cũ sequentibus, quod valet donatio facta per epistolam filio, nascituro fauore matrimonii, si epistola sit modo legitimo comprobata, etiam si talis scriptura sine die & cõsule facta appareat. Refert inter alia quoddam consilium Pau. de Castr. quod non inueni. Item, quemadmodum scriptura publica uocatur scriptura dicitur nihilominus scriptura. l. scripturas. C. qui potiores in pignore habean. & tenent expresse Bal. in l. i. C. de iuramen. calum. Inno. in c. i. de senten. excõmuni. li. vi. ibi, scripturis publicis, siue priuatis. Et ad hoc alia refert Mathe. ab Afflict. in decisio. Neapoli. 272. deinde in alia, vbi tradunt, ꝙ scripturæ priuatæ fidem facientes, possunt produci post conclusionem in causa, sicut alię scripturæ publicæ. & notatur per Petrum Rebuf. in tom. 3. ad cõstitutio. regias. titu. de chirographis. numer. ii. Notat Roma. qui refert Specu. in cons. 23. num. 2. ex quibus apparet, ꝙ verba iila prę
4 dictarum legum ibi, *o le ouiere entregado la escriptura dello.* verificari possunt tam in publica, quam in priuata scriptura. Hinc fit, ꝙ schedula siue apocha recognita, habet vim plenæ probationis, l. Publia. ff. depos. l. cum antiquitas. C. de testam. notanter Bar. Soci. in cons. 68. li. 4. explicat latius Rebuffus. vbi supra. num. 25. Moder. Parisi. in consuetudi. Parisien. part. i. §. v. num. 16. Episcop. Couarru. in practicis quæstio. q. 22. nu. 7.

Et

Source : BIU Cujas

5 Et etiam habet vim scripturæ publicæ factę per tabellionē vt probat expressa l.119.tit.18.par.3.vbi lex loquens de scriptura publica dicit, *Si la parte contraria, quien aduzen tal carta como esta la otorgare, deue valer, bien assi como si fuesse fecha por mano de escriuano publico.* quæ lex videtur expressa pro hac sententia saltim vbi scriptura priuata est recognita. Et idem & quantum ad nostrum propositum, quando scriptura priuata cōprobatur legitimo modo, & vbicunque scriptura priuata ꝓbat dicitur publica secundum Bar. Soc. in consi. 62. num. xx. lib. i. qui ad hoc refert Specu. ti. de instrumē. editio. §. nunc dicendum. ver. & generaliter. vbi dicit, quod generaliter omnis scriptura dicitur publica, cui de iure, vel speciali consuetudine creditur per c. dilectus. de fide instrumen. & scriptura priuata, quæ in actis reperietur, habet vim publicæ scripturę, secundum Bal. in l. nec in arbitris. notab. 3. C. de arb. de quo latius per Iaſ. in l. admonendi. in lectura. num. lviij. ff. de iureiu. immo priuata scriptura recognita apud nos, exequutionem paratam habet iuxta pragmaticam Madritii anni. 1550. in ordine vltim. quæ est translata in l. v. tit. 21. libr. 4. ordi. nou. de qua per eundem Episco. Couarru. resolutio. lib. 2. c. xi. num. 3. & idem est in Gallia, vt constat ex scriptis per Rebuf. vbi supra. num. 44. cum sequentibus. quibus adde Tiraque. lib. 2. de retract. conuentio. §. i. glo. 7. num. 43. cum pluribus sequentibus. Et facit egregia l. imperator. ff. de probation. ibi, sed & epistolas, quæ vxoribus missæ allegantur, si de fide earum quæratur, nonnullā vicem instrumentorum obtinere decretū est. Ecce ergo qualiter hęc lex epistolam vocat instrumentum.

6 Ex qua lege etiam inferri, potest quod etiam si quis per epistolam faciat meliorationem aut maioratum in filium, dūmodo ante tabellionem postea illam epistolam tradat, efficitur maioratus irreuocabilis, & testatoris voluntas etiā priuata scriptura declarari potest, secundum Bar. in l. alimenta ff. de alimen. lega. Deci. in consi. 454. num. 11. pro quibus est tex. in l. institutio talis. ff. de hęred. institu. vbi probatur, quod licet non ualeat institutio in codicillis facta, si tamen instituitur in testamēto is, quem testator dixit se in codicillis nominaturum, institutio hæredis valet. ad quod est bona l. 8. ti. 3. par. vi. & facit l. xi. eo. titu. in ver. *Otro si.* in verb. *a algun ome sabio.* Et priuata scriptura vocatur instrumentum. l. instrumē ta. ibi, instrumenta domestica, siue priuata testatio. C. de probatio. & vocatur scriptura schedula priuata. l. exemplo, C. de probatio. ibi, exemplo perniciosum est, ut ei scriptura credatur, qua vnusquisque sibi annotatione propria. & l. i. titu. 18. par. 3. quæ est expressa pro ista opinio. in principio, & in fine. Et appellatione instrumenti, venit proprie priuata scriptura l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verbo. signi. notat Tiraquel. lib. i. de retract. §. ij. glo. i. num. 29. vbi tamen dicit, aliud esse ex communi vsu loquendi. & ibi tradit quæstionem, an in retractu sufficiat constare de prętio rei uenditæ per schedulam priuatam. & conducit quod notat idem Tiraquel. li. 2. de retract. §. i. glo. 7. num. 57. licet Petrus Bebuf. tom. i. ad cōstitutio. regias. titu. de lite. obliga. in prin. num. 4. tradat, quod tam de iure, quam de communi vsu loquendi instrumenti appellatione uenit solum publicum instrumentum. Item

7 ista conclusio corroboratur, quia tota vis irreuocabilitatis meliorationis vel maioratus, cōsistit in traditione scripturę, quia ex hoc censetur possessio tradita, vt tradunt scribentes in dictis legibus. & Anto. Gom. in l. 45. Tauri. num. 56. Episc. Couarru. lib. 2. resolutio. c. xvi. num. 12. Tiraquel. in tracta. de constitutio. parte. ii. ampliatio. 3. num. 5. vnde quantumcunque scriptura aliqua sit facta apud iudicem, & cum aliis pluribus solemnitatibus, quæ tamen non habeat aliquas clausulas, quę operantur translationem fictæ possessionis, vt constitutum, reseruatio vsusfructus, & a quocūque publico tabellione confecta, non inducit irreuocabilitatem donationis: quia tota vis consistit in ipsa traditione, & in eo, quod fiat a tabellione, quia est persona publica, & publicam habet auctoritatem Magna. n. est vis tabellionis in trāslatione possessionis, vt præter plures antiquos explicat Tiraq. in d. tractat. de consti. limitatio. 30. num. 8. cum sequentibus Et pro ista opinione adduco etiam singularem legem. 3. tit. 14. par. i. ibi. *e deue se fazer por carta de escriuano publico: o del señor que la da.* Ex qua lege constat, ꝙ licet in emphiteusi requiratur scriptura publica, sufficit scriptura illius, qui rem concedit in emphiteusim, quæ lex sufficit ad decisionem huius dubii, & ad alia

8 plura est notabilis, & egregia. Et ex his dissoluitur quoddam dubium, in quo cogitandum reliquit Ioann. Lopi. in d. l. 17. ver. in eo quod lex. vbi dicit, ꝙ lex illa sentire videtur, ꝙ in traditione instrumenti requiritur persona publica. nec sufficit, ꝙ coram te. lib. fiat. & postea dicit esse cogitandū, & sine rō ne (iudicio meo) cū illa lex hoc clare dicat. & d. l. 44. nec est

9 cur in hoc dubitetur. Et vt ad rem redeam, ista conclusio ēt ostenditur ex. l. 22. Taurina. vbi licet pater non possit filium meliorare, quādo fecit scripturam publicam de non meliorando, quod statuit in prima parte illius legis, statim in secūda parte dī, ꝙ si pater promisit per viā matrimonij, aut per aliū contractum onerosum meliorare aliquem filium, tenetur promissionem adimplere, & si non adimpleat, vita functo, melioratio habeatur pro facta, quæ lex in hac secunda parte non exprimit esse necessariam scripturam publicam. Nec contra hanc inductionem argui potest, quod illa verba, *por escriptura publica*, debent referri etiam ad secundam legis partem: quia cum d. l. 22. in prima parte contineat diuersum casum, & dispositionem ab his, quæ continentur in secunda parte, & vtraque illarum contineat orationem perfectam & specialem, vna nam refertur ad aliam, iuxta doctrinam Bald. in l. prima. C. de legi. hæredibus. notatur per Iaſo. in consilio 51. libro primo. numero 2. & in consilio 153. lib. 2. & in l. talis scriptura. numero 10. §. de leg. primo. & cum in secunda parte illius legis nihil cautum sit de scriptura publica, seruandum est ius commune: quia casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime. ff. de liberis & posthumis. l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dotalib. cum concordan. & cum de hoc nihil dicta lex caueat, nec nos dicere debemus. l. si seruus seruum. §. non dixit prætor. ff. de acquirenda hæreditate. cum similibus. Item lex debet intelligi secundum regulas iuris, & non secundum casus speciales. l. suus quoque. ver. puto. ff. de hæredibus instituen. c. ad decimas. de restitutio. spolia. in vi. notat Iaſo. in l. si creditori. numero 17. ff. de leg. primo. Et si instaueris, quæ sit ratio differentiæ inter vnum casum, & alium? dici potest, quod non omnium, quæ in iure sunt, ratio reddi potest. l. nō omnium. ff. de legib. sed nihilominus rationem differentię ponit Licētiat. Tello ibi numero 5. vbi ex hoc infert intellectum ad l. 17. dicendo, quod in casu illius legis, irreuocabilitas donationis cōsistit in auctoritate tabellionis, & si coram alia persona traditio instrumenti fiat, melioratio est irreuocabilis, & reputat hoc esse singulare. Et ex hoc etiam fortificatur intellectus, qui in hac quæstione sustentatur ad l. 17. & 44. nam ideo traditio scripturæ meliorationis, vel meliorationem irreuocabilem, quando fit apud tabellionem sicut si traditio possessionis interueniret: quia traditio scripturæ facta per tabellionem, habet vim traditionis possessionis, & ideo est eidem effectus, sicut ipsa met possessionis traditio. Nec stat vis in eo, quod scriptura ipsa maioratus vel meliorationis sit publica: quia in vtroque casu si per tabellionem tradatur actus remanet irreuocabilis. Et ista fulciuntur, quia vbi pater facit hanc traditionem, videtur de nouo facere maioratum, vel meliorationem, & actus firmior remanet. dicta l. si donatio. C. de donatio. tandem facit. l. 23. titu. 4. parti. 3. ibi, *Fecha carta por mano de escriuano publico, o otra que sea.* hæc tamen omnia duo contraria habere videntur. Primo difficultatem facit, quia verbum illud (scriptura) appositum in dictis legibus secundum magis communem vsum loquendi, intelligitur de

10 scriptura per tabellionem confecta, quod notissimum est: & cum hoc verum sit, clarum est in iure, quod verba sunt intelligenda secundum communem vsum loquendi, qui præfertur etiam propriæ significationi. l. librorum. §. quod tamē Cassius. ff. de lega. 3. cum concordantibus. Quæ in aliis locis scribo. Quibus addo l. anniculus. ff. de verborum signi. Episc. Couarru. in epitome de sponsalibus. par. 2. c. 4. §. 1. numero 1. Iaſ. notanter in rubrica. ff. de noui ope. nun. numero 7. Tiraquel. in tracta. l. mors par. 3. declaratio. 1. numero 3. & in tracta. de vtroque retrac. §. 1. glo. 2. num. 3. & latius in §. 2. glo. 1. nu. 1. notat Abb. in c. nam & Rex. num. 2. de verborum sig. & in c. 1. num. 37. fo. 7. de iudi. & in c. quamuis. num. 3. de verborum sig. & in prooem. Grego. num. 8. quæ regula procedit etia in pœnalibus, vt per eundem Ab. in c. ex tenore. nume. 9. de foro compe. & generaliter habet locum, & principatū communis vsus loquendi in interpretatione diuinę scripturæ, vt per Ab. in c. Ioseph. numero 3. de verborum sign. & in c. maiores. numero 4. de bapti. Menchaca. lib. 2. controuersiarum. ca. 30. numero 31. & procedit etiam in dispositionibus principum, & in statutis, & in aliis quibuslibet dispositionibus secundum eundem Ab. in c. inter corporalia. nume. 17. de transla. episco. & in c. capellanus. num. 1. de feriis. & in c. nonnulli. num. 5. de rescrip. & in c. ne pro defecta. nume. 3. de ele. notat Euerard. in centum locis loco 7. ab opinione vulgi. Io. Brecheus in prin. ff. de ver. sig. num. 3. & facit quod scribit Bald. in l. j. C. de iuramen. calum. vbi dicit, quod licet late sumpto vocabulo, priuata scriptura veniat appłone instrumenti, tamen ex communi vsu loquendi non venit. & idē Bar. & Pau. ibi Bar. Soc. in consi. 41. nu. 11. lib. j. qui hoc confirmat ex tex. in cle. j. de prob. ibi, instrō, vel literis, vbi ponuntur tauquam diuersa, instrumentum & literæ. quem ad hoc no. ibi Io. de Imo. Et inquit Bal. in l. non dubium. nu. 8. C. de leg. ꝙ si communis vsus loquendi repugnat propriæ significationi: tunc mens legis est, vt intelligamus secundum communem

munem loquendi vsum. & dixit Peral. in rub. ff. de hęred. in stituend. nume. 154. quod si pater meliorat filium in gil etima, cum ex communi vsu loquendi non possit adaptari, nisi ad donationem tertii vel quinti, non ualet talis institutio. Sed ista non obsunt, quia etiam de communi vsu loquendi, scripturam priuatam vocamus scripturam, & de propria significatione vocabuli, scriptura priuata vocatur etiã scriptura, vt patet ex prædictis, & scriptura dicitur quasi scripta. Et ad hoc facit l. damus. C. de fals. & oporteret probare, quod tempore in quo prædictæ leges fuerunt conditę, ex communi vsu loquendi vocabantur scripturæ, quæ publicę erant, & non quæ priuatæ, unde in dubio illam legem in propria significatione intelligere debemus. Secũdo obiicitur, ꝙ verba in dubio, in proprio significatu sunt intelligẽda l. i. §. qui in perpetuum. ff. si ager. vectig. vel emphiteu. Cũ ergo scriptura per tabellionem confecta, tam ad dandam fidem, quam ad alia plura sit efficacior scriptura priuata, sequitur, quod dictæ leges in dubio loquuntur de scriptura publica, non de priuata. Sed hoc etiam non obest, quia licet verba sint intelligenda in potiori significatu, non ex hoc excluduntur aliæ significationes, vt per. Doctor. in d. rub. ff. de no. oper. & ideo prima opinio verior videtur. qualiter autem ꝙbetur scriptura priuata, & de illius fide, vide Rebuf. Pari. Episco. Couar. in locis supra citatis. Eundem episcop. in practicis. q. cap. xii. notanter Bartho. Soc. in consi. 274. numer. 5. cum aliis lib. ii.

11 IN hac etiam materia notãdum est, ꝙ licet ex dispositione dictarum legum. 17. & 44. requiratur scriptura ad confectionem maioratus, vel melioratiõnis, si tamẽ scriptura fuerit amissa, sufficit illius tenorem probare. quod clare ꝓbat. l. xli. Tauri quod intelligi debet secundum ea, quæ scripsi in 4. par. huius operis. q. 29. ver. his pro introductione num. 27. vbi ista conclusio latius ostenditur. & facit l. statum. l. cum in strumentis. l emancipatione. C. de fide. instru. Et an isto casu
12 si scriptura non sit solennis, possit iuuari ex dictis testium, vide elegantem Bal. doctrinam in l. vl. nu. xij. & 13. C. de fidei. vbi loquitur in feudo, & emph.

13 REMINISCI etiam oportet in materia præsentis q̃stionis, quod in cautis possessoriis scripturæ ante recognitionem testium, fidem faciunt. l. vl. vbi Bal. in quinta oppo. nu. 19. C. de edi. Diui Adria. notat Rebu. tom. iii. ad const. titu. de mater. possess. ar. 7. gl. j. nu. 27. quod refert scire ad eos, qui virtute alicuius Schedulæ priuatę petere volunt possessionem meliorationis.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Filia si in contractu matrimonii promissiu renuntiare omnibus bonis paternis, habetur pro renuntiatione.*
3 *Pater & mater, qui promisserunt facere maioratum, ipsis mortuis, promissio remanet iuefficax.*
4 *Parentes si post promissionem factam de faciendo maioratum, impetrauerunt licentiam ad faciendum maioratum, habebit perfectionem promissio in illis rebus.*
5 *Pater si promittat filium meliorare ex causa onerosa, potest vti beneficio l. 27. Taurinæ.*
Pater promittẽs ex causa onerosa facere maioratum, an ad hoc cogi possit, sicut quando promittit, de meliorando.

QVAESTIO LXVI.

SExagæsimo sexto quæro. de quæstione, quę non minimam dubitationẽ in iudiciis habere potest. Omnes sciũt, quod ex dispositione legis. 22. Taurinę, si pater promittat per contractum matrimonii, aut ꝑ viam aliam onerosam meliorare filium, quod id tenetur pręcise adimplere, quod si non fecerit, & vita functus fuerit, habetur pro facto, vt latius in d. l. cauetur. Quęritur, an dicta lex quę hoc sanxit in promissione de meliorando in tertio, & quinto ꝓcedat, q̃n pater & mater per contractum matrimonii ꝓmittũt facere maioratũ in filiũ de qbusdã bonis vltra tertium & quintũ, & ad id impetrare facultatẽ regiam? In qua quęstione, primo se offert, quod fere in consimili quęstione respondit Licen. Tello in d. l. 22. num. 15. vbi dicit, quod si parentes ex causa matrimonii promisserunt meliorare filium in tertio & quinto titulo maiorię, & mortui fuerunt donator, & donatarius ꝙ bona remanebunt vinculata. Refert ad hoc inter alia doctrinam Io. And. in add. ad Specu. ti. de obli. & solutio. tenentis, ꝙ si quis promittat se obligaturum in diem, statim absq; noua obligatione est obligatus. quę opinio communis est vt apparet ex relatis per illum. cui adde Nic. Boer. in deci. 3. nu. j. cum seq. vbi dicit, quod pactum de obligando, operat obligationem de præsenti. & ex hoc dixit, quod si filia in cõtractu matrimonij promisit renuntiare omnibus bonis paternis, & maternis consũmato matrimonio, ꝙ hęc promissio renuntiandi operatur idem, quod renuntiatio ipsa, quę fuit prius sententia Bal. in l. pactum quod dotali. q. 18. C. de collatio. & Roman. in singula. 183. quos sequitur Episco. Couarru. in c. quamuis pactum. de pact. in 6. in initio tertiæ partis. num. 3. verti. secundus intellectus. pro quibus est etiã tex. in l. dominus testamento. ubi late Ias. ff. de cond. inde. Et plura notabilia ad ꝓpositum istius nostrę opinionis scribit Tiraq. lib. ii. de retract. in fin. num. 25. cum aliis Ex quibus videtur, ꝙ idem dicendum est in nostro casu. & hæc sententia fulcitur, quia (vt in aliis locis ego animaduerto) in hoc opere cõstitutio maioratus, & melioratio tertii & quinti, in pluribus ęquiparantur, vt patet ex. l. 44. Taurina. iuncta l. 17 ꝙ latius tracto in princ. huius primę partis. nume. 5. cum aliis. Et hęc promissio, non potest contradici ex eo, quod dependet a voluntate principis dare facultatem ad faciẽdum maioratum, a cuius voluntate, quę dependent, reputantur impossibilia. l. apud Iuli anum. alias lex idem Aphricanus. §. cõstat. ff. de leg. j. quia hęc facultates, faciliter, & communiter conceduntur (vt experientia cognitum est) ideo talis promissio efficax est, vt resoluunt Alex. Are. & Ias. & alii in d. § constat. & dixi latius in 4. par. tract. q. 40. & hęc & alia similia ꝓ hac sentẽtia adduci possunt. Ex quibus sit, ꝙ pater & mater
3 cõtracto matrimonio, vel tertio, cum quo pactio facta fuit ad implente ex parte sua, quod promissum fuit, possunt cogi ad faciendũ maioratum, & ad impetrandum ad illum dispensationem. Notandum tamen est, ꝙ si pater & mater, q̃ promissionem fecernnt, vita functi sunt ante constitutionẽ maioratus, promissio remanet inefficax, quia deficit facultas regalis absque qua maioratus fieri non potest, nec est libera dispositio vltra tertium & quintum, & absque illa post mortem promittentium, nõ potest haberi pro facta, prout est in tertio, & quinto iuxta dispositionem. d. l. 22. Animad.
4 uerto etiam, ꝙ si parentes facta tali promissione cum tertio post promissionem factam, licẽtiam impetrauerint ad faciẽdum maioratum de quibusdam bonis contentis in promissione de faciendo maioratum, ex inde habebitur maiorat⁹ pro perfecto, & consumato, quamuis ab hac luce migrauerint, sine alia noua dispositione, & confirmatione maioratus facti, maxime si principi sit facta relatio contractus prędecentis, quo casu videtur omnes defectus (si in hoc extiterint) confirmare. l si quis filio exhęredato. §. irritum. ff. de in iust. rup. irritoque fa. l. adoptio non iure facta. ff. de adop. cum concordantib. & hoc tenẽdum est propter rationem prędictę legis. 22. quę limitat etiam in hoc casu, quando pater & mater obligantur facere maioratum, quamuis difficultatẽ faceret. ꝙ dicta. l. 22. est exorbitans, & correctoria, & auferẽs liberam testandi facultatem, & ideo potius est restringenda quam amplianda, prout latius scripsi in 30. quæst. supra eo. & negotium poterat etiam difficultari ex scriptis per Tiraq. lib. ii. de retrac. conuentiona. in fi. nu. 41. vbi late tradit, ꝓmissionẽ de aliquid faciendo differre ab ipso facto, de quo ipse plura scribit, & in numeris prędecentibus varia singularia pro nostra sententia adducit. Cui adde Nicolaum Boe. in de cis. 48. nu. 8. Purp. in l. pactum quod dotali. nu. 12. C. de pac. & hic iunge, quę scribo in prefatione huius primę partis. nu
3 me. 10. Et est notandum in ista materia & quęstione, quod si pater promittat filium meliorare in tertio bonorum ob aliquam cãm onerosam, si aliud in promissione non cauea tur, potest vti beneficio l. 27. Taurinę. & adiicere grauamina & conditiones licitas. Nec dici potest quod iniungit nouas conditiones ad hoc, vt procedat dispositio. l. perfecta. C. de dona. quę sub modo. nec pater tali facultati concessę per d. 27. renuntiare vĩ, quod est notandum ad ea, quę habentur supr. q. 26. & pro hoc facit regul. l. si quando. C. de inoffic. testamen.

SVMMARIVM.

1 *Constitutum habet vim traditionis possessionis, quo ad irreuocabilitatem meliorationis, aut maioratus.*
2 *An id procedat, si non apponatur dum tamen ex consuetudine constet, quod in similibus scripturis apponi consueuerant.*
3 *Clausulæ quę respiciunt exequutionem contractus, subintelliguntur.*
4 *Pęna apposita censetur in scriptura, quando id est consuetum.*
5 *Resolutio quæstionis.*
6 *Lex nunquam fingit aliquem donare, vel vendere.*
7 *Princeps uidetur tacite mandare secretariis, vt apponant clausulas consuetas.*
Clausula constituti, an subintelligatur in constitutione maioratus uel meliorationis.

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO LXVII.

SExagesimo septimo præ-termittere nō oportet quęstionē, cuius decisio in praxi est mirū in modū necessaria, & de illa iusta ratione dubitari potest, vt ex sequentib. apparebit, & prope veritatem, qui de illa dubitat, vt dicit notabilis. l. 22. part. 3. Nam scimus, quod omnes scribentes in l. 17. Taurina dicunt, quod ad hoc vt melioratio tertii facta p patrem, aut matrem sit irreuocabilis, sufficit non solum ꝙ possessio realiter & vere tradatur, sed etiam si tradatur per clausulam constituti, quod ego in multis locis huius lectu-
1 ræ obiter dico. Et idem Segura. in l. vnum ex familia. §. sed si fundum. num. cxxv. ff. de lega. ii & est communis opinio, & seruata in practica secundum Peral. in d. l. unum ex familia, in prin. num. xii. ff. de lega. ii. vbi de hoc late agit, & hoc in iudiciis ad ungem obseruatur. ex cuius rationibus idem dicendum, & tenendum est in casu. l. 44. Taurinę. & pro hac sentē tia vltra alia innumera, quæ adduci poterant. facit. l. ix. ti. 30. par. 3. qua in re immorari nō oportet, quia id receptissimū est in practica. Qua sententia suppositа, dubitat, an hæc clausula constituti, censeatur apposita in melioratione tertii, & quīti, aut maioratu, etiam si in contractu illa non reperiatur? Si tamen constet, ꝙ ex tabellionum consuetudine solet in huiusmodi contractibus apponi, & quod ista clausula cō stituti subintelligatur, si de dicta consuetūdine constet, probari apertissime videtur ex. l. vltim. C. de fideiusso. & ex aliis pluribus egregiis dictis, quę ego scribo in q. 48. supra eodem. numer. 7. cum pluribus sequentibus. Quibus addenda est in terminis doctrina Bar. Soc. in consi. lv. num. 11. lib. 4. vbi constanter affirmat, ꝙ clausula constituti, eō quod est ordinaria & consueta in scripturis apponi, subintelligatur etiam si nō reperiatur. & idem tenet ipse Soc. in l. Gallus. § idem credēdum colum. vltim. ff. de libe & posth. & alii plures, qnos refert Tiraq. in vberrimo tractatu de constitut. parte. 3. limitatio. 31. num. v. vbi hunc articulum late disputat, & ad partes arguit. & tandem omnibus consideratis in num. 15. concludere videtur, ꝙ si sit consuetudo ponendi in omnibus instrumētis prędictam clausulam, si in vno est omissa, errore, aut obliuione notarii, & ideo censenda est tanquam si apposita fuisset. Et istam sententiam eligit Anto. de Fano, quem Tiraquel. non refert in tracta. de pignori. par. 3. membro. i. num. 27. in fi. & horum opinio cōprobatur ex tex. in c. ii. de rescr. & ex. l. vi. ti. 19. par. 3. vbi lex dicit. *E tales cartas como estas, los escriuanos que las fizieren, deuē ser auisados, para dezir en ellas, despues que todas las otras razonas fueren scriptas, poniendo y esta palabra, si assi es como aquello, el que la carta gano, que fagan aquellos aquien va, o que cūplan lo que en ella va. E aun dezimos, que si el escriuano fuesse desacordado de poner esta palabra en la carta, que siempre deue ser entē dida maguer no fuesse puesta.* Ad idem est. l. 4. ti. 8. par. 5. quę etiā est singularis. & ista sententia ex pluribus aliis coadiuuatur. Primo, ex tex. in l. quod si noluit. §. quia assidua est duplæ stipulatio. ff. de ędil. edi. & in l. & quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pignor. ibi, ad cum, quę quotidie debet inferi cautionibus. l. i. ff. de vsur. l. si filia, in prin. ff. famil. erciscund. bona. gl. in l. & quæ nondum. §. i. in vers. exigat. ff. de leg. commisso. Secundo, facit doctrina Bar. in d. l. de die, num. v. ff. qui satisf. cog. vbi dicit, quod si sit contentio inter aliquos, qualiter fieri debeat aliqua scriptura conuentionalis, quod tunc debēt poni & scribi omnia, quę sunt naturalia, & substantialia contractus. & illa quę de consuetudine apponi cōsueuerūt.
2 Tertio, doctrina Anchar. in c. causam quę nu. 7. de testibus, vbi dicit, ꝙ sicut notarius nō debet ponere in scriptura clausulas non consuetas, ita neque consuetas omittere, imo si illas omittat, subintelliguntur secundum illum. Quarto, do-
3 ctrina Moder. Parisi. in additio. ad Alex. in consi. 28. libr. 2. in additio. quæ incipit, non potest. vbi scribit, quod illę clausulæ, quæ respiciunt exequutionem, uel clariorem elucidationem contractus, subintelliguntur etiam si minime appositæ fuerint, & illas tabellio apponere tenetur. Quinto, illud præsumitur factum, quod est consuetum, secundum Bal. in casu notabili, in l. incendium. ff. si cer. pet. per tex. in d. §. quia assidua, notat Barto. in l. ultim. in prin. ff. de his quæ in fraud. credi. & in l. non erit. §. si neque. ff. de iureiuran. Alex. in consil. 249. num. 35. & consi. 69. lib. ii. Guillem. Benedict. in cap. Raynutius. in verbo, condit testamentum, nume. 13. de testa-
4 men. Sexto, hęc magnum fomentum recipiunt ex eleganti doctrina Alexan. in cons. 66. in causa & lite inter Christo. li. 7. num. 3. vbi dicit, quod si solitum sit in contractibus, & scripturis pœnam apponere, & non sit apposita, subintelligit, & suppletur. quem sequitur Lal. in l. ex ea parte. num. v. ff. de verbo. obliga. Deci. in l. vt liberis. num. 16. C. de collatio. & ī l. semper in stipulationibus. num. 16. ff. de regul. iur. & in cō
sil. 449. num. 27. & in l. pactum curatoris. nume. 8. C. de pact. vbi ex hoc dicit, ꝙ tutor quando remittit iniuriam pupillo factam potest in scriptura pacis pœnam apponere pro obseruantia, & firmitate contractus. Sed hæc sententia Alexā. non admodum tuta est; ꝙa contrarium ex diametro, tenet idem Alexan. quod maxime mirandum est, in consi. 28. lib. 2. ad quod facit author. Bal. in l. vltim. colum. 2. C. de exequ. rei iudic. & hoc sequitur Purpura. qui refert Opizonem in l. certi condictio. §. si nummos. num. 28. ff. si cert. peta. de cuius puncti veritate hic agere statueram pro lectorum vtilitate, quia illum diggestum & disputatum habeo, postea mihi visum fuit ad alium locum reseruare, ne nostram materiam cum extraneis quęstionibus interrumpamus. Septimo addu co. l. v. ibi, *Pero si costumbre fuesse.* tit. 18. & l. 4. titu. 19. & l. ix. eo. ti. par. 1. l. 4. ti. 8. par. 5. Octauo dictum Carol. Rui. consi. 77. nu. 6. li. 3. vbi vult, ꝙ clausula solita apponi in priuilegiis, habetur pro apposita.

5 ET ista & alia similia pro ista parte valde adstringere videntur, quibus non obstantibus, contraria opinio in nostra q̄stione verior videtur, immo ꝙ licet liquidetur, istam clausulam constituti esse solitam apponi in meliorationib. aut maioratibus, adhuc non est subintelligenda, nec facultas, q̄ conceditur parentibus per leges reuocandi meliorationem, aut maioratum, quando nō tradunt possessionem, ita est restringenda, & frustranda absque expresso eorundem consensu, quia non tradendo possessionem, tacite sibi reseruare videntur reuocationem maioratus, vel meliorationis, vt filios magis obsequentes, & propitios habeant. Et ratio est diuersa in hoc casu ab illis, quę concurrunt in casibus supra scriptis, vt ad oculum patet. vnde hæc opinio tenenda est. Et si contrarium diceremus sequeretur, ꝙ maiorat⁹ vel meliorationes fierent irreuocabiles absque traditione scripturæ, vel possessionis, quod est contra mentem, & vim dictarum legum 17. & 34. quę parum seruirent.

6 ¶Est etiam notandum in ista materia, ꝙ licet per actus fictos, veluti per traditionem scripturæ clausulam constituti, vel per retentionem vsusfructus, aut alios similes actus trāsferatur possessio tamen nullus est fictus titulus, & nunquā in iure reperitur, ꝙ lex fingat aliquem donare, vel vendere, aut alio quouis titulo transferre, vbi constat, ꝙ hoc non fecit, authore Mod. Pari. in consuetud. Parisien. parte. i. §. i. gl. v. nume. 40.

EX prædictis autē quæ in hac quęstione scripta sunt pōt limitari, restringi aut modificari illud, quod scriptum fuit in
7 sexta quæstione supra hac prima parte, num. 3. dum probatum fuit, quod clausulæ, quę apponuntur ex stylo secretario rum regis, parum operantur. Nam illud procedit nisi sint clausulæ talis naturę, quod sint necessariæ ad perfectā actus, & concessionis exequutionem. nam princeps id videtur committere secretariis, & aliis officialibus in officiorū cōsequentiam concedere, nec ad principem decet id, ob propriam p-sonā examinare. ad quod etiam facit. l. 2. ff. de iurisd. omn. iu. l. ad legatum, l. ad rem mobilem. ff. de procura.

SVMMARIVM.

1 *In donatione est necessaria acceptatio. non obstant. ll. ordi.*
2 *Renunciatio non acceptata non nocet.*
3 *Confessio non acceptata, non prędiudicat.*
4 *Priuilegium non acceptatum, reuocari potest.*
5 *Electio non acceptata, est reuocabilis.*
6 *Emphiteusim non acceptatam, pater potest prælegare.*
7 *Priuilegium non acceptatum, non habet effectum.*
8 *Actus iudicialis non acceptatus, non præiudicat.*
9 *Lucrum omne à lege delatum, transfertur absq; agnitione.*
10 *Maiorauuum constitutio, vbi filiis legitima aufertur, est res odiosa.*
11 *Beneficium vbi defertur sine ministerio hominis, non est necessaria acceptatio.*
12 *Diffinitio quæstionis.*
13 *Promissio de non meliorando filios, extenditur ad nepotes.*
An in promissione de non reuocādo, requiratur acceptatio filiorum, vt reuocari non possit?

QVAESTIO LXVIII.

MEmorsum quod in quæstione trigesima sexta, s̄. hac prima parte examinaui, qualiter filii teneantur acceptare maioratus, vel meliorationes, ad hoc vt parentes non possint easdē reuocare, nunc in hac quæstione opere pretium iudicani resoluere, an filii teneantur acceptare promissiones, quas parentes faciunt, quod nullum ex filiis meliorabunt, ad hoc vt parentibus manus ligentur, ne possint tales promissiones retroce-

Source : BIU Cujas

retrocedere & reuocare. Et ſic quæſtio erit, an ad hoc vt effectum habeat l. xxii. Taurina oporteat, vt filii tales promiſſiones acceptent, & an parentibus ſit libera facultas eas reuocandi ante filiorum acceptationem? Quæſtio eſt neceſſaria pro intellectu prædictę legis, & materiæ, & tamē nullus ſcribentium ibi tetegit, quare neceſſe eſt magis elaborare, & vt rectius veritas quæſtionis reſoluatur (quia contraria, contrariis curantur) eam ad vtranque partem diſputabo. Et pro ea parte, ꝙ ſit neceſſaria acceptatio ex parte filiorū, vt procedat diſpoſitio illius l. xxij. faciunt ſequentia fundamenta. Primo, ad hoc facit, quod cum ex legib. regni, parentes poſſint vnū ex filiis meliorare in tertio, & remanente a quinto faciendo promiſſionem, quod omnes filios ad æqualitatem reducent, videntur in ſubſtantia facere quandam donationem, & libe ralitatē, qa donari videtur, quod nullo iure cogente concedi tur. l. donari. ff. de regul. iur. nam contrariorum eadem eſt diſciplina. l. patre furioſo. ff. de iis, qui ſunt ſui, vel alien. iu. cum vulga. & quod operatur propoſitum in propoſito, operatur oppoſitum in oppoſito l. vlt. ff. de leg. iii. §. plus autem. Inſtit. de actio. cum ſimili. ſi igitur pater faciendo meliorationem donare vī, nulli filiorum donando, gratiam ſine dubio facit aliis filiis. Et paria ſunt alicui aliquid legare, & ei non adime re cum poſſet. l. i. §. ſciendum. ff. de leg. 3. notat gloſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum. §. ſicut in uerbo, filii inſtituti. ff. de leg. i. notant Doct. præcipue Cinus in l. ex tribus. C. de inoffic. teſtamen. Suar. in l. quoniam in prioribus, limita. i. num. 16. C. de inoffi. teſtam. tradit Peral. in l. unum ex familia. §. ſed & fundum. num. ix. ff. de lega. ii. igitur cum iſta ſit donatio quædam, filiis non acquiritur abſque acceptatione, & reuocari poteſt iuxta glo. receptiſſimam in l. illud. C. de ſacroſ. eccleſi. quam confirmo in d. q. 36. Cui addo beneficium legis, ſi vnquam, C. de reuocan. donationi. non procedere in renuntiatione donationis nondum acceptatæ, ſecundum Bar. Socin. in conſi. 53. viſo inſtrumento donationis. num. xxii. lib. 4. refert, & confirmat Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in verbo, donatione largitus, nume. 186. & licet donatio valeat inter abſentes. l. abſenti. ff. de donatio. l. nec ambigi. C. eod. titul. non tamen ſufficit, quod donatarius aliunde habeat notitiam donationis, niſi donans miſerit ad illum epiſtolam, uel nuntium. quę eſt communis opinio ſecundum Corneum in conſil. 73. nu. 7. li. 3. & de iſta materia late agit Ripa reſponſo 63. nume. i. cū pluribus ſequentib. vbi nu. 7. tradit vnum ſingulare, ꝙ in donatione non eſt neceſſaria acceptatio, vbi adeſt iuramētum, quia iſto caſu Deo cēſetur facta promiſſio. Et quod in donatione etiam ſtāte l. 3. ti. 8. *de las donaciones*. li. 3. ordina. ſit neceſſaria acceptatio, & preſentia donatarii tenet Greg. in l. 3. ti. 5. par. 5. de quo latius tracto in d. q. 36. vbi lector legat. vnum in hoc loco lectores animaduertant, ꝙ dicta lex ſic hodie in iudiciis practicatur, & intelligitur ſm intellectum Grego. Lop.

2 Secundo pro iſta parte facit tex. in l. 3. ff. de ſer. exportand. l. 3. ff. qui ſine manumi. ad lib. peruene. l. 3. C. ſi mancip. ita fuerit

3 aliena. Tertio, renunciatio non nocet, vbi non eſt acceptata ſecundum glo. in c. cum veniſſet. de eo qui mit. in poſſeſſ. cā rei ſeruan. notat Dec. in l. poſtquam liti. numer. 8. C. de pact.

4 Quarto, cōfeſſio non acceptata, non præiudicat, ſecundum Cinum, & Salicetum in l. generaliter. quæſtio. 8. C. de non nu me. pecun. cum concordantibus, vt per Alexan. in conſi. xx. in cauſa appellationis. lib. 4. & conſi. 82. num. 3. eod. lib. Deci. in conſi. 310. num. vi. Rober. a Maran. de ordin. iudicio. parte vi. in confeſſio. num. 2. & 12. Purpura. in l. edita. nume. 149. C. de eden. Alcia. regu. 3. præſumptio. 21. Hippol. in rubr. de probatio. num. 90. late Greg. Lop. in l. 2. in glo. i. ti. 12. par. 3. per il-

5 lum tex. qui hoc clare probat. Quinto, facit tex. in l. ſi ego. ff. de iure do. & in l. ſi ego, ff. ſi cer. peta. & vtrobique Doctores.

6 Sexto, priuilegium non acceptatum reuocari poteſt in caſib. in quibus eſt reuocabile ſecundum Bar. in l. beneficium. nu. 4. ff. de conſtitutio. princip. notatur per Aretinum, & Felinū

7 numero 8. in capitulo, nouit. de iudi. Septimo, licet electo ad aliquod officium, ius etiam in abſentia acquiratur, l. Labeo. vbi notatur. ff. de iureiurando. l. Publius Mæuius. ff. de conditi. & demonſtratio. ante acceptationem tamen poteſt talis electio reuocari, & illi non eſt ius quæſitum plenum, & irreuocabile, ſecundum Angel. & Imol. in d. l. abſenti. eundem Ange. in l. ex eo. ff. de teſtamen. milit. Barth. Soc. in conſilio xxv. nume. 17. lib. i. vbi ex hoc, & aliis clare ſentit, quod pater poteſt prælegare emphiteuſim acceptam pro ſe & filiis

8 vni filiorum, ſi alii non acceptauerint. Octauo, priuilegiū conceſſum ita demum habet effectum, ſi appareat acceptatum. l. emancipata. C. qui admi. l. nonnunquam, in prin. l. qui in poteſtate §. ſi ſolus. ff. de lega. præſtand. per quæ iura tenuit Salic. in l. i. num. 6. C. de adulte. ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ aliquo defuncto ab inteſtato filii, maſculi ei ſuccedant in totum filiabus excluſis, quæ dotari debeant arbitrio duorum proximorum, euenit caſus, quod defuncta matre ſuperextabāt filius & filia, & antequā filia nuberet deceſſit filius, vna filia ſuperſtite, cū qua ī tota hęreditate vult ſuccedere eius amita defuncti filia, ꝙ ſi hæreditas non erat adita per filium, nec filio erat ius quæſitum, non tranſmittit ius ad filiam, quod pluribus rationibus fundat, & ſequitur Bar. Soc. in conſi. 16. num. ix. li. i. Sed hoc dictum Salic. non eſt tutum, quia contrarium eius quod tenet Salic vult Cinus in d. l. ii. & alii, vt per Iaſ. in l. ſi arrogat. num. xx. cum aliis, licet non determinet, ff. de adop. Alexan. in conſi. xx. lib. j. & alii quos refert ibi Mod. Pariſien. Ex quorum auctorum numero conſtat, quod iſta eſt communior opinio. & idem quod Cinus tenet Chaſſane. in conſuetud. Burgund. rubr. 7. de ſucceſſione, nu. 6. cum aliis. Et qualiter priuilegium requirat acceptationem, tradit Felin. in c. 2. nu. 12. de conſti. Nono facit in ſimili, quod tradunt Abb. & alii. in c. gratum, de offic. deleg. & glo. in d. c. cum veniſſet. vbi dicunt, quod licet regulariter ille, qui facit aliquem actum coram inferiore a quo appellauit, videatur appellationi renuntiare, hoc intelligitur, quando ille actus fuit per aduerſam partem acceptatus. notat Roman. in ſingula. 151. & alii quos refert Ioan. Lopi. in repeti. c. per veſtras. de donatio. inter vir. & vxor. cui adde Philip. in c. ſollicitudinem, num. 12. de appel. Ex quibus patet, quanti noſtræ leges faciant acceptationem in omnibus actibus, qui geruntur.

10 Pro contraria parte aliqua vrgent fundamenta. Primo facit, quia omne lucrum delatū per legem citra hęreditatem, transfertur abſq; aliqua agnitione, ſm Ale. ꝙ Ang. ibi, in l. ii vir. ff. ad l. Falci. cum concordant. quæ refero in quæſt. 24. ſupra hac prima parte, nume. 27. ad quæ addo Alex. in conſi. 150. viſo themate, nu. 7. lib. 2. & Bartho. Socin. in conſi. 153. lib. 2. Tiraquel. in tracta. de primogenit q. 40. num. 81. & iterum. nu. 125. videtur igitur cum iſtud ſit quoddam lucrum hæreditarium, quod transfertur, & competit filijs abſq; aliqua acceptatione. Secundo, pro iſta opinione facit, cum d. l. 22. non addat aliquod requiſitum ex parte filiorum ad hoc, vt promiſſio de non meliorando effectum ſuum ſortiatur, quod addere faciliter poterat, nos minime addere debemus, l. vnica. §. ad deficientis. C. de caduc. toll. & cum generaliter loquatur, & abſque aliqua diſtinctione, & ſuppletione, generaliter eſt intelligenda, iuxta iura vulgata, argumentum hoc fortificatur, quia l. 17. & 44. Taurinæ, quæ tractant de reuocatione maioratus, aut meliorationis: tunc prohibent reuocationem maioratus, aut meliorationis, quando parentes tradunt filio poſſeſſionem rerum maioratus, vel meliorationis, vel contractus fiunt cum aliquo tertio ob cauſam oneroſam. vnde apparet, quod ſi ad hoc, vt locum ſibi vendicet diſpoſitio. d. l. 22. eſſet neceſſaria filiorum acceptatio, hæc lex expreſſiſſet. Et non abſq; ratione procedit iſta differentia inter caſus prædictarum legum. 17. & 44. & d. l. 22. quia in caſu. d. l. 17. & 44. agitur de præiudicio aliorum filiorum, quibus legitima aufertur, aut ex magna parte diminuitur per confectionem maioratus, aut meliorationis, qua de cauſa eſt neceſſaria traditio poſſeſſionis, quia ex traditione arguitur magis parentum voluntas, & vbi melioratio, vel maioratus fit ob ſpecialem fauorem alicuius tertij, iam agitur de præiudicio alterius a filio, & ideo in his duobus caſibus non eſt licita reuocatio, nec pœnitentia. in caſu autem. d. l. 22. agitur de reducendo filios ad æqualitatem, ꝙ eſt fauorabile. l. vt liberis. C. de collat. l. 4. in verſic. *Eſto porque ſe guarde ygualdad entre ellos*, titu. 15. partit. 4. Quod ego late confirmo in q. 3. ſupra hac prima parte. numer. 9. Cum hoc ergo ſit fauorabilius, & æquius, & omnibus filiis conducibilibus, qui ex eodem ſanguine procedunt, nimirum ſi in caſu. d. l. 22. non ſit neceſſaria acceptatio, & in caſu dictarum legum. 17. & 44. ea interuenire debeant. Ex hac ratione differentiæ etiam conſtat (vt obiter hoc dicam) quod conſtitutio maioratuum, vbi agitur de auferēdo filiis legitimam propter conſtitutionem talium maioratuum, eſt res odioſa. poſtquam autem tales maioratus ſunt cōſtituti, & ab antiquo proueniunt, dicuntur fauorabiles. de quo latius tracto in q. 3. ſupra hac prima parte. numero 13. igitur cum. d. lex nullum exprimat hominis miniſterium, ad hoc, vt beneficium per eandem acquiſitum filijs deferatur, videtur non eſſe neceſſaria acceptatio. Nam vbicunque beneficium defertur ſine facto hominis, tunc non eſt neceſſaria acceptatio. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de legat. 2. l. vlti. §. tali. C. de curat. furio. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. hær. notat Barth. Soci. in d. conſil. 153. nume. 14. lib. 2. Tertio, cum iſta opinio ſit benignior, & faueat æqualitati, quæ inter filios natura ipſa petit, quod obſeruetur a parentibus (vt ſupra dictum fuit) in dubio obſeruanda eſt, quia in dubiis benignior interpretatio ſeruanda eſt. l. ea quæ. §. in re dubia. ff. de reg. iur.

13 SED his duabus rationibus non obſtantibus, quæ parum vrgent, ſtantibus fundamentis pro alia parte adductis, adhuc prior ſententia verior videtur, & ſic parentes poſſe re

uocare

Source : BIU Cujas

uocare promissionem factam de non meliorando, si eam filii non acceptauerint ante reuocationem, quod probatur ex supra traditis. Nec obstat primum fundamentum pro secunda parte adductum, quia in effectu promissio de non meliorando, est quædam delatio hæreditatis, quæ filiis mortuis patribus deferri æqualiter debet: vnde agnitio & acceptatio est necessaria, sicut in alio quolibet lucro hæreditario. Secundum etiam fundamẽtum non vrget, quia etiam l.17. & 44. Taurinæ non exprimũt esse necessariam acceptationem ex parte filiorum, ad hoc vt melioratio vel maioratus sit irreuocabilis, & tamen si acceptatio vel maioratus reuocari potest, vt probatur in d.q.36. nec ad rem pertinet etiã dicta lex ordinamenti, quia ea non procedit in donatione vt volunt Doctores prædicti, & docet communis opinio practica regni.

ITEM, circa istam quæstionem incidenter sciendum est, ꝙ si pater simpliciter promittat filios non meliorare non faciendo mentionem de nepotibus, nihilominus tamen, non licet ei nepotes meliorare: quia cum agatur de fauore uepotum, appellatione filiorum comprehenduntur. l. liberorum. & l. iusta. ff. de verbo. significatio. & probatur ista conclusio, ex pluribus, quæ scribo in q. xv. supra hac prima parte per totam, ideo hic vlterius non repeto.

SVMMARIVM.

1 *An lex quadragesima quarta Taurina procedat in extraneis, sicut in parentibus.*

QVAESTIO LXIX.

SExagesimo nono quæro, an l.44. Taur. quæ permittit reuocationem maioratus, nisi in casibus in d.l. contentis procedat non solum in parentibus faciẽtibus maioratus, sed in aliis quibuslibet extraneis constituentibus maioratus in fauorem consanguineorum, & aliorum extraneorum? Quæstio est a nemine tacta, sed eam paucis verbis expediam. Et mihi videtur, ꝙ licet dicta lex generaliter loquatur, & absque distinctione, & ideo generaliter sit intelligenda, quanuis sit maior vel diuersa ratio in uno casu, quam in aliis l.i. §. & generaliter, ff. de lega. præstand. l.j. § & est relatum, ff. de aleę lusu, & aleat. cum vulgarib. ego suspicor illam legem minime procedere in extraneis facientibus maioratum cum titulo donationis inter viuos: nam licet non tradant res in maioratu, aut donatione comprehẽsas, donatio est irreuocabilis, dummodo acceptatio interueniat, quia contractus donationis interueniente consensu, etiam absq; traditione remanet perfectus, olim interueniente stipulatione. §. perficiuntur, Institu. de donatio. hodie pacto nudo. l. si quis argentum, §. vlti. C. de donat. Facit reg. l. sicut ab initio. C de actio. & obligat. & regula est, ꝙ donatio est irreuocabilis. l. perfecta. C. de do. q̃ sub mo. no. Soc. consi. liij. nu. xx. li. 4.

QVAESTIO LXX.

SEptuagesimo quæro an l.17. Tau. in qua sancitũ est, ꝙ pater possit reuocare meliorationẽ tertii & quinti, procedat vbicunque pater vel mater donat aliquid filio, nec declarant, sed simpliciter donant: In qua quæstione, q̃ ab aliis tacta non est concludo, ꝙ talis donatio habeat vim meliorationis terti & quinti iuxta. l. xx. Taurinam, in omnibus debet esse eiusdem naturę, cuius est melioratio tertii & quinti, nam a pari potẽtia, par effectus procedit. l. si socer a genero. in prin. & ibi gl. ff. solu. matrim. l. de quibus, in fi. vbi Ang. declarat notab. 6. de legib. l. si de eo, §. vlti. vbi gl. & Paul. & DD. de acquiren. possessio. & declarat recte Euerard. in centum locis, loco 43. & hoc uerissimum credo. Ex qua resolutione infertur, quod in omnibus casibus virtualiter contentis in dict. l.17. Taurina, licet parẽtibus reuocare talem donationem, & econuerso talis donatio erit reuocabilis in casib. per d.l. expressis, aut irreuocabilis iuxta ea quę tractata & discussa sunt ī tota hac prima parte, pręcipue quæstio. 22.

SVMMARIVM.

1 *Electio si competat alicui non potest electum grauare.*
2 *Exemplaris substitutio, pupillari æquiparatur.*
3 *Substitutum pupillare pater grauare potest.*
4 *Honorati grauari possunt.*
5 *Lex 27. Tauri. explicatur.*
6 *Opinio quæ fauet vnitati maioratus, in dubio est eligenda.*
7 *Intellectus ad text. in l. vnum ex familia. §. Sed et si fundum. ff. de legatis ii.*
8 *Intellectus ad tex. in l. humanitatis. C. de impu.*
9 *Intellectus ad tex. in l. si arrogator. ff. de adoptio.*
10 *Intellectus ad tex. in l. fęminæ. C. de secun. nup.*
11 *Pater potest in exemplari substitutione meliorare vnum ex filiis furiosi & ita ampliatur. l. 37. Taurina.*
An liceat patri grauare substitutum in exemplari substitutione.

QVAESTIO LXXI.

VIc etiam parti conuenit alia difficilis quæstio. scimus quod ex dispositione. l.27. Taurina licet parentibus qui filios in tertio bonorum meliorare volunt apponere onera restitutionis, & alia consimilia, quę eisdem libuerint, vidi in facto circa eiusdem legis intellectum & nostram materiam dubitari, an patet possit dum facit substitutionem exemplarem in fauorem muti, furiosi, aut mentecapti grauare substitutum onere restitutionis, & eidem iniungere alias conditiones (Quę quæstio quotidie contingit. & uidi plura testamenta, in quibus tales substituti grauantur onere substitutionis, & aliis oneribus, ratio & casus dubitandi oritur ex l. humanitatis. C. de impub. & aliis. & l. xi. ti. v. quæ iura permittunt parentibus facere substitutionẽ exemplarem in fauorem filii furiosi, aut mentis inopis. Ad substitutionem tamen istam non possunt omnes uocare quos uoluerint sed imprimis debent uocare filios, aut alios descẽdentes furiosos, aut mente captos si eos habuerint, & in illorũ defectum fratres ipsius furiosi, quibus deficiẽtibus, extraneos possunt substituere, quemadmodum in dictis legibus latius cauetur. Vnde cũ pater istam electionem ex legis necessitate facere teneatur, prohibitum eidem
1 videtur vinculum & granamem apponere: nam qui ex legis vel testatoris dispositione tenetur aliquem eligere non põt eum eligendo grauare, l. unum ex familia. §. sed etsi fundum. ff. de leg. ii. vbi Docto. notant. & Peral. ibi, hanc regulam late tradit. nu. 9. & pro concord. inter alia refert tex. in l. plane, in ii. §. vlt. ff. de le. i. l. si seruo fideicõmissaria. ff. de hę. inst. l. si arrogator. 2. responso, ibi, quia hoc non iudicio eius ad eum puenit, sed principali prouidentia, vbi hoc no. Ias. nume. 34. ff. de adop. auget difficultatem tex. in l. cum pater, §. rogo, ff. de leg. 2. cum concordant. vt per Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, limi. 8. C. de inofficio. testamen. nec minus conducit. l. 31. Tau. vbi commissarius virtute potestatis eidem a testatore concessæ, non potest aliquem ex filiis meliorare, nec facere substitutionem vulgarem, pupillarem, aut exemplarẽ nisi id expresse in commissione concedatur. Item istam sententiam in terminis d.l. humanitatis tenet Soc. Iuni. aliis, & non dictis rationibus, motus in consi. 103. nume. xx. cum aliis. li. i. In primis hoc probat, quia in substitutione exemplari si ille cui fit, filios habet, aut saltim fratres, aliquis ex eis est substituendus, ex ordine d.l. humanitatis. Et vbi hoc fit, licet qui substituitur vocetur per testatorem, dicitur tamen uocatus ex pręcepto legis ita vt tanquam vnus ex filiis fratrib. prædictis in casu suo dicatur ita habere a lege, vt ei a testatore volenti facere exemplarem, non possit auferri. Ex quo subsequenter secundum eum sequitur, quod tales personę simpliter & absque onere debent substitui, sicut uidemus in legitima, quę ex pręcepto legis filiis relinqui debet: illa enim simpliciter & absq; onere relinquenda est, d.l. quoaiam in prioribus, & ad hoc dicit etiam facere text. in l. fœminæ, iuncta autem sequen. C. de secund. nup. & consilium Anch. 112. vbi vult, quod mater, quę filiis ex forma statuti relinquere tenẽ tres patres bonorum suorum, non potest in eis aliquod on⁹ fidei commissi imponere. Ex quo illę tres partes debentur ex præcepto legis, alias prouisio statuti esset illusoria. & ad hoc Soc. alias scribit rationes, quę ibi legi possunt. Hanc etiam opinionem, ꝙ substitutus in exemplari substitutione grauari non possit, tenet Deci. in consil. 371. num. v in fin. quia fratres & sorores habent eo casu bona a lege, nõ a testatore. Et pro hac sententia faciunt plura, quæ scribit Segur. in d. §. sed & si fundum. versi. secundo infero. fo. 57. quam etiam sententiam tenere videtur expræsse Ioan. And. in c. si pater. de test. ī vi. ibi expressius Acosta in verbo, pupillares, num. xx. qui ad hoc refert Aymo. Ex quibus omnibus ista quæstio plana videtur: nihilominus tamen istorum opinio semper mihi visa fuit dubitabilis propter sequentes rationes & fundamenta. Prima ratio est, quia substitutio exemplaris, pupillari substitutioni ęquiparatur, & ideo vocatur exemplaris, quia est ficta ad exemplum pupillaris substitutionis, quemadmodum cauetur in prædictis iurib. & in l. patris & filii, ff. de vulgari. & in l. ex facto. eod. titu. vbi Doc. & pręcipue Ripa num.

53. no.

Source : BIU Cujas

53.no.poſt alios Epiſco.Coua.in c.Raynuntius.§ vi.de exempla.ſubſtitu.num.i.vbi Guillel.Benedict.in verbo, abſque liberis.in ii.de exempla.ſubſti.nu.38.vult,ꝙ quando inter has has ſubſtitutiones non reperitur differentia,eſt iudicandum de vna, prout de alia maxime eadem ſtante ratione.& Ripa.in d.l.ex facto.num.x.tradit,validum eſſe argumentum de pupillari ſubſtitutione ad exemplarem, & poſtea repetit, num.56.vbi dicit,quod regulariter in omnibus conueniunt. Et fulcitur argumentum,quia licet Doctores in præcitatis locis tradant varias differẽtias, inter iſtas ſubſtitutiones,maxime Ripa,qui quatuordecim enumerat,& Corn.in d.l.humanitatis, 19. cõgerit.in hoc caſu & qõne,nullam ponunt differentiam,immo tacite ſentire videntur grauamen ſubſtitutionis in iſto caſu apponi poſſit.Quis autem ignorat,quod licitum eſt patri in ſubſtitutum,& fideicommiſſum facere,l.ſi fundum per fideicommiſſum,§ ſicuti.alias,l.ſi Titio.§.ſicuti ff.de leg.i.vbi Doct.Bar. & omnes in l.ex tribus,C.de inoffic. teſtam.vbi late Iaſ.num.ii.Bar.in l.cohæredi.§.cum filia.ff.de vulg.Bal.in l.cum virum.num.18.C.de fideicommiſſ.& alii, quos referũt Iaſ.in prædict.locis Rode. Sua.in d.l.quoniam ĩ prioribus.limit.i.num.15.pag.213. Matheſila.in ſing. clxv.& cum iſta ſit regula,quod ſubſtitutio generalis parificetur exẽplari,iſti regulæ in dubio eſt ſtandum. Et in caſibus non determinatis,fundatam habet intẽtionem, qui habet regulam pro ſe,ſecundum,gl.in l.omnis diffinitio,ff.de reg.iu.& in rubri.eod.ti.cum concor. Sed ad iſta omnia reſponderi poteſt quod differẽtia in iſto caſu inter pupillarem ſubſtitutionem & exemplarem eſt notiſſima,cum in ſubſtitutione pupillari non arctetur pater ad ſubſtitutionem, quemadmodum in exemplari,nec ſeruare ordinem preſcriptum per d.l. humanitatis.& cum caſus ſint diſſimiles,non poteſt ſumi argumẽtum a ſimili,c.ſicut ergo.i.q.i.nuptiarum.17.q.4. immo data quam minima inſtantia,ceſſat argumẽtum a ſimili,vt tenet notabiliter Ioan.Bap.in l.omnes,populi colum. 96. in prin. verſi antea quam dicam,ff.de iuſt.& iur.quem refert Andr. ab Exea in c.cum omnes.num. 122.de conſtitutio. igitur in exemplari diuerſo modo iudicandum, quia competit patri ius eligendi ex diſpoſitionem legis,& nõ eiuſdem beneficio vnde grauamen tali electo,qui ſuccedit principali prouidentia,appoſito poteſt iuxta tex in §.ſed & ſi fundum, & in d.l. ſi arrogare,cum concord.quæ retuli. Sed de iſta replicari poteſt cum doctrina Bar.& aliorum in d.l.ex facto,vbi Rip.nu. 64.dicentes,quod in pupillari pater non arctatur ſubſtituere deſcendentes pupilli quia nullos habet nec aptus eſt habere donec eſt pupill⁹,ſed ſi haboret aut pater pupillariter ſubſtituere nõ poſſet,aut ſi poſſet teneretur eos ſubſtituere(prout in exemplari)licet iſta replicatio non in totum tollat argumentum,cum in pupillari pater nõ neceſſitetur ad ſubſtituẽdum fratres pupilli.

Secundo,iſta ſententia probatur, quia teſtamentum patris,qui ſubſtitutionem facit pupillarem vel exemplarem,dicitur teſtamentum filii,d.l.patris & filii,vbi ſcribentes tradũt Doct.in locis relatis,& in aliis pluribus, & ita intelligitur,l. 8.ti.5.cum ergo filius furioſus aut mente captus ſi teſtamentum facerẽt, poſſent ĩ propriis bonis grauare fratres & eiſdẽ iniungere fideicommiſſum ad libitum,patri hoc & ipſum licere debet,dicitur enim ipſius filii teſtamentum.

Tertio,iſta pars iuſtificatur ex regul.l.ab eo.C. de fideicõ. vbi cauetur,grauari regulariter poſſe illos,qui honorantur cum qua concor.l.3.ti.ix.facit, l.cum quidam,C.de legat.Et hoc ſecundum naturam.l.ſecundum naturam,ff.de reg.iur. & per regulam.dict l.ab eo.inquit Albe.in prooem. digeſtorum,§.diſcipuli,num.14.quod filius primogenitus poteſt ꝑ patrem grauari,& conducunt tradita per Barto. & alios in l. Centurio,præcipue Ripa.num.166.ff.de vulg.Moder.Pariſi. in conſi.i.pro Duce de Villa Hermoſa.nume.19.vbi tradunt filios poſitos in conditione,cenſeri ſubſtitutos quando onus, reſtitutionis eſt eiſdem iniunctum,poſt Corn.in d.l.ab eo,& alios quos refert,& faciunt quæ ſcribit Soc. Iun.in conſ.112. num.23.li.v.Cum igitur pater virtute prædictarum legũ non neceſſitetur ad teſtandum pro filio nec faciendum ſubſtitutionem exemplarem.vt fatetur Soci.in verbis, ſupra relatis, & probatur in d.l.humanitatis,ibi, indulgemus parentibus, & ibi,liceat.& in d.l.par.ibi,*puedan.*& poſſit eligere certum vt certos ex pluribus)& inquit,d. l. humanitatis.) & hoc relinquatur patris arbitrio quod certiſſimum eſt, vnde vendicat, ſi bi locum regu tex.in l.non quicquid,ff.de iudiciis,ſequitur quod pater vocando ad ſubſtitutionem aliquem de contentit,in d.l.humanitatis,eligendo vnum ex pluribus,quem preciſe nominare & eligere minime tenebatur, illum honorat Et ex inde ſub infertur eum grauare poſſe per regul. dictæ, ab eo, vt ſupra', quam in dubio amplecti debemus dictum fuit, & donari videtur,quod nullo iure cogente conceditur, l.donari, ff.de reg.iur.cum concord.vnde, cum talis ſubſtitutus ſit quodammodo donatarius, grauari poteſt per donantem l.quoties,l.perfecta.C.de dona. quę ſub.mo.d.l.7. ti.4.par.v.cum ſimilibus,quæ in aliis locis iſtius lecturæ refero.Fortificatur concluſio,quia paria ſunt aliquid alicui legari,& eidem non adimi cum poſſit. l. i.§. ſciendum. ff.de le.3. cum aliis,quæ refero ſup.hac par.quæſtio.68.ante nume.i.& infra latius iſtud fundamentum ad iuuabitur in reſponſione ad contraria.& huic fundamento ſuffragantur ſcripta ꝑ Licenciat.Tello.in l 33.Taur.nume.4.Quarto,licet filius furioſi grauari non poſſit in bonis & legitima per patrem eidem debita (vt patet per di.iura, & materia.d.l.quoniam in prioribus,)tamen ſubſtitutus grauari poteſt, vt patet ex.l.cũ patronus,ff.de lega.2.quæ ad deciſionem iſtius quęſtionis eſt ſingularis,vbi probatur,quod licet grauamen in legitima in iunctum non valeat,tamen eo cui legitima debetur,eam repudiante,tranſit grauamen cum legitima ad eum,ad quem illa tranſit,& exinde aſſumit uires, ſiue ſit ſubſtitutus vulgaris, ſiue cohæres, quam deciſionem ornat & confirmat ibi Peral.poſt communem,num.30.vbi legi poſſunt alia in cõfirmationem iſtius concluſionis,quæ fulcitur per l.Paulus.§. i.ff.de acqui.hære.& aliis pluribus,quæ ſcribo.in 4.part.tract. quæſt.19.num.xii.cum aliis.

5 Quinto,hanc ſententiam confirmat d.l.27.Tauri.quę permittit hoc facere in melioratione tertii,qui habet vim legitimæ,vt voluit ibi Tello Fernandez,num.3.& Peral.in d.l. cum patronus nume.28.& licet patri eligere ad tertium vnũ ex pluribus filiis,modo in eadem.l.contento, quę lex ſecundum prædictum aduocatum maximam conſonantiam habere videtur cum d.l.humanitatis.non tamen noſtram quæſtionem diſputat. Si igitur pater grauare poteſt filium proprium in prædicto tertio,maiori ratione in noſtro caſu liceret ei grauare ſubſtitutum,quem honorat,& lucri facit eum vocando,quam vocationem prætermittere potuit, ſed hæc lex non vrget, cum ſit exorbitans & correctoria iuris communis.& non licet nobis eam extendere vltra caſum,in quo loquitur:& ideo non procedit in quinto bonorum ſicut in tertio vt latius probaui in prin.operis,illat.7.nume xi.vbi legendum.Sed adhuc ratio prædictæ legis,maxime pro hac opinione facit ratio,in quam quę colligitur ex ea nam ex melioratione tertii,q̃ a patre facta eſt in filium eum honorare, & lucri facere videtur,& ideo iuſte eum grauare poteſt iuxta regulam.d.l.ab eo,& ideo in noſtro caſu ſubſtitutus in iuſte quæri uidetur de grauamine,cum ipſius commodum per ueniat ad eum ad quod facit reg.iur.Sexto, huic ſententię, patrocinantur,quę ſcribit Bald. in conſil.20.quidam Petrus
6 Arnardi.lib.3.vbi lector legat.Septimo hoc pertinet ad vnitatem & conſeruationem bonorum vinculatorum,& ideo potius iſti parti,quam contrarię fauendum eſt.l.2.ti.15.part 2 & hoc in aliis locius iſtius lecturę animaduerto. Et iſtam ſententiam in terminis(licet tranſitorie,& non ita fundantes tenent Hieron.Gra.conſi.17. & conſil.34.Mencha.in l. quo-
7 niam in prioribus limita.vltim.C.de inoffi.teſtam.qui autem iſtam partem tenere velit,non eifficiliter reſpondere poterit ad ea,quę pro contraria parte adducta ſunt. Et primo non obeſt tex. in d.§.ſed & ſi fundum:quia ad illum duobus modis ſatisfieri poteſt,Prima reſponſio eſt,ꝙ in caſu illius text. ille qui eligere debet,grauare non poteſt ea ratione, quia electio nõ competit iure proprio,ſed alieno,ſilicet,illius qui eidem commiſſionem dedit in caſu autem.d.l.humanitatis, competit electio iure proprio & virtute,illius legis,vnde magis debemus fauere patri pro quo eſt præſumptio,quod ſem per capit bonum conſilium pro filiis. l. nec in ea, ff.de adulter ſimili, quam comm iſſario. in caſu, d. §. ſed & ſi fundum,areum.tex.in c.comp romiſſarius,de elect.in vi.iun.c.vt circa.eod.ti.& li.& in l.ſerui electione,in prin.ff.de legat.i. & ibi late Imo.Are.Alex.& lat.cum concord.vt per Tiraq.in l. boues.§.hoc ſermone limi.i.num.50.ff.de verbor. ſignific.facit.l.45.Tau.vbi commiſſarius,qui ſemel fecit teſtamentum non ꝑt reuocare,quia ſm ſcribentes ibi,præcipue Anton. tali commiſſario agitur quia iure nullo alieno & non ꝓprio diſponit.Secunda reſponſio patet ex intellectu vero & germano quem ad illum tex.tradit Peral.ibi,in quiens,quod in caſu illius tex.natura electionis vel nominationis eſt quędã neceſſitas obligatoria ex primi teſtantis diſpoſitio immediate fluens,quam ob cauſam nominando in familia cum id faciat,neceſſario ex obligatione prędambula, habente ortum a iuſſu teſtatoris non videtur exercere liberalitatem erga nominatum,l.rem legatam,ff.de adim.lega.& inducit tex.not. in d.§.plane,§.vltim.& reprehendit,quæ circa tex.in d.§.ſedet ſi fundum,ſcribit ibi Segur. in materia melior ationis,& in ibi iſtum intellectum multis mediis & auctoritatibus confirmat,quæ nimis vrgere videntur.Cui addo te.x in l. alienationes.ff.famil.erciſ.ibi,non quæ vetuſtiorem cauſam & originem habent iuris neceſſariam.ex quo in noſtro propoſito

infertur

Source : BIU Cujas

infertur, & reualidatur illud, quod supra in tertio fundamẽto traditum fuit, quod cũ pater in casu d.l.humanitatis, non obligetur, neque necessitetur ex origine primæua ad faciendum illã substitutionem exemplarem, eligendo aliquem ex filiis in eo quod nõ necessitabatur facere origine inspecta liberalitatem in illum exercere videtur, iuxta tex.in d.l.i.§.sciẽdum. & ideo permittendum est, vt substitutum, quem nominat grauare possit, secundum reg.d.l.ab eo, vnde constat dissimilem esse nostrã quæstionem a casu d.§.sed & si fundũ. & pro ista differentia induco tex.not.in l.si sic.ii.resp. ff.de lega.i.ibi, si Stichus Seii factus iussu eius hæreditatem adierit, rogo det, quoniam qui fortuitu, non iudicio testatoris consequitur hæreditatem, vel legatum non debet onerari, nec recipiẽdum est, vt eum nihil dederis, cum rogando obliges, cũ quo concor.l.4.ti.9.par.vi.ibi, *Esto es, porque este a tal no es heredero del otro por iuyzio del testador mas por auẽtura. E porẽde aquel no es obligado a pagar tal manda, ca ningun ome no puede obligar a otro que de alguna cosa por el, sino le ouiere el dado algo de lo suyo.* vbi legatur Greg.Lop.& ista iura docent, quod vbicunque iudicio testatoris commodum aliquod quis consequitur, grauari potest (prout in nostro casu) & inquit ad propositum nostrum propriissime Rip.in l.cum filiofamilias.num.26. ff.de legat.i. per illum tex.qui etiam est ad propositum notabilis, in quo probatur, ꝙ qui capit, commodum per mediam personam ex alterius vltima uoluntate, potest per fideiommissum grauari, ꝙ non solum hæres honorati ex testamento, sed etiam hæres ab ĩtestato succeſſurus ipsi honorato ex necessitate, vt puta, quia ipse honoratus sit furiosus, aut pupillus, & ita testari nõ possit.grauari potest. Nam hæredes ab intestato grauari possunt.d.l.si Titio.§.vltim.ratio est secundum Ripam, post Soc.nume.7. quia testator poterat substituendo pupilla riter adimere hæreditatẽ uentibus, ab intestato, & quia nõ ademit, videtur eos honorasse, ideoq; grauare etiam eos ꝑt: sic in proposito cum econtrario testator substituẽdo vnũ ex pluribus eũ honorat ad totã hęreditatẽ furiosi, quę nõ facta tali substitutione esset diuidenda inter omnes successores ab intestato, quam quidem substitutionem pater facere non cogitur, sed solum arctatur relinquere filium mẽte captum hę redem, reliquum est, vt eum grauare possit, quia negari non potest, quin a patre non honoraretur, in qua ratione consistit tota difficultas istius quæstionis, & vt aperte patet. & qđ acquiritur substitutionem in hoc casu, acquiri videtur ex ꝓuidentia hominis, non legis. Nam illud dicitur acquiri ex ꝓuidentia hominis, quod licet acquiratur ex prouisione legis, patres poterant tamen renunciare, secundum Bar.in l.ita stipulatus, quæstio. 1.ff.de uerbo.obligatio. & in l.conditiones, quæ extrinsecus, ff.eodem tit.not.Rip. in l. si insulam, nume. 60.ff.de uerbo.oblig & in l.fœminæ, num.lxii. C. de secund. nup.& ad ista etiam est bon.tex.in l.conficiũtur.ff.de iure codicil. vbi dicitur, ideo fideicommissa alicui dari posse in testamento succedentibus, quoniam creditur patrem familias sponte sua in his relinquere hæreditatem legitimam. Et mire ad istam rem faciunt, quæ scribit Ioan.Lop.in d.l.xxvii.nume.24.cum aliis, quæ lector legat, non obest etiam tex.in d.l. si arrogator. a qua (ut prędixi) deducitur, quod faciens illud,
9 ad quod per l.obligatur.non dicitur conferre beneficium, qa fateor vbicunque quis præcise ex necessitate facere aliquid ꝑ l.obligatur in fauorem alicuius certę personę, quia pater obligatur ex lege relinquere filio arrogato quartam, in qua vsque ad pubertatem tantum, & non per fideicommissum potest substituere, nec grauare filiũ arrogatum põt, quia lege cogẽte arrogato semel filio, debetur eidem quarta absq; onere, vnde nimirũ si cũ grauare nõ possit, nec ei competit ius eligẽdi vnũ ex pluribus, sicut in casu d.l.humanitatis. Ex quo ĩfertur, quod noster casus dissimilis est casui d.l.quæ differentia deducitur ex his, quæ dicta sunt nu. præcedenti, & eius quod scribit Carol. Rui.consi.168.num.xviii. libr.iij.vbi
10 post Bart.in l.i.ff.de vulgari.in fi. tradit hanc esse rationem, quare testator possit relinquere fideicommissum substituto pupillari, quia potuit testator alium præferre, minus etiam facit d.l.fęminæ.iuncta auth sequenti, quia est casus specialis in odium mulieris contrahentis secundas nuptias, quibus leges vbique aduersantur, vt abundantissime tradit Tiraquel. in l.boues,§.hoc sermone, in reg.nu.141.cum plurib. sequentibus, ff.de verborum significa. immo potius retorqueri potest in contrarium. Cum si in casu d.authen. hoc expressum non fuisset, liberum esset matri inter filios inęqualiter testari, & habent illa iura alias plerasque responsiones, quas breuitatis causa omitto, quid dicendum in nostra quæstione, Ego quidem hanc secundam opinionem regulariter veriorem credo, cum moderamine & distinctione sequenti. Nam pater si mauros, vel furiosos habeat filios, quos substituere ante omnes tenetur ex ordine prædictæ legis, quemadmodum si furiosis ipse testaretur, pro quo pater testatur, non possit filios in legitima grauare iuxta dispositionem text.in d.l.quoniam in prioribus: ita pater testando pro eo non potest nepotes substitutos grauare. Ad quod facit glo.in d.l.humanitatis, in verbo pupillaris, vbi dicit, quod pater testando pro filio, in isto casu tenetur eos in re certa instituere vel exhæredare, & idem volunt Bar.& alii in d.l.ex facto, vbi hoc tradit Rip.nume.86.& conducunt, quæ ibi tradit num.76. & per hanc substitutionem filio & non patri succeditur, vt concludunt Docto.in d.l.humanitatis, Soci.Iuni.in d. consi.103.nume.44.& idem erit si furiosus aut mutus vnum tantum fratrem vel sororem habeat, quia cum hoc casu pater uelit nolit teneatur talem fratrem vocare, nec competat ius eligendi vnum ex pluribus, sed illum eligere pręcise obligatur ex vi.d.l.humanitatis, tunc nullam liberalitatem exercere videtur, sed debitũ soluere. ideo grauare illum non potest, iuxta textum in d.l. rem legatam, & cessat in hoc casu regul.tex.in d.l.ab eo. ideo cessare debet dispositio.in cœteris autem casibus, in quibus pater eligit ad substitutionem vnum ex pluribus, qui ad hoc capaces erant, licet eidẽ nominatum substitutum per fideicommissum, grauare, & cessante ratione, d.l.ab eo. grauamen permitti non debet. Et hoc mihi videtur in præsenti qõne, lector accipiat quod de iure verius reperiat. fatetur tamen autem Soc.in d.consi.ciii.num.24. quod licet vocatus grauari non possit in extraneam personam, inter eos tamen quos lex præcipit uocare, grauamen licitum est, eo quod tunc legi non contradicitur, cui satisfactum videtur, si bona filios aut
11 fratres in casu suo non exeant. Et antequam hinc abeam, ex regu.tex.in d.l.patris & filii.& concord. vbi cauetur, quod in istis substitutionibus pupillaribus vel exemplaribus, testamẽtum, patris dicitur testamentum filii, pro quo pater humanitatis & benignitatis intuitu testatur, infero in proposito nostræ quæstionis & materiæ maiorauum quod sicut filio mẽte capto, vel furioso plures filios habente liceret, si sanus mẽte esset, meliorare vnum ex filiis vel nepotibus secundum leges regni, & grauamina restitutionis & alia iniungere, iuxta ſæpius relatam, l.27. ita licet patri nomine talis filii, pro quo ex facultate legis testatur facere talem meliorationem vinculatam. & ita amplio d.l.17.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Pater virtute legis.22. Taurinæ filiis deficientib & parentibus, potest eligere ad maioratum remotorem consanguineum.*
Electionem habens eligẽdi ad maioratum, an teneatur eligere proximiorem consanguineum.

QVAESTIO LXXII

SEptuagesimo secũdo quę ro, an habens facultatẽ a testatore eligendi alĩ quem consanguineum (pro vt plerunque contingit) teneatur eligere proximiorem vel satisfaciat, & sit in sua facultate eligere remotiorem dummodo sit ex consanguinitate, familia, vel agnatione? Qua in re ĩportuna disputatione omissa, mihi non videtur, quod licet vbicũque plures personæ sunt vocatæ sub termino generali, vel in diffinito, vel collectiuo, puta familię generis cognatorum & similiũ intelligat ordine successiuo, vt scilicet, proximior primo loco, & hoc cessante vel deficiente is, qui eum proxime sequitur, & cœteri decinceps.l.peto,§. fratre.l.cum ita.§.ĩ fideicommisso, ff.de le.2.cum infinitis concordantibus adductis per Tiraq.lib.i.de retract.§.12.glo,3. nu.2. vbi lector plura ad hanc rem pertinentia legere potest. In nostra tamen q̃stione verius esse existimo, posse commissarium, cui talis electio data fuit eligere vnum de consanguinitate, vel parentela remotiorem, licet alii proximiores non deficiãt. ad quod est casus clarus in l.vnum ex familia.§.si de falcidia.ff.de le.2. & in l.filiusfamilias,§.cum pater, ff.de leg.i.& volunt Raph. Cũ.& Pau.in d.§.frater.Bar.Soc.consi.227.num.8.li.1.& in l.q Romæ,§.cohæredes.num.31.ff.de verb.obl.& ad quod alios Doc.refert Tiraq.d.§.11.gl.6.nu.7. cui adde Dec.in consi.432. nu 9. ꝙ in consi.619.nu.3. Ex quib. infero nouam & singularem limitationem ad.l.27.Tauri.in illius verbis. *Entre sus pariẽtes.* nam parentes non necessitantur in illo casu eligere ꝓximiores. Et in tantum ista cõclusio est vera, ꝙ talis electio fieri potest absque citatione aliorum consanguineorum, ſm
2 Bar.in l.i.nu.16.ff.de leg.2. Ang.Imol.Alexan. & Iaso.nu.23. in l. si quis arbitratu, ff. de verborum obligatio. vbi etiam Roma.

Explicita est prima pars huius libri maioratuuu.

HVIVS

Source : BIU Cujas

Tract. Maioratuum Melch. Palaez

HVIVS SECVNDAE PARTIS QVAESTIONVM SVMMA ET MATERIA.

¶Mens defuncti quibus cauſis perpendatur. & qualiter princeps derogare poſſit clauſulas maioratus? in initio.
¶Filius legitimatus vtrum ad maioratum admittatur. q.2.
¶Filij naturales, & alij huius generis, an ad maioratum admittantur. q.3.
¶Monachi & clerici vtrum in maioratibus ſuccedant. q.4.
¶Succeſſio maioratus ad quos pertineat. q.4. illatio. prima.
¶Committentes crimina hæreſis, læſæ maieſtatis, aut ſodomiæ, qualiter in maioratibus ſuccedant. q.4 illatio. 2.
¶Filius ſecundus qualiter primogenitus dicatur, deficiente primo. q.4. illatio. 3.
¶Filius ſtans in vtero, dicitur primogenitus. q.4. illatio. 4.
¶Primogenitus vtrum dicatur natus ante comitatum. q.4. illatio. 5.
¶Filius prodigus, vtrum ſuccedat in maioratu. q.4. illatio. 6.
¶Ignobiles an in maioratibus ſuccedant. q.4. illatio. 7.
¶In maioratibus non ſuccedunt non exequentes conditiones a teſtatoribus adiectas. q. 4. illatio. 8.
¶Maioratus & fideicommiſſum, vtrum taciteinducãt. q. 5.
¶De maſculorum & fœminarum ſucceſſione. q. vi.
¶Graduum computatio ad ſuccedendum in maioratu, quo modo fieri debeat. q. 7.
¶Proximior quis dicatur in ſucceſſione maioratus vel teſtatori, vel vltimo poſſeſſori. q. 8.
¶Filius abortiuus vtrum faciat gradum, & alia ſimilia. q. 9.
¶Filius in quem pater fecit maioratum, ſi moriat ante acceptationem, vtrum nepos admittatur. q. 10.
¶Pater ſi in conſtitutione maioratus ordinauit, quod ſi filius defunctus ſit abſque liberis bona perueniant ad aliquem, ſi filius habuit filios, qui defuncti fuerunt, vtrum ſubſtitutio expiret. q. 12.

SECVNDA PARS TRACTATVS.

INITIVM.

SVMMARIVM.

1 *Mentem defuncti difficile eſt iudicare. & teſtatores clare teſtari debent, & voluntas ſeruari.*
2 *Voluntas teſtatoris ſeruanda eſt, etiam ſi diſpoſitio reddatur inutilis.*
3 *Voluntas teſtatoris, etiam tacita ſeruari debet.*
4 *Fideicommiſſum conditionale, tranſmittitur in filios, ex coniecturata mẽte teſtatoris.*
5 *Voluntas teſtatoris coniecturata, facit vt ſubſtitutus admittatur, etiam contra verba teſtatoris expreſſa.*
6 *Coniecturis colligitur, an teſtator vocauerit proximos ſibi, vel vltimo poſſeſſori.*
7 *Mens fideicommiſſis eſt attendenda.*
8 *Voluntas teſtatoris eſt interpretanda, vt actus potius valeat quam pereat.*
9 *Voluntas teſtatoris tacita eſt ſeruanda, quando illud tacitum tranſit ad diſpenſationem.*
10 *Scriptura valet, quando non apparet de voluntate.*
11 *A verbis & proprietate verborum in dubio, recedi non debet, & volũtas præſumitur ſecundum verba.*
12 *Pro expreſſo habendum eſt, quod ex præcedentibus, & ſequentibus colligitur.*
13 *Voluntas teſtatoris colligitur ex eo, quod ipſe faceret ſi viueret, & fidei commiſſum cenſetur perpetuum, ex veriſimili mente diſponentis.*
14 *Ex veriſimili mentis teſtantis fit extenſio ad caſum diſſimilem, contrariũ vel oppoſitum.*
15 *Voluntas teſtatoris debet in dubio iudicari ſecundum leges.*
16 *Statuto ſtante repellente fœminas extantibus maſculis, ſi quis inſtituat liberos hæredes, non intelligitur inſtituiſſe filias.*
17 *Infertur, quod in dubio teſtator videtur præferre nepotem patruo in maioratibus factis poſt l. 40. Taurinam.*
18 *Teſtator ſe conformare videtur cum ſucceſſione ab inteſtato.*
19 *Voluntas teſtatoris colligitur ex illius vſu, quando erat uiuus.*
20 *Gratia a principe facta, intelligitur ſecundum vſum principis.*
21 *Voluntas teſtatoris ordinaria eſt ſequenda, non extraordinaria.*
22 *Procuratori ſi detur commiſſio, vt poſſit facere omnia, quæ dominus ſolitus erat facere, intelligitur ordinarie, non extraordinarie.*
23 *Inueſtiturarum verba debent recipere interpretationem a natura feudi regulari, non irregulari.*
24 *Mulier nupta virtute licentiæ generalis mariti, poteſt facere, quæ maritus facere ſolebat ordinarie, non extraordinarie.*
25 *Vbi in aliqua diſpoſitione aliqua habentur pro expreſſis, intelligitur de conſuetis communiter, & vt plurimum.*
26 *Infertur, quod in licentiis datis ad faciendum maioratum, vel ad extrahendum bona a maioratu, ſubintelligi debent clauſulæ ordinariæ, non extraordinariæ.*
27 *Voluntas teſtatoris colligitur ex communi vſu loquendi.*
28 *Infertur, quod quando plures de familia, vel parentela vocantur, omnes de familia, & non ſolum proximiores vocati cenſentur, quod eſt ſingulare.*
29 *Voluntas teſtatoris colligitur ex ſcriptura etiam imperfecta & ex illa declaratur voluntas teſtatoris circa ſucceſſionem maioratus.*
30 *Colligitur etiam ex conſuetudine ciuitatis, ex quo infertur quod ſi detur licentia ad faciendum maioratum in conſanguineos, veniunt etiam conſanguinei ex parte matris ex communi vſu loquendi in Hiſpania.*
31 *Voluntas teſtatoris colligiur ex ordine teſtantis.*
32 *Affectio teſtatoris eſt valde conſiderabilis ad colligendam eius voluntatem, & amici præferuntur conſanguineis. & teſtator in dubio videtur vocare ad maioratum conſanguineum quem nutriuit, & qui eſt naturalis ex propria patria.*
33 *Conſanguinei ſi ſimpliciter ſint vocati poſt inſtitutum, ex affectione teſtatoris, veniunt conſanguinei grauati, & non ipſius teſtatoris.*
34 *Alternatiua poſita inter perſonas, non reſoluitur in coniunctam ratione affectionis.*
35 *Alternatiua diſiuncta ponitur pro coniuncta ex præſumpta mente diſponentis.*
36 *Subſtitutio in vno caſu facta, non extenditur ad alium, vbi reſultaret in conueniens, quod minus dilectus præfereretur.*
37 *In generali diſpoſitione, non cenſentur vocati odioſi teſtatori.*
38 *Voluntas teſtatoris colligitur ex eo, quod alii, qui viuunt faciunt.*
39 *Colligitur etiam ex qualitate teſtatoris.*
40 *Colligitur ex verbis prolatis per teſtatorem inter vinos.*
41 *Percipitur etiam ex prtori nominatione.*
42 *Infertur, quod ſi teſtator vocat primogenitum & deinde ſecundogenitũ, poſtea tertio genitum, et poſtea in defectum maſculorum vocet filias, et poſt mortem illarum filios primogenitos, ante mortem filiarum tales filii admitti non debent.*
43 *Dilecti in inſtitutione, cenſentur dilecti in ſubſtitutione, et ex præcedentibus et ſrquentibus etiam colligitur voluntas teſtantis, et ex proœmio et diſpoſitio teſtatoris est trahenda ad casum magis neceſſarium.*
44 *Remiſſiue traduntur aliæ coniecturæ ad coniecturandam voluntatem testantis.*
45 *Verborum multiplicatio, non alterat testatoris voluntatem.*
46 *Principi non licet derogare vinculis, et vacationibus maioratus.*
47 *Succeſſores naſcituri, idem ius habent, quod iam nati.*
48 *Ius etiam in ſpe quæſitum, auferri non debet.*
49 *Ius oppoſitionis habentes ad beneficia patrimonialia, vel alia ſimilia, eſt conſiderandum.*
50 *Subſtitutus pupillo, etiam mortuo teſtatore, non cenſetur habere ſpem probabilem.*
51 *Subſtitutio quæ nondum competit, non dicitur eſſe in bonis noſtris. et an princeps poſſit legitimare poſt aditam hæreditatem.*
52 *Subſtitutus per fideicommiſſum, cenſetur habere ſpem probabilem ſuccedendi.*
53 *Legitimatio, et matrimonium non auferunt ſpem ſucceſſionis, quã quis habet ratione primogenituræ.*
54 *Ius primogenituræ tranſit in filios viuente patre.*
55 *Principi non licet auferre ius ex teſtamento quæſitum.*
56 *Ratio differentiæ inter feudum, et maioratum.*
57 *Feudi naturam, an liceat alterare in præiudicium eorum, quibus ius quæſitum eſt.*
58 *Regibus an licitum ſit variare leges, et conditiones primogenituræ.*
59 *Feudi pacta immutari nequeunt.*
60 *Principi non licet facere naturalem alicuius loci, qui non eſt, in præiudicium aliorum.*
61 *Principi non licet auferre rem niſi dato cambio.*
62 *Reſolutio quæſtionis de qua in nu. 46. et quod princeps ob vtilitatem publicam poteſt derogare clausulas maioratus.*
63 *Vocatus ad primogenitum petere potest. et intentare remedium legis ſi contendat.*
64 *Primogenitus, et vocatus ad maioratum, an in vita poſſeſſoris petere poſſit, vt declaretur maioratum ad ſe pertinere.*
65 *Primogenitus illico quod venit in lucem, habet spem firmam ſucceſſionis.*

SEcundam huius operis partem aggreſſurus, quæ eſt aliis difficilior, quia pro maiori parte agendum eſt de interpretandis defunctorum voluntatibus, in quo Doctores etiam acutiſſimi ceciderunt, neceſſe mihi eſt confugere ad auxilium diuinum, vt Dominus labia mea aperiat. quia ſine eo factum eſt nihil, cuius patrocinio intercedẽte beatiſſima virgine

Source : BIU Cujas

Virgine Maria ſpero, ꝙ aliquid noui ex noſtro labore orietur, vt rectius cognoſci poſſit; qui ſint legitimi ſucceſſores,
1 & vocati ad ſuccedendum in maioratibus. Et vt prædixi, materia eſt difficilis. Nam quis bene notam habere poteſt mentem defuncti (prout alias inquit Iuriſconſultus in l. ex facto.ff.ad Trebellia.) & ſæpe erratur in coniecturanda defuncti mente, auctore Bald.in l.precibus. verſic. dixi ergo de duobus.num.23.C.de impuber.& aliis, quod dictum commendat Iaſ.in l.licet Imperator,num.14.ff.de lega.1. & plures refert Tiraq.in l.ſi vnquam.in verbo,libertis.nu.23.C.de reuoc.donat.& voluntas hominis difficiliter probatur.l.5. tit.2.par.4. Curent igitur teſtatores proprias volũtates apertis verbis,& latiſſime exponere, vt lites propoſſe excuſent, quod non difficiliter facient, ſi ſine mortis perturbatione, & in ſanitate,& cum conſilio prudentum ad hoc ſe præueniant. Nam humana fragilitas mortis cogitationi intenta, omnia præcauere non poteſt, vt patet ex.l. hac conſultiſſima §.at cum humana.C.qui teſtam.facere poſſ. Authen.de trien.& ſemiſſe.§.illud. Oportet igitur,vt facientes maioratus recto iudicio,& diſtinctione omnia diſtinguant, & præcaueant.ad quod eſt inter alia aureum prooemium titul.primi par.6.vbi dicitur, *Teſtamento es vna de las coſas del mundo, en que mas deuen los homes de auer cordura quando lo fazen. Eſto es, por dos razones. La vna, por que enellos mueſtran qual es la ſu poſtrimera voluntad. La otra, por que deſpues que lo an hecho ſi ſe mueren no pueden tornar orta veza enderecarlo.* & facit l.3.titu.4.par.2. ibi, *E ſegun dixeron los ſabios antiguos,como quier que elhome deue fablar :en pocas palabras,por eſſo no lo deue fazer de manera,que no mueſtre bien y abiertamente lo que dixere.* & l.5. tit.13.ead.par. Agendũ ergo in hac parte eſt de ſucceſſione bonorum maioratus. Et quia prius cognoſci debet quis ſit vocatus ad maioratũ ad hoc,vt in eum transferatur ipſo iure poſſeſſio, quæ ex.l. 45.Taurina transfertur in ſucceſſores bonorum maioratus, & poſſeſſio iſto caſu habet mixtam cauſam proprietatis. Prior tanquam de negocio antecedenti tractabitur in hac ſecunda parte de proprietate, & ſucceſſione bonorum maioratus,& poſtea in tertia parte de poſſeſſione agetur, quæ erit facilior, cognita iſta ſecunda parte. Vtrunque pro viribus explicare conabor, inſiſtendo in his tantum, quæ mihi neceſſaria,& in practica vtiliora videbuntur pluribus omiſſis,quæ ab illis,qui de materia primogeniorum ſcripſerunt, tractata ſunt. Tam quia verecundia eſt alienos transplantare labores,quam quia primogenita Galliæ,& Italiæ,& aliarum prouinciarum longe diſtant a maioratibus Hiſpaniæ, (prout plenius dixi in principio huius operis,nu.3.) Nec ẽt in hoc loco illum latiſſimum campum ſubſtitutionum inſerendum decreui,cum ſit materia in lecturis valde digeſta, in tractatibus particularibus diligenter excuſſa. Et proxime prodita eſt lectura acutiſſimi viri Emanuel. de Acoſt.in c. ſi pater.de teſt.in 6.& quamuis alia addere poſſem, quæ in negociis in facto habui, magis placuit ab hoc pedem referre, & conſultius duxi id relinquere, quam rem non tractare pro dignitate,quam requirit. illis tantummodo inhærebo, quæ ad noſtram materiam maioratuum ſunt conducibilia. Et vt perfectiori ordine hæc res ducatur, iam primum omnium ſciendum eſt,ꝙ in ſucceſſione maioratuum,ante omnia attendi debet voluntas teſtatorum l. 40. Tauri. in fi.vbi nepos patruo præfertur in ſucceſſione maioratus, niſi aliud ex mente teſtatoris colligatur. & eſt famoſus text. in l.hæredes mei.§ cum ita.ff.ad Treb.& voluntas teſtatoris hr̃ pro lege.Auth.de nup.§.diſponat.& volũtas diſtinguit, & format omnes actus hominum.l.non omnis.ff.ſi cer.pet.l.3.ff.de rebus dub.l.2 ff.de iudi.l.verum. la 2.ff. de iniurijs. notiſſimus caſus in l.in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demon.l.5.tit.2.par.6.Notat Decius in conſil.425. in caſu ꝓpoſito.late Tiraq.in d.l.ſi vnquam.in verbo,libertis, nu. 42. & eſt egregium conſilium Ale. 52. circa hãc dubitationem. lib.4.nu.1.cum aliis.vbi Moder.Pariſien.in additi.facit.l. 11. in fine.tit.3.par.6.Et ideo dicitur,ꝙ ante omnia eſt inſpiciendus tenor inueſtituræ, quia ille derogat omni iuri, & omni naturæ feudali, vt probatur in c.1.de duobus fratrib. a capita. Notat eleganter Iaſ.in conſi.136.in præſenti conſultatione,col.3.lib.4.quem ad ſcripturas maioratuum, & ad facultates conceſſas ad conſtitutiones maioratuum. ꝙ ante omnia in illis ſit inſpiciendus tenor, valde commendat Peral.
2 in l.3.§.qui fideicommiſſum.nu.135.ff.de hæred.inſti. Et voluntas teſtatoris ſeruari debet, ẽt ſi illa ſeruata reddatur inutilis, quia potius debet remanere teſtatoris diſpoſitio ſine effectu,quam ꝙ recedatur ab illius voluntate.l.verbis ciuilibus.vbi DD.ff.de vulgari.facit tex.in l.ſi quis filio.in princ.ff. de lega.1.l. pen.ff.de iniu.rup.& vbi voluntas teſtatoris non põt verificari in filiis natis,verificatur in naſcituris.l. quibus dieb.§.dñs.ff.de cond.& dem.l.hæredib §.ff. ad Treb. notat Rom.in conſi.134.Soc.in l.ſi cognatis.qõ.4.ff.de reb.dub.& alij,quos refert Pariſ.in conſi.71.nu.14.cum ſeq.lib.4. vbi de hoc late agit.& receditur a verborũ proprietate, vt volũtas teſtatoris ſeruet,ſm Bar.in l.in ambiguo.ff.de reb.dub. Ale.in l.3.C.de lib præte.Soc.Iun.in conſi.86.nu.1. lib.1. & teſtator põt facere in teſtamento omne id, ꝙ non reperitur ſibi expreſſe prohibitum.l.nec non.§.ſed ꝙ ei.ff.ex quib.ca. ma. & in vltimis voluntatibus non requiritur cauſa, ſm Bal. in l.j.ff.de cond.inſtit.& vltima volũtas non regulatur a rõne, ſed a mera voluntate,ſm Corn. in l.1. nu.1. verſi.nec obſtãt adducta.C.de cond.inſer.& voluntati teſtatoris in dubio fa-
3 uendum eſt.l.ſi pars.ff.de inoffi.teſt. Et adeo iſta procedunt, ꝙ non ſolum volũtas teſtatoris expreſſa,ſed ẽt tacita,& quę colligitur per coniecturas eſt ſeruãda.l.licet Imperator. poſt prin.vbi Bar & alii.ff.de leg.j.l.ſi quis locuplex.ad fi.ff.de manumiſ.teſtam.l.cum proponebatur in fi. ff.de leg.2. l. qui ſolidum.§.1.eo.ti. & eſt mirabilis caſus ad plura conducibilis in l.Titius.§.1.ff.de lib.& poſth.elegans.l.28.ti.9.par.6. in ver. *Otroſi dezimos*, præcipue in illis verbis, *O otras ſemeſantes de ellas, porque pueda ſer entendida la intencion*, facit l.inter veſtem.ff. de aur.& arg.leg.Et conducunt quæ plene tradit Curti.Seni. conſi.51.& voluntas manifeſtiſſima dr̃, quæ ex coniecturis colligitur,ſm Imo.in l.j.nu.60.ff.de hær.inſti.Et ꝙ ex mente colligitur,dr̃ expreſſum.l.prætor,in prin.vbi Bar.& alii.ff. de noui ope.l.pater.§.inteſtato.iuncta gl.j.vbi Odofre.& Bal.ff. famil.erciſ.Et probatur in l.6.coniuncta gl.in verbo,*ciertaſoſpecha*.tit.3.par.6.Et confirmat maximus vlt.iſta Barth. Soci. in conſi.127.nu.14.lib.3.Cur.de feu.4.q.i.par.2. nu.2.& omnis ſenſus ſcripturę a mente ſumit exordium,ſm Bal.in cõſ. 217.nu.3.lib.3.per l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pactis.& alia iura.Et conducit ꝙ notat Deci.in cõſ.628.caſus, de quo
4 quæritur,nu.7.& in conſi.369.vbi tradit, qualiter fideicommiſſum conditionale transferatur in filios, ſi appareat ex aliquib.coniecturis & indicijs,iſtam fuiſſe teſtatoris intẽtionem.citat Bal.qui hanc opin.tenet in l.1.nu.10. C. de iis,qui ante aper.tabu. & eſt cõis opin.ſm Deci.in d.conſi.369 ante nu.1.& vide eundem in conſi.276.nu.6.& pro hoc ẽt facit, ꝙ ſcribit idem Bal.in l.ſi pater.nu.5.C.de inſti.& ſubſt.vbi dicit,ꝙ coniecturata voluntas teſtatoris facit,ꝙ illud, ꝙ non eſt tranſmiſſibile ad hæredes,tranſmittatur. not.Greg. Lop. in l.3.in verbo,*ante* tit.9.part.6. Et ex coniecturata mente teſtatoris, admittitur ſubſtitutus, ẽt contra verba expreſſa teſtatoris.l.precib.C.de impub.& aliis.Iam hoc iure.ff. de vulga.& pup.l.Gallus.§.& quid ſi tm̃.ff.de libe. & poſth. & dicit Pau.in l.ſi in venditione.in fi.ff.commu. prædio. ꝙ magis attenditur intentio teſtatoris qm̃ de illa cõſtat, quam proprietas verborum.& ſubſtitutio regulatur ex tacita, ſicut ex expreſſa mente diſponentis,ſm Raph.Fulg.in conſi.15. propo nitur.& vide illum in cõſi.20.col.2.& ex coniecturata mente teſtatoris,receditur a vi,& natura coniunctionis, ſm Bal. in l.vlti.nu.10.C.de Impub.& aliis.& ex hoc fit, ꝙ licet ſubſtitutus preferatur coniuncto, eo ꝙ venit ex expreſſa voluntate teſtatoris.l.2.§.ſi duo.ff de bonor.poſſ.ſm tabul. tamen ex preſumpta mente teſtantis ſubſtitutus prefertur coniuncto.l.quidam teſtamento.vbi Bart.& Doct.ff. de vulg. Hinc etiam eſt', ꝙ licet verba teſtatoris requirant cõcurſum duorum copulatorum.l.ſi hęredi plures.ff.de condit. inſtit.l.ſi is qui ducenta.§. vtrum.ff. de reb.dub.& dico latius in 4.q.huius ſecundę partis.illatio.8.nu.10. Tamen propter coniecturatam mentem teſtantis verificatur in vno.d.l. hęredes mei. §.cum ita. & pp volũtatem teſtatoris lex obliquat verbum directum.l.Sceuola.l.e xfacto,in prin.ff.ad Treb.l. filiusfam.
6 §.vt quis.ff.de leg.3.Et ex his dixit Peral.in l. cum ita.§. in fideicommiſſo.nu.23.ad fi.ff.de lega.2.quod quando teſtator expreſſe, vel tacite ſubſtituit per fideicommiſſum propinquos,& patet ex vera,vel coniecturata ipſius diſpoſitione, voluiſſe eum vocare ſuos,vel primi gradus, vel vltimi poſſeſſoris decedentis, & illi admittuntur de qua quęſtione infra latius tractabitur.Quod ante Peral.voluit Barth.Soci.in conſi.37.lib.3.concludens,ꝙ regula.l.cum ita.§ in fideicommiſſo.ff.de lega 2.non procedit, vbi ex coniecturata mente teſtatoris aliud colligitur.Et idẽ uoluit Soci. Iun.in cõſ.116.
7 nu.17.lib.j.Et in fideicommiſſis eſt generale, ꝙ potius eſt attendenda mens teſtatoris, q̃ uerba.l.cũ uirũ.C.de fideicom. l.3.§.conditio.ff.de adim.leg.& eſt tex. melior de iure,quem ꝑ ego in conſulendo refero,in l.ſi quis filium.C.de lib.præt. ibi,cum.n.manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtãtis, verborũ interpretatio nunquam tm̃ valet, vt melior ſenſu exiſtat, quam legẽ inter alios plures exornant Iaſ.in conſi.118. col.2.lib.j. & in l.ſi tibi homo.§ ſi teſtamento.nu.4.ff.de leg.j.Ale.in cõſi.81.lib.6.nu.j.Hippol.in l.ſi quis viduã,nu.11.ff.de qõ. Epiſ. Couarr.in c.Rayn.in prin.nu.2. de teſta. & ſenſus tanquam medulla uerborũ attendi debet,ſm Bald. in l.j.nu.4.C.quomo.& quand.iudex.per l.3.ff.de libe.& poſthu. & mens gñalis tm̃ operatur,quantũ ſpecialis,vt fundat Ang.in cõſ.389.

Source: BIU Cujas

totum dictum. & non attenditur figura literarum, ſed effectum diſponens, l. non figura. ff. de actio. & oblig. l. Cornel. ff. de hære. inſt. facit tex. in l. ab omnibus in prin. ff. de le. i. ibi, cum & ſignificatio verborum non repugnet huic ſentētiæ, & voluntas teſtatoris congruat. l. vnum ex familia. §. pen. ff. de leg. 2. ibi, etſi fideicommiſſis verba omiſſa ſunt, & cætera quæ leguntur cum his, quæ ſcribi debuerant congruant, recte datum, & minus ſcriptum exemplo inſtitutionis legatotum, quæ intelligitur. Notatur per Bal. in l. & ſi poſt tres. ver. & quid ſi tantum. ff. ſi quis cautio. & in l. etiam, C. de iu. dot. & in d. l. vnica. C. de iis, qui ante aper. tab. dicit Deci. in conſ. 68. pro reſolutione. quod id dicitur expreſſum, quod ex ipſis verbis infertur & colligitur, licet verba id expreſſe non exprimant. Et qualiter in fideicommiſſis potius attēdatur mens, quam plura iura notatu digna, veluti cum admiratione quadam cumulat Tiraq. in d. l. ſi vnquam. in verbo, libertis. nu. 52. cum aliis. Ad quam remiſſionem tanquam ad fonte abūdantiſſimum recurrere poteſt, qui in iudicando vel conſulēdo id exegerit. Cui adde quod ſcribit Lucas de Penna. inl. i. C. de priui. eorum, qui in ſacro pala. militant. in princ. vbi dicit, quod ſi detur feudum hoc pacto, & modo, vt dicatur cōcedo feudum tibi, & primo genitis tuis, quod in tali conceſſione ſemper eſt ſeruanda voluntas dantis ſi ea appareat, ēt ſi contextus verborum aliud ſonet. Vnde in dicta conceſſione ſi conſtat de voluntate dantis, quod vellet primogenitū in vita patris ius habere, vel patrem, eſt ſeruanda. & vide ēt bonam remiſſionem Pari. in addi. ad Alex. conſi. 202. in add. quæ incipit, diſponat. lib. 7. Et id quod ex mēte venit, dicitur ex proprio ſignificatu. l. cum mulier. vbi Bal. notat. ff. ſol. matrimo. & in princip. Inſt. de legit. patro. tute. l. nominis & rei
8 verſi. verbum ex legibus. ff. de verb. ſign. gl. in c. i. in verbo Italiæ. de tempo. ord. li. vj. Item, in dubio voluntas teſtatoris eſt potius interpreranda, vt magis valeat, quam pareat. l. quoties. ff. de reb. dub. notat Iaſo. in l. quod in rerum. §. qui vſum fructum. nume. 7. ff. de leg. i. & in l. reconiuncti. num. 17. ff. de lega. 3. vnde ſi ex validitate alicuius actus teſtatoris voluntas offendatur, interpretatio eſt ſumēda, vt potius actus pereat, quam valeat, ſecundum Pau. & Ale. in d. l. verbis ciuilibus. p illum tex. ibi, ne fiat contra voluntatem. ff. de vulga. Deci. in l. contrahenda ſtipulatione. nu. 18. ff. de reg. iur. notat Peral. in l. Mæuius. num. 2. ff. de leg. 2. Nec vitiat voluntatem defuncti rigor verborum, quia potius debemus inſpicere pondus voluntatis, & ſententiæ teſtatoris. l. pater Seuerinam. §. conditionum. l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demonſtra. per quæ iuta hoc tradit Bal. in conſi. 49. verba inſtitutionis. num. 1. lib. i vbi addit, quod non debemus ire per apices verborum ad ſubuertendas teſtatorum congruas voluntates, quia intellectus & prior, & potior eſt, quam verba. l. Labeo. §. nec mirum. ff. de ſuppellecti. lega. & quod interpretationes ſunt inuentæ, vt actus roboretur per eas, & non pe-
9 rimatur. l. vlti. ff. de manu. teſtam. Eſt tamen in ſuperioribus aduertendum, qnod non ſufficit teſtatorem aliquid voluiſſe niſi etiam ad diſpoſitionem procedat. l. quidam cum filium ff. de hæredi. inſtituend. per quam limitantur omnia iura, q̄ dicunt, quod illud, quod teſtator tacite diſponit, habetur pro expreſſo, quia illud procedit, quando tacitum tranſit ad diſpoſitionem, & non alias ſecundum Bal. in d. l. quidam. Iaſ. qui ſimilia adducit in l. ſi res obligata. num. 31. ff. de lega. i. & in l. ſi ita legatum. §. illi. num. 2. ff. de leg. i. notat Pau. in l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb. Oldra. in conſi. 21. Deci. in conſ. 205. numero 8. & conſil. 635. viſo copioſo. nu. x. & 636. prima facie num. 13. Ale. in conſi. 201. viſo themate. libr. 7. Tiraq. in d. l. ſi vnquam. nu. 18. notat Arias Pinellus in l. 3. C. de bonis matpar. i. num. 27. Roderic. Sua. alleg. 2. Alc. in d. l. verbis ciuilib. nume. 13. ff. de vulga. Soc. Iunior in conſi. 2. uum. 18. & cōſi. 97. num. 50. & in conſi. 155. num. 18. & in conſi. 180. num. 2. 2. lib. 2. facit tex. in l. ſi alii. in fi. ff. de vſufruct. vbi probatur, q̄
10 quando non apparet de voluntate, plus valet ſcriptura, q̄ q̄ actum eſt. Quem text. ita declarat Bartol. poſt gloſſ. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Deci. in l. ſemper in ſtipulationib. num. 2. ff. de regul. iur. Hippoli. in ſingu. 577. & ideo in dubio
11 non eſt a verbis recedendum, niſi aliter conſtet de mente diſponentis. l. non aliter. ff. de leg. 3. cum qua cōcordat egregia l. 4. tit. 33. par. 7. ibi, *Las palabras del fazedor del teſtamento deuen ſer entendidas llanamente, aſſi como ellas ſuenā, y no deue el iuzgador partir del entendimiento dellas, ſueras en di quando pareciere ciertamente que la voluntad del teſtator fuerca otra, que no como ſuenan las palabras que eſtan eſcriptas.* Notat Barto. in l. non dubium. C. de legib. vbi Alberi. nu. i. vbi late tradit quando verba, vel mens, ſint inſpicienda. idem Bar. in l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pact. & alii, vt per Alex. in conſi. 116. animaduerſis ſtatutis. lib. 2. Deci. in conſ. 412. viſo eleganti. nu. xi. & plura pro ornatu iſtius concluſionis iungit Aymo Craue. in conſi. 20. n. i. cum aliis. Peral. in rub. ff. de leg. 2. nu. 3. cum ſeq. & in ſacra pag. regu. iſta locum habet, vt tradit Auguſti. lib. 3. de doctrina Chriſtiana. quem refert Caſtro lib. 2. de iuſta hæreticorū punitione. c. 12. in princ. & ideo in dubio videtur quis habere voluntatem, prout verba ſonant, vt clare docet. d. l. par. l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppel. lega. l. nepos Proculo. ff. de verb. ſigni. l. i. titu. 4. par. ii. ibi, *Segun dixeron los ſabios antiguos palabra es coſa que quando es dicha verdaderamente, aquel que la dize mueſtra aquello, que quiere dezir, y lo qui contiene en el coracon.* Notat Deci. in d. l. ſemper. num. 3. cui adde Raph. Fulgo. in q̄ſi. 18. Columnitia. vbi dicit, quod a proprietate verborum n̄ eſt recedendum, niſi clare appareat de contraria voluntate. Ex quo infert, quod ſubſtitutio facta (ſi deceſſerit ſine filiis) non deficit, filia nata. de quo infra latius agetur & vide eundem Raphaelem in conſilio. xxxviii. per totum. & in quacunque materia etiam odioſa eſt aſſumenda interpretatio a ſermonis proprietate. l. cum lege. vbi Are. ff. de te. notat Deci. in c. cum ordinem. & in c. ſedes. de reſcrip. & alii, quos refert Epiſcop. Couar. reſolutio. lib. i. c. 20. nume. 7. Alc. lib. i. de verb. ſigni. & probatur in l. 5. ti. 2. par. 4. licet vt voluntas teſtatoris ſeruetur, recedere liceat a verborum proprietate, ſecundum Bar. in d. l. in ambiguo. Ale. in d. l. 3. C. de liber. præte. Deci. in conſi. 476. num. i. & faciunt quæ ſcribit in conſi. ſeq. & notat in nu. 5. non tamen attenditur voluntas teſtatoris vbi verba expreſſa ſunt penitus incongrua & inepta, ſecundum glo. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iu. cōtra quam argu it Iaſ. in l. cum quid. iactura 2. num. xxii. ff. ſi cer. pe. & eſt ſingulariter notādum, quod illa eſt propria natura verborum, quam ratio & ſignificatio recti ſermonis ī-cludit. Nam ſignificatio trahitur per rei naturam ſubſtātialem, ſine qua intellectus remouetur ab intelligibili, ſecūdū Bal. in conſi. 326. Rex Romanorum. num. 7. lib. i. per l. Plautius. ff. de aur. & arg. leg. & l. Labeo. § idem Tube. ff. de ſup. lega. Et voluntas illa propria dicitur, quæ eſt expreſſa ſecundū Bal. & Ale. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matr. Quamuis Pau.
12 de Ca. in conſi. 6. hoc capite pro euidentia. lib. i. dicat, quod illud habetur pro expreſſo, quod ex præcedētibus verbis, & ſequentibus apparet errore ſcribentis fuiſſe omiſſum. Et expreſſum dicitur illud, quod ex mente colligitur, vt per l. tale pactū. §. vl. ff. de pact. & alia ſimilia. fundat Aymo Crauet. in conſi. 147. nu. 2. Et expreſſum dicitur, quod ſequitur ex eo, q̄ expreſſum reperitur. l. iam hoc iure. ff. de vul. notat Bal. in l. i. C. de his, qui ante aper. tabu. Deci. conſi xv. & idem Aymo in conſi. 149. nu. xi. & in conſi. 257. nu. 6. De quo puncto qui infinita ſcire cupit, & quando, & in quibus caſibus aliquid, habeatur pro expreſſo, acſi expreſſum & declaratū fuiſſet, legat omnino Tiraq. in legibus connubialibus glo. 7. in verbo, exprez. nu. 182. cum pluribus ſe. vbi inter alia citat Bald. & Imo. in l. Centurio primus. & Imo. in verſi. nec obſtat ſi dicatur ff. de vulga. dicentes, quod expreſſum nō operatur pluſ quam tacitum, quando agitur de excludendo alium ab hæreditate. Et eſt notandum, quod voluntas fortius attenditur ex geminata expreſſione, quā ex ſimplici & vnica ſm Bart. Soc. in conſi. 259. lib. ii. pro quo faciunt plura, quæ ſcribo in i. par. tractatus. q. 22. nu. 13. Ex quibus tandē fit, voluntatem, quę ex mente coniecteratur, ſeruandā omnino eſſe, modo aperte non colligatur ex verbis contrarium, nec omnino recedatur a verborum proprietate. Ad quod etiam facit. l. 9. in ver. *E porendo* titu. 3. part. 6. & quod ſcribit Caro. Ruin. conſi 25. num. 5. lib. 3. Item addo, quod talis prę ſumitur volūtas medio tempore, qualis apparet in extremis, vt notat Barth. Socin. in conſi. 126. lib. 3. nu. 4. Præterea, lex indignatur vbi voluntas teſtatoris circūueniī. l. ſi quis pecuniam. ff. ſi quis omiſſa cau. te. vbi Bal. Ex multis āt cognoſciī teſtatoris volūtas & mens abſq; eo, q̄ ad diſpoſitionē expreſſam, implicitā, & indiuiduā p̄cedat, & loquaī ipſe teſtator. vt hī in toto titulo de leg. i. & in titulis de le. ii. & 3. & in titulis ſequētibus, & in aliis pluribus locis, quos ſi ī hoc loco inſimul colligere velim, īfinitū opus efficerē. Solūmō hic īſerere decreui aliquas generales coniecturas, & q̄ in practica magis præmanib. hñr. & q̄ (vt reor) vtiles erunt lectorib. ad qōnes, q̄ in
13 iſta mā accidere p̄ñt. Primo igiī colligiī volūtas teſtōris, ex eo q̄ ipſe faceret ſi viueret, & id dēt haberi p̄ ſcripto, q̄ ſi īterroḡatus fuiſſet reſpondiſſet. l. Lucius Titius. §. i. & vnico. ff. de lib. & poſth. l. cū teſtō. ff. de reb. dub. notaī p̄ Ale. in p̄ſil. 130. vbi Par. lib. 2. Fran. Cur. Sen. in cōſ. 29. col. i. & in cōſ. 50. col. ii. 10. & vlt. laſ. in d. §. Titius. & alios quos refert Pariſi. in conſi. i. pro Duce de Villa hermoſa, nu. 39. vbi ex hoc infert, q̄ quamuis teſtator non expreſſerit de deſcendentibus poſtea natis, & de vlterioribus deſcendentibus, eſt intelligēdū fideicōmiſſum eſſe factum, & perpetuum cenſeri debet. Et de hac concluſione vide ēt Alexnd. in conſi. 46. ponderatis verbis dicti capituli. libro ſecundo, & quæ late refert Tiraq. in legibus connubialibus. in glo. 7. in verbo, epxrez. nu. 181. latius in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. in principio,

cuius

Source : BIU Cujas

cuius scripta sæpè in hoc opere refero. Iustius etenim esse dico hoc facere, quàm astuta dissimulatione illius vsurpare labores, & transcribere in hunc locum. Igitur tanta est vis verisimilitudinis, quod ex verisimili mente testatoris fit ex-
14 tẽsio ad casum dissimilem, contrarium, & oppositum, vt ẽ tex. celebris. in l. vlti. C. de posthu. hæredi. instit. vbi institutus (si nascetur post mortem testatoris) extenditur substitutio ad casum, quo nascatur eo viuo, & è conuerso. notat Iaſ. ī l. cum res. nu. 16. ff. de leg. j. Et per hæc dixit Bart. in l. Pamphilo. in pri. ff. de leg. 3. ꝙ verba enunciatiua testatoris inducũt fideicommissum. notat Deci. in consi. 637. vita prohibitione alienationis. Pro quo facit simile quod dicimus, verba enunciatiua disponere, quando sunt prolata per modũ cãæ secundum Bar. in l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matrim. & in l. q volebat. ff. de hære. instituen. Et propter verisimilem mentẽ testatoris, fit extensio de vno casu ad alium, secundum Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in nu. 3. ff. de liber. & posthu. vbi notabilem theoricam ponit in ista materia, quando ꝓ uisio testatoris facta in vno casu porrigatur adalios, & inter
retatio semper inest dispositioni de necessitate ex verisimilitudine, aut ipsius rei natura secundum Bal. in consilio 343. examinanda sunt. in pri. lib. j. & est interpretatio spiritꝰ scripturæ secundum eundem Bal. in consi. 275. quod pro regula. circa medium li. 2. refert Arist. lib 7. secretorum. Et animus verisimilis testatoris habetur pro expresso, vt per Soci. iuni. consi. 128. nu. 2 8. lib. j. & verisimilitudo est cognata naturæ, secundum Bal. in consi. 180. nu. 3. lib. 3. & discretio naturalis, est mater virtutum, & optimè iudicat in reb. dubijs, secundum eundem Bald. in consi. 238. quæritur vtrum de li
15 nea. num. 2. lib. 3. Secundò, est in signis coniectura ad percipiendas defunctorum voluntates legum dispositio, cum quibus in dubio testator se conformare videtur. l. hæredes mei. §. cum ita. vbi Bar. nu. 4. ff. ad Treb. & per hoc dico, vbi Ale. in additio. alia ad hoc propositum refert, quos citat Petrus de Peral. in l. & Proculo. num. 38. pag. 317. ff. de leg. ij. & in rubri. ff. de hæred. instituen. nu. 39. Et ad hoc est tex. notab. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. ibi, nam cum inter nos cognationem quandam. ad quam conclusionem alios concordantes refero in prima parte huius operis. q. 48. nu. xv. quibus hoc in loco adde omnino Tiraq. in l. si vnquam. in verbo, susceperit liberos. nu. 101. C. de reuocan. do. egregiè Alex. in consi. lv. pspectis. vbi Parisien. lib. 4. vbi ex hoc in nostra materia, dicunt, ꝙ stante statuto repellente fœminas masculis extantibus, si quis in testamento instituit suos liberos hæredes, non intelligitur instituisse filias, sed tantum filios. & est communis opinio secundum Alciat. lib. j. de verb. signifi. post principium. qui similia ī proposito adducit. Et notatur etiam ista conclusio per Episcop. Couarruui. in c. Raynaldus. in princ. nu. 2. de testa. Et hoc explicat notabiliter Barth. Soc. in cons. 90. lib. j. nu. 1. & 2. Soci. iunior in consi. 133. nu. 23. lib. j. & in consi. 135. nu. 4. & 140. nu. 7. lib. j. Et ex hoc dixit Bal. in l. pre-
16 cibus. nu. 38. C. de impuber. & alijs. quod quis præsumitur cogitare, quod lex disponit. notat Tiraq in d. l. si vnquàm ī verbo, donatione largitus. nu. 33. & lib. j. de retract. §. 25. gl. j. nu. 7. cui etiam adde Parisien. in j. par. consutudi. Parisien. §. 2. q. 20. nu. 26. vbi. refert illam famosam doctrinam Bart. in l. vt iuris iurandi. § si liberti. ff. de operis liberto. de qua etiam Roland. in consi. 68. nu. 20. lib. j. Iaſ. in cons. 215. lib. 4. Et hæc etiam regula, ꝙ voluntas testatoris debet intelligi in dubio secundum leges, traditur & explicatur per Alciat. reg. 3 præsumptio. 32. Rodericum Suarez allega. 2 Bartho. Soc. in bono casu in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. nu. 8. ff. de liber. & posth. & in consi. 150. nu. 3. & in consi. 80. nu. 1. & in cons. 23. nu. 18. & in consi. 9. nu. 17. lib. j. & est elegans decisio Matthe. de Afflict. vbi plura tradit in ista materia, 44. de trib. mihi. Et potius interpretatur voluntas testatoris secundum leges, q̃ iuxta consuetudinem vicinorum, vt per Aymo. de anquita. temp. par. 4. nu. 23. Ex quibus infertur intellectus ad d.
17 l. xl. Tauri. præferentem nepotem patruo in successione maioratus, nisi aliud à testatore dispositum sit: nam ista dispositio & voluntas, est iudicanda secundum dispositionem illiꝰ legis, si apertè contrarium non appareat. Et hoc valdè confirmatur ex doctri. Andre. de Yser. in c. j. nu. 3. de eo qui sibi, aut hær. suis. quod est notandum ad maioratus, qui facti sũt post publicationem legum Taurinarum, quæ factæ fuerunt anno milesimo quingentesimo quinto. & ad alia consimilia inferri potest intellectus. Et ex ista regula q̃q̃ determinaui, ꝙ si Rex faciat alicui donationem cuiusdam rei facultate, vt eam relinquere possit titulo maioratus alicui ex filijs, quam elegerit vel nominauerit: ꝙ si pater moriatur electione & nominatione minimè facta, pater ī dubio elegisse videtur filium filij primogeniti, quemadmodum elegisse videretur ipsum filium primogenitũ si viueret, prout latiꝰ trado in j. par. ope. q. 50. nu. xv. cum aliis. Mos est tamen, aliquib. maioratus facientib. in suis dispositionibus ordinare, ne coniecturetur propria voluntas à legum regulis, sed à simili illorum, quæ in suo testamento disponunt, adeo ꝓpria rum voluntatum sunt amatores. cuius tenoris ego vidi aliquos maioratus illustrium virorum. Et sunt licitæ huiusmodi dispositiones, dummodo seruentur ea, quæ notantur in l. nemo potest. ff. de leg. j. cum qua concord. l. 32. titu. 24. par. 6. vbi latè Grego. Lopez. Sed est aduertendum, ꝙ talis dispositio testatorum seruanda est in his, quæ ipse non ordinauit, cum quibus concurrit iuris dispositio: quia in isto casu testator non censetur legum dispositiones excluisse: quia inducta ad augumentum, non debẽt diminutionem operari. l. si mancipia. ff. de fun. instru. l. vlti. C. de præpo. agent. in reb. lib. 12. cum concordantib. vt per Iaſo. in l. legata inutiliter. nu. 8. ff. de leg. j. Sed à prædicta coniectura, ꝙ testator in dubio se conformare vī cum iuris dispositione, de facili receditur ꝓpter aliam præsumptionem, vt tradit Corn. in consi. 204. li. 4. & in aliis pluribus consiliis relatis ab Aymo. Craue. ī consil. 180. nu. 4. Tertiò, testator conformari vī cum successio-
18 ne ab intestato, quod ex præcedentibus colligitur. & ex Bar in d. §. cum ita. vbi Soc. nu. 20. in ver. secũda conclusio & notatur per Ludou. Gozad. in consi 4 prima facie. nu. xvi. Hinc dicunt Doc. ꝙ ad hoc, vt aliquis dicatur prædictus ad exclusionem substituti, requiritur ꝙ talis persona sit proximior substituto in succedendo ab intestato ei, de cuius hæreditate agitur, seu per cuius mortem euenit casus substitutionis. vt notat Bart. in d. §. cum ita in fine Deci. in l. penul. nu. 4. C. de impub. Alexand. consi. xi. lib. 3. nu. 5. quod consilium hodie reperitur. 91. d. num. v. lib. j. Bartho. Soc. in consi. 94. versi. & ad hanc rationem. col. 3. li. 4. & alij plures, quos refert Ay-
19 mo Crauetta in consi. 109. nu. 3. Quartò, colligitur uolũtas testatoris ex illius vsu, cum erat viuus. l. cum alimenta. de alimen. & cibar. lega. l. 24. ibi, *era usado en su uida.* titu. 9. par. 6. ubi Grego. Lopez. ad quod vide Oldra. in consi. 129. in quæstio. qua quæritur. & in consi. 216. circa primum. Deci. in rub. de consuetu. & in c. j. lectu. j. nu. 23. in ver duodecimo dispositio de iudi. & in l. nemo. § j. ff. de reg. iu. & ī l. vt liberis. nu. 12. C. de collatio. Ro. in consi. 532. Iaſ. in l. diuortio §. quod in anno. nu. 7. ff. de sol. mat. & in l. diem functo. nu. xii. ff. de assesori. Fel. in proœmio. Greg. Epis. nu. 43. Io. Lopez. in repet. c. per vestras. de donatio. inter vir. & vxo. & probatur hæc conclusio in l. si seruus plurium. §. vlt. ff. de leg. j. ibi, ante omnia ipsius patris familias consuetudo. Ex qua lege patet, ꝙ hæc est primæua consideratio ad coniecturandam defuncti voluntatem. & est bonus text. in l. legatis. §. si vnus. ibi, in quo artificio plerunq; versabatur, ff de leg. 3. & quod per eum tex. notat Deci. in c. i. lectu. 2. in fi. de iud. Iaſ. in consi. 73. lib. 3. & l. 34. tit. 12. par. v. ibi, *ni de fazer otras cosas que no ouieße usado.* Item testator, non præsumitur velle id, quod non est cõsuetum fieri, secundum Bal. in l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de le. 3. Itẽ, voluntas testatoris magis colligitur ex vsu testatoris, quàm ex instrumentis emptionis. l. prædiis. §. Titio. ff. de lega. 3. vbi Bar. & voluntas ex consuetudine coniecturatur secundum Alberi. in l. dominus Sticho. ff. de pecu. lega. & optima est interpretatio, quæ fit secundum consuetudinem, secundum Bal. in authẽ. si quas ruinas. num. 3. C. de sacroſ. eccle. & interpretatio esse bona, æqua, & consueta secundum eundem Bal. per illum tex. in l. in his. ff. de conditio. & demonstratio. & in l. hæredi. ff. de le. j. Vnde etiam euenit, ꝙ ex consuetudine loquendi testatoris, illius voluntas colligitur. l. numis. ff. de leg. 3. notatur per Rom. in consi. 179. amplissime Doctor. nu. v. limitatur tñ notanter hæc conclusio qñ repugnat prioritas gradus, & voluntas testatoris: quia tunc non attẽditur vsus loquendi testantis ſm Cinum. Albe. & Iaſo. nu. 2. in l. si pater. C. de hæredi. institu. qui ponunt exemplum in quadã vetula, quæ habebat filiam, & neptẽ sed solã neptem filiam appellauit: ꝙ si fecerit testamentũ, & dicat, ꝙ instituit filiã, intelligitur de filia propria & non de nepte. quod conducit ad ea, quæ notantur j̃. nu. 42. & ad alia plura. Et gr̃a à princi-
20 pe facta intelligitur secundum vsum principis gratiam concedentis, ut per Egi. Bosſi. in practica criminali. titu. de remediis à sola clementia procedentib. nu. 7. Ex quo deducitur, ꝙ facultates regię concessæ ad faciendum maioratum, vel ad extrahendum aliquã rem à maioratu, debent interpretari ſm Stylum facultatum, quæ concedebantur tempore illius regis, in quo similes facultates condebantur. ad quod est. l.
21 44. ti. 18 par. 3. visum aũt testatoris seq dẽmꝰ ordinariũ, non extra ordinariũ. l. Seiæ. §. medico. ff. de annu. lega. vbi gñralis dispositio testatoris refertur ad ordinarias, non extra ordinarias p̃stationes. p q̃ legem dicunt ibi Bart. & Lancelo. quòd si procuratori detur generalis commissio, ut possit quæ dñs solitus est facere, intelligitur ordinarie, non extraordinarie. Et licet tutor, vel curator regis possit donare & largiri, ſm quod consueuit donare regia maiestas, iuxta doctri-

Source : BIU Cujas

nam Innoc.in c.grandi.de ſupplen negli. præl.de quo latius tracto in 4.parte huius operis.q.1.limita.3.hoc procedit,ſm Ioan.Lop.in rubr.de donati.inter virum & vxor. de his quæ cõiter conſueuit Rex largiri, non autem quæ rariſſime largitus eſt,per.l.fiſtulas §.frumenta.ff.de contrah.empti. Et ad hoc etiam refert Barbat.in c.niſi ſpecialis.de offi. dele & per hæc dixit Bal.in c.cum M.nu.10.de conſti.quod conceſſa lectura alicui Doctori, videtur ꝓmiſſum ſalarium perpetuo ordinatum,ſecus ſi pendebat ex arbitrio electoris.Ex quo dixit Barth.Soc.in conſi.256.viſis inueſtituris.lib.2. quod verba inueſtituræ debent recipere interpretationem a natura feudi,ſcilicet,proprij & regularis,non autem irregularis, &
23 improprij.de quo vide alia per Moder. Pariſien. in conſuet. Pariſien.pat.1.§.22.nu.126.cui adde Bart. in l. ſolent §.1.nu. 4.ff.de offi.procont.vbi dicit, quod ex præſtatione deformi, etiam ſi titulus ad illam allegetur, non oritur obligatio. & iunge etiam Bal.& Iaſ.nu.7.in l.diuortio §.quod in anno.ff. ſolu.matr.Hinc dicit Alberi.in l.vſufructu legato.ff. de vſuf. quod ſi quis vendiderit omnes fructus præbendæ ſuæ,vel caſtri ad certum tempus, & de conſuetudine conſueuerat recipere gallinas, vel alia xenia cum veniebat ad locũ emptor non debet iſta recipere,quia illa ſola cenſentur vendita,quę ex neceſſitate debentur, & non quæ ex liberalitate. Notat Moder.Pariſien.in conſuetu.Pariſien.§.37.num.3.cum ſeq. vbi refert notabilem doctrinam Oldra. in conſi.129. & alia
24 ſimilia. Et ad hæc etiam pertinent,quæ ſcribit Afflic.in cõſtit.Neap.lib.3.rub.55.nu.5.Ex quibus confirmatur quædam ſententia Ioan.Lop.in l.56.Tauri.vbi dicit,quod mulier nupta virtute licentiæ generalis eidem per maritum conceſſę, licet poſſit facere omnia illa, quæ maritus facere conſueuerat per l.vel vniuerſorum.ff.de pign. actio. & l. fraudatur.ff. de his,quæ in fraud. credi. intelligitur de his, quæ ordinarie maritus facere cõſueuerat.& idem tenet ibi Caſtillo.in verſ. veniunt etiam.fol.163.& pro hoc etiam conducunt notata per Felin.in c.inter cæteras,de appella.3.Deci.in cõſ.430. num.8.Comez in regu.de anna.poſſeſſ.q.11. & quod notabiliter ſcribit idem Fel.in c.cum M.nu.10. verſi. ſecunda de-
25 claratio.de conſtit.vbi dicit,quod quando in aliqua diſpoſitione habentur pro expreſſis, quæ exprimi conſueuerunt, intelligitur de conſuetis cõiter,& vt plurimum,ſecus de his, quæ raro ſolent exprimi. Ex qua doctrina inferri poteſt, ꝙ in licentijs datis per principem ad faciendum maioratum,
26 vel ad alienandum, vel extrahendum aliqua bona a maioratu,non debent intelligi & ſuppleri,niſi clauſulæ, quæ cõiter in talibus facultatibus apponi conſueuerunt, & non illæ,quæ raro inſeri ſolent.l.ea quæ raro.ff. de regul. iur.d.l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de contrahen. empt. quod eſt notabile pro declaratione dictarum facultatum. Et ex his alias in facto dixi,quod cum quædam mulier nobilis nupta, haberet a marito pleniſſimum ad omnia mandatum, & cum libera adminiſtratione, quod non potuit maritus obligare ad conſtitutionem cuiuſdam dotis: quia id maritus nunquam facere conſueuerat.& iſta ſuleiuntur ex text.notab. qui non refertur.in l.qui ſaltum.ff.de leg.3.& per doctrin. Pinel. in l. 1.par.2.nume.72. verſi.ſexto in colligente.C.de bon.mater.
27 Quinto percipitur voluntas teſtatoris ex cõi omnium hominum, Et mulierum vſu loquendi.l.librorum.§. quod tamen Caſſius.ff.de lega.3.l.cum delanionis.§.aſinam molendinariam.ff.de fundo inſtru.l.Labeo.ff.de ſupel.lega. Feli. in c.nonnulli vbi glo.& Doct.de reſcr.& idem Feli.in d.c.cum M.num.7.de conſtitu.notat Pine.in l.1.par.2.nu.50.C.de bo.
28 mater.Ex quo dixit notanter Barth Socin.in hac noſtra materia in conſi.37.nu.8.lib.3.Quod licet quando plures de familia vocantur ordine collectiuo,inter quos cadit affectio, admittuntur gradatim proximiores ſecũdum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.l.cum ita. §.in fideicommiſſo.l. pater. §.fratre.ff.de lega.2.l.vlti.C. de verbo. ſigni. Tamen,quando teſtator (forſam idiota) dixit, quod vocabat parentelam, quia idiotæ ſecundum illorum cõditionem, & cõem vſum loquendi,quando dicunt familiam vel parentelam, totam vocant:cenſentur vocare totam parentelam,& non ſolum proximiores in gradu.quam doctrinam poſtea inueni relatam,& confirmatam a Socin.Iunio.in conſi.116.nu.20.lib. 1.Pro quibus etiam facit text notabilis, quem prædicti non referunt in l.non aliter §.Titius.ff.de legat.3. ibi, non enim in cauſa teſtamentorum, ad verborum diffinitionem vtiq; deſcendendum eſt:cum plerunque abuſiue loquantur, nec proprijs nominibus ac vocabulis ſemper vtantur. & dicit Bal.in l.lex duodecim tabularum.C.de ſuis.& legitim.hære. in fine. Quod ſermones q̃ ſunt in vulgari ſermone, debent interpretari ſecundum cõem vſum loquendi,niſi producãtur a literatis: quia tunc debent interpretari ſm artem literatorum.Refert notat per Cinum in l.ante.C. de donat. ante nupt.notat Alc.in conſi.2.nu.17.vbi Mode. Pariſien.alios concordantes congerit.& in conſi. 9. nu.4.lib.1. ad quod ẽt eſt doctrina Bal.in rub.de ſucceſſ.feudi. nu.6. quam referunt idem Alex.in conſi.85.nu.15.lib.4.Chaſſane.in conſuetudi. Burgund.rubr.13.nu.5.verſi.& aduertendum. In dubio aũt vnum,eundemq; vſum credendum eſt, nec aliter loqui plebem,quam patritios.l.ſi chorus.§.1.ff.de lega.3. per quã hoc voluit Alciat.in l.vt Alphenus.87.ff. de verb. ſigni.ſed dubiũ puto,cum cõiter contrarium videamus,ſcilicet,diuerſo modo loqui nobiles & plebeios,quod notiſſimum eſt. Quorũ dicta ad varia negocia prodeſſe poſſunt. Item inquit idem Bal.in l. .C.de ſucceſſ.edict.nu.1.fol.43.quod per abuſiuum modũ loquendi perſonarum illiteratarum, ſiue vulgariũ, verba inciuiliter non debent extendi.not.Abb.conſi.89.nu. 2.lib.1.& pro doctrina Barth.Soci.ẽt facit, ꝙ verba nõ ſunt ſm rigorem accipienda,cum vulgari ſermone ſunt prolata a perſona,quæ talem rigorem non ſeruabat,quia forte non intelligebat,vt tradit Soci.Iuni.in conſi.139. nu.18.lib.1. ad ꝙ eſt ſingul.dictum Guid.Pap. deciſ.537. & ad hoc eſt notabilis doctrina Bal.in l.ſi pater.nu.5.verſi. exemplum in conditione.C.de inſti.& ſubſt.vbi dicit, ꝙ iniuſtis parentib. magis eſt obuiandum,q̃ patribus incircunſpectis, & inconſulte teſtantibus,qui naturalem habent erga filios charitatem:tñ neſciunt ſubtilitatem legũ, quia pauci ſunt conſilium Galli,& Vell.Et de iſto ẽt puncto legantur Iaſ.in rubri.ff. de no. ope.nu.7.& in l.1.nu.37.ff.ſi cer.pet.Purpar.in l.1.nu.2. C. de eden. & in l.Imperium.nu.7.ff de iuriſd.om.iud.Feli.in proę. Greg.nu.18.Deci.in c.1.nu.22.de conſti.Alcia.in l.jin vulgari.§.ſi quis ita.ff.de verb.ſig.& in tract.de verb.ſig. Ex quibus omnibus non ſemel conſideraui verba teſtamentorum, & aliarum diſpoſitionum:maxime illorũ, qui iuriſperitia carent,magis eſſe regulanda & interpretẽda, ſm cõem hominum affectionem,& veriſimilem mẽtem, & morem regionis,quam ſm iuris ſubtilitates, quas pro maiori parte homines ignorant, nec capiunt profundum illum labyrinthum ſubſtitutionum,& aliarum materiarum difficultates, quib. graues illi iuriſconſulti in illis temporibus attendebant, p̃cipue cum tot anni ſint iam tranſacti,in quib. mores hominum,& affectiones,& alia conſimilia mutata ſunt. Et (vt ille inquit) alia oriuntur ſydera. Nam tp̃s omnia mutat, & perimit,auctore Ouidio,lib.4.de Põto.eleg.8.ad Suillũ. ibi,

Tabida conſumit ferrum,lapidemq; vetuſtas.
Nullaq; res maius tempore robur habet,

Et Martialis,lib.9.de Partheniana toga.

Quid non longa dies? Quid non conſumitis anni?

De quo plura notabilia ſcribit Tiraqu.lib.de prę ſcript. cum ſequentibus,verſi. poſtremo, maxime quia non oẽs nationes eoſdem affectus,mores,& leges habent,ſed fere omnes mundi nationes,diuerſas leges,ritus, & mores tenent,vt latius docet Ioã.Theutonius,in lib.particulari, quem de hoc edidit.& conſtat ex hiſtorijs modernis Indiarum, & probat bonus tex.in l.ꝙ ſi nolit.§.ꝙ ſi mancipia. ibi, nationis ſunt non infamatæ,ff.de ædil.edi.& ad hoc ẽt facit, ꝙ tradit Rip. in l.centurio.nu.131.ff.de vulg.vbi dicit, ꝙ in iudicando nõ eſt ſequenda ſubtilitas, & exquiſita dña teſtatorib. incognita,vt plurimũ literarum, præſertim ciuilium ignaris, quem gauiſus ſui reperiſſe ad iſtud propoſitum.& dicit notabiliter Bal.in conſi.13.Punctus talis.nu.3.lib.3.ꝙ in ſubſtitutionib. non magis poteſtarem,q̃ naturalem affectionẽ inſpicimus. Præterea,in iſta materia animaduertendum eſt, ꝙ volũtas teſtatoris debet attendi ſm cõem vſum loquendi illius loci, in quo facit teſtm̃,ſm Barto. in l.ſi ſeruus plurium.§.vlt.vbi Cuma.ff.de lega.1.not.Barth.Soc.in conſi.247.circa primũ. nu.5.lib.2.Quod (videri meo) procedit, niſi teſtator longo tpe degit in eo loco,vbi teſtm̃ fecit:quia tunc prę ſumitur didiciſſe cõem vſum loquendi illius loci, vbi longo tpe habitauit.arg.l.2.tit.24.par.4.& l.31.tit.2.par.3.l.ciues.C. de inco. lib.10.l.1.tit.20.parti.2. & niſi teſtator manu tabellionis fecerit teſtm̃,quia credendum eſt,ꝙ tabellio teſtm̃ ſcripſit iuxta proprium idioma,& proprium loquendi vtum. Probari autem debet vſus cõis loquendi illius tpis, in quo teſtator condidit teſtamentum,ſecundum Fulg.in conſi.165.Barth. Soc.in l.Gallus.§.ſi eius.num.6.ff. de libe. & poſthu.& alios, quos refert Burg.de Paz.in l.1.Taur.nu.123.

¶ET eſt ẽt ſũmmè notandum, ꝙ in teſtamentis fit verborum interpretatio, ſm tp̃s mortis teſtatoris, quo tpe diſpoſitio ſua vltima conſequitur effectum, vt tenet Barthol. Soc.in cõſi.6.nu.2.lib.1.per l.1.C.de ſacroſ.eccl.l.i.ff.de teſta. l.4.ff.de adim.lega. debet tñ ſm cum hñi conſideratio ad intellectũ verborũ conditi teſtamenti, ꝙ poſtea poſt mortem ſortitur effectũ,ſm notata p̃ Bar.& alios in l.ſi ita.ff.de aur. & arg.leg.& l.Quintus.co.tit.& l.quęſitũ §.vlt ff. de leg.3. ꝙ eleganter ibi explicat Soc. & vide eundem in conſi.11.nu. 10.lib.1.Sexto colligit teſtatoris mẽs ex ſcriptura imperfecta.
29 l.vlt.ff.de reb.corũ.no.Bar.in l 2 §.teſtm̃.ff.quẽad teſta. apanum.18.

Source : BIU Cujas

& à priuata scriptura declaratur testatoris voluntas, secundum Bar. in l. alimenta. in prin. numero. 3. ff. de alim. lega. notat Deci. in consilio 454. Aymo Craue. in consilio. 125. num. 3. Ias. in l. qui filiabus. numero 5. ff. de legat. j. de quo latius ago in j. par. huius operis, quæstio. 42. versi. reuocatur autem tacite maioratus. numero 6. Et ex hoc infertur, quòd si reperiatur aliqua scriptura testatoris imperfecta, in qua aliqu aliliter exponit mentem propriam circa successionem in maioratu (prout plerunque accidit) quòd ex tali scriptura quãuis imperfecta dummodo appareat esse propria testatoris, debet declarari testamẽtum vel alia escriptura perfecta melioratus, licet autem ex scriptura imperfecta aut nulla declaretur voluntas testatoris, non tamen declaratur ex testamento reuocato secundum Bar. in consilio 60. col. 6. lib. j. Deci. in cap. j. lectu. j. nu. xj. de const. quos refert Aymo Crauet. consi. 113. numero 6. Septimò colligitur ex consuetudine ciuitatis. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. notat Rapha. Fulgo. in consilio 34. de quo per Alexan. in cõsilio xx. nu. 8. lib. 2. & Aymo in tracta. de antiqui. temporum. par. 4. nume. 229. ex quo confirmatur sententia Gregor. Lopez. in l. 32. titu. 9. par. 6. in glo. in verbo. *no valdra.* in versi. quid si conceditur. vbi dicit, quòd si detur facultas regia ad faciendum maioratum in consanguineos, veniunt consanguinei ex parte matris, attenta consuetudine vulgari loquendi in Hispania, per l. j. ff. de iu. immunitas. Sed in hoc falsus fuit Grego. Lopez. quia consanguineorum appellatione veniunt etiam de iure consanguinei ex parte matris, iuxta. l. 6. tit. 15. par. ij. & alia plura, quę refero in quæst. 6. infra, hac secunda parte. numero 80. lex autem in d. l. j. ff. de iu. immunita. est casus specialis in priuilegio immunitatis secundum glossam in l. si ita scriptum in verbo, vocabulo. in fi. ff. de legat. ij. vbi Imo. & alij. Alber. in d. l. j. & alios plures, quos citat Arias Pinel. in l. 3. C. de bon. mater. numero 30. de quo etiam tracto in prima par. huius tract. quęst. 15. numero 26. & ad hanc coniecturam facit tex. in c. cæterum. de donatio. vbi iudicatur attenta patriæ consuetudine, an donatio sit in magna, vel in parua quantitate. quem tex. etiam refero in 4. par. huius operis. q. j. limita. vj. nu. 8. & ad alia plura ex singularis. Et verba primogenituræ interpretantur secundum consuetudinem patriæ, ut voluit in terminis, & in quodam maioratu. Hispaniæ Abb. in consil. 85. num. v. lib. j. & voluntas testatoris potius interpretatur secundum consuetudinem loci, quam secundum statutum, vt tenent. Ale. in consi. 9. col. j. lib. v. Aymo Crauetta in consilio 70. numero 12. & ista adiuuantur ex doctri. Bal. in l. vlti. nu. vi. C. de fideicom. vbi inquit, quòd licentia testandi, concedi intelligitur secundum consuetudinem loci. nota. Grego. Lopez. in l. v. in glo. j. titu. j. par. vi. quod est notandum ad licentias, quę conceduntur ad faciendum maioratus, vel ad extrahendum bona a maioratu.

31 OCTAVO coniecturatur ex ordine, & dispositione testantis. l. quoties. ff. de vsufru. l. generaliter. §. quid ergo. ff. de fideicommis. liber. Notat Fulgo. in consi. 38. in proposita quęstione. de quo tamen vide regulam, quam tradit Ioãnes Monach. quem sequũtur ibi Doctor. in cap. ii. de iudi. in 6. Barth. Soci. in consi. 9. numero xvi. lib. j. Soc. iunior. in consi. 150. nume. 3. lib. ij. Moder. Parisien. in consuetud. Parisien. §. 45. nu. 5. vbi ex. c quorundam. & ibi glo. de electio. in 6. & glo. in c. bene quidem. in verbo, Mediolanensem. 96. distinctio. tradit, ꝙ illud, quod prius nominatur, censetur dignius. & ibi alia refert. ordo tamen scripturæ non curatur, vbi testatoris voluntas repugnat. l. quædam testamento. ff. de penu. lega. vbi Alb. probatur in l. nec enim. ff. de solutio. & notat idem Alberi. ĩ rub. de nouo Codice componen. numero 23. vbi tradit, ꝙ si constat de mente loquentis, non est locus coniecturis ordinis; si autem de mente dubitatur, tunc ordo attendit. & hoc tradit latius Peral. in l. si quis in principio testamẽti. nu. 155. ff. de leg. 3. & vide eundem Pera. in l. si idem seruus. numero 1. cum alijs. ff. de lega. ii. & in l. cum ita. § in fideicommisso. numero 4. eodem titu. vbi notanter loquitur. & faciunt quę scribo infra. num. 42. Et idem quod Albe. voluit Robert. Maranta in speculo aureo. par. 3. nu. 109.

NONO affectio testatoris & celebratissima ꝙiectura, & quæ totum facit ĩ declaratione voluntatum defunctorum, tam ea quæ resultat ex necessitudine, quàm ea quę peruenit ex amicitia, vt primum probatur in l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & secundum constat ex dicta l. si seruus pluriũ. §. vlti. in qua lege est animaduertendum arguendo ab ordine literæ iuxta dictã legem, quoties. quòd amicitia magna, ẽ potentior consanguinitate. ibi, sed & legatarij charitas, & necessitudo. & idem probatur in l. si plures. § in arrogato. ff. de vulg. ibi, amicus vel cognatus. & in l. Theopompus. ff. de dot. priuil. ibi, amici vel cognati mei. & in l. affectionis. ff. de dona. ibi, amicos, vel necessarios. Et quòd amicitia sit potior cõsanguinitate, probatur expressè ĩ proœmio titu. 27. par. 4. ibi. *Ca segun dixeron los sabios el verda dero amor passa todos los deudos* & in l. j. ti. 29. par. ij. ibi, *Ca bien como el ayuntamiento del amor passa y vence el linage, y a todas las otras cosas.* & est egregia. l. 7. titu. 18. par. ii. & de hoc puncto, qualiter amicitia sit fortior qualibet consanguinitate, latissimè ex pluribus iuris diuini, & humani testimonijs, tàm ex ethiticis, quàm ex alijs scriptorib. docet Tiraque. in tract. de pœnis temper. causa. 22. num. 1. cum aliis. & ideo ausus est dicere Barbat. in l. cum acutissimi. qd̃ beneficium illius legis, verificatur etiam in amico maximo. quem ad hoc refert Ias. in l. exigendi. numero 16. C. de procur. & dicit Ioann. de Imo. in l. in tempus. §. quoties. ff. de hæredi. instit. quòd si quis legat Titio aliquid, & sunt duo Titij eiusdem nominis, & ambo erant amici testatoris, illi debetur legatum, quem testator magis diligebat, & affectionis ratio semper habenda est. l. si seruus ea lege. ff. dę seru. exportan. l. cum alienam. C. de leg. l. predia. C. de fideicommi. l. x. titu. 9. par. 6. notat Socin. iunior in consilio 170. numero 32. libro secundo. & in consilio 180. numero. 25. Et est notandum, ꝙ in dubio testator vocare videtur ad maioratum illum consanguineum, quem nutriuit cõseruauit. ad quod adduco. notab. l. j. titu. 19. par. 4. vbi vide Gregor. Lop. in glo. vnica. videtur etiam in ambiguo vocare, & diligere illum qui est naturalis ex propria patria testatoris, magis quàm ex aliena. qd̃ probatur per l. qui habebat. ff. de legat. 3. & ex alijs pluribus quæ refero in j. parte tract. quæstio. 57. numero 3. & geminata prædilectio arguit magis voluntatem testatoris, vt nouiter tradit Aymo Crauetta in consilio vltimo in ordine. 316. numero 6. per cap. etsi Christus. de iureiuran. & alia quæ refert. Pro quo faciunt quæ de virtute geminationis scribo in prima parte huius operis. quæstio. 22. numero 13. cum alijs. & ex his in facto obtinui in quodam negocio. Certus etenim testator legauit in suo testamẽto cuidam extraneo certa bona iure fideicommissi, & cum grauamine restitutionis, & alijs pact,s & conditionibus, non tamen exposuit quibus facienda erat restitutio bonorum: postea autem fecit codicillum, in quo ordinauit, quòd in successione fideicommissi illius seruaretur quod in testamẽto ordinauerat cum hoc pacto, & conditione, quòd in successione fideicommissi succederent proximiores consanguinei, nec testator declarauit, an illi proximiores consanguinei, qui in maioratu succedere debeant, essent consanguinei ipsius testatoris, vel grauati in fideicommisso, quia solum dixit, *succedan los parientes mas propinquos*. Quæstio igitur fuit inter consanguineos testatoris, & illius cui fideicommissum relictum fuit, & processus valde ventilatus, & iudices in varias sententias diuisi fuerint. In quo licet pro aduersa parte multa allegabantur, & præcipuè, quod magis coniuncti testatori, præsumebantur magis dilecti. l. si quis cum nullum. in pri. l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codicil. d. l. si. seruus plurium. §. vltimo. ff. de legat. j. l. fideicommisso. §. cum Polidius. ff. de vsur. notat Alexand. in consilio 158. numero 12. lib. 6. & elegans doctrina Cini in. l. quoties ab omnibus. C. de fideicommis. vbi dicit, quòd si testator prohibuit rem alienari extra familiam, intelligitur de familia testatoris per regul. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & notat idem Aleax. in consilio 213. numero 1. lib. 6. consanguinei grauati nihilominus obtinuerũt. Et primò ex doctrina Soci. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. numero 16. ff. ad Trebel. vbi dicit, quòd in fideicommisso vniuersali relicto illis d̃ familia, seu de agnatione vbi proximiores in gradu admittuntur ex. d. l. cum ita. §. in fideicommisso. & in d. §. fratre. si ꝙtendant proximior testatoris cum proximiore hæredis grauati fideicommisso, attenditur proximitas grauati, & non ꝑsona testatoris. vbi ad hoc citat Bald. & licet non referat vbi, est in consilio 159. numero 1. libro 4. & hoc mihi verius videtur, quicquid non relato Soc. in d. l. teneat Ripa in l. ex facto. in prin. numero 7. ff. ad Trebel. Et facit, quia sicuti quis dilexit illum grauatum, præsumitur diligere illius consanguineos. d. l. cum acutissimi. l. cum auus. ff. de condi. & demonstr. & secundum prædictam opinionem consuluit idem Soc. in consi. 221. lib. ii. Secundò, quia probatum fuit, quòd testator odio habebat suos proprios consanguineos ex aliquib. causis, & impensius diligebat illum, cui bona reliquit, & quia in testamento nullam consanguineorum facit mentionem, sed omne ferè patrimonium dedit illi grauato, ex quibus coniecturis apparebat, testatorem clarè sensisse de consanguineis grauati, & non grauãtis. Tertiò, per text. in l. cum pater. §. à te peto. ff. de lega. ij. cuius verba sunt, à te peto marite, si quos liberos habueris, illis prædia relinquas; vel si nõ habueris, tuis vel meis propinquis, aut etiam nostris libertis, nõ esse datam electionem, sed ordine scripturæ factam substitu-
34 tionem respondi. per quem textus dicunt ibi glo. Bar & alij, ꝙ licet regulariter disiunctiua posita inter personas resoluatur in coniunctam, id non procedit, quando est apposita inter ꝑsonas, inter quas cadit affectio: quia tunc attendit ordo

Source : BIU Cujas

affectionis, nec resoluitur alternatiua in coniunctam, imo stat in propria natura & virtute. Notat Ioann. Faber. in §. generaliter. nu. 8. Instit. de lega. Deci. in consi. 95. nu. 2. & 3. melius Barth. Socin. in consi. 52. nu. 6. lib. 1. Iaſ. in l. cum quidã, nu. 2. C. de verb. ſign. vbi refert notabilem gl. in l. Gallus. §. j. in verbo, exprimat. ff. de lib. & poſth. quæ dicit, ꝙ licet copula regulariter diuidat, id non procedit ſtante charitate, vel neceſſitudine: quia affectio in primis & ante oĩa eſt attẽdenda. not. Iaſ. & alij. in d. §. 1. vbi Iaſ. communem dicit. de quo etiam per eundem Iaſ. in l. 1. num. 24. ff. ſolu. matrim. & in l.
35 2. num. 224. C. de iure emphyteu. Et diſiũcta ponitur pro coniuncta ex præſumpta mente diſponentis. l. j. C. de inſtit. & ſubſti. Bart. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in d. l. Gallus. §. etiam ſi a parente. cum concordanti. vt per Alex. in conſi. 98. lib. 5. & notat eleganter idem Ale. in conſ. 93. alias conſultus. num 7. cum alijs. lib. 7. Deci. conſi. 318. nume. 9. & Bartho. Soci. in d. l. ſi is qui ducenta. §. item ſi pater.
36 num. 6. & 8. & ſubſtitutio facta in vno caſu, non extenditur ad alium, quando per talem extenſionem reſultaret inconueniens, ꝙ minus dilectus præferretur magis dilecto. gloſſ. vbi Bart. & Imo. Pau. & alij, in l. mater. ff. de vulg. & pupilla. & eſt communiter approbata, ſecundum Barth. Soc. in conſi. 259. num. 6. lib. 2. & in conſi. 5. nume. 4. lib. 2. Socin. Iunior. in conſi. 167. numer. 17. lib. 2. de qua etiam per Carol. Ruin. conſi. 67. num. 8. lib. 3. & propter præſumptam teſtantis affectionem, licet arguere cõtra proprium verbi ſignificatum, ſecundum Barth. Socin. in conſi. 26. num. 4. lib. 4. per l. ſi ſeruus plurium. & alia quæ refert Carol Rui. conſi. 43. num. 7. lib. 3. & in indiuiduo, interpretatio eſt facienda in fauorem magis dilecti ſecundum Bar. in l. Gallus. §. etiam ſi a parente. num. 5. ff. de liber & poſthu. notat Alex. in conſi. 56. lib. 5. vbi Moder. Pariſien. Aymo in conſi. 62. num. 8. Barth. Socin. in d. conſi. 26. & eſt abſurdum, ꝙ magis dilectus ſit deterioris conditionis, vt reſoluit Socin. Iunior in conſi. 106. num. 35. lib. 1. Ale. in conſi. 1. num. 9. lib. 1. quæ gloſſ. tenenda eſt memoria ad lites maioratus. Quarto, quia in generali diſpoſitione non cenſentur vocati, nec cõprehenduntur indigni, aut odioſi teſtatori, & qui illum offenderant. l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. l. Lucius Titius. §. Titius Damam. ff. de lega. 2. glo. & Doctor. in §. rem. Inſtitu de lega. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniuriis. l. ſeruus. ff. de ſta. libe facit l. in ipſius. in fi. C. famil. ercis. l. 3. in fi. ff. de adim. legat. not. Alex. in conſi. 99. nu. 2. lib. 6. & in conſi. 213. num. 4. eod. libro, vbi ex hoc dicit, quod ſi
37 teſtator diſponat, quod ſi reperiret aliquis pauper nobilis, qui eſſet de la Turre, & ita ſe vellet nominare, & deferre inſignia, dentur ei certa bona: quod ad tale legatum non admittitur, qui teſtatori erat odioſus & inimicus. Notat etiam in bono caſu. Barth. Socin. in conſi. 37. nu. 6. lib. 3. & quod in obſcuro fit, ex affectione cuiuſq; capit interpretationem. l. capienda occaſio. §. quod factum. ff. de reg. iur. ad quod etiã faciat bonus tex. qui multum affectioni fauet, in l. Aurelius. §. Titius teſtamento. ff. de libera. lega. ibi, Præſumptio enim propter naturalem affectum, facit omnia patri videri conceſſa. Notat in bono caſu Deci. in conſi. 289. non eſt parui. num. 2. in verſi. 8. coadiuuatur. vnde fit, quod licet per tacitã pupillarem mater non excludatur a ſubſtituto. l. precibus. C. de impuber. c. ſi pater, de teſtamen. in 6. cum concordantibus, tamen ſi filius teſtatoris fratri pupilli inſtituti eſt ſubſtitutus vulgariter, per quam expirauit vulgaris, vt l. poſt adi tam. C. de impuber. & alijs. & ſic remanet tacita pupillaris comprehenſa in vulgari, licet iſta tacita pupillaris regulariter non excludat matrem: tamen ratione qualitatis perſonę coniunctæ ipſi teſtatori ex præſumpta mente ipſius teſtatoris, excluditur ipſa mater: quia veriſimile eſt, quod teſtator noluit filium ſuum præferri vxori, ſecundum Bart. In l. moribus, q. 4. num. 36. ff. de vulg. per. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ. & ſentit glo in d. l. precibus. in fine Azo in ſumma, eodem titu. & confirmat ex aliquibus Barthol. Soci. in conſi. 23. nu. 9. cum alijs. lib. 1. vbi num. 21. dicit vnum notabiliſſimum, quod quotieſcunque agimus de coniecturanda, aut interpretanda, ſeu præſumenda teſtatoris voluntate, quando aliquod ineſt dubium, ſemper coniectura ſumitur ex affectione, & præponderat non ſolum alijs coniecturis, ſed ẽt verbis, dummodo verba poſſint habere aliquam dubitationem. per d. l. cum acutiſſimi. & l. cum auus. ff. de condi. & demonſtr. & l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. ff. de lagat. 1. & alios concordantes. Hæc omnia non ſine fructu ſunt ad lites maioratus, quæ ex maiori parte pendent a coniecturandis defunctorum voluntatibus.

38 DECIMO colligitur mens teſtatoris ex eo, quod homines, qui adhuc viuunt faciunt, vel facere deſiderant. l. qm̃ deſideria. C. de natural. libe. ibi, Quoniam deſideria morientium ex arbitrio viuentium, non ſine iuſta ratione colligimus. l. cum ſeruus. verſ. nam & ſi viuus. ff. de condit. & demonſtr. & l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. ff. de lagat. 1. & alios concordantes. Hæc omnia non ſine fructu ſunt ad lites maioratus, quæ ex maiori parte pendent a coniecturandis defunctorum voluntatibus.

38 DECIMO colligitur mens teſtatoris ex eo, quod homines, qui adhuc viuunt faciunt, vel facere deſiderant. l. qm̃ deſideria. C. de natural. libe. ibi, Quoniam deſideria morientium ex arbitrio viuentium, non ſine iuſta ratione colligimus. l. cum ſeruus. verſ. nam & ſi viuus. ff. de condit. & demonſtr. ibi, quod ipſe viuus facturus ſit, ab hæredibus ſuis fieri iuſſiſſe intelligitur. notat in bono caſu Deci. in conſi. 376. num. 2. & in alio egregie Calcan. in quadam ſubſtitutione, in conſi. 48. num. 14. & conſil. 106. num. 3. quæ (videri meo) eſt importantiſſima, & principalis coniectura ad capiendas defunctorum voluntates in fundatione maioratuum, & præmanibus iudices, & aduocati eam ſemper habere debent. Et vt recto tramit iſta coniectura percipiatur, eſt inſpicienda qualitas teſtatoris: nam ſi nobilis eſt, veriſimile erit, ꝙ vult id, ꝙ appetũt nobiles illius ꝺõnis, ſi illuſtriſq; illuſtres, ſi plebeius, quod plebei. ſi ex genere infimo, quod deſiderãt illius cõditionis homines. ſi clericus, quod clerici, ſi mulier, quod mulieres ex conditione, & qualitate teſtantis, & ſic de ſingulis. Ex quo oritur etiam coniectura. ad quod facit text. in d. l. quod ſi nolit. §. mancipia. ibi, nationis ſunt non infamatę. ff. de ædil. edict. Et ad hoc plura ſcribo in prima parte huius operis. q. 51. nu. 13. cum alijs. vbi lector legat.

39 VNDECIMO ex qualitate teſtatoris. cap. ſolitæ, de maiorita. & obedien. notat Abb. in conſi. 278. lib. 2. col. 2. latius Francif. Niconitius in rubr. ff. de nou. oper. nunc. nu. 169. Epiſcop. Couarru. in epitom. de ſponſa. lib. par. 2. c. 4. §. j. nu. 2. ꝙ eſt exemplificandum iuxta ea, quæ proxime dicta ſunt.

40 DVODECIMO, per verba teſtatoris prolata prius inter viuos, declarantur verba poſita in teſtamento. text. & glo. in l. vxori. §. vlt. ff. de legat. 3. Et vna ſcriptura declaratur per aliam. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium ff. de edendo. Et licet capere coniecturam ex his, quæ teſtator geſſit extra diſpoſitionem de qua agitur l. hæredes palam. §. ſed ſi notã. ff. de teſtamen. l. 2. cum gl. C. de bono. poſſ. ſecundum tabu. not. Oldra. in conſi. 297. & alij, vt per Pariſien. in conſil. 79. lib. 2. facit l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legat 3. tradit Bar. in l. 2. vbi Ripa, nu. 52. ff. de vulg. Et non tantum voluntas teſtatoris tacita vel coniecturata reſultas ex verbis teſtamenti, vel alterius cuiuslibet diſpoſitionis eſt ſufficiens ad legatum inducendum, vt l. 3. ad fi. ff. de adimen lega. l. etiam l. hoc modo. ff. de lega. 1. ſed etiam ea voluntas, quæ colligitur, vel poteſt colligi ex acto inter viuos per teſtatorem ante mortem geſto, vt tenet Peral. per illum text. in l. cum fundus. nu. 4. ff. de legat. 2.

41 DECIMOTERTIO, colligitur ex priori nominatione, quia prius nominatus præſumitur magis dilectus. d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. l. cum pater. §. a te peto. glo. in l. vlt. in verbo, ſpecialis. C. de verbo. ſigni. d. l. quoties. ff. de vſufru. notat Alex. in conſi. 36. num. 12. lib. 3. & in l. Caius. nu. 6. ff. ſolut. matrim. laſ. in l. qui duos. ff. de lega. 1. Aymo Crauet. conſi. 147. col. 1. ex quo venit, quod is qui ex duobus legatarijs nominatus eſt, is prior eliget. l. ſi ita legatum, in prin. ibi, Præter eos, quos Titius elegerit. ff. de lega. 1. notatur per Feli. in rubr. de maiorit. & obedien. & in c. cum dilecta. de reſcri.
42 Ripa reſpon. 22. nu. 14. Vnde ſi teſtator faciat maioratum. & in illo vocet primogenitum, & deinde ſecundo genitũ, poſtea tertio genitum, & poſtea in defectum maſculorum vocet filias, & poſt mortem earum filios primogenitos ante mortem filiarum, tales filij filiarum admitti nõ debent. Ad quod etiam facit notabile conſilium Decij, 480. in caſu qui contingit, nu. 11. & quod notat idem Deci. in conſi. 513. num. 14. & affectio maior habetur ad nominatos in ſpecie, quam ad nominatos in genere ſecundum Alexan. in conſi. 123. lib. 1. Curt. Iun. in conſi. 57. & in alijs conſilijs, vt per Aymo. Craue. conſil. 77. nu. 12. & dilecti. in inſtitutione cenſentur eſſe dilecti in ſubſtitutione. l. Publius Mæuius. §. 1. ff. de condi. & demonſtra. notatur per Bartho. Socin. in l. vtrum. §. quæſitum. nu. 4. ff. de reb. dub. & dixi latius in 6. qõ. infra. in hac parte. in verſi. tandem pro intellectu huius materię. nu. 69. Nec quis parui pendat hanc coniecturã, quæ ſi recte cõſideretur, eſt validiſſimum argm̃ pro deciſione litium maioratuum: maximè quia (vt ſupra dictum eſt) ſicut teſtator præſumitur diligere nominatum, ita ex illo deſcendentes, iuxta d. l. cum acutiſſimi. vnde iſta coniectura eſt conſideratione digniſſima. Ordo tamen ſcripturæ non attenditur, vbi volũtas refragatur, vt notat Ripa per illum tex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. num. xj. fol. 163. ff. ad Treb. quod eſt notabile, & quando ordo literæ & ſcripturæ attendi debeat, tradit idem Ripa in l. hæredes. nu. 17. ff. de vulg.

DECIMO quartò, non minima eſt coniectura ex præcedentibus circa ſequentia. d. l. ſeruus plurium. ibi, & quæ ꝓcedunt. ff. de lega. j. l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. j. Et ſequentia etiam declarant præcedentia. l. ſi ſeruus plurium. elegans lex quadam. ff. de reb. dubijs. latè Tiraq. in l. ſi vnquam. ĩ verbo, donatione lagitus, nu. 257. C. de reuo. do.

DECIMO quintò, colligitur teſtatoris voluntas ex eo, quod prædeceſſores ſui colere & amare ſolebant. vnde inqt eleganter Socinus iunior in conſi. 168. num. 40. lib. 2. Quod teſtator videtur habuiſſe animum & conſiderationem ad ꝓ-

ſuetu-

Source : BIU Cujas

ſuetudinem antiquorum ſuorum, qui ſemper curauerunt, q̃ bona in agnatione permanerent, ad hoc vt etiam ipſe teſtator videatur fœminas excluſiſſe. ad qđ refert Ang. & Im. in l.3.ff.de teſtam.dicentes, q̃ agnati excludant fœminas, eſt ſeruanda. & Barth. Soci.in conſi.61.lib.3.& alia conſimilia. pro qua doctrina induco meliorem legem de iure in d.l.qđ ſi nolit. §. qui mancipia.in ver.præſumptum enim.ibi, quia nationis ſunt non in infamatæ. ff. de ẽdeli. edi.ad quod etiã confert.l.quiſquis.C. ad l.Iuli.maieſta.l.humanitatis.C.de ex cuſa.tuto.

DECIMO ſextò, teſtatoris voluntas ex proœmio colligitur.vlti.ff.de hæred.inſtituen. notatur per Alexan.in conſi. 7.lib.2.Decium in conſi.334. Et omnia verba fideicommiſſi debent intelligi ſecundum eius principium.l.regula.§.vlti.ff. de iuris & facti igno. Et adeo potẽs eſt ratio proœmij, quòd ſicut corpus ab anima, ita diſpoſitio ab ipſa ratione proœmij regulatur. Iac.in l.qui quadragingenta.ff.ad Treb. Gom. in reg.de ann.poſſe.q.i.& à primordio tituli, poſterior iudicatur euentus.l.j. C. de impo.lucra.deſcrip.lib.x. & talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant.l.3.vbi Bar.ff.de fun. inſtru. l.qui vinum.ff.de vino trit. & oleo legato.& diſpoſitio teſtatoris in dubio interpretari debet vt trahatur ad caſum magis neceſſarium, ſecundum Bal.in conſi.35, pater filio.lib.2.per tex.in l.j.§.quia ergo.ff.de ven.ſpicien.& l.quod Labeo.ff.de Carbo.edicto.

DECIMO ſeptimò, quæſtiones tacitarum voluntatum teſtatorum determinantur ex naturali æquitate.l.2.C.de inoffi.teſt.notat Bal.in conſi.235.

8 & Francus, in reg. sine culpa. de reg. iur. in 6. Quod statutum vel consuetudo quæ præfert primogenitum cœteris vel fratribus, ligat clericum secundogenitum, quando consuetudo fuit inducta ante clericatum illius clerici, de cuius p̄iudicio agitur. Idem tenet Albe. late in l. cum quis. C. de natura. liber. & alii plures, quos refert Tiraquel. in tracta. de primogenit. q. 43. nu. 6. Ex quo dicto infertur intellectus ad forum de Sepulueda, de quo fit mētio ī l. 6. Taur. qui in aliis locis seruat, quia talis forus ligat clericum, qui forte ante clericatum matrimonium contraxit, & habent filios ex vxore defuncta qui mortui fuerunt ante patrem, & agitur inter clericum, & cō sanguineos filiorum, vocatos ad successionem ex ui trunci. Et ad scripta per Tiraquel. adde Petrum Rebuf. in tomo. i. ad constitutiones regias super proœmio gl. j. num. 77. qui aliqua etiam scribit pro cōfirmatione nostræ sententię, quod est notabile pro intellect. d. l. 6. & hanc sententiam, quod vbi adest testatoris uoluntas de excludendo a fideicommisso filios legitimatos per subsequēs matrimonium sit seruanda, videtur sentire Bal. in consi. 492. quidam tres hæredes. li. 4. qui reperit in nobis. 367. par. v. & latius Deci. hoc notat in consi. 155. nu. 7. in fi. vbi dicit, ꝙ si testator vocauit filios naturales in defectum filiorum legitimorum, uel per verba geminata dicatur de fiijs legitimis & naturalib. excluſi censentur filij legitimati per sequens matrimonium. Et ista sententia comprobatur ex quodam abundanti, & nouissimo consilio Rolan. 100. & vltimo num. 20. cum sequētib. li. 2. vbi late tractat, an filii legitimati per subsequens matrimonium excludāt substitutum, si hęres decesserit sine filiis de legitimo matrimonio procreatis in quo consilio reperiuntur plura, quæ ad intellectum huius quæstionis sunt conducibilia.

9 VLTERIVS circa hanc quæstionē quęro, an princeps possit legitimare aliquem filium illegitimum, vt succedat in maioratu? & sane quamuis legitimatio omnis procedat a Prī cipe, vel a Papa. c. per venerabilem. qui filii sint legi. auth. qbus modis natu. effician. legitim. §. si igitur. colla. 6. & in auth. quibus modis natura. effici. sui, §. ultim. l. qua in prouincia. §. ulti. ff. de ritu nuptia. l. 4. tit. xv. par. 4. vnde affirmat Tello in l. xii. Taur. num. 4. quod ex principis rescripto, filius legitimat⁹ est capax successionis, etiam stantibus filiis legitimis, quæ est vera opinio. Cū tamen principibus licitum ſnon sit derogare legibus, & conditionibus primogenituræ, (vt plene docui in principio huius secundæ partis, num. 46. cum sequentibus. & ex testatorum & legum dispositionibus, filii illegitimi excludantur a maioratibus & illorum descendentes) non erit iusta legitimatio principis in præiudicium vocatorum, quibus in ī finitum ex primæua testatotis dispositione ius acquisitum irreuocabile fuit. & hoc confirmatur ex doctrina Ioan. And. in d. regu. sine culpa, de regu. iu. in 6. vbi dicit, quod legitimatio, & matrimonium, non auferunt spem successionis. quod dictum retuli in dicto loco. num. 53. in quo plura lector legere poterit pro confirmatione istius sententię; poterit tamē licite princeps legitimare filium illegitimū ad successionem maioratus in duobus casibus. Primus est, vbi filii illegitimi p testatorem non excluderētur a maioratu, sed remanserit illius dispositio solum in prohibitione iuris communis, quia cum isto casu princeps possit ius derogare, virtute cuius filii illegitimi ꝓhibiti sunt a maioratu, & omnis legitimatio ab eo depēdeat: iuste princeps derogando leges quę illegitimis successionem primogenituratū impediunt, potest legitimare filium illegitimum ad successionem primogenituræ. Secundus casus, in quo princeps legitimare poterit filium illegitimum ad successionem maioratus (etiam si testator expresse prohibeat, ꝙ filii illegitimi non sint capaces successionis maioratus) est, vbicunque generatio & posteritas testatoris, tam descendentium, quam transuersalium esset ita extincta quod non adsint filii, aut descendentes transuersales legitimi procedentes ex fonte & familia testatoris uocati a testatore, & adsit aliquis filius illegitimus. Nam in isto casu, ne nomen & generario testatoris extinguatur, & vt bona maioratus conseruentur, in quo reipublicæ etiam multum interest (prout in aliis locis dico) iuste princeps poterit legitimare talem illegitimum ad successionem maioratus, quia tali casu succedente, (qui non semel contingit) nulli fit iniuria, nec præiudiciū quod probatur ex ratione. l. 49. & 12. Tauri. sicut eas ponderaui in prima parte huius operis. q. 2. num. 13. ubi plura scribo, quæ etiam seruiunt pro confirmatione istius sententiæ. & probatur etiam ista conclusio ex l. liberorum. in fin. ff. de verbor. significatio. & l. generaliter. §. ſpurio. ff. de decurio cum concordantib. quę scribo in d. 2. q. infra eodem. nume. 27. vbi multa trado, quę multum in modum faciunt pro ista conclusione. An autem legitimatus ad maioratum succedere possit in bonis, quæ sunt sita extra territorium legitimantis, vel dispensantis, vide quæ scribo in prima parte supra eodem. quæstio. 58. in versi. Item facit doctrina Innocen. num. ix. & alias quæstiones circa hanc ipsam materiam & quæstionem. qualiter filius legitimatus p subsequēs matrimonium succedat in primogenitura, explicat Couar. in d. §. 2. c. 8. & late Grego. Lopez. in d. l. xiij. in gl. quæ incipit,
10 *se cassa con ella*.. vbi in fi. glos. tangit casum contingibilem, qui per alios tactus non est, si ille qui habebat filium, naturalē volebat contrahere cum matre, vt illum legitimaret, vt succedere possit in maioria. alter autem qui per eius obitum sperabat succedere in maioria trāsportabit ipsam matrem, vel fecit aliud, per quod impediunt contractum matrimonii, & sic legitimatio cessabit, an sit remedium contra hanc fraudem? Et dicit quod videtur quod est iusta causa, ex qua princeps possit illum filium legitimare, etiam ad succedendum in maioria, in qna cautum esset, quod non succederent nisi filii legitimi & de ligitimo matrimonio. per l. iure ciuili. ff. de con. & demon. & Auth quibus mod. natural. effician. legiti. in prin. & tandem in dictis Doctoribus & in aliis, quos illi referunt licebit lectori videre alias qōnes ad hanc materiam ꝑ cernentes, quæ hic de sunt.

11 VNVM etiam in hac materia notandum est, quod filius natus ex matrimonio clandestino non excludit substitutum ex sententia Stephani Bertran. in consi. 210. num. 4. lib. j. vbi refert aliqua, quæ parum vrgent. melius facit tex. in c. cum inhibitio §. si quis vero. de cland. despon. cum quo concordat. l. 3. titu. 3. part. 4. & facit. l. i. in prin. titu. 13. & l. 2. in prin. tit. 15. eadem par. Explicat Episco. Couarru. in epitom. de sponsali. par. 2. c. 8. §. j. num. 2. vnde isti filii ex tali matrimonio concepti, & absque solennitate concilii Tridentini. Sessio. 24. cap. j. non sunt capaces successionis maioratus. & in prædictis locis hæc materia latius declaratur, quæ longius examē requirebat, & non est nostri instituti. Qui autem scire cupit qualiter, & per quæ verba sit impetranda dispensatio filiorum illegitimorum, legat Rebuf. in praxi bene. titu. de resc. legi. nu. 1. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Filii arrogati, adoptapti, spurii, & naturales, & alii similes, non succedunt in maioratu.*
2 *Filiorum appellatione intelliguntur, & veniunt filii legitimi & naturales.*
3 *Si quis vocatur simpliciter ad primogenium, an præferatur filius natus ex concubina, cum qua pater postea contraxit matrimonium.*
4 *Filius naturalis matris, an admittatur ad primogenituram.*
5 *Filius bastardus, an admittatur ad retractum matris.*
6 *Descendentes a filiis naturalibus aut spuriis, an admittantur ad maioratum, late disputatur.*
7 *Nepos ex filio spurio, an hæres instituī possit.*
8 *Pater potest substituere filio pupillo incapacem.*
9 *Reprobatur Anton. Gomez. in intellectu text. in l. si is qui. ff. de vulg.*
10 *Habens facultatem ad faciendum maioratum in filium, potest facere in filium naturalem, quando non habet filios legitimos.*
11 *Nepos hæretici, an sit capax.*
12 *Nepos legitimus ex filio clerici, potest ab auo hæres instituī.*
13 *Pater tenetur alimentare nepotem ex spurio.*
Filius spurius & ex damnato coitu, potest hæres institui a fratribus vel consanguineis.
14 *Filius ex damnato coitu, an succedat auiæ.*
15 *Filii clericorum, an possint matri succedere.*
17 *Accusans testamentum de falso, non prohibetur succedere hæredi testatoris.*
18 *Excluſa vna persona, descendentes ex illa clausula censentur.*
19 *Bastardi an possint portare arma parentum.*
20 *Donatio vt quis nomen testatoris ferat, non dicitur propria donatio.*
21 *Prohibitio alienandi, et substitutio facta cum onere arma ferendi, dicitur in rem.*
22 *Cognati non possunt arma testatoris portare.*
23 *Excluſa vna persona, tota linea quæ ab ea fundamentum capit excludi tur, et ad excluſionem prioris in gradu, necessario sequitur excluſio sequentis.*
24 *Nepos ex filio bastardo non continentur appellatione illorum, quę sunt de domo.*
25 *Nepos legitimus ex filio spurio, non potest habere beneficium aui. et filius bastardi non admittitur ad retractum.*
26 *Intellectus ad tex. in l. vl. C. de natu. lib.*
27 *Si deficit generatio filiorum legitimorum, an admittantur descendentes ex bastardis.*
28 *Filius naturalis excludit substitutum, vbi substituens erat etiam naturalis.*
29 *Maioratum faciens in filiam naturalem, cui substituit alios (sine liberis*

Source : BIU Cujas

ris decesserit) & iste relinquat filias naturales, non excludunt substitutum.

30 *Confessio possessoris maioratus, qui fatetur aliquem esse suum filium legitimum, non nocet successoribus.*

31 *Prohibitus alienare, prohibetur confiteri, & ideo sententia lata contra possessorem maioratus per confessionem possessoris, non nocet successori.*

32 *In iudicio possessorio, nocet successori in maioratu confessio prædecessoris.*

33 *Filius natus in figura matrimonii, an succedat in maioratu remissiue. An filii naturales, & alii huius generis admittantur ad primogenituram.*

QVAESTIO II.

VIsum fuit in quæstione præcedenti, quando, & in quibus casibus succedere possit filius legitimatus in maioratum, & conclusum fuit ꝙ regulariter tales filii excluduntur a maioratu. Sed si hoc procedit in filiis legitimatis, maiori quidem ratione habebit locum, vbicumque filii sunt arrogati, vel adoptati, spurii, aut naturales, quia hi omnes huiusgeneris filii & similes, tam ex iure vt patet ex l.40. Tau. in illis verbis, *hiio o defeendiente legitimo.* & ex.l.2.tit.15 par.2.ibi, *Si dexaße hiio, o hiia qui ouiesse de su muger legitima*. Quam ex dispositionibus testatorum, qui excludunt a maioratibus filios prædicto morbo laborãtes, nõ sunt admittendi ad successionem maioratuũ. & ex prædictis legibus regni cessant omnia, quæ circa hanc materiam poterãt disputari, & ex his quæ tradunt Parisien. par.i.§.8.num.33.cum seq. vbi late tradit, an ius primogenituræ deueniat ad filios adoptatos, vel arrogatos, vel ad filios naturales, & legitimatos, Tiraq in d.tract. de primogenit. q. 34.num. 59.vbi tractat, quid de filiis naturalibus & in quæst. 84.nu.8.& in l.si vnquam.in verbo, susceperit liberos. vbi de pluribus speciebus filiorum varia, & infinita scribit. & vide eundem li b.j.de retra.§.i.glo.8.num.4.cum sequen.filios eñ qui non sunt ex legitimo matrimonio leges adeo odio habent, ꝙ eos reputant infames infamia facti, vt docet peregrina.l.2.ti.6.par.7.quæ ortum habuit a scriptis per.Azo. in rubri.C.de his, qui no.inf.ex qua infertur intellectus & amplia tio ad l.fratres.C.de inoffic.test quæ procedit in infamibus infamia facti, secundum communem ibi.& glo.& communem in §.Soror.Insti.de inoffi.test.& facit.l.3.ti.15.par.4.l.vl.ti.13. ea.par.& notat Gũil.Bene.in c.Raynutius. in verbo Raynutius.nu.17.Tiraq.in tract.de nobili.c.15.nu. 14. Palati.Rub. qui ampliat.d.l.fratres.in c.per vestras.& adeo hæc cõclusio procedit, ꝙ filii naturales, & alii huius generis non sunt admittẽdi ad maioratũ quod habet locum etiam si relinquẽs & faciens maioratum dicat simpliciter, quod relinquit filiis maioratum, quia licet non dicat, quod illi succedant filii legitimi, & naturales, sub intelligi hoc dẽt, quia (vt ſ̃. dixi) cum de iure bona maioratus non pertineant nisi ad filios legitimos & naturales (vt probatum est) testator se conformare in hoc videtur cum iuris dispositione, quæ hos filios excludit secundum Bar.in l.hæredes mei. §. cum ita. ff.ad Treb.& alios concordantes, q̃ scribo in alus locis, præcipue in princi
2 pio huius secundæ patris tractatus. Et appellatione filiorum veniunt in dubio filii legitimi & naturales, vt est expressum proœmium.ti.7.par.2.ibi, *hiios segun la ley llaman aquellos, que nacen de derecho casamiento.* vbi Gregorius Lopez scribit, quę de iure ciuili in hoc Doctor.tenent. Ex qua lege par.confirmatur sententia Bal.in consi.104.lib 4.nu.2.col.vlt.versi tamen iste legitimatus.vbi dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ existente filio legitimo fœmina non succedat, si extat filius legitimatus, non excludit fœminam. Ad ꝙ alios concordantes refert Tello. in l.9.Tau.nu.18.cum seq. quæ lex & l. x. Taurina faciunt ꝓ ista sñia Bal.& rectius l.12. quamuis non ponderte eas dict' Tel. Et fortius vrget.d.l.par. q̃ est notanda ꝓ confirmatione illorũ, q̃ dictus licentiatus scribit, & contra aliã sñiam Bal.q fuit sibi p̃rius in l.eã q̃. nu. 26.& in l.cum acutissimi.nu.7.C. de fideic. Ex quo videbis quãti faciẽdæ sint nr̃æ leges regales pro decisione aliquarũ qõnũ, in qbus Doct. nr̃i ingentibus viribus dimicãt. Et cõducit doctrina Bar.in cons.229. vbi dicit, ꝙ qñ in statuto fit mentio de filio, intelligitur de filio legitimo & naturali.notat Deci.in consi.471.iuridicam. nu.6. & adde etiam Tiraq.in tract le Mors.2.par.declaratio.6.nu. 1.vbi ẽt tradit, an filius legitimatus cõprehendatur sub statu-
3 to loquẽte de filiis. Et ex iitis comprobat̃ q̃dã sñia Epis. Cou. in epi.de spon.c.8.§.nu.28.vbi reprobat quãdã doctrinã Antonii Ros.in tra.de leg.vbi dicit, ꝙ si simpliciter qs est vocatus ad primogenitũ, p̃fert̃ filius natus ex pcubina, cũ qua pr̃ contraxit mr̃imoniũ post natiuitatem aliorum filiorum legitimorum, & dicitur iste primogenitus, & præfertur alii primogenito ex matrimonio concepto ante contractum matrimonium cum concubina. Si autem primogenitum defera tur ad primogenitum legitimum, prẽfertur hic alii primo, genito ex concubina, prout latius distinguit Rosellius vbi supra contra communem opinionem Ioan. Andre. in regula, sine culpa.de regul.iur.in vi.& alios, quos refert Episcop.vbi supra, quia (Couarru.dicit) vtroque casu prẽfertur filius legiti mus legitimatio postea per subsequens matrimonium.quia lex de filio loquens, intelligitur de legitimo per.l.generaliter §.cum autem, C.de insti.& substi.melius faciunt.d.l.par.a me supra citata & alia, quę retuli.& conduci t.l.i.§.qui in perpetuum.ff.si ager.vectig.vel emphit.petatur.& doctrina Raph. Ful.in consi.62.statuto ciuitatis Veronę.vbi dicit, quod eos communiter filios vocamus, qui ex iustis nuptiis sunt, non qui illicite sunt geniti, etiam si postea sint legitimati pe rescriptum principis.

4 ALIQVA tamen dubia circa præsentem quęstionem sese offerunt. Primum dubium est, an hæc conclusio procedat etiam in filiis naturalibus ex parte matris, quę cum fuisset successor in maioratu, habuit aliquem filium naturalẽ, an talis filius naturalis sit capax bonorum maioratus? Dubium facit.l.9.Taur.quę dicit, quod filius naturalis est capax successionis matris, & etiam spurius, dum modo non sit ex damnato coitu, vel ex clerico, vel ex monacho, & est legitimus successor tam ab intestato.ad quod etiam facit, q̃d scribit Tiraq.citans quendam Additionatorem Guillel Benedi. in lib.i.de retract.§.i.gl.8.num.vbi dicit, ꝙ regulariter filii bastardi ad retractum non admittantur consanguinealem, quę fuit opinio Massuetii in titul. de retract § penultri.incipi.
5 Item filius.vbi plus dicit, quod filii legitimi bastardorum ad retractum non admittantur a consanguineis ipsorum bastardorum.tamen & Tiraq.opinatur si bastardus matri succederet, (vt de iure communi non nunqnam succedit) nec is consuetudine prohibetur succedere, hoc casu bastardus ad retractum admitti deber. Quæ conclusio est notabilis ad nostras leges regales de retractu loquentes. Et quod filii naturales respectu matris, cui habent ius succedendi reuocent donationem virtute.l.si vnquam.C.de reuo.donatio.voluit ibi Tiraquel.in verbo, susceperit liberos.num.li.Gre.Lop.in l.8. ti.4.in glo.in verbo de.*ju muger*.part. v. licet tamen hęc uera sint, in proposito nostrę quæstionis concludo, quod filii naturales etiã si maioratus proueniat ex parte matris, non admittuntur ad maioratum. Quia d.l.par.& l.40. Tauri.generaliter uolunt, quod filius vel nepos sit legitimus ad hoc, vt admitti possit ad maioratum, nec distingunt patrem, a matre, uel an filius sit illegitimus ex parte matris, vel parte patris, & ideo generaliter sunt intelligendæ iuxta iura vulgata. Et communiter omnes maioratus facientes excludunt filios illegitimos, siue illegitimitas procedat ex parte matris, & quod omnibus, aut pluribus rectum videtur, vel appetit, videtur etiam a singulis eiusdem cõditionis rectum haberi & appeti.c.prudentia.de offi.deleg.l.si seruus plurium. §.vltimo, ff.de leg.i. Non obstat tex.in d.l.8.Tauri.quia illa procedit in successione ex testamento vel ab intestato, & in bonis liberis, & in quibus mater libere potest disponere, non autem locum sibi vendicat in his, quę sunt a genere & antecessoribus, & in quibus succeditur ex vocatione institutoris, quia in talibus bonis non admittuntur filii illegitimi iuxta iura superius citata nec succeditur ipsi matri, sed illi qui maioratum fecit.iuxta. l.cohæredi.§.cum filiæ, ff.de vulgari.facit.l.3.ff.de interdict.& relega.& eadem est in isto casu ratio excludendi, filios illegitimos ex parte matris, quæ concurrit in exclusione filiorum ex parte patris, & ideo idem, ius seruari debet immo maior ratio est, cum turpius sit fœminas habere filios illegitimos.quam viros & pro hoc etiam facit doctrina Andr. de Ysern.in §.naturales.si de feudo fuerit cõtrouersia inter domin. & agna.vbi dicit, quod filius naturalis non succedit matri, nec cognatis matris in feudo materno. Et (hoc videri meo) intrepide est tenendum.quamuis Grego.Lopez, quem post quam hæc scripsi legi, super hoc cogitandum relinquat in l.vltim.ti.13.in glo.vltim.part.6.ubi tãgit quæstionem, an filius naturalis succedat matri in maioratu?

6 SECVNDVM dubium, quod in hac quæstione se offert est, nam cum certum sit, quod filii illegitimi, cuiuscunque sint illegitimitatis excludantur a bonis maioratus vidẽdum est, an non solum illud procedat in filiis primi gradus & descendentibus, sed etiam in descendentibus a filius illegitimis, qui temporibus prætereuntibus prætẽdunt se esse capaces bonorum maioratus? Quod autem tales vlteriores descendentes, qui ex domo primogenitoris producti sunt admitti possint ad maioratum, probatur mediis sequentibus. Et primo, ex tex in l.vltim.C.de natur.liber.a quo deducitur quod incapacitas filiorum non porrigitur ad nepotes, ibi, filijs enim naturalibus relinqui constitutiones quantũ voluerint &

Source : BIU Cujas

luerint, ideo parentibus prohibuerũt: quia vitium paternũ refrenandum esse existimauerunt, in nepotibus autem non eadem obseruatio in præfatis speciebus est custodienda, vbi legitima soboles non est impedimento. Et dispositio illius tex. procedit etiam in nepote ex filio spurio, ꝟm gl. in d.l. vlt. quam sequitur Bar. in l. Gallus. §. quid si is. ff. de lib. & posth. vbi Ias. nu. 23. dicit, hanc esse cõem opin. & idem Ias. in l. hæreditas. nu. 8. C. de his, quib. vt indig. & Ale. vbi late Mod. Parisien. in additio. in consi. 74. circa primum dubium libro. 3. quam etiam sententiam pluribus auctoribus relatis sequitur Episco. Couarru. in epitome de sponsalib. part. 2. cap. 8. §. 5. nu. 13. & Pinel. in l. 3. C. de bon. matern. nu. 20. & 21. vbi ad id citat text. elegantem in ratione sui, in l. si is qui ex zonis. ff. de vulga. & pupil. in quo tex. ꝟm eum probatur, posse patrem impuberi filio pupillariter substituere ad omnia bona filii eum, cui ex bonis propriis non possit vltra certam quantitatem relinquere. quem tex. glo. vlti. & ibi Bart. & alii declarant procedere in substitutione facta filio impuberi in fauorem filii naturalis. & vt auctor est Bart. id procedit etiã in filio spurio. quem sequũtur Ale. & Ias. ibi, nu. 3. & est cõis ꝟm Ripam in l. Lucius. nu. 3. ff. de vulga. & Gull. Benedi. in c. Raynu. in verbo, & vxorem. nu. 69. de testam. notat Acosta. in c. si pater. de testam. in 6. par. 2. in verbo, bona omnia. nu. 7. & ex prædicta l. si is qu ex bonis. infertur intellectus ad l. 27. Taurinam. scilicet, posse patrem in melioratione, quam facit, vocare filium spurium in defectum filiorum legitimorum, vel naturalium, aut parentum, cui tamen illationi ꝯdicit illa lex in illis verbis, *entre sus descendientes illegitimos que ayan derecho de les poder heredar.* Ex quibus verbis constat, ꝙ ita lex permittit facere substitutiones & vocationes in fauorem filiorum illegitimorum, si habeant ius succedendi, ꝙut habent filii naturales, non alias. est itaq; restringenda prædicta lex in illis verbis, ad filios naturales, qui sunt capaces succedendi, iuxta l. 10. Taurinam. non etiã in filiis spuriis, quos testator. nullatenus vocare potest, prætermissis consanguineis, & etiam extraneis, quod est notandum pro intellectu illius legis. & tenent Palati. Rub. in glo. *descendientes illegitimos.* in d.l. 27. & Castillo in eadem glo. & Tello. nu. 11. Sed adhuc ex ratione dictæ legis. si is qui. dici potest, ꝙ deficientibus filiis legitimis, aut naturalibus, vel parentibus, licet patri vocare filios spurios, & substituere exclusis, aut omissis consanguineis, vel extraneis: quia prædicta lex tunc vꝫ excludere a vocationibus filios spurios, vbicunq; adsunt filii naturales, qui excludunt parentes iuxta d.l. 10. non autem vbicunque non adsunt tales filii, nec parentes: quia eo casu æquius vꝫ licitum esse patri vocare tales filios in exclusionem consanguineorum, & extraneorum. Quod probatur ex l. liberorũ. in fi. ff. de verb. sign. & aliis ꝯ. dicendis. nu. 27. Nihilominus tñ verior est conclusio, ꝙ pater non põt facere vocationes in fauorem filii spurii adulterini, aut alias incapacis. ꝙ probat clare prædicta l. 27. in dictis verbis. & d.l. si is qui. quia ibi nõ põt pater substituere filio filium spurium in bonis propriis, sed in bonis filii, & quemadmodũ parentes non pñt instituere filios spurios, ita nec substituere: quia substitutio est secũda institut. l. 1. ff. de vulgari. l. 2. tit. 5. par. 6. & hoc est tenendũ. & ita illum tex. intellexit Episc. Couar. vbi s̃. & hoc modo credendũ est intellexisse virum tam doctum sicut fuit Pinelus. Sed circa intellectum tex. in l. si is qui. est considerandum, ꝙ Anto. Gomez in l. 9. Tauri. nu. 20. constanter affirmat, ꝙ hodie pater non potest facere substitutionem pupillarem in fauorem filii spurii. aut alias incapacis. Nec est seruanda dispositio tex. in d.l. si is qui. mouetur auctoritate. l. 2. tit. 3. lib. 5. ordina. & l. 22. tit. 3. eod. lib. in quib. iuribus statutum est, quod quemadmodum filii clericorum non possunt succedere ipsis clericis, ita nec suis consanguineis. cuius opini. licet respectu clericorum vera esse possit, quia decet, ꝙ clerici casti, & honesti sint, tamen in aliis casibus sine dubio ego obseruarem dispositionem tex. in d.l. si is qui, quæ in suo casu est singularis, & per aliquam legem regni nõ est correcta, & ideo doctr. Anto. Gomez nequaquam mihi applaudet. & an dispositio illius legis habeat locum in substitutione vulgari, vide Bal. in d.l. eam quam. num. 52. C. de fideic. Sed & pro intellectu illius tex. vide bonam doctrinam Bart. quam habui in practica in l. Lucius. ff. de iure fis. & Greg. Lop. in l. 39. ti. 9. par. 6. in gl. in verbo, *no valdra.* in versicu. & si filius. vbi post Ale. & Imo. in d.l. si is qui ex bonis dicit, ꝙ non stantib. aliis filiis, potest pater facere substitutionem pupillarem, etiam
10 in bonis, quæ ipsi filio relinquit. Ex quo ipse infert, quod habens facultatem ad faciendum maioratum in filium, potest illum facere in filium naturalem non stantibus filiis legitimis. Pro qua sententia facit. d.l. vltim. C. de natura. liber. in illis verbis, dum legitima soboles. & l. vltima. tit. 13. par. 6. in ratione sui. & l. 9. Taurina vbi filii naturales sunt hæredes matri ex testamento, & ab intestato, non obstantibus aliis filiis legitimis, & alia iura similia. Ex quib. infertur cõfirmatio eorum, qnæ scripsi in prima parte huius operis. quæstio. 2. num. 13. dum concluſi, ꝙ pater carens filiis legitimis & naturalibus, potest facere maioratum in filium naturalem tantum de omnibus bonis, etiam absque regia facultate, quod ibi late traditur.

11 SECVNDO principaliter opinio prædicta, quod descendentes a filijs illegitimis sint capaces ad succedendum in bonis maioratus, probatur ex ratione text. in l. cognouimus. C. de hæret. vbi licet filius hæretici sit incapax, non tamen est nepos. & probatur in c. statutum. & in c. vt commissi. de hæreti. in 6. & in pragmatica. fol. 8. in volu. pragmaticarum. Notatur per Simancas. lib. 1. de institu. Catho. c. 29. fol. 100. tit. 1. in quibus iuribus cauetur, ꝙ licet filij sint incapaces, vsque ad primam, vel secundam generationem, vlterio res tamen non sunt incapaces. & facit text. in l. quisquis. §. filij. C. ad l. Iuliam maiesta. & in l. 6. tit. 27. par. 2. Ad ꝙ etiam attinent, quæ scribit Deci. in consi. 64. præsidio, & diligenter.
12 num. 1. cum alijs. Et ex his dixit Bald. in l. si quis incœsti. C. de incest. nup. quod nepos legitimus & naturalis ex filio clerico, potest ab auo hæres institui. & idem tenent Petr. Cin. & Salic. in l. 2. C. de episc. audien. & alij, quos refert episcop. Couarr. in dicto loco. nu. 14. & de hac materia plura scribit Tiraq. in tract. de primogenitura. q. 12. num. 12. cum sequen.
13 Et ductus auctoritate. d.l. vlti. scribit Barthol. Socin. in consi. 161. pro decisione præsentis. num. 1. lib. 2. Quod quemadmodum pater tenetur alimentare filios spurios, & naturales, iuxta c. cum haberet. de eo, qui dux. in matrimo. quam pollu. per adulte. ita auus tenetur alimentare nepotes spurios, aut naturales: quia secundum d.l. vltimam, quo ad auum nepotes sunt minus odiosi. Hinc etiam fit, quod licet illi, qui
14 sunt ex damnato coitu nõ possunt a parentibus hæredes institui, iuxta Auth. ex complexu. C. de incestis nup. cum materia, a fratre tamen vel ab alio filius spurius, & ex damnato coitu potest hæres institui, secundum gloss. in Auth. quibus mod. natura. effi. legiti. in verbo, participium. colla. 7. & Bart. in l. 1. ff. de iu. fis. Quæ opinio est communis secundum Gregor. Lopez, in l. 4. tit. 3. par. 6. in glo. in verbo, *nacida.* quæ lex concordat cum d. Auth. ex complexu. Ex quo etiam idem in l. 10. tit. 13. par. 6. in glo. in verbo, *La manda.* limitat illam legem dicentẽ, quod filius incestuosus, vel adulterinus, non potest hæres institui, quia id verum est a patre: ab auõ tamẽ bene potest hæres institui, notant DD. in l. 1. C. de natur. lib. licet cõtrarium in hoc teneat Bal. in d.l. si quis incesti. & pro hac opinione plura in fauorem nepotum scribit Anto. Gomez. in d.l. 9. Tauri. num. 17. vbi etiam tatetur Bart. opinion. in d. §. quid si is. communem esse. Et ex his etiam oritur, & fundamentum recipit alia doctrina Gregor. Lopez in l. 1. in glo. in verbo. natus. tit. 13. par. 6. vbi dicit, quod quamuis secundum leges regni supra citatas filius clerici sit incapax ad succedendum ipsi clerico, nepotes tamen, vel alii vlteriores non prohibentur succedere. refert ad hoc inter alia quod-
15 dam elegans consilium Barth. Soci. 148. memini iam sunt duo menses. lib. 1. vbi late sustentat, quod licet filius ex dãnato coitu non succedat matri, iuxta tex. in §. nouissime. Insti. ad Orphicia. & d.l. nonam Taur. nepos tamen succedere potest matri eius. Quod tamen dubium habet, quia contrariũ in hoc tenet Mathes. in tract. de successio. ab intesta. membro. 2. primi artic. num. 2. in ver. ideo dico. cuius opinionem sequitur Tello. in d.l. num. 24. cui adde Bened. Capr. in cons. 1. & in consi. 108. & in consi. 58. & late Deci. in cons. 311. vbi late sustentat, quod quemadmodum mater filii spurii excluditur a successione filii, ita excluduntur illius matris filii, & omnes consanguinei per lineam maternam, & pro sententia Matheſel. facit consilium Ale. quem non refert dictus licentiatus, in cons. 74. super eo, de quo quæritur, lib. 5. vbi scribit, quod quemadmodum filii ex damnato coitu non succedunt matri, ita prohibentur ascendentibus & consanguineis. Pro maiori autem intellectu dictarum legum ordinamenti, quæ prohibent, filios clerici succededere ipsi clerico, quia forsam alio loco nõ se offerret opportunitas, & est pũctus quotidie cõtingibilis, obiter reminiſci oportet, tex. egregii in l. 3. titu. 21. par. 4. in fi. ibi, *E como quier que pueden heredar los bienes de la madre.* Ex qua lege aperte intelligitur, quod quamuis filii clericorum nõ possint succedere ipsis clericis, sunt tamen capaces ad succedendum matri. per quam legẽ ibi, Gregor. Lopez late sustentat, quod etiam hodie stante d.l. Taurina. filius clerici non prohibetur succedere matri, nisi in duobus casibus, quos ipse exponit. Cuius opinio semper mihi visa fuit contra dictam legem nouam Taurinam. præcipue hoc colligitur ex illis verbis, *Saluo si los tales fijos fueren de dañado y punible ayuntamiento de parte de la madre, en tal caso mandamos que no puedan heredar a sus madres ex testamẽto, ni ab intestato.* & postea in illis verbis, *Si fueren hijos de clerigos, o frayles,*

Source : BIU Cujas

les, o freyle, Ecce ergo qualiter prædicta lex æquiparat filios ex damnato coitu, filiis clerici quantum ad successionem matris, & ideo cum in totum excludatur filius a successione matris, quando est ex damnato coitu procreatus, excludi etiam debet qnando est filius clerici, aut monachi. Cum hoc dicta lex statuat, vna determinatione respiciens plura determinabilia, & ideo debet omnia pariformiter determinare l. iam hoc iure. ff. de vulgari. cum concordan. vt per Segur. & addi. in l. 3. §. vltim. nume. 70. ff. de libe. & posthum. Et huius opinionis quamuis non fundauerint, fuere Cifuentes in d. l. vi. & Tello. num. 33. qui non refert Greg. Lopez. & hęc sententia in dubio est amplectenda, vt mulieres timore huius pœnæ, & aliarum arceantur a consortio carnali cum clericis, quorum honestas commendatur tam in l. diuina, quã in legibus iuris ciuilis & canonici. præcipue in titu. de vita & honestate clericorum. & de cohabitatione clericorum. & in capit. interdixit. & in c. in omnia. 8. distinctio. & in pluribus canonibus concilii Tridentini. & est notabilis l. 37. titu. 6. par. 1. & l. 38. eodem ti. & ideo hæc opinio, quæ pro religione facit potius quam alia est amplectenda. l. sunt personæ. in fine. ibi summa ratio est, quę pro religione facit. ff. de religio. & sump. funerum.

17 TERTIO principaliter ista sententia, quod descendentes a filio spurio succedere possunt in maioratu, probatur ex ratione & dispositione rex. in l. qui Titii testamentum, ff. de his quibus vt indignis. vbi licet ille qui accusauit testamentum alicuius falsitatis, & succubuit, non possit succedere ei: tamen non prohibetur succedere hæredi illius, vel alteri, ad quem bona peruenerunt. & est bonus textus in l. vltima. ff. de legatis. 3. in prin. vbi filius exhæredatus non prohibetur postea succedere hæredi patris. & conducũt alia plura, quę ĩ simili tradit Antonius Gomez. in l. 22. Taurina numero xiii.

QVARTO negari non potest, quin vetustate, & temporis diuturnitate generatio spurij clarior, nobiliorque fiat, quia vetustas multa facit & perficit. l. vlti. ff. de aqua pluuia arcen. l. hoc iure, §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. æstiua. Et tempus tãtum habet virium, quod omnia absumit, deuorat, destruit commutat, atque diuertit, secundum Bald. in c. inter dilectos. de fide instrum. & in c. tua. colum. ii. versi. porro notorium. de coha. clericorum. de qua re, qui plura notabilia scire desiderat, legat Tiraquel. in tracta. de præscriptio. §. i. glo. 4. cum aliis plurimis, vbi inter alia adducit ad propositum illud, quod inquit Sophocles in Ayace, omnia longũ tempus tabefacitque, & vrit, & sanguis filiorum legitimorũ q postea superuenit, maculam p̃cedentem absoluit & purificat. l. Paulus. §. vlt. ff. de acq. hær. l. licitatio. §. mercatores, ff. de publi. & sanguis perfectus & iustus mixtus cum alio, qui non est ita perfectus, cum propter cõionẽ, perfectũ reddit. l. si cõem. ff. quemad. seruit. amittant, quod magis procedit, vbicunque sanguis descendẽtium, qui mixtus fuit cum alio, esset illustris, & generosus (prout plerunque contingit). Ex q bus & aliis, quæ supra scripta sunt, constat quod quamuis filii illegitimi non sunt capaces ad succedendum in maioratu, vlteriores descendentes nõ patiuntur hanc incapacitatẽ. Contraria opinio variis vrgentibus rationib. fundari potest. Primo, ex tex. in Auth. de hæredi. quę ab intesta. defer. §. reliquum. vbi ad hoc notat Ang. in quo probatur, quod excluſa vna persona, etiam descendentes ab illa excluduntur. Bal. in l. vlti. C. de lib præteritis, & alii quos refert Deci. in l. illam. nume. 13. C. de colla. vbi ex hoc disputat elegantem quęstionẽ si velit statutum, quod stantibus masculis mater non succedat, an habeat locum statutum existentibus cognatis proxi
18 mioribus, qui de iure cõmuni agnatos excluderẽt? Et pro hac sententia etiam facit l. si viua matre. C. de bon. matern. ĩ versi. in nepotibus. per quem tex. dixit Paulus in l. Gallus, §. nunc de lege. nu. 6. ff. de lib. & posthu. quod excluſa fœmina ab emphyteusi, vel alia re excluſi censentur descendentes ab illa, de quo ego infra, in quæstio. 6. latius tractabo. & inquit Bal. in l. quoties. num. 2. C. de suis, & legi. hæredi. quod in feudo fœmina regulariter non succedit, nec masculus descendens ex illa, quia caret principio producente, & medium est inhabile. cæterum Doctores communiter in d. l. si uiua matre. deducunt, quod nepotes, & alii descendentes non debẽt esse melioris conditionis, quam filii, de quo per Pau. de Castro in consi. 119. lib. i. & in consi. 91. li. 3. & Bal. in consil. 34. li. i. & Roman. in consi. 445. & per alios, quos refert Modern. Parisi. in additio. ad Ale. in consi. 56. litera A. libr. v. vbi hoc etiam tradit Alex. Secundo, pro hac sententia facit, quia forma & origo, quę a radice deducitur, in quodlibet deriuatur l. in ratione, i. §. si filio. ibi, formam & originẽ. ff. ad l. Falc. l. q id quod. in prin. ff. de don. l. tutor. ff. de fideiuss. & omne quod decidit p mediũ, sapit naturã medii, si illud mediũ sit naturale, & nõ simpliciter instrale: quia per medium specificat, & naturatur. vt notat Bal. notabiliter in consi. 389. li. 2. cum ergo principium & origo sit vitiosa, per quam ad vlteriores filii spurii peruenitur, hoc vitium & origo vitiosa in descendentes deriuatur, etiam si sint in decimo, vel vlteriori gradu. veluti si quis emit semen malum, quia omne id, quod ex illo nascitur in effectum est, & eodem laborat morbo, & vitio. Et ad hoc facit quod inquit Bal. in l. bonorum, C. qui ad mitti. vbi dicit, quod rei origine sublata tollitur quicquid ordinatur ab illa. Et qualis res est in origine, talis est in acquisitione, per l. Caius ff. de manumiss. quod dictum etiam refero in quæstio. 4. infra illatio. 1. num. 17. Item facit, quia cum extremum a quo his descendens a filio spurio, aut alias illegitimo sit inhabile & incapax, impedit coniunctionem alterius extremi, scilicet, illius, qui talem successionem prætendit, quia vbi extrema sunt vitiosa, non coniunguntur, l. bonorum. ff. rem rat. haberi. l. necessario. §. quod si pendente, ff. de peric. & commo. rei vendi. l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. glo. in l. 2. C de inofficio. donat. l. donationes. C. de donatio. inter vir. & vxorem. cum concordantibus: Hæc etiam alia non leui ratione confirmantur, quia bastardi & spurii non possunt portare arma patris nec insignia, secundum Bal. in l. generaliter. §. cum autem, C. de inst. & substi. num. 6. quia secundum eum, bastardi nõ sunt de domo, nec de agnatione, & facit quod notat idem Bald. in l. cum legitimæ, ff. de statu hominum. Notatur latius per Chassane. in cathal. gloriæ mundi in j. par. 24. conclusio. vbi refert consuetudinem Francię in hoc. & Guid. Pap. in quæstione. 580. & Tiraquel. qui in hoc sicut in aliis copiosus fuit in tract. de nobili. c. 15. num. 12. vbi latissime hoc tractat. & in tracta. de vtroque retractu li. i. §. i. gl. 8. num. 6. pag. 113. & Greg. Lopez. in l. i. ti. 13. in gl. in verbo, *las honras*. par. 4. qui fere omnes addendi sunt ad Episcop. Couar. qui hoc tractat in epitom. de sponsa. 2. part. c. 8. §. 6. numer. 17. si igitur hoc verum est, & communiter omnes maioratus facientes (maxime nobiles) præcipiunt successoribus in maioratu, vt ꝓpria arma portent, & insignia sub maximis pœnis, & bastardis & spuriis hoc prohibitum est: quo modo succedat in maioratu ille, qui non potest adimplere & conditionem & grauamen a testatore adiectum deportãdo arma? Quod grauamen validum est, vt notat Guido Papę, in decisio. 251. per tex. in l. mulier. §. si quis hæreditarium seruum. ff. de conditio. institutio. quem refert Chassane. in d. cathal. gloriæ mundi. in par. i. conclusio. 46. vbi citat l. hoc iure. §. vltim. ff. de donatio. quę probat, quod donatio alicui facta vt nomen testatoris portet, non dicitur proprie donatio, de cuius substantia est, quod ex liberalitate procedat, sed dicitur quædam remuneratio in recompensam nominis ferendi factam. & facit tex. in l. Titia, §. vltim. ff. de au. & argent. lega. ibi, subscriptio nominis mei. quem ad prædictam opinionem ponderat Arias Pinel. in l. i. par. 3. nume. cii. fol. clix. colum. ii. in versi. respondeo. C. de bon. mater. cui adde, quod notat Dec. in consi. cclxxiii. Guid. Pap. decisi. 467. Boerius in decisio. 146. num. 6. & Mod. Par. in consi. i. pro Duce de Villa Hermosa. num. 36. & cxv. vbi tradit, qualiter prohibitio alienandi, & substitutio facta expressa commemoratione arma & nomen deferendi, est in rem, & non in personam. ubi dicit, hanc esse communem opinionem Doctor. de quibus vide, quæ latius scribo in 4. quæstio. infra eodem, illatione viij. numero 4. Si igitur filii bastardi, & descendentes ex illis, non possunt portare arma, & insignia testatoris cui non conueniunt verba legis, non conuenit illius dispositio. l. si seruum, §. non dixit prætorio. ff. de acquirenda hæredita. notat Bald. in l. i. in versic. quarto oppono. C. si quis omissa cau. testamẽ. & est vulgare. & per illum tex. scribit Grego. Lopez in l. ii. in ti. v. in gl. in verbo, *el mas propinquo* colum. 2. in princi. parte. 3. Quod instrumento maioriæ cauetur, quod deficientibus filiis, & cęteris descendentibus, maioria deueniat in proximiorem ex genere suo, si testator iussit propria arma deferri, suc-
22 cedunt illi, qui sunt de genere agnati, non cognati. Quod autem cognati non possint portare arma testatoris, probatur in l. ius familiarum. ff. de religio. & sumpt. funer. notatur per Bar. in tract. de armis. & Anchar. in c. dilecta. de excessibus ꝓlatorum. & per alios, quos refert Chassane. in chatalogo. 26. cõclusione. & 40. & hæc doctrina Greg. Lopez est notabilis. Item in causato non potest esse magis, quam in influenti cã & bastardi & nati ex illis, non sunt de agnatione, quamuis sint de sanguine secundum Bar. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. & in l. tutelas, ff. de cap. diminutione. & s̃. dixi. Et excluſa vna ꝑsona, tota linea, q̃ ab illa fundamẽta capit, excluſa censet. l. vl. C. de ver. sig. & deficiente fundamẽto, deficit ædificatum. c. cum Paulus. j. q. j. facit. l. redemptoris. ff. de rei vend. & ad excluſionem prioris in gradu, necessariò sequitur excluſio sequentis. l. j. §. fratre. & quod ibi notatur. ff. quis aliquem testa. prohibuer. notat latius Barth. Soc. in cõsi. 31. prosequendo ordinem nu. 3. lib. j. Alex. in consi. 75. num. 14. in fi.

Source : BIU Cujas

in fi.lib.j. Quare inquit ad propoſitum noſtrum Bald.in d.l. vlti.C.de verbo.ſignifi.ꝙ quemadmodum filij baſtardi non continẽtur appellatione domus,nec ſunt decaſſata, qui tamen ſunt primitiui,ideſt,primus amor: multominus continentur nepotes,etiam legitimi ex baſtardis nati:qui nulla ꝙſequentia poteſt eſſe legitima ex illegitimo naſcendi principio,& radice corrupta.Vnde ſi primus philos, id eſt,primus amor eſt contra bonos mores:ſecundus philos,id eſt, amor deriuatus ad nepotes,ſine peccato originali eſſe non poteſt. Vnde qui primitiua inficit,deriuata vituperat.quæ ſunt elegantia verba in hac materia.citat ad hoc tex.in d.l.vlti.C.de natura.liber.& hanc doctrinam refert Deci. in conſi.335.incip.viſo conſilio.numero 1.& 2.faciunt tradita per eundem Deci.in conſi.433.viſa copia.& quod notant Doctor.in c.2. de præben.vbi tradunt, quod incapacitas non tollitur etiã ex tempore immemorabili. notat Aymo Craue. conſi.82. nume.8.& eſt etiam alia egregia doctrina Bald.in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.qui teſtam.facere poſ.vbi dicit, ꝙ baſtardi non habent lineam quo ad patrem. Et ex iſtis
25 confirmatur quædam ſententia Rebuff. in praxi beneficiorum.tit. de diſpenſatio. ſuper defectu natalium num.27.vbi tenet,quòd nepos legitimus deſcendens ex filio ſpurio,non poteſt habere beneficium aui. Ex quibus omnibus concludo, ꝙ quemadmodum filij illegitimi excluduntur à maioratibus,ita omnes deſcendetes ex illis in quocunque ſint gradu.Et quod ſcribit Maſſuer.in titu.de retract.§.pen.incip.Itẽ filii vbi dicit,ꝙ filij legitimi baſtardorum non admittuntur ad retractum rerum venditarum. Et idem tenent Math.ab Afflict.& Guillel.Benedi.quos refert Tiraq. lib.1.de retracta.
26 d.glo. 8. numero 6. Tandem difficultas nunc conſiſtit in reſpondendo ad tex. in d.l. vlti. ex qua prodita ſunt omnia argumenta, quæ pro contraria parte adducta ſunt. & reſponſio ſtat facilis, attentis verbis illius legis,quæ ſequuntur poſt allegatum verſiculum.ibi,Ita demum nepos ex filio naturali ad ſucceſſionem admittitur paternam,quando id per auũ expreſſe cõceditur,& ab illo hæres inſtituitur: nam hoc ceſſante, nepos ex filio naturali non admittitur ad talem ſucceſſionem aui,nec proaui.Nam(inquit lex)ſed hoc in iis tm̃ modo caſibus ſancimus,in quibus voluntate aliquid conſequuti ſunt. iura & enim ab inteſtato in aui ſucceſſionem, nemini eorum penitus aperimus: & hoc non ſolum eis accedere cenſemus à ſubſtantia aui paterni naturalis, ſed etiã proaui,vel eius cognationis.Si quis ſaltem huiuſmodi vocabulum in tam degeneres homines extendere maluerit. Cuius tex.verba ideo libentius retuli,vt ad memoriam repetamus „quo animo ſunt noſtræ leges circa filios,qui non ſunt iuſtis nuptijs procreati.adde.l.2 titu. 17.par. 4.& ad iſtam reſponſionem facit quod ſcribit Rebuf. in praxi benef.nume. 13. Et pro hac ſententia quam teneo,facit etiam elegans.l. 68.tit.18.par.3.ibi,*ſepan quantos vieren, como tal rico home da cotorga en feudo a fulano recibiente por ſi y por ſus hiios y nietos,e todos los otros que del deſcendieren de legitimo matrimonio,e furen varones.* Pondera igitur illa verba, (*Deſcendieren de legitimo matrimonio*) & qualiter lex vult,ꝙ illi infeudum debent ſuccedere in infinitũ,debent eſſe de legitimo matrimonio procreati,& eſtipite legitima. quæ lex eſt ſingularis,& expreſſa pro hac ſententia.& hæc mihi videtur vera, & in propoſito noſtro tenẽda concluſio.quæ ſi vera eſt (prout iudico) quid erit dicẽdũ de pluribus nobilibus huius regni,qui poſſident maioratus, licet deſcendant ex non legitimo coitu? ipſi videant quali-
27 ter poſſideant. Cogita tamen, an hæc concluſio coarctari poſſit,vbicunque generatio & familia filiorum legitimorũ illius,qui maioratum inſtituit deficeret: quia ex veriſimili mente illius,qui maioratum ordinauit,quæ debet haberi ꝓ expreſſa, iuxta illum tex.egregium in l.Titius ff.de liber.& poſthu.Credendum eſt, ꝙ ne ſua memoria in totum extingueretur, & bona libera remanerent talem deſcendentem à filio ſpurio.Et pro hac concluſione facit tex. in l.generaliter.§.ſpurius.ff.de decurio.ibi probatur,ꝙ non extantibus alijs,ſpurii admittnntur ad officium decurionatus.Quem ad hanc concluſionem inter alia adducit Deci. in conſil.271. quod ſcripſit pro Duce de Methina contra Marchionem de Tarifa ſuper iure capiendi thynnos. quæ lis fuit pauci ſunt anni præteriti ſententiata per ſententiam reuiſionis in fauorem Ducis à Methina. Is (in quam) in d.conſi.numero 12. & 13.multis mediis probat,ꝙ ſpuri⁹ poteſt habilitari ad ſucceſſionem, in defectu aliorum legitimorum.Et pro hac opinione etiam induco text.elegantem in d. l.pronunciatio.in fine.ibi,Item appellatur familia plurium perſonarum, quæ ab eiuſdem vltimo genitoris ſanguine proficiſcuntur. vbi Alciat.ante dicta verba in parte, ex eadem domo.dicit,ꝙ filij illegitimi & naturales, dum tamen non ſint ſpurii, ſunt de familia.Vocatur igitur de ſanguine filius ſpurius, quamuis non ſit jta nobilis,& eſt etiam bonus tex.in l.liberorum. in fine.ff. eodem titũ.ibi,Et enim idcirco filios,filia ſiue cõcipimus,atque edimus, vt exprole eorum earumue,diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. perpetuatur igitur memoria primigenitoris per filium ſpurium, & illius deſcendentes. Nec eſt omittendus elegans text.coniuncta glo.in verbo,ſed omnes in l.cognoſcere. §. liberorum. ff. eodem tit.& pro hoc dicto facit.l.9.Taurina ſuperius toties relata.Et naturale eſt,ꝙ filii procrentur,et educentur ꝑ quos conſeruetur memoria patris, vt latè notatur per Barth.Soc. in conſilio 98.numero 4.& 7.lib.3.& facit etiam.l.xj.Taurina.vbi permittitur patri, quãdo non habet filios legitimos, relinquere filio naturali quantum voluerit.& iſtud habebit ſine dubio locum in maioratibus factis poſt publicationẽ. l.27.Taurinæ.per quam pater vocare prius tenetur filios, & alios illegitimos deſcendentes,quàm collaterales, vel extraneos, cum qua lege in dubio teſtator ſe conformare videt. l. hæredes mei. §.cum ita. ff.Ad Trebel.cum concordantib. Sed an parentes conſtituentes maioratus ſeruare teneantur ordinem.d.l.27.ſicuti ĩ meliorationibus? tracto in præfatione primæ partis tractatus. numero 11. & id maximè procederet, ſi primus conditor maioratus fuit filius illegitimus, quia quamuis ipſe ad honorem & gloriam propriam conſeruandam ordinet, quòd maioratus non deueniat niſi ad filios ex legitimo matrimonio natos: exiſtimandum tamen eſt, ꝙ ſuperueniente caſu,in quo deficerent deſcendentes legitimi,ipſe odio non haberet tales deſcendentes a filio illegitimo.Et pro hac opinione poteſt recta ratione induci tex. in l.in arenam.C.de inoffic.teſtam.ibi, Niſi & ipſe ſimilis ꝙditionis ſit.vbi probatur, ꝙ pater poteſt exhæredare filium infamem, niſi & ipſe ſimilis conditionis ſit. Et facit glo.in l. fratris.in verbo.infamiæ.C.eodem titu.quæ vult, quòd licet frater turpi perſona inſtituta, per fratrem habet inofficioſi teſtamenti querelam,vt probatur in illa lege, & in l.duodecima.titu.17.par.6.& in l.2.& 3.titu.8. par.6.id procedit,niſi frater etiam turpis perſona ſit.& idem tenet Salicet. & ibi & laſ.numero 6.limitatio.7.Angel.in l.j.ff.de inofficio. teſt. & facit doctrina Bal in l.improbum.C.de his,qui nota.infa. & quæ ſcribit Dec. in cap.3.numero 3.de excep.& eſt bonus tex.in c nihil.iniquius.32. quæſtio.9.& l. 27. tit.7.parte 1.ibi *Ca derecho es razon,ca ſegun la vida e fuero, que home eſcoge,que por aquel ſe iuzgue y biua.* Et pro hac parte etiam facit doctrina Anchar.in conſilio 339. pro maiori.numero 12.vbi notanter dicit, quòd quando regnum incipit in fœmina, non excluditur per agnatos remotiores:quia à fœmina trahit originem,& ab ea tanquàm a radice,habent cauſam in regno, & in iure,cauſa originaria eſt inſpicienda. l. ſi id quod. ff.de dona.l.tutor.ff.de fideiuſſor.& quia a primordio tituli poſterior formatur cuẽtus.l.j.C.de impon.lucra. de impon.lucra.
28 deſcri.lib.x.& ibi alia ad propoſitum tradit. Et pro iſta limitatio etiam adduco quoddam celebre dictum Philip. Deci. in c.in preſentia.numero 37.de probatio.vbi dicit,ꝙ licet alias filii naturales non excludant ſubſtitutum,fallit, ſi teſtator ſubſtituens eſſet naturalis, propter ſimilitudinem illius qualitatis.Pro quo dicto aliqua refert Tiraquel. in l.connubiali.glo.j.par.v.numero 26.fol.61.Dicunt tamen Angel.& Paul.de Caſtro,in d.l.generaliter. §. cum autem. C. de inſtitu.& ſubſtitu.per illum tex.in illis verbis. Siquis naturales filios habuerit.Iũctis illis verbis,iuſta ſobole, quòd ſi teſtator inſtituerit filium naturalem tantum licet non videatur talẽ ſobolem abhorrere, tamen filii naturales, talis filii non excludunt ſubſtitutum.qui tex.ad hoc eſt mirabilis,ſecundum prædictos,quos refert Iaſo.ibi,numero 5.Ex qua doctrina inferi poteſt,qnòd ſi quis faciat maioratum in aliquem filiũ naturalem,& ſubſtituat eidem alios (ſi ſine liberis deceſſerit) ſi talis filius relinquat filium naturalem, non excludit ſubſtitutum;. quorum dictorum veritas pendet à notatis in d.§.cum autem. & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. in j. ff.ad Trebel. & in l.Lucius. 2.§.vltim.ff.delega.2. & in l.cum pater.§.volo. eodem titu. & in l.hæredibus.§.j. ff.ad Trebel.Et iſtam ſententiam (de qua in numero 27. cum ſequentibus) tenere videtur Grego. Lop.in l.32.titu.9.par.6.in glo.in verbo,*no valdra.*ver.& ſi filius.in prin.

ITEM,in hac materia notandum eſt, ꝙ ſi poſſeſſor bonorum maioratus fateatur in teſtamento, vel in aliqua diſpoſitione quòd aliquis eſt ſuus filius legitimus & naturalis,ad hoc vt ſuccedere poſsit in maioratu, talis confeſſio tã quam coutra ius, & quia eſt prohibitum relinquere bona maioratus filiis illegitimis,non iuuat ſucceſſorem.l.cum qs decedens.§.Titia honeſtiſſima fœmina,ff.de leg.3.l.qui teſtamentum.ff.de probatio.l.neque profeſſio.C.de teſtam.nota. Bar.in l.ſi forte.ff.de Caſtren.pecul.cum concordantibus.Et
31 ille qui alienare prohibetur, confiteri non poteſt in præiudicium ſucceſſorum,in quorum fauorem alienatio eſt prohibita ſecundum Bal.in cap. fin.nume. 7. de confeſſis. notat Tiraquel.

Source : BIU Cujas

Tiraquel.in dicta gloss. 5.quæstio. x. numero 124. & 116.& 118 & dicit Pinellus in l.prima.parte.3.numero 51.C.de bonis maternis.quod sententia lata contra possessorem maioratus,non præiudicat successori,quando fuit lata, præmissa confessione possessoris maioratus. & ista procedunt etiam si confessio fuit facta cum iuramento, & in articulo mortis secundum Petrum & Cinum,in l.prima. C. de sactosanctis ecclesiis.& Barto.in dicto.§.Titia. & alios, quos refert Tiraquel.in l.si vnquam.in verbo, donatione largitus. numero
32 91.C.de reuocandi, donationsi. Forte tamen talis confessio multum proderit in possessione petenda bonorum maioratus, licet in proprietate non prosit. argumento textus, in capitulo transmissæ. qui filii sint legitimi. Ad quod est doctrina Moder.Parisien. in consuetudinibus Parisiens.parte prima,§.quinta numero 88.vbi dicit, quod quamuis non stetur prælato attestanti, & confitenti feudum esse antiquũ ad hoc,v infeudare possit sine capitulo & solẽnitatibus, iuxta dictam sententiam Barto.in d.l.si forte.prodest tamen,secundum eum confessio ad tenendum in possessione feudatarium. & ad hoc est etiam celebris doctrina Alciati in l. Scæuola.29.numero 20.ff.de liberis,& posthumis.vbi dicit, quod licet matris confessio dicentis, aliquem filium mariti non esse,non præiudicet filio in proprietate, in possessione tamen filio præiudicat.per l.primã § si cui.ff. de ventre inspiciendo pro quo facit doctrina Antonii in capitulo in literis.numero 24. de restitutione spoliatorum isti tamen nostræ conclusioni contradicere videtur.l. 45. Taurina.ibi, *enel figuiente en grado.*vbi ad hoc vt in successorem in maioratu transeat possessio, requiritur quod sit sequens in gradu. Et possessio de qua in illa lege, habet admixtam causam proprietatis,vt animaduerto in tertia parte huius operis.q. 24. numero 4.Et quod confessio partis non sufficiat ap obtinendum in possessorio habentem mixtam causam proprietatis vult Rebuf.in praxi beneficiali,regu. de non tol. iure quæsito.gloss.6.nu.6.

33 SED an filius natus ex matrimonio putatiuo,& in figura matrimonii parentibus ignorantibus impedimentum,sit legitimus successor in maioratu, resoluo in tertia parte huius operis.q.15.nu.22.vbi lector legere poterit,quia est necessariissimum pro intellectu istius materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Conditor maioratus potest prohibere monachos, & monasteria a successione maioratus.*
2 *Statutum excludens fœminas propter masculos, valet in præiudicium monialium.*
3 *Pactum valet,quod ingrediens religionem non succedat.*
4 *Testator potest excludere monachum a fideicommisso.*
5 *Monachus non succedit in maioratu,vbi expresse excluditur.*
6 *Monachi monasterii Sancti Francisci, & similium sunt incapaces maioratuum.*
7 *Bannito condemnato, illico filii admittuntur ad fideicommissum non expectata morte banniti.*
8 *Antonius Gomez reprobatur.*
9 *Defunctus cum filio de ordine mendicantium, dicitur sine liberis decedere.*
10 *Masculus de ordine mendicantium, non prohibet fœminam succedere per statutum insuccessibilem.*
11 *Monachi Sancti Dominici,& alii similes,an admittantur ad maioratũ?*
12 *Monachi, an in feudo succedere possint?*
13 *Monasterium an habeatur loco filii?*
14 *Monasterium an gaudeat vsufructu bonorum aduentitiorum?*
15 *Mors ciuilis quando naturali æquiparetur.*
16 *Lex.40.Taurina procedit, vbi antecessor in maioratu fuit monachus.*
17 *Resolutio quæstionis,de qua in numer. 11. & an monacho competat ius retractus.*
18 *Conditores maioratuum desiderant gloriam, & ostentationem nominis proprii,et generationis.*
19 *Casus omissus,iudicatur ac expressus ex verisimili mente.*
20 *Voluntas testatoris coniecturata,habetur pro expressa.*
21 *Expressum dicitur,quod ex mente colligitur.*
22 *Substitutus ex coniecturis,præfertur monasterio.*
23 *Vocans secundogenitum,non censetur vocare clericum secundogenitum.*
24 *Testatores præsumuntur velle excludere monachos a maioratu.*
25 *Decima est soluenda,si vendatur res emphyteutica,licet in contractu nihil de hoc cautum sit,& non quinquagesima.*
26 *Testatores tacite videntur excludere monasteria a successione maioratuum.*
27 *Prohibitio expressa,magis quam tacita operatur.*
28 *Expressum dicitur,quod ex multis coniecturis colligitur.*
29 *Maioratus & fideicommissorum,notabilis differentia.*
30 *In Gallia monachi parentibus non succedunt.*
31 *In fauorem ecclesiæ, an sit iudicandum, vbi agitur de interesse pecuniario?*
32 *Proximior quis dicatur ad succedendum monacho tempore professionis, an mortis?*
33 *Notabilis distinctio in quæstione de qua in nu. 11. & volens ingredi monasterium,potest ante ingressum renuntiare maioratum.*
34 *Clerici,an succedant in maioratibus?*
35 *Familiæ dignitas conseruatur in clericis.*
36 *Consuetudo Hispaniæ circa successionem clericorum in maioratibus.*
37 *Impotentes possunt habere maioratus.*
38 *Ratio statutorum repellentium fœminas ob masculos, est propter familiæ conseruationem.*
39 *Si extingueretur familia testatoris propter clerici successionem, est repellendus.*
40 *Clerici præsumuntur excluſi a maioratibus, vbicunque conditores maioratuum filios habebant clericos,& illos non vocauerunt, quod ibi recte limitatur.*
41 *Bona alienare prohibita,an transeant in monasterium ex dedicatione?*
42 *Fœmina an excludat monachum fratrem.*

QVAESTIO III

TErtio quæro. An monachus,vel monasterium eiusnomine succedant in maioratu pro vita monachi? vel alio modo,& quid de clericis? in qua quæstione sunt tres articuli principales.

¶PRIMVS articulus est, vbicunque testator expresse prohibuit monachum, vel monacham, aut monasterium succedere in talibus bonis, & in isto casu bona maioratus monasterio minime deferuntur,siue talia bona habeant annexam dignitatem,vel iurisdictionem,siue non:posse autem constitutores maioratuum istam prohibitionem apponere nemini dubium esse potest. Quod primũ probatur ex generali regula.l.1.C. de sacrosan. eccles. Secundo, quia in re propria quilibet est moderator. & arbiter. l. in re mandata. C.manda.cum vulgaribus. Tertio, per regul.l. in traditionibus.ff.de pact.& in bonis donatis ecclesiæ recte not.Anch. in consi.217.num.3.facit l.30.infra titu.11.par.5. vnde in donatione facta ecclesiæ lex apponi potest, vt non liceat ecclesiæ alienare, & si contra factum fuerit, possit res a donante reuocari.§.sanctissimas.in Authen.de non alienand.gloss.in l.sancimus.la i in verbo,præfatarum.C.de sacrosan.ecclesiis cum concordantib.per Tiraq.li.2.de retra.in fi.nu.15.ex qua doctrina iustificatur dispositio tex.in l.2.tit.14.par.i.vbi Grego.Lop.& l.3.titu.6.lib.i.ordin.Et adduco tex. notabi.in cle. quia contingit ibi,in ipsorum fundatione.de religio. domibus,& concilium Tridentini.capitu.9.sessio.22.ibi,nisi secus forte in institutione.Et est bonus tex.in cap.olim.in i. de restitutione spoliato.& ad doctrinam Anchar. addo expressã. l.55.titu.9.par.i.ibi,*saluo si el rey lo vuiesse defendido por sus priuilegios, o por sus cartas.* Quarto,ex doctrina Ioann. Andr. in regula sine culpa,in q.vlti.ver.quia in præcedentibus.vbi Franc.de regulis iuris,in 6.qui tenent, quod valet statutum aut consuetudo prohibens clericum succedere in primogenitura,vbi consuetudo,vel statutum iniunctum est ante clericatum.Et idem voluit Alberi.in l.cum quis C.de natura. libe. Bald.in l.Deo nobis.§.i.numero 5.C.de episcop.& cler. Et tenuerunt alii infiniti relati a Tiraquello lib.de primogenitu. quæstion.43.numero 5.cum aliis.Quinto,valet statutum laycorum prohibens alienationem immobilium, siue feudalium,siue allodalium in ecclesiam,& non dicitur contra liberalitatem ecclesiasticam secundum Iacobum Butrigari.. in authentic.cassa.C.de sacrosanctis.ecclesiis.& in l.assiduis. C.qui potiores in pigno.habeant.vnde inquit Deci.in d. authen.cassa.numero 17.quod non dicitur aliquid fieri contra liberalitatem ecclesiasticam, nisi quando ab ecclesia aufertur illud,quod ei competit, etiam acquisitum est de iure cõmuni.quod ex pluribus confirmat Mod.Parisien.in cõsuet. Parisien.par.prima §.41.numero 90.cum aliis.vbi nume.94. plures refert in confirmationem huius sententiæ. Pro qbus facit regula generalis.l.vlti.C.de acq.poss.& l.vl. C.de codici.

2 Sexto,pro ista sententia est doctrina Barth. Socin.in consil. 81.nu.5.lib.i.vbi tradit,valere statutũ excludens fœminas ꝓpter masculos & ligans fœminas, quæ erant moniales ante factum statutũ,ꝙ late fundat.& refert ad hoc An.in c. ꝙ clericis.de fo.com.& alia plura iura & rationes.Septimo, valet
3 pactum,ꝙ ingrediens religionem non succedat ꝟm Bart. in l.vl.nu.6.C.de pac.de quo dicto agit Tello in l.6.Tau.nu.lvj. Octauo,ista fulcjuntur ex quatuor dictis, quæ scribit Barth. Soc.in cons.45.nu.j.cũ aliis.li.3.Nono, ad hoc adduco dictũ Decii in ꝯs.419.n.2.vbi tradit,testatorẽ posse exꝑsse excludẽ monasteriũ a fideicõmisso, licet tacite exclus⁹ nõ cẽseatur

Source : BIU Cujas

Et idem voluit consil. 426. & in c. in præsentia. de pb. nu. 58. de quo eũ notabilis additio Modern. Parisien. in additione, ad Alexand. in consilio. 121. in additione, quæ incipit, contrarium. lib. secundo Ripa. in l. ex facto. §. si quis rogatus. numero 38. cum sequentibus. ff. ad Trebellia. Decimo, istam sententiam aliis non superioribus rationibus & auctoritatibus ducti, tenent in bonis maioratus Ioannem Lopez in repetitio. rubricę de donation. inter virum, & vxorem. §. 16. numero quarto & 14. Episcopum. Couarruia. resolutio. libro primo, capitulo 19. numero xi. vbi expresse dicit, in primogeniis & meliorationibus, admittendam esse eam conditionem, ex qua primogenium vel melioratio posteris defertur ea conditione, vt nec monachis, nec presbyteris competere possit. Imo eo ipso quod possessor talium bonorum monachus, vel presbyter factus fuerit, bona ad sequentem in gradu pertineant. & ista opinio est verissima. Solutionem autem ad ea, quæ in contrarium facere poterant lector colliget ex iam citatis locis. patet igitur ex prædictis, quod ī isto primo casu monachus vel monialis & monasterium sunt inhabilia ad successionem bonorum maioratus. quam diffinitionem etiam confirmare possumus ex traditis per Lambertin. in tracta. iuris patronatus, libro primo quæstio. 9. numero 1. cum aliis.

6 Secundus articulus, est vbicunque monasterium, in quo monachus professionem fecit est talis qualitatis, quod non potest bona in communi possidere, potest & est incapax bonorum temporalium, & tunc licet conditor maioratus nihil caueat circa successionem talis monachi, excluditur a
7 maioratu, & admittitur sequens ingradu, siue iste fuit fact⁹ monachus ante successionem, siue monasterium ingrediatur iam factus possessor bonorum maioratus. & ista conclusio probatur ex ratione tex. in Clement. exiui de Paradiso. de verborum. significatione. Et quia si monasterium est incapax succedendi in aliis bonis minime vinculatis, maiori ratione debet esse incapx bonorum vinculatorum, vt ex infra dicendis plenius constabit. Et istam sententiam tenent in terminis Barto. in l. cum pater. §. hæreditatem. numero i. ff. de lega. secundo vbi dicit, quod dies fideicommissi cedit ingrediente aliquo in monasterium fratrum minorum, ꝙ norum, quod non potest habere bona in communi. cuius opinio confirmatur ex traditis per Alexand. in consi. 13. circa primum. lib. 3. numero primo vbi stat cum prædictis. Et ad hoc est doctrina Angel. in l. ex facto. in princip. ff. ad Trebel. quam refero in iii. parte huius operis. q. iii. & omnes fatentur, quod in isto casu talis monachus habetur pro mortuo quo ad successionem, vel capacitatem. Et quod fideicõmissarius illico admittatur ad fideicommissum, non expectata morte fratris Franciscani, est communior opinio secũdum Emanuel. Acost. in l. Gallus. §. & quid si tantum. parte secunda. ff. de liberis & posthumis. quamuis ipse contrariũ teneat cum Salicet. in l. i. numero sexto. C. de hæredibus instituendis. & aliis, quos ibi refert. licet in capitulo si pater. de testamentis in sexta, parte prima verbo. si absque liberis. numero 61. dicat, communem opinionem recentiorem esse in contrarium, quam & ipse probare videtur. Sed Fortuni⁹ in dicto. §. & quid si tantum. numero 51. communem opinionem sequitur, & est etiam communior opinio secundum Socinum in l. cum auus. numero 101. ff. de condictio. & demonstratione pro cuius confirmatione multa scribit Roland. in consil. 97. numero 40. libro primo cui addo Felin. in capitulo inter dilectos. numero tertio de fide instrumentorum, vbi dicit, quod comes factus monachus, amittit commitatum. citat glossa. in capitu. primo de purga. vulgari. & plura etiam scribit Tiraquel. in tracta. le Mors. parte secunda declaratio quinto. numero 26. & est ad hoc egregia doctrina Bald. in l. fratres. numero 13. fine. verbis. C. de inofficio. testamento. & pro ista resolutione alia scribo in dicto quęstione tertia & in prima parte huius operis. quæs. secunda numero 14. Et ex his infertur, veram esse quandã doctrinam Alexand. in consilio 23. libro primo numero 9. vbi dicit, quod si possessor bonorum restitutioni subiectorum delictum aliquod committat, per quod efficiatur bannitus, quia habetur pro mortuo, & potest impune offendi, & est sicut deportatus, illico illius filii morte patris non expectata, admittuntur ad fideicommissum, & ad rem restitutioni subiectam. refert gloss. in §. relegati. instit. u. quib. mod. ius patrona. potest. solui. & in capit. domino guerram, hic finitur lex Corradi. & alia plura iura, quæ dicunt, quod bannitus cum publicatione bonorum, & qui ex forma statutorum, quæ communiter fiunt per Italiam, potest impune offendi habetur ꝙ mortuo, sicut deportatus. quod vltimum etiam traditur per eundem Alexand. in consil. 116. animad uersis. numero iii. libro secundo vbi Moder. Parisiens. in addition. in verbo, deportato. Pro quibus est expressa. l. 4. titu. 18. parte. 4. post medium. quod latius ad aliud propositũ de
8 claro in prima parte huius operis quæstio. prima numero 8. infertur etiam ex prędicta resolutione, falsum fuisse Antoni Gomez in l. 40. Taurina. numero 66. vbi disputando istam quęstionem concludit, quod vbicunque maioratus non consistit in administratione iurisdictionis, potest in tali maioratu succedere monachus, & eius nomine monasterium, etiam si sit fratrum minorum. quod dictum ex iam scriptis stare non potest. Et contra eum etiam facit regula
9 Bald. in l. cum acutissimi. numero 12. C. fideicommis. vbi dicit, quod ille qui decedit cum filio, qui sit de ordine mendicantium, dicitur decedere sine liberis: quia isti sunt funditus non capaces, & habentur pro mortuis, omninoque extincti. per l. ex facto. §. ex facto. ff. de vulga. & l. nam & nocere. §. si deportatus. ff. de bonis liberto. & hoc sequitur Bartho. Socin. qui aliqua pro confirmatione istius sententię scribit in consi. 92. circa primum. numero quarto libro, primo & est expressa sententia Barto. quam Socin. non refert in l. i. §.
10 qui habebat. numero tertio, ff. de bonorum possession. cõtra tabul. vbi dicit, quod masculus de ordine fratrum minorum, non prohibet succedere fœminam vigore statuti, de super existentia masculorum. refert ad hoc. d. §. si deportatus. & hoc sequitur ibi Alexand. in additio. qui alios cõcordantes citat. & idem tenet Lucas de Penna in l. vlti. & 3. in finali. b. verb. in fine. C. quando, & quibus quarta pars debeatur. post Barto. ibi. & pro prędictis etiam facit singularis. l. si mater. C. de institutio. & substitutio. ibi, si mater vos sub cõditione emancipationis hęredes instituit, & priusquam voluntati defuncti pareretur, sententiam deportationis pater meruit, vel aliter defunctus est, morte eius, vel alio mõ patria potestate liberati, ius adeundi hęreditatem cum sua cãquęsitis. cum qua lege concordat. l. 5. titul. 4. parti. 5. notant. Doct. pręcipue Ias. in d. l. si mater. & idem Ia. in d. §. & quid si tãtum. nu. 28. Sed pone, quod quis est frater Franciscanus, & postea fuit effectus Episopus, & sic habilis ad succedendum & capax, quæro an possit succedere in maioratu tanquam iam habilitatus, & ad capacitatem reductus, & restitutus? Ista quęstio decidi potest ex quodam consil. Federic. de Sen. 27. & doctrina Bald in l. Deo nobis. §. primo. numero 6. C. de Epi. et cle. et ex aliis, quę scribo in prima parte huius tractatus. quæst. secunda numero 23. Et ex in ibi scriptis. & doctrina Andr. de Yser. in cap. i. §. hoc quoque. de succ. feu. quã latius confirmo in quæstio 6. infra eodem, & per l. 45. Taurina. ego magis sentio, talem Episcopum non esse admittendum ad successionem maioratus, ad quod etiam lector videat gloss. & Doct. præcipue Barth. Socin. in l. si cognatis. numero 9. cum aliis. ff. de reb. dub.

11 Tertius articulus & casus est, vbicunque testator nihil prohibuit circa sucessionem monachi, aut monialis in maioratu, & monasterium, quod monachus ingreditur, est capax possidendi bona in communi, vt in monasteriis diui Dominici, Hieronymi, aut Augustini, aut aliis similibus, in quo articulo est tota difficultas. Qua in re si sequenda est doctrina Barto. in d. §. hæreditatem. difficultas est plana, nam ibi affirmat, quod quãdo monachus est in monasterio, in quo possunt possideri bona in communi, & est capax successionis, substitutus non debet admitti, donec monachus vita functꝰ sit, per illum tex. & l. Statius Florus. §. Cornelio Fælici. ff. de iure fisci. & idem voluit Barto. in tracta. minoricarum, in 4. par. in versi. isti etiam hæredes instituti. Bald. in d. l. cum acutissimi. numero 12. & recte quadrant, quæ scribit Montal. in l. 10. titu. 5. lib. 3. fol. 18. col. i. in verticu. item nota. & istam opinionem sequuntur fere omnes, qui de ista materia loquuntur, & inter alios Alexand. in consil. 239. viso themate. numero 8. libro 2. vbi ex hoc concludit, quod filia facta moniali, non consolidatur actio de dote in patrem. & idem in consi. 120. eo. li. vbi consuluit in fauorem cuiusdam monasterii. & in consi. 10. viso instrumento. libr. 5. vbi plene sustentat, ꝙ si fœmina habens feudũ ingrediatur monasteriũ non reddit feudũ ad dominum feudi, nisi post mortem monialis. & plura in fauorem istius conclusionis tradit Aymo
13 Cra. in consi. 152. nu. i. cum aliis. Et inquit vbi s. ꝙ monasteriũ gaudet feudo ꝓ vita monachi, & nõ ꝑt cogere monasteriũ ad euacuandam manum suam infra annum. & Nicola. Boe. in decisio. 354. & monachus est capax successionis feudi vbicunque seruitiũ pręstari potest ꝑ substitutũ, ꝫm Bald. in c. i. de benefi. fœm. ꝙ late disputat Matheus ab Affli. in decis. 320. Ioan. nu. i. cum seq. quod argm̃ vrget illos, qui magnificiunt argm̃ de successione bonorũ feudaliũ ad bona maioratus. ꝙ quaꝛ intelligẽdũ sit, latius tracto in q. 6. ꝯ. eod. num. 2. Et an monachus sit capax successionis feudalis, vide notabilẽ. l. 6. ti. 26. par. 4. ex qua vñr cessare tradita ꝑ Alex. & alios antiquiores. Et punctum late tractat Curtius in tracta. de feudis. parte. tertia. quæstio. tertia, fol. 18. columna prima

cum

Source : BIU Cujas

cum sequentib.& idem Parisien.i.par.cons.Pari.§.xli.nu.58. & notabiliter Aymo Cravet.in consil.303.vbi tractat, quid ia milite Hierosolymitano,& in conuersis, pro Bart. etiam facit,quia monasterium habetur loco filii.vt plerique tenēt per text.in cap.in præsentia.de probatio.& authen.nisi rogati.C.ad Trebel. & tenent plures, quos refert Tiraquel.in l.si vnquam. in verbo, susceperit liberos. numero 42. C. de reuoc.dona.Sed istud fundamentum non est tutum,quia multi peritissimi opinantur,quod monasterium nō habetur loco filii.& inter alios Barto.in d.auth.nisi rogati. & in auth.si qua mulier.C.de sacrosanc.ecclesiis.in duobus locis.Bald.in d.authen.nume.21.vbi dicit,quod illa regula non procedit, nisi in casibus a iure expressis.Ripa in l.ex facto.nume.87.ff. de vulg.vbi dicit,quod nunquam monasterium habetur loco filii.& idem,quod Bald.voluit Decius in capitu.in præsentia.numero 50.de probatio. & monasterium non habetur loco filii,vbicumq; per testatorem est determinatum, quod non succedat secundum Bald.in consi.426.super puncto præmisso.numero 3.libro quarto.Sed pro opinione Bart.etiam facit,quia monasterio quatenus capax est, omnia deferuntur,quæ monachus habebat.auth.ingressi.C.de sacrosanct. eccles.l.17.titu.1.par.6.ex quo inquit gloss. in authent. idem est.C.de bonis quæ liberis.quod si pater ingrediatur aliquod
14 monasterium, & habet aliqua bona aduentitia,monasteriū debet gaudere vsufructu talium bonorum pro vita monachi.cuius gloss sententiam sequuntur Cinus,Alberi. Bartol. nume.42.& 49.in d.authenti.ingressi. Bald. Paul. Rapha. & Corn.in d.authen.idem est. Et est communis opinio secundum Bartho.Socin.in cons.10.num.20.libr. i.& Crotum in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.nume30.Et est receptior opinio,secundum Pinel.in l.i.C.de bonis mater.par.i. num. 49. quam & ipse audacter sequitur.Et Parisien.in d. §. num. 82. ista autem opinio non caret etiam contradictoribus. quia Siliman.in d.auth.ingressi. tenet contra illam gl. & sequitur inter alios Episcop.Couar.in ca.2.nume.8.de testamen.in 3. editio.vbi agit de opinione Pineli, vbi supra. & sequitur ēt Gregor.Lopez in l.5.titu.17.in glo.in verbo,*el vsufructo*. part. 4.Item pro Barto.etiam facit, quia licet monachus habeatur pro mortuo ciuiliter.l.Deo nobis.C.de episcop. & cleri. l.29.titu.7.part.i.ibi,*esto es por que es muerto quanto al mundo, y vibo quanto a Dios*.Quod explicat Alberic.in authen.ingressi.numero 23.C.de sacrosanct.ecclesiis.melius in l. Deo nobis.numero secundo cum aliis.C.de episcopis, & clericis. Mors ta-
15 men ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus a iure expressis secundum gloss.in capitu.placuit.16.quæstio.prima cui similis in capitu.susceptum. de rescriptis in verbo, non morte.notat Iaso.in dicto l.prima,numero primo.C.de hæredib.instituen.& in authen.si qua mulier.numero 19. C.de sacrosanct.eccles.Egidius Bossi.qui plures citat in practi. crimin.titu.de bonorum publica.numero 49.Grego.Lopez in l.prima titu.18.parte.quarta gloss.prima.Mencha.libro secūdo controuersiarum.capitulo.27.numero 15.& est communis opinio secundum Gomezi.in regula,de impetran. benefi.per obitum famil.quæstio.5.& apud iurisconsultos, mors semp intelligitur naturaliter,nec mors ciuilis reperitur, sed quasi magistrale nomē a iuris præceptoribus compositum est,secundum Acosta in d.§.& quid si tantum, numero iiii. quod ante eum dixit Lucas de Penna,quem Acosta non retulit vel obliuione, vel data opera in l. vnica. C.de impon. lucra.descrip.libro x.column. prima in versicu. & cum dicimus mortem.Sed hæc etiam sine dubitatione nō transeūt, qa mors ciuilis regulariter æquiparatur naturali, vbi mors ciuilis operatur eundem effectum, quem mors naturalis.& ex vtraque idem resultat effectus secundum gloss.in Clemē. ne Romani.§.sane.versicu.moriente.de election. in vi. & in Clementi.secunda,verbo.mori.de election. & in capitulo.si episcopus.de supplend.negligentia,prælato.libro, vi. & probatur in dicto.§. & quid si tantum. notatur per Felinum in capitu.licet vndique.de electione.Iaso.in l.ex ea parte.§.insulam.numero secundo, & in aliis libris. ff. de verborum.obligationi.,Segur. in l.cohæredi.§.cum filiæ. numero 54. vbi additio.ff.de vulg.Mod.Parisien.in additio. ad Alexand.consil. 139.lib.2.Suarez allegatio.2.& est communis opinio,secundum Ioan.Lopez.in rubrica.de donatio.inter virum. & vxorem.col.42.in versicu.ratio huius est.Pro quorum sententia est casus notabilis in l.si decesserit.ff.qui satisdare cogantur. & in l.28.titu.4.parte tertia, quæ hoc decidit in arbitro, qui in religionem ingreditur.Ex quibus infert,verum esse quod
16 dam dictum Grego.Lopez.in l.2.titu.15.par.2. in glo.*si dexase*.vbi dicit,quod dispositio.l.40.Taurinæ,quæ in successione præfert nepotem patruo,procedit etiam vbicunque antecessor factus fuit monach⁹,quod ego verissimum puto. & hęc etiam deseruiunt pro declaratione cuiusdam dubii disputati a Tello in l.17.Taurina.numero vi.vbi tractat,an dispositio illius tex.permittentis patri reuocationem maioratus vsque ad mortem,procedit vbicunque pater factus fuit mona-
17 chus?Tandem in nostra quæstione Anto. Gomez in d.l.40. numero 66.vtitur quadam distinctione & concludit, quod monachus & monasterium est capax succedendi in maioratu, vbicunque maioratus non consistit in iurisdictione vel gubernatione,quia si gubernationem reqrat, veluti regnū, Ducatus,aut Marchionatus,aut aliud simile,dicit esse repellendum,& admittendum sequentem in gradu propter illius incapacitatem.ad quod refert Bald. qui in regno id expresse tenet in capitu.cum magistrum.quæstio.vltim.de electione. Et ad hanc sententiam plures refert ibi Antoni. Gomez. & idem in regno tenet Grego.Lopez in d.l. ii.titu 15.in glo. in verb.*seyendo ome para ello*.& sequenti. Quorum opinio mihi placet.& hæc etiam fulciuntur,quia monachi retinent iura sanguinis secundum Lapum allegat.109. in quæstio. proposita & sequent.Abba.in capitu. secundo ad fin. de postu. & iura suitatis retinent.d.l.Deo nobis.§.i.cum concordan.vt per Tiraquel.lib.i.de retract.§. i. glossa.8.numero 19. vbi ex hoc vult,quod monachi qui habēt ius succedendi, retinent ius retractus, licet statim teneat contrarium numero 20.Et ex istis omnibus resolui videtur iste tertius articulus, quod monasterium capax bona in communi habendi, est etiam capax successionis maioratus non habentis iurisdictionem & dignitatem annexam.quæ opinio & resolutio multis tormentis quari potest. Et primo,contra prædictam opinionē
18 considero,quod proposita & mentes eorum,qui faciūt maioratus in id tendunt, & illud respiciunt, quemadmodum successores in maioratibus cum quadam memoria immortalitatis repręsentent pompam,gloriam,nomen,familiam, arma,& cætera omnia, quæ homines naturaliter exoptant absque aliqua temporis interpollatione(quod omnibus quam notissimum est)sed si monacho & monasterio deferantur bona maioratus, etiam si solūmodo sit pro vita monachi,clarum est,quod durante eius vita,memoria, gloria, nomen testatoris extinctum est, & menti & voluntati testatoris màxime contrauenitur, & ingens iniuria interim eidefit.potest enim monachus viuere post adeptum maioratum triginta,vel quadraginta, vel quinquaginta annos. Et quomodo monasterium repręsentabit honorem, & pompam instituentis maioratus,qualiter portabit arma,& ad exequutionem deducet alia grauamina, & vincula, quæ ab institutoribus maioratuū in maioratibus iniunguntur? Certe nullus,qui lumine & ratione naturali non caret, audebit affirmare,quod omnes testatores & cōditores maioratuum,nō abhorrebunt tales successiones monasteriorum in bonis maioratus.& est verisimile,quod si conditores maioratuum de hoc casu cogitassent, expresse prohibuissent eas successiones monachorum, tanquam propriæ intentioni, & desiderio,conditionibus, & grauaminibus contrarias, ad quod faciunt plura iura, quæ magni faciūt representationem gloriæ & nominis,& auctoritatis testatoris.l.Titio.§.vltim.ff.de auro,& argent.legat.ibi,subscriptio nominis mei.l. Quintus §.ad auctoritatem.ff.de annuis,leg.l.regula.§.penulti.ff.de iuris, & facti ignorantiæ. ibi, gloriam repræsentet. l. legatum.de vsufruct.ibi, conseruandæ memoriæ. l.cum filius.§. pater.ff de lega.secundo,ibi, in honorem nominis mei. Sed & de iure ista representatio & honor interest reipublicæ, vt patet per pragma.Madritii.anni.1534.ibi, *honrra,y conseruaciō de la nobleza*.Et dignitatis & auctoritatis defunctorum etiam post mortem habēda est ratio.l. si quis sepulchrum. §. sumptus.ibi.vel dignitare defuncti l.at si quis.§. æquum autem accipitur.ibi,ex dignitate eius,qui funeratus est.ff.de religio.& sumpt.funera.Certum autem est, quod ea quæ verisimiliter testatores statuissent,si de hoc interrogati fuissent, habētur pro dispositis,iuxta textum,celebratissimum in l.Titius. §.i. ff.de liberis,& posthumis.per quem Doctor.inter alia plura
19 dicunt, quod licet casus omissus remaneat in dispositione iuris communis,id fallit,si verisimiliter credatur,quod testator idem disposuisset ī casu omisso, quod declarauit in casu omisso,quod declarauit in casu ab eo expresso. notat elegāter Angel in dicto.§.& quid si tantum.vbi Iaso. numero 24. plura scribit.& idem Iaso.in l.cum res.numero 13.ff.de lega. primo,Angel.in § primo.de legit.patron.tutel.Hippoli. in l. sed sciendum.numero quarto,ff.de parricid. Deci. in consil.
20 18.latissime Tiraquel.in d.l.si vnquam.in princip.nume.56. cum aliis.& ista coniecturata voluntas testatorum est seruāda,ac si expressa fuisset.l.licet imperator.ff.de leg.i. cum concordantib.quæ scribo in prin.huius secundæ partis.numero tertio.cum aliis.nec refert, testatorem eam prohibitionem
21 non expressisse per prædicta. Et quia id, quod ex mente colligitur,dicitur expressum. l.prætor. in principio. ff. de noui operis. Notat Bartho.Socinus.in consilio 127.quoniam in præsenti consultatione libro iij.Dec.in consi.380. visa lōge.

Source : BIU Cujas

Gregor. Lopez. in l. 6. tit. 11. par. 6. in gl. in verbo, *señaladamente*. Et scimus, quod in conditionibus non tam verba, quam voluntas contemplatur. l. pater Seuerinam. ff. de conditi. &
22 demonstra. Ex quibus Deci. eleganter probat in consi. 259. quod vbi ex certissimis coniecturis deductis a mente testatoris constat, ꝙ voluit excludere monasterium, substitutus prę fertur monasterio. ꝙ est notabile consilium in ista materia. & sequitur Episcop. Couarru. d. c. 19. & coniecturæ possunt esse, secundum Deci. si testator dicat, si decesserit sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, ac de eorum vero, & nō ficto matrimonio, & eorum vero corpore descendentibus, & si testator dicat, quod bona remaneant in familia. & sequitur dominus Anton. de Padilla, in d. l. cum acutissimi.
21 num. 44. & 45. Et ex istis etiam confirmatur quædam notabilis doctrina Ripæ in respon. 13. num. 16. & 17. vbi dicit, quod si quis in aliqua vocatione vocet filium secundogenitum domus de claramonte, excluso primogenito, non censetur vocare filium secundo genitum clericum. In quo nō potest perpetuari, & conseruari memoria testatoris, sed ad alium tertio genitum ius primogenituræ transfertur per rationes, quas ibi adducit. ex qua doctrina confirmantur etiã, quæ dicta sunt. Et interest etiam reipublicæ, quod sint nobiles & diuites, qui eam defendant. l. 3. titulo 10. part. 2. ibi, *Los ricos omes e caualleros son comos soldados para guardar la*, & l. 1. tit. 21. ead. par. ibi, *Los nobles omes que fueron puesto para defender la tierra*. & præmium eiusdem tituli. & l. 23. eo. titul. ibi, *assi como escudo e defendimiento*. Præterea, cum testatores, & fundatores maioratuum magis communiter excludant monachos, & moniales a successione maioratuum, licet in aliquo maioratu talis exclusio & priuatio deficiat, debet haberi tanquam si apposita fuisset. & ista tacita exclusio, quæ testatori præsumitur placuisse propter prædicta, & quia omnibus placet, iuxta. c. prudentiam. de offi. deleg. l. si seruus plurium. in fine. ibi, consuetudo patrisfamilias. ff. de lega. 1. eundem operatur effectum quantum ad hoc, ac si expressa fuisset. Et præsumitur obliuione testatoris, vel tabellionis omissa. l. vlti. C. de fideiuss. c. cum M. de constitu. l. certi. l. ex conducto. C. locati. de quo plura scribo in prima parte huius operis. q. 48. num. 17. cum aliis. & quæstio. 67. quæ ad hæc lector videat si expedierit. Quibus addo. l. 6. titu. 19. par. 3. & doctr. Bart. in l. de die. §. 1. nu. 5. ff. qui satisda. cogan. vbi tradit, quod si sit contentio inter aliquos qualiter fieri debeat contractus & scriptura conuentionalis, quod tunc debent poni omnia, quæ sunt naturalia, & substantialia contractus, & illa quę de consuetudine apponi consueuerunt. facit tex. in l. & quę nondum. §. quod dicitur, ibi, ad ea, quæ quotidie solent inseri cautionibus. ff. de pignorib. & in l. si filia. in prin. ff. familię erciscun. & in l. 1. de vsu. bona glo. in l. & quę nondum. §. 1. in versi. exigat. ff. de le. commisso. Et induco notabilem text. in l. ambiguitates. C. de testamen. ibi, vel alia prę termissa sit obseruatio non ex mente testatoris, sed vitio ta
23 bellionis, vel alterius, qui testamentum scribit. Ex quibus aliquando in facto inferebam (vt obiter hoc dicam) quod cum hodie in omnibus contractibus emphytheuticis recipientes rem in emphytheusim (& censum perpetuum, ꝙ nos vocamus) obligent se ad soluendam decimam partem precii, si vendiderint, vel in alium transtulerint, quod licet in cōtractu aliquo hoc deficiat, soluetur decima, non quinquagesima, quę de iure (cessante consuetudine) solui debebat, iuxta. l. vlti. titu. 8. par. 5. Et ea quę notantur in l. vlti. C. de iure emphyteu. & in ca. potuit. de locat. & in aliis similibus locis. Et ista illatio confirmatur ex doctrina Modern. Parisien. in 2. part. consuetudi. Parisien. §. 53. numero 10. vbi dicit, quod in regno Franciæ frequētior, & receptior vsus Laudeniorum in censu est, ad ratam vnicę vncię precii, & in casu venditionis dumtaxat. vnde dicit, quod infertur, quod in locis in quibus consuetudo dicit deberi laudeniam non expressa quantitate, debet intelligi ad rationem vnius vncię, seu decima pars precii, nisi de alia communi obseruantia, aut modo vtendi probatur: cum ille sit vsitatior modus. argumen. cap. sopitę, & c. super eo. de censibus, & l. illud vsitatissimum. ff. de excusatio. tutor. Prędictis etiam patrocinatur, quia cum testatores facientes maioratus semper prohibeant, quod bona vinculata transeant in monasteria, vel ecclesias, tacite videntur excludere monachos a successione, & possessione talium bonorum. Et quod vna via prohibetur, alia non est concedendum. l. vlti. C. si manci. ita fue. alie. cum vulgaribus. Et vbi talis adsit prohibitio, ea quę hic tractantur magis procedunt, cum apertissime constet de voluntate testatoris, quod voluit, monachos & monasteria a
27 successione excludere. Et licet negari non possit, prohibitiones expressas magis operari, quam tacitas, secundum gl. in l. cum pater. §. libertis. in glo. 1. & ibi Bart. & alij. ff. de leg. 2. de quo Bart. & alii. præcipue Rip. num. 47. qui aliquos effectus ponit prohibitiónis expresse. in l. filiusfamilias. §. Diui. ff. de legat. 1. vbi Loaces. versi. & est aduertendum. Et expressa volutas testatotis magis operatur, quam tacita. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. hęred. l. 2. §. vltim. ff. de bonor. posse. secundum tabul. quę iura ad hoc notat Aret. in l. si ita quis. §. ea lege. versicu. dicit etiam notandum hic. ff. de verborum obligatio. cum concordant. vt per Tiraquel. de legibus connubialibus, gloss. 7. expressi. num. 49. vbi. nume. 57. tractat de
28 illa prohibitione scripta. Expressum tamen dicitur, quod ex multis coniecturis colligitur, secundum Bald. in consi. 3. factum tale est quidam nomine Palutius. num. 2. lib. 5. Guil. Benedict. in cap. Raynaldus, versi. item quo ad intellectum testamen. cum concordantibus, vt per Tiraquel. in d. gloss. 7. nume. 164. Et expressum etiam dicitur id, quod contrahentes verisimiliter expressissent, si de casu cogitassent, secundū Alexan. qui hoc in specie tradit in consil. 46. numer. 2. lib. 1. quod reperitur in consi. 26. lib 6. per d. l. Titius. §. 1. Et tantū valet voluntas tacita coniecturata, quantum expressa. l. cū proponeretur. ff. de leg. 2. l. inter vestem. ff. de aur. & arg. lega. l. 28. in fi. titu. 9. par. 6. vbi Grego. Lop. qui refert Curt. Senio. consi. 51. Coniecturæ igitur (de quibus supra egimus) sufficiunt ad exclusionem monachorum, & expresse dicuntur excluſi, & ideo admittendi non sunt ad successionem maioratuum, iuxta ea, quę scripta sunt in primo articulo. hac autem opinione habita pro vera, non obsunt doctrina Barto.
29 in d. § hereditatem. & alia, quę supra tradita sunt. Nam tam nouiter, quam vere considero, quod in fideicommissis aliter in hoc est iudicandum, quam in maioratibus & vocationibus perpetuis: quia fideicōmissarius in prędicto casu non admittitur vsque ad mortem naturalem, & veram hęredis est, quoniam potest fideicommissarius ipse prius mori, & substitutio euanescere, iuxta. l. vnicam. §. secundo. C. de caducis tollen. & istam rationem inter alios assignat Bartholo. Socin. in l. cum auus. num. 104. in versic. probo antecedens. ff. de conditioni. & demonstra. Acosta. in d. §. & quid si tantum, par. 2. numero 12. in bonis autem maioratus ista ratio cessat, quia licet vocatus post monachum ante eum decedat, substitutio facta in maioratu non remanet caduca, sed bona maioratus ad alios vocatos deferuntur. Et cum ratio sit diuersa inter simplex fideicōmissum, & maioratum perpetuum, diuersum ius seruari debet. Nec iuste aduocatur sententia Bart. & aliorum, quo ad decisionem istius nostrę quęstionis. Et bona fideicommissorum, de quibus iurisconsulti, & nostri Doctores sępe loquuntur, longe distāt in vocationibus, conditionibus, grauaminibus, vinculis, & in aliis plerisque rebus a bonis maioratus, (vt patet ad sensum) & in alio proposito recte animaduertit Peralt. in l. 3. §. qui fideicommissam, numero 39. ff. de hęredi. instituen.
30 Prędictis omnibus etiam conuenit, quod ex generali Gallię consuetudine, Monachi, & religiosi, cuiuscunque ordinis fuerint, non succedunt ab intestato propriis parentibus. prout referunt Massuerius in sua praxi. titu. de successio. versicu. item per consuetudinem. Nicola. Boeri. decisio. 354. numero 8. Tiraquel. in tracta. le mors. par. 2. declaratio. 14. numero 9. Et licet in dubio sit amplectenda sententia, quę pro religione facit. l. sunt personę. ff. de religio. & sumpt. fune. l. Iunia Petronia. ff. de manu. cap. vlt. de re iudic. in ambiguo etiam accipienda est sententia, quę voluntati, & menti
31 testatoris est magis proxima. d. l. si seruus plurium. §. vlt. cum concordantibus l. quoties idem sermo. ibi, quę rei gerendę aptior est. ff. de regul. iur. & reg. d. legis, sunt personę. nō procedit in interesse pecuniario, vt nouiter existimauit Moder. Parisien. in consuetu. Parisien. par. 1. §. 22. numer. 130. quod tamen mihi videtur contra mentem omnium iurium, quę ecclesiis meritissime fauent, quarum pars semper in dubio
32 est adiuuanda. Supposita vero contrarię opinionis veritate, ex ea infertur. Proximiorem ad succedendum in maioratu esse illum, qui proximus monacho reperitur eo tempore, quo monasterium ingreditur, & non illum, qui proximior reperitur tempore mortis talis monachi. quod si contrariam opinionem tenere lector velit, proximitas aliter iudicabitur, scilicet, tempore mortis monachi. Et est animaduertendum, quod ista proximitas non est consideranda in tempore illo, in quo monachus ingreditur, sed in quo professionem facit: quia ante professionem non dicitur monachus. vt tenet Bart. in d. Auth. si qun mulier. num. 20. & in l. nulli. per illum text. ne sanct. Baptis. reiteret. & probatur in cap. religiosus. de sententia excommunicati. in sexto. notat Deci. in d. capitulo in prędentia, num. 73. de quo plura notabilia tradit Tiraquel. quem lector ad hoc omnino legat. lib. 1. de retract. §. primo, gloss. 8. numero 21. cum sequentibus & hic addenda sunt, quę scribo in hac 2. part. q. 9. num. 9. & quis dicatur proximior ad succedēdum in maioratu alicui captiuo, an ille qui est proximior tempore captiuitatis, vel

ille

Source : BIU Cujas

ille q̃reperitur proximus tempore mortis captiui? tradit & resoluit Gregor.Lopez in l.8.ti.29.in glo.in verbo *de heredar* part.secunda Secundo infertur,veram esse quandam doctri nam Acostæ in dicto verbo si absque liberis. numero 66. pagin.162. vbi dicit, quod si in hoc Castellæ Regno pater filium meliorauit in tertia parte hæreditatis, & eum rogauit, quod eam partem filio alij restituat (si sine liberis decesserit,) & filius melioratus ingrediatur monasterium in his bonis, quæ constituunt filiorum legitimam, potior est causa filii substituti,quam monasterii. Potest tamen in ista laboriosa quæstione principali quædam adhiberi distinctio. quod si quis postquam iam successit in bonis maioratus, monachus factus sit proprietas bonorum maioratus a monasterio non auferatur. si autem tempore, quo monacho ius succedẽdi competere poterat, iam erat monachus, repellatur a tali successione. ad quam distinctionem facit regula.l.per retentionem.C.de vsu.l.seruus.C.de pact. & supra citata.l. vltim. C. de acquirenda possessio.l. patre furioso.ff. de his,qui sunt sui,vel alie.iur.l.pluribus.§.& si placeat.ff.de verborum obligationi.l.in ambiguis.§.non est nouum.ff.de regulis iuris.vbi late Deci.& conducit doctrina Bart.& Pau. quæ quotidie in iudicijs practicatur in l.sicut.§.1.ff. quod cuiusque vniuer. nomi. vbi volunt, quod possessio, vel quasi possessio continuata per homines alicuius ciuitatis, etiam absque mandato ciuitatis, prodest ipsi ciuitati, & licet non sufficiat ad acquirendum ipsi ciuitati,prodest ad retinendũ. notat.& confirmat Ripa respon.114. nu.4. & in vniuersum ius facilius conseruatur,quam de nouo acquiritur, vt traditur per plura inra & doct.quos refert Tiraquel.in l.boues.§. hoc sermone.limit.1.nume.38. cum aliis.ff.de verborum significatio.ex quo inquit in nostra materia Socin.Iunior. in consi.1.num.19. cum aliis, lib.1. quod statutum excludens fœminas dotatas ob masculos fratres,non procedit, quando tractatur de exclusione iam facta continuanda, nec vt acquirat de nouo, sed iam patri acquisita retineat. ad quod etiam refert Benedic.Cap.in consi.19.colum. vlt.dicentem, quod licet quædam filiæ prohiberentur petere legitimam, non tamen retinere, & sunt notabiles etiam leges pro hac distinctione in l.si quis animo.& in l.possessionem.in finalibus verbis,& l.quamuis.in princ.& §. infans. ff. de acquiren. possessi.& est ad hoc notab.doctrina.Ange.& Alex.numer. 18.in l.precibus.C.de impub.& aliis.& aliorum,quos refert Deci.in consil.298.num.4.& adducо etiam bonum text. in cap.grandi.de supple. negligen. prælat. lib. 6. vbi secundum omnes probatur, quod si rex postquam regnum habuit efficiatur furiosus,adhuc rex manet, & eidem dandus est curator.si autem a principio est furiosus ante regnum adeptum, est incapax successionis. vbi hoc tradunt Ioann. Andre. Archidia.Domini.Anchara.& Franc.Bal. in capit.1. de succes. feu. & omnes in c.1. an mut.vel surd. ad quos alios concor. refetunt Antoni.Gomez.in d.l.40. numer.69. & Tiraq. qui aliqua similia ad nostrum propositum adducit in tracta. de primogenitu.quæstio.23.num.2. cum aliis. facit etiam.l.discretis.C.qui testa. facere.possu.l.13.ti.1.par.6.in versic.*Otro si dezimos que el mudo*. Et plus est aliquid de nouo creare,quam exequi iam productum secundum Bal.in Authen.& qui iurat,numer.71.C.de bon. auth. iudi. possiden.& ista omnia, maxime ea, quæ diximus in num. præcedenti notanda sunt pro intellectu.d.l.40. & præterea rectum cõsilium ad illum, qui vult monasterium ingredi,& possidet aliquem maioratum,quod faciat renunciationem maioratus in filium, vel fratrem, aut alium proximum sibi successurum. Quæ renunciatio ante ingressum monasterij valebit.l. quia autem. ff.de ijs,quæ in fraud. credit. cum concordant. quæ scribo.in 4.par.tracta.quæstio.23.numer.45.cum sequentibus. & facit text.in l.reus.§. vltim.ff. de mun. & hono.coniunct. glos. & text.in l.1.§.vlt.ff.nihil.nou.appella.pend.& est glos. in verbo,participare Isti quæstioni est alia germana,& ideo eam
35 sub præcedenti examinandam assumpsi, vtrum clerici sint capaces successionis maioratuum? In qua quæstione (omissis pluribus, quæ hic tractari poterant) communis est opinio, quod clerici sunt capaces successionis maioratuũ,vbicunque per testatores non excluduntur. quam tenent Antoni.Gomez.in d.l.40.numer.66.& Gregor.Lopez. in d.l.2. in glos. *siendo hombre*. ad quod est expressa doctrina Abba. in c.ecclesia.de constit.vbi tenet,esse clericum capacem succedendi in primogenitura.ad quod alios concord.refert Tiraquel.in tracta,de primogenitura.quæstio.44. numer.6.vbi hanc opinionem & ipse sequitur, & late fundat. Pro quib. adduco,quod tradit Lapus allegatio.100.vbi vult, quod familiæ dignitas conseruatur in clericis. notat Bartho. Socin. in consil.128.numer.6.lib.4. & ad hoc facit doctrina Bal.in consil.30.num.2.lib.1.vbi dicit,quod statutum,quod excludit filiam dotatam stantibus agnatis,procedit etiam si agna
36 tus sit clericus.& licet ista opinio (iuris rigore seruato) vera sit:cum in Hispania video, quod pauci clerici succedunt in maioratibus, & quod communiter maxima pars facientium maioratus prohibent clericos ab istis successionibus, maxime mihi persuadeo, clericos non debere succedere in maioratibus.Nam mos prouinciæ seruandus est.l. minime. l.sed si de interpretatione.ff.de legib.l.si non speciali. l. testamenta omnia.C.de testamen.cum concordantib. & si cum ista consuetudine concurrant aliquæ coniecturæ. ego excluderem clericos a maioratibus,saltim habentes alios fratres
37 in eodem gradu. Nam licet impotentibus non sit denegandum feudum vel aliæ dignitates,vt per Bald in capitu. j.§.vltimo.Episcop.vel Abba.Præposit.in c. i. numero 4.an mut. vel surd.faciunt notata per Episcop. Couarru. in epitom.de sponsa.2.parte.capitu.8.§.2.numero 11.Angel. in consilio, 334.nulla mulier.numero 5.& communiter videmus impotentes possidere regna,& ducatus,& alia similia. Et domin⁹ Rex Henricus frater Dominæ Reginæ Catholicæ, licet omnibus notissimum erat esse impotentem,fuit nihilominus vsque ad obitum suum Rex, vt testatur Antoni. Nebris. in historia regum Catholicorum.capitulo primo, in versicu. cumque apud omnes.negari non potest quin constitutores maioratuum desiderant successores talis qualitatis, quod possint filios legitimos procreare, quibus posteritas eorum indies propagetur,& crescat, & memoria eorum in æternũ duret.Vt colligitur ex forma,& constitutione,& verbis omnium maioratuum.& communiter hoc homines exoptãt, (vt experientia docet.)facit.l. pronuntiatio.§. familiæ. ff. de
38 verborum,significatio.& ratio, quare masculi præferuntur fœminis est,quia per masculos familiæ conseruantur & perpetuantur,vt notat Paul.in l.maritus.numero 5.C.de procurato.Iaso.in l.qui filiabus.numero 21.ff.de le.i.cum concor. vt per Barb.in consilio,secundo clementissimi.circa mediũ. libro primo,& Ludouic.Bologni. inter Alexand. consil.53. inuocato.libro quarto & pro decisione huius & præcedentis quæstionis facit.l.11. ibi, *Otro si el clerigo ni ome de religion.*& l.12.sequens titul.21.part.2.& quæ scribit Rebuf.in tracta.de nomin.quæstio, 21.numero 71. & hoc maxime procederet
39 vbicũque si clericus succederet in maioratu, extingueretur familia & vocati a testatore, ita quod post obitum clerici ñ reperientur successores,nam tunc verisimile est, quod testator q̃ cupit memoriam suam perpetuare,si de hoc casu cõsultus fuisset,excludere clericum a maioratu.ad quod etiam spectat Angel.dictum in consil.283. in fine vbi vult, quod statutum excludens fœminas ob masculos non procedit,q̃ masculus qui succedere potest est monachus, quia cessat ratio conseruandæ agnationis.quod refert Soci.Iun.in d. consi j.nume.65.qui corrupte refert Ang. ideo multum laborani in inueniendo istam doctrinam. & qui tenere velit eam opinionem,clericum nõ posse succedere in maioratu, eam etiam fundare potest ex pluribus,quæ scribit Chassan.in cõsuetud.Burgun.rubrica 3.§.6.colum.2.numero secundo. versic.primo probo.& facit dictum consilium.Ripæ 131. quod etiam est singulare in nostro proposito & d.l.6.titu.26. parte quarta.ibi,*o tal clerigo, que lo no pudiesse seruir por razon de las ordenes* & conditio (si decesserit sine filiis) ad eos non refertur,qui libere tollere.non possunt puta clericos,vt per Carolus Ruin.in consilio 143.eodem libro.Erit autem non mini
40 ma cõiectura inter alias,quod testator voluit excludere clericos a maioratu,vbicunque ille,qui maioratum fecit, filiũ vel filios clericos habebat tempore constitutionis maioratus,& eos non vocauit,sed proprias filias, vel alios consanguineos,quia tunc verisimile est, quod remoriores clericos excludere voluit argument.l.si viua matre. C. de bonis maternis,cum concordantib. ex qua ratione infertur, quod licet testator vocauerit filium clericum ad maioratum in defectum aliorum fratrum,si tamen in vlterioribus vocationibus constet de voluntate testatoris, voluisse clericos excludere,hoc magis est seruandum,quia præsumitur pater amore paterno proprium filium vocauisse ad maioratum. quæ præsumptio & coniectura cessat in aliis successoribus, qui nõ ita proximi nec dilecti sunt testatori. Nam & causa amoris cessante,cessat amor,vt ostendit Tiraquel.de legibus connubialib.l.secunda numero 21.& in tracta.de cessant. causa part.1.numero 38.& causa proxima, magis operatur quam remota.l.socium,qui in eo.§ j.vbi Bald.ff.pro socio. cum cõcordant.vt per eundem Tiraquel.d.tracta.de cessan.causa limitatio.20.numero 4.& causa concessionis cessante,scilicet filiationis,cessat concessio.cap.relinqui. vbi Abba.notab.3. de custo.euchar.& causa permissionis cessante, vere vel præsumptiue, cessat permissio secundum.Bald.in l.prima per illum.tex.in versi.non agitur.ff.de offic.eius cui man.est iuris. & alios citatos per Tiraque.dict.tracta.parte. i.numero 197. vnde licet testator ꝑmiserit in hoc casu, vt filius succederet

Source : BIU Cujas

in maioratu, licet esset clericus, causa filiationis extincta, debet cessare permissio successionis. Erit autem e contrario cõiectura, quod conditor maioratus voluit clericos admittere ad maioratum, vbicunque primus ꝯditor maioratus voluit clericos admittere ad maioratum, vbicunque primus conditor fuit clericus, sicut reperiuntur plures maioratus in Hispania. nam tunc vetisimile est, quod non voluit facere clericos incapaces maioratus propter similitudinem qualitatis insta consilium. Anchar. 339. pro maiori num. 12. & alia quæ refero in qõ. præcedent. nume. 27. cum aliis. & in aliis locis, quos ibi refero. nisi aliæ coniecturæ adsint in contra-
41 rium.

¶ ET an bona prohibita alienari transeãt in monasteriũ ex dedicatione illius, qui fuit alienare prohibitus tradit Alb. in d. Auth. ingressi. C. de sacros. ecc. nu. 17.

42 ¶ E an fœmina excludat masculũ monachum monasterii, qui potest habere bona in communi resoluit Math. ab Affl. in const. Neap. li. 3. rub. 23. nu. 58.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus admittitur ad maioratum si sit capax.*
2 *Dispositiones generales restringuntur de habilitate.*
3 *Concessio hæredibus quibuscunque, intelligitur de habilibus.*
4 *Primogenitus si sit inhabilis propter delictum vel monachationem, admittitur sequens.*
5 *Filius ingratus an succedat in maioratu? late disputatur.*
6 *Filius quæ sunt a genere non amittit.*
7 *Primogenitis bona deferuntur ab antecessoribus.*
8 *Intellectus ad tex. in c. licet deuot. & an filius ingratus admittatur ad tractum.*
9 *Primogenituræ ius, est legitima apud exteros.*
10 *Filius filii ingrati non priuatur maioratu.*
11 *Occidens possessorem maioratus, an possit eidem succedere.*
12 *Dolus cui quam patrocinari non debet.*
13 *Filius occisoris an excludatur a maioratu.*
14 *Intellectus ad tex. in c. 1. si vas. seu priue.*
15 *Differentia inter bona feudalia & bona maioratus.*
16 *Intellectus ad tex. in l. si duobus. §. si prius. ff. de bonorum possessi. contra tabu.*
17 *Frater interficiens fratrem liberos non habentem, repellitur a successione.*
18 *Homicida non succedit occiso, nec illius hæredibus.*
19 *Substitutus per fideicommissum sub conditione mortis. si fratrem interficiendo faciat conditionem mortis existere, non consequitur fideicommissum.*
20 *Ius succedendi si sit connexum & inseparabile, si quis occidat ai succedat occiso.*
21 *Agitur de quadam doctrina Io. Lopii.*
22 *Filius si occidat patrem, an amittat bona restitutioni subiecta.*
23 *Occidens se ipsum vel illius filii, an amittant maioratum.*
24 *Primogenitus in dubio capax præsumitur, & cæteris præfertur.*
Successio maioratus ad quos pertineat.

QVAESTIO IIII.

Varto principaliter quæro, ad quos ptineat successio maioratus & vnico verbo dico, quod tam de iure, quam de consuetudine ptinet ad filium maiorem, & illo defuncto ad nepotem, filium filii maioris. l. 3. tit. 15. par. 2. l. 40. Tau. Et tenent omnes, qui hactenus de re hac scripsere, & id
1 plusquam manifestum est omnibus. Sed ita demum admittitur filius maior si sit capax, Nam illo non existente capace ad filium secundum vel ad vlteriores maioratus pertinet. Et idem si non sit vocatus secundum leges & conditiones maioratus. d. l. 2. ibi, *seyendo home para ello.* & id est regulare, quod beneficia legum capacibus, & non incapacibus tribuenda sunt. l. Lucius Titius. §. Lucius Titius. ff. de leg. 4. qui in fideicõmissis loquitur. l. si is qui hæres. ff. de vulg. & pupil. l. 7. ti. 5. par. 6. l. 5. titu. 16. ead. par. ibi, *que no sea cosa de aquellos, aquien defiendẽ las leyes de este nuestro libro.* & l. 6. eo. ti. vbi eadem verba habentur. & notatur per Roman. in consi. 438. in casu consultationis. & facit. l. 12. titu. 21. par. 2. ibi, *No fuesse homo para ello.* & est expressior ad propositum. l. 20. titu. 3. lib. 4. ordina. ibi, *quando acaeciere, que alguno de nuestros vassallos, que de nos tienen tierra murieren, sean proueydos de la libranca de su sueldo sus fiios primogenitos, q̃ fueren abiles para ello.* & id tenet in terminis Bald. in l. omnes populi. in versicu. aliud exemplum. ff. de iustitia, & iu. Quem sequitur Corn. in consi. 42. videretur prima facie. lib. 4. & alij quos refert Tiraq. in d. tracta. de primogenitura. quæstio 23. vbi ex hoc disputat, an demens vel furiosus succedat in primogenitura? Et pro his est text. notabilis in l. vt gradatim. in princip. ff. de muneri. & honorib. ibi, si idonei sint. in quo probatur, quod honores gradatim deferendi sunt, si honorandi sint idonei, non alias. Et facit simile, quod vbi lex loquitur de filiis, nunquam intelligitur de filiis, quorum conceptioni lex resistit, secundum Geminia. in cap. statutum. in fin. princip. de hæret. in 6. & alios, vt per Ripam in l. si vnquam. quæstio. xxv. numero 66. C. de reuocand. donatio. & quod notat Angel. in consilio 191. super puncto. numero primo, vbi scribit, quod si testator prohibeat alienationem certæ rei, sine requisitione consanguineorum, bastardi non debent vocari ad alienationem, & est generale, quod dispositiones ge-
2 neraliter loquentes, restringuntur de habilitate, vt probatur in l. i. C de sacrosan. eccle. l. i. §. nuntiatio. ff. de noui operis. & vtrobique late Doctor. præcipue Iaso. notat Barto. in proœmio Digestorum. §. vltim. numero 3. & in l. inter omnes. nu. 3. ff. qui satisdar. cogant. Iaso in l. i. §. prætor ait. nume. 3. ff. eod. titu. & in l. alienam. numer. 2. C. de procurato. & in l. qui Romæ. in princip. ff. de verbo. obligatio. Gomez in regula. Cancellaria. Segur. in l. prima. §. si vir. vxo. nume. 159. ff. de acquir possessione. Tiraquel. in tracta. le Mors. parte. 2. declaratio. prima numero 2. vbi tradit, quod dispositio generalis, limitationem recipit de habili. Cassane. in consuetudi. Burgund. Rub. 7. §. j. in verbo habil. versicu. Baldus in rubric. vbi refert doctrinam illam Bal. in rubric. de causa possessio. & propri. dicentis, quod statutum, quod continuetur possessio in hæredem, intelligitur de vero & iusto hærede, & multis locis hæc reperiuntur. & ex his dixit Bald. in capitulo j. §. donare. qualiter olim feud. amitta. Quod vasallus feudum legare nõ potest, etiam quando concedens tale feudum dicit, quod illud præstat pro hæredibus suis quibuscunque, quia debet intelligi de habilibus. quam opinionem sequitur Alexand. in consi. 30. quoniam omne datum. num. 11. li. j. in hoc tamen contrarium tenet idem Bald. in l. prima quæstio. 24. ff. de rer. diuisio. & Alexand. quod mirandum est, in consilio 7. num. 5. & in consilio 95. numero 7. libro 7. & de hoc puncto vide melius quam alibi Pari. in add. ad Ale. in d. consi. 30. Et quid si in feudi iuestitura dicitur, quod possit facere quicquid voluerit, vide Iaso in l. cum filio familias. num. 89. ff. de leg. i. An. Rube. in consilio. 110. numero quinto, & ex istis Parisien. in j. parte. consuetudin. Parisien. §. 8. quęstio. 3. numero 27. ponit
4 regulam generalem, quod siue prior natus sit inhabilis propter delictum, siue propter ingratitudinem, siue religionis professionem, siue alio quouis modo sit incapax, dummodo sit ipso iure incapax fit locum posteriori natu, qui obtinuit verum, & solidum ius primogenituræ. vt ibi latius per eum. & notat Tiraquel. in tracta. le Mors. parte. secunda declarat. 5. numero 27. Ex quibus infertur, magnos huius regni viros errare in interpretatione d. l. secunda tit. 15. dum volunt, quod d. l. 2. in illis verbis, *seyendo homo para ello.* Procedat, vbicunque rex succedit in regno, in defectum quod rex prædecessor nõ habet filios vel nepotes, quia succedere non potest, nisi sit habilis, non etiam secundum eos procederet in filiis vel nepotibus, quos dicunt posse succedere in regno, etiam si sint inhabiles. quia (vt ex prædictis patet) dicta lex procedit ĩ vtroque casu. & hanc interpretationem adiuuat ratio, quæ militat in vtroque casu, ne regnum & respublica periclitetur ex regis inhabilitate & ĩcapacitate, cuius ipse caput, protector, & administrator, anima, & vita est. vt patet ex proœmio tit. secundi. par. 2. & l. 2. 3. 4. & l. vltim. titu. 3. l. 14. titu. 5. l. 2. & 3. titul. 10. l. j. 2. & 3. titu. 11. par. 2. & conducunt, quæ scribo in q. 6. infra hac parte. numero primo, Notandum tamen est, ꝙ licet Cęcus non possit iudicare, & de nouo effici uide, iuxta l. 4. titu. 4. part. 3. & l. 2. titu. 15. *de los iuezes.* lib. 2. ordina. Si alicui varoni, vel comiti succedit filius Cęcus, remanet iudex & retinet iurisdictionem secundum Barto. in l. Cæcus. ff. de iudiciis. Ex quo sequitur, quod maiori ratione Cæcus succedet in alio maioratu particulari, in quo non est necesse iurisdictionem exercere, nec est administratio & gubernatio necessaria, nisi expresse per testatorem excludatur, quia tũc siue sit administratio iurisdictionis siue non, seruari debet præceptum condẽtis maioratum, quod pro lege est. & hinc facit pro sententia Tiraquel. in tractatu. de primogenitura, quæstio. 21. numero 15. vbi nulla legali auctoritate ductus dicit, quod Cæcus admittitur ad successionem feudi. quod est contra textum, in l. 6. titu. 26. & pro hac illatione adduco singulare ad plura dictum Bald. in l. j. in j. C. de secund. nup. vbi vult, quod si mulier, quæ habet comitatum, nubit infra annum luctus, non amittet talem dignitatem, & iurisdictionem, quia est quoddam hæreditarium. & magis retentio, quam noua acquisitio. per textum. ibi & alia quæ refert. Et ex his plura inferuntur, ex quibus materia ista multum declarabitur.

ILLA-

Source : BIU Cujas

ILLATIO PRIMA.

PRimo infertur. quod filius ingratus patri: non potest succedere in primogenituta, & succedet secundus si non & ipse ingratus est. Quæ (vt prædixi) fuit opinio Moder. Parisien. in
5 d.§.8. & idem tenet Cisuentes. in l.40. Taurina. q̃stio. xii. quę fuit prius sententia Oldra. in consi.94. & Alberi. in l. donationes quas diuus? num.4. in versic. Item si primogenitus capere regnum, C. de donatio. inter virum. & vxor. Montaluus in l.i. titu.3. lib.i. for. in glos. in verbo, *asusitio* fol.8. column.3. post mediũ, qui quædam in hac materia maioratuum scribit confusa & incerta, & absque diggestione & idẽ tenet Guillel. Benedi. in c. Raynutius. in verbo in eodem testamento. nume.204. de testam. apud quos ista quæstio late discutitur. Et illam etiam disputat Creg. in l.ix. titul.7. part.2. vbi relinquit cogitandum. Qui licet dicat quod Albe. tenuit prædictam sententiam in i. constitu. C. colum.v. hoc Alberic. ibi non dicit, & vitiose cum retulit. & pro horum sententia facit. l.i. ti.xv. par.v. ego ī hac quæstione ex iuris mero rigore intrepide teneo, quod filius primogenitus, cui maioratus defertur, non potest priuari maioratu, qui non illi delatus est a patre, vel ab alio, contra quem ingratus fuit sed ab antecessoribus illius contra quem ingratitudo fuit commissa, quod iuribus & rationibus probatur. Et primo, quia priuatio præsupponit habitum. l. decem, ff. de verborum obligatio. cum similibus. Cum ergo ingratitudo pręsupponit aliquod meritum ex parte ingrati, quod causare potuit ingratitudinem, & præsupponat etiam aliquod beneficium ex parte illius, cõtra quem ingratitudo cõmissa fuit, (vt patet ad sensum) si neque ex parte ingrati est quod gratulari debet, cum bona ille non acceperit ab illo, contra quem, fuit ingratus, sed ab antecessoribus, & neque ex parte istius, aduersus quem ingratitudo adesse poterat, præcessit aliquod beneficium in fauorem illius, qui de ingratitudine culpatur: sequitnr de primo ad vltimum, quod non potest dici ingratus. nullam em̃ gratiam ab isto accepit sed a maioribus illius. Et pro istis faciunt, quæ de priuatione ad habitum tradunt Doctor. præcipue Iaso. in l. decem. & Euerard. in centum locis, loco. 60. de priuatione ad habitum. Et pro hac opinione induco tex. famosum in l. Titius puerum. in fine. ff. de obsequi. libert. ibi, iste nihil amplius quam operam suam accommodare videri potest. Secũdo ista sententia comprobatur ex tex. famoso in l.3. ff. de interdict. & relegat. quæ responsum habere non
6 potest, vbi filius nũquam amittit illa, quæ sunt a genere, vel antecessoribus, ad quam sunt addendæ. l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. l. ius agnationis, ff. de pact. l.2. tit.21. par.2. ibi, *Porque les viene delueñe como heredad.* & l.3. eodem titu. ibi, *fidalguia (segũ diximos en la ley antes desta) que viene a los homes por linage.* & l. locatio. §. earum. ff. de publica. & l. id quod nostrum. in ratione sui. ff. de reg. iur. & Carmen Ouidii, lib.3. Methamor. nam & genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi, Vix ea nostra vo
7 co. Quod autem primogenitis bona deferantur ab antecessoribus, & nõ ab vltimo decedente, & qui ingratitudinẽ p̃tendit recte probatur in cap. i. ibi per inuestituram patris, & aui. vbi Andre. de Ysernia, Iacob. de Vello Vis. Bald. & alii, de feud. March. facit l. cohæredi. §. cum filię. ff. de vulgar. notat Moder. Parisi. in consuetu. Pari. §.22. num.82. Et recte explicat Peral. in l.3. §. qui fideicommissum. num.30. ff. de hæred. instituen. & hoc clarissimum est. Tertio, ista conclusio probatur ex ratione. l. vltim. C. de reuo. donatio. vbi hæredes donantis propter ingratitudinem donatarii, non possunt reuocare donationem a defuncto factam. & idem probatur in l. x. ti.4. par.v. vbi late Greg. Lopez. c. vltim. de donatio. vbi Doctor. & latius Rip. in d.l. vltim. notant Scribentes in d. l. 17. Taurina. facit tex. in l. vnum ex familia. §. i. ff. de lega. ii. ex qui
8 bus infert Epis. Couarru. in c. si hæredes. de testament. numer. 9. & x. fallam esse communem interpretationem tex. in c. licet, de voto. dum ex eo multi Doctor. deducunt, quod filius regis, qui non adimplet parentum voluntatem, nec exequit quod ab illis præcipitur, amittit regnum. quia quod cauetur in casu illius tex. secũdum eum procedit, quia filius regis successor in regno promiserat exequi votum parentis, & monitus a Romano Pontifice, vt id faceret tenuit adimplere; ob quam causam fuit excõicatus, & quia in excommunicatione perseuerauit, fuit regno indignus. & ita illũ tex. ante Episcopum Couarru. tam vere, q̃ elegãter explicauit Mod. Par. in consuetu. Parisi. §.8. glo.2. num.x. quæstio. 3. Quos sequit dominus Ant de Padilla, in Auth. hoc amplius. C. de fideicommis. num.18. vnde etiam apparet, iuridicum non esse intellectum, quem ad illum textum scripsit maximus Roder. Suarez. in euidentialibus ad l. quoniam in prioribus. nu.xx. C. de inoff. testam. Quarto hanc conclusionem, quod successor in maioratu non possit ex quacunque ingratitudine priuari per antecessorem in maioratu, tenet in terminis Peralta in d.l. vnũ ex familia. §.i. qui incipit. si de Falcidia, nu.6. ff. de leg.ii. Ioan. de Terra rubr. in tracta. de primogenitu. qõ. x. & idem Peralta in l.2. §. qui fideicommissam. num.80. ff. de hæredi. instituen. vbi dicit, hoc de facto fuisse sententiatum in fauorem Ducissæ de Nagera filii Comitis de Valentia, q̃ pater exhæredauerat auctoritate. l. 49. Taurin. eo quod cõtraxerat matrimonium clandestinum cum Duce de Nagera, non tamen istam opinionem probat, sicut hic verificat, & Anton. Gomez. in l.40. Taur. numer. 71. & huius etiam sententię videtur fuisse Gre. Lopez in l.x. titu.4. par.v. in gl. in verb. *alguna gratia.* vbi ponit quęstionẽ, q̃ si in aliqua maioria caueatur (prout aliquando fit secundum eum) quod inobediẽs patri, seu possessori maioriæ priuetur successione, an procedat etiam in illo inobediente, q̃a non primo loco, sed vlteriori sperabat succedere? & determinat, quod non hẽt locum per tex. in l. vltim. ff. de bonis liber. in l. Titius vbi Barto. ff. de testam. milit. cuius dicti veritas dependet ab aliis, q̃ scribo in q.6. infra eodem in versic. tandem pro intellectu. num.56. Quinto, hoc docet communis vsus & practica, nec enim videmus, quod ingrati contra possessores, & antecessores, in maioratu priuentur primogenituris, immo totum contrariũ, & ab antiqua practica & vsu recedi non debet. l. minime. ff. de legib. cum concordanti. non obstat huic sentẽtiæ doctrina Oldradi, & aliorum quia est contra text. in d.l. 3. ff. de interdict. & releg. & alia superius citata. Et vtcunque sit primogenitura Gallię, & Italiæ in multis differunt a nostris maioratib. Hispaniæ, vt plenius dixi in prin. primæ partis huius tractatus, nume.3. & Cisuentes in d.l. 40. Taurina, non loquitur in primogenitura, quę prouenit filio ingrato a genere, & ab antecessoribus, sed in maioratu originem habente a patre, cõtra quem fuit ingratitudo cõmissa. Et hoc sensit expresse dum citat l.17. Taurinam, quæ tractat de reuocatione meliorationis factæ per patrẽ q̃ non dubium est posse ex ingratitudine donatarii reuocari & idem est in maioratu. Sexto ista conclusio ostenditur ex pluribus, quæ scribit Tiraquel. lib.1. de retract. §.i. glos.8. nume. 44. cum aliis. vbi resoluit, ingratum admitti ad retractum. Et istam etiam nostram sententiam validare possumus diuinæ scripturę auctoritate. Deutero. c.21. vbi dī, si habuerit homo duas vxores vnã dilectam, & alterã odiosam, genueritq; ex eis liberos, & fuerit filiꝰ odiosę primogenitus, volueritq; ītер filios suos substãtiam suam diuidere, nõ poterit filiũ dilectæ facere primogenitũ, & præferre filio odiosæ filiũ odiosę: agnoscet primogenitũ, dabitque de his, quę habuerit cũcta duplicia. is. n. est principiũ liberorum eius, & huic debentur primogenita & q̃uis (vt dixi Par. in d.§.i.8.nu.27. teneat p̃dictam contrariã sententiam, ex his tñ, quę scribit in d.§.7. nu. 9. & 10. Palam sentit, q̃ filius non p̃t priuari primogenitura p̃p ingratitudinẽ, q̃ illa pertinet iure sanguinis, sed q̃ est iure hæreditario, & ideo. Paris. apertissime probat nostram sententiam. & nõ
9 contrariã. & hoc clarius tenet. nu.xxi. & ut dixi in dicto prīcipio primæ partis ex Io. An. in c. licet. de uoto ius primogenituræ apud exteros vti ītia defert. & hoc mõ saluari possunt Guil. Bened. & Tira. cõtra quos Peral. in d.§. qui fideicõmissam, valde stomachatur, eos nimis increpando, q̃ viri nõ ita acriter castigari merent. Quamuis pro opinione Oldr. & aliorũ possit capi quædã coniectura deducta a mẽte illius, q̃ auctor fuit maioratus, q̃ si cogitaret, q̃ successor pro tpe ī maioratu aliquam iustissimã cãm ingratitudinis committeret q̃ patrẽ, verisimr caueret, & statueret in maioratu, q̃ illo casu cõtingente, posset filiũ priuare, argumento tex. in l. Tit. §. Luc. Titius, ff. de lib. & posth. & aliorũ quæ scripsi in qõne pręcedenti. sed non expedit ita passim voluntates defunctorũ extendere, vt iuri primogenituræ faciliter derogetur.

10 POSITO autem (sine veritatis præiudicio) quod prædicta doctrina Oldr. & aliorum esset vera, eã limitat elegan ter Ale. in cõsi.87. accurate pro virib. nu.4. li.vi vbi intelligit procedere hanc sententiam in sola persona filii ingrati, nõ etiam in filio filii ingrati, quia iste non est priuandus successione primogenituręe, nec pertinet ꝑm eum ad fratres ingrati, ad quod citat Bal. in l. tutela. §. vltim. ff. de legit. tut. & in c. per illum tex. de filiis natis ad morganatic. ℨ. & notata in c.i. epis. vel abbatem. vbi Bal. & refert alias auctoritates. & Ale. sequitur Paris. in d. cõs. in additio. quę incipit, transiret. quamuis illud limitet in successione primogenituræ delatę ex testamento, iuxta notata per eũdem Ale. in consi.4. li.4. & pro doctrina Alex. facit d..3. ff. de interdictis. & releg. cõducũt & alia superius scripta. & tex. qui ad hoc est expressus in l.2. §. si emãcipatus, ff. de contra tabulas & l. cognouimus. & Auth. idẽ est Nestorianis, C. de hereti. & idem in nostris terminis, & quæstione tenet Lucas de Penna, qui nec ab Alexand. nec a Parisien. refertur. in l.i. C. de priuile. eorum, qui in sacro palatii. colum.3. versi. quinto. quoniam si pater. & ingratitudo

Source : BIU Cujas

patris non est ingratitudo filii, secundum Bal. in l. maximũ vitium. num. 5. C. de libe. præteri, per tex. in l. diui fratres. ff. de iu. patrona. & priuatio filii non est priuatio nepotis secundũ eundem Bal. ibi, per l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. &
11 posthu. & l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hæredit. Et ex his etiam inferri potest, quod quamuis quis tam attrocem ꝑ mittat ingratitudinem contra possessorem, & antecessorem in maioratu, quod illum occidat manibus violentis, vel occidere faciat, non est priuandus iure primogenitur̃, quando qui occisus fuit non extitit auctor maioratus. Sed cõtra istã illationem est doctrina Bald. in c. i. §. similiter. nume. 3. quib. modis feud. amitt. vbi dicit, quod si frater occidat fratrẽ suũ, vt accrescat illi portio paterna, vadit feudum ad alios agnatos. citat glo. quam dicit esse notabilem in ca. i. si vasal. feud. priuet. cui deferatur. & hoc tenet Ioan. de Amic in consi. 10. num. 9. Et cum hac doctrina Bal. videtur sentire Greg. Lop. in l. 2. titu. 15. par. 2. in glo. *si no el hiio mayor.* in ver. quid autem si filius. quorum doctrina mihi verior apparet, & in proposito tenenda, quia dolus, & delictum cuiquam patrocinari nõ debet. l. si ab hostibus. §. i. ff. solu. matr. quæ videtur ad hoc ex-
12 pressa. l. vl. C. de reb. cred. l. itaque. in prin. ff. de fur. l. si remunerandi. §. Maurus ff. mand. l. ita demum. ff. de arb. ex quibus legibus etiam apparet, quod ex delicto quis non debet consequi præmium. & ad hoc plures concordantes refert Tiraq. in tract. de vtroque retract. lib. j. §. j. glo. 9. num. 62. Et ista conclusio probatur in l. ab hostibus. § fi vir. ff. sol. mat. vbi Barto. dicit, quod maritus qui occidit vxorem, priuatur lucro, ꝙ a statuto sibi debetur. & idem est in quocunque alio coniuncto, qui si interficiat illum, cuius successio ad eum deferebatur, priuatur successione secundum Bar. in l. cum ratio. § vlt. ff. de bonis damnato. & in l. vlti. nu. 10. ff. si quis aliquem testari prohibue. ad quod alios Doctores refert, istud confirmando Deci. in consi. 525. nume. 2. cum aliis. & confirmatur ex aliquibus notabilibus, quæ cumulat Ioan. Lop. in repet. rub. de dona. inter virum. & vxor. cum sequen. & Roma. sin. 461. occidens. & per d. l. si ab hostibus. inquit ad propositum Rebuf. in tract. de nominatio. q. 21. nume. 37. quod nominatus procurans mortem beneficiati, ab illius beneficio exclu
13 ditur. Item alterius circunuentio, alii non præbet actionem l. alterius. ff. de reg. iur. Notandum tamen est, quod filius occi
soris non excluditur a maioratu, quia ipse nullum delictum commisit, & pœna debet suos tenere auctores. l. sancimus. C. de pœn. cum mille similibus. & ad hoc etiam facit ille tex. qui ad hoc, & ad alia plura similia ponderari meretur in d. l. 3. ff. de interdict. & releg. Et conducunt scripta per Alex. in
14 d. consi. 87. quamuis huic dicto contradicat tex. in d. cap. nisi vasal. feu. priuet. cui deferatur, vbi dicitur, vasalli feudo delinquentes, ad agnatos quantumcunque pertineat, filius tamẽ ad id nullatenus aspirauit. sed ad istum text. replicari potest quod procedit, vbi vasallus contra dominum delictum commisit, quia tunc iustum videtur excludere, & priuare filium sicut patrem, quia iam filius procedit ex radice infecta, & semine malo propter offensionem in dominum factam, cui summam debet reuerentiam. arg tex. in l. 9. titu. 26. part. 4. & in l. 9. quæ incipit, *matando.* eodem titu. & ideo in isto casu feu-
15 dum ad agnatos peruenire debet. Præterea ratio differentiæ inter feudum & maioratum in hoc, quem tractamus casu, sicut in aliis plurimis est diuersissima, nam feudum talis est naturæ, quod a principio datur feudatario, & eius successori bus sub hoc, & aliis similibus pactis, videlicet, ꝙ dominum non offendat, nec vxorem, & filios, nec nepotes, vt patet ex. c. de noua forma fidelit. & c. forma. 22. q. 5. l. 4. d. titu. 26. par. 4. vbi Greg. Lop. in gl. 3. de hoc latius agit. in maioratu autem istud locum nõ habet, quia successor in maioratu nulli obe dientiam, nec fidelitatem nisi regi præstare tenetur, vt clarissime patet. Ex quibus apparet, quod prædictus text. non obest
16 huic dicto, de quo In isto versi. notandum. Magis vrgere vr̃ tex. in l. si duobus. §. si prius. versi. si remoto. ff. de bo. pos. contra tabul. ibi, filius quoq; recte videtur petere bonorum possessionem, si vero ille nõ possit hæreditatem obtinere, filius quoque excludetur. qui tex. etiam non obest prædictæ sentẽtiæ, quia loquitur in successione bonorum non subiectorũ restitutioni, & in qbus nepos succedere auo potest, & in bonis maioratus aliud dissimile est, quia in illis succeditur primo fundatori Nec ex iure patris vel vltimæ possessoris aliqd illis defertur. d. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vul. & pup. Sed ni hilominus tenendum est, quod in isto casu, quemadmodum occisor excluditur a maioratu, si iniuste occidat fratrem vel alium possessorem maioratus, excludantur eius filii. quod ꝑ bo ex doctrina Io. An. quam nullus refert in add. ad Spec. in rub. de succ ab intest. in 4. par. Specu. in prin. rubricæ. vbi dicit
17 quod si frater interfecit fratrem liberos non habẽtem, & intestatum decedentem, quod etiam filii interficientis illi non succedunt vbi ad hoc refert Guido. de Suza. & l. vl. ff. de bon. damnat. quod mihi verissimum videtur in terminis, in quibus loquitur. Et pro Spec. est tex. in c. i. §. similiter. quibus, mod. feud. amitta. & quod per illum voluit Cur. in tracta. de feud. 4. par. 2. in princi. cau. vndecima causa. priuationis feudi num. 33. pro hac sententia facit, quia excluſa vna persona, excluſæ censentur omnes descendentes ex illa secundum gl. in l. Gallus. § nunc de lege Velleia ff. de lib. & posthu. Bart in l. liberorum. num. 16. ff. de verb. sign. & alios, quos refero in q. 6. infra eo num. 50. & excluſa vna persona, censetur excluſa tota linea, quæ ab illa fundamentum capit. l. vlt. C. de ver. signi. c. 1. §. hoc autem qui feud. dare pos. cum similib. quæ ẽt refero in q. 2. supra eodem. num. 23. & nume. 18. Ex quo fit, ꝙ licet talis occisor filios habuerit, etiam qui nati erant ante commissum delictum, excluduntur a maioratu, eodem mo do ac si post commissum delictum nati fuissent. Nec enim est iustum quod tales filii succedant in maioratu, in quo nõ succederent, si eorundem pater non occidisset possessorem maioratus, ex cuius morte ius ad eos deuolutum fuit. Ad ꝙ conducit ratio, & mens legum. ff. si quis aliquem test. prohi. l. 2. C. eo titu. l. testamenti. C. de inoffi. test. l. 26. 27. 28. 29. 30. ti. j. l. 4. ti. 7. par. 6. cum materia harum legum. l. 4. 11. 12. tit. 7. par. 6. Et leges, quæ cum istis legibus concordant de iure cõmuni, quas ibi referunt additionatores. Et sunt tales filii incapaces ab succedendum non propter eorum vitium, aut incapacitatem, sed quia ex vitio, & dolo, & fraude paterna non debent præmium reportare. l. in hæredem. in prin. ff. de calum. l. hæredem. ff. de dolo. l. quod diximus. §. vl. l. quod autem. ff. ꝙ metus cau. l. sicuti, ibi, ex delicto defuncti lucrari non debet. ff. de reg. iu. cum concord. vt per glos. Deci. & alios, ibi. ex quo apparet, nihil obesse ea, quæ dicta sunt, & scripsi in quæstione sequenti. num. 6. dum dictum fuit, filios ante delictum cõceptos, non esse incapaces, sicut conceptos post factum delictum per l. 3. tit. 9. lib. 4. ordina. & alia iura. vbi etiam scribo aliqua pro confirmatione istius doctrinæ. & ad hoc etiam facit doctrina Bald. in l. bonorum, num. 25. C. qui admitti. vbi dicit, ꝙ filius dependet a patre, & origine sublata, tollitur ꝙc quid ordinatur ab illa. Et qualis res est in origine, talis est in
18 acquisitione per l. Caius. ff. de manu. Et pro prædicta sententia Io. An. est etiam bonus tex. in l. Lucius. ff. de iu. fisc. vbi homicida non potest succedere nec ipsi occiso, nec hæredibus occisi. quam explicat Anto. Gom. in l. 22. Taur. nu. 14. Notat Bar. in l. j. ff. si quis aliquem testa. prohibue. Latius Barth. So. Soc. in consi. 124. num. i. cum seq. lib. Hippo. qui refert Gand. in consi. 93. nu. 10. lib. 2. & pro hoc est etiam doctrina Bal. in cons. 40. lib. 4. vbi dicit, quod frater substitutus per fideicommissum sub conditione mortis, si fratrem interficiẽdo faciat
19 conditionem mortis existere, non consequitur fideicommissum, ne dolus ei prosit. pro quo induco tex. in ratione sui, in l. Cicero. ff. de pœn. ex qua lege, & ex superioribus inferri potest, ꝙ si aliquis vel vi, vel fallaciis faciat, vt mulier ventrem ad lucem non producat efficietur indignus successionis maioratus, qui erat illius, qui gestabatur in vtero, si ad lucem ꝑditus legitimo partu fuisset quod contingere potest, quia malitia hominum ad hoc, & alia plura propter cupiditatem ꝑna est. Et iam accidit in Hispania, quod quidam illustris miles occidit filium fratris adhuc infantem, vt illi succederet in maioratu, qui postea Dei maximo misterio Genuæ contra hominum existimationem per officiales Caroli Quinti nostri regis, & Imperatoris, & Regis Philippi, ꝙ tũc forte ibi, vt hospes degebat captus, & ad Hispaniã in triremibus fuit traductus, & Pintię vltimo supplicio affectus. & aliũ fere similẽ casum referunt Tancretus in opere suo. ca. 13. q. 9. Greg. Lop. in l. ij. ti. 11. par. 5. in gl. in verb. *por consentimiento.* Et ꝑ intellectu
20 tex. in d. l. Cice. vide Deci. in cons. 535. nu. j. cum alijs. l. 3. tit. 7. par. 7. Et ex his etiam constat, nimis periculosam esse sitiam Bal. in l j. nu. 3. C. vnde vi. quo in loco ꝺicens oĩbus superioribus dicit, ꝙ qñ ius succedendi est cõnexum naturę, & inseparabile, si quis occidat illum, cui succedere debebat, non ꝑ hibetur illi succedere per tex. in l. cum ratio. in fi. ff. de bo. dãna. & in l. his consequẽter. §. vl. ff. fam. ercis. quem sequuntur ibi Pau. & Ro. licet ꝺrium teneat ibi Sali. & Alex. in d. l. si ab hostib. nu. 4. ex qua Bal. doctrina idẽ dici põt ĩ successore bonorũ maioratus, qui occidit anteceſſorẽ, ꝙa hoc ius succedẽdi in maioratu videtur connexum naturæ & inseparabile, vt ex superioribus patet. sed hæc doctrina Bald. falsissima mihi videtur, & contra omne ius, & rationem, & contra naturalem æquitatem, & bonum regimen reipublicæ. & ista pręstant argumentum, lapsum etiam fuisse Ioannem. Lopium qui fultus auctoritate Bald. in d. l. prima, C. vnde vir. & vxor.
21 in dicta rub. de dona. inter virum & vxo. ex ea deducit, quod si quis occidat eum, cui debet succedere iure sanguinis, non priuatur successione ipso iure, immo sibi acquiritur, &

postea

Source : BIU Cujas

postea fisco applicatur, & quamuis in bonis minimè restitutioni subiectis forsam doctrina Ieã. Lopij procedere possit, si tamen sunt bona maioratus, & fideicommisso subiecta, intrepidè contra illam tenendum est ex scriptis in 4. parte huius operis. qõ. 23. & per ea, quæ tradit in hac ipsa specie Caro. Ruin. in consilio 129. nu. 4. li. ii. vbi probat, ꝙ bona ad vocatos, & non ad fiscum pertinent.

22 ET ex istis etiam deducitur, veram esse doctrinam Rolandi in consilio lxv. nume. v. cum aliis. vbi per tex. in l. Imperator. ff. de fideicommiss. liber latè sustentat, ꝙ si filius qui succedere debebat in bonis restitutioni subiectis occidat patrem, talia bona non amittuntur propter hoc delictum, nec fisco applicantur Pro quo facit doctri. Bar. in l. i. ff. si quis alium test. prohib. & plura ad istud propositum scribit Bart.

23 Soc. in d. consi. 124. numero 3. cum aliis lib. iii. Vlterius est animaduertendum circa superiora, quòd si quis se ipsum occidat, licet sit in casibus, in quibus bona maioratus propter delictum amittuntur, non priuantur successores bonis maioratus. quod probatur ex doctrina Bal. in d. cap. i. an ille, q interfecit fratrem domini. num. 4. vbi dicit, ꝙ si vasallus occidat se ipsum, non amittit feudum. quia postquàm fuit mortuus bona fecerunt transitum ad hæredem per l. 2. C. qui testam. facere poss. cuius opinio hodiè fulcitur ex. l. ix. titu. 13. lib. 8. ordina. de cuius legis intellectu agunt Episcop. Couar. resolutio. lib. ii. cap. j. versus finem. Antoni. Gomez de delictis. Grego. Lop. in l. 2. in verbo, *auer pena.* titu. 27. par. 2. vbi ẽt Montaluus, & hoc mihi verissimum videtur. & pro hac sententia facit, quod scribit Corne. in consilio 295. lib. ij. & notanter Deci. in consi. 438. numero 4. vbi loquuntur de statuto, ex quo pro homicidio quis capite punitur & bona publicantur, quod intelligitur de homicidio commisso per aliquem in personam alterius, non de illo, qui se ipsum occidit. vbi Decius tradit, ꝙ quis nõ prẽsumitur se occidisse metu criminis, sed tedio uitæ, uel alias.

24 NOTANDVM etiam est in ista materia, quòd si sit, dubium, an filius primogenitus sit capax successionis maioratus, & sit lis inter eum, & secundò genitum, vel alios transuersales: in ambiguo prẽferendus est primogenitus, quia primogenitus perfectior præsumitur iuxta. l. 2. tit. xv. par. ii. & testatores potius præsumuntur diligere primogenitos, quam secundò genitos, aut vlteriores. quod habetur. Regum. c. 13. & Zacha. 12. & Iuan. j. cap. & in aliis locis, ut per Guillel. Bened qui hoc latius tradit in cap. Raynuntius. in verbo, in eodem testamento. in j. numero 173. cum sequentibus de testamen. & Tiraquel. in tract. de primogenitu. in prin. numero 37. quibus adde notabile consilium Stephan. Bertr. consilio j. lib. j. vbi dicit in dubio esse præsumendum, patrem facere donationem in primogenitum. Sed an secũdò genitus possit litem inferre pro rebus maioratus, vbicunque primogenitus est inhabilis, disputat late Matthe. ab Affli. in c. i. col. 3. versi. sed iuxta hoc quæro, de grad. fucce.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus committens crimen læsæ maiestatis, aut sodomiæ non succedit in maioratu, sed nec illius filius, & quid in filio sodomitæ?*
2 *Filius si delinquit viuo patre, illius filius non repellitur a successione aui.*
3 *Patris delictum non nocet filiis, in his quæ per ipsos, filiis non acquiruntur.*
4 *Patruus præfertur nepoti in casu numeri primi. & l. quisquis. §. filii. C. ad leg. Iuliam maiest. non habet locum in fratribus.*
5 *In aliis criminalibus præter hæresim, & læsę maiestatis non efficitur filius incapax maioratus propter patris delictum.*
6 *Filii ante delictum concepti, an excludãtur a successione maioratus.*
7 *Filii hereticorum concepti ante delictum, non sunt incapaces.*
8 *Filius licet propter culpam suam feudum amittat, nepos retinet ex persona aui.*
9 *Sententia lata in causa nobilitatis contra patrem an præiudicet filii late disputatur.*
10 *Sententia lata contra fratrem in causa nobilitatis, non præiudicat fratri.*
11 *Sententia transita in rem iudicatam rescinditur, quando per notorietatẽ facti constat contra illum.*
12 *Filius furiosi succedit in primogenitura, quamuis pater in illa non successerit.*
13 *Substitutio exemplaris expirat, cum furiosus reddit ad sanam mentem*
14 *Exceptio furoris an impediat beneficium. l. 45. Tau. remissiue, & an filii furiosi amittant maioratum propter alienationem.*

ILLATIO II.

1 SEcundò infertur, quòd Quãuis filio primogenito regulariter differri debeat ius primogenitur̃, si tamen iste filius committat crimen hæresis, vel læsæ maiestatis, aut sodomiæ, quæ tria crimina sunt grauissima (vt latius ostensum fuit in prima parte huius, quæstione. j.) priuatus est iure primogenituræ, non solum ipse, sed illius filii masculi & fœminæ. cap. statutum de hæreti. in 6. l. quisquis. §. filij C. ad leg. iuliam maiesta. l. 2. ti. xv. par. ii. in illis verbis, *No auiẽdo hecho cosa por que lo deuiesse perder.* vbi latè Grego. Lopez. l. 2. tit. 2 par. 7. cap. j. si vasal. feu. priuer. vbi per Præpositum. numero 3. quem tex. retuli ad alium finem in illatione præcedẽti. horum autem iurium ratio est, quia cum infecta sit radix, & lex præsumat, quòd isti filii patri assimilari debent prout in d. §. filij notat Alberi. in l. si qs defunctum. numero 4. C. de apostat. nequaquam tales filii gaudere debent bonis, quamuis non ab ipso patre, sed ab antecessoribus veniant, quia adhuc concurrunt ratione tex. in d. §. filii. & aliorum iurium concordantium. & ideo in his bonis maioratus filiorum incapacitas, & inhabilitas atque vitium ad filios porrigitur. & hoc est speciale in his criminibus propter immanitatem, & grauitatem illorum. Et ex istis rationibus apparet, quòd hæc procedunt, etiam si filius qui delictum commisit non dum erat possessor bonorum maioratus: quia illius pater viuebat. nã adhuc macula, & morbus palmitibus adest, sicut & viti. & eadem ratio concurrit ĩ vno casu, quam in alio. & lex considerationem habet ad stirpem vitiosam. cuius rami stipiti credendum est, quòd assimilabuntur. & interest rei publicæ, quòd filii puniantur pro delictis parentum, vt hac ex causa parentes, qui magis in filiis, quàm in se ipsis terrentur, arceantur à sceleribus, quorum pœnam ad filios sciunt esse etiam peruenturam. & hæc est vna ex vrgentioribus, quare filij puniuntur ob delicta parẽtum secundum Zenzelinum in extrauanti. 22. incipiẽti, dierum. in verbo, quomodolibet. & scribit Cicero in quadam epistola ad Brutum. Nec verò me fugit, quam sit acerbum parentum scelera filiorum pœnis lui. Sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parẽtes reipublicæ redderet. Et caro filii, dicitur caro patris aucta, secundum Paul. de Castro in consilio 264. col. 3. lib. 2. ꝙ quo est expræssa. l. j. tit. 7. par. 2. & natura semper gignit vnũ quodque, quale ipsum est, & ideo causa naturalis transit in filium, qui ex semine patris producitur. & ad hoc propositum, & qualiter qualitas parẽtum ad filios in omnibus trãsmittitur, plura refert Tiraq. per multa folia in trac. de primogenitura. q. 40. numero 1. cum sequentibus. Et ista confirmãtur, quia in feudo delictum patris nocet filio, licet non noceat agnatis. c. j. si vasal. feu. priuet. c. si. si vasallus culpam. si de feudo fuerit controuer. inter dominum, & agnatum. c. 1. an ille qui interfecit fratrem. Et est ratio secundum Doctores in prædictis locis, maximè Andre. de Yser. in cap. i. §. denique. quæ fuit prima causa benefi. amitten. & Bald. in l. qui se patris. C. vnde libe quia pater & filius censẽtur eadem persona, vulg. l. vlti. C. de impub. & aliis. cũ qua. l. vltima latissimè agit Tiraq. varia scitu dignissima adducẽdo in l. si vnquam. numero 13. cum pluribus sequentibus, C. de reuocan. dona. & ex quibus lector facilimè percipiet, hanc nostram cõclusionem verissimam esse. & rationem Andr. de Yser. etiam sequitur Alex. in consilio 30. numero 17. lib. j. & horum opinio est tenenda, quicquid dicat, & teneat Deci. in consilio 445. numero 68. & hoc mihi tenendum videtur in istis delictis, quamuis in crimine sodomiæ ad hoc dubitari potest: qa licet per pragmaticam Regum Catholicorum. delictum sodomiæ æquiparetur crimini hæresis, iure tamen cautum non reperitur, quòd filii sodomitarum sint eodem morbo, & vitio maculati sicut illi, qui committunt crimen hæresis, vel læsæ maiestatis. Nec est eadem ratio in delicto sodomię, quæ est in prædictis criminibus. nec eodem modo genus maculatur, sicut in delicto læsę maiestatis, quo nihil in republica pernicioſius, & detestabilius, vel in delicto hæreticæ prauitatis, quo nihil est apud Deum optimum grauius, et punitione dignius. Quare dixit Henricus Boy. in cap. in Quibusdam. de pœn. ꝙ licet bona ob delictum non transeant in fiscum, hoc fallit in crimine læsæ maiestatis. & ita intelligit. c. Imperialem. §. pen. de aliena. feu. notat Bart. Socin. in consil. 266. numero 40. lib. secundo. & priuatio non habet locum, nisi in casibus a iure expræssis secundum glossam, & communem in c. vltimo. de iure patronat. Nec superiora locum etiam sibi vendicant in aliis delictis. nam quamuis pater sit incapax, filius tamen obtinere potest ea, quæ sunt a genere, vel ab antecessoribus. l. 3. ff. de interdict. & relegat. vbi Barto. numero 2. dicit, quòd si delictum fiat per patrem, qui nihil habet in feudo, vt pote, quia auus viuebat, delinquente sublato de medio, eius delictum non nocet nepoti immediatè succedenti auo. & idem tenet Bal. in l. l. duodecim tabularum. C. de legiti. hæredib. & est indubitatum secundum Parisien. in consuetud. Parisien. par. i. §. 30. numero 133. & notatur per Ludoui. Gozadi. in consilio 75. numero 2. & 17. cõs.

Source : BIU Cujas

34.num.12.& dicit idem Bar.in l.si constante,num.69.ff. solut.matri. Quod delictum patris non nocet filijs in his,quæ
3 per ipsos filijs non acquiruntur, quo nihil expressius ad nostrum propositum adduci potest. & est etiam doctrina Bal. in c.1.§.insuper.de prohibi.feu.alienatio.per Feder.vbi dicit, quod in feudo,quod filius nõ habet a patre, sed ab antecessoribus & genere,delictum patris non præiudicat filio.sequitur Abb.in consi.13.in præsenti casu.qõ.7.libr.2. quos refert Deci.in consi.446.num.69.facit l. iura libertorum patronorum.ff.de iure patro.l.emancipatum.ff.de senatorib. & conducunt scripta per Iaſ.in l.adoptiuum.§.patronum,nume.3. ff.de in ius voc.& ex istis tandem pono pro regula.Quod filij illius, qui commisit crimen hæresis, aut læsæ maiestatis, nõ sunt capaces successionis maioratus, quamuis adhuc patre viuente commissa sunt ista delicta,& successio deueniet ad alios fratres, & in defectum fratrum, ad consanguineos
4 vocatos ad maioratum. Nec habet locum.l.40.Taur. quæ præfert nepotem patruo,quia est intelligenda,vbi nepos est habilis,& capax.l.Lucius Titius.§.Titius Damam.in 2.ff. de legat.2.l.vt gradatim.ibi,si idonei sint,ff.de muner.& hono. & d.l.quisquis.procedit etiam in nepotibus,sicut in filijs ſm Cinum ibi,q.3.Alber.Bal. Angel. & Salic. qui communem dicit Ioan.de Platea,in §.publica.Insti.de publi.iud.& alios, quos refert Iaſ.in consi.106.lib.4.num.3.vbi dicit, quod ista est communis opin. & nullus contradicit secundum eũ. & hoc aliis pluribus rationibus & iuribus probari poterat. & quod dicta.l.quisquis.§. filii. non procedat in fratribus, late
5 tenet Deci.in consi.64 num.1.& 2. In aliis autem criminib. citra prædicta, delictum patris non facit filium incapacem successionis maioratus,siue ī illo successerat pater,siue nõ. vt omnia constant ex supra scriptis,& ex alijs,quæ scribo in illatione sequenti.num.8.& ad hoc est expressa lex.si qua pęna.ff.de his, qui sunt sui, vel alieni iur. ibi, si qua pœna paterfamilias fuerit affectus, vt vel ciuitatem amittat, vel fertus pœnæ efficiatur, sine dubio nepos filii loco succedit.
6 Sed circa istam materiã dubitatur,an filii maioris, qui commisit aliquod delictum, per quod fuit incapax successionis maioratus,qui quidem cõcepti fuerunt ante delictum, sint liberi a prædicta incapacitate? Et primo aspectu dicendum videtur,quod tales filij sunt incapaces, sicuti illorum pater, per tex.in l. Diuo Marco.C. de quæstio. vbi priuilegium parentum in casu illius tex.transit vsque ad pronepotes, nisi is qui adest in priori gradu aliqua infamia aspergatur. & conducit tex.in l.si duobus.§. si prius.ff. de bonorum possession. contra tabul.& quod alicui obstat, successoribus illius obst. l.quod ipsis.ff.de regul.iur. & absurdum videtur, quod quis plus iuris habeat, quam auctor suus.l. aliud.§. absurdum.ff. de regul.iur.cum concordant.vt per Tiraquel.lib.1.de retracta.§.1.glo.9.num.47.& dicit Andre.de Ysern. in §. præterea vasallus,quæ sit prima causa benefi. amitten. quod propter crimen læsæ maiestatis filius delinquens viuo patre,fit inhabilis,& non succedit in feudo, sed venit ad secundogenitũ. quod dictum etiam confert ad ea,quæ in præcedentibus tractata sunt.facit tex.in l.meminerint. C. de legiti. hæredi.& l. nullus.C.de decurio.lib.10. & radice amputata, necesse est, vt rami decidant,secundum Ioan.And.in c.ad apostolicam. in nouellis.de re iud.in 6.Et faciunt illi versus.

Qui viret in foliis, venit a radicibus humor,
Et patrum in filios abeunt cum semine mores.

Et conducunt quæ notabiliter scribit Matthe. ab Afflict. in decisio.Neapolita.96.in sacro concilio.& l.vitia.C.de acqui. poss. ibi, a maioribus contracta perdurant, & successorem sui culpa committantur. Et secundum hoc est intelligendũ quod scribit Moder.Parisien.in consuetu. Parisiensib.par.1. §.8.gloss.3.num.12.vbi dicit, quod propter crimen læsæ maiestatis in regiam coronam, vel in rempublicam commissum per aliquem de sanguine regio, potest perduellis etiã cum futura sua posteritate priuari omni spe, & iuri futuro in successione coronæ Franciæ.& ita dicit per Arestum pronunciatum fuisse. His autem minime refragantibus,est vera & tenenda conclusio,quod filii qui concepti fuerunt antequam quis committeret crimen læsæ maiestatis, non priuantur successione maioratus: quia illis iam erat acquisitũ ius primogenituræ. Quod primo probatur ex l.1.C. de bonis damnator.vbi filiis,qui cõcepti sunt ante damnationem est danda legitima, quam habere debebant in bonis patris. Secundo,fortius vrget.l.6.titu.27.par.2.in versi. *Pero esto no se entiende de los hisos,que ouiesen hecho ante que errassen, mas de lo que es*. & est etiam alia lex.quam nullus nostrorum refert.3. tit. 9.lib.4. ordinam. ibi, *Ni fu hisoque ouiesse despues de la traycion*. Cuius verba sunt. *Calos derechos que fallaron los antiguos de España en todas las cosas, alli do pusieron pena los hiios por razon de sus padres,siempre guardaron esto, que no ouiesen pena los que ante auia hecho,que el echo malo fiziessen, fueras ende si fuessen con ellos a par-*
ceros enlos yerros. Ponderandum igitur est illud verbũm. (*En todas las cosas*) quod est generalissimum, & aptum ad comprehendendum omnia. Et facit, quod scribit Tiraq.in l.si vnquam,in verbo, donatione largitus.nu.333. C. de reuoc.
7 dona.Et ex his dixit Calder.in consi.3.tit.de hæret. Quod pę næ statutæ aduersus hęreticos, & illorum filios, non comprehẽdunt filios natos ante delictum. & idem tenent in crimine læsæ maiestatis Petrus,Cinus,& Ang.in d.l.quis. Præpositus.in c.quo iure.8.distinct.& alii plures, quos refert Tiraq.in d.tracta.de primogeni.quæstio.31. num.2. cum aliis, late,& resolutiue Episc.Simancas in lib.de Institu.catholi.c. 29.num.4.cum sequentibus.de quo etiam per Alc. in l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebell.Egid.Bossi.in pract.criminitu.de crimine læsæ maiestatis.nu.138. & in titu.de bonorũ publica.num.38.cum aliis. Episcop. Couarr.resolutio.lib.2. c.8.num.6.versi.quarto solet. & istam etiam sententiam tenet Ioan.Faber,quem nullus citat in §.2.nu.2.Insti. de ingenuis.Parisien.in consi.2.nu.184.lib.4.& ex his dicit glo. in l.
8 adoptio.in fine.ff.de in ius voc.Quod licet filius propter culpam suam perdat feudum etiam antiquum: tamen nepos retinet ex persona aui.cuius glo.meminit inter alios Grego. Lop.in l.22.titu.13.par.6.in glo.vlt. de quo vide elegans consilium Pau.de Cast.in consi.311.lib.1. & Alex. qui plures refert in consi.10.ponderatis.num.7.lib.3. & Moder. Parisien. §.30.q.36.& istis adde Bartho.Soc.in consi.275.nu.15. lib.2. vbi late sustentat, quod filius conceptus ante dãnationem, non facit deficere fideicõmissum, vt bona remaneant apud fiscum: quia non succeditur in fideicommisso condemnato,sed illi,qui fideicommissum relinquit.Quæ notanda sunt pro intellectu text.in d.l.40. Tauri. nam filius primogeniti conceptus ante delictum patris,præfertur filio secundogenito; secus vero si conceptus fuit post patris delictum.hæc autem vera sunt, vbicunque bona maioratus non amittuntur
9 per delictum,nam cum amittuntur,vana est disputatio. Ex his autem,quæ scripta fuere in principio huius secundę illationis, possumus obitet sumere argumentum ad quæstionem, quæ sæpe venit in practicam in hac regali Cancellaria: An si pater alicuius litiget super nobilitate, quam nos communiter in Hispania (*Hidalguia* vocamus.) & sit pronunciatus plebeius? filii possint de nouo litigare super nobilitate? & prædicta clare docent, q̃ filiis obstat res iudicata contra patrem. Quod etiam fortificatur, quia cum resolutum & extinctum sit ius illius per quem ad alios ius deriuatur,resoluitur etiam ius filiorum.l. lex vectigali fundo.ff. de pignoribus,notatur per Deci.in d.l.aliud.§. absurdum.ff. de reg.iur.& sunt sicut fistulæ,per quas aqua ducitur, quarũ vna pcisa,ad alias aqua nec deriuari,nec duci potest. Item, cum iuxta dispositionem pragmaticarum,litigans super nobilitate teneatur probare possessionem nobilitatis, non solum de sua persona,sed de patre,& auo ad hoc,vt quis in ea obtinere possit patris probatio, postquam pronuncians fuit pro plebeio per sententiam in rem iudicatam transactam: cũ res iudicata pro veritate habeatur, est impossibilis. & cũ patris probatio sit fundamentum & radix,hac radice amputata,rami aridi,& absque fructu remanent. Quare videtur quod si sententia sit in præsentia patris, & ex ordinato processu lata,noceat filijs,ita quod amplius audiri non debeãt: cum contra medium a quo habeant rem iudicatam, & ex tali sententia possessio patris ad nihilum fuit redacta, & interrupta fuit possessio filiij, & ideo cum extrema nõ sint habilia,coniungi non debent,l. huic scripturæ. ff. ad l.Aquil.l. qui sella.§.in rusticis.ff.de seruitu.rusti. prædio. late per Bart. & alios,in l.si is qui pro emptore ff.de vsucapio. & hoc vbique reperies. Et pro ista opinione est moralis, & notanda doctri.Rapha.Fulgo.in consil.45. quidam Franciscus.quam aliud agendo refero.in q.7.in hac 2.part.nu.10.quam lector ad hoc propositum omnino legat, & ad hanc sententiã induco etiam tex.expressum.in l.Pomponius.§.quęsitum.ff.de acquir.poss. vbi ex possessione non continuata, non datur accessio. Quare etiam inquit Ioan.Faber.in §.prę iudiciales. num.41.de actionibus, quod sententia lata in causa nobilitatis,facit ius quo ad omnes ex quo dicit, quod cum ex consuetudine Francię succedant aliter nobiles, quam ignobiles,alter duorum fratrum dicebat se nobilem, & petebat annagium tanquam nobilis,alter negabat se ipsum esse nobilem: si lata fuit sentẽtia,quod erant nobiles, facit ius quo ad omnes.& hanc opinionem refert, & sequitur Tiraquel. in tracta.de nobilita.c.37.numer.j. illud pro hac opinio.generale adducens,quod sententia lata super statu, vel conditione,pro veritate habetur. & facit ius vbique, & inter omnes absentes, & non vocatos.l.ingenuum.ff. de statu hominum.quod generaliter & ī omni casu vbi est quæstio de statu,vel de iure cohærente personæ intelligunt,Bald. Ange.& & Salicet.in l.2.quibus.res iudi.non nocet.& alii, quos Tiraquel.

Source : BIU Cujas

quel.in d.loco.nu.7.qui id limitat poſt Cinum,Bal.& alios ī d.l. ingenuum. & in aliis locis, niſi alii prætendāt ius æque
10 principale, Ex qua opinione, & ex legibus regni fundatur practica communis,ꝙ quando duo fratres litigant ſuper no bilitate,& vnus pronunciatur plebeius, hæc ſententia alteri fratri non nocet:cum prætendat ius æquè principale, nec è conuerſo.Pro qua practica eſt tex egregius,qui non refertur per aliquem, nec ab aliquo quopiam vidi ponderatum in l.ad probationem.C. de probationib. Præterea pro dicta opinione,ꝙ lata in cauſa nobilitatis ſententia cōtra patrē, filii audiri non debeant,facit tex.in l.j.§.vlti.cum.l.ſequentibus.ff.de lib.agnoſc.l.j.§.denunciari.ff.de ventre inſpi. l.xvii. titu.xvi.par. vi. & conducunt ſcripta per Epiſcop.Couarr.in practi.quæſtio.c.13.nu.5.vbi latiſſimè agit de intellectu text. in d.l.ingenuum. ex quibus videtur quamuis poſtea conſtaret & magis probationibus & manifeſtis de nobilitate, aut hidalguia, adhuc res iudicata nocebit:nam ſi aliter diceremus,nullus eſſet litium finis.quia quilibet qui haberet contra patrem ſententiam in rem iudicatam tranſactam,vellet litigare dicto colore ductus, quod iura & ratione valde exe crantur. Præterea quomodo conſtare poteſt de notoria iuſtitia filii, qui vult litigare nobilitate patre victo? cum pro parte Fiſcalis & populi,cum quibus vult litigare filius victꝰ, illico opponi poſſit de re iudicata,& peti,ꝙ filius nō audiatur, nec admittatur ad probationem propter rem iudicatā, quam contra ſe habet,& cum non appareant probationes, minimè conſtare poteſt de iuſtitia euidenti & notoria filij, & huius ſententiæ) quamuis non ita fundauit) fuit auditor Otalora in tracta.de nobilita.2.par.3.par.princip.c.8.num.1. vbi.num.2.dicit,ꝙ hoc fallit,qñ filius ſecluſa perſona patris oſtenderet titulum ab auo, vel prauo, vel ab antiquiſſimis parentibus.pro quo facit tex.in l.3. ff.de interdict.& relegat. & in l.iura ſanguinis.ff.de regul.iur.& eſt ſingularis.l.19.ibi, *por razon del linage*.tit.7.par.2.& confirmari poteſt ex notabili Abb.doctri.in c.ſuborta.nu.14.de re iud.vbi dicit, ꝙ licet ſententia in rem iudicatam tranſacta amplius reſcindi nō poſſit (vt ſunt iura vulgaria) tamen ſi per notorietatem facti conſtaret,ſententiam eſſe iniuſtam,tunc per alium citra principē poterit ex iuſta cauſa retractari. hoc ꝓbatio rōne, quia ſententia iniuſta,quæ tranſiuit in rem iudicatam,ſuſtinetur ſolum ex ſola prēſumptione, quæ eſt pro iudicis proceſſu,vt in c.ī præſentia.de renunciatio.cum aliis.ſed vbi notoriè cōſtat de iniuſtitia,ceſſat prēſumptio, & cedit veritas opinioni.vt probatur in c.veritati.8.diſtinct. & eiuſdem opinionis fuerunt Innoc.& alii in c.fraternitas.de frigidis.& malefi.Bald. in l.j.C.ſenten. reſcin.non poſſ.& alii,quos refert Iaſ.in l.eum qui.§.ī popularibus.nu.8.ff.de iureiu.& Rober. à Maranta in practica iudiciaria.nu.144.& Grego.Lopez in l.32.tit.14.par.v.in glo.verbo.allegationes.Et an ſententia lata in cauſa nobilitatis contra patrem,præiudicet filio vbicūque ab illa non extitit appellatum,vide quæ ſcribo in 4.par. huius operis q.14.ad finem.

13 SED vt ad noſtram materiam redeamus, de qua digreſſimus omnia quæ in hac illatione,& in ſuperioribus ſcripta ſunt procedunt,vbicunque incapacitas filii prouenit ex delicto,vel morbo parentis:quia erat illegitimus, & in aliis ſimilibus rebus. ſi vero pater non poſſit habere maioratum (nempe) quia erat furioſus tempore,in quo ſucceſſio maioratus competebat,vel alium ſimilem defectum patiebatur: tunc inhabilitas illius non facit filium incapacem,qui mētis ſit cōpos,immo ius patris trāſmittitur in filium.quod in ſpecie reſpondit Bal.in conſi.389.conſuetudo col.2.in verſi. item pone primogenitum eſſe furioſum lib.2. & Barth.Soc. non relato Bald.in conſi.47.col.4.in ver.ſed poſito.lib.3.Et qñ furioſus debet alij reſtituere,eſt habilis ad ſucceſſionem, ſecundum Bar.in l.j.ff.de bonorum poſſe.furio.vel infan. & ad vtrunq; alios concordantes refert Tiraq.in d.trac.de primogenitu.q.23.nu.14.cum ſequentib. & nepos ſubducto filio de medio reducitur ad conditionem filii.l. ſed ſi in conditione.§ nepotes.ff.de hæredi.inſtituen.& nepos ex filio patre excluſo, cenſetur & ipſe primogenitus ſicut filius.& hæc adiuant quæ ſcribit idem Tiraq. in d.tracta. q.40. num.68. cum aliis.facit.l.ex facto.ff.de vulg.cum qua concord.l. xj.ti.
13 5.par.6 in quib. iuribus probatur, ꝙ ſubſtitutio exemplaris expirat,caſu quo filius mente captus & furioſus, & vel alio vitio laborans habeat filium neporem:quia tunc ceſſat cauſa.Et hęc confirmant quod ſcribit Pariſien. in conſuetu.Pariſien.§.29.in fi.nu.9.vbi dicit,ꝙ filio primogenito regis, captiui,vel mentis impotis ſi tamen ſit idoneæ ętatis,debet cōcedi regni adminiſtratio.& idem tenet Grego. Lop.in l.3,ti. 15.par.2.in glo.in verbo,*perdiese el ſentido* vbi etiam dicit, ꝙ ſi rex efficiatur furioſus, debet concedi regni adminiſtratio eius filio.Quod etiam eſt notabile pro intellectu.l.40.Taurinæ,quæ præfert nepotem patruo. Nam illud procedit, etiā ſi nepos ex filio ſit procreatus ex patre furioſo, mēte capto, vel alio ſimili morbo laborāte.Sed eſt animaduertendum, ꝙ licet Tiraq.in prædicto loco affirmet,ꝙ filius furioſi à natura ſuccedere poteſt in primogenitura, quamuis illius pr̄ ſuccedere non poſſit,motus per allegatam doctrinam Bald. hoc minimè tenendum iudico,nec verum puto: quia cum furioſus non poſſit contrahere matrimonium, & in conſequentiam non poſſit habere filios legitimos, qui ſuccedere poſſint in maioratu: exinde ſubinfertur,ꝙ filii talis furioſi à natura ſunt incapaces ad ſuccedendum in maioratu. Quòd autem furioſus non poſſit contrahere matrimonium, probatur in c.dilectus. de ſponſalibus. & in c.neque furioſi.32. q.7.& in l.6.titu.2.par.4.cum concordantibus,Ex quibus iuribus colligitur reſolutio in iſta materia, ꝙ ſi aliquis eſt furioſus à natura,ita ꝙ perpetuo modo laborat,nec habet cō ſenſum ad contrahendum matrimonium,non poſſunt illiꝰ filij ſuccedere in maioratu, quia ſunt filij illegitimi.ſi vero tempore quo furore correptus fuit iam contraxerat matrimonium,filij illius ſunt capaces ad ſuccedendum in primogenitura,quamuis patri nunquam ius primogenituræ delatum fuerit.Et idem erit vbi contraxit matrimonium,& filiū concepit tempore,inquo habebat dilucida interualla. Nec Bal.meretur referri ad id,ad quod illum citat,Tiraq.qa Bal. ſolum dicit, ꝙ ſi primogenitus ſit furioſus furore perpetuo, non aufertur illius filio regnum.nec Bal.vult, ꝙ ſi primogenitꝰ eſſet furioſus à natura,illius filius eſt capax ſucceſſionis. ſed an exceptio furoris impediat ſucceſſori in maioratu illud egregium beneficium.l.45.Tauriꝰ lector reſoluet ex do-
14 ctrina Ange.in conſi.135.paucis.Tandem ex notatis in hac. q.præcipuè.nu.6.infertur,ꝙ ſi quis cum eſſet furioſus aliena uit fortè bona maioratus, non poſſunt illius filii amittere maioratum in cuius fundatione cautum, quòd ſi poſſeſſor bonorum maioratus alienaret in parte vel in totum bona amitteret,& ad alium vocatum deuenirent,quod in plurib. maioratib. reperitur & in facto vidi in hoc regali prætorio.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſecundus dicitur primogenitus,deficiente filio maiore.*
2 *Conſuetudo deferens hæreditatem primogenito, non reſpicit tantum illū qui primo natus eſt,ſed tempus delatæ primogenituræ.*

ILLATIO. III.

TErtio ex prima concluſione, quam in principio huius quartæ quæſtionis poſui pro regula, dum dixi, ꝙ filius maior debet præferri in ſucceſſione maioratus tanquam ſi ſit primogeuitus infertur, ꝙ ſi filius maior decedat abſque filiis legitimis,
1 & naturalibus,filius ſecundus, qui illum ſequitur, aut illius filij dicuntur primogeniti, & admittuntur ad maioratum, quod probatur.in l.2.tit.18.par.3.ibi,*los otros hiios uarones,uno empos de otro.* & notat Andr.de Yſer.in c.j.§. prēterea. col.pe. in ver.ſed quia ponitur.titu.quæ ſit prima cauſa benefi.ami. & ſequūtur Alciatus ī l.proximus.ff.de verb.ſig. & alii,quos refert Tiraq.in d.tra.q.3.nu.6.quod in Hiſpania inuiolabiliter obſeruatur.& dicit Pariſien.in j.par.conſuetu.Pariſien.§. 8.nu.11.ꝙ conſuetudo deferens hęreditatem primogenito, non reſpicit illum tantū,qui primo natus eſt,nec ſentit omnino de certo homine ab ipſo initio natiuitatis,ſed de certificando tempore delatæ hęreditatis. & ius primogenituræ cum effectu acquirendi, nec ſentit de illo, quem in rerum natura certum eſt prius natum fuiſſe:ſed etiam, qui fuit poſterior natu,ſed priore deficiente efficitur primus. cui adde Fulg.in conſi.102.præſuppoſito.Et Epiſcop.Coua.in practi. q.c.38.nu.9.verſi.6.regia.facit in tex.in l.ſed ſi ex modica.§.ſi filius.ff.de bo.liber.& quod ſcribit Dec.in l.filiæ.dotem.C.de collatio.& Pariſien.in par.i.Conſuetudi. Pariſien. §.3.glo.1. nu.3.q. v.quem retuli in j.par.huius operis.q. 2.nu.8. & vide etiam eundem in eodem.§.nu.8.q.6. & ex his etiam confirmatur alia ſententia Pariſien.in dictis conſuetudinibus.§.x. nu.29.vbi dicit,ꝙ ſi primogenitus mortuus fuit ante patrē, ſed prius renūciauerat futuræ ſucceſſioni patris, & omni iuri primogenituræ cum iuramēto,accepta certa ſumma,iuxta formam.c. q̄uis pactum. de pactis.in 6.is q tpe mortis patris reperitur antiquior filiorū,hr̄e dēt ius primogenituræ.

ILLATIO. IIII.

VArto infertur, Quòd nepos filii maioris,cùm eodem debeat gaudere priuilegio, quod cōpetit filio maiori iuxta.d.l.40. licet nō ſit natus, ſed adhuc ſtet in

Source : BIU Cujas

in vtero, præfertur patruo: quia filius qui est in vtero, in illis quę sunt sibi utilia, habetur pro nato. l. qui in utero. ff. de statu hominum. l. etiam vbi glos. & Doctor. ff. de minori. l. j. §. sciendum. ff. deleg. j. l. Titius. §. si à prætore. ff. de excusa. tuto. notat Bal. in rub. de in integr. resti. ad fin. in c. j. vbi Feli. de prę scrip. de quo ego latius tractabo inf. in materia possessoria, quæ videri possunt pro intellectu huius puncti.

1 *Primogenitus an dicatur, qui natus fuit ante comitatum? hic distinguitur.*

2 *Nobilis an dicatur qui natus fuit ante adeptam nobilitatem.*

ILLATIO V.

VInto, ex his potest inferri & disputari, nũ primogenitus dicatur, qui natus fuit ante adeptum Ducatum, vel Marchionatum, aut aliud quidpiam simile? In quo pũcto relinquo vnum casum indubitabilem qui est, vbicunque quis est filius Regis, Ducis, aut Marchionis, & antequã pater vita functus esset, filius princeps aut primogenitus filios procreauit: tunc tales filii, quamuis procreat ante adeptum regnum, vel comitatum, sunt legitimi ex veri successores. ad quod est expressa lex. j. titulo 12. parte 2. quæ est lex singularis in hac materia. vbi vide Grego. Lopez. Dubium
2 est vbicunque pater, qui erat homo particularis, & post filiorum aliquorum procreationem Dux, Marchio, vel Comes factus fuit aliquorum locorum, quos princeps iure majoratus eidem, & primogenitis descendentibus concessit (prout non semel contingit) cui quæstioni respondet Guido de Suza. in l. senatoris filium. ff. de senatoribus constanter affirmando, quòd natus ante regnum adeptum, dicitur primogenitus. & idem tenet Alberi. in j. par. statutorum. quæstio. 157. sed supponamus. Quos sequitur, affirmando hanc esse meram veritatem Parisien. in dictis consuetud. §. 8. numero 56. cuius contrariũ tenet Bald. in l. imperialem. §. vltimo. in versicu. & ideo si sit consuetudo. C. de nup. & in l. cum satis. numero xi. C. de agrico. & censit. libro xi. post Barto. ibi, qui idem in terminis tenet. & hoc videtur tenere Cisuentes in l. 40. Tauri. quæstio. 4. & ad hanc opinionem plures refert Deci. in c. inrer ęteras nume. 3. de rescript. vbi dicit, ꝙ hæc est communis opinio quo in loco Parisien. in additio. ad huc se firmat in opinione, quam tenuit in dictis consuetudinibus referendo Corasium & Ripam ad eãdem opinionẽ. Et facit historia, quæ ad hoc propositum refertur de Xerxe, & Arthemane, per Iuistnum, cuius verba transcribit Rode. Suar. in l. quoniam in prioribus. limitatio. xj. in fi. C. de inoffic. testm. Attende tamen, quòd nobilis dicitur ille, qui natꝰ fuit post datam nobilitatem: quia vulgaris & natiua nobilitas, nunqnam adesse potest, nisi perfectè adfuit tempore natiuitatis, nisi expræsè id per principem cõcedatur. Vnde fit, ꝙ priuilegia nobilitati, quæ per reges Hispaniæ conceduntur, quorum aliqua ego vidi, non nobilitant filios ante concessionem priuilegii natos, sed eos, qui postea nascuntur. & probatur. in l. 4. & v. titu. j. lib. 4. ordina. de quo puncto, & superiore, quem scripsi de doctrina Guido. de Suza. vide Tira. cui nihil incognitum fuit, in tracta. de nobilita. c. 15. num. 7. & in tracta. de primogenitura. q. 31. nume. 1. cum aliis. & de doctrina Guido. de Suza. vide etiam Grego. Lopez in d. l. 2. d. tit. xv. in glo. in verbo. *si no el hiio mayor*. vbi distinguit, ꝙ si dicatur quod primogenitus regis succedat, intelligitur de nato ante regnum. & si dicatur, ꝙ primogenitus à rege succedat ante regnum. quæ distinctio mihi videtur esse potius nominis, aut vocis, quàm substãtiæ. & iõ consilium est illis, quibus Deus ita patrocinatur, vt ex parua fortuua ad similes dignitates ascendunt. ꝙ si volunt vt filius maior procreatus ante dignitatem adeptam succedat in Marchionatu, vel alio statu, faciant in illum expresè maioratum, alias erit magna contentio inter talem filium, & fratres eius.

1 *Filius prodigus non priuatur maioratu.*

ILLATIO VI.

SExto infertur, Quòd quamuis filius maior sit prodigus, non potest pater relinquere maioratum nepoti, filio maiore excluso, & præcipere, quod filio dentur alimenta. quam opinionem tenet Grego. Lop. in l. 3. ti. 16. ĩ gl. j. in fi. par. 6. licet nullum iustum fundamentum afferat. Sed pro ista sentẽtia facit ille tex. notabilis. in l. 3. de interdict. & relega. & hoc tendẽdũ est, quicquid cauat in l. pe. ff. de curat. furio. & in l. is cui boni. ff. de ver. obl. & in l. 3. titu. j. par. 6. nam hæc procedunt in bonis liberis, & procedunt ab ipso patre curatorem filio dante.

1 *Ignobiles an succedant in maioratu?*

ILLATIO. VII.

SEptimo ex his, quę in principio huius quæstionis dicta sunt, per tex. in d. l. Lucius. §. Titius Damam. ff. de leg. 2. & alia sup. tradita, infert ad propositum nostrum. Paul. de Castro in consi. 335. laudatio, & inuestitura. nu. 2. in fin. lib. j. quod in feudo nobili non succedit, nec succedere potest ignobilis, nec est capax sine domini voluntate expræssa. Ad quod etiam refert tex. in l. fideicommissa. §. si seruo. ff. de leg. 4. & l. apud Iulianum. §. vltim. ff. de leg. j. cum l. sequenti. quã doctrinam citat Tiraquel. in tracta. de nobili. c. 37. nume. 28. ex qua doctrina, illi qui faciunt maximum argumentum de rebus feudalibus ad res maioratus inferre possunt, quod si fœmina, quę non erat excluſa a maioratu, succesſit in eo, quę forsam cum nobilis alicui ignobili & plebeio nupta habeat filium sic erit incapax maioratus propter ignobilitatẽ. Hæc autem doctrina Pauli de Castro, licet in suo casu vera esse possit nequaquam ad successionem maioratus est tradẽda, nisi in maioratu pro conditione adiectum sit, quod non succedant in eo ignobiles, aut illi, qui sunt de genere iudęorum, vel Sarracenorũ iuxta, ea quæ scripsi in j. par. huius operis. q. j. & iterum. q 45. & ista est veritas.

SVMMARIVM.

1 *Filius primogenitus, si conditioti nib. non paret, ad sequentem ius defertur.*

2 *Grauatus onere, arma & nomen portandi, si conditioni. non obsequitur, ad alium vocatum ius defertur, & fit directe & ipso iure translatio.*

3 *Conditionaliter vocatus sub contraria conditione, si non fecerit, vel præstiterit, excluſus censetur.*

4 *Verba ista (hæres meus portet nomen, & arma) important conditionem, & valida est conditio, quod hæres nomen testatoris accipiat.*

5 *Substitutus sub conditione (si aliter nomen, & arma testatoris non portauit, ad purificationem conditionis) an sufficiat, quod vna adsit? & testator in dubio vocare videtur, eum qui proprium nomen habet.*

6 *Grauatus onere, arma & nomen ferendi, an satisfaciat portando nomẽ & arma mixta, & cum aliis coniuncta?*

7 *Primogenitus minor, si conditionibus non paruit, an habeat restitutionẽ? & an recuperet fructus si restitutus sit? & an absentib. & ignorantibus currat tempus in hac specie?*

8 *Primogenitus an moram purgare possit si conditionibus non paruerit.*

9 *Testator, si non adiiciat tempus ad conditiones exequendas intra quod tẽpus sint exequendæ?*

10 *Successor in maioratu, tenetur parere omnibus conditionibus copulatiue adiectis.*

11 *Primus successor & omnes in infinitum, tenentur conditionibus paret, & in donatione in qua continentur plures gradus substitutionum, tot dicuntur donationes, quot personæ in substitutionibus contentæ.*

12 *Conditio apposita in persona unius, quando censetur in alia repetita, & pęna in una parte testamenti, an censeatur in alia repetita? & grauamen positum vlterioribus non censetur datum primis.*

13 *Conditiones an exequi sufficiat satisfaciendo menti illius, qui eã iniungit.*

14 *Successores in maioratu, nihil possunt innouare in conditionib. per testatorem iniunctis, nec alias nouas ponendo, nec antiquas remittendo.*

15 *Conditiones appositæ in aliqua clausula maioratus an censeantur in aliis repetitæ.*

16 *Verba importantia modum vel conditionem.*

17 *Dispositio omnis in dubio censetur pura.*

18 *Verba modalia habẽt vim cõditionis, quando hoc ex mente testatoris constat.*

19 *Gradu perempto, an conditio extinguatur præcipue deferendi nomen.*

20 *Primogenitus si non pareat cõditionibus ex causis postea emergentib. qd agendum?*

21 *Conditiones quę per relationem apponuntur in aliqua clausula maioratus seruari debent.*

22 *Filius eius qui conditionibus non paruit est admittendus ad maiorarum.*

23 *Successores in maioratibus debent perseuerare in exequutione conditionum.*

24 *Primogenitus non admittitur ad maioratum in casu pragm. anni. 1534. & vbi alias constet de voluntate testatoris.*

ILLATIO. VIII.

OCtauo infertur, quod si ille, qui vult succedere in maioratu nõ exequitur, nec obedit conditionibus per conditorẽ maiorię iniunctis, quę licitę fuerint licet sit filius primogenitus, excluditur a maioratu, & in filium sequentem transf-

Source : BIU Cujas

transfertur, aut in alium vocatum. l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo. l. 7. tit. 4. parti. v. vt probatur multis legibus tituli. ff. de conditio. & demon. facit. l. j. C. de institu. & substit. Nam & ille, qui non seruat conditiones, & iustum præceptũ testatoris, priuatur emolumento sub conditione relicto. l. si quis sepulchrum. §. prætor ait. ver. nisi aliquid ff. de religio. & sumpti. funerum. l. vlt. Auth. hoc amplis. C. de fideicommis. notatur per glos. & Docto. in l. pen. C. de legat. Barth. Soc. in consi. 174. versi. non est mirabile. lib. 2. plenius per Parisien. ĩ 26. nu. 11. cum sequentibus. lib. 4. Ex quo dixit ad propositũ idem Parisien. in consi. 16. ad resolutionem. nume. 127. li. 2.

2 Quòd si testator instituit filium suum primogenitum, sub ea tamen lege, quod teneretur arma deferre, & nomen, eo recusante tali conditioni & mandato obtemperare, substituerit filium secundum, & mortuo testatore filius primogenitus contemnat parere conditioni iniunctæ, priuatur primogenitura, & non ipse, sed alius substitutus est primogenitus nuncupandus: cum non tantum is primogenitus appelletur, qui maior ætate est, & primo natus, sed ille qui à iure primo vocatus est, secundum Bald. in l. eam quam. numero 44. C. de fideicomm. & dixi latius in 3. illatio. supra eodem. & inbdit Parisius quod statim quòd primogenitus declarauerit nolle prædictæ conditioni obsequi, fit directo, & ipso iure translatio successionis in secundò genitum: quia vbicunque successio transfertur in secundum, antequam realis acquisitio in persona prioris fuerit radicata, translatio fit ipso iure & directo, nulloq; alio facto requisito. vt notat Corne. in l. j. num. 1. ver. nec obstat. C. de his, quæ pœnæ nomi.

3 Et pro hac conclusione facit, quia vbicunque quis conditionaliter vocatur, si quid fecerit, vel præstiterit sub contraria condiitione, si non fecerit, vel non præstiterit excluſus censetur, & è conuerso. l. si post mortem. §. vlti. ff. de legatis. i. l. si legatum pure. ff. de admi. lega. l. si aliquando. ff. de condi. & demonst. notat Bart. in l. 2. §. vlti. ff. de donationib. Ias. in l. qui filiabus. in prin. num. 25. ff. de leg. j. & in l. j. §. item acquirimus. ff. de acqui. poss. & facit quod scribit Guido Papæ in decisio.

4 251. vbi dicit, quòd isla verba (hæres meus portet nomen & arma) important conditionem per l. hæc verba. §. si quis hæreditarium seruum. ff. de cond. & demonst. notat Guillel. Benedi. in c. Raynutius. iu verbo, Raynutius. de clera. num. 44. de testam. Chassan. in cathalo. gloriæ mundi. 46. conclusio. in versi. quadragesima sexta conclusio. Et inquit Ripa in l. fœminę. num. 44. C. de secund. nup. ꝙ si vxor instituat maritum hæredem ea lege, vt assumat nomen & arma patris sui & familiæ, non tenebitur malitus hæreditatem conseruare filijs, quia non ex mera liberalitate fuit institutus. l. hoc iure §. vltim. ff. de donat. & pro hoc etiam facit, quia testator põt hæredem priuare, & bona alii adiudicare in pœnam, si voluntatem testatoris non adimpleuerit. l. vxorem. §. hæres. ff. de le. iii. l. pater familias. ff. de hæredib. institu. cum concordãti. vt per Alex. in consi. 52, viso testamento. & consi. 57. lib. j. quorum iurium fundamento. & per tex. in l. facta. §. si in dãda. in ver. si vero nominis ferendi. ff. ad Trebel. tenet in terminis Deci. quem prædicti non referuut, in consilio 273. num. 2. versi. sed tamen. validam esse illam conditionem, ꝙ hæres cognomen testatoris accipiat, & admittitur ad hæreditatẽ vocatns in defectum illius, qui conditione prædictæ nõ paruit quem postquam hoc scripsi relatum reperi à Tiraquel. in legibib. connubia. glo. j. par. 6. nume. 27. vbi inter alia refert egregium casum in l. cum filius. §. pater. ff. de legat. ii. ibi, Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei. Et ibi alia plura ad nostrum propositum scribit, quæ lector (si expedierit) legat dominum Antonium de Padilla in rub. C. de fideicommi. num. v. ver. quarta ratio. vbi tradit, istam cõditionem esse honestam. vbi addit, quòd si quis ea conditione maioratum instituat, vt possessor ferat ipsius nomen & arma, & vt in tumulo fundaroris sepeliatur, ꝙ ista omnia ad vnguem sunt obseruanda. & adduco etiã bonum tex. in l. libertis. ibi, ne de domo exeat. ff. de condi. & demonstr. & delens arma alterius, dicitur turbare illius possessionem, vt per Rebuf. tom. 3. de mater. posse. & quis potest alteri prohibere, ne portet arma vel diuisa domus suæ secũdum Bart. in tracta. de insign. & armis. nume. 5. & Bald. in l. 2. C. quæ res vendi non poss. Alexa. & Ias. nume. 2. in l. si vn⁹. C. de testam. Tiraq. in tracta. de nobilita. c. 6. nume. 17. & delinquentibus in eorundem ignominiam, statuæ imagines, & arma sunt detrahenda. l. eorum. ff. de pœnis. Notat Rom. in singula. 476. & 666. incip. an rebellium. Ias. in §. pœnales. numero xv. Institu. de actio. Cępol. in tract. de seruitu. cap. 7. numero x. Episcop. Couarr. lib. 2. resolu. c. num. 4. interest. etenim defunctorum, vt eorum imagines etiam ĩ sepulchris videantur, vt ex Horat. in epod. od. 8. & alijs pluribus ostendit Tiraq. tract. de nobilita. c. 20. numero 150. & literę sculptæ in marmore, qualiter capella fuit ædificata & dotata, probant ius patronatus, secundum Bal. consilio 310. an ius patronatus. lib. v. Deci. in consi. 135. numero confirmat Ripa ĩ c. cum ecclesia. numero 97. de cau. poss. & proprie. & facit quod habetur. i. Regum. c. 24. in fi. ibi, iura mihi in domino ne deleas semẽ meum post me, nec auferas nomẽ meũ

5 de domo patris mei. Quibus est addenda doctrina Barth Soci. in consilio 259. ante numerum. 1. lib. 2. vbi tradit, ꝙ si aliqua est substituta sub conditione alternatiua (si Luci⁹ Titi⁹, vel eius liberi noluerint assummere cognomen, & arma testatoris) ad veritatem alternatiuæ, & purificationem dictæ conditionis sufficit, ꝙ alterum verificetur, scilicet, ꝙ Lucius Titius non assumpserit cognomen & arma, vel eius liberi, per l. si hæredi plures. ff. de conditio. institu. & in l. si is qui du centa. §. inter. & ibi Bar. ff. de reb. dub. & ibi adducit alia in hac materia. Et ex his obiter inferre libet. quòd si sit contentio duos prætendentes se esse vocatos ad aliquem maioratum, si partium iura sint obscura, sententia debet ferri proillo, qui habet nomen, vel cognomen testatoris, vel propriæ generationis, quem testatorem verisimile est magis dilexisse, si de hoc fuisste interrogatus propter nominis similitudinem, & affectionem parentelæ. & pro hac consideratione faciunt quę scribo in j. par. tracta. quæstio. li. numero xv. cum aliis. & infra quæst. vi. numero lviiii. & lx. Item infertur, a ver. similitudine alienam esse quandam sententiam Peral. in l. vnum ex familia. §. sed & si fundum. nu. xv. ff. de legat. ii. vbi inquit, ꝙ si pater plurium filiorum commisit alicui exequutori facultatẽ meliorãdi vnum ex filijs, quẽ nomi nare vel meliorare voluisset, & meliorauit vnũ: ꝙ potest illum grauare quod in vno quatterio clypei portet arma, & insignia eligentis. id enim non est verisimile testatorem cõmisisse, nec dare alteri gloriam propriam arma, & insignia, maximè si sit nobilis. Quod verissimum credo, & pluribus testimoniis probari poterat. Et est sciendum in hac illatione, ꝙ eo ipso quod quis acceptat successionem maioratus, videtur acceptare omnes conditiones & grauamina à conditore maioratus iniuncta. l. si in duo. in fi. ff. de acqui. hære. Ex quo notant Bal. Paul. & Aret. ibi, ꝙ acceptãs aliquid ab homine, siue à lege sibi delatum, videtur acceptare cum suis oneribus. ad idem est. tex. in l. 2. §. vlti. ff. de suis & legit. hær. vbi si hæreditas alicui delata, quæ sit per fideicommissum alteri relictu, & euoluatur ex edicto successorio ĩ sequentem in gradu propter defectum primi, ille sequens p additionem hæreditatis ab eo factam, videtur agnouisse onus fideicommissi iniunctum hęredi primo loco scriptum. Est igitur tenendum, dictam conditionem, arma & nomen deferendi iustam esse. quod tamen esse vanitatem vanitatũ tradit doctissimus & religiosus vir Episcopus Simancas, lib. de institu. catho. c. 9. numero 135. cõtra quem facit d. authoritas. 1. Regum. c. 24. & circa hæc legẽda sunt etiam, quæ nouiter scribit Burgos de Paz in proœmio legum Tauri. num.

6 24. cum aliis. Est etiam inquirendum in ista materia, quid si testator grauauit descendentes onere, arma, nomen, & cognomen deferendi, si arma nomen & cognomen solũ non deferant, ac nomen & cognomen & arma cum aliis cõiungant, an nihilominus censeantur cõditioni paruisse? In quo vr, ꝙ cõditioni & grauamini pareatur nisi à testatore aliud ordinatũ sit: quia in fauorabilib. subsimplicib. continetur casus mixtus. l. si ita scriptum. in prin. ff. de liber. & posthu. l. Clemens. in prin. ff. de hęredi. instituend. tradunt communiter Doctor. in l. 2. ff. de verborum obliga. & Ias. in §. omniũ. numeeo 28. Inst. de actio. Alexand. in consilio 140. nume. 4. lib. v. & consilio 82. numero 17. lib. 3. & quando agitur de ꝙ seruatione testamenti, sub simplicibus cõtinetur mixtum. l. si ita facta. ff. de iniuſ. rup. quem ad hoc commendat Ias. in l. si mater. numero 9. C. de institit. & substit. & in mixtis sequimur naturam eius quod fauorabilius est & benignius. Alberic. post. glo. in l. ii. §. 1. ad l. Aquil. Quod æquius videtur, licet plura faciant in contrarium. Primo ad hoc facit, quia simplicia mixtis valde sunt contraria & diuersa. l. imperiũ, vers. mixtum. ff. de iurict. omnium iudicum. notat Bal. in consil. 335. quædam mulier. numero 6. lib. i. Et mixta ex simplicib. contrarium, aut diuersam naturam habentibus, videtur cõstituere tertiam ac separatam speciem. l. si statu libera. §. vlti. ff. de sta. liber. l. i. in princ. ff. de vent. inspic. cum concordant. vt per Tiraquel. in lib. de legib. connubial. glo. v in verbo, cõtracter. numero 69. Secundò, verba testamenti sunt intelligenda simpliciter, & non secundum quid. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. vnde testator grauando successores onere, arma & nomen portandi, grauare videtur ꝙ ea sola portent, & non secundvm quid, & cum aliis mixta. Tert. ò, testator apponẽdo illud onus & grauamen, affectare videtur ꝙ successores propria arma & nomen portent, vt magis representent suã gloriam & pompam, quæ non ita representari & significari potest, vbi confusione & immixtione confunduntur. nam

confu-

Source : BIU Cujas

confuſio eſt, vbi duæ materiæ vel eiuſdem generis, vel diuerſi coniunguntur. l. adeo. § voluntas. verſi. ſed ſine voluntate. ff. de acquiren. rerum domi. cum qua concord l. 34. titulo 28. par. 3 & per immixtionem res mutant propriam naturam primordialem, l. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de vulgar. l. ſi auia. C. de donatio. l. 19. titu. 2. par. 3. faciunt quæ ſcribo in 4. part. tractat. quæſtio. decimanona. numero duodecimo. Quarto, vbi concurrunt duæ cauſæ, vna quæ nocet, altera quæ prodeſt: attenditur potius cauſa, quæ nocet, quam quæ prodeſt. l. ſi quis graui. §. vltim. ff. ad Sillan. l. 3. §. vltim. ff. de legat. præſt. l. antepenultim. §. 1. ff. manda. notat Bartol. in l. ſtipulatio. §. ſi quis autem. ff. de no. oper. vbi Iaſ. & idem Iaſ. poſt Bart. & alios in l. 3. ff. de condic. ob turp. cauſ. & in l. 1. §. veteres. num. 7. ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. ſi arrogator, num. 47. ff. de adoptio. Dec. in conſil. 23. num. 4. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 30. gloſſ. 1. numer. 29. licet contra hoc faciat notabi. conſil. Anchar. 37. num. 5. vbi vult, quod in mixtura potius conſideratur fauor, quam odium, ſi iſta duo concurrant. Quinto, vbi concurrit fauor teſtamenti, attenditur cauſa, quæ prodeſt. d. l. ſi mater. vt igitur contrariorum eadem ſit diſciplina, vbi teſtatoris intereſt, vt pro conſeruatione propriæ voluntatis attendatur, cauſa nociua magis cõſideranda & attendenda eſt, quam quæ prodeſt, vt rectius exequatur teſtatoris voluntas. Sexto, vbi eſt multitudo, ibi eſt confuſio. c. religionum diuerſitates. de religio. domib lib. 6. cum concord. vt per Alberic. in l. ſi quis in hoc genus. num. 6. fol. 24. C. de epiſcop. & cleric. Septimo facit doctrina Ioann. de Plat. in l. Stigmata. num. 2. C. de fabrice. lib. 11. vbi vult, quod tabellio fidelis & mercator bonę fidei prohibere poſſunt, ne alius faciat eorum ſignum, ſeu marcam. & idem in optimo gladiorum artifice, gladios propter artis peritiam & ſui operis bonitatem vendentem: quia eius intereſt, ne alius minus peritus artifex tale ſignum afferat, ne confuſio operum inducatur. ad quod conducit. l. 19. titu. 14. lib. 7. ordin. nou. & l. 18. tit. 21. par. 2. ibi, *de eſta guiſa ſi non ellos*. & l. 5. titu. 5. part. 2. ibi, *en manera de ygualarſe al roy*. & l. 23. d. titu. 21. ibi, *ni otro ninguno*. & l. 12. 13. cum ſequentibus. titu. 23. ead. par. facit text. in l. 1. C. de naui. non excu. lib. 11. l. minime. C. de epiſcop. audi. l. qui cum ff. ad l. Iuliam pecula. Authen. de mandat. princi. §. titulos, de quo plura ſcribit Tiraquel. in tracta. de nobilit. cap. 14. num. 1. & ſequen. & notat Gul. Bened. in capit. Rayn. in princ. num. 57. de teſta. vbi dicit, quod intereſt reipublicæ cognoſcere nationes, ne claræ & honeſtæ familiæ pereant, & confundantur commixtione quadam, & ſuppoſitione infectorum per l. primam. §. penult. ff. de ventre inſpicien. & ibi alia plura tradit ad iſtud præſens propoſitum ſingularia. Octauo adduco. l. 5. C. de veſt. & olo. & ibi Bartol. & alii, vbi non debent lanæ, vel panni tingi aliquo colore ſimili colori muricis. Nono, inquit eleganter Ripa reſpon. 131. num. 17. licitum non eſſe diuerſa arma deferri, ſcilicet, domus de Claramonte, & Caſtro nouo, & eſſe turpe deferere arma patris & familiæ, cuius quis eſt hæres & truncus, & accipere arma aliena. Decimo, veriſimile eſt, quod ſi de iſto caſu teſtator interrogaretur, minime permitteret, quod arma propria cum aliis commiſcerentur, & confunderentur: quia ex commixtione facile eſt, quod nomen ſuum obumbratur, maxime temporibus ſuperuenientibus, & hoc ratio & experientia apertiſſime docent, & ſucceſſores non poſſunt recte duobus dominis ſeruire. & Regnum in ſe diuiſum deſolabitur. Vndecimo, conditiones adiectæ a teſtatore, non poſſunt pro parte impleri. l. cui fundus. & l. pen. ff. de condit. & demonſtr. Et iſta opinio tanquam menti, & propoſito teſtatoris magis conueniens, in dubio eſt amplectenda. l. Titius. §. 1. ff. de lib. & poſthum. l. quoties. ff. de reg. iur. ad quam etiam facit reſolutio Alexan. conſi. 125. num. 10. lib. 7. & iſta ſententia maxime procederet, vbicunque ſucceſſor grauatus onere arma, & nomen ferendi, alia portat tãquam principaliora, & ea de quibus grauatus fuit veluti acceſſoria: quia tunc videtur magis excedere a voluntate grauantis, qa alia arma magis æſtimat, & in eis glorificatur. l. quæritur. ff. ſta. homi. vbi Bar. cum qua concor. l. 10. titu. 1. par. 6. l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. l. ſeruis vrbanis. §. 1. ff. de leg 3. vbi Bartol. tradit regulam, quod ſi magiſter exerceat duas artes, denominatur ab illa arte, in qua ſe principaliter exercet. notat Soci. Iuni. in conſi. 38. num. 11. lib. 1. facit l. ſi quis nec cauſam. vbi late Doctor. ff. ſi certum petat. & arma principalia trahunt ad ſe alia tanquam acceſſoria. & ideo veluti de acceſſoriis eſt iudicandum l. cum principalis. ff. de regul. iur. reg. acceſſorium. de regu. iur. in 6 cum concord. & arma magis precioſa trahunt ad ſe minus pretioſa, quæ ſequuntur naturam rei magis æſtimatæ. l. id quod. §. vlt. ff. de acquiren. rerum domin. cum qua concor. l. 35. titu. 28. par. 3. notat Fab. in §. ſi autem. Inſtit. de rerum diui. & mixtum ſequitur naturam ſimplicis dignioris. cap. quanto. vbi Abb. not. 2. & Deci. num. 2. de iudi. vbi Deci. adducit regulam, quod acceſſorium ſequitur naturam principalis etiam ſi dignius ſit. l. etſi non ſint. §. peruenimus. in fi. l. cum aurum. §. vltimo. ff. de auro & argen. leg. Et ideo licet cauſa, quæ nocet, ſit inſpicienda, vbi concurrit cum cauſa quæ prodeſt (vtſupra dictum fuit) fallit, ſi cauſa quæ prodeſt ſit potentior ita, vt aliam offuſcet. l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iu. fiſ. notat Bart. in d. l. ſi quis graui. §. vlt. Aretin. in l. ſi ſeruus plurium. §. vlti. ff. de legat. 1. Ale. in conſi. 100. num. 8. lib. 3. Iaſ. conſi. 74. lib. 3. ad quod plures refert Tiraq. quem ſilere pudet me. is (inquam) in tracta. de vtroque retract. §. 30. gloſſ. 1. num. 29. & facit ad hæc bonus tex. in l. ſed ſi ex meis. §. arbor. ff. de acquir. rer. domin. §. ſi Titius. Inſtit. de rerum diuiſio. l. 43. titu. 28. part. 3. ibi, *que las principales rayzes*. & arma regis quis portare poteſt, tanquam acceſſoria, non etiam vt principalia, ſecundum Bart. in tracta. de inſigni. & arm. num. 2. Chaſſa. in catalogo gloriæ mund. ad fi. Et in omni materia conſideratio habenda eſt ad illud, quod principaliter non acceſſorie, vel ſecundario agitur. l. 1. ff. de auth. tutor. l. ſi ſponſus. §. donationis, & §. generaliter. ff. de donat. inter virum, & vxor. cum concordant. vt per Tiraquel. in tracta. de ceſſa. cau. limit. 22. num. 23. & conducũt alia plura, quæ ſcribit idem Tiraq. in tracta. res inter alios ac. & eſt regula generalis, quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum, vt probatur in d. l. quæritur. & in l. cum in diuerſis. ff. de relig. & ſumpt. fun. & d. l. Imperium, vbi Iaſ. nume. 3. poſt Alexand. octo ſimilia in propoſito adducit. de quo etiã per Lamberti. in tracta. iuriſpatro. lib 3. numer. 5. vbi de hoc plene agit. & quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt. l. quæ religioſis. ff. de rei vend. quem in ſimili propoſito ponderat Rebuffus in praxi. beneficia. titu. de vicariis. nume. 16. & inquit Bald. l. 2. in pri. in notab. 1. C. commu. de leg. quod in vnitis magis dignum trahit ad ſe minus dignum. quod recte reſoluit Ripa reſpon 92. num. 7. Et dicit glo. in l. 1. in prin. ff. de verborum obligat. quod genus a digniore ſui patre, nomen ſumit. Et notatur per eundem Iaſ. vbi Pariſius in addit. ad Bart. in l. 1. in prin. ff. de acquir. poſſeſſ. vbi tradunt, quod denominatio fit a potentiori. & id, quod potentius eſt, trahit ad ſe naturam minus potentis, cum ſimul permiſcentur. c. duo ex tribus. vbi Dominic. notat. 3. de offic. delega. in 6. notat. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloſſ. 7. num. 82. & plura ſingularia propter mixturam permiſſa, tradit Lamberti. de iu. pat. lib. 1. quæſt. 6. num. 4. cum aliis. & in hoc ſunt alia pleraque ſimilia, quæ omitto. & ſucceſſor videtur committere fraudem, qui acceſſorie portãdo nomen & arma, vult commodum ex teſtamento conſequi, & quaſi cum quadam imagine & falſo colore vtilitatem bonorum maioratus percipere, & gloriam & honorem alteri nomini, & armis dare. qđ permittendum non eſt. l. eos. ff. de falſ. ibi, illicitis inſigniis, vel falſo diplomate vias commeauerit. l. 2. tit. 7. part. 7. & plura ſingularia de ſignis tradit Auenda. 2. par. de exequen. mãdat. c. 21. num. 1. & pertinent etiam ſcripta per eundem par. 1. c. 1. num. 11. verſi. & quia menſurarum. & inquit text. in c. diſplicet. verſic. & oues. 23. quæſtio. 4. ibi, & vos oues Chriſti eſtis, & characterem Domini portatis. l. 21. titu. 21. par. 2. ibi, *e la otra*. & eſt ad propoſitum notab. doctri. Bal. in l. vlti. in fi. verbis. C. pro ſuo. quod licet arma nobilium ſint omnibus liberis & deſcendentibus communia, tamen remanẽt apud principalem domus, & in eo tanquam in capite ſtat ſplẽdor genituræ per. d. l. cum in diuerſis. & l cum ſcimus. C. de agri. & cenſit. lib. xi. quam doctrinam celebrat Tiraq. in tracta. de primoge. in præfat. num. 138. & multum vrgent, quæ fere in terminis noſtris ſcribunt Anchar. in conſi. 113. iura quæ loquuntur. Ioan. de Ana. in conſ. 86. pro expeditione. vbi Bologni. in addit. quæ duo conſilia vitioſe refert Roch. de Cur. in tracta. de iur. patron. in verbo, in eccleſia. nu. 14. & prædicta duo conſilia lector ad hoc omnino legat, & Lamber. de iure patro. lib. 3. 4. art. 5. q. prin. nu. 6. tandem facit quod ſcribit Ripa in tracta. de peſte. in parte de remediis ad conſer. vbertatem. nume. 145. & bona. l. i. titu. 15. partita. i. ex qua confirmatur doctrina Bal. in d. l. vl. de qua agit Roch. de Cur. in tracta. iuriſ. patrona. in verbo, honorificum. nume. 99. & ex iſtis obiter infero, verum eſſe quod ſcribit Reb. in tract. de deci. quæſtio. x. numero 36. vbi vult, quod curia, ſupprema mixta ex clericis & laycis, non poteſt cognoſcere de cauſis decimalibus.

7 ¶ Notandum etiam eſt in iſta materia, quod ſi primogenitus grauatus aliquibus parere conditionibus, eas non exequatur, ſi ſit minor habet reſtitutionem aduerſus non implementum conditionum ſeu vinculorum ſicut in cæteris rebus: nam minor reſtitutionem habet aduerſus conditionem poteſtatiuam non impletam. l. 3. §. & ſi hæres inſtitut⁹. l. ſi ſine. in prin. ff. de mino. & bo. l. 5. titu. 19. parti. 6. & ad iſtã ſententiam eſt gloſſ. expreſſa in l. pupillorum. C. de repu. hære. in verbo, rei amiſſæ, quæ tractans de intellectu tex. ibi, cuius

Source : BIU Cujas

ius ſunt verba, pupillorum ſeu minorum defenſores ſi per eos donationum conditio neglecta eſt, rei amiſſæ periculũ præſtent.dicit præd.glo.q̃ in caſu illius tex.minori competit reſtitutio ad rem aduocandam, uel datur actio contra tutorem,& datur optio & electio ad agendum.notat Bald.in d.pupillorum. Antoni. in conſi. lxvii.diligenter & mature. verſiculo venio ad quartum. Carol. Ruin.in conſilio 199.viſo ſtatuto.lib.i.& conſi.33.quæſtio iſta.libro tertio.numero viii.quibus adde Roma. in ſingu.93.vbi dicit hoſpitale eſſe reſtituendum aduerſus defuncti voluntatem non impletam, & vide Bernard. Diaz de Lug.in cxix.in tertia ſimilitudine Aymo. Craue.in conſilio 240. numero 33. ad quod etiam facit, quia per verba generalia non tollitur ſpeciale beneficium.l.decurionibus.C.de ſilent.lib.xi.nota Bar. Socin.in conſ.299.quæſtio.iſta.numero 8.lib.3. de quo vide quæ ſcribo in quæſtib.1. in 1. par.tractatus.numero 25.& sẽper minor reſtituitur,niſi contrarium in iure reperiatur,ſm Bal.in c.j.§.i. quo tempo.miles.& Lauren.Calcan.qui ex aliquibus confirmat in conſi. 74. numero 47. Et concludunt plura,quæ refert Tiraq lib.1. de retract.§.35. glo. 2.nume.9. Et hoc videtur tenendum,licet Aymo Crauetta in conſilio 193.numero 1.cum aliis, late teneat,minorem non eſſe reſtituendum aduerſus alienationem,quam facit contra prohibitionem teſtatoris, qui in caſu alienationis ſtatuerat, q̃ bona ad vxorem deueuirent.quod conſilium notandum eſt ad eos,qui alienant bona maioratus,qui grauati ſunt ne alienent ſub pœna, quòd ad ſequentem in gradu deferatur. Sed dubitatur, an hic minor vocatus ad maioratum petita & obtenta reſtitutione recuperare poſſit fructus quos ſecundus vocatus percepit eo tempore,quo maioratum poſſedit propter eius in obedientiam? & breuiter videtur, q̃ fructus habere non debeat : cum propria culpa cecidit a poſſeſſione bonorum maioratus,& alter interim bonafide poſſederit bona,& tanquam verus dominus, & ideo ad eorum reſtitutionem non tenetur.l.bonæ fidei.ff. de acquiren.rerum domin:& ſi quis a non domino.Inſti.de rer.diuiſio.cum vulga.licet a l.verſetur regula.l.;quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de minor.de qua plenius ago in 4. par.tracta.nu.35.cum ſequẽtibus,& Tiraq.d.loco nu.1.cum aliis.reſolui poteſt, an tempus conditionum exequendarum currat minoribus, & ex glo.3.& 4.ſequentibus intelliges etiã,an abſentibus vel ignorantibus obſit non exequi conditiones iniuctas per conditores maioratum intra tempus ab eiſdem præſcriptum.& in d.glo.4.numero 13.poſt Bald.in l. quæſtio.ix.C.de inſtitutio.& ſubſti.tractat, an tempus implendę cõditionis currat ignorantibus?

8 ET EST etiam aduertendum in iſta materia,q̃ in tantum ſucceſſor in maioratu tenetur obſeruare & adimplere conditiones a teſtatore adiectas,q̃ ſi in tempore debito conditionibus, non obediatur, non poteſt moram purgare. l. Thais ancilla.§.intra.ff.de fideicommi. liber.per quam legẽ tenet Paul.de Caſtr.in l.ſuus quoque.§.ſed & ſi filio.num. 8 ff.de hæredi.inſtitu.q̃ ſi filius non impleuit conditionem infra tempus præfixum a teſtatore, non poteſt moram purgare infra paucos dies ad hoc, ut ſubſtitutum excludat:ſecundum Paul.de Caſtro, ad actionem conſequendam vel aliud ius de nouo,non admittitur purgatio moræ:ſecus ad cõſeruandum iam acquiſitam.& idem latius tradit Iaſ. poſt Bar. in l.ſi ita quis.§.Seia canit.num. 26.ff.de verbo. obligatio.& notatur per eundem Iaſo. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abſte. numero x.eodem tit.& d.§.intra.tractat etiam idem Iaſ.in l. lecta.numero xviii.ff.ſi cert. pet.Et iſta opinio etiam confirmatnr ex ſcriptis per Decium in conſil. 452.numero.8. cum ſequenti.cui addo Alexand. in conſi. 9. numero v.lib.7.ubi Pariſien.alios concor.refert.& adducit etiam Alexan.bonũ tex.in l.ſi intra. ff. de ſtatu lib. & facit tex. in l.vltj.§.ſed quia. C.de iure delibe.& in cap. j. in prin quo tempore miles. vbi ſi vaſallus infra annum & menſem poſt mortem domini non petit inueſtituram,amittit feudum.& donatarium, qui aliquid ex pacto exequi tenebatur, non poſſe moram purgare,voluit Bal.in conſilio 250. ſit tibi. lib.3. & quod poteſt terminum a teſtatore præfixum mora purgari non poſſit, probatur in l.ſtatu liberum. §.Stichum.ff.de leg.ii.vbi Peral. numero.1.cum alils. poſt omnes ſcribentes de hoc agit.& ĩquit Ripa in l.i.numero 111.C.de reuocan.donatio. q̃ ſi donatarius non præſtit alimenta promiſſa donatori, non põt moram purgare per doctrinam Bal. ad noſtrum propoſitũ notabilem in ca. 1.numero 3.quo tempo.mil.Poſt breuiſſimum tamen tempus poteſt mora purgari, ſecundum gloſsĩ l.Emilius.in verbo,reſtitui.ff.de minori. quam refert Bal. in cap.uni.in prin.de noua forma fidelita. de quo latius p eundem Peral.in l.cum quidam.numero x. ff. de lega. ii.ubi numero x.tractat, an requiratur interpellatio in iſtis & aliis ſimilibus rebus? Cui & ſuperioribus addo Gregor.Lopez in l.8.titu.14.par.v.in glo.*maguer.* Aymo Publi.in commẽtariis ſuper conſuetu.Yber.titu.12.arti.51.numero 26.Egidiũ Boſſ. in tit.de prin.& priuilegiis eius nume. 59. Capy.deciſio.265. numero 5.& 6.

SED quæritur circa iſta, pone q̃ ille qui fecit maioratum, non ſtatuit tempus ſucceſſori ad conditiones implendas, quæ ſucceſſor intra aliquod tempus eiſdem parere teneatur? In quo dico, q̃ licet in legatis conditio poteſtatiua ſit exequenda per legatarium, quam primum poterit.l. hęc conditio, ſi in Capitolium. ff.de conditio.& demonſtratio. in ſucceſſionibus maioratus hoc ſeruandum non eſt: quia in eiſdem a communiter accidentibus. agitur de magno p̃iudicio, & eſt idem ſeruandum quod in ſucceſſione hæreditatis, in qua hæres non excluditur niſi mortuus ſit antea q̃ conditiones exequutus fuerit,vel lapſum fuerit tempus a iudice præfixum ad conditionem exequendam.ſecundum gl. in l.ſi quis inſtituatur hæres in diẽ .in verbo,præfinit.ff.de hę redi.inſtituen.iũcta.l.ſuus quoque.§. ſed & ſi filius quoque. ſed, & ſi filius. & ibi notat Barto. ff. eodem. titu. & tenet Cinus in l.j.quæſtio.j.C.de inſtitu. & ſubſtitu.& alii quos refert Alexand.in conſ. 46.numero 1.lib. 7.vbi dicit,iſtam eſſe communem opinionem. Et ad hoc inquit prædictam gloſſam eſſe ſingularem.Et ex dicto conſi.colliges,quemadmodum vocatus ad maioratum petere poſſit, q̃ poſſeſſori maioratus iudex aſſignet tempus ad exequendas conditiones, quas grauatus eſt ad exequutionem deducere.Et in iſta quæſtione ante omnia einſpicinda ſunt vincula & grauamina a teſtatore adiecta:quia ex eiuſdẽ erecte apparebit,quo tempore exequi ea ſucceſſores teneantur.

10 NISTA etiam materia ſcire expedit, q̃ ſi plures cõditiones copulatiuæ ſunt iniũctæ ſucceſſori maioratus,omnibus parere tenetur.d.l.ſi plures.§.ſi plures.Inſtitu.de hæredi. inſtituen.l.13.titu.4.par.6. & notat Roma.conſi.131.prima dubitatio.de quo per Dec. in conſi. 89.faciunt notata in le. generaliter.C.de inſtitu.& ſubſtitu. & per Alexan. vbi Pariſ. in conſilio 88.numero 1.libro 8.& facit.d.conſilium Socin. 259.& etiam in materia pœnali omnibus conditionibus ẽ parendum ſecundum Bar. in l.quid ergo.§.pœna grauior.in prin.ff.de his,qui notant.infam.notat Deci. in conſilio 417. numero 1. eſt ad iſta etiam bona lex. 24. titu. 11.par.v.vbi Grego.Lopez.Et non ſolum primus ſucceſſor in bonis maioratus tenetur conditionibus oĩbus parere, ſed omnes ſucceſſores in infinitum,ſi ſunt conditiones,quæ habent tractũ ſucceſſiuum,vt puta,nomen,& arma deferendi, & aliæ conſimiles, quod paſſim cauetur in ſcripturis maioratuum. & iure probatur.ex tex.in l.legato. ff.de adimen.lega.vbi,legatum ſub conditione datum dum transfertur ſub eadem cõditione,transferri videtur:quia ſubſtitutio eſt ſecunda inſtitutio.quod tenent & declarant Anch.in conſ.266.iſte magiſter Ger.Et Rom.in conſi.131.prima dubitatio.Dec.in d.cõſil.417.Quibus adde notabilem conſilium Barth. Socin. 52. num.i.cum aliis,li.i.quem lector omnino legat.& Greg.Lopez.in d.l.12.in verbo.*tales conditiones*. Pariſius in conſi.19.nume.2.li.ii.& in conſi.15.num.vi.lib.iii. & in conſi.14.numer. xx.lib.2.& in donatione,in qua cõtinẽtur plures gradus ſubſtitutionum,tot dicuntur donationes,quot perſonæ contentæ in ſubſtitutionibus,ſecundum Andr.de Yſern.in c i. §.prẽterea ducatus,de prohibita feu.alienatio.per Federi.& Ripa. lib.3.reſponſorum.c.ii.Sicut ergo primus ſucceſſor in bonis maioratus tenetur omnibus conditionibus parere.ita vlteriores deſcendentes cum in effectu omnes ſunt donatarii, & habeant ius a primo inſtitutore, & in conſequentiam conditiones exequi tenentur lege prima lege quories. C.de donatio.quæ ſub mod.l.legum,C.de donatio l.7.ti.4. part.v. & tradit Ioan.Lopi.in l.27.Tauri.num. 14.Ad quod aduertendum eſt quia plerique ſucceſſores in maioratibus autiqs credunt,ſe eſſe exemptos ab implemento grauaminum, & cõditionum per teſtatorem adiectarum.Et ad hoc facit tex. in d.l.ii.§.vltim. ff. de ſuis & legiti.hæredit.relata ſupra.num. 4.Et hoc eſt tenendum in iſta materia, licet regula ſit,quod quando copula(&)ponitur inter perſonas, quibus ſubſtitutio fit,ſiue ibi ſit diuerſitas rerum,ſiue veritas, ſiue in eadem ratione,ſiue in diuerſa,conditio appoſſita in perſona vnius non cenſetur repetita in perſona alterius, ſecundum Barto. in conſi.3.num.4.per l.Seio,ff.de leg.ii.Et idem probatur in l.Iulius Paulus.ff.de conditio.& demonſtratio.vbi hoc tenet Bar.& idem poſt Dinum in l.mulieri, & Titio.in prin.ff.eodem titu.vbi per illum tex.faciunt differentiam,an conditio inſeratur poſt nominationem vtriuſque cenſeatur appoſita conditio,vt in d.l.mulieri.an vero inſeratur conditio poſt nominationem alterius?& tunc ſecus per d.§.Seio.Notat latius Alex.qui hoc plenius fundat in conſi.158.nume.2. cum aliis.lib.6.Quod etiam facit ad ea,quæ notantur in quæſtio. 6.infra eodem.num.67.& licet alia etiam regula iurisdictet

quod

Source : BIU Cujas

quòd pœna in vna parte testamenti, vel in vno capitulo adiecta, in alio repetita non censetur, secundum Bart. in l. testamento. in j. ff. de condi. & demonstra. Bal. in l. cum pater. §. pater certam. ff. de leg. ii. & alios, vt per Decium in l. factũ §. in pœnalibus. numero v. ff. de regul. iur. grauamen autem & onus appositum vocatis ad maioratum secundo aut tertio, aut vlterioribus locis, non censetur datum primo loco vocatis, nisi id expressum sit, vt constat ex text. & doctrina Bal. ibi in l. quoties, .la. 2. C. de fideicomm. vbi Bal. rationem assignat.

ATTENDENDVM etiam est in ista illatione, ꝙ sufficit parere his conditionibus, conformando se cum voluntatibus testatorum. nec est necesse quòd in indiuiduo exequantur. l. vlti. C. de donatio. qu æsub mo. egregia. l. v. titu. 4. parte v. ibi, *Ca en este caso, e en todos los otros semiantes en qualquier manera que se cumpla la volutad del que la puso, vale el donadio sobre que fuera puesto.* notat Alexan. in consilio 137. lib. 2. Iaso in l. cũ seruus. ff. de verborum obl. & dicit Socin. iunior. in consilio 106. numero 23. lib. j. quod etiam in conditione voluntaria sufficit aliquando implemẽtum per æquipolens. & substitutio sub ea facta, potest trahi ad alium casum, quando ita appareret de voluntate testatoris. Ponderat ad hoc doctrinam Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. numero 3. & hoc tenet Socin. ibi notab. vlti. & notat idem Soci. iunior in consilio 181. numero 30. libro secundo. & ibi effectus tantum consideratur, sufficit aliquid impleri per æquipollens, vt tradunt Bar. & alij. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de liber. & posthu. Socin. iunior in consilio 72. numero 8. libro secundo. Et ꝑ ista materia maioratuũ est tex. insignis in l. legatum. ff. vsufru. lega. vbi memoria defuncti conseruandæ gratia. & ibi, memoria testatoris alio & licito genere celebretur. per quem vult ibi Bar. & in l. vlti. ff. de cond. institu. quòd quãdo

14 stator adiecit conditionem impossibilem, putãs esse possibilem ob aliquem finem licitum, debet adimpleri ille honestus finis eo, modo quo possibile est. & notat Iaso in l. seruo manumisso. numero 1. ff. de cond. indeb. cui addo Bar. in tracta. minoric. numero 4. & in consilio 109. Deinde scire expedit in ista materia, ꝙ successores in maioratu, non possunt aliquid innouare circa conditiones adiectas per primum in stitutorem, nec circa grauamina, nec remittere conditiones ab eo institutas. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub mo. ibi, perfecta douatio conditiones postea non capit: quare si pater tuus quasdam post aliquantulum temporis feciss conditiones videatur, officere hoc nepotibus eius fratris tui filiis minimè posse, nondubium est. Et est notabile consilium Pau. de Castro, quod in aliis locis refero. 165. libro secundo. & aliud. 159. omnis difficultas. libro primo. numero 4. & 5. vbi tradit, quòd consensus substitutorũ remittentium, conditiones à testatore adiectas non nocet eorum filiis, qui tertio loco vocabuntur. Et ad hoc faciunt plura, quæ scribo in prima parte huius operis, quæstio 26. vbi late trado, non esse licitum patri, post maioratum, aut donationem, vel meliorationem filio factam, nouas iniungere conditiones, vel primas mutare, aut transformare filio ad id consensum non præstante. Sed nec principibus id permissum est, quicquid dicat Ioan. Lopez in rub. de donat. inter vir. & vxo. vbi tenet, principem posse modificare donationem à se factam per. c. quanto. de cẽsibus. Ex quibus apparet, quòd nec ab ipso donante nouæ conditiones adiici possunt. Si igitur hoc denegatur donanti, & illi, qui liberalitatem facit. maiori ratione successoribus non est permittendum, & eadem ratione non potest conditiones remittere. l. eum qui. alias incipit Iabolenus. ff. de annui. leg. l. fideicõmissi. §. cum Polidius. ff. de vsur. per quæ iura ita tenet Pau. de Castro in consilio 256. omnes difficultates dubiorum. lib. j. numero 4. & 5. facit egregia doctrina Bal. in l. j. C. de lega. & tex. in c. j. in prin. ibi, nulla ordinatione defuncti manente, vel valen. titu. de successio. feudi. notatur per Deci. in consilio 389. visa longa serie. & conducunt scripta per Parisien. in consilio 2. numero 3. lib. j. late de hoc tractat. & possumus applicare. l. id quod nostrum. ff. de regu. iu. l. 3. de interd. & relega. in ratione illarum.

15 Animadrueto etiam in hac materia, ꝙ conditiones appositæ in aliqua clausula maioratus censentur repetitæ in aliis clausulis maioratus. l. j. §. pro secundo. C. de cad. tol. l. cũ sine. §. cũ ab eo. ff. quan. dies. leg. ced. quod tñ ego intelligo ꝓcedere, nisi clausula habeat specificam, & propriam determinationẽ: nã regula est elegans, & quæ valdè est amplectẽda in interpretatione clausularum maioratuũ, ꝙ si in principio adest clausula, quę habet propriam & specialem determinationem, & postea sit alia clausula, quæ habet ẽt suam propriam & specialem determinationẽ: tunc clausula in fine appositã non habet relationẽ ad primam clausulã, nec prima ad vltimã, nec vna declarat, vel ampliat aliã. vt egregiè dicit Bal. in l. j. C. de legi. hñdib. Car. & Imo ꝓ illũ tex. ĩ c. cum dilecti. de donatio. cum cõcordantib. quæ referunt Iaso in l. transigere. nu. 18. C. de transa. & in l. cohæredi §. qui discretas. nu. 8. ff. de vulg. & ĩ l. talis scriptura. ff. de lc. j. & in l. doli clausula. nu. 4. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 47. ff. de verb. obl. & in consi. 51. nu. 2. in consi. 97. lib. j. & in cõsi. 173. lib. 2. & in consi. 170. lib. 4. Deci. in cons. xj. nu. xv. & pro hoc facit doctrina Bar. in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fun. instru. vbi dicit, ꝙ qñ copula (Et) ponitur inter duo legata vni relicta, qualitas adiecta in primo legato si sit in eadem oratione, intelligitur repetita in secũdo legato, secus si sit in diuersa oratione: quia non intelligitur repetita per d. l. Seiæ. §. Caio. & l. vlti. §. cui dulcia. ff. de triti. vino, & oleo leg. Explicat Alex. in consi. 66. nu. 6. lib. 3. Iaso consi. vlti. li. 4. & Euerar. in loco. 50. à natura copulæ. quæ theorica ad multa prodesse potest. de qua vide etiam notabile consilium Barth. Soci. 49. nu. 5. lib. j. Et est ampla mã, & maiori examinatione digna. qa circa istã materiam varia. DD. in iure tradunt. Item est notandum, ꝙ conditio apposita in testamento, censetur in codicillis repetita. l. Caio. in prin. ff. de alimen. legat. notat Ang. in cons. 293. qñ in vltimis voluntatibus. pro quo est tex. notabilis ĩ l. cum tacitum. ff. de proba. notatur per Pau. de Cast. in l. cũ seruus. nu. 1. ff. de condi. institu. & latius per eundem in l. quę conditio. ff. de condi. & demo. in l. si cui. §. j. nu. 2. fol. 26. ff. de leg. j. & Deci. in consi. 190. circa primum dubium. nu. 5. & 6. & eleganter per Soc. in l. quæ condit. Et faciunt. scripta per Tiraquel. lib. 1. de retracta. 1. glo. 14. num. 26. quæ notabilis ad eos, qui facto maioratu in testamento, aliqua addunt in codicillis. Et de hoc puncto, qñ conditio in una oratione adiecta, videatur in alia repetita, vide elegantem distinctionem Pau. de Cast. in consi. 410. viso, & dubiis. lib. i. & consi. 275. super primo quæsito. nu. 8. eo. lib. Ex cuius scripturis potest resolui ista materia. Et ex traditis per Pau. Parisium in consi. 23. nu. 13. lib. 1. vbi tradit, qualiter qualitas & cõditio vni legato adiecta, sub vna oratione contenta, intelligatur repetita alteri legato, in eadem oratione comprehenso. Et plura tradit Carol. Rui. consi. 33. nu. 3. lib. 2. & consi. 93 nu. 4. & 13. eo. lib. & consi. 112. nu. 2. & lib. 5.

16 Per qualia aũt verba censeatur adiecta conditio, vel modus, quia etiam est necessarium scire pro intellectu huius materiæ, & ad instruendum qñ id, quod testator insit ĩmaioratu sit modus vel conditio, vide glo. & Doctor. prec puè Bar. & Soc. in l. i. ff. de condi. & dem. l. j. & 2. tit. 4. parti. 4. l. 21. tit. 9. parti. 6, quæ est notabilis in hac materia, & meliorom. & l. libertis. §. hęc scriptura. ff. de manu. test. glo. in l. 1. C. de his, quę sub modo. Iaso in l. si ita quis. §. Seia cauit. num. 2. ff. de verb. obliga. Et de his verbis, quę sępissimè in cõtractibus, & in testamentis apponũtur. quia testator dicit, lego tibi cẽtum ea conditione, vt aliqd facias. sint ne modalia, vl conditionalia? vide Alex. in consi. 102. vissis, & ponderatis. lib. 1. & in consi. 119. viso processu. eodem libro Iasso. in cõsil. 162. lib. 2. Ioan. Faber in §. huic autem in proximè. de legat. Bartho. Socin. in consi. 21. lib. 3. nu. 20. & 22. Peral. in l. Titia cum testamento. §. si ea conditione. nu. 11. ff. de lega. 2. & quæ refert Grego. Lopez in d. l. 21. quibus adde Bart. in l. quibus. §. Termilius. nu. v. ff. de condi. & demonstr. vbi exprẽsse dicit, ꝙ dicta verba sunt verba modalia, & non conditionalia. notat Iaso in d. consi. 162. vbi elegan ter dicit, ꝙ dicta verba sunt modalia, qñ postea sequitur dictio (vt) quæ modalis & ita intelligit tex. in l. Mæuia. ff. de man. test. & in l. ea conditione. C. da rescind. vendi. & in l. quoniam. C. de rerum permutatio. & idem tenet Deci. in l. debitori. nu. 12. C. de pactis, qui alios citat. secus secundum Iaso. si ponatur post prædicta verba dictio (si.) refert Bal. hęc expræssè tenentem in l. cũ res. per illum text. C. de donatio. Notat singulariter Aymo Craue. in cõsi. 59. nu. 1. vbi per doctrinã Bar. in d. §. Termili⁹. & aliorum quos refert tradit, ꝙ de natura conditionis est, ꝙ impleatur, sed purificetur ante exequutionem act⁹: se qñ aliquid venit implendum post exequutionem ipsius actus, dr̃ modus & non conditio, & non est considerandus effectus, non verba testatoris. Et addo Oldra. in consi. 108. Titi⁹ veniens. nu. 2. vbi dicit, ꝙ licet testator conditionem aliquã vocauerit, non tamen est conditio in casu de quo loquit̃ Et circa hoc vide plura, quæ refert Tiraq. lib. 2. de retrac. §. 2. non nu. 76: Sed quod ista verba, (ea conditione) sint conditionalia, & non modialia, probatur in l. si ea conditione C. de cond. insertis, & vr̃ facere pro distinctione Iasonis. Ad quod est ẽt expræssa doctr. Bal in l. vni. ad fi. prin. C. de cadu. tol. vbi tenet, ꝙ qñ testator diceret lego tali sub ista conditiõe (si Titius hæres erit) vel (si adiuerit) ex quo dicit sub ista conditione dr̃ tunc constare de animo testaroris, ꝙ voluit esse conditionale, & sic impedire trãsmissionem. per text. ĩ l. in conditionib. §. i. ver. nisi forte. ff. de condi. & dem. quẽ sequitur Pau. de Cast. & Iasõ l. 3. n. 33. & 34. ff. de leg. i. contra Bar. in d. §. Termilius § certè cum verba sint inuẽta, vt dicentis

intentionem

Source : BIU Cujas

intentionem exprimant.l.Labeo. ff.de supel. legat.& cõmunis vsus loquendi doceat, quod quando quis facit mentionem expressam conditionis, minime de modo sentit, maxime illi, qui non sciunt differentias inter verba modalia, & ꝙ ditionalia, verior mihi videtur sententia Bald. & in practica magis seruanda. Et est animaduertendum in ista materia, quod quando modus, seu eius implementum concernit merum fauorem hæredis, aut grauati, non priuatur hæreditate si modum non impleuerit.l.Titio centum.in princip.ff.de ꝙ dictio.& demonstratio.l.secunda §.vlt.ff.de dona.notat Ale. in consil.127.lib.septimo.Deci.in consilio 452. columna.2. Crauetta.in dicto, consilio.numero secundo. cum aliis. Carolus.Ruin.in consilio.43.nume.x.libro secundo, & est etiã sciendum, speciale esse in Rege, quod si donatarius Regis ñ seruat modos in donatione appositos, amittit donationem siue modus sit causa finalis donationis, siue non, licet in donationibus priuatis aliud sit.vt tradunt in d.l.prima. C.de donatio.quæ sub modo.ad quam conclusionem põderat Gregor.Lopez.l.secunda titu.13.part.secunda in gloss.in verbo.

17 *O no les guardaßen* Et est notandum, quod omnis dispositio in dubio dicitur dura, si in ea non inseratur dies, vel conditio, nec præsumitur inseri.d.l.i.ff.de condict.& demonstra.l.libertis liberabusque.in fi.ff.de adimen.lega.l.eum qui Calendis. §.quoties.ff.de verborum.obligatio.notant Ias.in l.cum mota.num.20.vbi Decius numero 6. C.de transactio. & Parisi. par.i.§.37.glo.2.nume.8.vbi in numeris antecedentibus, & sequentibus tradit etiam plenam theoricã de dictione(itẽ) quando sit repetitiua conditionum præcedentium.cui adde Iaso.in §.æque si agat.num.45.Insti.de actio.& hanc theoricam Parisiens. retuli etiam in 6. quæstione infra eodem. in versic.hinc etiam fit.& donatio præsumitur pura,& non cõditionalis, secundum Oldrad.in consi.114. factum tale est, q̃ dam mulier.Abba.in consil.55.in quæstione, quæ vertitur. versicu.Sed his non obstantibus.libro primo. & alios quos refert Tiraquel.in l.si vnquam.in verbo, libertis.numero 19. C.de reuocand.donatio. & ex superioribus locis quãdo erit opportunum, plura scire poteris pro decisione variarum litium. Et quomodo conditio accipiatur pro pacto vel lege, percipere licet ex eodem Tiraquel.lib. secundo de retract.§. 2.glo.vni.num.76.

18 ET est animaduertendum, quod quando aliquid est exp̃ssum in dispositione testamentaria, vel alterius generis p verba importantia de sui natura modum,& conditionem, apparet tamẽ tacite, vel expresse testatorem voluisse, quod primo impleatur illud, quod erat expressum per verba de sui natura importantia modum, quod impleri debet, vt consequatur emolumentum, talia verba mutant naturam,& nõ faciunt modum, sed conditionem.l.Thais ancilla.§.Stichus. ff.de fideicommiss.liber.d.l.in conditionibus.§.primo l. quæsitum.§.primo,ff.de condic.& demonstra.& tenet Bartol.in d.§.Termilius. & fundat latius Alexandr.in dicto consilio. 119.ex qua resolutione inferri potest ad clausulas maiorat⁹, quæ habent verba modalia, quia si ex verbis præcedentibus & sequentibus,& ex mente testatorum colligi possit, voluisse testantem conditionibus grauare successores, quamuis ex iuris rigore verba modalia appareant, seruanda erit volũtas testantis. Ad quod lectores videant insigne consi. Aymo.59. numero 6.vbi tradit, an grauatus interpellari debeat, vt mo-

19 dum impleat? Et an gradu ex dispositione legis perempto, ꝙ citiones illi cohærentes extinguantur, vide.l.peculium. §.primo ff.de legat.secundo vbi Barto.& eundem Barto.in auth. ex causa.C.de liberis prẽterit. Alciat. in l.si is, qui cohæredi. numero 9.ff.de vulga. Decius.consil.273.vbi resoluit, an gradu perempto, duret conditio defendi nomen.

20 EST etiam summe notandum in ista materia,& illatione.& pro perfectiori intellectu eorum, quæ hic tractantur, quod si primogenitus non paret conditionibus per testatorem adiectis, arma propria testatoris, vel nomen deferendi, vel alijs consimilibus grauaminibus, ex causis forsan vrgentibus,& quæ de nouo superuenerunt,& quę si in vita illius, qui maioratum & grauamina fecit cotigissent illas remitteret, neque seruare compelleret, non cadit in pœnas a testatore præscriptas & iunctas contra successores in maioratu, conditionibus non obedientes. hoc probatur ex.l. Caio. §.i. ff.de adim.leg. vbi Barto. ibi enim legatarius grauatus fuit cũ quoppiam morari, tamen si honeste & commode, non potuit viuere cum eo, quem testator iussit, non amittit legatũ. quod dictum ad aliud propositum retuli, & confirmaui in prima parte huius operis quæstio 57. numero tertio. facit.l. Lucius.§.Titius.ff.de libe.& posth.l.quoniam desideria.C.de natura.libe.l.vl ff.qui satisd.cogan.l. si hominem. ff. manda. l.cum seruus.versi.nam & si viuus.ff.de condi. & demõ. ibi, quod ipse viuus facturus sit, ab hæredibus suis fieri iussisse in telligitur, quam legem ad alium finem refero in principio. huius secundæ partis. numero 38. Quæ omnes leges sunt notabiles pro ista mea opinione, & omnes dispositiones intelliguntur,& procedunt, rebus sic stantibus. l. quod Seruius.ff. de condictio.ob caus.l.si cum Cornelius.ff.de solutioni. Qd etiam procedit in dispositionibus iuratis, vt patet ex c.quem admodum.de iureiuran. & ex causis de nouo superuenientibus, recedere licet a qualibet dispositione etiam testamentaria.l.vtilitatem.ff.de confirma.tuto.l.frattes.§. vlti.ff.de administ.tutor. Et est regula, quam notanter exemplificat Anchar.in consilio 83. quam etiam ad alium finem refero in dicta quæstione 57.& in quarta parte, huius operis. quæstio. prima, limita.prima numero 13.vbi plura ad propositum videre est facile.& ista consideratio notãda est ad successores in maioratibus, qui quamuis velint exequi grauamina, & ꝙ ditiones per conditores maioratuum iniunctas, adimplere non possunt propter aliqua obstacula, quæ plerunque ex tẽporum varietate apud mortales contingunt, quæ conditor maioratus cum nulla prudentia, & pleniſſima ordinatione præuidere potuit, nam plura sunt negotia, quam vocabula. l.naturaliter.ff.de præscriptio.verb. vnde maioratum amittere non debent, nec incurrunt in pœnas. quæ consideratio arbitrio iudicum & aduocatorum in pluribus negotiis practicari potest, ante oculos semper sicut speculum habendo testatorum suppremas voluntates, ne ab illis retrocedatur in quantum possibile fuerit. nec oportet passim & sine delectu istam considerationem practicare, nec est curandum, nec iudices curare debent de voluntatibus successorum in maioratu, quæ vitiis, & fundamentalibus rationibus. & legum auctoritatibus non conformantur nec enim de momentariis voluntatibus, & quæ non sunt fundata in recto iudicio est curandum, vt consuluit Imperator in l. filia in orbitate. C.de inofficioso, testamen. Præterea pro ista consideratione, quam iudico habendam esse tam in conditionibus, & grauaminibns a testatore adiectis, quam in vocationibus & successionibus maioratuum, ego magnifacio text.in l.tertia C.de inofficio.testamẽ. vbi dicitur, si mater filiis duobus hæredibus institutis, tertio post testamentum suscepto commutare idem testamentum potuisset, sed hoc facere neglexerit, merito vt pote, non iustis rationibus neglectus, de inofficioso querelam agere poterat, sed cum eam in puerperio vita decessisse proponas, repentini casus iniquitas, per coniecturam maternæ pietatis emendanda est. Ponderanda igitur sunt verba vl.illius legis, q̃ ad varia negotia sunt conducibilia.

21 Noto etiam in ista materia, quod si aliquis faciat maioratũ, & in tenore illius dicit, se velle, quod successores in tali maioratu seruare teneantur conditiones, quæ apparebunt in alia scriptura, ad quam testator se retulit, quę tamen scriptura, & conditiones non apparent (quod plerũque contingit, non ex hoc confectio maioratus est conditionalis, sed puri⁹ iudicare debet. ad quod est tex. expressus in l.si testamentum in versicu. vicos reipublicę. C. de institu. & substi.

22 ITEM pro perfectiori intellectu istius illationis, non sine iusta ratione dubitari potest de quæstione, quę iam de facto in hac regali Cancellaria contigit. faciens maioratum posuit aliquas conditiones, quas a successoribus seruari præcepit, sub pœna, quod si successores in maioratu eas non seruarent, bona maioratus deferentur ad sequentem in gradu, successor in maioratu non seruauit aliquas cõditiones, qua ratione, & quia voluntati testatoris non obtemperauit, bona maioratus amisit, iuxta testatoris præceptum, iste qui renuit conditionibus parere habet filios, & alios consanguineos, qui vocati sunt in defectum successionis illius, cui sic mel ius maioratus fuit delatum, vel ea ratione quod conditionibus adiectis non paruerit. Quęritur, an in isto casu præferatur filius illius, qui noluit conditionibus parere, aut præferantur consanguinei, In quo articulo, licet pro parte consanguineorum multa adduci possent ad iustificandam eorum partem, præcipue doctrinã Io.An. in c. ad apostolicam. de re iu. in 6. quem sequitur Bald. in l.j.ff.de senato. vbi dñt, ꝙ excluſi descendentes ex illa, quamuis sint masculi. quod latius tracto in q.6.inf.eo.& illud quod cum sublata sit media persona, sequens non potest admitti. vt ꝓbat̃ in l. meminimus. C. de legi. hęr. l. diuo Marc. C. de qõnib. Ad ꝙ ẽt facit illa regula gñlis, ꝙ qñ vna ꝑsona, de cuius successione tractat̃ ꝓhibet̃ succedere, ꝓhibẽt ẽt descẽdentes ex ea. l. j. ff. si qs aliquẽ test., ꝓhib. vbi notat̃. l. mulieri, & Titio. ff. de cõd. & dem. vbi ẽt tradit̃. & poterat ista opinio ꝑsuaderi ex plurib. q̃ scribit ad istud ꝓpositũ Tira. in tra. de primog. q. 12. nu. 5. cũ seq. quẽ lector gr̃a disputationis legere poterit. Verior mihi vr̃ opinio, ꝙ ī isto casu cõpetit ius successionis ī maioratu filio illi⁹, q̃ noluit ꝙditiones seruare. cũ ver̃ iste sit ꝓximior pr̃i, &

Source : BIU Cujas

Tract. Maioratuum Melch. Palaez

sequens in gradu illi, qui conditionibus non paruit. Et ad hoc facit doctrina Andr. de Ysern. in capitu. j. in versicu. si vero. de alienation. feud. paterni. vbi dicit, quod si ex dispositio concessionis feudo patet priuetur, quod agnatis est deferendum, hoc non procedit, vbi talis alienans habet filios, quia agnatis prę ferūtur. cuius auctoritate, & aliis rationibus motus, tenet in terminis Tello in l. xxvii. Taurina, numero x. Quod filii illius, qui contra conditionem a testatore in iunctam de non alienando bona maioratus, alienauit præferuntur facta alienatione, aliis consanguineis vocatis Et pro hac sententia inducit text. in l. iii. ff. de interdict. & relegat. & pondero text in l. cum ita. § in fideicommisso. ff. de legat. ii ibi, qui ex nomine defuncti fuerūt eo tempore, quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sūt. Et conducunt plura, quæ ego scribo in iiii. parte, huius operis, quæstio. 23. & cum semel bona peruenerint in lineam illius, qu alienauit, ab ea exire non debent, donec illa linea fuerit finita, propter alienationem, quæ filiis præiudicare in nihilo potest. ad quod etiam facit. l. 40. Taurina, in ratione sui, quæ vult, lineam semper esse continuādam, & successionem de patre in filios, & in alios vlteriores. & ista sententia fulcitur ex aliquibus, quæ scribo in 4. parte huius operis. quæstione. 19. numero 25. & 26. & doctrina Bald. in consilio 89. dominus Thomas. numero 10. libro primo vbi inquit, ꝙ renuntiatio patris, non nocet filio, in his quæ filius consequitur ex propria persona, per dicta. l. 3. ff. de interdictis. & pro ista sententia est etiam bonum consilium Bal. in consi. 337. in primis videndum. numero 28. libro primo. & secundo. & in consilio 315. numero secundo. libro secundo. Et text. in l. iurisconsultus. ff. de gradibus, & in §. primo Instituta eodem titulo. ibi, pater & filius sunt in primo gradu inter se limitatur. tamen ista conclusio nisi grauamen sit talis naturæ, ꝙ filius habet maculam procedentem a matre vel alias, quia pater contra præceptum testatoris matrimonium contraxit cum aliqua muliere descendente a Iudæis vel Sarracenis, nam in isto casu filius tanquam maculatus admittendus non est, venit enim ex radice infecta. quæ conclusio iustificatur ex his, quæ scribo in prima parte, operis quæstione 51.

23 SCIENDVM etiam est, quod si faciens maioratum grauauit successores onere nomen, & arma portandi, aut alia similia onera adiecerit, nō satisfacit successor, si semel arma & nomen testatoris accipiat, & postea deponat, sed debet p seuerare, quia ista præcepta & onera habent causam successiuam, & perseuerantiam in futurum, & ideo perseueratio est necessaria, & aliter testatoris voluntas non seruaretur. ad quod facit. l. cum inter Castellanum. cum ibi notatis. ff. de arbitris. & quod notat Barto. in l. sicut. §. si superuacuum. ff. quibus modis. pignus vel hypotheca. soluitur. Iacob. de Aretio. & Bald. in l. si Titio. in principio. ff. de condictio. demonstra. & probat latius Barthol. Socin. in consilio. 174. numero 6. libro secundo ex cuius lectura, in numero 12. colliges etiam, an ad hoc vt possessor bonorum maioratus incidat in pœnam a testatore iniunctam, si non portauit ꝓpria arma, vel nomen, aut aliud quicquam fecerit, requiratur quod interpelletur per proximum successorem? Et quid diffinendum sit, vbi quis portare vult arma duarum generationum tanquam principalia, decidi potest ex. l. generaliter. ff. de fideinst. & traditis per Bonifacium in Clem. 2. de præbendis. & aliis relatis per Rebuffum. in tract. de nominatio. quæstio. 15. numero 15.

24 ADDO etiam, quod conditiones voluntariæ adiectæ per testatorem in maioratu sunt implendę in forma specifica secundum Barto. & communem in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis, & posthumis. quam sequuntur communiter Doctor. secundum Barth. Soc. in consi. nu. 5. lib. 3. de quo vide, quæ scribo supra nu. 13.

25 NONO infertur. quod in casu pragmaticę datæ Madritii anno. 1534. vbicunque duo maioratus coniunguntur p matrimonium, non succedit filius maior in duobus maioratibus, sed in vno tantum, licet aliud a testatoribus dispositum sit. ad quam. l. rationem assigno, in principio. huius secundę partis. numero 62. & de illa pragmatica, in aliis locis tracto est etiam incapax filius maior vbicunque testatores aliud ordinant (prout faciunt multi conditores maioratuum) quod non solum procedit vbicunque testator id apertissime ordinauit, sed etiam si tacite ex cōiecturata mente defuncti colligatur, quando defunctus arbitratus est primogenitum nō esse ita habilem portare nomen & arma testatoris, sicut secundogenitus. indecens enim est primogenito hęredi dimittere nomen & arma suæ familię, vt tenet Ripa in rubric. de secundis nuptiis. numero 12. qui refert Alberic. in proœm. Digestorum. §. discipuli.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum inducitur per qualiacunque verba.*
2 *Fideicommissum fit per coniecturas.*
3 *Geminata uerba, inducunt fideicommissum, & alia plura verba, quæ in hoc numero videbis.*
4 *Prohibitio alienationis, inducit fideicommissum.*
5 *Ablatiui absoluti inducunt fideicommissum.*
6 *(Masculos) verbum sæpe repetitum, inducit fideicommissum.*
7 *Testator, si præcepit bona in agnatione remanere, an fiat fideicommissum.*
8 *Substitutiones directæ, an faciant fideicommissum.*
9 *Fideicommissum præsumitur ex qualitate rei relictæ.*
10 *Maioratum faciens si præcipiat quod in illo succedatur sicut in antiquo, hoc sufficit.*
11 *Noua inuestitura, si de illa non appareat facta, præsumitur secundum antiquam.*
12 *Ecclesia habens feudum, si aliter non conueniatur, transit in ecclesiam.*
13 *Fideicommißum prorogatum, an censeatur idem fideicommissum.*
14 *Contractus renouatus, videtur factus secundum formam prioris cōtractus.*
15 *Grauaminis causas sufficit generaliter referre, referendose ad acta.*
16 *Aditio facta ad maioratum antiquum, debet intelligi sub eisdem vinculis, & conditionibus.*
17 *Relatio fit in dubio ad successionem, & non ad immediatum verbum.*
18 *Liberi positi in conditione, an censeantur substituti.*
19 *Fideicommißarius substitutus alicui (si deceßerit sine liberis) non tenetur probare substitutum decessisse sine liberis.*
20 *Fideicommissaria substitutio, non præsumitur, vt si quis substituat proximiores de parentela, intelligitur semel tantum. & an hoc procedat in bonis maioratus.*
21 *Maioratus præsumitur ex qualitate rei relictæ.*
22 *Verba enunciatiua inducunt fideicommissum.*
Qualiter inducatur tacite maioratus & fideicommissum.

QVAESTIO V.

QVinto principaliter quæro, per qualia verba inducatur tacite maioratus & fideicommissum? Quia etiam scire hoc est necessarium pro intellectu nostrę materię. & dico quod regulariter fideicommissum censetur inductum per qualiacunque verba. l. etiam hoc modo. l. eo modo. ff. de leg. i. notat. Bar. in l. talis scriptura. ff. de don. Bartho. Socin. in cō silio. 251. quoniam in præsenti consultatione. libro secundo facit text. in l. fideicommissa. §. hęc verba. ff. de legatis tertio. Et conducunt, quę latius scribit idem Socin. in consil. 227. præsens consultatio pulchra est libro secundo numero primo cum sequentibus. Ludouicum Gozadin. in consil. 102. numero secundo & in consilio, 101. numero primo & in consilio. xxx. numero 7. vbi tradit, quod fideicommissum inducitur etiam per coniecturas. & hoc tenendum est, quicqd scripserit Roderic. Suarez allegatio. secundo vbi ex Bald. in l. cum virum. C. de fideicommissis. tradit, quod fideicommissum non inducitur per coniecturas, nisi in casibus a iure expressis. Quod dictum est contra mētem, & verba omniū,
3 qui in hac re loqnuntur. Et per verba geminata fit fideicommissum, vt tradit idem Gozadinus in consilio 48. numero quinto & in dicto consil. 102. numero 6. De quibus etiam notatur per Ioannem Fabrum in §. verba autem. Instit. de singula. rebus. per fideicommi. relictis. & Socin. in rubric. ff. de legat. primo numero secundo & dicit resolutiue Guido Papæ, in decisio. Delphina. quę incipit, ex verbis sequentibus in ordine. 469. Quod ex verbis sequentibus inducitur fideicommissum. scilicet) prohibeo ne alienes, aut iubeo, in mea familia permanere, vel peto quod fundus de familia non exeat. & peto a te ne velis accipere in cohęredem Titium in fundo Iuliano. Et in persona masculorum excludēdo filias, prout tradit idem Guido in decisio. 148. in illa quęstione. & & alia pleraque similia, quę in practica sunt necessaria, tradit in dicta decisione 469. cui etiam adde Roman. in singu. 154. testator. Et Deci. in consi. 38. numero primo, & in consilio cclxxxij. numero primo cum sequentibus. Et consilio, cccxxxvj. numero quarto. Et in consilio. ccccxxij. numero secundo & ccccxxv. numero sexto. Barthol. Socinus in consilio, 57. numero secundo libro tertio, & in l. qui Romę §. coheredes. numero xj. ff. de verborum obligationi. Decius con.
4 silio. cclxxxvij. nu. v. Et quod per prohibitionē alienationis fideicommissum inducatur, traditur etiam per Gozadi. in d consi. 30. num. 17. & in consi. 52. numero 3. cum aliis. Iaso. in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. primo. numero 13. latissime

per

5 per Antoni. Rube. in consilio primo, & ablatiui absoluti prolati ab illo, qui habet potestatem grauandi, inducunl fideicommissum. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de legatis tertio. ad cuius legis intellectum vide, Alexand. in consil. 199. viso processu, numero quinto, & quartodecimo, libro secundo, & verba etiam narratiua inducũt fideicommissum, l. cum proponebatur, l. vnum ex familia. in princip. ff. de legat. secundo. Et vbicunque nouissimus plurium substitutorum grauatur in tota hæreditate inter institutos, & substitutos, inducitur fideicommissum, vt probat singularis. l. Titia Scio. §. Seia libertis. ff. de lega. secundo, vbi hoc tenet Bar. & communiter Doctor. in l. pe. C. de imp. & aliis. Et ad hoc dicit illum tex. singularem Bartholo. Socinus qui hoc recte tractat in consil. 249. numero sexto. libro. 4. Et de intellectu, & vera resolutione tex. in d. §. Seia libertis. latissime agit Rip. in l. hæredes mei. §. cum ita. numero 14. cum alijs. ff. ad Trebellian. vbi post Bartholom. Socin. in consil. 14. lib. 3. tradit. Quod ad hoc, vt ex coniecturis inducatur fideicommissum oportet, quod sint coniecturæ necessariæ, aut multum probabiles, per l. Lucius. §. tres hæredes veri respondi, non proponi rogatum. ff. ad Trebellian. & alia de qua ma-
6 teria late etiam agit Episcop. Couarru. in capitulo Raynutius. §. 8. de testamen. Et verbum (masculos) sæpe repetitum, inducit fideicommissum, vt tradit Bartholo. Socin. in consil. 63. colum. 8. numero 14. & 15. lib. 3. & an valeat con-
7 sequentia? Testator voluit bona conseruare in agnatione, ergo inducitur fideicommissum. vide Alexand. in d. l. qui Romæ. §. cohæredes. Deci. in consil. 422. Et quæ refert Anton. Rube. in consi. 120. viso. numero 9. & an hoc procedat in substitutionibus directis, vide text. in l. vel singulis. & in l. pater. ff. de vulgari. Et qualiter hoc intelligatur, vide Modern. Parisien. in consil. secundo, pro Duce de Villa Her-
8 mosa, numero vigesimosecundo, cum sequentibus, ex quibus apparet, quod hoc non procedit in his substitutionib. & probatur in l. iubemus. C. de testamentis. & tenent Cinus & Bald. in l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. & Roman. & Paul. quos refert Bartholom. Socin. in consil. 140. considerato testamento Marci. numero primo, lib. primo.
9 Et ex qualitate rei relictæ, præsumitur testatorem voluisse rem in agnatione permanere, & præsumitur tacitum fideicommissum secundum Bald. in l. voluntas. C. de fideicommiss. la. i. numero 8. quod dictum etiam retuli in prima par. huius operis, quæstio. 54. in versiculo, & huius officinæ. Et est etiam notandum, quod ad hoc, vt tacitum fideicommissum reciprocum inducatur ex aliqua substitutione facta descendentibus, duo copulatiue requiruntur, quod substitutio fiat vltimo descendenti, & quod fiat per signum vniuersale (videlicet) in tota hæreditate, secundum Dinũ. Bart. in l. vel singulis. ff. de vulgari. Din. & Barto. in l. Titia Scio. §. libertis. ff. de legat. secundo, & alios, quos refert Iaſ. in consil. 143. numero secundo, libro secundo. Et hæc sufficiant quantum ad hoc, quia est longa materia. De vno ta-
10 men antea quam hinc abeam, lectores moneo animaduertant, quod si possessor maioratus faciat alium maioratum disponẽdo, quod succedatur in hoc maioratu nouo quem facit, sicut succeditur in maioratu antiquo, quamuis nullas ponat conditiones, nec aliud exponat: hic secundus maioratus regulari debet in omnibus, tam in vocatione, quam in successione, & conditionibus, & substitutionibus, & in aliis quibuslibet contentis in primo maioratu, sicut dispositum fuit in primo maioratu: quia relatum est in referente cum omnibus qualitatibus. l. aſse toto. ff. de hæredi. insti. l. si ita scripsero. ff. de conditionib. & demonstrationib. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudica. cum concordanti. adductis ibi per Iaſ. notat Bart. in l. prima, ff. de receptat. & in l. prima. §. familiæ. ff. familiæ erciscundæ. & in l. si quis seruum. §. vlti. ff. de legatis secundo, in versiculo quid si testator. & in l. sanctio legum. ff. de pœn. de quo late per Tiraquell. in legibus connubialibus, in glo. 7. in verbo, exprez. numero 182. cum pluribus sequentibus. cui adde text. vbi Areti. numero 15. in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verborum obligation. vbi dicit, quod dictiones relatiuæ non solum referunt, sed qualificant. & lex relatiua, æquiparatiua, vel interpretatiua extenditur ad omnem casum, in quo habet locum lex relata æquiparata, vel interpretata. vt probatur in l. nihil. vbi notat
11 Bart. ff. de coniungen. cum emanci. liber. & idem tenent Geminianus, & Philipp. Franc. in capitulo dispendia. de reseri. in sexto, & in capitulo licet canon. & in capitulo auaritiæ. de reseript. in sexto. Iaſ. in l. post dotem, numero quadragesimo. ff. soluto matrimonio, & facit text. in capitulo primo. in fi. de eo qui. fin. fec. agnat. per quem dicit Curti. post Paul. de Castro, quem ipse refert in tract. de feu. par. secunda, quæ-
12 stio. septima. Quod in dubio si non apparet de inuestitura noua, sed de antiqua, præsumitur noua esse facta secundum conditiones inuestituræ antiquæ. cui adde Roman. in consilio primo, vbi dicit, quod feudum semper dicitur paternum, & non nouum, quoties in conditione feudi, quod filio confertur aliud cautum non est. citat text. in capitulo primo, de reseript. & alia iura. & melius facit text. in capitul. recolentes, de statu monachorum, vbi probatur, quod si vnum monasterium incorporatur alteri, assumit naturam illius, cui incorporatur. cum quo concordat bonus text. in l. vigesimaseptima, titulo septimo, parti. prima. vbi late Gregor. Lopez in verbo. *Vinieſſe*. vbi notabiliter loquitur. Ad
13 quod etiam facit doctrina Andr. de Ysernia in capitulo primo, §. & inter. de capitu. Corra. vbi dicit, quod si ecclesia habens feudum alteri vniatur, transit feudum in ecclesiam, cui fit vnio, nisi ex natura vnionis, (puta quia vnitur ecclesiæ mendicantium) vel ex natura concessionis feudi aliud appareat. quod refert, & declarat Prępositibi, numero tertio, vt de hoc scripsi, in tertia par. huius operis. quæstio. vndecima, paulo post principium. Et fideicommissum prorogatum per successorem in alio fideicommisso ad bona emenda, dicitur idem fideicommissum, sicut officium prorogatum dicitur idem officium, secundum Deci. in consil. 497. numero secundo, refert text. in l. sed si manente. in princip. ff. de precar. l. si cum dies. in princip. cum glosi. ff. de arbitr. & Bartol. doctri. in l. quarta, in principio. ff. de damn. infect. cui adde Deci. in capitulo de causis. in principio, numero sexto, de offic. delegat. notat Iaſ. in l. si conuenerit. numero primo, de iurisdictione omnium iudicum, & in l. vlti. numero quadragesimosecundo, vbi Paul. & Alexand. ff. de fer. Hippolit. in singula. 300. quibus adde Bartol. in l. meminisse. numero tertio. ff. de offic. proconſ. & Modernio. Parisien. titulo primo, de materia feuda. §. quadragesimoprimo, nu-
14 mero, trigesimooctauo. Et contractus renouatus, videtur factus secundum formam prioris contractus, si de diuersitate non appareat, Bartol. in l. si mihi, & Titio. ff. de verborum obligatio. Bald. in l. prima, numero trigesimoprimo, C. quando non peten. part. & alij, quos citat Decius in consilio 407. visis & diligenter. numero octauo. Aymo in tract. de antiquit. par. quarta, numero 220. Et quælibet renouatio tacite recipit quicquid prius inerat, vt probatur in d. l. si mihi. & notat Alexand. consilio trigesimo, libro primo, & alij, quos citat Tiraquell. libro primo, de retracta. §. primo,
15 glosi. decima, numero vigesimoseptimo. Et dixit Angel. in l. vbi autem. §. illud. ff. de verborum obligatio. quod licet de iure appellans ab interlocutoria teneatur sigillatim exprimere causas grauaminis, satis est, quod per quandam relationem exprimantur, vt allego pro causa grauaminis exceptionem pacti mihi competentem, prout de ea constat in actis. & idem Angel. in cons. 313. quædam Domina Nanna. & alii, vt per Alexand. & Modernio. Parisien. in consilio 126. libro sexto. Tandem huius opinionis alijs diuersis rationibus reperi postquam hæc scripsi, quod fuit Gregor. Lo-
16 pez, in l. trigesimaseptima, titulo nono, parte sexta, in glosi. quæ incipit, *Con todo lo que*. vbi per illum text. & alia iura dicit, quod si quis addidit maioriæ antiquæ, nihil vltra addens de prohibitionibus, & vinculis: quod debet intelligi sub eisdem vinculis, & conditionibus. ex text. in capitulo cognouimus, duodecima quæstio. secunda, & ex l. tertia. vbi Ioan. de Plat. C. de agrico. & cens. libr. vndecimo. & facit, quia quicquid continetur in termino ad quem fit relatio, continetur in termino referente. & qui explicat, nihil de nouo facit. l. adeo. §. cum quis. ff. de acquiren. rerum dominium, notat Bald. in consilio 338. ea quæ veniunt per modum declarationis, libro secundo. Et confirmatur etiam ista opinio ex pluribus, quæ scribo in prima parte huis operis. quæstio. decima, numero secundo, cum aliis. Et pro hoc faciunt aliqua, quæ infra scribo in materia possessoria. quæstione octaua, quod maxime procederet, vbi additio fieret per viã vnionis: quia vbi vna res vnitur alteri, omnia transeunt ad rem vnitam, vt de ecclesia vnita tradit glosi. in capitulo primo, in verbo, vniendo. ne sede vacan. Notat Ioann. Faber. in §. sed etiam. Institu. de fideicommiss. hæredit. & in §. fuerat, numero vigesimonono. Institu. de actio. & in §. in personam, vbi Iaſ. & numero decimo, eodem titulo, & de alijs. tradit Tiraquell. i. l. connubia. numero trigesimo, & ciuitas vnita alicui ciuitati, debet regi statutis illius ciuitatis, cui vnitur secundum Bartol. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignor. actio. Rebuf. in praxi beneficia. numero quinquagesimoseptimo, & ad hoc alia similia adducit Iaſ. in l. si eadem.
17 numero secundo, cum aliis. ff. de assessorib. ad quod etiam faciunt, quæ scribo in tertia par. huius operis, quæstio. vndecima, numero secundo. Et his est iungendus text. in l. vlti. §. Titia. & ibi Bartol. ff. de legatis tertio, vbi probatur,

Source : BIU Cujas

quod in dubio relatio fieri non debet ad immediatum verbum, seu ad qualitatem, seu accessionem, sed ad principa. principalem dispositionem. notat idem Bart. in l. centurio ff. de vulg. quæstio. iij. Paul. de Castro in consi. 283. visis, & pō deratis. numero 4. lib. i. Iaso. in l. si quis filium. nume. x. C. de inoffic. testa. in consue. Pari. tit. i. de materia feu. §. 13. nume. 8. Est etiam summe notādum, quod si testator addat aliqua bona ad maioratum antiquum, & statuat aliquid in hoc secundo maioratu seruari, sicut in priori fuit statutum, & in maioratu antiquo reperiatur illud, quod ordinauit, diuerso modo fuisse statutum, attendendum est, quod reperitur in primo maioratu, ad quem se retulit testator, & illud obseruandum est, nec est curādum de illa erronea relatione, sed veritas est inspiciēda. l. cū falsa. ff. de ꝙd. & dem. l. nō id circo. C. de iu. & fa. ignor. faciūt notata in l. si aliquē rem. ff. de acq. po. & l. q rē. C. lo. cū materia. & doctr. Bal. in cōsi. 375. quando constat. lib. ii. eiusdem, & aliorum in ca. i. de feu. guar. vbi volunt, quod recognitio erronea nihil nocet, & tanquam erronea reiicitur, probata priori inuestitura, & ad originalē & priorem inuestituram semper est recurrēdum. Ad quam sententiam plures concordan. refert Parisien. in i. par. cons. Parisien. §. 35. numero 10. & 2. par. §. 52. nu. 4. Et rectius facit quod per tex. in l. in testamen. ff. de conditio. & demonst. tradit idem i. par. consuetu. §. 5. nu. 77.

18 HOC etiam in loco memoria est tenenda gloss. illa celebratissima, quæ occasionem & causam probauit, varia & infinita scribendi in l. Lucius. in 2. ff. de hære. insti. quæ dicit, ꝙ filii positi in conditione, & non in dispositione, nequaquā substituti censentur. quam glo sequūtur plures, & illius opinionem communem dicunt. Quos omnibus diligentius refert magister meus obseruantissimus Episcop. Couarruu. in capit. Raynutius. §. 3. numero 2. vbi de materia illius plura scribit elegantia. cui addo Alexand in consi. 109. libro i. & in consi. 108. eodem lib. Iaso. in l. i. C. de pact. numero 11. vbi communem dicit. & est communis, secundum eundem Iaso. in l. pecuniam. numero i. ff. si certum peta. Gozadi. in consil. 87. nume. 5. Suarez in l. quoniam in prioribus. limitatione. 5. C. de inoffi. testa. & allegatio. 2. vbi dicit, glo. illam esse communiter receptam. & idem dicit Euerard. in centum locis. loco. 4. a contrario sensu. Et est communis, vera, & canonizata opinio, secundum Deci. in consi. 270. nume. 1. & Ripam, in l. centurio. numero 159. ff. de vulga. tradit notanter Paris. in consi. i. nu. 48. & melius num. 93. cum pluribus sequenti. in quibus locis multa singularia inuenies pro ītellectu istiꝰ materiæ, qua ratione hoc in loco minime repetēda duxi. & notat Emanuel. Acosta in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 30. ff. de libe. & posth. vbi post alios, reprobat Angel. in l. in legatis. C. de leg. qui tenebat, in legatis & fideicommissis rerum singularium, liberos in conditione positos, videri ad fideicommissum inuitatos, diuersum autem esse in hæreditate. & istum articulum notanter etiam explicauit dominus Antonius de Padilla, in l. cum acutissimi. numero 46. C. de fideicommissis. Animaduertendum etiam est, quod fideicōmissarius substitutus alicui, (si decesserit sine liberis) non tenetur probare grauatum decessisse sine liberis, sed illi incūbit onus probandi, qui dicit grauato superuixisse liberos, & sic defecisse conditionem. quod probatur in l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebellia. & declarat, & rationem assignat Andre. Alciat. de præsumpt. regula. i. præsumptio. 49. & istam sententiam latius confirmat dominus Antoni. de Padilla in d. l. cum acutissimi. num. 52. Et hoc notabiliter tradit Car. Ruin. consi. 109. num. 30. li. 3. vbi ēt probat, fundatam habere intentionem alleganti, vnicum filium habuisse defunctum.

20 EST præterea notandum, quod fideicommissaria substitutio non præsumitur, quia est odiosa, & onus, secundum Alexan. in consi. 17. numero 5. libr. 3. Deci. in consi. 89. & in consi. 336. in fine. & fauorabilis est extinctio, & resolutio. & in dubio contra fideicommissarium est pronuntiandum, vt tenet Angel. in l. qui Romæ, §. duo fratres. vbi Alexand. ff. de verb. obligation. Rotæ Decisio in antiquis. 864. testator, in fine. Bartho. Socin. in consil. 113. lib. 2. vnde dicit Pau. de Ca. in consil. 392. lib. 2. Quod si quis substituit proximiores de parentela, intelliguntur semel substituti. explicat notanter Parisien. in cons. 2. pro Duce de Villa Hermosa. numero 22. cum sequentibus. & ad hoc facit, quod quælibet res præsumitur libera, & non restitutioni subiecta l. altius. C. de seru. l. cum eo. ff. de seru. vrbano. cum similibus, quæ scribo in 4. par. huius operis, quæstio. 20. post principium. Sed est considerandum, quod saltem in nostra materia hoc procedere non videtur, quando ex dispositione testatoris, & eius mente colligi potest, quod voluit facere vinculum, aut maioratum, & bona vinculare in fauorem successorum, nam cum maioratus sint regno honorabiles (prout ego in aliis locis trado) in dubio iudicari debet, quod testator voluit facere maioratū, & grauare successores onere restitutionis ad primogenitos sequentes in gradu, maxime, quando non agit de præiudicio descendentium ab illo, qui maioratum facit.

21 Quod maxime procedit, vbi qualitas rei relictæ hoc suadet. Quod probatur ex his, quæ scripsi supra num. 9. & l. 44. titu. 5. par. 5. & aliis quæ scribo in 4. par. tracta. quæst. i. nume. 5. Et vbi res quæ relinquitur fuit maiorum, quam verisimile est, velle institutorem ad suos successores perpetuo progredi. ad quod pondero glo. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. & quod notat Iaso. in l. filiusfamilias. §. diui. notab. 2. numero 4. ff. de legat. 1. vbi Ioazes. verficu. ex istis. & ante eos, Cin. in l. ea lege. verficu. & hæc omnia. C. de condict. ob caus. & alii, vt per Tiraquel. lib. i. de retract. in princi. numero 39. & in numeris præcedentibus & sequentibus ex multis hoc cō firmat. Et notat Montaluus in l. 13. tit. x. *de las compras* in gl. in verbo *de patrimonio*. li. 3. for. tandem noto, quod verba enū

22 tiatiua inducunt fideicommissum. l. Pamphilo. in princi. vbi Bartol. ff. de legat. iii. cum concordantib. vt per Socin. Iuni. consilio. 179. numero 9. libro primo, in quo consilio examinat, an verbum (volo) in ducat fideicommissum. Iaso. in l. serui electione. in prin. nu. 30. ff. de le. 1. & in l. cunctos populos, nu. 13. C. de sum. Trini.

SVMMARIVM.

1 *Breuitas commendatur, & an subtilitates sint curandæ.*
2 *Fœminæ regulariter sunt capaces bonorum maioratus, & regnorum, licet feudalium sint incapaces.*
3 *Regni successio & maioratus, æquiparantur.*
4 *Exequutio sententiæ non impeditur propter exceptionem, quæ contra fœminam obiicitur.*
5 *Rationes differentiæ inter bona feudalia & maioratus.*
6 *Argumentum de bonis feudalibus ad bona maioratus, an valeat.*
7 *Lex. 40. Taurina locum habet, etiam si primogenitus filii relinquat.*
8 *In retractu consanguineali nepos præfertur patruo.*
9 *Masculinum genus, quando concipiat fœmineum.*
10 *Statutum loquens in primogenito, habet locum in primogenita.*
11 *Ex. l. 40 Taurina soluitur quæstio, an in fideicommissis filius intret in locum patris.*
12 *Donatio facta per regem, competit fœminis, sicut masculis, nisi res donata sit feudalis.*
13 *Filia testatoris dicitur de agnatione.*
14 *Substitutio facta simpliciter absque mentione masculorum, quando deficiat relicta fœmina?*
15 *Filia excludit patruum natum post natiuitatem filiæ.*
16 *Natis magis fauetur, quam nascituris.*
17 *Neptis ex filio primogenito, representat masculum.*
18 *Linea qualiter accipiatur.*
19 *Neptis, an succedat in Varonia.*
20 *Arguitur contra Peral. circa intellectum text. in l. 2. ti. 15. par. 2. & resolutio quæstionis, de qua. nu. 7.*
21 *Patruus quando excludit neptem in successione maioratus?*
22 *Pater si omittat filias substituere, tacite videtur eas a fideicommisso excludere.*
23 *Arma si successores sint grauati portare, an ex hoc censeantur fœminæ excluse a maioratu.*
24 *Fœmina proximior, an excludat masculum remotiorem, late disputatur.*
25 *Limitatio, & intellectus ad tex. in l. 27. Taurina. & quod pater potest in casu. d. l. 27. transire de vna linea ad aliam.*
26 *Argumenta ad probandum, quod fœmina proximior excludit masculum remotiorem.*
27 *Masculus in eodem gradu fœminæ præfertur. regula ista multipliciter ampliatur.*
28 *In anniuersariis, & aliis similibus rebus, masculus in eodem gradu fœminæ præfertur.*
29 *Masculus in dubio præfertur fœminæ in eodem gradu.*
30 *In emphiteosi concessa masculis & feminis, qualiter succedatur.*
31 *Lex. 40. Taurina limitatur per Ant. Gom.*
32 *In maioratu succeditur in millesimo gradu.*
33 *Lex. 40. Tau. procedit etiam in maioratu facto per viam contractus, et melioriationis tertii vinculati.*
34 *Representatio an habeat locum in retractu consanguineali.*
35 *Fœmina si semel ad maioratum fuit admissa propter defectum masculorum, si postea masculus superueniat, an excludat talem fœminam, late disputatur.*
36 *Constitutio loquens de primogenito præferendo, intelligitur de illo, qui reperitur primogenitus tempore successionis.*
37 *Legitimatio semel facta, an per susceptionem filiorum reuocetur.*
38 *Causa percepta, non perimitur effectus iam in esse productus.*
39 *Ius alicui quæsitum, non tollitur nisi causa deficiat.*

40 *Filia*

Source : BIU Cujas

40 *Filia excluſa a ſucceſſione ob maſculos, illis deficientibus, admittitur.*
41 *Filia dotata maſculis extantibus, an perpetuo excludatur?*
42 *Fęminę omnibus maſculis deficientibus, an admittantur ad maioratũ, vbi excluſæ ſunt fœminæ?*
43 *Fœminæ non admittuntur ad donationem regiam, pro qua ſeruitium in bello præſtari debet.*
44 *Fęminæ excluduntur vbi non ſunt inuitatæ.*
45 *Argumentatur contra ea quæ traduntur num. 35. cum aliis.*
46 *Viduis competit priuilegium maritorum.*
47 *Primogeniti dicuntur & proximiores, qui reperiuntur tempore mortis.*
48 *Excluſus a maioratu propter furorem, vel aliam inhabilitatem, ſi efficiatur capax, an admittatur ad maioratum.*
49 *Filia excluſa vltimi poſſeſſoris propter maſculum, an admittatur maſculo defuncto.*
50 *Fęmina ſemel excluſa propter maſculum, an admittatur.*
51 *Maſculus qui geſtabatur in vtero fęminæ, præfertur. Et an primogenitus intelligatur tempore mortis, vel exiſtentis conditionis.*
52 *Fœmina excluſa a maioratu, cenſentur excluſi deſcendentes.*
53 *Excluſio vnius gradus, arguit excluſionem ſequentis ex illo.*
54 *Nepos ex filia non dicitur deſcendere per virilem ſexum.*
55 *Deſcendentes ex fœmina an dicantur deſcendere per virilem ſexum, vbi non agitur de ſucceſſione maioratus, ſed de iure patronatus, aut aliis ſimilibus rebus.*
56 *Fœmina poteſt habere ius patronatus.*
57 *Statuta excludentia fœminas, ſunt facta ad conſeruandas agnationes.*
58 *Ratio conſeruandæ agnationis vbi ceſſat nepos ex filia, dicitur deſcendere per virilem ſexum.*
59 *Fœmina ſi prius ſit nominata, maſculorum appellatione veniunt deſcendentes ex fœminis.*
60 *Fœmina ſi inſtituerit maioratum, non videtur fœminas excludere.*
61 *In vocationibus maioratuum, ſemper eſt conſiderandum ad quid teſtator habuit conſiderationem.*
62 *Patroni ſi diſcordant in præſentando, vox maſculi præfertur.*
63 *Commiſſio facta maſculo, & mulieri, vt nominent aliquem ad maioratum, ſi diſcordant, maſculi votum præfertur.*
64 *Fœmina excluſa a iure patronatus, an cenſeatur filia excluſa.*
65 *Maioratum faciens, ſi prius maſculos vocauerit, ſi vocet filios ex aliqua filia, veniunt maſculi ex fœminis quod ibi limitatur dupliciter.*
66 *Fœminæ litigantes proximior præfertur, licet nata ſit ex fœmina.*
67 *Fœminæ duæ ſi litigent in eodem gradu exiſtentes præfertur nata ex maſculo.*
68 *Peralte dictum pro intellectu tex. in l. 40. Tauri.*
69 *Voluntas teſtatoris in ſubſtitutionibus eſt regulanda, ſicut in inſtitutionibus.*
70 *Teſtator ſi uocet ad maioratum nepotes filiorum maſculos, & illorum deſcendentes in infinitum, cenſentur maſculi uocati.*
71 *Dilecti in inſtitutione, cenſentur prædilecti in ſubſtitutionibus.*
72 *Prohibitio de non alienando facta filiis, an ad nepotes extendatur.*
73 *Grauamen arma deferendi primo iniunctum ſucceſſori cenſetur in ſequẽtibus repetitum.*
74 *Maſculinitatis qualitas, quomodo repetita cenſeatur.*
75 *Fideicommiſſum conditionale propter qualitatem maſculinitatis ad hęredem tranſmittitur.*
76 *Vincula appoſita in maioratu in prima ſubſtitutione, in ſequentibus repetita cenſetur.*
77 *Reſolutio quæſtionis, de qua in nu. 24.*
78 *Si per ſtatutum filia dotata non ſuccedit, magis excluditur neptis.*
79 *Conditio, vel qualitas quando cenſeatur repetita in diſpoſitione ſequenti.*
80 *Inſtitutio, vel ſubſtitutio, regulatur ſecundum rationem tacitam vel expreſſam.*
81 *Argumentum non valet, teſtator remotiores excluſit, ergo proximiores excluſiſſe videtur.*
82 *Qualitas magis cenſetur repetita, quando plura ſunt in eadem oratione.*
83 *Agnatorum appellatione veniunt fęminæ, licet in prima agnatio finiatur.*
84 *Ad fideicommiſſum relictum his, qui ſunt de certo genere, admittuntur filii agnati.*
85 *Excluſio fœminarum tranſuerſalium non præſumitur magis quam deſcẽdentium.*
86 *Deſcendentium appellatione, veniunt omnes vtriuſq; ſexus.*
87 *Coniunctorum & propinquorum & perſonarum appellatione, veniunt fęminæ.*
88 *Generis appellatione, veniunt fœminæ, niſi contrarium dicat ſubiecta materia.*
89 *Fęminæ non veniunt in maioratu generis appellatione vbicunq; grauamina fœminis non conueniunt.*
90 *(Generationis) verbum & poſterorum, ad fœminas refertur.*
91 *Conſanguineorum appellatione, an veniant fœminæ.*
92 *Domus & progenie appellatione, an fęminæ comprehendantur.*
93 *Communis vſus loquendi eſt conſiderandus in præcedentibus, at aliis dictionibus.*
94 *Diſpoſitiones excludentes fęminas, an ſint fauorabiles.*
95 *Maſculi prius natus præſumitur.*
96 *Maſculus in dubio fœminæ præfertur in ſucceſſione maioratus.*
67 *Limitatur niſi fęmina ſit proximior, & niſi fœmina maioratum inſtituerit.*
98 *In ſubſtitutionibus habet locum illa regula, hoc non dicit ſubſtitutio.*
99 *Subſtitutio vulgaris facta in vno caſu extenditur ad alios.*
100 *Maſculi ſi ſint ſubſtituti, fœminæ excluſæ cenſentur.*
101 *Excluſio vel incluſio, regulatur ſecundum rationem, & excluſio expreſſa fęminarum magis operatur, quam tacita.*
102 *Incluſio maſculorum & excluſio fęminarum, reſtringitur ad gradus expreſſos.*
103 *Primogenitus, ſi a maioratu excludatur propter alium ſecundo genitũ, excluſio an porrigatur vltra perſonas expreſſas.*
104 *Extenſio an fiat ex veriſimili mente teſtatoris de vna perſona ad alias.*
105 *Ratio ſcripta in teſtamento ampliat, vel reſtingit diſpoſitionem. multa traduntur.*
106 *Limitata cauſa diſpoſitionis, limitatum producit effectum.*
107 *Maſculi appellatione, quando veniat fœmina.*
108 *Verborum geminatio arguit qualitatem maſculinitatis.*

De maſculorum & fęminarum ſucceſſione.

QVAESTIO SEXTA.

NVnc vero pro perfectiori intellectu huius prolixi, & moleſti operis, altiſſimi Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine inuocato, & auxiliante eius genitrice Domina noſtra Maria, quos præcor vt illuminẽt mentem meam, & manum dirigãt ad ſcribendum ea, quæ iuri, & veritati conſona ſint, quorum adiutorio confiſus, magis quam propria ſcientia & virtute (ſicut inquit imperator. l. i. C. de offi. præf. Africa. & notat tam docte quam Chriſtiane Alberic. in proœmio. C. num. 4. & 5. & aggredior ſextam quæſtionem huius ſecundæ partis, in qua agendum principaliter erit de vera, & breui reſolutione controuerſiarum, quæ quotidie oriuntur inter maſculos & fœminas ſuper ſucceſſionibus maioratuum, in quibus integri ſtatus conſumi ſolent: & vere nihil eſt in auditoriis regalibus ita cerratum, propter incredibilem litigantium pertinaciam, qui cauſarum patronis multoties credere nolunt, & propter varias ſententias, quas ſcribentes in hac ſcientia (q̃ nec modum, nec finem habet) quandoque ſtudio aliquid noui dicendi plerunque ducti amore partium, quibus patrocinium præſtant, quorum negocia anima chariora habent, multoties deſiderio contradicendi, ad quod naturaliter homines ſunt inclinati, vt inquit iuriſconſultus in l. item ſi vnus, §. principaliter, ff. de arbit. l. 17. titu. 22. par. 3. & proœmi. par. in verbo, *Otroſi*. l. 7. in ver. *eſtos ſeyendo*. tit. i. part. 2. de qua re latiſſime agit Tiraquel. in tracta. de nobilita. c. 31. num. 532. in lucem producunt. Deus optimus mihi faueat, vt veritatẽ amplectar omiſſis his, quæ alios impediunt, vt libere eam profiteri, & ſcribere non valeant, & vt aliquid pro cõmuni vtilitate ex meo labore reſoluatur, multa enim abſcondit dominus a ſapientibus, & reuelauit paruulis. ca. ſubditus. 95. diſtinctio. c. nullus, 38. diſtin. Et ad rem decedendo, quia factis & non uerbis res iſta agitari debet, loquar quãtum potero ſubſtantialiter, quoniam veritas conſiſtit in paucis, & non in multiloquio, vt exiſtimat Iuriſconſultus in l. ita vulneratus, §. multa. ibi, vnum interim propoſuiſſe contentus. ff. ad l. Aq. no. Are. in conſi. vii. procedendum. & in cõſ. ci. & ciiii. Alex. in conſi. 61. li. v. de quo plura notabilia tradit Rebuf. in l. unica, C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt profer. notabi. 2. num. 1. cum aliis. nec de ſuperſtitioſis ſubtilitatibus multum curabo, quia ſæpe ſæpius vidi per eas veritatem obumbrari, & cõſultus ab hoc cauendum eſſe, tradit in l. ſeruum. §. ſequitur, ff. de verbo. obliga. & imperator in l. ſancimus, C. ad Trebel. in l. nuper, C. de natu. lib. in quo reſolutionem ponit Rebuf. ĩ d. l. vnica, notab. 8. num. 5. cum aliis. vbi docet ſcribentes plano & facili ſtylo procedere debere. Quod etiam probatur in rubric. C. de nouo C. componen. ibi, clariorem efficiẽtes. vbi Albe. num. 21. fol. 4. & in l. communium. C. de natur. liber. & in c. vlt. de conſtitu. & in c. Abbate. de verb. ſignifi. in c. erit autem lex. 3. diſtinct. l. 8. titu. i. par. 1. & ſubtilitates ſunt conſideranda ſecundum mentem, & non ſecundum verba, nam alioqui prætextu ſubtilitatum ſæpe errabitur in interpretandis defunctorum voluntatibus. vt tradit Pariſien. qui in omnibus tam docte, quam audacter loquitur (is inquam) par. j. conſuetudinum Pariſien. §. 13. gl. 4. nume. 7. per. d. §. ſequitur. & l. ſicut, §. ſi debitori. ff. quibus modis pign. vel hyporh. ſoluit. licet nõ me lateat, quod Bal. in l. vnica, poſt prin. C. ſi ſer. extero ſe emi dicat, in iure noſtro nullam ſubtilitatẽ abſque vtilitate, ſaltem in acumine intellectus. & conducunt notata per Tiraquel. libro de pœn. tempor. cau. xi. & eruditi

Source : BIU Cujas

tos & tirones rogo, atque obsecro, vt hanc nostram resolutionem, quæ nobis solum fuit labor, nullo alio emolumento captato, boni consulant. rei enim dignitas, & studioso rũ semper operata vtilitas, ad id magis me perduxit, quam illa commoda, quæ plerosque dum ea non consequuntur, ab huiusmodi labore reuocant. Et ad negotium institutum deueniẽdo (vt omnia magis in aperto sint) paulo altius materia ab ipsis profundis radicibus assumenda est, quia cognitis principiis, facilior ad alia erit transitus, vt dictum fuit in principio istius operis. Supponendum igitur est, quod licet regulariter fœmina sit incapax succedendi in bonis feudalibus, licet deficiant masculi in eodem gradu, vt probatur in capitu. i. §. filia vero. de succes. feu. & in c. i. §. hoc autem notandum. qui feud. dare poss. Cum quibus concordat. l. 6. titu. 26. part. 4. & scribitur, & ampliatur per Barth. Socin. in consi. 19. numero primo, cum aliis. lib. i. quod in multis locis traditur, & digeritur tam in lecturis, quam in tractatibus, & consiliis, & vbicunque notatur, & per vicos & plateas circumfertur. præcipue per Curti. in tracta. de feudo. i. parte. 3. parte. princip. cum aliis. in bonis tamen maioratus regulariter fœminæ succedere possunt, dum non adsint masculi in eodem gradu, nisi per authores maioratuum expresse, aut per euidentissimas coniecturas excludantur. Quod consuetudine totius Hispaniæ receptissimum est, & omnibus notum. & iure etiam ista conclusio probatur. Primo, quia successio hæreditatum tam ex testamẽto, quam ab intestato pariter masculis & fœminis defertur, nulla inter hos duos sexus habita differentia. vt probatur in authen. in successio. C. de suis, & legiti. hæredib. & in authen. vnde summitur. cum quib. stat. l. 3. titu. *heredan todos los bienes del finado, quier sean varones, quier seã mugeres.* facit vulgata. l. maximum vitium. C. de liberis præt. Et fœminæ dicuntur legitimæ hæredes, vt notabiliter tradit Socin. iunior in consil. 2. numero 3. lib. i. Secundo, quod fœminæ debeant admitti ad successionem maioratuum quẽ admodum & masculi, constat ex l. ii. titu. 15. parte, ii. in qua hoc deciditur in regno. & idem deducitur ex. l. 6. titu. 18. par. 3. & dicit Anchar. in consi. 339. numero 13. quod in regno fœmina excludit agnatos remotiores. notat Dec. qui tamen Anchar. vitiose refert, in consil. 269. numero 4. & fœminas in Hispania esse capaces succcessionis regnorum, visum fuit in domina Regina Catholica Helisabet, cuius nomen, & egregia facta per vniuersum orbem circumferuntur. Et in domina Regina Ioanna eiusdem filia, matre Caroli Quinti Hispaniæ Regis, patris Domini nostri Regis Philippi secundi, quem Deus per plures & fœlices annos regnare sinat. Et in aliis reginis Hispaniæ antiquioribus, præcipue in Regina Domina Eluira, vxore Domini Sancii secundi. & domina Vrraca, vxore Domini Regis Alphonsi sexti. & in Domina Regina Berenguela, vxore Domini Ferdinãdi tertii, qui vocatur sanctus.

Item Bald. in l. vlti. C. ad Tertul. tradit regulam generalem, quod ad successiones omnes admittuntur, qui excluſi non reperiuntur, & cum fœminæ admittantur ad successionem regnorum, a fortiori admitti debent ad successionem maioratuum, & statutum particularium quorum domini in Hispania semper Regem tanquam caput & dominum recognoscunt. Et non ita reipublicæ præiudicatur, quando ad fœminas bona maioratus perueniunt, sicuti vbi hoc accidit in regno. vt patet ex illo Esaię. 4. ibi, dabo vobis pueros principes eorum. Et ecclesiastes. x. ibi, veh terræ cuius Rex est puer. Quæ verba sunt translata in l. 2. ti. 5. par. 2. quare inquit Guil liel. Benedict. in cap. Raynutius. in verbo, adiectæ impuberi. numero 50. de test. quod licet priuati non cogantur accipere curatores inuiti, vt in §. inuiti. Insti. de cura. cum concord. hoc non procedit in rege, quia in eo non ẽst eadem ratio, sicuti in priuatis propter reipublicæ periculum, quam administrant. Nam regum officium est facere iustitiam cap. regũ 33. q. 5. de hoc tamen dicto Guillel. vide quæ scribo in 4. parte. huius tractatus. quæstione 37. Et licet hoc prædicta ratione confirmare sufficeret, vt tamen nihil deficiat, hoc argumentum a fortiori fulcitur ex doctrina Pau. de Ca. quæ vulgariter ad multa adducitur, & eam ego in aliquibus locis huius operis refero in consi. 164. in causa maiorię Hispalensis. libro secundo. vbi dicit, quod sicut succeditur in regno, succeditur in maioratu, & in aliis dignitatibus particularibus. cuius doctrinæ inter alios plures ex nostris meminere Episcop. Couarru. resolutio. lib. 3. c. 5. numero 5. versic. quarto ad huius partis. Peral. qui hoc rectius omnibus fũdat in l. 3. §. qui fideicommissam. numero 138. in versi. secundo videndum. & prius numero 122. ff. de hæredibus, instituẽ. & hoc sequitur Dominus Anto. de Padilla in rubric. C. de fideicom. Quibus addo Decium in consil. 389. numero 7. Aymo. Crauet. in consil. 256. Et pro ista doctrina est melior tex. de iure, quem prædicti non referunt, est tamen expressus in c. in synodo. 63. distin. vbi gl. tradit per illum text. regulam generalem, quod idem iuris est in membris, quod in capite. & refert text. in cap. i. 16. quæstio. 2. & in capit. cognouimus. 12. quæstio. ii. & alios concordantes. Quæ iura & alia plura similia ad istud propositum refero in prima parte huius tractatus, quæstio. 26. numero 9. & quod successio regnorum & maioratuum particularium æquiparentur, probatur in d. l. 2. titu. 15. par. ii. iuncta. l. 40. Taurina, in quibus statuitur, quod in successione regni, & maioratus nepos præferatur patruo. quam quæstionem Otho. imperator olim gladio dirimendam esse existimauit, quia leges & rationes pro vtraq; parte æquo libramine vrgebant. & qualiter in Hispania, & in aliis diuersis orbis regionibus fœminæ succedant regnis & primogenituris, latius omnibus docet Tiraq. in tracta. de primogenitura, quæstio. x. numero i. cum sequentibus. & tradit etiam per Chassan. in consuetudine Burgund. rubric. iii. numero 8. numero 42. in versicu. primo in ducatu. & adduco regulam, quam ponit Cardina. in consil. 64. quod Domina Nera. vbi dicit, quod fœminæ pariter succedunt cum masculis, præterquam in bonis feudalibus. Et quod fœmina sit capax succedendi in Marchionatu, pariter cum masculo, tradit late Goza. in consi. 8. nu. 17. Quibus omnibus addo notabilem tex. in c. significauit. de rescrip. vbi mortuo fratre, q erat Comes, soror ipsi⁹ succesſit ī Comitatu quo ī loco Bal. dicit, q⁹ Comitat⁹ trãsferẽ de fratre ī sororẽ. de cui⁹ tex. intellectu vide, quæ scribit Soci. Iunior consi. 68. nu. 26. libr. secundo. Et facit quod cauetur Numeri. cap. 27. ibi, homo cũ mortuus fuerit absque filio ad filiam eius transibit hæreditas, si filiam non habuerit, habebit successores fratres. Et ex istis potest summere etiam fundamentum quædam doctrina Socini Iunior. in consilio, 67. numero. iii. & 4. libro primo vbi tradit, quod cum regulariter fœminę sint capaces omnium bonorum sicuti masculi, nõ admittitur in exequutione sententię exceptio requirens altiorem indaginem, qua excipiẽs fœminam excludere vult, dicendo, eam esse in capacem succedendi in bonis de quibus agitur. & idem voluit Ripa, rñs. 80. nu. 71. quod est singulare & ibi Rip. resoluit, an in isto casu obsit exceptio proprietatis fœminę agẽti interdicto adipiscendæ recuperandę, aut retinendę. & hęc tenenda sunt. q̃ uis caueatur libro, 4. Ethico. quod corruptio vrbanitatis est, quando dominium ad mulierem peruenit. Et dicat Liuius, lib. 4. de bello Macedonico maiores nostri nullam, nec priuatam quidem rem agere fœminas sine authore voluerũt. ad quod faciunt alia plura, quę scribit Lucas de Penna. in l. siquis. C. de professo. & medi. li. x. cui iungo diuum Augusti. in lib. de nuptiis & concupiscen. c. 9. dicentem, nec dubitari potest naturali iure, viros potius fœminis, quam viris fœminas principari. de quo latius agit Tiraquel. in libro de legib. connubialibus. glo. i. par. i. nu. 9. cum aliis, pręcipue num. 47. & glo. 7. numero i. cui adde Soci. Iun. in consil. 65. nu. 32. cũ aliis, lib. i. vbi sustẽtare vult, fœminas esse incapaces bonorũ, quæ habent regalia honorem, & dignitatem. & inquit Lucas de Penna in d. l. i. quod fœmina, quę succedit in regno, ñ est regina, sed ruina. & quod fœminę in ꝓpagatione sui generis materia sunt ruina. Notatur per eundem in l. vlt. C. qñ & quibus quarta pars debet. lib. x. vbi inter alia scribit, quod nullus sanctorum patrum, nisi perraro fœminas sustulisse, narratur solus Saph. qui in peccato mortuus est, filias genuit omnes. & quod Iacob. inter duodecim patriarchas, vnius filię pater est, & ob ipsam periclitatur. & traditur etiam per eundem Lucam de Penna. in l. iubemus. C. de prępos. sac. cubicu. li. 12. post medium. & Exodi. 22. ibi, erit autem agnus absque macula masculus, anniculus. & in sacra scriptura nõ reperitur quod fœmina vnquã successit in regno, vt tradit Matth. ab Affli. in consti. Neap. lib. 3. rub. 23. num. 2. Nam ista omnia, & alia similia Hispani seruare non tenemur contra leges, & vniuersalem consuetudinem huius regni, quę fœminas admittunt ad successionem regnorum, & omnium statuum, & maioratuum. Ex his autem (prius quam ad vlteriora progrediamur) manifeste patet vna longa differentia inter bona feudalia, & bona maioratuum, cum fœmina regulariter sit inhabilis ad succedendum in feudo, & e contrario capax successionis maioratus. rationes differentiæ plures sunt sed duę fortius vrgent. Prima est, quia successio bonorum maioratus in totum dependet a voluntate cõstituẽtium maioratus, & pro lege est seruandum. Quod in hoc & in aliis clausulis maioratus statuerint. d. l. 40. Taurina. cum concordantib. Secunda est, quia illi qui possident bona maioratus, non tenentur pro eis seruire regi, quia non conceduntur cum isto onere. bona autem feudalia conceduntur dominis feudi cum onere, quod eis seruiãt in bello, & alijs similibus oneribus. cap. domino guerram. hic finitur lex. l. 5. titu. 26. par. 4. cum concordã. & hac ratione fœminę sunt incapaces succedendi in bonis feudalibus, quia non possunt

iuua-

Source : BIU Cujas

iuuare dominum in pugna, vt per glo.communiter ibi approbatam in c.j.§.hoc autem.qui feu.da.pot.& in c.j. an mutus vel surd.cum concordan.vt per Alex.consi.10.col. j. Ias. Barth.Socin.consi.359.nu.ii.lib.ii-& est communis opinio, secundum Rolandum in consi.67.num.6.lib.ij.Item, feudū dicitur contractus,& accedit naturæ contractus, & non vltimæ voluntatis,vt patet ex.c. j. hic potest esse titulus.qui succes.teneantur.vbi ad hoc ponderat Bal.ad quod alios cōcordantes refert Bar.Socin.in consi.67.num.5.lib. j. & in consi. 165.nu.4.lib.ij.& addo.l.v.tit.15.in ver.*e aun por mayor guarda.* par.ij.vbi habentes terras à Rege, tenentur ire ad bellum in seruitium Regis, licet in donatione de hoc nō sit facta mētio.& ibi ad hoc notat illam legem Greg. Lopez in verbo, *vayan* facit.l.j.& xv.titu.3.lib.4.ordina.& sunt aliæ plures rationes differentiæ,quas omitto.& aliquas lector legere pōt apud Docto. Burgos de Paz in Proœmio legum Tauri.nu. 71.cum aliis.cui⁹ lectura edicta est postquam superiora scripseram.Ex his etiam cognoscitur grauiter errare eos, qui argumentantur de feudo ad maioratum, maximè in successionibus.cuius sententiæ inter alios fuere Bal.in l.cum antiquiorib.nu.11.ver.6.hoc probatur.C.de iure deliber. Barth. Soc.in consi.47.num.6.lib.3.vbi dicit, ꝙ maioratus pro maiori parte accedit ad naturam feudi.Ex quo respublica magnum detrimentum temporibus præteris accepit propter inaduertiam iudicum,& aduocatorum. Vnde vera est opinio illorum,qui dicunt, ꝙ non licet argumentari de feudo ad maioratum,nisi vbi eadem est ratio in vno, quam ī alio quod tradit Peral.in d.§.qui fideicommissum.nu. 49. & 78.
7 & 137.& notat latius Pinel.in l.i.par.3.nu.99.ī ver.quod autē à fortiori. C.de bo.ma.& differunt in aliquib. ſm Episco. Couar.resolutio.li.i.c.xv.nu.14.quib.adde Tira. in d.tract.de primoge.q.23.nu.3.& dicit Ancha. in d.consi.339. nu.20.ꝙ successiones in feudis, quia successiones in feudis multum exorbitant à iure cōi:ideo non sunt trahendæ, ad consequētiam.l.quod vero.ff.de legib.Et ſm ista intelligēda sunt, quę in hoc proposito scribit Dominus Anto.de Padilla in rubri. C.de fideicommiss.numero 7.Ex his igitur fit,quòd vbicunque fœminæ per authores maioratuum non priuantur euidentissimè,aut per indubitabiles coniecturas ab eorum successione, vel non adest masculus in eodem gradu sunt veræ & legitimæ successores bonorum maioratuum, siue habeant dignitatem annexam,siue non. Et pro eis stant leges, & consuetudo generalis huius regni, quod est maximi momenti in ista materia,vel latè docet Parisi.consi. 23. numero 25.cum aliis.lib. j. Et hoc magis communiter testatores ordinant in constitutionib.maioratuum.Quod est maximū fundamētum ad admissionem fœminarū ad maioratus, ꝙa ista tria vincula magis operātur,quā vnū.Auth.itaq;. C.cōmunia.de succes.cum concordanti. quæ scribo in q. 7. infra hac parte.nume. 2. Ex quibus fundamentum etiam capere potest sententia tenentium,quod lex quadragesima Tauri. quam supra retuli, habet etiam locum vbicunque primogenitus,non solum relinquit filium, sed etiam quando supstite tātum filia,decedit.quia adhuc patruo prfertur,si fœminis non sit prohibita successio maioratus in specie, de qua agitur.quę fuit sententia Episco.Couarruui.in practi.q.c.38. num.8.vbi latè agit de intellectu d.l.40. ꝙ ad hoc inter alios refert Andre.de Ysernia,in c.j.in prin.num.2.de eo, qui sibi, aut hæred.suis.& Sebastia. Neapod.in consuet. Neapolit.tit. de successio.ab intesta.in verbo,masculis. & alios plures scribent. quos ibi lector legere poterit. cui iungenda est doctrina doctissimi Parisien.quem dictus Episco.non refert,in cō suetud.Parisien.par.j.§.8.gl.3. nume.5.vbi dicit,ꝙ ius primogenituræ est transmissibile ad filium primogeniti: immo ad eius filiam,etiam si primogenitus moriatur ante patrem:ꝙa est ius formatum à filiatione distinctum,secūdum Bal.Aretin.Alexan.& Iason.in l.is potest.ff. de acquiren.hæredit.vnde moriente filio, & filiatione exiincta, non extinguuntur, sed transmittitur ad liberos non solum masculos, sed etiam fœminas:immo secundum illum in alio loco, scilicet,in dictis consuetudini.§.x.num.30.hoc procedit etiam, quando filius primogenitus abdicat à se ius primogenituræ viuente patre:nam & tunc secundum eum non admittuntur fratres primogeniti,sed filius vel filia primogeniti in exclusionem patruorum.Ex quo dicto ampliatur.d.l. 40.Taurina in illis verbis,*muera en vida.* quia procedit etiam primogenito renūciante,vel facto monacho: nam non eo minus filius eius pferetur patruo,sicut si mortuus esset.& per eandem rationē, quam reputo verissimam,& ex mente d.l.40.& hanc sentētiam,vis potestas prædictæ legis & verba adiuuant.& hæc sentia etiam fulcitur.per l.7.titu.7.lib.ordin.nou.ibi,*hiio,o hiia.*et in aliis verbis sequentib.Et istam conclusionem licet non in terminis.d.l.40.fundat,& æquiorem putat Pinel.in l.3.num. 26.C.de bo.mat.

8 ¶ Et in retractu consanguineali etiam nepos præfertur patruo,ſm Cifuentem,in l.70.Tauri.q.7.quæ cōclusio probatur expresse,in l.8.titu.11.lib.5. ordin.& prō prædictis est etiam d.l.3.tit.13.par.6.ibi, *Pero dezimos, que quando algun ho me muriesse sin testamento, dexando vn hiio con nieto, hiio de algun su otro hiio, o de hia que fuessen yan muertos amos a dos, el hiio y el nieto herederan la heredad del difunto ygualmente; e no empece al nieto, porque el tio e mas propinquo pariente. Porque aquella regla del derecho que dize,que el que es mas propinquo de aquel que fino sin testamento deue auer los bienes del,ha lugar, quando el finado no dexa ningun pariente delos descendientes.* Et ad hoc est etiam tex. notab. in Auth.de hæredib.ab intesta.venientib.§.i. & vī expressa, d.l.40.Taurina,tam quia principalem considerationem habuit ad lineam descendentem, & dicit, ꝙ filius semper representet patrem,quam in illis verbis, *hiio,o nieto, o descendiente legitimo.* ex quibus lex prouidet,& vocat tam sexum masculinum,quam fœmininum,vt patet ex l.pronunciatio.in
9 prin.ff.de verb.sign.ibi, pronunciatio sermonis in sexu masculino ad vtrunq; sexum plerunq; porrigitur. Et appellatione filiorum,etiam filiæ continentur. l.si quis ita.in prin. ff.de testam.tutē.l.si ita scriptum.in princip.ff.de lega.2.cum concordanti.& tradit bene Moder. Parisien. in consuetudi. Parisien.§.13.nu.3.cum seq.vbi numer.5.scribit,quod res dī esse certa pro eo,qui fundatur in regula, ꝙ masculinum cōcipit fœmininum, quod est notabile dictum ad plura. & in materia indifferenti,quæ ita conuenit fœminis sicut masculis, si masculinum proferatur in lege, vel statuto ciuitatis, masculinum concipit fœmininum: quia in tali materia indifferenti eadem est ratio,ſm Bart.in l.j.in fin.ff.de pecul. & in l.iura.ff.de legib.& alios,vt per Ale.vbi Moder. Parisien. in consi.135.lib.j.& Deci.in l.fœminæ,nu.90.de regu.iur.& consi.527.nu.7.& 531.nu.7.& 570.nu.j.cum aliis.Tiraq.lib. 1.de retract.glo.9.nu.233.Soc.Iuni. in consil.10.nu.22.lib.2. Cum ergo in maioratibus pariter succedant fœminæ cum masculis (vt supra probatum fuit) lex prædicta,quæ loquitur in sexu masculino,porrigenda est ad sexum fœmininū. Et ad istud est etiam notabile consilium Bal.285. conditione.lib.4.vbi per sex rationes notabiles probat, ꝙ verbum (filij) concipit filiam.& bene facit tex.in l.iusta.ff. de verborū signifi.in fi.ibi,appellatione filii,filiafamilias comprehenditur.& l.Herennius,quæ est.122.ff.eod.tit. Et licet dicta.l. 40. de primogenitis loquatur, idem dicendum est in primogenitis fœminis, quando masculi non adsunt in eodem gra-
10 du. Quia statutum loquens in primogenito, habet locum in primogenita,ſm Bal.in l.in multis.ff de ista.homin.Rom. in consi.98. quo ad id circa fi. notat Decius in d.l.fœminæ, num.115.vbi tamen Moder.Parisien.dicit, ꝙ hoc procedit, vbi eadem est ratio. & ad hoc etiam facit notabilis doctrina Baldi in consi.275.quod pro regula, nu.6.lib.2. vbi dicit, quod consuetudo præferens masculum fœminæ in primogenitura, intelligitur de masculis eiusdem gradus: ꝙ si sint remotioris gradus,primogenita illos excludit. notat Tiraq. in d.q.10.num.25.quod etiam confert ad id,quod postea tractabitur. Et liberorum appellatione, tam masculi, quam fœminæ veniunt.l.cognoscere.§.liberorum.ff. de verbo. sig. ibi, liberorum appellatione continentur non tantum filij, qui sunt in potestate, sed omnes qui sui iuris sunt, siue viri-
11 lis,siue fœminei sexus sint. Ex quibus patet, quod recte ad hanc opinionem ponderatur.d.l.40. Ex qua,(vt obiter hoc non prætermittam) soluitur illa antiquissima quæstio, quā DD.antiqui, & recentiores in innumerabilibus locis disputant in lecturis,& in cōsiliis, vtrum in fideicommissis filius intret in locum patris? de qua per gl.in l.cum ita.§. in fideicommisso,vbi Bal.& alii,ff.de leg.2. Nam pleriq; sequuntur illam gl.alii tenent opin.Bal.ibi multi distinguunt. an fideicommissum sit familiæ relictum? vel agatur de fideicommisso inter transuersales: secus si tractatur de fideicommisso inter descendentes:vt per Cum. in d.§. in fideicommisso. de quo per Decium in consi.217.nam ex illa lege constat, ꝙ filius semper intrat in locum patris, siue agatur de successione ascendentium,siue transuersalium.Item (vt ad institutum redeam) pro dicta sniа Epi,& aliorū faciunt plura scripta per Dec.in d.consi.217.& Greg.Lop.in d.l.3. in gl.in verbo *ningun pariente.* Et in fauorē feminarū multa scribit Lud. Goz.in consi.53.nu.j.cum aliis.Ale.consi.17. lib.7. vbi Mod.
12 Paris. Ex istis ēt apparet,verū esse dictū Io.Lopi.in repe.rub. de don.inter vir.& vx.vbi inquit, ꝙ qñ Rex fecit alicui donationem alicuius rei,cum vinculo, ꝙ deueniat ad filiū maiorem in infinitū,si donatarius decedat sine filiis masculis relicta filia legit.ad illā peruenіet maioratus:quia ſm eū in istis concessionib.fauorabilib.masculinū concipit femininū.d.l. si ita scriptū.cū concor.Et ꝙ ad donationem Principis factā alicui,& successorib. fœminæ admittant, nisi res donata sit feudalis, tenet ante Io.Lop.Ang. quē ipse non refert in cōsi

Source : BIU Cujas

25. ſuper puncto primo. in fi. Cardin. in d. cõſ. 64. Bal. in cõſ. 301. in bonis feudalib. lib. 3. & confirmat Deci. in conſi. 32. nu. 3. cũ ſeq. & 193. nu. 2. & 208. nu. 6. & 269. nu. 2. & 390. nu. 6. & 607. num. 14. & melius omnibus Ale. in conſi. 160. nu. 1. cum aliis. lib. 2. Socin. Iun. in conſi. 76. nu. 48. lib. 1. & conducunt ſcripta per Ripam reſpon. 80. num. 65. cum aliis. Pariſien. conſi. 4. num. 8. lib. 1. vbi tradit plures caſus, in quibus fœminæ ſunt capaces ſuccedendi in bonis feudalib. ex quo infero, qđ donationes, quas fecit dominus Rex Enriquus, de quibus fit mentio in nouo ordinamento. l. xj. titu. 7. lib. 5. ordinam. quæ competunt ſucceſſoribus titulo maioratus, habent locum etiam in ſucceſſoribus fœminis doctrina autem Ioan. Lop, procedit, niſi ex tenore donationis Principis aliud colligatur expreſſe vel per coniecturas, aut conditiones, & grauamina inuncta. vt fundat idem Rip. reſpon. 171. num. 5. cum aliis. quod exemplificari poteſt in caſu tradito,
13 ſ. num. 21. & ita intelligo. d. l. regiam. Præterea filia teſtatoris dicitur de agnatione, vt patet ex. d. l. pronunciatio. & l. filius. ff. de ſuis, & legi. hære. notat Alex. in conſ. 17. num. 6. lib. 7 & conſi. 24. nume. 10. lib. 5. & alii, vt per Modern. Pariſien. in d conſil. 17. in additio. quæ incipit, agnatione. Et ad hoc facit, quod ſcribit Bal. in l. cum acutiſſimi. num. 5. verſi. quæ-
10 ſi pater vnum ex filiis. C. de fideicommiſſ. vbi dicit, quod ille, qui in inſtitutione aliquem prædilexit, videtur prædilexiſſe omnem eius poſteritatem, cuiuſcunq; ſexus ſint. notat Socin. Iunior. in conſ. 168. num. 90. lib. 2. videtur igitur teſtator habere æqualem affectionem ad omnes deſcendentes vtriuſq; ſexus, nulla habita differentia. & iſta etiam coadiuuantur ex doctrina Raph. Fulg in conſil. 102. præſuppoſito. col. 2. in verſi. in contrarium. vbi dicit, quod ſi extant maſculi, & repudiant, vel ſunt incapaces, admittitur fœmina, quæ alias non admitteretur per. l. necem. §. ſi deportatus. ff. de bo. libert. l. ſi patronus. §. vltim. ff. eodem tit. l. 1. §. filium. vbi Bar. ff. ad Tertullia. de quo in aliis locis latius tracto. Item, pro
14 opinione dicti Epiſcopi, & aliorum facit. Quod ſubſtitutio facta ſimpliciter abſq; mentione maſculorum deficit, relicta per filium fœmina ſecundum Ioan. And. & Anton. in c. Raynal. de teſtamen. Anchara. in conſi. 130. per regulam dictæ legis, ſi ita ſcriptum. & l. qui duos. ff. de lega. 3. tradit late Alex. in conſi. 37. viſo themate, nume. 1. cum ſequentib. lib. 6. vbi vide Moder. Pariſien. & in conſi. 178. attenta, nu. 1. lib. 5. Socin. Iun. in conſi. 158. nu. 36. cum aliis, lib. 2. Modern. Pariſien. in d. §. 13. num. 6. ad fin. Et notat Deci. in conſil. 370. & conſi. 568. num. 4. Anton. Rube. conſi. 141. & recte Barthol. Socin. in conſi. 55. lib. 3. Carol. Ruin. conſi. 141. nume. 7. cum aliis, lib. 3. niſi appareat, q̃ diſpoſitio eſt facta fauore agnationis, ſecundum eundem Socin. in l. cum auus. col. 51. verſ. quartus caſus. ff. de condit. & demonſt. nume. 85. & in conſi. 6. lib. 3. Corne. in conſil. 147. lib. 1. col. 4. Deci. in conſil. 15. & alij, vt per Socin. Iuniorem. in conſil. 181. numer. 41. lib. 2. ex quibus conſtat, hanc eſſe communem opinionem. & notatur per eundem Soci. in conſi. 158. num. 27. lib. 2. & in conſ. 119. num. 35. lib. j. explicat, & ampliat Epiſcop. Couarr. in d. c. Raynald. num. 2. qui omnes varios caſus, ex hoc decidunt. Vltimo, pro prædicta opinione, quod d. l. 40. Taur. procedat etiam in fœmina, patet ex. d. l. 2. titu. 15. in illis verbis. *E aun mandaron, que ſi el hiio mayor murieſse antes que heredaſse, ſi dexaſse fiio, o fiia, que ouieſse de ſu muger legitima, que a quel, o a quella lo*
15 *ouieſse y no otro ninguno*. Ex quibus infertur, quod ſi poſſeſſor bonorum maioratus habeat filium vnicum, qui filiam genuit, & poſtea pater poſſeſſor bonorum maioratus habuit aliquem filium ex primis vel ſecũdis nuptijs, filia illa excludit patruum poſtea genitum: quia cum ſi patruus natus antea fuiſſet eum excluderet, iuxta ſuperius ſcripta, a fortiori ratione excludere debet nondum natum, valet etenim argumentum de maiori ad minus, ſeu a fortiori etiam in materia pœnali. l. nec in ea. ff. de adulte l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. late Deci in c. quia in tantum, de præben. & in conſ. 76. notat Roman. in ſingu. 204. plenius Euerard. in centum loc. loco 65. a minori, ſeu a fortiori nam illi, qui nondum ſunt nati, non eodem fruuntur priuilegio, quo iam nati. & ideo
16 nepos, qui tempore mortis aui non erat natus, ei non ſuccedit, ſecundum glo. Cinum, Bald. Salice. Paul. de Caſtro. in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſtam. glo. Bart. Ange. & Salicet. qui dicit, omnes ita tenere, in l. vltima. C. ad Orphici. & alii plures, quos refert Tiraquel. lib. j. de retract. §. j. glo. 9. num. 81. Et concepti poſt emancipationem patris, non veniunt appellatione agnatorum, glo. in l. qui ſe patris, vbi Bart. & alij. C. vnde libe. ad quod alios citat Tiraq. vbi ſupra. & hanc ſententiam adiuuat quædam doctrina Modern. Pariſien. in conſuetu. Pariſien. titu. de materia feuda. §. 2. nu. j. vbi dicit, quod licet iuxta conſuetudinem Franciæ, ſtatutum in primogenito non habeat locum in primogenita, id fallit in fœmina
17 repreſentante maſculum, puta in nepte ex filio primogenito præmortuo, ſiue enim concurrat ex perſona ſua cum nepotibus ex aliis filiis, vel filiabus præmortuis, ſiue medio repreſentationis, cum patruis vel amitis ſuis, habet ius primogenituræ in ſucceſſione aui, vel auiæ paternæ: & fœmina in hoc caſu habet verum, & ſolidum ius primogenituræ ſecũdum eundem Moder. Pariſien. §. 26. num. 1. & dicit Barthol.
18 Socin. in conſi. 33. num. 8. lib. 3. Quod linea paterna dicitur, cuius caput eſt pater, & linea materna, cuius caput eſt mater, quem & alia refert Epiſcop. Couarr. in epitom. de ſponſalib. par. 2. c. 6 §. 6. num. 8. cui adde legem 2. titu. 6. par. 4. ibi, *linea de parenteſco*. vbi Gregor. Lopez refert ſingularem doctrinam Paul. de Caſtro, in l. maritus. C. de proc. vbi dicit, q̃ linea maſculina incipit a filio maſculo ſtipitis, ſeu radicis. Et linea fœminina, a filia fœmina eiuſdem ſtipitis. Et ibi Gregor. Lopez alia ad propoſitum ſcribit. cui adde Deci. in conſi 399. nume. 5. & quod pater vel mater, vel alius aſcendens dicatur de linea, ſeu prole filii, late fundat Bal. in conſ. 339. quæritur vtrum de linea. lib. 3. & vide eundem Bald. in conſil. 264. dicta Nicolina. lib. 4. Carol. Ruin. conſil. 23. nu. 6. lib. 3. Et quid ſit linea, & quotuplex ſit, & qualiter intelligatur, tradit Bal. in conſi. 334. in quæſtione, quæ vertitur, num. 6. 9. & 10. lib. 4. vbi etiam tradit, qui dicantur deſcendentes de linea patris, & cum facimus mentionem de linea, intelligitur in dubio de linea recta non inflexa, vt traditur per eundem Bal. in conſi. 321. ſtatuto cauetur. lib. j. & plura de linea ſcribit Oliuerius in tracta. de gradibus cognatio. quæſt. 9. num. 1. cum aliis. quem lector legat. Et prædicta concluſio, quod filia ex filio primogenito præferatur patruo maſculo in ſucceſſione maioratus, eſt tenenda: licet Ioann. Fa-
19 ber, Doctor magnæ authoritatis. in §. cæterum, num. 4. Inſtitu. de legiti. agnator. ſucceſſio. teneat, quod ſi filia ex conſuetudine non ſuccedit in varonia, imo maſculus ſecundogenitus eam excludit. Et quidam baro habuit duos filios, quorum primogenitus in vita patris moritur relicta filia, & poſtea moritur varo: quod hoc caſu filius maſculus ſecundogenitus excludit neptem, quãuis vt ipſe dicit, aliqui teneant contrarium. quo non relato, inquit etiam idem Moderni. Pariſien. in conſuetu. Pariſien. par. 1. §. 3. glo. j. nu. 7. q. 5. quod ſi filius primogenitus prædeceſſerit relicta filia: quod hęc neptis filia primogeniti clientelare obſequium præſtans patruo: quod talis filia non eſt admittenda, quamuis maſculum repręſentet. & Chaſſane. in conſuetud. Burgundiæ. rubr. 7. nume. 54. in verſi. Ioannes Faber. dicit, ſe credere dictam doctrinam Ioann. Fabri veram eſſe, ſi ius nõdum eſſet quæſitum filio primogenito, videlicet, ſi mortuus eſt ante patrem, ſecus ſi poſt. per notata per Iaſ. in l. maximum vitium. C. de liber. præteri. quibus non obſtantibus, contraria opinio ſuperius fundata eſt tenenda. Et Ioann. Fab. & Moder. Pariſiẽ loquuntur in baroniis, & in rebus feudalibus, quarum fœminæ regulariter ſunt incapaces, vt ſupra probatum fuit Et ſententia Fabri non procedit, niſi in rebus feudalibus, ſecundum Tiraq. in tract. de primogenit. qõ. 14. nu. 6. ſed & in feudalibus dicit poſt. Fab. quem refert, quod fœminæ in illis ſuccedunt, vnde conſuetudo Hiſpaniæ, quæ admittit fœminas ad maioratus, non eſt miraculoſa. Et ex iſtis pater a iuſto & vero alienatum fuiſſe doctiſſimi Peral. in rub. ff. de hę redi. inſti. num. 26. in prin. vbi ex d. l. 2. titul. xv. parti. 2. & aliis probare conatur, d. l. 40. procedere, vbi nepos eſt maſculus, ſecus ſi fœmina ſit: quia non excludet patruum. Quod eſt contra veritatem, & receptiſsimam noſtri regni conſuetudinem. nec quicquã valet inductio, quam approbatiſſimus vir facit de. d. l. 2. titu. xv. ex illis verbis, *que ſi fiio varon y non ouieſſe la fiia mayor hereuaſſe el reyno*. quia vt ſupra dictum fuit, & late fundatum: tunc maſculus excludit fœminam, quando reperitur in eodem gradu, non alias, & lex illa apertiſſime vult ex verbis ſequentibus, quod filia vltimi poſſeſſoris non ſtante filio in eodem gradu, Regnum habeat, excluſis aliis, quibuſcunq;. ad quod faciunt verba prædictæ legis ibi, *E no otro ninguno*. Nam negationis ea eſt vis, vt totum, q̃ ſequitur neget, & infinita negatiue concepta, vniuerſalem ſignificationem habet. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. notat Iaſ. in l. j. nu. 63. ff. de offi. eius cui man. eſt iuris. & in l. qui duos. nu. 2. ff. de in ius vocan. & in l. ſi ita quis. §. ea lege. nu. xxxj. ff. de verb. obli. & ea eſt vis negationis, vt totum, q̃ ſequitur neget, vt ſua virtute æque indiſtantia, & propinqua agat glo. in c. cum dilectus. in verbo a ſuſpenſis, de conſuetu. cum concord. vt per Epiſc. Couarru. qui hoc bene explicat, lib. j. reſolutio. c. 13. nu. 7. & plus vigoris habet negatiua in negãdo, quam affirmatiua in affirmando. gl. in l. hoc genus. ff. de cõdi. & demon. quam recte ornat, & confirmat idem Peral. in l. vnum ex familia. §. ſed ſi fundum, nu. 30. ff. de leg. 2. latius Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone, limita. 7. cũ aliis. ff. de verbo. ſign. videtur igitur dicta lex excludere in eo caſu omnes, præter filiam deficiente maſculo in eodem gradu.

Source : BIU Cujas

gradu. Et est tãdem vera cõclusio, filiam vltimi possessoris
21 maiorat⁹ eẽ ꝑferẽdã patruo, in successione maiorat⁹ nisi fęminæ exprælse fuerint exclusæ à tali successione, vel per eui dẽtes & ꝙiecturas & à iure approbatissimas, q̃ eliciãt aut ex tenore maiorat⁹ aut ex verisimi, & indubitatissima mẽte ꝙstituẽtis maioratũ, quę ſm rõnẽ naturalem, & experientiã, & cõi omnium hominum desiderium alium intellectum nõ patiatur absq; lęsione mentis testãtis. ad ꝙ facit viua. l. quisquis. cxvi. ibi Proculus mentem testantis. ff. de verborum sig. Quod exemplificari potest, vbicunque ille qui fecit maioratum, cum hꝫ vnicum tm̃ filium masculum vł plures filios, vocauit ad successionem maioratus filios & illius descendẽtes in infinitum, & filias quas ẽt habebat, minime vocauit, sed eas omisit. nec in substitutionibus, & vocationibus sequentibus fœminas vocauit: quia cum filias proprias quarum caro, & sanguis est vnum cum patre omiserit vocare, nec credendum est patrem obliuione hoc fecisse, vt passim nos docẽt leges, & experiẽtia, & rationes naturales. existimandum est mentem testatoris in id tendere, vt semper ille ordo succedendi continuetur in alios descendentes: alias crudelis, prorsus pater & inhumanus, & propriarum filiarũ inimicus iudicari posset, si diceremus, ꝙ vlteriores descendẽtes voluit admittere, & filias excludere. Et ad hoc facit vulgata. l. si viua matre. §. in nepotibus. C. de bonis mater. vbi Docto. præcipuè Pinel. varia ad propositum adducũt. & doctrina Baldi in l. de quibus ff. de legib. vbi dicit, ꝙ si statutum excludit filiam propter filium, excluditur etiam neptis: ꝙa fuit exclusa propter sexum, qui est idem ī nepte, quia remotior non debet esse melioris conditionis. refert Cinum. in l. j. C. quæ sit longa consuetu. notat & confirmat Ang. Are. in §. ius autem ciuile. nume. 30. Institut. de iusti. & iur. & verba impropriantur, ne sequatur absurditas, quòd sint melioris conditionis minus dilecti, quam magis dilecti, vt per plura probat Ruin. consi. 79. num. 14. lib. 3. & hoc confirmatur ex scriptis per Bartho. Socin. in consilio 14. numero 3. & 4. li. 3, vbi dicit, quòd quando testator habebat filios masculos, & filiã fœminam, & masculos vniuersaliter instituit, fœminã vero ī rebus certis, & substituit ad inuicem filios masculos, & non fœmĩnas: filiæ fœminę non faciunt deficere fideicõmissum. quia conditio (sine liberis) ex præsumpta mente testantis intelligitur de masculis, ne testator videatur prætulisse filias filiorum filiis propriis: quem lector in isto proposito omnino legat. Ad hoc facit alias cõsimilis doctrina Rapha. Fulgo. & Pau. in l. j. C. de cond. inser. vbi dicunt, quòd siquis instituit vniuersaliter filios masculos, & filiam instituit in certam quantitatem dotis, postea cauit, ꝙ si quis filiorum masculorum decederet sine filiis, & portionem suã fratri substituto, & filiis ex eo præmortuo restitueret, quam uis illa verba (sine filiis) comprehẽdant tam masculos, quã
22 fœminas, vt in d. l. si ita scriptum. cum concordan. quę supra scripsi. tamen hoc casu non comprehendit fœminas, quia hoc videtur fuisse de mente testantis: quouiam testator prædilexit lineam masculinam. patet, quia instituit masculos hæredes vniuersales, filiam vero fœminam instituit in certam quantitatem, & ideo standum est propriæ significationi, vt illud verbum (sine filiis) solum comprehendat masculos, & de masculis solum intelligatur, non de fœminis. & mouentur etiam ad hoc. ex. d. l. si viua matre. ad quod eriã conducunt duo consilia Pau. de Castro: vnum in consil. 58. viso dicto themate, ponitur in facto. l. j. aliud in consilio 49. casus iste frequentes contingit & sine difficultate, libro 2. & adest latum consilium Alexan. 38. nume. 1. cum aliis. lib. 6. vbi Parisien. ad hoc concordant. refert & doctrinam Pau. & Raphael. approbat Soci. in d. l. cum auus. numero 87. ff. de conditio. & demonstratio. & pleniſſimè Iaſ. in consilio 140. & 141. lib. 2. numero 3. vbi refert Ioann. Andre. in additionibus. ad Spe. tit. de succeſ. ab inteſt. verſi. & est sciendum. & idẽ voluit Bartho. Soc. in consi. 94. num. 3. lib. 4. & alios refert Pinel. in d. l. 3. num. 24. & est communis opinio secundum Ludouicum Gozadi. in consi. 88. in causa Tridentina. nume. 5. vbi hũc articulum, & materiam plenè tractat. & addo abũdãs consilium Barba. quod plerique existimant Alexan. in consilio 52. circa hanc dubitationem lib. 4. contra quem latè ibi arguit Parisien. in additio. præcipuè in additio. quæ incipit, ergo. nec minus conducit doctri. Bar. in l. vlti. nume. 2. ff. ad Trebel. vbi Ang. Pau. eiusdem Bar. in l. Lucius. num. 18. ff. de vulg. vbi Iaſ. nu. 23. communem asserit. & in §. prciudiciales. nu. 33. Insti. de actio. & idem Bar. in consi. 54. Angelus Matthia habebat vnum filium. & idem vult Pau. in l. Publi. Mæuius. §. vlti. ff. de cõd. & dem. Ale. in l. coheredi. § q discretas. nu. 3. ff. de vul. Ant. Gõ. tomo vltimarũ volun. c. v. nu. 25. Et faciunt, quæ de qualitate masculinitatis scribo, ſ. nu. 70. & 74. cum aliis. in isto igitur casu, patruus excludet neptem, in qua viget idem sexus, ad quem testator vł respectum habuisse, & dr vna, & eadem dispositio circa filias, & neptes inspecta vnitate rationis & causæ, ſm Cin. in d. l. 1. nisi probatum fuerit, ꝙ pater filios vel generos odio habebat: quia tunc cessat ratio tex. in d. l. si viua marre. & cõcordan. Et ista conclusio comprobatur ex quodam notabili consilio Old. dist. 141. thema tale. Et ex scriptis per Soci. Iun. in consi. 90. num. 20. & in consi. 112. num. 18. & consi. 118. num. 25. lib. j. & consi. 168 num. 25. lib. 2. vbi num. 90. limitat, & intelligit doctrinam Bal. quam supra retuli, in versic. & ad hoc facit, vbicunq; vocatus est de liberis. & viget ratio sanguinis, secus quando testator prædilexit vocatum, non ex eo tantum, ꝙ erat de liberis, sed quia erat masculus. & per quem sperabat agnationem conseruare: quia tunc fœminæ non censentur vocatæ, licet descendant a primo vocato, & prædilecto. ex hoc modo exemplificari, & verificari possunt verba. d. l. 40. ibi, *saluo si otra cosa ẽtuuiere dispuesto por el que instituyo el mayoradgo*. Nam expressium dicitur, ꝙ ex mente colligitur, ſm
23 glo. Bal. Ang. & Moder. in l. prætor. in prin. in verbo, expressus. ff. de noui oper nun. notat Curt. in tracta. feudo. par. j. q. 4. num. 2. & dixi in princ. huius 2. partis, num. 3. Item verificari potest, constitutorem maioratus voluisse patruum esse potiorem nepte, vbicunque grauauit successores onere portãdi proprium nomen, & arma, quia in isto casu ex sua mente vł fœminas excluſisse. Quia fœminæ non possunt arma parentum portare. vt explicat Chassa. in cathal. glor. mundi, par. j. conclusio. 46. per l. ius familiarum. C. de religi. & sump. funerum. & doctri. Bar. in tracta. de armis. & Anch. in c. dilecta. de excess. præla. & ad hoc facit doctri. Ripæ in l. centurio. num. 164. ff. de vulga. vbi dicit, se respondisse, ꝙ si testator filios masculos in conditione posuit, & deficiente linea masculina extraneum substituit cum onere deferendi nomen & arma ipsius testatoris: ꝙ tunc filii masculi censeantur substituti, quia expresse apparet, testatorem voluisse familiam suam æternam reddere. Et hoc tradit in alio egregio casu Lauren. Calcane. consi. 48. numer. 11. & 12. sed ista conclusio, & limitatio ad d. l. 40. semper apud me dubitationem habuit, cum inter Hispanos fœminæ deferant arma parentum, & anteceſſorum, quod inuiolabiliter obseruatur, & ista consuetudo mutanda non est. l. minime. ff. de legib. & testatores cum ea se conformare vsũr. l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebell. iuncta l. de quib. ff. de legib. Ex quo licet grauent successores onere arma portandi, nõ vsũr fœminas excludere a tali delatione armorum, & ab insigniis, quæ iure sanguinis eisdem competere vsũr, veluti maiorũ imagines. de quib. loquitur. l. quæ tutores. C. de admiſt. tuto. & in Gallia etiam fœminæ arma parentum portant, authore Caſſaneo, vbi s. vbi addit, ꝙ consuetudo in delatione armorũ est inspicienda. Et hoc confirmatur ex traditis per D. Burgos de Paz in d. proœmio legum Tauri nu. 111. Et (vt supra dixi) durum est excludere fęminas a successione maioratuũ, nisi vbi priuatio sit expressa, vel per tam euidentissimas cõiecturas, vt salua mente testantis ab eis recedi non possit, cũ talis exclusio sit priuatio, quæ non est præsumenda, nisi in casib. a iure expressis. c. vlt. de iure patr. cum concordanti vt per Aymo. in tract. de antiq. temp. par. 3. nu. 86. ad ꝙ ẽt facit doctri. Arch. in c. si quis suadente. 17. q. 4. dicentis, ꝙ statutũ excludens matrem a successione filii, non excludit a successione filiæ, tradunt Iaſ. in rubr. ff. de acquir. poſ. Socin. Iun. in consi. 3. nu. 5. lib. j. vbi late scribit, qualiter statuta excludentia fœminas a successione debeant stricte interpretari, & debeant intelligi in proprio casu. & idem Soc. consi. 23. nu. 43. & in consi. 31. nu. 3. lib. j. & esse iniquum excludere sobolem fœmininã, vbi verba testatoris cõcludenter id non petunt: maxime vbi nõ agitur de maioratu, vel bonis simili modo in perpetuum affectis. resoluit Pinel. in d. l. 3. de bon. mater. nu. 27. aduertant igitur iudices, ne proniores sint ad exclu-
24 dendas fœminas a successione maioratuum. Et ex his etiã, quæ supra scripta sunt, & ratione dictarum. l. 2. tit. 15. par. 2. & l. 40. Tauri. decidi potest antiquum illud & anxium, atq; difficile bellum, ꝙ in multis litibus maioratuum per tribunalia circunfertur (adhuc tamen sub iudice lis est) quod ẽt est necessariũ pro intellectu istius cõnis & materiæ: an masculus remotior excludat fęminam proximiorem a successione maioratus? In qua quæstione, licet non possit dari certa regula, propter varietatem casuum, & diuersitatem vltimarum vnluntatum, quas vnusquisque diuersimode interpretatur, prout mentem defuncti cognitu difficilimam vult coniecturare. quod in regaliis auditoriis experientia apparet, quibus de causis huius dubii diffinitio difficilima est. pro posse tamen rem explicare conabor, ne in dubio tam practicabili, & necessario., lectori defecisse videar. & licet debiles sint ad huius negotii magnitudinẽ vires nr̃æ, Dei tm̃ adiutorio confisus, cũ teneat huius negotii rõnẽ reddere, malui certamẽ hoc aggredi, q̃ vt miles pusillanim⁹ pe-

dem

dē referre. Ex iā dictis igit cōstat, ha bēdū esse ꝑ regula, ꝙ fœmina proximior excludit masculū remotiorē a succession. Quā sn̄iam ætate nr̄a late defendit doctissim⁹ Epis. Couarr. resolutio. li. 3. c. 5. nu. 5. ver. Rursus. vbi lector rōnes huius sententiæ, & authores videre poterit, q̄ hic trāscribere nolo. cui⁹ opinio mihi semꝑ placuit. Et pro eadē primo pōdero dictas l. 2. ti. 15. & l. 40. Tau. ꝑ quas patet, ꝙ vbi nō adest masculus ī eodē gradu, fœmina p̄fert masculo remotiori, ēt in successione Regni, in cuius administratione tā exacta, & cōstās gubernatio est necessaria, vt s̄. dictū fuit. Et ꝙ dictæ leges dispnūt in filiis vel nepotibus eorū, q̄ vltimo loco possederūt regna vel maioratus, ꝑ eandē rōnē locū hēt, vbi lis est īter vocatos, q̄ nō sunt filii, vel nepotes vltimorū possessorū. Et horū legū credo, ꝙ voluit mētionē facer q̄dā rn̄sio data Madritii anno. 1552. petitio. 108. vbi cum per dictā petitionē fuisset supplicatū Carolo Quinto Imperatori & Regi nr̄o, ꝙ diffiniret in dictis curiis, an masculus ī remotiori gradu excluderet fœminā ꝓpinquorē, fuit rn̄sum, ꝙ obseruarēt leges istius Regni quasi ꝙ hoc esset determinatū ꝑ dictas leges. 40. Tau.
25 & d. l. 2. Scdo, ꝑ hac conclusione induco. l. 27. Tau. vbi in melioratione tertii, sunt ante oīa substituēdi descendētes, & in eorū defectū ascendentes, & postea transuersales. itaq; dum adfuerint legitimi descendentes, siue masculi, siue fœminæ trāsuersales n̄on admittunt, nec pn̄t vocari, ēt si sint masculi. Et ordo substitutionū ī dicta lege datus, seruari dēt, vt animaduertūt ad hoc nr̄m ꝓpositū Gom. Arias. ibi num. 59. & Tello nu. 17. q̄ istā inductionē in terminis latius aperit. Et est animaduertēdū, ꝙ licet dicta lex nihil videat de fœminis sentire, hoc aperte patet ex verbis prædictæ legis. ibi, *Entre los descendientes legitimos, que ayan derecho de les poder heredar.* Nam descendentium appellatione, veniunt omnes vtriusque sexus, siue nati ex fœmina, siue in masculo, vt in Auth. de hære. ab inte. venientibus, in prin. col. 9. in l. vlt. C. de suis & legit. ad ꝙ cōcordantes. ꝯ. referā. Sed inductio p̄dictæ legis tuta mihi & cōcludēs nō vī, nā ꝙ dispositū est in d. l. eā rōnē hēt, ꝙa lex voluit concedere parentibus liberū arbitriū meliorādi filios in tertio, & faciēdi substitutiones eisdem placitas, cū limitatione, & modificatione, ꝙ vocationes, & substitutiones facerent, iuxta formā p̄scriptā in illa lege, ꝓꝑ p̄iudiciū ꝙ filiis fit ex melioratione tertii, siue sint masculi, siue fœminæ, q̄bus lex voluit gratificare in eo, ꝙ parētes tenerēt & necessitarentur eas vocare añ oēs alios, ī defectū descēdētiū filiorū, vel nepotū, quos primo vocant & meliorant, ad ꝙ dirigit totus intētus illius legis. Nec lex voluit decidere nr̄am qōnē, quicqd ibi dicāt p̄dicti scribentes. nec inductio p̄dictę legis est gn̄alis, cū illa loquatur in melioratione tertii facta ꝑ parētes in fauorē filiorū, & nr̄a qō sit in q̄busliber extraneis faciētibus maioratū, inter quos est diuersa rō, & longa differentia. Præterea, dissimilis est rō q̄ adest inter primos vocatos, & ꝓximiores a testatore descēdentes, in quorū p̄iudicium parēti bus licet facere melioratiōnē, quare iustū est, ꝙ eos vocare teneāt, siue sint masculi, siue sint fœminæ. q̄a �means naturā est, ꝙ sicut honorāt gratificēt. l. ꝛm naturā. ff. de re. iu cum concor. l. ab eo. C. de fideicom. & inter vlteriores descendentes, q̄bus parentes nō ita gratificare tenent, vt patet ad sensum. Et ex hac rōne differentiæ, p̄t inferri egregia limitatio & ītellectus ad d. l. 27. ꝙ licet parentes teneant vocare oēs descēdentes ad melioratiōnē tertii, intelligēdū est de his, q̄ sunt in ꝓximis gradibus, & q̄ iā nati sunt, & tpe factæ melioratiōnis hēnt iā ius succedēdi. ꝙ suadet ex verbis p̄dictæ legis ibi, *Con tanto que los hagan entre los descendientes legitimos, que ayan derecho de los poder heredar.* Nā qualitas adiūcta verbo, ītelligit ꝛm tps verbi. l. in delictis. §. si extrane⁹. ff. de nox. l. Titius. ff. de re. mili. nec minus faciūt alia verba ibi, *que vala para siempre, o por el tiē po que el testador declarare.* Et ꝑ hac limitatione, & rōne differē tiæ facit doctr. Bal. in l. maximū vitiū. C. de lib. p̄t. q̄ refero ī j. par. tract. q. 3. nu 13. Et ad istā cōclusionē esi ēt bonus text. in Auth. de hæred. §. si igit. ibi, si igit defunctus neq; descendentes, neq; ascendentes reliquerit. in q̄bus verbis, & in aliis p̄cedentibus, lex habuit cōsiderationē ad tps, quo succedit defūcto, ad hoc ꝙ descendentes, vel ascendentes, aut alii ad successionē admittāt. Ex quo fit, ꝙ pater tenet obseruare ordinē, & formā p̄dictæ legis in fauorē illorū, q̄ nati sunt, tpe cōfectionis melioratiōnis. pn̄t itaq; parētes vocare post extinctos eos, q̄ tūc nati sunt, alios p̄ter eos, q̄ cōtinēt in d. l. Et cū ea lex sit exorbitans, & restrictiua voluntatū parentū, nō est extendēda vltra casū ī quo loq̄t, nec est exheda a terminis, in quibus disponit. Et est obiter notandum, quod dicta. l. 27. maximam consonantiam habere videtur cum dispositione. l. humanitatis. in versiculo, vel si filia. C. de impub. cū qua concordan. l. 12. titulo. quinto. parte. 6. deducitur ēt non esse necessariū parētibus cū faciūt melioratiōnē vinculatā, cōtinuare totā lineā alicuius filii, sed posse ad libitū trāsire de vna linea in aliū. Qd̄ suadet ex verbis generalibus p̄dictę. l. 27. ibi, *el grauamen que quisieren assi de restitucion como defideicom*
26 *miſſo.* Tertio, nr̄a opinio corroborāt, q̄a de iure ꝓximiores ꝙ sanguinei remotioribus præferuntur in successione, siue sint masculi, siue sint fœminæ. l. 2. §. hr̄ditas. ff. de suis. & leg. hære Auth. de hær. ab int. venien. §. si vero neq; fr̄s. §. si plures. Inst. de legi. agna. succ. l. i. §. grada. im. ff. vñ cog. l. 3. tit. 13. par. 6. ibi, *Quier sean varones, quier sean mugeres.* & l. 6. eo. ti. Cū igit de iure ꝓximiores remotiorib. in successionib. p̄ferant, cū hoc se cō formare vñr illi, q̄ faciūt maioratus iuxta sæpius relatā. l. hr̄des mei. §. cū ita. ff. ad Treb. Quarto, naturæ accusatores sūt, qui faciunt differētiā inter successionē masculorū & fœminarū. d. l. maximū vitiū. C. de lib. p̄t. Nec defuerūt egregii authores, q̄ de laude, & virtutib. mulierū multa scripserunt. inter quos doctissimus Plutarchus librū edidit de hoc cui titulus est, mulierū virtutes. quē & alios ad hoc refert Tiraq. de legib. cōnub. l. 9 gl. i. par. 9. nu. 229. q̄ vt posteros, & p̄sentes fœcunditatē ingenii, & eruditionis, magis doceret, nō solū in ꝓfessione ꝓpria ratus apparere voluit sed ēt in alienis miraculosus existere decreuit. & alia cōsimilia de virtutibus mulierū scribit idē Tira. l. xi. nu. 11. Quinto, hoc in Hispania magis vsitatū est, & cōsuetudine optima legū interprete est receptū. vñ minime mutari dēt. d. l minime. & cōditores maioratuū, cū ista cōsuetudine se cōformare verisimile est. l. sē per in stipulationib. ibi, ꝙ ī regione, ī qua id actū est, frequētatur ff. de q̄di. edict. & dictū fuit abūdāter ī j. par. huius operis. q. 48. n. 16. cū aliis. Sexto istā sn̄iam tenet vltra eos, quos refert Epi. Couar. in loco citato, Anch. in d. cons. 339. q̄ dicit ꝙ qñ fœmina excludit ꝓꝑ masculū, est qñ masculus est ī copē gradu, nō ī remotiori. & Sigismundus inter cōsilia feudalia cons. 39. nu. 25. Cur. in tra. feu. par. 3. nu. 17. vbi dicit, ꝙ qñ feudū est tale, in quo cōsuetudine, vel pacto fœminę pn̄t succedere, & pactū, vel cōsuetudo disponerēt, ꝙ primogenitus, vel primogenita succederet, tūc filia magis ꝓpinqua excludit masculū remotiorē. q̄uis idē Cur. parti magis, q̄ veritati patrociniū p̄stando cons. 11. Thema tale ꝓponit. cū aliis. q̄riū ꝑ plura fundamēta sust̄ēt at dicēdo, ꝙ masculus ēt remotior, excludit fœminā ꝓpinquiorē, ꝙa īter oēs masculos fuit facta reciproca substitutio, & ꝑ alia fundamēta. est igit tenē da cōclusio, ꝙ regulariter fœmina ꝓximior excludit masculū remotiorē, si vero sint in eodē gradu, masculus semꝑ præ
27 fert fœminæ licet fœmina sit natu maior. ꝙ patet ex. d. l. 2. & aliis infinitis, q̄ omitto. Quæ cōclusio ꝓcedit, ēt si testātor dicat ꝙ in successione maioratus, maiores ætate p̄ferāt minorib. ꝙa illud verbū (maiores) est intelligēdū, dūmō maior ætate sit masculꝰ, nā si fœmina sit, licet sit grādior ætate, nō est masculo anteponēda, vt late fundat Ale. in cōs. 139 nu. 3. cū aliis li. i. ꝙ verissimū credo. Et adeo hēt locū p̄dicta conclusio, ꝙ dixit Guido Papa in deci. 606. ꝙ si in mr̄imonio sit facta donatio primo nascituro, & nascat primo filia, si postea masculus nascat, dēt masculus hr̄e donationē, ēt si secūdo natꝰ fuerit. Qd̄ dictū refert & cōfirmat Guil. Bene. in c. Raynuti⁹. in verbo, in eodē testā. in i. nu. 173. de te. vbi adducit ad ꝓpositū quoddā aliud dictū singulare, quē lector legat. sed & idē Guido in deci. 505. inquit, ꝙ si factū est pactū ī p̄ctu mr̄imonii, ꝙ pr̄ filio primog. dabit tale castrū, seu alteri ex ipso matrimonio si maluerit, ex quo mr̄imonio nati sunt duo liberi masculi, deinde morit pr̄ nulla facta declaratione, ꝓtinebit tamen primogenitura ad primogenitum. mouetur per text. in l. 2. & in l. qui liberos. ff. si pars hæredi. peta. quem punctū latius tractat Tiraq. in d. tract. de primogenitu. quæstio. 65. Et de hac decisione Guidon. memini in prima parte, operis. q. 48. numero 14. Et quando exprimitur, vt fœminæ succedant cum masculis, intelligitur si masculi non adsint. capitu. pri. §. filia. de succession. feud. cap. i. §. quin etiam. Episcopum vel Abbat. notat Fulgo. in consilio 229. colum. prima. Alexand. in consilio, 29. libro primo vbi Parisien. refert Iaso. in cons. 114 libro primo, & alios plures. Quod procedit etiam si in loco adsit statutum, quod fœminæ & masculi pariter succedant secundum Signorellum de homo Dei. in consil. 139. Quibus adde Dec. in cons. 139. colum. vltim. Roman. in cōsilio 367. circa primum. num. 16. & prædicta ampliantur, et si detur casus, in quo propter defectum masculorum, maioratus perueniat ad fœminam, ex qua nascantur fœmina, & masculus, quia licet talis masculus sit minor ætate, adhuc fęminæ præfertur, secundum Præpositum in capitulo primo, numero tertio de eo qui sibi, aut hæredibus suis. qui ad hoc citat Odofredum in summa feudali, in rubrica. qui succed. in feud. in vetsiculo sed quæritur, ecce aliquis inuestitus. & Angel. in consilio cxxi. & alios authores. & addit, quod quamuis feudum declinet ad fœminam propter non existentiam masculorum, ex quo babuit initium ab stipite masculina, ab ea sumit naturam suam, & masculi præferuntur fœminis. & filii vel alii descendētes ex fęmina licet descēdāt ex radice infecta, tū habito respū ad primā stipitē, non mutant

fexum

Source : BIU Cujas

sexum suum masculinum. quod dictum ad plura est singulare.pro priori dicto propositi, facit tex.in l.si instituta.& in l.pater filium.& l. si is qui.ff.de inoffi.test.notat Curtius in d.
28 num.17.Item masculus in eodem gradu, præfertur fœminæ non solum in successione maioratuum, sed etiam in vocatione adjius patronatus,vel ad faciendum dicere anniuersaria,aut alias;similes res,quarum exequutio,& nominatio ad maiores natu ex testatorum dispositionibus deferuntur:nisi aliud euidenter ex testatoris dispositione appareat. Quod patet ex superioribus.& l.7. titu.xv.par.6.ibi. *Pero si muger fuere entre ellos,maguer sea mas hõrada,e de mas alto linage, que los varones,no las deue ella tomar,mas alguno de los varones.* Quam legẽ ad aliud refero, infra in hac quæstione.Et pro hac extensione conducunt,quæ scribit dominus Ant. de Pad.in rubr.C. de fideicommi.nu.9.& ex istis etiam,ꝙ si dubitetur,an testator voluerit,quòd masculus minor præferatur fœminæ maiori,in dubio pro masculo iudicari debet, etiam si verba testatoris valde refragentur.quia vt supra sæpissimè dictũ fuit, videtur testator se conformare cum iure quod excludit fœminam maiorem, ob masculum in eodem gradu etiã mi-
30 norem.Quod confirmatur ex doct.Bar.in l.vt iuris iurandi. §.liberi.ff.de oper.liber.vbi dicit,ꝙ si pater accipit emphiteusim pro se & filiis masculis & fœminis descendentibus,intelligi debent verba ordine successiuo.Et videtur accipiens eũ, recipere secundum ius municipale,præferens masculos fœminis,& idem voluit Anchar. in Clemen.i.de iure patro.Et est communis opinio, secundum Alberi. Brunum in tract. de statut.exclud.fœm. ob mascul. articu.quæst.22.quem pũctum late examinauit Episcop.Couar.lib.2.resolu. c.18.nu. 1.cum sequentibus.cui adde Alex.qui etiam Bar.sequitur in consi.9.ponderatis.numero 1.cum aliis.lib. v.Et confirmat ex aliquibus fundamentis Ludoui.Gozadi.in consilio 90.in causa Mantuana.numero 8. Quo in loco Bart.opinionem à Decio defendit,qui eam impugnauit in consilio 208. Et adduco.quod singulariter voluit Andre.de Yser.in cap.i.numero 3.de eo qui sibi aut hæred.suis.vbi tradit,ꝙ pacta facta circa successionem masculorum & fœminarum,sunt interprætanda secundum constitutiones regni.

31 PREATEREA, pro maiori intellectu tex.in d.l.40. Taurina.inferere hic libuit sententiam Anto.Gomez.in l.8. Tauri.numero 19. vbi limitat illam legem, quando illi qui concurrunt ad successionem maioratus,sunt merè collaterales.tam respectu possessoris,quam primi fundatoris,vt puta,si constituens maioratum in defectum descendentiũ vocauit proximiores in gradu ex collateralibus, & contingit, quòd maioratur vltimus possessor, relicto fratre secundo viuo,& relicto filio ex alio fratre maiore præmortuo,quòd ꝑfertur frater secundus filio fratris præmortui.Et idem vult gl.in l.2.titu.xv.par.2.in glo.*el mas propinquo.* quorum opinio vera mihi videtur non obstante.d.l.40.quæ non loquitur in isto casu,licet aliud teneat Episc.Couar.in pract. quæst.c.38.
32 nume. x.Ex prædicta etiam.l.40. præcipuè in illis verbis, *que siempre el hiio y sus descendentes.* iunctis præcedentibus & sequentibus apparet:quod descendentes & transuersales,& illi,qui ab eisdem descendunt,vocantur ad maioratum in infinitum:dum modo descendant à primo stipite & trunco illius,qui maioratum fecit. quod probatur in feudis in cap.1. de natura feudi.& in c.1.de gradib.successio. & tenet Iacob. Alua. & ibi Præpo. numero 15. in §.i.qui feu. dare poss.facit quod notat. Bald.in c.vnico.numero 6. de feud. marchi.vbi inquit, ꝙ quando agitur de successione regni ducatus aut Marchionatus,succeditur etiam in milesimo gradu. Quod præter alios notat Anto.Gomez.in l.40.nume.v.qui ad hoc inducit.tit.1.par.2.vbi hoc tenet Grego.Lopez in verbo, *parientes.*& l.2.in fi.titu. xv.eadem par. vbi hoc repetit idẽ Grego.Lopez in verbo,*el mas propinquo.*& notatur per Egidi.Bosi.in titu.de prin.& priuil.eius.numero 94.& dixi in quæstio.
33 7.infra eodẽ. in fi.Est etiam attendendum, antea quã omittamus intellectum & praxim d.l.40. ꝙ ea procedit non solum in maioratu facto per dispositionem testamentariam, sed etiam per viam contractus,vt patet ex illa lege ĩ illis verbis, *por el primero que instituyo.* Et quia eadem est ratio in vno casu,quam in alio. Quod tenendum est,quicquid in quadã donatione facta primogenito responderit Anto.Rub.in cõsil.146.numero 6.cum sequentibus.Item est considerandũ, ꝙ dicta lex procedit tàm in maioratu facto licentia regali quàm in melioratione tertii & quinti vinculata in fauorem filiorum,& descẽdentium.quod patet ex l.44.Taur. vbi hæc duo æquiparantur.Et aliis quæ scribo in prin.primæ par. numero 11. Alia autem circa intellectum text.in d.l.40.scribit resolutiuè Episcop.Couar.in practi.quæstio.c.38. Tiraquel. in d.tract.de primogenitu.quæstio.40.41. vbi tractat de repsentatione.Et an representatio habet locum in retractu cõ-
34 sanguineali(vt obiter hoc sciatur) videat Bal.in c.i.an agna. vel fil.& in consilio. 8. præsuppositio statuto.lib. 1.& quæ egregiè scribit Tiraquel.lib.i.de retract.§.xi.glo.9. numero 1. cum aliis. de quo loco multa summi possunt ad propositũ eorum,quæ hic tractãtur, & ad leges regias de retractatu loquentes.

35 NVNC expedit vt ad vlteriora progrediamur, pro intellectu istius materiæ.Et quæro de difficili quæstione. Testator ordinauit,quòd maioratus ad fœminam nõ præueniret, vbicunque adesset masculus, etiam in remotiore gradu,cuius occasione ob masculi defectum, fœmina ad maioratũ fuit admissa & masculus postea natus fuit: an excludat fœminam habentem,& possidentem iam maioratum?In qua quæstione relinquo vnum casum indubitabilem, videlicet, vbicunque fœmina accepit semel possessionem maioratꝰ, & masculus superuenit, quæ forte tẽpore mortis prædecessoris erat absens,& credebatur mortuus: & tunc sine dubio fœmina repellitur a successione maioratus. Et idem est vbicunque mulier edidit posthumum, de quo grauida remansit tempore mortis vltimi possessoris, secundum Peraltam in rub. ff. de hęredi.institu.numero 123. vbi addit in nostra materia, ꝙ d.l.40.non procedit,quãdo ex fœmina ætate maiore, susceptus est masculus qui fuit superstes eidem fœminæ matri suæ viuo patre, eodemque nepotis auo,ex quo auo superfuit etiam filius secundo genitus post prædictamfœminam, frater eiusdem fœminę: quia in isto casu nepos non admittitur cõtra patruum.quod verissimum credo, qa donec ille qui possedit maioratum viuit, non est curandum de successione aliorũ,vt statim tractabitur. Et cum sit masculus non eodem gradu, fœminæ semper est anteponẽdus, vt supra probatum fuit.si vero masculus conceptus,& natꝰ fuit postquam fœminæ ius maioratus delatum fuit.nõ ſpe, sed realiter,& accepta possessione.in hoc casu(vt aiunt) pẽdent leges & prophetę, quia multa vrgent pro vtraque parte.& ꝙ fœminę in hoc casu non priuentur maioratibus per masculos postea superuenientes,primo probatur ex doctrina Iacob.de Belui.Nicol.de Neapo.Bald.in cap.i.numero v. de eo,qui sibi, aut hæredibus suis.vbi dicunt,ꝙ masculus superueniens fœminam non excludit in possessione feudi existentem:quia natura dominorum acquisitorum est,ꝙ sit ꝑpetua.l.siue possidetis. C.de proba.nota.Peral.in l.Lucius,1. numero 7.ff.de lega.2.& sequitur Suarez in allega.27.vers. 3.quia tempore. & hanc opinionem Bal.& aliorum tenet, & communem dicit Curt.in d.tracta.feudorum.3. par.prin.
36 numero 33.Pro quibus facit, quia constitutio quæ loquitur in primogenito prę̃ferendo, intelligitur de illo, qui reperit primogenitus tempore illius, de cuius successione agitur secundum Andream de Isern.in capi. i. §.hoc quoque de successio.feu.& in ca.i.§.his uero.de gradibus successio.& alios, quos refero in prin.par.tractatus,quęstio.ii.nume.xii. Quib. iungo Bald.in l.ii.numero v.C.de iure emphi.Grego.Lopez in l.28.titu.8.in verbo *segun se auiene.*par.v.Item ea,quę semel vtiliter cõstituta sunt,durant:licet ille casus extiterit, a quo incipere non potuerunt.l.pluribus.§.& si placeat.ff.de verb.
37 obliga.l.in ambiguis.§.non est nouum.ff.de regul.iu.cap.factum legitime.de regu.iur.in 6.l.8.titu.2.par.4.Et ideo legitimatio semel facta in filii fauorem, quia pater non habebat filios legitimos,non reuocatur si filii legitimi postea nascãtur secundum Rayneri.Cinum,Salice.Bal.Ange. Imo. Ale. & Ias.qui hanc dicit esse communem opinionem in l. ex facto.ff.de vulga.Andre.Ysern.Iacob.Aluaro. Cardin.Alexã. si de feu.fuerit controuers. inter dominũ & agnatum.Spec. titu.de succes.ab intestat.§.i.vers. sed ex facto.ad quod alios plures authores refert Tiraquel.in l.si vnquam.in verbo,donatione largitus.numero 281.C. de reuocan. donatio. quo in loco & in numeris antecedentibus & sequentibus hunc punctum latissime tractat. ad quem iunge Alexand.& Parisien.in consilio 287.uidetur prima.libro quinto.& Socin.iunior.in consilio 142.numero 30.libro primo.ubi dicit, istã esse veram & communem.Sed hoc fundamentum minime apud Hispanos concludit propter.l.xii.Taurinam.ubi filii legitimati non possunt cõcurrere ad successionem cum filiis legitimis, qui nati fuerunt post legitimationem impetratã. Ex qua lege determinatur illa disputatio Tiraq. in qua ipse post alios laborauit.

ITEM, pro ista sententia adduco.le.48. Taurina ibi *En todas las cosas para siempre.*Præterea, licet regula iurisit,ꝙ cessante cã cessat effectus.c.cũ cessãte.de app.cum vul.tñ,qñ effectus ãę est iã ꝓsumatꝰ,& in esse deductus,& ꝑfectus, cura cessante non debet cessare effectus.l. vltim. ff. vnde libe.l. inter stipulantem.§. sacram.in illis verbis, nec reuocatur in obligationem.ff.de uerborum obli.ubi Ia.numero 4.d.l.8.ti.
38 21.par.4. & perempta causa, non perimitur effectus iam in esse productus.ca.ulti.de offi.delegar.per quem tex.tenet ibi Ioan.de Imo.ꝙ extincta causa, non periit iuris effectus iam

in

in esse deductus: secus si sit in fieri, & res sit integra. Quod latius tractant Tiraquel. in tract. de cessan. causa, limita. 12. num. 1. cum aliis. ff. de leg. 2. Et pro ista opinione videtur expressa sententia Chassanei, quam supra retuli. nu. 19. Et est simile, quod probatur in l. sciendum. §. vlti. ff. qui satisd. cog. vbi habetur, quòd quando qualitas inhabilitans à principio non adfuit, sed postea superuenit, non impedit, nec inhabilitat in iure iam delato. notat Bartho. Soci. in consi. 81. colu. 3. lib 3. Maria. Soci. iuni. in consi. v. num. 18. lib. 2. Item, ius a-
39 licui quæsitum ex causa existenti, licet causa deficiat: ius tamen illud quæsitum durat, & retinet. l. post mortem. §. j. l. nõ putabit. ff. de bonorum. pos. contra. tabu. l. cum vxori. C. quãdo dies leg. cedat. c. ab eo. de electio. in 9. Clemẽ. constitutionem. eodem titu. & tenet Ioan Andre. in c. decet. in versicu. & idem in simili. de regu. iur. in 6. & Bal. in l. filiam. lectura. 1. ff. de senator. & per ea quæ dicta sunt vidi aliquos contendere valere meliorationem tertii vinculatam, si quando pater eam fecit plures filios habebat, licet tempore mortis vnus tantum filius supersit. quod nõ pono pro constante. & facit bonus tex. in l. si quis sub conditione ff. de testam. tute. l. æqssimum. in prin. ff. de bonorum pos. secund. tabul. l. quandiu. ff. de acquir. hæredi. l. cum in testamento. ff. de hęredi. institu. l. si mater. § vlti. ff. de vulga. & pupilla. Et ideo, licet exclusionis causa cessante cesset exclusio. l. si instituta. l. pater filium. l. si is qui. ff. de inoffi. testam. l. Gallus. §. in omnibus. l. inter cętera. ff. de lib. & posth. l. 2. §. si materibi, cum enim prælatio.
40 ff. ad Tertu. Et ideo filia exclusa à successione patris ob masculos, ijs deficientibus admittitur tanquam cessante causa exclusionis, vt scribit Angel. in Auth. de hæredib. & Falci. §. si quis autem. in verbo, auferri. & Rapha. Fulg. in consi. 8. dominus Petrus. in versi. & ex sententia Paul. de Cast. in consi. 181. visis, & diligenter examinatis versicu. ex his videtur. lib. 2. hoc intelligitur, quãdo nulli sunt masculi, qui possint succedere: nam si qui sunt, qui succedant, & ita excludãt filias, illæ perpetuo erunt exclusæ, etiam si masculi postea deficiãt secundum Bar. in l. vlti. q. ff. ad Tertul. Bal. in Auth. sed & si quis. in ver. sed per hoc infertur. C. de secund. nup. & in l. Gallus. § & quid si tantum. in fi. vbi Ange. et Aretin. ff. de libe. & posthu. licet contrarium in hoc tenere videatur Rapha. Fulgo. in d. consi. 8. in quo puncto Campegius in tracta. de dote. par. v. q. 23. nu. 3. dicit communem esse distinctionem. Quòd
41 si statutum dicat, filiam dotatam non admitti ad successionem patris masculis extãtibus, & tunc perpetuo filia remanet exclusa, etiam masculis postea deficientibus: secus si loquatur per dictiones suspensiuas, quo, ad, vel, quousque, vel donec masculus supersit. Et hoc casu propter defectum masculorum admittitur filia ad succedendum ex Bal. in cap. 1. §. cum etiam. ad fi. Episcopum, vel Abbat. & aliis plurib. quos citat. Et idem tenet Deci. in consi. 506. num. 3. & 607. nume. 16. Alexand. in consi. 188. lib. 6. & nume. 2. qui ad hoc plures refert. vbi Parisien. idem tenet & multos sequaces citat. Et hæc est communis opinio, quicquid videatur tenere Barth. Soci. in consi. 63. nume. 14. lib. 1. Et communem opinionem sequitur idem Soci. in consi. 92. numero 13. lib. 1. vbi dicit, ꝙ ista est communis opinio, & ĩ practica recepta, & approbata. & sequitur idem Soci. in consi. x. nume. 1. lib. 3. & in consi. 33. num. 4. eodem libro. de qno etiam vide eundem Socin. in consi. 50. eodem. lib. & in consi. 263. nume. 1. lib. 2. & plures ad hanc opinionem refert Socin. iunior in consi. 1. nume. 1. lib. 1. vbi dicit, istam esse communem opinionem, & sequẽdam. Et idem Soci. in consi. 2. nume. 35. & in consi. 31. num. 1. lib. 1. & vide eundem in consi. 104. num. 9. & in cons. 109. num. 7. lib. 2. & de istis aduerbiis, donec, quousquè, quandiu, & similibus, vide bonam theoricam Parisien. in consuetud. Parisien. par. v. §. vi. glo. iii. nume. xv. Et vide eundem. §. 43. nume. 5. & notatur per Ripam in l. ex facto. nume. 42. ff. de vul. de quo vide etiam Chassane. in consuetu. Burgun. tit. de succession. Rubr 7. fœminę Mariæ. §. 12. num. 8. Et ad hanc opinionem etiam adduco doctrinam Vbertide Bobio, quam refert Alberi. in 2. par. statutorum. quęst. 102. nume. 1. vbi dicit, quòd si statuto caueatur, quod frater teneatur dotare sororem, & ea dotata nihil amplius possit requirere, sed qđ frater succedat in solidum, si aliquis decessit relicto filio, & filia, & filius antea quam dotasset sororem, decessit relicta filia, quæ vult dotare amitam: est ad hoc admittenda, quia iam illud ius fuit acquisitum in persona filii, & illud transmittit ad hæredem, etiam fœminam. l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. l. vnica. C. de his, qui ante aper. tabul. & sufficit, quòd semel ei ius fuit quesitum. l. videamus. ff. quod metus causa. Cum igitur hoc statutum sit in masculis ad exclusionem fœminarum, idem dicendum est in fœminis ad exclusionem masculorum, postquam iam illud ius eis acquisitum fuit. Sed hoc non ita vrget, sicut primo aspectu apparet. Quia maior fauor verſatur in exclusio-
42 ne fœminarum per masculos, quam in exclusione masculorum per fœminas, vt ex superioribus patet. Et ex istis infertur, quod si quis faciat maioratum in filium, & omnino in successione maioratus excludat fœminas in perpetuum, si nullus tamen masculus supersit ex generatione testatoris, sed aliqua fœmina tantum, ea admittitur. Et verisimile est, quod si testator de hoc casu inopinato interrogatus fuisset, admitteret fœminam. in qua licet non ita plene, sicut in masculo conseruetur nomen, & posteritas testatoris, memoria tamen testatoris in ipsa retinetur. argument. l. Titius. §. Lucius ff. de liberis, & posthu. & l. 2. C. de inof. te. ibi, Casus iniquitas per coniecturam maternæ pietatis emendanda est, nec est homo proprii sanguinis tam crudelis, & fœminei generis tam inimicus, quod superueniente tali casu, in hoc non assentiret. Et ad hoc est etiam text. notabilis in l. liberorum. in fin. ff. de verbo. significatio. ibi, etenim id circo filios filasue concipimus, atque edimus, vt ex prole eorum, earumue, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. & conducit. l. cognoscere. §. liberorum. eodem tit. Et faciunt alia quæ scribo in 2. quæstio. supra eodem. in versicu. cogita tamen. numero 27. Et ex contrario sequeretur, quod bona vinculata libera remanerent, quod credendum est testatorẽ abhorruisse. Et ad hoc etiam facit, quia sæpe contingit ꝙ aliqui de descendentibus ex fœminis memoriam testatorum illustrant, & ex verisimili mente testatoris fit extensio ad casum dissimilem, contrarium, & propositum. l. vltima, C. de posth. hære. insti. notatur per Gozadin. in consil. 64. numero 18. Et quæ per seminalem rationem procedunt, tandiu durant in sua specie, quandiu semen, vel fructus eius reperitur in sua essentia. l. vetus. ff. de vsufruct. & ausus fuit dicere Maria. Socin. in consil. 54. libro primo quod maior affectio naturaliter est in posteros, quamuis remotiores. cum per eos longiorem nostri propagationem, & diuturnitatem videamus, ad quod tendit omnis nostra intentio in concipiendo, & edendo liberos, quam in proximiores. & notat Roland. in consil. 68. num. 50. lib. ii. & Socin. Iunior non relato Maria. scribit tamen eadem verba in consilio, ĩ 26. numero 54. lib. i. Quod tamen videtur contra text. & quę ibi notantur in d. l. si viua matre. C. de bon. mater. supra relata. & est contra rationem naturalem. Et contra Socinum & sequaces facit. l. dedit dotem. ff. de iure dot. Et contrarium tenuit Barth. Socin. in d. l. cum auus. numero 50. vbi tradit, quod quanto quis est proximior, tanto præsumitur testator eum diligere. Et contra Socin. in d. consi. facit gloss. in l. si Titio & Męuio.
25 §. Iulianus. & ibi not. Bald. ff. de leg. ii. vbi dicunt, quod ab intestato ille videtur venire ex tacita voluntate defuncti, qui est proximior tempore mortis, non ille, qui est vlterior in gradu. not. Gregor. Lopez, in l. 5. titu. 9 in gl. in verbo, *despues*. part. vi. per illum textum. Et inquit Ripa in l. filiusfamilias §. diui numero 31. ff. de lega. i. Quod in substitutione facta de proximiori sui generis, intelligendi sunt proximiores testatoris, non hæredis nota. Tello. in l. 27. Taurina, numero 7. Et facit glo. in l. si pecuniam. in glo. mag. ff. de condic. caus. dat. quę vult, quod licet quicquid est causa causę sit causa causati, tamen effectus attribuitur causę immediatę & non remotę. vbi not. Iaso. numero 18. Item, verba & dispositio testatoris impropriantur, vt consanguineus in substitutione præferatur extraneo. l. hęredes mei. §. cum ita. vbi Bartol. ff. ad Trebellia. & in l. si is qui ducenta. §. idem si pater. ff. de reb. dub. notat Bartho. Socin. in consil. 152. numero 13. libro. i. Et ista sententia ęquitatem in se habet, quamuis in contrarium faciat regula text. in l. qui filium. ff. de hęredib. instituendis. ex qua colligitur, quod ad hoc vt coniecturata voluntas testatoris sit alicuius effectus, est necesse quod testator procedàt ad dispositionem, alias non habetur pro expressa tacita testatoris voluntas. prout latius dixi in principio, huius secundę parte, num. 8. Et pro hoc etiam conducit quod scribit Alberic. Brun. in consi. 68. quia casus. vbi dicit, quod soror propter fratres dicitur perpetuo exclusa in tantum, quod si non existat aliquis ex descendentibus, ex generatione masculi, ñ admittitur. per text. in d. c. i. §. quia etiam. Episcop. vel Abba. quem sequitur alia citans Gozadin. in consilio, 8. numero 9. Quamuis ad horum doctrinam replicari concludenter poterit, quod tex. in d. §. quin etiam. in quo se fundãt Brunus, & Gozadin. loquitur in feudo in quo propter seruitium, ꝙ feudatarius pręstare tenetur fœmina regulariter est incapax feudi. vnde quando seruitium per fœminam in feudo pręstari non debet, est capax successionis feudi. secundum Bald. in l. quoties. col. i. C. de suis, & legiti. hęred. & Roma. in singula. 108. Hodie fœmina. Et alios, quos refert Gozadi. in consi. 8. numero 23. Deci. in consil. 208. numero 4. & in consil. 269. numer. 6. & 413. numero 13. explicat notanter Alexand. in consilio, xx. lib. j. numero 1. cum aliis. & Bartho. Socin. in cõsil. 257. num. 1. lib. 2. Ex quibus obiter infero, quod si Rex de-
43
derit

Source : BIU Cujas

derit alicui terram, vel locum, vt regi concedenti, & successoribus seruiat in bello, & illam habeat titulo maioratus: cum fœmina non possit tale seruitium personaliter præstare, excludi debet a tali maioratu, etiam si nullus adsit masculus, qui succedere possit. ad quod facit. l. 52. titu. 6. part. 1. vbi prælatus habēs terram, aut fundum a Rege, tenetur ire personaliter ad bellum inimicorum fidei in seruitio Regis, & est notabilis ad propositum. l. 14. titu. 9. parti. 6. quæ incipit, *Castillo, o villa*, ibi, *que no sopiessen fazer a quel seruicio.* & est alia non minus singularis. l. 68. titu. 19. part. 3. in princ. legis in illis verbis. *Tuto los otros que descendieren de legitimo matrimonio, e fueren varones.* Et faciunt l. 2. 3. & 4. titu. 26. par. 4. & aliæ sequentes, & l. 4. in fi. tit. 15. par. 2. & l. 1. & 24. titu. 3. lib. 4. ordin.

44 Cæterum, quod vbi fœminæ excluse sunt, non admittantur etiam deficientibus masculis, ad quarum exclusionem sufficit, quod non sint inuitatæ, aut substitutæ, tenet Stephanus Bertran. in consil. 46. numer. 8. lib. 1. vbi addit, quod vltimus masculus potest disponere tāquam de bonis liberis, de quo latius tracto in 4. parte huius operis, q. 29. vbi sequor sniam

45 Bertran. & veriorem credo. Sed vt ad viam a qua digressus sum redeam, ad contrariam opinionem, imo quod masculo superueniente fœmina excludatur, multa faciunt, p̄cipue ille tex. famosus in l. ex facto. ff. de vulga. cum qua concordat l. 11. titulo 5. partit. 5. vbi probatur, quod substitutio exemplaris expirat liberis postea susceptis. per quam tenent Dinus, & alii ibi, quod legitimatio semel facta reuocatur, liberis postea susceptis, quæ sententia est hodie approbata per d. l. 12. Taurinam. quamuis Tiraquel. vbi supra contrariam dicat esse receptiorem opinionem. facit c. suggestum. de decim. vbi noua causa superuenens, tollit priuilegium. l. 43. titu. 19. par. 3. Item, hæc voluntas fuisse testatoris, cum ordinauit, quod fœmina proximior excluderetur per masculum remotiorem, quia respexit ad familiam & agnationem: nam fœminæ postquam virum assumunt, in aliam familiam se transferunt. vnde si priuilegium concedatur mi-

46 hi, & omnibus descendentibus masculis, & fœminis: descendentes fœmine per lineam fœmininam, ita demum fruuntur priuilegio, si sint viduæ, & non contraxerint secundas nuptias, secundum Bart. per text. ibi in l. quoties. C. de priuil. scholarium, lib. 11. quod dictum valde commendat Iaſ. in l. cum quædam puella. in princ. num. 3. ff. de iurisd. omn. iud. Ludoui Gozadi. in consil. 34. circa primum dubium. nume. 12. & idem tenet Ange. & Ioann. de Platea. in d. l. quoties. & Romanus qui dicit se de facto obtinuisse, in l. 1. in princi. ff. ad Sillania. & alij quos referunt Felin. in c. de monachis. de senten. excommun. Ripa. lib. 2. respon. c. 3. & Tiraq. in legib. connubialibus, in prima lege. glo. 1. par. 1. nume. 34. declarat Arias Pinel. in l. 3. C. de bonis mater. par. 1. num. 34. Quibus adde omnino Alexan. in consi. 125. lib. 7. vbi not. Modern. Parisien. Domin. Anton. de Padilla. in l. voluntas, num. 4. C. de fideicommiss.

47 HIS tamen minime refragantibus, prima opinio vera videtur. Et pro ea facit dicta sententia Andre. de Ysernia. in d. c. quam supra retuli, num. 13. & in c. 1. col. 5. versic. hæc sunt vera. de natura. successio. feudi. vbi dicit, quod in constitutione quę loquitur de primogenito respectu successionis, debet considerari tempus mortis. Et quando successio defertur primogenitis, intelligitur de illis, qui reperiuntur primogeniti tempore mortis patris. Et idem tenet Bal. in l. 2. C. de iure emphyt. & confirmat Deci. in consil. 443. in casu ad me transmisso de Regno Portugalliæ, num. 13. cum seq. pro quibus facit regula tex. in l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. 1. l. seruus eius. ff. de acquir. hæred. l. si cognatis. ff. de reb. dub. & in l. si deportati seruo. ff. de. leg. 3. l. non intelligitur. ff. de iure fisci. l. 1. titu. 9. part. 6. ibi, *En el tiempo que muriesse*. & proximiores non dicuntur illi, qui tempore mortis nō sunt proximiores. secundum Bald. in consil. 46. verba institutionis. lib. 1. num. 5. per d. l. si cognatis. ff. de reb. dub. & quando loquimur de prælatione alicuius ad alterū, inspicimus tempus, quo successio acquiritur, adeo quod ille, qui tunc præfertur, efficitur perpetuus successor, & transmittit, & semper excludit alterum. §. proximus. Institu. de legiti. agnatorū successione. l. vlt. ff. de succes. edic. notat Bal. in consi. 110. ad

48 conseruationem domus, numer. 1. lib. 2. Ex quibus infertur notabiliter, quod si aliquis fuit exclusus a successione maioratus, nempe, quia erat furiosus a natura, vel mente captus, aut aliam inhabilitatem patiebatur, vel commiserat aliqd̄ delictū, cuius occasione remansit incapax ad successionem maioratus, si postea talis furiosus redeat ad sanam mētem, vel incapax fuit a principe restitutus: furiosus non redintegratur ad successionem maioratus, si semel fuit factus inhabilis, & incapax, & erat inhabilis tempore, quo illi ius succedendi competebat, nec restitutus a Principe maioratum recuperabit in præiudicium successoris. De quo tamen vltimo, scilicet, de condemnato restituto, vide quæ scribo in quæstio. 23. infra eodem 4. par. num. 27. Deducitur etiam, q̄ si quis semel exclusus fuit a successione maioratus, cuius filij non excluderētur a maioratu, si tempore exclusionis nati fuissent, iuxta tex. in l. 2. §. si emancipatus. ff. de bonor. pos. contra tabul. & alia quæ scripsi in 4. quæst. supra eodem. illatio. 1. num. 10. & illatio. 2. num. 2. si postea filios suscepit, tales filii non admittuntur ad maioratum, si tempore quo pater exclusus fuit nondum nati, nec concepti erant: quia si saltem concepti fuissent, admitterentur ad successionem secundum ea, quæ scripsi in 3. parte huius operis. qō. 2. & in his, & alijs similibus casibus, semper est considerādum tempus successionis. Et pro hoc etiam facit, quia vbicunque ille, qui est in primogradu successionis, excludatur a successione, non admittitur amplius. l. 2. §. si sit agnatus. ff. ad Tert. & in §. si sit consanguinea. & §. æquissimum. eodem titu. notat Barth. Soci. in consi. 202. numer. 1. lib. 2. & ista procedunt apud nos maiori ratione stante. l. 45. Tauri. Infertur etiam, quod si testator exclusit a maioratu filium primogenitum habētem alium maioratum, & vocauit secundogenitum, si maioratus perueniat ad secūdogenitum mortuo vltimo possessore, & postea frater maior primogenitus defunctus sit absque liberis, ob quod maioratus perueniat ad secundogenitum tenentem alium maioratum, non excluditur a tali maioratu: quia considerari debet tempus prioris successionis. in quo tamen existimo esse inspiciendam mentem testatoris, & rationes quas in dispositione inseruit quæ rectissimè eandem interpretabuntur, vt plenius dico infra. numer. 105. Ex quibus deducitur, verum esse queddam dictū Modern. Parisien. in consuetudin. Parisien. §. 16. numer. 12. vbi contra Hierony. Cagno. in repetitione. l. 2. C. de rescind. vend. q. 16. decidit, quod si aliquis vendidit hæredium suum sub pacto, quod emptor teneretur retrouendere venditori, & eius hæredibus masculis: si venditor decesserit relicto hærede, masculo qui ante redemptionem decessit relicta filia hærede, non competit tali filiæ ius redimēdi: quia transmissio, siue tacita, siue expressa de re, vel iure affecto, & limitato ad habentem certam qualitatem, non potest etiam per expressam cessionem fieri ad eum, qui caret tali qualitate.

49 refert notata per Alber. Brunum in consil. 80. Et ex istis infertur, quod si contingat fœminas esse exclusas a maioratu per testatorem, extantibus masculis etiam remotioribus, & maioratus perueniat ad aliquem vocatum, exclusa filia vltimi possessoris, contra dispositionem l. 40. Taurinæ. Et postea iste masculus nō habeat nisi vnam filiam, & defunctus fuit absque liberis masculis: non debet præferri illa filia, quæ semel propter masculum exclusa fuit alteri filię vltimi possessoris: & qui postremus obtinuit maioratum, tam ex ratione prædicta, quia semel fuit exclusa per potentiorem masculum, & illum qui potiora iura obtinebat, & iam redintegrari non potest, vt fundatum est. quam ex dispositione, d. l. 40. per quam filius vltimi possessoris præfertur omni-

50 bus. & idem est in filia, vt supra dixi. num. 4. Est tamen animaduertendum, quod fœmina semel exclusa propter masculum, admitti debet ad successionem maioratus, non extantibus filiis vel filiabus vltimi possessoris. Et vbi non extat alia proximior consanguinea. Nec quicquam refert, q̄ semel exclusa fuerit, quia exclusio intelligitur, rebus sic stantibus, & cessante causa exclusionis, exclusio cessare debet, d. l. si instituta. §. 1. ff. de inoffic. testam. cum concord. quæ supra scripsi. & latius in prima parte huius operis, numer. 15. cum sequentibus.

51 EXCLVDIT tamen masculus superueniens fœminam, vbi erat iam conceptus, & gestabatur in vtero tempore, quo defunctus fuit vltimus possessor: quia talis pro nato habetur. l. qui in vtero. ff. de sta. homi. l. antiqui. ff. si pars hæredit. peta. quod latius cōfirmari potest expluribus, quæ scribo in 3. par. huius operis. quæstio. 2. nu. 1. cum aliis. Et hanc sententiam, quod posthumus superueniens repellat fœminam, quæ semel possessionem primogenituræ accepit: tenet in terminis Tiraquel. licet nihil quod vrgeat, referat in tracta. de primogenitu. quæstio. 10. num. 26. & idem voluit Peral. non relato Tiraq. in d. rubr. num. 123. col. 1. versicu. visis itaque. imo etiam fœmina superueniens filia vltimi possessoris excludit fœminam, & etiam masculus quando gestabatur in vtero tempore mortis patris. Et vbi testator vocat primogenitos filiorum Titij, an intelligatur de eo, qui est proximus tempore testamenti, an de eo, qui est primogenitus tempore, die conditionis existentis? traditur per Roma. in consi. 438. in causa consultationis. latius per Tiraquell. in tracta. de primogeni. quæstio. 63. eundem in lib. 1. de retract. §. 1. glo. 9. num. 95. & 98

52 DEINDE in hac materia de controuersia inter masculos & fœminas, circa successiones maioratuum, sciendа

est illa

Source : BIU Cujas

est illa regula generalis, ꝙ excluſa fœmina à maioratu, excluſi cẽſentur deſcendentes ex illa, licet ſint maſculi. quæ fuit ſententia Bar. in l. liberorum. numero 14. & 16. ff. de verborum. ſignifi. & in l. 2. §. videndum. in fi. ff. ad Tertul. & aliorum plurium, quos referunt Arias Pinel. in d. l. 3. C. de bonis mater. par. j. numero 19. notat Chaſſanc. in conſuet. Burgũ. rubr. 3. num. 70. Deci. in conſilio 484. numero 2. Aymo Craue. in conſilio 127. numero 4 & 184. numero 2. notanter Peralta, ꝙ hoc recte funda ī d. rub. de hære. inſt. nu. 135. cũ aliis. ꝙb. addo egregiã doctrinã Cini in Auth. poſt frẽs. C. đ legit. hęr. Quare inqt Rapha. Cuma. in conſi. 117. ꝙ excluſa ſoro re, non admittitur nepos ex ea, quia ex inhabili redice emanauit. & vide eundem in conſilio 86. col. 2. & dicit Bald. in c. j. quemadmodum feu. ad filiam perti. numero 3. ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ fœmina non ſuccedat ſtantibus maſculis parentibus vſque ad quartum gradum intelligitur de parentibus maſculis agnatis, & non de cognatis. Quod dictum refert,
53 & confirmat Bartho. Soci. in conſilio 31. numero 6. libro 1. vbi numero 4. tradit, quòd excluſio vnius gradus excluſionem inducit naſcentis ex illo, per l. ſi quis filiam. ff. de inoffi. & alia iura. & eidem conſilio 28. numero 24. lib. 4. & infecta radice, omnia ſequentia quæ ab ea procedunt cẽſentur eſſe corrupta. d. l. liberorum. notat idem Soc. conſilio 241. numero. 7. lib. ſecundo. & dictum Baldi refert etiam & confirmat Alexand. in conſi. 188. numero 3. lib. 6. vbi nume. 22. tractat de ſtatuto excludente fęminas, donec extarent maſculi, & aliqui de deſcendentibus ex eiſdem. vbi vide Pariſien. de quo vide quæ ſupra dico. & idem quod Bald. volunt etiam Ange. in conſi. 281. Anani. in conſilio 4. col. 2. Dec. in conſi. 573. Alcia. lib. j. de verbor. ſignifi. vnde licet neptis ex filio dicatur deſcendere per virilem ſexum, non tamen nepos ex filia. ſecundum gl. in l. Gallus. §. nũc de lege Velleia. in verbo, tametſi. ff. de libe. & poſth. quem ſequuntur ibi. Doctor. communiter. Et Epiſcop. Couar. in capi. Raynaldus. in
54 prin. numero 13. in fi. de teſtamen. Peral. in d. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. numero 18. ff. de lega. 2. quibus addo Gozadi. in conſilio 88. in cauſa Tridẽtina, numero v. quem ſupra ad aliud propoſitum retuli Socin. iunior in conſilio 30. nu. 511. lib. j. & in hoc puncto elegantem diſtinctionem & regulam tradit Pariſien. omnino videndus, in par. 1. conſuetu. Pariſien. §. xv. numero 1. cum aliis. Cui iungo nouum dictũ Gregor. Lopez in l. 2. titu. xv. par. iiii. in glo. in verbo, *linea de parenteſco.* vbi dicit, ꝙ quando teſtator vocauit ad fideicommiſſum lineam virorum ſeu diceret, fideicõmiſſum vadat per lineam virorum: tunc dicitur, ꝙ nullatenus comprehenditur fœmina, cum ipſa non ſit in linea virorum. citat text. in d. l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verborum ſignificatio. Quibus adde Campegium in tracta. de dote. par. v. quæſtio. 4. vbi eleganter loquitur & pro illo dicto Gregor. Lopez facit bona doctrina Bal. in l. pactum. numero 13. C. de colla. vbi dicit, ꝙ quando vitium eſt in linea inſucceſſibili, non in ſola matre, excluditur nepos. & in hac materia adde notanter Bartho. Soci. in conſi. 51. numero 6. lib. 4. qui dicit, quòd conſultum fuit per doctiſſimos viros, quòd ſi teſtator inſtituit filios ſuos maſculos, adiiciens, ſe velle ꝙ hæreditas ſua vadat de vno in alium deſcendentium per lineam maſculinam, & deceſſit vnus ex filiis nullo ex ſe maſculo, ſed vna fęmina relicta ſuperſtitibus fratribus inuicem ſubſtitutis: fuit conſultum, ꝙ filia illius mortui fratres excludit, quia dicit de deſcendentibus per lineam maſculinam. Et eſt etiam notandum, ꝙ quando teſtator in ſua diſpoſitione fecit mẽtionem de deſcendentibus maſculis, ex quo non veniunt deſcendentes fœminæ, non veniunt etiam deſcendentes maſculi ex fęmina. quod patet ex prædicta doctrina Bar. & aliorum. & tenet Ioan. Andre. in rubri. de teſtam. & alii, vt per Bar. Socin. in conſi. 251. numero ix. lib. ii. In hac etiam mate-
55 ria animaduertendum nſt, ꝙ vbicunque teſtator in diſpoſitione per eum facta, licet maſculos vocauerit, & deſcendentes per lineam maſculinam non tamen tractat de conſeruatione familiæ, vel agnationis. & actus de quo agit hoc non requirit, ſed tractat, vt id quod ordinat rectius exequatur, & cum perfecta diligentia: vt puta, quando relinquit alicui, & ſuis deſcendentibus primogenitis ius patronatus cum onere, vt dicantur certæ miſſæ, vel fiat aliquod opus pium pro anima teſtatoris: tunc videtur, ꝙ ſi teſtatoris diſpoſitio non ſit manifeſta circa excluſionem fœminarum, excluſæ non
56 cenſentur. Nam fœmina poteſt habere ius patronatus in eccleſia, ſecundum Abba. in cap. j. & in cap. à nobis. in prin. de iure patrona. Et alios, quos refert Deci. in l. fœminæ. nume. 42. ff. de regu. iur. Lambert. de iure patro. lib. j. numero 30. & poteſt eſſe exequutrix. l. à filio. in princi. vbi Bar. ff. de alimẽ. legat. glo. in c. 2. de teſtam. & alii, quos refert, Epiſcop. Coua.
57 in capi. tua nu. 3. de teſta. & arguere in hoc propoſito poſſumus à ratione ceſſante diſpoſitionum excludentium fœminas, & maſculos admittentium, quę fundantur in cõſeruatione agnationum, vt patet ex dicto § familiæ. l. cum legi timę. ff. de ſtatu homi. notat Cinus in l. j. C. de adulte. & in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetu. Bar. in d. l. ii. §. videdũ. nu. 1. ff. ad Tertul. Curt. in conſilio 80. & eſt comunis ſecũdum Albert. Bru. in d. tracta. arti. 3. de quo latius agit Tiraquel. in tracta. de ceſ. cau. limita. 21. numero 15. Et plures pro hac sẽtentia refert Dec. in conſi. 372. numero 4. & 5. Socin. iuni. in conſilio 2. numero x. & conſilio 3. numero 5. & conſilio 4. numero 3. & conſilio 20. numero 5. & conſilio 30. nume. 6. & in conſilio 36. numero 11. lib. 2. & in conſilio 108. nu. 4. lib. ii. & in aliis pluribus conſiliis. Et hoc etiam procedit ī teſtamentis, in quibus conſideratur ratio conſeruandæ agnationis, & maſculi de agnatione præferuntur fœminis, vt per Deci. in conſilio 227. in prin. & alios, quos refert Socin. iun. in conſilio 119. numero 35. li. 1. Cum igitur in prædicto caſu, teſtator ſolummodo reſpiciat quemadmodum rectius, & cum maiore affectione propria voluntas exequatur, nec habeba t conſiderationem ad agnationem: ſequitur, quòd
58 in iſto caſu fœminæ non excluduntur, & iſtud etiam comprobatur ex quadam doctrina Pau. in l. i. numero 4. & 5. C. de conditio inſert. vbi dicit, quòd in honoribus & dignitatibus nepos ex filia nõ dicitur deſcendere per virilem ſexum, ſecus in diſpoſitione, quæ ita competere poteſt fœminis, vt maſculis. citat tex. in auth. de alien. & emphite. & alia iura. Et quod vbi ceſſat ratio conſeruandæ agnationis, deſcendẽtes ex fœminis veniant appellatione maſculorum deſcendentium, tenet Antoni. Rube. in conſilio 22. teſtator habẽs. numero 13. quia ſecundum eum, de proprietate vocabuli appellatione maſculorum, veniunt maſculi deſcẽdentes ex fœminis, per tex. notabilem in auth. de hæredib. ab inteſt. veni. ibi, ſiue maſculi, ſiue per fœminæ perſonam defuncto iũgebantur. notatur etiam per Corne. in conſilio 246. videtur prima facie. lib. 2. & Carol. Ruin. in conſilio 46. quæritur. lib. 1. Alber. Brun. vbi ſupra. Bologni. conſilio. 69. & Cępol. conlio 7. cauſarum ciuilium. Et eſt de mente omnium, qui de hac materia tractauerunt. & iſta concluſio fortius procederet, vbicunque ins patronatus proceſſit, & habuit principiũ à fœmina, argumen. doctrinæ ſingular. Anchara. in d. conſi. 339. numero 12. quem ſupra retuli. numero 1. & in aliis locis. præcipuè in 2. ſupra hac parte. numero 27. Quo in loco inquit Ancha. ꝙ quando regnum proceſſit à fœmina, admittuntur fœminæ ad ſucceſſionem Regni. notat Soci. poſt Areti. in d. §. nunc de lege Velleia. numero v. verſicu. concluſio. vbi dicit, ꝙ quãdo perſona q̃ à principio recepit emphi-
59 theuſim, fuit fœmina, appellatione maſculorum comprehẽduntur deſcendentes ex fœminis. citat text. in c. j. qui ſibi aut hęredi. Bal. in l. quoties. C. de fideicommiſ. notat Deci. in di. conſilio 570. nume. xj. Et breuiter qui ſcire cupit plures Doctor. qui iſtam ſententiam ſequuntur, legat Tiraquel. in tracta. de primogenitu. quęſtio. x. numero 27. Et notatur per eundem, vbi plura tam moralia, quam ex iure noſtro exempla ſcribit in lib. de legib. connubali. glo. i. par. v. numero 26. Et plures refert Pariſien. in addi. ad Deci. in cap. in præſentia. de probatio. in addi. quæ incipicit, ex filia notat Curti. in dicta. de feu. i. par. iii. par. prin. limita. 2. numero 3. Exquibus authoribus conſtat, ꝙ raro fœmina habet conſiderationẽ ad familiam, & agnationem conſeruandam, & ob ſimilitudinem ſexus non minus diligit fœminam, quam maſculũ. Et per prædictum conſilium Anchara. dixit ad propoſitum Peral. in l. cum pater. §. à filia. numero 63. ff. de lega. ſecundo.
60 quòd ſi fœmina inſtituat maioratum, ſiue vinculum, & in ſcriptura caueat expreſſe, quòd ad illius ſucceſſionem non admittantur, niſi deſcendentes per virilem ſexum, ſeu per lineam maſculinam: admittitur nihilomin⁹ fęmina, propter perſonæ diſponentis qualitatem, quia mulier erat. citat text. in cap. i. de benefic. fœmi. & alia iura. cuius tamen ſententia. mihi magis ſingularis, quam vera videtur. & talis interpretatio, videtur eſſe contra volũtatem & verba expreſſa teſtatoris, à quibus nullatenus eſt recedendum propter qualitatem perſonę diſponens. l. in conditionibus primum. ff. de conditio. & demonſtra. cum vulgdrib. & non aliter a ſignificatione verborum eſt recedendum, quam ſi appareat de manifeſta teſtatoris voluntate. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. 4. tit. 33. par. 7. licet pro Peral. facit illud, quod eleganter tradit Pariſie. in conſuetud. Pariſien. par. i. §. xvi. numero 7. vbi ductus ex dicta doctrina Anchara. & aliis quæ refert, dicit, quòd ſi inſtitutio, vel ſubſtitutio incipiat a fœmina puta, ſi pater habẽs duas filias inſtituerit eas hęredes æqualiter, & caſu, quo altera decederet ſine liberis maſculis, ſubſtituit alteram, & eius deſcendentes maſculos. quia tunc verbum (liberis maſculis) ſiue ex parte honoratę, ſiue ex parte grauatæ non ſolum ſupponit pro maſculo deſcendente ex maſculo, ſed ẽt pro maſculo deſcente ex fœmina quo in loco hoc latius

tradit,

Source : BIU Cujas

16 non ſunt maioratus, & ita victi fuerunt. Ex quo apparet, falſam eſſe ſententiam Maſſueri in tit. de probationi. §. item ſi fiſcus poſſidet. vbi dicit, q̃ cum eſt coutrouerſia inter fiſcũ qui bona mortui occupauit, tanquam vacantia, & alium, qui dicit ſe hæredem eſſe defuncti, ſatis eſſe probare hũc ad excludendum fiſcum, quod ipſe & defunctus communiter & publicè exiſtimabãtur eſſe conſaguinei, ſine cognati. qđ dictum refert Tiraq. lib. j. de retractu. §. j. glo. 16. nu. 9. vbi alinon numeris præcedentibus cõtra opinionem Maſſueri, & pro confirmatione noſtræ ſententiæ ſcribit. Et hoc hodie p̃cedit maiori ratione, cum iuxta grammaticam in vol. prag ma. fiſcus hodie ab inteſtato ſuccedit defuncto, cum nõ adeſt conſanguineus intra quartum gradum, quod pauci anima adrtertũt. & fallitur Ant. Go. in l. 40. Tau. nu. 5. & corrigitur. l. 6. tit. 13. par. 6. vbi etiam Greg. Lop. non meminit de d. pragma. & dicta pragmatica fuit mandatum, q̃ cuſtodiret̃ ex diſpoſitiõe alterius pragmaticæ datæ Pinitiæ anno. 1523. in ordine 15. & habetur in repetitorio capitulorum curiarum. lib. 3. titu. j. lib. 5. & conſanguinei dicuntur etiam, quando coniuncti ſunt vltra quartum gradum. c. quia circa. c. nõ debet. de conſangui. & affi. c. ad ſedem. 35. quæſtio. v. notant Archid. & Ioan. Andre. in c. j. de deſponſ. impuber. lib. 6. Bar. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. heredi. vbi dicit, q̃ hoc etiam eſt ſecundum communem vſum loquendi.
17 tradit Alex. vbi Pariſien. in conſi. 82. nu. 1. lib. j. Sed hæc concluſio procedit, vbicunque qõ & cõtrouerſia eſt inier duos conſanguineos, qui ambo prætendunt eſſe vocati ad maioratum, ſuper quo eſt contentio: tunc etenim neceſſarium ẽ, q̃ vterque diſtinguat conſanguinitatis, & lineæ gradus, ſecũdum ordinem ſupra ſcriptum. ſi vero ſucceſſor in maioratu litiget cum fiſco, vel alia perſona, nõ tenebitur pręciſe probare conſanguinitatis gradus, ſecundũ Raph. Cuma. in l. is poteſt. vbi Alex. & Ial. ff. de acq. heredi. & eundem Cumanũ in l. ſed ſi de ſua. quam legit cum lege hæres inſtitutus. & ibi Roma. ff. de acqui. hæredi. Ale. in conſi. 279. viſis & ponderatis dubitationibus lib. 7. Bar. Soc. in l. ſi inter. ff. de reb. dub. q̃ Pariſien. in conſuetu. Pariſ. de materia feuda. §. 22. nume. 90. vbi ex hoc infert, q̃ agens ad paſſionem feudi, ſi non ſunt alii cohęredes nec litigantes, non habet neceſſe probare ſe eſſe proximiorem conſanguineum, & gradus declarare, ſed ſolum ſe eſſe conſanguineum. pro quo dicto ego induco gl. in c. j. & quia. qui feu. da. poſ. vbi dicit, quòd licet in feudis nõ admittatur ſucceſſio iranſuerſalium infra ſeptimum gradũ, niſi ille, qui incipit admitti, probet per duodecim ſacramentales deponentes, petentem feudum eſſe infra ſeptimum gradum, & propinquiorem defuncto: hoc verum eſt, quando controuerſia eſſet de feudo inter propinquũ volentem ſuccedere in feudo ipſo, & curtem Regiam, ſeu fiſcum ſuũ dicentem, feudum ad ſe eſſe deuolutum, ſecus aũt ſi eſſet ĩter priuatos dicti feudi: quia tunc ſufficit probatio ordinatia iuxta ea, quæ traduntur per tex. & gl. in §. cum autem de contr. inueſti. quod latius tractat Præpo. in d. §. & quia. nu. 64. & sẽtentiam Raph. Cu. ẽt ſequuntur plures quos referr Tiraq. in tracta. de vtroq; retract. §. 11. glo. j. nu. 6. & facit doctr. Bal. in l. ſi vxorem. C. de cond. inſer. nu. 7. vbi dicit, q̃ vxor pręſumitur acquiſiuiſſe de bonis viri, qñ eſt contentio inter maritum, aut eius hæredes cum vxore, ſecus ſi cum alio. ſeqt̃ Alexã. in conſ. 101. nu. 3. lib. 7. & hęc opinio eſt tenenda, q̃cquid teneant aliq, quos refert Acoſta poſt Tira. vbi s̃. in l. q̃ duos. §. cum in bello. in prin. nu. 5. ff. de reb. dub. Et hoc dictum cõ probatur, quia cum in ſucceſſione maioratus admittantur conſanguinei, & vocati etiam in milleſſimo gradu, vt notat Bal. per tex. ibi in c. i. de feu. March. & alii quos s̃. retuli in
18 qõ. præcedent, nu. 32. & vltra illos Grego. Lop. in l. 2. titu. 15. par. 2. & ſequuntur aliqui quos refert Epiſcop. Cou. in epito. de ſucceſ. ab inteſt. nu. 12. & declarat Roderi. Suarez in l. qm̃ in priorib. limitatio. 11. nu. 19. C. de inoffi. teſt. Tiraq. in d. tracta. de vtroq; retra. §. j. gl. 9. nu. 23. vbi plures refert Soc. iuni. in conſi. 76. nu. x. lib. j. Et pro hac opinione facit. l. 28. Turi. & cum ergo in quocunq; gradu quis ſit, ſuccedat in maioratu, non habet neceſſe in indiuiduo, & præciſſe docere gradum cõſanguinitatis, qñ nõ litigat cum alio cõſanguineo. & ſm iſta intelligenda ſunt, quæ ſcribit Lance. Deci. in l. ſi auiæ. C. de ſucceſsio. edi. & Chaſlaneus, in conſuetud. Burg. rub. 7. titulo de ſucceſions. nu. 9. verſicu. & quod dictum eſt Alex. in

conſi. 124.

Source : BIU Cujas

consi.124.numer.j. lib. 7. vbi tradit, quod substitutus debet probare se esse proximiorem, quando fuit facta substitutio, quod proximiores admittantur: nec sufficit probare se esse cõsanguineum, quia proximus est, quem nemo antecedit. l. proximus. ff. de verbor. sig. & vide Moder. Parisien. in d. consi. in addi. ad Alex.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio huius quæstionis.*
2 *Reprobatur quædam sententia Modernioris Parisiensis.*
3 *Substitutio facta de proximiore sui generis, intelligitur de proximiore testatoris.*
4 *Proximior quis dicatur in retractu consanguineali.*
5 *Consanguinei concepti post mortem testatoris, admittuntur ad maioratum.*
Proximior quis dicatur in successione maioratus, vel testatori, vel vltimo possessori?

QVAESTIO VIII.

QVia in præcedentib. Quæstionibus tractatum fuit, qualiter, & quomodo quis sit proximior ad successionem maioratus: in hac parte agẽdum erit de quæstione, quæ (videri meo) temporibus præteritis erat necesse gladio dirimeretur, sicut illa de controuersia inter patruum, & nepotem, quæ dissoluta fuit ex. l. 40. Taurina. An successor in maioratu dicatur ille, qui proximior est testatori, & illi qui maioratum fecit: an ille, qui est proximior vltimo possessori, & descendenti grauati? Quam quæstionem disputat latissime post antiquos Bartho. Soc. in l. si cognatis. ff. de reb. dub. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. & in aliquibus consiliis. Et illam etiam examinauit copiosissime Episcop. Couar. in practica. quæst. c. 37. & latissime etiam Peral. disputauit in l. cum ita. §. in fideicommisso, num. 24. ff. de leg. 2. vbi est propria materia. quibus adde Alciat. in l. moribus, numer. 68. ff. de vulga. qui sequitur Bart. in d. l. si cognatis. Et quod talis repræsentatio non procedat, quando ius succedendi defertur vigore contractus, ex gratia & verisimili mente concedentis, tradit late Socin. Iunior. in consi. 73. num. 31. lib. 1. Ex Bal. in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. & aliis pluribus, quæ refert, quem prædicti non citant. Ego, omisso verborum multiloquio, paucis me expediam in resolutione huius qõnis, teneo igitur pro constanti, quod regulariter, & indistincte, nisi aliud appareat ex verbis, & mente testatoris, ille dr proximior ad succedendum in maioratu, qui est proximus vltimo possessori, & non illi qui fecit maioratum. Quod ratione viua, & concludenti inter alias plures constat. Nam sicut testator prædilexit institutum, ita credendus est prædilexisse illius instituti successores, & posteros, iuxta l. cũ acutissimi. C. de fideicom. & l. cum auus. ff. de condi. & demonst. Cum quibus concordat singularis lex. 10. titu. 4. par. 6. præcipue in illis verbis, *Esto es por que se entiende por derecho mager el padre no lo diga paladinamente*. & istam sententiam nouissimè referendo omnia scripta antiquorum, & modernorum, late fundat Rolandus in consil. 100. & vlt. part. j. & coadiuuatur ex pluribus, quæ scribit Chassanc. in consuetud. Burgun. rubr. 7. §. 7. num. 55. in versi. prædicta, de repræsentatione. vbi etiam late probat, nepotem patruo præferendum. & probatur in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de lega. 2. in illis verbis. Et qui ex his proximo gradu procreati sunt, (vel vt legitur in Pandectis Florentinis.) Et qui ex his primo gradu procreati sunt. Qui text. clare probat hanc conclusionem, quicquid aliqui Doctor. misera & nimia subtilitate cauillari velint. Et de iure etiam regio ista conclusio verior est, vt apparet ex legibus Regni. Prima est lex. 9. titu. 1. part. 2. ibi, *Verdaderamente es llamado Rey aquel, que con derecho gana el señorio del Reyno, e puede se ganar por derecho en estas quatro maneras. La primera es, quando por heredamiento hereda los Reynos el hiio mayor, o alguno de los otros que son mas propinquos parientes a los Reyes, al tiempo de su finamiento*. Ecce ergo legem, quæ in Regno clare probat hanc conclusionem. Scimus autem (vt multoties in hoc opere dixi) quod quemadmodum succeditur in Regno, succeditur in maioratu, vt probaui ex. l. 2. ti. 15. par. 2. & l. 40. Taurina. quæ in successione Regni, & maioratus præferunt nepotem patruo. Et ex doctrina Pau. in
2 consi. 164. lib. 2. Quia autem facta est mentio de d. l. 9. obiter lectores admonẽdos esse censeo, quod in nostro Regno seruanda non est quædam sententia Modernio. Parisien. in consuetudi. Parisien. par. 1. §. 8. glo. 3. numer. 9. vbi dicit, quod deficientibus liberis, potest Rex de regno disponere in præiudicium agnatorum, aut quorumcunq; collateralium, vt pote, patrimoniali diuidendo, vel in alienigenam transferẽdo, quia ex illa. l. 9. contrarium aperte patet, & clarissime pbatur in sæpe relata lege. 2. titu. 15. parti. ii. ibi, *el mas propinquo pariente*. Prædicta etiam conclusio, vt ad rem redeam, videri meo, etiam patet ex. d. l. 40. Taurina, quæ præfert in successione maioratus filium patruo, cum tamen patruus sit proximior testatori, & illi qui maioratum fecit, quam filius vltimi possessoris, & patet ex tota contextura illius legis. cuius intentum fuit semper præferre successores vltimi possessoris, aliis propinquioribus illius, qui maioratum fecit, quod dicta lex statuit, siue in successione descendentium, siue transuersalium. quod autem patruus regulariter sit propinquior, facit. l. prima § proximus. & § gradatim. ff. vnde cognati. & §. si plures. Insti. de agnatorum successione. Et p hac etiam sententia induci potest alia. l. 3. titu. 13. part. 6. in versi. *el no empece al nieto*. quam in 6. quæstio. ad aliud propositũ induxi. Et est etiam alia. l. parti. 5. titu. 9. par. 6. ibi, *Esto seria como si algun home que no fiziesse testamento dixesse assi ante siete testigos, fulano que es mi pariẽte mas propinquo, que ha derecho de heredar lo mio mandole que de tantos marauedis a tal home. Casi este tal no quisiere, ser heredero de los bienes de aquel que le esto mandaua, E lo entrase otro que fue mas cercano pariente despues del*. quamuis iste text. possit induci in contrarium, & illa verba (*mas cercano pariẽte despues del*) intelligi possunt, & videtur magis consonus intellectus & verus, idest, proximus consanguineus testatoris remoto de medio illo, q repudiauit. Et hoc modo intellexisse videt illam legem Gregor. Lopez in glo. in verbo, *despues del*. & ad illum tex. adde Bald. in l. si Titio, & Mæuio. §. Iulianus. & ibi notat Bald. ff. de legat. ii. ex quibus legibus apparet de veritate prædictæ sententiæ. Et pro hac sententia Peral. vbi s. põderat etiam d. l. 2. in fin. titu. 15. par. 2. vbi hoc tangit Gregor. Lopez, in verbo, *el mas propinquo pariente*. in princip. Et de iure communi ista opinio est crebrior, atque fundatior, vt nouissime scribit Parisien. in consi. i. pro Duce de Villa Hermosa. vbi refert plures idem tenentes. apud quem, & Peralt. & Episcop. Couarruuia, & alios, quos ipsi referunt, quod iuuenies plura circa istam quæstionem, ideo ego amplius non insisto. non tamen omitto sententiam Ripæ in l. filiustamilias. §. diui. numero 31. ff. de legat. i. vbi affirmat, q substitutio facta de proximiori sui generis, intelligitur de proximiori ipsius testatoris, & non hæredis aut grauati. notat Tello in l. 27 Taurina. numero 7. de quo latius per Peralt. in d. §. in
4 fideicommisso. in retractu autem consanguineali præfertur, qui est proximior venditori, non illi a quo res processit secundum Chassane. in consuetud. Burgun. rubri. x. §. prima numero 332. versic. quæro, an recte sentiant. vbi hoc tenet, motus magis verbis consuetudinis Franciæ, quæ super hoc loquitur, quam iure. quod nota ad intellectum quæstionis, q̃ tangit Cifuentes in l. 73. Taurina. dum quærit, an retrahens rem venditam veluti consanguineus sufficiat, quod sit consanguineus venditoris, vel requiratur, quod si consanguine⁹ illius, a quo res processit? De quo vide, quæ scribo in quæstione nona sequenti. numero 11. Est etiam animaduertendum
5 quod ad maioratum factum in fauorem consanguineorũ, admittuntur consanguinei etiam concepti post mortem testatoris l. Paulus. §. Paulus. in 2. ff. de bonis, libert. notat Roman. singula. 295. & est communis opinio, secundum Tiraquel. libro primo de retract. §. primo, gloss. 9. numero 89. ad quem addo Iaso. in l. 2. num. 235. C. de iu. emph. Grego. Lop. In d. ll. ii. in glossa. *el mas propinquo*. in principio. quod vidi in facto.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
Inhabilis non facit gradum.
Natus non videtur, qui non durauit.
Masculus qui subito moritur, non impedit, quin fœmina succedat.
5 *In materia successionum, paria sunt non esse, vel a successione excludi.*
6 *Filius intempestiue natus, non dicitur natus, nec rumpit testamentum, nec reuocat donationem ex. l. si vnquam.*
7 *Filius natus in tempore, quo non potuit naturaliter viuere, dicitur abortiuus*
8 *Consuetudo deferens hæreditatem primogenito, non sentit tantum de illo qui prius natus fuit sed de eo, qui priori deficiente efficitur primus, et inhabilis non facit numerum.*
9 *Frater Franciscanus vel delinquens, qui non successit in maioratu, non facit gradum, & attenditur proximitas respectu vltimi possessoris, & non istorum.*
10 *Filius qui sciso ventre matris natus fuit, an faciat gradum.*
11 *In retractu ãn attendatur proximitas respectu venditoris, vel illius, a quo res processit.*
12 *Proximiorum appellatione qui vendant, & qualiter in legato relicto p xims filius non intret in locum patris, & limitatur notantur. l. 40.*

Tauri-

Source : BIU Cujas

Taurina.

13 *Exclusus ſi ſit is, qui eſt in primo gradu, an ille debeat admitti, qui excluſit exiſtentem in primo gradu, ſi ſuper ſit perſona media, a qua excluderetur.*

An filius abortiuus faciat gradum, & alia ſimilia.

QVAESTIO IX.

NOno præſuppoſita veritate concluſionis, quam in præcedenti quęſtione diſputaui, poſſeſſor bonorum maioratus deceſſit vxore prægnante, quæ poſt mortē mariti peperit filium, qui non vixit viginti quatuor horas iuxta id, quod hodie requiritur, per l. Taurinam ad hoc, vt non ſit abortiuus, & ſit legitime natus, quæritur, an ſequens in gradu ad ſuccedēdū in maioratu dicatur ille, q eſt ꝓximior huic filio defuncto, qui fuit abortiuus, an ille qui eſt proximior eius parēti, & q in effectu fuit vltimus poſſeſſor bonorū maioratus, In quo puncto, quia ſemper intendo non morari niſi in neceſſariis, vel vtilibus, mihi videtur, qnod hic filius abortiuus nullum facit gradum, & ſucceſſio maioratus erit illius, qui eſt proximior patri illius filii abortiui. quod primo ꝓbatur ex l. vxotis abortu. C. de poſthu. hæred. inſtitu. & ex. l. 16. titu. 6. part. 6. & ex. d. l. 13. in quibus iuribus apparet, quod filius abortiuus habetur tanquam ſi natus non fuiſſet, & ideo non eſt impedimento illi, qui patri proximus erat, quia non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum. c. non prę ſtat. de reg. iur. in 6. l. ſi ſtipuler. ff. de verbo. obliga. c. ſi verum. 31. q. 2. congregato. de electione. cum concordantib. Et nihil & inutile, æquiparantur. l. vlti. vbi late Iaſ. ff. de iur. omn. iud. & paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel inutiliter factum, & vitioſe. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. cum ſimilibus. & facit illud elegans conſilium Rapha. Cuman. 45. quem retuli in quæſtio. 7. ſupra eodem. in verſi. circa materiam. nume. x. Et quod ſcribit Guillel. Benedict. in c. Raynutius. in verbo, mortuoque teſtatore. in ii. nume. 72. de teſtamen. vbi dicit, ꝙ ſi is qui proximior eſt conſanguineus, eſt habilis ad ſuccedē dum, quia forte eſt deportatus, vel Franciſcanus, is non impedit ſequentem, qui ſcilicet, proximior poſt eum eſt, hic etenim altero ſublato dicitur proximior eſſe, ac primus hæres æque, ac ſi neminem añ ſe haberet. Et idem tenet Chaſſane. in conſuetud. Burgun. titu. de ſucceſſione. §. i. verbo, hereitur habile. refert Bened. tex. in l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de bonorum poſſeſſio. contra tabul. per quam dicit Bald. in l. ſi quis prioris. §. talem. C. de ſecund. nupt. non nocere alii, eum qui inhabilis eſt. Ex quo etiam infert, quod ſi conſuetudo ſit, vt primogenitus ex primo matrimonio ſuccedat in baronia, ſintque ex multis matrimoniis filii, ſed is, qui ſolus erat ex primo matrimonio ſit inhabilis ad ſuccedendum, quia eſt frater minoris, is qui illum ſequitur, qui eſt primogenitus ex ſecundo matrimonio ſuccedet in baronia tanquam primo genitus, perinde, acſi nullus ſit filius ex primo matrimonio. & ita dicit fuiſſe determinatum in regno Apuliæ, cum Ludouicus Regis primogenitus ſeſe ſodalicio domini Franciſci abdicaſſet. & idem Bald. in l. Deo nobis. in verſicu. quarto no. C. de epi. & cleri. Alexand. in l. i. §. qui habebat. ff. de bonorum poſſe. contra tab. & facit tex. in c. nam & ego. de ver. ſignifi. vbi vnigenitus dicitur, qui fratrem habuit, qui tamen
3 eſt mortuus, quaſi videlicet, natus non videatur, quia nō durauit. de qua re plura ſcribit Tiraquel. in ſæpe citato tractatu de primogenit. quæſtio. tertio num. 6. cum pluribus ſequētibus. Ex quo loco ſumi poſſunt, quæ hic deſiderantur. cui adde tex. in l. qui mortui. ff. de verb. ſigni. ibi, qui mortui naſcuntur neque nati, nec quo procreati videntur, quia nūquā liberi appellari potuerunt. licet tex. hic in contrarium reperiri poſſit. quia in noſtro caſu viuus filius natus fuit, quāuis expirauerit ante viginti & quatuor horas. Sed hic tex. eſt intelligendus ſecundum d. l. 13. Tau. & alia cura ſupracitata & faciunt etiam quæ ego ſcribo in hac ſecunda part. huius operis. qnæſtio. tertia vbi tractatur de ſucceſſione monachorum in maioratu. Et maſculus, qui ſubito poſt mortem ma-
4 tris deceſſit, non conſetur extitiſſe, & ſic non impedit quin fœmina ſuccedat etiam in feudo. in quo ex legis conceſſione ſi maſculus ſemel extiterit, vlterius fœminæ non admittuntur. gl. pe. & in c. i. §. quin etiam Epiſco. vel Abba. vbi Iac. de Bel. Rayner. Nicol. de Neap. Bal. Martinus Laud. Alua. & alii, excepto An. de Yſer. & alii, vt per Pariſien. in par. i. conſuetud. Pariſien. §. 27. quæſtio. i. num. 8. Item, in materia ſucceſſionū paria ſunt non eſſe in rerum natura, & eſſe, ſed a ſucceſſione excludi, vt locum faciat filio excluſi. l. i. §. vlti. ff. de bono. poſſe. contra tabul. l. ſi necē. §. ſi deportatus. ff. de bonis liberto. ibi, ſi deportatus ſit, ideoque inhabilis ad ſucceſſionem, nepos admittendus eſt ad bonorum poſſeſſionem, nec ei impedimento eſt filius ipſius nepotis patroni, quia is mortui loco habetur. per quæ iura tenet Rapha. Fulgo. in ꝙ fil. 102. quod ſi extant filii maſculi, & ſunt incapaces, vel repudiant, admittitur fœmina, quæ alias nō admitteretur. Itē, petfecte natus non dicitur, qui ita intempeſtiue, & immature natus eſt, vt viuere non poſſit. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hominum. l. quod certatum eſt. C. de poſth. hæredib. inſtitu. vbi tota ſcribentiū ſchola per tex. ibi tenet, quod filius abortiuus non rumpit teſtamentum. & probatur in d. l. 16. titu. 6. par. 6. & ideo Tiraquel. in l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. num. 205. C. de reuocan. donatio. late pluribus rationibus ſuſtentat, quod talis filius non naturaliter natus, non reuocat donationem virtute illius legis. ī quo loco latiſſime tractat ex infinitis auctoribus, per quot menſes dicatur partus eſſe perfectus & quantum temporis mulier poſſit eſſe p̄gnans, & alia plura ad intellectum eorum, quæ hic tractantur. quæ etiam conducunt ad intellectum tex. in d. l. Taurin. quia Tello. in d. l. de hac remiſſione non meminit, quæ eſt pleniſſima. quæ. d. l. 13. (vt ſupra dixi) multum facit pro hac concluſione, maxime in illis verbis. *Pero ſi por auſencia del marido, o por el tiempo del caſamiento ciaramente ſe probaſſe, que naſcio en tiempo que no podia viuir naturalmente, Mandamos, que aunque concurran enel hiio las calidades suso dichas, no ſea auido por parto natural* & dicit Bal. in d. l. quod certatum. quod de filio nato tali modo, quod viuere non potuit, naturaliter iudicatur Idem, quod de abortiuo quem ſequitur Paul. & Alexan. ibi. & eſt communis opinio, ſecundum Bartho. Socin. in conſil. 275. in cauſa fratrum Andreę. num. 20. libro ſecundo, vbi in terminis noſtris tradit, quod filius natus tali modo, quod viuere non poterit ſecundum iudicium peritorum, habetur tanquam ſi natus fuiſſet, & non facit deficere fideicommiſſum quod eſt notabile conſilium in hac materia. eſt etiam egregia. l. 8. titu. 33. par. 7. ibi, *dezimos que los hiios que nacen muertos sō aſſi como no nascidos, ni criados, e por eso no se quebranta por ellos el teſtamento que el padre, o la madre ouieſſen hecho.* hæc etiam opinio confirmatur ex eo, quod dixit Pariſien. in conſuetud. Pariſi. §. 8. num. 11. vbi dicit, quod conſuetudo deferens hæreditatem primogenito excluſo ſecundogenito, non ſentit præciſe de illo, quem in rerum natura prius natum eſſe certum eſt, ſed etiam de illo, qui fuit poſterior natu, ſed priore deficiente, efficitur primus, & inhabilis nō facit numerum, ſed habetur pro mortuo, vel nullo, vt ex tex. in d. l. i. §. vlti. ff. de bono. poſſe. contra tab. deduxit Pariſien. vbi ſupra. nume. 27. ex quibus omnibus clare apparet veritas prædictæ ſententiæ. Et ex his etiam infertur, ꝙ monachus ſancti Franciſci vel hęreticus, aut ſodomita, vel ille qui commiſit crimen lę ſę maieſtatis, per quod fuit inhabilis ad ſucceſſionem maioratus, nullum facit, nec cōſtituit gradum, ſi antea quam ius primogenituræ illi delatum fuit monachus fuit factus, vel commiſit aliquod de prædictis criminibus, ſecus ſi ante cōmiſſum crimen ius illi delatum fuit & poſſidebat bona maioratus, quia tunc facit gradum & numerum. Ad quod faciunt, quæ ſcribo in prima parte huius operis. q. i. nume. 98. & in primo caſu, quando ius primogenituræ delatum non fuit propter prædictas rationes, attenditur proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris, non iſtius qui in effectu non ſucceſſit, nec fuit capax ad ſuccedendum in maioratu. Quando autē poſt ſucceſſionem & ius iam illi delatum, fuit factus monachus, vel commiſſit delictum, tunc proximitas attenditur reſpectu huius, qui in effectu habuit poſſeſſionem, & ius incorporatum, quod illi ablatum fuit per monachationem, vel delictum. quæ ſunt memoriæ mandanda. Quibus iunge quæ ſcribo in q. 3. ſupra hac parte in verſiculo. ſuppoſita.
10 His aliud dubium proximum eſt, an filius, qui ſciſſo ventre matris fuit natus, ſuccedere poſſit in maioratu, & faciat numerum vel proximitatem, dubium facit. l. anniculus. §. amittitur. ff. de verborum, ſignifica. cuius hæc ſunt verba. falſum eſt eam peperiſſe, cui mortuæ filius exectus fuit. quem text. commendat gloſ. in l. ea mulier. ff. eod. titu. Angel. Paul. Ale. Iaſ. in l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthu. qui fere omnes dicunt, quod legatum factum mulieri ſi, pepererit filios non obtinet, quando nati fuerunt ſecto matris vtero. & id dicit Bald. procedere in omni conditione ſi pepererit filios, ſecundum Bald. in l. Aretuſa. ff. de ſta. ho. & alii, ut per Carol. Rui. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. in verſi. octauo, & vltimo quæro. Quibus non obſtantibus (quæ in ſubſtantia non obſtant) contrarium in noſtro propoſito dicendum eſt per text. in d. l. quod dicitur. ibi, quod dicitur, filium natum rumpere teſtamentum, natum accipi, & ſi execto ventre editus ſit. Ad idem eſt text. in l. i. §. ſed ſi matris. ff. ad Tertul. cum concordantib. quæ refert Tiraquel. in d. l. ſi vnquam. in verbo, ſuſceperit liberos. num. 139. cum aliis. Et

pro

pto hac opin. facit. d.l.13.supra citata,vbi filius est legitimè natus,& non abortiuus, concurrentibus illis,quæ in prædicta lege continentur. Et pro hoc dicto etiam facit doctrina Iaco.de Ard.in tit.de succesſio.feudi sub rub. vbi frater succedat fratri vbi per tex.in d.l.quod dicitur.tenet, ꝙ exiliens à ventre secto matris,succedit in feudo.quem sequitur Cur. in tracta.de feu.par.3.quæst. 14.quos adde ad Tiraq. vbi supra.ad ea autem,quæ in contrarium faciunt, respondet Tiraq.vbi supra.Ex quibus infertur,ꝙ hic filius à vētre matris, dummodo in eo concurrant, quæ habentur in d.l.13. facit proximitatem & gradum si decedat post viginti quatuor
11 horas.Quis autem sit proximior ad retrahendum rem venditam per retractum consanguinealem, & an habeatur respectus ad venditorem,vel ad illum, a quo res vendita processit?vt obiter hoc sciatur,vide Cifuentes.in l.73.Tauri.late Tiraq.lib.i.de retractu.§.11.numero 12.cum aliis sequentibus.vbi alia ad propositum huius materiæ traduntur.

SED quando in proximiorum materiam ventum est, quia est necessarium pro intellectu huius materiæ, vide tex. in l.dudum.C.de contrah.emp.vbi gl dixit,proximos esse ꝙ sanguineos.vbi Bal.& est tex. in l.quamuis adulterij.C.de adul.& in l.i. C. de mulierib. qui prop.seru. de quo qui plura scire cupit, legat Tiraq. qui semper & vbique omnes dicendi copia vincit in lib.j.de retracta.§.1.glo.9.nu.15.cum aliis. & lib.eodem.11.gl.1.& 2.& Bal.in consi.271.lib. 3.Alexī in addit.ad Bar.in l.si tertius.in prin.ff.de aqua plu.arcen Deci. l.si bonorum.C.qui admitti.Episcop.Couar.in Epito.de spō sa.par.2.c.6.nu.1.cum aliis.& proximiorum appellatiõe,veniunt masculi,& etiam fœminæ, secundum Ange.in consi. 288.viso facto.& sequuntur Deci.in consi.269.consultus ab illustri.Parisi.in consi.89.in præsenti causa.nu.40.lib.2.Et circa hoc est etiam sciendum,ꝙ regulariter nepos repꝛesentet patrem non tñ hoc procedit, qñ fit mentio de proximiore. l.si libertus præterito.§.si libe.pꝛeterito.ff.de bon.liber.facit. l.iubemus.in prin.iuncto §.vlti.C.ad Treb.& quod ibi notat Bal.ex quo seqꝝ, ꝙ q̃uis in vocatione maioratuum filius repꝛæsentat & intrat locum patris,vt patet ex.l.40. Tauri.in aliis tñ dispositionib.& relictis, quæ proximiorib.ex variis testatorum vltimis voluntatib.deferuntur,filius non intrat locum patris. quod notabile ad intellectum text.in d.l. 40. & ad plures vltimas voluntates.Et si ille, qui est in primo gradu succesſionis maioratus propter aliquam causam sit exclusus,an ille debeat admitti, qui excluſit existentem in primo gradu,licet supersit persona media, & a qua excludere. tur,quando habet iura ita efficacia vt illa persona media?vide te.in l.æquissimum.ff.ad ad Tertulli. & īl. 2.§.si sit agnatus.& §.si sit cōsanguineus.ff.e.tit.Et quæ subtiliter circa hūc punctum scribit Bart.Soc.in consi.203.circa secundam quæstionem.maximè in nu.2.lib.2.& hunc punctum recte etiā tradit Campeg.in tracta.de dote.par. v.q. 48. nu.2.vbi ponit distinctiones.Et eundem Bart. Soci.in consi.28.num.4.cum aliis lib.4.exponit illam regulam, Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te.Et quando mater excluditur fauore agnatorum,au illud quod aufertur a matre agnato applicetur.licet alius supersit,qui ex gradus prærogatiua agnato præfertur. & plura scribit in hac materia scitu digna & necessaria pro intellectu istius materiæ.& traditur per eundem Soc.in consi.202.ante nnmerum primum. & per totum lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Primo gradu substitutionis perempto,cæteri an pereant? & resolutio quęstionis.*

2 *Pater si meliorat filium in tertio,& in illius locum alium subſtituit, & melioratus viuo testatore decessit melioratio non efficitur caduca.*

3 *Pater si impuberem filium hæredem instituit & pupillariter substituit Titium & quandocunque decesserit Titius,substituit ei Semproniū, & Titius ante pupillarem moriatur,admittitur Sempronius.*

4 *In donatione in qua continentur plures gradus substitutionum,tot dicuntur substitutiones,quot personæ contentæ in donatione.*

Filius in quem pater fecit maioratum,si moriatur ante acceptionem,an nepos admittatur.

QVAESTIO X.

DEcimo circa hanc partem Succesſionum maioratus pater fecit maioratū in vnum filium, qui tamen talem maioratum non acceptauit, quia ante acceptationem mortuus fuit,& & remansit filius ex hoc filio primogenito, nepos instituto ris:quæritur an hic nepos admittatur propter substitutionē factam in illius fauorem?Nam videtur quòd cum ille filius moriuus sit ante acceptationem, fuit perēptus primus gradus substitutionis, & in consequentiam alii sequentes decesserunt.l.nam & si sub conditione. §.i.de iniu.rupt.irritoque facto,testamen.l.denique.eodem titu.ibi,gradu enim rupto & infirmato,amplius hæreditas obuenire non potest.explicat Barthol Socin.in consil.62.viso capitulo substitutionis. numero 7.lib.3.& conducit consilium Alexand. in consil. 139.libro.sexto.vbi dicit,quod in substitutione,in qua post multos gradus. erant verba,quod bona remanerent propinquioribus,& sic semper de gradu in gradum & quod nunq̃ recederent de parentela:decidit,quod deficiente primo gtadu,omnia deficiunt. Et quod omnes gradus sunt limitati & facti in casu, in quo eueniat conditio primæ substitutionis per.l.post aditam.C.de impub.& aliis.& l.ex facto. §. pen.ff. ad Treb.& notatur per Iaſ.in l.si quis num.5.& 6.C.de inst. & substi.ad quod alios Doctor.refert Parisien.in consi.1.pro Duce de Villa Hermosa.numero 104. & facit text.in l.nam & similes.ff de iniu.rup.irritoq; facto. testa. vbi ponitur pro casu speciali in milite,quod si similes aliquem fecerit hæredem rupto primo gradu,qui valet iure militari, qui dependet ex eo,non rumpitur, notatur per Parisien. in consil.74. num.12.lib.2.contraria opinio persuaderi potest ex text.in l.3.§.vl.ff.de lib.& posth. ibi, si ita testatus sit pater familias, vt a primo quidem gradu filium præteriret, a secundo solo exhæredaret:Sabinus & Cassius,& Iulianus putant,peremptoprimo gradu, testamentum ab eo gradu exordium capere,vnde filius exhæredatus est.vbi est glos. notabilis ad ꝓpositum in verbo filium.quæ dicit, quod vbicunque secundus gradus pendet ex primo,vitiatur secūdus, sed possit ex se subsistere.vt latius dicta gl.exponit.hoc modo intelligendo tex.in d.l.nam & si sub conditione.& illam glo.sequunt ibi Bar.& Doctores antiqui & Moderni,secundum Iaſ. ibi, num 6.in fi.vbi Barth.Soc.num 4. hanc opinionem defendit,vbi dicit,quod quando deficit primus gradus ex impotē tia adeundi,vel voluntate institutorum, quibus casibus hēt locum substitutio,vt per Bart.in l.i.q.2.ff.de vulg. nume.18. & tunc secundus gradus non rumpitur,quia illud quod est causa inclusionis secūdi gradus. non debet esse causa exclusionis.l.3.§.si emancipatus.ff.de contra tabu.aliquando gradus primus rumpitur,quando secundus pendebat a primo & tunc deficit secundus gradus.Ex quo ad propositum nostrum infertur, quod cum ius succedendi nepoti in maioratu non dependeat a patre,sed ab eo,qui fecit substitutiones in fauorem filii & descendentium, quamuis mortuus sit filius,non deficit ius substitutionis in illius fauorem introductum,& ab auo concessum.& inquit Barto.in d.l.3 §.vltim. num.2. quod quādo est defectus ex parte instituti in primo gradu,indistincte testamentum incipere potest a secūdo gradu,siue primus nolit esse hæres.l.iam dubitaui. ff.de hæredi. instit.l.cum proponas.C eodem titu.siue primus sit exclusus morte.l.i.§.pro secundo.C.de cadu tol.l. Thais, §.Splendophorus.ff.de fideicommiss liber.Notat Deci.in consi.529.numero 4.& ꝓ hac opinione postquam hæc scripsi reperi elegantem doctrinam Peral.in l.Cælsus.in principio. numero 13.ff de leg.2.vbi dicit, qod si pater melioret aliquem ex filiis in tertio,vel extraneo relinquat quintam bonorum partem, & in illius locum vel defectum substituat alium vulgariter,vel coniunctim, detur alius collegatarius in meliora- 2
tione,& alter melioratus viuo,testatore decessit,talis substitutio,vel coniunctio,non efficitur pro non scripta,caduca, vel quasi caduca, sed substitutus admittitur vel coniunctus ad partem meliorationis deficientis.argumento text. in d.l. vnica.§.in primo.& §.seq.C.de cad.tol.& gl.in d.l.Cælsus.Ex quibus iuribus secundum Albe.colligitur, quod substitutio facta in legato non extinguitur, licet is cui facta est moriat viuo testatore,siue ante testamentum,siue post,& ibi tradit quid in substitutione pupillari,cui adde Dec.in consi.427.licet in casu proposito.num.7.& in consi.25.Barth.Soc.in cō sil.63.viso capitulo.num.3.lib.3.& Pari.in consi.18.numero 38.& consi.44.lib.2.qui tenēt, quod quando substitutiones sunt positæ de per se,nec subordinantur a prima, nec ab ea dependent,cæteræ sunt sublatæ. Et pro ista doctrina Peralt. est in terminis sententia Alex.in consi.123.nu.4.lib. i.vbi inquit,quod si Ambrosius relinquit in testamento villam Sardoni filio suo primogenito Philippo,& post eius obitum filio primogenito eiusdem Philippi, & Philippus decessit viuo testatore, admittitur Ioannes filius Philippi ex substitutione vulgari, quia filius non potuit habere ius primogeniturę per d.l.vnicam.§.i.in prin.& §.pro secundo.& l.ab omnibus.§.cum quidam.ff.de leg. i.& alia iura supra citata. Et pro hac etiam opinione recte venit doctrina Bartol. in d.l. quandiu.ff.de acq.hæred.vbi dicit, quod si testator impuberem filium suum hæredem instituit,& ei pupillariter substituit Titium,& quandocunque decesserit Titius,ei substituit Sempronium,& contingit, quod Titius ante filium pupillum

Source : BIU Cujas

lum moriatur, & postea decedat pupillus, quod poterit Sẽpronius perempto primo gradu, ad substitutionem admitti. & idem tenent Bald. Ang. Imo. Pau. & Are. & idem Paul. in consi. 152. præsens dubium. libr. i. Guido Papę, in decisio. Delphinat. 550. Iaſ. in l. i. num. 28. ff. de vulga. & pupill. & alii plures. quos refert Parisien. in addi. ad Alexand. in consi. i. in litera. A. quos adde ad Tello in l. 27. Tau. num. 19. in versicu. sed vlterius. vbi refert Barth. in d. l. quandiu. & est communis opinio, secundum Deci. in consi. 427. nume. 9. Præterea, pro
4 hac sententia facit dictum Andr. de Ysern. quod aliis in locis refero in c. i. §. præterea ducatus. de prohib. feu. aliena. per Federic. vbi dicit, quod in donatione, in qua continentur plures gradus substitutionum, tot dicũtur substitutiones, quot personæ contentæ in donatione. potest ergo nepos accepta re ex persona sua maioratum, quem pater illius non acceptauit. Et pro hoc etiam dicto conducit, quod scribit Caro. Ruinus consi. 203. num. 22. lib. 2. & in consi. 132. num. 7. lib. 3. vbi dicit, quod si fundatore viuo, filius primi gradus fuerit mortuus, prouisio facta filio, verificatur in nepote. quod dictum ad aliud propositum retuli in i. par. huius operis quæstio. xv. in versiculo secundo principalis sit conclusio. numero. 12.

SVMMARIVM.

1 *Pater si in constitutionem maioratus ordinauit, quod si filius defunctus sit absque liberis, bona perueniant ad aliquem, si filius habuit filios q̃ defuncti fuerunt.*
An substitutio expiret.

QVAESTIO XII.

DVodecimo pater in constitutione maioratus ordinauit, quod si filius defunctus sit absque liberis, bona perueniant ad aliquem, quem in locum filii substituit, & talis filius liberos procreauit, qui tamen defuncti fuerunt, & tempore mortis, ille primus institutus decessit sine liberis quæro, an hoc casu substitutus repellatur? In quo primo aspectu dicendum videtur, quod substitutus excludatur ex notabili text. in l. cum vxori. C. quando dies legati vel fideicom. cedat. ibi, Cum vxori vsusfructus fundi legatur, & eius proprietas cum liberos habuerit, nato filio statim proprietatis legati dies cedit. Nec quicquam obest, si is decedat. eadem conclusio probatur in l. si quis hæredem. C. de insti. & substit. & in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legati. Et est expressa sententia Oldrad. quem plerique sequuntur in consi. 21. & 141. de quo pene in numeros auctores referũt Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocan. dona. in verbo, susceperit liberos. num. 153. Episcop. Couarru. in capitu. Raynaldus in i. num. 3. de testamen. Traditur per Soci. Iunior. in consi. 42. numero 5. lib. i. & in consi. 101. numero 38. eodem libro. Et in hoc puncto, & materia varia Doctores tam legendo, quam conſulendo scribunt. quæ forsam lectores magis cõfundere, quã docere possunt. Ego in nostro proposito omissis pluribus, quæ hic controuerti poterant in ea sum sententia, quod istorum iurium, & Doctorum conclusio non procedit in bonis maioratus, quorum successio est perpetua in fauorem descendentium a primo institutore. vnde si possessor bonorum maioratus, grauatus restituere bona successoribus proximioribus in gradu, si liberos non habuerit, decedat sine filiis, non excluditur proximior successor, quamuis possessor bonorum maioratus liberos habuerit, qui defuncti fuerunt, imo sine dubio habebit bona maioratus. quod apud nos indubitatum est, & in maioratibus communiter hoc cauetur. Nam testatores dicunt, quod vocant succedẽtem in gradu, si primus institutus, aut vlteriores vocati liberos non habuerint, vel quamuis habuerint defuncti sint. & ideo dicunt Doctor. nostri, quod vbi constat ex coniecturis testatorem sensisse, quod substitutus admitteret, etiam vbi cunque primus institutus liberos habuit, qui defuncti fuerunt, si liberos non reliquit tempore mortis. non habet locum doctrina Oldrad. vt explicant Corne. in consi. 146. lib. 2. Socin. Iunior consi. i. num. 70. lib. i. Aymo consil. 98. num. i. & alii, quos refert Episcop. Couarru. vbi supra. & Gregor. Lopez in l. 2. titu. 15. part. 2. in glos. in verbo, *el mas propinquo.* in princ. vbi limitat doctrinam Oldrad. nisi de mente disponentis contrarium appareat. fortius dico. quod quamuis substitutus accedat cum liberis tempore mortis, q defuncti fuerunt post mortem patris, adhuc admittendus est sequens in gradu, qui vocatus est ex dispositione maioratus, nec sunt consideranda quæ scribunt Doctor. in prædictis locis, quantum ad nostrum propositum. Et etiam fulcitur, quia dicta doctrina Oldrad. non procedit, quãdo quis substituit aliquẽ deficientibus liberis, vel in defectum liberorum simpliciter, tunc quandocunque liberis deficientibus, admittitur substitutus. & ita declarat Bartho. Soc in l. solemus. in fin. ff. de cõdictio. & demonstratio. vbi dicit, ita se consuluisse. & Alexã. in consi. 43. consideratis his, libro. 3. quod consilium hodie reperitur in consilio 53. libro texto vbi hoc sequitur Parisi. mouẽtur isti Doctores per regulam, quod vbi dispositio est adiecta per verba habentia tractum successiuum, non sufficit momentaneum implementum. l. si quis ita legauerat. ff. de condi. & demonstratio. l. si a te. ff. si seruit. vendic. vnde dicit ibi Alexand. quod si testator dicat, si non remanserit hæres per lineam masculinam, vel dicatur, quod in perpetuũ succedant, non sufficit, quod quis liberos habuerit ad hoc, vt substitutus excludatur, & substitutio deficiat. Et hoc probat text. secundum intellectum Paul. de Cast. ibi, in l. in substitutione. ff. de vulgari. & confirmantur ista per Deci. in consil. 480. nume. 8. vbi post Alexan. aliqua ad propositum adducit. de quo etiam vide in addi. ad Alexan. in consil. 139. in addi. quæ incipit, defecisse. li. 6. & melius eundem Alex. in cõsi. 101. nu. 13. li. 7.

SVMMARIVM.

1 *Clausulæ speciales siue præcedant siue sequantur, generalibus præferuntur.*
2 *Dispositio generalis facientis maioratum, tantum valet, quantum specialis.*
3 *Clausula in fine apposita quando ad superiora referatur.*
4 *Clausula generalis quando ad similia expressis extendatur.*
5 *Præcedentium quadruplex est virtus.*
6 *Clausula præcedens validior est quam sequens.*
7 *Specialia verba magis operantur quam generalia.*

Finis Secundæ partis.

1 PRæterea in ista materia successionum maioratus notandum est, quod clausulæ speciales siue præcedant, siue sequantur, præferuntur generalibus, quia genus per speciẽ derogatur, siue species præcedat, siue subsequatur. Et clausulæ generales secundum speciales debent intelligi modificari, limitari, & moderati. l. cohæredi. §. qui patrem. & §. qui discretas. ff. de vulg. quæ loquuntur in substitutionibus. l. vxorẽ. §. fœliciſſimo. ff. de lega. 3. l. seruus vrbanus. §. vlti eo. titu. l. alimenta. §. basilicæ. de alimen. & cibar. lega. l. in toto iure. ff. de regulis, iur. vbi late, & resolutiue Deci. notatur per Alexan. in consi. 77. num. 6. li. i. & in consi. 88. num. 8. libr. 5. & vtrobique Parisien. Bartho. Socin. in consil. 62. numero 8. libro. iii. vbi tradit, quod generalis substitutio de liberis in liberos, non est referenda ad filios, quibus facta est substitutio specialis. Et notatur per eundem Socin. in consi. 63. nume. 15. eod. lib. Iaso. in l. si Rufinus. num. 4. C. de testamen. militis. et in l. hac consultiſſima. §. ex imperfecto. C. qui testam. facere pos. & in l. i. in prin. ff. ne quis eum. nume. 10. Alciat. regu. 3. præsumpt. 36. Hippoli. in praxi. §. diligenter. numero clxxxxviii. Deci. consi. 454. nu. x. Et 664. num. 8. & est notabile consiliũ Barth. Soc. 49. nu. x. lib. i. apud quos videre licet, quando aliqua dispositio dicatur generalis, & quando specialis. Ex quibus remissionibus multa summi possunt ad decisionem variarum quæstionum. & Iaſ. in l. si conuenerit. nume. 46. ff. de iurisdictio. omn. iudic. vbi tradit, quod verba generalia indifinite prolata, recipiunt restrictionem ab specialibus.

2 DEINDE animaduerto, quod dispositio generalis testatoris facientis maioratum, tantum operatur quo ad nomina comprehensa sub genere, quantum specialis, quo ad comprehensa sub specie. l. si duo. ff. de administra. tutor. l. omnes. C. de præscrip. 30. annorum. quam conclusionem pluribus mediis instruit Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donation. in præfatio. numero cxviii. & in tracta. de legibus, connubialib. glo. 7. in verbo, exprez. num. 89. Ad quod etiã facit, quia expressum dicitur, quod in genere exprimitur, vt probatur in l. vlti. C. quod cum eo. notat Bar. in l. i. num. 7. ff. de vulg. vbi recentiores. & in l. i. in fi. ff. ne quis eum. Alexan. in consi. 201. num. x. lib. 6. Et hoc sequuntur alii plures Doctores, quos refert Tiraquel. in d. l. gloss. 7. nu. 86. & 87. & probatur ista conclusio. in l. in fundo. ff. de supellect. legat. & in l. qui vsumfructum. ff. de verbor. obligatione, ex quibus inferri potest, quod si testator in vocationibus maioratus voceat aliquos de quadam progenie ad maioratum in defectũ aliorum, quod tales de progenie censentur expresse & specialiter nominati: quamuis propriis nominibus non sint nominati ad hoc, vt aliis tanquam prius nominati, & magis specialiter præferantur. Et pro hac illatione est text. ex

prę-

Source : BIU Cujas

preſſior cæteris in l.nominatim.ff.de manumiſ.teſta.vbi nominatim videntur ſerui manumiſſi, qui ex aliquo artificio ſunt.Ex qua l.dubia redditur ſenten.Tello in l.31.Tauri. numero 6.vbi quibuſdam auctoritatibus motus inquit, quod commiſſio nominandi exequutorem vno de certo genere, non valet tanquam incerta.Et eſt bonus tex.in l.3.§. nominatim.ibi,quicunque mihi naſcetur.ff.de iniuſt.rupto irrito que fact.teſtam.& §.maſculos.Inſtitu.de exhære.liberorum. ibi,niſi nominatim exhæredarent,hoc ſcilicet modo, quicunque mihi filius genitus fuerit,l.certum. ff. ſi certum pet. l.nominatim.ff.de lega.3.ibi, Nominatim legatum accipiēdum eſt, quod a quo legatum ſit intelligitur, licet nomen pronuntiarum non ſit.ex quo dixit Alex.in conſilio 80.numero 8.& 9.lib.primo.quod ſi in ſtatuto dicatur,quod non ſtante aliquo de contentis in ſtatuto, ſuccedant alii de iure communi, licet auia non ſint in ſtatuto nominata, adhuc comprænditur in ſtatuto:quia illud dicitur nominatum, quod ſingulariter exprimitur, vel etiam per quamcunque aliam demonſtrationem.vnde nomen auus poſitum in ſtatuto habita relatione ad ſtatutum, quod maſculinum genus demonſtrat etiam auiam, verificatur etiam in auia, & dicitur nominata.Ad quod etiam facit doctri.Bal.ſingul. in cap.cum dilecta.in fine, de reſcrip. vbi dicit,quod ſpecialia ſunt,quæ certum ſignificant, licet multa contineant generalia,quæ præſentantur de pluribus differētibus ſpecie, ideo obſcuritatem pariunt,l.Titius.vbi glo.ff.de liberis & poſthumis.notat Iaſo.in l.prima.numero 12.fo.107.ff.ſi quis in ius voca.non ierit.vbi plura tradit in iſta materia. & inquit per prædicta Socin. Iunior in conſilio 1. numero 36.lib.primo. Quod cum de neceſſario ex intentione ſtatuentium ſunt aliqua verba de maſculis intelligenda, perinde habentur,ac ſi expreſſe nominati fuiſſent. Et de hac materia vide omnino Ripam in c.ad aures.numero 14.de reſcrip. Quæ notanda ſunt ad ea,quæ habentur in l.cum ita. §. in fideicommiſſo.ibi,qui nominati ſunt.ff. de lega. ſecundo. vbi Docto.& in l.vlti.C.de ver.ſig.

3 ITEM, memoriæ eſt tradenda illa regula, in qua Doctores noſtri non ſatis ſe explicant, & paſſim vagantur.q̄ clauſula in fine appoſita, refertur ad omnia ſuperiora. quæ colligitur ex l.talis ſcriptura.ff.de legatis primo.vbi late Docto.præcipue Iaſ.& traditur late in c.ſecundo requiris.de appella.præcipue per Deci. & hanc regulam vbique audies,& videbis.quam notanter explicat Alexan.in conſilio 158.numero 7.cum aliis. lib.6.& in conſilio 226.eodem lib.vbi numero 4.refert elegans conſilium Bart.incipien.Angel. Matthiæ. vbi notanter dicit, quod ratio maioris affectionis ad perſonas in vno capitulo expreſſas, quam ad alias perſonas in alio capitulo expreſſas facit,quod clauſula in fine appoſita non refertur ad omnia ſuperiora, quæ theorica eſt valde ſingularis ad interpretationem clauſularum maioratuum. Et hanc regulam explicat etiam Socin. Iunior in conſilio 228.numero 98.libro primo.vbi tradit qualitatem non cenſeri repetitam,vbi eſt in diuerſa oratione.ex Bart. in l.Seiæ. §.Caio.ff.de fundo inſtruc. Item vbi eſt diuerſa ratio ſecundum Roman.in conſilio 480.in caſu propoſitę conſultationis.in tertio argumento pro contraria. & in quadam ſubſcriptione, quæ ibi habetur. tradit,quod qualitas adiecta in capitulo præcedenti,nō cenſetur repetita in ſequenti, quod etiam regitur ab eodem verbo, quando non eſt eadem ratio repetendi:licet alias ex mente legis vel teſtatoris cenſeatur]facta repetitio.Ad quod refert tex.& ibi Bal.in l.in actionibus.ff.de his,qui notantur infam.& alia plura,& iſta ſunt notabilia. Et in hoc loco in mentem venit regula tex.in l. Lucius Titius teſtamento.ff.de fideicomm.lib.vbi non intelligitur repetitum,quod repetirum vitiaret.

4 PRAETEREA clauſula reſtringitur ad ſimilia expreſſis,non ad diuerſa.c.ſedes.vbi Doctor.de reſcrip. l.vlti.§. cui dulcia.ff.de vino tri.& oleo lega.Clemen.non poteſt.de procura.explicat in bono caſu Bart.Socin. in conſilio 296. numero 1.lib.2.& eſt ſumme notandum, quod licet clauſula generalis reſtringatur ad ſpecificata per d.l. vlti.§.cui dulcia.eſt verum, quando genus exprimitur per aliquod adiectiuum poſitum,prout eſt in dicto §.cui dulcia.vbi teſtator legauit vinum & omnia dulcia, ſecus quando genus exprimitur per nomina ſubſtantiua:quia tunc numeratio ſpecierum non reſtringit genus. l. ſtipulationes commodiſſime.l. doli clauſula.ff.de verborum obligati.& ita declarant Bart. in dicto §.cui dulcia.Barth. Socin. in conſilio 300. numero 2.lib.2.Et vidēda ſunt,quæ ſcribit Rebuffus in l. vnica.in gl. in verbo, & non ex quibuſdam. numero 1. cum aliis. C.de ſenten.quæ pro eo,quod intereſt.Item eſt notandum,quod præcedentium quadruplex eſt virtus.ſcilicet,declarandi,ſupplendi,ampliandi,reſtringendi,vt latius explicat,& probat Rebuf.in tracta.de nomin.quæſtio.5.nu.21.quem lector legat,quia eſt notabilis theorica.

PRAETEREA eſt notandum, quod clauſula generalis non incluſa in certo capitulo refertur ad omnia, ſiue in medio,ſiue in fine poſita ſit, vt per tex.in dicta l.3.§.j.ff.de libe.& poſthumis.& alia tradit Pariſien. in conſuetudi.Pariſi. par.j.§.33.glo.2.nu.2.

6 ADDO etiam, quod potentior, ſeu validior eſt cauſa præcedens ad determinationem ſequentis, & magis influit in illam, quam econtra ſit ſequens ad determinationem p̄cedentis,ſecundum Barto.in l.auia.in princip.ff.de condi.& demonſtra.& Matheſela.notab.151.& alios plures,quos refert Peral.in l.Titia cum teſtamento.§ Caius Seius.notab.6. ff.de legatis 2.& ibi numero 5.tradit, quod clauſula non auget ſeu ampliat principalem diſpoſitionem, & reſtringitur ad caſum principalis diſpoſitionis. & vide eundem Peralt. in dicta l.Titia cum teſtamento. §. Lucius Titius el ſecūdo. numero 4.ff.eodem titu. Et Tiraquel. lib.primo.de retract. §.primo.glo.14.numero 25.

7 ITEM noto, quod verba ſpecialia plus operantur quā generalia.l.ſed & ſi quis.§.queſitum.ff.ſi quis cautio.vbi Docto.nor.Iaſo.in authen.qui rem. numero 14.C.de ſacroſan. eccle.quod confirmatur ex doctrina Bal.in l.exequutorem. numero 23.C.de exequutio.rei iudica.vbi inquit, quod qualitas paucioribus competit, facit diſpoſitionem magis ſpecialem,& illa quæ pluribus poteſt competere, facit diſpoſitionem magis generalem.notat Alexan. in l.Titię textores. ff.de legatis primo.& alii,quos refert Decius in dicta l.in toto iure,numero 6.quod ad plura in iſta materia conducere poteſt.Et ea,quæ generaliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur videntur neglecta. l. item apud Labeonem.§.hoc edictum. ff.de iniu.quod tradit in bono caſu Guid.Pap.Deci.537. numero 2.ſciendum eſt etiam, quod licet aliqua diſpoſitio ſecundum figuram verborum ſit generalis,& poſſit comprehendere plura ſubiecta: tamen ſi in veritate non venit verificanda niſi in vna ſpecie,dicitur ſpecialis.Et ſi non venit verificanda, niſi in vno certo indiuiduo, dicitur vere, & proprie ſingularis.l.ſi domino.ff.de legatis primo. l. ſi hæres. ff. de optio.leg.c.ex parte prima.iuncta glo.vbi Cardin. Florē. Abb.Felin.& Iarius Decius,cum concord. vt per Pariſien.in prima par.conſuetudi. Pariſien.§. ſecundo. numero 33.cui addendus eſt Tiraquel.in tracta.de primogenit.quæſtio. 40. numero 198.vbi tractat, an diſpoſitio generalis omnia ſui generis ſuppoſita comprehendat?

FINIS.

TERTIA PARS TRACTATVS

SVMMARIVM.

1 *Cauſa poſſeſſionis,an ſit magni præiudicii.*
2 *Poſſeſſionis commoda ſunt multa.*
3 *Poſſeſſio vel quaſi poſſeſsio primogenituræ releuat ab onere probādi et poſſeſsio facit,vt præſumatur vnitas maioratus,& quod proceſsit ab vna perſona.*
quens in gradu non vult dominium aduocare, admittitur
alius eidem, qui non vult petere proximus. quod probatur
in d. §. libertis. & §. fratre. no. Grego. Lopez in l. x. titu. 26. par.
4. in gl. i. in prin. in ver. sed pone, quòd possessor. pro quo fa-
cit. l. 63. Taur. ibi, *vaya de grado en grado.* quod verissimum est,
& ex mente omnium iurium, & Doctorum, qui in ista ma-
teria loquuntur, & testatorum dispositiones cum hoc se cõ
formare videntur. Ex quo infertur, quòd licet successor in
5 maioratu, qui & hęres est prędecessoris, excludetur a iure re
uocandi alienationem bonorum maioratus factam per prę
decessorem, secundum ea quę scribo in 4. par. huius operis.
quæst. 16. filius tamen hęredis, si & ipse non sit hęres hęredis,
potest alienationem reuocare, aut in defectum illius, alius
proximus consanguineus vocatus post eos, qui nolunt alie-
nata petere. Est tamen in his animaduertendum, quod non
6 possunt illi, quibus ius reuocandi alienationem competit
propria auctoritate apprehendere res alienatas, vt constat
ex doctrina Bar. in Auth. vt de cœtero commutatio eccleſię
rerum. numero 24. quod procedit, nisi testator qui alienatio
nem prohibuit, ad hoc dedit facultatem, argumento l. credi
toris. C. de pignorib. cum ibi notatis per Bar. & alios, addit
etiam Grego. Lop. vbi supra statuendum esse tempus proxi
mo sequenti in gradu, in quo petat rem alienatam, ad peti-
tionem alterius proximi, qui eum sequitur. & ad hoc vide
eundem Grego. Lop. in l. 10. titu. 13. in glo. vlti. par. 6. Peral.
in l. vnum ex familia. §. si rem tuam. numero 6. ff. de lega. 2.
Et ex dicta resolutione infertur, dubitabilem esse quandam
sententiam Grego. Lop. in l. 4[illegible]. titu. 18. par. 3. in glo. in verbo,
entrado. versus finem. vbi affirmat, quòd si possessor maiora-
tus alienauit aliquam rem ad maioratum spectantem, si po
stea successor eam rem rei uendicat: non tenetur possessor
eam rem cum fructibus restituere, quos percepit in vita ven
ditoris: cum pro illius vita sit dominus talium fructuũ: mo-
uetur ex glo. quam dicit singularem. vbi Bald. in l. insulam.
ff. de so. matrim. & alia, quę refero infra, numero 24. nam si
verum est, quod facta alienatione rerum maioratus per pos
sessorem, statim transfertur dominium ad sequẽtentem vo-
catum in gradu: exinde infertur, q̃ fructus ex eodem sunt
istius vocati sequentis in gradu, & non eius, qui vendidit: qa
fructus sequuntur dominium. l. Titia. ff. de solutio. cum con
cordantibus, & ista conclusio fortius procedit, quando con
ditor maioratus ꝓuideret, q̃ ipso iure si possessor bonorum
maioratus alienaret rem maioratus, deueniret ad sequentẽ
in gradu. vt patet doctrina Pau. in d. l. qui absentis. & aliis, q̃
supra retuli, numero 2. & de hoc puncto, quando emptor
bonorum maioratus, teneatur ad restitutionem fructuum,
vide particularem qõnem, quam facio in 4. par. huius ope-
ris. q. 34. per totam.

QVIBVS suppositis, licet nihil commune habea pro-
prietas cum possessione, cum ĩ hac materia de qua agimus,
sit eadem ratio ad hoc, ut transfertur in proximum sequen
tem in gradu possessio, quemadmodum & proprietas: quia
vtrunquem interest ad conseruationem, & tuitionem rerũ
maioratus, in quorum vnione & cõseruatione versatur fa-
7 uor publicus. l. 2. §. deinde quia difficile. ff. de ori. iu. nota An
cha. in consi. 339. pro maiori. nu. 3. faciunt scripta per Soc.
Iun. in cons. 1. lib. 1. quia bona maioratus faciliter per man⁹
extraneorum possessorum amittuntur. idem ius seruari de-
bet, tam in trãslatione proprietatis, quam in possessione,
iuxta iura vulgata. Secundo ad hoc facit, quia vera intrẽtio,
ratio, & mens. d. l. 45. tendit ad hoc, q̃ nullatenus possessores
rerum maioratus possint ex facto suo præiudicare succesſo-
ribus præcauere, ne bona maioratus passim amittantur. &
ista ratio cum generalis sit, & militet tam in casu alienatio-
nis, quam in casu mortis: statuendum idem ius in vtroque
casu est. quia leges non tam in verborum forma, quam in
ratione cõsistunt. l. scire leges. ff. de legib. & ratio decidit om
nes casus non per extensionem, sed sicut genus comprehen
dit species, secundum Petrum. & Cinum. in l. iura non ĩ sin-
gulas. ff. de reg. iur. & ratio est diuersorum casuum coniun-
ctio ad eũdem finem tendentium. Bar. in l. omnes populi. in
versi. 3. quæro. ff. de iusti. & iur. de qua re plura scribit Tiraq.
in tracta. de cessan. c au. par. j. numero 137. cum aliis. & iterũ
numero 152. cum sequentibus. Et pro expresso habendum
est, in quo est eadem ratio, secundum Bal. in ca. inter corpo-
ralia. numero 1. de transl. epis. vel elect. & Signo. consi. 14.
Et omissum nõ censetur, quod simile est expresso. l. si extra-
neus. ff. de cond. ob cau. l. vlti. §. v. vlti. ff. manda. cum similib.
vt per Tiraquel. lib. j. de retract. §. 2. glo. numero 19. vbi tra-
dit vnum ad nostrum propositum accommodatissimum,
quod illud quod omissum est propter maiorem vsum non
censetur omissum, ex quo arguere possumus, q̃ licet d. l. 45.
non faciat mentionem de translatione possessionis, nisi in
casu mortis: illud fuit, quia raro succeditur in maioratibus,
nisi per mortem antecessorum, vt est notissimum. vnde alii
casus, qui eundem habent effectum, omissi non censentur
& idem Tiraquel. qui latius confirmat. §. 21. glo. vni. num. 5.
& in tract. de nobilita. c. 20. num. 71. & de hoc ago in 1. par.
tracta. q. 31. nu. 4. & hoc iustificatur, quia illi, qui faciunt ma
ioratus, præcipuè his nostris temporibus, magnis se munit
cautelis ad hoc, vt bona maioratus non amittantur, quo-
rum intentio est prohibere alienationem maioratuum, cũ
in proprietate, tum in possessione. & ista cõiecturata volun-
tas seruanda est, perinde ac si expressa fuisset. l. Titius. §. Lu-
cius. ff. de lib. & posth. l. tale pactum. §. vlti. ff. de pact. & verisi
mile est, q̃ testator voluit prohibere non solum alienatio-
nem proprietatis, sed possessionis. vnde hoc debet haberi ꝓ
expresso iuxta iura citata. Præterea pro hac sententia facit
alia noua ratio: nam cum possessor bonorum maioratus
8 habeat bona, tam in proprietate, quam possessione nomi-
ne successorum, vt patet ex d. l. 45. prout illam ponderaui in
prima parte huius operis. q. 24. in quo loco alia adduxi pro
hoc antecedenti bona alienando, nec in proprietate, nec in
possessione ex facto suo potest successoribus præiudicare, ar
gu. l. quoties. C. de donatio. quæ sub mod. & est melior. l. 7. ti-
tu. 4. par. 5. & vt cauetur fere in omnibus maioratibus suc-
cessores grauantur, quod si bona maioratus alienauerint,
ad successorem sequentem in gradu statim deuoluantur, &
possessio eidem quæritur illico, quod cedit dies vocationis
per mortem, vel alienationem, aut alium actum similem,
iuxta d. l. 45. nec huic sententiæ contradicit, quod possessor
9 bonorum maioratus, sit pro vita sua dominus. vt probatur
in d. l. non ideo minus. ff. de rei vendica. & in l. generaliter. §.
sub conditione, ff. qui, & a quib. & tenent Bal. in l. voluntas.
num. 10. C. de fideicom. Anto. Gom. in l. 40. Tauri. nu. 76. &
Simãncas lib. de institutio. cathol. c. 9. num. 149. Grego. Lop.
in l. 7. titu. 4. par. 5. in gloss. in verbo, *el señorio.* Tello in l. 27.
Tauri. num. 18. & Pinel. in l. 1. parte 2. num. 8. C. de bon. ma-
ter. Peral. in l. 3. §. qui fideicommissam. num. 77. ff. de hæredi.
instituen. & iterum num. 106. quibus adde Feli. quem prædi-
cti non referunt, in c. auditis. num. 6. de præscrip. & probatur
in l. j. §. serui appellatione. ff. ad Syllanian. notat, & declarat
Moder. Parisien. in consuetud. Parisien. tit. 1. de materia feu-
da. §. 22. num. 116. & Gregor. Lop. in l. 43. tit. 5. par. 5. in glo. in
verbo, *enagenar.* & alia pro confirmatione istius conclusio-
nis tradit Tiraq. lib. 2. de retract. conuentio gl. j. & vnica. nu.
36. pro quorum etiam opinione facit doctrina Angel. in l.
sciendum. §. si fundus. ff. qui satisd. cogan. vbi dicit, quod possi
dens bona restitutioni subiecta, non tenetur satisdare de iu-
dicio sisti. quem refert, & sequitur Roderic. Suar. in l. 2. fori.
titu. *delos emplazamentos.* pag. mihi. 372. num. 25. & est elegans
consilium Ale. in cons. 67. lib. 5. videtur. quod habui in facto
in quodam egregio casu, quamuis ad hæc contradicat. l. j. ti.
28. par. 3. quæ dicit, quod ille dicitur habere dominium ali-
cuius rei, qui potest de illa libere disponere. ibi, *señorio es po-
der que ha ome en su cosa de fazer della, y enella lo que quisiere, segun
dios, e segun fuero.* quæ lex aperte docet, quod ille dicitur
dominus alicuius rei, qui potest libere rem alienare, & non
alius. & dicit Bar. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poss.
quod dominium in vera significatione, & stricta est ius de
re corporali perfecte disponendi, nisi lege prohibeatur. &
dicit Bal. in l. illud. C. de secund. nupt. quod dominium abso-
lute est plena proprietas cum alienandi potestate. & condu
cit, quod scribit Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus. li-
mitatio. 1. num. 7. C. de inoffi. testamen. Decius in cons. 558.
num. 5. Bartho. Socin. in consi. 9. num. 32. lib. 1. Sed ad hoc re
plicare possumus ex dispositione dictæ legis partit. vbi post-
quam scripsit prædicta verba. illico elegantissime dicit. *La
tercera manera de señorio es, poderio que ome a enel fructo, o en renta
de algunas cosas en su vida, o en tiempo cierto, o en castillo, o en tierra
que ome ouiesse en feudo, assi como dizen las leyes de este nuestro libro,
que fablan en esta razon.* Pondera igitur verba illius legis. ibi,
(*renta de algunas cosas en su vida, o en tiempo cierto.*) cum præce-
dentibus, & sequentibus verbis. quæ lex ad plura est singula-
ris. cui adde Bal. in l. in rebus. C. de iure doti. num. 1. vbi dicit,
quod dominium dicitur ꝓuadrupliciter. & Ioann. Lop. in l.
74. Taurin. num. 1. vbi Gomez Arias. num. 38. cum sequenti-
bus. & appellatione dominii, venit omne dominium, siue
directum, siue vtile, siue feudale, siue emphyteuticum, aut
superficiarium, & etiam dominium iurium, secundum Mo
dern. Parisien. in prima parte consuetudi. Parisien. parte. 1. §.
37. gloss. 2. nume. 1. Et de hoc etiam agunt Nicolaus Boeri.
decis. 42. nume. 4. Ipann. Igneus in l. 1. §. si vir vxori. ff. de ac-
quir. possess. Ale. in cons. 96. num. 6. lib. 4. & an vsufructuarius
sit dominus, melius quam aliis in iure explicat Modernio.
Parisien. in prima parte consuetu. Parisien. §. 1. glo. 1. nume.

3. & 4.

Source : BIU Cujas

3.& 4.& Tiraquel.qui Moder. Parisien. citat, & eum vocat, virum acris ingenii, & iudicii,lib.1.de retract.§.1.gl.7.nu. 56. vbi lector multa videre poterit. Et dominium directum, est proprietas superior: dominium vero vtile,proprietas inferior,secundum Bald.in proœmi.feud.num.24. notat Modernio.Parisien.2.par.consuetudi.Parisien.§.55.nume.12.Et qualiter reperiatur dominium directum vniuersale totius apud vnum, & dominium directum particulare rerum illius vniuersi apud plures alios,tradunt Bartol. Angel. & alij per illum text.in l.1.§.vlt.ff.de rei vend.Iaſ.in l.3.§.ex contrario.num.81.ff.de acquiren.poſſeſ.notanter Moder. Parisien. §.1.glo.6.num.4. cum aliis, quod etiam refert pro intellectu text.in l.si vt certo.§.si duob.ff.commoda. cum concordantibus. Et hoc est tenendum, quod possessor bonorum maioratus pro vita sua est dominus, licet contrarium teneat idem Greg.Lop. in l.7.titu.4.par.5.in glo.in verbo,*el señorio.* in fi.motus per illam legem, quæ nihil videri meo facit, & alia iura. Et ex hoc, quod possessor bonorum maioratus est dominus,& non vsufructuarius,infertur. quod quamuis ille, qui habet vsumfructum teneatur arbores plantare, & ponere nouas in locum illarum,quæ defecerunt, & teneatur, nutrire pecudes in locum demortuarum. vt patet ex.l. agri.& l.hactenus.& l.vetus.ff.de vsufructuar.& in §.in pecudum. Instit.de rerum diuisio.& l.21. quæ est ad hoc singularis.titu.31.par.3.possessor bonorum maioratus ad hoc non tenetur,cum sit dominus cum vinculo restitutionis,& non vsufructuarius,nisi ad hoc grauetur per constituentem maioratum. licet igitur (vt ad quæstionem redeam) possessor maioratus sit dominus bonorum ad maioratum cõcernentium pro vita sua, tale dominium non liberum, nec absolutum est,sed ligatum & strictum,& secundum quid.& pro illo tempore,quo seruauerit conditiones, & vincula per conditorem data.& vt supra fundaui,non solum possidet nomi
11 ne suo,sed etiam successorum, & vocatorum ad maioratũ, & quodammodo vsufructuarius est, qua ratione in hoc ꝓ posito quadrat quædam Abbatis opinio in c. olim.in 1.nu. 12.de restitutio.spoliato.vbi dicit, quod vsufructuarius, qui possidet naturaliter,si expellatur,vel alii tradat possessionẽ: dominus non amittit.suam ciuilem, quia non est fundata super illa naturali vsufructuarij.citat Odofred.in l.vlt. C.de acquiren possessio.& notat Grego.Lop.in l.13.titu.30.parti. 3.in glo.in verbo, *arendada*, & facit ad hæc in simili tex.in l. si quis conductionis.C.locat.& l.18.titu.8.par.5. & est obiter animaduertenda.d.l.13.quæ confirmat quandã opinionem de qua per Abba.in d.c.cum olim.quia in effectu colligitur ex illa.l.13.ꝙ si colonus qui habet rem locatam eam tradat alij,facit ꝙ dominus amittat possessionem,si tradat animo, ꝙ dominus eam amittat.ex quo inferri potest singularis, & nouus intellectus in ista materia ad dictam legem 45. nam
12 siquidem colonus, qui habet rem locatam a possessore rerum maioratus,tradat eam alii eo animo, vt ille, qui locauit eam amittat:non transit possessio in successorem in maioratu virtute illius legis,quia ex facto coloni,ab illo est occupata,& cum ille casus omissus sit a dicta lege, habetur ꝑ omisso.l Bebius Marcellus.ff.de pact.dota.cum concordantibus,& est seruanda dispositio text.in d.l.13.hæc tamen cõclusio dubia ex eo redditur,quia cum per dictam legem 45. licet possessor bonorum maioratus tradat in vita alteri possessionem,nihilominus successor possessor remaneat: non debet impediri talis possessio ex facto coloni,qui minus ius habet,quam possessor bonorum maioratus. si igitur ex facto domini possessio non amittitur in præiudicium successoris,a fortiori factum coloni illi præiudicare non debet. qa destructo fundamento, destruũtur cætera omnia.l.nam origo.ff.quod vi,aut clam.l.lex vectigalis.ff.de pignorib. c. cum Paulus.1.q.1.Et in causato,non potest esse plus iuris, quam in influenti causa.c.1.§.hoc autem notandum.qui. feud. da. poss.notat Bal.in l.1.ff.de senatoribus. Tiraquel.in tracta.de primogenitura.q.12.num.5.Chassane.in consuetu. Burgun. rubr.3.§.8.num.73.col.2.& quod statutum, vel consuetudo de cõtinuanda possessione, non habeat locum in possessione naturali vsufructuarij,voluerunt Ioan.de Imol.in consi. 26.viso casu.Raphael.Cuma.consi.137.& alii,vt per Modernio.Parisien.in consuetud.parte 1.§.30.num.174. vbi etiam refert Bal.in consi.257.dicta themata,lib.4.dicentem, quod si quis faciat donationem alicuius rei,vsufructu retento per mortem donantis,extinguitur possessio naturalis, quemadmodum & vsusfructus. Ex cuius resolutione infero, quod si parentes faciunt maioratum, vel meliorationem in filiũ de aliquibus rebus reseruato vsufructu, quæ reseruatio fere in omnibus maioratibus, & meliorationibus reperitur per mortem donatorum,transit ipso iure possessio in filium, & extinguitur possessio naturalis parentum, quam si alteri fi-i in vita tradiderint,talis traditio est nullius momenti, nec præiudicat meliorato,aut habenti maioratum, quod quoti die contingit propter inconstantiam eorum, qui istas meliorationes vel maioratus faciũt. & ista etiam seruiunt pro ampliatione eorum,quæ scribo in prima quæst. & in 8. qõ. num.4.supra hac tertia parte.

13 EX istis etiam obiter infertur intellectus ad.l. fori. & ad l.50.Taur.prohibẽtes, maritum donare in arrhis vltra decimam bonorum partem:quia si maritus habeat bona maioratus,cum de illis nõ habeat liberam,nec absolutam dispositionem, si maritus donet ꝑ arrhis mulieri bona maioratus,non sunt cõputanda ad sustinendam donationem,quasi existentem intra decimam bonorum partem,facto cumulo,& computatione bonorũ maioratus. & hoc tenendum est,attenta ratione prædictarum legum. quamuis Andr. de Ysern.in c.1.ad finem.tit.de capita.qui cur. vendi. teneat, ꝙ appellatione bonorum, veniunt bona feudalia. in quo tamen puncto,non recte se resoluunt Doctores, vt videre licet apud Iaſ.in l Gallus § quidam recte, num.43.ff. de liber. & posthu.lect.1.& in lect.2.& alios,quos refert Tiraq. in l.si vnquam,in verbo,bona.num.14.C de reuocan.dona. quod rectius resoluit Arias Pinel.in prima parte rubric.C.de bon. mater.num.20.qui etiam tractant,an appellatione bonorũ veniant bona emphyteutica? Et istam sententiam, quod non sit curandum de bonis restitutioni subiectis, vt valeat promissio arrarum,tenet in terminis Ioan Lopi. in rubri.de donat.inter virum,& vxo.vers.& procedunt ista.vbi dicit, ꝙ si is,qui promittit arras, habet solum bona restitutioni subiecta,vel in eis solum habet superficiem,aut vsumfructum, licet veniant appellatione bonorum, iuxta l. bonorum. ff. de verborum significa. non est habendus respectus ad valorem rerum,sed solum ad æstimationem superficiei,vel vsusfructus,quos promittens percepturus erat toto tempore vitæ suæ,qui quidem vsusfructus æstimabitur secundum legem hæreditatem.ff.ad l.Falcid. vbi late Doctores. de cuius legis
14 intellectu,late agunt Suar.in l.quoniam in priorib. ampliatio.3.num.6.C.de inoffi.testam. melius alijs omnibus Episc. Couarr.cuius scripta ita sunt perfecta, vt in omnibus materiis nihil intactum, aut indigestum relinquat. resolut. lib.3. c.9.num.8.cui tamen adde Iaſ.in l.eum qui ita.§.qui stipulatur,num.11.ff.de verborum oblig.Pinel. in l.2.C. de rescind. vendi.par.3.num.32.Rebuf.in l.vnica.C. de senten. quæ pro eo,quod interest, in prof. nu.4. quæ etiam notanda sunt ad
15 capitulum curiarum Madritii,anno 1534.quod dicit, maritum non posse dare mulieri in ioiis vltra octauam partem dotis,quam recepit cum muliere.nam si forsan mulier maioratum habens,nubat alicui viro,bona maioratus quæ cũ muliere accepit in dotem, non sunt dotalia, nec de illis est facienda computatio ad hoc, vt valeat datio ioijarum. possunt tamen bona maioratus dari in dotem pro vita vxoris dotatæ,veluti fit in bonis feudalibus. cõstitui etenim potest dos in rebus feudalibus pro vita vassalli, filiam dotantis, vt tenent Innocen.& alii.in c.nuper.de don. inter vir. & vxor. & plures ad hoc refert Curt.in tract.de feu.4.par.q.4.nu. 93. & facit l.peto.§.prædium.ff.de leg.2.cum concord. de illa autem quæstione,quando feudum possit in dotem dari,late & resolutiue agit Moder.Parisien.in 2.par. consuetu. Parisien.
16 §.56.glo.1.num.36.cum sequentibus. Sed quia tempus expo scit,vt ad quæstionem nostram redeamus, prædicta opinio, quod lex dicta 45.procedit etiam, quando possessor bonorum maioratus bona alienauit,tot fossis vallata, non est sine magna difficultate, propter sequentes rationes. Et primo,difficilis redditur ex sententia Anton.Gomez, in d.l.45. nu.26.vbi pluribus rationibus probat, quod si possessor bonorum maioratus vendidit rem maioratus contra prohibitionem testatoris,transfert possessionem, licet non transferat dominium. Primo,ad hoc dicit facere text.in l.1.§. si vir vxori.ff.de acquiren.poſſeſ.vbi probatur quod ex contractu nullo,possessio transfertur traditione interueniẽte. vbi Bar. Bal.Ale.Soci.Iaſ.Rip. & alii plures, extensiones ad illam legem notant,quæ in ibi videri poterunt.vnde dicit Bal.in l.1. in finalibus verbis,ff.de iurisd.omn.iudi. ꝙ si ex forma statuti fundus non potest alienari in forẽsem, si vendatur fundus in forensem,quamuis contractus sit nullus,possessio tamen quæ est facti transfertur. quem sequuntur DD. in d.§. si vir. Roma.Are.& Iaſ.in l.is,cui bonis.ff. de verb. oblig. & materia est fere brocardica, quam latius tractat Tiraq. in tract.de constitu.par.3.limit.7.per totam illam limitationem. latius in legibus connubialibus.in glo.in ver.contracter glo.5.qõ. 14.vbi tamen dicit,quod contractus factus per mulierem sine licentia mariti, non est sufficiens ad translationem possessionis.citat Angel.in d.l.is,cui bonis.quem sequitur Alex. in d.§.si vir.cuius contrarium his non relatis, tenet Anton. Gom.in d.loco,& nu.vers.quarto infero. quod est notabile ad leges huius regni prohibetes, mulieres nuptas posse contrahere

Source : BIU Cujas

17 trahere absq; licentia maritorum. Sed hæc ratio Ant. Gomez non est tam firma, vt ipse existimauit, nec illud absolute procedit, quod ex contractu nullo possessio transfertur ex l. si quis ante. ff. de acquiren. possess. a qua deducitur, ꝙ ex contractu nullo, possessio non transfertur, quæ ex illo contractu transferri consueuit. notat Bald. in l. non dubium, in ver. vlterius oppono decimo. C. de legi. vbi respondet ad tex. in d. §. si vir vxo. & idem tenet Cinus in l. ad probationem. versi. tertio casu. C. loca. Salic. & Imo. quos refert Alexan. in
18 consi. 60. circa primum dubium. num. 14. lib. 5. secundo Anto. Gom. fundatur ex tex. in l. non alienat. ff. de regul. iur. vbi dicitur, non alienat, qui duntaxat possessionem omittit. sed hæc etiam ratio non est certa, nec generalis: quia largo modo, dicitur alienare, qui possessionem omittit. l. non solum. in principio. ff. de aliena. iudic. mut. cau. facta. l. mulier. §. qui
19 possessionem. ff. quod met. cau. & in omnibus dispositionibus veniunt tam ea, quę sunt ex stricta significatione, quam ex lata, quando est eadem ratio. glo. in Clement. 1. in verbo, eligantur. de electio. & in Clemen. vt hi, qui de æta. & qualit. quæ communiter approbantur. & possessio postquam iam alicui quæsita est, dicitur ius, & non factum. secundum Bar. in l. 1. in prin. ff. de acquiren. possess. & sequuntur alij, quos refert Episcop. Couar. in reg. possessor. de reg. iur. in 6 in initio. num. 3. & quod magis vrget contra Anto. Gom. pro responsione dictæ l. non alienat. est, quod in isto casu non solum alienās alienauit possessionem, sed etiam dñium quamuis quo ad dñium trāslatio impedita sit. Tertio, Ant. Go. arguit ex verbis dictæ legis 45. inquantum dicit, ꝙ mortuo possessore rerum maioratus, possessio trāseat in successorem maioratus, quamuis alius eam occupauerit in vita, vel ipse possessor illam tradiderit. ex quo lex sentit, quod possessio bonorum maioratus transfertur. & pro hoc fundamento faciunt notata in l. decem. ff. de verbor. obliga. sed hoc fundamentum retorqueri clare potest contra Anto. Gomez. quia per illam legem possessio habetur pro non tradita, nec acquisita accipienti, cum non obstante tali traditione, non solum successor in maioratu est in possessione tuendus, sed illico in illum transfertur ipso iure possessio. ex quo lex apertissimè sentit, quod possessio, & traditio alteri facta, fuit nulla. ex quibus constat, ꝙ fundamenta Anto. Gom. maximas habent rimulas, & ideo non cōcludunt contra sententiam superius fundatam. in qua dictum fuit, ꝙ dicta l. 45. procedit etiam, quando possessor bonorum maioratus contra ius & prohibitionem testatoris alienat rem maioratus. sed ꝓ sententia Anton. Gom. fortius vrget: quia cum dicta lex. 45. loquatur solum in casu mortis, alij casus haberi debent pro
20 omissis, & sic debet seruari ius omnibus commune, & dispositio. l. cum hæredes. ff. de acquiren. possessio. cum concord. iuxta regulam legis, commodissime. ff. de libe. & posthu. c. 2. de transla. præla. c. dilectus. de temp. ordinat. c. is, qui. in 1. de senten. excommunic. in 6. c. penul. de iureiuran. notatur per Alexan. in consi. 13. circa primum, lib. 3. Deci. in consi. 88. & generaliter casus omissi, in omnibus dispositionibus habentur pro omissis. quod procedit in legibus, statutis, & consuetudinibus, & in testamentis, & in contractibus, & in Principe, & in iudice, & in aliis similibus rebus. vt late, & resolutiue docet Tiraquel. in d. tract. de primogenitu. quæs. 40. num. 194. & ideo dicit notabiliter ad propositum Aretin. quem Tiraquel. non refert in l. Iulianus. in prin ff. si quis omis. cau. testamen. quod casus omissus semper habetur pro omisso, quoties aduersus regulæs iuris aliquid inducitur. quod dictū refert, & sequitur Alciat. in d. l. commodissime. nu. 12. cum igitur, d. l. 45. sit contra regulam text. in d. l. cum hæredes. & concordantium sequitur, quod de hoc casu est iudicādum, tanquam de casu omisso. & cum prædicta lex hoc faciliter exprimere potuisset, & non fecit, non est trahenda vltra casum, in quo loquitur l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de
21 cadu. tollen. Deinde facit, quia cum dicta lex sit exorbitans, a iure communi, potius est restringenda, quam amplianda. l. ius singulare. l. quod vero contra. ff. de legibus. l. si vero. §. de viro ff. solu. matrim. c. quæ a iure. de regul. iur. in 6. quod procedit, & locum habet etiam, vbi est eadem ratio. vt probatur in c. constitutionem. vbi glos. in verbo, prorogamus. de regul. iur. in 6. sed huic argumento in promptu est respōsio, quia prædicta l. 45. est potius fauorabilis, quam odiosa, vt supra toties docui. Et lex exorbitans extenditur ad alium casum minime comprehensum. vbi concurrit eadem ratio secundum Bartol. in l. si constante. 9. quæstio. primæ part. ff. solu. matrimo. & alios, vt per Alexan. & Ias. ibi, & Feli. in cap. quoniam frequentes. in prin. vt li. non contest. Decium in c. cum dilecta, notab. 5. de confirma. vti vel inuti. Alciat. lib. 2. de verbo. signific. vlterius pro hac opinione negatiua, quod dicta l. 45. non habeat locum, quando nō fuit mortuus possessor bonorū maioratus. sed rem alienauit facir: quia cum dicta lex dicat, *muerto el tenedor del mayoradgo, luego sin otro acto de apprehension*. debet probari illa qualitas mortis ad hoc, vt lex locum habeat. l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adulte. notant Bar. & alij in l. j. §. prætor ait. ff. ne quid in lo. publ. & verba illa a prædicta lege prolata, potissime in proprio, & potiori significato, non autem improprie accipienda sunt, d. l. cum hæres. §. Stichus. 2. ff. de sta. lib. l. 1. §. 1. si ager vectig. vel emphyth. petat. notat late Lucas de Penna. in l. vlti. C. de imponen. lucra. descrip. lib. 10. Et agens ex statuto vel cōsue
22 tudine, debet probare & verificare omnia, quæ ab statuto requiruntur, vt est elegans consilium Barth. Soci. 55. lib. 1. qui refert ad hoc Bal. in l. in causis. C. de accusat. notat latius Tiraquel. lib. 1. de retra. §. 8. glo. 7. num. j. cum aliis, cui adde eundem Barth. Soc. in consi. j. numer. 9. lib. 1. & in consi. 57. lib. 3. Ludouic. Gozad. in consi. 70. reuerendissime Domine. nu. x. Moder. Parisien. in consuetu. Parisien. par. 1. glo. 3. numer. 5.
23 & de hoc alibi latius tractabo. Præterea hæc opinio confirmatur quia in dubio est sumendus intellectus, per quem redditur ad ius omnibus commune, arg. glo. notabil. in c. 3. in verbo, numerandum. de præben. in 6. quę vult, ꝙ quando fit aliqua concessio, per quam recedimus a iure speciali, & redimus ad ius commune, fit semper latissima interptatio etiam contra propriam naturam. quam glos. summe extollit Feli. in c. cum omnes. num. 7. de constitutio. qui plura elegantia ad hoc propositum adducit, præcipue text. notabilem in c. 2. in versi. cum non sit, de decim. in 6. vbi probatur, quod restrictio priuilegii concessi super noualibus, censetur pia, & benigna, quia per illam reditur ad ius omnib. commune. & dicunt Bar. & Angel. in l. prætor. §. eritq; differētia, ff. vi bonor. rapto. quod clausula præcedens in statuto, non trahitur ad sequentia, quæ sunt contra ius commune. ad q̄ doctrinam concordantes refert Ias. in l. talis scriptura. num. 28. ff. de legat. 1. & de hoc latius ago in prima par. huius operis. q. 58. num. 54. cum aliis. Præterea, ista conclusio negatiua coadiuuatur ex dispositione. d. l. 13. par. 5. quam supra retuli, num. xj. Item possessor maioratus, qui rem alienauit,
24 maius sibi facit damnum, quam alij: quia aufert ab se fructuū, commoditatemq; pro vita sua, quę eidem cōpetunt. vnde si rem alienat durāte eiusdem vita, nullus de hoc quęri potest. Ex quo fit, quod fructus bonorum maioratus pro vita possessoris possunt in pignus capi, & in illis potest exequutio fieri. d. l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. de cuius intellectu agunt Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 8. ff. de legat. 1. Segura in volumi. repeti. Ioan. Lop. in repet. c. per vestras. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. num. 1. & in aliis libris. Bal. in l. 3. C. de seruitu. & in l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. xj. idem Ias. in l. & ideo. ff. de condictio. fur. & in l. commodis, num. 4. ff. de re iudica. & in l. vlti. §. sed quia nostra maiestas. C. commun. delegat. & in l. Marcellus. §. res. quæ. ff. ad Trebellia. num. 2. & in consi. 123. lib. 4. Tiraquel. lib 1. de retract. §. j. glo. 7. num. 47. & 49. & eodem lib §. 26. glos. j. nu. xj. Greg. Lop. in l. 2. tit. 8. par. 3. not. tamen, quod iuxta doctrinā Bal. in Auth. ei qui iurat, num. 32. C. de bon. author. iud. possi. in comitatu non fit missio in possessionem, nec substantia comitatus transit in creditorem, sed solum percipit fructus refert, & dicit notabilem Cassane. in consuetudin. Bur-
25 gund. in procemi. versi. comes. Et pro his etiam facit, quod si pater alienauit rem filii, in qua ratione patriæ potestatis, vsumfructum habet possessor rei alienatæ, gaudebit in vita patris commoditate fructuum rei alienatæ, secundum Alb. in l. 1. num. 4. C. de bon. mater. & alios, vt per Anto. de Fan. in tract. de pig. par. 5. membro 4. num 15. & Episco. Couarr. qui hoc declarat, lib. 1. resolutio. c. 7. num. 7. Et ex hoc dixit Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in titu. de pecul. clericorū. in 4. parte operis. Spec. in addit. quæ incipit, & sequen. quod creditor potest facere exequutionem in vsufructu, quem paterfamilias habet in bonis filii. notat Rober. Maranta, qui hoc dictum, & alia ad propositum congerit, in practica iudiciaria. par. 6. num. 37. & per hæc etiam dixit Alexan. in consi. 154. consideratis. lib. 6. nume. 5. quod qui ignoranter emit a marito rem dotalem, & in alia facit melioramenta, quod si postea per vxorem, vel eius hæredes cogatur restituere rem dotalem: fructus per maritum percepti, non computabuntur cum fructibus melioramentorum. quia si dicta res non esset alienata per maritum, fructus ad maritum specta-
26 rent, qua commoditate emptor gaudere debet. quæ doctrina notanda est ad ampliationem text. in l. pro oneribus. C. de iu. dot. cum qua concordat l. 7. titu. 11. par. 4. & generaliter, quando quis recipit fructus ex re sua, quæ tamen post
27 tempus est alii restituenda, tales fructus non computantur cum melioramentis, sed integra melioramenta sunt restituenda, secundum Angel. & Bald. in d. l. insulam. §. fructus. ff. soluto matrimonio per glos. quam reputat singularem in l. emptor. in princ. in glo. magna, ad finem. ff. de rei vendi.

quam

Source : BIU Cujas

quam etiam commendant Bald.& Imo.in l.domos hæreditarias.ff.de lega.i.& alii,vt per Iaſ.in d.l.vlti.§.vlti.C.commu delegat.Corneum in conſi.64.lib.4.Feli.in cap.cum cãm.de re iudic.Nicol.Boer.in deciſ.44.num. 19.& plures Doctores refert Tiraq.in l.ſi vnquam.in verbo,reuertatur. nume.284. C.de reuocand. donatio. ex cuius ſcriptis hæc latius confirmari poterant.Ex quibus infert Gregor.Lopez in d.l.41. doctrinam illam,quam ſupra num. 6.reprobaui. Sed iſta omnia adducta a numero 24.hucuſque, non obſunt, quia(vt ſupra fundaui)facta alienatione per poſſeſſorem bonorum maioratus, ſtatim ſequens in gradu agere poteſt ad reſtitutionem rei cum fructibus.Vides ergo lector,quam difficilis ſit huius quæſtionis,quam ſupra propoſuimus,ſolutio:quid
28 dicendum? ego vbicunque alienatio bonorum maioratus facta fuit Principis auctoritate (quæ in quibus caſibus fieri poſſit,poſtea tractabitur) exiſtimo,quod ſine dubio tam ꝓprietas,quam poſſeſſio transfertur in emptorem, & lex prædicta 45.non habet locum,nec eſt intentandum aliquod interdictum,ſed rei vendicatio ad petendum dominium.quod probatur ex ratione tex.in l.iuſte poſſidet.ff.de acq.poſ.facit l.i.ti.14.*de los deſpoiados*.lib.3.ordin.& l.15.titu.18.par.3. c. i.de confir.vti.vel inuti.c.pe.de tranſ. ibi, vires pleniſſime notionis ex noſtra auctoritate accipiat,& l.2.ff.de reb.eorum.ibi, imperiali beneficio.& conducit.l.ſolet.ff.de iis, qui notant. infam.l.3.titu.6.par.7.l.Lucius ibi, præcepto principali.ff.de curatio.Si autem alienatio bonorum maioratus facta fuit abſque regia facultate,pro nunc non determino, an prædicta.l.45.locum habeat,quia(vt patet)punctus eſt difficilim⁹ propter argumenta,quæ in vtranque partem vrgent.& cęlũ eſt vndique & vndique pontus. probabilius tamen videtur, ꝙ non tranſeat poſſeſſio, propter rationes vltimo loco adductas,quæ valde vrgent.quod maxime procederet,vbi alienatio eſſet facta titulo oneroſo, non lucratiuo, quia tunc magis eſt fauendum illi,qui poſſidet rem maioratus.l qui autem.§.hoc edictum.§.ſimilique modo.ff.quæ in fraud. cred. l.vlti.§.pen.C.de cod.late Doct.præcipue Iaſ.nume.27. in §. item ſi quis in fraudem.Inſtitu.de actio. vbi gl. & negari nõ poteſt,longam eſſe differentiam,& rationem in translatione poſſeſſionis,quæ fit in ſequẽtem in gradu mortuo poſſeſſore,& translationem poſſeſſionis, quæ fieri debebat facta alienatione in vita domini rerum maioratus,quod patet ex prædictis,& quia in primo caſu magis res maioratus periclitari poteſt mortuo poſſeſſore,qui eiuſdem rei notitiam habebat(ſolent etenim res mortuorum facilius amitti & occupari,quam res viuorum, quod experientia ſatis certum eſt) quam in ſecundo caſu.ſcilicet, facta alienatione in vita .qa damnum eſt reparabilius. ad quod facit notabilis doctrina Bald.in l.vlt.nũm.i.C.de edi.diui Adria.vbi dicit, ꝙ plus delinquit,qui occupat poſſeſſionem vocantem per mortem, quam qui occupat vacantem per negligẽtiam hominis viuentis per.l.cum quærebatur.C.vnde vi.Vnde conſilium eſt ad illos,qui volunt facere maioratus, vt prohibeant alienationem bonorum maioratus tam in proprietate, quam in poſſeſſione,cauendo,ꝙ facta alienatione,tam proprietas,q̃ poſſeſſio tranſeat in ſequentem in gradu, quo caſu bona aſſecurantur,& ceſſant omnia in conuenientia. Et qualiter ille,qui vult ꝛcedere maioratum ſi præuenire debeat ad hoc, vt alienatio bonorum maioratus ſit inefficax vltra alia,quæ apparẽt in proſequutione huius operis,vide egregiam theoricam Alex.in l.quia abſenti.§.ſi quis poſſeſſionem.num. 3.
30 ff.de acq. poſſeſſio. vbi notanter loquitur. Ex ſuperioribus autem iuſte infertur,ꝙ ſi poſſeſſor bonorum maioratus nõ pareat conditionibus vel grauaminibus a fundatore maioratus datis,non transfertur poſſeſſio in proximum vocatũ in pœnam illius, qui conditionibus & grauaminibus non paruerit,quod ex prædictis ſatis conſtat. lectores etiam animaduertant ad id,quod tentabit dicere Peral.in l.Titia cum teſtamento.§.Titia cum nuberet.num.12.ff.de leg. 2.vbi tradit,quod per.l.7.titu.4.par. 5. poſſeſſio hodie quemadmodũ & Dominium re transfertur,& in ibi lector videat. per quã
31 legem ſeptimam in illis verbis, *ganarian la poſſeſsion*. infertur quod ſi teſtator ſtatuat,quod poſſeſſore alienãte bona maioratus vel nolente exequi conditiones,ad ſequentem bona deferantur,quod talis vocatus poteſt intentare remedium poſſeſſorium.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæſtionis.*
2 *Statuto ſi cauetur, quod in hæredem continuetur poſſeſsio, intelligitur de vero hærede.*
3 *Lucra illicite acquiſita,non communicantur.*
4 *Poſſeſsio impoſitionum,non transfertur in dominos ſucceſſores maioratuum.*
5 *Res maioratus illicite acquiſita, poteſt alienari ſine principis facultate.*
An lex.45.procedat in bonis, quæ anteceſſor in maioratu habuit cum vitioſo ingreſſu.

QVEASTIO X.

DEcimo quæro. an prædicta.l.45. locũ habeat in bonis, quæ cum vitioſo ingreſſu habuit anteceſſor in bonis maioratus, de quibus fecit incorporationem cum maioratu antiquo,& in quibus ſucceſſor ſequens in gradu ſuccedere prætendit,ſicut in aliis benis? In quo bre
1 uiter agendo dico, ꝙ in his non competit ſucceſſori in maioratu priuilegium illius legis.ad quod facit.l.vitia. C.de acquiren.poſſeſſio.ibi,vitia poſſeſſorum, a maioratibus contracta, perdurant, & ſucceſſorem ſui culpa comitantur. & tex.elegans in l.auctoritatem. C.eodem titu.l. Pomponius. §.cum quis.vbi Barto.ff.de acquirend.poſſeſſio. & ibi etiam Alexand.laſo.Vincent.& Crot.de quo per Balb. in tracta.de præſcriptio.ii.par.3.par.q.xii. notatur per gloſſ. in regu.cum quis.de regu.iu.in 6.quod latius tractat Epiſcop.Conartu.in regu.poſſeſſor.de regu.iur.in 6.relectio.2.§.9.num.4. cui adde Alexand.in l.Pomponius.§ ſed ſi legatario. ff. de acquir. poſſeſſione.& conducit tex.in l.improba.ff.eod. titu. Et huc ſpectat,quod in ſimili dicit Bald.in rubri.de cau.poſſeſſio.&
2 proprieta.num.13.finalib.verbis.vbi dicit, ꝙ ſi ſtatuto cauetur,ꝙ in hæredem continuetur poſſeſſio teſtatoris,intelligitur de vero,& iuſto hærede & habili.notat Barba.ibi.verſic. opportune ſe offert.Guillel.Benedi.in c.Raynutius.in verbo mortuo itaque teſtatore.in ii.num. 73.de teſtamen. Et quælibet diſpoſitio quantumlibet generalis,reſtringitur de habilitate.l.ſi quando.C.de inoffi. teſtam. cum concordantib & recte conueniunt,quæ ad propoſitum huius quæſtionis ſcribit Tiraquel.in tracta.le Mors.in i.declaratione.ii.partis.numero i.cum ſequentibus. Et quod prædictorum iurium auctoritate tenet Rode.Sua.in l.3.fori.titu.*de las ganancias*.verſi. poſſit aſſignari.vbi dicit, quod illicite acquiſita, & ex illicitis cauſis non communicantur inter maritum & vxorem, vbi iſtam opinionem tenere videtur.quod latius tradit Ioã. Lop.in rubri.de dona.inter vi.& vxor.verſi. limitabis tertio. Rebuf.in tracta.de alienatio.rerum eccleſiæ. numero 29.Et conducunt ad hæc.l.10.titulo 13.parte prima,& l.x. titu.19. & l.xii.titu.xx.ea.par.& eſt egregia.l.ſecunda,ti.15.par.6.ibi, *otroſi ſi fallarẽ enlos bienes dela heredad algunas coſas,que fueſſen mal ganadas,aſſi como ſi aquel que las gano, fue ome que recibio o tuuo enſu poder alguuas rentas del rey, e ſirto algo dellas,oſi furto, o robo, o forcõ a otro ome alguua coſa,o lo gano de vſura, no lo deuen partir entre ſi los herederos*. cuius legis occaſione diſputat ibi Gregor. Lop.in glo.in verbo(tornar)ꝙ ſi aliquis faciat maioratum de aliqua re,quam forte per violentiam comparauit,an hę redes teneantur eam tradere ei,cui relicta eſt titulo maioratus? Et facit alia bona.l.10.tit.19. part. 1. per totam.& hoc fulcitur,quia ius agendi non poteſt fundari ex improba poſſeſſione.l.communi diuidundo.§.inter prædones.ff.communi diuidundo,notat Bald.in l.ex conuentione. numer. iii.C. de pact.Item,inueſtitura non poteſt fieri de caſtris inuaſis ſecundum eundem Bald.in conſi.482.magnifici viri.numero xii.lib.i.per.d.l.auctoritatem.C.vnde vi.& alia ſimilia. Et in
4 conſi.358.licet latrunculus.numero 3.lib.2. ex quibus infertur,quod ſi poſſeſſor bonorum maioratus in tempore,quo poſſidebat bona maioratus extorſit a vaſallis aliquas impoſitiones,quod talium impoſitionum & iurium illicite acqſitorum, non transfertur poſſeſſio in ſucceſſorem virtute illius legis.Item infertur,quod ſiquis faciat maioratum de aliqua re illicite acquiſita, poteſt talis res impune & iure permittente alienari, etiam abſque regali facultate, quia talis res tranſit cum ſuo onere reſtitutionis. Et alienatio habet ꝛ ſequẽtiam neceſſariam a principio,& vinculatio nulla fuit, tanquam facta de rebus alienis.argumen.l alienationis.ff.familiæ herciſcund.& eſt caſus expreſſus in l.i.C. vendi. pign. impe.non poſſe.& bona dicuntur ære alieno deducto.l.ſub ſignatum.§.bona.ff.de verb.ſigni.cum ſimilib. Et quæ dicta ſunt, iuuantur ex l. quod autem.& l. nec præmittendum.ff. pro Socio.& doctri.laſo.in conſ.cxlvi.numer. 2. lib.4.vbi in terminis inquit,quod ſtatutum continuans poſſeſſionem in hæredem, procedit etiam vbicunque alius illicite occupauit poſſeſſionem & ſic limitat glo.in l.cum miles.§.vlt.ff.ex quib.cau.maio.de qua latius ago in quæſt.xv. infra hac part. numero 22.& quę poſſidemus iniuſte,& cum mala fide,nõ dicuntur eſſe in bonis noſtris. l. bonorum. §. in bonis.ff.de verbo.ſignificatione,facit quod tradit Egid. Boſſi.in pra.criti.de proclamat.ꝙ fit bon.pub.nu 4.

SVM-

Source : BIU Cujas

Tract. Maioratuum Melch. Palaez

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis. & ius patronatus transfertur cum vniuerſitate.*
2 *Ius patronatus confiſcatur cum vniuerſitate bonorum.*
3 *Iudex ſecularis mittens in poſſeſſionem hereditatis, videtur mittere in poſſeſſionem iure patronatus.*
4 *Vendito fundo, an veniat capella.*
5 *Primogenitus ſuccedit in iure patronatus fratribus excluſis.*
6 *Eccleſia habens feudum, ſi alteri veniatur, an feudum tranſeat.*
7 *Mulier ſi habens comitatum nubat infra annum luctus, non amittit comitatum.*
8 *Poſſeſſio rerum ſpiritualium per conſtitutum transfertur.*
9 *Ius patronatus non tranſit in fideicommiſſarium.*
10 *Succeſſor in maioratu poteſt petere a iudice ſeculari, vt eum tueatur in poßeſſione iuris patronatus.*
11 *Iudex ſecularis cognoſcit de mero poſſeſſorio.*
12 *Hiſpaniæ Reges non habent ius patronatus in toto regno Granatenſi.*
13 *Ius præſentandi, qualiter probetur competere primogenito.*
An in ſucceſſorem in maioratu tranſeat ipſo iure poßeſſio iuris patronatus.

QVAESTIO XI.

VNdecimo quæro an dicta l.45.pro cedat in ſucceſſione iuris patronatus eccleſiaſtici, quod forſan eſt annexum bonis maioratus, & competit ſucceſſori in maioratu, cuius generis ſunt in Hiſpania multa
1 iura patronatus, In quo (paucis verbis dubium abſoluēdo) dico, quod eodem modo, quo transfertur in ſucceſſores in maioratibus poſſeſſio aliarum rerum ad maioratum ſpectā tium, trāsfertur etiam ipſo iure poſſeſſio iurium patronat⁹. quia hoc ius patronatus licet ſit res ſpiritualis. c.quanto, de iudi. vbi late Docto. probatur in l.vlti.titu.15.par.5. ad quod plures refert Tira. in l.ſi vnquam in verbo, donatione largitus. num.353. C. de reuoc. dona. quod late examinat Lamb. de iu. patro. li.3. nona q. prin. nume.i. cum aliis. venit tamen cum vniuerſitate aliorum bonorum. l. in modicis. ff. de con trahen. emptio. l.15.titu.5.par.5. & l.8.ti.15.par.i. quæ iura declarant Abb. in c.cum laycis. de iu. patro. idem vbi Deci. nu. 6. in d.c.quanto. idem Deci. in c.ſedes. numero 2. de reſcr. Et in conſi.61. Epiſ. Couar. reſo. li.i.c.13. nu.4. Bal. in conſi i.li.5. Aymo Craue. in conſ.213. nu.7. Pari. in conſue. Pari. part.i §. i. glo.i. num.3. Egidius Boſſi. in volu. pract cri. ti. de princip. & priui. eius. num.230. notat Balb. in tra præſ. i. par.5. partis prī cipalis. q.9. nu.x. vbi poſt Fel. in c.cauſam de præſ. tradit, q̄ p̄ ſcribēs vniuerſitatem, puta hæreditatem, vel villā, præſcribit ius patronatus. & conducunt quæ notab. tradit Anch. in cō ſi.420. num.i. & x. Item, pro hac opinione facit, quia ius patronatus poteſt confiſcari cum vniuerſitate bonorum, vt tenet glo. in c.filiis. 16. quæſtio.7. Ioan. And & Abba. in c.no bis. de iu. pat. de quo vide, quæ refero in 4. part. iſtius tractat. q.23. num.74. Et proprius conducit doctrina Bal. in l. vlt. nu. 48. C. de edi. diui Adri. tollen. vbi dicit, quod iudex ſecularis mittens aliquem in poſſeſſionem hæreditatis, videtur mitte re in poſſeſſionem iuris patronatus. quam doctrinam referunt Roch. de Cur. in tra. iuris patron. in verbo, ipſe velis. q. 29. numero 65. Chaſſan. in conſue. Burg. rub. ii. §. ii. num. 7. in verſic. primo dicit. Præterea vendito fundo, in quo eſt capel la, ad quam non eſt aditus niſi per fundum, videtur capella vendita, ſecundum Bar. per illum tex. in l.ſi nuces. §. ſi fundū ff. de actio. empt. Guill el. Bened. in c. Raynutius. in verbo, & hortum. num.8. de teſta. dicit tamen Alberi. in auth. hoc ius porrectum numero x. C. de ſacroſanct. ecc. quod ſi monaſte rium habebat aliquod caſtrum, in quo poſſidebat eccleſiā, quæ ad ipſum caſtrum ſpectabat vendidit, non cenſetur eccleſia translata, licet referat Bart. ibi contrarium tenere. ſed
5 ego in Bar. non inuenio. Tandem pro noſtra ſententia facit dictum Io. An. in c.ex inſinuation e. de iu. patr. vbi vult, q̄ ſtā te ſtatuto dictante, q̄ primogenitus ſuccedat cæteris filiis ex cluſis, ſolus primogenitus obtinebit ius patronatus. quam opinionem ſequuntur Cardi. Flor. Anch. & Abba. in c.cum in ſeculum. eo. ti. Cæſar. Lamb. in tra. de iu. patro. artic.17.2. q. prin. ii. partis. li.i. & alii, vt per Tiraq. in trac. de primoge. q. 36. cæterum. ad hoc induco doctrinam Andreæ de Yſern. in
6 c.i. §. interim. vbi Præpoſi. nume.3. de capit. qui curi. vendid. vbi dicit, quod ſi eccleſia habens feudum vniatur alteri eccleſiæ, feudum tranſiuit in eccleſiam, cui fit vnio, niſi ex na tura vnionis. puta, quia vnitur eccleſię mendicantium, vel ex natura conceſſionis feudi aliud appareat. & plura ſcitu digna ꝓpter communiorem & mixturam permiſſa, cumulat Lamberti. de iu. patro. li.i. arti.6. i. queſtio. princi. i. par. nu. 4. cum aliis. Porro inquit Pariſien. in additio. ad Ale. in conſi.73. in additio. quę incipit, fideicommiſſum. lib.7. quod ad fideicommiſſarium tranſit ius patronatus, vbi tota hęreditas ei reſtituitur. & adiuuat iſta, quæ notanter ſcribit idem in i. par. conſuetud. Par. par. i. §.37. glo. x. num.6. cum ſequen.
7 deinde ad hanc opinionem adduco notabilem doctrinam Bal. quę ad multa prodeſſe poteſt in l.i. nu. i. C. de ſec. nu. vbi vult, q̄ ſi mulier habens comitatum ex ſucceſſione parentum, nubit infra annum luctus, nō amittit comitatum, nec dignitatem, quia iſta dignitas venit in conſequentiam hęre ditatis & eſt annexa territorio, & aliquid retinetur in conſe quentiam, quod non retinetur principaliter per. l. ſi js, qui
8 duos. ff. de lib. leg. Vltimo, rerum ſpiritualium per conſtitutum poſſeſſio transfertur, ſecundum Anto. in capit. cum veniſſet. ver. hęc procedunt. de reſti. ſpo. & alios, quos refert Ti
9 raq. in tracta. de conſt. par. ii. limita. 33. Et hoc eſt tenendum, licet regulariter ad fideicommiſſarium etiam cum vniuerſi tate non tranſeat ius patronatus, ſecundum Barto. vbi Nic. de Neap. in l. quia perinde. ff. ad Trebel. Imo. & Alexan. in l. ſi patroni. in prin co. ti. Rip. in l. Centurio. num.54. ff. de vul. & alios plures, quos referunt Pariſien. in d. §.37. glo. 7. num. i. Epiſcop. Couarru. in c. Raynutius. §. 9. nume. 8. 11. & 12. de teſta. Domi. Ant. de Padilla. qui Bar. opinionem dicit veriſſimam & plures refert, qui eam ſequuntur, & communem dicunt in rubri. C. de fideicommi. numero 25. cui addo Aco ſtam, qui hunc pūctum late tractat in c ſi pater. de teſt. in 6. par. ii. in verbo Trebellianicę num.3. pro quibus eſt. l. parti, quam noſtri non referunt. 12. titu. v. par. 6. ibi, *Otro ſi las ſepulturas que le pertenece del linage dē ſu padre.* Et vide etiam Tiraq. in tract. le Mors par. 2. declaratio. x. num.8. Epiſcop. Couart reſo. lib ii. c. 18. nume. 6. cum aliis. & in tantum prędicta nſra concluſio procedit, q̄ ſucceſſor in maioratu poteſt petere a iudice, vt tueatur eum in poſſeſſione iuris patronatus, inſimul cum cęteris rebus ad maioratum concernentibus. ad quod vltra prędicta facit glo. in d.c.quanto. de iud. quę dicit, q̄ licet cauſa iuris patronatus ſit ſpirituali annexa, nec poſſit coram iudice ſeculari tractere, hoc ꝓcedit principaliter ſecus ſi veniret acceſſorie cum vniuerſitate bonorum. quę glo. eſt ſing. ſecundum Abb. in c.cum layci. in verſic. ſed hic quero. de iur. patro. Bald. in l. vlti. q.9. C. de edi. diui. Adri. tol. facit l. quoties C. de iud. l.i. C. de offic. rect. proui. l. ſed & loci. §. ſi dicantur, ff. fini. regund. de quo qui plura alia exegerit, le gat Titaquel. qui in pleriſque laborem releuare poteſt in tra cta. res int. ali. cum aliis. Et Pariſiens. vbi ſupra. Imo etiam ſi nō ſit cum uniuerſitate bonorum, iudex ſecularis poteſt co gnoſcere de cauſa ſpirituali poſſeſſoria, iuxta tex. in cap. vlti. de iudic. & glo. in c. literas de iura. cal. Guid. Pa. in q.i. & in q. lxxi. cum concordan. quę late refert Epiſ. Couarru. cuius veſtigia etiam ſemper ſequor) in practica. quęſtio. 35. cui adde Rober. a Maranta in practi. iudicia. diſtinction. xiii. numero 30. Rip. in l. naturaliter. §. nlhil commune. num. xix. ff. de acquiren. poſ. Egid. Boſſi. in volumine pract. crimi. titu. de prin. nu. ccxi. in d. pract. crim. ti. de prin. num. ccxi. Et Petrum Reb. in tomo. 3. ad conſtit. reg. tract. de cau. bene. poſſe. ar. viii. glo. 2. vbi tefert, quod in Gallia iudices ſeculares regii prętendūt ſe cognoſcere ſuper poſſeſſoriis beneficiorum & iurium ſpi ritualium per priuilegium Martini Papę, cuius exemplar eſt apud Guid. Pap. deciſio. i. per quod priuilegium (ſecundum Rebuffum) nullum ius Regi conceditur, ſed habitum con-ſeruatur. inualuit tamen, ſecundum eum, in illo regno de hoc conſuetudo, & inquit idem Rebuffus in eod. 3. tomo. ti. de inquiſitione ſeu commiſſa. art.6 glo. vni. q̄ poſſeſſoria pręlaturarum agitantur in parlamento. & idem voluit ipſe met Rebuf. in tract. de exce. num.7. omnium tractat. & facit quod ſcribit Robert. Mar. in tra. de ordi. iudi. xiii. di. nume. iii. & in hac etiam regali Cancellaria ego ſum memor, q̄ non ſemel cognitum eſt, & adhuc cognoſcitur de cauſis poſſeſ-ſorijs ſpiritualibus, pręcipue inter eccleſias ī hoc regno Gra natenſi exiſtentes, quarum ius patronatus & defenſio, & ꝓ tertio pertinet ad reges Hiſpanię, tanquam ad legitimos & veros patronos ex bulla, quę conceſſa fuit Regibus catholi
13 cis, quorum fides Chatolica & virtutes per vniuerſum magna cum gloria orbem nominis Chriſtiani circunferuntur. ad quod faciunt notata per Rebuffum in dicto tomo, iii. ti. de materia poſſeſſo. arti.7. glo.i. num.23. & per Fel. in c.cum ſit generale. numero 3. in verſicu. vidi certari. de fo. compet. quem ſequitur Ripa reſponſo. xvij. nume. 3. & ex his poteſt fundari practica, quę verſatur in hoc regno per iudices datos ad reſtitutiones terminorum, qui ſunt ciuitatis, & loco rum huius regni, iuxta legem Toleti. quia communiter co gnoſcunt contra eccleſias, & monaſteria, quę forſam occupatos habent terminos ciuitatis prata, defenſas, & alia ſimi lia pro qua practica etiam faciunt, quę ſcribo in q. xv. infra

eod.

Source : BIU Cujas

eod.nu.19. & 20. Et pro hac etiam ampliatione, quæ data fuit ad illam legem 45.facit doctri.Bal.in d.l.vlt.C.de edi. di ui Adria.d.nu.48. vbi dicit, ꝙ hæres potest ratione iuris patronatus præsentare ante possessionem acquisitam. quem referunt,& sequuntur Rochus de Curt.in tracta. de iu. patr.
83 & Greg.Lop.in l.j.titu.14.par.6.in gloss.in verbo, *el señorio.* sed qualiter probetur,ꝙ ius præsentandi in iure patronatus competit primogenito,vide elegans consilium Romani in consi.368.præsens consultatio.nume.4. vbi concludit,quod ex eo consuetudo,quæ habet & cõcedit facultatem primogenito præsentandi tanquam patrono, est contra ius commune,quo cautum est,ꝙ patroni hæredes pares sunt in prę sentandi facultate. Et quod antiquior non præfertur, vt probatur in Clemen.plures,de iur.patron. & in c. si plures. & in c.filiis ac nepotibus. requiritur de iure canonico præscrip.40.annorum.vt in c.vlt.de consue. & requiruntur alia ad probationem huius consuetudinis,vt latius per Roman.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Possessio sub conditione tradi potest, & si trado castrum sub conditione, quod ibi facias villam, ante conditionem impletam, possessio non transfertur.*
3 *Instituti sub conditione,possunt petere bonorum possessionem.*
4 *Si successor in maioratu non potest possessionem ingredi, antea quam iuret,an in illum transferatur possessio? Et an testator possit prohibere beneficium.l.45.Tauri.*
5 *Successor in maioratu institutus sub conditione (si fuerit possessionem adeptus) an caucre teneatur?*
An possessio transeat in successorem in maioratu ante implementum conditionum,quas adimplere fuit grauatus?

QVAESTIO XII.

DVodecimo quæro, De alia quæstione noua, & valde necessaria in practica: pone ꝙ conditor maioratus ordinauit in confectione maioratus, quod successor in illo non intraret in possessionem bonorum maioratus,donec aliquas conditiones adimpleret (sicut plerunq; fit:) an ante implementum prædictarum conditionum transeat possessio ex virtute d.legis 45? Et videtur
1 quod non transeat talis possessio, donec sequens in gradu & successor in maioratu adimpleat omnes conditiones per testatorem scriptas,quæ fuerint licitæ,nec debet gaudere beneficio huius legis.ad quod faciunt plura. Primo.l.6. tit. 4. par.6.ibi, *no puede hauer a quello.* & est bona lex.14.tit.6. par ti.6.ibi, *e no puede entrar en la heredad,ni desampararla hasta que la condicion sea cumplida.* & l.21.titu.9.par.6 facit in simili.l. hoc iure.& l.in illa stipulatione.ff.de verb.oblig.item, cum principali quod est proprietas bonorum maioratus habere non potest, donec conditiones adimpleat, eadem ratione carere debet possessione,quæ ei est accessoria. ꝙ autem successor in maioratu non possit maioratum in proprietate habere,donec pareat conditionibus per testatorem adiectis:probatur per prædicta iura. Et est decisio Guid.Pap.251. testator præcepit.vbi in terminis tenet,ꝙ si testator ordinauit,ꝙ Titius cognomen & arma eiusdem testatoris haberet, & reciperet,& sit hęres eius:hęc verba important conditionem ita, ꝙ Titius conditionem adimplere debet antequam hæres esse possit per l.mulier.§.si quis hæreditarium seruum.ff. de condit.institu.qnod dictum refert,& sequitur Guli.Bene. in c.Raynut.in verbo,si absq; liberis moreretur.2.num. 90. & 91.de testam.Sed est animaduertendum,ꝙ Guid. Pap.loquitur vbicunq; testator prius ordinauit, ꝙ Titius nomen suum,& arma accipiat,& postea sit hæres. & hanc decisionem Guido.ad alium finem retuli, in 2. parte huius operis. q.4.illatio.8.nu.3.& existimandum est,ꝙ ille, qui tales conditiones in maioratu posuit præcipiendo, quod ante illarũ implementum successori non competeret ius in maioratu, sentit tam de proprietate, quam de possessione: quia illud quod testator constituit fuit,vt rectius & perfectius illius voluntas adimpleretur,quam verisimile est,quod successor in maioratu citius ad exequutionem deducet, captus desiderio habendi,& fruendi bonis maioratus.& quod illam non ita perfecte exequetur,si gaudeat, & possideat bona maioratus ante conditiones impletas, quod quotidie contingit. Et hæc coniecturata voluntas testatoris,ita seruanda est, ac si expressa fuisset.l.etiam.l.hoc modo.ff. de leg.j.l.3.ff.de adimen.leg.in fi.vbi pure.§.1.ff.ad Trebel.§.vlt.de sing. reb. per fideicommiss.relict.imo tacita cõditio, quæ subintelligatur ex dispositione testatoris seruari debet,perinde,ac si expressa fuisset,l.generaliter.§.cum autem.C. de insti. & substi.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Trebellia.l.10.titu.4.par.6 item vrget bonus text.in l.3.§. sed si sub conditione.ff.de bonorũ posse.contra tabul.ibi,sed si sub conditione scriptus sit, bonorum possessionem contra tabulas accipere non potest. in quo text.in summa probatur, ꝙ si filius in potestate constitutus, fuit institutus cum aliqua conditione, non licet illi petere bonorum possessionem. Præterea possessio sub cõditione tradi potest, nec anteaquam conditioni adimpleatur,possessio transfertur.l.qui absenti §.1.ff.de acqui. possess. l.si me in uacuam,ff.eo.tit.not.Alex.in bono casu in consil. 82.perspectis his,nume.10. lib.2.& per illum text.in d.l.qui absenti §.1.dicit eleganter Ioan. Fab.quem nullus modernorum,quem ego viderim refert in §.retinendę. num.6. Instit.de interdi.quod si castrum meum tibi tradidi sub conditione & forma, quod possim ipsum recipere quoties voluero ibi morari,vel quando mihi placuerit, vel dedi villã sub conditione,quod faciae turrim, vel capellam, vel sub alia conditione: ante conditionem impletam non potest agere illic,qui talem rem recepit si turbetur in possessione,quousque fuerit conditio impleta (si vere fuit conditio quæ data fuit,& non modus) quia in hoc sunt considerandæ verba, & mens disponentis de re sua, an voluerit conditionem facere, vel modum? Quod dictum habui in practica in negocio magni momenti. Tandem pro hac sententia est expresa doctri.Alex.in consi.153. circa litem vertentem, nu. 3.& 4.lib.6.vbi dicit, ꝙ stante statuto, ꝙ defuncti possessio continuetur in hæredem absq; vlla appræhensione pendente conditione, non transfertur possessio. Et quia nihil est sine contradictione,in contrariam opinionem facit tex. in d.l.3.ff.de bonor.possess.§.si sub ea conditione.ff.de bonorũ posse. ibi, filio emancipato instituto sub conditione competit bonorum possessio. ad idem facit text. singul.in l.1.§. sed si sub conditione.ff. de vent. in possess. mitten. vbi Iurisconsultus ait. Sed si sub conditione posthumus sit exhæredatus, pendente conditione peti sententiam admittemus. existimantes posse ventrem in possessionem mitti. Et tex. in l.2.§.sed si sub conditione.ff.de bonorum possess. secun. tab.ibi,si sub conditione hæres institutus sit filius, Iulianus peræque putabit secundum tabulas competere ei.vbi gl.singu.in verbo,si sub conditione.dicit, quod talis bonorũ possessio non habebit effectum,nisi conditio existat. refert tex. in d.l.2.§.si quis ita facit.l.si sub conditione.& l.hi demum.
3 & l.si ita scriptum.ff.eod.tit.de bono.pos. & conducit doctri Ang.in l.miles si ita,num.2.ff.de testam.milit.vbi dicit,ꝙ in
4 stituti sub conditione possunt petere bonor. possessionem per l.si quis instituatur.ff.de hæred. instit. & idem vult Corne.in consi.307.num.11.lib.3. licet contrarium teneat Roma.in consi.71.visis dubiis,num.4. & hæc confirmãtur quadam sententia Greg.Lop.in l.3.titu.4.par.5. in glo.in verbo, *possession.* quo in loco tenet, ꝙ si ex tenore instrumenti maioratus nouus successor nõ potest acquirere possessionem maioratus, non præstito ab eo iuramento de non alienando bona maioratus,præsumendum est in dubio,ꝙ testator voluit prohibere,ꝙ nõ intret successor in maioratu in possessionem bonorum realiter,nec eis vtatur:non autem censetur prohibere,ꝙ non gaudeat beneficio, d.l.45. cum ista acquisitio tendat in conseruationem bonorum maioratus. Et ad hoc,ꝙ ista acquisitio locum non habeat, testator debet eam expresse prohibere. Constat autem ex ista doctrina Gregor.Lop. (vt hoc obiter aduertatur,) quod potest testator aliqua iusta causa motus ordinare, ne successores in maioratu gaudeant beneficio illius legis, donec aliquid faciant,vel exequantur:cum illa lex sit inducta in fauorem illorum, qui condunt maioratus, cui possunt renunciare, moti iustis causis. & hoc verissimũ credo. in principali autem quæstione existimo omnibus consideratis, ꝙ si ex voluntate testatoris expresa, vel coniecturata colligi potest, ꝙ voluit prohibere acquisitionem possessionis ante executionem conditionis, non trãsferetur possessio virtute illius legis non obstat.d.l.2.§.si sub conditione. quia inuenio, ꝙ Bar.in l.si is qui hæres.nu.1.ff.de acqui.hære.dicit,ꝙ pendente conditione potest peti bonorum possessio, ſm tabulas, quæ non tribuit ius, & eodem modo potest illa bonorum possessio repudiari.sed bonorũ possessio,quæ tribuit ius,nõ potest peti conditione pendente,neq; repudiari. & eodem modo responderi potest ad alias leges,& doctr.Bar.sequuntur ibi Salice.Imo.Cuma.Pau.de Cast.& omnes ita tenent, ſm Ias.ibi,nu.30.licet ipse contrarium teneat.& hoc modo etiam respondetur.ad d.l.si quis instituatur. vt colligitur ex Ias.vbi supra quæ autem sint verba modalia, vel conditionalia,constat ex aliquibus,quę refero in 2.par.huius operis. q.4.illatio.8.num.16.& istis adde scripta per Tiraquel.lib.j. de retract.§.j.glo.2.num.21.cum sequentibus.vbi plura scribit ad propositum eorum,quæ hic tractantur.

5 ¶ET

5 ¶ ET est etiam sciendum, ꝙ institutus sub condttione, si ea pendẽte possessionem rerũ maioratus fuerit adeptus, vel de iure, vel de facto, tenetur cauere de non diminuẽdo, & restituendo ea in defectum conditionis substituto vulgari, vel fideicommissario. l. inter omnes. vbi glo. & DD. ff. qui satisd. cogan. cum l. sequenti. vbi Paul. de Cast. explicat, an quando est facienda restitutio fideicommissario, sit necessaria cautio cum fideiusore? traditur per Iaſ. in d. l. inter omnes. & in l. quæ delegato. nu. 17. ff. de legat. j. & de dicta. l. inter omnes. agit Bart. in l. j. §. nunciatio. nu. 21. ff. de no. ope. & notatur etiam per Pau. de Cast. in l. Paulus. numer. 1. ff. de præto. stipula.

SVMMARIVM.

Acceptatio an requiratur in casu legis quadragesimæquintæ Taurinæ?

QVAESTIO XIII.

DEcimo tertio quæro, An ad continuandam possessionem (de qua in d. l. 45.) requiratur acceptatio successorum in bonis maioratus? Et prima facie vr esse necessariam acceptationem, qa in quibuslibet donationibus & in aliis actibus, vbi de acquirendo tractatur, est necessaria acceptatio, iuxta glo. vulgat. in l. illud. C. de sacros. eccl. & alia plura, quæ scribo in prima par. huius operis. q. 68. quibus non obstantib. tenendum videtur, ꝙ in casu illius legis non est necessaria aliqua acceptatio successorum in maioratibus, quia prædicta lex ipso iure transfert possessionem absq; aliquo facto successoris, vt ex prædicta l. patet. nec ex parte vocatorum aliquid est necessarium vel verbo, vel facto ad hoc, vt possessio eisdem acquiratur. & potius dr continuare possessionem, quam possessores bonorũ maioratus habent nomine successorum, & proprio, quam eam de nouo acqrere. vnde multo facilius eisdem defertur, quam si eãdem de nouo acquirere teneren tur. l. per retentionem. C. de vsu. facit. l. vlt. C. de acquir. poss. l. seruus. C. de pact. & l. j. § adipiscimur. ibi, non pñt incipere possidere. vbi glo. in verbo, non possunt. ff. de acqui. poss. l. si id quod. §. j. ibi, nos per eos retinere possessionem. l. possessio nem pupillum, in versi. alia causa est. l. qui vniuersas. ibi, retinere animo possessionem possumus, adipisci non possumus, l. quamuis, in prin. ibi, possessionem tamen per eum re tinemus, & §. j. ff. eod. titu. & pro ista sententia faciunt alia, quæ scribo in d. prima parte huius operis. q. 24. num. 18. cum aliis, & q. 36. & in d. q. 68. & istam conclusionem credo esse indubitabilem. ad quam etiam facit doct. Bal. in rub. de cau. possessio. nu. 13. vbi dicit, ꝙ ista est possessio creata a lege absque præsentia corporali, & non cõsistit in sensu corporeo, nec in organis corporeis. Et quod notat Feli. in c. nouit. nu. 9. versi. 7. limita, de iudiciis. vbi tradit quandam causam, in quo priuilegium ante acceptationem est irreuocabile.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus a iudice an sit ante omnia restituendus.*
2 *Factum de facto, de facto debet reuocari.*
3 *Deducitur ex l. 3. ti. 14. delos despoiados. quod in casu illius legis iudiciũ non finitur, vbi cæptum fuit.*
4 *Item quod par, in parem habet imperium.*
5 *Possessionem accipiens auctoritate iudiciali, an puniatur.*
6 *Possessor absque causæ cognitione, spoliari non debet.*
7 *Possessio ex falsa causa data, non valet.*
8 *Spoliatus vbi restitui debet, an spoliatus sit citandus.*
9 *Stante Statuto quod in hæredem continuetur possessio, an possessor citari debeat.*
10 *Possessio bonorum maioratus, an liceat defendere possessionem mandato iudicis alicui datam.*
11 *Lite pendente super nullitate, possessionis bonorum maioratus, an dẽat quis in possessione manere.*
12 *Si notorie appareat de iniustitia possidentis, bona maioratus non debet in possessione tueri.*
An lex 45. procedat, vbi quis habet possessionem auctoritate iudiciali.

QVAESTIO XIIII.

DEcimo quarto quæro, Vtrum prædicta lex 45. procedat, vbicunq; ille, qui bona maioratus possidet, vel ex titulo antecessoris in maioratu, vel alias habet possessionem auctoritate iudicis, a quo possessor exegit possessionem, non contentus possessio ne, quam alias habebat? & videtur ꝙ in isto casu non procedat d. l. 45. argum. illius l. generalis iuste possidet. ff. de acqui. pos. Et quia licet spoliatus ante omnia sit restituendus. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi publ. c. in literis. de restit. spoli. c. cum dilectus. de ordi. cog. l. si de vi. ff. de iud. l. 5. tit. 10. par. 3. l. 27. post principium. tit. 2. parti. 3. l. 10. & vlti. ti. 17. par. 7. l. x. tit. x. lib. 2. for. si tamen quis sit spoliatus a iudice, non 1 debet ante omnia restitui. glo. in c. præsentium glo. vlti. 7. q. 1. & in c. in nomine domini. versi in audientia. 23. distinc. & idem tenet Abb in c. dilectus. de rescr. & alii, quos referunt Iaſ. in d. l. iuste. nu. 3. Parisien. consi. j. nu. 162. lib. j. & Feli. in d. c dilectus, idem Iaſ. in l. qui in aliena. §. vlti. nu. 7. ff. de acquirere. facit tex. in l. non videtur. §. qui vsu ff. de reg. iur. cũ quo concordant. l. 5. & 20. tit. 11. par. 7. hæc tamen ratio non est in totum tuta, imo quod spoliatus ante omnia sit restituendus, etiam si sit spoliatus a iudice, probatur in c. conquerente. de restit. spoli. & in c. referente. vbi notat Decius, nu. 2. de præben. & in c. ex insinuatione. de restit. spol. & tenet Hosti. in sum. de resti. spol. in § quando facienda. in princ. Anchar. in consi. 248. ad prædicta dubia. nu. 8. Decius in l. vlti. nu. 35. C. de edi. diui Adria. & facit tex. in c. cum causam, de offi. deleg. vbi auctoritas iodicis iniuste procedentis, non excusat a fructibus, qui percepti sunt. quem ad hoc ibi notat Dec. nu. 4. & Innoc. & Abb. in c. consultationibus. de iure patron. in hac tamen quæstione semper mihi placuit distinctio Decii in d. c. referente. vbi dicit, quod si iudex procedit ordine iudiciario, spoliatus ab illo non est ante omnia restituendus, secus si ex abruptu iudex procedat, & iuris ordine non seruato, & extra iudicium: quia tunc restitui debet. Et idem tenet Decius in d. § qui iussu. nu. 4. & in consi. 449. & in consi. 125. nu. 4 & 8. Anto. de Fan. in tract. de pignori. par. 3. membro 2, num. 22. & facit quod notant Archidia. & alii in cap. notum. 2. q. 1. vbi dicunt, quod licet spoliatus a iudice non sit ante omnia restituendus, tamen si iudex aliquem spoliauit absque causæ cognitione, illum ante omnia restituere tenetur. quibus simile est, quod scribit Cardin. in Clem. 1. in fi. de celebratio. miss. & alii, vt per Felinum in c. ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 20. de constitutio. quę fere omnia adde ad scripta per Moder. Parisien. in isto proposito in consuetu. Paris. par. 1. §. 1. num. 39. & idem quod Decius & alii, tenet etiam Bartholom. Soci. in consi. 12. num. 11. lib. 1. & pro prædicta distinctione Decii facit l. 3. tit. 14. *de los despoiados.* lib. 3. ord. ibi, *defendemos que ningun alcalde, ni iuez ni otra persona priuada, nosean ossados a despoiar de su possession a persona ninguna, sin primeramente ser llamado y vencido por derecho. y si pareciere carta nuestra por donde mãdaremos dar la possession, que vno tenga a otro, y la tal carta fuere sin audiencia: que sea obedecida y no cumplida. y si por las tales cartas, o alualaes algunos fuerem despoiados desus bienes por algun alcalde, que los otros alcaldes de la tal cibdad a donde acacciere restituyam la possession ala parte despoiada fasta tercero dia, y passado el tercero dia, que los restituyam los officiales del conceio.* quæ lex ad plura est singularis. & probat sententiam & distinctionem Decii in illis verbis, *sin ser llamado, y oydo, y vencido por derecho.* per argumentum a contrario sensu, quod fortissimum est in iure. & per illam legem obtinui in quadam reuocatione attẽtatorum, quæ petebatur ab vna parte litigãtium. nam cum quidam esset in possessione vnius horti, alius aduersarius data vni iudici cuiusdam ciuitatis summaria informatione de morte vxoris illius, qui hortum possidebat, quæ ciusdem soror erat, & prætendebat se esse successorem ab intestato: peribit, & obtinuit ab illo iudice possessionẽ horti, & eidem in effectu data fuit auctoritate iudiciali absq; aliqua causæ cognitione. postea autem ille, qui prius hortum possidebat comparuit coram alio iudice, qui iudex secũdus audita quela primi possessoris, iussit illi possessionem restitui illius horti: & quamuis aduersa pars ab hoc mãdato appellauit, iudex præceptum proprium exequi fecit, non obstante appellatione. post quod ille qui appellauit petiuit in hac regali audientia reuocationem attentatorum, quæ eidem derogata fuit per illam legem, vel refragantibus aliquibus dñis auditoribus: & quia æquum fuit, quod factum de facto reuocaretur eadem facilitate, qua fuit factum. vt per glo. in l. minor. in verbo, Seius. ff. de euic. quam late exornant Bald. Alex. Iaſ. & alii. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. & in l. quod iussit. num. 47. ff. de re iud. & in l. si necessaria. §. si satisdatum. num. 18. ff. qui satisd. cogan. Abb. & Deci. nume. 4. in c. significante, de appel. & in l. nihil tam naturale. num. 4. ff. de reg. iur. vbi Moder. Parisien. Roma. in consi. 158. Episcop. Couarr. in practicis. quæst. q. 23. ad finem. Et hoc in aliis locis reperitur. præcipue apud Ferdinãdum Menchacam, qui hoc plenius omnibus tractat lib. 1. controuersi. c. 11. num.
3 13. Tiraquel. lib. de legibus connubi glo. 5 num 1. 5. Sed illa lex. 3. (vt obiter hoc agam) probat duo notabilia. primum, quod licet vbi cæptum est iudicium, ibi finiri debeat. l. vbi

cæptum.

Source : BIU Cujas

ceptum.ff.de iud.cum concordanti. hoc fallit, in casu illius legis ad restituendum alicui possessionem, a qua sine causę cognitione fuit spoliatus. quod probat prædicta lex in illis
4 verbis, *que los otros alcaldes*. ℞m quod probatū est, quod licet par in parem non habeat Imperium.l.ille a quo.§.intempestiuum.ff.ad Trebel.cum similibus. id fallit in casu illius legis, quod ab eadem deducitur in eisdem verbis legis, *que los otros alcaldes. la cibdad donde aconteſciere*. Et qualiter spoliatus à Principe restitui debeat, vide Præpositum in c.j. de controuers. inter vassallum & Episco. Deci. in consi. 61. eleganter Egidi. Bossi. in practica crimin. tit. de princi. & priuileg. eius. nume. 234. cum seq. & Parisium in consi. 99. nu. 17. lib. 4. vbi tradit, quod spoliatus ex mandato Papæ non potest agere recuperandæ, etiam si sit per violentiam spoliatus. Et ꝙ ille cui hoc committitur, exequi potest possessore aliter non citato. Ripam in l. naturaliter. §. nihil cōe. ampliat. 24. nu. 63. ff. de acqui. poss. qui pleniſſime istam materiam tractat. Et addo eundem respon. 2. num. 7. & respon. 149. nu. 16. & quod per ingressum possessionis auctoritate Principis amittatur possessio etiam ciuilis, notatur per Bartho. Soci. in consi. 15. col. 1. vers. 2. respondetur. lib. 4. Aymo Crauet. in consi. 5. nu. 10. est igitur prædicta lex sing. cūi adde consimilem in l. 28. tit. 1. lib. 7. ordi. cæterum (vt ad superiora redeam ex digressu, quem feci, propter illam elegantem legem ordin.) pro
5 hac sententia, quod d.l. 45. non habeat locum quando quis habet possessionem auctoritate iudiciali facit. l. 1. tit. 14. ibi, *E si los tales bienes tomaren, y occuparen ſin licentia ni auctoridad de iuez*. sentit ergo clare lex, ꝙ vbicunque quis accipit possessionem authoritate iudiciali, tuendus est in illa possessione, nec punitur pœnis in d.l. contentis. potest tamen hæc.l. limitari ex doctrina Bar. in d.l. iuste. nu. 4. vbi dicit, ꝙ si extant statuta (prout fiunt tota die) quod turbātes possessiones alienas puniantur. si quis intrat possessionem cum decreto iudicis, non excusatur a pœna. Et idem tenet Bart. in l.j.§. non autem. ff. si quis testa. libe. esse iussus fuer. & in l. sequitur. §. si fundum. ff. de vsucap. Rapha. Cuma. Paul. & alii, in d.l. iuste. vbi Ias. nu. 24. cōem dicit. & hunc articulum notabiliter tractat, quibus adde Anchar. in consi. 248. ad prædicta dubia. num. 6. pro contraria parte, quod auctoritas iudicialis nihil faciat ad interrumpendam possessionem, quæ conceditur successori in maioratu virtute illius legis. facit d.l. 45. ibi, *aunque aya otro tomado la poſſeſſion en vida del tenedor del mayoradgo, o el dicho tenedor le ayadado la poſſeſſion dellas*. Ex qua. l. colligitur, quod quodammodo successor in maioratu est possessor bonorum maioratus, etiam in vita possessoris, saltim successori in ea præiudicare non potest alii eam tradendo.
6 ab hac igitur possessione sequens in gradu, & successor bonorum maioratus spoliari per iudicem non potest absque causæ cognitione. l. vlti. C. si per vim, vel alio modo. c. licet Episcopus, de præben. in 6. & dictæ leges ordin. not. Deci. in consi. 400. Hipp. in singul. 195. & 556. & Barb. in rubr. C. qui admit. fo. xj. col. 2. & materia est amplissima, & in multis locis facta. de qua vltra tradita in locis ordinariis, vide scripta per Tiraq. in l. si vnquam. in verbo, reuertatur. nu. 275. & sequen. C. de reuoca. dona. Moder. Parisien. in consue. Paris. §. 6. glo. 3. num. 12. & confirmatio intelligitur de iuste & legitime possessis. Bal. & alii in c. 1. in prin. per quos fiat inuest. Ludoui. Gozad. in consi. 9. num. 37. constat autem ex d.c. conquerente. Et ex aliis supra citatis. quod auctoritas iudicialis nihil facit ad acquirendam, saltim ad retinēdam possessionem, vbicunq; iudex procedit absq; citatione partis, & iuris ordine non seruato. quia vbi citatio & causæ cognitio non interuenit, nullum præiudicium parti interessanti infertur. igitur idem dicendum est in nostro casu: cum sit eadem ratio, imo maior. attenta d.l. 45. quæ respexit in omnibus fauorem maioratuum. Et cum generaliter loquatur, generaliter est intelligenda. ad ea autem, quæ in cōtrarium adduximus, facilis est respōsio ex suprascriptis: præcipue ex tex. in d.c. conquerente. nec etiam obstat. d.l.j. tit. 14. quia. d.l. loquitur vbicunq; possessio erat vacans, quod latius exponetur infra in alia quæstione. in nostro vero casu possessio nunquam est vacans, vbi adest sequens in gradu, cui competit ius succedendi in maioratu. Ex quibus apparet, quod hæc cōclusio verior est, & pro ea etiam vī facere tex. expressus in l. auctoritatem. C. de acquir. & pos. & quod ad illū notat Ias. in l. 1. num. 3. ff. de consti. prin. & hæc maiori ratione procedūt, vbicunq; ille, quem iudex misit in possessionem, fecit iudici falsam relationem, qua possessionem obtinuit: quia tunc decretum & possessio tāquam ex falsa causa concessa non valet. l. cum verum. §. subuentum. ff. de fideicommiss. liber. l.j. & hæc verba. ff. ne vis fiat ei, qui in pos. se. missus est. vbi denegatur edictum prætoris. Et omnis vtilitas ei, q ob falsam, vel nullam causam, vel qui exceptione submoueri poterit in possessionem missus fuit. l. Seiæ egressę. & ibi Bar. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. notat bene Moder. Parisi. in prima par. consu. Parisien. §. 1. nu. 28. vbi tradit, quod hoc procedit etiam si possessio data fuit manu regia. per c. examinata. de confirm. vti. vel inuti. Et alia quæ ipse refert. cui adde Bartho. Soc. in consi. 18. nu. 16. lib. j. pro quibus faciunt d.l. ordin. 1. tit. 14. & l. 2. tit. 2. lib 3. ordin. & singula. 52. tit. 18. parti. 3. quæ sunt notabiles pro sententia Moder. Parisien. & dicit etiam Abb. in c. ex insinuatione. in 3. nota. de procura. quod quando quis fuit spoliatus vigore sententiæ nullæ, potest intentare possessorium, & restitutionem petere, quando iudex sciebat sententiam nullam, vel errauit in iure, secus si iudex ductus errore facti putabat verisimiliter sententiam valere. notat & explicat Decius in consi. 125. num. 8. Aduertendum tamen in hac materia est ad textum. in cap.
8 consultationibus. de offi. deleg. vbi probatur, ꝙ licet spoliatus ante omnia sit restituendus, & agatur interdicto recuperandæ. tamen ille contra quem agitur, citari debet, nec aliter restitutio possessionis est concedenda. vbi not. DD. præcipue Decius nu. 2. qui rationem adducit, quia spoliatus habet priuilegium, quando de spoliatione constat. sed in probando spoliationem, non habet priuilegium, qui dicit se spoliatum. Et ideo talis probatio lite non contestata fieri non potest. l. properandum. §. j. C. de iudi. l. 2. titu. 16. par. 3. & idem vult Aymo Craue. in consi. 5. nu. 8. vbi tradit, ꝙ spoliatus a iudice restitui non debet, nisi præcedente cognitione, an iuste vel iniuste fuerit spoliatus. refert Archid. in c. hoc quippe. 3. q. 6. & alia. Et facit tex. in d.c. licet Episcopus. vbi probatur, quod possessor etiam iniustus non debet absque citatione priuari. Et possessio etiam iniusta nemini est auferenda absq; causæ cognitione. secundum Inno. in c. inter quatuor. de maiori. & obedi. & etiam si sit notorius prædo citari debet etiam anteaquam illi possessio auferatur, ℞m Bal. in l. nam ita Diuus, versicu. sed nunquid possessio. ff. de adop. in quo puncto alios concordantes refert Deci. in consi. 191. in causa quæ agitur, num. 9. & vide eundem Deci. in d.l. si pacto quo pœnam. Et hanc conclusionem tenet expresse in terminis prædictæ legis Bal. in rubri. de cau. pos. & propr. col. 4. nu. 13. in versicu. sed quæro, statuto communis Meliolani cauetur, quod hęredi continuetur possessio testatoris. vbi quærit, an stante dicto statuto hæres possit mitti in
9 possessionem edicto. l. vlt. C. de edi. diui Adria. & dicit, quod sic. de quo infra agetur. debet tamen secundum illum citari possessor, qui corporaliter possidet, dato quod hæres, qui vti vult dicto statuto possideat ficte. refert. l.j.§. si necessario. ff. si muli. vent. nomi. quam opinionem sequuntur Alex. in consi. 82. perspectis. nu. 4. lib. 2. & in consi. 83. nu. 13. eod. lib. & Egid. Boss. in pract. crimin. tit. de princi. & priuil. eius, nu. 297. vbi id decidit in terminis statuti, aut decreti Mediolani. ex quo etiam possessio defuncti in hęredes continuatur. ꝙ est notabile pro intellectu prædictæ legis. & hoc etiam repetitio relatum a Tiraq. in tract. le mors. par. 5. declarat. 3. nu. 6. quem omnino vide pro declaratione istius materiæ. sed an liceat possessori rerū maioratus, qui vere est possessor, iux-
10 ta dictam l. 45. resistere mandato iudicis, & defendere possessionem ab illo, qui vult illam auctoritate iudiciali apprehendere? decidi potest ex scriptis per Moder. Parisien. in dicto loco, nu. 28. cui adde Bart. & Bal. in l. 2. C. de iu. emphyt. vbi dicunt, quod quamuis dominus rei emphytheuticæ cadente emphytheuta ab illa possit propria auctoritate capere & appræhendere rem emphytheuticam, secundum glo. in d.l. 2. in verbo, repellantur, & in c. potuit. de loca. in verbo, expelli. quas ibi cōiter sequūtur DD. pro qua est expressa. l. 28. tit. 8. par. 5. ibi, *ſin mandato de iuez la puedan tomar*. procedit, nisi emphytheuta vellet de facto resistere. tunc nanq; non licet dño propria auctoritate capere, ex Mod. Parisien. vbi supra, nu. 32. intelliges etiam, an pendente lite super nul
11 litate possessionis, quæ fuit data alicui bonorum maioratus, debeat iste in possessione manere? Ex cuius lectura percipitur, ꝙ debet in possessione manere, nisi successor in maioratu doceret incontinenti de nullitate, & iniustitia possessionis, per l. satis aperte. C. de fal. c. accepimus. de fide instru. l. 3. ibi, si quę tā euidens exceptio, vt facile repellat agentem. ff. ad exhib. & nisi redditus possessionū bonorum maioratus essent ampli, & possessor non esset soluendo ad illorum restitutionem in fine litis per l. Imperatores, vbi Bart. Paul. Ale. ff. ad Trebel. quæ sunt notabilia pro horum intellectu,
12 & quotidie contingibilia. Et est notandum, ꝙ quamuis successori in maioratu detur possessio bonorum, quæ alius tertius possidebat, absq; citatione istius tertii possidentis, si tamen notorie apparet de iniustitia possidentis, debet successor in maioratu in possessione tueri. quod probatur ex doctrina Ang. in l. si finita. ff. de dam. infect. quem sequitur ibi Alex. & idem tenent Bal. & Salic. in l. vlti. C. de edi. diui Adr. tollen. Bar. & alii in l. vlti. ff. quod met cau. & est communis opinio,

opinio quicquid dicant Moderni. in d. l. vlti. ꝓm Lud. Goza. qui alios citat, in conſi. 21. nu. 31. pro quibus facit. d. l. 27. tit. 2. par. 3. quam latius explico in qõne ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Lex. 41. Tau. quæ tractat de probatione rerum maioratus, non habet locum in poſſeſſorio.*
2 *Mulier mittitur in poßeſſione ex ſummaria cognitione.*
3 *In cauſa poſſeſſoria ſufficit ſemiplena probatio.*
4 *Poſſeſſionis cauſa eſt modici præiudicii.*
5 *Quando agitur de poßeſſione beneficii. ſufficiunt leuiores probationes.*
6 *In probanda quaſi poßeſſione filiationis, aut conſanguinitatis, ſufficiunt leuiores probationes.*
7 *In iuditio poſſeſſorio an ſufficiat vnus teſtis.*
8 *An ſuperiora procedant in pragmatica impoſitionum.*
9 *In interdicto interim debet quis in poſſeſſione tueri, etiam ſi ius reſtat.*
10 *Deciſio quæſtionis. & an in caſu l. 45. admittatur exceptio dominii in continenti probanda.*
11 *Titulus concilii vel beneficium Regis de aliquibus terminis ſufficit, quãuis nullitatem patiantur, quantum ad reſtitutionem terminorum virtute legis Toleti.*
12 *In cauſa poſſeſſoria ſufficit titulus coloratus.*
13 *In poſſeßorio exceptio proprietatis non admittitur.*
14 *Agitur de intellectu tex. in l. 27. ti. 2. par. 3. quæ dicit, quod exceptio proprietatis admittitur in poſſeſſorio, vbi in continenti probatio efficitur de quo late tractatur. Et ſi notorie appareat, aliquem eſſe incapacẽ maioratus, illius poſſeſſione debet priuari.*
15 *Infertur ad pragmaticam impoſitionum.*
16 *Notorius defectus in iuſtitia principali, non impedit reuocationem attentatorum.*
17 *Filius impubes an ſit tuendus in poſſeſſione rerum maioratus ex Carboniano edicto.*
18 *Maioratus res, licet præſcribi non poſſint, eſt tamen poſſeſſor illarum in poſſeſſione tuendus, & cauſa nobilitatis poteſt apud iudices ordinatos tractari, vbi agitur detuendo, ſpoliatum.*
19 *Lis ſi pendeat ſuper matrimonio apud iudicem Eccleſiaſticum an dirãte hac cauſa poſſit ſucceſſor in bonis maioratus petere a iudice ſeculari poſſeſſionem rerum maioratus, & agitur de intellectu tex. in c. tua. de ordin. cognit.*
20 *Iudex ſecularis cognoſcit incidẽter ſuper matrimonio quando eſt quæſtio facti. Et de intel. c. cauſam quæ. qui filii ſint leg.*
21 *Summaria cognitio poteſt ſuper matrimonio coram iudice Eccleſiaſtico tractari.*
22 *Quaſi poſſeſſio filiationis, & confeſſio patris & matris confitentium aliquem eſſe filium legitimum ſufficit, vt quis mittatur in poſſeſſionem rerum maioratus. Et filius putatiuus eſt ſucceſſor legitimus bonorum maioratus.*
23 *Legitimatio perſonarum debet plene probare, etiam in cauſa ſummaria.*
24 *Spoliatus beneficio, non debet reſtitui, ſi habet notorium defectum tituli.*
25 *Exceptio illegitimitatis impedit poſſeſſionem rerum maioratus, ſi incõtinenti offeratur probatio contra petentem, vel notorie conſtat contra illum.*
26 *Triennalis non eſt in poßeſſione tuendus, quando poſſeſſor eſt inhabilis.*
27 *Conſtitutum in rebus ſpiritualibus nihil operatur, quando conſtitutarius eſt incapax.*
Paria ſunt non eſſe, vel inhabilem eſſe.
28 *Probationis appellatio intelligitur ſecundum naturam cauſæ.*
29 *Poßeſſio vt tranſeat in ſucceſſorem in maioratu, non requiritur quod ſit impoſſeſſione filii, vel ſucceſſoris tempore prædeceſſoris.*
30 *Succeſſor in maioratu an præſumatur in dubio filius legitimus.*
31 *Sententia lata ſuper matrimonio contra matrem, an præiudicet filio, qui prætendit ſucceſſionem maioratus.*
32 *Sententia lata ſuper partu ſuppoſito contra matrem, an præiudicet filiis.*
33 *Confeſſio partis an ſufficiat in poſſeſſorio legis 45. & an fęminæ agenti interdicto adipiſcendæ, recuperandæ, retinendæ virtute illius legis obeſt defectus proprietatis.*
An exceptio illegitimitatis vel alterius incapacitatis impediat poſſeſſionem rerum maioratus.

QVAESTIO XV.

DEcimo quinto pro intellectu iſti⁹, materiæ, quæro de quæſtione valde difficili, & neceſſaria, & quæ ſola (videri meo) ſufficeret pro ornatu & lectura huius tertiæ partis, in qua agendũ eſt, an ſi ſequenti in gradu & ſucceſſori in maioratu obiicia tur, quod non eſt filius legitimus, aut patitur aliam ſimilem incapacitatem, ſit ne ei concedenda poſſeſſio virtute d. l. 45. Et qualiter in hoc procedatur, quod plerunque in iudiciis ꝓ tingit, Et ego iam in facto vidi. ad cuius quæſtionis reſolutionem, ſupponendum eſt, quod licet ad probãdum aliqua eſſe bona maioratus in proprietate, requirantur tradita in l. 41. Tau & maioratus probari debeat per vnum de modis ĩ d. l ſcriptis. illa lex (videri meo) procedit, vbicunque lis eſt ſuper proprietate bonorum maioratus, & non ſuper poſſeſſione. nam quando agitur ſuper poſſeſſorio maioratus, leuiores ſufficiunt probationes, nec requiritur tam exacta ꝓbatio, ſicut ſi lis eſſet ſuper proprietate. quod probatur ex diſpoſitione legis i. § & ſi ea & §. generaliter. ff. de ven. in poſ.
2 mit. vbi patet, ꝙ ſufficit ſummaria cognitio, licet nõ ſit multum aperta ad hoc, vt mulier mittat̃ in poſſeſſionẽ rerũ, ſu ꝑ q̃bus eſt contentio. ad idẽ eſt tex. in l. §. 3. ſummatim. ff. de Carbo. edi. ibi, ſi vero ambiguã cauſam (hoc eſt) vel modicum pro puero facientem, vt non videatur euidẽter filium non eſſe, dabit ei Carbonianam bonorum poſſeſſionem, de cuius legis intellectu agit inter alios Egid. Boſſi. in pract. criti. de partu ſuppoſito. num. 5. vbi aliqua tradit ad propoſitũ huius materiæ. ad eandem concluſionem eſt bonus caſus in l. 3. §. ibidem ſubiungit. ff. ad exhiben. no. Carol. Rui. conſ. 87. num. 28. lib. 3. Et eſt notãda & melior omnibus, l. 7. ti. 22. par. 3. quæ eſt magiſtralis in hac materia. Et ponit plures caſus, in quibus hæc ſummaria cognitio ſufficit ad hoc, vt q̃s ſummarie mittitur in poſſeſſionem rerum, ſuper quibus eſt contentio, quæ lex eſt multum ſingularis. Et facit pragmatica data Madritii An. 1528. quæ eſt in repe. l. 4. ti. 7. li. 6. quæ decidit, quod ad probandum quod domini, qui verificauerint ſe percepiſſe annos. xl. aliquas impoſitiones a vaſallis, tueantur in poſſeſſione talium impoſitionum, ſi in proprietate autem requiritur quod habeant probationẽ, ꝙ perceperũt dictas impoſitiones per tempus immemoriale, q̃ lex hr̃ in nou. recopi. li. 4. & ti. 15. l. 8. Et pro concord. dictæ legis 41. vide peregrinã legẽ, q̃ pauci animaduertunt in l. 12. ti. 22. par. i q̃ eſt valde notab. & cõducit etiam pragma. Regum catholicorũ. ſo mihi. 77. in ver. *pero ſi eſte que contiende* hodie. l. 8. titu. xi. li. 2. ord. nou. quæ probat, quod ad obtinendum in nobilita e, quam Hiſpani (hidalguiam vocamus) in proprietate requiratur præſcriptio immemorialis, in poſſeſſione autẽ ſufficiunt leuiores probationes, & multo minores, vt plenius in d. l. traditur. Et conducit in ſimili. l. i. ti. *de las preſcriptiones.* li. 3. ord. quæ eſt hodie. l. 3. ti. 15. li. 4. in nou. recopi. de qua actũ fuit in 6. q. in hac. 3. par. Et ideo dicunt Bar. Alex. & Ial. nu. 4. & alii ibi, in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iu. ꝙ quando non agitur de pleno præiudicio, ſufficiunt leuiores ꝓbationes, Et idem Bar. in tra. ad reprimendam. in ver. ſummarie. Spec. in ti. de prin. & 2. dec. §. reſtat. ver & qualiter. de quo
3 per Robertum a Maran. in pract. iudicia. diſt. 9 num. 24. cum aliis & in cauſa poſſ. ſufficit ſemiplena ꝓbatio, ꝛm Bar. in l. i. col. 2. C. quorũ bonorũ. de quo alios concordantes refert Dec. in l. vl. nu. 2. C. de Carboni. edi. & latius in conſi. 663. in cã mota, per totum. Petrus Reb. in to. 3. ad conſt. regi. tracta. de mate. poſſ. ar. 7. gl. i. nu. 26 vbi tñ dicit, ꝙ vſus forenſis requrit in vtroq; ꝓbationes ſufficiẽtes, ꝙ contra dicit oĩbus iuribus & rõnibus, cũ in ꝓprietate aliud iudiciũ non ſperet̃, & negotiũ finit̃, ſecus in poſſeſſione, & cã poſſeſſionis eſt mo-
4 mentanea & modici p̃iudicii, vt tradit̃ in l. 1. C. de mo. poſ. & ideo in illa multoties ꝓhibet̃ appellatio, vt ꝓbat̃ in d. l. i. q̃ late ibi explicant Doctores, & late Decius in ca. ſua. nu. 8. de app. & in conſ. 49. Ial. in l. ſi pendente, nu. 5. C. de bon. poſ. ſe. tab. & in conſ. 187. lib. 2. & in l. i. nu. 6. ff. de in. & iu. & in l. i. n. 3. ff. de no. ope. & i l. patre furioſo, nu. xi. de his, q̃ ſunt ſui, vel alie. iu. Aymo Craue in conſi. 158. nu. 12. late Epiſ. Couar. in pract. q. c. 17. nu. 4. Soc. in tra. fal reg. 18. ad ꝙ facit. l. Tole. quæ de reſtitutione terminorũ publicorũ loq̃t. & ex his diſputat Nic. de Nea. in l. magiſputo. §. ſi pupillus. ff. de reb. eo. an ſim plex poſſeſſio minoris poſſit ſine decreto alienari. quem refert Gre. Lop. in l. 18. ti. 16. par. 6. in gl. i. & in Gallia ꝓhibetur ſupplicatio poſt arreſtum in poſſeſſorio latũ, ſiue ſup recedẽtia, ſiue ſup pleno poſſeſſorio latũ ſit, ſiue in materia beneficiali, vel alia eccleſiaſtica ſiue ꝓfana, vt tradit̃ p Reb. in to. i. ad conſti. regias. ti. de ſupp. in præfa. q. 9. nu. lxvi. & ar. 2 glo. vni. vbi rationem aſſignat quia cauſa poſſeſſorii eſt modici præiudicii, & reparari poteſt. Et in hac ipſa materia eſt pragmatica Caroli Quinti noſtri Imperatoris, data Madritii Anno 1543. quæ probat, ꝙ data ſnĩa in tenuta bonorũ maioratus, fiat exequutio data cautione, nõ obſtãte ſupplicatione, q̃ interpoſita fuerit ex illa, vt latius in d. l. cauet̃. q̃ reperit̃ in repertorio capitulorũ in l. vl. ti. i li. 4. repertorii. q̃ hr̃ hodie in l. 9. ti. 7. lib. 5, in nou. recopi. vñ mire ad ꝓpoſitũ dũt Alex. & Ial. num. 26. in l. vl. C. de edi. diui Adri. tol. ꝙ fœmina, q̃ regulariter eſt incapax bonorũ feudaliũ, ſi petat ſe mitti ĩ poſſeſſionẽ talium bonorum, agnati hoc non poſſunt contradicere, imo mittenda eſt fœmina in poſſeſſionem taliũ bonorum not. Soc. Iu. in conſi. 74. nu. 2. li. 1. q̃ dicit hoc ꝓcedere in iu-

in iudicio poſſeſſorio,non ẽt in petitorio & idem in ꝑt.75. nu.27. & 28. vbi plura ad ꝓpoſitũ ſcribit ſup ſtatu Montis Ferrati.Et ad hoc faciũt q̃ ſcribo in q.2.5.hac 1.par. nu.2.& magis æſtimaẽ ꝓprietas,q̃ poſſeſſio.l.mulier. §.q poſſeſſorẽ ff.ꝙ met.cau.& ꝓbaẽ in pragma.data Madritii anno 1538. quæ loquitur de ſupplicatione interponenda a ſententia re uiſionis ad regiam perſonam, quæ eſt in nou.recopi.l.9.tit 20.libro quarto,de quo etiam mentionem feci in princ.hu ius.tertiæ partis.& licet ſit contentio de re magna,ſi tamen agatur de poſſeſſione non de proprietate,non dicitur cauſa magna.l.momentaneæ.C.qui legitim.perſonam.no.Bar.in l.admonendi.in repetitio.num. 55.ff.de iureiurand. Bartho. Socin.in conſi.261. nume. 37.libr.ſecundo Ex his oritur & confirmatur doctrina Egidii, a Bell.in deciſio.50. & 99.vbi dicit,quod quando non agitur de titulo beneficii,ſed poſſeſ
5 ſione,ſufficiunt leuiores probationes,not.Ludoui. Gomez in regula,de non iudican.iuxta formam ſupplicationis.q.5. vnde etiam fit, ꝙ licet in probanda conſanguinitate teſtes debeant diſtinguere gradus iuxta tex.cum ibi notatis in cap. licet ex quadam.de teſtib.de quo latius egi. in 2.parte.huius operis.quæſtio.7.num.16.tamen in probãda filiationis quaſi poſſeſſione,vel paternitatis,vel fraternitatis,leuior proba tio ſufficit,iuxta notata per Doct.in l. non epiſtolis. C.de ꝓ-
6 batio.& in l. filium eum diffinimus. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur.quibus adde elegans conſilium Rapha.Fulgo. 184.viſis quodam proceſſu.per totum . & bonam legem in propoſito noſtro in ratione ſui.in l.vlti.titu.19. part. 4.& ex his auſus fuit dicere Matheſel.notab.ſecundo quod in iudicio poſſeſſorio probatio per famam, vel per vnum teſtem, habet vim plenæ probationis.citat Bart.in d.l.prima.C.quo rum bonorum.& alia iura. Et facit quod tradit Gozadin.in conſil.99.numero 2.quamuis contra Matheſel. iudicauerit ſenatus Neapolitanns,vt per Matheum ab Afflict.in deciſi. Neapolit.464.quod verius reputat Arias Pinei.in l.ſecunda de reſcind.venditio.in 3.parte.num.27.cui adde Alexand.iu conſi.139.nume.14.lib.6.qui tenet,ꝙ in iudicio poſſeſſorio quamuis ſummario, requiritur plena probatio. vbi ad hoc citat glo.quam dicit eſſe communiter approbatam in dict. l.prima,C.quorum bonorum.in verbo,filium.& hoc ſequi tur ibi Pariſien.dicendo.quod ita obſeruatur.referẽs ad hoc eundem Alexand.in conſi.187.in fi.lib.7. vbi Alexan. iterũ dicit communem eſſe opinionem glo.in d.l.j.& Decium in c.cauſam quæ.colum.2.de iudiciis. & alios, qui Matheſelanum ſequuntur.ex quibus inferri poteſt, quod ſi aliquis do minus litiget cum vaſallis ſuper impoſitionibus, licet non exacte & plene probet poſſeſſionem dictarum impoſitionum per quadraginta annos,iuxta formam dictæ pragmaticæ.adhuc tuendus eſt in poſſeſſione. in quo aduertendum tamen eſt ad genera impoſitionum,quia regulariter domi-
8 ni in his in poſitionibus habent contra ſe prẽſumptionem, & eas ex torquent legibus reſiſtentibus,præcipue.l.6.titu.x. libro 6.ordin.quæ eſt.l.12.titu.22.par.i.& in aliis iuribus,quę omitto. Et cũ dominis ius commune reſiſtat,difficiliter in tali poſſeſſione tuendi ſunt.vt probatur ex ratione. capi.ad decimas.de reſtitu.ſpolia.libr. ſexto & in capitu.cum perſonæ.de priuilegiis.& in aliis legibus cõcordantibus.nec omit tendus eſt etiam in hac materia tex. in §.nihil commune.ff. de acquirend.poſſeſ.& ex his etiam dixit Felin. in regula.de non tollen.iure quæſi.quod prædicta regula non procedit, vbicunque aufertur alicui tantum poſſeſſio. in quo tamen contrarium tenet ibi late Gomezius. q. quinta. dicit etiam
9 Capy.in deciſio.Neapo. 189.quod interdicto(quod interim vocamus)debet quis in poſſeſſione tueri,quamuis contra il lum ſit iuris communis præſumptio. quod ſequitur quibuſ dam adhibitis diſtinctionibus Epiſcop. Couarr.in practicis quæſtio.capitu. 17.numero 6.& pendente lite in cauſa principali,debet quis in poſſeſſione tueri,etiam ſi poſſeſſio ſit ꝙ ius commune,& competat ratione priuilegii.c.i.vbi Abba. poſt alios.vt lite pend.Roman.in conſ.37.viſo puncto.in ſi. Decius in conſi.97.num.i. & ex iſtis etiam dicit notabiliter ad propoſitum noſtrum Decius in conſi.467. quod fideicõ miſſarius,qui offert ſe incontinenti probare de fideicõmiſ-
ſo per ſuſpectionem teſtamenti,cum non ſit nominatus in eo,ſi per interpretationem verborum,quæ in teſtõ continẽ tur velit eius intẽtionem probare,talis probatio non eſt admittenda in iudicio poſſeſſorio,ſed reſeruari debet in iudicẽ proprietatis.& idem Decius in conſi.588.colum.2.in fine.& dicit Bald.in conſil.128.lib.3.quod ea,quæ requirunt altiorem indaginem,non impediunt beneficium d. legis vltimę. C.de edi. diui Adria. Et de hoc plura ſimilia ſcribit Roland. in conſi.j.nu.72.cum ſeq.li.j.ex quibus tandem cõcludit,Duciſſam Mantuæ eſſe mittendam in poſſeſſionem Marchionatus Montis Ferrati, quem mortis tempore poſſidebat ei⁹ patruus, non obſtante quod per agnatos allegabatur eſſe bona feudalia,& alia obiecta aduerſus fœminã Duciſſam. Quæ omnia ſunt valde neceſſaria pro intellectu huius materię & aliorum.Et ex illis poteſt inferri ad deciſionem. dubii,quod in principio huius quæſtionis examinare promiſi cum ſeq.in gradu ſit concedenda poſſeſſio ex vi dictæ legis. 45.quãdo ei obijcitur, quod patitur aliquam incapacitatẽ. Et ſane prædicta omnia alludere videntur, quod talis exceptio illegitimitatis, vel alterius incapacitatis, non impedit tenutam,aut poſſeſſionem ſucceſſori in maioratu, quia videtur quod talis exceptio ſit differenda in iudicium proprietatis,& conſtito ſummarie de deſcendentia,dẽt ſucceſſor in poſſeſſione tueri.argumento tex.in d.l.3.§.ibidẽ.ff.ad exhib. vbi dicitur,ibidem ſubiungit,iudicẽ ꝓ arbitrium ſibi ex hac actione commiſſum,ẽt exceptiones exiſtimare,quas poſſeſſor obiicit.Et ſi q̃ tamen euidens ſit. vt facile repellat agẽtẽ, debere poſſeſſorem abſolui,ſi vero obſcurior, vel quę hẽat altiorem qõnem,deferẽdam in directum iudicium.de quo tex.agit Io.Fab.in §.retinendæ.nu.34.Inſ.de interd.Et Bar.in l.is a quo.ff.vt in poſſe.leg.& in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.Pau.de Ca.& alii,quos ibi refert Iaſon.in l. ait prętor.in prin.num.24.ff.de iureiu.& idem Iaſ.in §.prętera.nu.58.de actio.& conducunt alia omnia ſuperius ſcripta.Et ẽt mirabilis ad propoſitum caſus in l.j. §. ſed & ſi qs ff.de Carb.edi. ibi,ſed & ſi qs non tm̃ ex liberis negeẽ eſſe,verum ẽt ſeruus eſſe dicaẽ forte ex ancilla editus:Iulianus ſcribit adhuc Carboniano locũ eſſe.quę lex facit pro doctrina Bal. in rub.C. de Carbo.edi.vbi dicit,ꝙ ſi filio inſtituto opponatur per ſucceſſores ab inteſtato,ꝙ non valet inſtitutio,quia filius inſtitutus non eſt filius,vel ꝙ eſt ſeruus, non impeditur Carboniana bonorum poſſeſſio.qui ad hoc refert.d.l. 3.in princ.& l.j.§.Pomponius.& facit etiam notabile dictum Pariſien.ꝙ retuli in 2.part.huius operis.q.2.nu.32.in conſue.Pari.par.j. gl.v.nu.88.& vrget ẽt tex.notabilis in l.2.C.de edi.diui Adr. tol.vbi petenti miſſionẽ in poſſeſſionẽ virtute teſtamẽti, eſt cõcedenda,quamuis dicatur, ꝙ teſtm̃ cuius virtute petit bonorũ poſſeſſio,eſt falſum,vel inofficioſum. & interdictores ea eſt natura,vt non ſit quęrendũ,an iure qs poſſideat.l.i.§. hoc interdicto.ff.de itine.actuque priua.eadẽ concluſio probatur in l.2.ti.14.par.6.ibi, *no deue ſer embargada tal entrega como eſta,maguer que aquel que fueſſe tenedor del os bienes de la herencia dixiſſe,que aquel teſtamento era falſo,o el que lo mando fazer no auia poder delo fazer.*& proprius ad iſta facit egregia doctri.Bal.in rubri.de cau.poſ.& prop.in ver.& no.quod edictum. num.13. vbi notanter dicit,quod ſtatutum dicens,quod defuncti poſ ſeſſio continuetur in hęredem,eo,quia habet effectum retinendę & recuperandę poſſeſſionis, habet talem effectũ, ꝙ non admittit̃ contra agẽtem beneficio talis ſtatuti dominii exceptio,ẽt incontinenti probanda·q̃ doctrinã refert,& ſeq tur Dec.dicendo, eam eſſe ſingulatẽ. vbi eam confirmat in conſ.84.nu i.in ver.prętera tale ſtatutum.q̃ doctrina notanda eſt pro intellectu prędictę legis.45. q̃uis ſi vera ſunt,q̃ ſtatim teneo num.14.& ſeq.non ſine iuſta ratione apud nos de hoc dubitari poteſt,vtcunq; ſit, eſt menti tenenda pro extẽ ſione illius legis,& confirmatione eorum,quę hic tractantur.ex quibus legibus & doctrinis in practica ad plura negotia ſumpſi argm̃,prędipue ad reſtitutiones,quas petũt ciuitates,& villę huius Regni de reſtitu.terminorũ,ſm prędictam
11 legem Tole.nã ſi qs doceat de titulo cõcilii,ꝙ factũ fuit añ annum milleſſimum quingenteſſimum quadrageſimum ſecundum,vel de titulo regali,licet ex aliqbus cauſis ꝓtẽdatur,ꝙ titulus eſt inualidus ſufficit in poſſeſſorio,& in ꝓprietate de vero & iuſto titulo agendum erit Et ꝓ hoc etiam fa
12 cit quod in cauſa poſſeſſoria ſufficit oſtendere titulum coloratũ,ſm Inn.in c.veniẽs.de te.vbi notat Fel.q alios refert. & Dec.in cõſ.7.& in l.vl.nu.46.C.de edi.diui Adri.tol.vbi ẽt
13 aliqua ſimilia adducit.Et eſt generalis doctr. Inno.in c. 2.de cau.poſ.& prop. ꝙ in poſſeſſorio exceptio proprietatis non admittitur.notat Dec.qui plura refert,in d.l.vlt.nu.xix. & Ī conſi.ccxx.& Ang.in l.2.C.eo.titu. & eandem concluſionẽ docet.l.27.tit.2.part.3.quę generaliter dicit,ꝙ exceptio proprietatis non impedit,quo minus de poſſeſſorio tractet̃,niſi de iure petẽtis poſſeſſionẽ incõtinẽti poſſit cõſtare.ꝙ ẽt caueẽ in d.l.2.ti.14.par.vi.vbi hoc tradit Gre. Lop.in gl. in verbo,*otro embargo*.& licet idem Gregor.Lopez.in dicta,l.27.in glo.in verbo,*que le entregaſſe*,teneat,quod lex illa vigeſima ſeptima intelligatur ſolum in interdicto adipiſcendę.& idem teneat Ant.Go.in l.45.Tau.nu. clxxxiiii. ſemꝑ horũ opinio mihi maxime dubitabilis fuit.qa d.l.27.loquit̃ gñaliter,& iõ gñaliter eſt intelligẽda,vt ſunt iura vulgata. nec eſt ſituata Ī titulo,in quo ſolũ tractatur de interdicto adipiſcẽdę.ad hoc vt dicamus,quod eſt intelligenda iuxta titulum, in quo eſt ſituata.& (vt prędixi) idem ſtatutum eſt in remedio d. l.vlti-

Source : BIU Cujas

mę. C. de edi. diui Adrian. vt constat ex. d. l. ii. ex qua patet, ꝙ remedium prędictę legis cessat, vbicunq; offeratur ꝓbatio & liquidatio in continenti, & leges tam regię, quam ciuiles semper exoptant lites abbreuiare, & ne lites ex litibus oriantur, vt vbique videre licet. & ideo in hac ipsa nostra materia, quamuis temporibus præteritis cognoscebatur de tenuta rerum maioratus in regali consilio forma p̄scripta ex d. pragmatica anni 1543. quam supra retuli. & postea lis agebatur in Cancellariis regalibus super possessione hodie per aliam pragmaticam datam Madritii anno 1560. Et in pragmatica data Segouiæ anno 1565. statutum extat, quod cognitio super tenuta in regali consilio in Cancellaria non cognoscatur de possessione, sed de proprietate hodie. l. x. titu. 7. libro. v. in nou. recopi. vult igitur. d. l. 27. quod si constat de proprietate, super illa sententietur, quamuis de iure possessoris constet, ne tot lites fiant super vna causa, cū excusari possunt, maxime hodiernis temporibus, in quibus lites pene immortales sunt. Et facit pro ista conclusione. l. emptorem. in princip. ibi, quia manifestum. ff. de actio. emp. l. dolo. ff. de doli excep. l. vlti. §. nullo. ff. de lib. homi. exhiben. & quia vbicūque de exceptione liquere potest per iura scripta sine probationibus facti, statim super ea est pronuntiandum, ne partes laboribus & expensis grauentur, secundum Innocen. & Compost. in c. cum inter. de election. Archidia. in c. vltim. de rest. spolia. lib. 6. ex quibus dixit notabiliter ad nostrum propositum Lucas de Penna in l. 2. C. de fundis limitro. li. xi. colum. ij. in versi. & breuiter. quod si quis teneat feudum, cuius possessio non cadit in eo, vt clericus, mancus debilitatus, & huiusmodi, quamuis sit feudum nouum, pōt a curia seu domino spoliari possessione ipsius, nisi doceat in promptu, se super hoc dispensationem habere. de quo ēt agit Andr. de Yser. in constitutio. de violen. l. i. in fin. quæ doctrina notanda est ad eos, qui cum notorie sint incapaces in possessionem bonorum maioratus se immiscuerunt, nec obstat. l. vlti. titu. x. parte septima, quæ vult, quod in interdicto recuperandæ, non obstat exceptio dominii, quia d. l. nō loquitur quando probatio offertur incontinēti. & cum sit recentior dictis legibus. 27. titu. 2. & l. secunda titu. 4. debet intelligi secundum illarum distinctionem, ex quo alias in facto sustentaui. 15 Quod cum quidam vasalli cuiusdam loci huius regni litigarent cum domino super impositionibus, & lis fuisset conclusa in diffinitiua tam in proprietate, quā in possessione, licet dominus probauerat in iudicio possessionis, se percepisse illas impositiones per quadraginta ann secundum formam dictæ pragmaticæ, ex quo iam in proprietate constabat de non iure domini, non erat in possessione tuendus quod est notabile. Et ad hoc propositum est singularis quædam regula, q̄ ad varia negotia est maximi momenti, quam tradit Parisi. in consuetudi. Parisien. par. j. §. 42. num. 28. vbi dicit, quod omnes prouisiones cessant, q̄ pendente lite fiunt, si incontinenti lis finiri possit per. l. si is a quo. in prin. ff. vt in posse. lega. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. l. i. C. de nou. oper. nun. & pro intellectu textus in d. l. 27. vide etiam Menchacam lib. 2. controuer. illustrium. c. 88. nume. primo vbi tamen non animaduertit ad conclusionem generalem, quam ego ex illa lege elicio, quæ ad plura seruire 16 potest. Rursus pro prædicta sententia (vt ad quæstionem institutam redeam) facit, quia defectus notorius in iustitia prīcipali, non impedit reuocationem attentarum. c. si constiterit. de accusation. de quo puncto nouiter & egregiùs quam omnes agit. Episcop. Couarru. in practicis quæstionib. quæs. 23. nume. 4. cui tamen adde Abba. in cap. literis. nume. 26. de restitutio. spoliato. Ludouicum Gomez in regu. de annalib. possess. quæstio. 57. & in regula de non iudicando iuxta formam supplicationis. quæstio. 5. nec est omittenda doctrina Aufrerij in decisio. Tholosan. quæst. 431. vbi dicit, quod sufficit præsentato a layco si agat possessorio, docere de institutione, omissa præsentatione, notat Petrus Rebuf. in tract. de pacifica, possess. numero 43. & vide illum numero 206. ad duco etiam Bal. in l. vlti. numero 20. C. de edi. diui Adri. vbi vult, quod scriptura solennis priuata sufficit in possessorio, sed in petitorio non nisi sit publicata tandem pro prædicta sententia non est prætercundum, quod fere in propriis ter- 17 minis scribit Gregor. Lopez in dicta, l. 2. tit. 14. in glo. in verbo, *propriedad.* par. 6. vbi dicit, quod si aliquis occupauit bona maioriæ, & veniat filius vel filia, quæ ex tenore seu vocatione scripturæ maioratus prætendat maioriam, & petat sibi tradi possessionem, & quod pendente impubertate quæstio super filiatione & bonis differatur, quod cōstito summarie de filiatione, possessio est ei concedenda. & quæstio debet super filiatione differri. quod fundat ex tex. in l. 3. §. parui. & §. si quis liber. ff. de Carbon. edict. & in d. l. secunda titu. 14. melius facit tex. in d. l. prima, §. sed et si quis. quam supra retuli. licet postea Gregor. Lopez in fin. gloss. sentiat, quod hoc 18 dictum procedit solum in maioria, quæ venit iure institutionis, non etiam in maioria quæ venit ab antecessoribus. deinde huc spectat doctrina Angel in consil. 219. Thema tale est. vbi dicit, quod licet aliqua res præscribi non possit, si tamen ille qui est in possessione eiusdem turbetur, & potest agere contra turbantem, & expellere spoliatorem. de quo vide Egidium Bossium in practica. crimina. titu. de fisco, & priuileg eius. numero 59. ex qua doctrina infertur, quod quamuis res maioratus prascribi non possit, quod tractabitur in quarta, parte huius operis. quæstio. xxi. si tamen aliquis illam possederit per aliquot annos, est in possessione tuendus, non obstante quod allegetur per vocatum ad maioratum, quod res est imprescriptibilis, modo concurrant ea, quæ scribo in quæstio. sexta supra eodem, numero quarto, ad quod etiam facit, quia bene potest possideri res, cuius proprietas haberi non potest, secundum gloss. in capitulo, dilectissimi. xii. quæstio, prima notat Andre. de Ysern. de prohibit. feud. alienat. per Federic. §. illud quoque. ex quo dixit Gregorio. Lopez. quamuis per verbum (forte) in l. septima, titulo xxix. parte tertia, in gloss. in verbo *placa.* versiculo tertio, limita, quod licet plateæ tuę, & aliæ similes res prę scribi non possint secundum dispositionem prędictę legis in proprietate, in possessione tamen sunt prescriptibiles vbi plura ad confirmationem istius opinionis adducit. quod añ eum tenuit Aymo a Gregor. Lopez non relatus in tracta. de antiquitate, tempore quarta, parte numero 204. quem lector legat. ex his etiam confirmatur alia notabilis doctrina curiosissimi Doctoris Hispani Petri Nuñez de Auenda, libro primo, de exequend. manda. Regiis. capitulo primo, numero 33. versiculo, ex hoc deducitur. vbi tradit, quod licet iudices ordinarii non possint principaliter cognoscere de causis nobilitatis, poterunt tamen incidenter cognoscere, an talis sit in possessione nobilitatis aut fidalguię per doctrinam Bal. in l. hi qui ad ciuilia. C. de appellatione. & Iason. in l. vltim. in fin. ff. de constitutio. princip. Et alia quę refert. pro quo est. l. tertia titu. xiiij. *de los despoiados.* libro tertio, ordinatio. quę est hodie in nou. recopi. xi. l. secunda titu. xiii. libro quarto sicuti eam ponderaui in quęstio. prima, supra eodem. numerō tertio, & quarto & faciūt. l. septima & octaua titu. xi. libro secundo ordine. noui. vbi probata possessione viginti annorum tuetur quis in possessione nobilitatis. ex his omnibus etiam inferri potest, quod licet pendente cā 19 natiuitatis, & illegitimitatis apud iudicem ecclesiasticum, non debeat causa pendens coram iudice seculari super hę reditate terminari, vt probatur in capitulo. tuam. de ordine cognition. quod explicant Doctores ibi. & Barto. in l. Titia. numero secundo. ff. soluto matrimonio, Iason. in l. quoties. numero sexto. C. de iudiciis. si tamen lis sit in possessione, attentis superioribus, potest per iudicem secularem terminari. pro quo etiam facit, quia iudex secularis cognoscit de mero possessorio spirituali, vt probatur in capitulo, vlti. de iudiciis. de quo plenius egi in quęstio. xi. supra eodem. ꝙ est notandum ad illum, qui litigat super possessione bonorum maioratus, & illi obiicitur, quod causa matrimonialis vel legitimationis adhuc pendet coram iudice ecclesiastico sicut visum fuit in hac regali Cancellaria, in quadam famosa lite super quibusdam bonis maioratus. Et hæc conclusio probatur ex ratione cessante, text. in dicto capitulo tuam. vbi causa hęreditatis differtur, donec causa natalium apud iudicem ecclesiasticum terminetur, quia causa natalium est spiritualis, & apud illum est tractanda. quando autem licet causa sit spiritualis potest coram iudice seculari, tractari cessat dispositio text. in dicto capitulo tuam. & eiusdem ratio. & sic causa possessoria tanquam quid facti potest coram 20 iudice seculari agitari, & decidi. Ad quod etiam facit doctrina Barto. in dicta l. Titia. numero secūdo, vbi dicit, quod quando est quęstio facti. & super matrimonio, an interuenit vel non, potest iudex secularis de hoc incidenter cognoscere? & hęc Bartol. opinio est communis, secundum Alex. in dicta. l. Titia & in dicta. l. quoties. numero sexto, Ripam in capitulo secundo, numero 24. de iudiciis. & notat Felin. in capitu. cum sit. numero primo de foro competenti. Philip. Fran. in Clemen. dispendiosam. de iudic. Rip. respon. 17. numero quinto, Episcop. Couarruu. qui refert singulare dictum Gerardin. in singula. 96. is inquam, in epitome de spō salib. par. secunda capitu. octauo, §. tertio: numero quarto. Et istam sententiam amplectitur in terminis Mattheus ab Afflict. in decisio. Neapolita. ccxix. numero. 5. quę in nostro hoc senatu pluries recepta fuit. & hoc est tenendum, quicquid tenet Abba. in dicto. capitu. tuam. numero 10. & ista coadiuuantur ex celebri doctrina Spe. ad istud propositum accommodatissima in ti. de primo & secundo decreto. §. re-

stat

Source : BIU Cujas

ſtat.in verſicu.quid ſi agatur.vbi dicit, quod ſi agatur de primo decreto,& filius neget ſe eſſe in poteſtate patris,poteſt ſecularis cognoſcere de filiatione non obſtante.d.ca.tuam. quod refert Felin.in d.c.cum ſit.nu.i.in verſic. tertia declaratio.vbi etiam citat Bald.in l.filium eum diffinimus. lectu.j.
21 in ver.item nota quod poteſt.ff.de his,qui ſunt ſui, vel alie. iuris.vbi dicit generalius, quod in ſummaria cognitione vt puta,ad decernanda alimẽta,poteſt iudex ſecularis cognoſcere de matrimonio & licet Fel. ad hoc etiam referat Bald. in l.3.C.de Carbo.edi.Bal.ibi,hoc non dicit, nec eſt lex.3.in illo titu.Ex his ẽt dixit Matth.ab Afflict.in deci.Neapo.clii. fuit dubitatum, num.4.quod ſi vxor habet ſententiam ī fauorem matrimonij,quamuis ab illa ſit appellatum,& cauſa pendeat coram delegato apoſtolico, poteſt iudex ſecularis decernere & compellere maritum ad præſtandum vxori alimenta, nec dicitur aliquid attentare. & ita dicit fuiſſe determinatum , licet ad iſta omnia cõtradicat generalis rõ tex.in d.c.tuã.vbi ſummus Pontifex ait, quia vero antea q̃ natalium cauſa determinata eſſet,dependentem ex illa ſuccẽſſionis cauſam incipere,nihil aliud eſt,quam diuerſis proceſſibus intricare negotium , & confuſione quadam iudicii ordinem perturbare. q̃ rõ generalis tex. militare videtur tam in proprietate, quam in poſſeſſione . ſed adhuc noſtra opinio non eſt reiicienda propter ſuperiora,& differentias inter iudicium proprietatis & poſſeſſionis. Et qualiter poſſeſſio ſit facti,vltra prædicta vide Bart.& alios in l.i. ff.de acqui.poſ.Epiſcop.Couarru.in regula,poſſeſſor.de regu.iur.in 6.in 2.par.relectionis.in initio.nume.3.& iſta etiam notanda ſunt pro intellectu tex.in c.cauſam.quæ in 2.& in c.lator qui fil.ſint leg.& ex his,& tex.in c.tranſmiſſa. qui filii ſint legiti.forte etiam ſuſtẽtari põt, ꝙ ſi filius eſt in poſſeſſione filii legitimi,& pater & mater fateant illum eſſe legitimum, debet filius ī poſſeſſione tueri virtute.d.l.45.ad quod faciũt, q̃ ſcribo in prin.huius tertiæ partis, & in ſecunda par.huius operis.q.2.num.32.vbi refertur celebris doctrina Alc.ad propoſitum eorũ,quæ hic tractantur in l.Scæuola.29.ff.de libe. & poſthu.vbi dicit,quod licet cõfeſſio matris dicẽtis, aliquẽ non eſſe filium mariti,non præiudicat filio, ſecundum glo. in l.ſi poſthumus.§.vl.ff.de li.& poſthu.cum cõcord.vt per eundẽ Alcia.reg.3.præſumptio.37. id ꝓcedit in proprietate. ſecus in poſſeſſione.per l.j.§.ſi cui.ſt.de ven.inſpic.Et eſt etiã animaduertendum circa ꝓpoſitum eorum , quæ hic tractãtur,quod ſi filius natus figura matrimonii, & in quo parentes ſtabant cum bona fide,eſt legitimus ſucceſſor bonorum maioratus non ſolum in poſſeſſione , ſed ẽt in proprietate. quod probatur ex rõne tex.in c.2.& c.peruenit.c. ex tenore. q̃ filii ſint.leg.c.cum inhibitio.de clan.deſp.& in l.j.ti.13.par. 4.quæ eſt ſingularis in iſta materia & adeſt doctrin. Dini in conſi.6.ex teſtamento. circa finem. vbi dicit , ꝙ filius natus ex matrimonio putatiuo facit deficere conditionem,ſi grauatus liberos non habuerit,& excludit ſubſtitutum . Et idẽ tenet Bene.Capra,in conſi.16.& ſi prima facie.late & notanter Deci.in conſ.153.nu.1.cum ſeq.vbi plene ſuſtentat, ꝙ ſi deicommiſſum inductum a teſtatore decedẽte ſine filiis,ex eo legitime procreatis,ſpirat ſtante filio in figura matrimonii,ſi parentes probabiliter ignorabant impedimentũ. quorum opinio corroboratur ex pluribus,quæ in fauorem matrimonii putatiui cumulat poſt alios Tira.in tra.de legib.cõnubialib.glo.8.de ſon mari.num.253.cum ſeq. refert autem inter alia plura Dec.Bal.doctrinã in c.i.§.naturales. in verſi. pone quod non tenet matrimonium. numer. xi.ſi de feudo fuerit controuer.inter domi.& agna.vbi dicit , quod ſi non valet matrimonium propter impedimentum pnblicæ honeſtatis,ſi contrahentes credebant illum de facto tenere,filii ſuccedunt in feudo.& iſtam opinionem confirmat idem Dec.in conſ.154.& 155.quem lector legat,ſi oportuerit. Tẽpus inſtat,vt ad quęſtionem noſtram reuertamur, quam tãtis per omiſſi,ꝫ vt lectores animaduerterent ea,quæ ſupra tractata ſunt,quia in alio loco non ita opportune tractari poterant.Prædicta igitur opinio, quod exceptio legitimitatis, vel alterius cuiuslibet incapacitatis, non impediat ſucceſſorem in maioratu,quo minus gaudeat beneficio poſſeſſorio & priuilegio.d.l.45.dubia redditur propter ſententiam glo.
23 quam dicit ibi communem Iaſ.in d.l.2.C.de edi.diui Adria. vbi dicit,quod licet cauſa ſit ſummaria , legitimatio perſonarum debet plene probari.notat Alexan.in d.l.a diuo Pio. §.ſi ſuper rebus.Iaſ.in rub.C.qui admitti.num.4. & eſt communis opinio,ſecundum Deci.in l.vlt.C.de edict.diui Adri. nume.47.vbi reſpondet ad fundamenta Iaſ.in d.l.2.qui contrarium tenet per quaſdam rationes,quę in ibi videri poterunt.Et pro hoc etiam facit, quia ſpoliatus eccleſiaſtico beneficio,non eſt reſtituẽdus ſi aduerſarius illi obijciat notorium defectum tituli,ſecundum Innocen.in ca.conſtitutus. de filiis presbytero.Abb.& Aretin.in c.ſi conſtiterit. de acc. & alios plures,quos refert Epiſcop.Couar.in d.epito.de ſpõ.
25 2.par.c.7.§.5.nume.10.Sed hoc non multum vrget , qua(vt ſupra dixi)vbicunque notorie cõſtaret de incapacitate ſucceſſoris in maioratu,non eſt in poſſeſſionem mittẽdus, aut ſi incontinenti de incapacitate conſtat. ad quod eſt etiam doctrina Ioan.Fabri.in §.retinendę.num.4.Inſti. de interdictis.vbi dicit, quod layco dicentiſe poſſidere decimam rem ſacram,vel religioſam,quę ſine titulo poſſideri non poteſt, denegatur interdictum retinendę.& ad hoc facit.d. l.27.tit. ii.par.3.& hęc coadiuuantur ex regul.Cancellarię.xxxiii.vbi cauetur,quod licet triennalis poſſeſſor regulariter in poſſeſſione ſuã tueri debeat,fallit, quando is qui poſſidet non eſſet habilis ad beneficia obtinenda, tunc enim poſſeſſor etiã vltra triennium moleſtari poteſt.& idem tenet Chaſſane.in conſuetudi.Burgun.rubri.de ſucceſſione,§.3.gl.habile.quos ſequitur Rebuf.in tra.de pacifico poſſeſſ.numer. ccvi.totius tracta.Pariſi. in conſ. 96. lib.4. nume.ij.& xix. ſed ad hęc reſponderi poteſt,non eſſe bonum argumentum de rebus tẽporalibus ad beneficia eccleſiaſtica, in quibus dari non dẽt vitioſus ingreſſus,vt conſtat ex regula beneficium. de regu. iuris.in 6.Tradunt prędicti Doctor.& Abb.in c.in literis.nu.
27 xi.de re.ſpol.Præterea iſta vltima opinio fulcitur , quia licet per conſtitutum tranſeat poſſeſſio rerum etiam ſpiritualiũ, ſecundum Antoni.in c.cum veniſſet.de cau.poſ.& proprie. de quo dixi in quęſtione xi.ſupra eodem poſt principium, procedit ſecundum Antoni.ibi,quando is, in cuius fauorem factum fuit conſtitutum , eſt capax illius poſſeſſionis . vnde ſi clericus ſe conſtituat poſſidere decimas, vel beneficium nomine layci,nullam in illum poſſeſſionem transfert . notat Tiraquel.in tracta.de conſtitu.par.2.ampliatio.33.numero 3.& par.iii.limitatio.18.Reb.in tomo.3. ad conſtitut.titu.de materia poſſeſſio.in prefatio.num.2.pro quibus eſt ſingularis doctrin.Innocen.in ca. dudum.in verbo,confirmatio.de decimis.Sed hoc etiam non conuincit,quia(vt prędixi)non eſt iuſta argumentatio de rebus ſpiritualibus ad temporales,de quibus in hac quæſtione tractamus. Item pro prędicta ſententia facit.Quia poſſeſſio longi temporis, non habilitat incapacem.c.cauſam quę.& c.aecedentes.vbi Abba & Felin.de reſcrip.Ioan.Andr.in capitu.2.per illum tex.de prębend.in 6.tandem beneficia legum capacibus, & non incapacibus tribuuntur. l. Lucius Titius.§.Titius Damam, ff. de leg.ii.Et paria ſunt,non eſſe,vel inhabilem eſſe.l.quoties.ff.
28 qui fatiſda.cogan.notat Benedi.de Plumb.in l.2.ff.de manu. vindi.& alii plures,quos refert Tiraquel.in d.tract.de legib. connubialib.glo.iii.num.43.vbi pleniſſime tradit. & hęc & alia ſimili a ꝓ hac ſententia adduci poſſunt. Quibus minime refragantibus,(quę vere non impediunr)adhuc mihi videtur,vt ſupra dictum eſt,quod ſi incontinenti,vel notorie non conſtat.de incapacitate, vel illegitimitate ſucceſſoris ī maioratu,eſt mittendus in poſſeſſionem. nec obſtat glo.in d.l.2.C.de edi.diui Adria.tol. quæ magis urget , quia ſufficit perſonam legitimare ſecundum quod a iure in iudiciis ſummarijs exigitur,& in cauſis poſſeſſorijs iuxta notata per Barto.in d.l.i.C.quorum bonorum . & alia quæ ſupra retuli.& dicit Bald.in l.peremptorias.in verſicu.quæro vtrum . C.ſententiam reſcind.non poſ.quod appellatione probationis de ſemiplena,intelligitur ſecundum naturam cauſæ. Et idem tenet Barto.in l.ſi conſtant.i.quæſtio.ad fin. numero 9.ff.ſolut.matrimo.& probatio legitima dicitur iuramentum propter ſubiectam materiam, ſecundum glo.in ca.ſtatutum.§. cum vero.in verbo,proprio iuramento,de reſcriptis.in 6.& doctrinam Bald. refert etiam Deci.in conſi.18.num.1.& facit quod notanter ad propoſitum ſcribit Bart.in d.l.j.nume. x.C.quorum bonorum.facit tex.cum glo.in l.qui accuſare. in verbo,non probante.C. de eden.& in l.prima,§. debebit cum glo.in verbo,filius.ff.de libe.agnoſcend.& inquit Bar. in tracta.ad reprimendam,in verbo,ſummarie.in fin.quod ſi iudex dicat adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem , iſta verba(in cauſa ſummaria)intelligunt ſecundum cauſę qualitatem.& ad hæc faciunt,quæ ſcribit Ioan. Lop.in capi.per veſtras.de donation.inter virum & vxorem. notabil.ſecun. Conſtat autem de notorio defectu proprietatis ex actis , vt per Decium,in conſilio 191.in fin.Aymo Crauet.in conſil. 299.num.8.

30 Vnum etiam eſt notandum in hac materia , quod ad hoc, vt in ſequentem in gradu ſucceſſorem in maioratu trãſeat poſſeſſio virtute, d l.45.non eſt neceſſarium , quod tempore ſucceſſionis exiſtat in poſſeſſione filij legitimi,aut ſucceſſoris.quod patet ex verbis illius legis ibi,*enel ſiguiente en grado.* iunctis præcedentibus & ſequentibus.ex quo infertur,quod patre defuncto,ſi maneat filius qui vere,& realiter ſit illius filius,quis non exiſtat in poſſeſſione filiationis,adhuc in illum transfertur poſſeſſio ex lege prædicta.

31 SED an ſucceſſor in maioratu pręſumatur in dubio filius

Source : BIU Cujas

legitimus? decidi potest ex his, quæ refert & scribit Tello. in l. xi. Tauri. num. 3. cum sequentib. cui adde Bald. in auth. isdē C. de secun. nup. vbi per illum tex. dicit, quod filius in dubio præsumit̄ legitimus. & in l. filium eum diffinimus. ff. de his, q̄ sunt sui, vel alie. iuris. in ver. 3. nota. & in consi. 90. tam pro funde. nu. i. li. 2. glo. in c. accusator. 6. quæst. 5. quæ dicit, quod in dubio creditur sobolem esse legitimam, & quod in ambi guo incumbit probatio illi, qui negat aliquem esse filium legitimum. & probatur ista conclusio in c. lator. qui fil. sint legiti. quem ad hoc ponderat Soci. Iun. in consi. 89. nu. 7. cū aliis. lib. 2. & egregiam doctrinam Ioan. Fabri. in §. vlt. Instit. de adoptio. qui dicit, quod si testes deponant simpliciter aliquem esse filium Titii, valet eorum testimonium, licet non dicant esse legitimum & naturalem, quia de tali intelligun tur deposuisse. & idem Pau. de Cast. in l. vl. ff. de iu. deliber. & iunge Albe. in l. si vicinis. C. de nup. & facit text. in l. miles. §. defuncto. ff. de adul. vbi pręsumitur, quod filius potius est le gitimus quam spurius. vbi Bal. notat. & simplex coniectura & præsumptio semper est interpretāda in benigniorem par tem. l. Gallus. §. qd si iis. ff. de li. & posthu. l. cum apud. C. de ꝫ mu. seru. manu. l. vlti. C. qui bo. cedere pos. ad quod faciunt tradita per l. cum de ætate, ff. de probatio. Et etiam lector ad hæc legat Episcop. Couar. in epito. de sponsalib. par. ii. c. 8. §. 3. num. j.

32 HOC etiam in loco non erit superfluum examinare, an sententia lata contra matrem super matrimonio, præiudicet filio, qui prætendit se esse legitimum successorem in bonis maioratus? In qua re Bald. qui propter fœcunditatem ingenii nihil intactum reliquit, huic etiam quæstioni quāuis in alio proposito se immiscuit, quia in l. 2. in ver. sed q̄ sunt sniæ. quibus res iudi. non noc. in ea est opinione, quod si feratur sententia super matrimonio inter virum & vxorem, quia ibi sunt principium & finis, & tota massa matrimonii in eis est, vt in l. j. ff. de lib. agn. præiudicat filiis. & idem tenet Sali. ibi, nu. 2. in ver. quæ autem sint causæ. & quamuis Ale. in l. fæpe. ff. de re iud. num. 60. huius etiam sentētiæ faciat au thorem Bar. in l. ingenuum. ff. de statu homin. hoc Barto. nō dicit. Et pro hac sententia facit tex. in l. ex contractu. ff. de re iudi. & conducunt alia plura, quæ scribo in 4. part. huius operis. q. 14. & quæ scribit Deci. in consi. 342. num. 7. ipse tamen Alexan. in dicto loco contrarium aperte tenet affirmā do, quod sententia lata in qua pronuntiatur matrimonium esse illegitimum, non nocet filijs etiam scientibus per. l. 2. §. sed si conditione. ff. de iureiu. & c. cum inter. qui filii sint leg. & huius opinionis facit auctorem Anton. in c. causam quæ qui filii sint leg. pro quo facit doctrina Inno. ibi. vbi tenet, ꝙ sententia legitimitatis inter patrem & filium, nō nocet aliis & idem Ias. in consi. 106. lib. i. ver. 3. adhuc. ego semper existi maui, veram esse sententiam, & ad imponendum finem liti bus maxime necessariam, quod si actum est inter patrem & matrem super matrimonio, quod siue pronuntietur matrimonium fuisse legitimum, siue non fuisse, vtroque casu sententia præiudicat, vel prodest filiis, & omnibus qui ius p̄ tendunt a legitimitate, vel illegitimitate. quæ fuit sententia Bal. in d. l. 2. & etiam Cini, & Io. de Imo. in d. l. sæpe. & Felin. in c. quamuis. num. 9. de re iud. & eam tenet Episc. Couar. in epitome de sponsalib. par. 2. c. 8. §. 3. nu. 2. & probatur in l. i. §. vl. & in l. 2. & 3. ff. de li. agnoscen. & facit l. 20. ti. 22. par. iii. ibi, *Otro si dezimos que si alguno se razona por hiio de otro, e el padre no lo quiere conocer por hiio, si iuyzio fuere dado contra el padrs en esta razon diziendo, el iuzgador por su sentencia, que es hiio de aquel que no lo quiere conocer por hiio, tal iuyzio como este empecera al padre, e a todos sus parientes en razon delos bienes por el parentesco, maguer no se acertasen, y quando fue dado el iuizio sino el padre tam solamente.* & hęc sententia est in iudiciis obseruanda. nam alias nullas est, & litium finis, & maxime in causis matrimonialibus, quæ immor tales sunt (vt experientia docet) nisi sententia sit lata interueniente collusione, vel in absentia patris, aut matris, vt colligere licet ex Doctoribus supra citatis. & Epi. Couar. in pract. q. c. 13. nu. 5. & hoc in alijs locis inuenitur. sed an

33 sententia lata super partu suppositio contra matrē præiudicet filio? vide resolutionem quam tradit Egid. Bossius in pra ctica crimina. titu. de par. suppositio. nu. i. cum aliis. Summe est notandum in hac materia, quod licet regularitet confes

34 sio patris sufficiat ad obtinendum in possessorio, vt per An to. in c. in literis. nu. 34. de re. spo. in hac materia d. l. 45. non sufficit talis confessio, quia habet mixtam causam possessio nis, vt probaui in quæst. vlt. in hac part. nu. 4. quod probatur ex notatis per Rip. resp. xvi. in prin. & respon. xlix. in princ. & Reb. in praxi. benefi. ti. de non tolle. iur. quæsi. glo. vi. numer. vi. ex quibus infero egregiam limitationem ad scripta per Ripam, consi. 80. nume. 71. cum aliis. vbi probare nititur, ꝙ fœminę legis. 45. interdicto adipiscendæ, recuperandæ, vel retinendę, non obstat exceptio proprietatis, vt ibi latius per eum. Nam cum per nostram legem possessio solum conti nuetur in legitime vocatum & verum successorem, obsta bit sine dubio fœminę, aut alteri litiganti exceptio proprie tatis. quod etiam suadetur ex scriptis per Ias. consi. cxxxvii. nu. ii. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Comes potest petere, vt declaretur comes.*
3 *Reprobatur Greg. Lop.*
4 *Successori in maioratu si minus solenniter possessio concedatur, suam nō amittit.*
5 *Possessor bonorum maioratus agens aduersus turbantem, adhuc est reus, & possessionis commodis gaudent illi qui corporaliter possident bona maioratus.*
6 *Possessor bonorum maioratus si non consentiat possessioni iudiciali alteri concessæ, sibi non prędicat.*
7 *Possessor etiam agendo gaudet commodis possessionis.*
An successor in maioratu recte faciat petendo a iudice possessionem bonorum maioratus.

QVAESTIO. XVI.

DEcimo sexto quæro. an successor io maioratu quamuis ex. d. l. 45. sit ipso iure factus possessor, nihilominus petere a iudice possit confirmati onem possessionis? Et quidem id licitum fore uidetur.

1 ex tex. in l. 3. §. missum. ff. de Carbonia. edi. ibi, missum autem in possessionem ex Carboniano studentpręt̄ores in possessione constituere, & institutus qui reperitur in possessione beneficii, petere potest ꝙ de nouo instituatur secundū Car. & Abb. in c. post cessionem. notab. 3. de concess. pręb. Abba. in c. olim. nu. ii. de priuil. & licet Comes comitatū possideat,

2 petere potest, quod declaretur comes secundum Bar. in l. uti frui. §. earum rerum. ff. si ususfructus petatur. & qui obtinuit comitatum potest petere ut in eo confirmetur, secundum Ang. in l. si finita. §. ult. ff. de dam. inf. de qua materia alia plura cumulat Ale. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui ope. Feli. & Deci. nu. 6. in c. i. de confir. vti. vel inut. & idem Feli. in c. ea quę. de re iu. Ale. & Dec. nu. 44. in l. vl. C. de edi. diui Adr. idē Dec. in l. j. C. de Carb. edicto. Barth. Soc. in cons. 122. nu. xvi. li. 4. vbi dicit, ꝙ vadens ad iudicē, & petēs possessionem, non vī possessionē ciuilem amittere. & tradit etiā per Par. in consue. Pari. par. i. §. i. gl. i. nu. 21. & notat Guido Pap. in de ci. cxxxij. sed probatu. & in deci. ccix. ędictū diui Adriani in qbus locis tenet Guido Pa. ꝙ beneficiū. d. l. vl. cōpetit possessori hērditatis, & petere p̄t ꝙ possessio sibi cōfirmet. Par. cōs. 60. nu. j. lib. 3. & in dicta deci. ccxix. tradit Gui. Pap. ꝙ dns existens in possessione rei suę, pōt agere actione in rē, & petere ꝓnunciari rē sibi pertinere iure dñij, vel quasi. & plura notabilia in isto ꝓposito scribit Reb. quē lector legat tomo. ii. ad cōstitutiones regias. ti. de in int. rest. ar. i. gl. i. nu. xij. vbi refert. l. ij. C. de prēd. thamaicis. li. xi. & alia iura singularia. Et hanc conclusionē in terminis statuti, cuius virtute transfert̄ possessio, & continuat̄ in hęrede absq; apprehēsione, tenet Pau. Par. in cons. 41. nu. 8. li. j. & p̄ tex. in d. §. missum. vult Ri.

3 in rub. de cau. pos. & prop. nu. 54. ꝙ pōt dari quartū interdi ū cōseruādę possessionis. ex qbus dubitabilis mihi vī q̄dam opinio Greg. Lop. in l. 7. ti. 4. par. 5. in gl. in verbo *posession.* post mediū. in verbo not. vbi dicit, ꝙ si successor ī maioratu uir tute. d. l. 45. adit iudicē, nō p̄t postea apprehendere possessio nē ꝓpria auctoritate. citat Bal. in l. j. C. de exequut. rei iud & facit ꝓ co. l. j. §. & post operis. ff. de noui ope. nun. nam attētis superiorib. hoc dictum uerū non uī, nisi ille qui talē possessiōē petiuit fateat̄, aduersariū esse possessorē, uel qd simile, ad ꝙ maxime aduertēdū est ut supra dixi in princ. huius tertię par. Et in terminis, ꝙ Marchio petendo possessionem sui castri non uideat̄ renuntiare ei, q̄ a iure sibi cōpetebat, tenet late Dec. in cons. 450. nu. 5. cū aliis. ubi respōdes ad doctrinā Bal. in d. l. j. C. de rei. rei iudica. & ad alia oīa, q̄ in c̄riū urgere possunt. Et abundans cautela nocere non dēt. l. testm̄ C. de test. l. qnę dubitationis. ff. de reg. iu. late Peralt. in l. si qs in prin. testamenti. 54. cum alijs. ff. de leg. 3. & ingrediens possessionē absentis, acqrit ciuilem possessionē, si iudice auctore id faciat. secundum Angel. & Modern. in l. clam possidere. §. q ad nundinas. ff. de acq. pos. & in l. a diuo Pio. §. si post addictū. ff. d̄ re iu. & facit l. q uniuersas. §. itē cū p̄tor. ff. de ac. poss. Pręterea inducta ad augmētū, nō dēnt operari diminutionē. l. si mācipia. ff. de fun. instr. l. ea lege. in j. ff. lo. l. falsa. §. j. ff. de cōd. & dem. notat̄ per Ias. in l. legata inutiliter. n. 8. ff. d̄ le. i. & ꝙ fauore quorūdā introductū est, non dēt in illorum odiū retorqueri. l. ꝙ fauore. C. de legib. ex quo, & aliis quæ omitto,

Source : BIU Cujas

omitto,credo verissimam esse sententiam,quod si quis successor bonorum maioratus vadat ad iudicem, & dicat,ꝙ tueatur illum in possessione bonorum maioratus tāquam successorem,ac sequentem in gradu virtute.l.45.dummodo non dicat,quod possessione caret,non amittit possessionē, imo illam confirmat, quod tenendum est, quicquid affirmet Gregor.Lop.in d.l.quia est contra tex.in d.§.missum.& alia supra citata. quod maxime procederet, vbicunque petens talem possessionem protestaretur, se velle possessionē continuare, quam lex ei dat. ad quod facit doctrina Ale.in consi.cxxx.lib.iiii.numero 13.vbi dicit,quod si dominus rei emphytheuticæ,qui habet facultatem intrandi possessionē propria auctoritate, propter non solutum canonem petat a iudice possessionem protestando,& reseruando sibi auctoritatem intrandi propria auctoritate,non amittit ius intrādi propria auctoritate.refert & confirmat Dec. in cons.148.
4 nume.9. Imo fortius dico, quod si hoc casu iudex decernat possessionem esse dandam successori in maioratu,nullo iuris ordine seruato,& minus solenniter,ad huc possessio valida est,& in illa tueri debet,quia cum ex prædicta.l.45.ipso iure efficiatur possessor, & hæc solennitas non requiratur, licet interueniat,& minus solnniter,nihilominus est iustus, & legitimus possessor l.i.in prin.C. de rei vxor.action. & est tex.singularis,coniuncta glo.in verbo,in transitu.in §.serui vero.Inst.de liber.de quo concordantes adducunt Iaso. in l. nec quicquam.§.vbi decretum.num.7.ff. de offi.proconsi.& l.2.nume.19.ff.de iuris.omn.iudi.& in l.vinum.num. 33.ff.si cert.peta.Felin.in cap.cum ordinem.de rescript.& in capitu. cum dilectus.de fide instru.& in cap. qualiter. in prima col. de accusatio.Deci.in l.edita.num.34.C.de eden. Hippol.in l. vnius.§.vlti.ff.de quæstio.numero quarto,& in singula.285. Tiraq.li.i de retractu.§.7.glo.3.nu.5. Aymo de antiq. temp. 4.par.num.154.faciunt scripta per Parisien.in consuetu. Parisien.par.i.§.i.gl.4.numero 48. & ad hoc facit doctrina Bal. in consi.181.casus talis est lib.i.vbi tradit, possessionem absque citatione alterius datam,validam esse, vbicunque statuto cauetur,ꝙ possessio continuetur in hæredem, nisi statutum aliud requirat. Attende etiam,quod quamuis quis
3 petat a iudice confirmationem possessionis virtute. d.l. 45. aduersus aliquem, qui forte eum in turbat in ea possessione,nihilo magis rei,& possessoris partes obtinet, secundum Bald.in consi.454.quidam Ioan.decessit. circa mediū. lib.i.num.i.per tex.in l.liberis.§.vltimo.ff.de liber.cau.refert & sequitur,& notabilem dicit Iaſ.in consi.85.quando habemus determinationem.lib.3.& confirmat Tiraquel.ex aliis in tract.le Mors.par.6.declaratio.7.numero j. & in hoc puncto placet mihi distinctio Bar.in l.de pupillo.§.vlti.nume.2. ff.de noui ope.nun.vbi dicit,quod si quis principaliter comparet coram iudice ad defendendum possessionem tenutæ, & tunc dicitur sustinere partes rei. per l.si pupillus.§. i. ff. de priui.credi.aut petit possessionem sibi. restitui, & tunc susti net patres actoris.quam distinctionem sequūtur aliqui Doctores ibi.& Barth.Soc.in consi. 19.num.i.libr. 4.quem non retulit Tiraquel.& ideo aduocatus animaduertere debet,ne petat possessionem sibi restitui, sed in ea tueri & custodiri, iuxta iuri sconsulti responsum in d.§ missum.& ad hoc etiā facit doctrina Bald.in consi.177.ad euidentiam.num. 2.lib. 3.vbi tradit,ꝙ quando est contentio inter duos,qui prætendunt se possessores,inquirendum est,quis corporaliter possideat,& ille dicitur reus, & aduersarius habetur pro actore, per d.l.liberis.§.vltim.ex qua doctrina infertur, quod commoda possessionis,quæ tradidi in prin.huius.3.part.nume.i. cum aliis,pertinent illi,qui corporaliter vere possidet bona maioratus. quod est notandum pro intellectu istius materiæ.ad quod facit doctri.Bal.in consi.244.lib.3. quam refero supra in hac par.q.7.nume. 2.de quo lector etiam videat Tiraquel.in tra.le Mort.saisit viu.par.6.declaratio.7.numero i.
6 Et est etiam animaduertendum, quod si quis existat in possessione bonorum maioratus,& alius sit immissus in possessionem talium bonorū auctoritate iudicis, si possessor bonorum maioratus licet possessioni non consentiat,sibi nō præiudicat,vt probatur in l.3.§.vult.& in l.si quis ante.versi. denique.ff.de acq.pos.& in l.cum legato.ff. ex quibus cau.in pos.catur.& in l.missio.ff.pro empto.& in l.2. in prin.ff.pro hære.& in l.is cui.in prin.ff.vt in pos.leg.
7 Sciendum etiam est, quod licet possidens sit actor, adhuc gaudet commodis possessionis,secundum Aretin.in ca.nostra.in fine,de probatio.lib.5.Tiraquel.in tracta.de primogenitu.xvii.quæstio. xi. opinione.numero 26. quod est intelligendum,vt dixi.num.5.ad quod est addendum,quod scribit Archid.in capitu.illud.numero 6.vers.item siquis. 23.distin. vbi vult, quod si quis petat se mitti in possessionem, secundum.l.vltim.C.de edict. diui Adria. & compareat contradictor,qui se poriorem dicat, hic dicitur actor, quod scitu dignu est,quia regulariter actor iudicatur,qui prius litem mouit.l.in tribus.ff.de iud.etiam si quis petat, ꝙ aduersario silē tium imponatur.Bar.in l.libertus.ff.de in ius voc.de quo Deci.in consi.487.nu.x.& 686.nu.23.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Parentes in vita possunt bona diuidere inter filios.*
3 *Dominium & non possessio continuatur in suis hæredibus, & filii viuis parentibus impugnare possunt licentiam datam ad maioratum.*
4 *Publicato dominio,non publicatur possessio.*
5 *Petitio hæreditatis non datur nisi pro bonis,quæ testator mortis tempore possidebat,& quare non detur contra titulo possidentem.*
6 *Filia in possessione feudi mitti non debet, quando agnati reperiuntur in possessione.*
7 *Possessionem eccelesiæ accipiens,non censetur apprehendere illarum rerū quæ ab alio possidebantur.*
8 *Lex vltima.C.de edi.diui Adri.non competit nisi pro rebus, quę testator mortis tempore possidebat.*
9 *Successor non potest attestari de animo prædecessoris circa possessionē.*
10 *Interdictum adipiscendæ. non competit nisi pro rebus,quæ testator mortis tempore possidebat.*
11 *Possessionem si quis a se abdicet,quamuis alter non accipiat, illam amittit,secus in domino.*
12 *Renuntians non potest ad beneficium redire, quamuis renunciatio non habet effectum.*
13 *Renuntians filio tertium,& quintum sibi a patre datum,abdicat se possessione,quamuis filio non acquiratur.*
14 *Pater si constituat se possidere post mortem bona,quæ donat filio.constitutum non habet effectum.*
15 *Ciuilis possessio sola,impedit remedium l. vlt. C.de edicto diui Adri.*
16 *Hæres si ante apprehensam possessionem bonorum hæreditariorum constituat se aliquo possidere, non valet.*
17 *Filius si accipiat possessionem bonorum parentis,nihil possidet.*
18 *Testator non potest dare licentiam legatario, vt possessionem accipiat, nisi de re,quam ipse tempore mortis possidebat.*
19 *Dominus feudi non potest inuestire de feudo, quando alius reperitur in possessione.*
20 *Filii quandiu pater viuit,ius non habent in bonis parentum.*
21 *Agitur de intellectu.l.j.ti.14.li.3.ordina.*
22 *Possessio non continuatur in hæredem, nec ex Gallię consuetudine quando est ab alio apprehensa.& est ratio decidendi ad.l.40.Taur.*
23 *Possessio concessa filiis per testatorem in fraudem filiorum, non impedit,quin alii fili petant possessionem.*
24 *Præsumptio est pro eo,qui allegat quod testator possidebat tempore mortis res,quas viuus possidebat.*
25 *Lex vltim.C.de edi.diui Adria.an competat filio succedenti ab intestato*

An filii possint agere ad possessionem bonorum, quæ pater antemortē concesserat filiis,& illorum tradiderat possessionem.

QVEASTIO XVII.

IN hac quæstione decima septima quæro de quæstione circa melioration nem tertii,& quinti,quæ licet apud me nullam vnquam dubitationem habuit,ꝙa aliqñ contrariū vidi sentētiare,illam examinare volui,vt ꝑfectius, & celerius cadant ab errore ꝺrium existimantes,& sup hoc vltcrius non dubiteſ. Expedit igit̄ inquirere,si forsam patre defuncto,multis bonis relictis filii petant pro indiuiso possessionem bonorum paternorum, an sit illis concedenda possessio in bonis,q̄ pr̄ in vita concesserat filiis, uel iure maioratus,aut melioratiōnis tertii & quinti vinculando talia bōa, aut alio quouis titulo, vel faciēdo cū filiis diuisionē bonorū,q̄ aliqui faciunt in vita, vel dādo talia bona in dotē vel donationē ꝓp nuptias? In qua qōne semp existimaui,ꝙtalis possessio est denegāda,ꝙ omissis multis aliis,ꝓbaī mediis sequentib. Ad ꝙ supponere oportet, ꝙ parētes ī vita pñt diuiuidere ꝓpria bona,& dare filiis,& cuilibet eorū adiudicare partē legitimę,q̄ illis cōpetere ꝑt iuxta illorū facultatē.l.filia §.si pater.ff.fa.her.l.cū quo.§.vl.ff.ad l.fal .notat Bal.in l.illud in ver.3.q̄ro.C.de sacrosan.eccl.& in l.si successione.in versi. qd de legitima.C.de his,q̄ in frau.cre.& alii,quos refert An. Go.in l.17.Tau.nu.xxi. & Peral. in l.cū pr̄.§.a filia.ff.de le.2. n.68.& est ad hoc exp̄ssa lex,q̄ hi nō referūt,ī l.9.ti.xv.par.6. in fi.ad quam legem est aduertendum, quia est ꝙ sententiā Bal.in l.3.C.pro do.vbi dicit,ꝙ si ego diuiderem bona mea filiis,vt diuisio sit perpetua rata,talis diuisio non tenet.ad q̄ dictū plures concordantes refert Dec.in cons.86.n.8. & sq

Source : BIU Cujas

tur Bartho. Soc. in consi. 5. nume. 4. lib. i. Et istum punctum latius omnibus resoluit Tello in l. 23. Taur. numer. xi. cum sequent. & an in tali diuisione requiratur solẽnitas, q̃ est necessaria per leges regias in testamentis, late tradit Burg. de Paz in l. 3. Taurina. parti. i. numero 114. a cuius tamen resolutione in isto puncto cauendum iudico. Quod autem parentes sicut possunt concedere & diuidere bona filiis in vita, dãdo illis legitimã possint etiam facere meliorationes, & donationes, alias non est opus altius explicare, quia id lippis (vt aiunt) & tonsoribus notum est. & probatur in l. xvii. xxv. & xliiii. Taurinis. hoc supposito prædicta conclusio, quod si lii qui forsam non consenserũt in illis melhorationibus, aut in diuisioue bonorum, quæ facta fuit per patrem, non possint agere remedio possessorio, sed sit illis necesse ad petitorium conuolare quando pater non solũ filiis dedit aliquas res titulo legitimæ, vel meliorationis, sed illis possessionem
3 tradidit, patet. Primo, quia licet in suis hæredibus cõtinuetur dominium parentum. l. in suis. ff. de liber. & posthu. cum qua concordan. l. 21. titu. 3. par. 6. quam legem abunde post antiquos exornat Tiraquel. in l si vnquam. in principio. numero 19. cum aliis. C. de reuocand. donationi. vbi plura singularia ad hanc rem reperies. cui adde. Pari. in consuetudin. Parisien. par. i. §. 2. glo. i. num. i. cum aliis. Quia pater & mater & filii reputantur vna, eademq; persona. & ex d. l. in suis. cum materia obiter infero, quod licet filii nullum ius de p̃senti habeant in bonis parentum, vt dicetur infra nume. xx. possunt tamen in vita parentum contradicere licentiam data tam ad faciendum maioratum, cum de illorum prẽiudicio tractetur, maxime si licẽtia sit iam ad exequutionem deducta. facit l. nam ita diuus. ff. de adoptio. cum concordantib. & quæ scribit Pinellus in rubri. C. de bon. matern. part. ij. num.
38. quamuis igitur filii tot priuilegia in bonis parentum habeant, non tamen possessio continuatur in eisdem, si illam non apprehenderint, secundum gloss. in l. miles. in verbo. quasi coniunctim. ff. ex quib. cau. ma. cui similis in l. cum hæredes. in verbo, non pertinet. ff. de acquiren. posse. vbi Bar. & alii illam sequuntur. & est communis opinio, secundum Alex. ibi. & idem tenet Bal. in l. vltima. C. de edi. diui Adria. & in l. i. in fi. C. de app. & Barth. & alii, vbi Iaso. num. 29. in d. l. in suis. ff. de liber. & posthu. contra glo. ibi. & in §. sui. de hæred. quali. & differ. vbi etiam Faber, Angel. Aretin. & alii cõmunem opinionem sequuntur. & est communis opinio, secundum nostrum Roderic. Suarez. in l. 8. titu. *de las herencias.* lib. 3. fori. pagin. mihi. 446. num. xi. refertur ad hoc ab omnibus inter alia plura tex. in d. l. cum hæredes. cum quo concordat. l. prima, titu. 14. par. 6. Gregorius Lopez in glo. in verbo. *el señorio.* extendit dictam legem etiam ad ecclesiam, & fiscum, & alias tradit ampliationes quas (si oportuerit) vide re poteris. Et ad opinionem glo. in d. l. cum miles. refert ẽt alios concordantes Tiraquel. in tracta. le Mors. in præfatione ad tertiam declarationem. numero 6. licet contrarium, & non recte, teneat Deci. in consi. 321. pro resolutione casus. numero primo, & ad hoc facit, quod licet dominium sit
4 ipso iure publicatum, non tamen est publicata possessio, vt notat Bal. in l. fi. C. vnde vi. & in addi. ad Specu. tit. de loca. §. nunc aliqua. quæst. 46. & in consil. 35. quæritur, vtrum patru⁹ lib. 3. & in consi. 356. præmittenda. li. 4. quod reputo ad multa singulare, & ad dictam legem, cum hæredes. vide etiam elegantem decisio. Rotæ. in nouis. q. 4. & incipit, possessor beneficii. & ideo dicit ad propositum Montal. in d. l. 8. ti. 16. lib. 3. for. in glo. in verbo, *no le pueda.* versicu. & nota quod nouus titulus possessionis non dicitur obuenire filio, tamen noua possessio, & non apprehensio est necessaria. Cui adde notabilem Baldi doctrinam in rubric. de controuer. inuestit. inter masculum & fœmi. num. 2. vbi dicit, quod possessio quã habent filii in bonis parentum in substantia possessionis, est noua possessio, sed qa est eiusdem qualitatis cum possione paterna non fingitur noua. refert text. in d. l. cum miles. de quo late agit Tiraquel. in tracta. de primogenitu. quæstio. xl.
5 num. 98. Secundo pro hac opinione facit. l. item videndum. §. vlti. cum l. sequenti. ff. de petitio. hæredi. vbi dicitur, quod petitio hæreditatis non competit nisi pro his rebus, quas defunctus tempore mortis possidebat, & ideo agens petitione hæreditatis, præcise tenetur probare res illas, quas petit fuisse penes defunctum tempore mortis, cum sit causa & fũdamentum suæ intentionis, secundum Barto. in d. l. vlti. prope finem. C. de edict. diui Adria. toll. vbi Decius. numero 40. ad quod alios concordantes refert Tiraquel. in d. tractatu. le Mors. part. 4. declaratio. prima. nume. i. & ideo, qui hoc non potuerit probare, debet intentare rei vendicationem, petendo dominium, & hæc est certa ratio, quare petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, quia ille qui agit petitione hr̃ditatis, fundatur solum in suo titulo, & in possessione defuncti. sed ille qui possidet titulo, fundatur in suo titulo, & in possessione, quam ipsemet habet, & ideo est prę ferendus. l. siue autem. §. si duobus. versicu. quid si aduersus. ff. de publicia. l. si ea res. §. vltim. ff. de action. empti. l. prima, §. si colonus. ff. de Saluia. interdi. Notant Iacob. Butrig. vbi Alberic. & Bald num. primo in l. penul. C. in quib. caus. cesset longi tempo. præs. & alii, quos referunt Anton. Gomez in d. l.
45. Taurina numero 158. cui adde Iaso. in d. §. actiones. num.
6 218. de actioni. Et eleganter est practi. Episcop. Couarruu. in practi. quæstio. q. 12. vbi late tractat hanc materiam. tertio facit, quod dicunt feudistę omnes in capitu. ii. quod incipit, in rer filia. si de feu. fuerit controuer. inter dom. & agna. vbi tenet, quod quamuis per illum text. cum est contentio inter filiam defuncti. feudatarii super feudo, quæ litigat cum agnatis super feudi possessionem, filia in possessione mitti debeat. de quo notanter inter alios agit sæpe Parisius, præcipue in consil. 23. nume. 89. cum aliis. libro primo id procedit, vbicunque nullus agnatus reperitur in possessione feudi & rerum, tempore mortis patris, quia si agnati tunc temporis inueniantur in possessione rerum, in illa possessione tueri debent. notat Ludouic. Gozadi. in consil. 50. prima facie. numero 26. de quo per eundem Gozadin. in cons. 71. in hac causa possessoria. & in consi. xii. in causa ex ciuitate Florentiæ. numero 9. Deci. in consil. 588. numer. x. & in consil. 467. num. 10. ad quod alios refert Tiraq. in dicto tracta. 4. par. de claratio. 5. numero 17. & hoc dictum etiam coadiuuatur
7 ex doctrina Antonii in c. vltim. de cau. possess. & proprietat. vbi dicit, quod licet ingressus possessionem ecclesię intelligatur acquisiuisse possessionem omnium rerum ibi existentiũ non tamen acquirit possessionem illarum rerum, quæ ab alio tunc temporis occupatæ reperiuntur. quod refert, & cõfirmat Thomas Grammati. decisio. 71. in causa nobilis. numero 14. & doctrina Decii & aliorum notanda est ad filiã, quæ prætendit possessionem rerum maioratus, & ex aduerso illi opponitur, quod maioratus nõ potest ad fœminam
8 peruenire, præcipue si sit filia vltimi possessoris. & adde ẽt Iaso. in consi. 62. lib. 4. Quarto, hęc opinio principalis vrgentissimo fundamento ostenditur. nam licet remedium. d. l. vltim. C. de edic. diui Adri. sit omnibus vberius, & pinguius, ac maxime fauorabile, non tamen competit pro bonis, quę a testatore tempore illius mortis non possidebant. de quo articulo Doctor. ibi late tractant, præcipue Deci. nume. 16. & facit. d. l. ii. titu. 14. part. 6. quę concordat cum d. l. vltima. ibi, *deuelo meter en posseſsion y tenencia de la heredad, e de todas las otras cosas, que auia y tenia el testador al tiempo y sazon que fue muerto.* vbi Gregor. Lope. post Alexan. in consi. 36. lib. 6. licet ipse non referat librum, limitat illam legem, nisi per testes probaret̃ q̃ testator possedit tales res, sed quod p̃ tres vel quatuor annos ante mortem testatoris alius tenuit res, nam cum testes deponant de antiquiore possessione testatoris, illa superue
9 niens possessio nõ obstat, ex quo prẽsumitur, quod animo retinuit possessionem. Et ex his dicit Areti. in l. Pomponius. §. vl. ff. de acqui. poss. quod licet olim possessor prẽsumatur hodie possessor, si allegetur, iuxta. l. siue possidetis. cum materia. C. de probatio. id non procedit in successore particulari, vel vniuersali, quia quamuis constet, antecessorem olim possedisse, non tamen creditur successori attestanti de aĩo prędecessoris. l. idem Pomponius. §. vltim. ff. de rei vendic. ubi idem Aretin. alias adducit rationes ad proprię opinionis fundamẽtum. de cuius dicti veritate disputat egregie Alciat. in tractatu de prẽsumptione regul. secunda prẽsumpt.
21. nume. 5.

10 Quinto, interdictum etiam adipiscendę. non competit nisi pro rebus, quas testator possidebat tempore mortis, non ẽt pro illis rebus, in qnorum possessione defunctus non erat tempore mortis, quia pro illis datur rei vendicatio, & non remedium possessorium. d. l. item videndum. §. vlti. ff. de pet. hęredi. cum l. sequenti. & idem tenet Cinus in l. i. C. quorũ bonorum vbi Iacob. Butrig. & Salice. in rubric. C. eod. titu. num. 3. & Bartol. in l. i. Alberic. in l. 2. ff. eod. tit. fexto, hęc opinio confirmatur inconuincibili fundamento, & cui nulla est dabilis responsio. nam aut filii volunt se fundare ad petitionem huius possessionis ex persona propria, aut ex persona parentis. ex propria persona minime se fundare possũt, quia nullam vnquam possessionem habuerunt, vt clare patet. ex persona parentis multo minus, quia iam pater animo & corpore possessionem amisit, & illam a se abdicauit & ideo filii ex patris persona se iuuare non possunt, nec pater iam illam tradere potest. l. licet. C. de acq. pos. l. quemadmodum. ff. cod. titu. l. 12. titu. 30. part. 3. animus etenim est, q̃ pcipue dominatur in causa possessoria, & potiora iura hẽt & iõ licet dominiũ, q̃ ego alteri trado remaneat apud me, si ille cui datum est ob aliquam forte causam acquirere nõ poteſt.

Source : BIU Cujas

poteſt.l.nec vtilem.ff.ex quibus.cauſ.maio.ibi, nec enim intelligitur amiſſum,quod oblatum alteri non eſt.notat Bar. in l.cum quis.§.ſi debitorem.ff. de ſolutionib. & alii, vt per Iaſo.in l.qui Romę.§.duo fratres.numero 124. ff. de verbo. obligation. in poſſeſſione tamẽ aliud eſt, quia ſi quis eam alteri tradat, quamuis illi cui tradita fuit non acquiratur, amittit eam tradens,quia poſſeſſio ſolo animo amittitur.l. 3.§.in amittenda.ff.de acq.poſſ.vbi eliganter Soci.poſt alios illum tex.ad hanc concluſionem notat. Et ideo renuntians
12 beneficio,licet renuntiatio non habeat effectum, non poteſt propria auctoritate ad beneficium reddere, quia poſſeſſionem amiſsit quam habebat, & animo ſolo illam amiſſit. deciſio Rotæ in nouis prima. titulo de rerum permutatio. & deciſio.16.in antiquis. & eſt communis opinio ſecundum Barth.Socin.in conſilio.168.libro primo, notat egregie Ludouic.Gomez in regula de trienna.poſſeſ. quęſt. 24. & ex iſtis & ex quadam deciſio. Rotæ in antiquis.67. & aliis tenet idem Gomez.in regula de anna.poſſeſſore. quæſt. 57.quod annalis poſſeſſor renuntians alteri beneficium,qui poſt renuntiationem in eiuſdem poſſeſſione remanſit,non iuuatur ex illa regula de annali poſſeſſore. Et ex iſtis ego
13 alias in facto dicebam, quod cum quidam pater feciſſet filio meliorationem tertii,& quinti,qui filius poſt acceptationem factam illius meliorationis proprio ſuo filio, & nepoti illius,qui fecit meliorationem renũtiauit tertium & quintum, quæ renũciatio non,habuit effectum,nec valuit reſpõdi,qnod licet filio in cuius fauorem facta fuit renuntiatio minime acquiſita fuit poſſeſſio. patet tamen licet ceſſante cauſa renuntiationis, proprietatem non amiſit, ſecundum Bald.in conſi.437.quædam puella.lib.primo argumen.l.his honoribus.§.auctis.ff.de vacatio. munerum. & notat Deci. in bono caſu,in conſi.86.viſo puncto.& aliis, vt per Tiraq. in tracta.de ceſſante cauſ.par.prima,numero 224.poſſeſſionem tamen pater per illam renuntiationem amiſit,& ideo in iudicio poſſeſſorio obtinere non potuit.Ad quorum cõfirmationem facit, quod notat Tiraquel. libro primo de retract.§.26.glo.ii.numero 13. Et his finitimum eſt, quod no-
14 tat Ange.in l.quamuis.§.ſi conductor.ff.de acquirend. poſſ. vbi dicit, quod conſtitutum collatum poſt mortem conſtituentis,eſt nullius effectus,non alia quidem ratione,niſi qa confertur in tempore,in quo defunctus nullam iam poſſeſſionem habet.& idem tenet Alexand.ibi. & idem Alexan. in conſilio 82.libro ſecundo Deci.late in conſi.in cauſa poſſeſſoria.& aliæ quæ abunde refert Tiraquel.in tracta.de conſtitu.par.3.limitatio.ſecunda,per totam.ex quo ego in practica dixi,& obtinui,quod cum qdam feciſſet filio ſuo meliorationem tertii & quinti, conſtituto appoſito poſt mortem conſtituentis,quod tale conſtitutum non fecit donationem irreuocabilem,nec in eo habet locum.l.17.Tauri.quã ad poſſeſſionem,quæ transfertur per cõſtitutum omnes Doctores ibi extendunt. Septimo facit, quia cum filii aſſignationes,& meliorationes poſſideant inſolidum,duo poſſidere nõ poſſunt, quod eſſet ſi alteris filiis daretur poſſeſſio bonorum,quæ alii poſſident ante mortem parentis. Octauo,
15 ciuilis poſſeſſio ſola,quæ apud alium eſt, impedit beneficiũ diui Adria.de quo in dicta l.vltim.& alii,vt per Petrum Rebuffum in tomo tertio,ad conſtitutiones regias.in tracta.de materia poſſ.numero 18.Nono, huc ſpectat ſententia Guido. Papæ.in comentariis ſtatuti Delphinalis, incipi. ſiquis per literas.in verbo,poſſeſſio.in verſiculo. quod intelligo ſi dominus.vbi dicit,quod ſi hæres adita hæreditate anteaquã realiter apprehendat poſſeſſionem rerum hæreditariarum, ſe conſtituerit poſſidere nomine alterius,cui forte eas vendidit, vel donauit, non transfert poſſeſſionem in emptorẽ vel donatarium.Decimo, ad hanc ſententiam facit alia rõ,
17 quia ſi filjus accipiat poſſeſſionem bonorum parentis,nullius partis poſſeſſionem acquiret, qa ſua legitima eſt in certa ratione loci,quia pro indiuiſo.l.Męuius.§.duobus.ff.de legat.ſecundo & ratione quotæ, quia neſcitur quanta debeatur propter incertitudinem æris alieni, cum legitima debeatur deducto ære alieno.l. Papinianus. §. quarta autem.ff.de inoffi.teſtamen.& ita notat Alexand.in conſi. penul. incip. narratis.lib.quarto Aretinus in conſilio. 156. & alii, vt per Ludoui.Gozadin.in conſil.55.quæritur cum facta. cui iunge Pariſien.par.prima,conſuetud.Pariſien.§.18.gloſſ.quarta numero 12.Vndecimo, huius claſſis eſt celebratiſſima ſententia Guido.Papæ,in deciſio.609.quæ incipit, etiam in diſcurſu.vbi dicit,quod licet teſtator poſſit dare licentiam legatario apprehendendi rem legatam propria auctoritate.l.Titia cum teſtamento.§.Lucius Titius.in i.ff.de lega. ſecundo. vbi gloſſ.& Doctor.cum concordantibus.vt per Roman.in ſingula.87.& Doctor.in l.non eſt dubium.C.de legat.Ioan. Faber.in §.vltim.Inſt.de lega.numer.4.Iaſ.in l.iuſte poſſidet. num.21.ff.de acquirend.poſſeſſione. Hæc concluſio procedit,quando teſtator poſſidebat rem legatam tempore mortis,vel teſtamenti,nam ſi tunc temporis non poſſidet rem legatam,nequaquam poteſt coucedere talem facultatem. Et per hanc doctrinam in facto reſpondi, quod cum quidam nobilis feciſſet in filium ſuum maioratuum quorũdam bonorum,& in ipſo maioratu appoſuiſſet conditionem,quod in bonis datis in maioratum poſſet diſponere in quantitate quam ipſe vellet, & ipſo maioratu facto tradidit poſſeſſionem omnium bonorum in maioratu contentorum abſq; aliqua conditione, & tranſactis quinque annis, ille nobilis fecit teſtamentum, in quo reliquit duobus ſuis filiis naturalibus quintum bonorum ſuorum data facultate filiis apprehendendi poſſeſſionem illius quinti propria auctoritate.Viſum igitur fuit mihi,attenta prædicta Guido. doctrin. quod pater non potuit concedere facultatem illis filiis apprehendi poſſeſſionem quinti, cum tempore mortis nullam haberet poſſeſſionem, quia quinque annos ante tempus mortis iam illa filio tradiderat.& iſtam ſententiam Guido.Papæ valde commendat Peralt.in d §.Lucius Titius.numer.4.vbi ad hoc infert, quod ita demum melioratio efficitur irreuocabilis per traditionem ſcripturæ, & per alios modos, qui continentur in l.17.Taurina. quando tempore factæ meliorationis qui illam fecit poſſidebat res, in quibus facta fuit melioratio,alias bene poſſet per eum reuocari, quamuis ex poſt facto poſſeſsio rerum, in quibus melioratio facta fuit, & deſignata,ad eundem meliorantem ſuperueniſset.quę doctrina veriſſima mihi videtur. Et per eandem rationem idẽ poteſt dici in maioratu,qui efficitur irrenocabilis in caſib⁹, qui continentur in l.44.Taurina. Duodecimo pro prædicta ſententia facit doctri. Andre. de Yſernia. poſt Hoſtienſem
19 ibi,in cap.vlt.quo tempor.miles inueſt.vbi dicunt,quod feudatario mortuo ſine hęrede,vbi alius non apprehendiderit poſſeſſionem,poteſt dominus illum inueſtire, ſed illa appõhenſa per tertium agere debet dominus feudi rei vendicatione.ad quam concluſionem alios citat Egid.Boſsi.in practic.
20 crimina.titu.de princip.num.296.Prędictis etiam patrocinatur,quia filii quandiu pater viuit, nullum ius habent in bonis patris,nec illis debetur legitima. l. i. §.ſi impuberi. ff. de collatio.bono.l.poſt emancipationem.§.3.vbi Bar. ff.de lib. agnoſcen. Alex.& Iaſ.in l.is poteſt,ff.de acq hęre.Pau.& omnes in auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccleſ.& alii vt per Pariſien.in conſue.Pari.ti.de materia.feud.§.8.glo.3.num.4. de quo vide,quę notabiliter ſcribit Tiraq.in tra. de primog. q.40.num.96.cum ſequentib.& iterum nume.221.cum duobus ſequentibus.Si igitur filiis in vita parentum non debeẽt legitima,nullam faciunt illis iniuriam, ſi vni vel aliquibus filiis ſoluit legitimam ante mortem, vel faciunt aliquas donationes.Ex quibus tandem apparet veritas noſtrę ſentẽtię. tota difficultas conſiſtit in reſponſione text. in l. tertia, titul.13.*de la reſtitucion de los deſpoiados.*libro quarto.ordinam. nou.quę communiter vocatur lex Sorię, quę lex pluribus errandi occaſionem dedit, quia eam(prout expedit)non intelligunt.quę d.l.vt ex ea patet, ſolum diſponit, quod ſi aliquis obierit relictis filiis legitimis, vel aliis deſcendentibus, nullus audeat occupare poſſeſsionem bonorũ, quę defunctis reliquit ſub aliquo colore,ſine authoritate iudiciali, q⁹ ſi contra factum fuerit,imponitur per illam legem pœna occupãti.Hęc igjtur lex nequaquam noſtrę opinioni obeſt, quia loquitur in caſu diuerſo,a quo communiter intelligit. nam loquitur in caſu,in quo res defuncti erat vacans, & in nullius poteſtate,& aliquis illam occupauit,vt patet ex illo tex. ibi.*por dezir que hallan vaca la poßeſſion.* & non loquitur in caſu,in quo quis habet poſſeſsionem per patrem conceſsã, & quę tempore mortis patris non eſt vacans, ſed in filiorũ poteſtate. & illa lex facta fuit in odium inuaſorum alienarum poſſeſsionum.ſicut l.cum quęrebatur.C.vnde vi.& l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad l.Iul.de vi public.& alię ſimiles,prę-cipue.l.x.titu.xvii.par.7.de qua ibi eleganter agit Grego.Lopez.Item ſi dicta lex recte inſpiciatur, nihil ſanxit de reſtitutione poſſeſsionis, ſed de proprietatis reſtitutione, vt patet in illis verbis, *Que tornen y reſtituyan los bienes que anſi entraren con entros tales y tan buenos.*hoc tamen firmum non eſt, quia dicta.l.eſt ſituata in titu.*de los deſpoiados.* & videtur intelligenda in reſtitutione poſſeſsoris,& non proprietatis. Minus ẽt obſtat,l.8.ti.*de las herencias.*libro.tertio for.quia prętерquam quod illa lex ſeruanda non eſt niſi probato quod eſt in vſu, vt conſtat ex.l.prima,Taurina.eſt conſiderandum,quod.d.l. loquitur,vbicunque tempore mortis nullus habebat poſſeſsionem,vt patet ex illis verbis *Si ala ora que muriere el padre o la madre o qualquier dellos algano delos hiios no fuere en la tierra, y el otro hiio que aÿ fuere tomare,y ſe apoderare.*Põderat ergo illud verbum (*tomare*) quod reſpicit apprehenſionem bonorum

Source : BIU Cujas

post tempus mortis defuncti. si igitur ante mortem defuncti filius ex patris licentia acquisierat possessionem, nec illam de nouo apprehenderit post mortem defuncti, nihil disponit dicta lex. Tandem pro hac sententia facit textus in l. possessio. ff. de vsucapione vbi ait iurisconsultus, sed possessio testatoris ita demum hæredi procedit, si medio tẽpore a nullo possessa sit. l. Pomponius. § quæsitum. ff. de acquiren. posse. hinc dicit glo. expressa in d. l. cum miles in verbo. quasi coniunctim. quod licet possessio defuncti cõtinuetur in hæredem quo ad vsucapionem complenda. l. nunquã §. vacuam. ff. de vsucapio. cum concordan. id procedit, nisi medio tempore ab alio apprehensa sit. quam opinionem sequitur, & comprobat late Ias. in d. §. quæsitum. nume. 3. post Alexand. ibi. & Cuman late Alexand. in consil. 83. visa facti narratione. lib. i. & in l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. poss. & alii, vt per Anto. Rub. in consi. 121. dominus Ioannes. numero 3. & Tiraquel. in tracta. de constitu. par. iii. limita. i. nu. 7. latius in tract. le Mort saisit. par. quinta declara. 3. numero primo cum aliis. Parisien. in consi. i. lib. i. & Petr. Rebuf. in d. tomo. 3. ad consti. regi. tracta. de materia possess. ar. 9. glo. vnica. num. 14. vbi dicit, quod licet dicta generalis Galliæ consuetudo mortuum faciat possessorem viuum, etiã si possessio post defuncti mortem ab alio occupata sit, id procedit in bonis, quæ defunctus reliquit tempore mortis, non de aliis, quæ tempore mortis de cuius successione tractatur ab aliis possessa sunt. Cui adde Nico. Boc. in deci. 172. nume. 14. licet contra communem in terminis illius statuti teneat Ioannem. Eaber. in §. i. de hære. quali. & diffe. & Parisien. in additio. ad Alexan. in consi. cliij. num. 4. in additio. quæ incipit, alium. lib. 6 vbi dicit, quod ita obseruatur. & idem tenet in 2 silio 82. lib. 2. & in consuetudinib. Parisiens §. 132. quam lecturam nos non habemus. & dicta doctrina Rebuf. multũ facit pro nostra opinione. Vltimo, pro hac sententia induco l. 45. Tau. vbi specialiter statuitur in bonis maioratus, quod possessio trãseat in successorem maioratus etiam si ab alio quoppiam ante defuncti mortem apprehensa sit. ex quo patet, quod in contrarium est ius commune, igitur vera videtur prædicta conclusio ex superioribus, quam tam late examinaui, quia quotidie super hoc in practica litigatur, & communiter hæc materia est male intellecta propter d. l. i. titu. *de la restitucion de los despoiados.* hæc tamen determinatio limi-
23 tatur, nisi pater vel mater fecerint huiusmodi meliorationes, & traditiones possessionum in fraudem aliorum filiorum, idque ex aliquibus coniecturis constiterit, nam huic fraudi non est dandus locus. l. qui sub imagine. vbi Bald. & alii. C. de distractio. pigno. l. sicut. §. si superuacuum. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solui. & notat Bart. in l. post contractum. ff. de donatio. & Alexan. in consi. 57. lib. 5. & per alios, quos refert Tiraquel. in d. tracta. de const. par. 3. limita. 9. num. 21. & vide eundem in limita. 25. Non tamen in dubio fraus est præsumenda, maxime si omnes sint filii illius, de cuius successione tractatur, ad quos præsumitur habere æqualem affectionem, præcipue si omnes sint liberi eiusdem matris. Sed in hac materia notandum est, quod est præsumptio pro allegãte, quod defunctus tempore mortis possidebat res, quas viuus possidebat, vt constat ex notatis per Alciat. regu. i. præsump. num. xxi. quia olim possessor, hodie præsumitur esse possessor. l. siue possidetis. cum materia. C. de probatio. Præterea anteaquam hinc abeam, notandum est, quod licet Bal. in d. l. vlti. C. de edi. diui Adrian. quem sequitur Roderic. Sua. in d. l. 8. for. num. 34. versic. secundo quæro. teneat, quod filio succedenti ab intestato competat remedium. d. l. vltime. in hoc communis opinio est in contrariũ, vt concludunt Alexan. & alii in d. l. vlt. quia. d. lex. loquitur condito testamẽ, & non alias est locus d. l. vlti. & idem tenet Calde. in consi. 36. titu. de testamen. & Gregor. Lop. in d. l. ii. ti. 14. in glo. i. in medio. & est communis opinio, secundum Lodouic. Gozadi. in consil. 50. num. 25. & idem tenet Bald. quem alii non referunt, in rubrica de controuersia inter mascul. & fœmin. numero primo. vbi ex hoc dicit, q̃ ad adipiscendam possessionem rei feudalis non competit remedium. d. l. vlti. & hoc est tenendum, quamuis aliqui practici contrarium probare velint ex dicta. l. prima titu. 14. *de los despoiados.* quæ loquitur in casu diuerso, & quando testamentum non adest. & etiam iniuste ad contrarium refertur Bald. in d. l. vltima. quia hoc non dicit.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Conditionem sufficit adimplere ex æquipollentibus.*
3 *Casus omissus, non habetur pro omisso, quando est similis expresso.*
4 *Interdictum retinendę, & alia similia interdicta cedi possunt.*
5 *Ciuilis possessio, quam quis habet ex clausula constituti, vel ex statuto continuante possessionem, cedi potest.*
6 *Renuntians primogenituram, debet renuntiare in fauorem sequentis in gradu.*
7 *Primogenitura an renuntiari possit.*
8 *Minor an restituí possit contra renuntiationem primogenituræ.*
Renuntiatione facta per primogenitum alteri sequenti vocato, an in illũ transeat possessio ex l. 45. Tau.

QVEASTIO XVIII.

DEcimo octauo quæro, an si possessor bonorum maioratus renuntiat primogenituræ vel statuto in fauorem secundogeniti, an hoc casu transeat etiã possessio virtute prædictæ legis in illum, in quẽ facta est re-
1 nuntiatio? Et quidem quamuis d. l. 45. sit exorbitans a iure communi, & contra regulas iuris, considerando (vt supra toties dictum est) quod dicta. l. fuit facta pro conseruatione & fauore maioratuum, quo fundamento attento, militat eadem ratio in hoc casu, quæ adest quando per mortem primogenitus, aut secundo genitus vel tertiogenitus succedit in defectum aliorum, videtur quod stante eadem ratione, idem ius seruari debet. Quia ratio legis decidit omnes casus non per extensionem, sed sicut genus comprehẽdit species l. nominis, & rei §. verbum ex legibus. ff. de verbor. significa. l. i. vbi Cin. ff. vti possi. tradit latius Tiraquel. in vberrimo tracta. de cessante causa, par. prima, numero 136. & facit p̃ hac sententia tex. expressus in l. si mater. C. de institu. & substitu. vbi filius institutus sub conditione, si emancipatus fuerit, si
2 morte vel alio modo emancipatus fuerit, est conditio impleta. cum qua concordat. l. v. titu. 4. parte. v. & casus omissus non habetur pro omisso, quando est similis expresso. l. si extraneus. ff. de condictio. ob cau. l. vltim. §. vlti. ff. mandat. l. si quis mihi. §. sed si mandauit. & ibi Bald. & recentiores. ff. de acquirend. hæredita. gloss. in l. si cum dotem. in principio. in verbo, mulieri. ff. soluto matrimonio, & facit ad hoc propositum. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bon. posse. contra tabu. & pro hac sententia faciunt plura, quæ scribit Tiraquel. in tracta. de primogenitu. quæstio. 3. nume. 6. cum sequentibus. & est bonus text. in l. prima. §. assignare. ff de assigna. libert. & in capitulo primo, titu. an filii, vel agna. & notat idem Tiraquel. quæstio. xl. numero 186. & istam opinionem in bonis maioratus, late probat Peralt. in l. iii. §. qui fideicommissam
4 numero 81. ff. de hęredib. institu. Et primogenitus potest cedere in vita in fauorem secundigeniti hoc ius possessionis quod habet virtute prędictę legis, quia interdictum retinendę cedi potest secundum Alberic. in l. i. versicu. vltimo quęro. C. vti possid. Ioan. Faber. in §. retinendę. num. 9. Institu. de interdict. glo. in l. 2. §. item verba. versic. experiaris. ff. ne quid in loco public. Paul. & alii in l. i. §. vltim. ff. de noui operis nũtiatione, & interdictum recuperandę cedi potest, vt probat in l. quod si in diem. §. Iulianus. vbi gloss. Bald. & Ange. ff. de peti. hęredita & alii, vt per Ripam in capitu. sępe. in versicu quęro. dubitatur. de restitutio. spoliator. & remedium. l. vlti. C. de edi. diui Adria. tollend. & quodlibet possessorium cedi potest, secundum Bal. in consi. 186. lib. i. de qua materia plura scribit Tiraquel. lib. i. de retractu. §. 26. glo. 3. numero 17. cum aliis. vbi numero 31. refert Alouisi. inter consilia Baldi
5 436. quidam creditor libro tertio vbi dicit, quod ciuilis possessio, quam quis habet ex clausula constituti, siue ex statuto continuante possessionem in hęredem etiam in alium
6 transferri potest. Procedit tamen hęc conclusio, dummodo renuntiatio facta fuerit in illum, in quem ex lege, vel cõstitutione maioratus ius competit, non alias, quod clarissimum est. & probatur ex sententia Bald. in consil. 389. consuetudo. versicu. xvi. libro primo & Cardin. Alexand. in capitulo, primo colum. vltim. titu. de feud. Marchiæ. & cum ille cui ius succedendi competit excluso, aut renuntiante alio, qui primus erat, proprietate bonorum priuari non potest per quodcunque factum ab anteccssore actum, vt supra toties probatum est. ita neque illum a possessione, excludere potest, vt expresse probatur in d. l. 45. in illis verbis, *o el muerto*
7 *o el dicho tenedor la aya dado la possession dellas.* Sed an ius primogenituræ renuntiari possit? constat ex prędictis Doctoribus, & ex his, quę scribit Tiraquel. in dicto tractat. quęstio. xxvj. & in quęstione 40. numero clxxxvij. Parisien. & in consuet. Parisien. par. i. §. 8. gloss. tertia numero 28. quorum dicta caute intelligenda sunt, quia vt in aliis locis testatus sum, pręcipue in princip. huius operis. Primogenita exterorum ĩ multis a nostris differũt. & solida & vera est conclusio, quod primogenitus potest renuntiare iuri primogenituræ, dummõ renuntiationem faciat in filium vel alium, q̃ vocatus est ex

disposi

diſpoſitione,ſiue teſtamentaria,vel ex contractu, aut beneficio prīcipis ad quod etiam vltra alia plura facit l.poſt mortem.C.de fideicommiſſ.l cum pater.§.à filia ff.de leg.2.l.vxorem.§. ſocium. ff. de lega. 3. Et ad horum intellectum vide Tello in l.27.Taurina.numero 9.& conducit.l.j.C.de pactis. & renunciatio ſeu addicatio feudi antiqui facta per vaſallū, non nocet agnatis,quin mortuo refutante, & ius deſcendētibus debeant admitti. c. j. §.hoc quoque.de ſucceſſio.feu.& ibi Bal.& Alber in c.j.§.fi.concluſio.37. quæ fuit pri. cau.benef.amitt.& alii,vt per Pariſien.in conſuetud.Pariſien.par.j.
8 §.30.numero 110. Et eſt notandum, q̄ minor reſtitui non poteſt aduerſus renunciationem fideicommiſſi, vt probat ſingularis text.in l.de fideicommiſſo.C.de tranſact. vbi latè Doctores,quod procedit non ſolum in renunciatione reciproca,de qua loquitur text.in di.l.de fideicommiſſo.ſed etiā in renunciatione ſimplici,ſecundum Sali. in d.l.j. C.de pact. numero 3.& Alexan.ibi.num.3. Anto. Gom.in l.22.Tauri. nume.xv.quod procedit vbicunque ius fideicommiſſi & bona maioratus,non ſunt iam delata,ſi autem bona delata eſſent,minor ſine dubio reſtitui poteſt aduerſus talem renunciationem,argum.l.j. C. ſi aduerſus donatio. per quam etiā dicit Purpura. in d.l.i. C. de pact.num. 14.quod forte minor pacto gratuito renunciando fideicommiſſo pendenti,ex futuro euentu habet reſtitutionem.& in terminis,q̄ ſi minor renunciauerit iuri primogenituræ, poteſt petere reſtitutionem in integrum,tenet Martin.Lauden.in tracta. de primo genitura.col.6.quæro an primogenitus.& eſt verſimum ſecundum Tiraqu. in d.quæſt.26.num.6. Et ego indubitatum exiſtimo pro qua ſententia facit doctrina Bart.in l.1.4.quæſ. principa.ff.de vulga.num.19.notat Grego.Lop.in l.2.titu.v. par.6.dicitur autem ius delatum,vbicunque anteceſſor mortuus fuit, vel aliter fuit effectus incapax, inhabilis, aut indignus,cū ſtatim procedat.d.l.45.quæ ipſo iure ſequentē poſſeſſorem facit,immo etiam minor habebit rexitutionem ēt ſi renunciauerit extra hos caſus:cum ius primogenitur̄ cō petat ſucceſſoribus ex prima fundatione, vt plene ſcribo in prin.2.partis,num.47.cum aliis.& ex his infertur declaratio ad pragm.Madri.ſtatuentem,quod ſi duo maioratus vniantur per matrimonium valoris in illa.l.deſignati,primogenitus,eligat quē voluerit:nam ſi filius maior eligat, & ſit minor, habebit reſtitutionem aduerſus talem electionem, & pro perfectiori intellectu huius quæſtionis ſciendum eſt, q̄ ſi quis renūciat maioratui in aliqnem, qui poſtea deceſſit ſine liberis,non excluditur à ſucceſſione maioratus.quod p̄batur in cap.j tit de eo,qui fin. fecit agna de quo per Doctores ibi.& Bal.in l.i.q.50.ff.de rerum diui ſio.Tira. lib. i. de retracta.§.i glo.9 num.44.& pro concluſione hac faciunt alia plura,quę ſcribo in 4.parte huius operis.quæſt.19.in ver.horum vicina eſt glo.num.12.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæſtionis.*
2 *Dominium propter delictum,licet ipſo iure tranſeat in fiſcum, non tamē poſſeßio.*
3 *Dominium rerum dotalium, tranſit ipſo iure in mulierem non etiam poſſeſſio.*
4 *Camera fiſcalis qualiter defendere poſſit poſſeſſione bonorum.*
Succeſſor in maioratu poteſt vti remedio.l.45.Tau.contra camerā vt regalem,quæ bona maioratus propter delictum occupauerat.

QVAESTIO. XIX.

DEcimonono quæri poteſt. Si forsā alicuius poſſeſſoris maioratus bona fuerunt per regem pro delicto confiſcata, & alius
1 ſucceſſor in bonis maioratus prętendat, non potuiſſe cadere in cōfiſcationem,an talis ſucceſſor ſequens in gradu poſſit agere contra cameram regalem beneficio dictæ.l.45? Et videtur id iure fieri poſſe ex ſcriptis per Ripam.lib.i. reſpon. 1.de legib.& Pariſien.par.i.conſuetud.Pariſien.§.1. num.43. & pro hoc facit, quia cum in ſequentem in gradu tranſeat poſſeſſio ex vi.d.l 45. ipſo iure ab ea fiſcus ſpoliare illum nō poteſt donec conſtiterit de iure fiſci.c. licet Epiſcop. de præben.in 6 cap.cum noſtris.vbi bona glo.in verbo,de facto.de conceſſio.pręben.l vlti.C.ſi per vim vel alio modo. in quib. iuribus probatur, q̄ habens poſſeſſionem de facto,etiam ſine titulo,ea ſpoliari non debet.& ad hanc ſententiam facit tex.in l.1.C.de bon vacan.ibi,eadem reuocare non dubites. & recte conducunt,quæ ſcribit Guiellel.Benedi.in cap.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine ad Aleſiam. num. 941. de teſtamen.Et circa hanc quæſtionem etiam notādum eſt,
2 q̄ licet vbicunque fit bonorum publicatio dominium ipſo iure tranſeat in fiſcum, poſſeſſio tamen nōn transfert abſq; apprehenſione, ſecundum Alexan.in l.ſi mora.ff.ſolu.mat. & Egidi.Boſſium in pract.crimi.titu.de bono. publica.num. 26.cui adde Tiraq.in l ſi vnquam. in verbo, reuertatur.nu. 388.C.de reuocan donat. Præterea quamuis dominium in aliquibus caſibus ipſo iure publicetur nō tamē publicatur poſſeſſio ipſo facto,ſecūdum Bal in l.vlt.C.vnde vi.& alios, quos retuli in quæſ xvii.ſupra eodem,poſt prin.in ver.& ad hoc facit.num.4.& conducunt,quæ ſcribo in quæſt. 7.ſupra hac tertia parte,in verſi.ſed oportunè etiam num.5 & quod ſcribit Bal Nouellus in tracta da dote,par.8.priuilegio.6.nu. 17.vbi dicit, q̄ licet ſoluto matrimonio dominium ipſo iure transferatur in vxorem rerum dotalium, non tamē poſſeſſio transfertur.citat glo.in l.cum duobus.§. idem reſpondit.ff.pro ſocio.& alia fundamenta. ſed hoc dictum non eſt ſine difficultate ,ppter. tex.ī l.ſi quis poſt hac.ibi,manu iniecta vendicet,& propter verba ſequentia.C.de bonis proſcri. quæ lex etiam prodeſt & determinat aliam quæſtionem, in qua valde ibi laborat Nouellus,nume. 18. & 19. An ſi mulier ſoluto matrimonio occupat bona dotalia propria auctoritate,incidat in pœnam l.ſi quis in tantam.C. vnd vi.& l.extat.ff.quod met.ca.& de hac quæſtione vide alia quæ ſcribo in 4 par.infra eodem.quæſ.23.in verſi.notandum etiam.
4 num 66.Et ad iſtam quæſtionem lector etiam videat Pariſi. conſi.1.num.172. cum aliis lib.1.vbi tractat, quomodō camera fiſcalis & habentes cauſam. ab eo poſſint defendere poſſeſſionem bonorum, quæ proprer rebellionem à fiſco capta fuerunt, ſi eorum petatur reſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis.*
2 *Præſumitur pro eo,qui eſt in quaſi poſſeſſione priuilegiorum.*
3 *Filius ſi petat alimenta, ſufficit probare quaſi poßeſſionem filiationis.*
4 *Eccleſia quæ eſt diu poßeſſa tanquam vnita, probatur præſumptione vnio.*
Beneficium l.45.Tau.an procedat in reb.quæ ſtant in reputatione bonorum maioratus.

QVAESTIO XX.

VIgeſimo quæro, An beneficium prę dictæ legis 45. locū habeat vqicunque non conſtat realiter & verè, quòd bona in quibus poſſeſsio debet transferri ſunt maioratus, ſed tamen apparet quod ſtant in quaſi poſſeſſione, & reputatione bonorum maioratus? In quo breuiter, veritas mihi videtur, quod etiam in hoc caſu habeat
1 locum d.l.45.quod fundatur ex doctrina Bal.ī l eam quam. num.8.C.de fideicomm.vbi dicit, quòd quando aliqua qualitas requiritur,& agitur de poſſeſſione,& paruo prę iudicio, ſufficit probare poſſeſſionem illius qualitatis,& ſi non probetur verè,quod adeſt illa qualitas,ex quo infert quandam illationem,quæ inibi videri poterit. facit. l. 3.§. ſummatim. ff.de Carbonia.edicto.& l.3.§.parui.& §.ſi quis liber. ff. eod. titu.& conducunt alia plura, quæ ſcribo in quęſtio. xv. ſup. eodem,quaſi per totam.& quæ ſcribit Bal.in l.non ignorat. C.qui accu.non po.& glo.in l.ſi ſolennibus.in verbo,ſi aliis. C.de fide inſtrumento. vbi dicit, quòd prę ſumitur pro eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione priuilegiorum. & hoc eſt tenendum,quamuis regulariter fundans ſe in aliqua qualitate,illam probare ac docere ſpecialiter tenetur.l.i. §.prætor ait.ff. nequid in loco publi.l.denunciaſse.§.quid tamen ff.de adulter.quia hoc intelligi debet,quando de proprietate, non ēt quando tractatur de poſſeſſione. & pro iſta ſententia etiam conducit.bona.l.115.titu. 18. par.3.ibi,*o que enel lugar o fue hecha eſtaua por eſcriuano publico,o era fama entre los hombres de aquel lugar,que lo era e vſaua de aquel meneſter*. Quæ lex facit pro quodam dicto Innocen.in cap.1.de fide inſtrumento.& faciunt ſcripta per Bal.in l.exequutorem.verſi.ſed nunquid oportebit.C. de exequtio.rei iudi. & per Barth Socin. in conſilio
3 153.num.4.lib.2.& ex tex.in l.3.§.ſi neget.ff.de lib.agnos.vbi ſi filius petat alimenta, ſufficit probare quaſi poſſeſſionem filiationis.notat Alexand.in conſi.v.lib.i.Alciat.regu.3.præſumptio.38.nec minus facit.ca. ſi iudex.de ſenten. excomm. in 6.& quod ſcribit idem Alciat. in tract.præſump.regu.2.p̄.
4 ſumptio.4.Et Eccleſia, quę eſt diu.poſſeſsa tanquam vnita, probatur vnio prę ſumptiue,ſecundum Ioannem Andre.in regula,qui contra iura.in mercurialib.de reg.iuris,ln 6.Car. in Clem.1.in prin. quęſt.20. de ſupplenda negligentia prælato.Et alios,quos referunt Felin.in c.cauſam quæ de præſc. Petrus Rebuf.in praxi beneficior.regu.de vnionibus.glo. 9. in fine.& plures citat Tiraquel.in tracta.de prę ſcrip.§.1.glo. 4.& conducunt etiam, quæ de hac quaſi poſſeſſione ſcribit

idem

Source : BIU Cujas

idem Tiraquel. libro primo. de retractatu. §. primo. glo. 16. numero septimo.

SVMMARIVM.

An possessio legis quadragesimę quintæ Taurinæ transeat in fiscum successorem.

QVEASTIO XXI.

VIgesimo primo hic quærl Poterat, an sicut transit possessio in successorem in maioratu, transeat etiam in fiscum, cum ipso iure, aut per sententiam est facta confiscatio bonorum maioratus? Quam quæstionem examinaui in quarta. par. huoperis. q. 23. num. 69. versi. notandum etiam, vbi videri poterit. sed an fiscus petere possit, quod sequestrentur bona maioratus, quando litigat cum aliquo possessore rerum maioratus petendo bona propter delictum prædecessoris, dicendo amissa fuisse, vide quæ scribo in q. 7. supra. eo.

SVMMARIVM.

An interim interdictum petere possit lite pendente successor in maioratu.

QVAESTIO. XXII.

VIgesimo secũdo quæro, Quis litigat cum successore rerum maioratus, super illarum possessione, quas verè detinet, & lite pendente petit se esse in possessione tuendum: an amittatur hæc petitio, & sit in possessione tuendus per viam interim, & prouisionis lite pendente? In qua quæstione licet multa pro vtraque parte tractari poterant veritas est, ꝙ si constat clare, res super quibus est cõtentio, esse bona maioratus aperte, & de hoc non hesitatur: est interim in possessione tuendus successor in maioratu, & non alius qui cum eo litigat, si non fuit negligens in petenda possessione, secundum ea, quæ scripsi in quæst. 6. supra eodem. hæc conclusio probatur. Quia cũ ex prædicta. l. 45. Tauri. vtraque possessio tam ciuilis, quàm naturalis transeat in successorem in maioratu, & consequẽter ius commune resistat cuilibet, qui eam habere prętẽdit: cum ex illa lege hoc verum sit, etiam si aliquis in vita possessoris rẽ occupauerit, vel antecessor alii bona tradiderit. ex hoc sequitur. cum possessori resistat tam fortiter & tam magnis priuilegiis ius commune, non est in possessione tuẽdus. cap. cum personæ. in versi. si vero priuilegium. de priuilegi. in 6. qui ad hanc cõclusionem, & alia plura est notabilis, faciunt quę contra Capycium, in decisio. Neapolita. 187. scribit Episcopus Couarru. in practicis quæstionibus. cap. 17. nu. 6. vbi ponit aliquas distinctiones, quando, & inquib. casibus, quis lite pendente debeat in possessione tueri, vbi ius commune resistit. & facit pragmati. Regis Henrici, quę de solutione tributorum tractat, quæ solui debent lite pendente inter Regium fiscum & priuatum, quæ est hodie l. 11. tit. 11. lib. 2. ordi. noui. De cuius intellectu agit idem Episcop. Cou. resolutio. lib. i. c. 17. numero 10. & 11. Et conducit tex. in ca. ad decimas. de resti. spolia. li 6. & faciunt quę scribit Egi. Bossius in practica criminali, titu. de principe & priuileg. eius. num. 235. & decisio Rot. 2. de restit. Rebuf. in 3. tomo ad cõstitut. tracta. de cau. benefi. possess. art. i. gl. vnicum. nu. 6.

SVMMARIVM.

An lex quadragesima quinta Taurin. limitetur vbicunque successor maioratus conditiones non exequitur.

QVAESTIO XXIII.

VIgesimo tertio quæro, An prædicta l. 45. ꝓcedat vbicunque possessor bonorum maiorat⁹, non paruit conditionibus adiectis ab illo, qui maioratum fecit, vel rem maioratus, vel aliud quicquam fecit, cuius occasione maioratum amisit secundum quod à testatore ordinatum fuit, quo veniente casu sequens gradu per testatorem fuit vocatus? & an sicut dominium bonorum maioratus isto succedente casu transit in successorem in maioratu ipso iure (vt dictum fuit in aliis quęstionibus) transeat etiam possessio? & quidem cum isto casu concurrat etiam ratio & mens illius legis quadragesimæ quintæ, quæ vt toties repetitum est, fuit introducta in fauorem conseruationis bonorũ maioratus, idem ius seruari debet, iuxta iura vulgata. quæ conclusio vera mihi videtur, & menti illius legis satis cõformis. ex quo resoluitur, ꝙ si possessor bonorum maioratus non exequitur conditiones eidem per testatorem iniunctas, petere potest proximus sequens in gradu, cui ius succedendi post illum competit, & intentare nõ solum remedium reiuendicationis ad auocandum dominium, sed etiam auxilium illius legis ad petendam possessionem, quod raro animaduertitur in practicta.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Victus in tenuta rerum maioratus, non potest retinere ex alia causa.*
3 *Tenuta data ex inordinato processu, an possit retineri pro vero, donec soluatur verum debitum.*
4 *Possessorium de quo in l. 45. Taurina. habet admixtam causam proprietatis.*
5 *Secundo loco vocatus occupans bona maioratus, non tenetur, nisi ad restitutionem fructuum.*
6 *Lite pendente vti quis potest possessione rerum maioratus.*
7 *Attentatorum. remedium qualiter in ista materia procedat.*
Ordo habendus in processu, sententia, & exequutione bonorum maioratus.

QVAESTIO. XXIIII.

QVis autem ordo sit adhibẽdus super processu, sententia, & exequutione bonorum maioratus & circa tenutam? cõstat ex quadã pragmatica extraordinaria data Madritii anno 1543. & ex alia data Segouiæ, anno 1565. & ex altera data Madritij eodem anno, mense Februario, quæ loquitur de nullitate appositа contra sententiam datam in tenuta, & contra alias sententias. Quibus adde Episcop. Couarr. in practi. q. c. 23. numero 7. in ver. pari sanè iure. & est notan-
1 dum, ꝙ si alicui detur per iudicem tenuta bonorum maioratus, quam postea iussus est restituere, nullatenus potest retinere res datas in tenutam ex alia quauis vrgẽte causa, quæ ab ipso allegetur, sed possessionem quam illi iudex dedit, restituere tenetur. Ad quod facit doctrina Bal. in l. penul. in fi. C. de pigno. actio. vbi dicit, ꝙ mulier missa in possessionem
2 ventris nomine, non potest interuertere possessionem alio respectu. & dicit idem Bal. in Auth. ei qui iurat. ver. sed tunc quæro. numero 26. C. de bon. Autho. iudi. possid. ꝙ missus in possessionem ex primo decreto comparente debitore, & offerente stare iuri, & satisdare de expẽsis, & facere ea, ob quorum defectum facta est missio, non potest retinere possessiuem prętextu hypothecę conuentionalis, quia non est eo nomine missa, sed missio est limitata, & sic recedere debet à possessione cessante causa missionis. quæ dicta refert, & confirmat in alio proposito Parisien. in consuetudi. Parisiẽ. par. j. glo. 9. §. 1. numero 34. cuius scripta in praxi ad plura sunt notabilia. licet contra hoc dictum faciat alia Bald. doctrina
3 in l. fundus, qui Lucij Titij. ff. de rescind. vend. vbi dicit, quòd si tenuta fuit mihi data, ex ĩordinario processu, & nullo, poterit retineri, donec soluatur verum debitum. quod dicit ꝑpetuo esse notandum Crem. in singula. 92. tenuta fuit mihi data. latius per Decium in consi. 449. num. 22. Thomas Grãma. decisio. 52. magnifica domina Margarita. num. 5. & Deci. in d. consi. refert idem Parisien. vbi hunc articulum latius tractat in 2. par. consuetud. Parisi. §. v. num. 140. vbi à nume. 141. vsque ad nume. 155. isto de puncto plene agit. cui adde Antoni. de Fano, in tract. de pignor. par. v. membro 4. num. 4. vbi post Bar. in l. petenti. ff. de pignora. actio. tractat, an res data alicui uulliter pro debito, possit retineri pro verbo debito. quod est notabile ad appellantes, & dantes querelas cõtra exequutiones factas virtute instrumentorum guarentigiorum, vel sententiarum, quæ ex aliquibus defectibus nullæ sunt. & an lis maioratus super vasallis & castris sit casus curiæ, disputat Grego. Lopez in l. v. in glo. 2. titu. 3. par. 3. vbi videndum.

4 NOTO etiam circa intellectum istius materiæ, ꝙ possessorium, de quo loquitur d. l. 45. Taurina, habet admixtã causam proprietatis. quod patet ex solutione gl. in l. 2. §. quædam. ff. de interdictis. volẽtis, ꝙ remedia possessoria, quæ ad victoriam requirunt probationem tituli seu dominii, hẽnt mixtam causam proprietatis. quam glo. declarat inter alios Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 41. ff. de acqui possessio. Rebuf. in praxi benefi. reg. de non tol. iur. quęsito. glo. 6. num. 6. Cum igitur dicta lex requirat ad hoc, vt possessio bonorum maioratus transeat in sequentem in gradu, ꝙ sit

sit vocatus & verus successor: sequitur ꝙ illud possessoriū habet mixtam causam proprietatis. Et pro hoc est quasi expressa sententia Ioan Fab. in §. sequens. final. verbis. Instit. de interdi. Item addo, ꝙ si quis secundo loco vocatus ad bona maioratus, non debet condemnari, nisi ad restitutionem rei cum fructibus. vt voluit Peral. in l. omnia. §. fundum. num. 8. ff. de lega. secundo.

6 NOTANDVM etiam, ꝙ successor in bonis maioratus, qui lite pēdente super possessione vtitur possessione bonorum maioratus non videtur attentare, nec de nouo aliquid facere, sed statum & possessionem, quæ adest tempore morę litis continuare. Quod semper licet. c. laudabilem vt li. penden. Compos. & Innocen. in c. cum M. de consti. idem Inno. in c. 2. in verbo, inhibentes. de in integ. resti. Ioan. Fab. in l. appellatione. C. de appel. cum concor. vt per Parisien. in
7 2. par. consuetud. Parisien. §. 52. nume. 85 ex quo & aliis, quæ scribo in hac par. quæst. 16. num. 1. cum aliis, quandoque inferebam, ꝙ possessio data alicui successori maioratus ex mandato iudicis data cautione, non debet reuocari per viam attentatorum, cum per legem Taurinam transeat possessio tā ciuilis, quam naturalis in successorem bonorum maioratus. quę nec minui nec periclitari potest. ex eo, quod per medium iudicis, pro quo prę sumitur, data sit. nec quę ad augmentum inducta sunt, debent diminutionem operari, vt plenius in d. quęstio. fundatum fuit. & hoc videtur dicere Rebuf. ad hoc videndus. in tom. 3. ad constit. regi. tit. de materia possess. art. 2. glo. 2. num. 14. vltra quod mirè quadrat sententia Bald. in cons. 330. statuto cauetur quod conductor. versi. 3. quæro. li b. j. ad quod tamen lector legat Tiraq. in tracta. lemors. par. 6. declaratio. 6. nume. 2. cum aliis. Et illud diffinire uidetur in termiuis Parisien. consi. 41. num. 37. lib. i. Et hęc nostra sententia confirmatur per. l. 9. tiru. 7. lib. v. ordin. nou. per quam ordinatur, sententiam patam in regali concilio in tenuta bonorum maioratus, esse exequutioni mandandam, non obstante, ꝙ a tali sententia supplicatio interponatur, & per ordinationem Gallię, quam exponit Rebuf. in tom. j. ad consti. reg. tracta. de supplicatio. art, 3. scimus autem appellationem & supplicationem in pluribus æquipararis, iuxta tex. in l. vlti. §. pen. C. de tempo. appella de quo legat. Rebuf. in d. loco nume. 62. cum aliis. licet in nostro casu diuersissima sit ratio īter appellationem & supplicationem, & regulariter pars non debet, sua possessione appellatione pendente priuari, sed in ea tueri & conseruari. c. cum teneamur. de appella. glo. in c. non solum. de appella. in 6. notatur per Rebuf. in tomo tertio. de constitu. regi. tracta. de appella. arti, 16. numero.

Finis tertiæ partis huius tractatus.

QVARTA PARS TRACTATVS.

SVMMARIVM.

1 *Maioratus bona suapte natura sunt inalienabilia.*
2 *Prohibitio alienationis si in aliquo maioratu deficiat, habetur pro expressa.*
3 *Tacita prohibitio de non alienando bona maioratus, reddit alienationem nullam, ac si expressa fuisset.*
4 *Expressum dicitur, quod tacite inest ex natura verbi.*
5 *Causa prohibendi alienationem in bonis maioratus, non est necessaria.*
6 *In bonis maioratus non licet hæredem instituere successorem ab intestato.*
7 *Bona maioratus, fideicommissa, & bona relicta familiæ distant.*
Et sunt inalienabilia etiam si alienatio sit prohibita per contractum, et commissarius potest grauamen alienationis iniungere cui a testatore committitur, vt eligat filium ad maioratum.
8 *Alienationis appellatione quid comprehendatur.*
9 *Princeps an possint concedere facultates ad alienandum bona maioratus? & traduntur multa de potestate principis.*
Et an de eius potestate liceat disputare.
10 *Quæstionis de qua in numero 9. diffinitio.*
11 *Ius succedendi in maioratibus, non competit a legibus vel consuetudinibus.*
12 *Pater non potest ius primogenituræ diminuere, nec de testari.*
13 *Differunt maioratus Hispanię, & primogenia Galliæ. & confirmatur cōclusio de qua in nu. 9.*
14 *Principes sine causa nō possunt auferre dominia rerum, & an acquisitio rerum & hæreditatum sit de iure genitum.*
15 *Forma inuestituræ mutari non potest in prędiudicium successorum, nec admitti fęmina. in præiudicium masculi.*
16 *Princeps vel respublica quo casu capere possint bona priuatorum.*
17 *Princeps remittere non potest interesse partis.*
18 *Princeps an restituat condemnatum in præiudicium illius, cui bona concessit.*
19 *Princeps facit contra ius naturæ donando bona aliena.*
20 *Amortizazio non præiudicat domino inferiori.*
21 *Princeps an sine causa priuare possit dominio nondum quæsito.*
22 *Princeps an possit diuidere primogenituram inter filios.*
23 *Ius primogenituræ habetur, ac si iam esset delatum.*
24 *Differentia alia inter maioratus Hispanię, & primogenia Galliæ.*
25 *Alienatio facta ex consensu omnium de familia, retractari potest per eos, qui nascuntur de illis, qui alienationem fecerunt.*
26 *Citatio viuentium vbi alienantur bona maioratus, non præiudicat posteā natis.*
27 *Intellectus ad tex. in l. i. §. denunciari ff. de ventre inspiciendo.*
28 *Vocatus ad maioratum potest contradicere alienationem offerendo precium.*
29 *Domini si faciant pacta cum vasallis super impositionib. successorib. non præiudicant.*
30 *Ad alienationem bonorum maioratus sunt citandi omnes, qui habēt ius succedendi.*
31 *Ad petitionem legitimationis debet citari substitutus patri, si sine liberis decesserit.*
32 *Papa non potest legitimationem facere derogando iuri fideicommissi.*
33 *Legitimatio est subreptitia, vbi non fit mentio agnatorum.*
34 *Ius succedendi in bonis maioratus principaliter competit omnibus vocatis.*
35 *Pater præiudicare non potest in emphyteusi accepta pro se, & liberis.*
36 *Damnum illius cui secundario fit detrimentum, an sit expectandum.*
37 *Vocati ad maioratum, omnes sunt donatarii.*
38 *Ius quæsitum dicitur per solam oppositionem in beneficiis patrimonialibus.*
39 *Possessor iuris patronatus, non potest præiudicare successoribus vocatis.*
40 *Principes studeant obseruare nominum voluntates.*
41 *Episcopi ac capitula regni Granatæ, non possunt in prębendis aliquid disponere in præiudicium Regis.*
42 *Exequi an debeat in indiuiduo, quod testator iussit.*
43 *Suarez reprobatur.*
44 *Resolutio quæstionis. de qua in nu. 9.*
45 *Principes nec in totum nec in parte possunt alienare bona regni.*
46 *Regnum electione an sanguine deferatur.*
47 *Primogenitus regis, non succedit in Regno iure hæreditario.*
48 *In maioratib. non succeditur vltimo possessori & an in marchionatu cōpetat successio? & grauamina apposita per vltimum successorem quā tuncunque minima, non præiudicant successoribus.*
49 *Intellectus ad tex. in l. 8. ti. i. par. 2.*
50 *Intellectus ad tex. in l. xii. tit. i. par. 2.*
51 *Reges non possunt facere pacta matrimonialia in prędiudicium successorum.*
52 *Reges non succedunt in Regnis vltimo morientibus.*
53 *Reges nec alienando, nec contrahendo, nec alio quouis modo possunt successoribus prędiudicare.*
54 *Rex qualiter sit dominus Regni.*
55 *Rex non potest regalia alienare etiam ex certa scientia.*
56 *Reges non possunt alienare bona regni, etiam ex consensu populorum.*
57 *Principes etiam in minima quantitate, non possunt alienare bona regni.*
58 *Alienatio bonorum regni difficilius permittitur, quam bonorum maioratus.*
59 *Regibus magis prohibitur alienatio villarum, & Castellorum, quā aliarum rerum.*
60 *Regib. non licet ob remunerationem donare bona regni.*
61 *Regibus non licet facere leges super alienatione bonorum regni.*
62 *Declaratio. ad l. 2. tit. 9. lib. 5. ordina.*
63 *Alter intellectus ad d. l. 8. tit. 1. par. 2.*
64 *Princeps nō potest concedere licentias ad alienandum bona vinculata, etiam si vinculatio sit facta regali auctoritate.*
65 *Regius assensus non valet post ius quæsitum parti.*
66 *Foemina non excluditur propter masculum superuenientem in eodem gradu in casu istius numeri.*

IN quarta parte huius Operis promiscuè agendum erit de rebus quæstionibus ad hanc rem maioratuum pertinētibus, vt ista materia aliquam habeat perfectionem: & ego aliqua ex parte promissa præstem: nam ex integro fragilitas humana facit, vt satisfacere non possim; lector accipiat hoc pusillum munus. Erit igitur in hac parte agēdum de alienatione bonorū maioratus, de pscriptione, & de aliis cōsimilibus quæstionibus, prout lector ordinate videbit.

Bona

Source : BIU Cujas

Tract. Maioratuum Melch. Palaez

Bona maioratus & Regni sunt ialienabilia, & an regia authoritate alienari possint.

QVAESTIO. PRIMA.

ET anteaquã ad alia Deueniamus, p̃ intellectu huius primæ quæstionis, ī qua examinabit, an Prīceps possit concedere licentias ad ailenandum bona maioratus? præmittere oportet q̃ bona
1 maioratus tam suapte natura (quia sunt bona maioratus & vinculo restitutionis subiecta) quã ex dispositionibus testatorum, sunt perpetuo inalienabilia, quod inuiolabiliter in Hispania seruatur. Et de hoc nullus dubitat, & iure probat̃ in l. si quis ita. §. ea lege. C. de cõdi. ob causam. Auth. res quæ. C. communia de lega. Authen. de nup. §. quoniam infirmitas. colla. 3. & in bonis familiæ. in l. peto. §. prædium. & §. fratre. ff. de lega. 2. notat Deci in consilio 86. Soci. iun. in consi. 108. numero x. lib. ii. Rebuf. in tomo. 2. ad constit. regias, tracta. de recis, in præfatio. numero 41. & faciunt scripta per Iaso. in l. filiusfamilias. §. diui. lectura. 2. num. 130. vbi Crot. & Loazes. quæst. 7. ff. de lega. j. quorum dicta latius refert Episc. Couarru. in ca. Raynaldus. in prin. num. v. & vi. de testamen.
2 Ex quibus primo infertur, q̃ si in aliquo maioratu clausula prohibitionis alienationis deficiat, haberi debet pro expressa, tam quia ista clausula est vsitatissima, quam quia hoc ẽ ex natura bonorũ maioratus. l. quod si nolit. §. qu a assidua. ff. de ędi. edi. l. vlti. C. de fideiusso. cap. cum. M. de constitutio. cõcordantib. quæ refero in prima par. huius operis. quæs. 48. numero 17. cum aliis. & quæst. 97. & in 2. par. quæst. 3. nume. 24. quibus addo text. in l. si quis reum. ff. de cust. reorum. vbi si est certa pœna a consuetudine introducta, non licet ab ea recedere, nec est locus arbitrio iudicis. per quẽ ita voluerũt Anto. Imo. Abb. Felin. & Deci. in cap. de causis. de offic. delega. ad quod plura refert Tiraq. vtilissimus scriptor, in tracta. de pœnis temperand. in præfatio. numero 4. cum sequentib. qui nostram cõclusionem multum confirmant. & pro Anto. & aliis est bona lex. v. in fi. tit. 18. par. i. ibi, *Et la pena de tales sacrelegios como dizen esta ley, es en aluedrio del iuez. acatãdo toda uia quales el home, y el otro a quien fue fecho y el lugar dondelo fizo, esegũ esto deue le mandar pechar mas, o menos. Pero si costumbre fuesse en aquella tierra, o en aquel lugar donde ac acciesse tal fecho quanto deue pechar, aquello deue el iuez guardar e mandar que lo peche.* Et pro p̃dicta illatione facit. l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emptio. l. non dubitatur. C. de cuict l. ex empto. in prin. ff. de act. empti. l. post prin. ff. de rerum permuta. l. in vendendo. ff de contrahen. emptio. l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiurã. l. i. & 2. ff. de cuictio l. vlti. ff. de condict. causa data. l. 32. titu. v. par. v ex quibus subinfertur, q̃ tacita prohibitio de non alienando bona maioratus, reddii alienationem ipso iure nullam perinde, ac si expressa fuisset: quia hoc est ex propria natura bonorum maioratus, licet alia sola prohibitio alienandi expressa, reddit alienationem ipso iure nullam, non tacita, secundum glo. in l. cum pater. §. libertis. in glo. i. vbi Bart. & alii. ff. de leg. 2. notãt. Docto. in d. l. filiusfamilias. §. diu præcipuèBar. col. 2. Loazes. versi. item aduertendum est. Ripa, numero 47. & alii, quos refert Tiraq. de legib. connubial. in glo. 7. in verbo, exprez. numero 57. not. Pinel. in l. j. par. 3. nu.
4 64. C. de bon mater. Et pro hac subillatione facit, Quod expressum dicitur, quod tacite inest ex natura verbi illud importantis, secundum Ange. in l. prætor. per tex. & glo. ibi. ff. de noui oper. nuncia. vbi Alex. & Iaſ. eundem Ange. in consil. 17. Comes Brandusius. Et in consi. 331. pro consultatione. in quibus locis dicit Ange. in substitutione breuiloqua omnes substitutiones in ea cõtentas esse expressas. ad quod concordantes refert Tiraq. vbi supra, nume. 1. cum duobus sequentib. & numero 84. & 85. & faciunt, quæ scribo in prī. 2. partis. numero 1. post Episcop. Couarru. resolu. lib. 3. cap. v. & recte quadrat regula. l. non recte. C. de fideiuſ. & l. 3. ff. de lega. 1. cum similibus, q̃ ibi Docto. & doctrina Oldra. in cõsil. 243. factum tale est. vbi vult, q̃ voluntas disponentis intelligitur secundum naturam rei. notat, & confirmat Aymo in tracta. de antiqui. tempo. par. numero 222. Et inquit idem Oldra. consi. 259. in 2. dubio. quod concessio seu facta in patria, in qua solent feuda alienari, præsumitur facta secundũ talem consuetudinem, esto quod de eo nihil dictum sit cõsirmat Parisien. consi. 13. num 30. lib. 1. quæ autem sit prohibitio expressa, & quæ tacira, traditur per Pau. in d. §. diui. Carol, Rui. consi. 131. nu. 8. lib. 2. quæ lector videat.
5 SECVNDO, quòd in bonis maioratus ad hoc, vt prohibitio alienationis sit efficax, non est necessarium, q̃ testator causam in prohibitionis alienatione adiiciat: quia eo ipso quod bona relinquit titulo maioratus, videtur motus pluribus causis, quę in successione maioratuum concurrunt, quarum lquçibet sufficit ad iustam causam prohibendi alienationem, vt constat ex his, quę abundantissime tradunt Docto in d. §. diui. vnde inquit Peral. in l. 3. §. qui fideicommissam. numero 38. ff. de hæred. insti. quod causa alienãdi satis dicitur expressa, quando prohibitio fit contemplatione maioratus. vbi addit, q̃ per prohibitionem alienatio nis factam in constitutione maioratuum, censetur prohibta detractio Trebellianicæ. Et hęc illatio multum refert pro iniellectu singula. l. 44. titu. v, par. v. cuius nostri Hispani non sunt memores. Et pro sententia Peral. & nostra illatione est notabilis. l. cuius ipse non meminit. 9. tit. 11. par. 6. vbi Greg. Lop. in gl. in verb *Eas sus herederos.*

47 consi. 389. num. 5. versi. item ꝓrium. lib. 2. Ex quib. ēt deducitur, grauiter errare eos, qui dicunt primogenitum regis succedere in regno tanq̃ hæredem, non aũt illud consequi iure sanguinis, quæ fuit snĩa Old. in d. consi. 94. Albe. in procœmio Digestorũ, §. discipuli. vers. ex prædictis. & aliorum plurium, quos refert Tiraq. in tract. de primog. qõ. 35. nu. 3. quia istorũ opin. præterquam, ꝙ est ꝯ dictas leges par. & alia supradicta, nullo iusto fundamẽto fulcit, & si vera esset dicta snĩa Oldr. & aliorũ, ex ea sequeretur vnũ falsissimũ, ꝙ reges possent hæredem, & successorem in regno eligere, quem velint, omisso filio primogenito, vel alio legitimo successore, ꝙ est ꝯ omnia iura, & consuetudinem omniũ nationũ inuiolabiliter obseruatam. Et in eandem opin. vī lapsum fuisse Episc. Couarr. in d. loco. vbi dicit, ꝙ talis successio primogenitorũ Regũ cõpetit iure hæreditario, ex intentione tñ auctoris ego aliud existimo. falsus ēt fuit Grego. Lop. in l. 9. tit. 7. par. 2. in gl. in verbo, *de linage*. post mediũ. vbi ex Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. tenet, ꝙ hodie reges succedunt in regno iure hæreditario. & melius loquitur Greg. Lop. in loco infra citando. Vñ verior est opi. illorũ, qui dñt, ꝙ in regno succeditur iure sanguinis, non iure hæreditario. Cuius snĩæ fuerunt Io. Laud. inter consilia Oldra. in consi. 224. istæ sunt allegat. nu. 27. vers. hoc aũt ius. Card. Ale. in c. j. vers. 3. de ducitur tit. de feu. marchiæ. Io. de Terra rubr. in lib. ꝯ trubel. regal. tract. j. art. 1. conclusio. 9. 10. 11. & 12. Gul. Benedi. in c. Raynut. in verbo, in eod. testam. in princ. nu. 148. de testam. Quos magno conatu, & virib. sequitur Mod. Par. in consue. Par. §. 8. gl. 3. nu. 8. vbi post multa tandem concludit, ꝙ Oldr. & Alb. loquuntur in regno Aragoniæ, & Maioricarum, & idem sequitur in hoc vlti. Greg. Lop. in l. 4. ti. 15. par. 2. in glo. in verbo, *sus deudas*, post principiũ, sed ꝙ dñt de regno Aragoniæ, & Maioricarum, ēt ab vsu recessit, quia in illis regnis succedunt reges Castellæ iure sanguinis, & prædictis moderatis in ista materia credi potius debet. & quia vigentib. rõnibus fundantur, & quia ex legib. & consuetudinibus Italiæ, Galliæ, atq; Hispaniæ hoc rectius percipere potuerunt, quã antiqui, qui in illis, & aliis similibus materiis sæpe errant ex ignorantia legũ, & consuetudinũ aliorũ regnorũ, quarũ si scientiam hī̃nt, aliud sentirent: & ideo cautè quæ scribunt

48 legenda sunt, & seruanda. Pro quorũ snĩa facit, ꝙ scribit Peral. in l. 3. §. qui fideicommissam, nu. 52. de hæred. instit. vbi dicit, ꝙ in maioratu non est proprie successionis ius regulare vltimo possessori, per doctr. Bal. ī c. j. §. hoc quoq;. de succes. feudi. vbi dicit, ꝙ filius Marchionis nõ succedit patri in Marchionatu: quia vī ipsum Marchionatũ hr̃e de manu Principis, non patris. per tex. in l. si arrogator. ff. de adopt. ex quo & aliis infert ibi Peral. ꝙ oẽs modi, & conditiones adiectę per vltimũ possessorem maioratus, sunt nullius momenti in p̃ iudiciũ successorũ, & grauamina & onera quantuncunque modica, & paruæ æstimationis non valent. cuius snĩa confirmatur ex plurib. quæ scribo in 1. par. tractatus. q. 26. nu. 4. cum aliis & pro opin Bal. & Peral. adduco text. in l. 16. in fi. ti. 26. par. 4. licet ꝓrium probare videatur. l. 12. titu. 1. par. 2. & dicit Peral. in d. §. nu. 95. ꝙ ius succedendi in bonis maioratus, vel primogenituræ, in se ipso non est ius hereditariũ. & idem in rub. ff. de hęred. instituen. nu. 108. Nec his obstet. l. 8.

49 tit. 1. par. 2. ibi, *Que eſos mismos han los Reyes en los de sus reynos, y aun mayores ca aellos, no tan solamente son señores de sus tierras mientra viuen, mas aun a sus fijamientos las pueden dexar a sus herederos, por que an el señorio poe heredad, lo que no pueden hazer los emperadores que lo ganan por election, assi commo de suso diximos*. quia ista lex in his verbis potius nostram opin. quam ꝓriam probat: quia intentus istius legis fuit ponere dr̃iam inter Reges, & Imperatores, quo ordinę ad tales ascendant dignitates. & concludit, quod Imperatores creantur electione, Reges vero fiunt per successionem, non quia in regno succedatur iure hæreditario, id enim per quam erroneum est, & contra dictam l. 2. tit. 15. par. 2. & alia, quę suprascripta sunt, cum regnum ad primogenitos tm̃ deferatur, & ad proximiores de sanguine regio. sed ꝙ a non est necessaria electio ad hoc, vt eisdẽ regnũ deferat̃, sicut in Impatorib. Et hic est verus intellꝰ p̃dictę legis, & necessariè sumẽdus, nec sit correcta p. d. l. 2. & priores leges p posteriores declarant̃, & limitant̃. l. sed

50 & posteriores. ff. de legib. Et eod. mõ est intelligenda, d. l. 12. ti. j. par. 2. ibi, *Por heredamiẽto hau señorio lo principes, & lo duques, e lòs otros grãdes señores, de que fablamos enla ley antes desta*. nec ista lex in illis verbis. *por heredamiento* est intelligenda de successione hęreditaria, sed de successione sanguinis, nec ēt illa verba debent referri, & interp̃tari, ꝙ succedat̃ vltimo possessori, sed illi, a quo principatus, vel regnũ, vel ducatus originẽ habuit. nec ēt refragat̃ alia singularis. l. 4. tit. 15. par. 2. vbi ex loquendo in Rege succedente in regno dicit, *Ca derecho es, que como gana la honra y el pro de aquel a quien hereda, que assi tome la carga, e el embargo de lo que el auia de hazer*, quia ista verba sunt, & in quib. verbis lex clare sentit, & vult, ꝙ in proprietate bonorũ regni succedit̃ iure sanguinis, & nõ titul. hæreditario, secus in aliis bonis mobilibus, quæ non sunt ra

Source : BIU Cujas

dices regni. vnde ista lex magis iuuat nostram opinionem, quam contrariam. quam legem refero ad aliud in q. 16. infra hac par. nu. 1. & in q. 26. nu. 1. ex istis etiam venit confirmatio illius sententiæ, quam in alijs locis huius lecturæ scribo, quod in regno, & alijs similibus dignitatibus succeditur etiam in millesimo gradu. quæ fuit sententia Bal. in c. vnico. de feu. march. & aliorum, quos in aliis locis refero. Infertur etiam veram esse sententiam Moder. Parisien. in d. consuetu. Parisi. §. 8. gloss. 3. nu. 7. vbi vult, quod Rex non potest disponere de regno, nec testari in præiudicium successorũ, & ideo secundum eum non valuit, nec habuit effectum, quidam tractatus quem ibi refert de matrimonio olim habito apud Trecas vrbem Campaniæ Celticæ, inter Carolũ sextum Francorum Regem, & Henricũ Quintum Angliæ Regem, anno 1540. per quem Catherina dicti Caro. filia, nuptui dabatur dicto Henrico pacto habito, q̃ idem Henricus, vel eo præmortuo, succederet eius filius in regno, & illud obtineret post mortem dicti Caroli, nulla mentione facta Caroli septimi primogeniti Francorum Regis, cui iure sanguinis regnum debitum erat. quem etiam tractatum latius reprobat Gulliel. Benedic. in c. Raynu. in verbo, in eodem testamento relinquens. in 1. nu. 1. & 150. & 151. de testamen. quod Reges maxime præcauere debent: quia ex talibus pactis multa bella, inrgia, & discordiæ inter Reges postea oriuntur, quod testimonio multarum historiarum, &
32 experientia constat. Et ex prædicta resolutione, & principijs, subinfertur corroboratio prædictæ sententiæ, dum dictum fuit, Regibus prohibitum esse alienare bona regni: qa cũm regna habeant iure sanguinis, & in illis succedant primis Regibus, qui regnum habuerũt, non autem vltimo morientibus, nihil in præiudicium successorum disponere possunt, nec regię dignitatis & bonorum, & redditũ regni aliquid minuere valent, nec alienando, nec contrahendo, nec
33 donando, nec delinquendo, nec alio quolibet modo, nec possunt successoribus alio quouis modo præiudicium inferre. Quæ conclusio, & resolutio etiam aliis mediis patet. Primo, quia iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. d. l. iura sanguinis. Secundo, istam conclusionem docet. l. 5. titu. 15. par. 2. l. 13. tit. 9. par. 6. vbi late Gregor. Lop. l. 28. tit. 11. parti. 3. l. 3. in prin. lib. 5. ordinamen. l. 1. tit. 17. par. 2. Ter-
34 tio, Rex est administrator regni, & non dominus, secundũ Lucam de Penn. in l. quicunque. C. de omni agro deserto. lib. xj. & Paridem de Puteo in tracta. de syndic. sub rubri. de excessibus imperato. num. 11. & in d. loco Lucas de Penna. plura ad propositum scribit, ad quem lector recurrere potest, si res exegerit. ad quod etiam facit, quod scribit Moder. Parisien. in consuetudinib. Parisien. §. 2. nu. 17. vbi tradit, q̃ Rex habet bona regni, sicut maritus dotem vxoris, & ideo siue contrahendo, siue delinquendo non potest illa diminuere, & idem voluit. §. j. glo. 5. num. 54. Sed ista conclusio, quod rex non sit dominus regni, difficiliter sustẽtari potest, propter generalitatem tex. in l. non ideo minus. ff. de. rei ven
35 di. & alia quæ scribo in tertia parte huius operis. quæstio. 9. num. 8. cum aliis. Quarto, regalia non sunt alienabilia per principem etiam ex certa scientia, vel motu proprio, secundum Andr. de Yser. in c. j. §. similiter potest. versic. in his functionibus. de capita. qui curi. vendi. & Lucam de Penn. in l. 2. C. de iu. reipubli. ad fin. lib. 11. & in l. contra publicam. de re milita. lib. 12. & Regem non posse alienari bona regni, magno animo concludit Moder. Parisien. in dictis consuetud. §. 30. num. 170. & late docet Moder. Rolandus. in cons. 2. num. 95. cum aliis, lib. 1. vbi inter alios refert Matth. ab Aflic. in consti. regni, notab. 24. dicentem, quod iura regalia, quæ sunt deputata pro statu reipublicæ, si sint. alienata per Regem particularibus personis, successor in regno non tenetur illas alienationes raras habere, maxime, si ex postfacto læderent: imo Regibus licitum non est alienare bona regni, etiam ex consensu populorum, nec valet alienatio in
36 præiudicium posterum consentientium. Nam constitutio regni, seu monarchiæ, quæ dicitur facta fuisse iuregentium, vt in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. nõ solum fuit facta pro ipsis consentientibus, sed etiam pro posteris eorum. vnde licet consentientes potuerint consentire in eorum præiudicium, non tamen in præiudicium posterorum suorum, qui non erant habituri ab ipsis cõsentientibus, sed a primis progenitoribus, qui regnum constituerunt, & a iuregentium. ista est notabilis sententia Pau. de Castro, in l. inuitus. ff. de fideicommiss. liber. per d. l. 3. ff. de interdict. & releg. & l. si arrogator. §. sed an impuberi. ff. de adop. & idem voluit in consi. 70. num. 6. lib. 1. & istis addo doctrinam Barth. Soci. in consi. 7. num. 6. lib. 3. vbi dicit, principem non posse regalia alienare in præiudicium successorum, etiam in minima quantitate, notat Rebuffus in declaratione feudorum, numer. 3. Pro quo est tex. vbi notat Bald. in 2. lectura, in l. competit. C. de præscrip. 30. annorum. vbi probatur, quod census qui debetur principi in signum vniuersalis dominii, est impræscriptibilis, & sicut non potest in totum præscribi, ita nec in parte, & vbi principale est impræscriptibile, ita est accessorium. tex. in c. cum ex officii. vbi notat Abb. nu. 6. de præscript. &
57 est bona, & notanda. l. 4. titu. 5. *de las donaciones*. lib. 5. ordina. ibi, *No puedan en todo ni en parte enagenar lo suso dicho*. & principem non posse regalia alienare, etiam in parua quantitate tenet Bal. in tit. de pace constan. in versicu. amplius dico. quem ad hoc referunt Felin. in c. j. num. 5. versic. quarto, declara. de proba. Egid. Bosli. in vol. practi. crimina. tit. de prin. num. 84. qui ad hoc etiam refert Matth. ab Afflict. in rubri. de regal. quæst. 5. & Brun. in consi. 2. & traditur per eundem Bossium, in tit. de rega. num. 32. Præterea, regnũ sectionem non patitur, vt per Nicol. Boer. in tracta. de auctorit. magni consilii, num. 112. post Innoc. in c. licet, ad fin. de voto, & notat Roderic. Suarez, in l. quoniam in prioribus. dubio. 2. nu. 2. & in tantum successores in regno possunt reuocare alienata per prædecessores, quod inquit Cassane. in cathal. gloriæ mundi, verfi. sed cum Ludouici. quod si princeps alicui propria arma concessit successor reuocare potest: maxime si subdito concesserit. Sed & Bal. in consi. 327. libr. j. dicit, q̃ Imperator non potest proprietatem rerum Imperii a se abdicare, vel vendere, quia non habet eam iure suo, sed manu
58 legis regiæ. Quinto, ista conclusio probatur per argumentum a maioritate rationis. bona cuiuslibet maioratus particularis, tam ex iure, quam ex dispositionibus testatorũ sunt inalienabilia, prout supra late probatum est, sed si non licet possessori bonorum maioratus alienare, nec donare bona maioratus, maiori ratione hoc prohibendum est Regibus, qui bonis regni egent ad plures necessitates, vt patet. ex d. l. 1. titul. 17. par. 2. ibi, *Ca pues el a mucho que cumplir, e de dar en muchas maneras, menester a otro si que aya de muchas partes de que lo pueda fazer, perque lo pueda fazer, e que le ayuden los omes a el, y no lestoruen*, & est aurea lex. x. tit. xxix. par. 2. ibi, *esto se entiende delos señorios maiores, porque no menguaßen, ni desfizießen del todo, mas delos menores, &c.* vertitur igitur maius periculum, & damnum in alienatione bonorum regni, quam in alienatione bonorum maioratus: & ideo difficilius talis alienatio permitti debet iuxta vulgarum Brocardicum, quod vbi maius periculum vertitur, cautius est agendum. & maioratus particulares ea ratione inter alias liciti sunt: quia reipublicę interest habere ciues locupletes. Auth. vt iudices sine quoquo suffrag. §. j. & constitutio maioratuum particularium sit, vt bona vnita conseruentur in personis primogenitorum, quia hoc interest reipublicę, vt patet ex d. l. 2. titu. 15. par. 2. quę in regno loquitur, & in maioratu. hoc tradit Barth. Socin. in consi. 47. nu. 6. lib. 3. de quibus latissime ago in prima quęst. primæ partis. numer. 3. si igitur reipublicę interest constitutio, & cõseruatio maioratuum particulariũ, vt ciues sint magis diuites, & bona non diuidantur, quia ex diuisione facile amittuntur: quid dicendum in bonis Regis, qui est caput reipublicę, & omnes defendere, & tueri tenetur? vt patet ex dictis legibus partitę, & facit l. j. & 2. titu. x. par. 2. l. 5. tit. x. par. 6. l. 3. tit. xj. par. 2. & notab. l. 2. tit. xv. lib. 4. ordi. ibi, *y bien publico de nuestros Reynos*, & sicut vulnus capitis est magis periculosum, quam aliorum membrorum, & quantuncunque minimum contemni non debet (vt medici dicunt) tradunt ex nostris gloss. & Doctor. in c. sicut dignum, & in c. significasti. de homici. & in aliis locis. sic alienatio bonorum regni est reipublicę magis piculosa, & prę-
59 iudicialis, quam alienatio aliorum statuum particularium. o quam fœlix, forte, & inuiolabile in pace, & in bello, & hostibus horrendum esset regnum Hispanię, si ita per membra scissum, & exuisceratum non esset apud dominos particulares. nã & Rex excusaret extraordinaria tributa, & omnes vasalli diuitijs abundarent ad seruiendum regi. in necessitatibus occurrentibus, & quę in dies magis crescunt. Item principes nihil tentare prę sumuntur in prę iudiciũ regni. Vlti. C. de quadri. prescri. Auth. de hęred. & Fal. in prin. & est singulariter animaduertendum, q̃ regibus magis prohibita est alienatio villarum, & castellorum regni, quam aliorum bonorum, quia sunt magis regni, quam regis, vt probat notanda. l. j. tit. 18. par. 2. ibi, *Rayz segun lenguage de España, es llamada toda la cosa que no es mueble, assi como diximos en la leyes del titulo antes deste: mas como quiera que mostramos delos heredamientos desta manera que son quitamente del Rey, queramos aqui dezir delos otros que maguer sean suyos, por señorio pertenecem al rey no de derecho, e estas son las villas, e los castillos, e las otras fortalezas de su tierra*. possunt tamen ista castella concedi in casu. l. 14. tit. 9. par. 6. quę est singularis. Et hęc opin. probabilior mihi vł quando considero, & mecum magis, magisq; cogito, q̃ si corona legalis aliquas necessitates patitur, non est ob alia causam, nisi propter alienationes, & donationes factas a

Regibus

Source : BIU Cujas

Regibus prædeceſſoribus, quibus patrimonium regale valde exhauſtum eſt. & cum ſumptus in omnibus rebus, quotidie creſcant in infinitum, & bona regni paulatim diminuantur, neceſſe eſt, quod neceſſitates magis creſcāt, ſi huic morbo medela conueniens non adhibetur, & ad dicta l.1. titulo 18. addo, l. vigeſimā, titulo 28. par. 3. reſultat igitur ex prædictis ſolida, & vera concluſio, quod reges non poſſunt alienare, nec donare bona regni, quia magis aliena, quam
60 propria ſunt. Ex quo primo infertur confirmatio eorum, quæ ſcribo in tertia limitatione, infr. eodem. vbi probatur, Regibus non eſſe licitum alienare, nec donare bona regni, etiam ob remunerationem, quod ibi latius tractatur. Secūdo infertur corroboratio eorum, quæ ſcribo in ſexta limitatione, infra hac quæſt. vbi ſuſtentatur, regibus minime conceſſum eſſe alienare bona regni, aut donare, etiam in mini
61 ma quantitate, prout ibi plenius declaratur. Tertio infertur, regibus non eſſe permiſſum facere leges, quibus permittant alienare, aut donare bona regni incertis caſibus in præiudicium Regum, qui poſtea ſuccedunt: quia cum ea bona ſint ſucceſſorum in infinitum, & in omne æuū, in illorum, præiudicium nihil ſtatuere poſſunt. Et quod eſt ſucceſſorum, ex facto prædeceſſorum auferri non poteſt. l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur. facit. l. ſi conſtante. C. de donation. l. vxor patrui. C. de lega. ibi, res tuas vſumfructum earum habens, & ſicut Principibus prohibitum eſt directe alienare bona regni, hoc etiam illis denegandum eſt, quia facile pñt facere leges, quibus eaſdem donationes, vel alienationes p. mittant, quod non eſt conſentiendum, quia ſic circunueniuntur leges, & rationes hoc prohibentes, quod iura abhorrent, l. contra legem. ff. de legibus. l. non dubium. C. de legibus, & quod directe prohibetur, indirecte non eſt permittendum. l. non licet. ff. de contrahen. emptio. & cum aliquid interdicitur, vetatur omne id, per quod peruenitur ad illud l. oratio. ff. de ſponſa. regula, cum quid. de regulis iuris. in 6. & in omni actu voluntas, & poteſtas requiritur. c. cum ſuper. de offic. deleg. l. cum te. C. de donatio. ante nupt. l. nolle. ff. de acquiren. hæredi. & nemo poteſt imponere legem ſucceſſori dignitatis, vel officij, vel imperij. verba ſunt Baldi in l. digna vox. num. 3. C. de legibus, quia par, in parem non habet imperium. l. nam & magiſtratibus. ff. de arbitris. quid enim falſius, ac deteſtabilius, & magis contra rationē dici poteſt, quam quod permittatur Regib. facere leges, vt bona regni alienare, aut donare queāt, quæ propria ſunt ſucceſſorum, & eiſdem integra, & vnita ſeruare tenentur? Et in iſtis bonis habentur Reges, tanquam alii priuati, & poſſeſſores bonorum maioratus, quibus non eſt licitum diſponere, nec dare ordinem quemadmodum liceat alienare bona maioratus in præiudicium ſucceſſorum, nec enim ſi perpenſo iudicio, & præuia conſideratione perpendantur, & diſcutiantur, quæ ſupraſcripta ſunt, conſtitui poteſt in alio caſu aliqua ratio differentię inter bona regni, & maioratus: quia attento, quod in vtroque catu bona ſunt ſucceſſorum, idem ius ſeruari debet. quę omnes rationes ſunt viuę, & ſpirantes, & quibus (niſi iudicium me fallit) nulla eſt dabilis reſponſio. & pro iſta ſententia eſt text. notabilis. in l. 18. titu. 1. par. 1. ibi, *deſatadas no pueden ſer las leyes en ninguna manera, ſueras ende ſi ellas no fueſſen tales que deſataſſen el bien, que deuian fazer: e eſto ſeria ſi ouieſſe enellas alguna coſa contra la ley de Dios, o contra derecho ſeñorio*. quam legem hoc modo intelligit ibi Greg. Lopez, in glo. 2. in ſecundo intellectu ad legem illam dicendo, quod illa verba, *o contra derecho ſeñorio*. debent intelligi, quod ſi Rex ſtatuat alienando, totaliter ſe, & Regibus expropriando de aliqua ciuitate, vel caſtro regni, lex ſeruanda non eſt, ad quod refert tex. in c. non licet Papæ. 12. q. 2. & alia iura. licet iſta lex in illis verbis *ſeñorio*, aliter interpretari poſſit, vt patet. ex. l. 5. in fi. ibi, *ni contra ſeñorio*. tit. 2. par. 1. vbi Gregor. Lopez, & Reges nihil poſſe ordinare in præiudiciū regni, tradit Bal. in d. conſi. 159. num. 3. lib. 3. Et ex iſtis deducitur noua declaratio ad l. 2. titu. 9. *de las donationes*. lib. 5. ordinamen. ſtatuētem, eſſe obſeruandas donationes factas per Reges prædeceſſores bonorum regni: nam dicta lex minime ligat, nec ligabit ſucceſſores in regno, quemadmodū ſi ſuper alia qualibet re eſſet condita, quam ſucceſſor reuocare poteſt, pro nutu voluntatis. l. Princeps. ff. de legib. cum concordantibus. Qua ratione verum mihi videtur, quod ad propoſitum noſtrum ſcribit Menchaca. lib. 1. controuerſia. c. 10. num. 27. vbi dicit, quod voluntas Principis alienantis derogantiſque. l. 5. titu. *de las donaciones*, lib. 5. ordina. nihil prodeſt etiam ſi ſit iurata: cum illa prohibitio emanauerit in vtilitatem regni, & reipublicæ, non ipſius Principis, qui ſuas vtilitates prætermittere, & lædere poteſt, alienas vero minime, & ius alterius tertii lædere etiam per interuentum iuramenti non poteſt: ita etiam & longe minus poteſt lædere ius reipublicæ, argumen. c. cum contingat. de iureiur. c. licet mulieres. de iureiuran. in 6. cum concordantibus, nec
63 contra ſuperiora quicquam etiam facit, d. l. 8. tit. 1. par. 2. ibi, *e demas el rey puede dar villa, o caſtillo de ſu reyno a quien quiſiere, lo que no puede fazer el Emperador, porque es tenudo de accreſcentar ſu imperio y de nunca menguarlo*, per ea, quæ ſupra dicta ſunt, & per l. 5. tit. 15. par. 2. quæ lex dicit, Regem propter ſeruitia poſſe donare bona regni, pro vita ipſius Regis donantis, & non vltra. id videtur enim iure magis fieri poſſe, iuxta l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. & alia, quæ ſcribo in 3. par. huius operis. q. 9. nu. 24. Ad quod etiam facit l. 4. titu. 26. par. 2. ibi, *E manguer lo quiſieſſen dar a alguno por heredamiento por ſiempre, no lo podrian fazer, porque es coſa que atañe al ſeñorio del reyño ſeñaladamente*, & hoc modo limitāda eſt, & reſtringenda. d. l. 8. ne cenſeatur correcta per d. l. 5. quia priores leges per poſteriores, vel corrigunt̄, vel limitant̄, aut diſtinguntur. l. non eſt nouum, cum duabus legibus ſequentibus. ff. de legibus. Præterea hodie ſuper hoc non eſt dubitandum, cum per d. l. 3. titu. *de las donaciones*. Regibus omnino prohibitum ſit donare, aut alienare bona regni. & iſta omnia ſunt indubitata, & tam vera, vt nullis aliis indigeant argumentis, ſi ab ipſis vltimis fundamentis, quæ iam dicta ſunt conſideretur, dicant alii quicquid velint, aut doleat cui doluerit, hæc eſt enim veritas, quam tam propter officium, quod profeſſus ſum, quam propter exornandam conſcientiam libere dicere teneor. nec enim ad beneplacitum, & cōtemplationem aliorum, oportet libros in lucem edere concluditur igitur Regibus non eſſe licitum donare, aut alienare bona regni,
64 nec concedere licentias ad alienandum bona maioratus. Et iſta vltima concluſio procedit, tam in bonis, quæ vinculata ſunt regia auctoritate, quam in bonis, quæ ſunt vinculata priuata auctoritate, & licet aliqui magnis viribus, & conatu, & abſque præuia, & neceſſaria conſideratione contendant, quod hæc concluſio non procedit in bonis vinculatis regia auctoritate dicentes, quod cum ex regali auctoritate bona ſunt vinculata eadem regia auctotitate vinculum diſſolui poteſt, argum. l. nihil tam naturale, ff. de regu. iur. l. omnia, eod. titu. cum ſimilibus. hoc fundamētum (videri meo) falſiſſimum eſt, quia in prædicto caſu in vinculatione bonorum non ſolum adeſt voluntas regalis, ſed etiam illius, qui bona vinculauit, vnde cum voluntas vinculantis ceſſet Principis ſola voluntas non poteſt præiudicare ſucceſſoribus, regula, quod omnes. de regu. iur. in 6. l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. prædio. imo potius, d. regula, nihil tam naturale. facit in contrarium, quia ſecundum illam, vbi adeſt voluntas duorum in aliqua diſpoſitione, nō poteſt talis diſpoſitio ex vnius voluntate, & conſenſu diſſolui. l. j. C. quando liceat ab emptio. diſcede. l. prout. ff. de ſolutio. & poſtquam licentia Principis fuit in executionem deducta, & maioratus fuit conſtitutus in fauorem primi vocati, iam non tantum agitur de præiudicio conſtituentis, & primi vocati, ſed etiam omnium vocatorum in ęternum, & ideo res iam nō eſt integra, & conſequenter non eſt licita reuocatio, vt eſt caſus ſingularis, in l. ſi donationem. C. de reuocand. donat. ibi, ſi donationem rite feciſti hanc authoritate reſcripti reſcindi non oportet. Et facit doctrina Pau. de Caſt. in d. conſi. 164. lib. 2. dicentis, quod ſucceſſores illius, cui per principē facta fuit donatio, non poſſunt priuari per principem a donatione, & conducunt plura, quæ ſcribo, in prima parte huius operis. quæſtio. vigeſima ſexta, num. 5. cum aliis. item cū princeps concedit licentiam ad alienandum bona maiora-
65 tus, iam non ſolum agitur de derogando vinculum, ſed etiā in conſequentiam de auferendo ius quæſitum ſucceſſoribus. Et ad hoc propoſitum eſt doctrina Andr. de Yſer. in capitu. imperialem, in prin. de prohibita feud. aliena. & in capitulo primo. §. donare qualiter olim feud. amittat. vbi dicit, quod poſt ius quæſitum parti, non valet regius aſſenſus in partis præiudicium, quia res iam deſinit eſſe integra. refert, & confirmat Matthe. ab Afflic. in deciſio. 25. pro deciſione cauſę, num. 12. & per iſtam doctrinam, & per alia, quę ſcribo, in 3. lib. quæſtio. nona, nume primo. cum aliis, & numer. 31. quæ proprius faciunt alias inferebam, fœminam primo natam non poſſe excludi a maioratu propter maſculum in eodem gradu exiſtentem poſtea natum, quotieſcunq; fœminæ ius quæſitum fuit, poſſeſſore bonorum maioratus, res maioratus alienāte, quem teſtator grauabit, quod ſi alienante bona maioratus ipſo iure & facto, & ſtatim bona ad ſequentem deuenirent: maxime, ſi fœmina ſtatim alienationem contradixit in iudicio, & bona maioratus ſic alienata peribūt. & hoc addēdum eſt ad ea, quę ſcripſi in libro ſecundo. quæſtione ſexta, numero trigeſimoquinto, cum aliis. vbi alia adſunt fundamenta pro confirmatione iſtius illationis, eſt igitur regula, quod principibus non licet concedere licentias ad alienandum bona maioratuum, quæ limitatur in caſibus ſequentibus.

Source : BIU Cujas

Tract. Maioratuum Melch. Palaez

SVMMARIVM.

1 *Bona maioratus alienari possunt, propter vtilitatem notoriam.*
2 *Mulier cõtrahere põt absq; licentia mariti, qñ contractus est illi vtilis.*
3 *Pupillus potest facere maioratum per contractum inter viuos.*
4 *Feudatarius põt feudũ alienare propter vtilitatem bonorũ feudalium.*
5 *Clericus non liberatur a patria potestate, quo ad incommoda. & infertur intellectus ad l.48. Taurinam.*
6 *Tutor remittere potest debitum pupillì, quando in exigendo illud multum expendi debet.*
7 *Procurator Cęsaris contrahit in vtilibus, absque illius mandato.*
8 *Bona ecclesiarum possunt alienari, & dari in emphyteusim ob illius vtilitatem.*
9 *In mandatis magis est attendenda finalis causa mandati, quam ipsa forma.*
10 *Verisimile est testatorem permisisse alienationem vtilem in rebus maioratus, & verisimilitudo in omnibus operatur.*
11 *Iusta est licentia ad alienandum bona maioratus, quando plus expenditur in illis, quam dant de redditibus.*
12 *Iuste conceditur licentia ad alienandum bona maioratus, quando sunt remota a domicilio possessoris.*
13 *Ex causa de nouo superuenienti, recedere licet a qualibet dispositione, multa traduntur.*
14 *Licentię regales datę ad alienandum bona maioratus sustinentur, quia alia bona subrogantur, reseruata voluntate instituentis maioratum.*
15 *Facultas concessa ad alienandum bona maioratus valet, quando est pro tuitione rerum maioratus.*
16 *Causę legitimę ad alienandum bona maioratus, examinandę sunt per Senatores de consilio.*
17 *Subrogationem non facere licet in aliis bonis, quam contentis in regia facultate, etiam si vtilius id fiat.*
18 *Facultate concessa ad alienandum bona maioratus, non licet illa hypothecare.*
19 *Mandatum non est ampliandum per equipollens.*
20 *Licentię datę ad alienandum bona maioratus, sunt strictę interpretãdę.*
21 *Permissio vnius alienationis, non extenditur ad aliam minorem.*
22 *Testator, an possit prohibere, ne bona maioratus alienentur etiam ex causis iustis?*

PRIMA LIMITATIO.

An possint alienari bona maioratus in euidentem eorum vtilitatem?

PRimo limitatur. Nisi cũ talis facultas regia conceditur ad alienandum bona maioratus in eui-
1 dentem & notoriam vtilitatem bonorum maioratus: nam hoc casu iusta & licita erit licentia concessa ad talem alienationem, quam limitationem, variis iuribus probabo. & ideo attende lector, & primo ex tex. in l. seruus. C. de pactis. & in l. non ideo minus. C. de procurato. & in l. is cui bonis. ff. de verbor. obliga. & in l. neq;. C. de cõtrah. empt. vbi Bal. dicit, quod si statuto cauetur, quod
2 mulier non possit contrahere sine licentia propinquorum, si mulier contrahat absq; prędicta licentia, & contractus sit illi vtilis, valet. & hanc doctrinam sequuntur Doctor. in prędictis locis, & in l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de trãsac. vbi est bonus tex. & ibi notat Ias. & idem Ias. in l. contra iuris. §. vlt. vbi est etiam bona gloss. ff. de pact. & in §. omnium. num. 42. de actio. Imo. & Alex. in l. mutuum. §. vlt. ff. de acqui. hæred. Suarez, in l. 3. fori. tit. *de las deudas*. & pro hac cõclusione est expressa l. 54. Tauri. ad quam addo Barth. Soci. in l. conditionibus. ff. de condit. & demonst. num. 1. vbi dicit, mulierem posse absque consensu mundualdi acceptare legatũ vsusfructus, quia legatum cõtinet in se causam lucratiuam. Et cum prædicta l. neque & aliis iuribus, concordat. l. 17. tit. 16. par. 6. & l. 6. tit. 11. lib. 5. for. & l. 4. tit. xj. par. 5. vbi Greg. Lop.
3 in gloss. in verbo, *alguna pro*. qui ex hoc dicit, quod potest pupillus per contractum inter viuos facere maioriam in aliquem sibi successurum: cum ex hoc, & ipse, & illius prosapia consequantur vtilitatem. Sed istud dictum magis nouum, quam verum mihi videtur, & illud reprobo in prima parte huius tractatus. quæstio. prima, illatio. septima. nume. 113. Ex quo etiam dixit Matthe. ab Affli. in constitu. Nea-
4 polita. lib. 3. de reuocan. alienatio. rub. 5. nume. 60. quod feudatarius potest alienare feudum, quod est alias de sui natura inalienabile, quando ex tali alienatione resultaret vtilitas in bonis feudalibus. Et ad hoc faciunt notata per Ias. in l. Barbarius, nu. 6. ff. de offi. præto. & in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. pupillus. num. 13. ff. de iureiur. Anchar. in consi. 197. subtiliter Ioan. Fab. in §. & ne huius Institu. de eo, cui liberta. cau. bona adiici. Deci. in cap. quæ in ecclesiarum. num. 9. de consti. & in consi. 124. Hippol. in rubri. C. de probatio. num. 211. & in l. j. §. si serui quasi. num. 5. ff. de quæstio. vnde inquit Bal. in l. apud hostes, nume. 6. C. de suis, & legiti.
5 hæred. quod licet dignitas sacerdotalis liberet clericum a patria potestate, intelligitur quo ad eius commoda, non etiam quo ad incommoda: & ideo non tollitur clerico filio, nec monacho existentia sui hæredis. Notat Suarez in legibus fori. titu. *de los casamientos*. & est gloss. in l. ij ex causa. §. Pomponius. ff. de minoribus. quam dicit ordinariam, & approbatam Ias. in l. moribus, numero 22. ff. de vulgari. & pupilla. declarat Barto. in l. item in potestate, in fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. cui adde, quæ scribit Tiraquell. in tracta. le mors par. 7. declaratio. j. num. i. cum aliis, & hoc est notabile pro intellectu text. in l. 48. Tauri. quæ dicit, quod filius per contractum matrimonii liberatur a patria potestate. nam illa lex est intelligenda, quo ad illius commoda, non quo ad incommoda, & facit text. in l. mediterraneæ. C. de annu.
6 & tribut. libro decimo, a quo Bartol. ibi deducit, quod licet tutor non possit remittere debitum pupilli, quia est donare. nõ habet locum in debito. ad cuius recuperationem est maior necessaria impensa, quam sit vtilitas. notat Deci. in l. pactum, numero sexto, C. de pactis. Et tutor potest pacem, & remissionem delicti facere, quando pupillo expedit, secundum Innocent. & Ioann. Andr. in capitu. grandi. de supplen. negligen. prælat. in 6. Bald. in rubric. de treu. & pace. & alios, quos refert Modernio. Parisiens. in consuetudin. Parisiens. par. 1. §. trigesimo, numero 116. & est text. notabilis, in l. j. ff. de offi. procur. Cæsaris. vbi est gloss. singular. ex quibus colligitur, quod procurator Cæsaris in his quæ sunt vtilia, potest
7 absque licentia Regis contrahere, & conducit, l. 1. ff. de contra. iudi. tute. vbi Bald. & quod notant Alexan. in l. more. ff. de acquiren. hæredi. & in l. j. ff. soluto matrimonio, Deci. in consi. 224. Anton. Rube. in consi. 92. Modernio. Parisiens. in consuetud. Parisiens. titulo primo, de materia feuda. §. duodecimo, numero tertio, Bartholom. Socin. in consil. 80. numero decimo, libro quarto, & non est omittendus text. in l. Imperator. ff. de legatis secundo, & in l. ita constante, & in l. mutus, §. primo, & in l. vlt. ff. de iu. dotium. & in l. j. §. plerunque. ff ne quid in loco publico, & probatur etiam ex aliquibus, quæ scribit Felin. in capitulo edoceri, numero septimo.
8 de rescript. Et facit quod notat Modernio. Parisiens. in consuetudi. Parisien. titulo primo, de materia feuda. §. vigesimo primo, numero tertio. Et bona ecclesiarum possunt alienari stante vtilitate, vel necessitate ecclesiæ, capitulo primo, de rebus ecclesiæ. alie. vel non. vbi æquiparantur vtilitas, & necessitas. quod notant Doctores in capitulo cum omnes, de constitu. Lapus allega. 131. Deci. in consil. 124. late Lamber. iu. patro. libro tertio, numero sexto, cum aliis, & ideo. l. 3. titulo quartodecimo, par. 1. dicit, quod res eccles. possunt dari in emphythensim, stante ecclesiæ vtilitate, ibi. *A quel las heredades puede dar a emphyteosis, que viere el Obispo y el cabildo, que mas prouecho es de la yglesia en las dar que en tenerlas*. De quo per gloss. & Doctores, in capitulo potuit. de locato. & hac ratione, licentia data per superiorem ad alienandum res ecclesiæ valet, etiam ex interuallo, quando tenderet ad vtilitatem ecclesiæ, secundum Corsetum in singulari, incipi. pupillus. Barba. in consil. sexagesimo primo, libro tertio, Petrus Rebuf. in tract. de alienatio. rerum ecclesiæ, numero trigesimoquinto, facit capitulũ, vt super. de rebus eccles. l. 1. titulo quartodecimo. par. 1. ibi, *La sexta por pro de su yglesia como si vendiesse, o cambiasse alguna cosa que no fuesse buena, para comprar otra meior*. Et horum auctoritate dixit idem Rebuf. in tracta. de regula. baptis. & sep. tomo secundo, ad constitu. regias. gloss. septima, quod valet contractus factus per tutorem cum minore, quando minori esset vtilis. quod notandum est ad intellectum text. in l. cum ipse. C. de contrahend. emption. & ad l. prima, titulo quinto, libro quinto, ordina. & l. decima, titulo *de las penas*. libro octauo, ordina. & circa hæc alia etiam similia scribit Tiraquel. in legibus connubialibus, gloss. sexta, numero duodecimo, & gloss. octaua, numero quinquagesimosexto, & bona regni possunt propter vtilitatem eorum alienari, secundum Ripam in respõ. octuagesimo, num. quinquagesimotertio, per text. in capitulo, vt super. §. vlti. de rebus eccles. & alia quæ refert. & bona feudalia possunt alienari etiam sine regio assensu, quando alienatio est in augmentum feudi, vt latius tradit Matth. ab Afflict. in constitu. Neapolita. rubr. quinta, libro primo, numero sexagesimo, & ex his etiam illud oritur, quod licet mandati fines diligenter sint custodiendi. l. diligenter. ff. mãdati. non tamen dicitur quis excedere fines mandati, si vtilius quam ei mandatum est, illud adimpleat. d. l. diligenter. §. vlti. l. 1. §. denique si mandauero. ff. eodem titulo, l. si quis mihi bona. §. si mandauit, vbi Bal. Imo. & Alex. ff. de acquir. hæred. & ibi alii Moder. l. sicut. §. sed si permiserit, in verficu. in contrarium, ff. uib. mod. pign. vel hypo. soluit. ex quo dixit eleganter Bald. in rubri. de offic. deleg. quod in mandatis magis

Source : BIU Cujas

magis est attendenda finalis causa formæ ipsius mandati, quam ipsa forma. refert text. in l. vlt. §. vlt. ff. mandati. notatur per Tiraquell. in l. si vnquam. in verbo, libertis, num, 48. C. de reuoc. dona. & egregie per Peral. in l. vnum ex familia. §. sed si fundum, num. 8. ff. de lega. 2. Roderi. Suarez in l. post rem iudicatam, versi. quia supra. num. 12. ff. de re iud. Matth. ab Afflict. in decisio. Neapolita. 392. Rex Ferdinandus, nu. 21. Aymo Craue. in consi. 274. num. 9. quorum doctrina ad plura negotia notanda est, ex his etiam oritur dispositio. l. 57. Tau. quæ vult, quod iudex propter aliquam causam mulieri vtilem, potest compellere maritum, vt det licentiam mulieri ad contrahendum. Quæ lex deducta fuit a sententia Bar. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr. vbi dicit quod stante statuto, quod mulier non possit contrahere absq; licentia propinquorum, aut testari si consanguinei requisiti nolunt consentire, iudex examinauit causam, & si iusta est bene quidem, si vero non est iusta, iudex permittit mulieri contrahere. & Bar. sequuntur Bal. Angel. Roma. Pau. Alexan. & alii vbi lasi in l. j. C. qui admitti Deci. Matthe. ab Afflict. Ioan. Lopez, & alii plures, quos refert Tiraquell. in prædictis legibus connubialibus, in glos. 8. de sponsa. num. 126. & hæc conclusio, quod vbicunque resultat
10 vtilitas ad bona maioratus, possunt licite alienari regia facultate, noua & forti ratione probatur. quia certum est, q̃ testator cum de aliqua re maioratum fecit, vinculando illam, & illius alienationem prohibendo, id fecit intelligens, quod expediebat suo maioratui, & rei, quam vinculauit. si igitur pro tempore cognitum fuit, quod illa res non conueniebat maioratui, sed alia, in quam commutata fuit, credendum est, quod ille, qui fecit maioratum, si adhuc vita esset superstes, id concederet libentissime. & hoc est verisimile, & iuri & rationi consonum. alienatio igitur, aut permutatio facta de rebus maioratus, in hoc habet retro oculos ad vitam testatoris, qui si viueret (si non insanus esset) idem fecisset. Quantum autem verisimilitudo operetur in omnibus rebus, præcipue in dispositionibus testatorum, ego supra in aliis locis tracto, vbi cito illum famosum casum in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. facit l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. generaliter. §. cum autem, C. de instit. & substit. & verisimilitudo est fortior alia qualibet præsumptione glo. in l. veteribus. in verbo, legem. ff. de pact. & in l. in obscuris. ff. de regul. iur. notat Oldra. in consi. 115. ex forma istius Deci. in l. in contrahenda. num. 3. ff. de regul. iur. glo. in c. literis, de sponsa & alii, vt per Tiraquel. in l. si vnquam. in prin. num. 54. C. de reuocan. dona. & lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 18. num. 74. & voluntas testatoris colligitur ex eo, quod ipse faceret, si viueret l. quoniam desideria. C. de natur. liber. Et voluntas testatoris coniecturata ex verisimilibus coniecturis, est eiusdem effectus, ac si expressa fuisset. l. licet Imperator, post prin. vbi Bar & alii. ff. de lega. 1. l. si quis locuples. ad fin. ff. de manu. testa. Et de hoc latius tracto in prin. secundę partis huius operis. Et quod bona fideicõmisso subiecta possint alienari ob vtilitatem fideicommissi, late per plura argumenta tenet Soci. Iun. quem legi postquam superiora scripseram in consi. 28. num. 8. lib. 2. vbi. nume. 5. tradit, q̃ quando res fideicommisso subiecta, & alienari prohibita alienatur, si alienatio fiat ex voluntate prohibẽtis in hærẽdo menti, & rationi suæ in prohibitione consideratæ: debet tũc alienatio valere, & conseruari, licet videatur fieri contra verba testatoris alienationis prohibitiua. quem lector legat pro perfectiori intellectu eorum, quæ hic tractantur. Quid enim dices in hoc casu, & quid dicerent institutores maioratuũ, si viuerent in hoc regno Gratanensi? & in Regno Murciæ, & Valentiæ? sunt plura loca & fundi principales, qui sunt aliquorum dominorum, & nobilium Hispaniæ, & illos habent titulo maioratus, qui tempore, quo vinculati fuerunt per fundatores maioratuum, credebant conditores, quod in dies crescerent, & multiplicarentur illorum redditus, q̃d minime euenit, imo potius diminuuntur, & quotidie decrescunt: quia Mauri, & Turcæ cum triremibus ea loca valde infestant, & expoliant absque vlla resistentia, & personas, & bona Christianorum in Aphricam rapiunt. & sunt plura loca inculta, quæ si tuta essent, domini perciperent ex redditibus centum, & non percipiũt decem, de quibus ego habeo particularem notitiam. & quidam secretarius Regum Catholicorum tempore, quo Reges Catholici Regnum hoc a faucibus Sarracenorum eruerunt, emit, iam sunt septuaginta anni præteriti, quendam locum ducentis & quinquaginta mille moropetinis, qui locus quotannis non reddit illius successoribus, qui illum possident titulo maioratus, nisi sex, aut septem mille moropetinis. cum attenta loci qualitate, & tempore, quo emptus fuit, si tutus esset a Mauris, & Turcis, deberet reddere domino plusquam centum mille moropetinos, quod emptor ex eo sperabat, & plus quando illud emit, & vinculauit. quis igitur dicet, quod hoc casu non erit licita licentia ad permutandum, & subrogãdum talem locum, & alios similes, vt ex illis emantur alia bona, quæ sint secura, & in dies crescant, prout sperabant ex his locis hi, qui illos titulo maioratus vinculauerunt, cum hoc maxi
11 me conueniat ad vtilitatem maioratus. Et pro hoc vltimo facit tex. in l. Aristo. ff. de iure deliber. & in l. non solum. vbi Bal. ff. de peti. hæred. & in l. vlt. in fi. C. de bonis, quæ liber. & in l. verum. §. si locupleti. ibi, multis casib. obnoxia. ff. de minoribus, & alii concordantes, vt per Ias. & Ripam, in l. cum res. ff. de dam. infe. & Ioann. Lopez in repeti. c. per vestras. §. 18. num. 4. de donat. inter virum, & vxo. Felin. in c. cum accessisset. nu. 20. de constitu. Ari. Pinel. in l. j. C. de bon. mater. in 3. par. numer. 26. cum aliis vbi de his latius scribit. & vide eundem in l. 2. C. de rescin. vend. par. 3. num. 23. cui adde text. omnibus elegantem ad hoc propositum, & ad alia plura similia, (cuius nunquam obliuiscaris) in l. 1. §. mulier. ff. de ventre in possessi. mitt. ibi, ex pecunia numerata si illa non fuerint ex his rebus, quæ patrimonium onerare magis impendio, quam augere fructibus consueuerunt, qui text. est notabilis ad scripta per Pinel. vbi supra. Et est etiam bonus text. in c. fine exceptione. ibi. Item domos vrbium vel castrorum, quæ ecclesiæ plus incommodi, quam vtilitatis afferunt, & ad tex. in d. §. mulier. adde notabilem. l. 2. ti. 14. par. 1. quæ scribit ordinem, qui est adhibendus in alienatione rerum ecclesiæ. Et pro hac conclusione pondero etiam bonum tex. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. ibi, nisi tantummodo domos, quæ in quibuslibet vrbibus non modica impensa sustentantur. Et adduco etiam notabile dictum Bald. per tex. ibi, in l. vlt. §. finautem legata. C. de bonis, quæ liber. vbi dicit, quod domus preciosæ sunt quodammodo steriles: qa non respondent redditibus precio domorum. Quæ doctrina notanda est ad iustificandum, & petendum licentias ad alienandum bona maioratus, domos, vel alias res similes, quæ sunt magni valoris, & reddunt fructus exiguos. Quando autem dicatur res pluris incommodi, quam commodi afferre, constat ex tex. in l. sed an vltro. §. j. ff. de negoc. gest. & in l. inter quos. §. vlt. cum l. sequenti. ff. de damno infecto. vbi apparet, id esse quando in singulos annos plus exponitur in reparationibus, quam ex locatione vel ex emolumentis recipitur. Notat Rebuf. in tract. de aliena. rerum eccles. num. 124. quod etiam est necessarium pro intellectu text. in d. §. mulier. & de iure regni est etiam. l. 3. tit. 14. par. 1. ibi, *Que mas prouecho & de la y glesia en darlas que en tenelas*. facit. l. proprie bona. ff. de verbo. sig. l. 3. tit. 13. par. 7. in quo puncto magnæ
12 importantiæ est iudicis arbitrium. Et ex hoc, & aliis superioribus fundari potest quædam opinio Greg. Lopez in l. 6. tit. 11. in glo. in verbo, *noualdra*, in versic. sed an sit. vbi dicit, q̃ est iusta causa concedendi licentiam ad alienandum bona maioratus, quando bona sunt in partibus remotis a domicilio possessoris, argum. tex. in Auth. de eccles. titulis. §. finautem annale legatum. colla. 9. & quod voluit Bal. in l. voluntas. C. de fideicommis. & Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 81. ff. de legat. 1. in repetit. quod dictum habui in facto in quadam alienatione facta quorundam bonorum maioratus. Tandem pro ista conclusione est casus melior de iure, in l. legatam. ff. de administr. rerum ad ciuit. perti. sed & hęc omnia corroborantur ex tex. in l. si hominem. ff. mandat. vbi ex iusta causa licitum est procuratori non exequi mandatum a domino iniunctum, quod in indiuiduo exequẽdum erat. quem tex. in variis locis exornant, & commendant Bald. in c. j. num. 19. vt lite non contesta. & in rub. C. de exercit. actio. num. 5. Roma. in singula. 454. & iterum in singulari. 486. & alii, quos supra in hoc opere ad aliud propositum retuli. & tradit eleganter Anchar. in consi. 84. prima facie videtur di
13 cendum, vbi dicit, quod ex causa de nouo superueniente, licet recedere a qualibet dispositione, nec dicitur fieri contra voluntatem illius, qui disposuit, de quo credendum est, q̃ si de tali status mutatione cogitasset, idemmet fecisset, hoc secundum eum pater in iuribus condendis: quia ex causa superuenienti, receditur a dispositione, quæ tendit ad noxã. capitu. non debet. de consangui. & affinit. capit. statutum. in princip. de rescrip. in sexto, & idem in dispositione testatoris. l. vtilitatem. ff. de confirma. tutor. l. tres tutores. §. vlt. ff. de administr. tuto. Et a iuramento, capit. quemadmodum. de iureiurando, & a priuilegio, capitu. suggestum. de decimis. l. quadragesimatertia, titulo decimo octauo, par. 3. notabil. l. quinta, titulo vigesimo, par. 1. Notat Deci. in bono casu in consi. 335. viso consi. numero primo, quod dictum ad plura est singulare, & in consil. 439. numero quarto. vbi ex hoc inquit, quod si testator iussit, quod filii bona non diuiderent, vsque ad decem annos, (quod factum fuit, vt hæreditas eorum non dissiparetur, sed conseruaretur) si mortuo testatore cõtingit causa noua, q̃ fieri diuisionem

Source : BIU Cujas

petit, on. eſt ſeruanda voluntas teſtatoris. & cauſa a principio veriſimiliter incogitata, in quacunque diſpoſitione videtur excepta. l. qui cum tutorib. in fi. & l. cum Aquiliana. ff. de tranſactio. l. mater decedens. ff. de inoffic. teſtamen. Et iſtam regulam ponit Barth. Soc. in conſi. 23. nume. 19. lib. 4. & inquit Ioan. And. in regula, quod ſemel. de regul. iur. in 6. Quod poſito, quo teſtamentum interueniente iuramento de non reuocando, efficiatur irreuocabile, ſi tamen interuenjat aliqua noua cauſa, reuocari poterit. & idem voluit Salic. in l. ſancimus. q. 7. C. de teſtamen. & confirmat latius Peral. l. ſi quis in princ. teſtamenti. num. 227. ff. de lega. 3. vbi ſentit, priuilegium immunitatis incipiens eſſe nouiuium, poſſe reuocari. Et inquit Lucas de Penna, in l. vnica. C. de expen. publi. ludo. lib. 11. in verſic. ſecundo quæritur, quod ſi teſtator iuſſit capellam conſtrui in loco religioſorum, poteſt talis pecunia conuerti in refaciendo dormitorium, quo religioſi indigent, ſi Epiſcopus in hoc diſpẽſet. quem refert, & ſequitur Gregor. Lopez in l. 9. titu. 20. par. 6. in glo. in verbo, *touiere por bien*. in fine. pro quo dicto eſt expreſſa. l. 6. titu. 10. par. 6 quam non refert Gregor. Lopez: & recte facit concilium Tridentinum, ſeſſio. 22. c. 6. vbi in commutationibus vltimarum voluntatum, quę non niſi ex iuſta cauſa, & neceſſaria fieri debent, poſſunt diſpenſare Epiſcopi, tanquam delegati ſedis apoſtolicæ & plura etiam ad propoſitum hoc cumulat Rolandus in conſi. 156. cum pluribus ſequentib. lib 3. Et qui circa hæc aquam puriſſimam & abundantiſſimam exhaurire vult, vadat ad fontem vberrimum Tiraquelli in tracta. de pœn. temperand. in præfatio. nu. 25. cum ſequentibus. & pro iſta concluſione eſt etiam bonus tex. in c. 3. de teſtam. vbi ſi teſtator mandauit conſtrui aliqđ monaſterium in certo loco, in quo conſtrui non poteſt, licet illud in alio loco cõſtruere arbitrio Epiſcopi & exequutoris. l. legatum. ff. de vſufruct. vbi pecunia legata ciuitati ad ſpectaculum, quod fieri in tali ciuitate non licebat, poteſt in alium vſum conuerti, ex conſilio hæredum, & primorũ ciuitatis. Nec minus facit tex. in Auth. de eccleſiaſti. titulis. §. ſi quis in nomine magni Dei. ad quod etiam alia conſimilia refert Epiſcop. Couarru. in d. c. 3. de teſtam. nu. 9. & 19. licet non referat dictã legem par. Et notatur per eundem Couarr. in c. tua. num. 7. de teſtam. & facit etiam l. legatum. ff. de admin. rerum ad ciuit. perti. per quam, & d. l. legatum. de vſufru. tenet Bal. in c. 1. an mutus, vel ſurdus. nu. 4. quod mutus ex accidẽti retinet feudum, & poteſt commutari ſeruitium perſonale in aliud ſimile. Et iſta ſunt notabilia ad ea, quæ notantur in Clem. quia contingit. de religio. domibus. Et eſt etiam elegans tex. in l. vlti. ff. ui latif. cogan. ibi, qui iuramento promiſit iudicio ſiſti. non videtur peieraſſe, ſi ex cõceſſa cauſa hoc deieraſſet. ad quem tex. vltra Doctores ibi vide Deci. in c. cum acceſſiſſet, num. 6. de conſtit. & in c. ad hæc, num. 2. de appella. Sanct. Thom. 22. quæſtio. 89. artic. 9. Nec minus vrget tex. in l. quod ſemel. in fi. ff. de decretis ab ordi. faci. & quod ad illum notat Dec. in cap. nouit. de iud. Iaſ. in l. Barbarius Philippus. num 31. ff. de offi. prætor. & Hippol. in ſingu. 333. & iterum in ſingul. 531. nec prætermittenda eſt ſilentio pulchra doctrina Bald. in conſil. 53. item prouiderunt. lib. 2. vbi vult, quod prouiſiones generales ſtatutorum recipiunt tacitas exceptiones propter caſus emergẽtes, in quibus oportet ſpecialiter prouidere: vnde ſuadente cauſa ſpeciali, ceſſat prouiſio generalis. quę doctrina confirmatur etiam ex pluribus traditis per Egid. Boſſi. in pract. crimin. titu. de carcerat. fideiuſſo. num. 41. cum ſequentibus.

14 Tandem Pet. de Peral. in rub. ff. de hæred. inſtit. num. 146. dicit, quod licentiæ regales datæ ad alienandum bona maioratus ea ratione ſuſtinentur, quia ſubrogantur aliæ res, in locum alienatarum æquiualentium, reſeruata voluntate illius, qui conſtituit maioratum circa ſubſtitutionem fideicommiſſariam perſonarum gradatim, & ſucceſſiue ad earũ ſucceſſionem per eundem vocatarum, quia ex hoc non alteratur ſubſtantia voluntatis diſponentis inter viuos, vel in vltima voluntate de diſpoſitione rei vinculatę. & dicit idem

15 Peral. in l. 3. §. qui fideicommiſſum, nume. 149. ff. eod. titu. qđ ad alienandum bona maioratus non eſt neceſſaria licentia Principis, quando talis alienatio eſt pro tuitione, & conſeruatione aliarum rerum maioratus, quando ob licentiam impetrandam periculum verteretur in mora: quia tunc licentia iudicis ſufficeret, refert ad hanc concluſionem. l. mulier. §. ſed enim. ff. ad Trebell. & Roma. & Aret. in l. pro hærede. in princ. ff. de acqui. hæred. cui adde tex. cum his, quæ ibi late notat Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de nou. oper. nunc. & facit tex. in l. ſi vnum. §. quod ſi in ſpecie dotis. ff. de pact. Et quod ad illum notat Ioan. Lopez, in repeti. cap. per veſtras, de dona. inter vir. & vxo. in verſic. mouentur principaliter. Et pro ornatu & intellectu tex. in d. §. ſi quis riuos. & ad cõfirmationem doctrinæ Peral. vide plura, quæ refert Moder. Pariſien. in conſuetu. Pariſien. par. 1. §. 6. gloſ. 6. nu. 5. cum aliis. pro qua videtur facere text. in indiuiduo. in d. l. legatum. iuncta glo. 1. Ex quibus omnibus reſolutiue concluditur, quod exiſtentibus legitimis cauſis, poſſunt licite concedi regales licentiæ ad alienandum bona maioratus, & ea permutandum cum aliis. Quod tenendum eſt, quicquid concludat Burg. de Paz in prooemio legum Tauri. in num. 352. vbi quibuſdã leuibus rationibus motus opinatur, non poſſe bona maioratus alienari cum facultate regia. etiam ſtante vtilitate, quod durum videtur, & contra omnia ſuperius tradita, & contra aliqua tradita ad propoſitum per Pinellum. in l. 1. par. 3. num. 62. verſic. infertur decimoſexto. Et hæc eſt regula generalis, aut limitatio, quia cauſæ poſſunt

16 eſſe multæ, ex quibus aliquas poſtea exponam. Quarum iuſtitiam cum magna deliberatione contemplari, & inquirere debent hi, qui ſunt in ſupremo Regis conſilio, & in regali illius camera, ne paſſim heæ licentiæ concedantur: quia variæ in hoc quotidie excogitantur cautelæ, & mille fraudes confingunt, qui iſtas impetrant licentias, quod arbitrio & diſcretioni dominorũ de conſilio relinquendum eſt. l. 1. ff. de iu. deliber. pro quibus eſt magna præſumptio, ꝙ non aliter iudicabunt, quam ipſemet Princeps iudicaret, vt alias inquit notanda. l. 1. in verſi. credidit. ff. de offi. præfe. præto. Et cum ad tam inſignem locum Deus illos erexerit, pro illis eſt præſumendum in hoc, & in aliis. ad quod facit. l. 5. titu. 9. par. 2. Et hæ iuſtæ cauſæ conſtare poſſunt ex traditis in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. & in Auth. res, quæ. C. communia de lega. quæ caute ſunt ad bona maioratus applicanda: quia fortiori vinculo ſunt adſtricta, quam bona reſtitutioni ſubiecta. Et quod ex cauſa Princeps poſſit derogare defunctorum voluntatibus in conſtitutione maioratuum,

17 concludit Pinel. in l. 2. par. 1. num. 19. C. de reſcind. vendi. de quo tamen vide quæ ſcribo in principio ſecundæ partis, nume. 47. Vnum tamen circa hæc omnia ſeſe offert dubium, pone. quod Princeps habita informatione, & relatione vtilitatis, concedit facultatem ad alienandũ bona maioratus, facta ſubrogatione cum aliis bonis, quæ expreſſe princeps in conceſſione expreſſit, & declarauit: quæro an valeat permutatio facta cum aliis bonis? quę licet non ſint idemmet cum his, quæ in facultate continentur, ſubrogatio tamen facta fuit in aliis bonis, quæ ſunt vtiliora maioratui, an talis ſubrogatio valeat? In quo dubio paucis agendo, licet aliquæ coloratæ rationes adduci poſſent ad probãdam talem ſubrogationem vaiidam eſſe, cum ſi non conſideretur principium, & cauſa conceſſionis licentiæ, quæ ex eo data fuit, quod vtilitas maioratui reſultabat, exiſtente alia maiori vtilitate, non eſt inconueniens, quod licentia ad illud extenda tur. Cum ſi de hoc princeps interrogatus fuiſſet, facilius licentiam conceſſiſſet. & in mandatis magis attenditur finalis cauſa formæ ipſius mandati, quam ipſum mandatum, vt ex. l. vlti. §. vlti. & ex aliis ſupra probaui. & hoc confirmatur ex doctrina Bal. in rub. C. de procpra. & ex notatis per Iaſ. in conſi. 222. magnus Baro in verſicu. non obſtat. lib. 2. quæ, & alia ſimilia ad hoc propoſitum adduci poſſunt, contrariũ tamen eſt tenendum, quia forma & ordo datus in regia facultate ad vnguem eſt ſeruandus, ex tex. in l. vl. C. de prædiis curialium, lib. 11. vbi probatur, quod a forma decreti non eſt recedendum. & facit tex. in l. ſi pupillorum § ſi prætor. ff. de reb. eorum. & gloſ. in l. non debet. ff. de regul. iur. per quæ iura tenuit Gregor. Lopez in d. l. 6. titu. 11. part. 6. in gl. in ver

18 bo, *no aldra*. fol. 84. col. 1. in verſic. & ſi data fuit licentia, ꝙ ſi fuit conceſſa facultas ad vendendum bona maioratus, non poſſunt virtute talis facultatis obligari, quamuis obligatio ſit minus, quam vẽditio: quia forma decreti eſt cuſtodienda, & cum princeps examinauerit vtilitatem, virtute cuius conceſſio facta fuit priuatis, & illius, cui fuit conceſſa licentia, non eſt examinare aliam vtilitatem, nec diſponere vltra, vel præter illud, quod in facultate continetur. Et pro

19 hoc eſt etiam bonus tex. in c. cui non de ſacerdotali. §. ſimiliter. & §. vlt. de reſcr. in 6. & forma non ſeruata in minimo, actus corruit, ſecundum Bal. & Imo. in l. 1. ff. de liber. & poſthu. Nec poteſt per æquipollens adimpleri, ſecundum gl. in Clemen. prima, in verbo, tertio. de vita, & honeſtate cleri corum. Bart. in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homi. cum concordantibus, vt per Alexan. in d. l. 1. Felin. in capitu. cum dilecta. de reſcrip. Hippol. in conſi. 27. imo nec vberiore, nec pinguiore modo, forma adimpleri poteſt. d. capitu. cui non de ſacerdotali. l. ſi quis pro eo. ff. mandati. quæ latius comprobantur ex ſcripris per Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. primo, gloſſ. vigeſimaprima, numero decimo, & ſequentibus. & §. trigeſimoſexto, gloſſ. ſecunda, nume. quinquageſimooctauo, & quinquageſimonono, & ſexageſimo, & libro ſecundo, de retractu. §. quarto, gloſſ. ſecunda, numero trigeſimoprimo. cum ſequentibus. in quibus locis plura ad hanc

rem

Source : BIU Cujas

20 rem nostram conuenientia scribit. Item, cum talis licentia ad alienandum bona maioratus sit contra naturam bonorum maioratus, quæ de sui natura, & etiam de iure sunt inalienabilia secundum diuersas voluntates facientiũ maioratus, & talis licentia sit in prejudicium successorum in maioratu, debet stricte interptetari. secundum glo. in c. Imperialem. in princi. de prohi. feud. aliena. per Federic. quæ dicit, ꝙ licentia ad alienandum rem feudalem, est stricte interpretanda. notat eleganter Ludouic. Gozadi. in consi. 26. in causa illustrissimorum. num. 44. quæ regula & doctrina notanda est ad plura, quæ in hac materia contingere possunt. Itẽ hæc sententia coadiuuatur. Quia permissio vnius alienationis, non extenditur ad aliam, vel minorem, secundum Alberic. & Cuma. in d. l. si pupillorum. §. si prætor. & Bartol. in l. sicut. §. si permiserit. ff. quib. mod. pign. vel hypothe. solnitur. & alios, quos refert Arias Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. par. 3. num. 52. versi. infertur 17. C. de bon. matern. vbi refert inter alia ad propositum nostrum doctrinam Matthei ab Affli. lib. 3. constitu. Neapoli. rubr. 5. num. 16. dicentis, ꝙ si habens feudum impetret a Rege, vt illud alienare possit, & vendat adiecto pacto pignoris, seu hypothecæ ipsius feudi, quousque precium soluatur, vẽditio valebit, non autem
22 obligatio. quod reputat notabile Pinel. Et in dispensationibus non habet locum illa regula, cui cõceditur maius, conceditur minus, secundum Host. & Anton. in c. postulasti. de rescrip. & decisio Rota, in nouis, 136. Sed an testator possit præcipere, quod bona maioratus nõ possint alienari etiam cum causa legitima, & Principis facultate impetrata? ambigua est quæstio. quia licet voluntas testatoris seruanda sit pro lege (vt late diximus in principio secundæ partis huius tractatus) & valeant omnia pacta, quæ quis ponit in traditione rei suæ. l. in traditionibus. ff. de pact. l. paciſci. ff. eodem titu. cum similibus. & quilibet successor in bonis maioratus accipit rem, sub hac, & aliis conditionibus, quas seruare ad vnguem tenetur, postquam maioratum acceptauit. l. legem. C. de pact. l. quoties. C. de dona. quæ sub modo. adhuc tamen dura est conditio, & nemo potest facere, quin leges in testamento locum habeant. l. nemo potest. ff. de legat. 1. l. testandi causa. C. de testam. facit bonus text. in c. tic quidam. 10. quæstio. 1. Et quod notat Rota in antiquis, decis. 868. Felin. in c. cum venerabilis. num. 33. de excep. Episcop. Couarr. quem lector legat in c. tua, num. 8 de testamen. l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. l. neque pignus. §. priuatorum. eodem tit. Et quomodo precium rei, quæ erat maioratus conuerti debeat in rem subrogatam, constat ex doctrina Albe. in l. vlt. §. & si præfatam. C. de iu. delib. facit l. huius. ff. qui pot. in pigno. hab. l. 26. in versic. *e aun dezimos*. titu. 13. part. 5. vbi Gregor. Lop. in glo. in verbo. *metidos*. & facit Auth. hoc ius porrectum, in fi. C. de sacros. eccl. c. quod quibusdam, de fideius. l. 3. tit. 1. par. 5. vbi late Greg. Lop.

SVMMARIVM.

1 *Bona maioratus possunt ob causam dotis alienari cum facultate Regia.*
2 *Statutum generaliter loquens, non procedit in causis dotalibus.*
3 *Matrimonia vtilia sunt reipublicæ, & ampliari imperium hominibus.*
4 *Ob reipublicæ vtilitatem multa sunt specialia.*
5 *Refertur opinio dicentium, quod bona maioratus non possunt ob dotem alienari.*
6 *Lex generaliter loquens, comprehendit causas priuilegiatas*
7 *Statutum quod mulier contrahere non possit, intelligitur nec ob causam dotis.*
8 *Reprobatur Io. Lopez. dicens, quod mulier nupta potest contrahere, & dare dotem absque mariti licentia.*
9 *Obligari an quis possit, ꝙ intra certum tempus impetrabit facultatem ad alienandum bona maioratus pro dote?*
10 *Vendens rem maioratus, si promittit se impetraturum ad confirmationem licẽtiam regalem, an incidat in pœnam, si fecit quicquid potuit.*
11 *Quid quando quis promisit impetrare dispensationem ad faciendũ maioratum in filium.*
12 *Quid in promittente impetrare dispensationem ad derogationem pragmaticę dotis?*

LIMITATIO II.

An bona maioratus alienari possint pro dotibus filiarum.

SEcundo, Dicta generalis conclusio, ex qua probatum fuit, quod regulariter non licet Principi concedere facultatem ad alienandum bona maioratus limitatur, nisi licentia concessa fuerit pro constituenda dote filiab. cuius sententię in bonis maioratus post alios plures, qui idem tenent in bonis restitutioni subiectis, sunt Roderic. Suarez, in l. quoniam limitati. 2. ad legem regiam. C. de inoffi. testam. Ioan. Lop. in rub. de don. inter vir. & vx. §. 16. num. 11. & alii, quos refert Episcop. Couar. resolut. lib. 3. c. 6. num. 10. versi. 3. vt quibusdam. Et hoc pro expedito habet Grego. Lop. in pluribus glo. legum partita. præcipue in l. 10. titu. 16. part. 4. & in aliis plerisque locis. & fundatur ista conclusio ex his, quæ ad hoc propositum scribit Roland. in consi. 81. num. 26. cum seq. lib. 2. qui Doctores aliqua fundamenta pro hac opinione adducunt, quæ apud illos lector videre poterit. Et sane dotis priuilegia infinita sunt, prout diligenter tractauerunt Bal. Nouel. & Campegius, qui de hoc integros fecerunt tractatus. in quo etiam Bal. laborauit in l. 1. C. de priui. dot. Negusanti. in tract. de pignoribus in variis locis, præcipue par. 2. membro 4. Iaſ. in §. fuerat. Instit. de act. Et tandem priuilegia dotis tot sunt, quot dixit glos. in l. j. ff. sol. mat. quod illa enumerare, est potius laboriosum opus, quam subtile. vnde ausus fuit dicere Salic. in l. vlti. in versic. ex quo nota bonum argumentum. num. 3. C. de do. promis. ꝙ lex vel statutum generaliter loquens, non habet locum
2 in causa dotis. cuius doctrinam plerique defendunt, præcipue Iaſ. in l. 1. num. 9. ff. solut. matrimon. in l. si constante. ff. eod. titu. & in l. quod dicitur. num. 183. 9 ff. de verbo. obliga. Bartho. Soc. in consi. 76. num. 8. lib. 4. Et Salic. sequuntur plures, quos refert Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. glos. 14. num. 91. cui adde Anton. de Fano, in tract. de pignori par. 8. membro 1. num. 26. & Alciat. lib. 1. de verbo. signific. & reipublicæ expedit, ꝙ mulieres non sint indotatæ. l. 1. ff. solu. matrim. propter liberorum procreationem. vt latius in d. l. cauetur.
3 vnde inquit tex. in l. vlti. §. fauorabilem. ff. de bonis damnat. alias est. l. 1. C. de portio. quæ libe. damna. melius esse ampliare imperium hominum adiectione, quam pecuniarum copiis. de cuius legis comentatione agit late Episcop Couarr. in epito. de sponsa. par. 2. c. 8. in princ. quo in loco refert varia priuilegia illorum, qui liberorum procreationi studeni, & rempublicam augent, & quid iure Cæsareo, & Regio in hoc statutum sit, in ibi lector videre poterit. cui adde quæ notant Felin. in c. contingit. de senten. excommunic. Deci. in l. inuito. ff. de regul. iur. & in c. causam matrimonii, de probatio. Tiraquel. in lib. 1 de retract. in præfatio. num. 59. & conducit tex. in Authen. de nup. in princ. qui probat, ꝙ nuptiæ præstant immortalitatem. & est alius casus in l. 2. ff. de iu. doti. & in l. interest. ff. de priuileg. credito. vnde Episcop. Couarr in c. quamuis pactum, de pact. in 6. existimat reipublicæ esse necessarium, vt conderetur lex ad hoc, quod mulieres nullatenus dotes cum nullo iuramento obligare possint. & ad Episcop. Couarru. in d. c. iunge scripta per Ariam Pinel. in 2. par. rubr. C. de bon. mater. num. 15. cum igitur in donatione, & cõseruatione dotium, versetur fauor publicus: restrin
4 genda videtur dispositio testatorum prohibentium ne bona maioratus alienari possint, quando id exegerit dotis necessitas, & multa in iure sunt introducta contra regulas iuris pro communi vtilitate. l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad l. Aquil. & in hac ipsa prohibitione alienationis bonorum, quæ sunt restitutioni subiecta, inquit text. in Auth. res, quæ. C. communia de lega. ibi, ea enim quæ communiter omnibus prosunt, iis quæ specialiter quibusdam vtilia sunt, præponimus. & est. l. 8. titu. 28. par. 3. ibi, *Ca no seria cosa guisada que el pro de todos homes communalmente se estoruaße por la pro de algunos*. Et ad hoc alia plura faciunt, quæ ob euitandam prolixitatem omitto, & hæc opinio Suarez. & aliorum tantam authoritatem hodiernis temporibus habet, quod nihil est magis ordinarium, quam concessio harum facultatum ad obligandum, vel alienandum pro dote bona maioratus, qua ratione difficile videtur contra hoc arguere, & persuadere concedentibus has facultates, vt illas non concedant. argumento. l. minime. ff. de legibus. cum concordantibus nihilominus tamen sciendum est, quod Gregor. Lopez. in l. 6.
5 titu. 11. in glo. in verbo *no ualdra*. fol. 81. col. 2. in versic. quando vero par. 6. inclinat in sententiam, quod talis alienatio fieri non potest virtute regiæ facultatis etiam pro dote filiarum, & tandem vitus de cõsuetudine, quæ in hoc adest, concludit & dat consilium dominis de consilio Regis, ad hoc deputatis, vt raro, & cum magna causa has licentias ad alienandum bona maioratus concedant, per rationes, quas ipse adducit Episcopus autem Couarru. in hoc distinguit in d. c. 6. num. 10. in versic. quarto non tantum dicens, quod si prohibitio facta per testatorem fuit in tertio, & quinto nõ possunt bona alienari, nec pro dote, etiam cum regia facultate, si vero maioratus fuit factus cum regia facultate, Princeps derogare potest facultati, in hoc per ipsum prius concessæ, quæ distinctio periculosa videtur, quia vt probaui in prin. huius quæstionis ad finem, numero sexagesimoquarto, fere eiusdem effectus est, quod maioratus sit constitutus regia authoritate, q̃ si fuerit cõstitutus pr. uata authoritate,

Source : BIU Cujas

ad hoc, vt licita sit derogatio iuris fideicommissi, vtcunque autem sit, admonet Episc. Couarr. quod hæc Principum rescripta sunt restringenda, ne passim defunctorum voluntates mutentur, sed Anto. Gomez in l. 40. Tauri. num. 87. magno animo tenet, quod bona maioratus non possunt, neq; pro dote alienari, & id sequitur notanter Arias Pinel. in l. j. C. de bonis mater. in 3. par. num. 102. quamuis hi duo posteriores loquantur, quando non adest regia facultas ad alienandum bona maioratus & pro horum opinio. facit, quia etiam in causis dotalibus ius omnibus commune seruari debet, in his in quibus non habet speciale priuilegiū. Quia leges generaliter loquentes, comprehendunt causas, & personas priuilegiatas, quæ in illa specie de qua agitur non habent priuilegium. l. in fraudem. §. vlti. vbi Bal. ff. de testamen. mili. quam legem ad hoc notat Dec. in l. pactum quod dotali. num. 7. C. de collatio. & in c. qua fronte, num. 2. de appel lat. & in Auth. qui rem, num. 12. C. de sacrosan. eccles. & in l. 1. num. 6. C. de eden. & in consi. 48. & in consi. 61. & in consi. 120. & speciāliter in causa dotali. in consi. 301. in causa, quę Ferrariæ agitatur. vbi ex hoc dicit, quod statutum Ferratiæ,
7 per quod cautum est, quod nulla mulier possit contrahere, nec quasi contrahere in plena forma, habet etiam locum in causa dotali, ita quod mulier nec dotare potest. vbi reprobat sententiam Salice. in d. l. vlti. C. de dot. promi. & Salicet. etiam reprobat idem Deci. in consi. 5. & in c. sedes. nu. 7. in versi. succedentes Abbas. in fi. de rescr. & in l. quo tutela. §. j. ff. de regul. iur. & alij, quos refert Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. num. 96. & in alia specie etiam contra Salice. tenet Ripa. in l. j. num. 14. ff. solu. matr. & Gozad. in consi. 97. nu. 7. & hanc etiam sententiam contra Salic. fundat idem Tiraq. in tract. de præscrip. §. 1. glo. 11. cum seq. cui etiam vltra prę dictos adde Moder. Parisien. in 2. parte consuetudi. Parisien. §. 56. num. 36. qui concludunt, quod dictum Salicet. non est verum, nisi in materia, in qua dos esset expresse priuilegiata. pro quibus est bonus tex. in l. dotalem. ff. de feud. dotali. ibi, dotalem fundum si legauerit miles, non erit rectum legatum, propter legem Iuliam. Ex quibus obiter reprobari
8 potest, quoddam dictum Ioan. Lopez in repeti. rubri. de donatio. inter vir. & vxor. qui in effectu tenet, quod non obstantibus legibus regalibus, ex quibus prohibetur mulier cō trahere absque licentia mariti, si contrahat pro causa dotali, obligatur, & virtute obligationis conueniri potest. quod dictum etiam sequitur Cisuente. in l. 55. Taur. pro quibus facit l. 6. tit. 11. par. 5. Et contra hoc tenet Nicol. Boer. in consuetu. Bitur. §. j. gl. magna. vbi dicit, quod promissiones, quas faciunt matres in maritando earum filias, quia promittūt aliquid sponso vltra dotem absq; maritorum licentia, non valent. quem ad hoc refert Cassane. in consuetu. Burgund. rubr. 4. le feme Marie. num. 42. versi. & ideo per hoc potest dici. Et hæc sententia Ioan. Lopez, & Cisuentes aliis pluribus rationibus reprobari potest, quas in alio loco ego scribo. & sunt necessariæ pro quadam iite, quæ nunc mota est inter duos principales super quadam obligatione & constitutione dotis. Redeundo ergo ad propositum nostrum, in tanto opinionum conflictu difficile est iudicare, si tamen aliquid mea sententia valet, in hærendo consuetudini, & stylo, & opinionibus maiorum. Et sequēdo communem vtilitatem resultantem ex datione dotium credo, tunc licitas esse licentias ad obligandum, vel alienandum bona maioratus: cum dos est moderata, & illi qui licentias impetrare volunt, vrgenti sunt necessitate coacti ad petendum tales licentias, nec aliter possunt filias dotare, quam obligando, vel alienando bona maioratus, quod domini de cōsilio ingenti cum studio examinare, & prospicere debent, & modum, & frenum adhibere in constitutione dotium magnatuum, & aliorum dominorum particularium. nullum etenim est venenum, nec maior pestis, quæ rempublicam offendat, quam immoderata dotium constitutio, quæ hodie magis seruiunt ad sustentationem profanitatum, & vanitatum mulierum, quam ad sustentanda onera matrimonialia, cuius occasione dotes inuentæ fuerunt. vnde iusta cum ratione inquit Ioan. And. in c. vlt. de consuetu. quem refert, & sequitur Ripa. in l. priuilegia. nu. 44. ff. de priuileg. credit. quod. l. huius. ff. qui potio. in pign. hab. cum qua concordāt. l. 29. & 33. titu. 13. non procedunt in vxore lasciua & pomposa, cuius gratia maritus fuit coactus debitis se inuoluere. Quis enim non videt, atque cum ingenti dolore luget sumptus excessiuos, & inauditos, qui quotidie fiunt in vestibus, ioiis, & aliis puerilibus rebus? in quib. integræ dotes hodiernis temporibus consumi solent cum magno reipublicæ incommodo, & mulieres remanent fere indotatæ? Ex hoc plura incommoda oriuntur. filii & familiæ patiuntur magnas necessitates, fiunt mille contractus illiciti, accipiuntur vestes & aliæ mulieris ornatus pecunia credita, quæ postea cum magno & notabili incommodo soluitur. status maioratus & aliæ facultates attenuantur, & resultant alia varia damna, quæ nullis lachrymis fleri possunt. & quod detestabilius est, officiales, & alii homines, plerunque pauperrimi sequuti exempla nobilium, illustrium, & diuitū hoc etiam faciunt. & eo malum deuenit, quod qui ab hac deuiant via, sunt in ciuitate habiti pro miseris, & illico sunt odiosi mulieribus, & illarum consanguineis. & huius immoderati abusus credo, non minimam causam fuisse licentias, quæ magnatibus, & aliis illustribus viris, temporibus præteritis concessæ fuerūt per subreptionem & obreptionem ad obligandum pro dotibus bona statutuum & maioratuum, qui vt filias honoratius matrimonio iungerent, dotes ampliabant, nec eo erant contenti, quod facere poterant. ex quibus abusus ad inferiores descendit, & totam rempublicam deterio rauit, sicut sæpissime in aliis rebus contingit, quia exempla Regum, & maiorum, rempublicam ad bonum vel ad malum ædificant, c. Paulus. vbi glo. 2. q. 7. c. præcipue. 11. quæs. 3. glo. in c. magnæ, de voto. l. 4. titu. 4. in versic. *esobre esto*. l. 4. in versic. *E esto*. titu. 5. par. 2. & l. 6. eod. tit. l. 7. ti. 7. ead. par. oportet igitur medelam adhiberi magnatibus & illustrib. in cōstitutione dotium, vt alii illico se reprimant, & ad vnguem seruare pragmaticam dotium. & nullus est modus, quo magis seruari possit, quam denegando prædictas licentias, & si aliquibus incipiantur denegari, easdem non petent, & sic statim omnia ad iustitiam, & moderationem reducentur, & inferiores reprimentur, & refrænabuntur. & si isto modo fiat, experientia apparebit, quantum vtilitatis reipublicæ resultabit, expedit igitur cautè, & cum magna moderatione dare prædictas licentias, & respublica multum lucrabitur, & homines rebus propriis cum moderamine vtentur. inter est enim reipublicæ, ne quis propria re male vtatur. §. vlt. Insti. de his, qui sunt sui, vel alte. iur. cum vulgaribus, & ciues esse locupletes. Authen. vt iudices, sine quoquo suffragio. §. considerauimus. collatio. 2. cum concordanti. quæ scribo in 1. parte tracta. q. 1. nu. 9. & 10. Sed circa hunc articulum oritur dubium, si quis promittat impetrare regiā facultatem, vt possit obligare pro dote bona maioratus in certa quantitate, sub certa pœna, & intra certum tempus, an talis obligatio sit efficax, & illius virtute obligatus conueniri possit?
9 Et videtur. quod hæc obligatio nullius sit effectus, cum aliquo modo sit prohibitum commercium bonorum maioratus. ad quod facit text. in l. apud Iulianum. alias idem Iuli ff. de legat. 1. l. 13. titul. 9. part. 6. sed cum huiusmodi licentiæ quotidie cōcedantur, & tam faciliter, credo quod talis obligatio est efficax, argumēto tex. in d. §. constat. in illis verbis, cum distrahi non soleant. vbi late DD. & imputandum est illi, qui solita impetrari, non impetrauit. l. qui cum maior. §. 1. in versi. nec enim imputari. ff. de bon. liber. & in l. 2. §. tractari. ff. ad Tertul. notat Rom. in l. 2. ff. de re iud. & alii, quos retuli in 4. par. huius operis. quæst. 40. vbi videnda sunt. Sed est quæstio, si quis vendens rem maioratus promittat se facturum, & curaturum, quod princeps det licentiam ad confirmandam venditionem, vel alienationem sub aliqua pœna, an incidat in pœnam, si fecerit quicquid potuit, & tamē non valuit impetrare licentiam? resolui potest ex his, quæ tradunt Bart. & Doctores in l. quod te mihi. ff. si cert. peta. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. Episcop.
10 Couarru. in c. quamuis pactum. de pact. in 6. 2. par. relecti. §. 5. num. 4. cui adde notabilem legem 11. titu. 11. par. 5. & l. 37. eod. titu. Et vera, & communis videtur conclusio, quod si iste qui talem promissionem fecit, adhibuit totam diligentiam possibilem, vt Princeps daret prædictam licentiam, & noluit dare: quod non incurrit in pœnam, vt probatur in l. si vehenda. §. pe. ff. ad l. Rhodiam, de iactu. & est communis opinio, secundum Aretin. in l. si ita stipulatus fuero. §. possunt. ff. de verbo. oblig. & Gregor. Lopez in l. 11. titu. 11. par. 5. in glo. in verbo, *tenudo*, secundum quam late concludit Deci. in consi. 313. promisit dominus Ioan. & adde Ias. in l. stipulatio ista, habere licere. num. 10. ff. de verbo. oblig. & in l. in nummis. num. 7. ff. de in litem iurando. Et promittens se facturum, & curaturum, quod quis contrahat matrimonium cum aliqua muliere sub pœna, si fecit quicquid potuit, excusatur a pœna, secundum Bart. in consi. 136. Martinus promisit. & Federic. in consil. 122. maritus promisit. notat in bono casu Barth. Soci. in consi. 3. nu. 9. lib. 1. & in consi. 288. num. 27. cum aliis, lib. 2. vbi plura bona, & necessaria in ista materia tradit. & traditur per Rebuf. in l. vnica. C. de senten. quæ pro eo, quod interest profer. notabi. 3. nu. 7. vbi scribit, qualiter si fideiussor promittat se facturum, & curaturum, quod Titius contrahat, vel centum dabit, liberetur mortuo Titio, & facit not. l. 21. in verbo, *esso mizmo seria*, tit. 9. par. 6. & l. sequens in princip. & latissime istam materiam examinauit Episcop. Couarru. in d. cap. quamuis pactum. de pact. in 6.

Source : BIU Cujas

pact.in 6.& conducunt notata per Deci. in consi.439.num. 8.& in l.vlt.num.19.ff.si cert.peta.& in consi.323.num.3. Ripa,in l.quod te mihi.nu.45.ff.si cer.peta.Et est etiam notandum,quod promittens se facturum,& curaturum,quod aliquis ratificet aliquem actum,non requiritur,quod interpelletur,vt faciat,& curet adimplere factum,secundum Bal.in c.domino guerram.§.ad hæc, in tit.hic finitur lex Corradi. per l.1.C.de priuat.carceri.notat Ale.in consi.148.nume.1. lib.7.Ias.& Deci.in d.l.quod te mihi.ff.si certum pet. & alij, quos refert Aymo Craue.in cons.64.num.1. & in cons.192.
11 num.17. Ex quibus etiam sumi potest resolutio ad illum, qui facit maioratum in filium, & promisit sub pœna se impetraturum dispositionem.& facultatem regiam ad faciendum maioratum,vel ad illius confirmationem,& ad illos,
12 qui se obligant impetrare dispensationem Regiam ad hoc, vt confirmetur promissio dotis facta vltra quantitatem a lege Madritii anno 1534.taxatam pro dote filiarũ,& ad sponsos,qui dant sponsis dona vltra octauã partem dotis,quam recipiunt, quod etiã lege Madritia diffinitum est,& ad alias obligationes,quas huius generis homines faciunt in diuersis negociis.limitat tamen prædicta Aretin. in d.l.si ita stipulatus.§ passum.ff.de verbor.oblig.quando in promissione dictum fuit,promisit facere curare,ita,& taliter, & cum effectu:quia tunc non liberatur quis, licet fecerit quicquid potuerit.quem refert,& sequitur Goza.in consi.27.nume.6.& an promissio,quod tertius ratificaret sit obligatoria, tradit Ripa respon.81.num.30.& vide eundem in l.si insulam,nu. 5.ff.de verbo.oblig. Et an difficultas superueniens excuset a pœna in huiusmodi rebus vltra tex.& Doct.in l.continuus. § cum ita.ff.de verb.oblig.& alia,quæ scribit Episco. Couar. vbi supra.vide notabilem.l.de qua ipse non meminit,36.tit. 11.par.5.vbi Gregor.Lop.late Tiraq.lib.2.de retract.§.j.glos. 2.num.56.& an de iure regio obligatus ad factum liberetur præstando interesse,patet ex l.3.tit.14.par.5.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari,possunt tamen ob remunerationem alienari.*
2 *Procurator generalis potest donare ob remunerationem, & minor & decuriones,& alię similes personæ.*
3 *Mulier statuto prohibita contrahere, an id procedat remunerando.*
4 *Regni bona possunt propter seruitia donari.*
5 *Communitas propter remunerationem,donare potest.*
6 *Confessio Regis non sufficit ad reprobandum benemerita donatarii.*
7 *Infertur,quod mariti confessio etiam iurata,non sufficit ad probationem, quod arrhæ non excedunt decimam bonorum.*
8 *Bona maioratus non possunt ob remunerationem donari.*

LIMITATIO. III.

An bona maioratus ob remunerationem alienari possint?

TErtio, Licite possunt alienari bona maioratus cum regia facultate ob remunera
1 tionem faciendam alicui per possessorem maioratus:quia bona,quæ alias prohibentur distrahi a iure,possunt tamen ob remunerationem alienari,secundum Bart.in subscriptione procemij Digestorum.& Abb.in cap. per tuas.in versi.in glos.j. de donatio. per illum text.ex quo communiter colligunt ibi Doctor. posse ordinarios ex causa remunerationis donare,& distrahere bona ecclesiæ. quẽ tex.declarant ibi Imo.num.4.Pinel.in l.2.parti.3. num.17.C. de rescind.vendit.& recte Deci.in consi.174. num.1. & not. Ias.in l.ex hoc iure.in 8.effectu.ff.de iusti.& iu.Ioann.Lopez in rubr.de donatio.inter vir.& vxo.§.50.& alii, quos refert Tiraquel.in l.si vnquam.C.de reuoc.donat.in verbo, donatione largitus,num.46.qui num.45.refert Ias.in d. Auth. res quæ limit.5 dicentem,quod res subiectę restitutioni, & quæ alienari nequeunt,possunt ob causam remunerationis alienari,quamuis Ias.cogitandum reliquit.id tamen sine dubio aliquo affirmat Firmanus in tracta.Gabellarum.in 3.par.8. par.princip.q.34.quod dicit esse singul.citat Bartol. in dicto proœmio Digestorum. vnde fit, quod prælatus,qui solum est administrator, potest res ecclesiæ propter remunerationem donare. Et procurator generalis donare potest, & ex
2 causa remunerationis potest natura feudi alterari,& minor sine decreto potest rem ex causa remunerationis concedere.& decuriones,qui nõ possunt donare bona ciuitatis, ob remunerandum tamen illis licitum est id facere,vt hæc omnia latius notat Tiraq.Auctores referendo in dicto loco, a num.1.cum pluribus sequentibus.vbi.num.30.refert quoddam singulare dictum (si verum esset) ex Pau.de Castro in
3 consi.172.in casu præsenti.lib.2.vbi dicit, quod mulier statuto prohibita donare sine consensu mariti,poterit tamen ex causa remunerationis,per l.si vero non remunerandi.§. Papinianus. in fine.ff. manda. de cuius dicti veritate agit Tiraquel.in d.loco.num.193.& in legibus connubialibus, in verbo,contracter.nu.48. Ego, quantum ad nostras leges regales attinet credo quod mulier sine facultate mariti non potest donare ob remunerationem:cum agatur de mariti præ
4 iudicio. Ex his fit,q; bona regni, quæ alias sunt inalienabilia,possunt ex causa remunerationis, & propter seruitia cõcedi,vt probatur in l.5.titu.15. parti.2. de cuius legis intellectu egi in hac quæstione,in princip.in versi.ex his omnibus. num.38.& idem probatur in l.49.titu.18. parti.3. & in l.51. eod.titu.& in l.14.titu.4.par.6.& in l.4.titu.27.par.2. vbi glo. in verbo, *nos que del vinieſſen*. & in l.5.6.& 10.vbi glo.in verbo, *galardonar*, eod. tit.& sic est intelligenda.l.9.tit.4.parti.5. secundum Episcop.Segouien.in c.quamuis pactum.de pac. in 6.in 2.par.relectio.§. 2.num 4. vbi tradit posse Regem ex causa remunerationis rem aliquam ad dignitatem regiam pertinentem alicui, qui de republica sit benemeritus donare.cui adde dictas leges parti.& scripta per Tiraq. in loco citato.& Ias.in l.placet.num.10.C.de sacros. eccl. & in l.2. nu. 209.C.de iure emphyt.& in l.j. nu.9.ff.de offic.eius,cui manda.est iuris.& in l.si non sortem.§.libertus.ff.de cond. indeb. & in l.contra iuris.§.si filius.num.7.ff.de pactis. & in l. vt liberis.num.17.C.de colla.& in l.vlt.num.61.C. de iur. emph. Ioann.Lopez in d.Rubr.§.9.num.5.& §.45.num.6. Episcop. Couarru.in c.cum in officiis.num.10.de testam.Ioann.Fab. §.j.num 7.Insti.de oblig.Ange.Aret.in §.omnium. num.27. de actionibus.Ludou.Goza.in consi.8.num.39. & ex his dicit Raph.Fulgo.in consi.101.Ducis Mediolani.quod donatio facta per tutorem Principis alicui ob benemerita:valet etiam absque decreto. refert notata per Inn. in c. grandi.de supplen.negli. præla.lib.6. & hæc omnia comprobantur ex dispositione.l.2.titu.9.lib.5.ordina. Et in ista materia est memorabilis doctrina.Alber.in 1.par.statuto. q. 122. vbi dicit,
5 quod stante statuto, quod donum aliquod non possit fieri de bonis communibus,nisi sex partes consilii concordarẽt, petierunt tamen quatuor partes ex septem donare causa remunerationis.& ita dicit determinatum fuisse per collegiũ iudicum Bergami.& idem in simili consuluit Alex.in cons. 53.versi.non obstat,quod statutum communis Rodigii.lib. 4.quod dictum notandum est ad intellectum text.in l.3. tit. 9.lib.5.ordina. quæ vocatur lex Pintiæ. quamuis ibi caueatur, quod quando rex vult aliqua bona regni donare propter seruitia, teneatur seruare solennitates illius legis. No-
6 tandum tamen quod in casibus prædictis,& etiam in donatione regia adhoc, vt virtute talis donationis remuneratoriæ quis obtinere possit,oportet quod de talibus benemeritis appareat aliter quam ex confessione Regis, & aliorum, qui donant,ad quod maxime aduertendum est. Et hoc probatur ex.l.qui testamentum.ff.de probationib. & in l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de lega.3.& doctri.Bart.in l.si forte. ff.de castren.pec. tradunt latissime omnes in l. si donatione. C.de colla.notat late Tiraq.in loco supracitato,nu.87.cum sequentibus.vbi.num.91.scribit id.procedere, etiam si confessio benemeritorum sit iurata ex Cyno, & Petro, in l.primo,C.de sacrosan.eccle.& Barto.in d.§.Titia honestissima. quod confert ad intellectum.tex.in l.quinquagessimã Taurinam prohibẽtẽ,maritum donare mulieri pro arrhis vltra
7 decimam bonorum partem. Nam etiam si maritus confiteatur & iuret, quod arræ, quas dat non excedunt decimã bonorum partem,hæc cõfessio etiam iurata, quia talis donatio prohibetur per legem non iuuat mulieres, nec illius hæredes, nec releuat ab onere probandi arras datas non excedere,aut esse intra decimam bonorum partem, & idem dicendum est in casu pragmaticæ dotium anno. 1534. quæ taxat quantitatem,quam parentes possunt dare in dotem filiabus secundum quantitatem bonorum cuilibet. & idem etiam dici potest in vsu alterius pragmaticæ dato illo anno quæ dicit, quod maritus non possit dare in ioiis mulieri vltra octauam partem dotis, pout latius in prædictis legibus continetur. nam harum legum dispositio adeo procedit, quod si pater in tempore,quo constituit dotem, fatetur, q; bona propria,quæ habet sunt certi valoris, & quod attento illo valore recte potest dotem illam constituere,& cum iuramento asseuerauerit. & si maritus etiam confitetur, quod ioiiæ quas donat,non excedunt octauam partem dotis,quam recepit iuramento etiam facto, nihil hoc iuuat, nec patri constituenti dotem,nec marito donati ioiias quãuis id iuramento confirmet,quo minus id docere,& probare teneantur, quæ intelligenda tamen sunt secundum ea, quæ notaui in prima parte huius operis.in quæstio.50. vbi videndum.multum tamen proderit assertio regis testificantis seruitia alicuius donatarii. Redeundo igitur ad nostram qũnem quamuis aliqua ex superioribus in prioribus in

pro-

Source : BIU Cujas

proprijs casibus vera sint, in nostro casu seruanda nõ sunt: quia possessor bonorum maioratus ob remunerandum, non potest bona maioratus donare: quia non est dominus, nisi pro vita sua, & bona sunt successorum: & ideo de alienis, nihil largiri potest in præiudicium non consentientiũ. l. si filius. l. constante. C. de dona. Et cum hæc bona non possint alienari in præiudicium successorum, nec vendi, fortius donatio quamuis sit remuneratoria, prohibita censetur, gloss. l. 2. C. de vsucapio. pro emptore. vbi Bart. & idem Bart. in l. voluntas. C. de fideicom. & alii, vt per Deci. in l. cuius. ff. de regul. iur. Et ex hoc vnico verbo dissoluta sunt omnia, quæ in contrarium facere poterant, quæ supra retuli. quod autem diximus de Regibus, quod possunt propter benemerita & seruitia donare bona regni, hoc est virtute legum regalium, & ideo quamuis in pluribus bona regni, & bona maioratns æquiparentur (prout supra in multis locis dictum est) in hoc longe differunt: quia nullibi in iure cauetur, quod bona maioratus possint propter seruitia, & benemerita concedi, nec id iuste fieret: maxime quia (vt dixi in princ. huius quæstionis, num. 48.) nec regibus licitũ est donare bona regni, etiam ob remunerationem, nec est curandum de legibus hoc permittentibus, quæ non ligant regum successores, quorum bona regni sunt, vt late ibi probatum fuit. Et quis sanus dicere potest, quod si aliquis mihi seruitia fecit possim (vt eidem remuneret) bona alterius tertii donare? certe nullus. & omnia priuilegia donationũ (quas remuneratorias vocamus) procedunt, dummodo quis quod suum proprium est, non alienum largiatur. & non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canib. & contrarium perquam erroneum est. species enim furti est de alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere. l. si pignore. §. 1. ff. de furt. & de suo, non de alieno potest quis gratificare. l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2. l. si quis in graui. §. si cum omnes. ff. ad Sillan. Auth. hoc locum. C. de secund. nupt. not. Ripa, in l. 2. num. 62. ff. de vulga. & ad hoc est notabilis doctrina Alber. in l. bene a Zenone. numer. 27. C. de quadrien. præscrip. vbi inquit, Imperatorem ob remunerationem donare posse ea, quæ sunt propria illius, non autem fiscalis: seu imperialia: quia non recipit beneficium nomine imperii, sed suo, & ad eius propriam vtilitatem. ex cuius verbis potest in ista materia adhiberi quædam persua sua distinctio, quod si quis fecerit Regi insigne seruitium proueniens in notoriam regni vtilitatem, possit princeps ob remunerationem donare. ad quod est memorabilis. l. 51. titu. 18. parti. 3. quod etiam probatur ex regula, ex qua persona quis lucrum capit, eius damnum sentire debet. ff. de regul. iur. l. secundum naturam. ff. eod. titu. & æquum videtur, & naturali æquitati conueniens, vt in isto casu retributio fiat benemerenti. saltem vt alii exemplo gratiæ, quæ illi facta fuit, alta facta aggrediantur, & quæ in reipublicæ commodũ cedere possint. Nam scimus, Romanos & alios antiquissimos magna præmia benemerentibus de republica statuisse, vt alii animosiores redderentur ad inuadendũ egregia facta, & audendum maiora, quam propriæ vires exigunt. Et hoc etiam docent leges nostræ partitæ præcipue. l. 1. d. titu. 27. parti. 2. ibi, *por que gualardonar los buenos fechos muestra si por conocido el que lo faze. E otro si por iusticiero, ca la iustitia no es tan solamente en escaomentar los males, mas aun en dar gualardon por los bienes. E demas de esto nasce ende otro por cada vo luntad a los buenos para ser toda dia meiores, e alos ualos para emendarse.* & l. 6. eod. tit. ibi, *la seguuda razon fue fallada, porque se esforcassen a fazerlo meior, metiendo se en grandes peligros por ganar bien y honra.* & d. l. 51. titu. 18. & si dixeris regiam dignitatem miserabiliorem esse cæteris, si donare rex non potest. obia est in promptu refponsio, cum reges habeant plura bona mobilia, & redditus, & officia, cum quib. remunerare possint benemeritos, qui eisdem seruitia præstiterint, & quo regnum magis vnitum & non diuisum inter plures est, maiores redditus rex habet ad remunerandum seruitia. & e diuerso si facultates exiguas habent, donare congrue non possunt. & hoc in loco est addenda doctrina Gregor. Lopez, in l. 4. titu. 27. in glo. in verbo, *e los que del vinieſſen*. par. 2. vbi dicit, quod non omne seruitium factum regi, & regno est remunerandum hæreditate perpetua, pro aliquo & successoribus, sed tantum insigne seruitium, veluti cum liberat regem a morte, vel captione: nam tunc propter magnitudinem seruitii inducitur perpetuitas beneficii. c. j. §. vlt. de his qui feud. dare poss. ad quod ponderat Greg. Lopez text. in d. l. 4. & alia. & qualiter Princeps possit reuocare donationem factam ob remunerationem, explicat Ale. in consi. 216. nu. 30. lib. 1. Iaſ. in d. l. ex hoc iure, numer. 54. & Principem non debere ex alienis rebus remunerare, volunt Hostien. & Anto. de But. in c. quanto, de iureiuran. de quo plenius Carol. Ruin. consil. 108. num. 29. lib. 2.

8

SVMMARIVM.

1 *Bona maioratus possunt alienari ad redimendum a captiuitate possessorem maioratus vel illius filium.*
2 *Mulier nupta, an possit facere contractum sine licentia mariti pro redẽptione captini.*
3 *pecialia a iure inducta, vt quis redimatur a captiuitate.*
4 *Minor vigintiquinque annis potest alienare bona ad redimendum a captiuitate personam coniunctam*
5 *Infertur ad capitulum Pintiæ anno 1555. quod prohibet, minores & filios familias contrahere absque licentia parentum & tutorum.*
6 *Nobilis an possit incarcerari pro debito facto ob illius redemptionem.*
7 *Bona maioratus an possint alienari ad extrahẽdum a carcere possessorem maioratus.*
8 *Soluere pro carcerato est misericordia, & est pia causa.*
9 *Marito licet ex dote liberare a carcere coniunctum mulieri.*
10 *Resolutio quæstionis, de qua in nu. 7.*

LIMITATIO IIII.

An bona maioratus alienari possint ed redimendum a captiuitate possessorem.

QVarto, Iusta erit licentia per Principem concessa ad obligandũ bona maioratus, si possessor maioratus, vel illius filius stent in captiuitate, nisi testator & condens maioratum contrarium cauisset. nam res subiecta restitutioni, & prohibita alienari, potest alienari propter redemptionem illius, qui restituere tenebatur. vt expresse tenet Bar. in l. quemadmodum. num. 6. C. de agricol. & censit. lib. 11. imo & propter redemptionem filii sui, secundum eundem Bar. Bal. Ang. & Paul. Corneum, in Auth. res quæ. C. communia de lega. de quo puncto plures concordantes refert Tiraquel. de legibus connubialibus. in gloss. 8. de son mari. 35. q. nu. 283. vbi inter alia refert Roman. in consi. 316. circa propositum, versi postremo. numer. 7. dicentem, quod statutum, quod prohibet aliquem contrahere sine certa solennitate, non habet locum, si prohibitus contrahat, vt se redimat a captiuitate: quia iura prohibentia relaxantur in contractibus, qui celebrantur pro captiuorum redemptione. l. quamuis. ff. solu. matrimo. quæ permittit mulieri vendere rem dotalem, vt parẽtes aut fratres, aut alios necessarios ab hostibus, ex vinculis redimat. Et ex hoc concludit Tiraquel. mulierem nuptam posse facere contractum sine licentia mariti, si forsam sit captus, & pro libertate contrahat. quod est notabile ad nostras leges regales prohibentes, mulierem nuptam posse absque licentia mariti contrahere. & Tiraquel. vbi supra, alia adducit specialia contra regulas iuris introducta, vt aliquis redimatur a captiuitate. cui adde l. 3. cum sequentibus. titu. 29. §. 2. & l. 5. titu. x. parti. 6. vbi Gregor. Lopez in gloss. 1. & l. 4. titu. 11. eadem par. & l. 2. titu. 12. lib. 1. ordinamen. quæ est singularis in suo casu, & in Auth. si captiui. C. de capti. & l. 6. titu. 7. par. 6. per quem text. in dicta Auth. decidit Nouell. in tract. de dote in princip. 61. speciali. quod minor vigintiquinq; annis potest sua bona alienare ad redimendum a captiuitate personam coniunctam. notat Gregor. Lop. in l. 18. titu. 16. par. 6. in glo. in verbo, *derecho*. Ioan. Lopez, in c. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. Item bona ecclesiarum alienari possunt pro redemptione captiuorum suæ parochiæ. ca. sacrorum. & c. sicut, 12. q. 2. l. j. tit. 14. par. 1. vbi recte Gregor. Lopez in glo. in verbo, *captiuerio*. & Princeps potest ponere taleam pro sua redemptione, ex scriptis per Nicol. Boer. in decisio. 126. nu. 8. & 9. & faciunt etiam scripta ad hoc propositum per Tiraquel. in tracta. de pia causa. priuileg. 103. & ex his obiter potest limitari capitulum ceriarum Pintiæ anni 1500. in ordine 78. quod prohibet minores, habentes curatores, & filios familias contrahere, & æmere pecunia credita, & in diem soluenda merces, cuiuscunque generis sint, absque curatorum, & patrum licentia, quæ lex dicit hoc procedere etiam si tales contractus fuerint iurati. & ponit pro pœna nullitatem obligationum. & alias pœnas. nam si minor vel filius familias contrahat absque solennitate illius legis ad se, vel parentes, vel fratres redimendum a captiuitate, obligatio, & contractus erit validus. & ex his etiam fuit determinatũ in hac regali Cancellaria casus qui contingit. Nam quidã nobilis, quem nos vocamus *hidalgo*, cum esset captus in ciuitate Argel. apud Turcas, fecit contractum in dicta ciuitate, vt ipse redimeretur a captiuitate, in quo se obligauit soluere cuidam mercatori certam quãtitatem, quam illemet mercator solutam habebat pro illo captiuo, quo facto ille nobilis liberatus fuit a captiuitate, & in Hispaniam se contulit,

1 2 3 4 6

Source : BIU Cujas

tulit, & die ſolutionis accedente, ille mercator petiuit exequutionem cõtra illum nobilem pro trecentis ducatis contentis in obligatione, & exequutio facta fuit, & nobilis ad carcerem fuit ductus, ex defectu fideiuſſorum de ſaneamiẽto. qui nobilis conqueſtus fuit de illa incarceratione in hac regali Cancellaria, & allegabat, quod ipſe erat nobilis, & quod ſecũdum ius commune, & regium, non poterat pro debito ciuili incarcerari; qua quidem allegatione, & quere la non obſtãte, ſemper nobilis ille extitit in carcere, donec mercatori fuit ſatisfactũ de debito. qui quidem caſus fuit illo tempore maxime dubitabilis, & nouus, & in vtranque partem valde altercatus. Ex quibus (vt ad rem redeam) apparet, quod eſt licita regalis licentia ad obligandum bona maioratus in quantitate, quæ eſt neceſſaria ad redemptionem poſſeſſoris maioratus, vel illius fili os. quod confirmatur. quia non ſolum agitur in hoc caſu de redemptione corporis, ſed etiam animæ, quæ cunctis rebus præfertur. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccleſ. plerunque enim contingit, quod captiui ſi diu detinentur in captiuitate, tedio vitæ aut inſtinctu diabolico ducti, fidem Chriſti negant. & credendum eſt de illo, qui fecit maioratum, quod ſi de hoc caſu fuiſſet interrogatus, id permitteret, quod debet haberi pro expreſſo & conceſſo. l. Lucius. §. Titius. ff. de libe. & poſt h. inquirendum tamen prius eſt, an ex redditibus bonorum maioratus poſſit fieri hæc redemptio, quamuis non reſtet ex illis ad alimenta, niſi pro vitæ ſubſidio, & ad neceſſitatem victus poſſeſſoris, & non ad pompam, neque lucrum: quia in quantum poſſibile fuerit hæ alienationes ſunt reſtringendæ. ſed circa hoc dubitatur, an idem ſit quãdo poſſeſſor maioratus, vel illius filius eſt in carcere, pro aliquo debito, vel delicto? & ſane ex diſpoſitione d. l. quamuis. idem videtur dicendum in hoc caſu. & dicit Bart. in tract de carcere num. 29. quod legatum factum carcerato, dicitur pium. Not. Pariſien. de Put, in tract. de ſyndi. in verſ. an carceratus, vbi tractat, qualiter carceratus ſit alendus, vel a quo. & ideo carcer dicitur mala manſio. l. ſi hominem. ff. depoſ. l item apud Labeonem. §. quæſtionis. & vtrobique gloſſ. & dicit d. l. ſi homi 8 nem. quod eſt miſericordia ſoluere pro carcerato. & inquit Bal. in bono caſu, in cap. 1. §. denique. in titu. quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. Quod carceratio æquiparatur morti. not Egid. Boſſi. in pract. crimin. in tit de carcere, nu. 1. & Hippoli. in l. 1. in prin. num. 23. ff. de quæſtio. & vide etiam eundem Hippol. in practi. crimi §. nunc videndum num. 12. vbi etiam tractat, qualiter legatum factum carcerato ſit pium. & quomodo carcerati dicantur miſerabiles perſonæ. & in §. attingam. num. 76. Campe. in tracta. de dote. par. 3. qõ. 11. vbi tractat, qualiter maritus expendens aliquid de dote ad liberandum a carcere coniunctum, qui ſaluo honore mulieris non potuit in carcere ſtare, liberetur pro quantitate 9 ſoluta ab actione dotali. & conducunt quæ ſcribit Peral. in l. quidam in teſtamento. num. 7. ff. de lega. 2. vbi late tractat, an legatum pro carcerato ſit pium? Et faciunt quæ ſcribit Greg. Lop. in d. l. 6. tit. 7. par. 6. in glo. 1. latius. vbi plura tradit in l. 4. tit. 11. par. 6. in glo. in verbo, *de piedad*. & hæc, & alia ſimilia hanc opinionem confirmant. nihilominus tamen contrariũ exiſtimo eſſe verius: maxime, quia carcerati communiter ſtant in carcere pro ſua culpa. & hæc eſt ſententia 10 Salic. Ang. Pau. de Caſtro in d. Auth. res quæ. vbi dicunt, q̃ res prohibitæ alienari, non poſſunt alienari ad redimendũ poſſeſſorem rei prohibitæ alienari, & ſubiectæ reſtitutioni a carcere. & idem tenet Rom. Imo. & Ange. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. Ale. in conſi. 23. num. 14. lib. 1. quorũ opinio communis eſt, ſecũdum Iaſ. & Curtium, in d. Auth. res quæ. & Ioan. Crot. & Ferdin. Illerden. in l. filiusfamilias. §. diui. num. 363. ff. de legat. 1. & hanc opinionem ſeqnitur, & confirmat in ſpecie Epiſc. Couarr. reſolu. lib. 2. c. 16. nu. 9. in verſi. tertio eſt in eadem quæſtion. vbi dicit, poſt Ferdinandum Illerd. vbi ſupra. quod alienatio facta ad redimendum poſſeſſorem bonorum reſtitutioni ſubiectorum, valet pro vita poſſeſſoris ex. l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. in quo etiã loco affirmat concluſionem, quam ſupra tenui, quod res ſubiectæ reſtitutioni, & prohibitæ alienari, poſſunt alienari, vt redimantur a captiuitate ſucceſſores, & ad ſubueniendum hæredibus & ſucceſſoribus, ne fame pereant, citat Bar. in d. l. quemadmodum, & Ioan. Lop. in rubr. de donati. inter virum & vxo. §. 16. num. 6. & 9. & circa hæc vide alia ſcripta per dictum Epiſc. cui omnino iunge Tiraq. in l. ſi vnquam. in verbo, bona. num. 5. C. de reuo. dona. vbi late ſcribit, non eſſe illis ſubueniendum, qui propria culpa ad egeſtatem deuenerunt, qui rem iſtam omnibus diligẽtius tractat. Et pro iſta opinione de carcerato, facit. l. ſeptima. titu. vigeſimo tertio, ibi, *la tercera es*. part. prima, & confirmantur iſta ex ſcriptis per eundem Tiraquell. d. gloſſ. 8. numero 228. cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Ex cauſis aliis vrgentiſſimis, an poſſint bona maioratus alienari?*
2 *Rex propter neceſſitatem poteſt alienare bona regni. & an noua tributa poſſit imponere?*
3 *Diſſinitio, quod bona maioratus, ob magnam neceſſitatem poſſunt alienari.*
4 *Fallit niſi propter ſumptus exceſſiuos ad neceſſitatem extremam peruenerit.*

LIMITATIO V.

An bona maioratus ob ſuperuenientes neceſſitates alienari poſſint?

VInto. Ex prędictis infertur, & limitatur prima concluſio, de qua in prin- 1 cipio huius quartæ partis. cum poſſeſſor bonorum maioratus habet aliam neceſſitatem vrgentiſſimam, & in qua concurrat tanta ratio, ſicut in ſuperioribus cauſis dictum eſt, quod præter prædicta probatur ex diſpoſitione l. 2. C. ad Macedon. & l. 5. & 6. titu. 1. par. 5. facit tex. in l. alienationes. ff. famil. erciſcun. & ex Bart. in l. 1. C. de ſuper. indi. & ex eodem poſt gloſ. ibi, in l. j. §. quod ſi nemo, num. 3. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. & Iaſ. in l. admonendi. num. 216. ff. de iureiur. & in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. num. 34. ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. 4. §. actor. ff. de re iudi. & in §. item Seruiana, num. 107. de actio. Oldra. in conſi. 104. & notat Ioann. Lopez in repet. c. per veſtras. de dona. inter vir. & vxo. Dinus Rayner. & Bal. in l. ſi ex toto. in prin. vbi Iaſ. num. 15. ff. de lega. j. & idem Iaſ. in l. principalibus. num. 2. ff. ſi cert. pet. & Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 26. glo. 1. num. 10. cum aliis, & §. 1. gloſſ. 14. nume. 11. Alciat. lib. 1. de verborum ſignifi. in fine. Curti. in tracta. de feud. 4. par. prin. q. 16. num. 17. Iaſ. & Purpura. in l. 1. ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuris. Ferdin. de Loazes in d. l. filiusfamilias §. diui, num. 219. Grego. Lopez in l. 2. titu. 14. par. 1. in gloſſ. in verbo, *con otorgamiento*. poſt medium. & in glo. *ouieſſen dado*. Felin. in c. cum dilecta, numer. 20. de reſcrip. & facit regula tex. in l. 1. ff. de offi. proconſ. & id quod notat Bald. in l. ea lege. num. 13. C. de condi. ob cauſ. Deci. in l. ea quæ propter. ff. de regul. iur. & quod egregie notat Bal in l. 1. in fi. C. de ope. libert. & text. notabil. vbi Andr. de Barulo, in l. 1. C. vt nemi. lice. in emptio. ſpeciei, lib. 10. & Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffragio. §. oportet. l. pater filium. in prin. ff. de leg 3. & quod notat Bart. in l. & ideo. ff. de condict. furt. Bald. in conſi. 20 quid importes, lib. 2. & conſi. 49. domin. Dinus. lib. 3. Matth. ab Afflict. in deciſio. Neapoli. 191. Alciat. libr. 2. de verborũ ſignific. & quod tradunt Anton. & Dec. num. 48. in c. in prę ſentia. de proba. & quod ſcribit eleganter Paul. de Caſtro. in conſil. 317. ſuper primo quæſito reſpondeo. lib. 2. Lucas de Penna. in l. originarios. C. de agrico. & cenſit. lib. xj. & idem Matth. Afflict. in conſti. Neapoli. in prælud. quæſtio. 17. fol. x. num. 5. Abb. in c. vlt. col. 2. de reb. eccleſ. & l. 3. tit. 9. lib. 5. ordinamen. ibi, *por alguna grande, o vrgente neceſſidad*. & l. 21. titu. 4. lib. 4. ordina. & concil. Lateranen. ſub Leone. x. ſeſſio. 9. c. 2 non minus, de immu. eccl. & facit notabil. l. 8. tit. j. par. 2. ibi, *Ca el por ninguna cuyta que le venga, no puede apremiar alos del imperio, que le den mas de aquello, que antiguamente fue acoſtumbrado a dar alos otros emperadores ſi de grado dellos no ſe ſiziere: mas el Rey puede demandar y tomar del reyno, lo que vſaron los otros Reyes, que fueron ante que el, e aun mas a las ſazones, que lo ouiere tan gran menester para pro comunal dela tierra, que no lo pudieſſe eſcuſar, bien aſſi como los otro homes, que ſe acorren al tiempo de la cuyta, de lo que es ſuyo por heredamiento*. Et princeps pro defenſione patriæ poteſt imponere collectas ſubditis ſecundum Alb. in l. de quibus. fol. pen. col. j. in fi. ff. de legi. per l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cler. & Ioan. Blanc. in ſumma in tit. quibus mod. feud. amittatur, col. x. Pariſi. in conſi. 25. nu. 65. lib. j. Et Princeps primo debet ſe præmunire de ſuo marſupio, & ſi non ſufficit, poterit ſubditis imponere collectam. ſecundum Bal. & Pau. in l. neminem. C. de ſacroſ. eccl. Soc. Iun. in conſi. 98. num. x. lib. 2. & alios quos refert Rolandus in conſi. j. nu. 61. cum ſequentibus, lib. j. vbi de iſta materia plura ſcribit (quę ſi res exegerit) ad hæc videnda ſunt. quibus adde meliorẽ legem de iure. vlti. titu. 7. parti. 5. & pro confirmatione iſtorum, faciunt quæ ſcribit Abb. in c. ſicut. de iureiur. & latius omnibus Caſſane. in conſuetu. Burgund. rubri. j. §. 4. fol. 29. col. 2. & fol. ſequenti. vbi tradunt, qualiter princeps tempore neceſſitatis poteſt cogere eccleſias ad contribuendum. & de iſto puncto vide, quod tam docte, quam breuiter ſcribit Moder. Pariſien. in conſuetu. Pariſien. par. j. §. j. glo. 5. nu. 65. & 66. quem lector omnino legat. & Ripa in l. ex facto. num. 16. ff. de lega. j. vbi tradit, quod immunitas ſimpliciter conceſſa, non extenditur ad onera, quæ augentur propter inſolitam

Source : BIU Cujas

insolitam & improuisam necessitatem. Ex quibus cognosces bone lector, qualiter licitum sit principi alienare res regni, & imponere subsidia necessitate existente, quæ omnia non refero singulatim, contentus prædictis remissionibus: quia breuitati semper studeo, & quando casus contigerit, non inutilis meus labor reputabitur. quibus etiam adde Innocent. in c. venerabilem. de election. in fine. dicentem, quod imperator existente necessitate, potest contra iuramentum venire. notant Bal. & alij. in l. non dubium. C. de legib. Felin. in c. j. num 14. de constitut. facit text. in l. vlt. ff. qui satisd. cogant. & etiam iunge Ferdinan. a Mencha. lib. 2. controuersia. c 8. numer. 3. Notandum tamen est, quod Regi non est licitum extraordinraia tributa, aut similia petere, vbicunq; Rex sua culpa bona propria, & redditus cõsumpsit secundum Hosti. Cardi. Henric. & alios. in c. conquerente de offi deleg. eundem Henricum in c. cum apostolus. §. prohibemus, de censib. Ioan. Lopez in repet. c. per vestras. col. 375. versi. ex quibus infertur, & an princeps causam exponere teneatur vbicunque aliquod vectigal, vel onus imponit? tradit Inno. in c. præterea, de dilatio. Oldra in consil. 326. Roman. in consi. 493. & alii, quos refert Auendañus in tract. de exequen. manda. c. 4. nu. 4. ex quibus videtur quod in nostra limitatione idem dici debet. in hoc tamen cũ magna cautela agendum est, & necessitas præuio examine discuti debet per dominos de camera regali: quia illorum arbitrio hoc committi debet, prout dixi in prima limitatione supra eodem. in versi. ex quibus. Nam si possessor bono
4 rum maioratus ad necessitatem extremam deductus est ob sumptus excessiuos, & propter ludos, & alia similia nequaquam meretur hoc beneficium (quod plerunq; contingit) Argumento dictæ doctrinæ Hosti. & aliorum, facit l. 2. §. si quis tamen cum posset. ff. si quis cautio. l. bona fides. ff. depositi. vbi probatur, quod ille, qui propria culpa in paupertatem deuenit, subueniendum non est. Ale. in consi. 23. lib. j. in ea est sententia, quod omnis alienatio etiam necessaria, prohibita censeatur quando testator vult, quod res perpetuo sit in familia. quem refert, & sequitur Ant. Rub. in consi. 53. viso eleganti. nu. 6 Et indignum ei subuenire, qui sua culpa, aut vitio in egestatem incidit, late docet Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, bona. nu. 5. C. de reuoc. dona.

SVMMARIVM.

1 *Res maioratus modici valoris alienari potest, & idem in Regibus.*
2 *Prælato licet alienari res ecclesia parui valoris.*
3 *De exiguis non esse curandum per exempla, & remissiones docetur.*
4 *Princeps potest alienare rem regni sui, quo ad vtile dominium.*
5 *Reges possunt donare bona regni modici valoris absque solennitatibus, & infertur intellectus ad l. 3. titu. 9. lib. 5. ordi.*
6 *In respicientibus iustitiam, an parua attendantur?*
7 *Magna vel parua quantitas, quando dicatur.*
8 *Persona dantis, vel disponentis est consideranda, vt sit licita donatio.*
9 *Alienatio ad solutionem debitorum, qui contraxit, ille qui maioratum fecit permittitur.*
10 *Licentia data ad extrahendum bona maioratus præsumitur cum iusta causa concessa.*
11 *Princeps præsumitur quod iuste derogauit fideicommisso.*
12 *Causa non requiritur in dispositionibus Principum.*
13 *Principis nuda facultas non sufficit ad iustificandam alienationem bonorum maioratus, nisi aliter de causis constet, & in hoc Principi non creditur.*
14 *Testatoris præceptum, quod bona maioratus non possint alienari cum regia facultate est inefficax.*

LIMITATIO VI.

An bona maioratus modici valoris, & vtilitatis alienari possint?

SExto, Limitatur prædicta generalis conclusio in princ. huius quartę partis fundata, nisi talis facultas detur ad alienandam rem aliquam maioratus modicæ valoris, aut vtilitatis. quod probatur in c. intellecto. de iur. iurã. vbi licitum est regi donare rem regni modici valoris, nec per hoc dicitur contrauenire iuramento, quod fecit non alienaturum se res regni. quem text. ad hoc notant ibi Inn. & Bal. nu. 4. & Abb. nu. 7. Spe. in titu. de instrum. editio. § nunc autem, in fin. cuius sola ductus auctoritate idem tenet Pau. de Castr. in consi. 70. incip. quia frustra, nu. 7. lib. 1. Bar. in l. prohibere § plane. num. 5. ff. quod vi, aut clam. vbi refert text. qui ab aliis ad hoc adducitur, in c. Abbate sane. de re iudic. in 6. qui loquitur de quadam donatione facta a Rege Aragonie. vt etenim ex illo textu deducitur, quia fuit in modica quantitate, valuit. idem tenet Ias. qui solum Bar. refert in l. debitorum pactionibus, numer. 7. C. de pact. & in vsibus feudorum. nu. 77. latius in consi. 1. num. 2. lib. 4. & in consi. 56. redemptoris nostri. num. j. lib. j. & in consi. 227. Carolus olim illustrissimus, lib. 2. per totum consilium. Felin. in c. j. num. 5. de prob. Quibus adde Petr. Rebuf. in tracta. de aliena. rerum eccl. nu. 24. pag. 72. omnium tractatuum. & vide illum num. 90. Barth. Socin. in consi. 208. nume. 4. lib. 2. Rip. in cõsi. 80. nu. 5. vbi tradit, quando sit modica donatio,
4 & dicit Ioann. Andr. in c. grandi. de suppl. neg. prælat. lib. 6. quod licet prælatus iuret, quod nihil alienabit incosulto pontifice de bonis ecclesiæ, non rescindit iuramentum, nec venit contra illud alienando aliqua bona ecclesię in modica quãtitate. idem tenet Abb. in d. c. intellecto. idẽ & Imo. in c. cum super. de rebus eccles. non alien. Iaso. in titu. qui feud. dare poss. nu. 21 facit tex. in c. terrulas. 12. quæst. 2. & in Auth. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. quos exornat Soc. in tracta. fallent. regu. 110. & est text. expressus in l. 4.. titu. 14. par. j. & melior, & expressior. in l. 5. eod. titu. & est bonus tex. in Auth. de non alienand. aut permu. reb. eccle. §. alienationis. & §. emphyteusis. quæ iura declarat recte Moder. Parisi. in 2. part. consuetud. Parisi in prin. num. 31. & faciunt notata. in c. cæterum. de donatio. & quod scribit Alberi. in j. par. statutorum. quæst. 147. quem refert Ias. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 40. ff. de lega. 1. & l. senatus. §. Marcellus. ff. de legat. j. vbi probatur, quod licet quis prohibeatur donare ea, quæ domibus affixa sunt: prohibitio tamen non extenditur ad modici precii res. vbi hoc notat Imo. & Ale. Alciat. lib. j. de verbo. sign. Roman. in singula. 330. conducit text. omnibus notus in l. suo. ff. de in integr. resti. in quo probatur non esse curandum de minimis. de quo Bart. in l. in rebus. §. possunt. nu. 2. ff. commod. Bal. in c. cum adeo. num. 5. de rescri. & in l. 1. § sciendum ff. de edi. ędi. late Ias. qui quatuordecim dicta cumulauit in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Felin. in c. cum dilecti. de rescrip. latissime Tiraq. qui de hoc integrum tractatum edidit, de reb. exiguis. in iudicio exigend. vbi ad saturitatem multa reperies ad propositum illorum, quæ hic tractantur. & facit tractatus Corseti de minimis. & inquit notabiliter Abb. in c. vt super, num. 15. de reb. eccl. non aliena. quod si quis iurauit non alienare, non includitur sub iuramento, de non alienando res modici valoris: quia non est verisimile, quod superior voluerit illum illaqueare in modicis. quibus adde Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. nume. 2. ff. de verb. oblig. Dec. in c. cum ueniisset, num. 6. de iudi. Modern. Parisien. in 2. part. consuet. Paris. §. 55. glo. 2. num. 3. tandem Tiraq. in d. tracta. tradit conclusionem supra firmatam, scilicet esse licitum regi alienare rem aliquam regni, si ex tali alienatione regno parum præiudicium futurum est. & idem latissime tradit Barth. Soc. in consi. 4. lib. 3. num. 19. Andr. de Ysernia. Abb. Oldrad. & alii, quos refert Matth. ab Afflict. in prælud. consti. Neapol. q. 24. per totam. & in rubri. de præstand. iuramento. num. 11. Fel. in cap. ad audientiam, col. 2 de rescr. Ripa. lib. j. respon. c. j. nu. 51. Ioan. Igneus, in l. donationes quas diuus. num. 26. C. de donationi. Corset. de excellen. reg. q 4. Dec. consi. 191. Suarez alleg. 7. Greg. Lopez in l. 13. titu. 9. par. 6. & ideo princeps potest alienare rem ali-
4 quam regni sui, quo ad vtile dominium, si credendum est Bal. in consi, 324. quæritur vtrum Papa. libr. j. & facit insignis casus. in l. si quando. C. de operib. publi. & quod notat Ias. in consi. 73. col. 4. lib. 3. & horum opinio tanquam cõmunior est sequenda, licet contrarium, quod princeps etiam in modico quoppiam disponere non possit de bonis regni, teneãt Bal. in præludiis feudorum, nume. 32. versicu. expedita. & ibi Præposi. num. 23. & in c. ego Ludouicus 63. distinct. & alii, vt per Moder. Parisien. qui hos sequitur contra Alexan. ibi in consi. j. numer. 19. in additio. quæ incipit, modicum, lib. 5. & idem tenet in consuetud. Parienslb. par. j. §. 2. glo. 4. num. 17. quorum opinio semper mihi verior visa fuit, tam per regulam legis. quæ de tota. ff. de rei vendi. quam quia si ad hoc daretur locus cum modicis etiam donationibus plerisque a regibus factis, facile maxima pars regni alienaretur, quod contra omne ius & rationem est. & capiti tanquam dignio ri cætera membra subalternantur. l. cum in diuersis. ff. de religio. & sump. funer. Et idem iuris est in membris, quod in capite. c. j. 16. q. 2. c. cognouimus. xij. q. 2. casus singularis in c. in synodo. 63. dist. & principem non posse alienare bona regni etiam in parua quantitate, tenet vltra prædictos Barth. Socin. in consi. 7. num. 6. lib. 3. pro quibus facit. quia ea, quę per particulas fiunt, tunc non operantur, quando intelligi nõ potest quid per partes crescat, vel decrescat. Nam si hoc percipi potest, earum est habenda ratio, & eundem effectũ operantur. l. adeo. §. præterea. ff. de acquirend. rerum domi. §. præterea, quod per alluuionem. Insti. de rerum diuisio. l. j. C. de alluuio. l. 26. titu. 28. par. 3. ibi. *poco a poco, de manera que no pueden entender la cantia.* Et ad hanc conclusionem facit. quia

vbi

Source : BIU Cujas

vbi permittitur donatio in parua quãtitate, intelligitur dũmodo ex tali donatione patrimonium non diminuatur.ad quam concluſionem eſt tex.notabilis.in l.5.tit.14.par.1.ibi, *E tales donaciones quando la fizieren deuen las fazer con otorgamiento de ſus cabildos, ca de otra manera, no valdria ſi no en ſu vida del que las fizieſſe, fueras ende ſi fueren fechas de pequeñas coſas e menudas, aſſique ne ſe menoſcabaſſen las coſas delas yglefias por ellos.* Ponderandum igitur eſt illud verbum (*menoſcabaſſen*) ex quo patet, quod vbi adeſt diminutio, donatio, nec in modico fieri poteſt. & ſi aliud diceremus, daretur occaſio, quod ſi vnus rex faciat multas donationes, quarum quælibet de per ſe regnum multum non læderet, ſed ſimul iunctæ, quod tales donationes eſſent validæ, quod eſt cõtra ea, quę ſupra ſcripta ſunt. & contra.l.1. & l.3. C.de inoffi.donat. quæ ad hoc ſunt notabiles.& contrarium, nec tironibus in hac ſcientia perſuaderi poteſt.& iſta confirmãtur per notabilem doctrinam Alberic. in l. bene a Zenone. nume.30.C. de quadrie. præſcript. vbi inquit, q̃ 9 officium deputatum Imperatori, eſt imperium, qua.n. ratione poſſet vnã partem alienare, eadem & aliam, & ſic ſingulas, & ex hoc imperium ad nihilum reduceretur,quod eſſet contra publicam vtilitatem, pro qua fuit inſtitutum imperium, quod expedit eſſe locuples,vt Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.cogitatio. ſed ſequuta communi opinione adeo procedit prædicta cõcluſio, quæ habet,licitum eſſe Regi alienare aliquid de ſuo regno,modo nõ lædatur grauiter regnum ſuum. quam omnes tenent, quod reges id poſſunt facere non ſeruatis iuris ſolennitatibus. vt probat Tiraq.in tractatu de primogenitura. quæſtio.35.num. 19.pagi.228. refert.l. donationes.C. de donatio. inter vir. & vxor. & l. ſancimus. C. de donatio. & cum d.l.ſancimus.concordat.l.9. titu.4. par.5. quæ doctrina notabilis eſt ad intellectum tex. in d.l.3.titu.9. lib.5. ordina. Pintiæ condita. quæ requirit certas ſolennitates ad hoc, vt Regi licitum ſit alienare,vel donare bona regni. præcipue, vt quoſdam recipiat conſultores, *vt* latius in d.l.cauetur.nã attenta doctrina Tiraquel.vbi donatio, vel alienatio eſt in modica quantitate, non eſt neceſſarium ſeruare ſolennitates prædictæ legis Pintiæ. Pro quo facit quod ſcribit Abb.in d.c.vt ſuper.num. 14.fol.76.de reb.eccleſiæ.vbi dicit. quod in alienatione rerum eccleſiæ modici valoris, ſufficit tacitus conſenſus capituli.& idem tenet in c.j.numer.8. de his, quæ fiunt a præla.& multa quæ permittuntur vbi agitur de modico præiudicio,tradit late Aymo Craue in conſ.182.num. 13.cum aliis,licet in contrarium faciat, quod in reſpicientibus iuſtitiam, etiam parua attenduntur.l. & in maiorib.C. de appel.Bar.in l.ſi proprietarius. de damno infecto. Arias Pinel.in rubr.de reſcindend.venditio.num.7.in verſ ego autem puto, & num.24.in verſi.anteaquam vero. vbi dicit, q̃ in reſpicientibus iuſtitiam etiam parua attenduntur.& quod notat Brunus in tract.de ſtatu.excluden.fœmi.9. articu.principal.q.12.vbi inquit,quod vbi tractatur de auferendo ius alterius, de minimis eſt habenda ratio, ſicut de magnis. quæ duo dicta ſatis mihi dubia videntur, attentis ſuperioribus. Et hæc etiam adiuuant doctrinam Ioan.Andr. in c.2.de immun.eccleſiarum.vbi inquit,quod Princeps poteſt aliquem efficere immunem a tributis.Notat Tello.in l.3.Tauri. par. 3.num.21.col.2.modo vniuerſitas,vbi ille contribuere tenebatur,nõ multum lædatur ex tali priuilegio.quam quæſtionem late diſputat Gregor.Lopez,in l.6.in glo.magna. ti.27.
7 par.3. quando autem dicatur magna quantitas, vel parua ad hoc,vt licita ſit alienatio facta per Regem, vel poſſeſſorem maioratus regali facultate, arbitrio iudicis relinquendum eſt, & illorũ ad quos ſpectat has alienationes permittere,l.1.ff.de iure delibe. & caſus in quibus aliquid relinquitur arbitrio iudicis,exponũt Bal.& Iaſ.in l. ſi ita quis.§. Seia cauit,ff.de verborum oblig.num.14.& idem Iaſ.in l.2.num. 44.C.de iure emphy.Hippol.in l.lege Cornelia.num.4.ff.ad l.Cornel.de Sicar.latius in l.quæſtionis modum.ff. de quæſt. Corſetus in dicto tracta.de minim.nume.2.Deci.in c.ſedes, num.7.de reſcrip.& in c.ſi pro debilitate,num.5. de offi.del. Tiraq.in l.ſi vnquam.in verbo.omnia.C.de reuocan. dona. Et qualiter dicatur magna,vel parua quantitas ad hoc, vt li
8 citum ſit de illa diſponere,eſt inſpicienda perſona dantis vel diſponentis.tex.eſt,& gloſſ.vbi Bart.in l. ſed ſi ſuſceperit,§.ſi libertus.ff.de iudi.glo.in l.illicitas.§.ne tenuis. in verbo lumine,ff.de offi.præſi.& deducitur ex Bart.in l.admonendi. col. pen.in verſi.& eſt aduertendum.ff. de iureiuran. & in Auth. minoris,C.qui teſtam.tut.dari poſſ.& notat Deci.in c.de appellationibus,num.6.& 7.de appell. gloſſ.in Auth. niſi breuiores.C.de ſent.ex breui.recitan.Iaſ.in l.ſi conſtante, num. 128.ff.ſolut.matr.Purpu.in l. cum quid nu.124.ff. ſi certum peta.Alciat.in l.hæc adiectio.col.378.ff. de verbor.ſignifica. Corne.in conſi.81.num.3.lib.3.& notat in ſpecie Deci.conſi.289.num.3.verſ.non obſtat ſucceſſiue. vbi tractat de quodam legato facto per dominum Regem Ferdinan. Catholicum Reginæ Ioannæ,quod ex qualitate legantis debeat ampliari.& vide tex.ſingularem.in c. cæterum. de donatio.vbi attenta loci conſuetudine eſt iudicandum, an donatio ſit in parua vel magna quantitate, ad quem addo bonum tex. in l.2.titu.20.par.4.ibi, *dando les ſegun ſu poder, o ſegun la coſtumbre de la tierra.* & an valeat, vel non, & de Principe aliquid concedente,quod cum priuato non ſit comparandus,not. Alberi.in l.vlt.col.vlt.C de reb.credit.pro quo facit.l.bene a Zenone.C.de quadrien.præſcrip.

9 SEPTIMA cauſa alienationis eſt,vbicunq; bona maioratus alienantur ad ſoluenda debita, quæ forte contraxit ille,qui maioratum fecit ad ſolutionem aliquarum rerum, quas ad conſtituendum maioratum emit (prout plerunq; cõtingit,) quia homines ſperãt de ſuis facultatib.pluſquam quod in illis adeſt.quod ꝓbatur in c.ad noſtram, vbi Abba. de rebus eccle num.3.notabi.2.& hoc maxime procederet, quando ex debitis cenſus ſoluerentur,qui ſunt venenum facultatum hominum.facit l.alienationis.ff.famil.erciſc.l.60. titu.8.par.3.l.4.titu.3.par.5.l.8.titu.13.cad.par.l.18.tit.16.par. 6.quæ concedunt facultatem alienandi res minorum propter debita,quæ defunctus reliquit. & facit l.j. titu.14 par.1. quæ tractat de alienatione rerum eccleſiæ.l.pater filium, in prin.ff.de lega.3. Hæ ſunt principales cauſæ ad cognoſcendum, quando ſit licitum facultatem dare ad alienandum, vel obligandum bona maioratus.quibus cognitis, ad alias facilis via aperitur, dummodo Epiſcopus ſemper dirigatur, vt non paſſim falcutates ad hoc concedantur. quia ex illis non recte fiunt defunctorum volũtates,& publica vtilitas, quæ reſultat ex cõſtitutione maioratuum,maxime læditur.

10 Notandum tamen in his eſt præſumptio pro licentia data ad extrahẽdum aliqua bona a maioratu,quod ex iuſta cauſa fuit conceſſa: quia in Principe ſemper præſumitur iuſta cauſa,vbi diſpenſat,ſecundum Cin.& Bald.in l.reſcripta.C. de precib impera.offeren.Anto.& Imo.in cap.cum inter.de renunc.& eſt glo.ab omnibus approbata,in l. relegati.ff. de pœn late Iaſin l.1.ff.de conſtitu.prin.Bal.in l.j.ff.de offi.prætor.Lucas de Penn.in l.prædia.C. de loca. prædiorum ciuil. lib.xj.& hæc eſt communis regula Canoniſtarum, & Legiſtarum,ſecundum Iaſ.in l.ſi teſtamentum,nume.3.C.de teſtam.late Docto.præcipue Feli.& Dec. in c. quæ in eccleſiarum,de conſti.Alex. in conſi.2.lib.j. vbi ex hoc dicit, quod
11 Princeps præſumitur iuſta cauſa excluſiſſe a fideicommiſſo ſucceſſores, & traditur etiam per Alexan.in conſi.9.lib. 4.& in conſ.216.nec arguendi nume.23.lib.2. Abb. in conſi. 84.nu.7. lib.1. Barth.Socin.in conſi.299.nu.35.libr.2. Iaſ.in
3 l.quominus.num.5.ff.de flumin.& in conſi.223.nu.3.lib.3. Decius.in conſi.292.num.6.citat tex qui ab aliis ad hoc aduocatur.in c.cum noſtris.§.nos vero,de conceſ.præb. Goza. in conſi.6.num.5.& in conſi.29.num.2.late Alcia.in tracta. præſumptio.regul.8.præſumptio.8. num.j. cum aliis. pagin. 260.Mencha.lib.2.controuerſiarum.c.26.num.30.Epiſcop. Couarr.in epitome de ſponſalibus,par.2.c.6.§.9.num.9. Peral.in rubr.ff.de hæred.inſtitu.num.183. & eſt egregia Bald.
12 ſententia in conſi.333. ad intelligentiam ſequendorum libro j.vbi dicit, quod in diſpoſitionibus principum, non requiritur cauſa,quia Princeps & ratio ſunt idem & Princeps eſt imitator Dei. Auth.vt omnes obediant iudici.§.arripiat. qua de re plura ſcribit Ferdinandus Menchaca.lib.2.controuerſia.in præfatio.nu.135.& adde etiam Deci.in conſi.288. quæritur in effectu.num.8.& in conſi.x.Iaſ.in l cum Syllan. 2.C.ad Syllania.& in l.præſcriptione.num.7.C.ſi contra ius, vel vtil.pub.& Auenda,in tracta.de exequen.manda.regiis. par.2.§.4.num.6.Hippol.in ſingula.14. in quibus locis,& in aliis,quæ omitto multa reperies ad confirmationem huius ſententiæ, quod in principe ſemper præſumitur iuſta cauſa, quæ ſunt neceſſaria pro intellectu iſtius materiæ.

13 TANDEM in hac materia facultatum, quæ conceduntur ad alienandum bona maioratus, animaduertere oportet,non ſufficere ad iuſtificãdum alienationem bonorum maioratus ipſam Principis facultatem nudam niſi appareat iuſta cauſa conceſſionis talis facultatis, quod ex ſuperioribus manifeſte deducitur. & quia idem eſt in alienatione bonorum eccleſiæ, in qua quamuis adſint ſolennitates neceſſariæ,& a iure requiſitę,ſi iuſta cauſa alienandi deficiat, alienatio viribus caret. Quod probatur in cap.2. de rebus eccleſiæ non alie.in 6. ibi, forma & caſibus a iure expreſſis. vbi Ioan.And.& Doctor. ad hoc notant ex illo text. & eſt communior opinio,ſecundum Barth.Socin. in conſi.xv.lib.j.num.26.& alios,quos refert Epiſcop.Couarr reſolu.lib.2.c.xvij.num.2. Cui adde Geminia.in conſi.48.presbyter.col.3.vbi dicit, quod authoritas Epiſcopi non ſufficit in alienatione rerum eccleſiæ,abſque cauſę cognitione.quem refert Petrus Rebuf. in tracta. de aliena. rer. eccleſiæ.nu.21.

totius

Source : BIU Cujas

totius tractatus ex cuius scriptis nu. 9. apparet, quod si Papa donat consanguineis res ecclesiæ, non creditur illi attestanti alienationem ex iusta causa factam esse, qui ad hoc refert Præpositum in c. non licet Papæ. 12. quæsti. 2. & quod etiam in Principe non præsumatur iusta causa quando dispensat cõtra ius, constat ex Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & alijs, quos refert Moder. Parisien. in additio. ad Alex. consi. 2. nu. 20 lib. 1. Ex quo inferri potest, quod licet in licentia re regali data ad alienationem bonorũ maioratus princeps dicat, alienationem esse factam ex iusta causa, hoc nõ sufficit ad iustificandum alienationem, nisi alias appareat de iusta causa. ad quod etiam facit tex. cum ibi notatis per Dom. & Francum ad hoc propositum in c. 1. de reb. non alie. licet in contrarium faciat Cleme. 1. de probatio. quam post antiquos exornat Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. §. 1. gl. 14. nũm. 49. pagi. 311. sed replicari potest, quod dispositio dictæ Clemen. non procedit in his, in quibus Papa, vel princeps disponere libere non possunt. quod est, quando agitur de præiudicio tertij. secundum Abb. in d. Clem. & in c. cum nobis. de testib. & alios, vt per Alciat. in d. præsumptio. 8. & faciunt tradita per Ias. in consil. 86. lib. 3. num. 7. vbi probat, quod dicto Papæ, vel principis stari non debet, licet super illis fundetur dispositio, licet vbi alicui tertio denfensio auferatur. Thom. Gramma. decisio. 103. num. 228. vbi late facit, quod notat idem in decisione 65. num. 10. & Oldra. in consi. 258. Deci. in consi. 407. num. 23. & 576. late Parisi. qui plures refert in consi. 15. num. 23. lib. 4. & est communis oppini. quod in casibus in quibus princeps ad arbitrium disponere non potest, causa in principe non præsumitur quam tenẽt Abb. consi. 27. lib. 2. Bald. in consi. 326. lib. 1. & alij, quos refert Aymo in tract. de antiquit. tempo. par. 1. num. 9. vbi istã opinionem recte confirmat, & plura ad propositum necessaria resoluit. Et an bona maioratus præsumãtur fuisse alienata cum vtilitate maioratus, vide bonam decisionem Guidonis Papæ. 151. quarta conclusio. Deci. in l. singularia. nu. 13. ff. si cert. peta.

14 ET est animaduertendum, quod in istis casib. in quibus est licita bonorum maioratus alienatio principis falcultate, talis alienatio fieri potest, etiam si a testatore cautum expresse sit, quod bona vinculata non possint alienari facultate regia: quia nemo potest facere, quin leges in suo testamento procedãt. l. nemo potest. ff. de leg. 1. & principis manus ligari nequeunt. l. vltim. C. de legi. ibi, vel quis tantæ superbiæ fastidio tumidus est, vt regalem sensum contemnat & lex non exequitur aliquod iniustum vel iniquum, quia oculus legis omnia videt, omnia intuetur. secundum Bald. in consi. 126. lib. 1. tradit latius Matth. ab Afflict. in constitu. Neapo. lib. 1. tubr. 6. num. 32. quem lector legat.

SVMMARIVM.

11 *Falcultas concessa ad alienandum bona maioratus, non extenditur ad alienationem antea factam.*
2 *Licentia quando in aliquo actu requiritur, præcedere debet.*
3 *Confirmans actum, non videtur confirmare actum nullum.*
4 *Confirmatio Papæ, etiam ex certa scientia facta, præsumitur in casu habili.*
5 *Confirmatio ex certa scientia non confirmat priuilegium falsum.*
6 *Confirmatio si habet aliquod vitium, quod non fuit expressum etiam ex certa scientia, non valet.*
7 *Auctoritas vbi in aliquo actu requiritur, præcedere debet.*
8 *Qualiter cognoscatur, an aliquid sit per viam auctoritatis, aut consensus.*
9 *Omissio solennitatis, quæ debet adesse in actu, vitiat actum, si non interueniat.*
10 *Licentia mariti ad mulierum nuptam, an sufficiat quod subsequatur?*
11 *Auctoritas in alienatione rerum ecclesiæ, an oporteat, quod præcedat?*
12 *Confirmatio actus nulli, est nouus actus.*
13 *Princeps non videtur confirmare actum nullum, nisi sciat vitium, & nullitatem.*
14 *Dare videtur, qui confirmat actum nullum.*
15 *Licentia principis ad faciendum testamentum, verificatur in testamento facto ante licentiam.*
16 *Testamentum illius, qui post factum testamentum fuit damnatus ad mortem, valet.*
17 *Intellectus ad text. in l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniusto rupt.*
18 *Renunciare quis non videtur, nec consentire iuri, quod ignorat.*
19 *Emphyteuta vendente rem sine licentia domini, si postea consentiat dominus venditioni tanquam faciendæ, consensus non præiudicat.*
20 *Intellectus ad capitulum curiarum, quod prohibet ciuitates montes donare.*
21 *Sententia nulla fit valida in vim pacti.*
22 *Mandatum super prosequenda lite, quando confirmet antea acta. Et si rex donauerit alicui terras, quas iniuste possidebat, non habet necesse apprehendere nouam possessionem. Et si pater faciat meliorationem in filium rei, quam iniuste possidebat, non tenetur nouam possessionẽ accipere ad hoc, vt maioratus sit irreuocabilis. & habens possessionẽ beneficii ex titulo iniusto si superueniat validus, non tenetur de nouo accipere possessionem.*
23 *Infertur ad prouisionem Regni Granaten. quod nullus possit facere furnum absque licentia regali.*
24 *Limitatur hæc prouisio in locis, in quibus furni ecclesiæ non sunt sufficientes.*
25 *Præscriptio, quod vnus habeat Molendinum, infringitur tempore necessitatis publicæ.*
26 *Infertur ad leges, quæ dicunt, quod ciuitates non possunt facere statute, absque principis licentia.*
27 *Deducitur intellectus ad l. 45. Taurinam.*
28 *Infertur ad l. 16. tit. 1. lib. 6. ordinam.*
29 *Infertur ad prouisionem, quæ extat Granatę, quod non possit ciuitas aquam donare absque regali licentia.*
30 *Princeps confirmando maioriam in forma communi, non videtur supplere defectum licentię.*
31 *Licentia data per Papam Cardinali, an extendatur ad testamentum antea factum?*
An principis facultas ad alienandum bona maioratus extendatur ad alienationem antea factam?

QVAESTIO. II.

SEcundo principaliter. Circa has facultates, quæ dantur ad alienandum bona maioratus quæro, an ex licentia, quæ superuenit nulla facta mentione alienationis, vel obligationis bonorum maioratus iam factæ, confirmetur
1 alienatio, vel obligatio iam antea facta? In qua quæstione ex sequentibus videtur, quod si princeps expresse non confirmet alienationem, vel obligationem iam antea factam, quod ex simplici facultate ad hoc concessa non confirmetur talis alienatio, vel obligatio, quod probatur medijs sequentibus. Primo, ex dispositione, l. 42. Tauri. vbi dicitur, quod licentia ad faciendum maioratum precedere debet ipsum maioratum, nec confirmatur maioratus antea factus, nisi in facultate fuerit expressum, qnod confirmatur maioratus antea factus. si igitur hoc est in constitutione maioratuum, in quibus vertitur fauor publicus, vt probatur in l. 2. tit. 15. par. 2. & in alijs locis, quæ supra in diuersis partibus huius operis refero. quando agitur de reuocandis voluntatibus defunctorum, qui tales alienationes prohibuerunt, & de vendendo, vel alienando bona maioratus contra publicam vtilitatem, quæ læditur ex dissolutione maioratuũ, & alienatione bonorum maioratus: maiori ratione dicendum est, quod obligatio uel alienatio, non debet confirmari per licentiam superuenientem, nisi id cautum in illa sit ratio autem text. in d. l. 42. secundum Doctor. ibi præcipue
2 Anton. Gomez est, quia regulariter quando in aliquo actu, vel dispositione licentia requiritur, illa precedere debet, nec sufficit, quod subsequatur. Auth. licentia. C. de epis. c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remis. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquire. hæreditate. vbi omnes Doctor. & l. vlti. §. necessitate. C. de bonis, quæ liber. & facit l. 13. tit. 6. par. 6. vbi Grego. Lopez. in glo. In verbo. *con otorgamiento*. notant Inn. in c. dudum. de rebus eccleſiæ. Bart. in l. si autem plures. ff. de aqua pluui. arcenda. Marcus Antoni. Baberia. in §. si alienus seruus. institu. de hæred. instit. Barth. Socin. in consi. 222. præsens consultatio. lib. 2. num. 3. & in consi. 87. nume. 3. lib. 1. & tradit latius Caſaneus. in consuetudi. Burgun. rubr. 4. §. 7. colum. 1. num. 38. versicu. aliquando requiritur. & Corneus, in consi. 86. num. 10. lib. 3. & multipliciter accipitur licentia secundum Bal. in consi. 290. num. 6. lib. 3. secundo principaliter veritas prædictæ sententiæ constat, quia cum talis alienatio sit ipso iure nulla, tam ex iure, quam ex dispositionibus testatorum (vt supra toties probatum est, si princeps expresse non dicat, quod confirmat talem alienationem, confirmata non est: quia confirmans simpliciter aliquod fa
3 ctum, non videtur confirmare factum nullum, vt probatur in c. ex parte. de constitu. & in c. dudum. de decimis. & in l. in iure nostro. ff. de testam. & quod nullũ est, confirmari non potest. l. nam & sub conditione. §. post defectum. ff. de iniusto rupto irritoque fact. testa. & obligationes, quæ propriis viribus non consistunt, confirmari non possunt. l. obligationes. ff. de actio, & obligatio. & diffinitio confirmationis, est iuris quæsiti corroboratio. vt notant Doctor. in rub. de confirma. vtil. uel inuti. & confirmare, est simul firmare. vt not. Abb. in d. c. dudum. in glo. in verbo confirmare. & ideo secundum

cundum eum confirmatio Papę etiam ex certa ſcientia præ
4 ſumitur facta in caſu habili.notat Innocen.& Anton.ibi,& Alex in conſi.122.viſo puncto,& accurate.num.24.lib.4.& in l.more.col.6.ff.de iuriſ.om.iudic.Bald. in l.falſus.col.2.C. de furt.& in l.bonorum.C.qui admit. Qui etiam dicunt, ꝙ regulariter confirmatio non extenditur ad actum nullum. & idem tradit Alexand. in conſil. 59. viſo inſtrumento.lib. 1.nu.9.Deci.in rubri.de confirma.vtil. vel inut. Felin.in c.1. de reſcrip.& in c.1.de conſtitu.laſ. num.12.fol.43. poſt Alex. in l.legata inutiliter.ff.de leg.1.& in l.doli clauſula.ff. de uer bo.obli.Hippoli.in ſingul.196.confirmatio ſuperioris.Tho mas Grammati.in deciſio.63.num.162.Rolandus in conſi. 29.num.32.& 34. lib.1.Aymo de antiqui temporum.par.1. nu.30. Et facit quod notat Bart.in l.2.C.ſi per vim, vel alio modo.prout eum refert Deci.in l.1.numer.7.C. de Carbon. edict.& ideo inquiunt Abb.& Felin.in c.inter dilectos.de fi de inſtr.quod licet confirmatio, maxime ea, quæ fit ex cer ta ſcientia ſuppleat omnes defectus, (vt tradunt Doctor.in prædictis locis) non tamen confirmat priuilegium, quod aliqua ratione reperitur falſum, de quo alios Docto. refert Hippol.in ſingular.193.incipient. crimen falſi. de quib. (ne diutius te detineam) vide laſin d.l.more maiorum. nume. 37.ff.de iur.omni.iudi.& in l.illud.nume.10.ff.quodquiſque iur.& in l.in numis.num 13.ff. de in litem iurand. Oldra. in conſi.164.Deci.in conſi.72.num.5. in quibus locis alia repe ries, quæ noſtram ſententiam adiuuant. Tertio principali ter iſta ſententia fulcitur,quia vt ſupra in prima parte huius operis quæſtio.3.late ſubſtētaui, cum aliquid a principe im petratur,illi ſunt omnia narranda, quæ illum auocare poſ ſint a conceſſione illius, quod ab illo petitur,& illa, quæ ſi expreſſa fuiſſent, quamuis conceſsiſſet, id tamen eſſet cum maiori difficultate. quæ eſt concluſio textualis.c. ſi propo nenti.& in c.poſtulaſti.in verbo.de leui.de reſcri.& c. ſi mo tu proprio.de præb.in 6. & aliorum iurium, quę ibi retuli. cum igitur hoc verum ſit, ſi forte Regi eſſet facta relatio, qualiter venditio, & alienatio bonorū maioratus erat iam facta, poſſet princeps propter contemptum, vel ex alijs iu
6 ſtis cauſis licentiam denegare. Igitur talis licentia tanquam ſubreptitia, & veritate ſuppreſſa valere non videtur. vnde quando confirmatum nunquam fuit conceſſum, vel ha bet aliquod vitium,quod in confirmatione non fuit expreſ ſum, confirmatio tanquam impetrata per ſubreptionem, & obiectionem non valet,etiam ex certa ſcientia conceſſa. ſecundum Felinum in dicto capitu. inter dilectos.columna quarta.in fine.numero 91. de fide inſtrumentorum. & Al cia.in l.obuenire.ff.de verborum ſignificatio.& Pariſien. in conſuetud.Pariſien.§.quinto.numero 72. fol. 82. vbi refert Barto.in l.vltima.§.idem quæſiit.ff.de conditio.indeb.dicen
7 tem, quod clauſula ex certa ſcientia, non operatur in his, quæ apparent ignorata.Quarto, hæc opinio conſtat ex cōmuni omnium reſolutione in dicta l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum.vbi Doctores concludunt, quod vbi in aliquo actu requiritur auctoritas, illa debet interuenire in ipſa actus confectione, vel in continenti. quæ concluſio probatur in l.obligari.§.tutor.ff.de auctoritate tuto.& tenet Barto.in di cta l.ſi autem plures.& notant Doctores in capitu.edoceri. de reſcrip. præcipue Felin. numero 7.in fine.fol.62.Bald. in l.vltima.§.ſinautem æs alienum.fol.195. C. de bonisque li beris.numero 1. Et hæc eſt communis opinio, licet aliqui contra ſentiant.ſecus autem eſt ſecundum prædictos Doct. quando requiritur in aliquo actu conſenſus,quia is ſufficit
8 quod poſtea interueniat.modus autem cognoſcendi quan do aliquid requiratur per viam conſenſus, aut per viam au ctoritatis,conſtat ex doctrina Antonii in cap. cum conſue tudinis.de conſuetudi.numero 13.& in capit.3. de his, quæ fiunt a præla.ſine conſenſu capituli.numero 4. vbi dicit, ꝙ quando in aliquo actu requiritur conſenſus minoris, vel partis cum illo, qui actum debet facere, dicitur conſenſus, & non auctoritas.quādo vero requitur voluntas illius, qui eſt maior,dicitur auctoritas,& non conſenſus. Notat elegā ter Bartho.Socin.in conſilio 23.circa prædictam conſultationem.numero 21.libro 4.Bal.in l.cum ipſe. C. de contrahenda emptione. cum igitur alienatio bonorum maioratus fieri non poſſit abſque regis auctoritate, qui eſt maior: non ſufficit quod talis auctoritas ſubſequatur,niſi princeps
9 expreſſe aliud velit.Quinto,hæc opinio verificatur ex egregia ſententia Barto.in l.vniuerſa.C.de precibus impera. off. vbi dicit,quod omiſſio ſolennitatis, quæ debet interuenire in ipſo actu,vitiat actum ſi tunc non interueniat. & hanc Barto.doctrinam ſequuntur omnes.ſecundum laſo.ibi,nu mero 8.fol..42.cui in hoc iuſtum eſt credere.Et dictum Bar to.confirmat Deci.in l.debitori.numero 16.C.de pact.& in conſilio x.pro tenui facultate.Et ideo dicit Bald. in rubrica C.de reſcin.venditione.poſt medium. quod ſi ex forma ſta-
10 tuti mulier non poſſit contrahere abſque licentia propin quorum,talis ſolēnitas debet interuenire in ipſomet actu. & eſt ſubſtantialis.nec ſufficit quod poſtea interueniat, & idem Bald.in l.prima.C.qui admit.Pau.de Caſtro. & Alex. in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſoluto matrimo. & idem Alexand.in l.prima.§.fuit quæſitum.ff. ad Trebelli. & alii,vt per Hipoli.in l.ſi quis ne quæſtio.& in practica cri minali.§ diligenter.numero 185.notat Pariſi.in additio.ad Barto.in dicta l.obligari. §. tutor. quod hodie in regno no ſtro in muliere nupta,quæ contrahit abſque mariti licentia
11 non procedit,attenta l.58. Taurina. Sexto, auctoritas quæ requiritur in alienatione rerum eccleſiæ debet interuenire cum temporance cum ipſo actu,alias alienatio non valet. ſecundum Innocen.in dicto capi.cum conſuetudinis.de cō ſuetudi.Abb.in capit.vltimo.columna ſecunda.de eccleſiis ædifican.Bald.in conſilio 221.primo quæritur.libro primo. numero 4. vbi tradit licentiam ſemper debere procedere, & auctoritatem, & mandatum. Sed hęc ratio non eſt fir ma,quia plerique tenent contrarium,vt latiſſime diſputat Barto.Socin.in conſilio 15.libro primo.& Petrus Rebuf.in tracta.de alienatio.rerum eccleſiarum.numero 15.& quod talis alienatio valeat,ſi poſtea accedat auctoritas,& conſen ſus facta iam alienatione, expreſſe probatur in l.5. titu. 14.
12 parti. prima. quę eſt notanda pro deciſione huius quęſtio nis.in qua Doctores valde laborant.Septimo, confirmatio actus nullius,nihil aliud eſt, quam noui actus celebratio.l. aſſe toto.ff.de hæredibus inſtitu.dicta l.obuenire ſolet.ff.de verborum ſignification. & omnis forma quæ requiritur vt actus valeat,debet interuenire in ratificatione.Bal. in l hæ redes palam.§.ſi quid poſt.ff.de teſtamen.faciunt quæ ſcribit Egid.Boſſi.in practica crimina titu.de princi.& priuile. eius pagi.151.numero 356.cum ſequentib. et confirmatio tunc validat actum nullum,quando confirmans vidit tenorem conceſſionis,quam confirmauit,capi.venerabili.vbi Ioan. Andre. & alii de confirmatione vtili vel inutili. notat Ar chidiaco. in capitu. præſentium. vii. quæſtione prima. Ale xand.in conſilio 1.numero 35.lib.5.& 123. nume.18.lib.4. Octauo, principis confirmatio tunc confirmat actum nul lum uel inualidum, quādo princeps ſcit uitiū & nullitatē, tem,non alias.l. adoptio non iure facta.ff. de adoptio. cap. quoties.de pactis.capitu.primo,& ſecundo. de tranctio. ca. veniens. & ibi gloſ.in verbo, confirmatum.eodem titulo. Oldrad.in conſi. 265. factum tale.& alii vt per Alexand.in conſ.36.viſo lib.4.& Mod.Pariſien.in conſue.ti.j. de mā feu da.§.5. numero 70. fol. 82. Et virtus confirmationis non operatur niſi ſecundum potentiam cauſæ efficientis.ſecun dum Bal.in l.ſi certarum §.ſimiles ff.de milita. teſtamen.& Papa confirmando generaliter priuilegia,non videtur con firmare ea,quæ ſunt contra ius,vt per laſo.in l.vlt.num.10. fol.89.ff.quodquisq; iuris.& generalis confirmatio ſtatuto rum, non extenditur ad ſtatuta abrogata vel inualida. ſm Bar.in l.ſi quis priori.ff.ad Treb. Ripa reſpō.2.nu.4. Et cōfir mationes non extenduntur ad caſus inualidos in p̄iudiciū tertii.ſecundum glo.& communem in c.vltim.de confirm. vtil.vel inutil.notat idem Ripa.reſpon.81.nume. 16. Nono, vrget tex.in c. multiplici. de decim. ſecundum intellectum glo.fin.in verb.contineatur.in verbo intentionis. vbi proba tur,quod priuilegium conceſſum per ſummum Pontificē non facta mentione compoſitionis, quæ aderat inter par tes,eſt ſubreptitia,quia ſi Papa ſciret de compoſitione, for te illi derogaret.de quo vide Rapha.Cuma.in conſilio 168. columna quarta.in verſic. nam & cum illa conuentio.De-
14 cimo, licet confirmans nihil dare videatur.l.vnum ex fami lia.§.primo.ff.de legatis ſecundo. fallit, quando confirmat actum ipſo iure nullum.nam is dare vī d.l.adoptio.l.legata inutiliter.ff.de lega.1.l.tribunus.§.vltimo.ff.de teſtam.milit. Guil.Bar.& Mod.in l.more maiorum.ff.de iuriſdi.omni.iu dic.& alii,quos refert Tiraquel.in l.ſi vnquam in verbo. re uertatur.61.ſpeciali.nume.418.pagin.547.quem vide num. 435.ſpeciali.78.vbi tractat,an & quando,actus nullus con firmari poſſit? & ex hac ratione dixit Peral.in l. 3. §. qui fi deicommiſſam.num.55.num.56.ff.de hæredi.inſtitu. pagin. 189.quod vltimus poſſeſſor maioratus, apud quem bona libera remanſerunt propter defectum ſucceſſorum, poteſt facere nouas vocationes,& iniungere conditiones:quia vi detur de nouo talia bona dare.& vide eum in eodem.§.nu me.246.pag.259.Vndecimo,facit tex.in l.vltima. C.ſi maior factus, vbi probatur quod alienatio facta per minorem ſi ne decreto, non cenſetur reconualeſcere eo quod ceſſet in habilitas.puta,quia ceſſauit minor ętas,ſed eſt neceſſe oſten dere de ratihabitione,verbis, vel ſignis,vel de taciturnitate quinquennali.

DVODECIMO, conducit tex.in c. ſi eo tempore. in 6.vbi conceſſio nulla facta per Papam eo,quia fuit inha

bili

bili data, propter defectum ætatis, non reconualeſcit inhabilitate ceſſante, quia ſuperuenit maior ætas.

¶DECIMOTERTIO fundatur iſta ſententia in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. & in l. continuus §. cum quis. ff. de verborum obliga. & in §. idem iuris. inſtitut. de inutili. ſtipulatio. in quibus iuribus probatur, quod ſtipulatio ab initio nulla, propter inhabilitatem rei, cuius non eſt comertium, non reconualeſcit propter ceſſationem inhabilitatis facto ſuperioris.

¶DECIMOQVARTO, quis abſq; alterius mandato cæpit nomine illius aliquam litem agitare, uel aliud negotium: ignorans ei mandatum fuiſſe, non tenent acta per talem mandatarium. ſecundum Bald. in l. 1. §. dari. ff. de procurat. & in l. qui teſtamentum domini. vbi Areti. ff. de teſtamen. & omnes iſtam opinionem ſequuntur Nicola. Boeri. in deciſio. ducenteſima, & ſeptageſima quarta, an valeat procuratorium. & alij, quos refert Menchaca. libro primo contouerſiarum. capitulo quintodecimo, folio ſexageſimoquinto, vbi iſtum punctum, ex profeſſo diſputauit.

¶DECIMOQVINTO, adduco ſententiam Bald. in l. ex placito. numero ſeptimo, & octauo. C. de rerum permutat. vbi vult, quod ſi actum eſt ex ſtatuto non confirmato, & lite pendente ſuperuenit confirmatio, ex tali confirmatione non poteſt iſequi victoria: quia falſa principia iuſtificari non poſſunt. & quicquid præcedit irritum eſt. citat. l. tertia. §. ſed ſi filius. ff. de legatis primo, & l. cum filius. ff. de teſtament. milit. & alia iura.

¶DECIMOSEXTO, exequutio ſententiæ facta non præſtita cautione non reconualidatur per cautionem poſtea præſtitam. Guido. deciſio. quinquaginta, numero primo, quod eſt ſing. ad l. Tolet. quæ de exequutionibus tractat. Hanc autem ſententiam ideo tam late confirmaui, quia pro contraria parte magna, quidem, & non contemnenda faciunt fundamenta, quæ hic inferere, & explicare oportet, vt ſi aliquando hęc res in iudicio contigerit, (prout iam de facto fuit) ſuper illa non dubitetur.

15 ET primo, contra hanc ſententiam vrget caſus inſignis a Doctoribus, vſque ad ſydera celebratus. in l. ſi quis filio. exhæredato. §. irritum. ff. de iniuſt. rupt. irritque facto teſtamen. a quo Doctores deducunt, quod ille cui permittitur a principe, vt faciat teſtamentum, ſi iam illud factum habebat, non eſt neceſſarium, vt iterum teſtetur, imo teſtamentum quod antea fecerat confirmatum remanſit. per quem text. dicit ibi, Paul. de Caſtro, quod ſi princeps conceſſit alicui, quod faciat molendinum in flumine publico nauigabili, ſi tempore conceſſionis iam factum habebat, poteſt virtute illius conceſſionis retinere. nec refert, an princeps ſciuerit, vel ignorauerit, quod magis mirādum eſt. & idem ipſemet Paul. in l. & in militibus C. de teſtamen. milit. & in d. l. iam factam. ff. de condition. & demonſtration. Iaſon in l. quominus. numero centeſimo, & vigeſimo octauo. ff. de flumini. quorum doctrina notanda eſt ad intellectum text. in l. decima octaua, titulo trigeſimoſecundo, part. tertia per quam conſtat, ex cuius licentia debeat molendinum ędificari. & illum textum, in dicto §. irritum. late exornant Alexand. conſili. centeſimo quadrageſimo ſexto. in cauſa, & lite. libro quinto, Hippol. in l. penultima, numero quadrageſimoquarto, cum alijs. ff. de quęſtio. & in rubric. ff. de fideiuſſo. numero octuageſimoſecundo, cum ſequentibus, in quibus locis multa reperies dicta, & deciſa per illum textum, & dicit Gregor. Lopez, per illum textum, in l. decima octaua, titu. primo, par. ſexta, in gloſſ. *como ſieruo*, quod ſi cut damnatus ad mortem poteſt facere teſtamentum. per l. quarta Taurinam. fortius ſuſtinebitur teſtamentum per illum antea factum.

16 EX quibus confirmatur quædam ſententia Tello, in l. quartam Taurina, numero primo, vbi tenet, quod teſtamentum illius, qui poſt confectionem eius fuit damnatus, valet, quemadmodum ſi poſt damnationem factum fuiſſet. quam tenet contra Pariſium, in conſilio quadrageſimoſexto, numero quintodecimo, libro tertio, quam latius tetulit in prima parte huius operis, quęſtione prima. numero vigeſimo, & alia doctrina Bartol. in l. murileguli. C. de murilegiis libro vndecimo, vbi dicit, quod ſtante ſtatuto, quod res non poſſit alienari in forenſem, ſi res deferatur forenſi ex aliquo titulo & poſtea ſit effectus ciues, illam
17 tenere poteſt. Sed ille text. in dicto §. irritum. & ea, quę illius argumento adducta ſunt, (videri meo) noſtrę opinioni non obſunt. quia ille text. procedit, quando ex certa ſcientia teſtatoris, vel condentis datur, & conceditur licentia teſtandi, & actus pendet a voluntate teſtantis, vt eſt teſtamentum: nimirum ſi talis licentia extendatur ad teſtamentum antea factum, quod clare probatur in dicto §. irritum, in vltimis verbis. ibi, & ſi militari iure ei teſtandum ſit dubitari oportet, quin ſi voluerit id valere, feciſſe id credatur. Ecce ergo legem clare probantem, quod ſi non eſſet caſus, qui ſolum penderet a voluntate teſtantis, teſtamentum antea factum, non eſſet confirmatum, nec valeret iure teſtamenti. & ita illum text. intellexit Cinus, in dicta l. ſi iam facta, vbi Ioannes de Imo. & Socin. & alii. Cinus in l. cum vxori. C. quando dies lega. cedat. in noſtro vero caſu non ſolum agitur de præiudicio impetrantis licentiam ad vendendum bona maioratus, ſed etiam de præiudicio ſucceſſorum in maioratu: quia habent maximam, & probabilem ſpem ſuccedendi, vt ſupra toties probatum eſt. Sed & teſtatori, qui bona vinculauit, maxima etiam fit iniuria cum alienantur bona, quorum alienationem ipſe prohibuit: & ideo cum de plurſum præiudicio tractetur, nihil refert conſenſus illius, qui licentiam ad alienationem petiuit. Et dicit Alexand. in conſilio nonageſimoquinto, numero decimo, libro ſeptimo, poſt Paul. de Caſtro. in d. l. ſi iam facta. Quod teſtamentum confirmatur, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit Papa. quia ſecundum eum licet tempore datæ literarum, factum eſſet teſtamentum: tamen non habet vires teſtatore uiuente, ſed eas recipit in morte, capitul. cum Marthę de celebratione miſſarum, & ſic cenſetur tempore mortis fieri, cum tunc vires aſſumat. ideo verba futuri temporis, propter hoc ad iam factum teſtamentum videntur trahi, ex quo pendebat a voluntate teſtatoris illud reuocare, vel firmum facere argumentum. l. talis ſcriptura. ff. de legatis primo, vnde ad propoſitum noſtrum infert Alexand. quod reſcriptum datum per Papam de certa ſumma filiæ, vt nubat, danda de bonis patris, ſententiam mortis, & publicationis paſſi, non valet, ſi filia iam erat nupta: quia contractus matrimonii iam erat factus, & conſumatus, nec pendebat a poteſtate mulieris diſſoluere. qua etiam ratione dicit Paul de Caſtro, in dicta lege, ſi iam facta, numero tertio, quod ſi dominus feudi concedat vaſſallo licentiam alienandi feudum, non extenditur talis licentia ad alienationem per vaſallum de fundo factam quæ
18 doctrina videtur expreſſa pro deciſione iſtius quæſtionis. Sed opinio Cini, & aliorum etiam confirmatur ex textu in l. mater. ff. de inofficioſo teſtamento, & in l. qui cum tutoribus, ff. de tranſactionibus, cum quibus concordat. l. decimanona, titulo ſexto, part. ſexta, de quorum iurium materia tractant Bartolus in l. Pomponius, numero decimonono, ff. de negocis geſtis. & in Authentica, quis ſemel, numero tertiodecimo, C. de teſtibus. Iaſon in l. quandiu, numero tertiodecimo, C. qui admitti. & in l. naturaliter, §. nihil commune, numero trigeſimotertio, ff. de acquirenda poſſeſſione, & in l. ultima, numero tertiodecimo, C. de iur. & fact. ignor. & in l. prima, numero quarto, ff. de conditione indebit. & in l. ſi a ſubſtituto, in principio, numero duodecimo. ff. de legatis primo, & idem Bartol. in l. ultima, §. idem quæſiit, ff. de conditione indebit. Hippolit. in rubrica, ff. de fideiuſſor. numero trigeſimo octauo, & Epiſcopus Couarru. reſol. libro ſecundo, capitulo quarto, numero quinto. Tiraquell. poſt leges connubial. gloſſ. octaua, numero centeſimo, & ſeptuageſimonono. cum aliis, fol. trecenteſimo, & ſeptuageſimonono, & dictum etiam intellectum Cini, & aliorum ad text. in d. § irritum, tenet etiam expreſſe Alexander, in conſilio nonageſimoquinto, requiſitus ſuper diſpenſatione, numero decimo, libro quinto, facit textus in l. ſi ita legatum, ff. de condition. & demonſtration. & in l. ſi ita ſcriptum. §. ſi pater filium, ff. de legatis ſecundo. Et quod notat Bald. in l. vltima, C. de ſententia, quæ ſine certa quantitate profer. & Alexander in conſilio centeſimo, quadrageſimoſexto, in cauſa, & lite, inter nobilem Raphaelem, libro quinto, numero duodecimo, & facit etiam, quod notat Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. in quarta quæſtione, ff. de offici. proconſ. & in l. mater. C. de rei vendicatio. Iaſon in l. nec is. §. hæres, ff. de acquirenda hæreditate, & eſt bonus text. in l. in totum omnia. ff. de regulis iuris. Præterea Socin in d. l. ſi iam facta. numero quinto, folio centeſimo, quadrageſimoprimo, laborando in intellectu text. in dicto §. irritum. dicit, quod in diſpoſitione illius textus licentia principis conceſſa ad faciendum teſtamentum, extenditur ad teſtamentum iam antea factum: quia ibi teſtamentum fuit factum ab habente poteſtatem teſtandi, quam nunquam amiſſit. quia in ſententia, per quam amittere debebat facultatem teſtandi, talis poteſtas fuit illi reſeruata. & ſic ibi tractatur de teſtamento valido confirmando, ſecus ſecundum Socinum, ſi ageretur de teſtamento inualido confirmando, quia non cenſetur ex tali licentia confirmatum, argumento notatorum, in l. patre furioſo, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Et ex hoc dixit Paul. de Caſt. in d. §. irritum. numero quarto, quod ſi emphyteuta vendat rem emphyteuticam

Source : BIU Cujas

19 theuticam absque domini consensu, & postea dominus ꝙ-
sentit venditioni tanquam faciendæ, hoc non sufficeret. &
quod fortius est non euitaret pœnam. l. vlt. C. de iur. emphy.
notat Grego. Lop. in l. vlti. tit. 18. par. v. in gl. in verbo *que no la quera*. in ver. quid facta. quod. non est ob aliam ratioaē,
quam quia alienatio facta per emphyteutam absque dñi ꝙ-
sensu est ipso iure nulla. vt tradunt omnes in l. 2. in d. l. vlt. C.
de iure emphyteu. & in c. potuit. de loca. & idem vult Pau.
in feudatario. & Matthe. ab Afflc. decisio. 355. vbi tradit, qđ
assensus feudatario prẽstitus super alienatione facienda nõ
prodest si alienatio erat prius facta domino inscio. Igi-
tur ad rem nostram, cum alienatio facta per possessorem
bonorum maioratus sit ipso iure nulla. (vt supra probatũ
est) non cẽsetur confirmata principis facultate. & quod nul
lum est, cõfirmari nequit, vt supra docui. Et ex istis infertur
20 intellectus ad. capitulum curiarum Caroli Quinti Impera
toris, conditum Pintiæ anno. 1542. quo cauetur, ne ciuita-
tes, villæ, aut loci huius regni possint facere donationẽ mõ
tium, & quos. *validos*. vocamus absque eo, quod præcedat re
galis licentia. nam si princeps concessis iam per aliquam ci
uitatem montibus alicui personæ, daret licentiam eidem
ciuitati, vt in illam personam possit facere donationem ali
quorum montium: ex tali licentia regali, non erit confir
mata donatio facta per ciuitatem absque regali facultate.
quod aperte constat ex. d. c. in quo probatur, quod debet li-
centia præcedere. & alio verbo eiusdem legis. ibi, *no puedan dar*. quod verbum (non possint) inducit nullitatem actus cõ
tra facti ipso iure, & remouet potentiam ab actu secũdum
glo. quam totus mundus sequitur in reg. beneficium. in ver-
bo non potest. de regul. iur. in 5. notat Bar. in l. i. ff. de institu.
rub. Iaso. in l. non dubium. nu. 70. C. de legib. & in l. patre fu
rioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. Gallus. ī prī.
num. 14. ff. de lib. & posthu. de quo late per Tiraq. post leges
connubiales. glo. 2. in prin. Mod. Pari. in consuet. j. §. j. glo. 3.
& Episcop. Segoui. in c. quamuis pactũ de pact. in 6. 2. par. re
lectionis. §. 4. fol. 49. col. 3. in verõ. sed aduersus. ex quibus ap
paret, ꝙ hic. §. irritum. non ꝺicit nostræ opinioni. Secun
21 do principaliter ꝺ opinionem prædictam vrget text. iuncta
glo. in l. 2. C. commu. vtriusque iud. quæ dicit, quod si partes
confirmãt sententiam nullam, talis confirmatio licet non
validet sententiam, inducit tamen obligationem de nouo,
vt obseruetur vi pacti, vel contractus. quẽ tex. dicit vnicum
ibi Bal. & cõmendãt Bar. Bal. Pau. & cõiter Doctores & alij
in l. j. C. qui pro sua iurisd. & alij, quos refert Anto. Gom. in l.
45. Taurin. nu. 41. sed hoc fundamentum ẽt non obstat, qa
vt ex patet, sententia non valuit in vim sententiæ, sed ī vim
pacti, & ideo nimirum si actum, quem partes de nouo pote
rant celebrare non stante sententia, quod possint consenti-
re sententiam nullam cum de illorum præiudicio tantum
tractetur, cum consensus sit in vim pacti, & non sententiæ,
& ad hoc est expressa sentẽtia Bal. in consi. 427. in causa spe
ctabilis militis. lib. 1. vbi tradit, ꝙ sententia a partib. appro-
bata, non dicitur sententia, si non fuit substantialis solenni-
tas seruata in procedendo. sed habet vim pacti. quod nõ re-
lato Bal. ita intelligendo l. 2. voluit Pari. in 2. par. consuetu.
Paris. §. 56. num. 2. fo. 133. Tertiò, pro hac sententia induco
22 tex. in l. Iulianus. ff. qui satisꝺ cogant. vbi probatur, ꝙ satisdõ
præstita illi, qui sine mandato nomine alieno agere cœpe-
rat, non corruit, nec euanescit superueniente mandato: im-
mo magis confirmatur, quia mandatum implet causam, ꝓ
quia satisdatio fuit interposite. ex quo tex. Doctor. ibi etiam
deducunt, ꝙ mandatum super prosequenda lite, operatur
cõfirmationem eorum, quæ prius gesta sunt. de qui tractat
ibi Ias. & in l. 3. in prin. num. 27. ff. de acq. poss. Sed hic text. ẽt
non obstat. quia procedit, & locum habet, quando cunque
ille qui mandatum dedit alicui, sciebat omnia, quæ iam a-
acta erant: nam tunc confirmare videtur, quæ sub nomine
gesta sunt. secus autem si ignorabat. quem text. ita intelle-
xit Ioan. Andr. in addi. ad Spe. tit. de procurator. §. i. versi. sed
nunquid procuratorium ad dicendum. in gl. in verbo. in fi.
fol. 81. col. j. quem sequuntur Pau. & Ias. num. 3. in d. l. Iulia-
nus. Alex. in consi. 112. super eo dubio quo. lib. v. nume. v. &
Idem Alex. in d. consi. 146. in causa. & lite. lib v. num. 112. re-
ferunt. d. l. mater. ff. de inoffi. test. & l. qui cum tutoribus. ff. de
transactio. quibus adde Decium in consi. 72. viso pũcto. nu.
5. cum igitur princeps ignoret alienationem factam rerum
maioratus, nullatenus dici potest, ꝙ ex licentia sit cõfirma-
ta alienatio antea facta. Et hoc modo intelligendum est ꝙ
tradunt Host. Inn. Io. And. & Abb. num. xi. in c. innotuit. de
electio. vbi dicunt, ꝙ confirmatio superioris supetueniens
confirmat electionem inualidam. quod ibi declarat Abb.
Quartò, adducо egregiam sententiam Bal. quę ad multa ꝓ-
desse potest, in l. 2. col. 9. nu. 57. in versi. sed pone, aliquis diu
steterat in choro. C. de seruitu. & aqua. vbi dicit, ꝙ si aliqs
steterat in choro, & capitulo vt canonicus, sed non erat, &
Papa dispensauit postea secum, & contulit ei illud canoni-
catum, ꝙ non requiritur noua possessio: quia fit ipso iure
quædam conuersio, & quædam mutatio ex causa superue-
nienti. refert. l. quędam. mulier. ff. de acq. poss. & §. interdum.
Inst. de rerum diuisio. l. 2. C. de acq. pos. cui adde. l. interdum.
ff. de acq. rerum domi. & l. 47. titu. 28. par. 3. Et ex hac doctri-
na infero obiter duo notabilia. Primum, ꝙ si quis habebat
occupatas aliquas terras regales, vel alicuius ciuitatis, & po-
stea princeps illi donet dictas terras, ꝙ non est illi necessa-
rium de nouo apprehendere possessionem illarum terra-
rum, sed illam continuare potest absq; aliqua apprẽsione.
quod in facto in negocio, maximi momenti eueniſſe scio.
secundum, quod, si filius habebat occupatam aliquam rem
patris, quam absque iusto titulo & violenter possidebat, si
postea pater illius rei facit meliorationem in eũdem filiũ,
quod ad hoc, vt talis melioratio sit irreuocabilis, non erit
necesse filio de nouo accipere possessionẽ talis rei: quia se-
cundũ Bal. fit ipso iure quædam conuersio, & quædã multa
tio ex causa superuenienti, ad quod est animaduertendum.
& ista duo dicta comprobantur ex sententia Cosme Gu-
mier in titu. de pacifi. possessio. in verbo. coloratum. vbi in-
quit, ꝙ si quis sit in possessione beneficii virtute tituli colo-
rati, inualidi, aut nulli, si superuenit titulus coloratus aut va
lidus, non requiritur alia possessio noua virtute tituli vali-
di. & idem tradit Chassaneus in consuetudinib. Burgund.
rub. 7. le mort. fai fit. §. j. fol. 228. col. 1. in versi. pro decimo ter
lio. & idem tenet Rebuf. in pract. benef. in titu. de rescripto,
etiam & perinde valere. nu. 52. vbi dicit, quòd si quis adept⁹
fuerit possessionem ex prima prouisione licet inualda, non
debet eam iterum ex ualido titulo capere: quia possessio ẽt
ex inualido titulo potest adipisci. l. i. §. si vir. ff. de acq. possess.
ex quo etiam inquit idem Rebuf. in tomo tertio ad constit.
regias. tracta. de causa beneficiali possessori. art. i. glo. vui. nu.
8. par. 291. ꝙ si quis acceperit possessionem ex titulo colora
to, & prosequutus fuerit processum intra annum, si demum
post annum habeat verum titulum, non est necesse nouũ
adipisci possessionem: nec poterit tẽpore excludi, eo quod
non acceperit possessionem intra annum computandum
ex vero titulo. & notatur per eundem Rebufum in concor-
dantiis in §. declara ntes. & refert Ancha. iu regul. j. de regul.
iur. in 6. sed nõ citat doctrinam Bal. ī d. l. 2. quæ est expressa,
& loquitur in fortioribus terminis sed ista omnia suas par-
ticulares habẽt rationes, quas longum esset hic referre. nec
primæ opinioni obstant. Et pro limitatione doctrinæ Bald.
l. 2. animaduertant lectores egregiam doctrinam Ay. Cra.
in consi. 171. nu. xix. vbi dicit, ꝙ doctri. Bal. procedit, nisi an
te supernenientiam veri tituli sit alii ius quæsitum: quia tũc
nouus, & iustus titulus non prodest. per. l. 2. §. merito. & §. si
quis a principe. ff. nequid in loco publico. Ex quibus tandẽ
23 fit, ꝙ prima sententia dd qua supra actum est, vera existit. Et
ex superioribus obiter infertur ad quandam prouisionem
vel priuilegium, qđ habent ecclesiæ huius regni Grana. per
quod eisdem concesserunt domina Regina Ioanna, & Ca-
rolus Quintus illius filius, ꝙ nullus in hoc regno possit face
re furnum, nec ędificare absque expressa regali scientia, ut
latius in d. priuilegio cauetur. nam si aliquis faciat furnum
non interueniente regali licentia, postea quæ impetret re-
giã facultatẽ ad furnum faciendum, ex tali licentia non ꝑt
obtinere iam factum: quia priuilegium resistit, & remouet
potentiam ab actu, & cum fuerit concessum in fauorem ec
clesiarum, est ampliandum, potius quam restringendum. ar
gum. legis finalis. C. de sacrosanc. eccleſiis. cum qua concor-
dat. l. i. titu. xi. par. i. sed notandum est quod hoc priuilegium
limitari potest, & restringi, si furni eccleſiæ non sunt sufficiẽ
tes ad coquendum panes habitantium, & damnum esset e-
24 uidens: tunc etenim aut est compellenda eccleſia ad ædifi-
candum alios furnos reipublicæ necessarios, aut quilibet
priuatus potest ędificare. & esset hæc iustissima causa impe-
trandi licentiam regiam ad faciendum furnum. nam stante
prædicto rei publicę damno, priuilegium incipit esse noci-
uum, & ideo non est obseruandum, immo ipso iure reuoca
tur. cap. suggestum. vbi notant Doctor. de decimis. glo. in c.
rescripta. in medio. 25. quęstio. secunda. Barto. & communis
in l. ex facto. ff. de vulg. per tex. ibi. facit. l. rescripta. C. si cõtra
ius vel vtilita. publi. & cum his iuribus concordat notabi-
lis. l. 43. titu. 18. par. 3. & est tex. vbi Ioã. de Plsatea. in l. nemo.
C. de dignitatibus. lib. xii. & in cap. quanto. de censibus, & est
alia expręssa. l. quinta. titu. xx. par. i. de quo per Rebuffum in
praxi beneficiorum. in titu. de differen. inter priuilegi. & re-
scriptum pagin. 99. numero 44. & in tracta. de decimis. quæ-
stio. 14. numero 40. & 51. & priuilegium principis, non est
seruandum, & perdit vires suas quum primum reincidit in
iniquitatem. iuxta glo. in capi. rescripia. 35 quæstio. 2. & pri-

Source : BIU Cujas

uilegium coceſſum non ſubdito, quod ex poſt facto, lædit concedentem, præter eius intentionem, reſoluitur ipſo iure: vt per Feli. in c. nouit. col. vlti. ver. ſecundo. limita. de iudi. Ripa. lib. 2. reſpon. 7. reſpon. in 8. dubio. & ad iſta vide plura ſingularia, quæ cumulat Rolandus in conſi. 1. nu. 160. cum pluribus ſequentibus. lib. j. pro quibus ēt facit, quia priuilegium eſt ita interpretandum, ut minus noceat quo fit poſſibile. c. dilecti. & c. ex multiplici de decimis. & in c. ex par. in 1. vbi Abb. num. 3. e. tit. notat Iaſo. in l. quoties. C. de precib. imperato. offe. num. 3. Deci. in c. ſuper eo. num. 4. de offi. delega. Hippo. in ſingula. 295. & 483. Loazes in tract. de noua conuerſio. paganorum Regni Valentiæ. col. 64. nu. 6. maxime, quia omnis ille, qui non prohibetur, poteſt de iure cōi furnum facere. vt per Ioan. Fab. in §. æquè ſi agat. Inſti. de action. & Guido Papę in deciſio. 288. vtrum quilibet. vbi ſcribit, quando, & quo tempore poſſit pręſcibere ius habendi furnum ſtante prohibitione in contrarium. & hanc ſentētiam in mirum modum fulcit quædam doctri. Bal. in l. item
25 lapili. q. 3. ff. de rerum di. vbi eleganter inquit, q̄ licet q̄s poſſit præſcriptione acquirere, q̄ nullus niſi ipſe habeat molēdinum quando prohibuit, & prohibiti prohibitioni acquieuerunt: tamen talis præſcriptio poteſt infringi tempore publicæ neceſſitatis refert ad hoc tex. in l. vlti. in fi. C. de ſeruit. quæ concluſio eſt notabilis ad ea, quæ habentur in l. quominus. ff. de flumi. & ad l. 18. ti. 32. par. 3. & ad dominos, q̄ p̄tendunt ſe præſcripiſſe ius habendi furnum, vel molēdinū, & alia huius generis. Et ex iſtis inferri ēt poteſt, q̄ cū hodie ciuitates, vel villæ non poſſint facere ſtatuta, ſine principis facultate, vt eſt opinio Greg. Lop. in l. 3. tit. j. par. v. in glo. in
26 verbo. villæ. & idem vī tenere in l. 12. tit. j. par. j. refert. l. 8. ti. 1. & capitulum. 16. in capitulis correctorum. quod ſi forſam aliqua ciuitas faciat ſtatuta, & poſt confectionem illorum petat a principe facultatem faciendi ſtatuta, non facta mētione quod iam erant facta, non erunt confirmata talia ſtatuta. & in his omnibus eſt conſiderandum, q̄ ſi princeps certus fieret q̄ eius iniuſſu aliquid factum fuit, ad quod faciendum poſtea petitur licentia, id minime concederet propter contemptum, & ſunt ſubreptitiæ omnes licentiæ non facta mentione de tali contemptu & ex iſtis etiam infertur intellectus ad l. 2. C. de fun. limitro. lib. xi. & ad l. 7. & in tit. 4. lib.
27 4. ordin. & ad l. 46. Tauri. maximis pęnis prohibentes, ne q̄s poſſit facere caſtellum, fortalicium, vel domum fortem ſine regali licentia. & idem conſtat ex pragma. regn. fo. 60. in capitulis correctorum. ibi, *otroſi que no conſientan*. Nam ſi q̄s turrim ædificauit iniuſſu principis, & poſtea impetret facultatem ad edificandum non exponendo principi, q̄ illam in iuſſus ædificauerat, licētia non operabitur aliquid. & eſt ſubreptitia, niſi eſſet ædificata in tpe, quod valde regno expediebat, attento aliquo repētino periculo, de quo Rex cō ſuli non poſſet: q̄uis de hoc bene eſſet quod etiam princeps fieret certus. ad intellectū ēt prędictarū legū (vt obiter hoc ēt tractemus) vltra Doctores in l. 46. vide Greg. Lop. in l. i. ti. 18. parti. 2 in glo. in verbo. *e los caſtillos*. & in l. 32. titu. 9. par. 6. & Nicol. Boeri. in deciſio. 220. vbi late tractat. qualiter caſtrum poſſit ædificari ſine licētia ſuperioris. & an muri poſſint reparari ſine regali licentia, vide eundem Greg. Lop. in l. 2. tit. xi. par. ii. & an. poſſint reparari, vide tex. egregium in l. intra vrbem. C. de oper. pub. & in l. 1. in fi. tit. x. par. i. Infertur præterea ex his intellectus ad l. 16. tit. i. lib. 7. ordin. quæ prohibet ciuitatibus imponere collectam, vltra tria millia mo
28 ro petinorum ſine licentia regali. & idem ſtatutum eſt ī capitulis correctorū. in capite quod incipit, *Otroſi que no conſientan fazer, ni fagan de ramas*. ad quas leges vide Boeri. in deciſio. 60. infertur etiam ad prouiſionē regalem, Caroli Imperatoris datam Valliſoleti anno. 1527. qua ſtatutum eſt, q̄
29 hæc ciuitas Granatæ non poſſit concedere aquam alicui p̄ſonæ, abſq; regali licentia & facultate. vbi additur, q̄ ſi conceſſa fuerit, non valet, vt latius dicta prouiſio ſtatuit. & ad alia ſimilia inferri poteſt intellectus, quæ omitto, ut materiam noſtram proſequamur. & prædicta dixi, quia ſunt practicabilia, & pro intellectu legum regalium, occaſione ductus tex. in d. §. irritum. & his omnibus addenda eſt doctrina
20 Grego. Lop. in l. ii. tit. 18. par. 3. in glo. in verbo. *confirma*. vbi p illum tex. tenet, q̄ ſi princeps confirmet maioriam in forma cōi, quæ fuit facta ſine illius licentia, non vī ſupplere defectum licentiæ, niſi princeps ſciret dfectum licentiæ. p quo facit. c. ex parte. de coſt. c. dudum de. deci. Et quæ notabiliter ſcribit Deci. in rub. de confirm. vtil. vel nut. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis.*
2 *Data licentia ad obligandam rem minoris, vel eccleſiæ, poteſt poſtea per creditorem vendi abſque noua licentia.*
3 *Mulier ſi conſtituat procuratorem cum ſolennitate ſtatuti, poſtea dum procurator contrahit, non eſt neceſſaria noua licentia.*
4 *Infertur ad capitulum curiarum anni. 1555. Valliſoleti, quod prohibet minorib. & filiis familias contrahere abſque licentia parentum & tutorum.*
5 *Licentia quando requiritur ad integrandam perſonam, ſufficit illam in genere præſtare.*
6 *In licentia data ad alienandum bona maioratus, an requiratur quod ſpecificentur.*
An obligatis ſemel bonis maioratus cum licentia, poſſint vendi poſtea abſque licentia.

QVAESTIO. III.

IErtio quæro. Princeps conceſſit facultatem ad obligādum bona maioratus in certa quantitate, & quia non ſoluit illa quātitas, creditor facit exequutionē, an ad vendendmu bona maioratus ſit neceſſaria noua licētia? In quo puncto breuiter tenendū vī, q̄ nō exigat noua licentia, & quod uirtute licentiæ datæ ad obligandum bona maioratus poſſunt bona vendi. l. ſi pupillorum. §. j. ff. de reb. eorū. vbi probatur, q̄ ſi iudex cauſa cognita, & decreto interpoſito decernat, quod res minoris obligetur, poteſt
2 poſtea creditor virtute talis licentiæ abſq; ſolennitate aliqua vendere rem minoris obligatam virtute decreti. q̄ tex. eſt ad plura ſingularis per quem dicit ibi Bald. determinatā fuiſſe quæſtionem de facto, q̄ ſi eccleſia obligauit prędiū, creditori, decreto epiſcopi & ſolēnitate requiſita, poteſt creditor alienare poſtea prędium non ſeruata ſolennitate aliqua. Et idem voluit expreſſe Bar. quem moderni non referunt in Aut. hoc ius porrectum. nu. 20. C. de ſacroſanc. eccl. & ideo dicit Petrus Rebuf. in titu. de liter. obligat. tomo. 1. ad conſt. regias. art. 3. gl. 2. num. 16. q̄ facta exequutione ī bonis minoris, cuius bona erāt obligata, non ſeruatur maior ſolennitas quę obſeruabatur in bonis maiorum: quia creditor non vēdit nomine pupilli, ſed iure proprio. citat tex. in d. l. ſi pupillorum. & hęc opinio confirmatur ex doctri. Campe. in tract. de dote. par. v. q. 108. vbi dicit, q̄ ſtante ſtatuto, quod mulier nō poſſit cōtrahere abſq; conſenſu propin
3 quorum, ſi mulier conſtituat procuratorem cum ſolennitate ſtatuti, poſtea dum procurator contrahit, non eſt opus alia ſolennitate ſtatuti. quod dictum refert Io. Lop. in rubr. de donatio. inter vir. & vxor. in ver. ſed re vera. quod confirmatur ex traditis per Alex. in conſi. 117. nu. 1. lib. 5. & ad prō poſitum eorum, quæ hic tractanī, multa ſcribit Tiraq. de legib. connubialib. l. 8. de ſon marit. nu. 184. cum aliis. ex quib. infertur intellectus ad c. Curiarum Pintiæ anni. 1555. quo cautum extat, vt minor habens curatorē & filius familias, non poſſint emere merces pecunia credita, & in diē ſoluēda, vt latius ibi ſtatutum eſt. Nam ſi pater concedat filio familias licentiā ad ꝯhendū, vel curator minori in ꝯctu, quē poſtea faciunt pro exequutione licentiæ datæ per patrem, aut curatorē, non eſt neceſſarium, q̄ in ipſo actu ꝯhēdi iterum præſtent licentiam ad quod etiam faciunt ſcripta latè per Ial. in l. i. §. item acquirimus. nu. 4. ff. de acqu. poſ. vbi Bar. Soc. nu. xi. & per eundem ſoc. in conſi. 52. viſo inſtrō ſyndicatus. lib. 4. & Maria. Soc. in conſi. 112. & in conſi. 172. errore duplicatū. li. j. Hippo. l. in ſing. 225. & quod ſcribit Bart. in l. ſi q̄s mihi bona. §. ſed vtrū. ff. de acq. hę. vbi đt, q̄ qñ lñia, &
5 conſenſus debet interuenire ad integrandum perſon am alicuius, ſufficit q̄ talis licentia præſtetur in genere, abſque eo quod deueniatur ad ſpecificationem indiuiduorum. p quo multa refert in conſi. 199. nu. 3. cum aliis, lib. 7. vbi Pariſien. pro quibus eſt hodie expreſſa. l. 58. Taur. & in d. conſi. Alex. nu. 4. cum aliis, plura adducit pro confirmatione deciſionis iſtius. & eſt egregia doctr. Ro. in conſi. 494. prę ſuppoſito q̄d viua voce. vbi tenet, q̄ ſtante ſtatuto, q̄ mulier non poſſit ſe obligare ſine licentia propinquorum, ſi mulier reddat marito quietationem rerū paraphernaliū, valet talis quietatio facta ſine conſenſu prinquorum: quia ad id tenebatur ex lege refert tex. in l. i. §. quanq̄. ff. de ꝯ. iudi. tute. & ad hæc vide la Tiraq. lib. 2. de retract. in fi. nu. 2. cum aliis cui adde Luo. Gozadi. in conſ. xv. ex quibus reſultat, veram eſſe concluſionē, q̄ tradidi in prin. huius qōnis. Imo ille q̄ licentiā impetrauit ad alienandum bona maioratus in certa quantitate, vendere poteſt bona in eadē quantitate, abſq; eo quod creditor fa
6 ciat exequutionē quod ex prędictis conſtat. Et ex his ēt infertur, q̄ in licentia. data ad obligandū bona maioratus, nō requiritur, q̄ talia bona ſpecificentur, ſed ſufficit q̄ ſimpliciter dicatur, q̄ poſſint obligari bona maioratus. quod aperte probatur ex doctri. Bar. in d. §. vtrum. & ex aliis ſupra relatis. ad quod etiam faciunt, quæ ego ſcribo in prima parte huius operis, q. 46.

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

Licentia data ad alienandum bona maioratus ex causa iusta, si causa cesset, an alienatio reuocetur distinguitur.

QVAESTIO IIII.

QVarto quæro, Princeps dedit licētiā ad extrahendum aliq̄ rem a maioratu ex cā, quæ eo tpe iusta apparebat ex vtilitate maxima, quæ tunc resultabat, an si postea illa vtilitas non continuetur, licentia si reuocata? Nam pone quod fuit licentia impetrata ad obligandum bona maioratus pro dote filiæ, & antea q̄ realiter obligentur bona, filia aliunde dotata est, an nihilominus ille qui licentiam impetrauit, possit illa vti? In quo sic distinguo. nam siquidem anteq̄ licentia vtatur, & re integra cesset causa ex qua licentia concessa fuit: & tunc cum omnia sint integra & causa cesset, debet cessare effectus, secundum iura vulgata. ad quod proprius facit doctr. Abbat. in c. super literis. in ver. quod ad tertiā regulā. de rescrip. ad finē illius versi. & ibi quoq; August. Beroi. ibi dicunt, q̄ gr̄æ cā cessante, cessat gratia, per tex. in l. generaliter. C. de episc. & cleri. & facit tex. in c. suggestū, de decimis. Notat Tiraq. ī tra. de cessa. cau. par. i. nu. 112. & in numeris antecedentib. & sequentib. alia sit ia adducit. sin autem durante causa & necessitate, pro qua licentia exequutione tradita ex aliqua causa vtilitas vel necessitas cesset, nihilominus obīo vel alienatio valet, licet cā non duret, argumento tex. notabilis in l. sed an vltro. ff. de neg. ge. cū quo concordat. l. 28. tit. 12. par. 5. notat Ias. in l. eum qui. §. in popularib. nu. 4. ff. de iureiu. & in l i. §. prætor ait. ff. ne quis eum. facit. l. litis. §. si pecu. ff. de nego. gest. vbi ille qui credidit pecuniam dñi, non tenetur si a principio debitores erant idonei, & postea efficiuntur nō soluendo. l. alienū. C. de nego. l. siue hereditaria. ff. de nego. gest. notat Deci. in consi. 533. nu. 3. Item q̄ est alicui ius quę situm ex causa existenti, licet causa deficiat, ius tā illud quę situm retinetur. l. si post mortē. §. l. l. non putabit. sed si post mortē. ff. de bo. poss. ꝯ tab. l. cum vxori. C. q̄ dies lega. cedat. & q̄ si effectus causæ iam est consumatus & ineſſe product, q̄is cesset causa, non cessat effectus. l. vlti. in prin. ff. vnde libe. l. inter stipulantē. §. sacram. ff. de verb. obl. vbi Ias. in 4. no tab. & alii, quos ad vtrunq; dictum refert Tiraq. in d. tracta de ces. cau. limi. 11. & 12.

SVMMARIVM.

Si non appareat quid prius præcesserit, facultas data ad alienandum bona maioratus, vel alienatio quid præsumatur prius præcessisse.

QVAESTIO. V.

QVarto quæro, Si fortè non appareat quid prius præcesserit, facultas data ad alienandū bona maioratus, vel ipsa alienatio, quid præsumatur prius præcessisse? In quo ēt bī agendo vī prę sumendum, quod prius prę cessit licentia ad faciendum talē alienationē, vt probatur ex tex. in l. cum in testō. vbi Bal. & Imo. ff. de testa. vnde dixit Ale. in consi. 81. lib. 4. q̄ si a superiore fuit data licentia prę lato dandi in feudum, vel in emphyteusim aliq̄ rem, & eodē die fuerit data tam licentia q̄ datio in feudum: prę sumitur quod prius licentia præcessit. de quo per Feli. in c. pastora. in ver. ad identitatem. de rescrip. Alcia. in tract. præsump. reg. 3. præsumpt. 42. vbi tradit, q̄ si non constat an actus eodē die sit gestus, quando non apparet dicta præsumptio. prę sumitur actum præcessisse, qui faciat rem valere notat Ias. ī l. admonendi. nume. 230. ff. de iureiuran. & in l. hac consultissima. in prin. C. qui testamen. face. poss. ad quod vide eūdem Ias. in l. i nume. 19. ff. de verbo obligat. Petrum de Peral. in l. statu liberum. numero 5. & 6. ff. de lega. secundo. vbi reprehendit Ias. in d. l. j. per tex. in l. filio familias. C. de iure delib. & alia iura. & hęc maxime procederēt, si in alienatione enū cietur, ipsam fieri virtute regalis licentiæ.

SVMMARIVM.

Princeps an reuocare possit licentiam datam ad alienandum bona maioratus.

QVAESTIO. VI.

SExto quæro, An postquam princeps ꝯcessit semel licentiam ad alienandum bona maioratus, possit illam reuocare? Et planum est, q̄ eam reuocare potest modo non sit exequutioni tradita, & ius alicui tertio quæsitū cap. conquestus. vbi glo. 9. quæstio. 3. capit. fraternitatis. x. quęstio. prima. Innocen. & Doctor. in capit. nouit. de iudiciis. Doctores in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. in quib. locis habetur, quòd Princeps etiam sine causa potest reuocare priuilegium, quod subdito concessum fuit. de quo latius tracto ad aliud propositum in parte huius operis. quæstio. 20. vbi videndum. & (ut prædixi) hoc fallit, nisi res non esset integra, & alicui tertio prę iudicium fiat, quia fuit licētia exequutioni mandata: tunc enim non licet reuocare, argumen. tex. in l. vltima. ff. de pact. & quod tradunt Doctores in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verborum obligatio. prout ego latius scribo in prima parte huius operis. quęstione 24. per totam. & faciunt. l. 17. & 22. & 44. Taurin. in illis verbis, *O el contrato fuere hecho con otro tercero.* iunctis prę cedetibus, & sequentibus.

SVMMARIVM.

An ex diuturnitate licentia præsumatur

QVAESTIO VII.

SEptimo quæro, An ex diuturnitate temporis præsumatur interuenisse licentia regalis ad extrahēdum aliquā rem a maioratu? Et videtur q̄d sic, ex dispositione. l. si filius. C. de peti. hæredita. cū materia. de quo puncto videnda sunt, quæ scribo in prima parte huius operis quęstio. 45. & in hac quarta parte. q. 20. numero 28.

SVMMARIVM.

Quando declarari possit licentia data ad extrahendum rem aliquam a maioratu.

QVAESTIO VIII.

OCtauo quęro An postquam Prīceps concessit licentiam ad extrahendum rem aliquam a maioratu, & ad illam vendendam possit declarare talem licentiam; & videtur quod hoc licitum sit, dummodo obseruentur ea, quæ etiam scribo in prima parte huius operis q. 43. per totam.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quæstionis.*
2 *Agnati debent specifice nominari in facultate ad alienandum bona seu dalia.*

Principi an sint exhibendæ clausulę maioratus, vt iuste possit dare facultatem ad alienandum bona maioratus.

QVAESTIO IX.

NOno quæro, An quando quis vult impetrare facultatem regiam ad exhibendum rem aliquam a maioratu, tenea tur exhibere Principi clausulas maioratus, ī quo prohibita est alienatio bonorum quæ quis petit vt alienen tur? Et certe si recte considerentur omnia, quæ in principio huius quartæ partis tractata sunt, & in prima limitatione, & sequentibus, & quantum leges studeant seruare ultimas defunctorum voluntates: maxime in his casibus, vt docui in principio secundæ partis huius operis, vbi latissime de hoc egi: necessarium videtur exhiberi principi clausulas constitutionis maioratus. facit. l. inciuile. ff. de legi. l. vt responsum. C. de transactio. ibi, insere pacti exemplum. & hoc adiuuatur ex sententiæ Rapha. Fulgosi. in consilio 20. pro pleniori. in versicu. sed & secunda, vbi hoc in terminis decidere videtur affirmans, quòd ad hoc ut valeat principis licentia ad alienandum bona restitutioni subiecta, requiritur quod princeps sciuerit conditiones, & leges impositas rebus donatis, ex iustis defunctorum suppremis dispositionibus, vt scilicet, quod res ipsæ non possint alienari in extraneas personas, & quæ non sunt de familia, & domo testatoris. verisimile namque est, & iustissimum, Principem nolle facere irritas defunctorum voluntates & hoc fortificatur. quia cum certum sit, quod est maioris æfficaciæ prohibitio testatoris expressa, quam tacita, tam in prohibitione alienationis, quàm in alijs rebus, vt explicant Doctores in Authen. res quę C. communia. de lega. & in l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. Alexā. in consi. 56. nu. 3. libro. j. Su-a

Source : BIU Cujas

rez in l.qm̃ in priorib.2.limita.C.de inoffi.testa.& alii, quos citat Episcop.Coua.resolutio.lib.3.c.6. nu.x.in ver.3.vt quibusdam.cum hæc prohibitio expressa potius mouere possit Principem,& illos,qui de hoc iudicaturi sunt,æquum est ꝙ omnes clausulas,vincula, & grauamina a testatore adiecta Princeps examinet,& intro inspiciat.facit.l. inciuile.ff.de legib.in ratione sui.& sic videmus quod in aliquibus facultatib.datis ad extrahendum bona a maioratu reperitur clausula,in qua fit relatio,quod inspecta fuerunt testamenta & dispositiones maioratus prius quam licentia cõcederetur. Nec minus facit tex.in l.de his.& l.nõ est ferendus.ff.de trãsactio.& quod notat Bart.Soci. in consi.282.lib.2.& glo.& Docto.in l.in tres fratres.ff.de pact.vbi dicũt, ꝙ generalis dispositio non refertur ad ea,quæ pendent ex testõ.no.Bart.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obli.hoc tñ in praxi, q̃ leges melius omnib. explicat, difficiliter obtinebitur.& qđ not.Parisi.consi.23.nu. 15.o. lib.1. vbi egregie probat quod ad alienationẽ rei feudalis debet fieri mentio specialis đ agnatis,& debent nominari in facultate nec sufficit generalis expressio.quod est notãdum ad ea,quæ scribo in j.q.huius. 4.partis.numero 30.

SVMMARIVM.

1 *Ratio decidendi ad l.43.Taurinam.*
2 *Gratia,& exequutio illius,non expirat per mortem concedentis.*
3 *Ea quæ fiunt nomine dignitatis,non expirant per mortem concedentis.*
4 *Officia per Regem concessa,quando expirent per mortem Regis.*
5 *Princeps an absq; cæsu tollat officium semel concessum.*
6 *Officialis ad beneplacitum,dicitur perpetuus.*
7 *Successor in regno,vel maioratu,reuocare non potest officia perpetua.*
8 *Mandatum conseruatorum priuilegii ap ostolici, expirat morte madantis.*
9 *Licentia testandi,an expiret morte concedentis? & actus odiosi extinguntur morte mandantis.*
10 *Diffinitio quæstionis.*
11 *Intellectus ad tex.in c.si super gratia.de offi.dele.in vi.*
12 *An licentia data per regem ad extrahendum bona a maioratu,expiret per mortem regis concedentis.*

QVAESTIO. X.

DEcimo quæro, An licentia data per Regẽ ad extrahendũ aliqua bona a maioratu expiret per mortem regis, qui illã concessit re integra?In quo vr, ꝙ ex dispositione legis 43. Turi.nõ expiret per mortem regis, qui illam cõcessit.quia in illa lege cauet, ꝙ facultas regalis data ad faciendum maioratum, non expirat per mortem
1 regis,qui illã concessit.Sed certè hæc lex non admodum cõ uincit,quia facere maioratus,est res fauorabilis,vt patet ex. l.2. titu.15.par.ii. & ex.d.l.43.q̃uis.l.42.prꝫcedens faciat in ꝯrium.sed alienare res maioratus est res odiosa, vt pote, qua deueniatur ꝯ voluntatem testatorum, qui alienationẽ prohibuerunt,& maioratus dissoluantur, in quorum cõseruatione agitur de fauore publico,& strictè hoc est agendum, vt s̃.latius probatum est in aliis quæstionib. & argumentari de constitutione maioratus ad illius reuocationem, siue in parte siue in totum,nõ est iusta argumentatio. magis vrget tex.in c.si supergratia.de offi.deleg.lib.6. vbi exequutor a se de apostolica deputatus ad exequutandam gratiam, põt illã exequutare,ẽt si Papa re integra, & ante exequutionẽ fa-
2 ctam defunctus sit.rationẽ ibi Pontifex assiguat,ꝙa exequutio est accessoria ad gratiã, & sicut gratia non expirat per mortem concedentis, ita nec exequutio ipsa. quod aũt gr̃a non expiret per mortem papæ concedentis,probatur aperte in d.c.si super gratia. & in c.si cui.de præb.in 6.notat Bal. in l.humanum.C.de legib.vbi dicit, ꝙ si post gratiam factã ẽt solo verbo papa moriatur,gratia non expirat. Fe.& Dec. nu.3.qui plura referunt in c.relatum. de offi. de leg. Ias.in l. more maiorum.nu.10.ff.de iurisd.omn.iud.facit tex.in c.institutionis.25.q.2. & notat idem Petrus Rebuf. in praxi beneficio.ti.de gratia,rationi conguit.nu.2.& 3. vbi post Bonifa. prœmio Clementinarũ.§.nunc igitur.nu.16. dicit,ꝙ istud procedit in Principe seculari.& notat idẽ Rebuf.in ti.de differentijs inter rescripta gratiæ & iustitiæ.nu.36. qui alios cõ cordantes refert & quandã Rotæ decisionẽ. cum igitur qui vult uti licentia regali ad alienandũ bona maioratus,hoc facit pro exequutione gratiæ illi datæ, & sit hoc tanq̃ quid accessorium, potest illa vti ẽt Rege defuncto,qui illam cõcessit.quod fortificatur. quia hæ licentiæ semper concedun tur expresso nomine dignitatis.nam in illis dr̃.*Yo el Rey*.certum aũt est,ꝙ si Papa alicui concedit, vt beneficia quæ tpe promotionis obtinebat, & nunc obtinere possit expresso nomine dignitatis vsq; ad beneplacitũ sedis apostolicæ: ꝙa sedes apostolica non moriẽ,non expirat ꝓcessio,aut potius dispensatio:nã in dispensatione proprie loq̃ ille tex.nec mirum est, cũ rñr ea,quę facta sunt sub noïe dignitatis, nõ expirent morte c.qm̃ Abb.de offi.dele.& est egregia lex.47.in ver.*empero.si el Rey embiasse*.ti.18.par.3.vbi Gre.Lop.in glo.in verbo,*el nombre aquel*.facit tex.in l.si seruus cõis.ff.de stipu.seruorũ.& quod notat Ale.in l.3.§.filius.ff.de lib.& posth. Bal. in l.i.q.2.C.de libe. præterit.Episco. Cou. in c. requisisti.nu. 1.cũ aliis de test. qui tñ non refert dictã legẽ par.latè Doctores præcipue Feli.& Deci.in d.c.qm̃ Abb.& facit dictũ Abb. in c.vlti.de offi.de lega.quẽ refert Montalus in l.8.ti.12.li.3. for.in glo.*no la puede*.in ꝙrium retorqueri põt d.l. 43.quæ ponit pro casu spãli,ꝙ licentia data ad faciendũ maioratũ,nõ expirat per mortẽ regis,qui illã ꝓcessit ꝓriũ ergo sentit d.lex in aliis licentiis,quæ non dant ad constitutionẽ maioratuũ
4 & est regulare,quod mandatũ re integra, morte mandãtis expirat.l.& quia.ff.de iurisd.om.iud.d.c.relatũ.l.21.ti.4.par.3. & facit in simili.l.20.ti.13.par.2.ibi probatur, ꝙ officia per regem concessa, exprimant per mortẽ Regis concedentis. ibi,*entregandole luego delos officios y delas tierras*. quę lex(vt obiter hoc scribam) non ꝓcedit in illis, q̃ habent officia iurisd. dõnis ordinariæ,quia non expirant per mortẽ regis concedentis.l.meminisse.ff.de offi.procõ.vbi Guille. de Cugno.& Bal.& probat.in l.2.tit.2.lib.2.ordina.& in l.24.ti.2.lib.7.ordina. neq; in institoribus deputatus a Rege ad negociationes suas,vel ad actus vłes,vt tenet Gre.Lop.in d.l.20.in glo. in verbo,*de los officios*.refert.l.si qs mancipiis.§.vlti. ff.de inst. de quo tex.agunt Doct.in l.eius q̃ in ꝓuincia. §.placebat.ff. si cer.pe.ꝓcipue la.Bu.Abb.Bar.Bal.Ro.Ale.& Dec.& ibi ẽt Gre.Lop.refert Guillel.Bened.in c.Raynu.in verbo,duas habens filias.nu 38.dicentẽ,ꝙ in regno Franciæ,sꝑ ꝓsueuit nouus Rex ꝓfirmare officia,q̃ ꝑdecessoris morte finiuntur, nisi cũ ex cãltĩma alios instituit.& idẽ credit seruari in Hispania,& Guiell.Bene.refert ẽt Petr.Rebuf.in tract.de nom. q.12.nu.36.vbi meminit de eadẽ Franciæ ꝓsuetudine & dicit,qđ eẽ mortẽ vel renũtiationẽ,vel delictũ,non solet Prĩceps tollere officia,q̃ semel dedit. & refert Frãcis.Marcũ in decis.Delph.19.par.2.Et ꝑ hac snĩa,ꝙ prineps absq; iusta cã
5 nõ possit tollere officiũ,qđ semel alicui dedit, est elegans.l. 2.ti.x.par.2.ibi,*la primera poniendo a cada vno en su lugar,qualle cõ nuiene por su linage,o por su bondad, o por su seruicio. E otrosi mãtener le enel no faziendo por que lo deuiesse perder*. vbi gl.in verbo, *mantenerlo* & hoc rectè explicat,& tenet Arias Pi.ĩ j.par.rub.C. de resc.vẽ.nu.31.quo in loco plꝰ ẽt refert, q ꝓriũ tenet. Sed nos seruare dẽm⁹ d.l. par.ij.q̃ est exꝑssa.Et ꝑ hoc ẽt facit, ꝙ
6 officialis ad bñplacitũ,dr̃ ꝑpetuus,ꝑm Bar.in l.de pupillo.§. si qs ipse p̃tori.q.3 nu.12.ff.de no.op.nũ.ubi Ias.& eidẽ Ias.ĩ l.si Stichũ aut Pãphilũ.§.stipło.nu.6.ff.de ver.obl.refert.l.iuris peritos.ff.de exc.tu.notat Gõ. ĩ reg.de nõ tollẽdo iure q̃sito.q.4.in ver.hinc est qđ officialis. & tabellio semel electꝰ ad aliqđ officiũ, non ꝑt absq; cã remoueri,ꝑm Bal.in l.2.C. quo.& quã.iudex.& alios,vt ꝑ Deciũ in c.qm̃ ꝯ.nu.9.de probõnib.facit tex.& qđ ibi notãt Doct.in l.sufficit.ff.de ꝓd.ind. & q̃ tradit Dec.ĩ c.ex literis.n.xvi.de ꝓsti.Ex quo in nr̃a mã
7 maioratus dixit Gre.Lop.in l.2.ti.xv.par.2. in glo. *si no el hiio mayor*.in ver.& nota,qđ succesor in maioria.qđ succesorĩ regno vel maioria,nõ põt reuocare officia alias ꝑpetua,ve luti decurionatũ vel tabellionatũ,vel aliud siłe officiũ ꝑpetuũ a p̃decessore collatũ.refert Bar.ĩ c.vni.q succesor.teneãtur.& addit Gre.Lop.ꝙ non tñ poterunt dñi maioratuũ cõcedere castellanias ꝑpetuas,vel redditus in p̃iudiciũ successorũ.quo in loco vide fundamenta huius opinionis. ut igit ad rẽ redeã,ꝙ lñia data ad alienãdũ aliq̃ rẽ maiorat⁹, expiret ꝑ mortẽ regis,q illã ꝓcessit re integra,fuit doctri.Ang.in d.l.& qa. nu. 3.vbi dicit,ꝙ mandatũ ꝯseruatorib. priuilegii
8 gr̃æ apostolicæ,qa est odiosũ,expirat morte mãdãtis.& doctr.Ang.refert ibi Ias.nu.xi q̃.l. & qa.legit simul cũ l.more maiorũ.Et idẽ tenet Purp.ibi.nu.119.q tñ non refert Ange. nec Ias.sed solũ Guid.Pap.in consi.151.& ex hoc dixit Soc.
9 iur.in õsi.89.li.i. Quòd lñia testandi ꝓcessa a Romano pontifice,cessat re integra morte pontificis cõcedentis qđ dictũ mirè congruit ad ꝑpositũ nr̃æ qõnis.& dicit gñalius gl.in c. a nobis.in prin.in verbo,non nisi.in fi.de sent.excõ. qđ actꝰ odiosi extinguntr̃ morte mandãtis.q̃ glo. sequunt ibi cõiter DD.& est.tex.in l.vlti.ff.de pœ.notat Abb.& Feli.in c.ex lris. de ꝓstitutionib.& Naua.quẽ refert Epis.Coua.in c.cũ in officiis.nu.8.de test.& iõ ẽt dicit Dñi.in c.q̃is.de præben.in 6. qđ lr̃æ iustitiæ sũt ampliandæ,qa non minuunt iuris dispõnẽ.cũ igit lñiæ dat̃ę ad alienandũ bona maioratus sint odiosæ,quippe quæ rescindant vltimas testatorũ uoluntates, & maioratuũ constitutiones, exquib.tot.resoluant vtilitates: sequitur aperte, quòd tanquam odiosæ non debent habere locum, vbicũque re integra,& antea quam ad exequutionem tradantur Rex defunctus fuit. & ẽt est r̃are, ꝙ

omnia

omnia morte finiũt, vt latissime vltra omnes cumulat Hippoli.in l.vlti nu.19.cum aliis.ff.de qõ.& rñr omnis dispositio debet restringi,& non ampliari.l.cum quidam.ff.deliber.& posth.l.i.§.sed si incertam.ff.de ventre in possess.mittẽ.Bart. in l.i.ff. de verbo.sig.de quo alios concordantes retuli in prima par.huius operis.q.18.num v.ex quibus apparet, ꝙ hæc qõ dubitabilis est.inquirere igitur oportet, quid tenendum
10 est.Ego attenta dispositione tex.in c.si gratiose.iudico distinguendum esse, an licentia regalis data ad alienãdum bona maioratus concedatur sub nomine dignitatis regiæ, prout plerũq; fit, ut supra dixi.nam in hoc casu licentia non expirat per mortem regis,qui illam concessit,& idem si cõcessa fuerit ad beneplacitum regis.quia tunc morte illius non expirat.quod fortificatur ex tex.in d. ca.si super gratia,quia in effectu post licentiam impetratã non restat, nisi illam exequutioni tradere : & ideo ille, qui illam impetrauit tanquã exequutor,eam potest ad exequutionem deducere.nec ob. glo.in d.c.a nobis.de senten.excommuni. quia cum ad hãc sententiam sint casus expressi in d.ca. si gratiose.& in d.c.si super gratia. cessant omnia argumen. & est aduertendum,
11 quod dictum capitulum, si gratiose. (vt supra dixi) vere loquitur in dispẽsatione,& non gratia. q̃uis tex.ille vocet gratiam,quod in vi comprehensiua est dispensatio: quia in casu illius tex.fuit dispensatum,vt quis posset hñe plura beneficia,quæ ſm ius hñe non poterat.c. de multa de præbend. cũ concordantib.& fuit etiam dispositio illius tex.specialis, & contra ius commune,quia fuit cõcessum Episcopo,vt posset hñe beneficia,quę ante consecrationem habebat. cõtra. c.cum in cunctis.de prębend.ex quib.mihi vr, ꝙ hæc cõclusio est certa,& in nostro proposito tenenda. secus autem erit,vbicunque talis licentia concessa fuit sub nomine ipsius regis, qui licentiam præstitit: nam tunc expirat re integra morte regis concedentis, ut apparet ex superiorib.& ad ista videndus est Bald.in consi. 217. & 218.lib.3.qui plura in ista materia notanda tradit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium,& concessio in dubio realis præsumitur.*
2 *Hæres exequi potest,quod defunctus poterat.*
3 *Licentia data per dominum feudi ad alienandum feudum, est stricte interpretanda.*
4 *Decisio quæstionis.*
5 *Pater an possit committere filio,quod alienet rem, ad quam alienandam habebat facultatem regiam.*
Licentia data per regem ad extrahendum bona a maioratu,an expiret per mortem illius cui data fuit.

QVAESTIO. XI.

VNdecimo quæro De quæstiõe necessaria,an facultas data ad extrahẽdum bona a maioratu, & ad illa vendendum,expiret per mortem illius cui concessa fuit re integra? & an hæres vel successor illius, qui eã impetrauit, possit illa vti absque noua regali confirmatione? In quo prima facie persuaderi potest, ꝙ hæres vel successor,potest illa vti absq; alia noua concessione: quia vbicunq; priuilegium est reale, est transitorium ad hæredes.l.ĩ omnib.ff.de reg.iur.l.27.ti.vlti.par. 7. & alii concordantes.in dubio autem priuilegiũ præsumitur reale, & non personale,
1 ſm gl.in summa.25.q.2.cui similis iuncto tex.in l.forma. §.quanq̃.ff.de censi.notat post alios Tiraq. in tracta. de primoge.q.40.nu.72.& indubio concessio facta a Principe,prę sumitur realis,ſm Bar.in l.vlti.ff.de seruit.lega. & Bal.in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.ff.de leg.i.Imo.& Moder.in l. quia tale.ff.solu.matr.late Deci.in consi.51.præsidio, & pro tenui.nu.2.cum sequentibus. Alex.in consi.193.nu.3.lib.2. vbi Parisien.plures concordantes refert.Et priuilegia cõcessa ciuitatibus, sunt regalia.d.l.forma.§.quanquam.l.vectigalia.vbi Bald.C.de vectiga.facit lex, ciuibus.ff.de reb.dub.vbi Pau.& Soc.notat Grego.Lopez in d.l.27.titu.7.par.v.in glo.
11 rauerat non alienare rem dotalem, ſi poſtea alienet cum iuramento,non valet alienatio,quam gloſ. ſequuntur, & explicant Docto.ibi.& Abbat.in d.capitu.intellecto. & eſt cōmunis,ſecundum Imol.in d.capitu.cum contingat.numero 81.& Alciat.num.43.& alios,quos refert Epiſcop. Couarru. in d.c.quamuis pactum.2.par.relectionis.§.ij. nu.ij.vbi de intellectu glo.late agit.Praterea magis prohibita eſt alienatio bonorum regni propter præiudicium reipublicę, quam adminiſtrant,& adminiſtrare debent ipſi & ſucceſſores,& propter neceſſitates regales,quam alienatio bonorum maiora tus,ſicuti vulnus capitis eſt periculoſius, quam aliorum mē brorum,nam Rex eſt caput vaſallorum, vt patet ex prooe mio tituli.j.parte. j. & l.vj.cod.titu.vnde merito dicit in propoſito noſtro lex.xxviij.d.titu.xi.par.2. *Acreſcer deuen los reyes en el ſeñorio de ſu reyno, y por eſta razon ſi el rey iurare alguna coſa que ſea en daño,o menoſcabo del reyno,no es tenudo de guardar tal iura como eſta.*& eſt ad hoc alia peregrina,& egregia lex x.ti.xxix. part.ii.ibi,*eſto ſe entiende delos ſeñorios mayores, porque nomenguaſſen,ni ſe deſtizieſſen del todo*. quę lex ponit ſingularem differentiam inter dominia magna principium, & parua dominia vbi vide Gregor.Lopez.in glo.in verbo, *ſeñorios mayores.*& l.
12 5.titu.15.part.ij.Et iſta concluſio, quod ſucceſſor in maiora tu non poteſt contrauenire alienationi bonorum maiora tus iuratę,ſine dubio non procedit in ſucceſſoribus alienantis,qui alienationi etiam iuratę nequaqnam ſtare tenentur, ex d.capitu.cum contingat.cum ibi notatis. vbi conſtat, q̄ vbi agitur de prę̄iudicio aliorum, iuramentum non confirmat contractum.& ex hoc obiter infertur,veram eſſe ſentētiam illorum,qui dicunt,quod contractus factus per mulierem nuptam ſine licentia mariti non valet,etiam iuratus,vt tenent Barto.in l.ſi quis pro eo.numer.8. ff.de fideiuſ. Et in
13 ſpecie noſtrarum legum regalium Ioan.Lopez.in l.lv.Taur. numero xviii.& ibi Caſtillo.Suarez in l.xiii.tit.xx.lib.3.for. Epiſcop.Couar.qui plenius fundat in epitome de ſponſali. part.2.c.7.§.i..numero 3. cui adde Simanc. idem tenentem, in lib.de inſtitu.catho.c.9.nume. clx.& hoc etiam ſentire videtur Tiraquel.in legib.connubialib. in glo. 4.ne penult.numero xxvi.quod eſt tenendum,quicquid Cifuent.in d. l.55. quęſtio.quarta,dicat. Et pro hac opinione eſt etiam cōſilū Bartho.Socin.in conſil.cxxvi.numero j.lib.j.Et qualiter graduatus de reſtituendo in alicuius conditionis euentum,ſi alienauerit aliquid ex bonis reſtitutioni ſubiectis poſſit alienationem impugnare,conſtat ex glo.in l.Marcellus.§.res quę. ff.ad Trebel.& in authen.contra rogatus.eodem ti.notat latius Ang.in conſi.clix.nu.ii.

14 Item dubitatur an iſta cōcluſio, quod poſſeſſor bonorum maioratus non petere poſſit rem maioratus,quam vēdidit, procedat,vbicunque res maioratus vēditur in prę̄ſentia poſſeſſoris & non contradicit? In quo dubio primo aſpectu dicendum videtur,quod ſibi prę̄iudicet, quemadmodum ſi ille alienaſſet.ex glo.in capit.i.verbo,permiſſione.titu.de prohibit.feud.alienatio.per Lothar.quę dicit, quod ſi domino prę̄ſente,& non contradicente vaſallus feudum vendat,nō poterit dominus eam venditionem reuocare,niſi errauerit quam glo.ſeqnuntur ibi Iacob.de Belloui.Mar.Lauden. Aluarot.Cardin.& eſt communis ſecundum Aluarot.in capi. j.§.prę̄terea.quib.mod.feud.amit.& tenent alii, quos refert Tiraquel.in tracta.de vtroque retractu.§.i.gloſſ. ix.numero 115.vbi in numeris ſequentibus iſtam opinionem latius cō firmat. Et pro hac parte eſt etiam glo. in l.cum proponas filios.C.de pact.quę dicit, quod ſi alienetur res prohibita alienari co'prę̄ſente,& non contradicente, cuius fauore facta fuit prohibitio,& in quem transferri debebat, ſibi prę̄iudicat,vt amplius illam non petere poſſit,nec alienationem retractare.per.d.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg. ii.& l.quoties. C.de fideī.& per illam gl. ſic conſuluit Romanus in conſil.

457.&

Source : BIU Cujas

457.& hæc opinio etiam coadiuuatur ex.l.ſicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pign.vel hypoth.ſolui.l.creditor.ff. de regu. iu.l.60.titu.5.par.5.l.9.titu.13.l.37.ead. par. Quibus non obſtantibus, (quæ vere,& realiter non vrgent) contraria ſentẽtia verior eſt,imo quod ex hoc non prẽiudicatur nec poſſeſſor,nec ſucceſſor,qui in maioratu ſuccedere debebat in iure,quod illis competit ad bona maioratus,ſed remanet illæſum,niſi vltra præſentiam faciant aliquem actum, ex quo conſenſus arguatur magis explicitus. quæ concluſio probatur in l. ſi fundum per fideicommiſſum. ff. de legat. primo, vbi Doctores præcipue Alexand.& Iaſo.in l.quæ dotis. ff.ſolu.matrimo.& illum tex.in d.l.ſi fundum. ad hoc refert glo. in d.l.cum proponas. quæ dum poſteriori loco citat text.in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum, potius hanc,quam contrariam opinionem tenere videtur,& in priori dicto gloſ.reprobatur,ſecundum Bald.in l.j.C.de bonis maternis.& hoc tenent alii plures,quos refert Tiraq.in d.glo.9.numero.154. Domin.Anton.de Padilla in l.quoties ab omnibus.C. de fideicommiſ.num.5.& ad iſtam ſententiam ponderat Peral. poſt Albe.Petrum,& Pau.tex.in l. Titia cum teſtamento.§. Lucia.num.4.ff.de leg.2.vbi hoc ampliat, etiam ſi fideicommiſſum ſit alicui pure relictum, non tamen refert quæ relata ſunt.Et pro his facit regula,qui tacet.ff.de re.iur. quæ trãſlata eſt in l.23.titu.vlti.par. 7.& eſt regu.receptiſſima, quod per ſolam præſentiam non amittit aliquis ius ſuum tacendo,niſi faciat aliquem actum vltra præſentiam.quod tradũt communiter Doctor.in d.l.ſi fundum per fideicommiſſum. & in d.l.cum proponas. & in aliis pluribus locis. limitatur tamen iſta concluſio,niſi poſſeſſor maioratus,vel qui in eo habebat ius ſuccedendi,fraude vel dolo,vt venditor decipiatur,taceat tempore venditionis,& in quo res venditur,nam tunc excluditur,ac ſi ipſe venderet. l.ſi ſine voluntate. C.ad ſenat.conſul.Velle.l.fœminis.C.eod.titu.l.3.titu.12.par.5.notat Iaſo.in d.l.cum proponas.num.xi.& in d.l.quæ dotis.numero 8.facit bonus tex.in Auth. de nup. §. ſi vero ab initio. col.4.auth.ad hæc.C.de lati lib.tol.l.j.titu.5.par.4.l.5.titu.22. ead.par.& quod not.Anto.de Bu.in c. cum Bertoldus.num. 22.ver.ſextus caſus.de re iudi.vbi dicit, quod licet a ſtatuto tollatur exceptio,non tamen tollitur illa exceptio, quæ dolo aduerſarii contingit.ſequitur Peruſi.in ca.dilecto concluſio.52.limita.7.de appel Deci.in l.ſi ſoror.num. 6.C.de coll. nec minus conducit tex.in l.j.ff.de dolo.gloſſ.in l.rectiſſime. ff.de lib.cau cum concordantib.vt per Grego.Lop.in l.35.ti. 14.in glo.in verbo.*fazer le*.parte.5. & faciunt alia plura,quæ ſcribo in cap.curiarum.anni.1555.q.8. & quæ ſcribit Tiraq. in lib.de legi.connu.glo.8.de ſon marit.num.135.cum aliis. Ex quibus etiã infertur limitatio ad id,quod ſcribo in j.part. huius tracta.q.23.num.9.vbi probaui, quod ſi maritus in pſentia vxoris faciat maioratum de re vxoris, ex hoc mulier non præiudicatur,nec ius ſuum amittit, quia dicta concluſio procedit,niſi dolo mulier taceat vt generum, vel aliam perſonam, in cuius fauorem maritus vult facere maioratũ deciperet,nam tũc mulieri prẽiudicatur,nec ex dolo ſuo pmium conſequi debet,iuxta prẽdicta,& alia iura vulgata.

15 Item ex ſuperioribus,quæ dicta ſunt num.3.infertur,quod ſi poſſeſſor bonorum maioratus,& alius qui ex teſtatoris diſpoſitione vocatus eſt,veniente caſu, in quo ſit facta alienatio per poſſeſſorem bonorum maioratus,concurrant ad petendum rem maioratus alienatam in aliquem, præferri dẽt proximus ſucceſſor vocatus alteri, qui rem alienauit, cum potentius ius habeat,quam ille,qui rem alienauit contra pceptum teſtatoris,& legis prohibitionem.

16 Et an ille qui vendidit rem conſanguinealem, ipſemet retrahere eam,& petere poſſit? vide late Tiraq.in d.§.j.gl.9.vbi reſoluit.

17 Præterea circa iſtam quæſtionem offert ſeſe aliud dubium An primogenitus qui litigat cum aliquo ſuper bonis maioratus,poſſit liti renuntiare? in quo ſic diſtingui poteſt. Nam quantum ad ipſius præiudicium renuntiare quidem liti poteſt,cum de illius præiudicio tractetur,& ideo fauori ſuo poteſt renuntiare.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pactis.cum cõcordan.maxime,quia regulariter qui liti renunciat, nullum ius aduerſario tribuere videtur.l.ſi te.§.vbi Bald.& alii.C.de ingen. & manu. de quo plenius agunt Doctores præcipue Iaſo.Lancelot Deci.Philip.Deci.in l.poſtquam liti.C.de pa. & alii plures,quos refert Tiraquel. qui de hoc abundantiſſime agit in d.l.ſi vnquam.in verbo,donatione largitus.num. 203.C.de reuo.donatio. Et ideo iſte renuncians amplius nõ admittitur ad litigandum,quamuis prætendat, quod bona ſunt maioratus,& reſtitutioni ſubiecta,niſi ſe muniat beneficio minoris ætatis.iuxta l. minor viginti quinque annis,omiſſam allegationem ff.de minorib.facit.l.ſi ad reſoluendã. C.de prædiis minorum.ſed licet primogenitus in ſuum præiudicium poſſit liti renuntiare, non tamen in præiudicium ſucceſſorum.l.pacto ſucceſſorum.C. de pactis.l.ſi vnus.§. ante omnia.ff.eodem titu.l.j C.de tranſactio. notant Docto.in eiſdem locis.Iaſo. in l.actionem. & in l.debitori.numero 4. C.de pactis,& res inter alios actæ, aliis regulariter non præiudicant.

18 Sed quæro pro perfectiori intellectu huius quæſtionis, & aliarum,quę ſupra,& infra ſcriptæ ſunt. Rex fecit donationem cuidam,& filio primogenito,& ſucceſſoribus cuiuſdã fundi,caſtri,vel villæ,aut alterius rei conſimilis cum pacto, & pœna,quod rem donatã donatarius,nec ſucceſſores alienare poſſint ī clericum,aut eccleſiam,vel monaſterium,aut aliam ſimilem perſonam, nec declarauit cui eſſet res donata applicanda in caſu contrauentionis,& alienationis, quęro an ad eam rem admittantur rex donans,vel eius ſucceſſores,an conſanguinei & proximiores illi, qui alienationem fecit? quod magis videtur ex doctrina glo.in ca.j.§. hoc quoque.in verbo,partem ſuam.de ſucceſſi.feudi. quę dicit,quod in feudo paterno facta alienatione,feudum non reuertitur ad dominum,ſed agnatis proximioribus defertur. & gloſſequitur ibi Andre.de Yſern.& in c.i.§.item ſi fuerit. in tit.qb. mod.feud.amit.cum concordantib.vt per Alexand.in conſ. 30.nume.13.lib.i.vbi Pariſi.hoc ſequitur, & alios concordãtes refert.cui adde Deci.qui iſtam ſententiam latius ſuſtiẽtat in conſi.208.nume. 9.& idem voluit Boſſius, in d.nume.& loco citato.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quęſtionis,& an hęres poſſit reuocare rem feudalem alienatam.*

2 *Hęres venditoris rei maioratus,poteſt alienationem rei reuocare,vbi facta fuit alienatio in illius fraudem.*

3 *Hæres venditoris,an poſſit retrahere rem venditam, tanquam conſanguineus.*

4 *Filius ſucceſſor in maioratu,an preſumatur hęres patris.*

5 *Filius non preſumitur hęres patris,niſi probetur ſe immiſcuiſſe in re magna.*

6 *Nepos alienantis admittitur ad reuocandum alienationem, licet pater tanquam hęres excludatur.*

7 *Filius in potęſtate,vel emancipatus, an poſſint in vita patris petere rem maioratus a patre alienatam.*

Hęres alienantis rem maioratus,an poſſit eam vendicare.

QVAESTIO. XVI.

DEcimo ſexto quæro, an ſucceſſor in maioratu,qui itidẽ eſt hęres prędeceſſoris,poſſit petere rem a ſuo anteceſſore alienatam, pertinentem tamen ad maioratum? Quam quęſtionem aggredi certe verebar,tam ob eiuſdem difficultatem & amplitudinem & varietatem Doctorum eam ſcribẽtium,quam, quia duo in ętate noſtra luminaria,(quos ſtatim citabo) eandem reſoluere totis viribus conati fuerunt, quorum opera in ſcientia & eloquentia longe ab iſtis meis magis diſtant.poſtea neceſſitas reddendę rationis iſtius prouincię,quam debellandam aſſumpſi,in arenam meam ſentẽtiam exponere coegit.Iſtã igitur quęſtionem multis verbis, & ingenti auctoritate examinauerunt in terminis duo noſtrę nationis profeſſores,ſ. Petrus de Peralta.& Arias Pinel.quorum primus magna vi defendit,ſucceſſorem in maioratu,& eundem hęredem prędeceſſoris poſſe(etiam non confecto inuentario, quod magis mirandum eſt)reuocare alienationem a prędeceſſore factam de re aliqua maioratus.is inquam latiſſime hoc ſuſtentat in rubric.ff.de hęredib.inſtitu.numero 95.cum aliis.ſecũdus hanc ſententiam veluti ęquiorum amplexus fuit, licet difficile eidem videatur ad obiecta reſpondere in l.j. part.iii. num.99.verſic.quod autem a fortiori. C.de bonis maternis. Mouentur iſti Doctores validiſſimis iuribus & rationibus,q̃ in ibi lectores legere poterunt.pro quorum opinione etiãm facit doctrina And.de Yſern.in c.imperialem, de prohibita feud.alienat. vbi dicit, quod hęres poteſt venire contra alienationem a defuncto factam,quãdo alienatio eſt inualida. Et idem in capi.j.§.donare.qualiter olim feud.ami.& notat Barth.Socin.in conſi.79.lib.4. Thomas Grammati.in deciſ. 93. in cauſa illuſtris Ducis.nu.8.vbi refert Bald.in conſ.161. lib.5.dicentem,quod quando alienatio eſt facta contra legis prohibitionem, hęres nõ tenetur habere ratum factum defuncti.& idem ſecundum eum,vbi hęres fecit inuentarium qui ad hoc citat Deci.in conſ.175.& Pariſi.in conſi.23.lib.i. cui iungo Iaſ.in conſi.136.lib.4.num.v.qui iſtud vltimum,ſ. hęredem confecto intẽtario poſſe venire contra factum defuncti,melius omnibus tenet,rationem adducendo,quia ſectio inuentarij ponit hęredem in eodem ſtatu & gradu,in

quo

quo esset, si hæreditas adita non fuisset. per l. vlti. §. in computatione. C. de iure deliber. vbi Bal. in j. oppositio. vbi dicit, q confectio inuentarii facit hæreditatem esse iacentem. & idē Bald. in l. debitori. C. de pact. & hoc etiam tenuit Deci. in consi. 445. num. 56. & in consi. 468. nume. 30. & in consi. 516. nu. 20. & ante eos Alex. licet eum non referant, in consi. 124. numero 8. lib. 4. & vbi contractus prohibetur fauore publico licet venire contra factum proprium, vt not. Bal. in l. si tibi. C. de euic. & confirmat Afflict. in const. Neap. lib. 3. rub. xi. & xl. Pro quibus etiam induci potest dictum Bald. in l. 2. C. de inoffi. donatio. num. 6. vbi dicit, quod hæres potest venire ꝺ factū defuncti, quando ab illo non habuit, quod habebat necesse eidem relinquere. Et huic sententiæ patrocinatur publica vtilitas, quæ resultat ex cōseruatione bonorum maioratus, ob quam pleraque in iure sunt statuta contra receptas regulas iuris. l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad l. Aqui. cum concordant. quæ ratio indices ad practicandam istam sentē tiam procliuiores sæpe reddit. Quibus nō obstantibus, sem per contraria opinio verior mihi visa fuit, per regulam tex. in l. cum a matre. C. de rei vend. & l. 3. C. de rebus ali. nō alie. ibi, sed si hæc ex persona sua vendicet. qui text (videri meo) magis vrget, quam quilibet alius de iure. Et per alia quæ. ꝺ. referentur. & istam opinionem tenent Crotus in l. filiusfamilias. §. diui. num. 146. ff. de leg. j. & ibi Loazes nu. 191. versi. quid tamen. Rod. Suarez. in l. quoniam in prioribus. ampliatio. 7. C. de inoffi. te. An. Gomez in l. 40. Tau. nu. 84. ex quorū authorum numero, & ex infra referendis apparet, hanc esse communiorem opinionem. Pro qua faciunt vltra prædicta, sequentia iura, & auctoritates. Primo regula illa trita, quod hæres, & defunctus reputantur vna eademque persona in parte, qua hæres succedit. quæ traditur in Auth. de iure iuran. a mori. prēst. §. j. & in l. hæredem eiusdem. ff. de regul. iur. Secundo, tex. notab. ad quem diuinatorie omnes respondēt in l. filiusfamilias. §. cum pater. ff de leg. i. Tertio, text. qui a nullo loquente in ista materia refertur in l. sine possessio. C. de euiction. ibi, siue possessio venditoris fuit, siue non patris sed filii ei⁹ possessio fuit, de qua iure hereditario author laudari poterat, controuersiam mouere non potest. Quarto. l. 24. titu. 13. par. 5. ibi. *Esto se entiende quando no quisiere heredar ni auer parte enlos bienes de su padre casi quisießen heredar en ellos, en tonces no podrian demandar les sus bienes proprios.* vbi Gregor. Lo. in glo. in verbo, *entonces.* hanc opinionem in terminis tenet. & de hac l. 24. non meminit Rodericus Suarez, de cuius legis intellectu late agit Episco. Couar. reso. li. j. c. 8. nu. 5. Quinto, regula legis, ex qua persona. ff. de reg. iu. cum qua concordat elegans lex, & satis ad nostrum propositum conducibilis in l. 4. titu. 15. par. 2. vbi loquens, cum prius diffiniisset, Regem succedentem in regno teneri soluere debita regis prædecessoris, postea inquit, *Ca derecho es, que como gana la honra e el pro de aquel a quien hereda que assi tome la carga e el embargo del q̄ lo auia de hazer.* de qua lege ago in j. q. huius tractatus, nu. 50. & in q. 26. infra, nu. j. facit illa æquissima regula, & mortalis. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Sexto, hanc opinionem confirmat dictum Pau. quem nullus refert, in consi. 217. præmittendum est quod cum dicta venditio. libr. j. vbi expresse tradit, quod filius potest venire contra alienationem feudi a patre factam, quando filii veniunt ex persona propria, & non patris, & nō sunt hæredes patris. & idem voluit Matth. ab Afflict. in deci. Neap. li. 112. Pari. in consi. 16. lib. j. num. 41. vbi tractat, an hæres illius qui feudum alienauit possit venire contra tranſactionem. & ista est communis opinio secūdum Curti. in tract. de feud. in versi limitat prædicta. & alios quos refert Roland. in consi. 97. nu. 45. cum aliis. lib. j. vbi. nu. 48. reprobat glo. in c. j. §. hoc quoque. de succession. feu. in verbo, inuestire tenentem, quod in feudo antiquo hæreditario hæres potest venire contra factum defuncti. quam dicit ordinariam Ias. in consi. 7. col. 8. in fi. lib. 3. & in aliis consiliis, quę Rolandus refert. ad quam gl. ipse respondit, quod contraria est communis opinio. & idem in successore bonorum feudalium, quod non possit alienationem feudi per antecessorem factam reuocare, voluerunt Alexan. in consi. 32. num. 5. lib. 3. Deci. in consi. 185. nu. j. cum aliis. & in consi. 208. nu. 9. idem Alex. in consi. 30. nu. 7. lib. 6. Socin. Iun. in consi. 108. numero xiii. libr. 2. vbi loquitur in quodam negotio Hispanię Ducis de Gandia. & in consi. 181. num. 84. lib. 2. Rip. resp. 80. num. 54 & 65. & 30. & responso. 129. nume. 5. & hos fere omnes adde ad Tiraquel. qui alios refert. lib. j. de retract. §. j. glo. 9. nu. 49. Septimo, adduco doctrinam Bald. in consil. 89. dominus Thomas. num. x lib. j. vbi dicit, quod licet renūciatio patris non noceat filio in his, quæ filius ex propria consequitur persona, nocet tamen renuntiatio si filius sit hęres patris, & tenetur ex obligatione paterna. Octauo inquit Alexand. in consi. 32. num. 5. lib. 3. per regulam, d. l. cum a matre. & alia iura, quod si hęres pendente conditione fideicommisso subiecta, non potest fideicommissarius purificata cōditione agere ad bona alienata per grauatum, si illi succesſit quia cogitur approbare factum defuncti. & idem vult Car. Ruin. consi. 7. lib. j. & Deci. in casu consimili. in consi. 38. nu. 5. ver. sed tamen his non obstantibus. Nono, inquit Guido. Pap. in consi. 118. num. 7. quod si pater in codicillis disposuit de aliqua re ad filium pertinente, id filius tenetur approbare, si sit hęres patris. Decimo, conducunt scripta per Nico. Boer. in decisio. 23. num. xx. Menochi. vbi hanc opinionem late fundat consil. 89. Segur. in l. si ab exhęredati substituto. num. 77. ff. de vulgar. Episcop. Couarru. in cap. j. nume. 13. de testam. Ex quibus videtur, quod in nostro casu est probatissima conclusio. hęredem successoris in maioratu nullo iure petere posse rem maioratus a prędecessore alienatam. & qa longum, & pręter institutum nostrum esset ad omnia, quę Peral. & Pinellus adducunt respondere, quia plura sunt, sup sedendum in hoc esse existimaui, nec mihi vtilitas publica, a qua practica fundamentum sumpsit, contrarium persua-
2 det, cum possit alius qui non sit hæres alienantis, petere bona maioratus. limitatur tamen ista conclusio, nisi appareat, antecessorem in maioratu alienauisse rem, vel res ad maioratum pertinentes, in fraudem filii primogeniti, aut alterius successoris in maioratu, qui postea est successor, & hęres patris vel antecessoris. quod scio feciſſe quendam magnatem huius regni. in fraudem filii primogeniti, & peeunijs, quas habuit de quibusdam rebus, quas distraxit, cum essent maioratus, filium secundogenitum ditauit, quem chariorem habebat, quam primum. quia in hoc casu ne fraus & dolus ꝺ sit, permittitur successori in maioratu sic fraudato ab antecessore, petere rē maioratus alienatam, licet sit illius hęres. ad quod est doctrina Bald. in consi. 215. lib. 2. vbi dicit, quod hīs pōt venire ꝺ factū defuncti factū defuncti fuit ordinatū ad fraudandū hęredem. quod refert, & sequitur Ias. in cōsi. 168. num. 18. lib. 4 & magis in specie istam sententiam voluit Parisien. in consue. Parisien. par. j. §. 8. glos. 3. num. 22. vbi dicit, quod primogenitus licet sit hęres patris, potest agere reuocatoria, si pater in illius fraudem vendidit feudum primogenitur. mouetur, quia. l. filios, C. de reuocan. his, quę in fraud. credito. & l. rem alienam. ff de pigno. actio. & d. l. cum a matre. non procedunt, quando factum defuncti tendit ad fraudandum hęredem beneficio a lege cōcesso in bonis defuncti, ne publicis legibus per priuatum illudi possit, per tex. in Authē. de nuptiis. §. sed hęc quidem. colla. 4. l. 2. C. si quid in fraud. patro. vbi Bartol. & alii. Cin. in l. j. C. eod. titu. & ibi alia ad propositum refert. & plura quam Parisien. refert Tiraquel. in d. glo. 9. num. 57. & pro hac sentētia facit, quia fraudes vbique iura abhorrent, & execrantur. l. quidam decedēs. ff. de administra. tuto. l. si quis rationes. ff. de lib. legat. de quibus legibus late agunt Deci. in l. contractus. num. 44. ff. de regu. iur. Segura in addi. in l. si ex legati causa. nu. 25. ff. de verb. oblig. Episcop. Couar. Resol. lib. 2. c. 14. & plures remissiones refert Peralt. iuxta morem Tiraquel. in l. 3. §. qui fideicommissam. numero 32. ff. de here. Institu. vbi plene tradit, dolū futurum remitti non posse. facit l. 7. titu. 15. & l. xl. titu. 5. & l. 12. titu. x. par. v. & l. 26. ti. 14. & l. 13. titu. 33. par. 7. & l. 21. tit. 2. l. x. titu. 6. par. 3. l. 2. ti. 4. li. 2. for. l. 3. ti. 12. par. v. l. 29. ti. 26. par. 2. & l. 8. tit. xxviii. par. eadem. & ad hoc sunt alia plura iura tam canonica, quam ciuilia, & regia. quę omitto. & istam limitationē credo esse verissimam. & pro ea etiam facit opinio quorundam, quam refert Bald. in d. l. ii. C. de inoffi. donatio.
3 d. num. 9. & quę iam dicta sunt, seruiūt etiam pro decisione quęstionis, quam decidit Cisuentes in l. 70. Taurin. quęstio. 20. vbi tradit, hęredem venditoris posse tanquam cōsanguineum retrahere rem a defuncto venditā. refert Montaluū in l. 13. titu. x. lib. 3. fori. cuius rei qui resolutionem scire cupit legat Tiraquel. in d. glo. 9. nu. 46. vbi multa necessaria tradit circa intellectum istius puncti. & istis addenda sunt egregia scripta Bartho. Socin. in l. 4. §. si is, qui duplam ff. de verb. obl. vbi tractat, si pater vendidit rem filii, & postea decedit duob. filiis relictis hæredibus, an ille filius cuius res erat vendita in solidum, licet sit hęres pro dimidia, & prodimidia tantum teneretur ad interesse re euicta, an poterit rei vendicare illā rem pro alia dimidia, inqua defunctū representauit? In quo & Doctoribus supra citatis lector videre poterit multa, quę sunt propria istius pręsentis quęstionis. & hęc quę diximus in hęrede succedente in maioratu, procedunt in hęrede hęredis, ex regu. l. vlti. C. de hęre. instituen. quam ornat Decius in l. factum, §. in pœnalibus. num. 7. ff. de regu. iur. Roman. in singu. 683. latissime Tiraquel. libro tertio, de retractu. §. 1. gl. vi. num. xx. cum sequentibus. Peralt. in l. hęredem. nume. 27. ff. de leg. 2.

4 Item, circa hanc materiam vidi in facto dubitari. An filius illius, qui maioratum possidebat, cum rei vēdicat aliquam rem maioratus a patre venditam, pręsumatur illius hęres?

In qua

Source : BIU Cujas

In qua quæstione breuem faciendo resolutionem dico, ꝙ licet glo.in Auth.vt hi,qui obligatas.§.j.in verbo, parentes. col.6.teneat quod filius præsumitur esse hæres patris. quam reputant singularem, & a nemine relatam Roma. & Alex. in l.necessariis.ff.de lib.insti.& ante eos Bal. in l.apud hostes. C.de suis & legi.hære.& alii,quos refert Tiraquel.d.gl. 9.nu. 51.contrarium est verum, imo quod filius non præsumitur hæres patris, nisi probetur se immiscuisse hæreditati.secundum glo.in d.l.necessarijs.& in l.si cum dotem.§.transgredia
5 mur.ff.solu.mat.& est receptior opinio,secundum Alex. in d.§.transgrediamur.nu.x.Iaſ.in l.ei q.nu.2.ff.de acq.hæredit. Barth.Soci.in consi.60.nu.7.li.j.& in consi.57.nu.9.li.4.quos adde ad alios,quod refert Tiraquel. in tract. le Mors.part.7. declara.2 nume.Euerard.in centum locis.in loco.48. ab auhoritate,& exemplo maiorum.Alexand in consi.34. num. xi.li.3.& in consi.183.nu.j.li.6.Si autem possideat hæreditatem paternam,eo ipso videtur hæreditatem adire, vt patet ex prædictis iuribus.& l.j.C.de repu.hæredi.Notat Bal.per illum tex.in § pro hærede.Inst.de hære.qual.& differen.& alij vt per Ale.in cons.126.viso processu.nu.1.cum seq.lib.7 vbi plura in proposito scribit Bar.in consi.207.Guid. Pap.in cõsi. 163.Alciat.regu.2.præsumptio.23.& inquit Bal.in consil. 207.quæritur,vtrum.iib.j.nu.2. Quod filius habitando domum patris, videtur eius hæreditatem adire. notat egregie Nico.Boeri.in deci.204.quæritur vtrum.num.43.vbi tractat qualiter primogenitus teneatur ad debita per prædecessorẽ contracta quando possidet rem aliquam quę fuit patris,nec docet quo iure illam possideat.& qualiter quis dicatur acceptare hæreditatem, vide bonum consilium Barth. Socin.in consilio.295.nu.j.cum alijs & vide Grego. Lop. in l.12.titu. 6.par.6.& l.xi.eod.ti.quæ est singularis ad plura negotia,pcipue ad propositum nostræ quæstionis.& est notãdum,quod possidens res hæreditarias,quæ sunt parui valoris, non præsumitur adijsse hæreditatem,secundum Salic. in l. non hoc. C.vnde legiti.notat Tiraq.in tract.de iudic. in rebus exigendis.in versic.56. & ad hæc etiam vide quæ notabiliter scribit Rolandus in consi.xx. nu.5.cum aliis.lib. j. Animaduertere etiam expedit,quod si filii solum possideãt res hæreditarias, intelligitur eas possidere ex ea causa,quę eis vtilior sit debet tamen ostendi & verificari ea causa,secundum Barto.in l.gerit.num.21.ff.de acq.hær.& Bal.in l.non hoc.C.vn.cogn.notat Ale.in consi.32.nu.2.lib.3.& consi.55.nu.2.li.5.& consi. 185.nu.2.li.6.Aymo Craue. consi.33. nu.xi.vbi etiam tradit stãdum iuramento illius,qui res hæreditarias possidet,refert Bal.in d.l.gerit.Bal.in cons.306.sententia,lib.3.& alios,& est bonum consilium eiusdem Bal.306.sententia lata. lib.3.& aliud 224.li.j.& ex actu indifferenti nunquam resultat probatio tacite voluntatis.l.pro hærede,§.Papinianus ff.de acq. hæredi.l.non hoc.vbi Bar.C.vn.leg.c.illud.de præsump.cum concordant.& vt per Barth.Soc.in consi. 24.num.46.lib.j.& consi.16.nu.j.cum aliis.li.3. & doctrinam Bal.in d.l. gerit.refert Soc.Iu.in cons.129.nu.27.li.j.

6 Et est notandum in ista materia, quod si pater facit alienationem bonorum maioratus, & filius excluditur a iure reuocandi alienationem, quia est hæres patris, nepos etiam adhuc viuo patre poterit reuocare talem alienationem, & eam impugnare,& in defectum vel incuriam nepotis,alius proximus consanguineus vocatus ad maioratum, per text. in l.cum pater,§.libertis, ff.de lega.2.de quo latius ago in 3. par.huius operis.q.9.num.4.vbi videndum erit.& facit.l.j.ff. de interdict.& le.in ratione sui.l.pacto successorum,C.de pactis,vnde nos admittere non debemus, quod scribit Andre. de Ysern.in c.j.§.hoc quoque.in verbo,olim.versic.si ergo viuens.titu.de succe.feud.vbi tradit,quod si pater vendidit feudum ex consensu filii primogeniti,quod si viuo patre mortuus est primogenitus,secundogenitus potest alienationem reuocare, secus autem si post mortem patris moriatur primogenitus,quia reuocare non potest secundogenitus,quia vtroque casu potest successor in maioratu alienationem reuocare,vt ex prædictis constat.

7 Sed congrue dubitatur, an filius viuente patre possit petere rem maioratus per patrem alienatam? in quo distingui potest ex quadam sententia Pau.de Castro,quæ est expressa ad decisionem istius quæstionis in l.filio familias,§. cum pater.nume.j.ff.de leg.2.vbi tradit,quod filius in potestate non potest talem alienationem reuocare viuente patre, quia sicut filius in potestate directe non potest agere contra patrẽ, l.lis nulla,ff.de iud.nec indirecte volendo retractare alienationem rei factam per patrem, quæ erat prohibita alienari extra familiam,sed post mortem filii possunt retractare nisi sint hæredes. filius autem emancipatus dicit, quod statim eam petere potest cuius doctrina est magni facienda ad decisionem cuiusdam quæstionis, quam late disputat Episco. Couar. vbi supra,scilicet.d.ca.8.vbi tractat,an filius in potestate, vel emancipatus possit adhuc patre viuente petere rẽ aduentitiam a patre alienatam,q nõ meminit de hac Paul. doctrina & tandem concludit,filium siue in potestate, siue emancipatum, non posse petere in vita patris talem rem a patre alienatam, & prius excussis bonis patris. Et hoc modo ampliat d.l.24.cuius resolutio quo ad filium emancipatum,non paruam difficultatem habet,propter istam doctrinam Paul.de Cast.& contra Episcop.tenet Greg.Lopez, qui tamen eum non refert in d.l.24.in glo.in verbo, *despues de su muerte*.vbi dicit,quod si filius emancipatione vel alias liberet a patria potestate, agere statim potest. & opinionem Pau.in d.§.cum pater.sequitur, & limitat idem Gregor. Lo in l.2.titu.1.par.3.in glos.j & ista distinctione in his propriis. terminis,& in bonis maioratus vtitur Peral.in d.rub.nume. 118.quod etiam post superiora scripra legi. & ad ista etiam vide Ripam in l.si constante. num.99.ff. soluto matrimo.& Pau.de Castro,in consi.290. visa supra scripta num.4.lib.ii. vbi tradit, filium viuente patre non habere ius reuocandi feudum a patre alienatum per.l.peto §.prædium.ff.de leg.2. & alia iura. & idem post mortem patris de quo supra fuit actum ad id autem quod scripsi supra,num.j.ver.& huic sententiæ.addo, quod bona prohibita alienari non possunt pscribi propter publicam vtilitatem, secundum Bald.consil. 111.lib.iiii.notat.Balb.de præscript.quinta par.5.par.prin.q. iiii.num.5.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Quis epiſcopus teneatur dare licentiam ad alienandum res eccleſiæ. Licentia ad alienandum bona maioratus, a quo principe ſit petenda.*

QVAESTIO XVII.

DEcimo septimo quæro. si qs velit a principe impetrare regiam facultatem ad alienandum bona maioratus, & bona sunt sita extra territorium illlus,cuius subditus est ille, qui vult licentiã impetrare,an sufficiat impetrare licentiam a Principe superiore? vel teneatur illam petere a Principe, in cuius territorio bona sunt situata? In quo sumendo argumẽtum ab alienationibus rerum ecclesiæ,videtur quod talis facultas sit impetranda a Principe,cui quis subditus est,quia ad alienandũ res ecclesiasticas, debet auctoritas & licentia impetrari ẽpi, qui alienat,non vbi bona sunt sita,vt probatur in auth.hoc ius porrectum.ibi,accedente consensu ordinatoris,& maioris partis ibi seruientium.C.de sacrosan.eccles. vbi Bal.idem tenet.& Innoc.in capitn.pastoralis.de priuileg.glo.in ca.huiusmodi.verbo,duos.x.q.ii.Felin in cap.dilectus.in versic.septimo.de rescrip.licet contrarium teneat glo.in capi.in venditionibus.17.quęstio.iiii.in verbo,Episcopi.sequitur Rom. in consi.250.horum bonorum.per l.si prædium.C. de præd. minorum.Et idem tenet Abb.in d.c.pastoralis.nume. x.qui recte disputat.Collectarius autem in c.nulli.de reb. eccle.tenet, quod est tutius impetrare vtriusque episcopi licentiam per l.iuris peritos,§.j.ff.de excus.tuto. & idem tenet Abb.in d.c.pastoralis.in fine.pro qua opinione facit.l. 5.titu.x.par.6. ibi, *onde es natural el qui fizo el testamento, o aquel cn cuyo obiſpado o uiere la mayor parte de ſus bienes.* vbi vide Gregor.Lopez & pro sententia glo.in d.c.in venditionibus.faciunt plura,quę ego scribo in i.par.huius operis.q.lviij.vbi tracto, an pr̃, vel mater in bonis,quæ extra regnum habent, possint meliorare filios vltra tertium,& quintum.& expressa.l.ii.tit.6.par.v.ibi, *con otorgamiento del perlado que ouiere iuriſdicion ſobre aquel lugar a do fueren las coſas que quiſieren cambiar*. ad quam legem est animaduertendum propter tres opiniones, quas in hac quę stione recitat Tiraquel.libro primo de retract. §.36.glo.iii. num.xxii.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis.*
2 *Contractus quando eſt nullus,clauſula conſtituti,non habet effectum.*
3 *Poſſeſſor bonorum maioratus tradendo rem maioratus alienatam,etiam per conſtitutum,incidit in pęnam.*
4 *Poſſeſſor maioratus vendens rem eccleſię etiam ſi non tradat, illã amittit.& an alienatione facta rei datę in meliorationem, ſi traditio non interueniat ſit reuocata melioratio.*
5 *Poſſeſſor bonorum maioratus alienans partem bonorum maioratus,an omnia amittat,& quid in feudatario.*
6 *Poſſeſſor maioratus,ſi alienat ſub cõditione,& reſeruatione ſi princeps licentiam pręſtiterit,non incidit in pęnam.*

7 *Conſti*

Source : BIU Cujas

7 *Constitutus secundus, priori præfertur, vbicũque alienatio bonorum maioratus facta fuit absque regia facultate.*

An per solum contractum, quem fecit possessor bonorum maioratus bona alienando, incidat in pœnam, etsi non tradat.

QVAESTIO XVIII.

DEcimo octauo quæro, an per solum contractum, quem fecit possessor bonorum maioratus. per quem vendidit vel alienauit rem ad maioratũ pertinẽtem, incidat in pœnam p̃ testatorem adiectam contra possessorem bonorum maioratus illã alienantis, si non tradat rem alienatam. Et in feudo decisum est, p̃ si vasallus vendit feudales res, non tamen tradit, non incidit in pœnam priuationis feudi. c. imperialem. §. Callidis. vbi Andre. de Ysern. Bal. Martin. Lauden. de prohibita feud. aliena. per Federic. Castillo. in l. 70. Tau. in versi. adde Ale. vbi Paris. in consi. 75. num. 6. lib. 7. Ripa respon. 81. nu. 18. vbi tradit, p̃ statutum applicans ipso facto communitati rem alienatam intelligẽdum est, si rei traditio subsequuta fuerit & alij plures, quos refert Parisien. in j. parte consuetud. Parisi. §. 13. nu. 12. vbi dicit, idem esse in emphyteusi. & ibi etiam tractat, an hoc casu sufficiat traditio facta per constitutum. & concludit, quod constitutum in hoc casu non est eiusdem effectus, quam vera possessio, quia contractus nullus est, & quando
2 contractus est nullus clausula constituti non habet effectũ. ad quod facit doctrina Bald. in l. ex testamento. C. de fideic. vbi affirmat, quod quando contractus est nullus, clausula p̃ stituti nihil operatur, & est nulla. de quo plura refert, & scribit Tiraquel. in tracta. de constitu. part. 3. limitatio. 7. nu. 15. cum sequentib. vbi, num. 22. Tandem concludit, in curia Parisiensi receptum esse, constitutum appositum in contractu nullo, esse etiam nullum. & ad scripta per Tiraquel. iunge etiam Episcop. Couarru. in c. quamuis pactũ, de pact. in 6. & eundem Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. lib. 2. in fi. numero 101. & lib. de legib. connub. glo. 8. num. 205. cum aliis. Ioan. Lopez in rub. de dona. inter virum, & vxo. Anton. Gom. in l. 45. Taur. num. 29. Peral. in l. cum pater. §. a filia. numero 33. ff. de leg. 2. & est notabilis l. parti. quam nostri Hispani nõ referunt, 56. titu. 5. par. 5. & ad hoc sunt alia plura, quæ omitto. & pro hac sententia quod possessor bonorum maioratus non incidat in pœnam non tradendo, quamuis tradat p̃ constitutum, facit doctrina Bald. in d. ca. j. §. aut si libellario. vbi dicit, quod siue per testamentum, siue per statutum prohibeatur alienatio sub pœna, nunquam incurritur in illam nisi p̃cessum sit ad actum tacti, & realem traditionem. Ad quod etiam plures auctores refert Tiraquel. in d. tracta. de
2 stitu. limitatio. 26. vbi dicit, hoc esse indubitabile, quando vasallus, vel emphyteota vendunt, vel alienant cum protestatione, & reseruatione iuris domini. sed est aduertendum, p̃
3 tam Parisien. vbi supra, numero 4. quam Tiraquel. d. limitatio 26. palam fatentur, receptiorem esse opinionem, quod vasallus alienans rem feudalem, & emphyteuta alienans rem emphyteuticam, si tradant etiam per constitutum, pœnam incurrunt. & idem tenet Alciat. in l. alienatum. 67. ff. de verbo. significat. Cur. Iun. in tracta. feudorum. par. 4. quæstio. xx. & alii plures, quos citat Rolandus in consil. 51. num. 26. lib. ij. Ex quorum dictis & rationibus idem concludendum videtur in possessore bonorum maioratus, qui rem maioratus alienauit. Ex quo etiam fit, quod si quis vendat rem aliq̃
4 maioratus ecclesiæ, qa ad eam absque traditione dominiũ transfertur iuxta. l. vltim. C. de sacrosan. eccles. cum. qua concordat notabi. l. j. titu. xi. par. j. ibi, *maguer no pueſſen apoderadas dellas, ganan elſennorio.* incidit in pœnam, ac si realiter tradidisset. & qualiter procedat dispositio d. l. vlti. tractant Doct. ibi. & Gregor Lopez in d. l. j. Iaſ. in § sed iſte. num. 36. de actio. & ista præstant egregium argumentum ad decisionem cuiusdã notabilis quæstionis, quam disputat Tello in l. 17. Taurina. numero 122. vbi tradit, an ad hoc vt per alienationem rei prius donatæ in melioratione censeatur melioratio reuocata, sit necessaria traditio rei donatæ, vel sufficiat solus contractus alienationis, ad cuius quæstionis disputationem, refert text. iu l. prædia. § liberto, ff. de fundinstruct. & Bald. in l. 3. num. 3. C. de lega. & alia plura, hanc quæstionem pro vtraque parte disputando, eum lector legat. tangit etiam Parisi. vbi supra ad propositum nostrum, quod si vasallus alienauit partem fundi, non cadit nisi a parte alienata. per text. in c. vn ico. de vasal. qui contra consti. Lotha. & in l. rescriptum ff. de his, quib. vt indig. & in l. ex facto *la grande.* ibi, satis enim
5 punitus est in eo, quod facit contra legem, ff. de vul. & est cõmunis opinio secundum Parisien. contra Bald. & est etiam communis opinio, secundum Tho. Gramma. in decisio. 49. monasterium. num. ii. ad quam plures Doctor. refert Rolandus in consi. 17. numero 7. lib. j. quamuis ipse, numero x. cum sequentib. contrarium in emphyteota teneat. & traditur ẽt per Parisien. in consi. vi. nume. 19. lib. 4. quibus etiam adde eundem dictis consuetudinibus. § 41. numero 41. vbi resolutiue etiam tractat, quando aliquid dicatur diuiduum, vel indiuiduum in hoc proposito. Hæc tamen conclusio Par. & aliorum, non est sine difficultate, quãdo pars alienata est indiuidua, & separationem congruam non recipit, ex traditis per Barto. & alios in l. 4. §. Cato. ff. de verbo. obligation. & Bal. in consi. 337. in primis videndum. numero 7. li. j. vbi tradit, Comitem qui contra. pactum quendam ex castris, quæ susceperat in feudum alienauit, incidisse in commissum omnium castrorum, quia pœna est indiuisibilis, & ratione partis coniunctæ committitur in solidum in persona ipsius contrahentis per multa iura, quæ refert, & notatur per Ludoui. Goza. in consi. 86. videretur. nume. 6. & xx. & per alios, quos refert Tiraquel. in tra. de vtroque retract. §. 23. glo. j. num. 26. vbi postquam numero 25. retulit tex. in d. ca. j. & alios plures Doctor. ad confirmationem sententiæ Pari. de illa doctrina Doctorum tandem dubitat. auget difficultatem tex. in l. x. ti. 26. par. 4. ibi, *oparte del.* in quo tex. clare probari videtur, p̃ feudatarius alienans partem feudi, cadit a toto feudo. quamuis ibi Gregori. Lopez in gloss. in verbo, *oparte del.* sequatur idem quod Parisi. Ego in nostro proposito æquius esse existimo, quod quando possessor rei maioratus alienauit aliquã rem diuiduam, & quæ separationem recipit, ab aliis rebus maioratus, quod solum amittet, ad successorem transibit illa res alienata, & non tota possessio bonorum maioratus, nisi a testatore aliud dispositum sit. & est crudelitas priuare possessorem bonorum maioratus a toto maioratu p̃pter partem alienatam, & erit quilibet dominus rei, quam possidet. Et in isto casu non valet argumentum de parte ad totum, cum ratio sit diuersa. qualiter autem cognoscatur sit ne res diuidua vel indiuidua vltra ea, qnæ tradit Parisien. in d. §. xli. vide quæ scribo in hac ipsa materia maioratus in j. par. huius operis, q. x. & an aqua sit indiuisibilis vel indiuisibilis, explicat eleganter Ripa respon. 184. numer. 3. cui addo tex. in l. j. §. item quæritur. ibi, quin in tota aqua vis fiat, ff. de
6 aqua quotidia. & æsti. Et est etiam animaduertendum ĩ hac materia, p̃ possessor bonorum maioratus si alienauerit sub ea conditione, & reseruatione, si rex præstiterit licentiam ad alienationem bonorum, nec aliter, nec alio modo, non incidit in pœnam. Quod constat ex scriptis per Tiraquel. dic. tracta. de consi. limita. 26. & probatur ex doctrina Barto. in l. si quis locuples. ff. de manum. testam. & Alberi. in l. vltima, C. de iur. emphyteu. & Bal. in c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. Afflict. in const. Neapo. li. 3. rub. 5. numero 42. de quo vide concordan. quæ adducit Iaſ. in l. non solum. §. morte. nu. xlviii. ff. de noui oper. quod declaratur. vt per enndem Iaſo. in d. l. vlti. num. cxli. & Deci. in consi. clx. qui huius puncti veritatem resoluunt. Notatur per Abba. in c. vlt. numero. x. de feud. & est communis opinio, secundum Bald. in ca. j. §. denique. quæ fuit prima cau. benefi amit. & sequitur Dec. in c. cũ M. nu. 80. de const. & alii plures, quos citat Rolan. in d. cõsue. nu. 30. Et est etiam omnino considerandum in ista materia, p̃ adeo alienatio facta per possessorem bonorum maioratus nulla est, quod siquis rem maioratus alienauit absque regia facultate, & solennitatibus necessariis, & constituat se propossessore emptoris, & postea vendat alii cum facultate regia, & solennitatibus debitis, & se constituat etiam propossessore, quod quamuis alias prior præferri debebat, in cuius fauorem constitutum fecit iuxta regu. l. quoties. C. de rei vendication. vbi Bald. & omnes, & l. 50. titu. 5. par. 5. cum cõcordan. in isto tamen casu secundus constitutarius priori p̃fertur. ad quod est decisio Guido Papæ. xlvi. an emphyteuta vbi dicit, quod emphyteota donando, vel vendẽdo rem emphyteoticam, non transfert dominium in donatarium, aut emptorem, donec per dominum fuerit inuestitus, aut retentus, licet in venditione interueniat precarium, aut retentio vsusfructus, qa alienãdo cecidit ipso iure a iure suo, ex quo non trãlit dominium, nec possessio in donatarium, aut emptorem. & dicit quod ita fuit declaratum. & hoc dictum refert, & sequitur Chassane. in consue. Burgun. rubric. 7. §. j. in prin. qui ad hoc refert etiam Guillel. Bened. in c. Raynutius. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. iiii. deci. & hoc latius confirmat Tiraq. in tract. de consti. par. 3. limita. 3. nu. primo, ex quorum rationibus idem dicendum videtur in possessore bonorum maioratus, qui duobus alienauit rem maioratus.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*

2 *Prælatus ecclesiæ contra iuramentum potest infeudare rem semel in feudum*

dum conceſſam.

3 *Papa ſi ſemel delegauit cauſam, quæ tractari debebat in curia Romana poteſt ordinatus de illa cognoſcere.*

4 *Edens inſtrumentum propria voluntate, cogitur iterum edere.*

5 *Conſanguineus ſi retrahat rem a conſanguineo venditam, & poſtea illã alteri vendat, an erit locus retractui.*

6 *Si res patrimonialis deueniat ad monaſterium, & vendatur, an poſſit trahi per conſanguineum.*

7 *Res patrimoniales ſi vendantur, & poſtea illas extraneus vẽdat, an erit locus retractui.*

8 *Quid ſi res patrimonialis redeat iterum in cõſanguineum qui prius vẽ diderat, & poſtea iterum vendere vult.*

9 *Iura regalia quę deueniunt ad particularem, præſcribuntur tempore ordinario.*

10 *Res ſemel effecta feudalis, poteſt abſque conſenſu populi infeudari.*

11 *Feudum ſi ſemel ad fœminam peruenit, poteſt iterum peruentre.*

12 *Hæreditas adita dicitur patrimonium hæredis, & renuncians cum iuramento hæreditati patris, non excluditur ab hæreditate fratrum.*

13 *Medii ſucceſſores immutant qualitatem.*

14 *Infertur notabilis intellectus ad forum de Sepulueda & ad l.6. Taur. in illis verbis, el tronco al tronco.*

15 *Maritus eſt velut emptor rei dotalis.*

16 *An res empbyteutica, poſſit in dotem dari remißiue.*

17 *Mulier etiam rem in dotem datam æſtimatam rei uendicare poteſt, vbi maritus ſoluendo non eſt.*

18 *Dominium dotis transfertur ipſo iure in vxorem ſoluto matrimonio.*

19 *Fundus redemptus, qui antea erat maioratus, an accipiat veterem qualitatem.*

20 *In fundo redempto, an ſit locus retractui.*

21 *Intellectus ad. § quindecim, ff. de leg. 3.*

22 *Non procedit iſte paragraphus in alienatione facta per diuiſionem.*

23 *Bona adhuc manent truncalia & de radice, quamuis diuidantur.*

24 *Vendita re cum pacto de retrouendendo, an adhuc retineat qualitatem rei patrimonialis.*

25 *Maioratus res, ſi alienentur per habentem filios, an filii admittantur ad reuocandam alienationem, vel alii conſaguinei.*

26 *Pater ſi feudo priuetur propter alienationem, filiis & non agnatis competit.*

27 *Conſentiens alienationi rerum maioratus, an admittatur ad illius petitionem.*

28 *Si ex ſtatuto maritus vendere poteſt rem dotalem, vxore conſentiente ſi vendat, an ad retractum admittantur conſanguinei vxoris, vel mariti.*

29 *Nepotibus non nocet grauamen, quod pater in legitima conſenſit.*
Si res maioratus alienetur in casu licito & poſtea deueniat ad poſſeſſorẽ maioratus, an ſit libera & alienari licite poſſit.

QVAESTIO XIX.

DEcimo nono quæro. ſi aliqua res maioratus alienetur in caſu licito, & iam ſit facta libera, vtrum ſi poſtea deueniat ad alienantem vel ad aliquem vocatum in illa, licite alienari poſſit? In quo breuiter agendo dico, quod adueniente hoc caſu, res remanet libera, & poſtea licite alienari poterit. Quæ concluſio colligitur ex tex. in l. pater filium. §. quindecim. in verſi. item quæſiit. ff. de leg. 3. vbi res prohibita alienari extra familiam, ſi alienetur in caſu permiſſo, poſtea efficitur libera, & poteſt quandocunque alienari. Notat Chaſſane. in conſuetudine.

2 Burgund. rubri. 9. §. x. num. 47. Bartho. Soci. in bono caſu, in conſi. 67. nume. 32. lib. 1. Socin. Iun in conſi. 1. nu. 31. lib. 2. Ad idem eſt tex. in c. ex patre. de feu. vbi probatur, quod prælat' eccleſiæ, qui iurauit non infeudare bona eccieſiæ inconſulto Romano Pontifice, ſi feudum fuit ſemel conceſſum, & reuertatur ad eccleſiam, poteſt ſolus de nono infeudare. q̃ iura commendat Iaſ in l. ſi quis legatum. § ſiquis ita. nume. 2. ff. de leg. 1. quo in loco alia ſimilia in propoſito addncit. & quando res legitime conceſſa vt perpetuo tranſeat in extraneos hæredes, poteſt poſtea ſemper concedi a ſolo prælato, ſecundum Abbat. in c. præſentia. num. 29. de probatio. Imo. in l. quod dicitur. ff. de verbo. oblig. Barth. Soci. in conſ. 226. num. 35. lib. 2. & conducũt quæ ad iſtud propoſitum ſcribit Curt. in tracta. de feud. 2. parte princ. q. 1. nu. 6. cum aliis. & faciunt notata per eundem Iaſ. in l. filius familias. §. diui. num. 76. ff. de le. 1. & in l. voluntas. num. xi. C. de fideicom. vbi etiã refert num. xii. doctrinam Bal. in l. ſi vt proponis. poſt mediũ

41 Et in hac materia in qua tractatur qualiter probetur per teſtes, quod aliqua res eſt maioratus, & reſtitutioni ſubiecta, multa ſe offerebant tractare circa præſcriptionem immemorialem. qua in re, quia multi de ea ſcripſerunt, ſolum dicam, q̃ ad noſtrum propoſitum ſunt neceſſaria. dicit igitur. d.l. 41. quod maioratus probatur prędſcriptione immemoriali ſecundum formam prædictæ legis. cui addenda eſt alia ſingular. lex, ad quam pauci animaduertunt in l. xij. titu. 22. parte, prima quam ſupra retuli. numero xi. in qua lege fere habentur omnia verba, quæ adſunt in d.l. 41. niſi quod materię in quibus loquuntur ſunt diuerſæ. Et ideo non eſt habenda pro exorbitãte. d.l. xlj. & quia ſæpiſſime tam circa hanc materiam dubitatur, quam circa alias pleraſque, ſit ne p̃ſcriptio immemorialis maior, quam prędſcriptio centum annorum & e conuerſo, eſt neceſſarium, & vtiliſſimum explicare hũc punctum. in quo articulo glo. in capitu. cum nobis. de prędſc. dicit, non ſatis eſſe ad probationem centenariæ prędſcriptionis, quod probetur prędſcriptio immemorialis, & ſic clare tenet, quod prędſcriptio centenaria eſt maior, quam p̃ſcriptio immemorialis. quam ſentẽtiam defendit aduerſus Cardina. Aymo in tracta. de antiquitate, temporum. quarta parte. numero clxxxiiii. & clxxxv. & poſſeſſio, aut prędſcriptio cẽtum annorum ęquiparatur prędſcriptioni immemoriali, ſecundum Cinum, & Bald. & Paul. in l. ſecunda, C. de ſeruitut. & aqua. eundem. Bald. in l. prima. C. ne rei domin. vel temp. idem & alii, prędſertim Matthe. ab Afflict. in capitu. j. §. ſi quis per. 30. ſi de feud. fuerit controuer. & Socin. Iunior in conſil. 76. numero lxxxxi. libro primo hoc ſequuntur alii, quos refert, & ſequitur Balb. in tracta. de prędſcriptio. 2. par. tertia parte principal. numero 24. & Decius in conſil. 638. & idem tenet Gregor. Lopez in l. xvi. titu. 31. par. 3. in gl. in verbo. *puedã acordar.* qui alios refert. vbi affirmat, quod prędſcriptio centũ annorum eſt maior, quam prędſcriptio immemorialis. & ꝙ centenaria prędſcriptio habeat tantam vim, quantam immemorialis, tenet Pariſien. in conſuetud. Pariſienſ. §. 5. num. 63. vbi dicit eſſe communem opinionem. quod verbum apud nullum alium reperitur. & idem tenet ipſemet ab aliis non relatus in prima, parte conſuetudi. §. 7. numero xii. vbi tradit ꝙ excluſa prędſcriptione, non cenſetur excluſa centenaria p̃ſcriptio, quemadmodum nec immemorialis. cui adde glo. in Authen. vt de cętero non fiant commutationes. in verbo. p̃ſcriptio. collatio. quinta, vbi Angel. notat Rip. in l. nemo poteſt numero 115. ff. de leg. primo Tiraquel. lib. ſecundo, de retract. §. primo. gloſſ. 2. num. 23. & Alexand. in conſilio, 60. numero 2. lib. j. & idem quod prędſcriptio centum annorum dicatur tempus immemoriale, tenet idem Pariſien. in dictis ꝙ ſuetudinib. §. xli. num. 70. vbi vocat hanc crebriorem opinionem. & hęc ſententia, quod prędſcriptio centum annorum operetur idem, quod immemorialis, clare probari videtur in l. 6. titu. 13. lib. 3. ordi. vbi poſtquam lex ſtatuit, quod iuriſdictio non poſſit acquiri niſi prędſcriptione immemoriali, poſtea dicit, quod acquititur prędſcriptione centum annorũ Epiſcop. autem Couarru. in ſecunda parte relectionis regu. poſſeſſor. §. tertio numero 6. dicit, quod aliquando vna cenſetur maior alia, & aliquando altera maior alia, vel ob aliã cauſam. & ibi in hoc puncto late diſtinguit. contrariam autem ſententiam, quod centenaria prędſcriptio ſit minor prędſcriptione immemoriali, tenet Cardinal. qui a pluribus ad hoc refertur in cap. ſi diligenti in fin. de præſcri. quem ſequitur Felin. in d. cap. cum a nobis. & Auenda. in prima, par. de exequend. manda. regiis. capitu. primo, num. 20. in fi. Afflict. in conſtitu. Neap. libro tertio, rub. 7. nume. 6. Auditor Otalo. in tracta. de nobilita. part. 3. capitu. 7. nume 13. qui ad hoc refert Balb. in dicto. loco. qui contrarium aperte dicit. & ideo oportet allegationes Doctorum recte examinare, & videre. nam in hoc etiam falſus fuit Auendan. in dicto loco, qui refert Balb. in dicto, tracta. 5. part. princip. in prin. numero 27. dicentem (vt ipſe dicit) quod tempus centum annorum eſt minus præſcriptione immemoriali, quia quamuis Balb. hoc prius dicat, poſtea in continenti ſe refert ad notata in prędicto loco, & ideo etiam videtur tenere contrarium. Et hanc ſententiam, quod prędſcriptio immemorialis ſit maior centenaria, & quod vbi requiritur præſcriptio immemorialis, nõ ſufficiat præſcriptio centenaria, tenet Speculat. quem hi nõ referunt in ſecunda parte operarum ſuarum. titul. de probatio. §. primo quod incipit, probare. numero 23. vbi (videri meo) hoc apertiſſime ſentit, & dicit. & ex horum auctoritate, & ex alijs infra dicendis, ego in ea ſemper fui ſententia, quod in caſibus in quibus requiritur præſcriptio immemorialis, non ſufficit præſcriptio centum annorum, niſi ex aliqua lege in illlomet caſu ſufficiat præſcriptio centum annorum. Ad quod facit. l. ſi arbiter. ff. de probation. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana. & æſtiua. ibi, ductus aquę, cuius origo non apparet, iure conſtituti loco habetur ex quo tex. in illis verbis (cuius origo non apparet) aperte colligit, quod prędſcriptio immemorialis, eſt maior prędſcriptione cẽtum annorum, quia ſi verum eſt, quod prędſcriptio centum annorum tot habet de iure priuilegia, magis tribuẽdum eſt illi prędſcriptioni, de cuius origine non eſt memoria quia priuilegium quod habet prędſcriptio cẽtum annorum, eſt ꝓp teporis antiquitatem, ſed cũ adeſt maius tp̃s, ęquum eſt, ꝙ maiorẽ effectũ operetur quanto antiquius eſt. ꝙ patet ex p̃dictis iurib. & ipſa naturalis ratio hoc docet. ltẽ hęc con-

cluſio

Source : BIU Cujas

cluſio conſtat ex l.29. titu.16. par.3.ibi, *E digo que el agua que corre de tal lugar a tal, que faze damno, e que a quel lugar de que corre fue fecho por mano, e ſi fuere preguntado como lo ſabe, e riſpondiere que lo oyo dezir a otros, que lo vieron hazer, o que oyera dezir a otros que ellos lo vieron quien lo vido fazer, & qne de eſto era fama entre los hombres que aſi fuera probado: eſto abonda al demandador. Otroſi dezimos que ſi el demandador probare por ſus teſtigos, que no vieron, ni oyeron dezir, que aquella obra era ſegun natura, e no fuera fecho por mano de hombre, que tal teſtimonio como eſte cumple el demandado.* ex qua etiam colligitur, ꝙ præſcriptio immemorabilis dicitur illa, de cuius principio non apparet. & eſt ēt alia bona lex ſupra relata. 12. d.titu.22.par.2.præcipuè in illis verbis. *E que nunca vieron ni oyeron dezir lo contrario.* & eſt expreſſa.di.l.xv.ti.31.par.3. ibi, *non ſe pueden acordar los homes quanto a que lo comenzaron a vſar.* & l.16.eo. tit.ibi, *que los omes no ſe pueden eude acordar.* ad quod etiam eſt doctrina Antonij in c.quid per nouale.numero 15. de verborum ſignific. vbi dicit ꝙ elapſis centum annis dicitur memoria extare: quod ante illum tenuit Specu.in d.loco. Et dicit etiam Io. And.in c.j.de præſcriptio.nu.6.in nouella, ꝙ memoriam extare probatur,& verificatur per inſtrumenta. & idem tenēt ibi Dominicus,& Francus, & Balb. in tracta. præſcriptio.2. par.3.par.princi.quæſt.6 in fi.quod eſt notabile ad pragmaticam impoſitionum,quia multum aduerſatur dominis, q̃ litigant cum vaſallis ſuper prędictis impoſitionibns. Item, hæc opinio coadiuuatur ex ethymologia vocabuli, q̃a de proprietate vocabuli præſcriptio immemorialis dicitur, id eſt, quia memoria non extat: igitur cum memoria non exigitur cum memoria extat,non poteſt dici immemorialis, nec habere priuilegia immemorialia. ꝙ autem valeat regulariter argumentum ab ethymologia vocabuli, conſtat ex l.notionem.§.inſtrumentorum.in verbo proprie.& in l.Tu gurii.& in l.taberna,ff.de verborum ſignificat. & ex l.2.§.appellata.ff.ſi cer.peta.vbi late laſ.& probatur in l.prima. tit.j. par.6.quam ad hoc ponderat Grego. Lop.in glo. in verbo, *palabras*. explicat late Euerardus in centum locis, loco.6. & iſtam opinionem loquendo in his,quæ publica ſunt, vt in platea,defenſa,& ſimilibus rebus, ꝙ ſi appareāt a principio fuiſſe publica,nō iuuet præſcripito immemorialis tenet Auendan.in tracta.de exequend.manda.par.i.c.xi. nume.6. Cæterum cum etiam conſidero, quot & quam prægnan priuilegia habet præſcriptio immemorialis: cum omnes leges,& doctores tribuant eidem vim priuilegii principis (vt ſtatim docebitur) perſuaſus etiam ex hoc ſum, ꝙ eſt maior, quàm præſcriptio centum annorum,quia vnum iudicatur maius atlero ex priuilegiis,quæ habet.l. verum.§. vlti. ff.de minorib.notat glo. in l.3.§. ſed vtrum in verbo, non puto. ff.de minori.late laſ.& Gomez.poſt antiquos in §.rurſus.Inſti.de action.vbi tractant,an ſit maior reſtitutio,quæ conceditur minoribus,quàm maioribus.Curti.Senio.conſi 59.& Cur.iunior conſilio 18.Doctor. Vbi recte laſ. numero v.in l.cum filiusfamilias ſeruum.ff.de verborum oblig.nota idē poſt Areti.in l.3.§.Labeo ff.de acquir.poſſ. & in l.non quoque.§.ſi ex bonis.numero 8.ff.de lega. Non obſtat huic ſentiæ.d.l.ordina. qui potius poteſt in contrarium retorqueri: nam cum prius dixiſſet,iuriſdictionem non acquiri niſi per tantum tempus,de cuius memoria non eſt in contrarium, poſtea cauit, ꝙ poſſit probari per tempus centum annorū, nec lex voluit dare tantam vim regulariter prędcriptioni cē tum annorum ac ſi fuiſſet præſcriptio immemorialis, niſi in illo tantum caſu ſpeciali.& ideo hoc expreſſit, quaſi sentiens, ꝙ ſi hoc non expreſſiſſet, contrarium eſſet ſeruandū, & ꝙ non acquireretur iuriſdictio ſanguinis præſcriptione centum annorum, ſicut acquiri poterat per præſcriptionē immemorialem.glo.autem in d.c.cum nobis. & alii,qui illam ſequuntur,a veritate deuiare videatur,maixime atrentis legibus regalibus,quas ſupra induxi.& prędcriptio centū annorum non gaudet eodem priuilegio, niſi in caſibus a
41 iure expreſſis. Ex quibus infertur, ꝙ in caſu prædictæ legis. 41. ſcilicet ad probandum rem aliqam eſſe maioratus per teſtes,non ſufficit probatio centum annorum: cum preciſe lex requirat præſcriptionem immemorialem, & ꝙ teſtes deponant de viſu,& auditu,ſecundum formam prædictæ legis,quæ ad vnguem,& in forma ſpecifica ſeruari debet.quāuis cōtrarium ſentire videatur ibi Caſtillo in glo. in verbo, *quarenta annos*. ſequutus glo. in d.c.cum nobis.Secundo infertur idem eſſe dicendum in caſu pragmaticæ,quæ de impoſitionibus loquitur,quæ eſt.l.pen.tit.xv.libro quarto. ordina.nam (uideri meo) non ſufficeret probare tempus centum annorum, ſed requiritur præſcriptio immemorialis, quia habent ius commune, & præſumptionem contra ſe. arg.c.i. de præſcriptio in 6.& quia hæc ſeruitia & impoſitiones præſumuntur violenter, & per impreſſionem ea torta ſecundum Io. And.& communem in c.quod latēter.de regu.iur.& alios,quos retuli ſupra,numero 9.& hæc illatio ēt coadiuatur ex diſpoſitione.d.l 12.titu.32.par.i.vbi ad hoc, vt quis poſſit iuſte ferre cenſumaut, tributum quia hoc eſt ius contra ius commune, & regium tenetur probare prędcriptionem immemorialem, & teſtes debent deponere cum qualitatibus per d.l.requiſitis,quæ,vt ſupra dixi) ſunt fere re quiſita in d.l.41. Tertio infertur,idem dicendum eſſe in ca
44 ſu pragmaticæ,& aliarum,quæ loquuntur de probanda nobilitate per prędcriptionem immemorialem: nam non ſufficeret etiam in hoc caſu probare tempus centum annorum ad hoc,vt ſit probata nobilitas, licet plerique opinentur quod d.l.41. quia exorbitans,non procedit niſi in maioratibus.contra quos facit.l.i.titu.xv.& l.pen.eodem titu.lib. quarto. ordina. Sed quia huc ventum eſt, hoc in loco tra
45 ctare volo de duabus legibus ordinamenti, quæ maximam habent difficultatem, & quæ certè egerēt declaratione regia, quæ ſunt l. xiii. & l.x.titu.i.lib.7 ordina. Quarum prima dicit in principio legis. *Mandamos que las nueſtras ciudades villas y lugares de la corona real, que tienen por preuilegio, o por coſtumbre antigua, quel derecho yguala a priuilegio.* altera vero lex dicit. *Mandamos que los officios. de eſcriuanias y notarias publicas, que las nueſtras cuidades villas y lugares tienen por priuilegio, o an tenido los dichos officios por eſpacio de quarenta annos, que les ſean guardados.* quæ leges iuncta vna cum alia deſtruere videtur totum ius commune, & regium.nam l.8.dicit, ꝙ ꝙ ſuettudo antiqua habet vim priuilegii.l.autem.x.dicit, ꝙ p̄ ſcriptio quadraginta annorum ſufficit ciuitatibus ad hoc, vt poſſint talia officia deinceps ꝓuidere. & licet prima lex ſentiat aperte illam eſſe prędcriptionem immemorialem, ꝺ qua aliæ leges loquuntur, & quę principis priuilegio æquiparatur.lex.x.aperte ſentit, ꝙ conſuetudo antiqua, & immemorialis, dicitur per quadraginta annos, quod eſt impoſſibile ſecundum ius, & rationem. & poſt quam hæc ſcripſeram, & conſideraueram contrarietatem, & difficultatem p̄dictarum legum inueni, ꝙ Grego.Lopez in l.3.titu.xix.par. 3.in glo.in verbo. *otorgaſſe*. concordat leges has, & dicit, quod lex.8.loquitur in proprietate.l.autē.x. loquitur in poſſeſſione quia tabellionum creatio eſt de reſeruatis principi,
46 vt probatur in d.l.3.& notat Inno.in cap.cum. P.tabellio.ꝺ fide inſtrumentorum.& Abb.in c.ſuper quibuſdam. §. præterea.deverb.ſignifi.& probatur etiam in l.3. titu.xix.partit. 3.notat Auenda.in tracta.de exequend. manda. regiis.cap. x.numero 1.& ideo ad prędcribendam in ꝓprietate creatio nē illorum officiorum,eſt neceſſaria præſcriptio immemorialis,ſicut in aliis rebus,quæ ſunt principi reſeruatę, ut latius tractat.Gregori.Lopez. qui intellectus licet ſit aliqualiter coloratus,maxime ad euitandam dictarum legum contrarietatem,& ne videatur. l.x. corrigere.l. 8. mihi tamē nō ſatisfacit hæc concordia, & videtur intellectus diuinatorię: maxime,quia non eſt credendum, ꝙ ad acquirendam poſſionem creaudi illa officia requirantur quadraginta anni, quia ad acquirendam poſſeſſionem, vnus annus ſufficit.l.j. titu.13.lib.3.ordin.quæ originem habuit a cap. i.ſi de inueſtitu.feu.lis oriatur inter domin. & vaſal. quæ iura explicaui in 3.par.huius operis.in quæſt.6.niſi dicamus ꝙ eſt ſpecialis in creatione tabellionum, quæ eſt de reſeruatis Principi, & in aliis ſimilibus rebus, ꝙ requiratur tempus quadraginta annorum ad acquirendam poſſeſſionem ſed hęc ſaluatio procedere non poteſt per diſpoſitionem.d.l. 6.titu.13.li. 3.ordinamen.ex qua pater, ꝙ ad prędcribendam iuriſdictionem ciuilem, quæ eſt multo maioris importantiæ, & momenti,quàm Tabellionum creatio,ſufficiunt quadragi nta anni. igitur abſurdum videtur, ꝙ requiratur tantum tempꝰ ad acquirendam poſſeſſionem creationis Tabellionum, ſicut ad acquirendam iuriſdictionem ciuilem ī proprietate. nec mihi placet intellectus datus ad legem per maximum Practicum Auenda.in par.j.de exequend. manda. Regiis.d. c.x.numero 3. qui in effectu concludit, ꝙ dicta lex.8. corrigitur per d.l.x.quia id non eſt veriſimile, nec credendum ī duabus legibus adeo coniunctis. ad quarum legum etiam intellectum (vt obiter id non omittam) vide quæ ſcribit Pariſien.prima par.conſuetudini Pariſien.§.i. glo. v.nume.lvi. intellectum tamen Gregorii Lopez amplectitur hodie.l.v. titu.ii.lib.7.ordinam.nou.Et ex prędictis apparet,quanta ſit
47 virtus prędcriptionis, aut conſuetudinis immemorialis.&, vt dictum eſt inter alia priuilegia, quibus potitur eſt, quòd habet vim priuilegii. & quamuis id de iure communi per coniecturas ferè probaretur,id clare docet.d.l.8.titu.i.lib.6. ordinam.& idem.l.ii.titu.xi.lib.4.ordina.notatur per laſ.in l.quominus.nume. 41. cum aliis.ff.de fluminib.& Epiſcop. Couarruui.in c.cum in officiis.numero 9.teſtam.Hiopolit. in ſingula.80.tu habes Deci.in conſi.75. num.2. & in conſi. 496.num.v.& in conſi573. Aymo in d. tracta.de antiquita. temporum.par.4. num.127. cum aliis. vbi inter alia memi-

nit

Source : BIU Cujas

nit egregiæ doctrinæ Bal. in c.i.in tit.quæ sint regalia.dicentis, quòd præscriptio tanti temporis vim habet priuilegii. concessi a Principe,etiam ex certa scientia.sequitur Dec.in consilio 496. & videnda sunt alia, quæ scribit Aymo in dicto loco,numero 147. cum sequentib. Ex quibus infertur, veram esse sententiam Auenda. (quam habui in practica multoties)lib.j.dexequen.manda. cap.4.num.6.versi.si vero occupat.dicentis,ꝙ quando in villis, aut locis est consuetu
48 do,quòd terræ mantuosæ, vel zerbidæ fiant occupantium, per solam consuetudinem seruanda est, quamuis regulariter istæ terræ occupari non possint absque licentia Principis,& consensu populi,vt latius cauetur in legibus regalibus, quas ipse infert, quia cum hęc consuetudo habeat vim priuilegii Principis,seruãda est perinde, ac si quis ex priuilegio principis haberet illas terras. Secundo in practica
49 infertur, ꝙ licet ad essentiam consuetudinis requiratur sciẽtia Principis,vt in l.3.& 6.titu. 2. hoc est verum in consuetudine simplici, secus autem in consuetudine immemoriali: quia in præscriptione immemoriali nõ requiritur scientia Principis,secundum Bal.in c.j. quę sint regalia.& est verior, & communior opinio,secundum Alex.in consi.6.numero 4.lib.i.vbi Parisien.plures concordãtes refert. & eam sequitur,& confirmat Dec.in consi. 85. numero 2. & idem tenet Alex.in consi. 6.nume.xv.& in consi.24.num. 16.lib.v.tradit Aymo in d.tracta.par.4.num. 130.cum aliis ex quo etiã infertur,ꝙ licet ex.l.v.d.titu. 2.ad probationem consuetudinis requirantur duo iudicia, quod explicat ibi Grego.Lop. in glo in verbo. *fueren dados*. si tamen probetur consuetudo immemorialis,non est necesse probare duo iudicia fuisse data.& ex his etiam infertur intellectus ad l.6.Taurin.in illis verbis.*excepto enlos lugares dosegun el fuerode le tierra se costũbra boluer el tronco al tronco,o la rayz a la rayz.* Namad proba
50 tionem huius fori, vel consuetudinis,non est necessarium probare scientiam regalem,nec duo iudicia fuisse data,nec alia requisita particularia, quæ sunt necessaria ad probationem consuetudinis ordinariæ: quia consuetudo immemorialis omnes defectus supplet,tanquã habens priuilegii vim. & ad alia plura in praxi inferri potest intellectus. & de quæstione an inconsuetudine exigatur scientia principis, vide D.Burg.de Paz in l. i.Tauri.numero 233.Alia etiam specialia habet præscriptio immemorialis contra regulas iuris, quorum aliqua hic breuiter tractabo: quia sunt necessaria
51 pro declaratione nostræ materiæ. Primum, ꝙ præscriptio immemorialis nunquam censetur exclusa per quęcunque verba etiam prohibitiua,negatiua, & vniuersalia præscriptionem prohibentia, secundum Bald.in l.vnica.C.de anna. exceptio.Bal.& Ang.in l.omnes.C. de prescrip. triginta.annorum.& alios plures,quos refert Episcop. Couarru.resolu. lib.3.cap.13.numero v.cui adde Parisien.qui hoc eleganter tractat in consuetud.Parisien.titu.i.de materia feuda. §. vii. num.12.quæstio.3.quem supra retuli,numero 41. vbi ī hoc regulam generalem & magistralem tradit.& idem est in ꝑscriptione centenaria,secundum Ange.in l.i.C.ne rei. dom. templ.Aret.consi.15.Balb.de prescrip.v.par.v.par.prin.quæ. 9.numero 2. Alex.cõsi.60.lib.i.& alios,quos refert Soc.iun. in consi.54.numero 6.lib.j.& notat eleganter præscriptiõe immemoriali Ripa.in l.quominus.numero 39. de flumini. quem lector videat,num. 101. limitatur autem hęc cõclusio,vbicunque consuetudo vel immemorialis damnatur vt iniqua,& irrationabilis,vt colligitur ex Areti.in l.cum stipulatus sim a Proculo.ff.de verborum obliga.& alios,quos refert Episcop.Couuarru.vbi supra.& in alio casu, vt per Bal. in l.omnes.C.de prescriptio.30.annorum. Feli.in c.accedẽtes.numero 9.de prescrip.Balb.in tracta præscrip. i. par.6.& vltimæ partis.num.9.versi.tertius decimus.Grego.Lopez in l.6.titu.29.partita.3.in glo.in verbo. *tributos*. Secundò,licet regulariter per prescriptionem non acquiratur nisi vtile tãtum dominium, tamen per præscriptionem immemorialem acquiritur dominium directum,secundum Bal.in Authen.nisi C.de bon.mater.Iaf.in §.omnium. num. 73. de action.Chassane.in consue.Burgund.num.4.Tertium specialeest,ꝙ contra præscriptionem,quæ resultat ex prescriptione immemoriali,non admittitur probatio in contrarium, sed solum admittitur probatio, ꝙ non sit lapsum tantum tempus,vt per Feli.in cap.de quarta.de prescriptio. & alios, refert Egidi. Bos.in practi.crimi.titu.de regaliis. quod intelligit Parisien.lib.1.consi.27.num.121.quando in tali prescriptione concurrunt requisita & non est nutritiua peccati & & alia plura adducere poteram in hac materia prescriptio immemorialis,contra iura specialia,quæ reperiuntur apud prædictos Doctor.& in glo.in c.i.in verbo,memoria.de prescriptio.in 6.vbi late Doctor.& per Oldra.in consilio 72.numero 20.Ioan.Lopez in c.repeti.c.per vestras.de donatio.inter virum,& vxorem.Suarez.in l. quoniam in prioribus.Greg. Lopez.in l.vlti.titu.9.par.4.& in l.6.titu.29.parti.3.in glo.in verbo, *la Iusticia*. & in l.iii.in glo.j.titu.ii.parti.j.Alcia.in tracta.presump.num.13.Coua.in regula,possessor.Alexand.in consi.173.viso.lib.6.in quibus locis etiam tractatur de probatione prescriptionis immemorialis. Notãdum etiam est, ꝙ in prescriptione immemoriali non est necessaria pacifica possessio,vt ex tex.in l.hęc autem.ff.de seruit.vrbano.prędio.& cap.abbate sane.de verborum sign.tenet Old. in consil.172.nume.9.in contrarium tamen facit.d.l.6.ti.13.lib.3. ordina.ibi, *No seyedon probado que eneste le fue contradicho por alguno de los Reyes*. & ideo dicit glo.in clem.vnica.in verbo, ante.de sequestra.poss.ꝙ non dicitur pacifica possessio,quãdo lis mouetur super petiorio vel possessorio. cuius glo. materia est opulenta. & eam tractant Feli. in c. cum Ioannes.numero 33.de fide instrum.Deci.in c.2.notabi.2.de cõfirma.vti.vel inuti.Rebuf.in tract.de pacifico possessore.nu. 99.& num.197. & Peral.in l.Mæuio.§.fundo.num. 19. ff.de lega.secundo.Deci.Rot.36.in antiquis, Rip. in rubr. de cau. possessio.& proprie. numero 39. sed in hoc puncto distingui potest. nam si contradictio fuit iudicialis, ex illa interrumpitur tam possessio, quam proprietas, iuxta nouam dispositionem tex.in l. lxv. Taurina. & similia quæ in locis ordinariis tractantur,& ita intelligitur.d.l.ordinamen.Si vero ꝙ tractio fuit extra iudicialis,& illa nõ obstante possidens possessionem continuauit,firmior possessio,& (consequenter)præscriptio remansit,argum.notatorum per glo.& Doctor.in l.qui luminibus.ff.de seruit.vrbanorum prędio.& in l.altius. C.de seruit.& aqua.& in l.sequitur.§. si viam.ff.de v. suc.& eius,quod scribit Ang.in l.cũ notissimi.§.illud.de ꝑsc. 30.nno. & hanc sententiam clare postea sentit d. l. ordina.
55 ibi,*haziendolos llamar a iuyzio sobrello cõ conocimiento de causa*. ex quo infertur intellectus ad pragmaticam impositionum, ex qua est necessaria probatio prescriptionis immemorialis ad hoc,vt domini habere possint impositiones. Nam quamuis vasalli alicui extraiudicialiter contradicant, si nihilominus soluunt impositiones, ex eo prescriptio immemorialis non habet minus vigoris. quamuis huic illationi aduersetur,qui iurisdictionem habent, quam extraiudiciales,sentiant onus,& per vicos, & plateas contradicant, & murmurent non audent in iudicio id contradicere, & ideo si constet de impositione,& ꝙ vasalli inuiti semper has impositiones soluerunt,credo quod eis non prędiudicabit præscriptio immemorialis, argumento illorum,quę notantur per Ioan.Andr.& alios in d.c.quod latenter.de regu.iu. & d. l.ordina.nam cum sit verisimile,quòd contradictio iudicialis fuit remorata per tantum tempus,ex eo quod vasalli ausi non fuerunt facere contradictionem,eiusdem effectus ẽ, acsi fuisset facta cõtradictio iudicialis.& facit. l.si per impssionem.C.quòd met.cau.& certe cum considero,mecumq; reuoluo,quantis molestiis & laboribus, & carceribus afficiunturilli,qui vel cogitatione teneant in minimo quopiã dominorum potentiam, qui volunt percipere has impositiones, prędicta sententia magis mihi applaudet.licet huic conclusioni contradicat expresse Auend.in trac.de exequẽ. mandatis.secunda.par.ca.4. numero x.vbi tenet,quòd seruitia soluta a vasallis per tempus immemoriale, presumuntur soluta ex mera voluntate,non exmetu. & cessant (vt ipse dicit)scripta per Ioa.An.in c.i.de prescrip. in 6.& per Ab. in d c.quod latenter.& quod ex dispositione dictæ pragmaticæ,quę de impositionib. loquitur, cesset præsumptio, extorsiones,& violentiæ,quando adest prescriptio immemorialis,presupponit,& tenet Episcop.Coua. in regula possessor.de regu.iu.in 6.2.par.relectio.§. quarto.numero primo. & numero v.in versicu.ego iustissimam.quorum sententiã ego sequor,vbicunque non apparet per testes de extorsione,vi,atque tyrannide,qui deponant de visu, & auditu antiquorum: quia si de hoc testes ad sint,non habet locum dicta pragmatica,nec prescriptio immemorialis iuuabit.Qđ
56 patet per dictam regulã,possessor,& ex aliis supra scriptis. Sed circa hãc materiam quęro de quęstione valde necessaria.maioratus ex dispositione.d.legis. 41.Tau. probatur per testes de visu quadraginta annorum, modo deponant de immemoriali.sed pone quod negocium est talis qualitatis, quòd testes de visu non possunt inueniri, ut quia tractatur quis fuerit prior constitutor maioratus, super quo litigat, vel de aliis similibus rebus,an sufficiant testes de auditu, cũ auditu aliorum antecessorum, & cum forma requisita in prescriptione immemoriali, nisi quòd de vsu deponere nõ possunt, quia est impossibile secundum actus qualitatem (inquam) an hoc casu sufficiant testes de auditu? In quo pũcto,ex sequentibus videtur quòd sufficiant testes, qui deponant de auditu aliorum antiquorum, & quod nunquam viderunt,nec audierunt aliud in contrarium, & secundum ordinem prescriptum in d.l.41.& titu.22. par.j. & in glo.in d.c.j.

Source : BIU Cujas

d.c.j. de præscrip.in sexto. Primo per text.in d.l.si arbiter.ff. de proba. Secundo,ex di.l.29.titu.xvi. par.3. quæ videtur expressa.& id est indubitatum, quod communi auditu percipitur.l.secunda.§.idem Labeo. ff.de aqua plu.arcen.& dicit Pau.de Castro,in consilio 279.visa petitione.numero secũdo.& tertio.libro secundo. quòd statur iuramento possessoris feudi, vtrum sit feudum antiquum, vel nouum etiam si nõ sit de facto illius: quia id scire potest ex auditu maiorũ, & relatione,refert tex.in l.siquis ita.§.si quis.ff. de testam.tute.Quod est notabi.consi.in ista materia. & vide Pau.in 2 si. 283.de vtroque quæsito.eodem lib.& in antiquis per solam famam probatur quod bona sunt feudalia,licet regulariter bona præsumantur esse allodialia, & non feudalia, secundum Alexand.in consilio decimoquinto. numero j. libro quinto.Deci. in consilio 264. numero quarto.& dicit idem Alexan.in consilio duodecimoquarto. numero xx.libro v. quod per communem opinionem, & famam atiquissimã probatur iurisdictio,& dominium comitatus. & dicit Bald. in l.cum super.C.de rei vendicatio.quod si nobilis, qui prætendit antiquissimum ius patronatus,non possit aliquo modo probare quomodo descendit pro legitima materna succession,sufficit antiqua probatio per indicia, & præsumptiones.notat Lauren. Calcane. in consilio vndecimo.numero x.vbi hoc confirmat. & in antiquis regulariter leuiores probationes sufficiunt, vt probatur in prędictis iuribus. notat,& declarat Parisien.in consuetu.Parisien. titu. pri.de materia feu.§.quinto.numero 59. Aymo de antiqui.temp.
57 par.prima. numero 323. & antiquitati multum tribuẽdum est,vt etiam patet ex glo.in l antiqui natura.§. cum me absente.ff.de nego. gest. vbi Ange.dicit eam singularem, quæ dicit,quòd per famam in antiquis probatur dominum. notat idem Ang.in l.Titius.ff.quibus mod.pig. vel hypo.solui. & hoc alii plures sequuntur,quos refert latissime Tiraqu.in tracta.de primogenitura in præfatio.numero 107.& in tracta.de præscrip.§.primo.glo. quarta. vbi ad hoc citat infinitos doctores. & in toto illo tractatu varia huc pertinentia scribit.Notat Alcia.in tracta.præsump.regula. secunda.præsump.3.Aymo.dicto tracta.numero 303. & in di.tracta. de præscrip.refert Tiraq.quadraginta & duo specialia, quæ antiquitati concessa sunt contra regulas iuris, ex quibus hæc nostra opinio validari potest,si aliquando oportuerit. Cui adde Hipp.in singula. & de apocha antiqua, quam probationem faciat,vide eundem Hippo.in singu.33.de tabellione antiquo,vide eundem in singu.587.& Guido Papæ.quæstio.118.& Boeri. in decisio. 36. & instrmentum antiquum probat filiationem,etiam si obiter in instrumento dicatur Titius filius Seij. & etiam si sint verba enuciatiua, vt tenet Anto.in cap.cum dilectus.numero 3..de fide instrumentor- & alii,vt per Iason.in consilio 34. numero 7. & in consilio 114.numero quinto.libro primo.Episcop. Couarr.in epitome sponsaliorum.cap.octauo.par.secunda.§.tertio. numero.& sententia de antiquo,præsumitur lata parte citata,
58 secundum Bald.& Doctores in capi.primo.de milit.vasall. & Iaſ.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.numero quinquagesimotertio.ff.de offic.proconſ.notat Aymo in dicto tracta.de antiquita.temporum,par.secunda.numero duodecimotertio.& ī instrumẽto antiquo cõstitutum apparet,præsumitur possessionem tunc fuisse apud constituentem, secundum Bartho.Soci.in consilio 187. in controuersia. lib. secundo.& alios,vt per Deci.in l.contractus. numero decimooctauo.ff.de regu.iu.& Tiraq.in tracta.de consti. par.tertia.limitatio.j.numero decimooctauo. & in factis antiquis præsumitur ignorantia,vt notatur per Iaſ. in l.si res obligata.numero 34.ff.de legaus.primo.quibus adde text. singularem,& in practica notabilẽ in l.vlti.quæ incipit,Scæuola.ff. de aqua plu.arcen.& quæ notantur per Balb.in tracta.de p̃scriptio.par.i.3.par.principa.quæsti. x. & circa hæc vide alia plura similia,quę refert, & cumulat Ferdin. Mencha.libro secundo.controuersiarum.cap.84.numero xvi.vbi etiam late tractat de vi immemorialis præscriptionis, & qualiter in probatione factorum antiquorum sufficiant leuiores probationes.& generaliter in præscriptione immemoriali sufficiunt testes de auditu,secundum Speculat. in titu. de teste. §.nunc tractandum.versicu.de auditu.notant Doctores per illum text.in capi.licet ex quadam de testi .Deci.in consilio 148.numero quinto.& alii plures.Tandem dicit Grego.Lopez in vlti.titu.nono.par.quarta.in glo. prima. quòd in primogeniis antiquis, quæ excedunt hominum memoriam, testes deponentes de auditu,faciunt plenam probationem. quod autem dicatur tempus antiquum,scribo in prima parte huius operis.quęstio. 45. numero quinto. vbi videquoddam dictum Alexan.multum necessarium ad propositum eorum,quę hic tractantur. Quęrit etiam Grego.Lop. circa hanc materiam in l.secunda. titu. xv. parte secunda. in glo.

59 *sino el hiuo mayor.* in ver.quæro ẽt tu hẽs. quid si frater maior,q̃ ptpa possidet bona maioriæsp̃ quidebat fratri minori de necessariis certo modo ī domo sua,vel alibi:an hoc similiter facere teneantur successores pro tempore succedentes, dato quòd frater minor haberet bona ex quibus ali possit? In qua quęstione dicit,quòd forte videtur dicendum quod sic,per certa iura, & auctoritates, quas refert.sed ego contrarium existimo audacter tenendum: quia ille frater, qui dedit illa alimenta fratri minori, videtur in dubio illud fecisse causa fraternitatis, & pietatis,quamuis ipse bona habeat de quibus ali possit l. si alimenta. l. si paterno.C.de negog.gest.l.35.& 36.& 37.titu.xii.par. quinta.& quod notatur. in l.Nesennius.ff.de negoc.gest. & ideo etiam tractat idem
60 Grego.Lopez in d.l.36.in glo.in verbo. *muerte de su padre.* Quod si mortuo patre onus alimentandi transierit in filiũ masculum,ut fit in maioria,si mater det alimẽta filiis, quæ frater maior dare fratribus tenebatur, vtrum repeterẽ mater possit a filio maiore primogenito? In quo vide distinctionem Grego.Lopez quam deducit ex Pau.& aliis in dicta l. alimenta.Et pro decisione istius pũcti lector legat, quæ scribunt Alexan.& Deci.in Authen.præterea.C.vnde vir. & vxor.Bartho.Socin.consilio 30. libro quarto. Præterea con-
61 tra Grego.Lopez facit,quia actus, & consensus tacitus stricte debet interpretari,nec debet extendi vltra casum, quo factus fuit.l.vltima.C.ne vxor. pro mari.notatur per Barto. in l.prima.§.si quis hoc interdicto. ff.de itinere, actuque priua.& in l.si Titium,& Mæuium.§.alterum.ff.de adminis.tutorum.Deci.in cap.primo.lectu..prima.numero uigesimoquarto de iudiciis.& in cap.cum venerabilis.numer. 26. de exceptio.& in Authen.qui rem in fi. C.de sacrosanct. ecclc.& in l.prima.numero x. C. de edendo. & in consilio 72. numero quarto Iaſ.in l.naturaliter. §. nihil commune nu. 96.ff.de acquiren.posse.Aymo in tracta.de antiqui. quarta. parte.numero 217. & actus tacitus non est tantæ potentiæ, quantum expressus circa inducendum ex eo specialitatem contra iuris regulas, vt per Barto. in l.si rem aliquam.ff.de acqui.possess.Bal.nou.in tracta.de dotæ,priuilegio. 66.Præterea cum bona maioratus non sint possidentis,nisi pro vita sua, non potuit antecessor, qui author maioratus non fuit,obligare descendentes,nec eis præiudicare. l. vltim. vbi notat Bal.in 8.oppositio.C.de hęredi.institu.l. pacto successorum.C.de pact.facit tex.in Authen.ingressi. C.de sacrosa. eccles.& in l.conficiuntur. §. si post.ff.de iure codicil.& in l. peto.§.fratre.ff. de lega. secundo. & quod notat Andre.de Ysern.& ibi Bal.in §.quid ergo.de inuesti.feudi.& hæc sentẽtia aliis pluribus rationibus probari poterat, quas omitto. In hac etiam materia ad memoriam est trahenda senten-
62 tia glo.in d.capitulo primo.in glo.vltima.in fine de prescriptio.in 6 quæ tenet,quòd si aliqui testes deponant extare a alicuius rei memoriam,alii vero contrarium affirment, est potius standum testibus dicentibus memoriam extare, quam aliis contrarium affirmantibus. quam sententiam, post alios probat Alexan. in consilio 108.in causa, & lite inter dominos.numero x.& xi.libro secundo.citat glo. in l. diem proferre.§.si plures.ff.de arbitris.quæ dicit, potius esse standum testibus affimantibus, quam negantibus.cuius gl. meminere Doctores in pluribus locis, præcipue Ioannes Faber,in §. item verborum.numero 9. Institu. de inutilibus stipula.Socin.in regu.246.Iaſ.in §.quadrupli. Institu. de act. & in rubr.ff.de iureiuran.numero 8. & in l. prima.numero uigesimoprimo.& in l.vt vim.numero 6. ff.de iustitu.& iure.& in l.plane.§.eadem.numero 7. ff.de legat.primo. Alex. in l.hęredes palam.in princ.ff.de testam.Deci.in cap.si iustus metus.numero 9.de appella. Rebuf.in tractatu de decimis.. quæstio. decimotertio. numero 98.ubi alia de hac materia
63 tractat.Tandem in hac quæstione est notãda doctrina Andre.de Ysernia in §.præterea ducatus.de prohibi.feu.alie.na per Feder. ubi dicit,quod quando interuenit tempus triginta annorum, potest in una agnatione induci consuetudo, quòd primogenitus succedat in solidum.cuius doctrinæ, & aliorum auctoritate suffultus Guido Papæ,in consilio 131. circa processum reuisionis.numero primo. tenet, quòd si probetur per duos vel tres actus, aliquos successisse in aliqua re iure primogenituræ, sufficit ad probandum aliquã rem iure primogenituræ ad maiores natu pertinere. sed nos seruare debemus dispositionem.dictę legis quadragesimę primę.Taur.

44 ANIMADVERTO etiam circa praxim huius materiæ,quòd licet per dispositionem. dictæ l.Taurinæ sit necessaria præscriptio immemorialis,vt supra late ostẽsum fuit, sufficiet tamen titulus, licet inualidus cum prędcriptione quadraginta annorum.quod fundatur ex.capitu. primo.de præscrip.in 6. cum ibi notatis, & in aliis similibus locis.& pro ista conclusione facti, quia æquiparantur ius commune

Source : BIU Cujas

ne & consuetudo præscripta quadragenaria, & pactum in fundatione appositum, & priuilegium sedis apostolicæ. vt probatur in clemen. quia contingit in prin. de religio. dom. vbi hoc notat Cardina. numero sexto. facit concilium Tridenti. sessio. vigesima secunda. cap. nono, & inquit Episcop. Couar. in regu. possessor. de regu. iu. in sexto. secunda. par. §. 3. nu. 4. quod iurisdictio contra Regem acquiritur per præscriptionem 40. anno. cum titulo, sicuti per præscriptionem immemorialem.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Bona maioratus an præscribi possunt inter collaterales, & de familia.*
3 *Feudum antiquum potest alienari in agnatos remotiores sine consensu domini.*
4 *Prohibitio alienationis non comprehendit filios inter se.*
5 *Resolutio quæstionis, de qua in nu. 2.*
6 *Bona maioratus vsucapi possunt præscriptione immemoriali, sed non cẽ tenaria.*
7 *An vsucapiendam aliquam rem maioratus, an sufficiat allegare titulũ cum probatione præscriptionis. 30. anno.*
8 *Ad vsucapiendam seruitutem discontinuam sufficit allegare titulum ei probare vsum decennii.*
9 *Allegans sibi solutum plurib. annis, non debet solum inniti temporis diuturnitate, sed debet allegare constitutum fuisse ex aliqua causa.*
10 *Bona fisco incorporata qualiter vsucapiantur.*
11 *Allegans vnionem esse factam, & se possedisse par. 42. annos obtinet in probatione vnionis.*
12 *Decisio quęstionis de qua. nu. 7.*
13 *Bona maioratus in possessione sunt pręscriptibilia.*
14 *Præscriptio currit in bonis maioratus aduersus ipsum institutorem vendentem.*
15 *Fœminæ an tempore possint per masculos excludi a successione maioratuum.*

QVAESTIO. XXI.

An in bonis maioratus currat præscriptio.

VIgesimo primo quæro, an In bonis maioratus currat pręscriptio? Quem articulum, quamuis multa eo tractari poterant, quia alii de hoc latissime egerunt, breuiter tractabo. & eõ cludo cum communi opinione, quòd in bonis maioratus non habeat locum præscriptio contra non natum, vel contra illum, qui pręceditur ab alio possessore maioratus. quæ fuit sententia Roderi. Suarez cuius scripta magnam semper apud me habuerunt auctoritatem) in allega. tertia. & hanc opinionem pluribus auctoribus relatis, communẽ esse palam profitetur doctus Pinel. in Authen. nisi tricennale. numero quarãtesimonono. de bonis maternis, quamuis ipse magno animo contrarium teneat. & istam sententiam, licet dubitans tenere videtur Grego. Lopez. in l. 10. titulo vigesimosexto. par. quarta in glo. in verbo, *no le empece tiempo.* vbi per quinque columnas quæstionem hanc latissime disputat. & postea distinguit quinque casus fine glo. & hoc sequitur, & constanter amplectitur Anton. Gomez in l. 40. Tauri. numero 90. Ad quos adde Stephan. Bertran. in consilio decimoquinto. numero tregesimoseptimo. libro primo. vbi istam opinionem late fundat in bonis relictis familiæ. & dicit, quòd quamuis bona subiecta restitutioni præscribi possint longissimo tempore (quæ fuit multorum sententia) intelligitur aduersus possidentem, non in præiudicium aliorum vocatorum. quod etiam clare videtur tenere Deci. in consilio 468. numero tregesimotertio. vbi tenet, quòd præscriptio non nocet descendentibus nondum natis, quibus competit ex donatione facta alicui, & successoribus. & idẽ tenet Alex. cõsi. quiquagesimonono. numero duodecimo. libro tertio. & consilio 98. numero quarto. libro secundo. & alii, quos refert Parisien. in dicto consilio quinquagesimonono. Tiraq. libro primo. de retract. §. primo. glo. 10. numero quarantesimoseptimo. & dicit idem Alexand. singulariter ad nostrum propositum, in consilio 101. numero vigesimoquarto. lib. 7. quòd licet præscriptio longissimi temporis noceat semper bonis prohibitis alienari, non tamen nocet filiis, vel aliis vocatis ad fideicommissum, qui nondumerẽt nati, vel erant minores, quod est notabile cõsiliũ in ista materia. & idem clare sentit Pau. in consilio 181. notandum est quod dictus Albertus. numero primo. libro secundo. vbi ex hoc dicit, quòd agnatus non præiudicat præscriptio ĩ bonis feudalibus. quod procedit, nisi adsit pręscriptio immemorialis, secundum Soci. iun. in consilio 7. num. 101. lib. j. qui refert Curti. iunior. in consilio 72. versicu. si opponatur. dicentem, quòd ad hoc sufficit tempus quadraginta annorum. cuius dictum minime verum puto per supra dicta. & de præscriptione bonorum feudalium late agit Socin. iunior in consilio 86. numero vigesimo. libro primo. vbi tradit, quòd lex resistens præscriptioni feudorum, videtur prohibere pręscriptionem immemorialem, quod verum non quod verum non credo, & pro horum opinione, est text. in l. vltima. §. sin autem auaritiæ. C. communia de lega. quem rex. tenet Bald. in consilio 351. item ad illud. lib. tertio. quod ius fideicommissi conditionalis, non currit antequam existat conditio. & per istam rationem hanc sententiam etiam tenet Deci. in Baronia, & bonis feudalibus, in consilio 444. num. quarantesimosexto. de quo per Balb. in rracta. pręscrip. quinta. par. v. par. princip. quęstio. quinta. ex quibus manifeste liquet, quòd licet præscriptio in bonis maioratus pręiudicaret ei, contra quem præscribitur, minime nocet successoribus, quibus nondum ius erat delatum. & ad hoc etiam est bonum consilium Bal. in consilio quarto. in causa Basilij. libro quarto. vbi dicit, quòd præscribi nõ potest res subiecta restitntioni in præiudicium eius, cui debet fieri restitutio, cum interim agere non possit. & facit. l. prima. titu. 17. par. secunda. ibi, *ni por tiempo que la ouiessen tenido.* Supposito quòd bona regni & bona maioratus æquiparantur in pluribus, prout in aliis locis supra affirmaui ex dispositione. l. secundę. titu. decimoquinto. par. secunda. & l. 40. Taurin. & aliis argumentis, quamuis dispositio dictæ l. primę. cum qua etiam concordat. l. vi. titu. vigesimonono. par. tertia. quæ prohibent vsucapionem bonorum regni, hodie sit restricta ad collectas, & tributa regi debita, vt patet ex l. 6. titu. decimotertio. libro tertio. ordinam. ibi, *E las otras leyes que dizen, que las cosas del Reyno se pueden ganar por tiempo, que se entiende de los pechos y tributos, que a nos son deuidos.* Item pro hoc facit, quia in bonis feudalibus non currit prę scriptio, etiam longissima. capi. imperialem. in prin. de prohibita feudi alien. vbi Andr. de Ysernia & alii. & confirmat Bartho. Socin. in consilio 86. numero octauo. libro primo. & hæc sententia, quòd regulariter bona maioratus sint imprę scriptibilia, mihi verissima videtur. quæ fulcitur ex scriptis per Tiraquel. libro primo. de retract. glo. 9. §. primo. numero 246. vbi late tradit, eum qui alienare prohibetur, nõ posse permitti vt res vsucapiatur. quæ maxime locum sibi vendicat in illis, bonis, in quibus per constitutores maioratuum bona vsucapi prohibentur, quæ clausula in multis maioratibus pręcipue recentioribus repetitur. inquo casu concurrere videntur prohibitio legis, & testatoris, quę fortius vrgent, iuxta notata. in l. filius familias. §. diui. ff. de lega primo. Et ista conclusio, quòd bona maioratus sunt imprę scriptibilia, procedere non solum inter extraneos, qui velint, vsucapere bona maioratus, sed etiam inter illos de familia, qui ordine successiuo vocati sunt ad maioratum: qa vnus in pręiudicium alterius vocati non potest vsucapere ius succedendi in maioratu excluso proximimiore, quòd ratione vrgenti probatur. quia cum ex dispesitione. l. 45. Tauri. defuncto possessore bonorum maioratus continuo transeat in successorem proximum in gradu possessio tam ciuilis, quam naturalis: quamuis in vita possidentis possidẽs bona maioratus, ea alia tradiderit, vel alius quispiam occupauerit, vt latius in d. l. cauetur. aperte patet, quod alius qui non sit proximus & vocatus ex dispositione maioratus, nõ potest bona vsucapere, quia cum in proximiore vocato sit vtraque possessio, non solum ciuilis, sed etiam naturalis, & duo non possint in solidum possidere, & alius non proximior nullam habeat possessionem, & sine possessione præscriptio non procedat. Regula sine possessione. de regu. iur. in sexto. cum concordantibus sequitur euidenter, quòd nõ procedit vsucapio in pręiudicium primitus vocati ante alium, qui bona maioratus occupauit sub aliquo colore. ex qua lege, 45. apparet, veram esse sententiam Parisien. in consuetud. Parisien. titu. primo. §. octauo. gl. tertia. numero vigesimonono. vbi affirmat, quod nec vnus ex fratribus pręscribi potest ius primogenituræ. ad quod varias rationes adducit. sed in hoc sequor Bartho. Socin. in consilio quarãtesimoseptimo. facti narratione. libro tertio. vbi affimat, qp inter collaterales consanguineos currit præscriptio in bonis primogenituræ. & idem tenet Ioan. Cirier in tracta. de primogenitura. libro tertio. quęstio. nona. & vltim. vbi dicit, quòd frater secundo genitus potest pręscribere aduersus primogenitum ius primogenituræ: licet alius pręscribere non possit. quem sequi videtur Tiraquel. in tracta. de primogenitura. quæstio. 130. numero decimo. & probat Parisien. in consilio vigesimotertio numero 139. libro primo vbi multa refert, & expresse sequitur Chassane. in cathalo. gloriæ mundi,

mundi,par.prima.concluſio.47. in verſicu. & in hoc. Pro quorum ſententia facit, quia feudum antiquuum alienari
3 poteſt in agnatostremotiores ſine permiſſum domini ī prę iudicium vocatorum,ſecundum Marti. Lauden.& Cardin. Alexand.in c.Titius.ſi de feudo fuerit contro.inter domin. & vaſal per tex.in capit.primo de aliena.feu.& in in capit.j. §.ſed & res.ibi.tibi,vel proximiori per quos fiat inueſtitura. & in capitu.primo.§.ſi clientulus.ibi fratri, vel nepoti. titu. de aliena.feu.& in l.fœminæ.C.de ſecund.nup.rationem ad hoc aſſignat:quia ceſſat ratio prohibitionis ne fundum vadat ad extraneas perſonas.& hoc confirmatur ex tex.in l.is, qui complures.ff.de legat.tertio.& in l.prima.C.de habita.libro vndecimo.& ex doctrina Bal. in conſilio 498. factum,
4 ſuper quo.in fine libro primo.vbi dicit, prohibitionem alienationis,non comprendere filios inter ſe.de quo ſcribit Tiquel libro primo.de retract.§.vndecimo.glo.6.numero ſexto.cum ſequentibus.facit.l.volunras.C.de fideicommi. & l. filiusfamilias §.cum pater.ff. de leg.primo. quæ iura ad hoc ſunt expreſſa.& l.pater.§.quindecim ff.de legat. tertio.vnde ſi quis ſit primogenitus, non prohibetur facit renunciationem primogenituræ in ſecundo genitum, ſecundum Iaco. Bald.Marti.Lauden Iacob.Aluaro.Cur.Alexand.in capitu. primo.§.præterea ſi ille,quibus modis feu .amitta. ad quod concordantes,& alia ad propoſitum refert Tiraquel.in tracta.primogenitu. quæſtio. vigeſimaſexta. de qua quæſtione ego latius tracto in tertia.par.huius operis.quæſtio.decima octaua.& hæc fulciuntur, quia teſtatores prohibentes bonorum maioratus vſucapionem , ea ratione mouentur ad prohibendum vſucapionem bonorum vinculatorū, quòd nolunt propria bona in extraneas familias tranſire. quæ ratio ceſſat,vbicunque ille qui ea præſcribit eſt de familia,& generatione teſtatoris , & ab eo vocatus:& cum iſta ratio ceſſet,ceſſare debet diſpoſitio. l.cum pater. §. dulciſſimis.ff. de lega.ſecundo.& in iſto caſu non vſucapiuntur bona maioratus,ſed ius ſuccedendi, quod eſt pręſcriptibile , ſicut alia pleraque iura , vt longe agit Tiraquel. libro primo. de retract.§.trigeſimoſexto.glo.ſecunda.numero trigeſimoſexto.cum ſequentibus quem refero in prima parte huius operis.quæſt.6.non obſtat.dicta l.quadrageſimaquinta. Tau. quia non procedit vbicūque ille, qui verus erat ſucceſſor
5 bonorum, tacuit tantum tempus, quod veriſimile eſt, eū poſſeſſionem animo amiſiſſe, ut late probaui in tertia parte huius operis.quæſtio.6.Ex quo infertur, quod cum ī iſto caſu ille qui eſt de vocatis ad maioratum habeat poſſeſſionem ciuilem,& naturalem,vſucapere poteſt aduerſus proximiorem vocatum ante eum,& iſte ſecundus efficitur primus,propter alterius taciturnitatem,incuriam , vel negligentiam.Et pro hoc facit quod ſcribit Bal.in conſi.299. dicunt Petrus. ante fine verſicu. pone eccleſiæ. libro primo. vbi vult,quòd eccleſia nō petendo penſionem ab emphyteuta per decennium, amittit poſſeſſionem ciuilem notat Aymo in antiqui.tempo.quarta.par.numero 139. vbi tradit,quòd vbicunque quis tenuit rem tanquam liberam,nō tanquam feudalem iuſto titulo, & bona fide, durante decē nio nulla currit præſcriptio , poſſeſſione ciuili exiſtente apud dominum per illud tempus:ſed lapſo decennio incipit curre pręſcriptio longiſſimi temporis aduerſus dominum. refert notata per Iaſo.in l.prima.C.de ſeruis. fugitiu. & ī ibi Aymo alia ad propoſitum adducit. & iſta eſt prima limitatio ad regulam , quod bona maioratus vſucapi nequeunt. Ex qua limitatione nouiter inferri poteſt, quòd admittitur præſcriptio in bonis maioratus , ſaltem immemorialis aduerſus clauſulas maioratus, excludentes fœminas a ſucceſſione maioratuum ſi probetur per tempus immemoriale fœminas proximiores ſæpius ſucceſſiſſe in bonis maiorat⁹ excluſis maſculis remotioribus.ſuper qua tamen illatione maturius cogitandum eſſe iudico.eſt tamen iſta illatio veriſſima in pręſcriptione immemor iali vt conſtat ex ſequē bus,& aliis pluribus,quę ſcripſi in quæſtione.præcedenti.nu
6 mero quadrageſimo.cum aliis. Secundo prędicta cōcluſio, quod bona maioratus ſint impręſcriptibilia limitatur , niſi per præſcriptionem immemorialem,ſecundum Rode. Suarez in d.allega.tertia.quem ſequitur Grego. Lop. vbi ſupra. in fina.verbis.& idem tenet Antoni. in di. l.quadrageſima. mouetur Suarez , quia cum p priuilegium regale & regiā facultatem bona maioratus alienari poſſint iuſta de cauſa, per tantum tempus pręſumitur quod interuenit regalis licentia . Pro qua ratione faciunt quæ ſcribo in prima parte huius operis.quęſtio.45.& Antoni.Gomez aliam efficatiorem rationem adducit,quia cum conſtare non poſſit,an ille tertius habuerit prędicta bona pręſcripta ante prohibitionem alienationis , vel poſtea poteſt illa tanquam bona libera retinere.Et hanc rationem Anto. Gomez ante eum in alio propoſito noſtro conſimili ſcribit Innocen.in capi. ſi diligenti.in finalibus verb. de pręſcriptio. vbi dicit , quòd in præſcriptione immemoriali non eſt neceſſarius titulus. & ſi quæratur a pręſcribente de titulo,ſufficit dicere,neſcio quo tit. hæc res ad prędeceſſores meos peruenit, ſed credo, vel credere debeo,quod iuſto titulo , ex quo tanto tempore ſine contradictione poſſederunt.& dicit Abb.in conſilio ſeptuageſimoprimo. clericus quidam. libro ſecundo. quod etiam in his,quę ſunt regulariter impræſcriptibilia,quando quis non ſoluit per tempus immemoriale , pręſumendum eſt ex aliqua cauſa legitima fuiſſe exemptum.notat Balbus qui ſimilia adducit in tracta.præſcri.ſecunda. par.tertia.par. principa.numero decimooctauo. Ad quod etiam facit quod notat Roman in conſilio 273.vbi tradit, quòd ſi duo loca diu fuerunt poſſeſſa tanquam vnita , præſumitur vnio facta ſuperioris auctoritate.quem refert Matthe. ab Afflic. in deciſio.Neapolita.368. numero quarto. Auenda.de exequendis manda. capi. quarto.numero vigeſimo.vbi ex hoc dicit,quòd ſi duo ciuitates vtantur multo tempore teminis promiſcuè,pręſumitur quòd in tali communione interuenerit auctoritas ſuperioris , & ex curſu tanti temporis titulus præſumitur.l.hoc iure.§.ductus aquæ. ff. de aqua quotidia.& eſtiua.& in l.prima.§.vltimo.ff.de aqua pluuia arcen. Barth.& alii in l.cum de in rem verſo.ff.de vſu. Abb.in cap. peruenit de cenſi. & præſumitur priuilegium ex tanto tempore,ſecundum Oldral.in conſilio 296. & Alexan.in conſilio ſexto. viſo themate. libro primo. Decium in conſilio octuageſimoquinto. & alios quos refert Ripa in l. quominus.numero quaranteſimo. ff. de flumini. Pręſumitur ergo titulus & facultas regia ad extrahendum bona a maioratu, ex curſu tāti tempores Et regulariter præſumptio immemorialis habet vim priuilegii,tituli,& conceſſionis.dictæ lege hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & eſtiua. cum concordanti. quæ refero in quæſtio. vigeſima. ſupra hac parte numero quaranteſimoſeptimo. Et eſt animaduertendum, quòd ſi conſtat a principio, aliqua eſſe bona maioratus, eſt conſilium ad eum, qui vult ea defendere ex præſcriptione immemoriali, & non alleget ſolum præſcriptionem immemorialem,ſed priuilegium regis, & priuilegium probabitur ex poſſeſſione immemoriali, vt eleganter notat Ripa in dicta lege quominus.numero 102. & iſta fulciuntur ex alia bona doctrina Auen. in tractatu de exequendis.manda.regiis.parte prima.capitulo duodecimo. numero ſexto. vbi tradit, quòd quandiu conſtat quod bona ſunt de platea, vel defenſa,vel de exitu ciuitatis , ſunt impræſcriptibitia, ſi de tota re integra agatur , præſuppoſito quod ſi talis , & tam ampla platea , vel defenſa , aut exitus. Nam conſtito de qualitate ex ipſa rei natura , res eſt impræſcriptibilis: ſi uero agitur de parte.quæ eſt intra defenſam vel plateam tunc probata immemoriali, poſſeſſor præſumitur dominus, & quod illa res,vel q̃titas a ſe poſſeſſa fuerit priuata,& nō publica.& ſi limitat. legem ſeptimā. tituli vigeſimononi. parte tertia. addendo. numero ſeptimo. Quod licet ſola præſcriptione talia bona acquiri non poſſint,ramen virtute priuilegii præſumpti , & conceſſionis , talia bona ſunt quæſibilia . Ex prædictis autem iufertur , quod ad pręſcriptionem bonorum maioratus non ſufficit præſcriptio centenaria, quę non eſt tanti momenti ſicut pręſcriptio immemorialis , vt latius probaui,dicta quæſtione vigeſima. ſupra eodem in verſicu lo,vt ergo ad materiam.numero quaranteſimoprimo. vnde ſi conſtet ex initio aliqua bona eſſe maioratus , vel ex & indubitabili fide teſtium , vel quod melius eſt ex ſcripturis authenticis,& fide dignis,noneſt locus pręſcriptioni in talibus bonis , etiam ſi ſit centenaria, quamuis eſt magna pręſumptio pro curſu tanti temporis , quod bona ad poſſidentem iuſto titulo, & licentia regali deuenerunt . Quæ concluſio conſtat ex dicto, & rationibus Roderici Suarez, & aliorum.& ex fundamentis a me ſcriptis in dicta quæſtione quaranteſimaquinta. vbi videri poterit,ſi expedierit .licet contrarium teneat in bonis prohibitis alienari Balbus de præſcriptio.quinta parte principa.quæſtio. quarta.numero quinto. & quod centenaria pręſcriptio non ſufficiat in bonis maioratus,verius credo.licet Socinus iunior in conſilio ſeptuageſimoſexto.numeto octuageſimoquinto.libro primo.magna auctoritate & viribus probare conetur, centenariā pręſcriptionem habere eandem vim , quam habet immemorialis ad uſucapiendum bona feudalia, & alienari prohibita.qui ad hoc refert Baldus in lege prima.colu. ſecunda. Codice. de anna.except.dicentem , quod centum anni ſunt longiſſimum ſtempus vitę noſtrę,& omne quod ſub mūdiali machina gubernatur,tali tempore renouat ar pro quo facit quod ſcribit Matthe. ab Afflict. deciſio. 254. numero quarto.vbi vult, quod præſcriptio centenaria ſicut immemori?lis habet vim regii aſſenſus,& priuilegii, & cō-

ſtituti,

Source : BIU Cujas

ſtituti. vbi ex hoc concludit, quòd communio inter duas ciuitates præſumitur per tantum tempus facta cum regio aſſenſu.

7 SED dubitatur circa prædictam limitationem dum probatum fuit, quod bona maioratus poſſunt vſu capi per tempus immemoriale, an ad obtinendum ſententiam, & abſolutionem virtute præſcriptionis immemorialis, ſufficiat allegare facultatem regiam, vel alium titulum ſuffi. cientem iunctum cum præſcriptione immemoriali, & probare vſucapionem triginta vel quadraginta annorũ?

8 Ratio dubitandi oritur ex illa nunquam ſatis celebrata gloſ. in lege ſeruitutes. in verbo, certum. in fine Digeſtis. de ſeuitu. ruſticor. prędiorum. ex qua aperte colligitur, quod quamuis ſeruitus diſcontinua non poſſit acquiri niſi tempore immemoriali, ſatis eſt alleganti ius ſeruitutis, ſe vſum fuiſſe decennio ſeruitute ex titulo donationis, ſeu venditionis, vel ex alio iuſto titulo: quia quamuis titulum non probet, ſed tempus prędictum, obtinebit. quam glo. ſequũtur Barto. Pau. & alii ibi. Cœpola. de ſeruitu. vrbanorum. capitulo decimonono. Alexand. in conſilio ſeſageſimoſexto. libro quinto. numero ſeptimo. & alii, quos citat Epiſco. Couarruui. reſolu. libro primo. capitulo decimoſeptimo. numero vndecimo. verſiculo, ſed quia hoc in capite. cui adde Barto. & Imo. qui communem dicit in lege prima. §. deniquè. Digeſtis. de aqua plu. arcen. §. ſed ſi non adierit. Digeſtis. de acquirend. hæredita. & pro iſta ſententia facit doctrina Archidiaconi in capitulo ſeruitium. numero nono.

9 quæſtio. ſecunda. vbi dicit, quòd ſi quis velit aliquid petere, tanquam illi ſolutum fuerit pluribus annis, non debet inniti ſolummodo temporis diuturnitati: quia tota errabit via, ſed debet allegare, quod fuit cõſtitutum ex aliqua cauſa, & tunc ſufficit probatio quod præſtitum fuit plures annos. quam doctrnam refert, & ſequitur Alexand. in conſilio 124. lib. 4. quem primum auctorem huius ſententiæ facit Epiſc. Cou. in repeti. regulæ, poſſeſſor de reg. iu. in 6. par. 2. relect. §. quarto. num. quinto. cum ea fuerit prius Archidiaco. & ſententiã Archidiaco. refert, ſequitur, & declarat Guido Papæ in deciſio. 408. ſed iuxta prędictam materiam & propius ad ad noſtrum propoſitum facit quædam doctrina Matthæi ab Afflictus in conſtitutio. quadragenalem ſub titulo de prędcriptio. vbi dicit, quod quamuis con-

10 tra regium fiſcum in bonis incorporatis fiſco, & dominio nulla currat prędcriptio niſi centum annorum: tamen ſi fiſcus agat contra tenentem feudum, dicens, ad ſe pertinere, quia tenens nullum habet titulum, conuentus poteſt ſe defendere dicendo patrem ſuum vel eius prędeceſſorem fuiſſe inueſtitum per regem, & probando ſe cum authore ſuo poſſediſſe dictum fundum annis triginta continuatis temporibus, & præſtitiſſe ſeruitium regiæ curiæ: quia iſta defenſio non conſiſtit in prędcriptione, ſed ex prędſumpta inueſtitura, quæ præſumitur præceſſiſſe ex continuata poſſeſſione triginta annorum, cum præſtatione ſeruitii. & hãc doctrinam refert, & comprobat Mod. Pariſi. qui aliqua ſimilia adducit in conſuetud. Pariſien. parte prima. §. decimo ſeptimo. numero decimoſexto. vbi poſt Andre. de Yſernia in dicta conſtitutio. Neapolitana quadragenalem. in fine. & in conſtitutio. ſi dubitatio. & in fine dicit, quod conſtitutio. Neapolitana remouens prędcriptionem cõtra fiſcum, itelligitur quando poſſeſſor innitur tantum prędcriptioni, & confitetnr defectum tituli, non autem quando innititur donationi, ſeu inueſtituræ, aut allii iuſto titulo, quẽ probat prędcriptione triginta annorum: nam tunc præſumitur contractum præceſſiſſe. quæ omnia ad pragmaticam, quæ loquitur de impoſitionibus, & alia plura ſunt valde neceſſaria. His proxima eſt quædam notabilis do-

11 ctrina Petri Rebuffi in praxi beneficiorum. numero trigeſimoquinto. vbi dicit, quod licet ad prędcriptionem vnionis, ſi quis allegauerit ſimpliciter vnionem per quadraginta annos, & probauerit poſſeſſionem diuturnam, non obtinere eum poſſe, quia requiritur tempus immemoriale per capitulũ primũ de prędcrip. in ſexto. ſi quis allegauerit vnionem eſſe factam, & ſe poſſediſſe per quadraginta annos, hoc caſu ſufficit probare titulum vnionis, etiam per publicam famam, vel per notorium. Et ideo ſufficit teſtes deponere eccleſiam eſſe poſſeſſam. refert Bartho. & Balbus in lege Cælſus. Digeſtis. de vſucapio. & dicit facere notata per Pariſien. in conſilio trigeſimoſexto. quod prætenſa. libro quarto. Prędterea dicit Grego. Lopez in lege ſeptima. titulo vigeſimonono. in gloſ. in verbo, *placa*. in verſiculo iſtam concluſionem limita, quod ſi allegatur titulus iuſtus, & tempus immemoriale ad vſucapinonem platearum, & aliarum rerum de quibus in dicta lege fit mentio. Et probetur vſus talis temporis, ſufficit ad vſucapionem titulum bonorum. refert Felin. in capitulo accedentes. numero nono. de prędſcrip. & Balbus in tracta.

12 præſcript. Sed his non obſtantibus, & aliis ſimilibus, contrarium in noſtro propoſito tenendum eſt. quia ſi dicta gl. in dicta l. ſeruitutes. in aliis negociis ſeruanda eſſet, deſtrueretur totum ius ciuile, canonicum, & regium, quod de vſu capionibus loquitur, & de probatione tituli, & de tempore requiſito in qualibet prędſcriptione. Si etenim ad hoc daretur locus, quilibet qui habet neceſſe probare titulum ad vſucapoinem, & tempus centum annorum, aut immemoriale ad obtinendum, & defendendum rem titulo præſcriptionis, eo non probato, nec tempore requiſito ad præſcribendam rem, ſuper qua litigatur, obtineret, quod non ſolum non verum eſt, ſed abſurdiſſimum, & contra omnes leges ciuiles, regias, & canonicas, & pro hac conſideratione facit quod fere in propriis terminis tradit Aymo in tracta. de antiquita. temporum. quarta parte, numero 151. Ad ea autem, quæ ſupra ſcripſimus facilis eſt reſponſio ex ſcriptis per Pariſi. in d. loco. nu. 19. & omnia ſuas particulares habent rationes.

13 TERTIO licet bona maioratus non poſſint vſucapi in proprietate, poſſeſſio tamen talium bonorum vſu capi poteſt. quod probatur ex pluribus, quæ ſcribo in tertia parte huius operis. quęſtio. ſexta. & quæſtio. decimaquinta. & per quoddam dictum Grego. Lopez in dicta lege ſeptima. verſiculo tertio limita. ubi inquit, quod licet plateę, vię publicę, & alia huiuſcemodi quęri non poſſint prędſcriptione per illam legem, & alia iura, hoc eſt in proprietate, in poſſeſſione vero forte ſunt prędſcriptibilia. ad quod plura notabilia refert, & hoc dictum aliud agendo retuli in di. q. 15. nu. 18.

14 QVARTO, bona maioratus prędſcribi poſſunt legitimo tempore, ſi per eum, qui bona vinculauit, fuerunt diſtracta. Quod probatur ex doctrina Imolę. in lege filius familias. §. diui. Digeſtis. de leg. primo. vbi hoc vult in bonis reſtitutioni ſubiectis. quam doctrinam ad bona maioratus ad hoc propoſitum aduocat Peralt. in lege tertia. §. qui fideicommiſſam. numero 118. Digeſtis. de hęred. inſtitu. quę temperanda eſt in maioratu reuocabili, non etiam in maioratu irreuocabili. lege id, quod noſtrum. ff. de regu. iur. & faciunt plura, quę ſcribo in prima. par. huius oper. quęſtio. vigeſimaſexta.

15 ET an fœminę prędiudicentur in ſucceſſione maioratuum, ſi maſculi per certa tempora illas excluſerunt a ſucceſſione, conſtat ex doctrina Bald. in conſilio ccxv. proponitur quod inueſtiturę. libro ſecundo. & Iaſon qui recte loquitur, in conſilio quinquageſimoſexto. in verſiculo quarto ad idẽ facit, quod nota. libro tertio. ex quibus conſtat, hoc minime obeſſe contra vocationes factas de eiſdem: quod ego veriſſimum reputo, niſi prędcedat prędſcriptio immemorialis cum qualitatibus requiſitis per l. 41. Tauri. de quo etiam legendum eſt, quod ſcripſi ſupra quęſt. 20. num. 40. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta ſuper bonis maioratus non valet, & idem eſt in iuramento.*

2 *Fallit, niſi res maioratus remancat apud poßeſſorum maioratus, quod tamen non procedit in præiudicium ſucceſſorum.*

3 *Infertur inefficaces eſſe tranſactiones, quas vaſalli faciunt cum dominis ſuper impoſitionib. & aliis rebus.*

4 *Tranſactio reciproca facta ſuper bonis maioratus, valet.*

5 *Tranſactio facta ſuper bonis maioratus pro bono pacis, & ad ſedandã litem, & principis facultate, valet.*

6 *Princeps pro bono pacis poteſt adiudicare vni primogenito totam iuriſdictionem.*

7 *Prębendas, & beneficia licet diuidere pro bono pacis.*

8 *Ad dirimendas lites maxime, quæ multo tempore durauerunt, licet facere tranſactionem ſuper bonis maioratus.*

9 *Plures ſi litigant ſuper maioratu præfertur, opinio volentium ſuper eo tranſigere, aliis negantib.*

10 *Princeps ſi confirmat tranſactionem, factam inter duas ciuitates & p bono pacis, poteſt iniurias remittere.*

11 *Tranſactio in dubio preſumitur facta vtiliter, maxime ſi multo tẽpore fuit ſeruata.*

12 *Princeps cõfirmando tranſactionem ſuper veb. maioratus factam, ſupplere videtur omnes ſolennitates.*

13 *Tranſactio ſuper bonis maioratus facta, valet inter ipſos conſanguineos vt vocatos, licet non præiudicet ſucceſſoribus.*

14 *Succeſſor i maioratu, anſoluere tenetur bæredib. anteceſſoris pecuniã, quam anteceſſor pro tranſactione dedit? & an tranſactio reciproca præiudicet ſucceſſorib. in maioratu.*

15 *Arbitramentum ſuper bonis maioratus an valeat, & in quibus caſibus.*

16 Tranſa-

16 *Transactio in ista materia qualiter rescindatur beneficio minoris ætatis.*

17 *Confessio transigentium super bonis maioratus, non est efficax nec præiudicat successoribus.*

18 *Transactio in dubio, valida præsumitur.*

19 *Hæres transigentis super rebus maioratus, an possit transactionem cõtradicere, & an veniens contra transactionem factam super bonis maioratus teneatur ante omnia restituere quod accepit.*

QVAESTIO. XXII.

Transactio an valeat super bonis maioratus.

VIgesimosecundo quæro, An transigi possit super bonis maioratus? quã quæstionem ante me alii tetigerunt, præcipuè Gregori. Lopez in lege decima. titu. vigesimosexto. in glo.
1 in verbo, *vendiendo*. in versiculo, sed an possit. parte quarta. Antoni. Gomez in lege quarantesima. Tauri. numero octuagesimosexto. qui concludunt, quòd regulariter nõ valeat transactio facta super bonis maioratus per aliqua iura, & auctoritates, quas referunt. quorum sententia fulcitur ex doctrina Baldi in lege quoties. la prima. numero secundo. Codice. de fideicommiss. vbi expresse tenet, quòd non valet transactio super bonis prohibitis alienari, & idem tenet Abb. in capit. auditis. numero vigesimoprimo. de prescriptio. quem sequitur Pau. Parisi. in consilio octuagesimoquinto. numero decimoquinto. libro tertio. qui tamen non refert Bald. in dicta lege quoties. sicut nec Pinellus in lege prima. Codice. de bonis matern. parte tertia. numero quinquagesimo versicu. octaua limitatio. vbi ex hoc in terminis tenet, quod valet transactio super bonis maioratus. Pro quibus facit, quia transactio est quædam donatio. lege si hęredes. vbi Bald. notat. numero secũdo. Codice. de fideicommi. liber. & in consilio ducentesimo vigesimoseptimo. honestus vir. libro primo. numero secundo cum igitur possessor bonorum maioratus donare non possit bona maioratus (quod notissimum est) transigere etiam non potest. & cum iuramentum sit quędam transactio, vt patet ex lege secunda. Digestis. de iureiuran. vbi Doctor. & in capitulo vltimo, de iureiuran. constat, quòd quæmadmodum in bonis maioratus non potest fieri transactio, ita nec iuramentum deferri potest; quia iurans non potest disponere de rebus maioratus, & ideo nec iurare potest, quod verisimum est. & colligitur ex mente Modern. Parisien. quamuis in alio proposito in consuetud. Parisien. parte prima. §. trigesimo. numero vigesimo. regulariter igitur vera est conclusio quod non valet transactio facta super bonis maioratus; regula tamen fallit in casibus sequentibus. Primò, secundum Gregori.
2 Lopez & Antoni. Gomez in locis supra citatis, nisi res maioratus, super qua transigetur, retineatur apud possessorem maioratus, & ipse det aliquid in recompensationem. motus ex doctrina. Bal. in capitu. vnico, numero quinto. de controuer. inuestitu. inter vasal. & alium. de benefic. vbi Bald. tenet, quod si vasallus de feudo faciat transactionem si transigit dimittendo feudum apud possessorem, potest transigere: si autem tradat feudum, trãsactio est inefficax, per tex. quem dicit vnicum in lege si pro fundo. Codice. de transactio. vt latius per Bald. traditur. Et ista limitatio (vt ego iudico) vera est, tam propter rationes adductas à prędictis scriptoribus, quæ valde vrgent, quam, quia ex tali transactione nulla fit alienatio bonorum maioratus, nec aliquod resultat præiudicium, immo potius vtilitas magna: cum liberentur a lite mota, vel mouenda contra bona maioratus, quæ merito est exercenda a possessore bonorum maioratus, vt statim dicetur. Et ad hoc faciat dictum Bal. in consilio 315. præmittendum. numero tertio. libro primo. vbi vult, quòd transactio tunc dicitur alienatio, quando continer dare non alias, per dictã legẽ si pro fundo. & idem constat ex resolutione Alberic. in Authenti. hoc ius porrectum. numero vndecimo. Codice. de sacrosanct. eccle. vbi tractat, an ecclesia transigere possit relinquendo rem apud possessorem. & traditur per Egidi. Bossi. in practi. crimin. titu. de Principe. numero trecentesimo trigesimoquinto. Tiraquel. libro primo. de retrac. §. primo glo. decimaquarta. numero sexagesimosecundo. Sed ista conclusio & limitatio, non ita in distincte intelligenda est, necin omnibus casibus. Nam licet valeat transactio ex parte illius, qui remansit cum proprietate bonorum maioratus, & in præiudicium ipsius transigen-

tis. non tamen valet in præiudicium filiorum illius, qui pecuniam accepit, & transactionem fecit, quo in maioratu succedente, & illis ius succedendi competebat: quia cum ea successio eis non comperat ex persona eius qui transactionem fecit, sed a genere & ab antecessore, qui maioratum constituit. lege cohæredi. §. cum filiæ. Digestis. de vulga. cum concordantibus, quæ in aliis locis refero, transactio eiusdem nullatenus præiudicare potest. l. tertia. Digestis. de interdict. & relega. lege prima. Codice. de transactio. lege pacto successorum. Codice. de pact. dicta lege tertia. in princi. Digestis. de transactio. vbi transactio facta cum hærede non nocet legatariis, & fideicommissariis. sed nec prodest, ut contrariorum eadem sit disciplina secundum Bartho. Socinum in consilio ducentesimo quinquagesimonono. numero quarto. libro secundo. & res inter alios acta, aliis præiudicare non debet. & quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, vt est regula iuris deducta a lege per fundum. Digestis. de seruitu. rusticorum prædiorum. cum qua concordat lex decima. titulo trigesimoprimo. parte tertia. facit lex in concedendo. Digestis. de aqua pluu. arcenda. & pro hac opinione est bonus tex. in capitu. primo. de alien. feudi. cum his, quæ adducit Curtius in tracta. de feud. quarta parte. quęsti o. septima. & nona. Ludoui. Gozadi. in consilio septuagesimoquinto. Alexand. in consilio decimoquinto. numero octauo. libro se-
3 ptimo. Et ex his inferri potest, inefficaces esse transactiones, quas faciunt domini cum vasallis super impositionibus, & aliis iuribus, quæ domini a uasallis sibi debita esse contendunt: maxime, respectu successorum in statibus, aut aliis maioratibus particularibus, nisi talia pacta sint pro bono pacis, & auctoritate principis sint confirmata (ut statim fundabitur) aut nisi pactum vel transactio reciproca, & in vtilitatem bonorum maioratus. quæ vtilitas presumitur in his pactis factis inter dominos & vasallos ex par parte dominorum, quia per potentiam, & iurisdictionem quam super vasallos habent, extorquent ab illis quid quid volunt (prout experientia docet) Et hæc conclusio & limitatio probatur ex text. in lege fidei commisso. Codice. de transactio. & in lege si pater puellæ. Codice. de inofficio. testamen. lege cum hic status. §. si ambo. versicu. proinde. Digestis. de donatio. inter virum, & vxorem. & plura ad propositum tradunt Iaſ. & alii in dicta lege de fideicommisso. & in lege si pater puellæ. idem Iaſ. in lege prima. numero quarto. Digestis. de condictio. ex lege. & in lege mandata. numero septimo. Digestis. de offic. eius, cui mandata est juris. Hippolit. singu. trecentesimo trigesimotertio. late Ioan. Lopez in rubri. de donatio. inter virum. & vxorem. colu ducentesima trigesimaprima. Deci. in consilio centesimo decimoquinto. & ducentesimo trigesimoquinto. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo, donatione largitus. numero centesimo decimo. Codice. de reuocan. donatio ex quorum dictis colligi potest, quam vera sit ista limitatio. Et induco tex. in ratione sui, in lege prę ses. Codice. de transact. ubi late Doctor. lege Imperatores. Digestis. eodem titulo, & conducunt aliqua, quæ scribo in limitationibus ad primam quęstionem huius. quartę.
4 partis. Ex quibus infertur, idem dicendum esse in aliis transactionibus factis in aliis rebus particularibus maioratuũ, quę sunt reciproca, & in notabilem vtilitatem successorum, & propter eandem rationem idem dici potest in aliis pactis citra transactionem. de quo vide quæ scribo infra, numero decimoquarto. Secundo, transactio facta su-
5 per bonis maioratus valet etiam dando aliqua bona maioratus ex Principis facultate, & fauore publicæ vtilitatis, & propter bonum pacis, vt nouiter fundat Arias Pinellus in dicta lege prima Codice. de bon. mater. per tex. in dicto capitu. primo. de transact. & iura quæ refert, & idem uult Ferdin. Mencha. libro tertio. controu. capit. sesagesimoprinumero septimo. & octauo. vbi hoc extendit in meliorationibus factis sine principis licentia. quod ex pluribus cõfirmat Parisien. consilio decimo. numero vigesimoquinto. & adduco legẽ nonã. titu. vigesimi. parte tertia. Pro quibus facit, quia Principis confimatio arguit concessionem realem, secundum glo. & communem per tex. ibi in capitulo veniens de transactio. Bald. in consilio trecentesimo quinquagesimoseptimo. super eodem libro primo. & Anchar. in consilio trecentesimo vigesimoseptimo. discurrit materia. numero quarto. & Deci. in consilio ducentesimo sesagesimosecundo. numero octauo. sed illud consilium Baldi, quod Decius. refert non inuenio. & vitiose etiam refert Ancha. & induco bonum text. in capitu. dilecti. vbi Abb. de fo. competente, & quæ tradit Iaſ. in consilio decimonono. libro tertio. vbi vult, quòd transactio facta su-

per

Source : BIU Cujas

per decimis cum confirmatione prejudicat ſucceſſoribus. Et pro Pinello etiam adduco doctrinam Iaſon. in conſilio ducenteſimo trigeſimoſexto. libro ſecundo. vbi variis rationibus probare conatur, poſſe imperatorem vni primogenito adiudicare totius fundi iuriſdictionalis præeminentiam pro bono pacis, & quiete fratrum & ſubditorũ, & auferre primogenito. de qua doctrina latius tracto in prima parte. huius operis. quæſtio. vigeſimaſexta. numero nono. Ad hoc etiam expectat doctrina Innocen. per illum tex. in capitu. Inter. R. ibi, inuitum coegit. de electio. vbi tenet, quòd Princeps habet poteſtatem cogendi partes ad concordiam. vbi Abbas & alii. Pau. & Modernio. in lege quidam exiſtimauerunt. Digeſtis. ſi certum petatur. Deci. in conſilio quaranteſimoſecundo. numero quinto. Alexand. in conſilio ſexageſimoſecundo. numero primo libro ſeptimo. quod maxime procedit, quando partes diu litigauerunt, & res intricata ſit capit. placuit. nonageſima. diſtinction. per quem text. hoc Abb. tenet in rubrica. de treugua, & pace. & in capitulo vltimo. in quarto. notab. de maioritate, & obedientia. & aliis locis, vt per Felin. in dicta rubri. de treu. & pace. Et quod feuda, & iuriſdictiones, & alia quæ regulariter ſunt indiuiſibilia diuidi poſſint pro bono pacis, & ad euitandum ſcandalum, & rixam ſedandam, tenuit ante Iaſ. Alexand. quem mirandum eſt Iaſon. non retuliſſe in conſilio ſeptimo. numero vndeci. cum aliis libro quinto. qui hoc notanter tradit. & latius Bartho. Socin. qui omnibus melius fundat in conſilio ſexageſimoſeptimo. numero trigeſimoſexto. cum aliis libr. primo. & in conſilio centeſimo ſeſageſimoquinto. numero vigeſimoſecundo. libro ſecundo. & in conſilio quinquageſimooctauo. numero octauo. libro ſecundo. & in conſilio centeſimo quarto. numero tertio. libro quarto. quibus iunge bonum tex. in capit. hoc quippe. tertia. quæſtio. ſexta. & in capitulo ſecundo. de deſponſ. impuberum. ibi, pro bono pacis talis coniuncto toleretur. vbi glo. ponit verſum.

Pax vt ſeruetur moderamen iuris habetur.

& pro bono pacis, & concordiæ rex poteſt donare bona regni, vt fundat Oldra. in conſilio nonageſimoquinto numero ſeptimo. vbi loquitur in quadam donatione facta per regem Aragoniæ Reginæ de parte regni, propter habendam pacem cum Rege Caſtellæ. quod conſilium multum facit in noſtro propoſito. & ad rem pertinent quæ ſcribit Rebuf. in l. vnica. Codice. de ſententiis, quæ pro eo quod intereſt. in præfatio. numero quaranteſimotertio. Aymo Crauetta in cõſilio ducenteſimo ſeſageſimoquarto. numero decimo. & doctrina Pinelli etiam corroboratur. Quia licet non ſit licitum diuidere beneficia & præbendas, iuxta tex. in c. maioribus. & in capitu. tuæ. de præb.
7 dis. hoc fallit, niſi pro bono pacis, ſecundum communem. in capi. niſi eſſent. de prębend. & Ioan. de Anan. in capitu. audiuimus. de collu. detegen. & Deci. in conſilio centeſimo quaranteſimoquarto. numero tertio. & addo etiam doctrinam Luc. de Pen. in lege prædia. Codice. de locatio. prędio. ciuili. libro duodecimo. vbi dicit, quòd obligatio inualida, per reſcriptum principis confirmatur. per legẽ ſecundã. Digeſtis. de rebus eorum. & ſane ſi lis multo tempo
8 re durauit ſicut ſæpius contingit in litibus maioratuum propter dubia obſcuriſſima, & penè inexplicabilia, quæ iſtę lites habent, qua ratione iudices in diuerſas ſententias erunt (prout plerunque accidit) Ego ſine dubio approbo tales tranſactiones cum principis facultate, quia litium dubitatio (maxime ſi tempus multum tales lites durauerint) eſt cauſa ſufficiens ad hoc, vt princeps cõfirmet tranſactionem. quia in hiſce litibus ſolent integri ſtatus expendi, vt quotidie videtur & cum principi licitum ſit exiſtente iuſta cauſa concedere licentias ad alienandum bona maioratus, vt late oſtenſum fuit in prima quæſtione huius. quarte. partis. in limitatiouibus nimirum, ſi licitum ſit tranſactionem confirmare, ex qua partes a litibus arcentur. quæ tot ſolent in republica mala excitare, & odia, & diſſenſiones (experientia enim cognitum eſt, quanta mala, & incommoda ex litibus oriantur.) Cum igitur princeps ex iuſtis cauſis poſſit dare facultates ad alienandum bona maioratus, vrgentiori ratione ei licitum eſſe debet tranſactionem confirmare, & irreuocabilem facere. regu. cui licet. de regu. in ſexto cum ſimilibus. & expedit rei publicæ quòd quocunque modo. finis litibus imponatur. capitu. finem litibus de dolo & contumacia. lege properandum. in princip. Codice. de iudic. cum vulgari. faciunt tradita per Ludouic. Gom. in regu. de anna. poſſe. quæſti. prima. & pro iſta etiam ſententia facit tex. in lege minori bus. Digeſtis. de minoribus. ibi, ſed etiam cum interſit ipſorum litibus non vexari, & ſumptibus. vbi glo. dicit, quòd minor non reſtituitur contra tranſactionem quando etiã verum debitum ſine moleſtia conſequi non poteſt. Et eſt bonus tex. in lege qui cum vno. paragrapho. nec tamen Digeſtis. de re milit. lege decimanona. titu. vndecimo. par. tertia. ibi, *quitar deucmos alos omes quanto pudieremos de contienda*. & inquit Anchara. in conſilio centeſimo trigeſimoſexto. numero ſecundo. vauliſſe tranſactionem factam inter moniales & quoſdam frarres: quia ius monialium erat dubium & incertum, & iuſta fuit cauſa tranſigendi. notat Deci. in conſilio quadringenteſimo ſeptuageſimotertio. numero tertio. facit. lege cum lege. Digeſtis. de arbitr. lege quia poterat. Digeſtis. ad Trebel. lege item ſi res. §. primo. ibi, hæc etenim verecundia & cogitatio eius, qui lites execratur, non eſt vituperanda. Digeſtis. de alienatio. iudi. mutan. cau. fa. lege quinta. quæ eſt vltima. in legi. de Madrid. Tradunt Alberi. in lege etiam. in principio. Digeſtis. vt lega. nomi. caueat. & conducunt plura, quæ de execratione litium ſcribit Tiraquel. libro primo. de retractu. §. octauo. glo. ſeptima. numero vigeſimoprimo. & in dicta lege ſi vnquam. in vetbo, donatione largitus. numero ducenteſimo quinto. Et notat ibi Gomez in regu. de annal. poſſe. quæſtio prima. Et coadiuuatur. quia res minus æſtimatur, vbi eſt litigioſa, & minus habet precii, vt per Barto. in lege ſocietatem. §. arbitrorum. numero vigeſimooctauo. Digeſtis. pro ſocio. & lege ſi quis cum aliter. numero quinto. Digeſtis. de verborum obligationibus, & Doctor. in capitulo cum cauſam. de empti. & vend. cum concordant. vt per Felin. in capitu. cum cauſam. in ſecundo. numero primo. de teſtibus. Pinel. in lege ſecunda. parte tertia. capitu. quarto. & vltimo. numero decimonono. Codice. de reſcin. venditio. & licet in his, quæ pertinent pluribus vt ſingulis, nõ valeat quod a maiori parte factum eſt, dicta lege per fundum. & lege in concedendo. cum ſimilibus. fallit fauore dirimendarum litium. capit. prudentium.
9 in princip. de officio. delegat. nota Felin. in capitu. cum omnes, & ibi Deci. lectu. prima. limita. quinta. & Andre. ab Exea, numero centeſimo quaranteſimoſexto. de conſtitutio. ex quo obiter deduco, quòd ſi ſunt aliqui litigantes ſuper aliqua re maioratus, & quidam eorum volunt facere tranſactionem, & alii id negant, ſtabitur ſententiæ illorum, qui volunt facere tranſactionem, niſi ex iuſtiſſima cauſa alii cõtradicant. pro qua illatione adduco, quod notat Felin. in capitu. cum inter. in fine de re iudica. & ut ſuper hac limitatione nullum vſquam dubium oriatur, vlterius eam confirmare ſtatui ex textu notabili in lege quaranteſimatertia. titulo decimooctauo. parte tertia. vbi ſi princeps confirmauerit tranſactionem factam inter
10 duas, vel plures ciuitates, valeat perpetuo. Item Princeps pro bono pacis. poteſt remittere iniurias, & damna data, vt per Matthe. ab Afflict. in deciſio. trecenteſima ſeſageſimaprima monaſterium. numero quarto. Notatur per Iaſon. in lege Gallus. §. & quid ſi tantum. numero ſexageſimoquinto. Digeſti. de liberis & poſthumis & in terminis, quod riatione ortæ diſcordiæ, & ſcandali eminentis euitandi, liceat diuidere feudum, & comitatum, quod alias eſt de ſua natura indiuiſibile, ſuſtentat Bartho. Socin. in dicto conſilio centeſimo ſexageſimoprimo. numero vigeſimoſecundo. libro ſecundo. vbi hoc probat ex lege ſi quis filio exhæredato. circa medium. Digeſtis. de iniuſ. rup. & capitu. ſi quando. de reſcript. & alia iura. & idem tenet Deci. in conſilio quadringenteſimo quaranteſimoquinto. numero tertio. vbi, ex hoc, & aliis concludit, quod varonia quæ eſt indiuiſibilis, poteſt diuidi ad ſedandam litem, quæ multo tempore durauit: maxime, quando lis eſt inter coniunctos, & dubia per legẽ congruentius. Codice. de patria poteſtate. & alia quæ refert. & ad iſta etiam facit Angeli doctr. in lege venditor. §. ſi conſtat. Digeſtis. communia. prędquam ornat. Deci. in conſilio quingenteſimo vigeſimo. numero quinto. & valet pactum prælati cum capitulo, quod tendit ad lites euitandas, ſecundum Domi. in conſilio centeſimo vigeſimonono. circa iſtud dubium. colum. ſecunda. in verſiculo præterea vbi pactum. Notat, & ex pluribus confirmat Deci. in conſilio quingenteſimo ſexageſimoquarto. numero decimoſeptimo. qui plura refert. & tutorem poſſe remittere offenſam pupilli, propter habendam pacem, voluerunt Innocen. in capitu. grandi. de ſupplen. negligen. prelatorum. libro ſexto Bald. in dicta rubrica. de treug. & pace. & alii relati a Pariſienſ. in conſuetud. Pariſien. parte prima. §. trigeſimo. numero centeſimo decimoſexto. Quæ omnia confirmantur per legẽ vigeſimamſecundam. titulo primo. par ſeptima.
11 ibi, *E por tollerſe de enxeco de ſeguir el pleyto*. Et tranſactio in

dubio

dubio præsumitur facta vtiliter, & in commodum transigẽtis, secundum notabilem doctrinam Anton. in d. capi. cum causam numero secundo. de emptio. & vendi. & Alexan. in consilio ducentesimo vigesimo secundo. libro secundo. nu. 2. quod consilium in libris antiquis duplicabatur. 66. libro 6. numero decimonono. quod magis procedit, vbi per aliquot annos fuit obseruata. tex. coniuncta glo. in capit. contingit de transactio. notat Deci. in consilio 474. numero 9. & in consilio 564. numero decimoquinto. valet igitur transactio super bonis maioratus facta ad effugiendas lites, & dubios litium euentus, in quibus esset multo prejudicialius sperare quandam sententiam contriam, & pro bono pacis, & cum facultate principis. nec est credendum de testatore, qui maioratum fecit, quod si respiceret rem in statu, quem supra scripsimus, abnegaret transactionem, immo illam maxime desideraret. Et est animaduertendum, quòd si prin
12 ceps confirmet transactionem in prædicto casu factã, quæ aliquibus necessariis solẽnitatibus caruerit, postquam princeps confirmauerit talem transactionem, videtur supplere omnes solennitates, secundum Abb. in consi. 41. nume. 31. lib. primo. Qui loquitur in quadam transactione facta de bonis ecclesiæ. quod per Pontificis summi dispensationem omnes supplentur solennitates. & idem tenet Alex. in consil. 79. numero 20. lib. j. Barth. Soc. in consi. 16. lib. primo. nu. 51. in versic. insuper etiam. Deci. in consi. 431. nume. 12. penes fin. in versi. & quando concessio fuit facta. facit simile, quod vbi constat Principem velle testamentum, & si sit minus solenne, valere, valet absque solennitatibus: quia ab ei⁹ potestate dependet testamentorum solennitas, secundum Aret. in l. 3. ff. de testamen. & est communis opinio secundũ Boerium in decisio. ducentesima vigesimaoctaua. numero 6. & traditur per Tello in l. 3. Taur. par. j. nume. 23. & vbi cõstãt de volũtate principis, satis est de p̃scriptione, priuilegiis, & similibus generaliter loqui, & illud sufficit ad validandã transactionem, & tollendum subretionem. cap. j. de transactio. ca. illa quotidiana. de electione. cum similibus, vt per Guido. Papę. in consi. 65. numero 16. item animaduerto, q̃ princeps inferens tenorem transactionis, videtur eam confirmare ex certa scientia secundum Archidia. in cap. præsẽtium. 7. quæstio. j. Doctor. communiter in cap. pen. de confirmatio. vti. vel inuti. Alex. in consi. 113. nume. 17. lib. 6. & ista Pinelli limitatio fortius procederet, vbicunque Princeps, in vim sententię diffinitiuæ confirmaret transactionem, & litem annullaret, quod vtrunque sepè reperitur in istis trãsactionibus, & regiis confirmationibus, & sententia regis facit ius quo ad omnes. l. vlti. C. de leg. notat Mattheus ab Aflict. lib. 3. constit. Neap. rubr. 24. nume. 19. & addo etiam Alexan. in consi. 92. nu. 34. lib. 6. vbi tradit, q̃ Papa confimando tenorem transactionis, videtur habere scientiam defectuum, & illos supplere. quæ doctrina ad multa est notabilis. & ista fortius locum habent, vbicunque princeps approbando transactionem, vtitur clausula saluberrima (Supplẽtes omnes defectus,) quia ex hac clausula suppletur defect⁹ etiam solennitatis substantialis secundum Anto. in d. cap. j. de transac. Roma. in singu. 419. & ad hoc alios refert Parisi. in addi. ad Alexan. in d. consi. 79. in additio. quæ incipit, supplentes. num. 7. lib. i. vbi Alexan. post Anto. in d. ca. i. dicit, q̃ licet dicta clausula tollat omnes defectus iuris positiui, nõ tollit defectum naturalem, vel defectum impotentiæ Papæ aut aliorum vtentium clausula prędicta. Gomez. in regu. de non toll. iur. quæsi. quęstio. 18. Quibus adde Albe. in l. digna. vxo. C. de legi. nu. 7. vbi aliqua scribit de viribus dictæ clausulæ. & de virtute prędictæ clausulæ scribit Alex. in consil. 111. num. 3. lib. 6. Deci. in c. 2. nume. 7. de confirm. vti. vel inuti. Barth. Socin. in consi. ducentesimo sexagesimosexto. nu. 52. lib. 2. vbi ad hoc etiam refert Specu. in titu. de lega. versi. 16. & ibi Ioan. Andre. Alexan. in consi. 162. num. 30. cum aliis. lib. 6. & istis duobus casibus, & fallentiis, transactio præiudicat tam transigentibus, quàm omnibus posteris & successoribus, qui ius ad bona maioratus prætendere poterãt.
13 Tertio valet transactio super bonis maioratus facta inter ipsos consanguineos, & vocatos ad successionem maioratus, quia in isto casu cessant omnes rationes, quæ transactionem in bonis maioratus impediũt. quod probari potest ex doctrina Bartho. in consi. 47. lib. 3. & ex aliis, quę scripsi in quæst. pręcedenti. nu. 2. Quãuis (vt supra affirmaui) ista transactio, nequaquam faciet prejudicium filiis nepotibus, & successoribus transigentium. quid enim interest vbi agitur de prejudicio successorum an quis renunciauerit simpliciter bonis primogenitur̃, quia ex tali renunciatione non p̃iudicantur successores? vel an facta transactione renũciationem fecerit? quia vtroque casu ius successorum remanet illæsum. & stante pro vera prima limitatione, cuius auctores fuerunt Anto. Gomez & Gregori. Lopez. dubitatur, an
4 teneatur successor in maioratu, ad quem commodum trãsactionis deuolutũ fuit: quia antecessor remansit cũ remaioratus super qua litigabatur propter pecuniam, quam ipse dedit ad redimendam litem, & vexationem soluere hæredibus antecessoris pecuniam per ipsum datam quæ fuit causa redemptionis bonorum maioratus? Inquo mihi videtur regulariter iniustum esse copellere successorem in maioratu ad solutionem talis pxcuniæ. existimo tamen in hoc casu habendam esse rationem vtilitatis, quæ peruenit ad illum, qui transactionem fecit est ex rali transactione, & tẽporis, quo habuit bona post transactionem factam, vsque ad tempus mortis, argumen. tex. in lege secunda. Codice. de nego. gest. ibi, contra impuberes quoque, si negocia eorum vrgentibus necessitatibus rationes vtiliter gerantur, in quãtum locupletiores facti sunt, dandam actionem ex utilitate eorum receptum est. & cum successor in maioratu ferat commodum, & damnum sentire debet. lege secundum naturam. Digestis. de regu. iuris cum similibus. & faciunt aliqua, quæ scribo. in quæstio. vigesimasexta. infra hac parte. & est bonum consilium, vbicunque possessor maioratus facit talem transactionem, & soluit pecuniam quòd protestet se illam soluere cum animo, vt eam eius hæredes petere possint a successore maioratus. argumen. legis alimenta. & legis si paterno. Codice. de neg. gest. cum similibus. Quarto dici potest, quod valet (prout supra numero quarto. dictum fuit) transatio facta super bonis maioratus, vbi esset reciproca, vt vtrique parti coæqualis. Ad quod etiam videtur casus expressus in l. de fideicommisso. Codice. de transact. vbi fideicommissum reciprocum potest per pactum remitti, nec ex hoc minor lædatur. ad idem est l. si pater puellæ. Codice. de inofficio. testamen. ubi Ias. plura ad propositum scribit. lege si ea pactione. Codice. de vsuris. ad quod conducunt, quæ tradunt Alexand. Ias. & Deci. in dicta. lege de fideicommisso. idem Ias. in lege prima. numero quarto. Digestis. de cond. ex lege. in & lege mandata. nume septimo. Digestis. de offi. eius, cui manda. est iuris. & in l. quominus. numero tricentesimo trigesimooctauo. Digestis. de fluminibus. Purpura. in l. prima. numero decimooctauo. Codi. de pact. Suarez. in l. quoniam in priorib. ampliatio. 6. numero 4. C. de inoffi. test. Hippo. in singu. 335. & in rubr. de probat. nu. 409. Deci. consi. 23. & 115. Io. Lop. in rub. de donatio. inter virum, & vxo. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo. donatione largitus. nu. 110. C. de reuocan. donatio. Socin. iunior late in consi. 116. num. 58. & 68. lib. i. & consi. 50. num. 7. libro secundo. Sed licet prędicta in propriis casibus vera sint, quãtum ad nostram rem pertinet, concludendum est, eam trãsactionem non præiudicare successoribus in maioratu: quia nihil antecessores in eorundem prejudicium statuere possint. Ned obest text. in dicta lege de fideicommisso. quia ibi agebatur tantum de præiudicio transigentium: & ideo iure alter alteri fideicommissum remittere potest, & fauori suo renunciare. lege si quis in conscribendo. Codice. de pact. cum concordan. secus est, vbi non tantum agitur de prejudicio transigentium, sed etiam aliorum, prout est in nostro casu. quia tractatur de prejudicio debentium in æternum in maioratu succedere. tunc si quidem transactio reciproca non prejudicat nisi transigentibus. lege prima. Codice. de transactio. cum concordan. facit generalis regula lege non debet. Digestis. de regu. iur. qualiter autem cognoscatur an transactio sit realis, & successores liget? vel sit personalis? eleganter, melius quam alius in iure explicat Bald. loquendo in quadam donatione regia consilio centesimo quinquagesimonono. super eo, quod quęritur. lib. 4. num. 4. q̃ consilium refero in j. q. supra hac prte. num. trigesimonono.
15 HAEC autem omnia, quæ in transactio. bonorum maioratus dicta sunt, non immerito etiam seruanda erunt in arbitramento, quod etiam regulariter non ualet in bonis prohibitis alienari, ex sententia Abbatis in dicto capitulo auditis. Nam arbitramentum dicitur quędam transactio, seu conuentio partium per quam a lite discedit̃r, secundum glos. in Authent. vt differẽ. iudices. paragrapho. si vero contigerit. Codice. de iudic. & alios, quos refert Iason paragrapho. primo. omnium. numero decimoseptimo. de actionibus, & in lege transactionis. numero secundo. Codice. de transact. & in lege iusiurandum, quod ex conuentione. paragrapho pupillus. numero quarto. Digestis. de iureiuran. Deci. in capitulo. si quando. numero 6. de officio. delegat. & idem vult Iaso. in lege quod Ephesi. numero sexto. ff. de eo, quod certo loco. Alexand. in consilio 65. nume. 6. lib. 7. Quorum opinio expresse probatur in l. vlti. in legib. de Madrid in volu. pragmat. procedit tamen ista con-

Source : BIU Cujas

clusio, nisi arbiter cognitionaliter procedat, secundum Bal. in l. secunda, C. de sacrosanctis. ecclesijs. & Peralt. in l. prima numero 43. ff. de legat. secundo vbi de hoc agit. & quod super bonis prohibitis alienari, non liceat facere arbitramē tum, tenent Ioan. Andr. & Abba. in capitulo cum tempore de arbitris per illum textum. vbi Hostien. in verbo, licentia Anchar. Imol. & Anton. & alii, quos refert Decius in consi. quadragesimo quarto, numero secundo & consilio 300. & consilio 282. viso puncto. numero tertio, & in l. secunda numero 38. ff. de iuris. omnium iudicum. & Parisiens. in consi. 333. numero xi. libro quarto, & idem Decius, in dicto consi. 44. numero secundo Ripa respon. 175. numero xii. & faciunt notata per eundem Deci. in consil. trigesimo nono. & probatur in capitu. peruenit. iuncta gloss. vbi Abba. de arbitris & alios plures refert Tiraquel. in libro de legib. connubialibus in gloss. quinta in verbo. contracter. quæstio. decima numero 202. & conducit. l. tertia in principio ff. de arbitris. l. si pupillus. ff. de arbitris. & quæ tradit Specula. titulo de arbitris §. restat. versicu. quid de minore. & l. 24. in versicu. *O que fuesse sebre las cosas.* & l. vigesima quinta. titulo quarto, parte tertia, notat Pinel. in l. prima parte tertia nume. 44. in versic. idem posset. C de bon. maternis, & probatur etiam in l. si dictum. §. si compromisero. ff. de arbitris. & in l. 36 in versiculo El secundo, titulo quinto parte quinta & in bonis feudalibus hoc resoluit Afflict. in constit. Neapo libro tertio, rubrica 5. numero 52. Erit tamen licitum arbitramentum pro bono pacis, & cum facultate principis, prout in transactione dictū fuit, & quando quod arbitratum fuit peruenit in euidētem vtilitatem bonorum maioratus quod fundatur ex superioribus, & scriptis per Gregor. Lopez. in dicto l. 24. in glos. in verbo. *vn personere.* In casibus autem quod valet transactio facta super bonis maioratus, rescindi tamen potest beneficio minoris ætatis, aut læsionis enormissimæ, vt patet ex titu. C. si aduers. transactio. Sed qualiter rescindatur tranlactio prætextu læsionis enormissimæ, locupletissime, & elegāter agit Arias Pinel. in l. secunda C. de rescinden. vendi. parte prima. numero 12. cum sequentibus. cui adde. l. 34. tit. 14. parte quinta quæ est notabilis. & resoluit plura, quæ de iure communi erant dubia, & de quibus agit Pinel. in dicto loco. & vide Gregor. Lopez in dicta. l. 34 & decisio. Neapolita. 220. numero secundo, & tertio. Zasi. & communem in l. si quis cum aliter numero vigesimo, ff. de verborum obligation. latissime Menchaca. libro tertio controuersiarum. capitu. 61. numero nono qui nec etiam refert, in d. l. parti. vbi tradūt. qualiter æstimetur dubius euentus litis, & vide etiam Emilium
17 Ferretum in dicta. l. si quis cum aliter. Et est etiam animad uertendum quod ad hoc, vt transactio facta super bonis maioratus valeat, non sufficit quod partes transigentes confiteantur esse vtilem eisdem & successoribus, quia cum alienare prohibeantur, eriam vetantur tales facere cōfessiones, quæ quamuis ipsis præiudicent, successoribus, tamen nō nocere possunt. argumen. l. qui testamentum. ff. de probatio. l. si forte. vbi Bartol. ff. de castrensi peculio. Notant gloss. & Doctor. in l. si donatione C. de collation. Et de confessione prælati quod non præiudicet ecclesiæ, notat Bald. in l. iubemus. in princip. circa finem. Codice de sacrosanctis ecclesijs. cum aliis. vt per Alexand. in consilio 15. libro secundo, & Deci. in consilio 42. numero sexto. vbi ex hoc in terminis dicit, quod si ecclesia facit relationem summo Pontifici qualiter cedit in ecclesiæ vtilitatem transactionem, quam petit confirmare, non nocet talis confessio ipsi ecclesiæ. Et addo Tiraquel. de legibus connubialibus glossa. quinta, in verbo, contracter. numero 116. Et præterea est sciendum. Quod
18 in dubio est pronuntiandum pro validitate transactionis, vt per Alexand. in consilio 157. libro septimo Deci. consil. 168. Aymo. Cravet. in consilio 151. numero trigesimo tertio vbi plura bona tradit in materia transactionis. Et semper præsumitur pro actu, qui cum debita forma reperitur. capitu. in p̄ sentia. vbi Abba. Deci. & alii, de probatio. & an hæres illius, qui transactionem fecit super bonis maioratus possit venire contra transactionem, tradit Parisius consilio decimo sexto numero 41. cum aliis. libro primo & quod agens contra transactionem teneatur ante omnia restituere quod virtute transactionis accipit, probatur in l. si diuersa. C. de transact. quod resoluit Afflict. decisi. 320. numero tertio quod in hac materia maioratuum euenisse scio.

SVMMARIVM.

1 *Probatur quod bona maioratus per nullum delictum amitti possunt.*

2 *Bona alienari prohibita, non amittuntur per delictum.*
3 *In bonis maioratus possessores non habent nisi fructuum commoditatem.*
4 *Fiscus non capit ea, quæ non possunt ad hæredes extraneos transire.*
5 *Feudum conuentionale quod ad filios, & generationes defertur, non amittitur per delictum, & quando non est hæreditarium.*
6 *Agnati an priuentur feudo propter delictum in personam domini per feudatarium commissum.*
7 *Feudum non amittitur per delictum, quando dicitur concedo feudum Titio, & suis hæredibus, de vno in alterum.*
8 *Feudum generi concessum, non amittitur per delictum.*
9 *Alienatio prohibita fauore aliorum, excludit quod bona alienari prohibita non amittātur per delictum.*
10 *Alienatio prohibita fauore tertii, facit quod bona non amittantur per delictum.*
11 *Donans bona ea lege, vt si possidens sit bannitus, & bona publicētur, vadant ad alium, non amittuntur tunc bona per delictum.*
12 *Si testator præcipiat quod certæ domus stent perpetuo pro hæredibus, & eorum filiis, non amittuntur propter delictum.*
13 *Hæreditas quæ ex pacto facto in contractu matrimonii ad primogenitū defertur, non confiscatur.*
14 *Noua concessio facta per imperatorem tanquam ex iure deuoluto, non valet.*
15 *Feudum si sit concessum Titio', & liberis eius veniunt liberi ex persona propria, & delictum patris non nocet filiis.*
16 *Ius patronatus non amittitur propter delictum patris.*
17 *Ius substitutionis pupillaris, non venit in confiscationem.*
18 *Publicatis bonis filii, non publicatur peculium profectitium, & e contrario publicatis bonis patris, non publicatur peculium profectitium.*
19 *Filius exhæredatus an admittatur, ad retractum consanguinealem.*
20 *Testator si præcipiat quod ipso momento quod successor in maioratu delictum committeret bona ad successorem deuenirent non confiscantur, & ibi vide alia ad propositum singularia.*
21 *Resolutio quæstionis.*
22 *Intellectus ad. l. 34. ti. vl. par. 7.*
23 *Bona maioratus amittuntur propter delictum quando id in facultate regia dictum sit, vel conditor maioratus id præcipit.*
24 *Princeps propter delictum an possit confiscare bona alibi sita.*
25 *Gratia facta per principem condemnato, an extendatur ad bona alibi sita?*
26 *In confiscatione bonorum mobilium, & immobilium, an veniāt iura, & actiones.*
27 *Princeps an possit restituere condemnatum in præiudicium successoris in maioratu.*
28 *Restitutio facta per principem filio post mortem aui, nō nocet nepoti, cui erat ius quæsitum.*
29 *Bona feudalia vel in censum data confiscata propter delictum, si alicui sint acquisita per restitutionem principis, non sunt ei auferenda.*
30 *Testator si caueat, quod delinquens ipso iure amittat bona non est licita restitutio.*
31 *Multum interest, an vasallus sit feudo priuatus ipso iure aut per sententiam.*
32 *Pœna quando imponitur ipso iure, res iudicata dicitur.*
33 *Si vasallus committat delictum aduersus dominum per quod ipso iure pœna imponitur, non potest moram purgare.*
34 *Gratia per principem facta condemnato, an successor in cuius præiudicium facta fuit restitutio teneatur fructus restituere.*
35 *Restitutio extenditur ad fructus, & ad omnia quæ ab sunt condemnato.*
36 *Restitutio principis extenditur ad iura tertio quæsita ex causa quæ per in integrum restitutionem resoluitur, & ibi vide alia plura.*
37 *Restitutio quando non extendatur ad fructus, & fructus pace rupta restitui non debent, & bannitus restitutus ad defensionem post annum audiatur quo ad fructus.*
38 *Remissiones delictorum, non extendantur ad pœnas parti applicatas.*
39 *Restitutio non extenditur ad præiudicium tertii.*
40 *Resolutio quæstionis de qua in nu. 34.*
41 *Remissiue traduntur aliqua circa restitutiones, quas faciunt princeps cō demnato, qui habebat maioratum.*
42 *Bona confiscata acquiruntur fisco absque aliqua agnitione.*
43 *Confiscatio non extenditur ad bona conditionalia, neque de futuro acquirenda.*
44 *Lex. 40. Taurina, an procedat si propter delictum sit quis ciuiliter mortuus.*
45 *Condemnatus an possit repudiare maioratum, vel meliorationem in præiudicium fisci.*
46 *Prelatus an possit repudiare sine solennitate res, quę ecclesiæ deferuntur.*
47 *Mulier nupta an possit repudiare sine licentia mariti donationem ei factam.*

Source : BIU Cujas

48 *Renunciatio iuris quæsiti, est mera donatio.*
49 *Renunciatio iuris quæsiti reuocatur ex.l.si vnquam, C. de reuocan. donatio.*
50 *Populi, & ciuitates, non possunt facere remissiones condemnationum.*
51 *Renuntiatio facta in fraudem, æque reuocatur, ac donatio.*
52 *Delinquens condemnatus ad soluendum aliquid cuipiam tertio in satisfactionem, an possit hæreditatem repudiare.*
53 *Resolutio quæstionis de qua in nu. 45.*
54 *Lex 45. Taurina, an procedat vbi agitur de fauore successoris in maioratu.*
55 *Si ex statuto mulier obligari non potest sine certa solennitate, ipsa de hoc opponere potest, sed non alii aduersus illam.*
56 *Filius in vtilibus non liberatur a patria potestate.*
57 *Filius in utilibus liberatur a patria potestate, non in damnosis si se immiscuerit.*
58 *Creditor non potest opponere minori, vel filiofamilias, quod contraxit absque auctoritate patris, quod refert ad text. in capitu. curiam anno 1555.*
59 *Parentes in præiudicium filiorum, & filii in præiudicium parentum, an repudiare possint hæreditatem illis delatam.*
60 *Mulier nupta, an possit renuntiare bonis matrimonio constante acquisitis in præiudicium parentum.*
61 *Mulier quomodo possit renuntiare bonis matrimonio constante superlucratis.*
62 *Pupillus potest repudiare hereditatem in præiudicium creditorem absque decreto iudicis.*
63 *Prælatus aut tutor si recipiant canonem ab emphytheuta, illis præiudicant.*
64 *Bona maioratus si sint propter delictum confiscata, an teneatur fiscus stare locationi factæ per prædecessorem.*
65 *Sequens in gradu si negligat petere maioratum, quem antecessor propter delictum amisit, an fisco ius aliquod acquiratur.*
66 *Possessio non transfertur in fiscum, propter delictum possessoris maioratus.*
67 *Dominium vtile censuarii, licet aliquo casu reuertatur ad dominum, non tamen possessio transfertur.*
68 *Vsucapi possunt per extraneum bona propter delictum amissa.*
69 *Priuari non potest tertius absque causæ cognitione, si habeat, & possideat bona maioratus.*
70 *Dominium bonorum ipso iure amittitur per crimen læsæ maiestatis.*
71 *Fiscus qualiter teneatur soluere precium emptoribus rerum confiscatarum.*
72 *Fiscus soluere tenetur precium rei, quam deliquens emerat.*
73 *Lite pendente, an sint decernenda alimenta ex bonis sequestratis filio, vel vxori delinquentis.*
74 *Ius patronatus, an confiscari possit cum bonis maioratus.*
75 *Remissiue quando præsumatur melioratio facta in fraudem fisci.*
76 *Princeps si non procedat contra delinquentem, an contra eius filios procedere possit.*
77 *Sententia confiscationis bonorum, est stricti iuris.*
An bona maioratus amitti possint propter delictum.

QVAESTIO XXIII.

VIgesimotertio quæro. Hoc in loco oportet examinare quæstionem, quæ propter hominum malitiam & naturam pronam ad malũ, non minimam iudiciorum partem occupauit. In qua inquirere cõuenit, an bona maioratus, saltem amitti possint crimine hæresis, aut læsæ maiestatis, aut sodomiæ, vel aliis similibus criminibus. In qua quæstione omissa verborum multiplicatione, quæ a me in his pusillis scriptis abhorretur, & relictis his, quæ ab aliis in hoc puncto scripta sunt, quæ hic scribere supersedimus, ne quod in vno, aut alio loco abunde, & superfluenter tractatum ab aliis comperimus, huc veluti transplantatum inferere videamur, vera &
1 solida est conclusio. Quod regulariter bona maioratus amitti non possunt, nec pro aliquo crimine ex suprascriptis, nec pro alio crimine cuiuscunque generis sit. cuius opinionis ante me etiam fuerunt Gregor. Lopez, in l. secunda, titulo secundo, in gloss. in verbo, *mandas.* part. 2. & Antoni. Gomez, in l. quadragesima. Tauri. numero nonagesimoprimo. & Tello. in l. vigesimaseptima Tauri. numero decimooctauo, qui istam sententiam magnis viribus defendit, loquendo in melioratione tertii, & quinti. a doctissimo viro Simancas, in lib de institu. catho. capit. nono. numero centesimo trigesimo octauo cum aliis. vbi addit, quod pater potest apponere in melioratione tertii, & quinti pro pacto, quod non confiscentur propter crimen hæresis, & læse maiestatis, aut sodomiæ, vt latius ipse sustentat. cuius scripta magnificiẽda sunt pro confirmatione istius sententiæ. apud quem, & in Gregor. Lopez, & in Anto. Gomez videre licet huius sententiæ argumenta. & idem voluit Peral. in l tertia. §. qui fideicommissam, numero 127. ff. de hæredi. instit. vbi ad hoc refert notabilem doctrinam Albe. in l. 4 §. si ab ignoto. ff. de fideicom. liber, volentis, quod donans alicui bona, & cauens expresse, quod si contingeret ipsum donatarium committere delictum propter quod bona ipsius delinquentis essent in fiscum peruentura, donatio haberetur pro infecta, si talis donatarius committat postea delictum, nõ amittit bona. Quibus ego plura addere decreui, vt de hac sententia, & de illius veritate nunquam dubitetur, & aliquid ex nostro labore producatur. adducitur igitur ab his scriptoribus inter alia tex. in l. Imperator. ff. de fideicomm. libert. &
2 in l. iura libertorum patronorum. ff. de iure patron. & est famosus casus in l. 3. ff. de interdict. & releg. vbi Bart. ponit regulam. quod bona alienari prohibita, non amittuntur per delictum. quem inter alios sequitur Abb. in capit. vlti. num. nono. de feu. & facit text. in ratione sui. in l. res quæ. C. de donatio. inter virum, & vxorem, & in l. cotem. §. dominus. ff. de publi. & in Auth. de eccles. iasti. titu §, si quis in sua. collat. 9. & istam sententiam quod bona prohibita alienari non cadant in confiscationem, tenet Bartol. in d. l. Imperator. vbi Parisius Iaſ. in l. vlti. §. sed quia nostra maiestas. C. communia de lega. & in l. filiusfamilias. §. diui lectu. 2 numero decimosexto, ff. de legatis primo, vbi Ferdinan. Loazes, numero 114. Opizon. numero quadragesimoseptimo. Crotus num. trigesimosecundo. Ripa nume. quadragesimoseptimo. Barthol. Socin. in consi. 121 numero vigesimosecundo, lib. 4. & in consi. 266. numero trigesimo octauo, libro secundo. Deci. in consi. 442. Boeri. in decisio. 268. numero sexto. Carol. Ruin. in consil. vigesimotertio, numero 11. libro 5. Hippoli. in singul. 314. prohibitio. Segura in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari. Barthol. Socin. in consil. 121. col. 4. versic. tertia ratio, libro quarto, vbi tradit, quod bona alienari prohibita per viã testamenti, non veniunt in confiscationem. & idem Socin. Iunior, in consi. 77. num. 11. lib. 1. & idem in bonis fideicommissi, tenet in consil. 158. numero sexagesimotertio libro secundo, & in consil. 147. numero vndecimo, eodem libro, & approbat Laurent. Calcane. in consi. septuagesimo quarto, numero sexto, cum aliis. Alciat. in consi. 522. & in consi. 533. in princ. & in consi. 660. vbi hanc dicit esse communem opinionem. licet idem Alciat. in consi. 783. contrarium teneat. Et idem quod Barto. & alii, tenet etiam Cassane. in consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 3. fol. 97. col. 2. & rubr. 6. §. 1. vbi tradit, quod prohibita alienari per contractum, censentur prohibita alienari per delictum. Quibus adde Lucam de Penna, in l. 1. C. de priuil. eorum, qui in sacro palatio. in versic. sexto quia. & in versicu. sequenti, vbi dicit, q̃ damnato patre, qui habebat primogenituram, nepos eam non amittit, nec ad fiscum transeunt ea, quæ tribuunt̃ a genere per iura superius citata. & in feudis hoc tenet Bal. in c. 1. §. insuper. numero quinto. de prohibi. feu. aliena. per Federic. vbi notanter loquitur. & in consil. 215. numero quinto, libro secundo, & quod feudum, quod non obuenit iure hæreditario, non amittatur per delictum, est communis opinio secundum Alexan. in consi. 19. num. 15. lib. 4. & idem tenet in consi. 92. num. 18. lib. sexto, Barthol. Soc. in consil. 58. num. 1. lib. 3. & faciunt in simili notata per eundem Socin. in consi. sexagesimosexto, numero decimo octauo, eodem lib. vbi concludit, filios non esse priuandos feudo, si pater inuestituram non petierit quãdo pater feudum non acquisiuit. fallit tamen ista conclusio, nisi vasalli delinquant contra naturam feudi, & commisserint contra dominum feudi offensam, propter quam veniunt directe priuandi feudo: nam in isto casu posteri delinquẽtes feudũ amittunt etiam si feudum sit antiquum. cap. primo, cum gloss. si vasall. feud. priuet. cui defertur. capit. si vnsallus culpam. cum gloss. in titu. si de feud. fuerit controu. inter domi. & agna. & est communis opinio secundum eundem Alexand. in consi. 30 nu. 9. libro sexto, qui ad hoc plures refert, & cum eo transit Moder. Parisien. ibi, de quo agit notabiliter Bartholo. Socin. in consi. quarto, numero 27. libro tertio, vbi tradit, quod licet in isto casu facit præiudicium filijs patris delictum, non tamen nocet agnatis.

3 SECVNDO, ista sententia suadetur, quia cum ex primæua testatorum, & condentium maioratuum institutione, bona quæ vinculo maioratus relinquuntur, sint successorum in maioratibus pro tempore in illis succedentium, & solum possessores habeant pro vita fructuum commoditatẽ, & semper in & infinitum sint reseruanda, & tradenda posteris, l. vnum ex familia §. si de Falcidia. ff. de lega. 2. facit consilium Alexandri. nonagesimũprimũ. numero vndecimo. libro primo. iniquissimum quidem esset, quod vnus puniretur pro facto alterius, & contra legem diuinam, & humanam, quæ solummodo puniunt auctores delicti, & non alios. Ezechielis. capitulo decimooctauo. lege sancimus.

Source : BIU Cujas

cimus. Codice. de pœnis. capitu. vltim. de delict. puerorum. l. nona. tit. trigesimoprimo. par. 7. & de hoc in alio loco ego latius tracto.

4 TERTIO facit. qui ea, quæ non possunt ad extraneum hæredem peruenire non transeunt in fiscum per confiscationem. dicta lege iura libertorum. vbi Barto. lege prima. Codice. de bonis libert. cum concordantibus, vt per Alexand. in consilio octuagesimonono. libro quarto. Iaso. in dicta lege filuis familias. paragrapho. diui. Digestis. delega. primo. numero decimosexto. & Nicola. Boerius in decisio. ducentesima septuagesimaoctaua. & veniendo. numero sexto parte secunda. vbi bene ad propositum loqnitur. Bartho. Socinus in consilio centesimo vigesimoprimo. numero vigesimosecundo. libro quarto. vbi plura ad rem nostram adducit Thomas Grammati. in decisio. decima. numero decimooctauo. Decius in cõsilio quadringentesimo quarantesimosecundo. numero trigesimoprimo. vbi tradit, quod emphyteusis ecclesiastica, & emphyteusis quæ non transit in hæredes extraneos, non confiscatur. & Pau. de Castro, qui loquitur in bonis feudalibus in consilio trecentesimo vndecimo. circa id quod primo quæritur. numero tertio. libro primo. & est communis secundum. Alexandrũ in consilio octuagesimono. numero secundo. libro quarto. & notat idem Alexan. in consilio centesimo vigesimo. numero tertio. libro quinto. & consilio decimotertio. eodem lib. vbi tradit, quod si pater accipiat emphyteusim pro se & successoribus culpa in nõ soluendo canonem, non prejudicat filiis. licet idem Alexand. in consilio decimotertio. numero quinto. libro sexto. dicat communem esse distinctionem. quod iura etiam libertorum patronorum confiscantur in prejudicium filiorum, vbi delictum fuit læsæ maiestatis commissum contra principem, vel rempublicam.

5 Quartò, facit egregia sententia Ioann. Andre. in additio. ad Specula. titulo de feudis. §. vlti. versicu. primo. vbi dicit, quod quando feudum est conuentionale quod lege contractus defertur ad filios, aut certas generationes, vel personas: tunc indistincte quodcunque delictum, vel quæuis culpa non nocet, nisi committenti, & ad vitam eius dum taxat. quo mortuo liberum & integrum ius deuoluitur ad sequentes in gradu uocatos per contractum infeudationis, & venientis iure proprio. Et idem tenent Andre. de Ysernia & alii in capitulo primo. si vasall. feu. priue. & alii, quos refert Modernio. Parisien. in consuetudi. Parisien. paragrapho. trigesimo. numero centesimo trigesimotertio. quo nihil expressius pro hac sententia adduci potest. & alia scribit Parisien. quę faciunt pro ista parte. & hoc dictum corroboratur ex eo quod scribit Andre. de Ysernia. in capitulo primo. an agnat. vbi dicit, quod quando feudum non est hæreditarium, sed ex pacto & prouidentia, non potest quis relinquere nec ex fructibus feudi vnam candelam, refert & confirmat Matth. ab Affli. decisio. Neapo. 26. fuit dubitandum. nu. 6.

6 Quintò, conducit doctrina Iacobus Aluaro. in capitulo primo. paragrapho. denique. in versiculo septima conclusio. vbi dicit, quod si inuestitura potest esse taliter cõcepta, quod agnati non priuentur feudo propter delictum etiam in personam domini commissum, veluti si inuestitura dicat concedo feudum pluribus principaliter de vno in alium. qui ad hoc refert Bald. in hoc dicentem. in dicto capitu. si vasal. feudo priuet. in versicu. ego autem. numero tertio. vbi proprius ad nostrum propositum dicit, quod si
7 dominus dicat, concedo Castrum in feudum Titio, & suis hæredibus de vno in alterum reuertendo, vel dicit, concedo omnibus principaliter, aut dicit cum extent filii aut nepotes, tunc Bald. ait, quòd culpa & delictum patris non nocet filio.

8 Sextò, adduco quod scribit idem Bal. in capitulo primo. paragrapho, denique numero primo. quæ fuit prima causa, vbi limitat illum tex. dicentem, quod propter iniuriam illatam in dominum feudum applicatur domino, nisi feudũ fit concessum generi: quia tunc ad dominum reuertitur ius delinquentis, non ius reliquorum, quod est propria persona habet quodam otdine mortalitatis, non per viam hæreditatis, citat ad hoc tex. in dicta l. tertia. Digestis. de interdict. & relega. & idem tenet Curt. in tracta. de feudis. par. quinta. in versic. limita nunc primum. & alii, quos refert Ludouic. Goza. in consilio septuagesimoquarto. numero decimonono. & vide illum numero decimoquarto. qui ista cõfirmat. quibus adde Alexand. in consilio trigesimo. numero decimoquinto. libro 1. & secũdum ista intelligi & distingui debet quædam sententia Specu. in titu. de feud. §. quoniam. q. 40. numero sexagesimosecundo. in quarta parte, vbi dicit, quod bona feudalia confiscari possunt per principem ob delictum læsæ maiestatitis, aut hæresis. quem sequitur Guido Papę in decisi. trecẽtesimo quarãtesimoprima. supra q. quæstione

9 Septimo hæc sententia fulcitur ex alia notanda doctrina Barto. in lege si quis in tantam. numero duodecimo. Codi. vnde vi. vbi dicit, quod quando alienatio rei est prohibita propter delictum alienatio, alias secus, quando prohibita est alienatio fauore aliorum quam delinquentis. quem & alios ad hanc conclusionem refert Tiraquel. in tracta. de legibus connubiali. in glo. quinta. in verbo, contracter numero
10 centesimo qurnquagesimonono. Carol. Ruin. consilio centesimo vigesimonono. numero quarto. libro secundo. & consilio vigesimotertio. numero vigesimonono. & consilio vigesimoquinto. numero qninto. vbi hoc extendit etiam in vita prohibiti.

Octauò facit regula firma, quam ponit Parisien. in consuetud. Parisien. parte prima. gloss. quarta. paragrapho. tertio. numero decimoprimo vbi dicit, quod quando quis prohibitus est alienare nõ propter se, sed fauore tertii tunc excluditur omnis alienatio non solum voluntaria, sed etiam necessaria, & non solum hominis, sed etiam legis, ut quando fieret propter factum, vel delictum prohibiti, ne sit in potestate alteri præiudicare. & idem fere scribit idem Parisien. in §. trigesimo. numero sexagesimoquinto. Pro quo facit notabile dictum Ange. quod habui in facto, in lege si filius numero sexto. Digestis. de damno infecto. vbi dicit, quod peculium profectitium filii non publicatur, etiam si donãdi habeat expræsam potestatem propter filii delictum, nõ virtute potestatis donandi, quia delinquere non est donare: non ex virtute potestatis dissipandi, quia non intelligitur cogitatum de delictis. Ex qua doctrina infertur, quod si qs est hæres institutus, & rogatus fuit alii rem restituere, & simul cum hoc licentiam habebat ad donandum, nõ potest propter delictum talia bona amittere in præiudicium fidei commissarii. Nono ista sententia corroboratur ex quodam
11 notabili dicto Egidij Bossij, qui in criminalibus maximam apud me auctoritatem habet in practica crimina. titu. de bonorum publica. numero trigesimoprimo. vbi dicit, quod si tibi donarem bona hac lege, vt si contingeret quod esses bannitus, & tua bona publicarentur, donatio nihil valeret, & bona ad me reuerterentur, vel in alium transirent, valeret donatio: quia in disponente est mera, facultas disponendi vsque ad mortem, nec inhabilitas donatarii superueniens repugnare potest voluntati & facultati disponentis. & est licitum illi, qui vult, quod bona non alienentur, quæ ad familiam relinquit præcidere, & amputare vias, per quas bona amitti poterant, secundum Bartho. Socin. in lege qui Romæ. §. cohæredes. Digestis. de verborum. obliga. Pro quibus facit regula. legis in traditionibus. ff. de pact. & quæ secundum illam Aymo Crauetta in consilio centesimo decimooctauo numero 5. & in consilio dueentesimo quarantesimoseptimo. numero tertio. & centesimo duodecimo. nu. primo. & in cnnsilio centesimo septuagesimoquarto. nu. 4. facit l. legem. C. de pact. conu. l. j. §. si conueni. ff. depos. & pro hoc ẽt facit quod scribit Odof. in l. ea lege. C. de cõd. ob cau. & si fiat donatio sub conditione, ea deficiente donans habet quod primo habet. no. Affli. in cõsti. Neap. lib. 3. rub. 5. nu. 42. & ihil est tam conueniens naturali æquitati, q̃ ea quæ placent seruari. l. j. ff. de pact. l. iuris gẽtium. §. prætor. ait. co. tit. & est glo. singula. in c. 3. x. q. j.

12 Decimo, ista sententia confirmatur late scriptis per Ale. in consi. 23. lib. j. vbi per plura fundamenta sustentat, q̃ testator instituit filios hæredes, & statuit quod certæ domus starent cõtinuo vsque infinitũ pro hæredibus & eorum filiis, & in familia remanerent, & vnus hęredum ob delictum. bannitus est bonis confiscatis: quod fiscus a tali parte excluditur, & statim spectat ad filios banniti, quia est res prohibita transire in extraneum hæredem. illud inter alia plura adducens, quod illa, quæ non possunt in extraneum hęredem transire, non deueniunt ad fiscum. d. l. iura libertorum. cum alijs supracitatis. Et istam opinionem aliis pluribus rationib. fulcit, & est singulare consilium in hac materia.

13 VNDECIMO adduco decisionem Nicol. Boer. ducentesimo septuagesimooctauo, numero sexto, vbi dicit, quod in hęreditate, quę ex pacto in contractu matrimonij inito debet deuenire ad primogenitum, & ad alios liberos successiue, si decedãt sine liberis, & ad extraneum hęredem non transeant: tunc talia bona non confiscantur. citat tex. in l peto. §. fratre. ff. de legatis secundo, & alia iura. & quoddam elegans consilium Bartholomei Socin. in consi. centesimo vigesimoprimo, numero vigesimo secundo, libr. 4. quamuis ibi referatur tertium volumen.

14 DVODECIMO, vt ad Bald. redeam, huc recta ratione aduocari potest quędam illius doctrina in capitulo primo

primo, de vāsal. qui contra constitutio. Lotha. quam refert Alexand. in consilio centesimo tertio, videretur prima consideratione, libro primo, quos refert Deci. in consilio sexa-
14 gentesimo sexto, numero quintodecimo. Ex hoc inferens, quod noua concessio facta per Imperatorem, tanquam ex iure deuoluto ob delictum, non valet.

15 DECIMOTERTIO huius partis est alia sententia Pau. de Castro in consilio trecentesimo septuagesimoquarto, visis omnibus punctis, numero tertio, libro primo, vbi dicit, quod quando princeps concedit feudum Titio, & liberis eius, Titio mortuo vocantur liberi ex persona propria non patris, notat Deci. in consilio ttecentesimo octuagesimonono, visa longa serie, numero primo, vbi tradit, quod quando filij sunt expressè nominati, acquiritur filijs ius essi catius, & delictum patris non nocet filijs. refert Bartol. in d. l. 3. ff. de interdict. & releg. Quod autem primogenitus non habeat primogenituram ab eo, qui delictum commissit, sed ab institutore, patet ad sensum, & probatur in l. cum patronus, ff. de legatis secundo, & in l. si arrogator, ff. de adopt. & in d. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulgar. & supradixi numero tertio.

16 DECIMOQVARTO inducotext. in l. sed si hac. §. patronus. & l. prima. ff. de ius vocan. vbi probatur, quod propter delictum patris filius non amittit ius patronatus, qui filio competit a lege, & non ex parentis beneficio. vbi not. Doctores, & Bartho. Socin. in consilio quinquagesimooctauo super proposita quæstione, num. 1. lib. 3.

17 DECIMOQVINTO, ius substitutionis pupillaris non venit in confiscationem ex sententia Cini, Bal. & Ale. numero octauo, in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulgari, & pupillar. substitu.

DECIMOSEXTO, publicatis ob crimen bonis filijfamilias, non publicatur peculium castrense, vel quod ei pater militaturo dedit. l. si filius. C. de bonis damn. Cin. Bart. Bald. Salice. Pau. Alexand. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infe. & alij, quos refert Episco. Couarru. resol. lib. secundo, capitu. octauo, numero septimo, cui adde Ripam in capitulo sæpe, numero septuagesimosexto. de restitution. spoliatorum. Et è contrario publicatis bonis patris ob delictum commissum, nō publicatur peculium profectitium filij. l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor. quam ad hoc omnes citāt, & tradit latius Episcop. vbi supra. cui iungo Iaſ. in Authent. si qua mulier. numero trigesimo. C. de sacrosan. eccle. & in §. actiones, numero sexagesimo quarto. Institu. de action. & in l. frater a fratre. numero tertio. ff. de condictione indebit. & in l. seruum filij, in principio, numero septimo, ff. de legatis primo, & in l. 3. §. si filius, numero, primo, ff. quod quisq; iuris. & in Auth. nouissima, numero octauo, C. de inofficio. testamen. Ripa, in l. secunda. §. quod si in patris, numero decimonono, ff. soluto matrimonio. Roderic. Suarez, in l. post rem iudicatam. notabi. tertiodecimo, versi. potest etiam addi, alius casus. pagi. ducentesima sexagesimaquarta. ff. de re iudi. Nicol. Boeri. in decisio. septima. numero decimo. Tello in l. quinta Taurin. numero sexto, ex quibus confirmatur, quædam opinio Modern. Parisien. in d. §. trigesimo. numer. octuagesimosecundo contra Ripam, in l. vlti. quæstio. quinquagesimatertia. C. de reuoca. dona. quæ non alia ratione procedūt, nisi quia non debet esse in potestate vnius, alium priuare beneficio, quod non ab ipso, qui priuare vult ob delictum vel contractum, sed a lege, vel a consuetudine, vel ex testamento, vel contractu illi competit. Et ex his etiam
19 fit, quod filius exhæredatus admittitur ad retractum consanguinealem in ratione, quia ius illi non a patre, sed ab antecessoribus profluit, secundum Montal. in l. tertiadecima, titulo decimo, libr. tertio fori Cisuent. in l. septuagesima. Tauri. quæstio. decima, qui in quæstione duodecima dicit, ius retractus consanguinealis competere bannito.

20 ET hæc conclusio ita confirmata maiori ratione procedit, vbicunque testator, vel ille, qui fecit maioratum, vel meliorationem disposuit aperte, quod ipso momento, quod delinquens, & successor in maioratu cogitaret de delicto, bona maioratus vel meliorationis deuenirent ad successorem, quod colligitur ex scriptis per Alexan. in d. consi. vigesimotertio, & Alexand. refert Deci. in consilio ducentesimo quinquagesimosecundo, nume. tertio, ex hoc concludens, quod bona feudalia non amittuntur propter delictum feudum possidentis, sed agnatis deferuntur. Et Alexan. opinio communis est, secundum Egid. Bossi. in practi. crimina. titu. de bonorum publica. numero quadragesimosecundo, & idem tenet Gregor. Lopez in l. sexta, titulo vndecimo, in gl. in versi. *que no la pudiesse vender*. in versic. facit etiam, & in l. quartadecima, titulo quintodecimo, in gloss. in verb. *tanto tiempo*, par. sexta. Anton. Gomez, vbi supra in versic. quod tamen singulariter limita. Pro quorum sententia est signan-
da doctri. Pau. post Bart. ibi in l. qui absenti. §. primo. ff. de acquirenda possessione, vbi dicit, quod prohibita alienatio dicitur, & si tentauit alienare, quia dicta verba significāt tempus ante alienationem perfectam, & quod anteaquam sequatur, & est in actu alienandi, priuatio inducatur. notat Ripa resp. centesimo septuagesimonono, nume. vigesimoprimo. Montaluus in l. quinta, titulo duodecimo, *de las donaciones*. in gloss. in verbo, *mandamos*. versic. sed circa materiam, libro tertio, for. ex quo inquit Carol. Ruin. in consilio 129. colum. secunda, numero quinto, libr. secundo, quod si testator dixit in dispositione, quod si aliquis institutorum veniret ad aliquem contractum, vel cogitatum, quo cæpto, ne dicta hæreditas, & bona venirent confiscanda: tunc ipso iure statim & incontinenti anteaquam ad cogitationem ipsam peruenerint, ipsa bona veniant in alium, qui talia non tentauerit, tunc bona non confiscantur. & de hoc etiam vide notabilem casum per Rolandum in consilio quinquagesimosexto, numero decimo cum aliis, libro primo, qui sequitur Alexand. in d. consil. & nostram opinionem quibusdam rationibus confirmat. & notatur per eundem Rolandum, in consilio trigesimoprimo, nume. vigesimoquinto, libro primo, vbi dicit, hanc esse receptam opinionem. Quod bona alienari prohibita non confiscantur, sed nec bona, quorū diuisio fuit prohibita per testatorem veniunt in confiscationem, vt per Roland. in consilio octuagesimo quarto, numero trigesimoquinto, libro primo, & confirmantur ista per eundem in consilio octuagesimoprimo, numero vigesimoprimo, libro secundo, & pro his omnib. est bonus text. in l. secunda. C. de dona. quæ sub mo. vbi permittitur donatio ad vitam alicuius, aut certum tempus. & facit l. 1. eodem titulo, & pro doctrina Alex. in d. consi. vigesimotertio facit, quod scribit Bal. in capitulo Imperialem, §. insuper. patronum posse agere offensa patrono facta, licet patronus in vita non fuerit conquæstus, vbicunque in feudatione esset appositum pactum, quod commissa felonia feudum amitteretur ipso iure: quia tunc transit in hæredem, etiam non præparata. & hoc sequuntur alii, quos refert Moder. Parisien. in consuetudi. Parisien. par. prima, §. tri-
21 gesimo, numero centesimo vigesimosexto. Ex quibus resolutiue fit, quod bona maiotatus, vel meliorationis non amittuntur propter delictum, vbicunq; sunt prohibita alienari fauore descendentium. & hoc est tenendum quicquid teneat Simancas in prædicto loco. ad cuius dicta (vt prædixi) satisfacit Tello, & pro responsione illorum, vide etiam Peral. in l. cum autem, nume. duodecimo, tertiodecimo, & quartodecimo, ff. de legatis secundo, vbi tradit, quod beneficium, quod competit patri meliorandi filium in tertio, & quinto, non competit illi a lege, ad quod ponderat. l. nonā, titu. *dellas mandas*. libro tertio, for. ibi, *pueda si quisiere*. ex cuius rationibus idem dici potest in maioratu facto cum regia facultate. quia licentiæ regales cōcessæ ad maioratum faciendum loquuntur permissiuè, id est, si pater voluerit, non autem præceptiuè, siue dispositiuè. & ad alia quæ in contrariū facere possunt satisfieri potest ex scriptis per prædictos Doctores, nec his etiam obest quædam lex peregrina, quam
22 nullus refert in l. trigesimaquarta, titulo vltimo, part. septima ibi, *E dixeron otro si, que el derecho de parentesco, que a vn home con otro por razon de sangre, que no se puede toller por postura, ni por ley, como quiera que la razon que ha home de heredar los bienes de sus parientes, se pudede perder por pleyto, o por ley, quando fiziere porque*. ad quam legem responderi potest, quod licet per delictum quis amittere possit ius succedendi consanguineis. q̄ etiam expresse probatur, in l. secunda, titulo quintodecimo. par. secunda ibi, *no auiendo fecho cosa porque lo douiesse perder*. ipsa tamen bona non amittuntur, quando sunt vinculata, & prohibita alienari in fauorem descedentium. Possunt tamē amitti bona maioratus, vel meliorationis in duobus casib.
23 Primus casus est, vbicunque principes in facultate, quam dat ad faciendum maioratum (sicut quoridie fit) excipit aliqua crimina, in quibus vult, quod bona vinculata propter delictum amittantur: nam tunc cum faciens maioratum aceptauerit talem licentiam, & in illius exequutionem fecerit maioratum, tenetur seruare omnes conditiones, & vincula in l. apposita: quia acceptans contractum, & approbans, tenetur illud acceptare cum omnibus qualitatibus. l. si autem. ff. de pact. vbi DD. precipue Iaſ. num. 12. l. Gaius. ff. de manu. notatur per Iaſ. in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. nu. 7. ff. si cert. petat. late Tiraquel. lib. 2. de retractu. in fi. pag. 996. nu. 5. & eadem ratione omnes successores qui maioratum acceptant idem seruare tenentur. & approbatio contractus extenditur ad omnes eius appendices, vt tradit Mod. Pari. in cōsue. Parisi. par. 1. §. 22. nu. 16. Secundus casus est, vbicūq; cōditores maioratuū timore arcēdi successores a delictis, excipiūt aliqua delicta, in q̄b. volunt, q̄ bo-

Source : BIU Cujas

na amitti possint, sicut aliquando fit, & ego vidi testamentum, & maioratum cuiusdam illustris domini, in quo vinculauit quædam bona, & ordinauit, quod amitti possint si aliquis successor in maioratu committeret crimen hæresis, læsæ maiestatis, aut Sodomiæ. Tunc etenim quamuis bona sint vinculata in fauorem descendentium in infinitum, seruanda est testatoris voluntas, quæ in fundatione maioratus in primis est attendenda, vt late in alio proposito tradit Lambert. de iur. patronatus. libro primo, quæstio. nona, nume. 1. Et est pium, & catholicum præceptum, ad hoc, vt successores in maioratu caueant a committēdis his detestabilibus, & horrendis criminibus, ex quibus Deus Optimus Maximus, & Respublica grauissimè offenduntur.

Tertius casus colligitur ex. l. 22. in fin. titu. 13. par. 2. vbi hoc tradit Grego. Lopez, in gloss. in verbo, *ni ome.* cuius dictum
24 verum puto. & facit. l. 24. eodem titulo. Sed circa præsentem quæstionem plures sese offerunt dubitationes, ad hoc ne imperfecta remaneat. Primo dubitatur, si forte possessor bonorum maioratus commissit aliquod delictum, ob quod bona confiscare licuit, & habeat bona in diuersis regnis, & principatibus, an talis confiscatio extendatur ad bona existentia in alio principatu, & regno, extra territorium Principis, cuius iudices cōfiscationem fecerunt? Quæ quæstio resolui potest ex scriptis per Doctor. in capit. vergentis. & in capit. cum secundum. de hæreti. in 6. & per Siman. lib. de institutio. catholi. capit, nono, numer. 106. & Marian. Socin. in cap. postulasti. quæstio. vlti. de foro compe. Alexan. in l. sed si. §. in arrogato, numer. x. ff. de vulga. & in consi. 16. nume. 2. vbi rectè Modernior. Parisien. & in consil. 31. libro 1. Hippoli. in l. vlti. num. 186. ff. de iurisdict. omnium iudicum, Egid Bossi. in practi crimi. titu. de bonor. publ. num. 62. cum alijs, qui hunc articulum melius omnibus tractat. cui adde Guido. Pap. in decisio. 413. vbi aliquis, & 341. supra quæstione. & latè Cassan. in consuetud. Burgund. rubri. 2. de confis-
25 cationis. §. 1. num. 7. versi. additio. de vasallo. Ex cuius quæstionis veritate resultat, & determinari potest alia quæstio. vtrum gratia qua princeps indulget, & facit restitutionem condemnato de bonis iam confiscatis, extendatur ad bona sita, extra territorium principis gratiam facientis? Quam quæstionem tractat idem Bossi. in d. practica, titu. de remedijs ex sola clem. prin. proce. numer. 53. vbi concludit, quod gratia non extenditur ad bona alibi sita. post Ancharan. in consil. 16. numero primo cum alijs. Mihi autem videtur, quod si cōfiscatio vires habuit extra territorium principis, qui confiscationem fecit pro delicto, potest idem princeps confiscationem, & pœnam remittere, & gratiam facere. qa nihil est, tàm naturale, quàm rem eo modo solui, quo ligata fuit, l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris, cum concord. Si vero princeps non confiscauit, sed alter princeps sub cuius dominio bona sita erant, gratia alterius principis in eis locum non habet: quia quamuis iste princeps, sub cuius dominio bona sunt sita, facto & condemnatione principis, qui contra subditū de delicto cognouit, bona habuit, postquam iam illi ius acquisitum fuit, non potest gratia alterius principis infringi. l. vlt. ff. de pact. l. si post mortem. §. vlt. ff. de contra tabu. ad quod facit text. cum ibi notatis, in capit. per venerabilem, qui filij sint legitim. & notata per Aymo Crauet. in consil. nono, numero quinto. Et conducunt plura, quæ scribo in prima parte huius tract. quæstio. 24. numero
26 24. cum alijs. Tertio dubitatur, vtrum facta confiscatione bonorum mobilium, & immobilium, veniant actiones? quod explicant Bald. Ange. Imola, Alexand. in l. si constante, §. vltimo. ff. soluto matrimonio. Tiraquell. libro primo, de retract. §. primo, glos. septima, numero nono, & alios plures refert Arias Pinellus, in prim. part. rubric. C. de bonis matern. numero 26.

27 ¶ QVARTO quæro de alia magis difficili quæstione. Possessor bonorum maioratus commissit aliquod delictum, cuius occasione bona ad sequentem in gradu deuolui debebant ex constitutione illius, qui maioratum fecit: An princeps restituere possit talem delinquentem in præiudicium alterius vocati? Quam quæstionem tangit Grego. Lopez, in l. 2. in glo. *seyendo ome para ello*. titu. 15. par. 2. vers. sed pone, vbi citans Andr. de Ysernia, in §. præterea ducatus, quæ sit prima causa benefi. amitten. tenere videtur, quod si re integra, anteaquam bona sint alicui acquisita ex sententia vel condemnatione fit facta restitutio, præiudicat successori vocato, secus si post condemnationem, & ius acquisitum sit facta restitutio: nam non præiudicat. quod dicit Gregor. Lopez gratiam principis nocere vocato re integra, viua ratione constat. Quia cum fuerit facta condemnatio auctoritate principis, vel per eiusdem iudices absque qua ea condemnatio fieri minime poterat, eadem principis auctoritate remitti potest, d. l. nihil tam naturale. & cum ius proximo vocato quæri poterat ex sententia principis, qui delinquentem condemnauit, princeps potest eam sententiam retractare, vt in hac ipsa specie vltima ista ratione arguit Decius in consi. 252. in fin. vbi ex hoc in terminis dicit, quod si princeps declarat confiscationem minimè fieri potuisse, & vult illam pro non facta haberi: omnia sequuta ex tali confiscatione resoluuntur per gloss. in capitulo primo, in verbo, pro infectis. de immunita. ecclesiarum, quam Cardinal. & Doctor. sequuntur. & per doctrinam eiusdem Cardina. in capitulo quia diligentia, de election dicentis, q̄ si princeps restituat bannitum non obstante quacunq; condemnatione, quam vult haberi pro infecta, talis bannitus etiam bona in tertium translata recuperabit. quem defendit Deci. in d. consi. ad quod alios Doctores refert Rebuf. in tomo tertio, ad constitu. Regias. tracta. de appella. articulo duodecimo, gloss. vnica, numero nono, & decimo. Et de virtute clausulæ dum princeps vult. Quod aliquod habeatur pro infecto, plura singularia legi possunt in Tiraquel. in tract. de constit. part. 3. limitatio. septima, numero quadragesimosexto, & inquit Andr. de Ysern. in capitulo primo, §. vltimo, versi. item vbi quis, quod quando quis fuit priuatus, propter delictum causa cessāte, vt si fuit restitutus, redijt ad priorem statum, per l. 1. ff. de contra tab. & alia iura. & idem voluit Bal. in capit. primo, in princ. hic finitur lex Corra. & alij, vt per Deci. in consi. 445. numer. 70. & inquit Bal. per illum text. in extraurag. de pace constan. in verbo, priuilegia. quod quando bona rebellium sunt concessa aliis personis tempore rebellionis, facta pace sunt reddenda primis dominis, quia pax non habet vim simplicis indulgentiæ, sed restiturionis in integrum. not. in bono casu Barth. Soci. in consi. 58. num. 3. lib. 2. & dicit idem Bald. post Cin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. q̄ si ex forma statuti bona homicidæ pro parte debeant applicari hæredibus occisi, illud ius succedendi delatum hęredibus occisi tollitur, si homicida gratiam restitutionis obtinuerit. & idem Ange. in l. si patris filium. ff. de adop. de quo per eundem Dec. quem lector legat, in consi. 525. num. 7. vbi tamen ipse contra hanc primam partem distinctionis tenet, condemnatione autem facta, & exequutione sequuta, non est licitum principi facere gratiam, & restitutionem condemnato in præiudicium vocati post eum: quia iam ei ius acquisitum est, quo priuari non debet, vt patet ex c. quamuis. de resc. in 6. facit. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. ad quod conducit doctrina Abb. in c. innotuit. nu. 11. de elect. vbi dicit, quod si electus, & confirmatus, seu prouisus per aliquem citra Episcopum commisit tale delictum, per quod ipso facto fuit priuatus beneficio, Episcop. non potest dispensare sine consensu illorum, qui habent eligere, seu confirmare, seu prouidere. quia ius eligendi, seu prouidendi erat acquisitum illis: ideo propter dispensationem superuenientem non debent illi priuari iure suo, per capitulum dudum, eodem titulo de electione. & gloss. in dicto capitulo quamuis. & ad hoc etiam facit gloss. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, in verbo. emanci
28 patus, quætenet, quod restitutio facta per principem filio post mortem aui, nō nocet nepoti, cui ius acquisitum erat, quam declarant ibi Paul. numero quartodecimo. Soci. numero decimoseptimo. Ias. numero sexagesimoprimo. Carol. Ruin. numero centesimo sextodecimo. Acosta numero quadragesimo primo, & pro hoc est etiam sententia Io-
29 ann. Fab. in §. primo, numero quarto. Institut. quibus modis ius patriæ potest solui. vbi dicit, quod si aliquis qui tenebat res in feudum, vel ad censum, fuit condemnatus ad amissionem corporis, & bonorum, & fuerunt bona domino applicata, quod si princeps restituat delinquentem, quod bona tertio acquisita restitui non debent. per l. quoties & l. rescripta. C. de precibus Imperat. offeren. & per alia iura not. Lauren. Calca. in consil. trigesimosexto, numero vigesimooctauo, ad quod est etiam expressa doctrina Alexand. in consil. centesimoprimo, numero quinto, libro secundo, vbi dicit, non esse standum domino restituenti dicenti, homicidium commissum fuisse casu fortuito, non dolo. & idem erit. vbi-
30 cunq; conditor maioratus statuerit, quod eodem momento, quo successor ī maioratu cōmisserit aliquod delictum, per quod bona amittere possit, transeant in sequentem in gradu. Nam in isto etiam casu non licebit principi restitutionem facere in præiudicium istius vocati, qui cum primū alter delictum commisit, obtinuit verum, & solidum ius primogenituræ, & quod deleri a principe recto tramite procedente, non potest. quod patet ex superioribus, & ex scriptis per Alexand. in d. consilio vigesimotertio, quem supra retuli, numero duodecimo, & per eundem in consilio centesimo nonagesimo, numero quarto. libro 2. & cum in isto casu transeat possessio in sequentem in gradu, quemadmodum, & dominium iuxta. l. quar. Tauri. non est licita restitutio in

Source : BIU Cujas

tio in præiudicium vocati. ad quod ſpectant, quæ tradunt Doctor. communiter, in d.§. & quid ſi tantum vbi Iaſ.nume.104.per l.1.§.filius.ff. ad Tertul.dicit, quod princeps reſtituendo damnatum, aufert ius alteri delatum ante appræhenſam poſſeſſionem, ſecus ſi ſit appræhenſa poſſeſſio. refert & confirmat Stephan.Bertra.in conſi.26.numer.19.libro ſecundo. Ex quibus fit, quod hoc procedit etiam ſi delictum ſit talis naturæ, in quo non imponitur pœna ipſo iure, ſed per ſententiam. Nam adhuc erit ſeruanda teſtatoris voluntas, & etiam re integra. & ante condemnationem non licet principi facere gratiam prædictorum bonorum, cõtra legem a teſtatore in traditione bonorum datam Au
31 th.de nuptiis. §. diſponat. cum ſimilibus. Et iſta etiam fulciuntur, quia longa eſt differentia vtrum vaſallus ſit priuatus feudo ipſo iure, aut per ſententiam ad hoc, vt ex noua domini conceſſione dicatur feudum nouũ, aut antiquum, vt explicant Andre.de Yſern.Iacob.Aluarot.Marti.Laude. Cardi.Alexand.in c.1.titu.de vaſal.decrep.æta.de quo latius per Tiraquell.in l.ſi vnquam in verbo,reuertatur, num.12. & num.432.65.ſpeciali. C. de reuoca. donatio.& libro primo,de retract.§.32.gloſſ.1.nume.29. Et de hoc egimus ſu-
32 pra. Item,quando pœna imponitur ipſo iure, res iudicata dicitur cum primum ſententia lata eſt,non ſpectatis decem diebus,intra quos appellari poteſt, ſecundum gloſſ. & Bart. in l.furti.§.1.ff.de his,qui notan.infam.& in l. qui vltimo.ff. de pœn.& proprius facit, quod ſcribit Bald. in capitulo primo,in principio verſicu. quid ſi vaſallus.titu.de prohib.feu.
33 alien.per Feder. vbi dicit, quod ſi vaſallus culpam admiſerit aduerſus dominum, ſi pœna imponitur ipſo iure, non poteſt illam lucere,neq; moram purgare, alias ſecus. quod probatur in capitulo primo, titu. quid iur. ſi poſt alien.feu. & in capitulo primo,§. ex hoc, titu. de feu. fœmin.& facit etiam ſimile, quod ſi alienatio feudi ipſo iure non valet, poteſt dominus vel agnatus ſtatim agere, nõ ſpectata mor te alienantis,ſecus ſi non ſit ipſo iure nulla,capitul. primo, §.ſed & res,titu.per quos,capitulo primo.verſi. alioquin.de alienatio.feudi. & ita intelligenda ſunt, quæ ſcribit Præpoſit.in capitulo primo,& vnico.ſi vaſallus feudo priuetur.numero primo, vbi dicit, quod ſi pater commiſſit delictum per quod ipſe,& filius feudo fuerunt priuati, non poteſt dominus facere gratiam filio ĩ præiudicium agnatorum: quia illis iam apertum eſt ius. & facit ſimile,quod dicimus de pactis legis commiſſoriæ,& adiectionis in diem,quæ ſi concipiãtur verbis directis,vt ſcilicet, reſtituto, vel oblato precio venditionis intra certum diem res ſit inempta: aut verbis ſimilibus,quia ſtatim reſtituto precio,aut oblato,reſoluitur contractus, tranſitque dominium ipſo iure citra traditionem, vt voluerunt Raphael. Cum. in l.1.ff.de dona.Franci. Cur.conſi.12.& alii,vt per Tiraquell. libro ſecundo, de re-
34 tract.§.1.gloſſ.7.num.14.vbi punctum reſoluit. Et ex his infertur, quod vbicunque bona ipſo iure tranſeunt in ſucceſſorem in gradu,caſu quod princeps in hoc poſſit facere gratiam condemnato, non tenebitur ſequens poſſeſſor bonorum maioratus ad fructuum reſtitutionem,quos percepit a die ipſo,quo bona habuit,qa interim dominus fuit, & fructus erant illius,& non delinquentis,iuxta ſententiam gloſ. in §.1.in verbo. imminere.in fine. quam ibi ſequuntur Iac. Belloui.Bartol.& Ange.in Authen.de inceſt.nupt. per text. in l.eum qui.ff.de his,quibus vt indign. & ſequuntur Cinus, & Bald.in Auth.inceſtas.ad fin.C.de ſecun.nup.& alii,quos copioſe refert Tiraquel.in dicto verbo,reuertatur. numero 268.facit l.ſi contra.C.ſi quis ignor.rem min.ibi, ſi non bona fide.l.bonæfidei.verſic.nec intereſt.ff.de acquiren.rerum
35 domi. Quamuis huic illationi plura contradicant. Et in primis,quod reſtitutio eſt in integrum ſtatum repoſitio: & ideo fructus reddi debent.l. quod ſi minor.§. reſtitutio.ff. de mino. ibi, reſtitutio ita autem facienda eſt, vt vnuſquiſque integrum ius ſuum recipiat,ideoque ſi in fundo vendito circunſcriptus reſtituitur, iubeat prætor emptorem fundum cum fructibus reddere.l.verum.§.1.l. patri pro filio.§. ſi pecuniam.l.ex cauſa,in princip.ff.eodem titu.l.in condemnatione,§.cum verbum,ff.de regulis iur. vbi dicitur, cum verbum,reſtituas, in l.inuenitur, & ſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt,tamen fructus ſunt reſtituendi. facit l.1. & 2.titu.19.par.6.l.vlti.C.de ſenten.paſſi.ibi ita,indulgentiæ reſtitutio bonorum,ac dignitatis vno nomine amiſſorũ omnium fit recuperatio.l.2.titu.32.par.7.ibi, *Cobram ſu eſtado e ſus bienes bien aſsi comòlos auia ante*,l.6.titu.6.par.7.l.10.titu.33. parti.7.ibi, *Ca quando fuere pueſta en carta de algun ſeñor que diga,que da ſu gracia aalguno, o quele perdona ole reſtituye lo ſuyo todo, ſe entiende,que debe cobrar todo lo que auian tomado, y aun la fama*. Et facit glo.in l.contra pupillum.in gloſſ.1.ff.de re iudi.& in l.ſi minor in verbo.licet.ff.de bon.aut.iudic. poſſ. & ſemper reſtitutio tantum reſtituit,quantum id aduerſus, quod reſtitutio petitur,abſtulit.ſecundum Bart.in d.l.vlti.C.de ſenten. paſſi.ad quod etiam conducunt notata per Tiraquel. libro primo,de retract.§.32.gloſſ.vnica.numero 69.pagin.682.& quod notat Epiſcop.Couarru.in regul.poſſeſſor. de regulis iuris in 6.par.3.relect.§.1.num.9. Et ex his oritur ſingulare dictum Iacob.de Belloui.in c.1.hic finitur lex Corra.vbi di
36 cit, quod reſtitutio in integrum, extenditur etiam ad iura quæſita ex cauſa, quæ per in integrum reſtitutionem reſoluitur, & annullatur, ſecus ſi ſint ei quæſita ex alio contractu,vel ex alia cauſa extrinſeca, & ſequitur Aluaro. Bal. & Præpoſi.ibi.Andre.de Yſern.in capit. vnico. de vaſal. decrepi.æta.Bal.Roma.& Iaſ.in l.ſed ſi hac.§. liberis,nume.4.ff.de in ius vocan.qui ad hoc refert text.ibi,& in l.ſiue patronus. ff.de iure patron.& in l.interdicit.ff.de condition. & demonſtratio.& alios concordan refert Modernio Pariſien.in conſuetu.Pariſien.titu.1.de materia feuda.§.22.nume.36. Et faciunt ſcripta per eundem in dictis conſuetudinib.§.1. gloſſ. 9.nume.41.vbi dicit, quod ſi cliente bonis ademptis deportato, patronus feudum morte ciuili clientis apertum appræhenderit,deinde cliens principis beneficio, non ſimplicem penè indulgentiam,ſed plenam & integram reſtitutionem conſequutus fuerit:tunc ipſo iure ciuiliter reuiuiſcit,& recuperat bona etiam in tertium alienata,dummodo alienatio immediate ex ſententia,& confiſcatione proceſſerit.citat.l. 1.& vlti.C.de ſenten.paſſi & alia.& ex hoc Iaſ. in d. loco infert limitationem ad doctrinam Bart.in l.qui ad tempus.in princ.ff.de decurio.& in l.1.C.de his, qui in exilio dat. ſunt. lib.10.dicentis, quod collegiati expulſi Bononia tempore Romei de Pepulis reſtituti, non recuperauerunt locũ ſuũ in collegio,cum eſſent aliis aſſignati: quia procedit, quando ius fuit quæſitum,aliter quam ex ipſa deportatione: ſecus quando ſola deportatione, abſque alio facto extrinſeco. Tandem iſtam ſententiam leui quadam ratione motus,tenet Gregor.Lopez in l.6.titu.11.in glo.in verbo, *que la no pudieſſe vender*. in verſi.quid tamen,in prin.part.6 vbi dicit,quod poſito, quod bona maioriæ aliquo caſu confiſcari poſſint,ſi princeps crimen indulgeat delinquẽti, & illum reſtituat, operabitur reſtitutio, vt habeat ſuũ maioratum cum fructibus.citat Bal.in c.1.hic finitur.l. Corra. Pro contraria opinione,quod hoc caſu condemnato reſtituto non
37 ſint fructus reſtituendi, ſiue fuerint percepti a fiſco, ſiue a ſucceſſore maioratus,ſiue ab alio, quoppiam tertio, facit in primis text.in Auth.idem eſt de Neſtorianis.C.de hæreti. per quem eſt receptiſſima omnium opinio,quod quamuis condemnatus reſtitutus recuperet bona alienata, non tamen recuperat fructus perceptos a fiſco, vel ab alio tertio. quod tenent Angel.Rapha.Cuma.Aretin.Iaſ.numer.64.& alii ſcribentes.in d.§.& quid ſi tantum.Iaſ.in l.vlti. num.17. ff.de iuriſdictione omn. iudic. & in l. iuſiurandum,quod ex conuentione.§.procurator.nume.19.ff.de iureiuran. Et pro hac opinione alios refert Caſſan.quamuis ipſe contrarium teneat in conſuetudi.Burg.rubr.1 numer.140.verſic. limita tamen.vbi in hac materia plura ſcribit. & idem tenet Ioan. de Platea,in l pen.C.de fide inſtrume. & iure haſtæ fiſca.lib. 10.& eſt communis opinio,ſecundum Grego.Lopez, in d. l.2.titu.32.par.7.in glo.in verbo, *primer eſtado*. Vbi ſic intellexit illam legem in verbis ſupra relatis.& faciunt, quæ ſcribit Tiraquell.in tracta.le mors.par.5.declarat.1.nume.7.pagin.230.vbi tradit,quod quæuis collatio,ſiue reſtitutio,ſiue confirmatio nunquam retrotrahitur in præiudicium tertii, licet contra hanc communem opinionem teneat Deci. in d.l.in condemnatione,§.cum verbum.vbi arguit contra Iaſon,in d.§.& quid ſi tantum, per illum text. & per l.videamus,§.in Fabiana.ff.de vſur.& de hoc articu. etiam tractat Egid.Boſſi.in pract.crimi.titu.de remed.ex ſol.clemen.prin. proced.nu.xj.vbi plura notabilia circa hanc materiam ſcribit,quæ inibi videri poterunt.& ideo dicit Ang.ad propoſitum noſtrum, in d.§. & quid ſi tantum, quod reſtitutiones bonorum,quæ fiunt a principibus finito bello, propter capitula pacis,non operantur,quo ad reſtitutionem fructuũ, nam fructus reſtitui non debent. & idem Curt. in conſi.49. recolendæ memoriæ Dux Philippus. quorum opinio communior eſt contra Nellum,& Iaſ.ſecundum Egi. Boſſi.in d. practi.crimin.titu.de reſtitutionibus,quæ fiunt a princi.fini. bello.num.17. Ad quos iunge notabile conſilium Bald.36. num.3.libro primo,& adde Egid.Boſſi in d.practi.titu.de liter.Princip.bannitum admittent.ad nouas defenſiones.vbi tractat de literis conceſſis bannito,vt audiatur ad defenſionem.& dicit, quod ſi impetrantur tales litteræ poſt annum condemnationis, dantur quo ad perſonam tantum, non quo ad bona.ſi vero ante annum, auditur quo ad vtrunq;, & ibi tradit, an tales literæ tollant ius tertij? & ſcribit alia ad intellectũ eorum,quæ hic tractantur.& horum auctoritate innixus Domin.in c.auct.§.vlt.nu.4. de priui.in 6.dixit.

Source : BIU Cujas

Quod dominus non potest remittere ius tertij, nec possunt remittere damna illata subditis in bello. de quo vide plura per Felin. in c. super eo. de offi. delega. vnde etiam dixit Petr. Rebuf. in praxi beneficiorum de non tollen. iu. quæsito. nume. 5. quod remissiones delictorum, quas gratias vocamus,
38 quæ fiunt a principe. Nunquam trahuntur ad remittendam pœnam parti applicatam, vel applicandam. & idem tenet Alciat. in tract. præsumpt. regul. 2. præsumpt. 11. nu. 4. pro quibus facit text. & glo. in l. venia. in fi. C. de in ius voc. vbi probatur, quod princeps non potest remittere interesse partis. notatur in l. quoties. & in l. rescripta. C. de precib. impera. offeren. facit glo. in c. dilectus. in verbo. concessione, de offic. delega. & conducunt, quæ ad hoc vltimum propositũ scribit Rebuf. in l. vnica. C. de senten. quę pro eo, quod inter. profer. in præfa. num. 30. de qua glo. in d. l. venia. latius agit Parisi. in consi. 1. lib. 4. nume. 21. vbi multa scribit circa propositum eorum, quæ hic tractantur. dicunt tamen Inno. & Abb. num. 6. in c. nisi, de offic. delega. quod princeps iusta de causa potest remittere pœnam parti applicatam. vbi Abb. addit vnum singulàr. quod princeps hoc præsumitur facere ex iusta causa. de quo vide, quæ scribo in principio huius quartæ partis. num. 35. Præterea dicit Bald. eleganter ad nostrum propositum, in c. 1. in princ. in versic. pone Rex. hic finit lex, deinde consuetudo, & ibi Aluaro. numer. 5. & 21. & Præpos. in fi. quod si condemnatus ad mortem, dum duceretur ad supplicium, remissionem, & in integrum restitutionem obtinuerit a rege, recuperat feuda aperta Regi, sed non aperta tertio. Quare dixit Alberic. quem omnes maximum practicum faciunt in 4. part. statutorum, quæsti. 46. quod quando is, cui aliquid acquiritur ex condemnatione certat de damno euitãdo, vtputà, si ex statuto dimidia pars bonorum condemnati de homicidio acquireretur hæredibus defuncti pro eorum interesse, recuperatione & satisfactione iniuriæ: tunc restitutio gratiosa quantuncunque plena, ad illam condemnationem hæredibus applicatam non extenditur. Notat Fortun. in d. §. & quid si tantum, col. 92. & egregiè Moder. Parisien. in consuetud. Parisien. §. 22. nume. 38. quod est notandum ad ea, quæ traduntur per Rebuf. &
39 Egid. Bossi. vbi supra. Præterea licet restitutio ponat omnia in pristinum statum, non tamen hoc procedit in præiudicium tertij. c. quamuis. de rescript. in 6. gloss. in d. §. & quid si tantum. vbi Alex. & alij. Felin. in c. inter quatuor. de maiori. & obedien. Deci. in d. §. cum verbum, num. 3. Barthol. Socin. in consi. 23. lib. 1. & in consi. 164. num. 20. libr. 2. de quo etiam per eundem Deci. in c. quia diligenti. num. 9. de elect. & in c. vltim. num. 8. de constitu. in quibus locis late tractat, quando princeps restituit, an ille restitutus recuperet bona alienata in præiudicium successoris? & vtrobiq; citat Cardi. in c. ad petitionem, de accusa. dicentem, quod si princeps restituat bannitum, non obstante quacunque condemnatione, non habet locum in præiudicium tertij. de cuius dicti veritate disputat ibi Deci. & Gregor. Lopez, in d. l. 2. Iason. in d. l. beneficium, num. 17. de quo etiam tractat Nicol. Boer. decisio. 65. cui adde Alexan. in consi. 101. viso processu, libr. 2. num. 6. & in l. vlti. num. 2. C. de repudian. hæredi. quæ. l. vltima facit etiam pro ista sententia, & l. vlt. tit. 6. par. 6. quæ est singular. vbi cauetur, quod si minor repudiet bona hæreditaria si sint alienata, non potest illa recuperare, alias secus. Cæterum cum possidens talia bona maioratus, sit dominus verè, fructibus gaudere debet. l. fructus. C. de actio. empt. cũ concordant quæ omnia etiam notanda sunt ad ea, quę ego scribo in principio huius quartæ partis, q. 1. & circa tex. in d. c. quamuis plura scribit Tiraquel. in tract. de vtroque retra-
40 ctu. §. 1. gloss. 10. num. 68. Vides igitur, Lector, quantis difficultatibus hæc quæstio circundata sit, adeo vt inexplicabilis penè videatur. Ego attentis omnibus superioribus, & in quantum meæ sufficiunt vires & ingenium, consideratis, pressius cuncta rimando: credo, quod sit tenendum, quod vbicunque princeps siue ex mera gratia, siue ex iniusta restituit illum, qui bona maioratus propter delictum amissit, in casibus in quibus bona amissa fuerunt propter delictum, & non in successorem, sed ad cameram regalem fuerunt applicata, quæ camera nõdum fructus perceperat. delinquens restitutus, fructus recuperabit cum bonis principalibus. & ita intelligi debet, d. l. in condemnatione. §. cum verbum, ff. de regul. iur. & alia iura supra citata. si vero fructus fuerũt percepti a fisco, & in cameram regalem incorporati, tunc si restitutio sit ex gratia, nequaquam fructus recuperabit, secus si ex iustitia. quia vbicunque restitutio facta fuit ex iustitia, fructus restitui debent cum re principali, secundum Raphael. Cuma. in d. §. & quid si tantum. vbi Iason. num. 73. Nellum in tracta. bannito. in pri. par. tertii temporis. quæst. 11. in fi. citant tex. in l. patre pro filio. §. item ex diuerso. ff. de minoribus, & idem tenent Fortu. Garc. & Galiaula, & alii, quos refert Episcop. Couarr. lib. 1. resolutio. c. 3. num. 15. cui adde Moder. Parisien. in addi. ad Deci. in d. §. cum verbum. & in d. consuetu. §. 22. num. 39. vbi hoc extendit. & declarat. & Emanuel Acosta. in d. §. & quid si tantum. par. 2. nu. 49. cum sequentibus. Ex quo fit, quod idem dicendum est, vbicunque restitutio ex iustitia fuit concessa ad bona, quæ priuatus & alius successor in maioratu ante restitutionem possi debat. quamuis in his duabus conclusionibus attentari potest. quod attento, quod siue priuatus, siue fiscus, qui hęc bona possident illa habent cum titulo, videtur quod non teneantur, nisi ad restitutionem fructuum perceptorum, post litem contestatam, & non ante, si habeant bonam fidem iuxta tex. in l. certum. C. de rei vendi. & videtur seruanda distinctio illius text. & legis, & ex diuerso. ff. de rei vendic. & l. 39. titu. 28. par. 3. cum concordant. Sed nihilominus prædicta communis opinio seruanda videtur, quia id operatur restitutio. Si vero princeps ex gratia restituat delinquẽtem, qui possidebat bona maioratus, non est illi facienda restitutio fructuum, qui ab alio tertio fuerunt percepti: quia restitutio in hoc casu non ex extendenda ad præiudicium tertij, qui forsam cum titulo habuit bona. quæ autem dicatur restitutio ex iustitia, quæ ex gratia, colligitur ex scriptis per Doctor. in d. §. & quid si tantum. & in c. ad nostram. de emp.
41 & vend. Pinel. in l. 2. par. 2. num. 21. C. de rescin. vendi. Alias autem quæstiones circa hãc restitutionem, quam princeps facit in fauorem delinquentis, qui habebat maioratum, vide per Gregor. Lopez, in d. l. 2. titu. 32. *delos perdones*. par. 7. & plura spectantia ad hanc materiam & quæstionem, vide in quæstio. 1. par. 1. huius operis. & in par. 2. quæst. 4. illatio. j. & 2. & qualiter, & quomodo prĩceps possit facere gratiam bonorum confiscatorum, traditur in pragmatica datà Pintiæ anno 1523. l. 17. & 18.

42 ¶ ET in ista materia adde, quod licet quando bona auferantur ab aliquo tanquam ab indigno, non acquiruntur fisco ipso iure, sed per sententiam, & agnitionem subsequutam. vt est gloss. in l. his consequenter, §. 1. ff. famil. ercis. tamen si bona alicuius propria, propter delictum confiscantur, siue ipso iure, siue per sententiam acquirantur fisco ab aliqua agnitione, secundum Bar. post Din. in l. 1. §. an bona. ad fin. ff. de iur. fisc. quod est notabile secũdum Vincentium in l. si vir. ff. ad l. Falc. quos refert Peral. in l. si Titio. num. 13. ff. de legatis secundo.

43 ¶ ITEM NOTA, quod in cõfiscatione non veniũt bona conditionalia, neque bona de futuro acquirenda, secundum glo. in l. nam ad ea. ff. de condit. & demonst. quam multum commendat Bal. in l. etiam. ff. ad l. Falcid. & probatur in l. eius, qui post prin. vbi notat Paul. de Cast. ff. de testamen. & l. interdicit. ff. de condit. & demonstra. de quo latius per eundem Petr. de Peral. in l. omnia. §. fundum. nu. 4. ff. de legat. 2. cui adde Abba. qui tenet, quod confiscatio non extenditur ad bona futura in c. ad liberandum, num. 4. de iud. & in c. cum aliquibus, num. 4. fol. 53. de re iudic. & alia quæ
44 refero in 1. par. quæstio. 1. num. 16. Horum etiam vicinum est, quod notat Gregor. Lopez, in l. 2. titu. 15. part. 2. in glo. in verbo. *si dexasse hiio, o hiia*. vbi dicit, quod l. 40. Tauri. quæ præfert in successione maioratus nepotem patruo, procedit non solum si possidens maioratum sit naturaliter mortuus & vere, sed etiam si sit mortuus ob aliquod delictum, quod commisit, cuius occasione maioratum amisit. refert
45 l. etiam. §. fi deportatus. ff. de bonis liber. Hoc etiam in loco erit opportuna, & necessaria quæstio, vtrũ successor in maioratu, vel melioratione possit repudiare maioratum, vel meliorationem in præiudicium fisci, qui bona prætendit esse confiscata? Cuius quęstionis resolutio pendet ab his, quę late scribit Tello, in l. 4. Tauri. num. 62. cum sequentib. vbi tractat, an quis possit repudiare hæreditatem, vel legatum in prejudicium fisci, qui illam prętendit, vbi resoluit cum Alberi. in 2. par. statutorum. quęst. 24. concludentis, quod si banniti bona confiscentur, non confiscabitur hęreditas postea delata si non adita fuerit. & idem tenet Nellus in tract. bannito. in 1. par. 2. temporis. quęstio. 30. Pro quibus refert casum, cui nulla est dabilis responsio. in l. cum quidam capitis. ff. de iure fisc. cui adde egregium text. in l. alienationis. §. qui occasione. ff. de verborum signifi. ibi, qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti qui hę reditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur. & est expressa doctrina Bal. quam dictus Tello non refert in Auth. quod locum. C. si secun. nupse. mulier. in versi. modo quęro. vbi dicit, quod mulier potest renunciare legatum sibi a marito relictum, cum commisserat homicidium, ex quo debebant omnia bona confiscari per sententiam. Pro quo etiam facit singular. l. 5. tit. 11. par. 4. & conducunt scripta per Iason. in l. 3. C. de fideicommiss. & in §. item si quis in fraudem, nu. 27. de actio. & in l. 1. §. de-

1.§.denique.ff.ad Trebell.& in l.legatum,num.19.ff.de leg. 1.& in l.in illa ſtipulatione per te non fieri.num.3. ff. de verborum obligat.& in l.ſi ſeruus.C.de pact.& in l.3.§.ſi filius. num.3.ff.quod quis.iur.Hippol.in ſingu.144.magna eſt differentia.& in ſingul.518.Segur.& Additio.in l.1.§.ſi vir vxori.num.60.ff.de acquiren.poſſeſſi.Deci.in conſil.269. Tiraq. in l.ſi vnquam,in verbo, donatione largitus,nume.180.C.
46 de reuoc.donatio. Rebuf.in tracta. de aliena. rerum eccleſiæ.nume.13. vbi tractat, qualiter prælatus poſſit repudiare res legatas eccleſiæ ſine ſolennitate. Peralt. in l. Titia, cum teſtamento.§.ſi ea conditione,nume.3.& .§.Lucia.nume.6. ff.de lega.2.Quod etiam adiuuatur ex tex.in l.ſi ego.ff.de nego.geſt.& in c.ſi tibi abſenti. de præb.in 6.per quæ iura decidit
47 Paul. de Caſtro, in conſilio.71.in caſu præſenti viſis omnibus. lib.2. quod mulier donationem ſibi abſenti factam, & non aceptatam, poteſt repudiare non obſtante ſolennitate ſtatuti diſponentis, quod in alienationibus mulierum interſint conſanguinei. quam doctrinam ſequuntur Bartho.Socin.in conſi.53.viſo inſtrum.lib.4.& alij plures,quos refert Tiraquel.in legib.connubia.glo.5.in verbo, contract. num.31.vbi hanc opinionem late fundat.cui adde Gozadi. in conſi.12 nu.6.vbi dicit, quod in repudiatione iuris quærendi,non requiritur illa ſolennitas, quæ erat neceſſaria ad repudiandum ius quæſitum. Sed de hac doctrina Paul. hodie ego dubito ſtante diſpoſitione.l.54. Tauri.in illis verbis *repudiar ninguna herencia que le venga. Ex teſtamento ni ab inteſtato.* ad quod etiam facit.l. 55. ibi, *noſe pueda apartar de ningun contracte que a ella toque ni dar por quito a nadie.* & licet.d.l.54. loquatur in hęreditate, id eſt in donatione propter eandem rationem.& fortificatur ex.d.l.55.quę generaliter loquitur. & hęc,& alia ſimilia faciuntpro iſta ſententia Et ex his etiã tractat Epiſcop.Couarru.in c. Raynal.§.3. num.12.de teſtamen.an legatarius rogatus legatum,aut eius aliquẽ partem alteri reſtituere poſsit in pręiudicium alterius legatum repudiare. & ex eiſdem fundamentis concludit etiam Tiraq. in tracta.de primogeni.quęſtio.24.num.1. quod primogenitus poteſt renuntiare primogenituręin pręiudicium creditorum. quod ego intelligo vbi nondum primogenitura illi delata fuerit, nam ſi poſtquam illam poſsidet ei renunciauerit : iam renuuciat bonis acquiſitis, non acquirendis : & ideo renunciatio non eſt licita per iura ſupra dicta. hinc firmat Matthe.ab Afflict.in deciſio.Neapoli.126.Comes.quęſtio.3.quod procurator, vel receptor ſcienter recipiendo canonem emphyteuſis, quę cecidit in comiſſum,anteaquam dominus ſe velle declarauerit habere rem iure cõmiſsi, præiudicat domino,Notat latius Moder.Pariſien. in conſuetu. Pariſien.par.1.§.14.num.10. quem vide in numeris ſequentibus.Et iungo eundem in dictis conſuetudinib.§.1.gloſſ.3. num.13.vbi circa intellectum tex.in d.l.ſi vnquam.C. de renoc.donatio.reprobat ibi Ripam, quęſtio. 11. His tamen obiicitur.l.45. Tauri. vbi defuncto poſſeſſore rerum maioratus mox, & incontinenti transfertur poſſeſſio ciuilis, & naturalis in ſequentem in gradu, quę poſſeſſio transfertur abſque acceptatione, vt patet ex d.l.45. in prędictis verbis, & ſuſtentaui in 3.par.huius operis,quęſt.13.quo ſtante,pro hac ſenteuria videtur text.in l.magis puto.§.fundum, ff. de rebus eorum,in quo probatur,quod tutor abſque auctoritate tutoris,& decreto prętoris, nõ poteſt alienare fundum in teſtamento relictum minori, quod non eſt ob aliam rationem,niſi quia in legato ius ignoranti quęritur,& renun
48 ciatio iuris,iam quęſiti eſt donatio mera.l.in ędib.in princ. ff.de donatio.l. ſi mater. C. de tranſactio. & per mille ſimi-lia,quę refert Tiraquel.in d.l.ſi vnquam;d.verbo,num.173. cum ſequentibus, & quod renunciatio iuris iam quęſiti ſit donatio,probatur expreſſe,in l.6. tit.7. par.1. & notatur per Deci.in l.ſi quis obligatione.ff.de regul.iur. & Epiſcop. Couarru.reſolutio.lib.2.c.4.num.8.& dicit Bal.in conſi.183.re-
49 futatio facta abſque cauſa, lib.4. quod renunciatio ſi ſit inofficioſa,ęquè reuocatur, ac donatio. Ex quibus ego alias in facto dicebam, quod cum quidam locus habuiſſet in re-
50 gali conſilio ſententiam in ſui fauorem latam, ex qua confirmata fuit altera ſententia, quæ in hac regali cancellaria fuit lata in fauorem prędicti loci, de qua pars aduerſa ſupplicauit ad regiam maieſtatem cum pœna, & fideiuſſione mille,& quingentarum doplarum, quarum tertia pars pertinebat ad prędictum locum,in cuius fauorem ſentẽtia fuit prolata in regali conſilio,ſecundũ leges regales: ille autem locus feciſſet remiſſionem poſt prędictam ſententiam ſuę tertię partis in fauorem rei cõdemnati,dixi illam remiſſionem fuiſſe inualidam: cum eſſet renunciatio iuris quęſiti, & conſequenter mera donatio, quam facere non poſſunt ciuitates,villę,vel loci.ex tex.in l.prędes.C. de tranſact. & in l.Imperatores.ff.de pact. in quibus iuribus probatur, quod adminiſtratores ciuitatum non poſſunt facere pactum,vel trãſactionem ſuper re, quę liquido debetur ciuitati. de quo late agunt Doctor.in d.l.prędes prędipue Alexan.Ias. & Deci.in d.l.Imperatores. & faciunt notata per Bart. in l. ambitioſa.ff.de decret.ab ordi.faci.& Ale.in conſi 22.viſo inſtrumen.lib.j.num.7.Peral.in l.1.num.42.ff.de legat.2.& conducit text. in l. ſi ad reſoluendam.C. de pred.minorum.& quę proprius ad iſtud propoſitum,ſcribit Moderni. Pariſien. in conſuetu.Pariſien.par.1.§.30.num.115.& num. 124. Item pro hac ſententia, quod ſucceſſor in maioratu non poteſt renunciare maioratum in pręiudicium fiſci, qui illum confiſcare poteſt, facit ratio. quia hęc renunciatio non poteſt eſſe ſine fraude,cum ſit certum, quod illam non feciſſet renuncians,niſi ſperaret,quod ſi non faceret renunciationẽ, bona confiſcarentur. Et ideo dicit tex.in l.1.§. vlt.ff. de his,
51 quę in fraud.credi.Quod renũciatio facta in fraudem ęquè reuocatur,ac donatio.notat Paul.in conſil. 125. dubium facit.lib.1.& pro hoc facit doctri. Ioan.Fabri,in §. manet. Inſti.de ſociet.vbi dicit,quod ſocius non poteſt renunciare ſocietati, quando id dolo faceret. per quam doctrinam dixit Gregor.Lop. in verbo, *engañoſamente*. deciſam fuiſſe quæ-
52 ſtionem, de qua iam ego etiam vidi dubitari.Nam quidam aliũ iniurioſe percuſsit in manu,& manus fuit abſciſsa,& condemnatus fuit pro percuſſione, quod daret vulnerato duo millia ducatorum,& lata ſententia ſuperuenit percuſſori in fuga exiſtenti hæreditas magna:cum antea eſſet pauper, nec hãret vnde ſolueret condemnationem, qui tamen percuſſor hæreditatem repudiauit. quo non obſtante pronunciatum fuit in regio cõſilio, quod exequutio fieret in bonis repudiatis:quia renunciatio videtur doloſa,& in fraudem facta. pro quo facit elegans doctrina Barba. in conſil. 11.col.15.in verſi.capio primum,lib.1. vbi dicit, quod non poteſt renunciare officium is,qui delinquit, quia repudiando alienare dicitur.refert Petr.Rebuff.in tracta. de alienati. rerum eccleſ.num.4.& doctrinam Barba.refert etiam & cõfirmat Nicola.Boer.in deciſio.2.num.5. & vide illum in deciſio.205.num.8.quæ doctrina Barba.eſt egregia & practicabilis. de quo puncto vide quæ latius ſcribit Tello, in d.l.4.
53 num.64.verſic.vltimo pro complemento. Sed his & aliis ſimilibus minime refragantibus,verior videtur opinio,quod etiam in hoc caſu liceat ſucceſſori in maioratu, vel melioratione,facere renunciationem maioratus,vel melioratio-nis ſibi delatæ in prædiudicium fiſci. quod conſtat ex prædictis.& probatur ex quadam doctrina Moder.Pariſien.in cõſuetu.Pariſien.§.30.num.158.vbi dicit,quod ſi hæreditas vaſalli deuoluta eſt Titio proximiori habili ad ſuccedendum Titius,qui grauiter offendit patronum, ita quod ſufficeret ad amiſſionem feudi, poſtea abſtinet ab hereditate, poſterior in gradu adit patronum petens inueſtiri,patronus vero recuſat,& petit ſibi adiudicari iure commiſſi,non poteſt patronus id petere Titium ſe geſſiſſe pro hærede, nec poteſt allegare Titium in fraudem commiſſi abſtinere : quia Titius non cenſetur in alium transferre iuxta d.l.qui autẽ. nec obſtat ſecundum eum,quod ipſo iure ſit ſaiſitus. quia hoc eſt verũ ſi gereret ſe,vel geſſiſſet pro hærede, ſecus ſi abſtineat.
54 non obſtat.d.l.45.quę magis vrget,quia ad illam reſponderi poteſt ex doctrina hac Modern. Pariſien. vltra quod conſiderandum eſt,quod illa lex eſt facta in fauorem,& conſeruationem bonorum maioratus,& illorum qui in illis ſuccedere debent,in quos transfertur poſſeſſio quando illis id vtile eſt,nõ alias. & cum lex principaliter ſit facta in fauorem ſucceſſorum maioratuum,non debet in illorum odium retorqueri.l.quod fauore.C.de legibus,cum concordantibus. qui eſt nouus intellectus ad d.l.45.credo tamen,quod verus eſt,vt conſtat ex doctrina Nicolai de Neapo.in l. item in poteſtate,ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie.iur.vbi tenet,quod licet filius Epiſcopus liberetur a patria poteſtate.Auth. ſed digni tas epiſcopalis.C.de Epiſco.& cleric.id procedit,quando eſt vtile ipſi filio,nõ alias, ſi cederet in commodum filij.notat Epiſcop.Couarru.in c.quia nos,num.5.de teſtam.& facit regula tex.in l.inuito.ff.de regul. iur. Sed id magis in terminis noſtris tenet Lauren.Calcan.in conſ.76.primo eſt videndũ, quæ actio.verſi.nec obſtat, quod dicitur (quem certè vidi, poſtquam iam hunc intellectũ ad prędictam.l. Taurinam tenueram:) is, inquam loquens in ſtatuto Cremenſi, quod continuat poſſeſſionem mortui in viuum dicit, quod tale ſtatutum procedit in fauorem ipſius hęredis,ſcilicet,vt poſſit ſe dicere ſaiſitum in poſſeſſione aduerſus alium, ſi ipſe velit. quod ſi alius id allegaret aduerſus ipſum hęredem,nõ prodeſſet illi:quia quatenus tendit ad illorum lęſionem,nõ debet poſſeſſio continuari.quam doctrinam variis & ſingularibus rationibus confirmat Tiraquell.in tractat. le mors. par.7.declaratio.1.num.1.cum aliis, vbi num.5. refert notabilem doctrinam Pau.de Caſtro,in conſi.91. in cauſa appellationis.verſ.ſecundo dicitut non fuiſſe,lib.1.vbi dicit,quod

ſi ex

Source : BIU Cujas

si ex statuto mulier non possit se obligare sine quadam solennitate, ea tamen sine ea solennitate se obligauerit, poterit eadem id statutum allegare contra alios, vt obligationem subuertat, alij autem non possunt allegare contra eã, in cuius fauorem factum est. per notata in d.l. his cõsequenter. ff. famil. ercis. & alia, quæ ipse refert, quæ doctrina notanda est ad intellectum dictarum legum Taurinarum. 54. & 55. quas supra retuli. & illam etiam ex alijs corroborat Tiraquellus. cui iunge quod tradunt Archidia. Ioan. Andr. & Domini. in rubr. de eo, qui mitti in possessio. vbi dicunt, quod quamuis actor sit missus in possessionem bonorum debitoris, & post annum efficiatur possessor, hoc intelligitur, si ipse velit, non alias, quod confirmat Deci. in consil. 12. nu. 3. in prin. & priuilegium non est ita interpretandum, vt tollat priuilegia ex alio iure, vel alia causa competentia. l. si Rufinus. C. de testamen. milit. Bart. in l. 3. §. si emantipatus. ff. de bonorum poss. contra tab. notat recte Ripa respon so. 80. nume. 42. cum alijs. & his etiam adde quæ scribit pro confirmatione istorum, & illorum, quæ notant Nicol. de Neapo. & Bart. in d.l. item in potestate. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & plura quæ tradit Roder. Suarez, cuius authoris miror ab alijs non factam esse mentionem cum illius scripta adeo egregia sint. is inquam de his recte tractat in l. 9. titu. 11. *delos casamientos*, in uers. consídera vltra. Ex quibus infertur intellectus ad l. 48. Taurinam, quæ liberat filium per contractum matrimonij a patria potestate. Nam debet intelligi in his, quę tali filio vtilia sunt, non in his, quę illi sunt damnosa, & prejudicialia. & adde Gregor. Lopez in l. 7. tit. 18. in glo. in verbo, *consegero*. par. 5. vbi ex glo. in l. nepotes. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & ex alijs intelligit illam legem ponentè duodecim casus, in quibus filius liberatur a patria potestate in vtilibus, non in his, quę sunt odiosa. Vnde etiam fit, quod filius pręsumitur esse hęres patris in his, quę illi vtilia sunt, non etiam in damnosis, nisi expresse se immiscеat propter beneficium abstinẽdi sibi concessum. l. si filius, qui patri. ff. de vulgar. l. nam nec emancipatus. ff. de legat. 1. & tenent Bald. & alij, in l. 1. C. si minor ab hęredi. se abstineat. Alex. in consi. 34. viso processu. nu. 4. lib. 3. vbi Moder. Parisien. in additio. quę incipit, fauor. alios concordantes refert. cui adde Angel. Ater. in §. neque. de auth. tuto. nu 1. & eundem in consuetudini. Parisi. §. 22. nu. 64. & qualiter filius pręsumatur hęres patris. vide quę scribo in hac quarta parte. q. 15. & statutum, quod scholares habeantur pro ciuibus, intelligitur in his, quę sunt illis vtilia, non in damnosis secundum Bart. in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bonor. pos. contra tabul. & alios quos refert Alciat. in tracta. præsump. reg. 3. præsumptio. 29. nu. xj. & dicit Moder. Parisien. in consuetud. Parisien. §. 22. par. 1. nume. 94. quod præsumptio illa, filius ergo hæres, &. virtus suitatis, non habet locum, nisi ad commodum filij, & quando a filio, vel causam habente ab eo allegatur, secus si ab extraneo, & hoc in loco non est prætermittenda, quædam egregia doctrina Domin. Anton. de Padilla. in l. post mortem, num. 22. C. de fideicom. vbi tradit, quod maritus in præiudicium vxoris, & in eius vita, non potest restituere maioratũ filio, vel alio legitimo successori. Et ex istis infertur etiam intellectus ad capitulum curiarum Vallisoleti, anno 1555. quod prohibet, ne minores viginti quinque annorum, vel filijfamilias possint facere aliquem contractum, emendo aliquas merces pecunia credita, vt latius in d.c. statutum est quia licet ipsi minores, & filijfamilias, & illorum patres, & curatores possint opponere de non obseruata solennitate dicti capit. alii tamen in damnum minorum, & filiorum familias de hoc opponere non possunt. & ad alia pleraque potest inferri intellectus, quæ omitto. Ex his igitur, (vt ad nostrum propositum calamum conuertamus) apparet, ꝙ d.l 45. non obest prędictę opinioni, nec obsunt alia, quę adduximus, quia hñt particulares rationes, & omnia in proposito nostro cessant ex dispositione text. in d.l. cum quidam capitis. ff. de iu. fis. qui ad prædictam opinionem est clarus. & cum ista opinio sit fauorabilior pro conseruatione bonorum maioratus, in ambiguo est amplectenda. Et an qui commisit delictum pendente tempore processus, possit officio renunciare, tractat Tello. in d.l. 4. Taur. nume. 64. ad quem addo Gome. in regu. de anna. poss. q. 42. Et ex superioribus etiam determinari potest, an parentes in præiudicium filiorum possint repudiare hæreditatem, legatum, siue donationem eisdem factam? & è contrario, an ipsi filij in prejudicium legitimę, quę debita est parentibus, possint facere renunciationem? Et videtur eam licitam esse cessante fraude, & quando ius non est iam acquisitum: nam altero ex his duobus concurrente, non est licita renunciatio. Et ex his etiã diffiniri potest, an possit mulier nupta renunciare bonis matrimonio constante acquisitis in fauorem mariti, & in præiudicium parentum, vel filiorum, quibus legitima debetur? In quo etiam videtur, quod sit licita talis renunciatio, nisi bona iam acquisita, & incorporata in societatem matrimonii fuerint, & nisi hæc renunciatio facta fuerit in fraudem legitime, quę parẽtibus debetur. Et idem dici potest si mulier habens filios, velit facere in fauorem mariti renunciationem horum bonorum, quæ acquiri possunt durante matrimonio. & hoc modo intelligenda sunt, quæ notant decisi Rotæ, in anti. 842. & decisi. 2. titu. de pact. & Nicol. Boer. in decisio. 244. num. 2. Roderi. Suarez, in titu. *delas ganãcias*. limita. j. & Gregor. Lopez, in l. 5. titu. xj. par. 4. in glo. in verbo, *otra manera*. vbi late tractat, quemadmodũ mulier possit renunciare his bonis matrimonio constante acquisitis. Quos iunge ad Mencha. lib. j. controuersia. cap. vlti. num. 6. vbi late tenet, quod non valet pactum factum inter maritum & vxorem, per quod mulier renunciat, ꝙ non vult habere partem in fundo per maritũ empto. quod fundat contra Nicol. de Vbald. & Ioan. Lop. & alios, quos refert. contra quem vltra prædicta facit sententia Moderni. Parisien. in consuetu. Parisien. par. j. §. 30. numer. 70. vbi præsupponit, licitè coniuges posse renunciare bona, quæ alias communia essent absque renunciatione. & faciunt quę scribit ibi idem Moder. Parisien. nu. 75. Et animaduerto etiam quod maritus in prejudicium fisci, cui bona postea deferuntur, non potest renunciare bona constante matrimonio superlucrata, quæ in patrimonio iam sunt delata, & incorporata. Quod patet ex superioribus, & l. 77. Taurina. & quia amittere lucrum iam acquisitum pro damno reputatur, secundum gl. in l. 1. §. si quis propter, in verbo, restitutionem. ff. de itine. actuque priua. & vbi lucrum est radicatum, priuatio lucri est damnum, secundum Cin. & Bald. in l. cum te. in prin. C. de donatio. ante nupt. Notat Deci. in consi. 260. nu. 3. & 6. & probatur ista opinio in l. liberto octuaginta. ff. de bonis libe. & traditur per Iaſ. in l. cum quis. num. 3. C. de iur. & fac. ignor. & in l. 3. §. Labeo, num. 13. ff. de acquir. poss. & in l. repræhendenda, num. 10. C. de Insti. & substi. & in l. vlti. num. 10. C. de codicill. & in l. non amplius. num. 7. ff. de leg. 1. & in l. si ita stipulatus. ff. de verborum obligat. & in l. quominus. num. 48. ff. de fluminibus, & Deci. in l. in eo, quod. ff. de reg. iur. & in c. ecclesia. num. 34. de consti. Ioan. Lopez, in c. per vestras, col. 313. Episco. Couarru. de sponsa. part. 2. c. 3. §. 3. num. 7. Gomez. in regu. de non toll. iur. quæsit. Tiraquel. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 155. C. de reuoc. dona. Ex quibus apparet, diuersum esse, vbi maritus renunciat in fauorem mulieris talia bona anteaquam acquisita, & incorporata sint. Et ex prædictis, maxime ex his, quę scripsi in versic. hoc etiam in loco, numer. 45. determinatum etiam fuit, quod cum quidam in iudicio petiuisset a quibusdam illustribus pupillis magnam pecunię quantitatem per actionem personalem, quę excedebat valorem viginti mille ducatorum, quam quantitatem petebat a pupillis tanquam ab hęredibus patris, pupilli in exceptionibus repudiauerunt hęreditatem patris cum auctorltate matris illorum tutricis, & fuit petitum pro patte actoris, quod repudiatio non erat solennis, quia non erat facta cum iudicis auctorirate, iuxta sententiam Bart. & aliorum, in l. tutor. ff. de bono. poss. secun. tabul. fuit igitur decisum hoc non obstante, quod illa repudiatio contra creditotem illum, qui dicebat non esse sufficientem, fuit valida. Ad quod facit. l. non fraudantur. ff. de reg. iur. & l. quia autem. ff. de his, quę in fraud. credito. & alia supra citata. & hinc etiam fit, quod siprelatus, vel tutor recipiat canonẽ ab emphyteuta, qui ceciderat propter aliquam causam in commissum rei emphyitheuticę, prejudicat minori, vel ecclesię, vt postea non possint petere rem in commissum incidisse, non alia ratione, nisi quia nondum ex toto ius erat delatum, nec declaratum rem in conmissum venisse. vt notant glos. Imol. & Abb. in c. potuit. de loca. explicat latius. Moder. Parisiensi. vbi tradit, quid in procuratore habente generale mandatum, & in marito recipiente canonem de re vxoris. par. 1. consue. Parisi. §. 14. num. 6. cum sequentib. fol. 169.

SED an si bona maioratus fuerint confiscata pro delicto, teneatur fiscus stare locationi factę per delinquentem possessorem rerum maioratus, decidi potest ex doctrina Bald. in c. 1. §. rursus. nu. 1. quib. mod. feud. amitat. vbi dicit, quod si domino commissum est feudum, non tenetur stare locationi factę per feudatarium, de quo puncto late, & resolutiue agit Moder. Parisien. in consuetu. Parisi. par. 1. §. 30. quęstio. 22. num. 60. quem vide ad resolutionem nostræ quęstionis.

CIRCA hanc etiam materiam non est omittenda, quędam quęstio, quam tangit Gregor. Lopez. in l. 10. titu. 13. partit. 6. in glo. vltim. vbi dicit, quod si possessor maiorię committat tale delictum, propter quod maioria transeat in se-

in sequentem vocatum, quod si ille sit negligens petere intra duos menses, quod possit petere fiscus per illum tex.vbi probatur, quod si pater instituat heredem, vel faciat legatum in filium incestuosum, aut adulteriū, & competit ius reuocandi legatum filijs,vel fratribus, aut alijs consanguineis testatoris, quod si intra duos menses id non reuocauerint, fiscus capit relictum & idem probatur in l.1.C.de natura.liber.sed dura est conclusio Greg.Lop.& ideo recta ratione ipse cogitadum relinquit.quia illę leges loquantur in bonis liberis, & in casu speciali, de quo in illis fit mētio, & nullatenus ad successorem in maioratu est trahenda. quid enim absurdius potest esse, quam excludere successorem maioratus, ex eo, quod non petiuit proprietatem, vel possessionem bonorum maioratus, quem ipso iure lex facit possessorem absque aliqua apprehensione cum interc essor mortuus est,vel delictum commisit per quod remansit incapax, & ius in sequentem fuit delatum;l.etiam.§. si deportatus.ibi, fratribus suis non obstabit.ff.debonis liber.& dixi latius in 2.par.huius operis, quæstio.3.& in tertia par.quæst. etiam tertia. & prædicta.l.1.& l.part.loquuntur in casu speciali, quando filio adulterino, vel incestuoso relinquitur legatum.Possessor vero bonorū maioratus nihil relinquit, nec amisit quod proprium illius esset, sed successorum. ex quibus & aliis quæ omitto intrepide teneo contra Gregor. Lopez. imo cum bona maioratus pene regulariter sint imprescriptibilia, etiam per tempus quadraginta,vel centum annorum, non excludetur successor legitimus, aut illus filius a petitione horum bonorum, secundum ea, quæ scripsi in quæstio.20.supra eodem.

66 NOTANDVM etiam in his est, quod confiscatis bonis maioratus siue ipso iure, siue per sententiam, quamuis transeat dominium fiscum, & cameram regalem, non tamen transfertur possessio absque apprehensione. nec in hoc casu locum sibi vendicat.l.45.Taur. Quod probatur ex aliquibus, quæ scribo in 3.part. huius operis.quæstio.5. per totam.& deducitur, quia.d.l.45.specialiter loquitur in illo casu quando mortuus, & in fauorem, & conseruationem maioratuum, quod cessat in hoc casu. & est.l. exorbitans, & ad alios casus non est extendenda: maxime quando non militat eadem ratio,& licet dominum transeat sine possessione,quādo quid fit ipso iure, vt probatur in l. commissa, vbi glo. & Bart.ff.de publi.& idem post Din.in l.imperator. ff.de iure fis. possessio tamen non transit, nisi fuerit apprehensa.glo.in l.cum duobus.§.idem respōdit socius si cessante.in verbo.dominum,ff.pro socio.& in l.vlti.C. de sacrosa. eccles.& alij,vt per Tiraque.in l.si vnquam.in verbo,reuertatur.num.386.C.de reuo. dona. & in tracta.le mors.par.2. declara.14.num.23. & hanc sententiam in aliis terminis latè fundat Nicol.Boerius in decisio.277.nu.10. cum sequentibus,vbi inter alia dicit, quod quamuis regius procurator propter saisinam ab initio processus factam de bonis accusati,ac sententiam cōdemnationis sit factus dominus, non tamen efficitur possessor per.l.interesse ff.de acquir. possess. & alia quæ citat. & ita dicit conclusum fuisse per maiorem partem dominorum,& Egid.Bossi.in pract.crimina. titu.de bonorum publica. num. 26. & idem tradit in acquisitione bonorum vacantium in titu.de bonis vacantibus num.6.& conducit,quod circa hoc,& res. dotales scribit Bal. Nouel. in tracta.de dote.par.8.priui.6.num.17. quod dictum etiam retuli.in 3.par.huius operis.quæsti. 19. & facit doctrina Bal. in tract.de pace Constantiæ,in verbo,pactiones.in fine. vbi
67 dicit,quod licet dominium vtile censuarij aliquo casu ipso iure reuertatur ad dominium directū,possessionem tamen nullus perdit,donec eiiciatur foras.sic decidit gl. celebris in c.licet Episcopus.in verbo,te non vocato,de præben.in 6.q vsufructuarius finito vsufructu, non potest a quasi possessione expelli,sed contra eum agendum est negatoria,vel ex cautione de restituenda,quam gl. sequuntur ibi Doctores, & hoc est tenendum,quamuis Moder.Parisien. in consuet. Parisien.par.1.§.30.num.172.teneat, quod quando feudum ipso iure domino consolidatur, possessio etiam in dominū ipso iure transfertur.de quo dicto non sine ratione dubitari potest propter superius scripta.& in d.qōn.5.3.par. huius operis,vtcumque tamen sit, in nostro proposito dicta sententia est tenenda circa intellectum d.legis.45. quam etiam teneo in 3.par.huius operis,quæsti.19. Et hac conclusione habita pro vera,sequuntur plures effectus,& inter alios. q si aliquis extraneus possideat alia bona, vsucapere potest habita distinctione,de qua per Bartol. in l.in omnibus.ff.de diuers.& temp.præscriptio.cuius opinio communis est,secundum Areti.in consi.103.de quo tractat Episcop. Couarrui. in epitome de,sponsalibus,par.2.c.6.§.8.numer.16. & Egid. Bossi.in dicta pract.crim.d.titu.de bonor.publ. nume.78. & eundem Episcop Couarrui in regul. possessor. de regul.iur.
67 in 6.2 par.relectionis.§ 2.num.7.fortius dico, quod hoc casu sufficit vsucapio ordinaria, & non requiritur tantū tempus,sicut exigitur ad vsucapionem bonorum maioratus,vt diximus in q.20.supra eod. quia iam iudicari debet sicut de bonis liberis,& non censentur iam bona restitutioni subiecta,sed libera.argumen.tex.in l.cum pater.§.15.ff.de lega.& aliorum,quæ scripsi supra in hac 4.par.in q.19.vbi de dicto § quindecim.latè actum est. sed hoc nō transit sine magna difficultate,quia vbicunq; bona applicantur coronæ regię, applicatio fit dignitati,& coronæ regiæ,& non ipsi personę regali:& ideo de talibus bonis non est iudicandum sicut de bonis fisci,sed dignitatis regalis, prout dixi in prima quæsti. supra eodem, in versic. & sicut directo. Quare videtur, q in his procedit,sicut in alijs bonis regni.l.1.titu.17.part.2.de cuius intellectu tracto in q.2.sup. & quod bona prouenientia regi,occasione delicti sint de regalibus, tenent Abba.in consi.6.col.3.versi.idem bonis. lib.2. Aymo Cravet.in consi.128.nume.4.in quo puncto vide quandam latissimam distinctionem,quam tradit melius omnibus Moder.Parisien.
69 in consuetud.Parisien.d.§.30.nume.169.cum aliis. Et sequitur etiam, quod princeps non potest priuare reum his bonis maioratus,nisi prius coniunctum & condemnatum. & anteaquam hoc factum sit, non potest ad se aduocare talia bona, nec habere manuum iniectionem, nec accipere possessionem. Quod probatur ex c.1.de feu.sine culp.non amitten.latè Andr.de Ysern.in c.1.versi. calidis. de prohibit. feud.aliena.per Federi.& alios,quos refert Ale.in cons. 124. lib.1.& Thomas Grammat.in decisi.15.nu.8.

70 ANIMADVERTO etiam in hac materia, quod licet de iure ciuili erant aliquæ opiniones. An per delictum læse maiestatis amitteret quis bona ipso iure,ant per sententiam?vt per Bar.in l.si debitor.ff.de his, quæ in fraud. credit. & in Auth.de incestis nupt.in prin.Abb.in c.dilecti. de arbi. quod in aliis pluribus locis tractatur. hodie ex dispositione. l.4.tit.2.par.7.hoc expeditum est, quia delinquens ipso iure bona amittit.quod apertè probatur in illa lege.& in l.2. tit. *delas trayciones*. lib.8.ordina.& in l.4.tit.4.parti.5. Et hoc nos tenere debemus,quicquid post alios teneat Modern. Parisi. in consuetu.Parisi.d.§.30.num.25.

71 ET quid si possessor bonorum maioratus aliquā rem alienauerat ex bonis maioratus,quam postea fiscus rei vendicat,& capit ob delictum læsæ maiestatis,vel hæreticæ prauitatis commissum, an teneatur soluere emptori precium, quod delinquens recepit? Communiter concluditur,quod si precium fuit conuersum in commodum bonorum delinquentis, & commodum fuit delatum fisco, simul cum bonis: tunc fiscus pretium soluere tenetur,& non alias, secundum Bartol.in l.3.ff.de his,quę in fraud.credi.per.l. emptor.ff.de reiuend.& Conradus, in tracta. de contractib.cui adde.Iasi.in §.item si quis in fraudem,num.90.Insti. de acti. & Siman.qui hoc latius tradit in lib.de insti.cathol.c.9.nu. 22. cum sequentibus qui alias quæstiones circa hæc tractat Episcop.Couarruui.in d.§.8.num.8.& Egid.Bossi.in d.pract. crimin.tit.de bonorum publica.num.77. vbi num.22.refert Ioan.de Imo.in consi.37.disputationē,si delinquens habeat bona in diuersis principatibus, ita quod alibi nō publicantur,& condemnatus habeat creditores,tā in eo loco,quam in alio,an ipse debitor teneatur ad solutionem debitorum? an fiscus ad id obligatus sit? Et vide eundem Egid. Bossi. in titu.de fisco,& priuilegijs eius,num.71.

72 ET ex his fit,quod si ille qui commisit,hæresim,vel crimen læsæ maiestatis emerat iam bona, & precium nondum soluerat, fiscus tenetur illud soluere, si res empta extat.l.in conditione.ff.de actio. empti.& tenet Bald.in l. vlti. §.vltim.C.commu.de lega.

73 SED qui scire cupit, an lite pendente inter regium fiscum & vxorem, & filios condemnati, sint ne discernenda alimēta ex bonis sequestratis filio vel vxori? legat Egidium Bossi. in practic.criminal.titu.de alimen. præstandis vxori, quem ad aliud propositum refero in quęstio.35. infra eo.

74 DEINDE quęro, si detur casus in quo per delictum amittat quis bona maioratus, & confiscētur, & ad talem maioratum pertineat aliquod ius patronatus, an confiscetur simul cum bonis maioratus? In qua quęstione glo.in c. filijs.19.quęstio.7.in ea est sententia, quod ius patronatus confiscari potest simul cum vniuersitate bonorū. Et idem tenent Ioan.Andre.& Abb.in c.nobis. de iure patron. Sed ista est lata quęstio,cuius veritatem & resolutionem lector percipere potes ex scriptis abundāter per Rochum de Cur. in tracta.iuris patronat.in verbo, ipse,vel is. quęstio.29.nu. 65.Chassane. in consuetudi. Burgund.in rubr.2.§.2.num.7. & 8.in versic.primo dicit. Soci. Iunior in consil.51. num.1.

cum

Source : BIU Cujas

cum alijs.lib.2.Cęſar.Lamber.de iur.patron.libr.1.2.queſti. princ.part.2.artic.40.nu.3.&4.

75 ET quando præſumatur, quod quis fecit in filium maioratũ vel meliorationem in fraudem fiſci, & ad excludendum fiſcum ne capiat bona pro delicto,explicat Deci. eleganter in conſi.235.num.2.cum alijs?

76 PONE vero,quod qũis commiſſit aliquod crimen,ob quod bona maioratus amitti poterãt ſi eſſet accuſatus, ſed tamen nunquam accuſatio fuit appoſita contra eum, ſed princeps diſſimulauit vſque ad mortem illius, an eo mortuo filij bona amittãt,& poſſit pro delicto procedi? In quo puncto placet mihi doctrina Bald.in c.1.§. inſuper. de prohib.feud.aliena.per Federic. vbi dicit, quod ſi non eſt motũ iudicium contra eum,qui dominum feudi offendit,& cum poſſet dominus quærelare ſiluit, forte non poteſt moueri contra filium.ad quod etiam facit gloſſ.vbi Cin.Bal. & Angel.in l.vlti.C.de reuoc.dona.& in c.vltim.de donat.& recte explicat Barthol.Socin.vbi diſtinguit in conſi.66. nume.19. lib.3.nõ tamen citat Bal.in d.loco.Et eſt etiam conſideranda qualitas delicti ad hoc, vt procedi poſſit contra memoriam defuncti,& bona,& iuxta,l.ex iudiciorum.ff. de accuſ. l.vlt.C.ad l.Iulia.maieſt.§.2.Inſti.de publi.iudi.l.Manichæos. C.de hæret.& l.2.& apoſtatarum.C.de apoſta.l.7.8.ti.1. par. 7.vbi Greg.Lopez,in pluribus locis.traditur,in l.1. C. ne ex deli.defunctorum.& in alijs plurimis locis, quos omitto.

77 POST hæc vtile eſt ſcire,quod ſententia confiſcationis bonorum eſt ſtricti iuris,& quicquid expreſſum non reperitur,omnino omiſſum videtur,ſecundum Bal.in l.1. verſi. apparet igitur ex prædictis.C.de hæredi.inſtitu.& in l.2.in fi. C.qui teſtam.face.poſſ.

72 ADDO etiam, quod verbis narratiuis principis, & diſpoſitiuis atteſtantis, aliquem fuiſſe priuatum bonis maioratus propter delictum,maxime in antiquis, ſtari debet. qđ latius fundat Bartho.Soc.loquendo in Papa. in conſi. 266. num.27.cum ſequentibus.lib.2.per tex.in Clem.1. de probatio.& in c.cum nobis.de teſtib.& glo. in c.ſi papa. de priuile. in 6.& in c.cum olim,de cenſibus,& alia plura, quæ refert. vbi reſpondet ad omnia,quę in contrarium obiici poſſunt. ſed hoc rectiſſimè reſoluit Aymo de antiqui. tempo. par.1. num.5.quæ lector videat alia autem quę iſtam quęſtionem contingunt,ſcripta & diggeſta ſunt in pri. par. iſtius operis. quæſt.5.præcipue,nu.60.cum alijs.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quęſtionis.*
2 *Poſſeſſor bonorum maioratus, ſi fraude colligit fructus immaturos, quid agi debet? & quę maturitas attendatur?*
3 *Fructus maturi habentur pro collectis.*
4 *Gabella & condemnatio,an pertineat ad ſucceſſorem in maioratu, vel ad prædeceſſorem?*
Fructus anni in quo mortem obiit poſſeſſor bonorummaioratus, ad quem pertineant?

QVAESTIO XXIIII.

VIgeſimoquarto quæro. Si defunctus fuit primogenitus,an fructus anni,quo mortem obierit, pertineant ad illius hæredes, vel ad ſucceſſorem in maioratu,cum nondum percepti fuerint tempore mortis,ſed adhuc pendentes ſint? In qua quæſtione Epiſcop. Couarru.qui primus omnium, quem ego viderim,hanc quæſtionem tetigit,lib.1. reſoluti. c.15.nu.14.in ea eſt ſententia, quod debent diuidi inter hæredes defuncti,& ſucceſſorem in maioratu pro rata temporis. Quia eſſe primogenitũ eſt dignitas quædã, vt qui illam obtinet ſit caput familiæ, & illius honores præcipuos habeat,oneraque ferat pro prouinciæ more. nam & alere ex bono, & æquo debet viros, e familia nobiles pauperes tamẽ,ac titulo primogenii in agnationis gloriam, & nomen principibus bello,& pace ſeruire,quorum onerum ratione fructus ipſius primogenii ad obitum vſque ac pro rata percipere etiam oportet:cũ iſthæc onera ad vltimum vitæ ſpiritum ſuſtineat.citat ad hoc text.in l.diuortio.ff.ſolut.matri. atq; ita dicit fuiſſe deciſum in hoc regio prætorio. pro quo eſt tex.in l.ſi operas.ff.de vſufruct. iſtam etiam quæſtionem tetigit Gregor.Lopez in l.26.titu.11.par.4.in gloſſ. in verbo. *quantos meſes.* vbi dicit,eam poſſe determinari ex aliquibus, quæ refert,nihil tamen in effectu concludit. ſed Anto. Gomez in l.40.Tauri. nume.74. late ſuſtentat per plura fundamenta, quod ad ſucceſſorem pertinent omnes fructus pendentes. Et hunc articulum latius omnibus tractat. Quibus adde Moder.Pariſien.par.1.conſuetu.Pariſien.§.1.glo.8.nume.x.vbi tractat,vaſallo defuncto, quomodo fructus ad dominum pertineant,quem etiam refert Epiſcop.Couarru.ex

2 cuius lectura,in num.28. colliges, quid ſi vltimus poſſeſſor bonorum maioratus cogitans ſe mortem cito obiturum, fraude colligit fructus immaturos? vbi etiam dicit numer. 32.quod ad hoc non attenditur ipſa maturitas præciſe naturalis,ſed tempus quo cõmuniter magis expedit fructus colligere ad vſum,& commoditatem hominum,quorum gratia fructus omnes a natura comparantur.citat l.penult.ff.de vſufruct.legat.exemplificans in oliua,quæ immaturè collecta plus habet redditus, & plus deſeruit hominibus, quam ſi matura legatur.quod Moder. Pariſien. latius explicat, & illius dicta ad plura ſunt notabilia. cui adde Tiraquel. lib.2. de retract.§.5.gloſſ.4.num.16.vbi de hac materia agit. Sed in principali quæſtione mihi placet opinio Anton. Gom. exiſtimantis,quod fructus pendentes ſunt ſucceſſoris in maioratu,collecti autem ſunt prædeceſſoris, per iura & rationes quas ipſe refert. Cui addo notabilem ſententiam Bal. in cap.1.in fi. principij.de pace tenenda.vbi dicit,quod fructus naturales pendentes,iudicantur vt fundus, & ſunt eius pars,& quid immobile.ſi vero ſunt ſeparati,ſtatim ſunt,qd mobile.quam ſententiam veram dicit Modern. Pariſien. in conſuetudi.Pariſien.§.1.gloſſ.1.nume.35. vbi ex hoc ad noſtrum propoſitum infert, quod in fructibus ciuilibus, qui non ſucceſſiuo tempore, ſed ſemel, & in momento deberi incipiunt,debent attendi quantum ad effectum acquiſitionis tempus,quo ſemel cæperunt deberi. & idem cẽſendum de omnibus reliquis obuentionibus fundi dominantis, vel etiam iuriſdictionis alio habente vſumfructum:quia debet attendi tempus,quo ipſo iure cedunt,ſeu deberi incipiunt: quia ſtatim,quod cedunt,deſinunt eſſe de corpore,ſeu de re principali,& ſunt tãquam proprietas ſeparata, ſicut fructus ſeparati ſtatim ſunt,corpus mobile,& ſtans per ſe iuxta doctrinam Bal.in c.qnæ in eccleſiarum,nume.20. de conſtitu. & addit Bal.in d.c.1.quod pẽſiones,ſeu fructus ciuiles æquiparantur fructibus ſeparatis a ſolo ſi ceſſit dies penſionis ſoluendæ.ſi autem nondum ceſſit,æquiparantur fructibus pendentibus. Si pro parte temporis ceſſit,& pro parte non,iu-

3 dicatur de eis pro rata temporis. Quod autem Epiſcopus pro cõtrario adducit de ſuſtentatione familiæ,magis ęquũ, quam iuridicum videtur. Et nota,quod fructus maturi, & parati ad colligendum,habẽtur pro collectis reſpectu eius, ad quem ſpectant ſeu pertinere debent fructus illius anni, vt colligitur ex Bar.& alijs,in d.l.diuortio. Et tenet Mode. Pariſien.in conſuetud.Pariſi.par.1.§.42.num.31. Tiraquell. in legibus connubialibus,gloſſ.2.en ponuoit, de ſon marit. num.11.vbi plures refert Alcia.in l.centurio,nume.18.ff. de

4 vulga. Quæro etiam in hac materia, Dominus alicuius loci habet gabellas in eo loco factus eſt cõtractus in vita poſſeſſoris maioratus,& res fuit tradita, & cõtractus perfectus poſt mortem iſtius domini, cui debeatur talis gabella? In quo puncto in ſpecie Bal.in conſ.243.tempore,lib.4. tradit, gabellas debitas pro venditione mercium non deberi, niſi ſint traditæ: quia tũc emptio perficitur,cum res traditur.& idem tradit ipſe Bal.in conſi.253. licet iſtæ allegationes. eo. lib.4.iſta tamen quæſtio reſolui poteſt ex his, quæ ſcribit Firmanus,in tracta.gabellarum,in 2.par.8.par.princi. quæſ.14. Tiraquel.in tracta.de vtroque retract.§.1.gloſſ.2. nume.46. cum ſequentibus.& l.73.& 101. in quaterno gabellarum. Quid autem ſi quis commiſſit delictum,per quod fieri poteſt condemnatio aliqua ad cameram domini,& fecit delictũ tempore vnius domini, qui defunctus fuit anteaquam ſententia lata eſſet, cui pertineat condemnatio hæredibus domini defuncti,an ſucceſſori in maioratu, in quo tempore facta extitit condemnatio? In quo videtur, quod pœna, & mulcta ſit applicanda hæredibus anteceſſoris in maioratu,& non ſucceſſori,ex ſententia Petri,Cini,Bald.& aliorũ in l. vlti. ff. de iuriſdictione omnium iudic. & aliorum plurium,quos refert idem Tiraquell. libro ſecundo, de retract. §.5.gloſſ.quarta, numero decimonono, cui adde alios plures,quos refert Moder.Pariſien. in additionibus ad Alexan. in conſi.ſeptimo,libro tertio,in additio.quæ incipit,primũ Auend.in tract.de exequen.mandat. regiis, part.1. capitulo ſeptimodecimo,nume. decimo, quibus adde notabile conſilium Barthoſom.Socin.in conſilio centeſimo,numero.1. cum aliis,libro primo, & vide notanter eundem Moderni. Pariſien.in dictis conſuetudinibus.§.primo,gloſſ.prima, numero quinto,quem lector legat.& Campeg. in tractatu. de dot.par.2.quæſtio.trigeſimaquinta,vbi tractat quæſtionem. ſi condemnatio pœnæ eſt facta tempore mariti, ſed poſtea ſoluto matrimonio facta fuit exequutio ad quem ſpectabit ad maritum, an vxorem?

SVM-

Source : BIU Cujas

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Successor in maioratu, an teneatur stare locationi factæ per prædecessorem.*
3 *Vxor, an mortuo marito teneatur stare locationi per illum factæ? & quid in prælato?*
4 *Vendens rem cum pacto de retrouendendo, & successor necessarius, & alii similes, qualiter teneantur stare locationi?*
5 *Hæres prædecessoris in maioratu, tenetur stare locationi.*
6 *Possessor maioratus, si locauerit rem maioratus per nouem annos cum pacto de renouando ad alios nouem annos nihil agit, & an valeat hoc casu locatio in tempore permisso?*
7 *Primus successor in maioratu tenetur stare locationi factæ per prædecessorem.*
Bona maioratus, an possint locari, vel dari in emphytheusim.

QVAESTIO XXV.

VIgesimoquinto quæro, An bona maioratus possint locari ad longum tempus, vel dari in emphyteusim? Et pro parte negatiua, quod non possint concedi in emphyteusim facit, quia emphyteu-
1 sis est species alienationis. l. vltim. C. de reb. alie. non alien. l. 10. in prin. tit. 33. par. 7. & cum bona maioratus nō possint alienari tam ex iure, quam ex dispositionibus testatorum, minime possunt dari in emphyteusim: quia est species alienationis (vt dictum fuit) & hanc sententiam in terminis tenet Pinel. in l. j. C. de bon. mater. par. 3. nume. 65. & 71. vbi ex hoc dicit, q̄ nec valet locatio facta ad longum tempus talium bonorum maioratus: quia locatio ad tongum tēpus est etiam species alienationis. & idem in hoc vltimo tenet Antoni. Gomez. in l. 40. Tau. num. 8. & Grego. Lopez. in le. 19. titu. 8. par. 5. in glo. in verbo, *su vida.* & in l. vltima, in gl. in verbo, *la uenda.* in ver. quid autem in locatione ad longū tempus. ead. par. & pro hoc faciunt, quæ scribit Alexan. in consi. vlt. lib. 3. & in consi. 165. libro secundo. & in consilio 119. libro tertio. & in consilio centesimo decimoseptimo. lib. v. Iaſ. in l. vlti. numero 113. C. de iure emphyt. & in consilio. 39. numero 3. lib. j. addit etiam Antoni. Gomez, vbi supra, quod successor in maioratu nō tenetur stare locationi factæ per prædecessorem, quāuis ea locatio facta sit per modicum tempus. per tex. quem dicit esse in terminis. in l. si quis dominum. §. 1. ff. loca. vbi Barth. Bal. Salic. & Fulg. cuius inductionem, vide per Anton. Gomez, qui ad hoc alias leges, & fundamēta refert. Et idem latius tenet & confirmat Gregor. Lopez, in l. 2. titu. 8. in glos. in verbo. *el heredero.* per totam glos. par. 5. & Ferdinan. Menchac. lib. 3. controuersia. c. 53. num. 6. & ad istam sententiā est tex. in l. si domina. C. de vsufruct. vbi locatio per vsumfructuarium facta, finitur mor te vsufructuarij, nec dñs proprietatis locationem seruare te netur. cum quo text. concordat bona. l. 3. titu. 8. part. 5. quæ illum tex. in d. l. si domina. declarat. & hæc (videri meo) est ratio, quæ magis vrget pro hac conclusione. Et pro horum sententia est etiam egregius casus in l. filio familias. §. si vir, in quinquennium. ff. solu. matri. vbi probatur, vxorem non teneri stare locationi rei dotalis, quam maritus dum viuebat fecit. de cuius legis intellectu late agit Episcop. Couarruui. lib. 2. resolutio. c. 15. num. 5. vbi etiam tractat quæstionem de prælato, an teneatur stare locationi factæ per prædecessorem de rebus ecclesiæ. vbi plura ad nostrum propositum adducit. cui adde Tiraquell. libr. 2. de retractu conuentiona. §. 3. glos. 1. & vnica. vbi tractat, an venditor qui vendidit rem cum pacto de retrouendendo, teneatur stare locationi factæ per emptorem? & quid in successore necessario? & quid in eo, cui res fuit data in solutum a iudice? & quid in locatione facta per maritum de re dotali? tutorem curatorem prælatum? Et de locatione facta per proprietarium, & è contrario, de locatione facta per vsumfructuarium, & cum fraus fit in huiusmodi locationibus, qualiter iudicandum sit, vide illum pro perfectiori intellectu huius materiæ. & Abb. in disputatione incipiente. Sempronius. nu. 16. versi. tertio videtur. vbi tractat, an vxor teneatur stare locationi factę per maritum respectu solutionis factæ pro futuro tempore, & quid in prælato? Et ad hoc etiam est doctrina Bart. in d. §. si vir in quinquennium, vbi dicit, quod quando ille qui locauit, nō habebat plenam administrationem, vt vsusfructuarius respectu iuris dominij, & successor, non tenetur stare colono. per d. l. si quis domum. quamuis ista opinio difficultari possit ex scriptis per Barth. Socin. in consil. 33. num. 7. lib. 1. Hęc autem conclusio, quod successor in maioratu non tenetur stare locationi factę per prędecessorem, procedit, dummodo successor non sit hæres prædecessoris. nam hoc casu tenebit̄ stare locationi, & approbare factum defuncti. l. viam veritatis. C. locati. l. 2. d. titu. 8. l. cum a matre. C. de rei vendic. cum concordantib. quæ scribo in quęstio. 16. num. 1. cum alijs. contra hęc autem, imo quod successor in maioratu teneatur stare locationi factę per prędecessorem, facit generalis resolutio Iason. in l. 1. num. 14. ff. de consti. prin. vbi vult, quod reges, duces, marchiones, & similes, qui habent dignitatem non per electionem, sed prætextu successionis tenentur seruare omnem contractum, & omnem conuentionem, sicut quilibet successor priuati, per regul. l. cum a matre. C. de rei uend. notat Egidi. Bossi. in pract. crimi. titu. an debitores deliquen. sol. poss. nu. 6. Notandum tamen est, quod si possessor bonorū maioratus locauerit bona maioratus per nouem annos, cum pacto de renouando ad alios nouem annos, non valet talis locatio, tanquam facta in fraudem. vt probatur in Auth. de non alienando, aut permut. §. nec autem. colla. 2. & est sententia Cini, in l. 1. C. de iu. emphyt. Ioannis Fabri, in §. pen. Insti. de vsufructu. & aliorum plurium, quos refert Moder. Parisien. in consuetudin. Parisien. part. 1. §. 41. nu. 36. Episco. Couarru. resolut. lib. 2. c. 16. nu. 4. Roland. in consi. 84. nu. 21. lib. 1. Tiraquel. libr. 2. de retract. in fine. num. 144. in quib. locis inuenies, si fiat locatio vltra tempus a legibus concessum, an valeat pro tempore, quo fieri poterat? & alia plura huc pertinentia. Quibus iunge elegans cōsilium Ale. in consi. 165. nu. 1. lib. 2. & in consi. 119. & vlt. lib. 3. Dom. Ant. de Padil. qui plura in ista materia tradit. in l. voluntas. C. de fideic. nu. 18. tenebitur etiam successor in maioratu stare locationi factæ per prædecessorem, ubicunque est primus successor in bonis maioratus, & proximus antecessor illius, qui maioratum fecit, & locauit bona maioratus, quia ipse locauit. & sicut successor iste sentit comodum primogenituræ, ita onus æquo animo ferre debet legem secundùm naturam. ff. de regul. iur. & tacite ille, qui maioratum fecit, videtur hoc onus iniungere successori, & tenetur maioratum acceptare cū omnibus suis qualitatibus, &
65 oneribus. l. si autem dominicam. iuncta. l. prędecenti. ff. de pactis. & iustissimum videtur, quod licet iste primus successor non sit hęres constituentis maioratum, non veniat contra illus factum. l. ex qua persona. ff. de regu. iuris. Et pro hac sententia facit, quod scribit Petr. de Ferrar. in titu. forma libelli in actio. reali declara. in glo. in veris, ac legitim. titu. versic. sed circa hoc quęro, quod refert Tiraq. de legib. connubia. glos. 8. nu. 204.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis.*
2 *Successor in maioratu in quibus casibus teneatur soluere debita prædecessoris.*
3 *Faciens expensas in maioratu recuperando, an eas repetere possit.*
4 *Maritus an repetere possit expensas, quas fecit in exigenda dote.*
5 *Vniuersitas si litigat aliquibus contradicentibus, illi tenentur ad expensas, qui litem facere decreuerunt.*
6 *Quid si filis, quæ incepta fuit a possessore rerum maioratus a principio erat vtilis, & postea non.*
7 *Creditor præcise probare tenetur, quod pecunia fuit conuersa in vtilitatem maioriæ.*
8 *Qualitas vbi requiritur, debet probari.*
9 *Agitur de glo. in l. vtrum. ff. de peti. hæredita.*
10 *Remissio ad alia, quæ in hac quæstione sese offerre possunt, & an repeti possit debitum contractum ad solutionem transactionis.*

QVAESTIO. XXVI.

An successor in maioratu teneatur soluere debita prædecessoris.

VIgesimosexto quæro. An successor in maioratu teneatur soluere debita prędecessoris? In qua quæstione firma, & vera est conclusio. quod regulariter successor in maioratu non tenetur soluere debita prædecessoris. cuius sententiæ fuit Antoni. Gomez in l. 40. Taurina, num. 72. per multa iura, & rationes, quas ipse refert. & eādem sententiā plurib. alijs rationibus tenet Grego. Lopez, in l. 4. titu. 15. par. 2. in glos. in verbo, *sus descendientes.* vbi hunc articulum late tractat, & respondet ad d. l. 4. quæ prima facie contrarium dicere videbatur. & pro ista opinione citat etiam Moder. Parisien. in consuetudi. Parisi. par. 1. & pro responsione ad. d. l. 4. sunt ponderanda verba prædictæ legis. vbi cum lex prius dixisset, quod rex tenetur soluere debita regis sui prædecessoris, postea inquit. *Pero esto deue ser fecho de manera, que non mengue el señorio, ansi como vendiendo, o enagenādo los bienes del, que son como rayz del reyno.*

Source : BIU Cujas

reyno, mas puede hazer delas otras cosas muebles que ouiere. Ex quibus verbis palam constat, quod rex ita demum tenetur soluere debita regis cui succedit: cum a Rege antecessore habet aliquid immobile iure hæreditario, & non vt princeps, qui in regno succedit iure sanguinis, non titulo hęreditario, vt latius probatum fuit in hac. 4. par. operis, quęstio. 1. nu. 47. Et pro hoc facit, quia cum successor in maioratu, non veniat ad maioratum tanquam hæres, sed ex titulo maioratus. etiam si sit filius illius, qui debitum contraxit, non tenebitur de debitis, & factis defuncti, secundum Andre. de Ysern. in titu. an agnati, vel filij. notatur per Bart. vbi late Ias. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebi. Alexan. & alios in l. quædam. ff. de eden. Deci. in consi. 85. & alios, quos refert idem Modern. Paris. in dictis consuetudi. §. 22. quæstio. 29. num. 85. & hæc est certa conclusio, quic quid tenere videatur Nicolaus Boeri. in decisio. 204. nu. 41. aduocans ad id alios Docto. vbi affirmat, quod primogenitus tenetur ad solutionem debitorum prædecessoris. quam opinionem Boerij etiam sequitur Tiraquel. in tracta. de primogeni. quæstio. 35. nu. 28. & 32. quod procedere forsam potest in primogenito, qui succedit de nouo in primogenitura iuxta ea, quæ hñr in l. 21. Tauri. non in eo, qui succedit in maioratu, qui ortũ habuit a p̃decessore, nisi iste quẽ cõpellere volunt ad solutionẽ debitorum, sit hæres vltimi possessoris: quia hoc casu cõueniẽ, nõ tanq̃ successor in maioratu, sed veluti hæres prædecessoris, vel in primogenituris Galliæ, quæ longe a nostris maioratibus distant, vt in alijs locis animaduerto. Limitat etiam Antoni. Gomez prędictam conclusionem. quod successor in maioratu non tenetur soluere debita prędecessoris, nisi debitum fuisset contractum in vtilitatem ipsius maioratus, & fuisset conuersum in eiusdem vtilitatem. per cap. 1. de solutio. & c. ex pręsentium. de pignorib. & l. domos hęreditarias. ff. de leg. 1. & alia plura iura. & idem tenet late Petrus de Peralt. in l. 3. §. qui fideicommissum. nu. 133. pagi. 248. ff. de hęredi. instituen. vbi generaliter tenet, quod quando debita quę contracta fuerunt per possessorem maioratus, facta extiterunt pp necessitatẽ, vel vtilitatẽ, vel conseruationẽ, vel tuitionẽ maioratus, successor tenet ad solutionem debiti. citat. ad hoc inter alia Petrum de Belug. qui hoc tenet in successore regni. in speculum princip. per text. in d. c. 1. de solutio. & in c. 2. de pręcario. cui adde sententiam Abb. in c. quod quibusdam. num. 7. de fideiusso. & in c. ex præsentium. nu. 6. de pigno. & in c. per tuas. de donatio. & pro hac opinione est text. notabi. quem prędicti non referunt in l. qui exceptionem. §. si pars. ff. de condict. indebit. ibi, si pars domus quę in diem per fideicommissum relicta est arserit, & eãdem hęres sua impensa refecerit, deducẽdam esse impensam ex fideicommisso constat. & in l. si proprijs. ibi, ad dignitatem profecerit, nec locupletior sit factus. C. de donatio. inter vir. & vxo. & quod ad debita contracta pro vtilitate rerum feudalium teneatur successor in feudo, tenet Andreas de Ysernia. in d. c. 1. an agna. vel filij. Bal. in cons. 232. fœmina. & Aymo Crauet. in consi. 97. nu. 1. Et ad hęc est etiam sententia Raphae. Cuma. in consi. 56. quidam filię. vbi dicit, quod hęres qui restituere tenetur fideicommissum, potest detrahere expensam magnã, quam fecit ad perpetuam rei vtilitatem, & in sustentanda hęreditate, & detrahit quatenus hęreditas reperitur melior tempore restitutionis. Si vero non est ad perpetuam rei vtilitatem, vel expensa fuit modica detrahere non potest. & ad hãc sententiam etiam spectant, quę scribit Campegius. in tracta. de dote. part. 2. q. 48. Et facit. doctrina Bar. in l. cum quęritur. § prędijs. ff. de leg 3. vbi dicit, quod si maritus expendit pro custodiendo & defendendo castro, quod alius occupare volebat, repetere potest impensas pro ipsa defensione factas. & idem voluit Ang. in l. diuortio. §. impendia. ff. solu. matrim & confirmat Barth. Soci. in consi. 26. num. 9. lib. j. requiritur tamen ad hoc, vt successor in maioratu teneatur soluere debita per prędecessorem cõtracta in vtilitatem bonorum maioratus, quod vtilitas sit manifesta, & quod pecunia auctualiter sit conuersa in vtilitatem maioratus, prout Peral. latius explicat per multas
3 columnas. Et ex his potest determinari quæstio, quæ tacta fuit per Gregori. Lopez. in l. vltima. tit. 11. par. 4. vbi quærit, an qui fecit expensas in maioria recuperanda possit repetere? quam dicit esse decidendam ex. l. ex parte, vbi Bald. ff. famil. erciscun. & glo. & Bart. in l. 1. & in l. in totum. & in l. omnino. ff. de impen. in rebus dota. factis & ex alijs, quę ipse refert. cui addendum est, quod vbicunque expensę sunt modicę, nullatenus eas repetere potest, ad quod facit. l. hactenus. ff. de vsufruct. vbi vsufructuarius tenetur ad paruas expensas, non ad magnas & l. in rebus § possunt. ff. commod. vbi commodatarius paruas expensas tenetur facere in reb. cõmod. nõ magnas, & colonus tenet facere paruas impen. secundum Bart. & alios in l. prædia. § penul. ff. de fun. instru. & ad hoc propositum alia similia scribit Ioan. de Amicis, in cons. 98. nu. 8. cum aliis. vbi tradit, de domino, qui paruas expensas repetere non potest a famulo infirmo, quem curare fecit. Et de potestate faciente expensas assessori, quod paruas non repetit, magnas vero sic. cui adde Bald. in l. i. num. 5. C. de iur. emphyt. cuius doctrinam late declarat in 2. part. cõ suetudin. Parisien. §. 62. num. 58. Et vide eundem Grego. Lo. in l. 41. titu. 28. in glo. in verbo, *entregado*. part. 3. vbi paucis verbis tractat tres quæstiones circa istam materiam, si hæres defuncti possidens maioriam fecit sumptus, an possit illos repetere? aut retinere pro expẽsis rem maioriæ? Item si possessor fecit expensas in custodia Castrorum, quia erat tempus guerræ, an illas repetere possit? Et an si possessor maioratus fecit multas expensas in defendendo maioratu, quod sibi ab alio petebatur, vel ipse petebat, an repetere possit? Cui adde Ariam Pinel. in l. j. par. 2. nu. 70. C. de bon. matern. vbi tractat
4 quæstionem, quando maritus repetere possit expensas, quas fecit in exigenda dote? & concludit cum gl. in d. l. j. in verbo, non sint. ff. de impensis in reb. dotali. factis. communiorem, & veriorem esse opinionem, quod maritus tales expensas exigere non potest. quæ conclusio ita generaliter intellecta
5 (videri meo) est periculosa. Et ad hanc etiam materiam facit quod tradit idem Greg. Lop. in l. 21. ti. 32. part. 3. in glo. in verbo *caualleros*. vbi tractat quęstionem. si vniuersitas constituit yndtum aliquibus contradicentibus, & denuntiantibus quod nolebant litigare, quia credebant litem fore iniustam & renuebant sustinere expensas, an lata snia contra vniuersitatem teneãtur illi qui contradictionem fecerunt? In quo puncto licet Albe. in l. nulli. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. teneat, quod etiam illi qui contradictionem fecerũt, nõ obstante contradictione teneantur ad expensas. mihi placet distinctio Grego. Lop. ibi. & ita communiter practicatur in hac regali Cancellaria. nam si in aliquibus litibus cõtingit vniuersitatem, puta ciuitatem, locum, aut villam condemnari in expensis quod multoties fit, soluunt eas expensas illi qui mandatum dederunt ad incipiendam litem, & non alij, qui contradictionem fecerunt, a qua practica non est recedẽdum. l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de legib. quod mihi iustissimum videtur & contrarium est punire alios p delicto aliorum, refragantibus omnibus legibus diuinis, & humanis. Ezechielis. c. 18. l. sancimus. C. de pœnis. cum concor. Nec est æquum condemnare eos de concilio qui inuiti in negotio, quod postea malum successum habuit, votum cõtrarium dederunt ratione officii, quod non debet eis præiudicare. l. officium. ff. de rei vendic. cum similibus. & factum ex necessitate, non debet eisdem obesse. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisda. cog. l. si dictum §. si compromissero. ff. de arbit. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. l. 15. titu. 9. par. 6. in ver. *mas si eldeudor*. l. vni. §. sciẽdum. de rei vxo. actio. Et opinio Alberic. est dura, & contra omnem rationem, & æquitatẽ. Et est regulare, q̃p ex eo q̃p quis inuitus facit, nullum paratur eidem præiudicium. l. & ideo. in 2. resp. ff. de condic. fur. l. si pignori, circa finem. ff. famil. ercis. l. qui autem. §. apud Labeonem. ff. quæ in frau. credi. l. in tantum. l. nouissime. §. j. ff. quod falso tut. auct.

6 Sed pro perfectiori intellectu huius materiæ, & nostræ qõnis quęro, posito quod successor in maioratu teneatur ad solutionem expensarum, quas defuncta antecessor in maioratu fecit in p̃lequutione litis, quam super maioratu tractauit, ad quas faciendas debita contraxit, an teneatur ad solutionem omnium expensarum, quę in lite factę fuerũt? vel ad aliquas expensas particulares? In quo puncto non potest dari certa regula, sed est diffiniendum, prout negotia contingerint. & ex tex. cum ibi notatis in l. sed an vltro. ff. de negot. ge. vbi cauetur, quod sufficit a principio aliquem actum vtiliter fecisse, licet postea damnosus appareat. de qua lege latius scribo in hac quarta parte quæstio. 4. & in hoc est considerandum, an possessor maioratus potuerit prouidere & p̃uenire difficultatem, quę postea apparuit in prosequutione litis, anteaquam eam prosequeretur? Nam siquidem illam præuenire potuit, imputet sibi q malam litem suscepit, aut defendit. si vero hoc minime pręuenire potuit, cum a principio negotium vtiliter gesserit, ad hoc est habenda consideratio iuxta tex. in d. l. sed an vltro. est etiam inspiciendum, si reus erat ille, qui defendebat aliquas res ad maioratum pertinentes, an habuerit iustam causam litigandi in principio litis, aut in publicatione testium, vel in alia parte litis ita, vt appareat eum iniustam litem fauisse, & defendisse, argumẽto notatorum in l. properandum. §. siue autem alterutra. C. de iud. & l. 8. titu. 3. & 7. ti. 22. par. 3. & glo. in l. qui solidum. §. j. ff. de leg. 2. de quo puncto plura videre licet apud Episcop. Couarru. in practic. quęstio. q. 27. & Deci. in l. qui in alterius, ff. de regulis, iuris. & notat idem in l. qui accusare. num. 1. C.

de

Source : BIU Cujas

de eden. omnia itaque discretus iudex, melius quam alius coniecturare, & contemplari debet. Quibus est addendum, quod ille qui in lite succubuit, fecisse censendus est ex iniusta causa & scienter, secundum Ioan. Andre. in c. 1. de electio. lib. 6. Bal. & Salic. in d. §. sin autem alterutra. de quo concor. adducit Tiraquel. lib. 1. de retrac § 4. glo. 3. num. 1. & 2. Quod indistincte verum non credo. cum sæpissime in lite succumbatur propter negligentiam, vel in aduertentiam iudicum, vel aduocatorum, & propter alias similes
7 causas, quas experientia quotidie docet. Item in hac materia est aduertẽdũ, quod Peral. in d. loco. num. 150. dicit, quod creditor qui contraxit cum prædecessore maioratus tenetur probare, quod tale debitum fuit contractum contemplatione maioratus, vel rerum ipsius, alias succumbet quia hæc est qualitas in qua se fundat creditor, de qua ante
8 omnia debet constare. l eum actum. vbi notat Bart. & alij ff. de nego. gest. cui adde glo. in c. venerabilibus. in gl. penul. de senten. excomuni. in 6. notat Batt. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iure iuran. & in l. non solum. §. sed vt probari. quod legit sub. § sciendũ. vbi alij DD. de noui oper. nuntia. ff. & doctrinam Barto. omnes advnum sequuntur, secundum Alexa. ibi. vbi Ias. num. 2. notat idem Ias. in bono casu in l. si extraneus. num. 25. ff. de condic. cau. da. Barb. & Iaso. num. 6. in rubri. C. qui admit. idem Iaso. in l. post dotem. num. 6. ff. solu. matrimo. & in l. qui in aliena. §. vlti. ff. de acquir. hæredi. num. 18. & in l. 1. C. de furt. & traditur in varijs casibus per Deci. in c. ex parte, num. 13. de probatio. & in c. 1. num. 2. de exceptio. & in c. 1. num. 20. de appella. & in consi. 550. Hippoli. in l. si quis ne quæstio. num. 130. ff. de quæsti. & in consi. 7. & Alciat. in tracta. de verbo. signifi. facit glo. in Clem. vlti. in verbo, creatum. de rescriptis. quam post Ias. in d. rubri. C. qui admitti. late exornat Tiraquell. more solito, lib. 1. de retractu. §. 32. glo. vnica, num. 92. & hæc opinio Peral. in nostro proposito tenenda est, licet in hoc puncto nõ deerant aliquæ rationes, ex quibus contra illam disputari poterat, præcipue glo. celebris, vbi Ange. in l. vtrum. ff. de petitio. hæred. quam latissime vltra omnes scribentes explicat Arias Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendi. par. 2. num. 64. cum pluribus sequentibus. vbi materiam hanc, tam doctè, quam eleganter tractat. cui adde Grego. Lopez. in l. 59. in glos. in verbo. *que no entro en su pro*. & in l. 63. in glo. *ante el escribano*. tit. 18. par. 3. & in l. 3. titu. 1. partit. 5. Mencha. lib. 3. controuersiarum. c. 66. num. 6. fol. 96. Sed pro doctrina Peral. adduco bonum tex. in l. magis puto. §. non tamen. ff. de reb. eorum. & in c. hoc ius. 10. quæst. 2. c. quod quibusdam. de fideius. Auth. hoc ius porrectum. in fi. G. de sacrosanc. eccles. l. huius. ff. qui potio. in pign. hab. l. 3. titu. 1. parti. 5. l. 26. titu. 13. parti. 5. alias autem quæstiones circa hanc materiam, & an, & quando successor in maioratu teneatur soluere debita per prædecessorem contracta, vide Gregor. Lopez in d. l. 4. & Peral. in d. §. qui fideicommissum, in omnibus enim non me detineo, præcipue in aliquibus, quæ ab aliis tractata sunt: quia hæc materia maioratuum est ampla, & decem libri iusti voluminis non sufficerent. Et ex prædictis diffiniri etiam potest quæstio, quæ quotidie accidit, an succedentes in maioratibus de nouo cõstitutis, vel antecessoribus habitis reneãtur soluere debita, quæ possessor bonorum maioratus contraxit virtute transactionis, per quam a lite discessit super maioratu morte. alia autem quę ad hanc quęstionem pertinere possunt, lector videre poterit in Moder. Parisien. 1. par. consuetu. §. 11. num. 8. cum aliis, consulo tamen lectorem, vt caute ea legat.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis, & exornatur Authenti. præterea. C. vnde vir, & vxor.*
2 *Vidua censetur in eodem matrimonio durare.*
3 *Viduis in dubio est fauendum.*
4 *Mater quando tenetur filiam dotare?*
5 *Frater tenetur dotare sororem inopem, & idem in possessore maioratus.*
6 *Antecessor in maioratu, si aliquod debitum contraxit ad dotandam sororem, successor soluere tenetur.*
7 *Mulier nobilis non tenetur seruire viro in vilibus.*
8 *Pater tenetur dotare filiam naturalem, quando ipse est nobilis, licet ex artificio possit sibi victum quærere.*
9 *Filius tenetur dotare matrem nobilem, & pulchram.*
10 *Alimentorum causa quando sit pia.*
11 *Aequitas quando sequenda sit.*
12 *Frater possessor bonorum maioratus, quando dotare teneatur sororem iam nuptam?*
An successor in maioratu teneatur alimentare vxorem prædecessoris inopem?

QVAESTIO XXVII.

VIgesimoseptimo quęro, An vxor quę remanet vidua, & inops, sit alenda a successore in bonis maioratus? quod plerunque con-
1 tingit. Et tamen nullus Doctor quem ego viderim hoc tractat. quod debeat ali in hoc casu, dictat æquitas text. in Auth. prętera. C. vnde vir, & vxor. cum qua concordat notabilis. l. 7. titu. 13. par. 6. vbi late per Gregor. Lopez. & Tello, in l. 9. Tauri num. 31. facit moralis casus in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admini. tutor. ibi, alimenta seruis libertisque non nunquam etiam extraneis, si hoc pupillo expediet, prestabit. Et viduę si ad aliud matrimonium non cõuolauerint,
2 fruuntur priuilegiis maritorum. Quia viduitate durante, censetur matrimonium durare, l. fœminę. ff. de senatori. l. 7. tit. 2. par. 4. l. 6. tit. 2. lib. 4. ordi. de qua re amplissime vltra omnes agit Tiraq. in tracta. de nobili. c. 18. num. 1. cum pluribus sequentibus. Moder. Parisien. in consuetudi. Parisien. part. 1. § 30. nume. 142. fol. 247. & est elegans. l. 3. titu. 15. part 2. ibi, *E ellos deben la obedecer como a señoria, y fazer su mandado en todas las cosas que fueren a pro del Rey, y del reymo*. Et facit quod tradunt Alex. num. 27. & Doctor. in l. diuortio. in prin. ff. solut. matri. & æquum est, & nobilitati maritorum maxime proprium, ne mulier quę viuente marito in maximo honore fuit, & quę illo mortuo illius radiis illustratur, mendicare cogatur: maxime si mulier sit nobilis. & credendum, & verisimile est, quod si ille, qui fecit maioratũ de hoc casu, tam necessario cogitaret, id permitteret, atq; iussisset. præcipuę, quia pro maiori parte si mulieres viduę remanẽt pauperes, est propter excessiuos, & profundos maritorum sumptus: quia proprias & vxorum substantias ludo, luxuria, & apparatu funditus euertunt. quod maxime haberet locum, si successor in maioratu esset diues, & attenta sumptuum, quos facturus est quantitate, possit vxori defuncti prouidere, & hoc æquitas suggerit, licet summũ ius deficeret. l. 2. §. quamquam. ff. de aqua pluuia arcenda. & sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia. l. scire. §. consequens. ff. de excusat. tutorum. & ratio viua, idest, fundata in naturali iustitia certa, & manifesta tantum valet, & in onere debet quantum lex scripta l. cum ratio. vbi Bar. & Alber. ff. de bon. dam. glo. in c. ex eo. in verbo. rationis. de electio. in 6. cum concordantibus, vt per Modern. Parisien. in consuetu. Parisien. §. 1. glo. 8. nume.
3 52. & §. 8. glo. 4. num. 11. Et in dubio viduis fauendum est, vt constat Hieremię. 5. & ex l. 1. C. quando impera. inter pupillum, & vide l. 41. titu. 18. par. 3. l. 20. titu. 23. eadem par. l. 1. tit. 1. l. 14. titu. 2. lib. 1. ordin. notatur per Episcop. Couarr. in pra
4 ctic. quæst. c. 7. Tiraquel. in tract. de pia cau. in prefatio. & facit, quod dicimus de matre, quę licet regulariter non tenetur filiam dotare, fallit, nisi sit inops, & non habet aliunde dotem, secundum Bal. in l. nec mater. C. de iure dot. Bart. in Auth. res quę. C. commu. de lega. notant Ias. in § fuerat. nu. 115. Insti. de actio. & in l. 1. nu. 28. & 77. ff. solu. matri. Grego. Lopez, in l. 9. titu. 11. par. 4. in glo. 1. quę concordant cum d. l.
5 nec mater. Et idem est in fratre, qui tenetur dotare sororem inopem, glo. in l. 2. C. ad Maced. & in d. l. cum plures. §. cum tutor. vbi hoc probatur in text. probatur in l. non omni. C. de admi. tuto. cum qua concordat expressior ad propositum lex 18. titu. 16. par. 6. vbi Gregor. Lopez dicit, istam esse communem opinionem. & idem concludit Ioan. Lopez, in repetitio. c. per vestras, de donatio. inter vir. & vxo. col. 372. qui etiam dicit, istam esse communiorem opinionem. Suarez in l. quoniam in prioribus. limita. 2. num. 10. pagi. 142. Et ad hoc plures concordantes refert Arias Pinel. in l. 1. C. de bo. mater. par. 3. nu. 101. & dicit Suarez, quod sic vidit pronunciatum in regal. Cancellaria contra possessorem cuiusdam
6 maioratus, de quo latius agitur in quęstione sequenti. Ex quibus infertur, quod si possidens maioratum ad dotãdam filiam vel sororem contraxerit aliquod debitum: cum hoc sit debitum necessarie contractum, & ex legis necessitate, quę obligat illum ad dotandã filiam, & sororem ex eodem patre natam, tenebitur successor tale debitum soluere. q̃ tamen limitari potest, nisi debitum fuisset paruum, & bona maioratus essẽt magni valoris, ita quod prędecessor ex reditibus soluere poterat debitum, quod forte non soluit, qa erat homo prodigus & ludendo, & in aliis sumptibus superfluis, multum expẽdebat, & hoc casu iustum est, quod hoc onus ad successorem non pertineat, quod prędecessor redimere potuit. quod patet ex his, quę scribit Ioan. de Amic. in consi. 98. Quod notandum est ad ea, quę scripsi in prędecenti quęstione. Item, totę familię dedecus est, quod mulier illius, qui maioratum possedit, & quę aliquando honorem, & pompam familię repręsentauit, sit pauper, & egena, & infamiam patiatur ob defectum alimentorum, & honor

viduarum

Source : BIU Cujas

viduarum pauperum, & honestas, maxime periclitatur ex egestate. & verisimile est, quod ille, qui maioratum fecit, si de hoc cogitasset, & interrogatus fuisset, tota mente, & corde id cauisset, quod est habendum pro expresso, & cauto. l.
7 Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthu. cum concordantibus. Quod (vt prędixi) magis iustificabitur, quando mulier esset nobilis, cuius maior est habēda ratio, quam si esset ignobilis. vnde mulier nobilis non tenetur lauare pedes, & caput viro, sicut alia. l. interdum. ff. de oper. liber. ibi? Sed si liberta, quę operas pręstare promisit, ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens sit prædare patrono operas ipso iure has interdicent. per quem tex. ita tenet Abb. in c. literas. de restitu. spoliato. Quod latius declarat Tiraquel.
8 in l. 1. connubiali. & in tracta. de primogenitura. c. 20. nu. 94. & proprius facit quod scribit Bal. Nouel. in tract. de dote. par. 6. priuile. 16. ubi dicit, quod quamuis regulariter pater nō teneatur dotare filiam naturalem sicut nec eam alere, si ex aliqua arte dotem vel alimēta sibi comparare potest, secundum Bal. in d. l. neque mater. fallit, si esset filia illustris cuiuspiam, vel nobilis: cui non conueniret artem quampiā manibus exercere, quem sequitur Ioan. Lopez in ca. per vestras. §. 23. de donati. inter vir. & vxorem. Et vbi quis tenetur alium alere si sit nobilis, non satisfacit, si illum faciat recipere in aliquo hospitali, alias secus, vt per Bal. in l. 1. §. sed
9 scimus. C. de lat. liber. tol. & refert vtrunque dictum Tiraquel. & alios citat in dicto loco. nu. 106. & 107. Item hoc maiori ratione procedere videtur, quando mulier esse iuuenis, & pulchra, quod probatur ex eo, quod scribit Bald. Nouel. in tracta. de dote par. 6. speciali. 16. vbi dicit, quod licet regulariter filius non teneatur dotare matrem fallit, quando mater est iuuenis pulchra, & pauper, ideoque suspecta de incontinentia. quod dictum refert, & confirmat Tiraquel. in 2. l. connubiali. glo. 1. par. 2. nu. 9. & propter inopiam honestas periclitatur. l. pietatis. C. de suspect. tutorib. l. super statu. C. de quæstioni. l. ab omnibus. ff. de lega. 1. l. 1. §. denuntiare. ff. de ventr. inspi. & cum alimentorum causa sit pia, maxime, si pauper illa habere debeat. l. 35. tit. 14. par. 5.
10 tex. in Auth. de eccles. tit. §. interdicimus. & notat glo. in l. sicut. in glo. vni. ff. de annu. legat. de quo per Bart. in l. alio. ff. de alimen. lega. & in l. 1. nu. 33. C. de sacrosanct. eccles. & in tracta. alimentorum. Iason. in l. 1. C. de fideicom. & in l. 1. §. sed excipiuntur. ff. de ferijs. Dec. in l. si certis annis. nu. 8. C. de pact. Gulliel. Benedi. in cap. Raynutius. de testamen. in verbo, si absque liberis moreretur. el 2. nu. 179. Matthæus. ab Affli. in decisio. Neapoli. 252. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo, facultatem. nu. 2. C. de reuocan. dona. & in tract. de pia cau. & Suarez in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testamen. Deci. in c. 1. nu. 17. de proba. Bald. Nouel. in tracta. de dote. par. 5. nu. 7. Iason. in l. cum hi. §. si in ea opinione sit mulier. ff. de condic. indebi. in quibus etiam locis plura priuilegia alimentis concessa contra regulas iuris inuenies. & Iason. in l. talis scriptura. nu. 25. ff. de leg. 1. & in l. re coniuncti. nu. 147. ff. de lega. 3. Matthęus. ab Afflict. in decisio. Neapolita. 111. Aymo in consi. 186. Deci. in l. principalibus. in fi. ff. si cer. peta. & in l. iura sanguinis. nu. 6 ff. de regu. iur. & de hoc in alijs innumeris locis tractatur. Cum igitur in constitutione alimentorum agatur de causa pia adimplenda, in dubio hæc opinio, tanquam æquior, & pia est amplectenda. l. Iunia Petronia. ff. de manumis. Item maritus & vxor sunt vna caro, vt habetur primo Genesis, ibi, Erunt duo in carne vna. probatur in c. hæc imago. 24. quæstio. 5. & in c. 1. de coniu. lepro. & in c. Martinus. de cogna. spiri. & in c. debitum. de bigamis. tandem & si nihil facile mutandum est, ex solennibus, tamen vbi æquitas euidens expostcit, subueniēdum.
11 est iuxta regulam iuris. & hæc, & alia faciunt pro hac parte affirmatiua, quæ licet valde vrgeant, cum hoc in iure cautum non sit, dubia est opinio, & non est nostrum leges extendere, iuxta iura vulgata prætextu æquitatis inuitantis. l. prospexit. ff. qui, & a quibus glo. & Doctor. in l. 1. ff. de legib. & inter æquitatem, ius que, interpositam interpretationē, soli principi licet inspicere. l. 1. C. de legib. Et æquitas illa est sequenda, quę non tūi ex natura lib. vel iuribus gētium, sed ēt vna cū præceptis ciuilibus, & prætorijs æstimatur, nec ex vna circunstantia, nec ex parte rei, siue ex uno certo respectu, sed totius rei. i. perfecta totali æquitate, quæ ex oīb. personis, & circunstantijs, quæ negocio gesto coniungunt, impletur. l. bona fides. ff. deposit. Explicat eleganter Moder. Parisien. quem lector si expedierit legat, in cōsue. Parisien. part. 1. §. 21. num. 86. Et notat egregie Alberi. in d. l. 1. Peral. in rubr. ff. de hære instit. nume. 40. præcipue, quia successores in maioratibus non capiunt regulariter bona maioratus ab vltimo prædecessore, sed ab antecessorib. qui hoc onus alimentandi vxores viduas non imposuerunt. l. vnum ex familia. §. 1. & §. si de Falcidi. ff. de leg. 2. l. vtrum. §. cum quidā. ff. de rebus dub. l. pater filium. ff. ad l. Falcid. & probatur in c. vnico. vbi Andre. de Ysernia, & Bal. de feu. Marchi. & in capitulo vnico, de gradibus succes. & in capi. vnico. de natu succe. feu. Notat Episco. Couarru. in practi. quæstio. capitu. 13. nume. 6. & hoc clarissimum est. Et coniux inops non succedit in feudo etiam respectu quartæ partis, de qua habetur in d. Auth. præterea. capitulo primo, §. vlti. de inuesti.
12 de re alie. fa. vbi Bal. hoc latius exponit. In dubium etiam reuocari potest, an frater possessor bonorum maioratus teneatur dotare sororem iam nuptā: & verius videtur etiam ad hunc casum porrigendam esse obligationem, quam habent possessores bonorum maioratus dotandi sorores inopes. quod persuaderi licebit ex doctrina Paul. de Castro, in l. si socer. numero tertio. ff. solut. matrimon. Bartholom. Socin. consi. quinquagesimo septimo, numero septimo, libro quarto, & corroboratur ista dissinitio ex scriptis per Tiraquell. in tract. de cessan. cau. limit. vigesima secunda, numero nono, cum sequentibus, vbi longe agit de confirmatione glo. communiter receptæ, in l. obligamur. §. legea. ff. de actio. & obligat.

SVMMARIVM.

1 *Solutio præsentis quæstionis.*
2 *Reprobatur opinio Rebuffi tenentis, primogenitum debere assignare fratribus aliquid per viam prouisionis lite pendente.*
3 *Fratres agentes pro alimentis, & sorores pro dotibus, possunt petere alimenta a primogenito lite pendente.*
4 *Ad onus alimentorum non est considerandus valor bonorum, sed reddi tus illorum.*
5 *Pars quæ debetur vxori ex Auth. præterea, competit illi, etiam si magnam domum habeat, ex qua non possit se alimentare.*
6 *Proprietas bonorum maioratus vendi non potest, etiam ad de cernendæ alimenta futuro successori, quod contra Gregor. Lopez sustentatur. & agitur de intellectu tex. in l. 1. §. mulier. ff. de ventre. in possess. mitten.*
7 *Proprietas bonorum maioratus, an vendi possit, vbi aliter sorores dotari non possunt, aut fratres primogeniti alimentari?*
8 *Alimenta illa, an sint præstanda extra domum, & an frater, & soror minores teneantur ad opera obsequialia, & an primogenitus teneatur alimentare filium fratris?*
9 *Alimēta, quæ primogenitus dare tenetur, an sint in proprietate. Et quid in patre faciente maioratum? & quid si alimenta, & dos sint consumpta?*
10 *Alimenta, quæ mater dedit filio, an possit repetere a primogenito. Successor, & possessor bonorum maioratus, quando teneatur dotare sorores, aut fratres alimentare.*

QVAESTIO XXVIII.

VIgesimooctauo quæro. DE quæstione, quæ est proxima præcedenti, an successor in maioratu teneatur de bonis maioratus dotare sororem egenam, & quæ aliunde non habet, vnde se dotare possit? Quam quæstionem, vt in præcedenti dictū est, tangit Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus. limitatio. 2. num. 10. C. de inoffic. testa. vbi dicit, esse æquitatem, quod
1 vbi frater habet bona maioratus, ex quorum fructibus sine magno incommodo status, & personæ possit sororem dotare, tenetur dotem illi exhibere, si sit pauper. & dicit sic vidisse pronunciatum. & Palaci. Ruui. in repetit. cap. per vestras, de donatio. inter virum, & vxorem. in versi. ex hoc infertur. tenet indistincte, quod si omnia bona patris sunt restitutioni subiecta filio maiori ex quibus nihil debent percipere alii filii, & filiæ, tenebitur frater maior ī maioratu succedens fratres alere, & sorores dotare, attenta facultate, & dignitate principatus, vel maioratus. Et hanc dicit esse cōmunem conclusionem Ioan. Andr. Hosti. Abb. & aliorum, in c. licet, de voto. & eiusdem Ioan. And. in regu. sine culpa. de regul. iur. & in hoc est aduertendum, nimis generaliter loquutum fuisse Ioan. Lopez, in d. loco dum affirmat. DD. dicere in prædicto loco, quod frater primogenitus tenetur dotare sorores. quia Doctores, quos ipse refert, solū loquuntur de alimentis, quæ prædare tenetur primogenitus, vt tradunt Doctores in prædictis locis. Et alii plures, quos refert Tiraquel. in d. tracta. de primogen. q. 4. numer. 33. & ideo cauendum est ab illa nimis generali allegatione Ioan. Lopii. in hoc etiam puncto Tiraquel. in d. tracta. quæstio. 62 num. 15. & 16. post multas allegat. suā exposuit sn̄iam, q̄ tñ raro facit, & cōcludit, q̄ frater primogenitus tenetur alere sororē potestq; in reb. primogenituræ dotē cōstituere quemadmodum

Source : BIU Cujas

modum & alimenta, si aliundè se sustinere non possit. Ex quo colligitur, quòd in vim alimentorum, & non dotis tenetur primogenitus dotare sorores, & concludit quòd ex reb. primogenituræ non potest dos constitui in præiudiciũ successorum in primogenitura. Ego sequutus Roderi. Suarez. & Ioan. Lopez. & communem obseruantiam huius regni teneo, quod frater primogenitus tenetur dotare sororẽ vel sorores inopes, si secundum facultates id facere potest, ad quod est maxime aduertendum, quia non passim hoc concedendum est, nisi quando primogenitus id facere pot seruata sui status prærogatiua & honore: qa cum sit caput familiæ, non est cogendus mendicare, nec sunt illi strictè nimis taxanda alimenta. ad qnod præter ipsam rationẽ adduco insignem casum. in l. 8. titu. decimotertio. parte 6. ibi *de manera que lo puedan suffrir sin grandanno*. est igitur considerandа illius dignitas, & honor & sunt inspiciendi redditus quibus eget ad sustentationem propriæ familiæ, vxoris, & filiorum si quos habet, vt tenent omnes, qui de hac materia loquuntur. & Roderi. guarez in d.l. quoniam in priorib. limita. xi. ad fi. numero 21. & limita. 2. num. 9. pag. 141. Hanc autem dotem dare nõ potest, nec tenetur ex substantia bonorum vinculatorum, sed ex reditibus eorum. inquo intrepidè sequor Tiraqu. quia nullo iure contrarium probatur. Etsi daretur locus venditioni bonorum maioratus pro cõstituendis dotibus filiabus, bona maioratus quotidiè dissoluerentur, quod totum ius & testatorum voluntates & bonum regimem reipublicæ execrantur. Et est considerandũ, & maxime ponderandum in ista materia, quòd cum bona vinculata titulo maioratus sint eorum, qui pro tempore debent in maioratu succedere ex voluntate illorum, qui talia bona in fauorem successorum in infinitum, & non ad dotãdas descendentes, & possessores maioratuum tantum modo habeant quoddam ius, vsus, vel vsusfructus pro uita sua, raro, & cũ magna necessitate & seruatis strictè prędictis, fratres cogendi sunt dotare sorores. Nulla etenim eisdem fit iniuria, si illis non largiatur, quod magis vocatorum potest fratrem possessorem maioratus, quam ipsius fratris est, & talia bona sunt considerandа magis vt aliena, quam propria, dico ad istum finem. Et ex his apparet, falsam esse sentẽ
2 tiam Petri Rebuf. in tomo. j. ad constitutiones regias. arti. 1. glo. 2. num. x. vbi dicit, qꝑ si filius minor petat a primogenito partem hæreditatis, per actionem familiæ hærciscundæ poterit etiam ad prouisionem durante iudicio super prouisione concludere, & petere, vt frater bona possidens, ne mora illi noceat, teneatur ei aliquod assignare lite pendente, & ei conceditur. Nam hoc attentis superioribus procedere nõ potest, cum bona maioratus debeant illęsa, & in tracta, tam ipsi primogenito, quàm successoribus reseruari. & quod Rebuffus tractat forsam procedere potest in primogenituris Franciæ, quæ a nostris maioratibus in pluribus differunt, vt
3 supra in aliis locis ego tracto. Tenebitur tamen frater primogenitus, si fratres agãt pro alimentis, vel sorores pro dotibus contra illum lite pendente, illis de alimentis boni viri arbitrio taxatis prouidere, data informatione summaria de fraternitate, iuxta sententiam Specu. in titu. de inquisitio. §. vlti. versi. porro. Areti. in c. si quis testium. de testibus. Afflict. in constitu. Neapolita. lib. 3. rub. 18. num. 6. Alciat. in tract. de pręsumptio. 9. de quo late agit Episcop. Couarruui. practi. quæst. cap. 6. nume. 6. & est etiam considerandum in in ista materia, possessorem maioratus teneri ad alimentãdum fratrem, vel sororem inopes, & aliunde alimenta non habentes. Auth. licet. C. de natur. lib. faciunt notata per Gre.
4 Lop. in l. 18. titu. 16. par. 6. in glo. magna. In hac etiam materia est aduertendum, qꝑ ad constitutionem dotis, vel alimentorum, non est considerandus valor bonorum maioratus, sed redditus ipsius, quod in bonis liberis seruandum est, iux. tex. in l. qui bonus. ff. de cessio. bonor. quem Bart. in summe commendat. & est expressa sententia eiusdem Bar. per illũ tex. in l. imperator. ff. ad Trebellia. notat Ias. in §. penu. num. 11. Insti. de actionib. & in l. si constante. num. 150. ff. soluto matrimo. Boeri. in decisio. 19. num. 7. Alexand. in l. maritũ. §. fi. ff. solu. matri. explicat late Tello. num. 14. in l. x. Tauri. q tamen in hoc cogitandum relinquit. Grego. Lopez in l. 15. titu. 10. in glo. in verbo. *viuir*. par. v. Quibus adde Alexan. in consi. 100. num. 7. lib. j. vbi Parisien. alios concordanter refert. & consi. 72. lib. v. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 7. glo. j. num. 9. Et pro hac sententia adduco vltra Tello, & omnes qui vsq; ad huc scripsere elegantem legẽ 20. titu. 16. parte sexta. ibi, *Gouernados deuen ser los huerfanos de sus bienes en esta manera. Ca debe el iuzgador de lugar establecer segun sa albedrio e la requeza del moco cierta quantita de pan, y vino, e dinero, que les den cada anno para su guierno, e para su vestir del, e de su compannia, caotando toda via que de la renta e de los esquilmos, de los bienes del huerfano sagan estas despensas, de que todo lo al finque en saluo si lo pudiere fazer*. quæ lex est singularis ad intellectum tex. in l. ius alimentorum. ff. ubi pupil. educa. debeat. vbi vide Alberi. & Gregori. Lopez super dicta l. 20. & ex hoc dixit Grego. Lop. in l. 7. ti. 13. par. 6. in glo. in verbo, *de lo suyo*. Quòd quarta quę vxori debet ex bonis mariti defuncti, ipsa paupere existente, illi competit etiam si vxor superstes habeat magnam domum, vel prædium ex quo tamen viuere non potest, nec illud cogitur vendere. per textum quem dicit singularem in l. vlti. §. ipsum autem. C. de bon. q̃ libe. & tenet Deci. in Aut. præterea. C. vnde vir & vxor. & faciunt notata per eundem. Grego-Lopez in l. ii. titu. 19. par 4. in glo. in verbo. *la riqueza* ex quibus apparet, nullam rationem dubitandi habuisse Tello, maxime attenta. d.l. par. & dubia esse quandam sentẽ tiam eiusdem Grego. Lopex in l. 24. titu. 9. par. 6. in gl. in ver
6 bo, *los bienes*. vbi hanc conclusionem limitat, nisi alimenta sint decernenda futuro possessori, & domino rerum maioratus: quia tunc proprietas uendi potest ad alimentandum illum futurum dominum, & successorem in rebus maioratus. ductus doctri. Ioan. de Imo. in d.l. imperator. vbi dicit, qꝑ quando alimenta debentur alicui, qui est futurus dominus proprietatis, quæ potest vendi ad alimenta, potest pro talibus alimentis vendi etiam proprietas. & sequitur Alexand. ibi. numero v. quorum conclusio mihi falsa videtur, nec iure probatur. tex. in l. i. §. mulier. ff. de ventre in possessionem mitt. quem Ioan. de Imo. & Alex. & Grego. Lopez citant ꝑ sua sententia, nõ probat illorum opinionem. cum ibi iurisconsultus tunc pro alimentis ventris, permittat venditionem prædii, cum inutile est & īfructuosum, quod clare docet iurisconsultus in his verbis. diminutio autem ad hos sumptus fieri debet primum ex pecunia numerata, si illa nõ fuerit, ex ijs rebus, quę patrimonium onerare magis impędio, quam augere fructibus consueuerunt. Nam iuris consult⁹, ita venditionem proprietatis permitrit, si sit sterilis, & inutilis & non alias. Et per argumentum a contrario sensu probatur contrarium illius, ad quod Imo. & Alex. notant. Et posito quod ille tex. probaret prędictã conclusionem (qđ negamus) nihil tamen iuuat sententiam Gre. Lopez: quia in illo tex. bona non erãt prohibita alienari sicut in bonis
7 maioratus, quæ prohibita sunt alienari. Sed dubitatur an prędicta conclusio quæ habet, qꝑ bona maioratus vẽdi nõ dẽnt ad alimentandũ fratres, vel sorores vel illas dotandas procedat, nisi bona vendantur nequaquam possint alimentari fratres, & sorores primogeniti. quia in hoc casu videtur qꝑ bona vendi possint. l. diuus. ff. de petitio. hæredi. vbi notat Ange. & dicit Alberi. in di. l. ius alimentorum. qꝑ si pupillus habeat modicum patrimonium ita, quod redditus non sufficiãt ad alimenta, tutor potest ponere manum ad proprietatem. & est expręssa. di. l. par. 20. quam supra retuli in illis verbis. *si se pudiere fazer*. Nihilominus tamen negocium dubium est, quia bona minoris prohibita sunt alienari ī fauorem solum ipsius minoris. ī bonis maioratus est diuersa ratio, quia non solum est prohibita alienatio illi, qui maioratum possidet, qui ad alimenta tenetur, sed omnibus successoribus, & sub hoc colore non debent bona maiorat⁹ alienari. & ista quæstio pendet a notatis per Bal. Imol. & Alexan. numero 4. in l. maritus. ff. solu. matrim. vbi tractant, an reditus domus nõ sufficiant ad alimẽta, domus uẽdi de
8 beat? De quo lector legat quæ scribit Decius in l. Diuus. nume. 9. ff. de regu. iursi. & an frater teneatur accipere alimenta a primogenito? resolui potest ex doctrina Bar. in l. liber. §. Lucius. vbi Alex. in addit. ff. de alim. lega. de quo etiam ꝑ eundem. Alexand. in consi. 100. numero 1. cum aliis. lib. 1. & consilio 178. numero 5. lib. 9. Ias. in l. j. numero 6. C. de le. & Pau. in l. Titia cum testamento. §. Titia cum nuberet. co. 2. versi. 3. limi. ff. de lega. vbi dicit, qꝑ quando sunt relicta alimenta mulieri in domo, potest petere ea sibi ministrari extra domum, si cum honore suo ī domo stare non possit, ẽt si hæredes non sint in culpa, ut puta, si mulier uidua sit iuuenis & pulchra. notat Steph. Bert. in consilio ducentesimo trigesimosecũdo. numero 4. lib. 3. quia. in re etiam animaduertendum esse exist rmo, an frater habitando cnm primogenito possit habere cum eo concordiam & pacem? Nam si primogenitus sit rixosus non tenebitur secundo genitus in domo fratris percipere alimenta. argum. l. si conuenerit. in fi. ff. pro soc. l. 14. in prin. titu. 10. par. v. cum concord. vt ꝑ Iaso. in l. 2. numero 10. ff. solu. matrim. & in l. decem. nume. 30. ff. de verborum obliga. & ad hoc videtur tex. clarus in l. 3. §. stiam. ff. de lib. exhib. ibi, obtinuit mater ob nequitiam partis, vt sine diminutione patrię potestatis apud eam filius moraretur. & de hoc puncto legat lector quæ scribit Pinellus in l. prima. par. i. numero 53. cum sequenti. Cod de bon. mater. & an frater minor teneatur ad operas obsequiales? & soror minor, qui recipiunt alimenta a filio minor primogenito? Haberi potest ex doctri. Barto. in l. Caio. §

Source : BIU Cujas

Imperator.ff. de alim.lega.de quo latius per Alex.in d.consil.100.& notatur per eundem.consi.133.lib.4.& 178.num. 7.lib.6.vbi etiam tradit,quomodo qui tenetur alimentare, id facere debet in domo propria.& vide etiam illum in cõsil.209.nume.x. lib. 6. & ad dictum Bart.adde Rebuffum in tracta.congruæ portio.num.99. Baecam in tract.de decim. tuto.c.ii.num.12.l.vlti.titu.12.par.v.& an ille qui tenetur ali quid dare pro alimentis teneatur ea in fine anni præstare, vel in principio,vid.text. in l. a nobis. & in le.in singulis.& l.ff.de annu.lega.& l.habitatione.& l.generali. ff. de vsufru. & Barth.Soci.qui latius explicat in consi.x.num. 14.libro 1. & in consi.xi.nume.xi.eo.lib.l.xv.titu.xi.pár. v.& quid si fratres vel sorores primogeniti possunt ex aliquo artificio viuere,vide tex.in l.si quis a liberis.in pri.iunct.§.sed si filius.ff. de lib.agnosc.Barth.Soci.in consi.29.nu.13.lib.4. & primogenitum non teneri ad alimentandum filium fratris, docet in specie Matthe.de Afflict.in consti.Neapolit.lib.3.rub.18. nu.13.post An.de Yse.quem refert.

9 Animaduerto etiam.in ista materia & quæstione vnum, quod in praxi necessariissimum est,ꝙ alimenta quæ primo genitus tenetur præstare fratribus, finiuntur cum vita taliũ fratrum.l.Mella.in pri.& ibi glo.in verbo. vitæ. suæ.ff.de ali. leg.& ibi Bar.probatur in l. hæreditatum.ff.ad le.Falci.not. Bald.in l.vlti.opp.6.C.de hæred.insti. & in Auth.cui relictũ. C. de indi.vidui.t oll. quod confirmatur ex aliis, quæ refert Tiraq.in tra. de primogeni.quæst. 94. numero 6. Alimenta autẽ,quæ pater filiis relinquere tenet ex obligatione regię facultatis ipsi cõcessæ ad faciendum maioratum iuxta clausulam,quæ ordinariè adhibetur in facultatibns realibus,debent esse in proprietate,licet nõ ĩ quantitate legitimæ. nec finiuntur cum vita filiorum. Quod fundatur ex sñia Bal.in consi. 121.numero 3.lib.4.& aliis,quæ scribit Tiraq.in tract. de primog.quæst.75.nume. 8. & Episcop.Couarru.in epito. de spon.2.par.c.8.§.6. nume.xv.cuius scripta in isto proposito caute legenda sunt, præcipuè quia non meminit de sententia Bald.in prædict.locis,nec citat Tiraquellum.Ex facto etiam agitatum vidi in materia præsentis quæstionis, an si fratres primogenitorum consumpserint legitimas eisdem a parentibus relicta teneatur primogenitus eisdem alimenta exhibere.in qua quæstione nihil placet sententia & distinctio Bald.in Authen.contra rogatus.numero 8.C.ad Treb. vbi vult,ꝙ si filius dissipauit, quod sibi a patre donatũ fuit culpa sua,pater non tenetur illum alimentare, alias secus. ad quod facit doctrina eiusdem Bald.in l.2. §.i.ff.solu.matr. & in l.sancimus,quæst.6.C.de inoffi.testam.notat Alexand. in l.si cum dotem.§.si post solutum.numero 6. 7. & 9.ff.sol. matrim.Ias.in §.fuerat.numero 137.Insti.de actio.Hippo. in singu. 104. Et quid si frater primogenitus dotauit sororem, quæ dotem amisit, an iterum teneatur eam dotare ? patet ex resolutione Bar.& aliorum,præcipuè Alex.in d.§. si post solutum.& doctri.Bald.in l.vlti.numero 8.C. de do. promi. Campegi.in tract.de dote,par.i. quæstio.xv. & q.26.Tiraqu. in l.boues.§.hoc sermone.limita.9.numero 14. ff.de verbo. sign.Soci.iuni.consilio 106.in princ.lib. 2. in quibus duabus quæstionibus omnino animaduertendum esse iudico, hãc rem non esse decidendam secundum communem opinionem dicentium. Quod si filius consumpsit legitimam eidẽ a patre concessam,tenetur pater iterum illum alimentare, & si filia dotem tenetur pater ea redotare.nam ratio est diuersa, vt constat ex iure & principiis & regulis vulgaribus: ideo diuersum ius statui debet.ad quam quæstionem lector etiam videat quæ scribit Ioan. Lopez in c.per vestras,de do
10 natlinter vir. & vxor.vidi etiam in facto agitatum fuisse, si mater diues filium alimentauit,an repetere possit talia alimenta per ipsam præstita a filio maiori primogenito? In quo lector legat Grego.Lop.in l.36.titu.12.par. v.glo.2.post Alex.in l.alimenta.num.xi.C.de nego.gestis.& quod scribo ẽ.in hac par.q.20.nu.60.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quæstionis.*
2 *Fœmina an admittatur ad maioratum,si nullus supersit masculus.*
3 *Fœmina succedit in varonia & prefertur vlterioribus consanguineis,licet non præferatur fratribus nec filiis fratrum.*

QVAESTIO XXIX.

Bona maioratus quando remaneant libera.

VIgesimonono quæro. An bona maioratus prohibita alienari, possint in extraneum hæredem transire vbicunque nõ supereſt in rerum natura aliquis de

1 vocatis ad maioratum ? Inquo dico, ꝙ si talis casus superueniat, bona remanent libera & vltimus possessor maioratus potest illa alienare, & hæredem instituere quem voluerit.l.qui solidum.§.prædium.coniun.glo.in verbo,extraneũ hæredem.ff.de leg.2.cum pater.§.libertis.ff.eo.titu. l.si auia. C.de donat.& tenet Bal.clare in d.l.per illum tex.C.quando dies leg.ced.Ias.in l.filius familias.§.diui.lect.2.limita.xi.nu. 81.ff.de lega.& alii,quos referunt Peral.in l. vnum ex familia.§.sed si fundum.num.28.ff.de leg.2.Grego.Lop. in l.2.tit. xv.in glo.in verbo.*el mas propinquo*.in versi. vnde si aliquis faceret.par.2.Tiraq.lib.j.de retract.§.26.glo.j.numero 8. Deci. consi.634.num.13.& 182.num.1.Bart.Soc.in consi.113.nu. 6.lib.j.Gozad.consi.104.num.23.Pau.de Cast.consi.453.nu. 2.lib.j. Rolan.consi.25.num.19.lib.j.Domi.Anto.de Padi.in l.voluntas.num.27.C.de fideicomm.Rip.in respon. 81.nu. 13. & respo.179.num.19.quæ conclusio est communis,vt appa
2 ret ex relatis per dictos Docto. Hæc tamen conclusio procedere videtur,nisi supersit fœmina consanguinea descendens a primo restitutore maioratus. quia quamuis ex tenore maioratus fęminæ exclusæ sint a successione, superueniẽte tamẽ casu, in quo nullus supersit masculus qui succedat, verisimile est ex mente testatoris tam propter sanguinis cõiunctionem,quam ob conseruationem nominis & generationis:ꝙ in isto casu magis admitteret talem fœminam, q̃ extraneos & incognitos hæredes.argum.l. Titius.§.i. & viii. ff.de liber.& posthum. Ad quod recte conducit notabi. doctri.Ancha.in consi.81.prima facie.num. 4. vbi dicit, quod si fundator iuris patronatus apposuit pactum, ꝙ ius patronatus spectet filio suo,& descendẽtibus,si euenit casus, quo filius non habet descendentes, sed moritur relicto hærede collaterali,vel extraneo talis hæres succedit in iure patronatus : quia testator ex abundanti videtur fecisse mentionem descendentium.nec verisimile est,ꝙ voluit deficere tale ius, deficientib.descẽdẽtib.per l.quæsitum.§.vlt.ff.de fun.instr.Et alia quæ refert,& sequitur Roch.de Curt. in tracta. iuris patronatus in verbo,ipse, vel is a quo.numero 19. & declarat Parisius in consi.48.nu.22.cum sequentibus.lib.4.& ad hoc etiam adduci potest illa insignis, viua, naturalis,& generalis ratio tex.in l.cum acutissimi.C.de fideicomm. in illis verbis.Nec videatur testator alienans successiones propriis anteponere. & verba testatoris impropriantur ex præsumptamente ipsius, vt consaguineus in substitutione præferatur extraneo.l.hęredes mei §. cum ita.vbi Bar. ff.ad Trebel .l.si is,qui ducenta.§.idem si pater. ff. de reb.dub.notat Areti.in quodam consi.Barth.Soc.142.num 14.C.de inoffi. test. vbi dicit,quòd si statutum vult,quod superstite fratre, soror nõ succedat si frater sit exhęredatus sorore pręterita,exhæredatus non obstat sorori : quia statutum debet intelligi, quòd excludatur soror nõ pręcisse,sed ita demum si frater succedat,nam intentio statuti est ponere ordinem prelationis, non necessitatem exclusionis. quæ verba ad plura in hac materia sunt notabilia.nota Cœpo. consi.49.num.xi.Et ad hoc etiam cõducit egregius casus in l.liberorum.in vltimis verbis.ff.de verb.sign.ibi,etenim idcirco filios filia sue concipimus atq; edimus,ut prole eorum,earumque diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.quam conclusionem latius fundaui in 2.par.operis.q.6.in versic. sed non ita vrget.numero 20.vbi dubitaui de quadam sententia Stepha.Bertran.in consi.46.nu.8.lib.1.dicentis, quòd quando fœminæ non sunt inuitatæ,neque substitutæ,aut sunt exclusæ,vltimus masculus potest libere de bonis disponere, & testari.quod etiam late fundat Ias.in consi.164.num.2.lib.4.vbi tradit,ꝙ vltimus masculus de familia potest extraneũ hæredem,vel socerum instituere , ex quo alius masculus de agnatis non supereſt.idem in consi.3.lib.j. quorum opinionem ego amplector,qa parum interest, ꝙ testator, habeat affectionem ad posteros, quamuis sint sexus fœminei in defectum masculorum : cum eas minime vocauerit immo excluserit: & non sufficit testatorem ita voluisse, nisi disponat. lege quidam cum filium. Digestis. de hæred.insti. de qua latius scripsi in 2.par. huius operis.in princ.nu.8. imputet igitur sibi testator,qui in defectũ masculorũ fœminas non vocauit,& fuit in culpa ꝙ ꝑꝑ propriũ ipsius præceptum bona libera remanserũt. Et verificat ẽt ista conclusio ex.l.commodissime.ff.de li.& posthu.l.si vero.§.de viro. ff.solu.mat.& l.iusfamiliarũ.C.de reli.& sum.fun.& pro ista sententia ẽt facit illa regula,ꝙ substitutio,& fideicõmissum nõ habet locum,nisi in casibus compræhensis in substitutione & semper potest dici,de hoc non loquitur substitutio,secũdum Ioan.Andre.in titu.de testam. §.j.versic.occurrit.ad finem.Oldra. in consi. 21. ad quod alios auctores retuli in 2. par.huius operis.quæst.6.numero octuagesimooctauo.Tãdem istam vltimam sententiam in terminis nostris, melius omnibus substentat Bartho.Soci. in consil.63.numero 12.

cum.

Source : BIU Cujas

cum alijs.præcipuè,num.17.lib.3. Et ad hoc etiam facit, q̃ scribit Ripa respõso.48.nu.12.vbi tradit,q̃ descendentium linea extincta,ius patronatus & ecclesia efficitur libera, vt traditur in c.1.de iure patron. & in hac quæstione addo scripta per Peraltam.in l.3.§.qui fideicommissam,nume.55. & 56.ff.de hæredi.insti. vbi tractat, qualiter possessor maioratus in cuius potestate iam bona libera remãserunt, propter defectum successorum possit de nouo in ea facere maioratum,vt vocationes, & conditiones nouas adiicere? & hoc ampliat idem Peral.in l.statuliberum.§.Stichum. num.3.ff. de lega.2.etiam vbi testator ordinauit,q̃ bona essent perpetuo inalienabilia,& successoribus reseruarentur.nam deficientibus successoribus,bona remanent libera, quia cessat ratio prohibitionis,& fauor descendentium, ob quos bona fuerunt vinculata,& alienari prohibita. Et iungo etiam Cin.in Auth.post fratres.C.de legit. hæredi.vbi dicit,q̃ si ex consuetudine filia non potest succedere in varonia,& varo habet fratres, & nepotem ex filia præmortua nepos non admittitur ad successionem varoniæ,sed fratres, sed si non sunt fratres,neque fratrum filij, sed vlteriores, tunc nepos ex filia admittitur ad successionem.

3

QVAESTIO XXX.

An pater habeat vsumfructum in bonis maioratus filii?

TRigesimo quæro, An pater habeat vsumfructum in bonis maioratus filii,q̃ habet a matre,vel ab alio, cui successit? Hanc quæstionem latissime disputãt Suarez in propria quæstione,quam ad hoc propositum scripsit in volumine repetitionum.l.quoniam,in prioribus. & l.post rem iudicatam. cuius dicta fere omnia transcripsit Ant.Gomez in l.48.Tauri.num.3. apud quos videre poteris huius quæstionis resolutionem. Quibus adde, q̃ scribit Gregor.Lopez,in l.5.titu.17.part.5.in glos.in verbo, *el vsufructo.* post medium, vbi dicit, q̃ si quis faciat maioriam in nepotem filium sororis suæ,& voluit, q̃ ista bona dentur ipsi filio,pater non habebit vsumfructum in talibus bonis. refert text.cum gl.& ibi Bar.in l.si vsusfructus.§. si ita quis.ff.quan. dies lega.ced quia tantum est hoc dicere,ac si dixisset,ne ad patrem perueniat vsusfructus.Auth. excipitur.C. de bonis, quæ liber. Et his etiam iunge Curt.in tracta.de feu. part.3. & in impressione noua,num.46. Et in principali quæstione semper verius esse existimani, quod regulariter in istis bonis maioratus pater habet vsumfructum,sicut in cæteris bonis liberis,& regulæ est standum.l. ab ea parte.ff.de probati. cum concordan.

QVAESTIO XXXI.

An mater excludetur a tutela,quemadmodum excluditur a successione maioratus?

TRigesimo primo quæro, An quẽ admodum mater excluditur a successione maioratus,excludatur a tutela?In quo breuiter agendo dico,q̃ quamuis mater excludatur a successione filij in bonis maioratus, non tamen excluditur a tutela. quod fundatur ex scriptis per Salic.in Auth.matri,& auiæ.qõ.3. C.quando mulier tute.offi.fun.poss.& per Decium in consi.16.diligenter.& tenet in terminis Greg. Lopez, in l.4.titu.16.part.6.in glo.in verbo, *la guarda de sus hiios*. Pro quo facit, quod scribit Barth.Soc.in consi.153.lib.2.nu.37. vbi dicit,q̃ licet successio filii impuberis sit delata ad fratrem excluſa matre,nõ tamen excluditur a tutela, imo securius filius in custodia matris ab illa alimentabitur& adolescet, cum non habeat spem illi succedendi.l.vlti.C.vbi pupil.educa.debe. quam rẽte declarat.l.19.titu.16.par.6. quæ est notanda pro confirmatione glo.in d.l.vlt.in glo.in verbo,ex spe.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Impugnatio contra Doctorem del Castillo, circa intellectum text. in l. vlti.§.vlti.C.commu.delega.*
3 *Quilibet malæ fidei possessor deducit expensas etiam fur.*
4 *Emptor si in lite, quam habuit cum euincente,non opponat de melioramentis,non potest a venditore repetere.*
5 *Fructus melioramentorum solui non debent.*
6 *Labor & industria,est soluenda cum melioramentis.*
7 *In impensis tantum est soluendum, quantum impensum fuit, & non vltra, quamuis res plus valeat.*
8 *Hæredes possessoris maioratus, an teneantur soluere æstimationem domorum, quas possessor deteriorauit.*

QVAESTIO XXXII.

Emptor bonorum maioratus, qualiter possit melioramenta recuperare?

TRigesimosecũdo quęro, Si possessor maioratus vendat aliqua bona ad maioratum pertinentia,& emptor in illa faciat multa melioramenta, an possit recuperare talia melioramenta, & sumptus factos? Et si quidem emptor ignorãter emit rem maioratus,& restitutioni subiectam,hoc casu planum est illum posse sumptus,& melioramenta recuperare, nec tenebitur ad restitutionem rei,donec melioramenta illi soluta fuerint.l.vlt.§.vlt.in fi.C.commu. de lega.l domos hæreditarias.ff.de lega.1.l.pen.quæ incipit,colonus, in prin. ff.locati.l.in fundo,ff.de rei vendi.l.domum.C.eod.titu.l.41, titu.28.par.3.l.26.tit.12.l.15.tit.13.par.5.& aliæ concordãtes sic retineri potest res feudalis pro melioramentis in ea factis.c.i §.si vasallus.vbi Ysern.& alii.hic finitur lex Corr.no. latius Parisi.consi.23.nu.91.lib.1.Si autem sciẽter emit rem maioratus,& restitutioni subiectam, maius dubium est pp tex.in d.l.vlt.§.vlt.in prin. ex quo patet, q̃ emptor sciens rei grauamen restitutioni subiectæ,non habet actionem ad recuperationem melioramentorũ,facit l.si fundum,C.de cui, & in hoc anteaquam ad vlteriora descendam animaduertere oportet, quod Doctor. de Castillo. in l.27. Taurin.in versicu. sed pone, quod res expresse loquitur contra tex.& cõmunem in d.l.vlti. §. vlti. Nã quærens.an emptor emens rem restitutioni subiectam, possit agere contra venditorem? expresse affirmat, quod si scienter emit rem restitutioni subiectam, potest agere ad pretium, & etiam melioramenta contra venditorem. Quod aperte est contra tex. in d.§. vlti.ibi, emptor autem sciens rei grauamen aduersus venditorem actionem habeat tantum ad restitutionem pretii, neque duplæ stipulatione, neque melioratione locum habente. Sed (vt ad rem redeam) quãuis prædicta in suis casibus proprijs vera sint, quantum ad propositum nostræ quæstionis aliud dicendum est, quia ille qui etiam scienter emit rẽ maioratus, & restitutioni subiectã, potest recuperare ab euincẽte sumptus melioramentorũ, quãuis non habeat actionem contra venditorem, vt patet ex d.l.domum.C.de rei uendi.& ex aliis, quæ supra citaui. Et probatur in l. si quis sciens & in l.in area. C. de rei uend.& in §.certe.Inst.de rerum diuisio & in l. qua ratione in prin.ff.de acquir.rerum domi.facit.l43.in vers. *empero tenudo*.tit.28.& l.44.eodem.tit.& hanc sentẽtiam in proprijs terminis tenet Moder.Parisien.in consuetud.Parisi.part.1. §.1.glos.5.num.75.& 76. quem refert, & sequitur Episcop. Couarruui. resolu. lib.3.c.17.nume.1. quorum conclusio vera mihi videtur ex auctoritate prædictorum iurium. Ex quibus apparet,quod quilibet etiam, malæ fidei possessor, potest expensas factas deducere per deductionẽ ædificij, & materiæ, seruato illæso pristino rei statu, vel repetere officio iudicis,habita distinctione,sint ne meliorationes vtiles necessariæ,an volũtariæ vt latius patet ex.d.l.domum.quę est magistralis in hac materia. & ex dictis legibus partitæ. & est alia bona.l.4.in finalibus verbis.titu.14.par.6.& scriptis per Anto.Gomez in l.46.Taurin.nu.2. Imo fur poterit recuperare expensas,& melioramenta, vt probatur in l.ex argento.ff.de condi.furt. de cuius legis intellectu agunt Salicet.d.l.domum.Episco.Couarr.in regul. peccatum. de regul.iur.in 6.2.par.relecti.§.6.nu.3.vbi post Ioan.a Medin.in tracta.de resti.q.6.par.2.tenet,q̃ fur,& quilibet alius malęfidei possessor,in conscientia recuperare põt expensas vtiles. In hac tñ materia est animaduertendũ,anteaquam qõnem
4 hanc absoluamus.Primo est sciendũ,q̃ quanuis ex dispositione.d.l.vlt.§.vlt.emptor rei restitutioni subiectę possit melioramenta recuperarre a venditore,siue sciens, siue ignorans emerit rem restitutioni subiectam: illud singulariter procedit,qñ opposuit de sumptibus, & melioramentis in lite,quam habuit cum euincente rem restitutioni subiectã, vt est,tex.sing.& peregrinus.in l. idq; Iulian.§.j. qui incipit, illud expeditius videbatur..ff.de actio.emp.ibi, nam cũ possim petentem doli mali exceptione summouere quem tex. postquam ego ad hoc propositũ põderaui, forsam reperi, q̃ Greg.Lopez in l.36.tit.5.part.5.in glo.in verbo. *E no la puso*. dicit notabilem illum tex.ad hoc q̃ si emptor non excepit in lite,quam egit cum euincente de sumptibus melioramentorum, non tenetur venditor ad illa soluenda. q̃ reputo notabile pro intellectu tex.in d.l. vlti.§. vlti.in quo

Source : BIU Cujas

loco Docto. hoc non tangunt. & est memoriæ mandãdum, tam pro intellectu nostræ qõnis, q̃ ad alia plura, & ego habui in facto, & obtinui. & ad hoc adde, quæ scribit Tiraq. li. 2. de retra. §. 7. gl. nu. 13. vbi videbis plura de hac materia.

Secundò sciendum est, q̃ licet in quibusdam casibus, qñ quis opponit de melioramentis debeat illa computare cũ fructibus, non tñ tenetur soluere fructus melioramentorũ. vnde si prędium quod anteaq̃ fuisset melioratum, dabat de reditibus decem, & ratione melioramentorum postea reddebat quindecim, non tenetur ille contra quem fuit facta fructuum condemnatio restituere fructus, quibus plus percipit ratione illorum melioramentorum, vt per text. in l. cæterum. in ver. improbè. ff. de rei vendi. tenet Pau. de Castr. in consi. 386. visis & ponderatis. quem ad hoc refert Anto. de Fano, in tract. de pigno. par. v. membro. 4. nu. 20. quod consilium Pau. de Ca. licet magno labore perqnisiuerim, nunq̃ tñ illud inuenire potui. Et eiusdem sniæ fuit Matt. ab Affli. non relato Pau. de Cast. in decisio. 87. magnum est dubium. ad fi. vbi tenet. q̃ non debent fructus meliorationis compẽsari cum sumptibus etiam ab illo, qui nõ est dñs rei. qui ad hoc citat Ang. in d. l. cæterum. qui tñ hoc non dicit. his Doctoribus ipsis non relatis palam p̃dicit Par. in consu. Pari. par. j. §. j. glo. v. num. 85. & 86. vbi sustentat, non esse veram sentẽtiam Matthei ab Afflict. nisi in bonæ fidei possessore diligẽtem, & industrio, qui consumpsit tps & industriam in melioratiõnibus, & hoc faciendo, non potuit interim aliunde lucrari: tunc. n. non est irrationabile, q̃ vlrta refusionem sumptuum, quatenus eorum vtilitas manet, habeat omnes fructus, & reditus meliorationis suæ vsque ad litem contestatam bona fide consumptos, absque eo q̃ eos computet in sumptus, quia in huiusmodi personis, quæ non habent aliunde lucrum, cessans lucrum hr̃ pro damno, quod iudicis arbitrio relinquit̃. Et ꝯ Matth. ab Afflict. Parisi. non relato, tenet etiam Episco. Coua. lib. j. resolutio. c. 8. nu. 4. vbi refert in hac qõne prædictam huius regula Cancellariæ, de qua latius per illum. Ex quibus apparet, q̃ in effectu est cõmunior opinio, q̃ non debeant solui fructus ex melioramentis, cum illa teneant Pau. de Cast. Matthe. ab Afflict. & Negusantius, & hæc opinio magis æqua, & iuri cõsona mihi vr̃, attento, q̃ in hoc nulla fit iniuria illi, cui res restituẽda est: cum non factis melioramentis nihil plus, q̃ fructus, quos iuxta antiquum rei statum res reddebat illi forent restituendi. & ab illa re quæ restitur, si plures fructus percipiũtur nõ est pp ipsam rem, & illius bonitatem, sed pp melioramenta, quæ forsam possessor ingenti labore & pecuniis eodem labore quæsitis fecit, hoc equitas suggerit, licet summum ius deficeret. l. 2. §. quanq̃ ff. de aqua plu. arc. facit. l. si me, & Titium. ff. si cer. pe. l. nam hoc natura. ff. de condi. Tertio in hac materia notandum est, q̃ impensarũ solutio hoc mõ est facienda: nam non sufficit q̃ ī aliqua re sint impẽsa
7 centum, nisi ipsa itidem res valeat. probandum itaq;, & arti culandum est, quod in re, quæ restitui debet, fuerunt impẽsa illa centum, & q̃ ratione expensarum res communi æstimatione valet illa centum. l. in fundo. vbi glo. & Doctor. ff. de rei vend. Notat Abb. in c. j. nu. 4. de restitu. in integ. & in c. quod quibusdam. num. 9. de fideiuss. & alii, quos refert Ant. de Fano in loco s̃. citato, num. xi. ad quod est animaduertẽdum, quia scio q̃ in iudiciis, & interrogatoriis, raro ad hoc animaduertitur, cum sit tam necessarium. Et pro hoc etiam conducit, quod in simili dicunt Iacob. de Arena, Bart. Bald. Ange. Imo. & Alex. in di. l. domos. ff. de leg. j. vbi tradunt, q̃ expensæ & melioramenta facta in re restitutioni subiecta, sunt soluenda, habita ratione non a die facti ædificij, vel refecti. sed secundum valorem temporis in quo restitui dẽt, siue æstimatio aucta sit, siue decreuerit. & idem tenet Alexã. in l. vbi pure. §. vlti. ff. ad Treb. Carol. Ruin. in consi. 38. lib. 1. & in aliis consiliis, quæ refert Rolan. in con. 28. nu. 14. lib. v. vbi etiam alios refert, & de ista materia plura scribit. Et an hæredes possessoris bonorum maioratus teneantur ad interesse si non refecerint domos maioratus, qua de causa ce
8 ciderunt lectores, facile diffinient ex traditis per Matth. ab Affli. in const. Neap. rub. 87. ver. & officialib. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis, & agitur de intellectu tex. in lege quarantesimasexta Taurin.*
2 *Infertur, q̃ si quis vineam vel oliueta plantauit in solo maioratus, q̃ in illis habent partem vxor & filii defuncti.*
3 *Deducitur q̃ si in solo maioratus sit facta domus, communicator preciũ melioramentorum vxori & filiis facientis.*
4 *Verba legis inspicienda, nec ultra trahenda.*
5 *Reprehenditur doctor del Castillo in intellectu in d. l. 46.*
6 *In melioramentis factis in domibus, quas possessores bonorum maioratus lccant, an habeant partem filii, vel vxor defuncti.*
7 *Lex dicta. quarantesimasexta. Taur. an procedat in impensis voluntaris.*
8 *In hortis factis in domibus maioratus an procedat. d. l. 46.*
9 *Colubrinæ, bombardæ, & alia genera armorum, quę possessor bonorum maioratus posito in fortalitio, an cedant primogenito.*
10 *Castro concesso in feudo intelliguntur concessæ esse munitiones.*
11 *Princeps concedens fortalitium, videtur concedere munimenta, & arma ibi existentia.*
12 *Publica vtilitas priuatæ præfertur.*
13 *Remissiue traduntur aliqua circa hanc materiam.*
14 *Conuentus actione hypothecaria quãdo soluere possit primæuam æstimationem.*
15 *Castro quæ dicantur pertinere, & expensas factas in defensione Castri, an possit hæres repetere.*

QVAESTIO XXXIII.

An augumenta facta per possessorem maioratus pertineant ad successorem.

TRigesimotertio quęro. An melioramenta quæ facit possessor bonorũ maiorat⁹ in reb. maioratus prineãt integra ad primogenitũ? Inqua qõne a liqua attingã, cũ multa ad hanc rem ptinentia scripserim ī j. par. huius ope. q. x. & vltra ibi dicta, hoc in loco aliqua deserere placuit, vt hæc res magis pfecta sit. & oĩno sciendũ est, q̃ licet ex dispõne. 46. Taur. oẽs fere teneant, q̃ meliorationes factæ p possessorẽ bonorũ maiorat⁹, in reb. maioratus non possunt recuperari a filiis, uel vxore, q̃ illas fecit, nec hẽant partẽ in talib. meliorationibus absq; aliqua distinctione: qa oẽs cedunt maioratui. qđ apte tenere vñr Ant. Go. nu. 3. & Io. Lop. & Castillo. Ego inhęrẽdo verbis p̃dictæ legis, sp̃ existimaui, & adhuc nolo palino diã canere, q̃ p̃dicta lex solũmõ loq̃t in impensis, q̃ possessor bonorũ maioratus facit in fortaliciis, & muris factis in villis, locis, & in fundis bonorum maioratus, vt expresse ex illa lege patet: & iõ ad alꝫ meliorationes, & impẽsas factas in reb. maioratus, q̃ non sint de cõpræhẽsis in illa lege, non dẽt extendi: cũ d. lex sit correctoria iuris cõis, s. text. in l. domos hr̃ditarias. ff. de le. i. cũ ibi adductis p Doct. & correctoriã ẽt legũ, & ꝙsuetudinũ Hispanię, q̃ cũ iustissima rõne cõcedunt mulierib. mediantẽ bonorũ mr̃imonio ꝙstante acqsitorũ. Ex quo leq̃t q̃ in talib. meliorõnib. factis in bonis maioratus dũmõ non fiant in Castris, & muris. & domib. maioratuũ, hẽbit mulier medietatẽ æstimationis, & ualoris, & alia medietas diuidenda est inter filios illius, q̃ eã fecit vñ si possessor bonorũ maioratus in agro, aut fundo, q̃ prius erat bonorũ maioratus vineã, vel oliueta plantauit, vel aliud qd fiẽ fecit, solui dẽt mulieri æstimatio harũ meliorationũ, sicut bñ aliqua meliorõ fit in fundo vxoris, q̃ remanet illius, & maritus hẽt medietatẽ æstimationis, iuxta legẽ, fori, & fere vbiq̃ Castellæ ꝙsuetudinẽ, & practicã. & declarant Rod. Sua. in lib. 3. fori. ti. *de las ganancias.* in ver. sed pone. Io. Lop. in rub. de do. inter vir. & vxor. col. 3 or. in versi. & hinc est. & eadẽ rõne filii in talib. meliorõnibl. tĩmã hẽbũt, & talis æstimatio est libera, & non subiecta restõni, & iste intellectus ad dictã legẽ (videri meo) est verissimus, & illũ negare nõ poterit q̃ legeritr̃q̃ circa hoc met ꝓpositũ ego scribo in j. par. huius operis. d. q. x. ubi plenius tracto de intellectu tex. in d. l. 46. Ex quo loco possunt sumi argumenta pro hac sntia, qua rõne hic non repeto. & d. legẽ. 46. ita intellige re vr̃ Hago de Cel. in repertorio suo, in verbo, (*maiorazgo.*) Et cum d. l. sit correctoria iuris cõis, uidelicet. l. domus hæreditaria. ff. de leg. i. de cuius intellectu late agit Rolan. in cõsil. 28. lib. i. quamuis sit facta in fauorem maioratuum, non extrahi a casibus, in quibus loquitur. l. quod vero contra. ff. de legib. Ex quo fit, q̃ in aliquibus facultatibus, quę conceduntur ad faciendum maioratum cauetur, q̃ quicquid seminatum, plantatum, uel ædificatum fuerit in rebus quæ
3 vinculantur pertineat etiam ad maioratum. Ex his etiam deducitur, q̃ si quis in solo maioratus faciat de nouo aliquam domum, quę antea facta non erat, est soluenda medietas æstimationis melioramentorum vxori & filii potiũtur legitima in æstimatione illorum. quia dicta lex non loquitur nisi ędificiis factis in domibus, quæ erant ex maioratu, vt patet ex illis verbis. *Assi mesmo los edificios, que de aqui adelante febizieren en las casas de maioradgo como lo son o fueronlas e iudades, villas y lugares, heredamientos, y casas dende selebran.* Ex quibus uerbis clare patet veritas huius conclusionis, precipue ex illis verbis, *en las casas de mayoradgo.* vnde lex aperte sentire videtur, q̃ ędificia debent fieri in domibus iam factis, & quæ erant maioratus. & eum hæc qualitas (qđ domus e-

rat

rat maioratus)deficiat,& probari non possit,lex itidem cessare debet.l.j.§ prętor ait.vbi Bar.ff.ne quid in flumi.publi. l.pen.§.docere.ff.ne quis cum cum.l.4.§.docere.ff.vi bonorũ rapto.cum concordantibus.& vrgent etiam verba illa,*Como lo son*,iunctis illis verbis, *y casas donde se labran*. Ex quibus verbis lex aperte requirit esse necessarium, quod iam sint bona vinculata tempore, quo in domo facta sunt melioramẽta. Et illa dictio(sicut)iuncta cum aliis verbis,ponitur ibi conditionaliter, & cum iste sit casus omissus à dicta lege, habe tur pro omisso.l.commodissime.ff.de libe.& posthum.cum similib.quę regula maxime procedit,quando aduersus iuris regulas aliquid inducitur,prout facit.d.l.46. sicut supra fundaui,secundum egregiam sententiam Aret.in l. Iulianus.in prin.ff.si quis omis.cau.testa.quam sequitur Alcia.in d.l.cõmodissime.num.12.pagin.46.& illam ego ad alium finem retuli in 3.par.huius operis quæstio.9.in versi.& casus omis si.num.20.& cum prædicta lex non loquatur in hoc casu nec nos loqui debemus. Er verbis legis deficientibus,deficit illius dispositio.l.4.§.toties.vbi Bar.& alii,de damno infecto
4 ff.l.ita autem.in prin.vbi Bar.ff.de admin. tutor.Et verba legis sunt inspicienda,nec vltra dispositio est trahẽda. l. quod constitutum.ibi,quantum ad verba eius. vbi Bar.ff.de testa. mili.l.si seruum.§.non dixit prætor.ff.de acquir.hæredi.& in legibus,statutis,testamentis,& in aliis quibuslibet dispositionibus,tenor verborum est inspiciendus,& ab illo non est recedendum,vt latissime docet Tiraquel.in l.si vnquã. in verbo,libertis.numẽ.j.cum sequentibus.C.de reuocã. donatio. & vt superius dixi,cum d.l.sit correctoria, & in hoc casu nõ militet eadem ratio quæ concurrit in casibus per d.l. decisis, potius restrĩgi, quam ampliari debet,pręcipue cum sit odio
5 filiis, & vxori defuncti, & filii in dubio ad æqualitatem sunt reducendi.l.vt liberis.C.de colla.l.4.ibi,*esto porque se guarde ygualdad entre ellos*.ti.15.par.4.de quo latius tracto in prim. par. huius operis.quæstio.3.& hæc tenẽda sunt per rationes prædictas,& alias contentas in d.quæsti.x.Quæ (videri meo) difficilem exitum habent,quicquid tentauit dicere Docto. del Castillo in d.l.46.vbi affirmat,quod domus facta in area maioratus,cedit maioratui.per §.ex diuerso.Insti.de rer.diui sio.qui tex.non obstat,vt patet ex superioribus.& falsus fuit etiam Ioan.Lopez.(salua pace tentatorũ virorũ, cuius scripta longe in eruditione,& in alis ab his meis nugis distant) vbi stante d.l.46.idem tenere videtur, quod Castillo. is inq̃ in rubrica de donatio.inter vir.& vxor.§.62.nu.16. & in eodem errore lapsus fuit doctissimus,& diligẽs Arias Pinel.in l.i.C.de bonis mater.par.ii.nu.61.vbi illam legem generaliter etiam intellexit,& illam ex aliquibus confirmat,& dicit æquam esse.Saluari tamen possunt isti scribentes,quod non loquantur in æstimatione soluenda,sed in ipsa rei proprieta
6 te;quia in isto secundo casu illorum dictum verum est.Imo fortius sustentari potest,& non est digito cælum attingere, quod prædicta.l.46.solum procedit in domibus possessorũ maioratus,& in quibus ipsi habitant,& quas habent ad sustentandum statum,honorem,& pompam statuum. quod patet ex dispositione illius legis,& illius ratione,quæ præcipuam habuit considerationem ad hoc quod domus maioratuum sint amplę,& repręsentent maiestatem status.quod suadetur ex his,quæ scribo in d.quæstio.x.Et quia iuxta communem vsum loquendi domus maioratus,vocatur domus principalis possessoris maioratus, qa communiter dicitur. *Estas son las casas del mayoradgo de tal cauallero*. quasi quod ĩ illis repræsentetur status possessoris,& successorum. quantæ autem efficatiæ sit iste communis vsus loquẽdi,egõ in aliis locis doceo,nam præfertur propriæ significationi verborum, vt constat,ex l.liberorum,§.quod tamen Cassius.ff. de lega. 3.& ex l.4.ti.33.par.7.Et ad hoc facit ratio, & æquitas legis. l.quæ tutores.C.de admin.tuto.ibi,nec vero domũ vendere liceat. in qua pater decessit,minor creuit. l. pater, §. Iulius Agrippa.ff.de leg.3.quæ ad istud propositum est elegans, & notanda.Ex quibus constat,hanc sententiam non carere rationibus & fundamentis.& certe ad hoc tenendũ maxime me mouent ratio & mens illius legis, quæ ab prædicta sine dubio respexisse videtur.Et ex his apparet, quod si possessor bonorum maioratus facit aliqua melioramenta in domib. quas locat,in illis habebit vxor partem, & filii legitimam, quamuis sint ex bonus maioratus,si melioramẽta sint magni valoris.& credẽdum est quod prędicta.l.46.non sine fundamento nihil dixit de aliis melioramentis factis in aliis rebus maioratuum, sed solummodo in melioramẽtis factis in fortalitiis & domibus maioratus. Et ideo cum lex de aliis non fecerit mentionem & facere potuisse faciliter, existimandum,est legislatorem nihil voluisse disponere vltra quod verba dictæ legis docent.l.i.§. sin autem ad deficiẽtis.ibi,& quia nõ expressit,noluisse colligitur.C.de cadu.tol. & meliorationes factæ in aliis rebus maioratuum, ĩ dispositione iuris communis remaneant d.l.commodissime.ff.de liber.& posthum.l.si vero.§.de viro.ff.sol.matrim.nec obstat, quod verba prædictæ legis in illa indefinita(*las casas de maioradgo*)videantur habere eandem vim,ac si expræssissent. *Todas las casas de maioradgo*.quia regulariter ĩdefinita, maxime in materia fauorabili,æquipollet vniuersali. l. si seruitus. ff. de seruit.vrban.prædio.notat glo.in c.vt circa.in prin.de electio.lib. vi. tradit omnibus latius Episcop.Couarruu. resol. libr.i.c.xiij.quia secundum doctrinam Dini communiter receptam in rubri.de regu.iur.indefinita tunc æquipollet vniuersali,quando est eadem ratio omnium particularium,secus si diuersa.per.l.quæsitum,§.illud fortasse.ff.de legat.3.& l.sicut.in prin.eodem tit.& idem vult glo.in d.c. vt circa. in verbo,aliorum.Bar.in l.omnes populi.num.57.ff.de iusti.et iu Deci.in consi.xxx.& 343.& 348.& 490.Cagnol.in l.i. nume.ix.ff.de regu.iur.Alexan.& Iuniores in l.4. §.Cato.ff. de pignorib.par.ii.membro.2.num.37.ad finem.Soc.Iunior.in cõsi.ix.num.8.& consi.49.nu.17.& consi.65.num.22.& cõs. 124.num.26.li.i.Apparet ergo ex superioribus,longam esse rationem differentiæ inter domos principales,quę dedicatę sunt ad habitationem,pompam,& gloriam,& maiestatem possessorum maioratuũ,& inter alias domos particulares, quæ locari cõsueuerunt à dominis rerum maioratus, sicut fundi, aut aliæ res particulares. Item quamuis lex dixerit. (*Todas las casas de mayoradgo*)intelligi poterat. *detodas lascasas* in quibus habitant successores maioratuum.& hæc confirmantur.quia in dubio incorporatio & vnio non præsumitur,sed quod bona sunt libera,vt recte resoluit Parisien.secunda. par. consuetud. Parisien. §. vigesimotertio.numero quarantesimosecundo.

7 Dubitari etiam potest, an prædicta lex locum habeat in æstimatione impensarum voluntarium, quæ factæ sunt in fortaliciis,& in domibus maioratuum,sicut procedit in impensis vtilibus, & necessariis? solent etenim successores in maioratu in picturis & in viridariis & in sculpturis, & in aliis pluribus rebus,consumere magnam numorum quantitatem,sicut experientia visum est,adeo vt potius hæc impẽsæ prodigalitatem,& quandam vanitatem, quam aliam rẽ respiciant.dubium facit,quia d.l.facta fuit fauore conservationis domorum & fortalitiorum maioratuum,& protutione illorum, & propter alios fines supra scriptos, & quæ traduntur in d.q. x. Et cum in his Impensis voluntariis, & vanis cesset dispositio illius legis, in consequentiam æquũ est,quod ipsa lex cesset. & quantum interfit inter impensas necessarias,& vtiles,& inter impẽsas voluntarias,passim nostra iura docent,præcipuè tex.in l.domum.C. de rei vend.l. 44.titu.28.par.3.l.impensæ.ff.de verbo.sig.l x.titu. 33.in ver. *otro si dezimos*. par. 7. Sed quamuis hæc opinio æqua videaf, & propter bonum reipublicæ amplectenda videretur, ne detur occasio dominis, & possessoribus bonorum maioratuum in vanis sumptibus totas substantias cõsumere, & ne filiis fratres primogeniti mẽdicare cogantur,& vxor remaneat pauper(pro vt multoties contingit)quibus sumptibus superfluis obuiam ire oportet,& reprimi debẽt: cum dicta lex generaliter loquatur, & non faciat distinctionem inter impensas necessarias & vtiles,& voluntarias generaliter est intelligenda.l.j.§.& generaliter.ff.de leg.præstã. l. de precio. ff.de Publicia.cum concord.& impensæ istæ voluntariæ, q̃uis vanæ sint adornant domos & fortalicia bonorum maioratus,& seruiunt ad pompam ostentationem, & admirationem spectantium.

8 Præterea offertur dubitatio circa hanc materiam, an meliorationes quas facit possessor bonorum maioratus ĩ hortis coniunctis domui principali maioratus,cedãt ad primogenitum uirtute.d.le.46. adsunt namque hi horti in pluribus domibus maioratuum,in quibus ornandis & amplian dis solet etiam expendi magna numorum quantitas. Ego puto attenta ratione prędictæ legis,q̃ etiam ĩ hoc casu militat,cum ex his hortis adornent domus possessorũ maiotuum, ad quod respexit d.lex. Quod in his meliorationibus vxor defuncti non habebit dimidiam partem æstimationis,nec filii percipere possunt legitimam. Quod probatur ex tex.in l.testratrix.in fi.ff.si seruit, vendice.l.vxorem.§. legauerat.l.prædiis.§ pen.vbi Bart.ff.de lega,3.& dicunt Bal. Angel.& Floria.in l.Olympico.ff. de serui.urban.prædi. per tex.vbi,quod legata habitatione vel proprietate domus,venit habitatio horti accessorii,alias non.& idem volunt Alberi.Bar.Roma.in l.quod conclaue.ff.de dam. infect.& alii plures,quos refet Moder.Parisien.in j.par.consue. Parisien. §.7.glo.v.in verbo,le Iardin.nu.2. cum sequen.vbi de his plenius agit.Ex quibus,et ex ratione dictæ legis apparet,q̃ hoc nõ habet locum vbicunque tales meliorationes factæ sũt in hortis, qui accessorii & coniuncti ad domum non sunt, quamuis destinatione & vsu possessoris bonorum ma-

Source : BIU Cujas

ioratus deseruiant domui principali . & ex his etiam magis relucet veritas conclusionis, quam tenui in versi. imo. num. 6. sup. eo. ad ꝙ conducunt scripta per Parisien. in d. loco. nu. 4. per tex. in l. vrbana prædia. ff. de ver. signi.

9 Tandem circa illam legem non incongruenter dubitari potest circa materiam, quam prosequimur, possessor bonorum maioratus habens aliquod castrum, aut fortaliciũ, posſuit ibi ad defensam multa genera armorum magni valoris prout faciunt plerique domini principales huius regni, qui in his rebus solent magnam bonorum partem consumere (quod illis gratulandum est) dubitatur, an in his habeat mulier medietatem sicut in bonis matrimonio constante sup lucratis? Et an fratres primogeniti habent aliquid in talibus bonis? & certe quamuis (vt superius dictum fuit) dicta. l. 46. sit exorbitans & correctoria, cum leges magis consistant in ratione, quam in verborum forma. l. scire leges. ff. de leg. l. 3. ti. j. par. i. & d. l. 46. tanti facit ædificia & reparationes, q̃ fiunt in muris, castris, & fortaliciis bonorum maioratus. & iusta ratione secundum. l. j. titu. 18. par. 2. & alia plura, quæ retuli in dicta. j. par. huius operis. q. x. quæ videnda sunt, si ad hæc expedierit. videtur ꝙ cum prædicta arma, & instrumẽta bellica, & defensiua & offensiua, tam necessaria sint ad defensam, & tuitionem castrorum & ciuitatum, ad quod prædicta lex tanquam ad principalem scopum consideratione habuit. quod quemadmodum dicta lex ꝓcedit in parietib. & aliis ædificiis, quæ fiũt in castris, & muris, eo ꝙ sunt necessaria ad defensam, ita locum sibi vendicare debet in armis offensiuis, sine quibus castra & muti defendi recte non pñt, maxime hisce temporibus, in quibus diabolus propter peccata hominum tot præstitit artificia ad expugnationem castrorum, & ciuitatum. Et ad hoc conducit. l. xi. d. titu. 18. par. 2. ibi, *Armas muchas ha menester, que aya en los castillos para ser guardados, y defendidos, quando menester fuere.* Et pro hoc induco etiã tex. notabilem in l. si areæ. ff. de vsuf. ibi, si areæ vsusfructus legatus mihi sit, posse me casam ibi ædificare custodis earum rerum causa, quæ in area sunt. quem text reputat singularẽ Aret. in c. de testib. & illius meminere Iaſ. in l. 2. nu. 11. ff. de iuris. omn. iud. Deci. in c. præterea. num. 6. de offi. deleg. & cum illo tex. concordat etiam. l. si vsusfructus § sed ne ædificium. ff. eod. ti. & est bonus text. in l. lex quæ tutores. ver. nec enim. C. de adminiſt. tuto. & facit tex. in ratione sui in l. riparum. §. in mari. ff. de rerum diui. & in §. littorum inſt. eod. ti. cum quibus concordat. l. 4. ti. 28. par. 3. & est bona. l. 28. titu. 13. par. 5. ibi, *por guarnecer la naue de armas*. Et ad hãc conclusionem est etiam egregia doctrina. Bal. in d. capitu. si quis de manso. ver si. & illa ratio. titu. de controu. inuesti. vbi dicit, ꝙ concesso castro in feudum, intelliguntur concesse munitiones quæ sunt pro custodia castri posita perpetua patris familias destinatione, quamuis non sint affixę, vt trabuchi manganellę ballistę, & similia. quem sequitur ibi Car. Ale. & Iaſ. in prelu diis feudorum. in versicu. & pro hoc feudum. num. xxii. & ea quę sunt ad vsum castri, presumuntur esse de pertinentiis ipsius castri, qñ non probantur esse diuersi generis. ꝙ procedit non solum in bonis mobilibus, sed & in bonis immobilib. vt resoluit Soci. Iun. in consil. 68. nu. 16. lib. j. per notata in c. cum ad sedem. de re. spo. & doctrinam Bal. in consi. 445. qualiter probentur pertinentię li. 5. & alia, quę refert. & dicit idẽ Bald. in l. vltim. col. 2. in versi. item si princeps. ff. de constitu.

11 prin. Quod si princeps concedit mihi quoddam fortalicium, ea cedunt concessioni, nec distingui debet sint ne affixa aut non? & vtrumque Bal. dictum refert, & confirmat Tiraquel. alios citando, libro j. de retract. § j. glo. 7. num. 96. qui ad hoc etiam refert tex. in l. fundi. § Castella. ff. de actio. empt. & l. cętera. §. senatusconsultum. ff. de leg. j. cui addo Deci. in consi. 516. num. 25. Bald. in consi. 222. fœmina. lib. 3. & cum ista munimenta, & tuitiones pertineant etiam ad defensam reipublicę, vt clare patet, tenenda est ista sententia, quamuis prędictis egregiis argumentis & rationibus, non esset vallata ꝓpter vtilitatem reipublicę, quę priuatis vtilitatibus est añponenda. auth. resquę. C. communia deleg. l. 18. ti. 1. par. j. & tex.

12 nunquam satis laudatus in l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad l. Aquil. ibi, multa iure ciuili contra rationem disputandi pro vtilitate communi recepta esse in innumerabilibus rebus ꝓbari potest, & vbi agitur de fauore publico licita est extensio ex identitate rationis. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. & etiam vbi agitur de fauore publico secundario. l. hoc modo, §. vlt. ff. de condi. & demon. notat Rip. in tra. de peste. in par. de rebus mediis ad conseruandam vbertatem. num. 49. Et ex istis apparet, hanc extẽsionem ad d. l. 46. esse tam iuridicam, quam reipublicę necessariam. dicit tamen notabiliter Bald. in consil. 222. fœminę regulariter. num. i. lib. 3. Quod licet fœmina regulariter non succedat in feudo paterno, succedat tamen in fromentis ad necessitatem castri deputatis. per l. fundi. ff. de actio. empt. Et conducit quod scribit Tiraqu. li. j. de retra.

13 §. 29. n. 16. Alia autem circa solutionem expensarum, et meliorationum sumi possunt ex Antonio Fano, et Parisi. in locis post principium huius quęstionis citatis. & ex Iaſ. in l. si in area. ff. de condictio. indebi. & ex relatis, & scriptis per Ariam Pinel. in lege secunda. Codice. de rescinden. venditio. parte secunda. numero quarto. cum sequentibus. & Anto. Gomez in dicta lege quarantesima sexta. Gregori. Lopez in lege quadragesima prima. in glo. in verbo, *entregado*. & in glo sequen. & in lege quadragesima quarta. in glo. pri. & secunda. titulo vigesimo octauo. parte tertia. Et quæ sint impensæ vtiles, & necessariæ, aut voluntariæ, vide dictam legem. impensæ. & dicta lege decima. titu. 33. parte septima.

14 Notandum tamen est in hac materia, quod quamuis cõuẽtus actione hypothecaria, in qua multa fecit meliorameñta, possit a tali actione liberari offerendo creditori primæuam rei æstimationem demptis meliorametis, quæ ipse fecit, quamuis ea æstimatio sit minor debito, pro quo res fuit hypothecata, vt probatur in l. ii. C. de prędiis, & omnib. reb. nauicula. lib. xi. vbi hoc tenent Bar. Bal. Plalea, & Rebuf. & Alex. in additio. Ad Barto. & idem Alexan. in l. si fundus. §. si res. ff. de pigno. & alii, quos refert episcop. Couarru. resol. lib. j. c. 9. num. 2. vbi hoc valde commendat. cui adde Iaſon. in l. creditor. in j. num. 6. ff. si cer. peta. in petentibus tamen bona maioratus ista exceptio oponi non potest, & licet plura sint melioramenta, non possunt ea retinere possessores, sicut in alia qualibet rei uẽdicatione. Nam conuentus rei vẽdicatione nõ potest offerre rei æstimationem, nisi in causa. auth. contra rogatus. C. ad Trebel. ibi, in subsidium ratione vtilis dominij offerti potest æstimatio. quem tex. ad hoc ibi notat Bal. nu. 4. & commendat Barhto. Soci. in consil. 224. numero 2. lib. 2. & an possessor bonorum maioratus præsumatur ex fructibus factus locupletior? vide quæ late scribit Arias Pine. in d. l. 2. C. de resci. vend. vbi alia reperiuntur pro intellectu eorum, quæ in hac quæstione tractata sunt, quę ibi lector videre poterit.

15 ITEM circa, ea quæ dicta sunt in nume. x. est notanda doctrina. Bal. in consi. 245. Villa. in si. lib. 3. vbi vult, quod q̃ dicantur ad castrum pertinere seu de pertinentiis eius esse, docet communis vsus. notat Bartho. Soci. in consi. 47. col. 2. lib. i. Aymo Crauet. in consi. 293. num 6. & an hęredes illi⁹, qui possedit maioratum possint repetere a succesſore expẽsas, quas anteceſſor fecit in custodia Castri, lectori resoluere licet ex traditis per Campeg. in tracta. de dote. par. 2. q. 46.

SVMMARIVM.

1 *Proximus ĩ gradu petere potest etiam ĩ vita possessoris, vt declaretur ius sibi competere.*
2 *Stãte dilapidatione, cogi potest possessor bonorum maioratus cautionẽ prestare de restituendo bona successori.*
3 *Hæres qui possidet hęreditatem sub conditione, tenetur substituto cauere de restituenda hęreditate, & ex iusta causa cogitur ad cauendum.*
4 *Quando incontinenti non habeo actionem quia sum impeditus possum cautionem petere.*
5 *Legatarius ad tempus cauere debet de restituenda hæreditate.*
6 *Fideicommissarius conditione pendente, potest petere a grauato ut sibi caueat.*
7 *Hæres rogatus restituere hæreditatem, cogitur facere inuentarium.*
8 *Pater potest filio prohibere alienationem legitimæ exprimendo causã, quia filius est minus industriosus.*
9 *Possessor bonorum maioratus quando dicatur bona dilapidare?*
10 *Possessor maioratus dilapidator cogitur ad restituendum maioratum, etiam si non constet de fraude possessoris.*
11 *Feudo vasallus priuari potest, si illum deteriorauit.*

QVAESTIO. XXXIIII.

Possessor bonorum maioratus si bona dilapidat, aut deteriorat, an cogi possit ad cauendum, vel restituendum successori bona maioratus.

TRigesimoquarto quęro. Possessor bonorum maioratus dilapidat, & indies consumit bona maioratus, (quod satis sæpè contingit, & causæ plerunque certis coniecturis colliguntur) & alienat bona ob causas iniustas, an possit compelli per filium, aut per alium proximum successorem cautionem dare, ꝙ restituet bona maioratus integra successori? Cui quæstioni videtur respondere tex. quem ad alia plura in hac lectura refero. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. secundo. vbi tex. loquendo de bonis relictis familiæ dicit, sed ita proximus quisque admitten-

mittendus est, si paratus sit cauere se familiæ restituturum domum, vbi Doctores, præcipue Paul. de Castro per quem tex. hanc conclusionem tenet in terminis Ioan. Lopius, in repe. c. per vestras. de donatio. inter vir. & vxo. vers. sed est pulchra dubitatio. vbi dicit, q̃ succedens in maioratu, vel bonis restitutioni subiectis, tenetur cauere de restituendo sequenti in gradu. quem sequitur Cisuentes in l. 40. Tauri. quæstio. 19. & illum text. declarat, & expendit ad hoc propositum Moder. Parisien. in consi. 1. pro Duce de Villa Hermosa, nume. 25. & idem tenet Ale. in consi. 187. numer. 13. lib. 5. per l. cum Archimedoram. C. vt in possess. legat. facit reg. l. vlt. vbi glo. C. de legat. & quod not. Guid. decis. 248. Pinellus in l. 1.
1 2. par. nu. 75. de bon. mat. Ex qua doctrina obiter infero confirmationem cuiusdam sententiæ, quam tenui in 2. par. huius operis, in prin. in vers. ex his etiam inferri recta ratione, nume. 64. dum dixi, quod successor in maioratu proximus in gradu, etiam in vita possessoris potest petere, vt declaretur legitimus successor in maioratu. sed vt ad rem redeam, ego in præsenti quæstione teneo, quod stante iusta causa di
2 lapidationis, vel alia simili, est cogendus possessor bonorũ maioratus ad hanc cautionem præstandam, nec sine causa hoc fieri potest, quicquid Ioan. Lopius dicat. Et hæc conclusio probatur aperte, in l. inter omnes, vbi late Doctor. ff. qui satisd. cogan. & in l. sed & si, quæ est lex sequens. ff. eod. titu. quæ videtur expressa pro hac sententia in quibus iuribus cauetur. Quod hæres qui possidet hæreditatem sub conditio-
3 ne, tenetur substituto cauere de hæreditate restituenda, & ante conditionem existentem ex iusta causa compelli potest ad cauendum, vbi glo. & Docto. præcipue Pau. & Alex. tractant, an id procedat in fauorem substituti fideicommissarij? & an talis cautio sit præstanda cũ fideiussore, & istam opinionem in terminis tenet Pera. quem certe post superiora scripta legi in l. 3. §. qui fideicommissam, nu. 30. pagi. 159. ff. de hæredi. institu. licet non tantis, nec tam vrgentibus moueatur, sicut ea sunt, quæ in hac quæstione ego tracto. sed motus fuit quibusdam leuibus rationibus. & ista opinio verior mihi videtur per prædicta, & scripta per Alex. in consil. 79. illud de iure, lib. 1. & textu in ratione sui, in l. 1. titu. 2. par. 3. ibi, *de que el femeia que le fazen cosa por que adelante puede ser ombargado, o perdido todo*. vbi vide Grego. Lopez, ad idem est tex. famosus in l. in omnibus. ff. de iudic. & in l. creditores. ff. de priuil. credito. l. creditoribus. ff. de separati. tradit pulchre Bal. in consi. 413. an ille, lib. 3. ex quibus apparet, q̃ dicta lex in omnibus habet etiam locum in contractibus stricti iuris notat Iaſ. in l. 2. in pri. nu. 16. ff. solu. mat. idem post Bart. in l. si constante, num. 53. ff. eod. titu. Bart. & communiter Doct. vbi Iaſ. num. 14. in l. 3. in pri. ff. de condict. cau. data. & idem Iaſ. in §. actionum, num. 64. de actionibus. & in l. quæ delegato. numer. 17. ff. de lega. j. & conducit ad hoc propositum elegans doctrina Bar. in l. 3. §. nunc de effectu, numer. 3. ff. de
4 libera. lega. Vbi dicit, quod quando in continenti non habeo actionem ad petitionem alicuius rei, quia sum impeditus actionem intẽtare possum petere cautionem. refert tex. in d. l. omnibus. vnde si maritus vtitur male bonis dotalib. cogitur ad dandam cautionem l. vbi adhuc. C. de iure doti. d. l. si constante, egregia. l. 29. tit. xj. par. 4. late Ioan. Lopez, in repetitio. c. per vestras, in princ. cum sequentibus, & faciunt pro hac sententia, quæ propè in nostris terminis scribit Moder. Parisien. par. 1. consuetu. Parisien. §. 3. gloss. 2. numer. 13. & per eundem in 22. nu. 56. & induco etiam tex. in l. hac edictali. §. is illud, in versic. mobilium vero. C. de secund. nupt. vbi mulier tenetur ad præstandam cautionẽm, quod bona mobilia, quæ habuit a primo marito restituet filiis primi matrimonii, quem text. videtur extendere ad bona immobilia Cisuentes in l. 15. Tauri. in fi. dum ad hoc refert text. in l. vsufructu. C. de vsufru. cum quo concordat. l. 20. tit. 31. par. 3. Et pro ista sententia est alia singularis, lex 17. titu. 3. par. 5. ibi, *Pero si aquel que tomo la cosa en peños se temiere del que gela empeño, que se yra de aquella tierra a otra, bien le pueden demandar que gela de, o que le de tal seguranca, de que sea seguro que a la sazon que se cumpliere la condicion, o viniere el dia cierto que ge la de*. nec minus facit l. vlti. C. de leg. & ibi gl. & Docto. vbi legatarius ad tempus cauere debet hæredi de restituendo post tempus
5 ibi necessitatem habente legatario, vel fideicommissario cautionem in personam hæredis exponere, vt ei post transactum tempus res nõ culpa eius deterior facta restituatur. notat Guid. Pap. in decisio. 248. Vlterius hæc conclusio probatur ex. l. cum ad Archimedoram. C. vt in possessi. legat. ex
6 qua constat, quod fideicommissarius conditione pendente potest petere a grauato, quod caueat sibi de restituendo fideicommissum, adueniente conditione, & ex titulo, ff. vt in posse. lega. notat Iaſ. in l. qui Romę, §. duo fratres, nume. 71. ff. de verb. oblig. Rolan. in consi. 100. & vlt. nu. 46. lib. 2. Cur. Iun. consi. 64. notat Stepha. Bertran. in consi. xix. nu. 2. libr. j. & cogitur facere inuentarium, vt per Galiaul. in l. centurio. col. 40. ff. de vulg. & notatur per Barth. Soci. in consi. 51. viso testamento spectabilis. in j. dubio, lib. 3. consil. & Purpura. in l. j. C. de pac. nu. 43. cui adde Iaſ. in l. qui Romę. §. duo fratres. num. 111. ff. de verbor. oblig. Ale in consi. 188. num. 22. lib. 5.
7 Et Guid. Papa, in decisi. 351. vtrum rogatus, vbi late fundat, quod hęres rogatus restituere hęreditatem, est cogendus ad faciendum inuentarium, & ita dicit determinatum fuisse, & notat Steph Bert. in consi. 108. num. 5. & 6. lib. 1. ad quòd loquẽdo in hac materia nostra maioratuum alia refert Peral. in d. §. qui fideicommissam, nu. 45. cum aliis. facit, quod tradit Pinellus, in l. j. par. 3. num. 73. C. de bon. matern. Et his
8 est proxima doctrina Bart. in l filiusfamilias. §. diui. oppo. 5. ff. de legat. 1. vbi dat consilium patri volenti prohibere filio alienationem legitimę, quod exprimat causam, videlicet, quia pater filium minus industrium, nec aptum ad regendum, seu gubernandum, sed dilapidatorem existimat, & creditur patri, quia pręsumitur facere pro vtilitate filii. & hęc doctrina Bartol. confirmatur ex text. in l. filiis matrem. C. de inoffi. testame. vbi Doctor. & ex. l. multi non notę. ff. de libe. & posthu. & ex his, quę ad hoc propositum tradunt Ioann. Lopez in repeti. c. per vestras. de donati. inter virum, & vxorem. col. 235. vers. sed si filia Roderi. Suarez in l. quoniam in prioribus. limita. 1. pag. 103. C. de inoffi. testam. cui adde Cuma. & Iaſ. in d. §. diui. vbi Ripa, num. 24. & Opizo. nume. 44. Alciat. num. 8. Ioaces, uum. 22. & Crotus. numer. 16. Alciat. reg. 1. prę sumptio. 2. Boerius in decisio. 87. numer. 4. & idem Galiau. in l. centurio, num. 241. ff. de vulgari. & est communis secundum Deci. in consil. 442. ad quod alios plures Doctores citat Rolandus in consi. 98. num. 25. lib. 5. vbi de hoc puncto melius, quam alius quilibet agit. vbi refert Roderi. Suarez vbi supra. qui est primus Doctor exterorum, qui illum refert. de quo ego multoties miror. & valet prę ceptum testatoris, vt eius filii intra certum tempus diuidere bona non possint. l. 4. in prin. vbi Bal. ff. de condi. inst. Bar. in l. Quintus, ff. de an. legat. traditur & limitatur notanter per Deci. in consi. 449. num. 1. cum sequentibus.

QVANDO autem dicatur possessor bonorum maioratus, vti male substantia bonorum maioratus, ad hoc, vt prędicta locum habeant, vltra tradita, in l. si constante, & in d. l. vbi adhuc, vide d. l. 29. quę est notabilis in hoc proposito, quę loquitur de marito, qui ludit. cui adde Tiraquell. in l. si vnquam, in verbo, donatione largitus, num. 334. C. de reuo. donat. Innocent. Bal. & Doctor. in c. vlti. de sequestrati. poss. & fruct. Boeri. in decisio. 61. nume. 4. & prodigus dicitur, qui de suo donat, plusquam potest. l. 17. titu. 7. part. 2. qualis autem sit hęc cautio, quam prę stare tenetur possessor bonorum maioratus, vide Ioann Fabri. in pri. Insti. de vsufru. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. par. 2. num 79. vbi late agit de huiusmodi cautionibus. cui adde Moderni. Parisien. in d. §. 2. & generaliter quid contineatur cautionis appellatione, vide tex. in l. sancimus. C. de verbo. sign. & notandam. l. 10. in ver. *Otro si dezimos que caucion*. titu. 33. part. 7. quam legem nunquam ab aliquo relatam vidi, nec scribendo, nec legendo: cũ tamen super hoc viderim magnas lites. & ibi vide abundantem gl. Greg. Lop. in verbo, cautio. cui adde Iaſ. in l. prętor. §. deinde, num 6. ff. de noui oper. & in l. 1. nume. 7. ff. qui satisd. cog. & in l. ex ea parte, num. 6. ff. de verbo. obli. Rebuf. in tomo 1. ad constit. reg. tracta. de senten. exequ. art. 1. gl. 16.
10 imo sustentari potest, quod casu prędicto veniente, scilicet vbi successor in maioratu, & possessor dissipat, & dilapidat bona maioratus, potest cogi ad restituendum bona maioratus successori, per Il. mperator. ff. ad Trebell. quę procedit etiam si non constet hæredem, qui tenetur restituere legatum, vel fideicommissum hẽ animum defraudandi fideicommissarium, quia sufficit fraus re ipsa etiã sine dolo, ꝑm Pau. & Alex. ibi, & Iaſ. in l. si constante, nu. 196. ꝯ Imo. ibi. ff. sol. mat. quos sequitur Moder. Paris. in consuetu. Paris. par. 1. §. 22. num. 124. facit l. iuris gentium. § sed si fraudandi. ff. de pactis. & alimentabitur iste a quo aufertur maioratus ex bonis maioratus, iuxta d. l. Imperator. q̃ fortius procedit, vbicunq; conditor maioratus cauerit, q̃ alienante, vel dissipante possessore bonor. maior. bona maioratus eo ipso trãseãt
11 in successorẽ. Et hęc iustificantur ex doctrina Bal. in c. 1. qui cunq; aduocariam. per illũ tex. de pace renen. & eius viola. vbi dicit, q̃ si vasallus feudo abutatur notabiliter deteriorãdo, est sufficiens cã ad hoc, vt feudo priuetur. & idem tenet Iaſ. in prę lu. feu. nu 68. & in consi. 17. lib. j. & alij, quos refert Moder. Parisi. in consue. Paris. par. 1. §. 30. nu. 166. simile adducentes de emphyteuta, qui ꝓp deteriorõnem rem amittit, iuxta Auth. qui rẽ. vbi Doct. C de sacros. eccle ad q̃ conducũt alia, quę scribit ĩ hac nra materia Peral. in d. §. nu. 44. raro tñ ĩ Hispan. possessores bonorũ maioratus bonis priuãtur maiorat⁹ ꝓpea q̃ dilapidãt, & deteriorãt bona. & ꝓ hac

Source : BIU Cujas

consuetudine facit regula glo. in c. ulti. de iure patrona. quæ dicit, quòd pœna non habet locum, nisi in casibus a iure expræssis. Probatur in Authen. de non eligendo secun. nuben, colla. 2. notat Rebuf. in in tracta. de pacifi. posse. nume. 271. & in tracta. de nominatio. q. 6. numero 58. Parisien. in consuetud. Parisien. par. 2. §. 54. nu. 3. & dicta lex par. est notanda ad ea, quæ scribit Episcop. Couarru. resolutio. lib. 3. c. 3. numero 6. de cautione, quæ est danda ab vsurario de restituendis vsuris.

ET est etiam notandum, quòd si proximus successor in maioratu in curia in tempore debito non egerit contra dilapidatorem bonorum maioratus, potest alius proximus successor agere contra eum ad id, quod intererat agere in tempore requisito, vt persuaderi potest ex tex. notab. in l. vlti. C. de admi. rerum publicarum. lib. xj.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis.*
2 *Diuisio facta per errorem, rescinditur, etiam si sit cum iuramento.*
3 *Diuisio prædiorum feudalium erronea, rescinditur etiam si sit iurata, et per transactionem.*
4 *Per simplicem diuisionem, non censetur renunciatum esse fideicommissum.*
Primogenitus si per errorem diuisit aliqua bona maioratus, an sibi præiudicet.

QVAESTIO. XXXV.

TRigesimoquinto quæro. Primogenitus per errorem fecit diuisionem inter fratres aliquorum bonorum maioratus, credendo quòd non erant bona maioratus, sed quod erant bona diuisibilia, & libera, vtrum sibi præiudicet? Inquo breui
1 ter expono meam sententiam & concludo, quòd talis diuisio nihil nocet nō solum illis, quibus competit pro tempore ius succedēdi in maioratu, sed nec illimet, qui ductus errore diuisionē fecit. C. de iu. & fact. ig. l. maioribus. C. com.
2 vtri iudi. vbi etiam maioribus in hoc casu deceptis subueniatur. & idem probatur in l. si soror. C. de coll. vbi glo. alios cō cordantes refert, notat. per Bal. in consilio 72. factum super quo libro 2. secundum nouam impræssionem. & latius per Alexan. in consilio 168. ponderatis. num. 1. cum sequentib. lib. 5. quod procedit etiam si renunciatio & iuramētum intercessit, secundum Paul. de Castro in vlti. §. idem quæsiit. ff. de condictio. indebi. quem refert Deci. in d. l. si soror. num. 3. quem adde ad Parisien. in cosuetu. Parisien. par. j. §. 16. num. 15. vbi ex hoc dicit. Quòd si per errorem facta fuit diuisio
3 quorundam prædiorum, quæ feudalia erant, tanquam erronea diuisio rescindi debet, etiam si sit iurata, & quamuis transactio interueniat. vbi respondet ad tex. in l. cum putarem. ff. familiæ. ercis. adquem vltra relata per Parisien. vide notabiliter Ias. in d. l. si post diuisionem. nume. 4. & in l. iuste possidet. num. 13. ff. de acquiren. possessio. post Raphael. ibi eūdem Ias. in l. si Titius. nu. 4. ff. de verbo. obli. & in § sequēs. nume. 3. de actio. Ange. in §. quędam. eodem ti. Bar. & Imo. in l. si per errorem. ff. de vtucap. & Bar. Socin. in consi. 33. lib. 4. num. 6. Bar. & Doctores in l. j. C. de condic. indebi. Deci. in consi. 525. num. 6. Bal. & Ias. nume. 3. in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. in quibus locis late explicatur materia d. l. cum putarem. Et pro istis etiam facit, quia per simplicem diuisionem non censetur renunciatum esse fideicommisso, secūdum Bar. per illum. tex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. vbi communis. Alexand. in consi. 21. viso. lib. v. & alios, quos refert Gozadinus in consi. 36. num. 12. & in consi. 45. nume. 17. & in consi. 33. num. 8. & 16. Notatur per Alexand. in consilio 40. numero 3. lib. 4. vbi hoc ampliat. & ibi Parisi. in addit. & in consi. 62. num. 4. lib. 7. Et in consilio 208. lib. 6. Bertran. in consilio 21. nume. 19. lib. 1. qui id limitat, nisi renunciatio sit amplis verbis concepta, vt latius per illum. De quo etiam plene agit Socin. iunor in consilio 116. numero 32. cum aliis. lib. primo. Rip. in l. j. numero 4. C. de pact. Si igitur prædicta vera sunt, vbicunque bona illius, cum quo diuisio facta fuit sunt libera, & non īalenalienabilia, nec restitutioni subiecta, & de quibus libere potest disponere, fortius locum habere debent in bonis maioratus, & quæ vinculo restitutionis sunt adiecta: quia de illis non potest disponere possessor bonornm maiorat⁹ tanquam dominus. fortius. dico, quod quamuis hanc diuisionem scienter ille, cui ius maioratus competit, nihilo magis potest diuisionis recisionem petere, cum hoc sit alienare bona maioratus, quod licitum non est possidentibus bona restitutioni subiecta. l. ulti. §. sed quia nostra maiestas. C. communia. de lega. & supra sæpè sæpius dictum est, & bonorum. l. inter omnes. ibi, eius alienationem. C. de præd. minor. quod tamen pendet ab his, quæ scribo in quæstio. xv. supra hac quarta parte. Ista autem ampliatio verior erit, vbicunque diuisio facta sit nō cognitis ac inspectis testamēti verbis, inquo de fideicommisso agebatur iuxta reg. l. de his. ff. de transact. ubi late. Ias. cum qua concordat. l. i. titit. 2. par. 6. & hoc vbiqne diuisio vicem emptionis obtineat, scribitur per Tiraquel. libro primo. de retracta. §. j. glo. 14. numero septuagesimosexto.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem maioratus, non tenetur ad fructus perceptos ante litem cō testatam in vita vendentis.*
2 *Emens rem maioratus non tenetur ad fructuum restitutionem perceptorum in vita vendentis.*
3 *Fructus percepti ex re fideicommissaria sunt illius, qui grauatus est donec dies cedat.*
4 *Fructus omnes restitui debent successori, quando conditor maioratus iussit quod ipso facto alienatione facta, bona deuenirent ad successorem.*
5 *Ipso iure cum aliquid fit, fructus statim restitui debent.*
6 *Limitatur cōclusio de qua in nu. 4. nisi alienatio sit facta cum principis facultate.*
7 *Principis facultas excepta uidetur in quacunque dispositione.*
8 *Auctoritas superioris in omni pacto, & in omni iuramento excepta censetur.*
9 *Sub limitatur conclusio de qua. nu. 6.*
10 *Siquis emat rem maioratus errans, & credens solenniter emere.*
11 *Ementes rem minoruu, & ecclesiarum absque solēnitatibus, censentur habere malam fidem.*
12 *Error iuris quando sufficiat ad acquisitionem fructuum.*
13 *Error iuris quando sufficiat ad præscriptionem.*
14 *Emens rem maioratus sine solennitatibus requisitis, an censeatur habere malam fidem.*
15 *Infertur intellectus ad. l. lv. Tau. siquis emat rem mulieris absque licētia mariti an teneatur ad fructuum restitutionem? & explicatur. l. ii. C. si quis ignorans rem minor.*
16 *Emens rem ecclesiæ absque solennitatibus necessariis, an illam præscribere possit.*
17 *Emens rem maioratus, & illam aliquos annos possidens post mortem vendentis, quomodo teneatur ad fructuum restitutionem.*
18 *Bona fides sufficit ad acquisitionem fructuum, & ea præsumitur absque titulo.*
19 *Remissiue traduntur aliqua spectantia ad materiam huius quæstionis.*

QVAESTIO XXXVI.

Emens rem maioratus, qualiter & quando teneatur ad restitutionem fructuum,

TRigesimosexto quæro, successor in bonis maioratus agit contra illum, qui emit rem maioratus ad restitutionem rei cum fructibus perceptis, aut percipiendis, inquirere oporte qualiter hic emptor, vel illius hęres teneatur ad fructuum restitutionem? Inquo ut rectius veritas resoluatur, distinguendi sūt
1 aliqui casus. Primus casus est, Vbicunque ille a quo petitur restitutio bonorum maioratus, habet titulum ab eo acceptum, qui aliquando fuit possessor bonorum maioratus, à quo ignoranter emit rem maioratus: & tunc uidetur, quod hic emptor non tenetur ad restitutionem fructuum ante litem contestatam perceptorum in vita illius, qui rem maioratus vendidit, & dominus erat. Quia quemadmodum cōditor, & possessor bonorum maioratus pro vita sua iustus dominus & possessor bonorum maioratus erat, & in consequentiam fructus ad illum, tanquam ad verum dominū spectabāt dum viueret, ita gaudere dēt de fructib. tertius ab illo habens causam. lege pero. §. prędium. ff. de leg. secundo. dequo per Ias. in l. filius familias. §. diui. numer. octauo. ff. de lega. primo. & in l. & ideo. ff. de condi. furt. de quo latius egi plures remissiones, & confirmationes adducendo in tertia parte huius opers. quæstio. nona. in vesificu. item possessor maioratus. numero vigesimoquarto. Et huius sententiæ quamuis non ita distinxerit, fuit Grego. Lopez in lege quarantesimaprima. titulo decimooctauo. parte tertia. ubi expresse tenet præcedentem conclusionem dicendo, quòd
2 si possessor bonorum maioratus alienauit rē aliq̄ maioratus, quam postea successor reiuendicat, non pōt condēnari

Source : BIU Cujas

ri ad fructuum restitutionem, quos percipit in vita possessoris. & idem tenet Antonius Gomez in l. 45. Taurin. numero 106. Pro quibus faciunt aliqua, quæ scripsi in d. quæstio. 9. Quibus addi debet, Quod fructus percepti ex re fideicōmissaria, aut alias restitutioni subiecta sub aliqua ꝓditione, vel alio modo, sunt interim quod dies restitutionis vel cōditio
3 nis venit illius, qui grauatus est restituere. l. mulier. §. j. l. in fideicommissaria. ff. ad Treb. l. domos hr̄ditarias. vbi notatur per Doctores. ff. de leg. j. l. quod his verbis. in princ. ff. de lega. 2. l. filium. quæ est penult. & ibi Barto. ff. de optio. lega. ad q̄ alias plures leges, & Doctores refert Tiraquel. in l. si vnquā. in verbo, reuertatur. nu. 284. C. de reuo. don. cui adde Ale. in consi. 154. lib. 6. nu. 4. veritas tamē huius primæ distinctionis pendet a notatis in dicta qōne. Supposito autem, q̄ ista j. distin. vera sit, procedit hæc cōclusio, nisi ille qui maioratum condidit, expresse sanxit in scriptura maioratus. quod ipso fa
4 cto q̄ possessor bonorum maioratus alienaret rem maioratus, priuatus esset dominio bonorum maioratns, & bona deuoluerentur & transirent in sequetem in gradu, quia tūc cum dominio bonorum ipso iure fuerit priuatus, emptor qui ab illo causam habet, fructibus gaudere non debet, quē admodum venditor illis est priuatus ex dispositione testatoris. ad q̄ facit. l. Imperator. ff. de fideicom. libert. Et q̄ scribit Alex. in cons. 23. li. j & Anto. Gom. in l. xl. Tauri. nu. 91. & ad hoc est doctrina Ias. in consi. 29. nu. 3. li. j. vbi dicit, q̄ si prohibitus alienare rem, locauit ad longum tempus, tenetur emptor ad restitutionē fructuū, quia censetur habere malam fidem. refert ad hoc doctrinā Ang. in §. si vero. in Auth. de nō alienandis. & alia similia præcipue. §. finautem. in verbo, omnes redditus. & §. si vero aliquis. in Auth. de alie. & emphyt. Et conducunt quæ scribo in d. q. 9. n. 6. Et doctrina Bal. in cō si. 9. li. 3. ꝑm veterem impressionē, & secundū nouā consil. 9. li. j. & Paris. par. i. consue. §. 30. nu. 176. quos lector videat.
5 Et pro hac sententia facit. Quia cum quid fit ipso iure, statim ex eo tempore fructus restitui debent, non spectata petitione, aut litis contestatione. quæ fuit sn̄ia glo. in Auth. de incest. nup. in §. j. in verbo, immenere. in fi. vbi Iac. Bar. & Ang. per tex. in l. cum qui. ff. de his, quib. vt indig. Et sequuntur Ci. & Bal. in auth. incestas. C. de ince. nup & alii plures, vt ꝑ Tiraquel. in d. l. si vnquā. in d. verbo, nu. 286. & in numeris sequētib. alia adducit, quæ faciunt pro confirmatione huius sn̄iæ. Item cum fructus veniant in consequentiam dominii. l. Titia. ff. de solu. cum concord. & hoc dominio sit priuatus ipso iure possessor bonorum maioratus per præceptum illius, q̄ maioratum fecit, in consequentiam priuatus esse debet fructibus, habens causam ab illo. Nam absurdum est, illū plus iuris habere, q̄ habet ille, a quo causam & ius hēt. l. traditio. ff. de acq. rer. do. l. nemo pluris. l. q̄ ipsis. l. aliud. §. absurdum. ff. de regu. iur. & conducunt etiam notata in c. cum secundū de hær. in 6. & q̄ scribit Pau. de Ca. consi. 238. li. 2. notans. q̄ facta alienatione contra prohibitionem expressam statim fideicommissum purificatur. & transmittitur.
6 Potest tamen hæc conclusio egregie sublimitari, nisi alienatio aut venditio bonorum maioratus facta fuerit causa legitima existente, & cum principis facultate, & aliis solennitatibus. quia quamuis testator cauisset, q̄ ipso facto q̄ alienarentur bona maioratus transiret dominium & possessio in sequentem in gradu, hæc prohibitio restringi dēt, nisi causa existat legitima, & iusta, & adsit principalis facultas. quia in hoc casu testator loqui non videtur, nec ex prædictis verbis excluditur iusta causa & principis voluntas. argu. text. in l. si hominem. ff. mand. l. vlti. ff. qui satisdar. cogan. l. quod semel ff. de decret ab ord. faci. l. alienationes. ff. fa. erci. cum concor. quæ scripsi in j. q. huius quar. par. li. j. in ver. sed hæc oīa corroborantur. nu. 12. & in quacunq; dispositione vr̄ excepta regalis, aut imperiali facultas. l. 2. ibi, imperialia beneficio opus est. ff. de reb. eor. c. j. de transi. ibi, vires pleniſſimæ notionis ex nostra auctoritate suscipiat. l. j. ibi, eos q̄ veniam ætatis a prī cipali clementia impetrauerunt. & ibi, principali auctoritate. C. de his, qui veniam ætatis impetra. & l. 2. ibi, imperiali auxilio indigere. & l. 3. quæ incipit eos. C. eod tit. Et generali
8 ter in quacunque re intelligitur excepta auctoritas superioris. c. venientes. de iureiu. c. constitutus. vbi gl. de rescr. gl. in c. de forma. 22. q. In qbus iuribus probatur, q̄ in quocunque iuramento censętur excepta auctoritas superioris, & in omni pacto censetur etiam excepta auctoritas superioris, secūdum glo. in c. quæ contra mores. in glo. pen. vbi Geminia. notat. 8. di. tradit latius Ias. in d. l. vlti. qui satisd. cog. nu. 6. cum sequentib. & in l. si qs maior. nu. 19. C. de transa. & in §. item si quis postulante. nu. 80. de actio. Deci. in l. non vr̄. §. si iussū. ff. de re. iu. facit tex. in l. in ambiguis. §. quoties ibi, quoties æquitatem desiderii naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est. l. & si nihil. ff. eo. ti. ibi, & si nihil facile mutandum est, ex solennibus, tamen vbi æqui-
9 tas cuidens exposcit, subueniendum est. Vnde cōsilium est, quod ille qui facit maioratum statuat, quod si possessor bonorum maioratus alienet rem maioratus etiam ob quamcunque legitimam, & iustissimam causam, & cum principis licentia amittat dominium rerum maioratus. quam conditionem, an possit apponere conditor maioriæ? scribo supra
10 in hac 4. par. q. i. limi. j in ver. sed an testator. nu. 22. Sed circa hunc primum casum inuestigare etiam oportet, vbicunque emptor bonorum matorat⁹ quamuis titulum habeat a possessore bonorum maioratus, inualidu tamen est ex defectu solennitatis, quia deficit facultas regia ad alienādum bona maioratus vel propter aliam quampiam solennitatem deficientem, sciebat tamen emptor esse illud, quod emebat ex bonis maioratus, & nihilominus errans credens, q̄ solennia, necessaria aderant æmit. in quo puncto difficultatē facit tex. in l. vl. ff. de vsucapio. pro empto. & in l. eum qui. ff. de auth. præst. l. quemadmodum. C. de agri. & censib. lib. xi. & in
11 c. qui contra iura. de reg. iu. in 6. in quibus iuribus probatur, q̄ emētes res minorum, vel ecclesiarum, aut alias similes res absque solennitatibus requisitis censentur habere malam fidem. & idem tenet gl. in c. si diligēti. in verbo, bona fides. ante medium. de præscrip. & in c. Vulteranæ. xii. q. 2. & in c. iube
12 mus. §. vniuersas. 16. q. 2. & in l. j. C. de fi. instr. & iu. ha. fisc. Vñ ēt fit, q̄ quamuis iuris error sufficiat ad fructuum acquisitionem secundum glo. in l. si fur. §. j. ff. de vsu. & in l. de fructib. ff. de don. inter vir. & vxor. quas sequuntur plures Doctores, quos refert Epis. Couar. li. j. resolutio. c. 3. nu. 8. cui adde Ioan. Fab. Doctorem eximium, in §. furtiuę. nu. 4. Inst. de vsuc. Procedit tamen prædicta conclusio in errore iuris. neque absistentis, neque resistentis, secus vero in errore iuris q̄ resister. nam tunc bona fides nō sufficit ad acquisitionē fructuū. l. iubemus. §. sane. C. de sacros. eccl. d. l. j. C. de fid. inst. & in d. l. quē admodū. c. si qs. de reb. eccl. alie. vel non. Ab. & An. & Barb. in c. ad nr̄am. de reb. eccl. & est cōis opinio, ꝑm Epis. Cou. in d. loco. ꝑ quorū opinione extat notabilis. l. par. 40. ti. 28. par. 3. in ver. *el quarto es quando ganasse la heredad contra las leyes deste nuestro libro.* vbi tenetur ad restitutionem fructuum etiam qui percipi potuerunt ille, qui contra resistentiam legum mercatur & hoc confirmatur, quia error iuris resistentis, nō suf
13 ficit etiam ad præscriptionem longissimi temporis, vt declarat Balb. in l. Cælsius. 4. notab. ver. 4. limitatur. ff. de vsuca. q ad hoc refert Abb. in c. de quarta. de præs. q hoc non dicit. q̄ ēt resoluit idem Episcop. Couar. in repe. regulæ, possessor, de regu. iur. 2. rele. §. 7. nu. 5. in ver. hæc ār secunda conclu. q̄ ēt tractat Arias Pinel. in auth. nisi tricennale. num. xi. C. de bo. ma te. Quos vide pro intellectu tex. in l. 2. C. si quis ignorans rem mino. quæ est contraria ad. d. §. sane. & Ias. in l. j. §. si vir vxori, nu. 22. ff. de acq. pos. eleganter Pari. in consue. Paris. §. 22. nu. 54. & pro hac ēt sn̄ia est notabilis. l. part. q̄ p̄dicti nō referūt in l. 9. ti. 3/3. par. 7. ibi, *e mala fee e a aquel que compro la cosa agena, sabiendo que no es suya de quien la ouo, ni auia poder de la enagenar.* Pō dera ergo verbum illud (*enagenar*) per quod apparet, q̄ vbicū que quis æmit ab illo, qui nō habet potestatem rem alienandi, dr̄ esse in mala fide absque alia consideratione. & est ala notabilis. d. l. 40. ti. 28. part. 13. in ver. *pero sabiendo que aquellos de quien las an, no an derecho delas enagenar.* Cum igitur possessor bonorum maioratus, tam ex. l. vnica. §. sed qa nostra maiestas. C. commu. dele. sit prohibitus alienare bona maioratus quā
14 ex dispositione testatorū, quæ huius modi alienationibus resistunt. Emens rem maioratus sciens eam esse restitutioni subiectam absque solennitatibus requisitis, censet hr̄ malam fidem. Et iō vr̄, q̄ fructus acquirere nō possit, nec facere suos
15 Et ex his obiter infero ītellectū ad l. 5 5. Tau. Et ad alias leges sequentes, & ad leges regales ꝓhibentes, & resistentes mulieribus nuptis, ne possint facere contractus absque maritorū licentia. si enim aliquis emat aliquam rem a muliere vxora
16 ta absque licentia mariti tanquam possessor malæ fidei, & errans, in hoc non excusatur a fructuum restitutione. Et in hac etiam materia anteaquam ad vlteriora progrediar, nō est omittenda quædam mirabilis & peregrina lex. 8. titu. 14. par. i. ut intelligas quā necessariū sit, leges regni sæpe sæpius reuoluere. in qua lege probatur, q̄ habens ex donatione ab Episcopo aliquam rem ecclesiæ absque capituli sui consensu, credens tñ, & existimans, q̄ Episcopus solus poterat illā rem donare, & possidens illam per quadraginta annos titu. donationis, p̄scribit. ī cuius legis intellectu, ualde se torquet Gregor. Lop. in uerbo *touiesse* multa adducendo, tam ex iure ciuili, quam canonico. & tandem concludendo cum communi opinione legistarum, & canonistarum qui tenent, q̄ error iuris non est sufficiens ad usucapionem & ibi respondet ad dictam legem. cui satisfacere durum est, quicquid Gregor. Lopez autumet. quia verba prædictæ legis sunt clarissima, & nulla est dabilis congrua respōsio ad quod etiam facit alia lex. 14. ti. 29. par. 3 in illis uerbis. *En tomandola maguer*

erraſse

Source : BIU Cujas

erraſſe. quamuis hæc lex loqui videatur in errore facti, non iuris.

17 Secundus tamen caſus conſtituitur, vbicũque ille, qui emit rem maioratus, poſſidet rem per aliquot annos poſt mortẽ vltimi poſſeſſoris, & illius, a quo cauſam & titulũ habuit, & in hoc diſtinguo duos caſus principales. Primus eſt, vbicunque venditio bonorum maioratus facta fuit facultate regali, & aliis ſolẽnitatibus neceſſariis, de quibus viſum fuit in proſequutione huius operis, & tunc planum eſt, quod nõ tenet emptor ad reſtitutionem fructuum perceptorum ante litem conteſtatam vbicunque bona fide poſſidet. l. certũ.

18 C. de rei vendi. l. 39. ti. 28. par. 3. & aliæ concordan. Imo etiam ſi nõ ſe defendat aliquo titulo, ſed ſolum bonam fidem habeat, excuſatur a fructuum reſtitutione. l. vſufructuarius. ff. quemad. vſusfru. amit. l. 4. ff. finium. reg. glo. in l. & ex diuerſo in verbo, non habendam. ad medium. ff. dr rei vendi. Faber. Ang. & alii in §. ſi quis a non domino. Inſt. de re. diuiſ. vbi cõmunem dicit & probatur in l. ſi quis emptionis. § j. C. de p̃ſ. 30. annorum. Explicat late Epi. Couar. in d. regu. poſſeſſor. §. 8. in 2. par. relectio. num. i. & 2. cui adde plene Tiraq. in tract. de præſcrip. § i. vbi poſt Epiſcop. Couar. late agit, qualiter bona fides, etiam abſque aliquo titulo præſumatur. quibus adde Io. Fab. & Ang. in d. §. ſi quis a non domino. Ex quibus locis & dictis legibus par. colliges, qualiter & quomodo bona fides præſumatur. Secũdus caſus eſt, vbi titulus inualidus fuit propter aliquas cauſas, quia emptor contra iura mercatus fuit, non excuſatur a fructuum reſtitutione iuxta text. in d. l. quemadmodum. C. de agri. & cenſitis. & d. l. 40. tit. 28. & alia iura ſuperius citata. Sed neq; ab his percipi potuerant, iuxta

19 d. l. 40. Cætera autem ad hãc materiam reſtitutionis fructuũ ſpectantia, vltra ea, quæ traduntur in locis ordinariis, vide p Pariſ. in conſuetu. Pariſ. §. 22. nu. 49. Epi. Couar. d. c. 3. li. j. reſolutio. & Tiraq. in tra. de retra. §. 14. gl. j. nu. 1. cum plurib. ſeq. & §. j. glo. 7. nu. 37. & eundem Epiſ. Couar. li. j. reſo. c. 15. An. Go. in d. l. 45. Tau. nu. 106. in q̃bus locis plura de reſtõne fructuũ qui exegerit inueniet, quæ ſeruient ad deciſionem aliquarũ quæſtionum, quæ circa noſtrum propoſitum in practica ſe offerre poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta lite pendente ſuper maioratu qualiter exhibenda ſint.*
2 *Donans capere poteſt alimẽta propria auctoritate ſi bona reſeruato vſu fructu donauit. & an fratres poſsint petere a primogenito alimenta præterita, & an frater monachus alimenta petere poſsit.*
An litiganti ſuper bonis maioratus ſint præſtanda alimenta.

QVAESTIO XXXVII

TRigeſimo ſeptimo. litigat aliqs qui prætendit ſe eſſe legitimum ſucceſſorem alicuius ſtat⁹, vel alterius maioratus particularis cum poſſidẽte ſtatum vel bona maioratus, quæro an durante lite teneat̃ poſſidens bona maioratus ad præſtandum alimenta aduerſario actori petenti bona ſtatus? In quo puncto non poteſt

1 dari certa regula, quia hoc dependet a iuſta cauſa, quam habet, & docet ille qui petiit bona maioratus, & ſtatus, & ab aliis pluribus circunſtantiis, quæ conſtare poſſunt, prout factorum contingentiæ docuerint, exacte obſeruando text. & ibi notata in l. ſi inſtituta. §. vlti. ff. de inoffi. te. & per Alcia. in tra. præſum. reg. 3 p̃ſum. 9. nu. 9. Reb. in to. 1. ad conſtit. regias. de ſen. proui. ar. 4. gl. j. nu. j. cum ſeq. Epi. Couar. in prac. q c. 6. vbi late agit de alimentis, quæ pendente lite diſcerni dẽnt. Et Egi. Boſſi. in vol. practicæ cri. ti. de alimen. præſt. vxori. quẽ etiam ad aliud ſupra retuli in q. 22. in ver. ſed qui ſcire cupit. nu. 73. cui adde l. 3. titu. 8. lib. 3. for. & l. 7. ti. 19. par. 4. & deciſio. Matth de Afflict. 152. fuit dubitatum.

2 Et in hac quæſtione lectores ſciant egregium cõſilium Ludouic. Gozadin. 95. num. 4 probantem, poſſe donantem qui omnia bona donauit, reſeruato vſufructu capere alimenta propria auctoritate & abſque iudiciario certamine. Quod facit ad parentes conſtituentes in filios maioratus omnium bonorum, cum reſeruatione vſufructus. nã ſi filii (prout plerunque contingit, aduerſus eos magline ſe gerant, poſſunt

3 alimenta propria auctoritate ſibi capere. Et an alimẽta quæ frater primogenitus tenet̃ dare ſecundogenito peti poſſint pro tempore præterito, tradit Afflict. in conſtit. Neapolit. li. 3. ru. 18. nu. 15. & ibi, nu 6. tradit, an primogenitus alimentare teneatur fratrem monachum. quæ addenda ſunt ad ea q̃ ſcribo ſup. in q. 28.

SVMMARIVM.

1 *Deciſio quæſtionis.*
2 *Non ſemper valet argumentum de regno ad maioratum, ſed vbi eadem eſt ratio.*
3 *Pater poteſt dare filio primogenito etiam inuito curatorem.*
4 *Succeſſor in maioratu licet exacto decimo quarto anno non cogatur curatorem accipere, tenetur tamen viros probos in conſilium aſsumere ad recte gubernandum ſtatum.*
5 *Domini regni ſunt membra regni.*

QVAESTIO XXXVIII.

Qua in ætate debet concedi primogenito ſtatus adminiſtratio.

TRigeſimo octauo. quæro ĩ qua ętate concedi debet adminiſtratio Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus ſuccedentibus in talibus dignitatibus? Et vr̃

1 q̃ in vigeſſimo anno ſit illis concedenda adminiſtratio ſtatus, & curatores ſunt excludendi. q̃a idem eſt in regibus vt patet ex. l. 3. ti. 15. par. 2. licet hoc hodie immutatum ſit vt cõ ſtat ex ordinamento regis Alphonſi Valliſoleti. æra. 1363. & ex aliis, quæ refert Gregor. Lop. in d. l. 3. in glo. in verbo. *de veynte annos.* vbi poſt Pariſien. in conſuetu. Pari §. 29. de hac materia plura ſcribit. Sed eſt aduertendum, quod quamuis ĩ aliquibus caſibus æquiparentur particulares maioratus regno vt per Pau. de Ca. in conſi. 164. li. 2. & Epi. Couar. reſol. li. 3. c. 5. num. 5. verſi. 4. ad huius patris. de quo ego in aliis locis tracto. id procedit, quando eſt eadem ratio & non diuerſa, pro vt in noſtro caſu. quia non tam exacta & ampla eſt alicuius ſtatus particularis adminiſtratio, nec tam periculoſa, ſicut eſt regni gubernatio, q̃ tot periculis & laborib. obnoxia eſt,

2 vt ex hiſtoriis & experientia cognitum eſt. Ex quo fit, q̃ ſucceſſor in aliquo ſtatu exacto decimo quarto anno, non cogitur eſſe ſub cuſtodia curatoris, q̃a id regulare eſt, q̃ minores viginti quinque annorum, maiores tamẽ quatuordecim non coguntur curatores inuiti habere. §. inuiti adoleſcentes Inſt. de curatorib. l. 13. ti. 16. par. 3. vbi diſputat Grego. Lop. in gl. in verbo, *deuelo confirmar.* an hoc procedat, quando in teſtõ pater filio curatorem dedit, an inuitus filius cõpellatur hr̃e. Et tandem concludit per illam legem, quod hoc caſu acci pere compellitur talem curatorem. Ex quo inferri poteſt, q̃

3 ſi pater filio primogenito ſibi in maioratu ſucceſſore curatorem det, illum filius minor accipere cogitur.

4 Notandum etiam eſt, quod licet ſucceſſor in ſtatu non cogatur habere curatorem exacto anno decimo quarto, poteſt tamen cogi ad accipiendum in conſilium aliquos viros, vel virum Doctum ſufficientem ad ſtatus gubernationem, ad q̃ compelli poteſt per regem, aut per ſuos cõſiliarios & auditores, quia cum tales domini habeant iuriſdictionem & gubernationem populorum in tam tenera ætate, non p̃nt populos abſque magno incommodo reipublicæ gubernare, quod notiſſimum eſt. ad quod faciunt rationes d. l. 3. titu. par. 2 quæ licet non in totum (quia vt prædixi diuerſa eſt regni adminiſtratio ab adminiſtratione ſtatus particularis) militent, confirmant tamen hanc ſentẽtiam. & patet ex Ariſtotele in 5. Politicorum. & ex Exodo. ca. 18. ibi, prouide autem de omni plebe viros ſapientes. & ſicut eſt habẽda cura toti⁹ regni, ne p̃pter defectum gubernationis periclitetur, ita populorum, qui ſubditi ſunt domino particulari, vt patet ex. l j. & 2. titu. 10. par. 2. Et homines nobiles regni ſunt membra regni, vt patet ex l. 6. titul. 9. part. 2. & ſicut caput debet eſſe ſanum ad recte gubernandum, ita membra debent eſſe perfecta & ſana, vt melius capiti ſeruire poſſint. & hæc ſententia tanquam reipublicæ maxime neceſſaria, etiam cõtra rationem diſputandi eſſet amplectenda, vt probat egregius caſus in l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad l. Aqui. facit l. potiores. C. de offi. rec. prou. & q̃ notat Bar. in l. quemadmodum. C. de agr. & cenſit. li. 11. c. Felix. & c. Epiſcopum. & c. nulllus. & c. ſi autẽ 15. q 7. & l. 9. tit. 14. par. j. Et conducunt alia plura, q̃ omitto, contentus eo q̃ ſcribit Eccleſiaſtes. x. Ve tibi terra, cuius Rex puer. Corſet. in tra. de poteſta. & excellentia regis. quęſtio. 86. ad q̃ etiam videnda ſunt, quæ ſcribit Tira. in tra. de primog. in præfa. nu. 167. & q. 40. nu. 203. cum ſeq. Eleganter Luc. de Pen. in l. j. ad finem. in ver. hæc vera puta. C. de priuil. eorum, qui in ſacro palatio milit. vbi dicit, quod in regno, principatu, Ducatu, Marchionatu, comitatu, & in illorum ſucceſſione, magis attenditur commodum ſubiectorum, quam gradus prærogatiua, & ætas. & ſunt attendenda merita & virtutes, de quo latius per eundem, vbi multa egregia tradit in l. vl. C. de tironib. lib. xii. in ver. ſolutio hæc q̃. & notatur per eundem in l. nepotes. C. qui nume. lib. & in l. ſi quis. C. de profeſſ. & med. & eſt bonus tex. in rõne ſui ĩ l. vl. C. de mil. te. ibi, ĩ tam tenera ætate. & ibi aliis p̃pinquis nocere. ex q̃b locis ẽt colligere licet ad ea, quæ de gubernatione regni ſcripta ſũt ſupra nume. j. & ij. quæ ſunt elegantia & notatu digna, vt in

ibi

Source : BIU Cujas

ibi videri poterunt. & tractat etiam de his latè Guillelm. Benedi. in ca. Raynutius. in verbo, adducte impuberi. nu. 41. cũ sequentibus. de testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio quæstionis. & nu. 4.*
2 *Emens molendinum cum pacto retrouendendi, si molas deterioret an teneatur nouas ponere.*
3 *Emptor rei consanguinealis, qui durante lite fuit vsus re consangnineali an teneatur ad deteriorationem?*
4 *Possessor rerum maioratus qui vtitur rebus ad vsus non destinatos tenetur ad æstimationem deterioratronis.*
5 *Possessor maioratus potest cedere syluam ceduam.*
6 *Successor in maioratu an teneatur præstare cautionem pro rebus immobilibus, quæ vsu consumuntur?*

QVAESTIO XXXIX

An hæres possessoris maioratus tenetur soluere æstimationẽ bonorum mobilium, quæ consumpta sunt?

TRigesimo nono possessor bonorum maioratus potitur aliquibus bonis mobilibus, puta vasis argenteis, quæ vsu deteriorantur, quæ sunt bona maioratus, aliquibus armis, quæ vsu etiam consumuntur, molibus molendini, vel aliis similib rebus, quæ vtendo illis anihilantur, vel in totum extinguntur, quæro, an hęres istius, qui prædictis rebus vsus fuit aliorum bonorum teneatur ad subrogationem vel ad subrogationem, vel ad solutionem deteriorationis? Quæstio est quę quotidie conringere potest, in qua breuiter insistendo, quia
1 multa adduci pro vtraque parte poterant, dico, quod si possessor bonorum maioratus vtitur prędictis rebus, & alii cõsimilibus, ad verum vsum destinatis, ad nihilum ipse neque illius hæredes tenentur, quod probatur ex. l. si vsusfructus. §. vltimo, ff. vsufructuarius quemadmodum caueat. ibi, si vestis vsusfructus legatus sit, scripsit Pomponius, quamquam hęres stipulatus sit, finito vsufructu vestem reddi, attamen non obligari promissorem, si eam sine dolo malo attritam reddiderit. & facit l. arboribus. §. nauis. quæ est. j.
2 ff. de vsufructu. per quæ iura respondit in facto Tiraque. lib. 2, de retractu. in fin. num. 85. pagi. 996. Quod si quis cum pacto de retrouendendo vendidit molendin um, cuius molæ, cæteraque instrumenta tempore venditionis forte erant recentia, tamen durante tempore venditionis vsusfructus, attrita fuerunt, ita vt proprie essent inutilia, cum redimerentur: quod non tenetur emptor qui reuendit eadem reddere sarta tecta, nec alia in locum ponere, vel quod diminutum est ab æstimatione primæua resarcire. ad quod etiam refert text. & Bal. in l. de his. C. de dona. inter virum, & vxor. & alia.
3 Ex quo infertur, quod idem dicendum est in retractu consãguineali, de quo leges nostræ regales loquuntur si forte durante lite inter consanguineum, & emptorem rei consãguinealis multo tempore fuit vsus re consanguineali ad vsum rei destinatum. & conducit in simili doctrina Salice. in l. iubemus. in 2. C. de sacro. eccle. & quod scribit Las. in l. serui electione. §. Labeo. num. 19. ff. de leg. j. facit l. 2. §. si conseruatis. ibi, nam & si faber incudem aut malleum fregerit, non imputatur. ei qui locauit opus. & in l. nauis aduersa. ff. ad leg. Rhodiam de iact. & l. 4. ibi, *Mas si acaesciere*. & l. 5. ti. ix. parti. v. Et est etiam bonus tex. in l. arboribus. §. nauis. vbi glos. in verbo, nauigetur, ff. de vsufructu. de quo per Deci. in consi. 244. num. ix. ad fin. latius per Las. qui plura ad propositum scribit in l. quominus. num. 157. ff. de flumi. & notat idem Las. in l. j. num. 25. C. qui testa. face. poss. Et est etiam bonus tex. in l. deducta, §. ante diem. versi. cum autem, ff. ad Trebell. ibi, denique neque de periculo mancipiorum prestare cogit. ex qua lege patet, quod fideicommissarius non potest agere contra hæredem, in cuius potestate fuerunt animalia mortua absque eius culpa, nec is tenetur ad restitutionem, vel æstimationẽ. & tex. in l. mulier §. si hæres. versi. sed enim. eod. tit. ibi, si quis rogetur restituere hęreditatem vel serui decesserint, vel aliæ res perierint, placet non cogi eum reddere, quod nõ habet culpa plane rationem reddere, sed eius, quæ dolo proxima est. ex qua lege possunt colligi plura pro intellectu illius quæstionis. Et pro istis etiam facit consilium Alexand. 58. nume. 12. lib. 3. vbi dicit, quod si testator promisit vsufructuario, vt durante vsufructu possit de bonis mobilib. in certa quantitate disponere, si bona fide vendidit vsufructuari9 talia bona, non tenetur ad restitutionem prætii. vbi respon
4 dit ad l. imperator. §. vltim. cum l. sequenti, ff. de lega. ij. Et ex his apparet, quod si possessor bonorum majoratus vtitur aliquibus rebus ad vsum nõ destinatis, vel alio mõ damnificat res maioratus, potest agi ad deteriorationem, vel interesse, vel vti aliis similibus remediis contra illius heredes, vt rẽ lapsam restituant maioratui, vel deteriorationem, aut interesse. quod probari potest ex tex. in l. si vsusfructus. §. de prætoritis. ff. de vsufruct. & §. vltim. eiusdem legis. ibi, non magis q̃ si domum ad stationem iumentorum locauerit. l. sed & si quis. §. mancipiorum. §. & gñaliter. eo. ti. l. & hæc. §. cũ fundũ. ff. loca. & quod per eum notant ibi Bar. & Pau. Iaso. in l. diuortio. §. quod in aano. num. 9. ff. solu matrimo. & in l. si qs nec causam. §. res pignori. num. 3. ff. si cer. peta. & conducit. l. si merces. §. conductor. ff. locat. l. 22. ti. 31. par. 3 & sunt alię si miles quas omitto. Ex quibus legibus plures quæstiones determinari possunt ad hanc pertinentes materiam, quæ prout negotia in practica exegerint, decidi possunt. Et est etiam bona l. 7. ti 8. par. v. Et quod possessor maioratus vel illius hę redes teneãtur ad resarctionem damnorum, quę culpa possessoris obuenerunt, voluit Grego. Lopez. in l. 7. ti. ix. part. vj. in glossa. in verbo, *porsu culpa*. per illam legem, quæ nihil facit.

5 ET ex his deducitur, posse possidentem bona maioratus, & restitutioni subiecta cedere, vt vendere arbores alicuius montis, vel defensæ, vt puta, pinos vel alias similes arbores, ex quibus non percipitur fructus nisi succidantur. & ista cõclusio etiam patet ex. l. diuortio. §. si fundum, ff. solut. matri. & in l. item si fundi. §. vlti & in l. si absenti. §. syluam. ff. de vsu fructu. iuncta l. sylua cœdua. ff. de verbor. signi. l. 27. ti. 11. parti. v. de quo latius agit Alex. in consi. 118. nume. 3. cum aliis. lib. v. secus aũt (ꝑm eũ) erit in arborib. fructiferis, & q̃ nõ renascũt, vt patet ex. l. æquissimũ, §. j ff. de vsuf. l. in fraudẽ. §. si conductor. vbi Bar. ff. de iure fis. & faciunt scripta per Cępol. in tracta. de serui. c. 20. de montibus. Et de hac materia late agit Tiraquel quem lector legat, lib. 2. de retract. §. 3. gl. vnica num. 21. cum sequen.

6 ET quid in vestimentis, & aliis rebus, quæ vsu consumũtur qualiter possessor bonorum maioratus pro his debet cauere, constat ex § constituitur. Instli. de vsufru. vbi Ioan. Fab. de hoc tractat. Traditur per Anton. Cardina. & Imol. in ca. vltim. de pignoribus. & est bonus tex. in l. si vini & olei, ff. de vsufru. earum rerũ q̃ vsu, consum. & late examinant Barto. Soc. in consi. 8. nume. i. cum aliis. li. 4. vbi plura tradit in ista materia necessaria. Alex. consi. 48. num. 6. li. 3. Pinellus in l. i. par. 2. nume. 80. C. de bon. matern quem lector omnino legat.

SVMMARIVM.

1 *Si testator grauat successorem in maioratu, vt prestet aliquam rem maioratus an eam præstare teneatur.*
2 *Maioratus re legata debetur æstimatio.*
3 *Feudali re legata, æstimatio non debetur.*
4 *Legata re vinculata per tertium & quintum, an æstimatio debeatur.*
5 *Prohibitio regis circa alienationem bonorum maioratus cum prohibitio ne testatoris fortuis operatur.*
6 *Legatum rei cuius alienatio dependet a principis potestate veluti impossibile nõ tenet, nec quo ad æstimatiõem. Et si laycus leget decimas æstimatio non debetur.*
7 *Legatum rerum quarum non est comertium, nec tenet quo ad æstimationem, vel si difficiliter comertium habeatur.*
8 *Licentia ex diuturnitate temporis, non præsumitur ad extrahendum bona à maioratu.*
9 *Testatore legante scienter rem cuius comertium non est, an debeatur æstimatio?*
10 *Officia publica, quæ vendi solent, an computentur in legitima, vel diuidãtur inter virum & vxorem tanquam communia.*
11 *Dispensatio in tertio gradu facilis reputatur.*
12 *Imputatur ei qui non impetrauit solita concedere.*
13 *Facultates ad alienandum bona maioratus, non concedentur ex eo, quod aliqui eas legent.*
14 *Fudantes se in stylo, quod aliqua res est solita concedi, tenentur præcisse probare concessiones in casu de quo agitur.*
15 *Specialia non sunt in consideratione, donec impetrentur.*
16 *Voluntas principis præsumitur qualis de iure debet esse.*
17 *Promissio vendendi officia publica, etiam cum iuramento, non tenet.*
18 *Conditor maioratus si grauauit successorem ponere aliquem rem in maioratu, qui si maioratum acceptet, an res maneat vinculata.*
19 *Legatum si sit factum adiecto grauamine quod bona maioratus diuidantur, quid iuris.*
20 *Obligatus ad impetrandum regiam licentiam ad obligandum bona maioratus, vel ad faciendum maioratum monstrare tenetur diligentias.*
21 *Mota lite non potest impetrari regia facultas ad obligandum bona maioratus.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

Tract. Maioratuum Melch. Palaez

QVAESTIO XL.

Maioratus res si legetur, an sit præstanda vel illius æstimatio.

QVdragesimo pro conclusione huius quartæ partis examinare decreui qō nem quandam, quam ante me tractauerūt tres insignes nostræ nationis scriptores, post quos (vt reor) noster hic liber nō inutilis erit. Quæro igitur, si quis leget rem maiotatus, an talis res vel eius æstimatio sit præstanda per hr̄dē vel grauatum? Quo ad primum, s. an res legata præstari dēat vbicūq; est vinculo maioratus adstricta, est sciendum, quod
1 Rod. Suar. in l. quoniam in prioribus. ampliatione. 7. num. 4. C. de inoffi. test. tradit, ꝙ si testator grauet filium primogenitum hæredem patris institutum vltra legitimam, quod alteri tradat aliquam rem, quæ eidem filio post mortem alicuius erat restituenda ex vinculo aliquo tenetur talis filius eā rem tradere legatario vinculo non obstante. mouetur per l. filius familias. §. cum pater. ff. de leg. j. & l. vnum ex familia. §. sed si vno. ff. de legatis 2. & ista sententia fulcitur ex quodam dicto Grego. Lopez. in l. vndecima. in verbo (suya) titu. nono. par. 6. vbi affirmat, quod si possessor maioratus leget rem maioratus sequenti in gradu, quod hoc operabitur. vt si res maioratus sit alicui iure pignoris obligata, eam hæres soluere, & redimere teneatur. & per aliam doctrinam Ang. in consi. 137. præmitto ad euidentiam. nume. 2. vbi tradit, ꝙ prohibitio testatoris de non vendendo, non eximit rem a comertio nostro per l. filius familias. §. diui. ff. de leg. j. & l. vlt. §. sinautem. C. commu. de le. Sed illa doctrina Rode. Suarez. nequaquam mihi placet, cum non sit in potestate grauat rem illam dare, cū futuris successoribus in infinitum sit reseruanda, in quorum præiudicium nihil testator deponere potest. l. id quod nostrum. ff. de reg. iu. l. 13. titu. vlti. par. 7. nec filius grauatus in tali legato consentire p̄t in præiudicium vocatorum. l. non debet. ff. de re. iu. & ista plusquam manifesta sunt. Et constant euidentissime ex his, quæ scribo in principio huius quartæ partis, & in aliis pluribus locis huius tracta. Et ita Episcop. Couar. in c. filius noster. num. 3. de te. coactus fuit moderari quadam distinctione doctrinam Suarez,
2 eam intelligendo, quoties res legata est ipsius hæredis, vel ei restitui debet iure fideicommissi, sed si res illa est prohibita alienari, & vinculo maioratus subiecta, solum tenet hæres ad soluendam æstimationem, vel habebit legatarius vsumfructum pro vita ipsius grauati, ꝙ ipse latius fundat, sic intelligēdo dictum. §. sed si vno. & ex hac doctrina oritur disputatio secundæ quæstionis, quam examinare promisi, an hæres teneatur soluere legatario æstimationem rei legatæ, quoties res, quæ legata fuit est alicuius maioratus, & vinculo restitutionis obligata. In quo articulo (vt prędixi) Episcop. Couarru. tenet, ꝙ debet solui æstimatio per legatarium. pro cuius sententia ego adduco tex. notab. in l. non dubium. §. vlti.
3 ff. de leg. 3. ibi, sed & sicut legatum est, vt alienam rem redimat vel præstet, si redimere non possit, quod dominus non vendat vel in modico pretio vendat, iustam æstimationem prędet. & ibi glo. concord. refert. ad quam legem facit. l. 38. tit. 9. par. 6. & doctrinam Io. Fab. in §. non solum. num. 8. in finalib. verb. Insti. de leg. vbi dicit, ꝙ si legetur res feudalis, quę non potest alienari, debetur ęstimatio talis rei, qa de se est alienabilis, verūtamen propter quondam causam extrinsecam prohibetur, ne alienetur seu detrahatur dominis. citat tex. in l. cętera. §. si duobus. ff. de leg. j. quę doctrina magis mouere potest pro sn̄ia Episcopi, & illorum, qui magnifaciunt argumentum de rebus feudalibus ad res maioratus. Quod tn̄ qualiter sit intelligēdum, ego in aliis locis adnoto. & doctrinam Fab. refert Soc. Iun. in consi. 72. nume. 10. li. j. qui ad hoc citat Bal. in c. j. in prin. nu. 2. de succes. feu. vbi tradit, ꝙ si testator ex certa sciētia legat rem feudalem, debetur ęstimatio per. l. cum alienam. C. de leg. sed in hac doctrina Io. Fab. & Bald. non multum est fidendum in isto proposito, imo si testator leget rem feudalem etiam sciens pro anima, quod non debeatur ęstimatio, tenet idem Bald. (quem dolendum est toties sibi contradixisse) in c. j. nu. 3. qualiter feud. aliena. poss. motus per illum tex. quem ad hoc etiam ponderauit in l. j. nu. 4. C. de sacros. eccl. & idem voluerunt Areti. in l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. j. & alii, quos refert Soc. Iun. in consi. 74. nu. 20 li. j. vbi dicit hanc esse veriorem & communiorem opinionem. vnde illud argumentum de rebus feudalibus in contrarium iuste retorqueri potest. ex quo videt, ꝙ sicuti rei feudalis legatæ per testatorem etiam scienter, & in fauorem animę non debetur ęstimatio, ita si legetur res maioratus, ęstimatio danda non est. Et ex isto fundamento
4 & aliis, quę statim tradentur, semper ista opinio mihi magis placuit, prędicti etiam Episcopi sententiam tenere videtur, cum quadam tamen distinctione Gregor. Lop. in l. x. titu. 9. par. 6. in gl. in verbo. *dela comprar.* ad medium. dicendo, cogitādum esse quod si legetur res, quę est vinculata ex facultate principis, non debetur ęstimatio. per tex. in d. §. constat. Si vero res maioratus est vinculata priuata auctoritate, vt in tertio & quinto, tunc si sciēter legata sit, debetur æstimatio, per glo. Bar. & Pau. in d. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. postea autem inclinare videtur, ꝙ indistincte testatore legāte rem maioratus, debetur ęstimatio, si scienter leget. & contra horum sententiam facit ratio generalis. d. §. constat. vbi prohibitum est legari res, quę in comertio possideri, aut haberi non possunt, nisi principis facultate. & talia legata velut impossibilia non valent, nec quo ad æstimationem. cū ergo res maioratus sint prohibitę alienari nisi ex facultate prīcipis, & interuenientibus iustissimis causis, nec in rebus maioratus sit cōtrarium, nisi in fauorem vocatorum, sequitur ꝙ idem ꝙ in d. l. cauetur in legato platearum, & aliarum similium rerum, seruandum est in legato bonorum maioratus, quia talia bona licet possideantur a dominis rerum maioratus, qui eisdem gaudent, talis possessio & dominium est ad tempus limitatum, sicut illorum, qui gaudent vsu plateārū, & aliarum rerum communium, qui licet istis rebus vtantur, vsus est tanquam alienarum rerū, & in quibus eisdē nō est libera neque absoluta dispositio. Prętera, ista opinio magis fulcitur ex d. l. 13. tit. 9. par. 6. vbi dicitur, *Las cosas que son se naladamente de los Reyes assi como los palacios, e las huertas, e los cilleros, que son cosas que no deuen ser vendidas, ni enagenadas en ninguna manera sin mandado dellos.* ad idem est bona. l. 6. titu. 29. par. 3. pō deranda igitur sunt verba illius. l. 13. ibi, *Ne enagenadas en ninguna natura sin mādado.* Ex quibus colligitur quędam ratio generalis determinans, quod in omnibus casibus in qbus alienatio fieri non potest, nisi cum principis auctoritate, legatū est inefficax, etiam quo ad ęstimationem, quia singula non possunt legibus comprobari. l. non possunt. ff. de legibus. Et ex illa ratione, *sin mandado dellos.* cum aliis verbis prędecentibus, & sequentibus. l. illa ampliari potest. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. cum concor. & ista inductio fulcitur. quia valet argumentum de bonis regni & capitis, ad maioratus particulares, & membra. iuxta doctrinam Pau. in cons. 164. lib. 2. & aliorum, q̄ refero in 2. par. huius operis. q. 6. nu. 2. & sup. in hac par. q. 38. & ex his infertur, vanam esse distinctionem Grego. Lop. in d. l. x. distinguentis inter bona vinculata pro maioratu principis maiestate, & bona vinculata auctoritate priuata. nam cum in vtroque casu res vinculatę alienari nequeant, nisi Principe authorizante, & cum iustissimis causis idem ius in vtroq; casu seruari debet. l. illud. ff. ad l. Aquil. cum uulgari. Quam distinctionem sentit etiam idem Greg. Lop. in d. l. 13. in glo. in uerbo. *sin mandado dellos.* ubi uult, ꝙ si scienter legetur res maioratus, quam fundator uinculauit principis potestate, non debetur ęstimatio talis rei legatę. cuius opinio (ut prędixi) procedit etiam, ubi in uinculatione bonorum maioratus, non adfuit regalis facultas, cum suffiat uoluntas testatoris, quę Principis maiestate irritari non debet. l. si testamentum. C. de test. Clem. quia contingit. de religio. domib. cum concord. quę late trado in 2. par. huius tractatus. in prin. & in prin. huius. 4. par. licet negari non possit, ꝙ ubicunque bona sunt uinculata principis auctoritate, & decreto, maiori sunt affecta prohibitione, tam quia in isto casu duo uincula concurrunt, & ideo magis urgent. Authē
5 ti. multo magis. C. communia de succes. cum sim. quę trado in 2. par. tractatus. q. 7. nu. 2. cum aliis. q̄, quia testatoris et legis prohibitio de non alienando, magis urget ac operatur, iuxta tex. in Auth. de alie. & emphy. §. sanctissimas. gl. in l. ul. in gl. magna, ad finem. C. de reb. alie. non alie. gl. & Bart. in l. ea lege. C. de condi. ob cau. Notat Ias. in l. filius familias. §. dui. in repe. nu. 14. ff. de leg. i. Soc. Iun. consi. 48. nu. 9. lib. j. Vlterius contra opinionē Episcopi, & Grego. Lopez. faciunt plura, quę pro ampliatione tex. in d. §. constat. tradunt Car. Ruinus. consi. 168. nu. 23. li. 3. Soci. Iun. in d. consil. 74. quæ ad nostrum propositum sunt conducibilia. Aret. & alii in l. continuus §. cum quis. de uer. obl. Bal. in c. cum non ab homine, in fi. de iu. Ias. in l. iliud. nu. 9. C. de col. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. te. Soc. in l. j. §. ul. ff. de acq. poss. & in l. Gallus. §. nunc de lege Vel. nu. 19. ff. de lib. & posth. Ang. in §. fęminę Inst. de adop. Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus. nu. j. ff. ad Treb. Qui omnes concludunt, quod legatum rei, cuius alienatio dependet a principis uoluntate, tanquam impossibile non tenet, nec eius ęstimatio debetur. nam impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de reg. iur. l. 21. titū. 11. par. 5. l. ult. ti. 4. par. 4. l. 4. ti. 4. part. 6. Quod autem uni soli est possibile, cęteris reputatur impossibile, secundum Bal. in l. j. nu. 2. ff. de iniu. rup. ir. tritoque fa. unde dicit Ioan. Faber. in d. §. non solum. nu. 4. ꝙ si laycus qui habeat decimam, eam legaut ecclesię, cui de iure communi non competit, tale legatum

tum veluti impossibile non valet, nec eius æstimatio debeꝫ. Item, si recte inspiciantur verba, & ratio Ioan. Fab. in d. l. §. non solum. nu. 7. quę supra retuli, potius ex illis nostra opinio, q̃ contraria colligitur. quia ipse dicit valere legatum rei feudalis, quo ad æstimationẽ, qa cum solo consensu domini est alienabllis, de cuius præiudicio tantum tractatur, & non aliorum, & quia res feudalis regulariter est inalienabilis, verum pp dñi consensum efficitur alienabilis. ex quib. rõnib. patet, ꝙ vbicunq; res de sui natura esset inalienabilis, prout sunt bona maioratus, q̃ de ꝓpria natura ex dispõnib. defunctorũ sunt inalienabilia, & pluriũ volũtas requiriꝫ ad eorũ alienationẽ, sicuti est necessaria in alienatione bonorũ maioratus, vt latius doceo in principio huius. 4. par. & in aliis locis, tale legatũ non valet, nec quo ad æstimationẽ. Et ꝙ legatũ rei feudalis non valeat ẽt quo ad æstimationẽ, tradit Par.
7 cõs. 7. nu. 14. li. j. Cæterũ ꝓ nr̃a opinione ẽt adduco gl. in l. sed si res. in gl. j. ff. de le. j. vbi ponendo distinctiones in hac materia dicit, ꝙ legatũ rei cuius non est comertium, non valet, nec quo ad æstimationẽ, & idem, si comertiũ haberi p̃t cum magna difficultate. q̃ gl. sequunt Bar. & alii ibi. & est similis in d. §. non solũ. in verbo, nec æstimatio. vbi Io. Fab. in d. nu. 4. decidit istã qõnẽ fere in terminis, nã dicit, ꝙ paria sunt nõ esse comertiũ alicuius rei, vel si sit, non tñ de iure cõi, nec sine impetratione priuilegii, cuius non est verisimile principẽ alienationẽ concessurũ, ꝙ est notabile, & expressum ꝓ nr̃a opinione. & glo. in d. l. seqt̃ Bar. in d. l. multũ interest. & alii ibi. Ang. Are. in prin. Inst. de inutilib. stip. nu. 3. & est communis opinio, q̃ ẽt expendit Rip. resp. 81. num. 26. Et ex istis oĩb. cõprobaꝫ q̃dam noua & singularis sn̄ia Menc. li. 2. ꝙtrouersiarum. c. 63. nu. 15. in ver. 9. limi. vbi tradit, ꝙ licet rr̃ ex temporis diuturnitate p̃sumaꝫ licentia interuenisse. l. si filius. cũ materia. C. de peti. hær. cum concord. q̃ refero in j. par. huius tracta. q. 45. nõ tñ ex diuturnitate tpris p̃sumiꝫ ln̄ia ad extrahendũ aliq̃ rẽ a maiotatu, cum difficile, imo impossibile reputetur ln̄iam dari ad alienandũ bona maioratus. Cõcludo igit̃, ꝙ rr̃ in casu p̃dicto non debeꝫ res legata, nec æstimatio
9 nec his oĩb. obest gl. in l. si q̃ inquilinos. in prin. in verb. ex voluntate. ff. de le. j. vbi affirmat, ꝙ vbi testator scienter legat rẽ de qua non est comertiũ debeꝫ æstimatio. q̃ gl. sequũtur ibi Pau. & Alb. in d. §. cõstat. Azo in summa. Io. Fab. nu. 6. & Ange. Are. in d. §. non solũ. post gl. ibi in p̃dicto verbo. q̃. h. d. procedere, dũmõ appareat manifeste de voluntate testatoris. notat ibi Ale. cons. 9. n. 14. cum aliis. lib. 2. quos ẽt sequit̃ Grego. in d. l. 13. cũ quadã distinctione, & dũmõ testator dixerit, lego talẽ rẽ vel æstimationẽ, ꝓ qua conclusione facit tex. in l. non dubiũ. §. vl. ff. de le. j. vbi gl. not. quia ista opinio est contra tex. in d. §. constat. & d. l. 13. & alia iura consimilia. & cõi ter reprobaꝫ gl. in d. l. si qs inquilinos. ſm Imo. ibi. vbi Bald. dicit, ꝙ Cyn. & oẽs tenent ꝯ gl. & opinionẽ Cy. seqt̃ur Alex. in d. §. cõstat. nu. 15. licet ꝓ opinione gl. ĩ d. l. si qs inquilinos. maxime faciat. l. 14. ti. 9. part. 6. quam lectoꝛ legat. Nec ẽt cõtra istam nr̃am sn̄iam argui p̃t ex verbis. d. §. ibi, Cũ distrahi nõ soleant. ꝓ q̃ verba Doctor. ibi & in aliis locis cõcludũt, ꝙ legatũ rerũ, q̃ distrahi nõ solent nisi auctoritate principis, nõ reputaꝫ impossibile, vbi id princeps solitus est cõcedere, ꝙ p̃ supponunt oẽs, q̃ de hac materia loquuntur. & notat Dec. in l. ea quę raro. in fi. ff. de reg. iur. Episcopus Couar. reso. lib. 3. c. 19. n. 6. vbi ex hoc disputat, an officia publica, q̃ non p̃sit haberi sine principis facultate diuidãt ĩter filios? & an leges, & cõsuetudines istius regni, q̃ mulieribus nuptis tribuũt medietatẽ bonorũ acqsitorũ cõstante mr̃imonio, hẽant locũ ĩ talibus officiis? & an mulieres ĩ eisdẽ hẽant partẽ? de quo tractat Latius Tello in l. 26. Tau. nu. 11. qb. adde Crotũ in l. frater a fratre. nu. 93. ff. de cond. inde. Roland. in cons. 11. nu. 10.
1 cum aliis. li. 2. & ex p̃dictæ regulæ auctoritate tradit idẽ Epis. Couar. in epi. desp. c. 3. in prin. nu. 8. ꝙ dispẽsatio in tertio gradu, & similibus, licet dependeat a Papę voluntate, non reputaꝫ impossibilis, qa est solita concedi. & facilime dispensaꝫ in tertio gradu secundum Reb. in praxi benefici. regu. de dispens. in grad. prohi. gl. 7. nu. 7. Quæ doctrina notanda est ad
2 ea, q̃ tracto in j. par. huius operis, q. 50. nu. 2. Et ista fulciuntur quia imputandum est ei qui nõ impetrauit, q̃ sunt solita impetrari. l. qui cum maior. §. i. ver. nec enim imputari. ff. de bon. lib. l. 2. §. ttactari. ff. ad Tert. notat Rom. iu. l. 2. ff. de re iu. Dec. in cons. 627. nu. 5. & alii, vt per Tiraq. lib. j. de retra. §. 32. gl. j. & vnica. num. 62. & 63. cui adde Ioan. And. in c. commiss. de cle. in 6. Lapũ, alle. 9. Deci. in l. j. nu. 31. ff. de offi. eius, cui man. est iuris. & Cur. Iu. qui eleganter logt̃ in cons. 182. sacratissimæ Trinitatis. nu. 2. li. 2. Chas. in consue. Bur. Rub. 7. §. 13. nu. 3. ver. non video. Nam ad ista omnia & alia similia multipliciter respondeo. Primo, nego assumptum, ꝙ princeps in ista specie, de qua agit̃ in hac qõne, solet cõcedere facultatẽ ad alienandũ bona maioratus. nam quis vnq̃ vidit cõcedi
13 facultates ad alienandũ bona maioratus ex eo, ꝙ p̃ aliquem scienter sint legata, vel possessorẽ talium bonorũ, vel. alium quẽlibet? nec existimo, ꝙ vsq; in hodiernũ diẽ ob hãc cãm, aliqua data fuit ln̄ia ad alienãdũ bõa maiorat?, cũ tales alie nationes nõ fiant nisi post plenã cãæ cognitionẽ, & p̃missis causis vrgentissimis, & cũ magna vtilitate taliũ bonorũ, & plerunq; aliis bonis subrogatis. cũ igit̃ hoc verissimũ sit, qs ĩ ꝓposito de quo hic tractaꝫ audebit affirmare legatũ rei maioratus valere, & deberi æstimationẽ, qa talia bona ex facultate principis distrahi solent? p̃cipue ſtãte quadã notabili de ci. Egidii Bel. 724. vbi tradit, ꝙ fundãtes se in stylo, cuius vir-
14 tute p̃tendũt ꝙ aliqd est solitũ, vel non solitũ concedi, non sufficit ꝙ hoc doceant gñraliter nisi ꝓbẽt, ꝙ in eisdẽ terminis est solitũ cõcedi. ꝙ fundat latius Pari. in cons. 112. num. x. cum aliis. li. 4. ꝙ dictũ aliud agendo, refero in j. part. huius
15 operis. q. 8. nu. 3. Scdo, qa ea q̃ sunt de iure speciali nõ sunt in consideratione, donec impetrentur. l. 4. §. j. ff. de fideicom. liber. Quod tradit Bar. in l. j. nu. 19. ff. de vulg. Inn. in c. past. in prin. de cau. pos. & prop. vbi dicit, ꝙ illud. ꝙ est de iure speciali, cẽ set nõ posse fieri. ꝙ reputant singulare Cardi. Flo. & Pau. de Eleaz. in Cle. vni. de cau. pos. & prop. de quo per Peralt. in l. si Titio. num. 4. ff. de lega. 2. vbi nu. 9. id limitat. Tertio talis præ
16 sumiꝫ esse volũtas Principis, qualis de iure dẽt esse. l. ex facto in prin. de vulg. vbi Bart. Alex. Ias. & alii. nota. in l. si q̃s. C. de inof. te. & per Dec. in cons. 33. nu. 5. & in cons. 64. & in aliis ĩ numeris locis. Cũ igitur bona maioratus nõ possint alienari nisi existentib. vrgentissimis causis, & cũ magna difficulta te, qa id ꝓhibetur ex iure, & vltimis testatorũ volũtatib. prĩceps in dubio vr̃ se cõformare cum iure, & dispõsitionib. testatorũ. ad ꝙ facit. l. 27. Tau. l. xl. Tau. in fi. l. in cõditionib. primũ locũ. ff. de cond. & demon. Quarto, nõ valet arg. ñ, Princeps hoc cõcessit aliq̃n, ergo nũc cõcedet. ſm gl. notab. quã nullus nostrorũ, quẽ ego viderim, animaduertit ĩ l. vl. §. si qs igitur. in verbo, cũ. n. iuncto tex. C. de quadr. p̃sc. & ad hoc est addẽdũ, ꝙ scribit Soc. Iu. in cons. 51. nu. 9. li. j. vbi tradit, ꝙ impossibilitas, q̃ cõsideraꝫ in d. §. cõstat. nõ est solũ ex eo ꝙ dedeat actus ex voluntate Principis, sed ẽt ex eo, ꝙ ea q̃ fieri de
17 bebant, sunt insolita. Fit igit̃ ex p̃dictis, ꝙ testator actu agere vr̃ legando rẽ maioratus. & ex his & quadã doctr. Bart. in l. si qs ꝓ eo. nu. 6. in ver. 9. dixit. ff. de fideiu. alias in facto cõclu. ꝙ si qs ꝓmittat alicui renuntiare aliqd officiũ (ꝙ raro transfertur) & cũ principis auctoritate, nõ tenetur istã ꝓmissionẽ adimplere, licet eã iuramẽti assertione validauerit, nec tenebitur æstimationẽ soluere. Ad ꝙ ẽt facit doctrina Abb. in c. cũ cõtingat. in ver. 9. iuſm. nu. 29. de iureiur. vbi Imo. nu. 83. Sentiunt exp̃sse Dyn. in reg. non est obligatorium. de reg. iu. in 6. & Luc. de Pen. in l. si qs. in ver. 9. iuſm. C. de agri. & cen. li. xi. Siluester in summa sua, in verbo, iuſm. 5 §. 30. Purpu. in l. rogasti, §. si tibi. nu. 35. ff. si cer. pet. & hoc aliis rõnib. ꝓbari poterat, quas omitto qa sunt extra materiã. & hoc ẽt est notabile ad pragmaticã 66. & ad l. 27. ti. 2. li. 7. or. & ad prag. 22. datã Vallisoleti anno. 1523. & 103. datã Madri. ann. 1528. ꝓ hibentes venditiones officiorum publicorum. & in materia isti? qõnis, vide tex. aureum. in l. 14. ti. 9. par. 6. & bonã doctri.
18 Gre. Lop. in l. 4. in gl. j. d. ti. 9. par. 6. vbi tradit, ꝙ si cõditor maioratus grauauit succesſorẽ, vt ponat in maioratu aliq̃ rem, vel quantitatem (prout plerunq; cõtingit) ꝙ licet ipse succesſor nõ ponat, hr̃ ꝓ apposita, ex quo acceptauit maioratum vel saltẽ cõpelliꝫ ipse, aut eiusdẽ hęres ad hoc faciendum. ꝓ tex. ibi. & in l. si fuerit. §. si quis, ff. de leg. 3. & p10 ista opinione facit tex. in l. contra iuris. §. vl. cum l. seq. ff. de pactis. Et est
19 ẽt istius classis qõ alia, q̃ disputat idẽ Gre. Lop. in l. x. tit. 26. in gl. in verbo, *vendiendo*. ver. qd ãt si alicui. vbi tradit, an si alicui fuit factum magnum legatum adiecto grauamine, ꝙ bona maioratus cum aliquo diuidat, vel ꝙ tributum seu vectigal ꝙ debetur remittat, an teneat tale grauamen? de quo vide q̃ ille refert. & hic ẽt est sciẽdum ꝙ tradit Tel. in l. 19. Tau. nu. 11. vbi vult, ꝙ si pr̃ faciat maioratum de re, q̃ habet cõem cum vxore, cõsequtur melioratus oẽm rem vel æstimationẽ, ꝙ ẽ singulare, & quotidie cõtigit ad q̃ addo Al. ꝓs. 9. n. 13. li. 2
20 Præterea notandum est in ista mã, ꝙ licet factum dependẽs a Principis uoluntate reputetur impossibile, vt s. traditum est, nõ tñ ob id excusatur qs nisi illud a Principe postulaueruerit, ſm Bal. in cons. 395. pro dño Dinaldo. nu. 3. li. 2. ꝓ l. fi. §. vl. ff. de pig act. notat Pau. in cons. 433. visis oĩbus sup. scriptis nu. 2. li. 1. ver. sed his nõ obstantib. Aymo Crau. in cons. 121. nu. x. & in cons. 64. nu. 6. ex qb. inferrur, ꝙ obligatus ad impetrandã ln̄iam ad faciẽdũ maioratum, uel ad extrahẽdum aliq̃ rem a maioratu, tenetur ostendere obnixe se oĩa feciſſe q̃ pertinerent ad impetrationẽ facultatis regię, & ꝙ tales licentias petiuit, & eidẽ denegatæ fuerunt, ad hoc ut ꝓp difficultatẽ excusetur a pęna, & liberetur ab obligatione, & ad alia plura q̃ quotidie contingunt in ista & aliis materiis. resolutio prædictorum est necessaria. & ꝓ hac resolutione ẽt faciunt relata per Tiraq. li. j. de retra. §. 32. gl. vni. nu. 64.

Item

Source : BIU Cujas

21 Item animaduerto, q̃ mota lite inter aliquos ea ratione q̃ in tp̃e p̃scripto non fuit petita licentia ad faciendum maioratum, vel ad alienandum bona maioratus lite pẽdente, nõ potest ille qui tenebatur ad impetrandam licentiam dicere, se paratum exequi id, ad q̃ tenebatur, l. ul. ibi, eo tp̃e quo iudicium. ff. si cer. pet. unde dicit Ang. in cons. 181. uisis instrumẽtis. q̃ licet quando statutum non præfigit terminum ad insinuandum donationem, possit insinuari quandocunq;, per l. licet. C. de iure delibe. cum concor. Tamen quando est cæptum, dici de nullitate donationis ob defectum insinuationis non potest donatio insinuari. notat Ale. in cons. 237. nu. 13. li. 6. Hippo. in singu. 489. Pau. de Cast. in consi. 70. quia frustra. nu. 8. uer. dic ergo. li. j. & alii, quos Refert Aymo Cra. in cõs. 192. nu. 16. quem lector legat, & ista sunt notabilia. Hæc sunt Lectores beneuoli, quæ in ista materia mihi occurrunt in quibus si aliquid utilitatis reperiatur, gratias agant, sin minus ad uires humanas respicientes, defectus remittant.

FINIS.

Registrum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq.

Omnes sunt quaterniones.

Source : BIU Cujas